a. 1615

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
5 MF
49

72 . 7

13.5.A.4

Digitized by Google

PROSPERI FARINACII

IVRISCONS. ROMANI,

RESPONSORVM CRIMINALIVM

LIBER PRIMVS.


Quibus acceſſerunt DECISIONES ROTÆ CXI. Criminum Materiam ſimiliter reſpicientes, ab eodem D. Farinacio hic poſitæ & recollectæ.

Necnon ADDITIONES *elegantiſsimæ* F[illegible]ANI CENT[illegible] *Iuriſconſ. Galleſij.*

QVÆ OMNIA HAC POSTREMA EDITIONE AB INFINITIS propè erroribus, ſumma cum diligentia, repetiuntur adeò expurgata, vt quilibet legens per ſe, ex veterum collatione, facilè perſpicere poterit.

CVM SVMMARIIS, ET ARGVMENTIS, SVIS LOCIS ADIECTIS, *atque Indice Rerum, & Sententiarum locupletiſsimo.*

CVM MVLTIS PRIVILEGIIS.



VENETIIS. M DC. XV. 1615

Apud Hæredes Georgij Variſci.

EX SVPERIORVM LICENTIA.

Digitized by Google


Digitized by Google

PAVLO QVINTO
PONT. MAX.
Proſper Farinacius.

GRÆCORVM inſtituta cum diligenter inſpiceret Anacharſis, illud ſibi perabſurdum videri dicere ſolitus eſt, quòd apud homines ſapientię opinione pręſtantes, doctarum artium præmia ab indoctis iudicibus decernerentur. Huius à me culpam reprehenſionis vt quam longiſſime poſſum, auertam, primum Criminalium Conſiliorum meorum volumen tibi præſertim, Beatiſſime Pater, iudicandum exhibeo, cuius admirabile ingenium, quidquid ad humani, diuiniq. iuris cognitionem pertinet, tanta felicitate complexum eſt, vt quando è priſci oraculi ſententia is maxime ad imperandum eſt aptus, qui ſapientia ceteros antecellit, nemo vel ipſa iudice inuidia ad excelſum illud Reipub. Chriſtianæ faſtigium te dignior attolli potuerit. Quòd ſi euigilati publico commodo legitimis in ſtudijs labores habent & ipſi aliquid, quod ad ſignificandos grati animi ſenſus non parum videatur

idoneum, hæc mihi certe arripienda auidè occaſio fuit, qua tuorum ingentium erga me beneficiorum memoriam hęrere, meo in animo fixam, atque impreſſam altè, teſtarer. Hæret vero illa, atque hærebit quamdiù, cum ipſo animo in immenſum vitæ ſpatium ſe propagabit æternitas. Tu interim, Pater Beatiſsime, quid voluerim potius, quã quid præſtare potuerim, pro tua ſingulari humanitate benignus expende. Id ſi impetro, voti omnium maximime compotem factum non immerito gloriabor. Vale, ac rem Romanam, quibus cæpiſti, prudentia, ac pietate, multos in annos tueri, feliciter perge. Romæ.

Digitized by Google



SCIPIONI BVRGHESIO
S. ROM. ECCL. CARD.
AMPLISSIMO.

Proſper Farinacius.

N*EGANT, fas eſſe cuiquam mortalium ſecreta in templorum adyta greſſum inferre, non ipſo adhibito Æditino. Mihi Paulus V. auunculus tuus & miniſterij maximi dignitate, qua Regum omnium diademata infra ſe videt, & diuini ingenij præſtantia, quam nulla ætas non admirabitur, ſacroſancti cuiuſdam numinis inſtar eſt, quod vt ritè adeam, tu mihi præſertim, SCIPIO illuſtriſſime, legitimi partes Æditui defungi potes. Tu ſcilicet is es, cuius præclaram in omni virtutum genere indolem Princeps ſapientiſſimus tanti fecit, vt cui arcana ſacri pectoris conſilia crederet, cuius in humeros immenſi oneris partem deponeret, quem curarum, quem imperij conſortem haberet, merito digniſſimum exiſtimarit. Iure igitur antiquus domus veſtræ cliens, & cultor tuam ad opem, beneuolentiamque confugio. Tu ad tanti maieſtatem Principis ita mihi aditum reſera, vt in exiguo munere ingens, quam adfero, obſeruantiæ ac pietatis magnitudo à temeritatis per te culpa me vindicet. Ampliſſima apud tuum iſtum heroicum animum nauatæ mihi operæ merces erit, ſcio, veræ, ſolidæque virtutis conſcientia. Ego vero quidquid in me erit ingenij, ſedulitatis, induſtriæ, in eam curam perpetuò conferam, vt hominem quoque referendæ gratiæ cupidiſſimum, ſummo te exornaſſe beneficio planiſſime intelliges. Vale Romæ, &c.*

Digitized by Google

INDEX ARGVMENTORVM,

QVAE IN HOC VOLVMINE CONSILIORVM, ſiue reſponſorum criminalium,

Excellentiſs. Domini, Proſperi Farinacij I. C. Romani, accuratè, & ampliſſimè continentur.

CONSILII PRIMI ARGVMENTVM,

PRIMVM.

CAſus infraſcripti conſilij continet materiam homicidij commiſſi præter intentionem occidentis, cum puta occiderit vnum, volens occidere alium, & multæ adducuntur præſumptiones, & coniecturæ, quibus probatur, Archibuſium fuiſſe exoneratum, non animo occidendi, ſed aut caſu, aut animo terrendi. fol. 1

II.

Strictè in hoc reſponſo defenditur quidam, Qui videns fratrem ſuum inſultatum, & vulneratum, iuſto dolore motus, armis arreptis, ad rixæ locum accurrit, & vulnerantem fugientem inſequendo, Patrem eiuſdem vulnerantis, qui ſe interponere volebat, vt filium fugientem ſaluaret, occidit, & eſt materia homicidij commiſſi in rixa calore iracundiæ, & ad alterius prouocationem, ac pro ſui fratris defenſione; in qua tria in ſpecie diſcutiuntur, nunquid, ſ. exceſſus defenſionis habeat in ſe dolum, & qua pœna puniri debeat; Nunquid etiam occidens tertium non prouocantem, ordinaria pœna puniendus ſit, & demũ, an Bulla de vindicta tranſuerſali extendatur ad offenſiones factas in rixa, & calore iracundiæ. 4

III.

In hoc reſponſo, in quo agitur de gratia Principis facta delinquenti tria præcipuè diſcutiuntur, & reſoluũtur. Primo, an Barones, & feudatarij poſſint gratias facere pro delictis capitalibus, & pœnis corporalibus. Secundo, an talis gratia valeat facta parte non concordata, & ſine illius pace, & conſenſu. Tertio quando, & ex quib. gratia dicatur ſubreptitia. 6

IIII.

Multa in hoc conſilio ad criminalem materiam ſpectantia, pertractantur, quæ in ſummarijs perlegere quiſq; poterit; Vltra quod ex profeſſo reſoluitur illa dubitatio, an, & quam iuriſdictionem habeant in Bello Capitanei, ſeu Duces caſtigandi, & puniendi ſuos milites inobedientes, reſiſtentes, ſeditionem concitantes, aut alio modo delinquentes; Et quando etiam miles, a ſuo ſuperiore abſolutus, poſſit, ab alijs Iudicibus moleſtari. 8

V.

Reſoluuntur in hoc reſponſo iunctis deciſionib. Rotæ inde ſequutis: ſeptem dubitationes, quarum prima eſt, quando, & quomodo notarius, ſeu alius officialis dicatur in officio delinquere. Secunda an delinquendo priuetur officio ipſo iure, an vero requiratur ſententia cõdemnatoria, vel ſufficiat declaratoria. Tertia an priuetur titulo, & proprietate officij, an vero ſolum exercitio, ita vt priuatus illud alteri vendere poſſit, ſi officiũ venale ſit; Quarta, an & quando teſtes inſimul examinati probent. Quinta an contumax poſſit dicere de nullitate ſententiæ contra ipſum latæ, & examinis teſtium. Sexta quæ indicia ad inquirendum ſufficiant; Septima an condemnatus a ſecundo iudice in vna parte, cenſeatur abſolutus in alijs, in quibus fuit condemnatus à primo iudice. 13. & 14

VI

Hic agitur de homicidio ad ſui defenſionem, & alterius prouocationem patrato; An, & quando ordinaria, ſeu extraordinaria pœna puniri debeat, defenſione, aut prouocatione probata præſumptiuè, & non concludenter; quis dicatur aggreſſor; ſeu Procurator, & an teſtes pro defenſione Rei examinati, & homicidium ad neceſſariam defenſionem commiſſum fuiſſe, deponentes de credulitate, dicantur plenè, & concludenter probare abſque eo quod eorum dicti rationem reddant. 23

VII.

Adminiſtrator, qui ſemel rationem & computa ſuæ adminiſtrationis reddit, & quietarionem habuit, An & quando poſſit iterum cogi ad eadem computa reddendum, & quando poſsit criminaliter conueniri; Quid de Apocha ſub alterius nomine ſcripta, aut ſcribens pecunias mutuo reciperet, An ſit punibilis & qua pœna, Ex quo nocuit illi, cuius nomine ſcripta eſt. 26

VIII.

De marito occidente adulterum deprehenſum cum vxore, quando excuſetur, & quando etiam excuſentur illi, qui in tali homicidio auxilium & fauorem præſtiterunt. 28

IX.

De requiſitis & ſubſtantialibus Duelli, ſine quibus nec Duellum committitur, nec Duelli pęna locum habet, ſed præcipuè dubitatur, & reſoluitur, An verum ſit, quod vbi præcedit deliberata conuentio pugnandi, & ſubſequuta pugna, dicatur Duellum committi, & è contra, an vbi pugna prouenit in rixa & ex improuiſo, quamuis vnus alterum, & alter vnum ad pugnandum inuitet, ibi ceſſet duelli nomen & pœna: & hæc tam de iure communi, quam vigore ſacroſancti Concilij Tridentini, & aliorum conſtitutionum ſummorum Pontificum. 29

X.

Tractatur præcipuè in infraſcriptis reſponſis materia aſſaſſinij quando ſ. committi dicatur, & quando non: Quando aſſaſſinij qualitas probetur, ad hoc vt Reus dicatur probabilibus argumentis conuictus, Quæ in propoſito dicantur probabilia argumenta, An, & quale oriatur indicium ex inculpatione duorum Manda-

ta:10·

Digitized by Google

tariorum in crimine aſſaſſinij,& de effectu torturæ in purgandis indicijs ac probationib. 31

X I.

Defenditur hic quidam Notarius, qui in ſua cauſa cinili produxerat inſtrumenta de falſo redarguta, & in hac defenſione in primis agitur, nunquid falſitatis probatio ex præſumptionibus deducatur: ac deinde plures adducuntur, & ponderantur præſumptinnes falſitatem includentes; Et demum adducuntur aliqua de vi, & effectu torturæ illatæ pro habendis complicib. cum ſolita proteſtatione. 37

X I I.

Exactè diſcutitur an, & quando ſuſpitio falſitatis oriatur ex Apoſtillis, & caſſationibus tepertis in Baſtardello Notarij, ad effectum, vt inſtrumento fides tollatur; ac de alijs præſumptionibus, quibus idem inſtrumētum de falſo redditur ſuſpectum. 42

X I I I.

Defenditur in hoc Conſilio quidam Mercator Anconitanus, qui de pluribus falſitatibus, fraudibus, & extorſionibus inquiſitus erat, & propterea plura deducuntur ad eandem materiam ſpectantia, de quibus in ſummatio. 95

X I V.

De forma ſeruanda in citandis abſentibus, & ea non ſeruata, an ſententia ſit nulla. De Cletico, qui veneno alium necauit, an ipſo iure ſit beneficijs priuatus; & an dicta beneficia ante lapſum anni poſſint in alium conferri, & an collata recuperentur per condemnatum admiſſum ad nouas defenſiones poſt annum. 47

X V.

In infraſcriptis reſponſis ſapientiſſimorum virorum, qui tunc temporis florebant, ad plenum diſcutitur, an diſdicta ſeu aliter reſoluta ſocietate officij, debeantur aliqui fructus, & ad quam ratiooem; An & quando valeat pactum, quod loco damnorum & intereſſe certa pecuniarum quantitas ſolnatur; An à principio intereſſe taxari poſſit; An contractus alias de iure illicitus & vſurarius, fieri poſſit licitus à conſuetudine & obſeruantia loci; & an etiam ſocietas officij contracta per vnum nomine alterius, vel de pecunijs alienis acquiratur contrahenti; an verò illi, cuius ſunt pecuniæ, vel cuius nomine contrahitur; & hinc obiter explicantur etiam plura alia notabilia ad vſuram includēdam vel excludendam, & ad fructuum ſolutionem in ſortem computandam Materia in vrbe ſatis practicabilis, & quotidie contingens. 48

X V I.

Multa de reuocatione confeſſionis iudicialis prætextu erroris hic pertractantur, ſed illud præcipuè enucleatur, quid ſi calumnioſè confeſſionis error allegetur, quandove, & qnomodo dicatur iſto caſu de calumnia conſtare, pluraque etiam de defenſionibus Reo non denegandis in medium adducuntur. 55

X V I I.

Diſcutiuntur quatuor aſſertæ nullitates ſententiæ capitalis in contumaciam latæ: Prima eſt ob Proceſſum ad vlteriora, poſtquam Index fuit recuſatus ſuſpectus. Secunda, quia poſt inhibitionem præſentatam Iudicis ſuperioris, idem fuit pariter ad vlteriora proceſſum. Tertia, quia tempore ſententiæ inquiſiti erant in alio loco detenti, ſeu carcerati. Quarta ob non expreſſionem delictorum in banno contra eoſdem inquiſitos emanato. 59

X V I I I.

Agitur de Mercatore, qui non fideliter ſuos libros & ſcripturas tenuit, & inde plura explicantur capita, ex quibus eorundem librorum & partitarum fallitas excuſatur & indicatur, & propterea explicatur etiam, an & quando deferatur iuramentum in litem contra doloſum Mercatorem, ſeu adminiſtratorem. 63

X I X.

Defenditur nobilis mulier Romana, quæ propter Iudicum ſuggeſtiones, & malum procedendi modum, fuit falsò ab eius ſamulo imputata, qnod veneno ſuum virum necauerit, multaque propterea, de quibus in ſummario, ſtricte, ſed Magiſtraliter & ſecundum veritatē deducuntur per duos iſtos tunc temporis eminentiſſimos iuriſperitos & conſulentes, quorum vnus Silueſter vitæ, integritate, & doctrina præclarus, meruit filium habere Sanctiſſimum Dominum noſtrum Clementem Octauum: alter verò Ioannes Silueſtri filius, & einſdem S.D.N. frater, propter eius exemplarem bonitatem, benignitatem, aliaque innumerabilia merita, Meritò etiam ad Cardinalatus apicem aſſumptus fuerat. 65

X X.

In eadem cauſa & materia, in quà præcipuè tractatur, an & quando depoſitio Mandatarij, & aſſerti ſocij criminis ſaciat iuditium contra mandantem, ab ipſo inculpatum, & nominatum. 71

X X I.

In hoc Reſponſo & in Additionibus, ad eum pluta colliguntur notabilia in materia pendentiæ cauſæ criminalis, quando per eam ſit ſuperſedendum in ciuili. 72

X X I I.

Defenditur Reus condemnatus in contumaciam pro tractatu & participatione homicidij; qui poſt remiſſam ſibi contumaciam ſponte comparuit, & pro eius defenſione multa opponuntur contra teſtes pro Curiæ informatione examinatos, ex quorum dictis fiſcus contra eum ad torturam deueniri poſſe prætendebat, & de quibus plene in ſummario. Verum & præcipuè tria diſcutiuntur. Primò, an & quando ex ſola contumacia Reus condemnatus torqueri poſſit. Secundò, an & quando minæ faciant inditium ad torturam; Tertiò, an etiam, & quando teſtis pro eruenda veritate poſſit torqueri, & indebitè tortus, quam faciat fidem. 74

X X I I I.

Agitur præcipuè de crimine ſalſitatis ob lacerationem vnius folij, factam in libro actorum in quo fiſcus prætendebat ſcriptas & ſtipulatas fuiſſe quaſdam fideinſſiones ad ſui ſauorem: Quomodo iſto caſu dicatur cōſtare de copore delicti, & de pluribus inditijs atque præſumptionibus dictam lacerationem inferentibus, non ſolum ad torturam, ſed etiam ad condemnandum. 78

X X I V.

Defenditor hic quidam Abbas, imputatus de raptu mulieris, contra quem fiſcus prætendebat ad torturam deuenire ex teſtibus contra ipſum deponentibus de publica ſama. Quare in hoc reſponſo duæ præcipuè enucleantur inſpectiones: Prima eſt, an & quando teſtes debeant ſuper fama deponere ad hoc, vt concludant illius probationē. Secunda, quomodo, & ex quib. Mulieris inhoneſtas probetur. 80

X X V.

Agitur in hoc conſilio de probatione delicti facienda per ſcripturam, in qua multæ notabiles concluſiones explicantur, necnon etiam de probatione neſandi criminis ex præparatorijs ad actum, ad effectum puniendi Clericum in priuatione beneficiorum, & de effectu torturæ in purgandis indicijs. 82

X X V I.

Agitur de Clerico Abbate, qui ad impediendam adeptionem poſſeſsionis ſuæ Abbatiæ, nomine Cameræ faciendæ recurſum habuit ad ſeculares iudices, & amplius

plius Apoſtolicarum literarum excquutioni reſiſtentiam fecit; Agitur inquam de probatione talis impedimenti, ac reſiſtentiæ,& illius pœna 90

X X V I I.

Bulla Sixti Quarti aſtringens conſanguineos & affines condemnatorum ad emendum illorum bona, An cõpræhendat conſanguineos & affines offenſos ab ipſo condemnato,& hinc multa declarantur,quæ reſpiciũt extenſionem,ſeu reſtitutionem conſtitutionis fauorabilis vel odioſæ. 93

X X V I I I.

Sententia in contumaciam lata contra capitaliter Bannitum & condemnatum exequi non poteſt, quando bannum eſt nullum defectu citationum exequutarum in die feriato, & quando in eo non fuit bannito aſſignatus terminus ad comparendum, & etiam quando in ſententia fuit impoſita pęna non condigna delicto; & hinc etiam reſoluitur, quæ nam ſit pęna rumpentis pacem tam de iure communi; quam vigore conſtitutionem Marchiæ. 95

X X I X.

Dubitatur, nunquid mulier inquiſita, quod in eius domo bannitum receptauerit,dicatur plenè conuicta ex depoſitione duorum ſuorum filiorum impuberum iũcta depoſitione famuli & famulæ in eadem domo inſeruiẽtium,vna cum depoſitione banniti receptati. 96

X X X.

Multa in hoc conſilio pertractantur,quæ iniuriarum & libelli famoſi materiam reſpiciunt, ſed multum exactè diſcutitur, An,& quando veritas conuitij excuſet conuitiantem a pœna iniuriarum & libelli famoſi;& quid de libello famoſo in Eccleſia affixo ſub ſpecie voti, cũ inſcriptione, tamen & pictura alterius infamiam, & delictum tangente, An prauo iniuriandi animo, An potius ſine dolo,& propter voti adimplementum affixus præſumatur: Pleniſſime diſcutitur articulus,& etiã agitur an ſit iniuria dicere alicui, tu produxiſti contra me falſos teſtes. 97

X X X I.

De pace,ſeu cautione de non offendendo, quando dicatur rupta per offenſionem factam a familia paciſcẽtis, vel eiuſdem paciſcentis familiæ, An etiam rupta dicatur per minas,per illationem metus,per verba iniurioſa, per offenſionem cum liuore, ſeu per aliam leuem offenſionem, quando a pœna pacis, aut cautionis ruptæ, excuſet noua cauſa,& quæ, & nonnulla etiam de teſtium inhabilium fide,ac probatione. 124

X X X I I.

De mandante aliquem baſtonari, An teneatur pęna mortis ſi baſtonatus moriatur, & de pluribus qualitatibus aggrauantibus delictum, ex quibus pœna arbitraria poteſt extendi vſque ad mortem. 126

X X X I I I.

In hoc conſilio plura tractantur in materia raptus ad hoc vt illius pœna ordinaria ſuccedat, quæ requitantur,& præcipuè, An, & quæ raptæ mulieris inhoneſtas, rapientem excuſet, per quem, & quomodo probanda, quando, & quot modis a pœna raptus quis excuſetur. 127

X X X I V.

De pluribus indicijs in materia deturpationis feneſtrarum. 133

X X X V.

Duo præcipuè in hoc conſilio enucleantur, vnum quod reſpicit admiſſionem Procuratoris,ſeu defenſoris pro abſente contumace in cauſis criminalibus. Alterum quod reſpicit impunitatem homicidij commiſſi ad neceſſariam defenſionem,& in vtroque caſu plura notanda & practicabilia explicantur. 137

X X X V I.

Pax,an dicatur rupta ab eo, qui emiſſo cane ſuper Rota Archibuſij illud in aduerſarium ante ipſum proficiſcentem declinauit, ſed ab alijs impeditus Archibuſium non exonerauit. 143

X X X V I I.

De receptante bannitos, quando pro receptatione puniri poſſit non conſtito præſertim quod receptati eſſent banniti,& quod receptans banni ſcientiam habent.& de pluribus inditijs,ex quibus in propoſita facti ſpecie fiſcus ad torturam deuenire prætendebat. 144

X X X V I I I.

Recenſentur plura inditia ac plures præſumptiones, ex quib. arguitur ſtuprum ſeu adulterium; diſcutiturq;, an ex illis poſſit Reus torqueri,vel etiam condemnari, & in quam pœnam. 147

X X X I X.

Impugnatur teſtis; ex cuius dicto immediatè delictum tangente,iunctis aliquibus adminiculis prætendebat fiſcus Reum nominatum, & inculpatum de conſpiratione & tractatu in fuga carceratorum torqueri debere; concluditurque quod propter plures defectus, quos dictus teſtis, & in dicto & in perſona patiebatur, & de quibus in ſummario, non poterat de iure (non obſtantibus aſſertis adminiculis) ad prætenſam a fiſco torturam deueniri. 149

X L.

In infraſcriptis dubijs, & eorum reſolutione data per duos excellentiſsimos Cõſulentes, optimè declaratur materia ſimulationis,an ſ quando,& quibus coniecturis illa probetur, an etiam ceſſante cauſa ſimulationis,ceſſare debeant eiuſdem ſimulationis præſumptiones, & poſtmodum, an poſſit de ſimulatione criminaliter agi,quando fuit de ea ciuiliter oppoſitum, & ciuili iudicio pronunciatum. 151

X L I.

Duelli pœna, ſeu quæ alia locum habeat in eo qui alterũ deliberatè ad certamen inuitat: Archibuſetti delatio an per teſtes ſingulares,& quomodo probetur: alapam officiali inferens quomodo puniatur; & quid de eximente capitaliter bannitum ex manibus Curiæ, illumque ad locum tutum reducente,& ex his plura alia diſcutiuntur,de quibus in ſummario. 158

X L I I.

De donatione omnium bonorum facta a minore inimicitias habente, cuidam ſuo coniuncto. An & quando in fiſci præiudicium præſumatur ſimulata & inualida, plura aduerſus eam opponuntur,ex quibus & ſimulatio & nullitas dictæ donationis deprehenditur. 160

X L I I I.

De comburente ſeu lacerante ſcripturas, quod teneatur ad damna & intereſſe partis, cuius erant ſcripturæ, quomodo huiuſmodi damna & intereſſe probentur, & an iuramento damnum paſſi, quomodoue, & per quem probandus ſit tenor, ſeu qualitas ſcripturarum combuſtarum & laceratarum. 163

X L I V.

De teſte,qui videns falſum depoſuiſſe,ſponte ſe ad corrigendum in iudicio præbet, ſed ex interuallo, An & quando poſſit torqueri,vel puniri;& quid de teſte,qui non dolo, ſed per errorem, ignorantiam, ſeu obliuionem falſum depoſuit, An & qua pœna,& quando puniri poſſit; nonnulla de teſtium fide & probatione, ac etiam quando producens articulos cenſeatur facere omnia in eis contenta. 166

X L V.

Materia iſtius Conſilij eſt, An licentia deferendi omne genus armorum etiam prohibitorum, comprehendat Archibuſetta, & an eadem licentia data alicui, vt poſſit

poſſit facere deferte dicta arma duobus ſnis amicis, extendatur etiam ad amicos non euntes in ſocietate illius, cui fuit conceſſa licentia, & hinc multa de interpretatione Priuilegiorum ac de illorum extenſione, ſeu reſtrictione ac etiam de interpretatione verborum generalium, ſeu vniuerſalinm magiſtraliter expoſita reperies. 168

X L V I.

Diſcutitur in præſenti Cõſilio, an is, qui gratiam habuit, ſeu per compoſitionem fuit abſolutus de pluribus furtis partibus non concordatis, poſſit iterum criminaliter tam pro pœna quoad publicam vind ictam, quam pro intereſſe ciuili eorundem partium inquiri, torqueri & moleſtari. 174

X L V I I.

Pluribns comprobatur ſubreptitium gratiam delinquenti non ſuffragari, & inſimul etiam declaratur ex quibus, & quando gratia dicatur ſubreptitia, vel obreptitia. 177

X L V I I I.

De materia falſæ monetæ, ac de Iudice competente in hoc crimine, & præſertim, an ſubditus Imperatoris, qui in feudo Imperij Papales monetas falſas cudi iubebat, illaſque in ſtatu Eccleſiaſtico expendendas procurabar; poſſit a Delegato Papæ extra ſtatum Eccleſiaſticum, citari, proceſſari, & pnniri. 179

X L I X.

Defenditur mulier vidua, quæ cum pro liquidatione dãnorum & intereſſe, ad quæ eius aduerſarius erat iam condemnatus a iudice laico, eundem aduerſarium coram Iudice Eccleſiaſtico conueniſſet, fuit accnſata quod ipſius laici Iudicis iuriſdictionem turbauerit. fol. 182

L.

Materia hnius Conſilij reſpicit præcipnè probationem occultationis inſtrumenri, de quo Notarius rogatus mendaciter negat ſe rogatum fuiſſe, & pro rogitus probatione prædicta, plnres conſiderantur coniecturæ & præſumptiones, ex quibus prædictam occultationem concludenter eſſe deductam contendirur ad effectum, vt ipſe Notarius ſaltem extra ordinem pnniri poſſit vltra damna & intereſſe partis, & in diſcurſu multa etiam de fide teſtium diſcutiuntur, præſertim deponentium ſe ex cortina vel pariete aliquid vidiſſe, vel audiniſſe. ibid.

L I.

Nunquid Auditor Cameræ habeat iuriſdictionem ſicut vrbis Gubernator in puniendo cuſtodes carcerum delinquentes in eodem officio, & plura de eorum facultatibus & iuriſdictionibus non ſpernenda in hoc reſponſo ſecundum veritatem reſoluuntur. 188

L I I.

De legitima Aui, quæ ſaluatur Nepoti propter delictum patris, An debeatur ipſi Nepoti in vita Aui, An verò expectanda ſit eiuſdem Aui mors. 189

L I I I.

De publica fide qnando ſeruanda ſit, & in ſpecie de capitaliter bannito, abſoluto & remiſſo, ex eo, quia Curia præſentauit capur alterius banniti, An poſſi iterum inquiri ſi delicta illius, cuius caput præſentauit, erant minora & leuiora ijs, quibus fuerat capitaliter damnatus, An verò ſit dimittendus & relaxandus in priſtinam libertatem, ne ſub fide publica, deceptus videatur. 190

L I V.

De validitate ſeu inualiditate ſocietatis animalium, in qua præcipuè adſit pactum, quod loco demortuorum quolibet anno noui fœtus ſubrogentur. Plura ad interpretationem Bullæ Sixti Quinti reprobantis ſocietates ad caput ſaluum: & plura etiam de cenſibus, ac alijs contractibus vſuram ſapientibus, vel non. fol. 195

L V.

Multa in ſequenti conſilio tractantur, quæ in ſummario perſpicies, ſed præcipuè agitur de probatione tractatus, ſeu mandati ad occidendnm, De filio, ſeu famulo occidente inimicum patris, ſeu Domini, An de eiuſdẽ Domini, ſeu patris mandato occidiſſe præſumantur; De capientibus, ſeu occidentibus delinquentem capitali pœna dignnm, & in fragranti repertum, Ac de illis, qui delinquentem, ſeu occiſorem, ex manibus Curiæ vel inimicorum, ipſnm capere aut occidere volentium, eximere procurant. 198

L V I.

Plura ac diuerſa ennmerantur inditia, quibus fiſcus prætendebat pro mandato ad vulnerandum, inquiſitum eſſe torturæ ſubijciendum & propterea quomodo prędicta indicia fuerint eliſa, in ſummario conſilij omnia explicantur. 207

L V I I.

Fideiuſſio de repræſentando, an & quando expiret per ſententiam, præſertim in ciuilibus, & ſub qua cautione debitor captus tanqnam de fuga ſuſpectus, relaxari debeat. 209

L V I I I.

Strictè, ſed magiſtraliter diſcutitur ille Articulns, An ſcilicet, quando, & quibus coniecturis, ſeu præſumptionibus probetur fraus ad effectum condemnandi. fol. 212

L I X.

Fideiuſſor de repræſentando an liberetur, & quando, ſi principalis propter nonum commiſſum delictum, aufugerit, & quid ſi dictus principalis non fuit condemnatus; Quid ſi delictum pro quo aufugit non erat capitale? Quid ſi fideiuſſor nullam fecit diligentiam de ipſum repræſentando? Quid ſi pro primo delicto noua non ſuperuenerunt indicia? Quid ſi Reo pro ſecundo delicto inquiſito, non operatur pro primo delicto ſaluns conductus? Et quid etiam de fideiuſſore de non diſcedendo ſine licentia ex aliquo loco, An & quando cenſeatur liberatus per ſubſequutam licentiam? An talis licentia debeat eſſe expreſſa, & in ſcriptis, an verò ſufficiat oretenus & ſine ſcriptis data? Hæc omnia in infraſcriptis omnibus Reſponſis ſubtiliter, & ſecundum veritatem reſoluuntur, Et nonnulla etiam ponuntur de Notario, quando in inſtrumento per ipſum rogato, poſſit apponere ſolitas & conſuetas clauſulas, quas in ſpecie non appoſuit. 213

L X

Agitur in hoc conſilio de pœna ſurripientis anulum Piſcatoris Papæ ad effectum ſigillandi contra eius mentem litteras Apoſtolicas in forma Breuis, quas tamen ſurripiens in facinore deprehenſus, ſigillari nequiuit. Multa pro eius excuſatione adducuntur, ad effectum vt pœnam ordinariam cap. ad falſariorum de crimine falſi effugeret. Et hinc etiam diſcutitur, qua pœna afficiendus ſit ſecretarins Breuium, qui dictas litteras, eius tamen manu non ſubſcriptas, ipſi ſurripienti tradiderat, quaſi quod futuræ ſurreptionis & ſigillationis conſcius & particeps fuerit, vel ſaltem ei commoditatem ad prædicta peragendum contra ſui officij debitum, præbuerit: Et obiter etiam tractatur, An & qua pœna puniendus ſit is, qui primo loco examinatus tanquam principalis quo ad ſe, & teſtis quoad alios, nonnulla depoſuit ad excuſationem conſocij; Et poſtea tortus, falſam fuiſſe exculpationem faſſus fuit, non tamen ad alterius ſubornationem, nec ſpe lucri ad falſa deponendum ductus, ſed ex ſe & pieta-

tem.

te inquiſiti motus. 217. & ſeq.

L X I.

Tractatur materia homicidij, quando ſcilicet dicatur præmeditate, aut non præmeditate commiſſum, ad effectum imponendi pœnam ordinariam, pluresq; explicantur præſumptiones & indicia, quæ tractatum & præmeditationem includunt, & quæ etiam homicidiũ in pura rixa fuiſſe commiſſum, tractatu non præcedente, demonſtrant. 231

L X I I.

De cautione de non offendendo, ſeu pace, quod non cenſeatur rupta ex offenſione ſequuta, non ex cauſa pro qua fuit cautum, ſeu facta pax, ſed ex antiqua. 233

L X I I I.

Agitur de Conductore domus in qua eius famulus propter inimicitiam, quam habebat cum locatore, ignem immiſit, & illam combuſſit; An dictus conductor teneatur ipſi locatori ad damna paſſa occaſione incendij per eius famulum immiſſi. 234

L X I V.

Defenditur officialis, qui in ſindicatu inquirebatur, quod ſine iuriſdictione defenſiones denegando & ſtatutis ciuitatis contrauenendo, proceſſerat contra hebræum de furto accuſatum; & propterea nonnulla notabiliter explicantur ad excuſationem eiuſdem Iudicis ſub ſindicatu exiſtentis, de quibus in ſummatio. fol. 235

L X V.

Tractatur in quatuor infraſcriptis reſponſis generaliter materia Bullæ Sixti Quinti prohibentis armatas & caualcatas, An & in quibus caſibus habeat locum, De pluribus excuſationibus, ne illius pœna incurratur, & præcipuè in vltimis duobus reſponſis plenè diſputatur, An illa ſit reſtricta ad caſum, in quo conuocantur gentes ad effectum adipiſcendæ vel recuperandæ poſſeſſionis, prout eadem Bulla loqui videtur; An verò extendi etiam debeat ad quaſcumq; congregationes factas ad alios effectus, & in ſpecie ad proſequendos & inſultandos bannitos ſeu inimicos, & inde ſumpta occaſione plura afferuntur notanda in materia conuenticulæ, & illius pœnæ, ac plura etiam de interpretatione, extenſione, ac reſtrictione conſtitutionum, & ſtatutorum: materia in vrbe & ſtatu eccleſiaſtico quotidie contingens & practicabilis. 237

L X V I.

Plura adducuntur ad excuſationem filiæ, quæ vt ſuam ſaluaret pudicitiam, de qua a patre tentabatur, Patrem ipſum occidi procurauit; Et plura etiam de pœna mitiganda filio minori, qui eidem parricidio conſenſit, & de reuocatione mandati, quando mandantem excuſet, ſequuto homicidio, non obſtante reuocatione. 246

L X V I I.

De incurſu Bullæ Alexandrinæ. 248

L X V I I I.

Recurſus ad Curiam ſecularem ad impediendum exequutionem iuriſdictionis eccleſiaſticæ, quando ſit improbatus, aut licitus. 250

L X I X.

Iudex Criminalis an, & quando poſſit incidenter, ſeu principaliter ſuper Ciuili intereſſe & actione partis Reo criminaliter abſoluto vel condemnato, aut etiam omiſſa criminali condemnatione pronunciare; Articulus practicabilis & ſecundum veritatem reſolutus. fol. 251

L X X.

Tractatur in hoc conſilio materia pacti de quota litis & alienationis rei litigioſæ, ſed præcipuè diſcutitur an pœna pacti prædicti habeat locum in clientulo, qui cũ Procuratore, ſeu Aduocato de quota litis paciſcitur. Et quid ſi pactum prædictum ſit nullum, & hinc plura de teſtium fide & probatione; ac etiam de recognitione Apochæ per teſtes, qui notam habeant manum ſcribentis, aut per comparationem literarum deponẽtes, Plura etiam de probatione ſcientiæ per præſumptiones facienda, Ac demum An tortura dari poſſit, vbi agit de pœna pecuniaria & infamiæ, & in ſpecie quid in pacto de quota litis. 253

L X X I.

An & quando bona mobilia ſpectant ad Dominum confiſcantem; An verò ad Dominum loci, vbi ſita ſunt. fol. 259

L X X I I.

Nunquid hodie ſi mulier fuerit criminaliter accuſata, condemnata de adulterio, & in monaſterium detruſa, eius dos acquiratur marito, an vero monaſterio & filijs, iuxtà diſpoſitionem textus in auth. ſed hodie. C. ad l. Iul de adulter. Cuius auth intellectus magiſtraliter & ſecundum veritatem diſcutitur. 260

L X X I I I.

De aſſerto ſocio criminis carcerato, Altero ſocio in contumaciam condemnato, quando poſſit pro ſui defenſione proponere defenſiones reſpicientes etiam innocentiam & defenſionem prædicti condemnati, & an ſi admittatur & recipiatur, talis defenſio proſit in aliqua parte eidem contumaci; & an etiam Reus inquiſitus teneatur fiſco nomina teſtium examinandorum nominare, & quid ſi aliquos nominauit, eoſque examinare fecit, An poſſit vltra nominatos & examinatos alios nominare & examinare nondum didicitis depoſitionibus teſtium examinatorum. ibid.

L X X I V.

An ingrediens ſub nomine Curiæ in domum mulieris animo illam carnaliter cognoſcendi, poſſit de iure cõmuni puniri pœna mortis. 262

L X X V.

Simonia quando, & ex quibus actibus inducatur, quomodo probetur, & de pluribus actibus, ſeu præſumptionibus includentibus, ac excludentibus ſimoniæ crimẽ, latiſſimè, & magiſtraliter explicatur materia in ſequenti Conſilio & deciſionibus infraſcriptis. 263

L X X V I.

Agitur de immunitate eccleſiaſtica, in qua reſoluuntur aliquæ notabiles Dubitationes ſpecialiter expoſitæ in principio Reſponſi. 273

L X X V I I.

De laico, qui poſt commiſſum delictum Clericatum aſſumpſit, quando dicatur illum aſſumpſiſſe in fraudẽ; Quandove & quomodo ſit exemptus a iuriſdictione ſeculari. 274

L X X V I I I.

Defenditur hic Generalis ordinis Carmelitani, qui præcipuè de receptione munerum contra Bullam Sanctiſſimi; Ac de carnali mulierum cognitione inquirebatur; Et propterea diſcutitur; Primò, an & quæ munera poſſint hodie Religioſi recipere ſine incurſu dictæ Bullæ Secundò ex quibus & quando adulterium & carnalis cognitio probetur. Tertiò plura aduerſus teſtes obijciuntur tam quoad perſonas, quam quoad dicta, ex quibus illorum fides tollitur in criminalibus. 276

L X X I X.

De materia criminis læſæ maieſtatis, in qua plura de teſtium ac ſociorum criminis in hoc crimine, alijſq; criminibus occultis, & difficilis probationis, fide & probatione, ac de eorundem ſociorum criminis exculpatione, diſcutiuntur. 280

Defen-

L X X X.

Defenditur Abbas Monaſterij ſancti Manſucti in Gallia, qui de pluribus exceſſibus, & præſertim de concubinatu inquirebatur. Hinc propterea multa deducuntur de teſtium fide, & præcipuè circa probationem famæ; Multaque etiam de tacita & implicita confeſſione in teſtamento facta; Nec non ad effectum condemnandi ac imponendi pœnam priuationis beneficiorũ in crimine concubinatus, quæ dicatur legitima probatio, Et quomodo ipſe concubinatus probatur. 282

L X X X I.

De pace, an & quando ſit probanda per inſtrumentum, vel potius ſufficiat per teſtes probata ad effectum minuendi pœnam, ac ad effectum puniendi fractorem pacis, nec non etiam de pacis fractore, an debeat tanquam Proditor depingi iuxta conſtitutionem Marchiæ 77. lib 5. Vnde ſumpta occaſione etiam declaratur, An lex ſeu conſtitutio noua recipiat interpretationem ab antiqua, & in quibus locis dicta conſtitutio ſeruanda ſit. 289

L X X X I I.

Impugnatur ſententia Iudicis, qui in fuſtigationis pœnam condemnauit reum pro teſtium ſubornatione, de qua aliter non conſtabat, quam ex depoſitionibus eorundem teſtium, qui ſe ab ipſo ſubornatos aſſerebant. 290

L X X X I I I.

Recenſentur in hoc reſponſo plura grauamina illata per Iudicem in quodam Proceſſu per ipſum fabricato, & illius occaſione indebita teſtium tortura, indebitiſq; & ſuggeſtiuis interrogatorijs, eiuſdem teſtibus factis, ex pluribus rationibus & capitibus, de quibus in ſummario, & pro quibus idem Iudex fuit ſuſpectus allegatus. 282

L X X X I V.

De Copia indiciorum conſtitutorum Actorum, & Proceſſus integra, & non diminuta concedenda. 294

L X X X V.

Cauſa quando dicatur Criminalis, quãdo Ciuilis, & quãdo mixta, & quid præſertim de cauſa fraudatæ Gabellæ, contumax quando audiatur non refectis; Procurator quando in criminalibus pro abſente citato, admittatur, præſertim ad appellandum, & ad dicendum de nullitate, & quid ſi citatus erat perſona Illuſtris Statutum quando extendatur de vna perſona ad aliam, & an loquens de mandatario extendatur ad mandantẽ; ſtilus qũo introducatur & probetur, & generaliter de validitate & obſeruantia ſtili: feriarum inobſeruantia, quando reddat Proceſſum nullum: commiſſio citationis ſeu præfixio dilationis, nondum lapſo termino primæ citationis, ſeu dilationis commiſſæ, aut prefixæ, an & quando ſit nulla. Hæc inquam omnia abunde in ſequenti conſilio enucleantur. 296

L X X X V I.

Tractatur materia præcedentis Conſilij, & præcipuè ponuntur decem nullitates inquiſitionis contra abſentẽ formatæ, ex qnibus facile vnuſquiſque inquiſitionis validitatem, aut nullitatem conijcere poterit, & eſt reſponſio ad dictum præcedens conſilium. 314

L X X X V I I.

Multa de interpretatione decreti, ſeu ſtatuti pœnalis, ád hoc vt illius diſpoſitio habeat, vel non habeat locum, & multa etiam ad excuſationem illius qui in ſupplicatione, ſeu memoriali diffamauit Annonæ Præfectos. fol. 322

L X X X V I I I.

Defenditur Notarius inquiſitus de falſitate inſtrumenti, contra quem vrgebat præcipuè depoſitio vnius teſtis inſtrumentarij, alijs indicijs & præſumptionibus granata; & ècontra ad inſtrumenti comprobationem, & pro Notario plura alia concurrebant indicia & præſumptiones; omnia ſigillatim ponderantur, prout in ſummario; ex quibus optimè quiſq; percipiet, quibus præſumptionibus inſtrumentum improbetur, & quib. comprobetur. 324

L X X X I X.

Enumerantur plures nullitates cuiuſdam ſententiæ in cõtumaciam latæ, ex quibus vnuſquiſq; Iudex poterit facile comprehẽdere modum procedendi contra abſentes, eoſque monendi, citandi, & condemnandi. 326

X C.

Breuiter quidem, ſed magiſtraliter, & ſecundum veritatem in hoc reſponſo diſcutitur, an & quando impunibile ſit ſtuprum commiſſum in ancillam, aliamve mulierem vilis & abiectæ conditionis. 328

X C I.

Materia iſtius Conſilij reſpicit probationem vſuræ, An ſ. & quando, & quibus præſumptionibus deducatur, prę ſumatur, ac probetur; & præſertim an illa arguatur ex pactis in contractu appoſitis contra illius naturam; Et an ex præcedenti tractatu; Et an etiam loco pœnæ aliquid ſolui poſſit, quod citra pęnam vſuram argueret. fol. 330

X C I I.

Surreptio gratiæ an ſit probanda per fiſcum, An verò is, qui gratiam obtinuit, teneatur narrata iuſtificare; An ſurreptionis vitium tollatur per clauſulas relatiuas ad proceſſum; An per ſcientiã Principis; & an ex eo quod tertius non procurator gratiam impetrauit. 333

X C I I I.

Agitur in hoc Conſilio de alterius gratiæ ſurreptione, ob non expreſſionem delictorum, de quibus alias, quis gratiam habuerit, & ob non ſeruationem exilij in eadem gratia iniuncti. 334

X C I V.

De militari dignitate multa explicantur notabilia, & præcipuè in quibus militibus eadem dignitas locum habeat, & an etiam illi milites, qui vulgo dicuntur *Lance ſpezzate* dicantur in dignitate conſtituti, ad effectum vt comprehendantur in ſtatuto loquente de dignitate fulgentibus, quod alijs præcedere debeant. 335

X C V.

In ſubſequenti Reſponſo D. Farinacij agitur de eadem materia, de qua in præcedenti, & etiam diſcutitur, An miles non inſeruiendo militiæ, gaudeat militari priuilegio, & an & quando priuilegium amittatur per actus contrarios. 337

X C V I.

De adminiſtratore, qui pluries reddita ratione ſuæ adminiſtrationis fuit liberatus & quietatus ab eo, cuius bona adminiſtrauit, An & quando poſſit ſub pretextu doli in eadem adminiſtratione commiſſi, criminaliter inquiri & moleſtari; Quandove & ex quibus in propoſito Adminiſtratoris dolus arguatur, & probetur. 341

X C V I I.

Hæredis inſtitutio facta à teſtatore præſertim grauiter infirmante ad notarij, ſeu alterius interrogationem, & per reſponſionem per verbum *ſi*: An quando, & in quibus caſibus valeat, An vero teſtamentum nullum, ſeu ſuſpectum reddatur, Plene & magiſtraliter in hoc reſponſo diſcutitur materia. 345

X C V I I I.

An ex actibus ſocialibus, & tacita iniuriarum remiſſione, cenſeatur inducta pax, ad effectum, vt ex ſubſequuta offenſione locus ſit pœnæ impoſitæ a conſtitutionibus, & bannimentis contra fractores pacis. 348

X C I X.

Tortura ſine indicijs Denegatis; e defenſionibus ac iuris

ordine

Digitized by Google

ordine non ſeruato in quolibet atrociſsimo crimine, nec etiam de principis mandato inferri poteſt,& ſi inferatur,& tortus fateatur,talis confeſsio nec confitenti, nec tertio nocet; Aſſertio autem, ſeu inculpatio ſocij criminis & mandatarij, ad hoc vt contra mandantem inculpatum indicium faciat, plura requiruntur de quibus in ſummario. 350

C.

De occidente Birroatium, quando excuſetur, dicendo ſe ignoraſſe illum fuiſſe birroarium, & ex quibus iſto caſu præſumatur ignorantia, ſeu ſcientia ad effectum condemnandi occiſorem,& in quam pœnam, & quando etiam idem occiſor excuſetur ex eo quod vulnus non fuit mortale,& quod vulneratus obijt ex malo regimine, ſeu imperitia, aut negligentia medicorum. 355

C I.

De aſſaſsino & rebelle, quando impunè occidi poſsit, non præcedente declaratoria. De pluribus caſibus, in quibus bannitus poteſt impunè occidi,& preſertim, quid ſi occidatur ad occultanda aliorum delicta; Et quid etiam ſi occidatur,cum potuerit viuus curiæ tradi. 358

C I I.

Mandatum tacitum,ſeu præſumptum An, & quando dicatur ex alloquutione ſecreta facta per Dominum famulo, qui in continenti eiuſdem Domini inimicum occidat, & an etiam inducatur ex verbis, non redeas domum &c. donec aliquid noui ſenſerim de N,qui poſtea pariter occidatur. 362

C I I I.

Defenſiones & indiciorum Copiæ, An in vrbe petentibus denegari poſſunt ab Illuſtriſsimo D. Vrbis Gubernatore in vim ſuarum prætenſarum facultatum, aut ſtili tribunalis,præſertim in atrociſsimis. 368

C I V.

Plures notabiles quæſtiones in hoc reſponſo enucleantur; Prima eſt,an dicatur mandatum, ſeu Conſilium, quando tam mandatarius, quam conſulens habebant inimicitiam cum occiſo: ſecunda ex quibus verbis conſilium,ſeu mandatum inducatur. Tertia an & quando conſulens teneatur eadem pœna, qua principalis delinquens,qui erat aliàs facturus;quid in dubio præſumatur, & ex quibus coniecturis? Quarta,an, & quando mandatum conditionale obliget mandantem, conditione non verificata. Quinto,ex quibus verbis,ſeu factis inducatur delicti ratificatio ad eandem,vel mitiorem pœnam,& quando, & qua pœna puniatur ſciens, & non reuelans parricidium committendum, &c. fol. 369

Finis Indicis Argumentorum.

INDEX LOCVPLETISSIMVS RERVM, VERBORVM, AC SENTENTIARVM,

Quæ in hoc Primo volumine Conſiliorum, ſeu Reſponſorum, Proſperi Farinacij I. C. Romani continentur.

A

ABſentes de iure communi non poſſunt diffinitiue condemnari, niſi in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ, conſ.86.nu.9. fol.315
Abſens per contumaciam habetur pro præſente ad eius damnum, conſ.85.nu.26. fol.300
Abſentia inducit pręſumptionē ignorãtię, cõſ.101.n.39.fol.361
Abſoluendus quis potius eſt quam condemnandus in dubio, conſ.1.nu.8. fol.1.
Abſolutus ignorante eo de cuius intereſſe tractatur non prohibetur iterum moleſtari, conſ.46.nu.14. 176
Abſoluendus eſt in dubio potius nocens, quam condemnandus innocens, conſ.65.nu.127. 243
Abſolutus Miles a ſuo Tribuno, ſeu Colonello an poſſit ab alijs iudicibus amplius moleſtari, conſ.4.in add.litera T. 21
Abſoluendus eſt reus in dubio etiam quod probationes fiſci, in aliquo excedant ſuas probationes, conſ.35.nu.9. 137
Abſolutus cẽſetur, qui fuit relaxatus ſub cautione de repreſentando, nec in futurum amplius moleſtari poteſt, niſi noua ſuperueniant, conſ.50.nu.25.ad finem. 185
Abſoluendus in dubio potius eſt reus quam condemnandus, conſ.75.nu.75.in fine. 269
Abſolutus nulliter a delicto poteſt iterum inquiri & proceſſari ab eodem Iudice, qui nulliter abſoluit, cõſ.53.nu.2.in fi.191
Abſolutus p viã diſpẽſationis ab eo, q diſpẽſandi poteſtatẽ non habebat, poteſt iterum inquiri, conſ.53.nu.38.in fine. 193
Abſolui in dubio debet reus potius q̃ cõdẽnari, conſ.20.n.10.72
Abſoluendus eſt reus filio non probare, conſ.22.nu.30. 77
Abſurda ſunt vitanda, conſ.30.nu.18. 100
Abſurdum eſt concedere per indirectum, quod principaliter fieri non permittitur, conſ.85.nu.50. 301
Abſurdum eſt retorqueri in fauorem ea, quæ in odium fuerunt inducta, conſ.85.nu.58. 302
Abſurda vitanda, conſ.51.nu.6. 189
Acceptatio ex ſola taciturnitate, non ſequuto aliquo actu poſitiuo non inducitur, conſ 70.nu.49. 256.col.3.
Acclamatio de neceſſitate inſultum præſupponit, conſil. 31. num.10. 125
Accuſatus ciuiliter non poteſt criminaliter moleſtari, quãdo vtraque accuſatio tendit ad vindictam, conſ.4 nu.58. 156
Accuſare alieno, & procuratorio nomine nemo poteſt, conſ.55. nu.1.& in add.litera A. 199
Accuſatio vbi eſt nulla totus proceſſus deſuper fabricatus redditur nullus & inualidus, conſ.55.nu.1. 199
Accuſatio præſumitur calumnioſa, quando eſt data diu poſt commiſſum delictum, conſ.24.nu.13. 81
Accuſator in crimine ſimoniæ, nõ auditur, niſi ſe ſubſcripſerit ad pęnã talionis, aut arbitrariã, cõſ.75.n.23.& n.114. 265
Accuſatus de crimine pendente accuſatione teſtis eſſe non poteſt, conſ.36.nu.5.in fine. 150
Acquiſitum parti per negligentia alterius partis, recta conſcientia nequit auferri, conſ.85.poſt nu.93. 304
Acta faciens coram iudice incompetente tenetur ad expenſas, conſ.49.nu.2.verſ.necnon etiam. 182
Acta iudicij quæ dicantur, conſ.85.nu.54. 302
Acta iudicij debent fieri die iuridica, & non feriata, conſ.85. nu.54.fallit pluribus modis remiſſiue ibidem. 302
Acta facta coram iudice recuſato poſt recuſationem ſunt ipſo iure nulla, conſ.17.nu.1.& nu.4.& de materia in addit. litera A. 60
Actorum omnium copia danda eſſe reo, conſ.84.num.3.verſ.ſic etiam in cauſa. 294
Acta iudicij ſunt communia nec poſſunt petentibus denegari, conſ.48.nu.8. 395
Acta omnia ſunt edenda, conſ.84.nu.19. 296
Acta facta in iudicio ciuili non faciunt fidem in criminali, cõſ. 23.nu.12.verſ.nec releuat. 79
Actio de dolo præſcribitur ſpatio biennij, & talis præſcriptio currit etiã ignoranti, ſed an detur aduerſus hanc præſcriptionem reſtitutio in integrum, conſ.7.in add.litera B. 28
Actio in libello mutari non poteſt, conſ.9.nu.5. 29
Actio ciuilis, vt ſcripturæ fides non debetur, deſcẽdit ex crimine falſi, conſ.69.nu.1. 252
Actio duplex pro quolibet delicto competit, ciuilis ſcilicet, & criminalis, conſ.46.nu.15. 176
Actione iniuriarum tenetur, etiam quod quis verum dixerit, quando adeſt animus iniuriandi, conſ.30.nu.8.& nu.125. ſecus ſi ex aliqua cauſa fuerit dictum conuitiũ, n.39.& ſeq. & malus non præſumitur animus, quando ceſſat cauſa inferendi iniuriam, nec erat neceſſe dicere conuitium in iniuria contentam, nu.93.& nu.105.& nu.31.contra, quod veritas conuitij conuitiantem excuſet, & præſertim quando expedit reipublicæ ſcire, nu.47.& ſeq.vbi alia ad materiam.99
Actione iniuriarum non tenetur, quãdo quis alteri dicit tu fuiſti punitus pro falſo, conſ.30.num.49.& num.169.contra num.126. 102
Actio iniuriarum vbi non datur, ibi non poteſt eſſe libellus famoſus, conſ.30 nu.133.155.& 164. 110
Actione iniuriarum tenetur non ſolum qui offendit, & percutit, ſed etiam qui manum eleuat ad effectum percutiendi, et percutere minatur, conſ.36.nu.6.& in add.litera B. 143
Actio iniuriarum infamiam irrogat condemnato, etiam quod iniuria leuis ſit, conſ.70.nu.34. 255
Actio duplex oritur ex crimine falſo, alia eſt criminalis ad pœnam, alia ciuilis, vt non detur fides ſcripturæ, conſil.69. numero 9. 252
Actiones, & obligationes de earum natura ſunt perpetuæ, niſi per additionem temporis, vel alterius qualitatis fuerint reſtrictæ, conſ.57.nu.1. 209
Actio turbatæ poſſeſſionis, poteſt eſſe ciuilis, & criminalis, cõſ. 49.nu.3. 182
Actio criminalis, vt detur contra turbantem iuriſdictionẽ, ſeu poſſeſſionem, tria requiruntur. Primo vt turbans prætendat ſe habere ius in re turbata. Secundo quod turbatio fiat cum impedimento; Tertio vt interueniat ius, conſ.49.nu.3.verſ. attamen. 182
Actio ciuilis, & criminalis oritur ex quolibet delicto, conſ.46. nu.15.in fine. 176
Actore non probante reus abſoluitur, conſ 9.nu.8. 29

I N D E X

Actore non probante reus abſoluendus eſt, etiam quod nihil præſtiterit, conſ.40 num.52. 155

Actor tenetur edere ſua iura reo ſiue eiuſdem ſiue alterius cauſæ, & etiam quod fiſcus ſit actor, ac etiam ad fundandum ipſius rei exceptionem, conſ.84.nu.14.verſ.tum etiam. 295

Actus *interpretari ſemper debet vt excludat delictum potius quam illud includat, conſ.25.nu.12.* 84

Actus ſemper capiendus in bonã partẽ, conſ.25.nu.46. fol.86

Actus proximus delicto quando dicatur, ad effectũ vt puniatur affectus non ſequuto effectu, conſ.4 in add.litera M. 12

Actum licitum gerens nõ tenetur de delicto ex illo actu ſequuto, conſ.1.nu.1. 1

Actus non habens a iure delicti nomen, aliquando poteſt eſſe cũ crimine, aliquando autem ſine crimine, conſ.1.nu.1. 1

Actus præſumitur factus potius ſine animo delinquendi quam econtra, conſ.1.nu.3. 1

Actum quem quis impugnat producere & approbare nõ poteſt conſ.63.nu.3.in fine. 235

Actus annullatio dicitur pœna, conſ.69.vbi tamen quod nõ per hoc cauſa dicatur criminalis, quando agitur de annullatione actus nu.6. 252

Actus cenſetur ſemper explicatus ex cauſa licita, potius quam ex illicita, conſ.37.nu.nu.2. 145

Actus agentiũ non operatur conſenſum, nec tacitũ, nec expreſſum vltra eorum intentionem, conſ.50.n.43.in fine fol.186

Actus præſumitur factus ex cauſa potius excludente delictum quam includente, conſ.45.nu.37. 172

Actus ſemper præſumitur geſtus excluſione ſimoniæ quam pro incluſione conſ.75.nu.53.poſt medium & nu.12.& nu.75.& num.90.in fine. 265.& 267

Actus ſequens declarat præcedentem, conſ.75.nu.72. 269

Actus iuriſdictionales exercens qua pœna puniatur, conſil.34.num.10. 263

Actus eſt nullus ex forma commiſſa, conſ.81.nu.3. 289

Actus factus contra prohibitionem legis eſt ipſo iure nullus, conſ.81.nu.3. ibid.

Actus non poteſt fieri per Procuratorem, quando principalis præſentia requiritur, conſ.85.nu.87. 304

Actus nullus ſuſtinetur, ſi aliquatenus offuſcari vel dubius reddi poteſt, conſil 85 num.141. 307

Actus vt valeat, potius quam pereat ſemper eſt iudicandum, conſil.85.nu.141.& num.142 ve.ſ.Quoniam. ibid.

Actus ſemper in dubio interpretatus, vt delictum non præſumatur, conſil.30 nu.194. 115

Actum illicitum faciẽs excuſatur ſi talis actus erat reputatur communiter licitus, conſil.30.num.195. ibid.

Actus ſequens declarat animum in præcedentibus, conſil. 57.num.2.ad finem & num.20. 209

Actus teſtificandi legitimus eſt nec a iure probibitus, conſ.59.num.25. 216

Actus corruit forma non ſeruata, conſil.17.num.14. 61

Actum aliquid eſſe non arguitur ex ijs quæ geſta non ſunt, conſil.75.nu.83. 270

Actus palam geſtus non cenſetur dolo factus, conſ.53.num.14.in fine. 191

Actus conditionalis nihil ponit in eſſe, cõſ.53.n.23.in fine. 192

Actus non legitime factus nihil operatur, conſ.53.nu.23 in fine, & n.25.verſ & paria ſunt & n.35.ad finem 192 & 193

Actus præſumitur factus iuxta exequutionem præcedentis tractatus, conſil.43.num.9. 164

Adminicula *non operantur vbi nihil inueniunt adminiculandum, conſil.10 num.16.* 33

Adminicula operantur admiſſionem probationis quæ alias non admitteretur, conſil.70.num.64. 257

Adminiculum adiuuat alias præſumptiones & probationes, conſil.50.num.32. 185

Adminicula delicti probantur per ſcripturam, conſil.25. numero 40. 85

Adminiculum facilius probatur quam ſubſtantia rei conſ.70.num.72. 257

Adminicula nihil operãtur quando nihil adminiculandum inuenerint conſil.99 num.62. 354

Adminiſtrator *tenetur actione mandati ad reddẽdum rationes & computa, & quamuis in adminiſtratione dolum commiſſerit nõ poteſt criminaliter puniri de ſtellionatu actioneque de dolo, quia talis actio ceſſat ſtante ciuili actione Mãdati, conſ.7.nu.9.& in add.litera B.vbi de materia.* 27

mendatium & variationes faciunt inditium tractatus præcedẽtis, conſ.55.nu.53 203
mendatia variationes & contrarietas reddunt reum valde ſuſpectum de delicto, conſ.55.nu.62. 203

menda-

Digitized by Google

Mendatium ſemper in ſe habet dolum, conſ.18.nu.6. in fine. 64
Mendatia ſi plura ſunt faciunt inditiũ ad torturam, etiam quod non ſint ſubſtantialia, conſ.34.nu.16. 135
Mendax, & falſus in vno mendax, & falſus in omnib. etiã quod capitula ſint diuerſa, & ſeparata, conſ.11.nu.29. 39
Mendatium, & periurium ſine damno alicuius impunibile eſt, conſ.60.nu.61 224
Mendatium, & variatio circa ſubſtantia ſufficiũt ad torturam, conſ.102.nu.8 363
Mendat ium non probatur per vnicum teſtem, conſ.23.nu.3. 78
Mendatium non nocet per vnicum teſtem, conſ.23.nu.3 ibid.
Mendatium eſt delictum, & turpitudo, conſ.69.nu.130. 228
Mendatium non eſt punibile, quando non continet in ſe aliquod delictum, conſ.60.nu.69. 224
Mendatium non nocet, quando eſt tale, quod ſi reus illud faſſus eſſet ſibi non præiudicaſſet, conſ.23.n.4 78
Mendatium, quod non tãgit negotium principale, ſed acceſſoria non facit inditium ad torturam, conſ.23.nu.41. ibid.
Mendatium, etiam quod vnicum ſit, facit inditium ad torturã, conſ.23.nu.14 79
Mendax, & falſus teſtis in vno, præſumitur mendax, & falſus alijs, conſ.39.nu.12 150
Mens *concedentis percipitur ex relatione quam ipſe concedens facit, conſ.45.nu.23. in fine & nu.46.* 172. & 173
Mens colligitur ex verbis, conſ.45.nu.41. 172
Mentis noſtræ nullum eſt maius teſtimonium quam qualitas in ſpecta verborum, conſ.75.nu.41. ibi.
Mens diſponentis arguitur ex prohemio, conſ.30.nu.205. 116
Mentita *data cum proteſtatione ſaluo honore mentiti non excuſat mentientem, conſ.30. in addit. lit. Q.* 121
Mentita habet in ſe iniuriam, conſ.6.n.6. niſi fuerit data ad propulſandum iniuriam nu.25. & in addit. lit. B. 25. & ſeq.
Mentita facit vt mentiens dicatur auctor rixæ, conſ.34.nu.24. & in addit. lit. I. 137.141. & ſeq.
Mẽtita data ad ꝓpulſandũ iniuriã nõ eſt punibilis, cõſ.35.n.26. quod quando verum ſit, vide, ibi in addit. lit. L. 139. & 142
Mentitus non poteſt mentientẽ vulnerare, conſ.35.n.28. 138
Mercator *tenetur edere libros ſuos rationum cuicunque intereſſe habenti, conſ.13.nu.13.* 46
Mercator debet tenere librum uulgo dictum il giornale, & illud quandocunque exhibere, conſ.18.nu.17. 65
Mercator dicitur doloſus, & cõtra eum iuratur in litem, ſi in libris dietim omnia data, & recepta fideliter non ſcribit, conſ.18.nu.19 65
Mercatoris liber ſi in vna, vel pluribus partitis inuenitur verus in alijs etiam acritatem continere præſumitur, conſ.13. nu.6. Quod an verum ſit, & quando in addit. lit. A. 45. & ſeq.
Meretrix *& inhoneſta vno tempore, præſumitur etiam inhoneſta alio tempore, conſ.24.nu.15.* 81
Meretricem quem eſſe probatur per publicam vocem, & famã, conſ.24.nu.19. ibid.
Milites *non gaudent priuilegijs militaribus niſi prius fuerint deſcripti in numero, ſeu Rolo militũ. Nec ſufficit, qđ fuerint electi pro militibus, & quod ſint in itinere belli conſ.4. nu.9. declara vt nu.19* 9. & 11
Miles ſeditioſus quomodo puniatur, conſ.4 nu.12 10
Miles voluntarius non eſt ſubiectus, ſed leuitati pœnæ, conſ.4. num.13. ibid.
Milites ſunt ſub iuriſdictione ſuorum ſuperiorum in militia exiſtentium, conſ.4.nu.17. in fine tantum quod capti ab aliquo Rectore Prouinciæ remitti debent ad magiſtratum militum num.18. 11
Miles inobediens, & reſiſtẽs ſuo ſuperiori capite punitur, & occidi poteſt, conſ.4.nu.20. vbi ampliatur etiam ſi res bene ceſſerit. ibid.
Miles manus inferens in ſuum præpoſitum capite punitur, conſ.4.nu.20. in fine. ibid.
Milites tenentur defendere ſuum Capitaneum, & non defendẽdo puniuntur pari pœna tum offenſoribus, conſ.4.nu.24. ibid.
Miles abſolutus a ſuo tribuno, ſeu Colonello an poſſit ab alijs Iudicibus amplius moleſtari, conſ.4. in addit. lit. I. 12
Militia non eſt dignitas, conſ.94.nu.2. & 10. 33. & ſeq.
Miles electus a Principe ad cuſtodiam ſuę perſonę, dicitur habere dignitatem, conſ.94.nu.3. & ſeq. omnibus. 336
Miles in ordine equeſtri poſitus dicitur eſſe in dignitate, cõſ.94. num.4 ibid.
Miles non poteſt exercere officium procuratoris, conſ.94. nu.5. & in addit. lit. B. etiam an procuratoris officium ſit dignitas. 336. & ſeq.
Miles vnus de conſuetudine facit aliũ militem, cõſ.94.n.7. 336
Milites fiunt a Principe, conſ.94 nu.7. ibi.
Milites priuati, & pedeſtres nõ dicũtur eſſe in aliqua dignitate ſecus vero equeſtres, & Principũ cuſtodes, cõſ.94. n.10. 337
Milites inſeruientes cuſtodiæ Principis potiuntur eodẽ priuilegio, quo potiuntur militantes in caſtris, conſ.94 n.11 ibid.
Milites gaudent priuilegijs militaribus quandiu viuunt, nõ autem quamdiu militauerint, conſ.94. n.12. vbi declaratur hoc procedere dummodo habuerint a Principe licẽtiam redeundi ad patriam. ibi.
Milites moderni ex conſuetudine noſtri temporis ſunt verè milites, licet in eis non ſit ſeruata antiqua militiæ forma, conſ.95.num.2. 338
Militiæ antiquæ forma fuit abrogata per generalem conſuetudinem, conſ.95.nu.2 ibid.
Milites noſtri etiam non exiſtentes in ſeruitio belli, & vacãtes mercatoris votus quam armis, fruuntur illis priuilegijs militaribus, quæ non ratione exercitij, ſed officij a legibus conceſſa fuerunt: ſecus vero in illis priuilegijs, quę fuerunt conceſſa ratione exercitij, & non officij, conſ 95.nu.36 ibi.
Militiæ appellatione ueniunt omnes milites etiam in humiliori gradu militiæ exiſtentes, conſ.95.nu.4 ibid.
Militia non eſt dignitas, conſ.65.nu.5. contra nu.8. & ſeqq. 339
Militia & decurionatus æquiparantur, conſ.95.nu.8 ibid.
Milites diſtinguuntur a priuatis perſonis, & quæ propriè dicãtur perſonæ priuatæ, conſ.95.nu.10 ibid.
Militia eſt honor, conſ.95.nu.11 ibid.
Militia eſt ordo, & militaris ordo dicitur dignitas, conſ.95.nu.12. 339
Militia ex cõi vſu loquendi dicitur dignitas, conſ.95.n.13. ibid.
Milites dicuntur, qui recipiunt ſtipẽdium pro cuſtodia alicuius certæ perſonæ, aut certi loci, & præſertim ſi fuerunt deputati ad cuſtodiam perſonæ Principis, conſ.95 nu 17. 340
Milites deputati ad cuſtodiã Principis ſunt digniores alijs militibus, conſ.95. nu.18. vbi etiam quod gaudent omnib. priuilegijs antiquis militibus conceſſis, & alia ad materiam iſtorum militum ad Principis cuſtodiam deputatorũ, qui vulgo Lance ſpezzate nuncupatur. ibid.
Milites veterani præferuntur militibus nõ veteranis, etiã quod militia fuerint licentiati, conſ.95.nu.19 ibid.
Minæ *probata cauſa minarum faciunt inditium ad torturã, & vincta inimicitia ſufficiunt ad condẽnandũ, cõſ.34.n.10.* 134
Minæ non faciunt inditium niſi correſpõdeant offenſæ ſubſequutæ, conſ.55.nu.25. 201
Minæ iuncta inimicitia ſufficiunt ad torquendum, & etiam ad condemnandum, conſ.102.nu.7 363
Minæ an faciant inditium prolatæ per iſta æquiuoca verba, videlicet Lo faro pentire, lo caſtigerò, conſ.102. nu.20. & nu.45. ſeqq. 364. & 366
Minæ adminiculatę alijs ꝑſumptionibus faciũt inditiũ, etiam qđ minans non ſit ſolitus minas exequi, conſ.102.nu.21. 364
Minæ non faciunt inditium, quãdo fuerunt prolatę ex interuallo ante delictũ ſequutũ, conſ.102.n.17. & n.46. 364. & 366
Minæ probantur per teſtes ſingulares, conſ.22.nu.6. Declara vt nu.8. dũmodo ſcilicet ſint conteſtes in verbis, & qualitate minarum, licet diuerſi in loco, & tempore. 75
Minæ an & quando faciant inditium ad torturam remiſſiue, cõſil.22. in addit. lit. B. 78
Minæ non faciunt inditium contra eum, qui non ſit ſolitus minas exequi, vel alias malæ famæ, conſ.22.nu.9 75
Minæ vt faciant inditium ad torturam maximẽ attendẽda eſt

Digitized by Google

qualitas ipſius minantis,conſ.22.nu.9. ibid.
Minæ prolatæ ex lubrico linguę per iracundiam,ſeu per dolorē incontinenti poſt receptam offenſam non faciunt inditium ad torturam,conſ.22.nu.11. 76
*Minæ non faciunt inditium ad torturam,quando delictū ſequutum,ſi diuerſi generis a minis probatur,conſ 22.nu.12.*ibid.
Minæ dubiæ,& æquiuocæ nō faciunt inditiū,conſ.22.n.13 ibid.
Minę non faciunt inditium ad torturam,quando percuſſores,& delinquentes ſunt certi, & quando percuſſus habebat plures inimicos,conſ.22.nu.14. ibid.
Miniſter *officialis extorquendo pecuniam incidit in crimen repetundarum,conſ.5.nu.26* 17
Miniſter Iudicis pecuniam extorquens committit barattariam, conſ.5.nu.33 ibid.
Minor *pro homicidio pęna exilij,vel pecuniaria cōdemnari debet,conſ.15.& in addit.lit.D.vbi de materia.* 2 & ſeq.
Minor in delictis nō excuſatur,nec in integrum reſtituitur: Benè tamen propter minorem ætatem pęna mitigatur,conſ.66. nu.7. 247
Minori delinquenti mitiganda eſt pœna, etiam in grauioribus, & atrocioribus,conſ.66.nu.7.verſ.quæ quidem concluſio, & nu.8 vbi idem in crimine raptus inceſtus ſodomiæ, falſæ monetæ,& alijs atrociſſimis delictis,quod an uerum ſit, vide in addit.litera A. 247 & ſeq.
Minor viginti annorum,ſed maior quatuordecim, licet vigore motus proprij Pij Quarti nullam pœnæ diminutionem in crimine homicidij habet,recipit tamen ille motus proprius tres declarationes, Primo ſcilicet,vt loquatur in bannitis, & in cōtumaciam condemnatis, non in alijs: Secundo vt non per hoc ſint ligatæ manus Iudicis quin poſſit pœnam mitigare; tertio vt non extendatur ad participes,& conſentientes,conſ.66.n. 9.& nu.10. 247
Minor non excuſatur in delictis carnis,conſil.33.nume.15. vbi etiam quod minor ætas nunquam excuſat, niſi in minore quatuordecim annorum contra prædicta, numero 64. & 65. vbi quod immo Iudex non ſolum poteſt,ſed tenetur minuere pœnam & numero 66. vbi quod iſto caſu non poteſt imponi niſi pœna pecuniaria,quod an verum ſit, vide infra in additio. litera X.& in addit.lit.G.& lit.H. vbi quod in delictis carnis minor ætas facit minuere pœnam,etiam quod quis ſit maior quatuordecim annorum. 129.& 132.& ſeq.
Minori non ſuffragatur veniæ conceſſio obtenta a Principe ex ſimplici ſupplicatione niſi etiam contēta in ſupplicatione probauerit,conſ 47.nu.7 178
Minor ætas non excuſatur in crimine aſſaſſinij, & alijs atrociſſimis delictis,conſ.101.nu.44 361.& ſeq.
Minor nec etiam donare poteſt ex cauſa benemeritorum,niſi benemerita ſint taliā ex quibus potuiſſet legitime in iudicio cōuenire,conſ 42.nu.17. 161
Minor cadit facultate dicitur iurare,qua etiā ad donandū ſeductus ſit,conſ 42.num 26.verſic.& inter alias rationes. 162
Miſericordia & *pietas excuſat a dolo,conſ.50.nu.57.* 223
Mixtum *non continetur ſub ſimplici in pœnalibus, conſil.54. nu.6.* 169
Mixtum ſi deberet iudicari ſecundum naturam vnius ſimplicis deberet attendi illud ſimplex,cuius qualitas eſt potentior,cōſil.85.nu.161. 309
Mobilia *in caſu confiſcationis ſpectant ad vnum illius loci, vbi delinquens condemnatus eſt non autem ad Dominū loci, vbi bona ſita ſunt,conſ 71. nu. 3.de conſuetudine nu. 5.* 259
Mobilia confiſcanda non ſpectant ad iudicem confiſcantem, ſed ad fiſcum loci,vbi bona ſita ſunt, quando delictum in illo loco fuit commiſſum,conſ.71.nu.7 ibid.
Modica *multa non faciunt vnum ſatis in pœnalibus, conſ. 78. num.13* 276
Modicus exceſſus attendendus non eſt,conſ.78.nu.5 277
Modica munera dicuntur illa quæ veriſimiliter recipientis animum non corrumpunt,conſ.78 nu.6.verſ.imò etiam. ibid.
Modus citandi etiam præter ius introducitur quoque ex ſtylo conſ 85.nu.110. 305
Modus non curatur dummodo habeatur effectus,conſ.27.nu.12. in fine. 94
Moneta *dicitur falſa in materia,quando habet plus æris, & minus argenti admixtum,quàm lege, vel cōſuetudine cautū eſt,conſ.48.nu.1.* 179
Moneta dicitur falſa in forma,quando quis ſine authoritate illam cudit,ſub nomine alicuius Principis,etiam quod alias ſit iuſti ponderis,& bonæ ligæ,conſ.48.nu.2. ibid.
Monetam falſam cudens tenetur crimine læſe maieſtatis, & propterea punitur pęna ignis,infamiæ,confiſcationis bonorū, & feudorum,ac etiam priuatione omnium dignitatum, conſ. 48.nu.3.& num. 13.vbi quod iſto caſu non dicitur committi crimen læſæ maieſtatis ſtrictè,ſed longo modo,& nu.20. 21. vbi de materia,de qua etiam nu.41.& 43.179.180. & ſeqq.
Moneta falſa ſub effige Pontificis, & ſub Papalibus inſignibus cudens dicitur committere crimen læſæ maieſtatis in ipſum Pontificem,& hac ratione delicti,& læſæ maieſtatis Pontificiæ efficitur illi ſubditus,poteſtque ab eo citari,proceſſari, & puniri,etiam quod ſit ſubditus Imperatoris,conſ.48.nu.4.& omnibus ſeqq.in diſcurſu vbi etiam referuntur contraria, & illis reſpondetur. 179.& ſeq.
Monetā falſam fabricans ſub nomine alieni Principis, cui quis ſubditus non eſt,an puniatur pęna ordinaria falſæ monetę,an uero extraordinaria,conſ.48.nu.5.& nu. 8. & nu. 19. & 22. & ſeqq.& nu.42. 179.& ſeq.
Monetam falſam cudens puniendus eſt authoritate cudendi monetas,ſi illam habet,conſ 48.n.8.9.& 10. vbi amplius quod ipſo iure cenſetur eo priuatus nu.43. 175.& ſeq.
Monetam non auream,vel argenteam,ſed vilem,& æream adulterans,non dicitur committere crimen læſæ maieſtatis,conſi. 48.nu.19 in fine declara n.29.& 25. 180.& ſeq.
Monetam falſam alicuius Principis cudens Principem ipſum offendere dicitur,conſ.48.nu.20.in fine, & per totum conſiliū in diſcurſu. 180.& ſeq.
Monetæ falſæ cognitio ſpectat ad illū Pincipē,cuius moneta falſificata eſt,conſ.48.nu.26.in fine,& nu.35.ſeqq.181.& ſeq.
Monetam falſam fabricantes puniuntur a ſuis competentibus iudicibus,conſ.48.nu.15.& 36. 180.& ſeq.
Monetam falſam feudatarius cudens puniendus eſt a competente iudice,cui ipſe ſubeſt,conſ.48.nu.15.& 31. 180 & ſeq.
Monitorium *non exequutum iuxta formam in eo præſcripta, non afficit,conſ.89 nu.3.vbi ponitur exemplum, quando iudex in monitorio mandat fieri diligētiam de perſonaliter apprehendo,& talis diligentia non fit.* 327
Mora *purgari poteſt in iudicius,quandocunque ante ſententiam, conſ.85.nu.125.fol.306.Fallit quando ius eſt acquiſitum parti,ſeu fiſco,d.conſ.poſt nu.93.* 304
Mora debitoris non committitur per ſolum euentum conditionis conſ.15.nu.44.& 74. 51.& 53
Mors *ficta non debet plus operari quam vera,conſ.52.nu.3.in fine.* 189
Morte ſocij finitur ſocietas,conſ.15.num.1.& nu.77. vbi de materia. 49.& 53
Mors facit expirare beneplacitum,conſ.15.nu.2. 49
Mulier *ſicut propter adulterium perdit dotem,ita & propter oſculū luxurioſum,conſ.15.n.20.& in addit.lit.O.84. et 89*
Mulier in criminalib.nō repellitur teſtificādo,cōſ.36.n.14.144
Mulier ſemper præſumitur rapta cauſa libidinis, niſi ſit turpis aut vetula,conſ.33.nu.2.& in add.lit.B. 128 & 132.
Mulier iudicatur honeſta vel inhoneſta ex habitu,inceſſu, conuerſatione,& loco,conſ.33.nu.14. 129
Mulier vilis & abiectæ conditionis non præſumitur honeſta, ideo ad hoc vt ſtuprum cum ea commiſſum puniatur, probanda eſt ipſius honeſtas,aliter ſecus,conſ.90.nu.16 330
Mulier meretrix,& inhoneſta vno tempore,præſumitur etiam honeſta alio tempore,conſ.24.nu.15 81
Mulier non poteſt examinari contra virum,conſ 20.nu.7 72
Mulieris inhoneſtas probāda eſt plene,nō autem præſumptiue, cōſ.33.nu.6.& 7.& 14.in fi.cōtra quod ſufficit præſumptiua probatio ad excuſationē reperietis n.32.51.& ſe.vbi amplius

quod

Digitized by Google

vbi amplius quod inhoneſtas probatur per teſtes ſingulares & nu.53.vbi etiam quod probatur teſtibus deponentibus de eorum credulitate,& nu.54.vbi quod probatur teſtibus deponentibus de auditu. 129.130.& ſeq.

Mulieris inhoneſtas ad excuſandũ a crimine raptus,an & quomodo & a quo probanda ſit conſ.33.nu.9.& 10. & in addit. lit.E.& lit.F. 129.& 132

Mulieris inhoneſtas quando, & ex quibus actibus probetur cõſ. 33.in addit.lit.R. 133

Mulieri diſcenti ſe tentatam de carnali cognitioni,& quod recuſauit,minime creditur conſ.80.nu.24. 285

Mulieris inhoneſtas valde præſumitur ex inhoneſtate parẽtum, conſ.24.nu.15.in fi. 81

Mulieris vita inhoneſta probatur per teſtes & participes criminis conſ.24.nu.16. ibid.

Mulier in eriminalibus de iure canonico nõ eſt integer teſtis,pſertim ſi fuerit inhoneſta & infamis,cõſ.19.n.20. ante fin.67

Mulieres de iure canonico repelluntur a teſtificando preterquã caſib.in quibus veritas aliter haberi non põt.cõſ.38.n.11.148

Multa concedũtur,multaq; denegantur cõtra iuris regulas ſcãdali ratione cunſ.30.in addit.lit.A.verſ.& generaliter. 119

Multa modica nõ faciunt vnum ſatit in pęnali.cõſ.78.n.3. 276

Munera modica dicuntur illa, quæ veriſimiliter recipiẽtis animum non corrumpunt conſ.78.nu.6.verſ.Imò etiam. 277

Mutatio nominis eſt delictum & punitur pæna falſi, conſ.37. nu.3 145

Mutuum non probat ſimoniam conſ.75.nu.84. Declara vt nu. 97.& 99. 270.& ſeq.

Mutuum eſt actus permiſſus a caritatis fonte emanatus cõſ.73. nu.84.Vbi ampliatur etiam ſi mutuans aliquid ſecundario ab eo cui mutuanis ſpareret. 270

Mutuans gratis poteſt aliquid a mutuatario ex gratia liberalitatis recipere præcedente pactione conſ.75.nu.99. 271

NEceſſitate non ſubijcitur quod eſt in poteſtate, conſ.85. poſt nu.168.ante finem. 310

Negans delictum poteſt ſemper etiam ex interuallo illud cõfiteri qualificatè & qualitatem probare,conſ.6.n.29. 25

Negatiua probanda eſt per fundantem ſe in ea conſ.70.nu.31.in fine. 279

Negatiua probatur per teſtes quî dicunt ſe aliquid non audiuiſſe etiam quod non dicant quod ſi dicta fuiſſent ipſi audiuiſſent quando ſumus in re magni momenti,& quando veriſimile eſt quod teſtes præſentes audiuiſſent illud quod fuit dictum cõſ. 65.nu.24 239

Negans depoſitum tenetur furti conſ.99.nu.33 344

Negans delictum non prohibetur poſtea illud fateri , & poſtea probare aliquam cauſam eiuſdem delicti excluſiuam,cõſ.45. nu.39. 172

Negatiua coarctata loco & tempore ad fauorem inquiſiti magis attendenda quam affirmatiua conſ.22.nu.6. 75

Nemo præſumitur donare & iactare ſuum conſ.75.nu.84.vbi tamen quod hæc regula non procedit in mutuo gratuito. 270

Nemò poteſt cõdemnari in pænam delicti ordinariam ex inditijs & præſumptionibus,quantumuis violentis, conſ.82. nu. contra in addit.lit.A. 590.& 291

Nemo debet alterius odio prægrauari conſ.85.n.161. 309

Nemo eſt dominus membrorum ſuorum,conſ.85.nu.64 302

Nemo eſt dominus membrorum ſuorum,conſ.23.nu.2 78

Nemo eſt decipiendus ſub fide publica,conſ.47.nu.1 177

Nemo debet decipi ſub publica fide & authoritate,conſ.46.nu. 10.Declara vt nu.24 166.& ſeq.

Nemo cogitare aut diuinare tenetur,quod quis velit delinquere quia delictum reputatur caſus fortuitus,conſ.60. num. 116. & ſeqq. 227.& ſeq.

Nemo præſumitur velle cõmittere periurium,cõſ.50.n. 33.185

Nemo præſumitur iactare ſuum,conſ.50.nu.46 186

Nemo præſumitur excedere modũ vindictæ,conſ.55.n.24. 201

Nepos viuente auo non poteſt prætẽdere illius legitimam, cõſ. 52.nu.2 189

Nepos vocatas ad legi timã aui propter delictum patris non cenſetur vocatus tanquam ſucceſſor fiſci,ſed tanquã ſucceſſor aui & ex propria perſona,conſ.52.nu.4 ibid.

Nobiles non præſumuntur delinquere conſ.30.nu.140. 111

Nobiles puniũtur mitius in arbitrarijs,ſecus in pænis certis & a iure determinatis,in quibus puniũtur ſolũ mitius circa qualitatem pænę,ſed non circa quantitatem,conſ.33.nu. 16. ſed quod nobiles regulariter mitius puniantur nu.67.de materia vide in addit.litera I. 129.& 132

Nobiles cauſas criminales dicunt extra carceres, conſ.33.num. 43 131

Nobile & honorificum reputatur ſecundum exiſtimationem hominum conſ.95.nu.14.in fine. 139

Nobilitas excludit omnem turpem ſuſpitionẽ,cõſ.99.n.73. 355

Nobilem ſe faciens cum ignobilis ſit tenetur pæna falſi & non læſæ maieſtatis,conſ.74.nu.8 263

Nobilis torqueri non poteſt,conſ.20.nu.10 72

Nomina teſtium quis aduerſario edere tenetur ad hoc,vt eorũ perſonis poſſit idem aduerſarius ſua interrogatoria firmare, conſ.73.nu.10. 261

Nomina teſtium non tenetur reus edere fiſco,conſi.73.num.11. ibid.

Nomina teſtium ſi fuerint ſemel ſpecificata a reo,nõ per hoc prohibetur vltra ſpecificatos & examinatos,alios examinare & nominare dummodo examinatorum teſtium dicta nõ fuerint didicita,conſ.73.nu.10.& omnibus ſeqq. ibid.

Nomen ſibi mutans eſt delictum & punitur pæna falſi,conſ.37. nu.5 145

Non curat de modo dummodo habeatur effectus conſ.27.nu.2. in fine. 94

Notarius dicitur oculus iudicis & propterea debet illi & partibus fidelis eſſe,& mundat manus habere,conſ.5.nu.5 15

Notarius dicitur infamare,& iniuriã inferre officiali ex torquẽdo ſub eius nomine pecuniam a partibus conſ.5.n.5.in fi.ibid.

Notarius ſi non delinquit in officio non eſt priuatus officio notariatus,niſi expreſſe in ſententia priuetur conſ.5.nu.6 ibid.

Notarius quando delinquit in officio non dicitur ipſo iure priuatus officio niſi per ſententiam priuetur conſ 5.n.7 ibid.

Notarius dicitur delinquere in officio quando crimen cõmiſit vt notarius et crimen cõmiſſum eſt tale,vt alius illud committere non potuiſſet conſ.5.nu.7.verſ.ſed non eſt opus. ibid.

Notarius faciendo falſum inſtrumentum dicitur delinquere in officio,conſil. 5.num.7. verſ.ſed non eſt opus , & numero 12. 15.& ſeq.

Notarius exigens pecunias indebitas non dicitur delinquere in officio,licet eas exigat occaſione officij,nec incurrit pprie crimen concuſſionis,ſed tenetur ſolum l.Iul.repetund.conſ. 5.n. 7.verſ.& probatur,declara vt nu.10.& nu.15 15.& ſeq.

Notarius priuatur officio notariatus quando committit crimen quod proprie tangit ſuum officium,conſ.5.nu.7.verſ.& probatur, Declara vt nu. 3.Vbi habetur quando delictum dicatur tangere officium. 15.& ſeq.

Notarius dicitur delinquere in officio etiam quod non conficiat falſum inſtrumentum,conſ.5.nu.9.& nu.12 15 & ſeq.

Notarius propter falſum aut aliud delictum ab ipſo cõmiſſum non dicitur ipſo iure officio priuatus,niſi ſit condemnatus per ſententiam priuatoriam conſ.5.nu.17.& ſeqq. contra nu. 23. ſeqq.reſoluent,nu.36.ſeqq.& nu.43.ſeqq. 16.17.& ſeq.

Notarius bannitus de falſo non dicitur notariatus officio priuatus,ſed illud ſtat in ſuſpenſo,conſ.5.nu.18 16

Notarius ad bancum iuris nõ poteſt eſſe infamis conſ.5.n.27.17

Notarius delinquens in officio priuatur non ſolum officij exercitio,ſed etiam illius titulo & proprietate conſ.5.nu.5.n.30.& ſeqq.contra nu.39.ſeqq.& nu.49.ſeqq. 17.& ſeq.

Notarius licet ſit condemnatus de falſo,valent tamen inſtrumẽta per eum rogata ante condemnationem conſ.5.nu.42.licet in futurum non poſſit amplius notariatus officium exercere, nu.43 18

Notarius condemnatus pro quocunque delicto,excepto crimine falſi cum efficiatur infamis,an poſſit in futurum inſtrumenta conficere conſ.5.nu.47 ibid.

I N D E X

Notarius condemnatus de falſo dicitur agi de fide rupta, conſ.5. nu.48 2
Notario per condemnationem falſi dicitur reuocatum mãdatũ conficiendi inſtrumenta, conſ.5.nu.48. ibid.
Notarius cõdemnatus de falſo cõmiſſo extra officiũ, vtputa quia falſum tulerit teſtimoniũ, vel qa extraxerit cartas de aliquo libro nõ priuatur officio notariatus, cõſ.5.n.48.in fi.18.et ſeq.
Notarius addens minuens, mutans, aut caſſas aliquid poſt ſtipulationem inſtrumenti ſine partiũ conſenſu, dicitur falſum cõmittere, nec partib. præiudicat, conſ.12.nu.5.in fi.& nu.6. 42
Notarij bona fama, & purgata fides tollit omnẽ falſitatis ſuſpitionem, conſ.12 nu.11. 43
Notarius præſumitur potius bonę famę, quam ẽcontra, conſ.12. nu.11. fallitur quando agitur de prẹiudicio tertij, ibid. & in addit.lit.C. 43.& ſeq.
Notarius de conſuetudine in baſtardello ſolet facere plures caſſationes, & additiones nec propterea fides aliqua inſtrumento diminuitur, conſ.12.nu.23.declara vt nu.24.& 25. 44
Notarij error, et ſimplicitas partib.nocere nõ dẽt, cõſ.12.n.32.ib.
Notarius fabricans falſum inſtrumentum, quomodo puniatur, conſ.11.in addit.lit.A. 41
Notariatus qualitas non præſumitur niſi probetur, conſ.11.n.24 39.& 41
Notarius fabricans falſum inſtrumẽtum punitur amputatione manus, ſeu alias Iudicis arbitrio, & amplius priuatur officio notariatus, ita quod non poteſt in futurum illud exercere, conſil.48.nu.9 179.& ſeq.
Notarius an poſſit extendere inſtrumentum ad conſilium ſapiẽtis, & cum quibus clauſulis, conſ.59.in addit. lit. A. verſ. & an Notarius. 217
Notarius, poteſt clauſulas conſuetas in inſtrumentis apponere, etiam poſt ſcriptum inſtrumentum. Quod an verum ſit, & quando d.conſ.in add.lit.A. verſ. & in materia aduerte. ibi.
Notarius omittens apponere in inſtrumẽto clauſulas conſuetas, an puniatur de falſo d.conſ.in addit.lit.A.in fine verſ. an autem notarius. ibid.
Notarius nõ incurrit infamiã ex eo qđ eius inſtrumẽtũ fide non facere tanquã de falſo ſuſpectum declaratur, conſ.69.n.7. 253
Notarius vbi videt inſtrumentum indigere accõmodatione ſcripturæ melius facit conficiendo nouum inſtrumentum quã illud corrigendo, conſ.60.nu.87.verſ.conſtat etiam. 225
Notarius excuſatur a pœna falſi pp cõſuetudinẽ, cõſ.88.n.7. 336
Notarij baſtardello nihil credendum Protocollo non exhibito, conſ.12.nu.17. 43
Notarius excuſatur a pœna falſi propter conſuetudinem, cõſ.12. nu.23.& in addit.lit.G.declara niſi agatur de maximi præiudicio tertij nu.26. 44.& ſeq.
Notarius an poſſit apponere clauſulam codicillarem in teſtamẽto ſine expreſſo mandato teſtatoris, & appoſita an cenſeatur de eiuſdem teſtatoris voluntate appoſitam fuiſſe, conſ. 59. in addit.lit.A.verſ.ſed in ſpecie, & ver.verum de effectu. 217
Notarius an poſſit apponere clauſulam conſtituti ſine expreſſo contrahentium iuſſu in inſtrumentis, conſ.59.in addit. lit. A. verſ.quid de clauſula conſtituti. ibid.
Notar.ſẽp cẽſetur rogatus apponere clauſulas cõſuetas, conſ.79. n.20.et in add.lit.A.vbi latius de hac cõcluſione. 347.& ſeq.
Notarius præſumitur rogatus ex ipſius aſſertione ex clauſula actum &c.& ex taciturnitate, & patientia teſtatoris in publicatione, & ſtipulatione teſtamenti, conſ.97.n.23.& ibi in addit.lit.B.vbi alia ad materiam. ibid.
Notariatus qualitas probatur per legalitatem ciuitatis, conſil. 80.nu.16. 284
Notario non creditur de his de qb nõ eſt rogatus, c.80.n.66. 288
Notarius tenetur exhibere Protocollum, & dicendo ſe illum nõ habere non creditur, conſ.80.nu.44.& n.60. 286.& 288
Notario non creditur de contentis in inſtrumento, niſi inſtrumentum exhibeat, conſ 80.nu.60. 287
Notarium ſe faciens, & falſa inſtrumenta conficiens cũ non ſit notarius punitur pœna mortis, conſ.74.nu.6. 262
Notarij habent pro ſe præſumptionem excluſiuam falſitatis, cõſil.88.nu.18. 326
Notarius de falſitate inſtrumenti inquiſitus in dubio abſoluendus eſt, & in dubio etiam pro inſtrumento pronunciandum, conſ.88.nu.20 326
Notarius officialis faciens extorſiones dicitur delinquere in officio, conſ.5.nu.3.verſ.neceſſario concludendum eſt, & verſ. & ita per hanc rationem nu.4.9.& 11.& ſeqq. 15.& ſeq.
Notarius, ſeu officialis committens in officio concuſſionis, & extorſionis crimen priuatur officio ipſo iure, conſ.5.nu.3. verſi. neceſſario concludere &c. Quod an verum ſit, & quando vide nu.16.& pluribus ſeqq.& nu.23.ſeqq.vbi multa pro, & contra declara vt nu.36.& ſeqq.& 42.ſeqq. 15.& ſeq.
Notitia *vide in verbo ſcientia, conſ.85.* 298
Notorietas *quõ probetur ex actis, conſ.85.nu.126.* 306. & ſeq.
Notorium *dicitur illud quod reſultat ex actis, cõſ.25.n.67.* 88
Notorium dicitur, quod conſtat ex actis, conſ.30.n.38. 101
Notorium eſt duplex aliud iuris, & aliud facti, & notorium iuris non eſt proprie notorium ſed notorium facti propriè notorium eſt, conſ.30.nu.90. 105
Notorium dicitur, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, conſ. 17.nu.6 60
Notorium dicitur omne quod Iudici conſtat per teſtes, inſtrumẽta, vel aliter, conſ.85.nu.116. 306
Notorium non indiget probatione, ſed ſatis eſt vt allegetur, cõſ. 85.nu.142 306.& ſeq.
Notorium non poteſt dici id quod recipit probabile dubium facti, conſ.85.nu.126. 306.& ſeq.
Notorium non releuat ab onere proponendi, & allegãdi, releuat tamen ab onere probandi, conſ.85.nu.114.& 152.fallit quando notorietas conſtat ex actis, tunc non eſt opus, vt allegetur poſt nu.116. 306.& ſeqq.
Notorium reſultat ex confeſſione ficta, conſ.85.nu.15 300
Nouatio *primi contractus omnino inducitur per ſecũdum contractum incompatibilem cum primo, conſ.54.n.24.verſ.quoniam quando.* 197.& ſeq.
Noua conſtitutio ſuperueniens ad interpretationem antiquę conſtitutionis cenſetur habere omnes qualitates, et cõditiones appoſitas in cõſtitutione interpretata, conſ.81.nu.9. 289.& ſeq.
Noua cauſa an cenſeatur in fractione pacis, ſeu treguæ, vel cautionum de non offendendo, conſ.30.in addit.lit.H.& plura alia ad declarationem Bullæ Pij Quarti, & Quinti violentis cauſam nouam non excuſat ain addit.lit.I. 120
Nullitas *non poteſt opponi niſi ſpatio viginti annorum, quia præſcribitur, conſ.53.nu.5* 191
Nullitate prohibita, a ſtatuto nõ cenſetur prohibita nullitas proueniens ex alio ſtatuto, conſ.86.nu.76. 320
Nullitas euidens nũquam cenſetur excluſa, conſ.85.n.103. 148
impeditque exequutionẽ ſententię, licet tranſiuerit in rẽ iudicatam ibidem, fallit, quãdo ſtatutum præfigeret tempus ad dicẽdũ de nullitate, quoniã niſi dicatur infra illud tẽpus, præcluſa eſt via amplius dicẽdi de nullitate d.n.148.ſublimita quando opponeretur p viã exceptionis d.n. 148. in fi. 305.& 308
Nullitas euidens dici non poteſt quando diſceptationem recipere poteſt, conſ.85.nu.146 308
Nullitas notoria non poteſt proponi per procuratorem niſi proponatur ſcorſum ab appellatione, quando eſt prohibita appellatio, conſ.85.nu.145.vide in verbo Procurator. ibid.
Nullitas in iudicio ordinario principaliter propoſita deſiderat ſententiam, conſ.85.nu.176. 311
Nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis reddit nullam fictam confeſſionem, conſ.85.nu.104. 305
Nullitatis effectus ineſt appellationi, quando ipſa nullitas cum appellatione proponitur, conſ.85.nu.146. 308
Nullitas ipſo iure reſultat ex actu facto contra prohibitionem legis, conſ.81.nu.3 289
Nulliter abſolutus a delicto poteſt iterum inquiri, & proceſſari ab eodem Iudice qui nulliter abſoluit, conſ.53.nu.2. in fi. 191
Nullitas ſuiæ contumacialis an poſſit opponi per cõtumacem, & quid de nullitate examinis teſtiũ, cõſ.5.nu. 66. & 74.& ſeq. & nu.87.& ſeqq.& nu.96.& ſeqq.& num.106. 20.& ſeqq.

Nullitas

I N D E X

Nullitas reſiguationis officij, vel beneficij, an poſſit opponi per reſiguantem, conſ.5.nu.69.& ſeqq. 20.& ſeqq.

Nullitas excommunicationis, an poſſit opponi per excommunicatum in ſententiam, conſ.5.nu.87 21

Numerus teſtium ſupplet defectum, conſ.5.nu.2. intellige in ciuilib. ſecus autem in criminalib. nu.19. de materia in add. lit.B 24.& ſeq.

Nuntij relatio in citatione debet continere diem exequutionis factæ, conſ.85.nu.25 316.& ſeq.

OBligatus in certum caſum non cenſetur obligatus vltra illum caſum, conſ.59.nu.9.in fine. 214

Obligatus ſub conditione cenſetur liberatus per exiſtentiam cõtrariæ conditionis, conſ.59.n.9.verſ.& facit viua ratio, ibid.

Obligationes, & ſtipulationes ſunt ſtricti iuris, & id quod in illis non fuit expreſſum habetur pro omiſſo, conſ.59.n.13. 215

Obligatus ad vnum tempus extra illud tempus nõ cenſetur obligatus, conſil.59.nu.20.in fine. ibid.

Obligatio cameralis aperit omnes vias procedendi contra obligatum, conſ.57.nu.12 210

Obligationes, & actiones de earũ natura ſunt perpetuæ niſi per additionem temporis, vel alterius qualitatis fuerunt reſtrictæ, conſ.57.nu.1 209

Obligatio ſub pœna vltimi ſupplitij in caſu fractionis pacis nõ eſt valida, conſ.28.nu.9.in fi. 96

Obliuio præſumitur ex minori ſpatio quam octo annorum, conſ.140.nu.90 157.& ſeq.

Obliuio vel error iuſtus excludit dolum, & latam culpam, conſ. 44.nu.6 167

Obliuio quanto tempore præſumatur, & inducatur, conſ.23.n.5 & nu.17.vbi quod remittitur arbitrio iudicis. 78.& ſeq.

Obliuio in teſte per quantum tempus præſumatur ſub conſ.44. nu.5 166.& ſeq.

Obliuio præſumitur per biennium, vel ad plus per ſeptennium, conſ.88.nu.6.verſ.& quod prius eſt. 325

Obreptio & ſubreptio vitiat gratiam ipſo iure, conſ.47.nu.1. verſ. vnitas tamen eſt. 177

Obreptio magis vitiat gratiã quam ſubreptio, cõſ.47.n.10. 178

Obſeruantia inſtrumenti longo tempore poſt illius celebrationem ſubſequuta tollit omnes ſuſpitiones falſitatis dicti inſtrumenti, conſ.11.nu.44 40

Obſeruãtia ſubſequuta auget fidẽ inſtrumẽti, conſ.40.n.24. 157

Obſeruantia ſubſequuta Principe ſciente, & patiente eſt bannimentorum interpres, conſ.55.nu.81 205

Obſeruantia ſubſequuta poſt principium declarat priuilegium, conſi.45.nu.56 174

Obſeruantia ſubſequuta inducit validitatem actus etiam, quod ſit contra ius commune, conſi.45.nu.56 ibid.

Obſeruantia quando eſt notoria poteſt Iudex ſe, de ea extraiudicialiter informare, conſi.45.nu.56.in fin. ibid.

Obſeruantia noua iure translationis ſuccedit loco temporis trãſlationis, conſi.95.nu.2 338

Obſeruantia, vel inobſeruantia per vnicum, vel plures actus nõ afficit niſi cõcurrẽte legitima præſcriptione, cõſ.95.n.22. 340

Obſeruantia ſubſequuta poſt legem habet vim legis interpretatiuè, conſ.51.nu.5 189

Occidens fugientem, qui prius occidentem inſultauerat, punitur pœna extraordinaria, conſ.2.nu.6.14 5

Occidere licet non ſolum ad ſui ipſius neceſſariam defenſionem, ſed etiam coniunctorum amicorum, & aliorum, conſi.2.nu.6. & in addit.lit.D.nu.18 5.& ſeq.

Occiſor indicans domum vbi latebat is, qui poſtea occiſus fuit, vel alias homicidij occaſionem præbens pœna legis Corn. de ſicarijs tenetur, conſ.8.nu.3 28

Occidens bannitum ſuum inimicum præſumitur occidiſſe zelo Reipubl. & non propter inimicitiam, conſi.30.nu.141 111

Occidens eum qui ſibi, vel ſuis ſtuprum inferre intendit ſine pœna dimittendus eſt, conſ.66.nu.3.& 6. vbi qui ſi occidit non in actu ſtupri, ſed prope periculum futuri ſtupri. 247

Occidere quis poteſt illum qui contra ſe armatus venit, conſ.35. nu.16.& 20 138

Occiſus ſi reperiatur cum vnico vulnere, & plures fuerunt rixãtes ignoreturq; quis illud intulerit omnes condemnantur in pœnam extraordinariam: ſi vero vnus tantum fuit rixans, ille ſolus punitur pœna ordinaria, quia præſumitur, quod ab eo fuerit occiſus, conſi.100.nu.12.in fi.contra nu. 27 357

Occidens vnum pro alio pœna mortis dignus eſt, conſ.1.nu.14.ſed verius eſt, quod imò puniatur pœna extraordinaria, vt nu.15. & 18.vbi de materia, nu.20.& ſeqq.nu.26 2

Occidẽs mediatorẽ nõ punitur l.Cornel.de ſicarijs, cõſ.1.n.19.ib.

Occidens vnum putans occidere alium, nõ tenetur pœna delicti, ſed mitiori, conſi.65.num.32.quod quando verum ſit, vide in addi.lit.M.vbi diſtinguuntur plures caſus. 239.& 245

Occidens bannitum zelo iuſtitiæ non ſolum eſt tutus in foro conſcientiæ, ſed meritum acquirit, conſi.65.nu.61.& in additio. lit.Q 241.& 246

occidere licet homicidam incontinenti, & in fragranti, conſi.55. nu.77.& ſeqq. 204

occidere licet delinquẽtẽ, & reſiſtẽtẽ ſe capi, cõſi.55.n.84. 205

occidens hominem authoritate iuris dicitur miniſter iuſtitiæ, & Dei, conſi.55.nu.86 ibid.

occidendi animus dignoſcitur ab effectu ſubſequnto, & ex armorum qualitate, coſi.1.& ibi in addit.lit.C.vbi de materia, nu. 24 2.& ſeq.

occidẽdi animus cognoſcitur ex iteratione vulnerũ, cõſ.1.n.24. 2

occidens nõ tenetur pœna mortis, quando vulneratus obijt ob nõ adhibitionẽ medicorum, ſeu eorum negligentiam, & imperitiam, conſi.100.nu.3.& 4.& ſeqq. vbi hoc declaratur procedere, quando vulnera licet eſſent periculoſa, & lethalia, non tamen erant de neceſſitate lethalia, & mortem allatura, ſecus ſi de neceſſitate erant lethalia, nu.31 356.& 358

occidens bannitum nulliter, an & quando gaudeat impunitate, conſi.101.nu.15.& in add lit.B 360.362

occidens bannitum dicitur miniſter, & exequutor iuſtitiæ, conſ. 53.nu.35.ſi priuato licet. 193

occiſor certus & mandator, quando apparet certus fruſtra quæritur de alijs cõtra quos nõ adsũt ſpãlia inditia, cõſ.22.n.30 77

occidens aliquem ſi occiſum derobauit dicitur committere latrocinium. & aſſaſſinium, conſi.47.nu.10.verſi.reſpo.primo. 178

Ocularis inſpectio omnes alias probationes ſuperat, conſil. 18. num.13.in fine. 65

occultationis delictũ ſine dolo committitur, conſi.60.n.94. 226

occultare delictum non dicitur is, qui delictum ignorat, conſ.60. nu.94.& 126 226.& 228

occultans, inſtrumentum punitur pœna falſi, conſi.50.n.9. 183

occultans, comburens, ſeu lacerans alienas ſcripturas tenetur pœna falſi, & ad damna, & intereſſe partis iuramento liquidanda, conſi.43.nu.20 165

occultare quærens parricidium qua pœna puniatur, conſ.101.n. 32.& ſeqq. 361

Odia reſtringenda ſunt, conſi.27.nu.15 94

Offenſio perſonalis tunc proprie dicitur, quando vel tangitur corpus, vel res corpori cohærens, conſi.31.nu.2 in fi. 124

offenſio ſp tribuẽda eſt cauſæ, cui magis cõuenit, cõſ.67.n.9 249

offenſio non dicitur ea ſola quæ ad iram prouocat niſi etiam punibilis ſit, conſi.31.nu.15 125

offenſio inter litigantes præſumitur non ex cauſa litis, conſi.67 nu.3.& 9 248

offendens maieſtatem alicuius magiſtratus poteſt ab ipſo magiſtratu puniri, etiã quod alias non eſſet ſub eius iuriſdictione, conſi.51.nu.2 188

Officialis ſindicari non poteſt niſi pro delictis commiſſis in officio, & contemplatione officij, conſi.5.nu.1 15

officiales omnes ſindicantur de extorſionibus, et concuſſionibus, conſi.5.nu.1.verſi.ſed pro extorſionib. ibid.

officiales durante officio conueniri non poſſunt præter quam pro delictis commiſſis in officio, & quæ illius priuationem ſecum afferant, conſi.5.nu.3 ibid.

officiales etiam ſindicatur pro concuſſionib. extorſionib. & furtis, conſi.5.nu.2.verſi.ſed pro extorſionib. ibid.

officialis ſeu notarius committens in officio concuſſionis & ex-

I N D E X

torſionis crimen priuatur ipſo iure officio conſi.5.nu.3.verſ. neceſſario concludendum, quod an verum ſit, & quando vide nu.16.& ſeqq.pluribus, & num.23 ſeqq. vbi multa pro & contra. Declara vt nu 36.ſeqq. & nu. 42.ſeqq. 15.17.& ſeq.
Officialis committens adulterium cum muliere litigante corã ipſo, dicitur delinquere in officio, ſecus ſi nullam corã eo mulier habeat litem, conſ.5.nu.4 15
Officialis vel eius miniſter aut domeſticus extorquendo pecuniã incidit in crimen repetundarum, conſ.5.nu.4 15
Officialis delinquens in officio perdit ſalarium & emolumẽtum officij, in quo deliquit, conſ.5.num. 34. Declara vt num. 58. fol. 17.& 19
Officialibus iniuſte exequẽtibus ad hoc vt reperiri poſſit duo requirũtur. Primũ vt notorie cõſtet de iniuſtitia exequutionis, cõſ.65.n.39 ſecundũ vt alio modo ſuccuri non poſſit, ei cõtra quam fit exequutio, niſi reſiſtendo, num.40. fol.239.& ſeq.
Officialis habet pro ſe præſumptionem excluſiuam doli, & delicti, conſ.57.in fi. 223
Officialis expurgat ſe proprio iuramento, conſ.60.num.59.in fine. 223.& ſeq.
Officialis tenetur de negligentia & culpa, conſ.60.nu 84. 225
Officiali aliquid aſſerenti de mandato Papæ creditur quando Papa eſt præſens conſ.60 nu.97. 226
Officiali alapam inferens punitur pœna mortis conſ.41.n.9. 159
Officiales & commiſſarij contra bannitos poſſunt mandare aliquem impune occidi, conſ.101.nu.16. 350
Officialis non ſeruãdo ſtatuta maxime excuſatur ſi fuit alienus a ſordibus, conſ.64.nu.8. 263
Officialis non tenetur ſeruare ſtatuta niſi coram ipſo allegentur & producantur, conſ.64.nu.9. ibid.
Officiales hodie non ſindicantur niſi de furtis, & barattarijs, cõſil 64.nu.10.verſ.& hinc communiter. ibid.
Officialis faciens extorſiones incidit in pœnam repetundarum, quę habet in ſe irrogationem infamię & priuationem officij, conſ.5.nu.3.verſ.ſi pro extorſione. 15
Officialis faciens extorſiones dicitur delinquere in officio, conſ. 5.nu.3.verſ.neceſſario concludendum eſt, & verſ. & ita per hanc rationem, & num. 4 & ſeqq.& num.9.11.& ſeqq.fol. 15.& ſeq.
Officialis corruptus male iudicans punitur in pęnam confiſcationis bonorum, conſ.5.nu.54. 19
Officialis fuga inducit plenam probationem delictorum contra ipſum, conſ.5.nu.83.& ibi in addit.lit.H 21.& 23
Officium procuratoris damnoſum eſſe non debet ipſi procuratori, conſ.85.nu.65 302
Officium iudicis conquieſcit dilatione pendente & nihil eſt innouandum, conſ.85.nu.9. & num. 143. Fallit pluribus modis ex Gabriel.lib.2.tit.de dilat.concluſ.1.num.16. & ſeqq. fol. 299.& 308
Officium dicitur habere dignitatem ſi ita publice reputatur ex conſuetudine loci, conſ.94 nu.10. 337
Officio notariatus priuatur notarius quando committit crimen quod proprie tangit ſuum officium conſ.5 n.7.verſ. & probatur. Declara vt nu.13. vbi habetur quando delictum dicatur tangere officium. 15.& ſeq.
Officio non dicitur priuatus notarius bãnitus de falſo, ſed illud ſtat in ſuſpenſo, conſ.5.nu.18. 16
Officium poteſt exercere delinquens in eo donec fuerit eo priuatus, conſ.5.nu.21. ibid.
Officio priuatur qui delinquit in eo conſ.5.nu.23. 17
Officij priuatio ſemper intelligitur inducta ipſo iure propter incompatibilitatem ſtatus, conſ.5.nu.26.in fi. ibid.
Officio nõ priuatur notarius cõdemnatus de falſo cõmiſſo extra officium vtputa quia falſum tulerit teſtimoniũ, vel quia extraxerit cartas de aliquo libro, conſ.5.nu.48.in fi. 18.& ſeq.
Officij reſignatio licet ſit nulla, valet tamen collatio ſuperioris facta virtute dictæ reſignationis, quia reſignans non poteſt dare de nullitate ſuę reſignationis, quod an verum ſit & quando conſ.5.nu.69.& ſeqq. 20
Omnia noſtra facimus quibus noſtram impartimur auctoritatem conſ.86.nu.6.fol. 315
Omne qui dicit nihil excludit conſ.86.num.60. verſ. qui enim. fol. 319
Omiſſio formæ facit actum nullum conſ.81.nu.3.fol. 289
Opinio æquior & benignior in dubio ſequenda eſt conſ. 30.n. 158 112
Opinio æquior attendenda eſt conſ.30.nu.37.verſ. & nihilominus, fol. 217
Opinio non excuſat in ijs quæ ſunt de ſe mala a iure prohibita & contra bonos mores conſ.65.nu.38. 239
Opinio vehemens excuſat opinantem licet falſum opinio conſ. 60.nu.33. 229
Opinio doctoris excuſat delinquentem conſ. 60. num. 9. in fine quod an verum ſit in addit.lit.E. 220.& 229
Opinio communis ſemper in iudicando ſequenda eſt, conſ.71.n. 3.in fine. 259
Opinio communis ſeruanda eſt in iudicando, conſ.47.n.6. 178
Opinio quæ magis fauet æquitati ſemper amplectenda eſt, conſ. 27.nu.16. 94
Oppoſitum in oppoſito operatur idem quod propoſitũ in propoſito conſ.21.nu.1.in fine. 73
Oratio vniuerſalis verificatur in omni caſu etiam minimo, & etiã in eo, in quo eſt minor ratio, conſ.30.nu 213.in fi. 117
Oratio vniuerſalis complectitur omnes caſus, quando ſalua ratione recti ſermonis reſtringi non poteſt, conſ.65.n.72. 240
Oratio alternatiua ſufficit, quando in vna parte verificatur, conſ. 55.nu.65. 203
Oratio indefinita non æquipollet vniuerſali in materia ſtatutaria, & contra ius commune, conſ.87.nu.5.in fi. 223
Oratio indefinita prolata a lege æquiparatur orationi vniuerſali, & propterea vniuerſaliter intelligenda eſt, conſ.27.nu.1. Quod quando verum ſit, & de materia vide in addit.lit.A. 93.& ſeq.
Oratio indefinita an æquiparetur vniuerſali in materia probatoria, conſ.27.in addit.lit.A. 94
Oratio indefinita an trahatur ad futura conſ.27.in addit. litera A. ibid.
Oratio indefinita æquipollet vniuerſali fictè, non autem vere, conſ.27.in addit.lit.A. ibid.
Oratio indefinita non æquipollet vniuerſali in materia feudali. conſ.27.in addit.lit.A. ibid.
Oratio indefinita comprehendit etiam remedia extraordinaria, conſ.27.in addit.lit.A. ibid.
Oratio indefinita æquiparatur vniuerſali collectiue, non autem diſtributiue, conſ.27.in addit.lit.A. ibid.
Oratio indefinita non æquipollet vniuerſali quando agitur de præiudicio tertij, conſ.27.in addit.lit.A.in fine. ibid.
Oratio indefinita non æquiparatur vniuerſali in exorbitãtibus, & correctorijs, conſ. 27.num. 13. Declara vt in addit.litera A. 94.& ſeq.
Ordo principij declarat ſequentia conſ.43.nu.17. 165
Ordo iuris eſt ſeruandus etiam in cauſis fiſcalibus, conſ. 81.nu. 162. fallit in exigendis publicis functionibus, & datijs, nu. 62. vide in verbo in cauſis. 310
Ordo iuris non eſt neceſſarius in notorijs, conſ.85.nu.115. 305
Oſcula ſunt præparamenta actus venerei, conſ.25.nu.10. 83
Oſcula ſacerdotum ſunt capienda in bonam partem, conſ.25.nu. 46 86
Pactum quod finita ſocietate officij fructus debeantur ad rationem duodecim pro centenario loco damnorum & intereſſe eſt illicitum & reprobatum, conſ.25.nu. 13.& ſeqq. & per totum conſilium, vbi multa in materia. 49 & ſeqq.
Pactum vnum recipit impetrationem ab alio pacto, conſ.15 nu. 20 49.& ſeq.
Pacta ſemper interpretanda vt æqualitatem contineant, conſ. 15.nu.20. ibid.
Pacta ſunt ſemper reducenda ad æqualitatẽ conſ.15.n.35. ibid.
Pactum de quota litis eſt prohibitum, quia per illud inuitantur aduocati & procuratores ad vincendum litem per fas & nefas, & ſic ad delinquendũ, conſ.70.n.2.& in addit lit.B. 253

Pactum

Pactum de quota litis non punitur, niſi fuerit factnm cum Ad- nocato aut procuratore, conſ.70.nu.3. qnod an vernm ſit, & quando vide in add.lit.C.& nu.8 254.158
Pactum de qnota litis eſt improbatum etiam quod illud fiat nomine bonorarij aut ſalarij, conſ.70.nu.8 254
Pactum de quota litis nullum non facit incurrere pœnam, conſ. 70.nu.32.& ſeqq. 255
Pactum de quota litis facietes, an incurraut crimen falſi, conſil. 70.nu.36.& ſeqq. ibid.
Pactū quod venit obligatione ſecundū naturā cōtractus facit ipſum cōtractū vſurariū, conſ.54.nu.2.& 24. poſt med. 196.
Pacta non ſecus ac leges adaptantur ad ea quæ frequentius accidunt, conſ.54 num.24 ante fin.verſ.nam pacta 197. & ſeq.
Pacta rumpunt leges, conſ.40.nu.78 157
Pactum continens idem qnod ius commune non obligat in plus, ſed efficacius, conſ.63.nn.2 235
Pactum appoſitum in contractn locationis intelligitur ſecundū eius naturam, conſ.63.nn.2 ibid.
Pacti de quota litis pœna an habeat locum in clientulo, qui tale pactum facit paſſiue conſ.70.nu.1.& ſeqq.& nu.22.& ſeqq. & in addit.lit.E 253.254.& 259
Pactum faciens de quota litis quam pœnam incurrat, conſil.70. nu.32 & in add.lit.F 255.& 259
Pactnm inſolitnm argnit ſimulationem, conſ.40 nu.13 152
Pactum faciens ſuper iniurijs dicitur facere pacem & concordiam, conſ.98.nu 2 349
Pacta ſocietatis debent in ſe habere æqualitatem, conſ.15.n.20. 49.& ſeq.
Pactum vſurarium & illicitum, eſt illud quod non poteſt ſe habere ad lucrum & damnum, conſ.15.nu.28 50
Papa an poſſit vſurarium exercitium permittere, conſ.15.nu. 64.& nu 72 52.& ſeq.
Papa procedere poteſt contra quemlibet vbiqne exiſtentem quia Dei vicarius eſt, & cuius eſt terra & plenitudo eius cōſ.48. nu.16.præſertim ſi deliquit in ſuo territorio, ac etiam præſertim in beneficialibus et in concernentibus animarum poteſtatem, vel etiam ſi delinquēs fuerit inuentus in territorio Summi Pontificis d.num.16. Vbi tamen ſecus videtur extra iſtos tres caſus, ſed contra nu.32 180 & ſeq.
Papa poteſt limitare & diſtinguere ius diuinum ex cauſa quotieſcumque ratio naturalis ſuadet, & propter publicam vtilitatem, conſ.15.nu 53 52
Papa non intendit alicuius Principis iuriſdictionem perturbare, conſil.48.nu.14 180
Papa ſi non actu, ſaltem habitu habet in terris Imperij temporalem iuriſdictionem, conſ.48.nu.20 93.180.& ſeq.
Papa conceſſit Imperatori gladium temporalis iuriſdictionis cōſil.40 nu.18 180
Papa poteſt citare ſubditum Imperatoris etiam in terris Imperij, conſ.40.nu.29.40 ibid.
Papa habet iuriſdictionem etiam in terris Imperij, conſ.48.nu. 33. ibid.
Paria ſunt quē eſſe confeſſum, vel conuictum, conſ.36.nu.12.144
Paria ſunt non eſſe vel eſſe & non apparere, conſ.50.nu.47.186. & ſeq.
Paria ſunt excludere crimen directè, vel aliquid deducere per quod indirectè crimen excludatur, conſ.85 nu.175 311
Paria ſunt quem eſſe verè confeſſum in iudicio, & ſolēniter vel à ſtatuto ſeu ſtylo haberi pro confeſſo, conſ.75 nu.25 30
Paria ſunt aliquid non eſſe factum, vel nō legitimè factum, conſ. 53 nu.25.35 ad finem. 192 & ſeq.
Paria ſunt quem eſſe confeſſum vel conuictum, conſ 26.nu.3.91
Parricidij pęna locum non habet quando pater tentans pudicitiam filiæ, fuit ab ipſa filia occiſus, conſ 66. num.1. & ſeqq. & præſertim, nu.4. vbi an teneatur patrem accuſare ſi accuſandi commoditatem habet & nu.5 Vbi quid ſi occidat ex interuallo poſt vim illatam, & non eodem inſtanti, nu.5.6.245 & ſeq.
Parricidium dicitur committi etiam in vxorem, conſ.1.nu.9.& ibi in addit.lit.B.vbi de mate. ia. 183
Parricidij pœna locum non habet quando pater occidit filiū, vel è contra ex vna illarum cauſarum propter quas permiſſa eſt exhæredatio conſ.66.nu.1. 246
Parricidia plura impunita dimiſſa fuerunt, ex iuſta cauſa dimiſſa, de quibus ponuntur exempla conſ.66.num. 2. verſ.& hinc plura. ibid.
Parricidij pęna non habet locum quādo Pater occidit filium, qui ſuam nouercam ſeu etiam patris concubinam carnaliter cognouit conſ.66.nu.1.& num.5.verſ. quod ſi Pater. Vbi quid ſi occidat non incontinenti ſed ex interuallo poſt commiſſum adulterium. 264.& ſeq.
Partitæ librorū mercatoris nō poſſunt ſtornari ſeu accōmodari niſi tribus cōcurrentibus: Primò quod in reuocatione ſeu accōmodatione deducatur vera cauſa erroris: Secūdo quod accedat cōſenſus intereſſatorū; Tertiò quod fiat antequā liber ſit vt dicitur ſpoliatus, & caſſatus, conſ.18.nu. 4.& ſeqq. 63.& ſeq.
Pater an poſſit occidere filiam deprehenſam in adulterio conuocatis ad id amicis ſeu coniunctis, conſ.2.in addit.lit. E. vbi etiam an id alteri demandare poſſit. 6
Pater pro ſuo intereſſe poteſt comparere pro filio ſuo abſente, & citato, conſ.35.ſub num.6. quod quando verum ſit in addit.litera E. 136.137.& 141
Pater impune occidit filium qui ſuam Nouercam, ſeu etiam Patris concubinam carnaliter cognouit, conſ 66.nu.1. & nu. 5. verſ. Quod ſi Pater. Vbi quod ſi occidat non incontinenti, ſed ex interuallo poſt commiſſum adulterium. 264.& ſeq.
Pater committēdo in filium aliquam ingratitudinem perdit priuilegium paternum & è contra conſ.66.nu.2. 264
Pater volens carnaliter cognoſcere filiam ſe patrem nō facit nec ſe verè Patrem eſſe oſtendit conſ.66.nu.2. ibid.
Pater repreſentando filium an faciat vt non poſſit imponi pœna ordinaria conſ.33.nu.21.& nu.63. de materia vide in addit. lit.M. 129.& 132
Pater magis tenetur ex periculo filij, quam ex periculo ſuo conſ. 55.nu.19 in fine. 200
Pater non tenetur ſoluere legitimam pro filio delinquēte etiam ſtante ſtatuto volente, quod propter filij delictum eius legitima confiſcari poſſit, quando idem delinquens filius alios filios habet, ſed talis legitima nepoti reſeruatur conſ.52.nu.1.& n. 5.& nu.6.& nu.7. 189.& ſeq.
Pater viuens non tenetur filio aſſignare legitimam, conſ.12.n. 6. 190
Pater non debet iniquitatem filij portare, conſ.52.nu.8.in fi. ibi.
Pater viuens habet vſumfructum in peculio aduentitio filij, cōſ. 52.nu.9 ibid.
Pater non tenetur ſoluere legitimam pro filio adoptiuo delinquēte ſtāte ſtatuto quod filij delinquentis legitima confiſcari poſſit, conſ.82.nu.14. 299
Patronus pauper debet ali de fructibus beneficij conſ. 75. nu. 109.in fine. 272
Patronus beneficij poteſt & tenetur non ſolum ciuiliter ſed etiā criminaliter accuſare rectorē eccleſiæ in qua eſt patronus de crimine excepto & famoſo, conſ.25.nu.7. contra nu. 22. Vbi qnod non poteſt niſi ciuiliter accuſare. 83.& ſeq.
Dolus requiritur ad hoc, vt pœna ordinaria homicidij locum habeat, nu. 18.

Occidens mediatorem non punitur l. Corn. de ſicar. nu. 19.

Pœna corporis afflictiua non imponitur, vbi dolus non adeſt, nume. 21.

Culpa lata non æquiparatur dolo in criminalibus, nu. 21. & in addit. litera f vbi de materia.

Beneuolentia excludit præſumptionem doli, & delicti, numero 23.

Animus occidendi cognoſcitur ex iteratione vulnerum, numero 24.

Digitized by Google

CONSILIVM PRIMVM.

ADSIT DEVS. Iam ſunt anni
vigintiquinque, quod quidã,
cognomine Ribera, ſentiens
ad ſuæ domus hoſtiũ rumorẽ
fieri à Scipione eius leuito,
ſeu vt dicũt cognato (fratre. ſ.
ſuæ vxoris) qui illuc cõtra vo
luntatẽ eiuſdẽ Riberæ ingredi volebat, accepto,
& onerato archibuſio, cane ẽt ſuper rota declina
ro, dũ ad feneſtrã ſuæ domus curreret aĩo, vt prę-
tẽdebat fiſcus, exonerãdi dictũ archibuſiũ in præ
dictũ ſuũ leuirũ, exonerato eodẽ archibuſio ex ſe,
& caſu, vt ſępè cõtingere ſolet, & prout aſſerebat
Ribera, eius vxor, quæ forſan virũ impedire vole
bat, ne in eius fratrẽ aliquid mali fâceret, interẽ-
pta remãſit; fuit dubitatum, an, & qua pęna huic
occiſori foret imponẽda de iure? ego aũt, qui car
1 cerati defenſor erã, dicebã ſic: Qui licitũ actũ ge-
rit, de delicto inde ſequuto nõ tenetur. *l. fi. §. 1. in
fi. ff. ad l. Rod. de iactu. l. ſi. qui, ff. de act. & obl.* Bar. *in
l. ſi vt certo, §. ſed interdũ, ff. cõmoda.* ſumere archi-
buſiũ, & illud onerare, ꝓut fecit Ribera, eſt actus,
qui cũ nõ habeat a iure ſpeciale nomẽ delicti, ali
qñ põt eſſe cũ crimine, aliqñ aũt ſine crimine, iux
ta agẽtis finẽ, & intentionẽ, Bar. *in l. nũquã plura,
num. 4. ff. de priua. delic.* Clar. *in prac. §. 1. verſ. habes*
ẽt. Ribera aũt ſumpſit, & onerauit archibuſiũ, nõ
aĩo illud exonerãdi erga Scipionẽ, ſed ſolũ vt cũ
eius ſtrepitu, & rumore ipſum terreret, & remo-
ueret ab hoſtio domus ſuæ, vbi clamãdo, & vim
faciẽdo cõtra Riberæ volũtatẽ, ingredi volebat;
& hoc ſibi fuiſſe à lege permiſſum, nõ eſt dubitã
dũ, ad tradita ꝑ Bar. *in l. 1. C. unde vi, & in l. 4. §. cũ
generaliter, & in l. cũ fundũ, & in l. 1. §. in vim. ff. de
vi, & vi arm.* cum ſimilibus; dãdo igitur operã re-
ſiſtẽtiæ licitæ, & permiſſę, nulla afficiẽdus eſt pœ
na, de homicidio inde ſequuto in ꝑſonã vxoris.
2 Nec dicat fiſcus hanc terrẽdi qualitatẽ ipſũ nõ
excuſare, quia nõ fuit ſpecifice probata; nã rñde-
tur, ꝙ animus eſt ſoli Deo notus, & nõ põt per te
ſtes probari. gl. *in l. 2. ff. de interroga. actio.* Bal. *in l. ſi
quis fiſco, §. eius, ff. de inof. rup. teſta.* Innoc. *in c. ſup
hoc. de renunc.* ideo qualitas excluſiua delicti, depẽ
dens ab animo, & non à facto, prout hæc, de qua
agitur, per eiuſdem agẽtis iurm̃ probatur, & aſſe-
renti ſe feciſſe nõ animo delinquẽdi actũ, qui iux
ta agentis intentionẽ põt eſſe, & nõ eſſe delictũ,
plenè credendum eſt. glo. *in §. alien. inſtit. de actio.
& c. ſignificaſti, il 1. de homic.* Aym. *conſi. 8. num. 12.
lib. 1.* Marſ. *conſi. 61. nu. 27. & ſeq. conſi. 96. num. 8.*
3 Pręſertim in caſu noſtro, in quo plures concur
runt præſũptiones, & primo illa generalis, quod
quis præſumitur potius facere actũ, vt non delin
quat, quã vt delinquat, *l. merito. ff. pro ſocio.* Cor.
conſi. 101. nu. 25. l. 2. Rol. *conſi. 11. n. 33. et ſeq. uol. 1.*
4 Secundo concurrit nedũ bona fama in genere
ipſius inquiſiti, ſed etiam in ſpecie, quod non eſt
ſolitus aliquos occidere, vulnerare, aut offende-
re; ideo nec ẽt eſt præſumendum, quod voluerit
modo archibuſium exonerare contra Scipionẽ,
prout in ſimili de ictu ſcopetti conſideratur *in
conſi. crim. diuerſ. 89. num. 48. vol. 2. in magnis.*
5 Tertio cõſideranda eſt affinitas, quæ tunc inter
Riberam, & Scipionem aderat, ac etiam affectio,
quam erga ipſum Ribera habebat, illũ in domo
ſua nedum retinendo, ſed etiã ſuis ſumptibus, &
expenſis gratis alimenta ſubminiſtrãdo, quæ nõ
niſi beneuolis, & amatis perſonis præſtari ſolẽt;
Ratione igitur affectionis, amicitiæ, & coniun-
a ctionis, [a] omnis doli, ac delicti præſũptio ceſſare
debet. Io. de Ami. *conſi. 68. nu. 14.* Aym. *d. conſil. 8.
nu. 13. & d. conſi. crim. diuerſ. 89. nu. 49.*
6 Quarto facit impoſſibilitas delinquendi, reſul
tans tam reſpectu loci, quam reſpectu temporis;
loci, quia ex feneſtra ſuper hoſtio exiſtente, vbi
etiam aderat geloſia, non poterat deorſum ver-
ſus hoſtium, vbi Scipio vim faciebat, archibuſiũ
ad miram exonerare. Temporis, quia erat quinta
hora noctis pulſata, & luna non lucebat, & pro-
ptetea tanto minus poterat cõtra Scipionẽ cum
archibuſio mirari, & ideò eſt potius præſumẽdus
animus terrendi, quam occidẽdi, cum occidendi
adeſſet impoſſibilitas, terrendi autẽ cõmoditas.
7 Nec in cõtrarium ſumi poteſt inditiũ ex eo, ꝙ
Ribera archibuſiũ onerauit cũ pila plũbea, & nõ
cum carta; Veritas. n. eſt, ꝙ ipſe onerauit cũ pila,
quia prõptior tunc ſibi erat pila, quã carta; Præ-
terquã ẽt ꝙ hæc qualis qualis ſuſpicio, eſt ſubla-
ta, nedum per iurm̃ inquiſiti; vt dicit Sena. Pede-
mon. *in deci. 71. nu. 29.* vbi de cõmuni, ſed etiã per
loci, & temporis delinquendi impoſſibilitatem,
coniunctionem, affectionẽ, & alias ſupra nomi-
natas coniecturas; Præſumptio enim excluſiua
delicti, eſt fortior incluſiua, & illã tollit. Bart. *in l.
non ſolum, §. ſed probari. ff. de nou. oper. nuncia.* Ro.
conſi. 68. viſis in propoſito. Gram. *deciſ. 18. num. 5.*
8 Ex quibus cum neceſſario inferatur, in Ribera
ceſſaſſe omnem dolum, & culpam, neceſſario ẽt
ſequitur, quod debeat ceſſare omnis pœna, ho-
micidiumque, in perſonam vxoris, non ſine ſuo
maximo dolore, & mero caſu, ſequutum, impu-
nitum remanere pro eius parte. *l. abſentem, in fi. ff.
de pæn.* Boſſ. *de homic. nu. 66.* Ideo ſupplicatur pro
fauorabili abſolutione, quæ etiam quod eſſemus
in dubio, ſibi deneganda non foret, prout in his
terminis dicit Aym. *d. conſi. 8. nu. 3.*
Verum D. Fiſcalis, qui tunc erat D. Ioannes
9 Felix Saluatorius, vir, vtiq; integerrimę, & lauda
bilis vitæ, ad præmiſſa rñdebat, ſic dicens; Ribera
ſicuti vxorem ſuã, humani, ac diuini iuris ſociã,
ictu archibuſii miſerè trucidauit, ita tã humano,
quam diuino iure mori debet, quicquid D. ex ad
uerſo informans, egregius veluti Pictor, ad obũ-
brandã veritatem, colorare cõtendat, vt poſt Fœ
lin. *in rubr. de homic.* tradit Boſ. qui de cõi teſtatur
in tit. de homic. nu. 109. Sãguis. n. occiſi vindictam
clamat apud Deum, vt ꝙ occiſor alteri fecit ſem-
per expectet, iuxta tex. *in l. 3. C. de epiſ. aud.* cũ latè
traditis per Gand. *in tit. de homic. col. 1. & 2.* Tãto
magis in caſu noſtro, cũ agatur de parricidio per
b interitum uxoris, ut eſt tex. *in l. 1. verſ. in vxorẽ. ff.
ad l. Pomp. de parrici.* quod eſt omnium aliorũ de-
terrimum flagitium, ſicuti ex qualitate ſæuiſſimi
ſupplicij dignoſcitur. *l. pœna parricidij, ff. eodem.*

Non

10 Non obſtant in contrariũ adducta, quoniam, ex non veris in facto præſuppoſitis deducuntur; dum.n.dr, Riberã archibuſiũ accepiſſe, oneraſſe, & exoneraſſe animo deterrendi eius leuirũ, dediſſeq; operam rei licitæ, illum repellendi à violẽto ingreſſu in domũ ſuã, per allegata; Reſpondetur. ꝙ nullus terror cõſiderari poteſt, ſed deprauatus occidendi animus, ſicuti ab effectu ſubſequuto, c & ex armorum qualitate,[c] quę ſunt ineuitabilia, magis apertè certificatur, vt eſt tex. *in l.1.§.diuus, ff.ad l.corn.de ſicar.* Boſſ. *in tit.de homic.nu.*55.& ta li caſu non admittitur iuramentum rei, cũ actus ſit de per ſe malus, & crimi noſus, & ita ceſſat. *deciſ.Pedemon.*71.*nu.*29.*cum alijs adductis.*

11 Præterea dici non poteſt, dicto Riberæ licuiſſe violentum domus ſuæ inuaſorẽ armis repellere, eumque impunè occidere, cum ille inhabitabat eandem domum vna ſecum; quo caſu violentia, & impedimẽtum vetiti ingreſſus, ſit illicitum, & iniurioſum ex parte Riberæ, & ſic ceſsãt in cõtrariũ allegata, quæ loquũtur in nocturno fure, vel in violento inuaſore, & alicuius domus aggreſſore; quod ad caſum noſtrũ minimè adaptari poteſt, in quo occiſus domum ſuæ habitationis ingredi volẽs, ianuam indebitè ſibi clauſam pulſauit, & ſic ex parte ſua non dat aliquod illicitũ.

12 Nec releuant prę̃ſumptiones pro eodem Ribera ponderatæ; quia quid prodeſt, quod in dubio quilibet præſumatur bonus, ſi Ribera fuit malus; quod non ſit ſolitus occidere, ſi occidit; quod inter affines nõ præſumatur offenſa, ſi fuit inflicta mors; nec obſtat *conſilium* Paul.de Caſtr.277.*lib.* 2. quia ibi præceſſerat prouocatio cum armis ad domum propriam animo offendendi, & offenſa fuit facta cum baſtonis, quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, in quo non meruit allegari.

13 Ad ea, quæ dicũtur de ſpõtanea cõſtitutione, reſpõdetur, ꝙ imò fuit coacta, cum ipſe Ribera in pęnã capitis cõdẽnatus, de facili in fortias Curię venire potuiſſet, eſſetq; iã a fiſco omnibus bonis iure medio denudatus; vnde neceſſitas, ſeu volũtas coacta potius dici debet; inſuperq; alias cõtingit, vt qui ſponte, ex temeritate quadam in carceribus ſe cõſtituit, inuitus mortis patibulo ſubiectus fuit, vt experientia rerum magiſtra docet.

14 Minuſque etiam facit, quod occiderit vxorẽ præter eam intẽtionem, cum archibuſium oneraſſet cõtra leuirum, quoniam reatus homicidij conſiſtit in exterminio humanæ creaturæ; & nihil refert, quod Titius magis, quam Sẽpronius, vel vnus occidatur pro alio, cum apud Deũ, nulla ſit diſtinctio perſonarũ. Clar. *in* §.*homicidium. verſi.dicuntur autem aliqui,* vbi dicit, quod ſi caſus contingeret, faceret occiſori amputare caput.

15 Quibus non obſtantibus ego ſic replicabam, ſi vt ex aduerſo ſupponitur, dictus Ribera occidiſſet vxorem ſuam, volens occidere Leuirum, facilè admitterem ipſum fore aliqua pœna puniendum, non dicam mortis, ſecundum Clar. *in* §. *homicidium, verſic. dicitur autem,* ſed extraordinaria, iuxta æquiorem, & ſeruatam opinionem, de qua poſt alios reſtatur Gom. *de delict.tit.de homici.nu.* 35.& Mandel. *conſi.*30.*nu.*2. Et cõcurrente ipſius inquiſiti minoritate, nulli dubium, quod nõ poſſet eſſe niſi, vel exilij, vel leuis pecuniaria. Gram. *deciſ.*33.*nu.*11.*& ſeqq.* vbi de communi. Roland. *conſi.*51.*nu.*40.*& ſeqq.vol.*1.

16 Sed in caſu noſtro dr, nullam prorſus poſſe imponi pęnam, quia nec Ribera occidit vxorẽ, nec et volebat occidere Leuirũ; nãq; ex proceſſu apparet, caſu fuiſſe exoneratum archibuſium, & neſcitur à quo; & ideo propter affectionem; quã erga Leuirum habebat, iuratam eius aſſertionẽ, nõ habuiſſe aĩum delinquẽdi, impoſſibilitatẽ, aliaſque euidẽtes cõiecturas, de quibus ſupra, apertè colligitur, ipſius aĩum fuiſſe, non occidendi, ſed ſolũ terrendi; qui terrẽdus actus cũ ſibi à iure permiſſus ſit aduerſus eũ, qui vi ſuam domum ingredi volebat, neceſſario ſequitur, cũ de homicidio inde ſequuto, nullatenus teneri, *l.ſi.§.*1.*in ſi.ff.ad l.Rhod.de iactu.l.ii qui.ff.de actio.& oblig.* cũ vulgabus. & hæc in iure nullam habent difficultatem.

17 Quæ igitur per dominum, ex aduerſo ſcribentem, deducuntur, nihil obſtant, quia diſcordant à veritate facti; & ad illum præſertim, quod ex genere armorum præſumatur animus occidendi, & quòd in ijs, quæ ſunt de genere prohibitorũ, non credatur iuramento inquiſiti; reſpondetur, quod ſi Ribera archibuſium exoneraſſet in Leuirum, tunc non poſſet excuſari, quod id feciſſet animo non occidendi; vulnus enim illatum cum inſtrumento apto ad occidendum, occidendi animum præſefert, vt dicit Boſſ. ex aduerſo allegatus *in ti. de homici.nu.*55. ſed hic nec archibuſium exoneratum contra Leuirum, nec contra vxorem, vt ſupra dixi. Ideo ſimplex illa oneratio archibuſij cũ arrepto itinere verſus feneſtram, poterat eſſe, & ad terrendum, & ad occidendum pariter; capienda eſt igitur potius præſumptio terrendi, quam nocendi, cum illa ſit excluſiua delicti, magis veriſimilis, & concludenter probata per inquiſiti iuramentum, cui ſtandum eſſe in ijs, quę ab animo dependent, & quæ poſſunt eſſe, & nõ eſſe delictum, ſatis clarè traditur poſt alios per Marſ. *conſil.* 61. *nu.*27.*& ſeqq.& conſil.*96.*nu.*8. vbi in fortioribus terminis loquitur in eo, qui iurauerat propinaſſe alteri venenũ, nõ animo occidendi; & licet propinare venenũ ſit de ſe malum, nihilominus, ad excludendum animum occidendi, concludit, ſufficere iuramentum; vnde multo magis iuramentum operabitur in caſu noſtro, in quo actus de ſe non eſt malus; & talis iurata aſſertio tot, tantiſque præſumptionibus, & veriſimilitudinibus eſt coadiuuata, quo caſu ei eſt credendum, et ꝙ haberet contra alias præſumptiones, poſt alios tradit Illuſtriſſimus Cardinalis Albanus, *conſi.*14.*nu.*8. ac etiã, quod ageretur de magno præiudicio tertij, Menoch. *de arbitr.quæſt.caſu* 186.*nu.*9. Inſtatur itaque pro abſolutione.

18 Et ad comprobationem præmiſſorũ alter Riberæ aduocatus, nempe Auguſtinus Lazarinus, dicebat ſic: Reſpondendo doctè, & eleganter deductis per Dominum Procuratorem Fiſcalem, præmitto, quod voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia, *l.qui iniuria, ff.de furt.l.quod Reipublicæ, ff.de muner. & hono.l.*1.*C. ad l. Corne.de ſicar.*

car.c.ſignificaſti,el 2.extra de homic. licet enim ho-
micida, & fortius parricida vltimo ſupplicio ſit
afficiendus, tamẽ nõ omnia homicidia huiuſmo
di pęna puniuntut; nam ſi quis culpa hominem
intetficiat,aliqua pęna puniri non poteſt, niſi pe
e cuniaria,[e] vel exilij, pro modo culpæ. Boſſ. *in tit.*
de defenſione reorum,nu.68. Irem cum quis volens
occidere Titium,occidat Sempronium, nõ tene-
tut pęna ordinaria homicidii,ex quo reſpectu Sẽ
pronii,non fuit animus occidendi,& dicitut po-
tius culpa, quàm dolo commiſſum, & iſta eſt cõ-
* munis opinio,* vt atteſtatut Clar. *in* §. *homici-*
dium.in princ. & plures alii ſunt caſus, in quibus
committentes homicidia pęna ordinaria non pu
niuntur, prout refert Clar. *in d.§. homicidium.in*
princ. Nam ad hoc, vt quis pęna homicidij ordi-
naria puniri poſſit,requirirur, quod adfuerit do-
lus quo ad eum,qui fuit occiſus, licet præceſſerit
dolus quo ad eum, quem occidere intendebat,
prout tenuit Iaſ. *in l.ſi pater,in 2.col.num.9.C.de ha*
red.inſtituen.

19 Sed quod Dñs Ribera puniti non poſſit pęna
otdinatia homicidij,ſed tantũ leui,adducitut id,
quod in terminis decidit Ang.videndus *in l.ſi cũ*
ſeruo,nu.2.ff.de iniur. quod percutiens mediatorẽ
non puniatur lege Cotnelia, neque iniutiarum,
ſed pro motu iudicis, ꝑꝑ culpam, ſi quã cõmiſit;
ſecus ſi nullam commiſit culpam. refert,& ſequi-
tut Iaſ. *in d.l.ſi pater. nu.9.* cum ergo domina Sul-
pitia vxor tanquam mediatrix ſe interpoſuerit,
& fuerit interfecta, intrat dicta doctina, quod
pro culpa,ſi quam commiſit,puniti debet.

20 Secũdo facit, ꝙ in terminis etiam determinat
Abb.videndus *in conſ.30.per totum,* vbi conſuluit
ad fauorẽ illius, ꝗ volebat occidere vxotẽ, & oc-
cidit aliũ,& determinat quod tenetut perinde ac
ſi cõmiſiſſet delictũ ex culpa,& nõ ex dolo, quia
cũ non adeſſet animus præciſus ad huiuſmodi de
lictum committendum, nec etiam aderat dolus.

21 Tertio ad hoc etiam facit, quia quis pro homi
cidio pęna corporis afflictiua puniri non poteſt,
quando non interuenit dolus,prout determinat
Bar. *in l.1.§.1.nu.1.ff.ſi quis teſtam.liber.* & eſt com
munis ſententia Doctorum. Veronen. *conſi.crim.*
33.col.1.verſ.quod ſic probatur, neque ſufficeret la-
f ta culpa,quia in criminalibus lata culpa[f] nõ ęqui
paratur dolo, vt eſt communis opinio Iaſ. *in l.in*
actionibus,nu.22.& 26.ff.de in lit.iuran. & hoc pro
cedit, quoties agitur de imponenda quacunque
pęna corporis afflictiua. Marſi. *conſil.67.nu.40.* &
latè Clar.§. *fin.q.84.in princ.*

22 Quarto deciditur iſte caſus ex ſacra pagina in
Deuteron.c. 19. vbi formalitet dicitur, qui per-
cuſſerit proximum, vel amicũ ſuum, & qui heri,
& nudiustertius nullum contra eum odium ha-
buiſſe comprobatur,ſed caſu illum petcuſſerit,&
occiderit,hic ad vnam ſupradictarũ vrbium con-
fugiet,& viuet; ne forſitan proximus eius,cuius
effuſus eſt ſanguis, dolore ſtimulatus, perſequa-
tur;& ſic ex cauſa amicitiæ,& proximitatis ex le-
ge veteri ſimile homicidium eſt impunibile.

23 Et quod in caſu noſtro dolus non interuene-
rit, demonſtratur primo, quia domina Sulpitia
non erat maleuola. Corn. *conſi.63.col.3.circa fi.li.*
3. Aym. *conſ.6.n.22.* Secũdo, quia erat vxor,& ſic
eidẽ affinitate coniuncta.gl. *notab.in l.1.in verbo,*
non occidẽdi animo,C.de ſicar. Tertio,quia erat ipſi
D.Scipioni dilecta,& ab eo amata, Veron. *conſil.*
crim.2.col.fi.in 7.fundamẽto. & ideo ptobata amici
tia,& beneuolentia,inſurgit indicium innocen-
tiæ. Corn. *conſi.198.viſa inquiſitione.nu.26. vol.2.*
& hinc eſt, ꝙ homicidium in perſonam amici prę
ſumitut caſuale, *c.fin.extra de homic.*

24 Nec obſtat conſideratio qualitatis armorum,
vt ex his dicatur colligi animus occidendi,ꝑ tex.
in l.1.§.diuus.ff.de ſicar. & Boſſ. *in tit. de homici. nu.*
55. quia tex. *in d.§.diuus,* loquiť in habẽte animũ
deliberatũ ad occidẽdum, vt demõſtrãt verba ibi
appoſita,ſi gladium ſtrinxerit, vt occidat, vt de-
clarat ibi gl. *in verbo,percuſſerit,* & Boſ.dicit,quod
ex qualitate inimicitiæ, & poteſtate, quam ha-
buit vulnerans ad ictus iterandos,colligitur ani-
mus occidendi,ſed in caſu noſtro D. Ribera non
ſtrinxit archibuſium, vt occideret vxorem, quia
non erat illius inimica, vnde non habuir pote-
ſtatem ad ictus iterandos; merito &c.

25 Nec obſtat,ꝙ teplicatut de ſpontanea cõpari-
g tione,[g] & conſtitutione,quia dicitur quis ſpon-
tè comparuiſſe, ſi poſitus in libertate, à nemine
captus,in catceribus ſe conſtitueri t:alias attenta
ratione D.Fiſcalis,nunquam daretut ſpontanea
comparitio,quia ſi quis non eſſet inquiſitus, vel
condemnatus,non eſſet ita inſanus, quod catce-
res intraret; inquiſitio autem, & cõdemnatio eſt
cauſa ſpontaneæ comparitionis, conſtitutionis
in catceribus; ſed conſtitutio ipſa eſt ſpontanea,
cauſata ab inquiſitione, & cõdẽnatione ꝑdictis.

26 Nec obſtat, quod etiam dicitur, homicidium
eſſe punibile in perſona Titij,ſicut in perſona Sẽ
pronij, & quod non referat, an vnus occidatur
pro alio,cum apud Deum nulla ſit diſtinctio per
ſonarum,quia hoc eſt verum quo ad homicidiũ,
non aurem quo ad pęnam illius; bene verum eſt,
quod homicidium doloſum puniarur pœna ordi
naria,& culpoſum pro modo culpæ,vt ſupra latè
oſtenſum fuit; quare ſupplicatur,aut pro abſolu
tione libera,aut ꝓ impoſitione leuiſſimæ pœnæ.

Ad materiã huius Conſilii,vide omnino Fol-
ler.ſuper Pragm.Regni, *de ictu ſcoppetti, nu.13. &*
ſeqq. vbi exacte diſputat & reſoluit, an,quando,
quomodo,& ex quibus cõiecturis probetut,ſco-
pettum fuiſſe emiſſum caſu,& animo non nocen
di,an vero potius præmediatè,& nocẽdi animo.

Ex quibus fuit iſte Ribera à pœna ordinaria li
beratus,ſed ad ttiremes tranſmiſſus,& ſi rectè me
mini ad tempus. LAVS DEO.

Proſper Farinacius V.I.D.Rom.

ADDITIONES.

a *Amicitiæ, & coniunctionis.* Pro hac eadem
concluſione facit, quod dolus non præſumi-
tut commiſſus in perſonam beneuolam, & con-
iunctam,idem Aym. *conſi.6.num.22.* & *conſil.319.*
num.6. Soc. *reg.94.in* t. *fallen.* vbi in ſpecie, quod
non præſumitut dolus, ſi pater percutit filium,
frater fratrem,vel ſocius ſocium;niſi qualitas ar-
morum

morum cõtrarium ſuadear, ex gl. quam allegat, in l.1.ff.ad l.Corn. de ſicar. quod & idem voluerũt Blanc.in pract.crim.§.ijs ſic præmiſsis.n.13.fol.125 Foller. in pract. crim. in verbo, item quod ſororem venenauit, nu.18. addo Petrum à Plac.in epit. delict. lib.1.c.22.num.34.in fi. verſ. ſi quidem in coniunctis minime dolus præſumendus, vbi teſtatur de crebriori opin. Franc. Marc. deciſ. 420. num. 20. & 423.num.20.part.1.Maſcar. de probat.lib.2.conclu. 531.num.11.Menoch. de præſump. lib.5. præſumpt.3.num.21.& ſeq. Et facit, quia ſi præſumitur dolus ex actu geſto contra perſonam non beneuolam, ita è contra ex actu in perſonam beneuolam debet dolus excludi, vt contrariorum ſit eadem diſciplina. Et facit in ſimili quod dicitur, iniuriandi animum non præſumi in amico, ſecundum Ioan. Fabr. in l. ſi tamen conuitij. num.5.C.de iniur. Pract.Beluiſ.lib.1.cap.30,tit.de iniur.nu.5.in fi.Aym.conſi.9.nu.29. quod & idem multo magis in coniuncto voluerunt, idem Belu.in pract.crim. lib.1.c.3.tit.de iniur.nu.8.vbi dicit, quod ratio ſanguinis tollit præſumptionem inferendæ iniuriæ. l.veſtem ſordidam, ff.de iniur.cum alijs ibi per eum allegatis. Ang.de malef.in glo. verbo iniurioſa, poſt nu.1.verſ.& ibi dicit Cynus, & ibi Ang.in addit.poſt num.3.Boniſ.de Vitell.tit.de iniur.nu.33.verſic.& maximè perſona coniuncta. Idem Vitell. titu.eo. de iniur.nu.44.verſic.ſed tamen fallit. Aym.conſil.9. nu.26.Iodoch.in pract.crim.cap.137.nu.12.verſic. item excuſantur, & num.16.Fab. a Monte Ferr.in prax.arbitr.parte 4.quæſt.9.num.11.fol.362.vbi declarat, niſi iniuria fuiſſet atrox. Andr. Gayl.obſeruat.106.nu.6.par.2. Menoch. de arbitrar. quæſtionibus, lib.2.caſu 364.num.5.vbi quod ſeniores propinqui poſſunt ex cauſa correctionis caſtigare iuuenes, & ibi etiam de fratre ſeniore caſtigante iuniorem, & nu.7.vbi amplius, quod ſeniores nõ propinqui, & non coniuncti poſſunt caſtigare. & corrigere iuuenes. Maſcar. de probat.lib.2.concl. 902.nu.11.& ſeqq. vbi ampliat in coniunctis vſque ad ſeptimum gradum.

b *Parricidio*. Quod parricidium committatur ẽt per maritum occidentem vxorẽ, & è contra, ac etiam per occidentem ſponſam, nurum, generũ, ac ſocerum, & de eius pęna, & materia, vide Corrad.in pract.in tit.de parricid.ſub nu.4. Ant.Gom. de delict.in tit.de homicid.ſub nu.3. Pet. à Plach.in Epith.delict.lib.1.c.22.nu.50.fol.mihi 367.& ſeqq. Cæphal.conſi.79.lib.1.Peregr.de iure fiſci, lib.5.tit. 1.num.6.fol.363.

c *Armorum qualitate*. Non eſt dubium, quòd qualitas armorum includit, & excludit animũ occidendi: ſi.n.quis vulnerat cum enſe, pugione, aut alijs ſimilibus armis ad occidendum aptis, occidendi animum habuiſſe præſumitur; ſecus ſi cum pugno, lapide, vel baculo, aut ſimilibus inſtrumẽtis, de ſui natura non aptis ad occidẽdum; quod quando verũ ſit, & de materia, cum ſuis incidentibus quæſtionibus, remitto Lectorem ad Diaz. in pract.crim.reg.33. Corrad.in pract.tit. de homici. nu.7.fol.mihi.317.Petrus a Plach.in epith.delict.li. 1.c.10.ſub num.6.fol.mihi 155.& ſeqq. Hercula.in tract.de negat.num.166.& inter conſilia criminalia diuerſor.lib.1.in fol.in conſil.144.num.11.& lib.2. conſil.63.num.9.& ſeqq. & conſil.114.nu.9.& ſeq. Menoch.de arbitrar. quæſtionib. caſu 361.num.5. Clar. in pract. §. homicidium, verſic. dicitur etiam culpoſum. Anton. Gomez. in titu. de homicid. numero 17.Ioſeph.Ludouic.deciſ. lucen.62.in princ. & numero 16.& ſeq.Catell.Cotta in memorial. in verbo, cacumen, fol.mihi 148. Maſcard. de probat. conclu.97.per totam, in diſcurſu: & concluſ.864. pariter per totam in diſcurſu, apud quos plures alii referuntur antiquiores, quos hic referre ſuperperfluum putaui.

d *Leuis pecuniaria*. Non habet difficultatẽ in iure, quod minor ætas facit mitigare pęnam, etiam in crimine homicidii, ſecundum Bal. in l. & ſi ſeuerior, nu.10.& ibi etiam Aret.col.2.ad finem, poſt Angel.in loco per eum relato, C.ex quibus cauſ.infam. irrog.quos referendo ſequitur Igne. in l.excipiuntur, ad finem, nu.48.in fi.& nu.29.ff.ad Silla.Salyc. in l.ſi quis te reum, C.ad l.Cornel.de ſicar. Auguſt.ad Angel.de malef.in verbo ſcienter, & doloſè, poſt nu. 12.verſ.& aduerte, vbi etiam (prout aſſerit) in terminis allegat Barto.in l.adminiſtrantes, §.fin.ff.de excuſat.tut. Gramat.in conſtitu. Regni, tit. de reſtit. minor.poſt num.7.vbi alios refert, & deciſ.23.nu.12. vbi loquitur in minore annorum decem & octo, qui occiderat presbiterum. Socin.iun.conſi.7.numero 6.li.3.Hippol.Riminal.conſ.crim.diuerſ.135. to. 1.per totum, vbi latè hanc exornat concluſionem, & iuribus, & exemplis, & Doctorum auctoritatibus, Menoch.de arbitr.quæſt. lib.2.caſu 329. num.6.vbi alios refert.Bertaz. conſil.118.num.1.& ſeqq.vbi conſuluit in homicida minore annis decem & octo, & conſi.208.num.24.& ſeqq.Gerard. Marzol.conſi.11.num.13.& ſeqq.Rolan.conſil.77. nu.1.& omnib.ſeqq.lib.3. vbi conſuluit in minore vigintiquinque annorum, ſed maiore annorum decem & nouem. Bonacoſſ. in commun.opin.parte 1.fol.114.verſ.minor non debet.Sfort.Odd.de reſtitut.in integ.parte 2.quæſt.81.verſic. ego autem puto. Honded.conſi,104.num.7.iuncto numero 15.& 43. & ſeq. vbi etiam aliis relatis teſtatur de communi,
* ex quibus hanc ampliationem communiter receptam eſſe, negari non poteſt. Quamuis contrarium, quod ſcilicet minor homicida puniatur ordinaria homicidii pęna, latè conſuluerit, & defendere nitatur Vulpell.conſil.101.per totum, cuius opinionem minimè tutam in ſpecie affirmauit Honded.d.conſi.104.nu.7.iuncto num.44. præſertim, quando minor non eſſet rixoſus, vel alias malæ conditionis, & famæ. Infantes autem in hoc homicidii crimine in totum excuſari, dubitandum non eſt, per ea quæ generaliter, & in ſpecie probat tex.in clem.1.& ibi notant omnes ſcribentes, de homicid.& etiam text.in l.infans.ff.ad l. Cornel.de ſicar.& ibi Marſ.in ſumm. & num.1. Angel. de maleſ. in uerbo, ſcienter, & doloſè, nu.6.Gabriel Mayn.in l.ferè in omnibus, nu.4.ff.de reg.iur.Maur. in tractat.de reſtitut.in integ.c.135.nu.5. Carer. in prac.in tract.de homic.§.circa quartum, nu.2. Petrus à Plach.in epit.delict.c.32.nu.1.Iodoch.in pract.criminal.cap.84.num.1.& ſeqq. Sic etiam, & infantes doli capaces in eodẽ homicidii crimine excuſandos,

dos, optimè concluditur ex allegatis ſupra, & in ſpecie reprobato Marſil. in loco mox allegando, contrariũ ſentiente, voluit Blanch. in pract. crim. §. imbecillitate. nu. 6. & ſeqq. fol. mihi 77. quamuis, vt dixi, cõtrariũ, quod imò infantes doli capaces homicidæ puniantur, ſed mitius, pluribus contẽdat Marſ. in l. infans nu. 2. & ſeqq. ff. de ſicar. & in l. ſi quis te, num. 3. & ſeqq. C. eod. nec ab opinione Marſilij diſſentire videtur Duen. regul. 259. in fi. verſ. eſt tamen notandum. Pariter & infantiæ proximos, ſi homicidium commiſerint, excuſandos eſſe, faciunt Doctores allegati ſupra, & in ſpecie probat text. in cap. 2. de delict. puer. vbi loquitur de puero decem annorũ; & dicitur ibi, vnde quoniam in pueris relinqui ſolet inultum, quod in alijs prouectioris ætatis, humanæ leges dicũt ſæuerius corrigendum, & ibi communiter notatur per ſcribentes. Auguſt. ad Ang. de malef. in verbo, ſcienter, & doloſè, poſt nu. 6. verſi. & ideo, poſt Ang. quem allegat, teſtans propterea ſe Ferrariæ euaſiſſe vnum puerum, qui occiderat in Ripa Padi vnum fachinum. Ant. Gom. de delict. c. 1. n. 57. ad fin. verſ. & in tantum eſt verum, vbi refert, & ſequitur Aug. ad Ang. in loco præcitato, quamuis, qđ imò pupillus non doli capax, licet non puniatur pęna ordinaria legis Corneliæ de ſicar. puniri tamen poſſit aliquali leuiori pœna, ſcripſerit Nouell. in tract. ad defen. p. 1. n. 38. Cuius opinio. nec ẽt ſpernenda eſt, ſi non aliam pęnam, quam ferulæ Iudex imponere voluerit, quia ſi non loco pęnæ, ſaltẽ, vt puer caſtigationis timore, abſtineat ſe in futurum à ſimilibus. Proximi aũt pubertati, & doli capaces non in totum ſi occiderint, excuſantur, ſed bene mitius puniuntur, tex. eſt in d. c. 2. de delict. puer. in fi. vbi loquitur in homicidio, & ẽt in minore 14. annorum doli capace, & tamẽ ibi dicitur mitius puniendum; & ſic illud verbum in textu poſitum, inultũ, declaratur, hoc eſt non perfectè vltum, vt ibi per eum gl. in uerbo, inultũ,

* & communiter * omnes, Bal. in l. & ſi ſeuerior, nu. 10. & ibi Aret. col. 2. ad fin. uerſ. & idem etiam in ſa ſto. C. ex quibus cauſ. infam. irrog. Dec. in l. ferè in omnibus, nu. 2. ff. de reg. iur. Alex. conſi. 160. nu. 8. li. 7. Maurit. de reſtit. in integ. c. 153. nu. 5. in fi. uerſic. quare conſuluit Bal. &c. Nouel. in tract. ad defen. p. 1. nu. 36. And. Gayl. obſeruat. 110. nu. 32. li. 2. Et omnia quidem pręmiſſa multò magis procedunt in homicidio commiſſo per impuberes, & pueros ludentes ad ſaxa, vel in colluctatione, aut alia occaſione, eis præſertim de conſuetudine admiſſa, non dolo, ſed culpa potius aut caſu, ad text. in

* c. 2. de delic. puer. & ibi cõiter * notatur per omnes ſcribentes, & in occurrenti caſu conſuluit Anch. conſ. mihi 283. de puero, qui alium occidit ludendo, vt vulgariter dicitur Battagliolas, & in alio caſu conſuluit Cæpol. conſi. 30. de puero, qui homicidiũ cõmiſit ludendo cũ alijs pueris, inuicem proijciendo lapides, & ſcripſit etiã Aug. ad Ang. de malef. in verbo, ſcienter, & doloſè, num. 6. verſ. & ideo, &c. & Bern. de Land. in addi. ad eũdem Ang. ibid. nu. 12. litera A. Carer. in pract. in 2. tract. de homic. §. circa quartũ, nu. 5. in fi. Alc. li. 1. diſt. c. 17. vbi ponit caſũ in duobus pueris ſimul alis ludentibus, quorũ vnus, iurgio inter eos occaſione ludi orto, alterũ cultro temperatorio, quẽ forſan ex ludo literario attulerat, vulnerauit, & ex eo vulnere vulneratus obijt, dicitq; talem puerum non eſſe puniendum in plus, quam in pęnam exilij, & Alciati deciſionem refert, & ſequitur Nauarr. in c. aut facta, §. euentus, nu. 23. de penit. diſt. 1. inter illius opera, in fol. tomo 1. pag. 260.

Sed quod iſto caſu imponatur ſolũ pœna exilij, aut pecuniaria, prout hic cõſulendo dixit D. meus Farin. pro defenſione carcerati, non tranſit ſine difficultate; nam quamuis multi concluſionem hic firmatam ſequuti fuerint, prout ſcripſerunt Marſil. in prac. §. quoniam, nu. 96. & in conſ. 30. nu. 20. & conſil. 39. nu. 59. Gram. dec. 23. nu. 13. & ſuper conſtit. Regni. tit. de reſt. min. nu. 9. Soci. conſi. 117. num. 38. li. 3. idem Marſil. in locis relatis per Carer. in prac. in 2. trac. de homic. §. circa quartum, nu. 5. Bombin. conſi. 11. nu. 2. in fi. Caccialup. conſi. crim. diuerſ. 95. nu. 4. to. 1. vbi ita alias in crimine falſæ monetæ ex auditu à Fran. Aret. in Ciuitate Ferrariæ ſeruatum fuiſſe, teſtatur Hippol. Rim. inter ead. conſi. crim. diuerſ. conſ. 135. nu. 22. & 29. to. 1. vbi amplius, ꝙ ſi reus non habet pecuniã, pœna debet eſſe, vel carceris, vel exilij, & eſt cõis, vt p Sfor. qui aliquos ex præcitatis Doctoribus refert, (ſed non ſequitur) in tract. de reſtit. in integ. d. q. 80. nu. 96. ad fin. Franc. Cald. in repet. l. ſi Curatorem, in uerbo, uel aduerſarij dolo, num. 54. uerſ. at quia, C. de in integr. reſtitu. min. vbi & iuribus, & Doctorum auctoritatibus probat, quod ſi pœna ordinaria ſit vltimi ſupplicij, illa cõmutari debet in pœnã exilij; ſi verò pœna ordinaria non erat mortis, ſed alia corporalis, & tunc debet commutari in pecuniariã, & quod hæc pœna non poſſit eſſe corporalis, ſed pecuniaria, poſt Marſ. & alios, quos allegat, pluries dixit commu. Bertaz. conſil. 118. nu. 3. & conſi. 143. nu. 16. & conſi. 492. nu. 2. & ſeqq. Gerard. Mazol. conſil. 11. nu. 13. & ſeqq. vbi ꝙ imponitur pœna pecuniaria tantum. Monticel. reg. crim. 2. nu. 11. Rolan. conſi. 51. nu. 41. & ſeq. li. 1. & conſ. 77. n. 6. & 9. in prin. li. 3. vbi reprobat Caccialup. contrarium dicentẽ Honded. cõſ. 104. nu. 37. vbi & aliis relatis teſtatur de cõi opinione.

Contrariũ tamen, quod imò minoribus poſſit iſto caſu imponi pœna corporalis, verius credidit Fulgoſ. in conſil. 157. col. antepe. uerſi. quibus ex omnibus. vbi hoc admittit, ſtante atrocitate delicti, in quo conſuluit, videlicet in furtis reiteratis, & cum fractura, prout etiam in ſimilibus furibus famoſis hoc idem admittit Caccialup. cõſil. crim. diuerſ. 95. num. 3. & 20. to. 1. Sfort. Odd. de reſtit. in integ. d. q. 80. num. 97. vbi de pœna carceris, & triremium. Bertaz. conſi. 118. in fi. vbi de homicida annorum decem & octo, qui fuit damnatus ad triremes arbitrio Principis, Oſaſc. dec. Pedem. 60. nu. 9. vbi quod fuit fuſtigata, & in perpetuum exilium damnata quædam mulier vilis, quæ partum in latrinam effuderat. Hippol. Rimin. conſil. 244. nu. 30. lib. 3. vbi & hanc admittit opinionem in delictis iteratis Ludou. Peguer. deciſ. crim. 24. nu. 23. vbi quod apud eũ fuit fuſtigatus, & poſtea ad triremes per quinquennium tranſmiſſus quidam,

dam, qui in Eccleſia furtum commiſerat modici valoris,& idẽ in ſacrilegio,quia ei fuit amputata manus,non obſtante minori ætate, Iudice Bertachino in loco per eum relato, teſtatur Clar. *in §.ſacrilegium,verſi.ſed quæro quæ ſit pœna.*

Quod & idem procedere in impuberibus doli capacibus, & pubertati proximis, facere videtur tex. *in* §. 1.*inſtitu.quib.mod.tute.fini.* Vbi dicitur, quod deportatio pupilli facit finire eius tutelã. Ergo pupilli deportari poſſunt, prout illum tex. ſic ponderarunt, & in illis terminis voluerunt Igne.*in l.* 1.§.*impubes, nu.* 5.*ff.ad Sillan.* Ioann. de Anan.*in c.*1.*nu.*11.*verſ.colligit etiã,&c.de deli.pueror.* Aldobr.*in* §.*idem,nu.*4.*inſtit.quib.mod.tut.fini.* Carer.*in pract.crim.in* 2.*tract.de homic.*§.*circa quartum,nu.*4.vbi de condemnatione ad triremes,nec diſſentire videtur Clar.*in pract.*§.*fi.q.*60.*ſub prin. ibi,ſed in omnẽ caſum,&c.* vbi negat proximis pubertati poſſe imponi pęnã mortis,ſeu mutilationis membri; tacitè ſentiẽs alias pęnas corporales poſſe infligi,& prę ſertim fuſtigationis,prout teſtatur ſe ſic vidiſſe ſeruatum in crimine ſodomiæ in quibuſdam pueris,Simoncel. *de decre.li.*2.*ti.*6.*inſpect.*4.*nu.*49.*verſ.item pupillus*, vbi notabiliter dixit, quod proximus pubertati punitur in corpore,non in pecunia.Zaſ.quem allegat *in l.is, qui bonis,nu.*19.*ff. de verb. oblig.* quamuis hodie tanta ſit hominũ auaritia, vt totũ contrarium nedum in minoribus,ſed etiam in maioribus ſeruetur.

Verum, quod impuberes nõ alia pœna puniri poſſint, quã ferula,ſuaderi videtur ex Alber.*in l.* 1.§.*impubes.ff. ad Sillan.* vbi ponit illud, caſtiga iuuenem ferula,furca ſenem peccantem; iuuenẽ corrige,pende ſenem. Marian.Socin.*in c.*2.*nu.*16.*uerſ.ſed temporalis.de delict.pueror.* vbi quod impuberes ferulis,& virgis caſtigari poſſũt,*ad l.*1.§.*impuberi.ff.ad Sillan.*& per parentes leuiter,per iudices verò ſeuerè,& quatenus facti atrocitas requirit,Gandin.*in tit.de pœn.reor.nu.*30.*adfi.*vbi,quod quando maiores decapitantur, impuberes ferula cędantur,& eum refert, & ſequitur Hippol. Rimin.*conſi.crim.diuerſ.*135.*nu.*11.*to.*1. Sfort.Odd.*de reſtit.in integ.p.*2.*q.*80.*num.*45.vbi quod infantes,vel infantiæ proximi,ſi iudex eorum doli capaces cognouerit, vt ſe in poſterum à delinquendo abſtineant,ferula cędi mandabit; ſic,& impuberes,& non doli capaces,pro furtis poſſe virgis, aut ferula cædi,voluit Nicaſ.*in* §.*in ſumma.inſti. de oblig.quæ ex delict.naſc. in fine, verſ. poteſt tamen impubes*, ſic etiam proximos pubertati ferula cædi,poſt Gandin.in loco præcitato, dixit Hippol. Rim.*conſ.crim.diuerſ.*135.*n.*11.*to.*1.Clar.*in pract.* §.*fi.q.*60.*poſt princ.*vbi quod vidit hos fuſtigari in crimine ſodomiæ.Sfor.Odd. *de reſtit.in integ.p.*2.*q.*80.*nu.*52.poſt Gand.& Bal.*in locis per eum relatis,& nu.*55.vbi quod debent publicè ferula cędi.

Quid dicendum in tanta varietate Doctorũ? vide reſolutionem tam in iure,quam in practica, poſitam per D.meum Farinac. *in ſua pract.crim. par.*2.*in tit.de reo confeſſo, & conuicto. nondum impreſſ.nu.*171.

c *Pecuniaria,uel exilij.* Sic etiam,& ſine difficultate non tranſit, quod homicidium culpa commiſſum, non, niſi pecuniaria,vel exilij pęna, puniri poſſit, nam videmus ſæpiſſimè pro culpoſo homicidio homicidas ad triremes cõdemnatos, & tranſmiſſos, & nõ ſine ratione, quia quamuis Anchar.*in conſi.*283.*iure ſcripto, in fine*, prout illũ refert Tiraq.*de pœn. temperan. cauſa* 14.*poſt nu.* 1. dixerit,culpam non poſſe corporaliter puniri,verior tamen eſt opinio,ᶠquod lata culpa etiam corporaliter puniri poteſt, quando delictum eſt capitale, ſecundum Maran. qui de communi teſtatur *in Speculo,par.*4.*in princ.nu.*59.*verſi.reſtat tamen dubium*, vbi dixit, quod licet lata culpa non æquipareretur dolo in corporalibus, non per hoc ſequitur, quod non poſſit corporaliter puniri, dummodo mitius puniatur,quàm dolus,Bero.*in c.*2.*nu.*40.*poſt med.uerſi.& quamuis.de conſtit.* Cępol.*conſi.*41.*n.*9. vbi quod lata culpa punitur pęna pecuniaria, vel pœna relegationis per quinquennium ad ſummum,*per l.lege Cornelia, la* 2.§.*cum quidam,ff.ad l.Corn.de ſicar.*Boſſ.*in ti.de defenſione reorum,nu.*68. vbi quod culpa punitur criminaliter pęna pecuniaria,vel exilij, & tamen pęna exilij eſt corporalis.Clar.*in prac.*§.*fi.q.*68.*in prin. ad finem*,vbi refert Maran. in loco præcitato, teſtatur quandoque ita vidiſſe in Senatu Mediolani ſeruari, licet regulariter pro culpa non ſoleat quis corporaliter puniri.

f *Lata culpa.* Veriſſima eſt concluſio,quod in criminalibus lata culpa non æquiparatur dolo, ſic enim probat *text.in l.*1.§.*ſi quid ideo, ff. ne vis fiat ei,qui in poſſeſſ.miſſ.eſt.gl.in l.in lege Cornelia,in uerbo, culpa lata,uerſ.idem puto, ff.ad l. Cornel. de ſicar.* Iaſ.*in l.in actionibus,nu.*23.*ff.de in lit.iuran.* vbi de communi opinione teſtatur Bar. *in l.*1.§.1.*nu.*1.*uerſ.unde gloſ.ubi allegat gloſ.in d.l.in lege Cornelia*, idem Bar.*in l.*1.*nu.*3.*ff.de legib.* Salyc.*in l.*1.*nu.*5.*in fi.uerſ. in perſecutorijs uerò deſcendentibus ex delicto,C.de ſicar.& in l.*1.*nu.*5.*uerſ.aut deſcendunt ex delicto. uel quaſi, C. depoſiti.* Tiraquel. *de pœn.temperan.cauſ.*14.*poſt num.*17.Maran.*in Spec.parte* 4.*num.*59.Clar.*in pract.*§. *fin. quæſt.*84.*in princ.* vbi de communi,ex Iaſ.*in d.l.in actionibus, & alijs ibi per eum citatis.*

Et præſertim, quando agitur de pęna corporali,quia tunc multò magis dolus requiritur, nec lata culpa illi æquiparatur,ſecundum gloſ.*in l.in actionibus, in uerbo, non etiam ob culpam*, & ibi Bal.*colum.*2.*uerſic. item fallit in pœnis corporalibus.* Iaſ.*num.*26.Dec.*num.*19.*ff.de in lit.iuran.* Bart.*in l.qđ Nerua,numero* 20.*uerſ.primo enim dicit,& uer. aut loquimur in accuſat.ſeu actionib. ff.depoſ.* idem Bartol.*in l.*1.§.1.*numero* 1.*&* 2.*uerſic.idem ſi trac. de pœna corporali. ff.ſi quis teſtamen. libe.& in l. in l.Corn.in ſummario,& numero* 1.*ff.de ſicar.* Paul. de Caſt.*in l.*1.*numero* 9.*uerſi. quoniam in corporalibus pœnis, ff.de legib.* Marſ. *in l.in lege Cornel. per illum tex. in ſummario, & nu.*1.*& ſeq.& in l.in lege Corn. la* 2.§.*cum quidam,nu.*3.*ff.ad l.Cor.de ſic.* Cagn. *in l.contractus,ſub nu.*8.*&* 9.*ff.de reg.iur.* Saly.*in l.*1.*num.*6.*C.de ſicar. & in l.*1.*num.*5.*uerſic. ſecundo caſu, C. depoſi.* vbi teſtatur de communi opinione. Anton.de Butr.*in c.*2.*poſt nu.*9. & ibi etiam Imo. *col.*2.*in princ.num.*12.*ad medium, uerſ.idem ſi impo-*

nat pœnam afflictiuam perſonæ. Fely. paſt nu.4. Abb. nu.6. ante medium, verſ. idem eſt dicendũ. Mãt. num. 40. vbi reſpondet contrarijs. Bero. *nu.27. de conſtitu.* Ang. de maleſ. *in verbo, ſcienter, & doloſè, nu.1. & nu.4.* & ibi Auguſt. *in addit. in princ.* Firman. *in repertorio, verbo, culpa lata, num. 21.* Cepol. *cautel.2. nu.13.* Marſil. *conſil.62. nu.40 & ſeq.* Cepol. *conſil. 33. num.5.* vbi de communi. Diaz. *reg.540.* vbi de communi. Blanch. *in pract.§. eiſis indicijs. nu.137. fol. mihi...* vbi alij referũtur concordantes. Capra. *conclu.78. nu.36.* vbi quod ita communiter tenetur. Matth. *in ſuis reg. crim. verſ.2. incip. vbicunque agitur de imponenda pœna corporis afflictiua, inter commun. opin. tomo 1. fol. mihi 344. in antiqua impreſſione.* Anton. Gom. *variar. reſol. tomo 3. c.3. rubr. de homicid. nu.16.* Clar. *in pract. §. fi. q.84. in princ.* vbi etiam de communi, ex Cepol. & Marſil. *in locis præcitatis.* Cephal. *conſi.76. nu.71. lib.1.* Burſ. *conſi. 77. n.4.* vbi de communi, & *conſ.92. nu.2. ead. li.1.*

Non tamen per hoc ſequitur, quin lata culpa poſſit corporaliter puniri, prout dixi ſupra in precedenti additione.

g *Spontanea comparitione.*

h *Ex quibus.* Ad materiam huius conſilij, vide omnino Foller. ſuper Pragm. Regni. *de ictu ſcopetti, nu.13. & ſeq.* Vbi exactè diſputat, & reſoluit, an, quãdo, quõ, & quibus coniecturis probetur, ſcopettum fuiſſe emiſſum caſu, & animo nõ nocẽdi; An verò potius præmeditatè, & nocendi animo.

Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

Stricte quidem, ſed magiſtraliter in hoc reſponſo defenditur quidam, qui vidẽs fratrem ſuum inſultatum, & vulneratum, iuſto dolore motus armis arreptis ad rixę locũ accurrit, & vulnerantem fugientem inſequendo, Patrem eiuſdem vulnerantis qui ſe interponere volebat, vt filium fugiẽtem ſaluaret, occidit. Et eſt materia homicidij cõmiſſi in rixa calore iracundiæ, & ad alterius prouocationẽ, ac pro ſui fratris defenſione. In qua tria in ſpecie diſcutiuntur; nũquid, ſ. exceſſus defenſionis habeat in ſe dolũ, & qua pęna puniri debeat: nũquid ẽt occidens tertiũ nõ prouocantem, ordinaria pęna puniendus ſit: & demum, an Bulla de vindicta tranſuerſali extendatur ad offenſiones factas in rixa, & calore iracundię.

SVMMARIVM.

Statutum puniens homicidium pœna pecuniaria, non valet, fallit quando hoc ſtatuto diſponeretur propter habitam pacem. num.1.

Statutum quod pœna minuatur propter pacem habitam valet. num.1. & in addit. litera a.

Confirmatio habet vim nouæ conceſſionis. nu.2.

Gratia Principis ſuper homicidio non deliberato, & parte concordata, valet, numero 2. & quid ſi homicidium fuerit deliberatum, & pars non fuerit concordata, in addit. litera b.

Author rixæ tenetur de homicidio ſequuto, etiam quod ipſe homicidium non commiſerit. nu.3. in fine.

Prouocatus qui prouocantem in rixa occidit, à pœna homicidij ordinaria excuſandus eſt, num.4. & num.13. & ſeqq. num.19.

Homicidium in rixa ſequutum, an puniatur pœna ordinaria. nu.4. in addit. litera c.

Prouocatus excuſatur ab ordinaria pœna occidendo non ſolum offendentem, ſed etiam tertium non offendentem. num.5. & num.18.

Excedens defenſionis modum ſi alium occidat, adhuc mitiori pœna plectendus eſt, num.6. & nu.10. vbi quod ſic excedens non dicitur in dolo, & nu.15.

Frater poteſt impunè occidere ad defenſionem neceſſariam ſui fratris. num.6.

Occidens fugientem qui prius occidentem inſultauerat, punitur pœna extraordinaria. nu.6. & nu.14.

Occidere licet non ſolum ad ſui ipſius neceſſariam defenſionem, ſed etiam coniunctorum, amicorum, & aliorum. num.6. & in addit litera d. nu.18.

Bulla de vindicta tranſuerſali non habet locum in offenſione facta in rixa, & ad prouocationem offenſi. nu.7. & numero 11. & 19.

Prouocatus quicquid facit, dicitur facere, non ad vindictam, ſed ad defenſionem. nu.7.

Incontinenti dicitur fieri homicidium non ſolum in eadem rixa, ſed etiam paulo poſt, immo etiam poſt 30. dies, & in diuerſo loco, durante tamen eodem iracundiæ calore. num.8. & 16.

Dolus requiritur ad hoc, vt pœna ſtatuti, ſeu conſtitutionis locum habeat. nu.9 & 19.

Prouocatus excedendo modum non dicitur eſſe in dolo, ſed in culpa. num.10.

Iracundiæ inconſultus calor doli vitio caret. nu.10.

Statuta punientia homicidia non habent locum in homicidio cõmiſſo ad alterius prouocationem, licet in eo fuerit exceſſum. num.11.

Conuocare licet amicos, & coniunctos, quando à iure aliquid impunè agere permiſſum eſt, non tamen prædicti coniuncti, & amici, ſicut principales, puniri poſſunt. nu.17. in addit. litera e.

Iniuria facta vni de agnatione, omnibus alijs de eadem agnatione facta cenſetur. nu.17.

Dolus verus requiritur, vt pro homicidio pœna mortis imponatur. num.19.

Pater an poſſit occidere filiam deprehenſam in adulterio, conuocatis ad id amicis, ſeu coniunctis, In addit. litera E. vbi etiam, an id alteri demandare poſſit.

Maritus an poſſit occidere vxorem ſuam in adulterio deprehenſam, conuocatis ad id amicis, vel coniunctis, & an etiã id alteri demandare poſſit. in addit. lit. E.

Qualitates quæ inſunt in principali delinquente, an conſiderentur etiam in auxiliatoribus, & conſultoribus, in addit. litera e. verſi. & in ſimili.

Qualitates quæ aggrauant, ſeu minuunt delictum in mandante, an operentur eundem effectum in mandatario, & econtra, in addit. lit. e. verſ. & valde conferant.

CON-

CONSILIVM II.

1 ADSIT DEVS. Brutus Veliternus ab ordinaria homicidij pęna liberandus omnino eſt, primo vigore ſtatuti eiuſdem Ciuitatis, c. 26. lib. 3. quo cauetur propter homicidium ſi pax ab hæredibus occiſi infra decem dies habita fuerit, non mortis, ſed centum ſcutorum, & exilij pęnam tantummodo imponi debere; licet enim regulariter ſtatutum ſimpliciter imponẽs pœnam pecuniariam pro homicidio, ſecũdum magis cõ-
* munem * Doctorum opinionem, non valeat, ad trad. per Doct. in c. 2. de delict. puer. & poſt alios reſtatuit Iul. Cla. in pract. §. homicidium, ver. ſed numquid. Capra, concl. 12. nu. 15. Plot. conſ. crim. diuer. 133. nu. 7. lib. 1. Matth. Gribal. inter commun. opin. fol. mihi 344. col. 1. ver. Non valet. Clau. Bertrand. reg. crim. 87. valet tamen Statutum ſi ordinariam homicidij pœnam, non ſimpliciter, ſed propter
a habitam pacem [a] minuat, & in aliam commutet. Bart. in l. damni infecti, §. Sabini ſententia, 2. col. in fi. ff. de dam. infec. Bal. in l. tranſigere. in 2. col. nu. 6. C. de tranſact. Ang. in l. iuris gentium, §. ſi paciſcar. in 1. col. nu. 1. ff. de pact. Gandi. de malef. ſub tit. de trãſact. num. 13. Bonif. de Vitell. in rub. de pace, nu.
* 4. & eſt communis, * vt per Anto. Gomez. de delict. cap. 3. nu. 56.

2 Et hæc concluſio multo magis procedit in caſu noſtri ſtatuti à Principe confirmati, quo caſu licet de ſe non valeret (prout re vera valet) valebit tamen in vim cõfirmationis, quia confirmãs dicitur dare, l. 1. §. omnia, C. de veter. iur. enucle. Bar. & alij in l. morte, ff. de iuriſd. omn. iud. Fely. in c. cum acceſſiſſent, nu. 5. & 6. extra de conſt. Cepha. conſ. 26. nu. 23. & conſ. 38. nu. 26. vol. 1. Et ſicut valet Principis gratia ſuper homicidio, præſertim non
b deliberato, & parte concordata, [b] prout eſt hoc, de quo agitur, ad l. 1. & per totum, C. de ſenten. paſs. l. fin. C. de genera. aboli. Ang. de malef. in verbo, nec non ad querelam, nu. 75. verſ. quero an abolitione. Couar. var. reſol. lib. 2. c. 10. n. 2. Ant. Gomez. de delic. tit. de tortur. reorum, nu. 38. Petr. à Plach. in Epit. delict. lib. 1. c. 38. nu. 2. & ſeq. Clar. in pract. §. fin. q. 59. per totam in diſcurſu. Cur etiam valere non debet ſtatutum ab eodem Principe confirmatum, quo tamen homicidij pęna, non in totum remittitur, ſed in aliam mitiorem tranſmutatur?

3 Secundo etiam huiuſmodi ſtatuto circumſcripto, adhuc dico, eundem Brutum à pęna ordinaria liberandum de iure communi. Facti enim veritas hæc eſt; Cæſar præmeditate inſultauit Rutilium fratrem Bruti, in illumque archibuſiũ exonerauit, ac deinde ſtorta, quã ad latus ferebat, euaginata, ipſum ſic inſultatum pluribus, & letalibus vulneribus affecit; Rutilius ſic vulneratus, & affectus, Brutum eius fratrem in auxilium vocauit; à quo cum ita ſanguinolentus, & penè mortuus inſpiceretur, ita & iuſto dolore motus, ſtatim domum ſuam accerſiuit, vbi ſpadone arrepto inſimul cum Rutilio vulnerato, ad domum Cæſaris ſe contulit, qua ingreſſi, Antonium Cæſaris patrem, qui Brutum amplectendo impediebat, ne Cæſarẽ offenderet, interfecit. Ex hac quidem facti ſpecie negari non poteſt, quod homicidium prędictum commiſſum fuit à Bruto, non præmeditate, (quia ipſe numquam tale quid cogitabat,) ſed in pura rixa, iuſto dolore, & ita proueniente facto Cęſaris, qui Rutilium eius fratrẽ prouocando, inſultando, & vulnerando, fuit author rixæ; vnde quicquid inde ſequutum eſt, nõ Bruto, & Rutilio prouocatis, ſed Cæſari authori rixæ, tribuendum eſt, l. 1. §. cum arietes, ff. ſi quadrup. pauper. feci. dica. Abb. in c. clerici, il 1. poſt princ. de vita, & honeſt. cleric. Marſil. conſ. 137. nu. 19. Nouell. in tract. ad defen. nu. 29.

4 Et ideo prouocatum, qui prouocantem occi-
c derit in rixa, [c] à pœna homicidij ordinaria excuſandum eſſe, nemo eſt qui dubitet, l. qui cum maior. §. Libertus, ff. de bon. liber. l. ſcientiam, §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. l. ſi adulterium cũ inceſtu, §. Imperatores, ff. ad l. Iul. de adul. clem. 1. de homicid. Marſil. d. conſ. 137. nu. 6. ſeqq. & in pract. §. quoniam, nu. 60. ſeqq. Tiraq. de pœnis cauſa 1. nu. 6. ſeq. Clar. in pract. quaſt. 60. ver. nunc quæro.

5 Imo non ſolum excuſatur prouocatus, ſi prouocãtẽ, & offendentem occidat, ſed ẽt ſi tertiũ, qui nec offenderit, nec rixę cauſam dederit, textus eſt in l. lex Iulia, in fi. ff. ad l. Iul. repet. per quem tex. Ita ſingulariter dixit Rom. in l. cũ mulier, nu. 66. ver. aduerte tamen. ff. ſol. matr. quem ſequuntur alij relati per Marſil. in pract. §. quoniã, nu. 94. Carer. in pract. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. 7. excuſat. nu. 3. pag. mihi 161. Tiraq. de pœn. ſemper an. cauſa 1. in 3. ampliatione. nu. 10. & in terminis Boſſ. in ti. de homicid. n. 58. ſeq. qui expreſſe loquitur in fratre, pro ſtimulo defenſionis fratris rixantis accurrẽte, & occidente alium tertium non rixantem.

6 Licuit ergo Bruto vocato ad fauorem, & de-
d fenſionem fratris vulnerati accurrere [d] ſecundũ Boſſ. ibi, & Placha. in Epit. delict. cap. 28. nu. 25. Et licet poſtea in proſequendo Cæſarem fugientẽ, dicatur modũ defenſionis exceſſiſſe, iſte tamen exceſſus, non ordinaria, ſed extraordinaria plectendus eſt pœna, ſecundum eundem Placha. d. c. 28. num. 7. Duen. reg. 192. in 5. ampliatione. Ant. Gomez. in tit. de homici. nu. 24. & late proſequitur Marſ. d. conſ. 137. nu. 11. ſeqq. 19. & ſeqq.

7 Nec obſtat Bulla Pauli II. à Pio V. cõfirmata ſuper vindicta tranſuerſali. Quod enim illa non poſſit ad caſum noſtrũ applicari, apertiſſime probatur; imprimis, quia expreſſe loquitur in offendente ad vindictam: vbi igitur non eſt vindicta, ibi non procedit Bulla in caſu noſtro, præſuppoſita rixa, facto, & prouocatione aduerſarij cauſata. Quod inde incontinenti ſequutum fuit, non ad vindictam, ſed ad defenſionem, dicitur factũ, licet in defenſione fuerit modus exceſſus. Aret. de malef. in verb. & dictus Titius ſe defendẽdo. ver. aduertas. etiam, nu. 17. Expol. conſ. crim. 41. nu. 3. Marſil. d. conſ. 137. n. 19. ver. non obſtarent, & ſeqq. & nu. 28. Nouell. in tract. ad defenſ. nu. 36. Clar. in pract. §. fi. q. 60. ver. nunc quæro.

8 Et quod homicidium, de quo agitur, fuerit incontinenti ſequutũ poſt vulnera Rutilij illata, dubitandum non eſt, quia incontinenti maleficium

Digitized by Google

cium dicitur nedum ſi in eadem rixa,ſed ēt ſi paulo poſt commiſſum fuerit.Marſ.*d.conſ.*137.*n.*31.*ſeqq.* Er paulo poſt dicetur cōmiſſum maleficiū, etiam qđ fuerit decurſum tempus 30.dierū,dummodo ſemper idē iracundiæ calor durauerit,nec ad extraneos actus diuerterit,Luc.de Penna,*in l. omnes omnino Curiales,C.de decur.lib.*10. Dec.*in l. quicquid calore,in fine,ff.de reg.iur.*Boſſ.*d.tit.de homicid.nu.*62.qui teſtatur ita obſeruaſſe Senatum Mediolanenſem in cauſa quorundā Laudenſiū, pariterque homicidium dicetur incontinenti ſequutum, etiam quod in alio diuerſo, & diſtanti loco à rixa,perpetratum fuerit.Boſſ.*ibidem,num.*61.Card.Alban.*conſ.6.nu.*3.

9 Præterea omnis conſtitutio puniens delicta, & homicidia ad hoc,vt locū habeat,requirit dolum,*l.cum autem,§.excipitur,ff.de adil.edic.* Bal.*in l.data opera,in 4.col.verſ.Item ſi ſtatutum punit homicidium.C.qui accuſa.non poſſ.* Caſtr. *in l.*1.*C.vbi Senat.vel Clar.*late Tiraq.*de pæn.cauſa* 6.*nu.*10.in tantum, vt nec lata culpa ſufficiat. Marſ. *d.conſ.*137.*nu.*5.Boſſ.*vbi ſup.nu.*68.Homicidium autem

10 à prouocato modum excedēte,prout eſt hoc,de quo agitur,non dolo,ſed culpa commiſſum dicitur.Cæpol.*conſ.*41.*nu.*9.Marſ.*d.conſ.*137.*nu.*21.*ſeqq.*24.*ſeqq.& in pract.§.quoniā,nu.*65.67.*&* 68. Rom.*ſing.*3.Nouel.*in tract.ad deſen.nu.*29.Et eſt cōmunis,vt per Bonacoſſ.*in comm. opin.p.*1.*verſ. prouocatus.*Tiraq.*de pæn.cauſa* 1.*nu.*6.*& nu.*8.vbi ampliat,etiam quod ex animo,& propoſito fuerit exceſſum;inconſultus enim iracundia calor, doli vitio caret,*l.*1.*§.quæritur,ff. ad Turp.* Aret.*d. ver.& dictus Titius ſe defendendo,nu.*39. Tiraq.*d. cauſa* 1.*nu.*1.Ceſſante igitur dolo,ceſſat cōſtitutio pœnalis per prædicta.

11 Et quod ſtatuta,ſeu conſtitutiones punientia homicidia,non habeant locum in homicidio cōmiſſo à prouocato,licet modū exceſſerit, videatur Marſ.*in ſæpius allegato conſ.*137.*per totum,præſertim in princ.nu.*19.*&* 20.*in fi.& num.*25.Bonacoſſ.*conſ.*99.*crim.ver.prouocatus, & in comm. opin. par.*1.*eodem uerbo, prouocatus*, vbi plures adducit concordantes.Plot.*in l.ſi quando,§.*41.*num.*5. vbi generaliter,quod non habent locum in homicidio non deliberato,& in rixa commiſſo.Boſſ.qui in terminis ponit caſum noſtrum, *d.tit. de homicid.nu.*58.*ſeq.*Et in conſtitutione,ſuper vindicta tranſuerſali, videatur Hercul. *de caut.cap.*52.*nu.*23.vbi quod conſtitutio, puniens vindictā tranſuerſalem pœna criminis leſæ Maieſtatis, & rebellionis,non habet locum in homicidio nō præmeditatè commiſſo.Quare ſupplicatur pro fauorabili expeditione.

12 Quibus ſic bene ruminatis per iudicē,qui tunc erąr Franciſcus Cicero Locuntenens in Criminalibus Reuerendiſs. Domini Corradi Aſinarij Almæ Vrbis Gubernatoris, & cui cauſa huiuſmodi commiſſa fuerat per Illuſtriſs.& Reuerendiſs.Catdinalem Moronum,tunc Cardinalium Decanum,& Viliterni Protectorem, & Gubernatotem, ſtatuit idem Iudex eundem Brutum à pœna ordinaria abſoluere, prout abſoluit; & ſi recte memini,in pœnam pecuniariam, ſeu exilij tantum condemnauit,& vt hoc iure feciſſe eidē Illuſtriſs.Domino Cardinali demonſtraret, totam emiſit infraſcripti tenoris,videlicet.

13 Et propoſita facti ſpecie dicitur,Brutū venire à pœna ordinaria dicti homicidij abſoluendum, cum prouocatus,& iuſto dolore accenſus,& vulneribus in eius fratrem illatis,dictum homicidiū commiſerit;inſultatus enim dicitur prouocatus ab inſultāte ad iracūdiā;& ſic quicquid fecit, dicitur etiā calore iracundiæ feciſſe,& ſibi non eſſe imputandū.Cępol.*conſ.*43.*ſub nu.*6.*per l.quod calore,ff.de reg.iur.&* 2.*q.*3.*c.ſi quis iratus*,& prouocatus,vel iuſto dolore accenſus mitius punitur. Rom.*in ſing.*514.*in c.nolo comentare,nu.*5.Marſil. *in conſ.*119.*nu.*7. Abb. *in c.olim.nu.*6.*de reſcriptis.* Fely *in c.dilecti filij.ſub rub. nu.*13.*in fi. de except.* Tiraquel.*in tract.de pæn.cauſa* 1.*nu.*1. Clau. Bertrand.*in pract.crim.reg.*71.*& eſt tex. in l. qui cum maior.§.idem puto,ff.de bon.libert.*

14 Quod ptocedit,etiam ſi talis delinquens prouocatus,doloſè,& animo vlciſcendi dictum homicidium commiſerir;Nam huiuſmodi homicidium cum ſit cauſatum à dolo deteriori aduerſarij inſultantis,mitius punitur.Cæpol.*conſ.*41.*n.*15.*conſ.*42.*nu.*5.*& conſ.*43.*nu.*1.*&* 2.& qđ prouocatus excedēs doloſè mitius puniatur, voluit ēt Boſſ.*in tit.de homic.ſub nu.*91.Iaſ.*in l.ut uim,col.*2.*&* 3.*ff.de iuſt.et iur.*Felyn.*in c.ſignificaſti,el* 2.*uer. tertia concl.de homic.*Marc.Aſin.*inter conſ.crim. diuerſ.in mag.impreſ.conſ.*3.*ſub nu.*8.*uol.*2.Et eſt cōmunis* opinio,vt teſtatur Iul. Clar. *in §.homicidium,ſub nu.*34.*uer.ſcias tamen:* doloſum enim dicitur homicidium,& potius ad vlciſcendū quam ad defendendum commiſſum, quando occidens exceſſit modū inculpatæ tutelæ,cum aliter facere poſſet,quominus occideret agreſſorem fugiētem,& nō punitur pœna,vt de homicidio doloſo,ſed mitius, qa prouocatus fuit, & occiſus dedit cauſam occiſioni. Cæpol.*d. conſ.*43.*ſub nu.*1. & dicitur homicidiū potius culpoſum, quam doloſum.Fely.*in d.c.dilecti,ſub nu.*12.*de excep.*Marſ. *conſ.*119.*nu.*10.*& ſeqq.*Marc.Aſin.*in d.conſ.*110. *num.*10.*uolum.*2.& excedens modum in ſe vendicando, puniendus eſt de culpa, & non de dolo. Gram. *deciſ.*5.*num.*27. Carrer.*in pract.crimin.in uer.circa quartum,nu.*24.*fol.* 178. Iudex enim interdum mitigat pęnam ſtatutam à lege,etiam in doloſo,quando fuit minor dolus,Bal.poſt gl. *in l.& ſi ſeuerior.C.de inſam.*& Franciſ.Aret.in *conſ.*80.*in fi.*Gram.*deci.*5.*nu.*28.

15 Imò etiam ſi ex propoſito, & ſic doloſè quis modum exceſſerit,mitius punitur.Bald. *in d.l.ut uim.* & Pet.de Anch. *in clem.* 1. *de homic.* & Alexan.*in conſ.*76.*ſub num.*1.*uol.*1.Tiraq. *in loco citato,num.*1.*ampl.num.*8.*uerſ.quod multis.*Claud.Bertrand.*in pract.crimin.reg.*74.*num.*4.Auguſt.*in addit. ad Ang. de maleſ. in uerſ.& dictus* Titius *ſe deſend.ſub nu.*18.19.*&* 34.

16 Quinimò etiam ſi ex interuallo prouocatus prouocantem interfecerit, dummodo ad extraneos actus non diuerterit,pœna mortis non punitur.Soc.iun.*in conſ.*117.*nu.*37.*uol.*3. Iul.Clar. *in d.§. homicidium, ſub num.* 34. *uerſ.ſcias tamen.*

Gram.*dec.23.ſub n.5.* Carrer.*in pract.crim. in ver.*
ſexto igitur excuſat.nu.5. Bonacoſſa *in ſuis comm.*
opin.in ver.prouocatus.
17 Nec obſtat ſi diceretur, ꝙ poteſt procedere in
ipſo prouocato contra prouocantē; ſecus vero
in conſanguineo, ſeu amico prouocati cõtra nõ
prouocantem, ſeu non offendentē; nã responde-
tur, ꝙ cum d.Brutus fuerit in auxiliũ cõuocatus
à Rutilio eius fratre ꝓuocato, & vulnerato, à pę
na ordinaria homicidij illati in ꝑſonã fratris Cę
ſaris prouocãtis excuſatur; nã qñ aliquid alicui
quoquomodo cõceditur, ẽt ſi ad vindictã ſit, po
teſt ille ad illud peragẽdũ, conuocare cõiunctos,
c & amicos,[c] & amici congregati gaudent eodẽ iu
re cũ principali, iuxta reg. illam, Quod præſtans
opem, & auxiliũ pari pæna debeat puniri, ſi non
minori; ſemper enim eandem ſententiam expe-
ctant præſtãres auxiliũ, & opẽ, q̃ ille, qui eſt prin
cipalis; ſæpe ẽt minorem pœnã ſubeũt, vt ꝑ mul-
ta iura voluit Soc.iun.*in conſ.34.nu.12.& 13.vol.*
2. Et ſic frater ſe tuetur ea excuſatione, qua alter
frater ꝓuocatus, & vulneratus tueretur, q̃a iniu
ria facta vni de agnatione, oĩbus alijs de agnatio
ne facta cẽſetur, vt dixit Gra.*in d.deci.5.ſub n.11.*
& 12.& deci.23.n.2. Io.Bap.Aſin.*inter conſ.cri.di*
uerſ.in mag.impr.in conſ.112.& nu.28.vol.2. Imo
iniuria cõmunis eſſe videtur omnibus de agna-
tione, Gra.*d.dec.5.ſub nu.12.& d.dec.23.ſub n.3.*
18 Sed Rutilius dicti Bruti frater principalis, &
prouocatus excuſatur à pœna ordinaria occidẽ
di non ſolum prouocantem, verum ẽt tertium,
qui cum nõ offenderit, nec rixæ cauſam dederit;
nam delictum commiſſum calore iracundiæ, quę
etiam habuit ortum aliunde quam ab eo, quem
offendit, erit iuxta cauſa, qđ quis mitius punia-
tur, Rom.*in l.cum mulier, col.23.n.66.ver.aduerte*
tamen, ff.ſol.matr. quem ſequuntur Felyn.*in c.di-*
lecti filij, col.antepen.in fi.nu.12.& ſeq.de excep. A-
lex.in Apoſtoli ad Bar.*in l.lex Iulia, §. hodie, ff.ad*
l.Iul.repet. Marſ.*ſing.270.nu.2.& in conſ.119.nu.*
6.& in pract.cri.in §.quoniam, nu.94. Pariſ.Put.*in*
tract.Synd.in ver.officialis, & ver.ſi dicantur etiam
officiales, ſub nu.3.& 4.fol.186. Tiraq.*in d.cauſa 1.*
in 3.ampliatione, nu.10. Boſſ.*in d.ti.de homic.n.58.*
& 59. Gab.Sar.*in add.ad Roma.in d.ſing.514.* Mar.
Aſin.*inter cõſ.cri.diuerſ.in mag.impreſſ.in cõſ.110.*
nu.9.volu.2. Clau.Bertrand.*in pract.cri. in reg.72.*
Tobias Non.*in cõſ.109.ſub nu.2.per tex.in d.l.lex*
Iulia, §.hodie, ff.ad l.Iul.repetun. vbi qui calore in-
ducti interfecerunt, vel innocentem, vel quẽ nõ
debuerãt, & ſic qui nullo modo interfectorẽ of-
fenderãt, in inſulã deportari debent; ergo & ipſe
Brutus à d.eius fratre cõuocatus, à pœna ordina
ria d.homicidij venit excuſandus; ideo Boſſ.*in d.*
tit.de homicid.nu.59. dixit, qđ ſi video fratrẽ meũ
rixantem cum alio, vel amicum, vel ẽt incogni-
tũ, & ſtimulo defenſionis proximi, nullis dictus
verbis, alium inſultem, & occidã, non puniar pœ
na ordinaria, licet errauerim; & miñus pœna De
creti, quia non eſt animus deliberatus ante, ſed
tunc ſuperuenit, & fuit actus impetu factus.
19 Nec obſtat Bulla de vindicta trãſuerſali; nam
dicta diſpoſitio intelligenda eſt, qñ dolo, & ex
propoſito occidendi, non aũt ſi in rixa, vel calo-
re iracundiæ fuerit homicidiũ commiſſum, ita in
terminis ſtatuti dixit Dec.*conſ.9.nu.2.& in conſ.*
482.nu.8.& in conſ.622.nu.3. Alex.*in conſ.109.n.*
5.vol.1. Plot.*inter conſ.crim.diuerſ.in mag.impreſſ.*
in conſ.72.n.31.vol.2.& in tract.de in lit.iur.§.41.
in c.Duello victus, nu.5. vbi dicit, qđ vbicunque ex
forma legis, vel ſtatuti, aut decreti imponitur pę
na capitis, ita qđ moriatur pro aliquo delicto, in-
telligitur, ſi animo deliberato, & ſic doloſè iſtud
fiat; ſecus ſi fiat in rixa, vel calore iracũdiæ, tunc
enim non imponeretur pœna capitis, & hoc idẽ
in terminis de decreto dixit Boſſ.*in d.tit.de homi.*
ſub nu.59. Bonacoſſ.*in quæſt.cri.in ver. homicidiũ.*
dicitur enim ſimplex homicidiũ licet doloſum,
qñ hæc deliberatio illũ occidendi, non ex inter-
uallo proceſſit, ſed in rixa, vel calore iracũdię ſu-
peruenerit. Clar.*in d.§.homicidium, nu.7.ver.dolo-*
ſum autem, ſed vt homicida pæna mortis punia-
tur, verus dolus requiritur. Iaſ.latè *in l.3. §. quod*
prætor.ff.ne quis eum qui, col. 1. & in l.1.ff.de legib.
Dec.*in d.conſ.9.& conſ.234.in fi.nu.5.et habetur in*
d.c.ſignificaſti, el 2.de homic.& in clem.1.& ti. refert,
& ſequitur Io.Bapt.Aſin.*in d.conſ.112.nu.42.* Ex
quibus omnibus concludẽdum videtur, dictum
Brutum venire omnino a pœna ordinaria dicti
homicidij abſoluendum, & liberandum.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius V.I.D.Rom.

ADDITIONES.

a *Propter habitam pacem.* Quod valeat ſtatutum
minuens pœnã, ſi delinquens pacẽ habuerit ab
offenſo, pluribus Doctorũ authoritatibus exor-
nat D.meus Farinac.*in ſua pract.cri.p.1.tit.de in-*
quiſ.q.4.nu.35. vbi ẽr, an talis pax habenda ſit an
te ſententiã, vel poſt; à quibus aũt haberi debeat
pax ad hoc, vt proſit, & operetur effectũ mitigan
di pœnam, latiſſimè poſuit idem D.meus Farin.
vbi ſupra *in tit.de inquiſ.q.14.per totam.*
b *Parte concordata.* Sed quid ſi homicidiũ fuerit
deliberatum, & pars non fuerit concordata, vide
quæ dixit D.meus Farin.*in ſua pract.cri.p.1.tit.de*
inquiſ.q.6.nu.15.& ſeqq.vbi late.
c *In rixa.* Homicidium rixæ calore commiſſum,
licet dolo commiſſum dicatur, & ex propoſito,
& forſan ex hoc videatur pro eo imponi poſſe
mortis pœnam ordinariam, æquius tamen vide-
tur, & forſan verius, non niſi extraordinaria pæ-
na plecti poſſe, quia dolus ille, & propoſitum oc
cidendi ab incenſo iræ calore, in rixa cauſato, ori
ginem habet; quare dici ſolet etiam, quod incon
ſultus iræ calor facit ceſſare dolum, *l.1.§.quæri,*
ff.ad Tertull. cum alijs per Tiraq. *de pæn. tempe-*
ran.cauſa 1.num.1.& ſeqq. in diſcurſu, & propte-
rea textus *in l.1.§.cuius, in fi.ff.de ſicar.* dixit in ſpe
cie leniendum eius pænam, qui in rixa caſu ma-
gis quam ex voluntate homicidium admiſerit,
& ibi gl.in verbo, caſu, exponit, culpa tamen præ
cedente. Ecce ergo quòd homicidium in rixa cõ-
miſſum, reputatur in iure pro homicidio caſuali
ſeu potius culpoſo, non autem dolo, & ex volun

tate

tate patrato. Hinc eſt, vt magis ad rem accedam ꝙ illud puniri non pōt mortis pęna, prout voluerunt Alber. *in l. 1. §. diuus. nu. 5. in fi. ff. de ſicar.* vbi dixit, quod niſi certum ſit quod quis in rixa habuerit animum occidendi, ſemper mitius punitur propter rixam, quæ facit præſumere abfuiſſe occidendi animum, idem Alber. *in l. ſi in rixa, poſt nu. 1. ff. eodem*, vbi poſt Azonem, quem allegat in ſumma, eodē tit. in fine, pariter dixit, quod illud qđ in rixa fit, magis dicitur fieri caſu, quā voluntate; & ideo mitius punitur. addo & Gram. *deciſ. 1. d. nu. 4. & deciſ. 23. nu. 6. & vot. 23. nu. 20.* vbi tenet, quod eſt in facultate iudicis pœnam mitigare. Clar. *in pract. §. homicidium, num. 30. verſic. alia etiam eſt defenſio, in fine*, vbi quod apud eum raro propter homicidium in rixa quis condemnatur in pœnam mortis (quamuis Rolan. *in conſ. 63. n. 3. lib. 2.* contrarium dixerit in authore rixę.) Menoch. *de arbit. quaſt. lib. 2. caſu 362. nu. 4. verſi. Hac iuris, & Doctorum ſententia, & nu. 11. in fine, verſi. quo vero ad pœnam, & nu. 26.* Ludou. Peguer. *deci. crim. 14. nu. 15.* vbi bene comprobat hanc concluſionem, quam etiam ſequitur Honded. *conſ. 99. nu. 45.* Et per iſta iura ac Doctorū authoritates, ita nuper obtinuit D. meus Farin. in homicidio Hebræi commiſſo ab alio Hebræo.

d *Accurrere.* De iſta materia occidentis pro defenſione non ſolum ſua, ſed etiam coniunctorū, & conſanguineorum, vide Bell. *in ti. de homic. nu. 59.* Petr. à Plach. in Epit. delict. *li. 1. c. 28. nu. 21. & ſeqq. vbi n. 22.* ampliat etiam pro defenſione filij naturalis, *& nu. 24.* vbi etiam ampliat pro defenſione ſui amici, *& nu. 28.* vbi idem pro defenſione cōſocij, ſeu alterius ſecū deambulantis. Cla. *in pract. §. homicidium, ver. item locum.* Villalob. *in comm.* * *opin. litera o, nu. 20.* & ſeq. Anton. Gomez. *de delict. tit. de homicid. nu. 21.* Maſcat. *de probat. li. 1. concl. 490. nu. 10.* Menoc. *de arbit. quæſt. li. 20. caſu 361. nu. 10. & ſeq.* Hercul. *de caut. de non offen. c. 52. n. 23. & 24.* Duen. *reg. 303. in fine*, vbi de famulo occidente ad defenſionem ſui Domini.

Sed numquid liceat occidere pro defenſione alicuius extranei, quem ab alio inſultatū, & male tractatum videns, accurrit ad rixam, & inſultantem occidit, numquid iſte ſic accurrēs, ſit immunis ab omni pęna, ſi inſultatus erat in vitę diſcrimine poſitus: ita quod dici poſſit, inſultantē occiſum fuiſſe pro neceſſaria defenſione inſultati? videtur quod ſic, ad trad. per eūdē Plach. *d. c. 28. ſub eodem nu. 21. & 23.* vbi amplius quod ſi inſultatus erat Clericus, tenetur extraneus, dum poteſt, impune illū ab alterius dimicatione defendere, *& nu. 29.* vbi latè de materia, de qua etiam latè Anton. Gomez. *in d. tit. de homicid. n. 21.* Cla. *in d. §. homicidium, eodem verſ. item locum.* (Quamuis contra prędicta facere videatur regula poſita per Socin. *in reg. 444.*) Quod ſi extraneus inſultatus, nō erat in periculo vitæ conſtitutus, & quis (prout ſepè contingere ſolet) videns, puta duos rixantes, animo ſedandi rixā, ſe intromittit, vulneratque, percutit, aut etiam occidit aliquem ex rixantibus, puniendus quidem eſt, ſed nō pœna ordinaria, vt per eundem Pet. à Plach. vbi ſupra, *c. 27. nu. 10. eod. c. 28. nu. 27. ad finem, ver. ſi ſanè mediator*, & per Anton. Gomez. *d. tit. de homicid. eodem, nu. 21.*

e *Conuocare coniunctos, & amicos.* Iſta concluſio per conſultorem hic firmata, nō tranſit ſine difficultate, & de ea tractant Doctores in materia patris, ſeu mariti occidēris filiam, ſeu vxorem in adulterio deprehenſam; An ſcilicet coniuncti, & amici ad prædictum homicidium perpetrandum cōuocati, gaudeāt eadē impunitate, quā iura parentibus, & maritis conceſſerunt? Et quid ēt de mandatario, qui de patris, ſeu mariti mandato filiā, ſeu vxorem in adulterio deprehenſam, occiderit, an & is ab homicidij pœna immunis ſit? & in qua pariter Doctores vario modo locuti sūt, prout videre eſt apud Ang. *de malef. in verbo, Che hai adulterato la mia donna. nu. 1. 7. & 24.* & ibi Auguſt. in addit. Florian. *in l. liber homo, la 2. nu. 2. & 5. in fine, ff. ad l. Aquil.* Pariſ. *conſ. 154. nu. 7. & ſeqq. lib. 4.* Follet. *in pract. cri. fol. mihi 567. nu. 9.* Petr. à Plach. *in Epith. delict. c. 15. 18. & 21. & ſeqq.* Anto. Gomez. *de delict. ti. de homic. nu. 42.* Rolan. *cōſ. 34. per totum, lib. 2.* Clar. *in pract. §. fin. quaſt. 60. uer. ſolet dubitari, in fine, & in §. homicidium, uerſ. dubium eſt.* Monticell. *reg. crim. 6. nu. 14. & reg. 7. nu. 103.*

Et valde conferunt ad eandem materiam illa alia inſpectio, an ſcilicet mādanti qualitates adhærentes augeant, vel minuant pœnam in mandatario, vel è contra, de qua vide bene tractantē Decian. *in tract. cri. li. 9. c. 33. nu. 3. & 8. & omnibus ſeqq. parte ſecunda.*

Et in ſimili, an qualitas delictū agrauās in principali delinquēte, operetur eundē effectū in auxiliatore, qui præſertim talē qualitatem ignorauit, videas per gl. *in c. ſicut dignum, extra de homic. & in c. fin. eod. tit. in 6. & in c. merito. 15. q. 1.* Bar. *in l. is qui apem, ff. de fur. & in l. unū, ff. de paricidijs.* Bal. *in l. fin. C. de fide inſtrum.* Garge. *in l. unica, nu. 26. C. de raptu uirg.* Pariſ. *conſ. 166. nu. 1. & ſeqq. lib. 4.*

ARGVMENTVM.

In hoc reſponſo, in quo agitur de gratia Principis facta delinquenti, tria præcipué diſcutiuntur, & reſoluuntur: Primo, an Barones, & feudatarij poſſint gratias facere pro delictis capitalibus, & pœnis corporalibus: Secūdo, an talis gratia valeat, facta parte non concordata: & ſine illius pace, & conſenſu: Tertio, quando & ex quibus gratia dicatur ſubreptitia.

SVMMARIVM.

Barones, & feudatarij Eccleſiæ non poſſunt corporales pœnas remittere, & de illis gratiam facere, licet ſecut ſit de

ſit de pœnis pecuniarijs eorum fiſco applicandis.num.1.& in addit.litera a. vbi de materia.

Gratia à Principe delinquente capitaliter condẽnato, facta,parte non concordata,non valet.nu.2.& in addit.litera b.vbi de materia.

Gratia ſubreptitia ſeruanda non eſt.nu.3.

Gratiam per obreptionem impetrans,pœna falſi punitur. nu.3. verſ.& non ſolum.

Bannitus remiſſus per gratiam ſubreptitiam poteſt impunè occidi,nu.3.in fine.

Gratia dicitur ſubreptitia,quando non exprimuntur omnia delicta commiſſa per impetrantem.nu.4.in fine verſ.Quia omnia,& nu.10.

Barones & feudatarij poſſunt facere gratias etiam de pœnis capitalibus,quando hanc facultatem habent expreſſam in Inueſtitura,nu.5.

Baronibus , & feudatarijs conceſſa facultas remittendi pœnas capitales delinquentibus,intelligitur ante ſententiam,non autem poſt ſententiam condemnatis,nu.5.verſ. Et nihilominus.

Baronibus , & feudatarijs conceſſa facultas à Principe faciendi gratias delinquentibus , non extenditur ad ſucceſſores Principis concedentis , numero 5. verſic. Immo etiam.

Imperium merum,& mixtum præſcribitur ſpatio decem annorum,nu.6.Vbi declaratur hæc concluſio.

Gratias faciendi facultas,an ſit præſcriptibilis,nu.6.

Gratias faciendi facultas non cenſetur conceſſa à Principe per conceſſionem meri,& mixti Imperij,num. 6. verſ. Vltra quod.

Præſcriptio facultatis aggratiandi delinquentes requirit ſcientiam Principis , & tempus immemorabile , numero 7.

Regalia Principis non minori tempore præſcribuntur quam immemorabili,nu.7.

Homicida tenetur hæredibus occiſi ad damna,& intereſſe,necnon ad ſuſtentationem illorum,quos occiſus viuens ſuſtinebat,& alebat,ac etiam ad operas,& lucrum,quas occiſus ſi vixiſſet erat facturus,nu.8.

Homicidium eſt delictum , in quo requiritur pax & conſenſus partis in gratia,nu.8.in fine.

Clauſula ſupplentes,&c.trahitur ad non ſpecificata, & propterea tollit vitium ſubreptionis,nu 9.

Verba vniuerſalia in omnibus, & per omnia trahuntur ad omnes caſus,non ſolum non expreſſos , ſed etiam maiores expreſſis,nu.9.verſ.Quia verba.

Dictio , alia , trahitur ad diuerſa , numero 9. verſic. Per quæ verba.

Gratia dicitur ſubreptitia,quando in ſupplicatione non exponuntur omnes qualitates,quæ veriſimiliter expreſſæ,Principem,vel ad conceſſionem gratiæ retraxiſſent, vel non ſic de facili conceſſiſſet,nu.10.

Gratia dicitur ſubreptitia , quando in ea non eſt expreſſum intereſſe partis , numero 11. verſic. quæ quidem ſubreptitio.

Princeps non præſumitur velle partis offenſæ ius , & intereſſe tollere,nu.11.in fine.

Gratia dicitur ſubreptitia,quando qualitates delicti non ſunt expreſſæ ſpecifice,& particulariter,non enim ſufficit generalis,& relatiua expreſſio,nu.12.& ſeq.

Generalitas obſcuritatem parit,& ex generali ſupplicatione facile Princeps circumuenitur,nu.12.

Gratia dicitur ſubreptitia,niſi fuerit expreſſum non ſolum delictum , & illius qualitas, ſed etiam niſi fuerit expreſſus modus,& cauſa delicti,num.12.ad finem verſ. Immo non ſufficit.

Certum dicitur illud quod per ſe,vel per relationem ad aliud certificari poteſt,nu.13.Vbi declaratur,hanc concluſionẽ non procedere,quando pro forma requiritur expreſſa, & ſpecifica mentio,nu.13.

Clauſula pro expreſſis , &c. operatur in conceſſione facta motu proprio,ſecus ad partis inſtantiam,nu.13.

Clauſula ſupplentes,&c.non operatur in facto ignorato à Principe:Item non operatur quando non interuenit citatio,& cauſa cognitio,Item non operatur,vbi agitur de intereſſe tertij,nu.14.

Clauſula,ſupplentes,& clauſula,pro expreſſis , & ſimiles prolatæ à ſupplicantibus,non autem à principe,nihil operantur,nu.15.

Reſcripti ſignatura attenditur , non autem narratio facta in eo num.15.

CONSILIVM III.

1 ADSIT DEVS. Gratia per Hippolitum Luceum , ab Illuſtriſſimo D. Ioh.
Georgio Ceſarino extorta,nihil ei ſuffragari po
teſt ex infraſcripis. Et primò, quia non ſolum
vigore Bullarum Pij Quarti,& Prædeceſſorum,
ſed etiam de iure communi,Barones,& feudata-
a rij [a] Eccleſiæ non poſſunt corporales pœnas re-
mittere,quicquid ſecus ſit in pecuniarijs eorum
fiſco applicandis,cum delictum & Indulgentias
concedere , ad ſolum ſupremum Principem , &
non ad alios,ſpectet. *l.1.§.fin.ff.de quæſtion.l. Relegati,in fin.de pæn.*Bald.*in d.l.*Relegati.Salyc.*in l. cum Indulgentia.C.de ſententiam paſſis.*Felyn.*in c. quæ in Eccleſiarum. numero 23.& ſeq. de conſtit. & in c.cum te.num.14.& 15. de re iud.* Iſern.*in tit. de Vaſſall.decrep.ætat.num.2.verſ.* Item ſi. Afflict.*in tit. quæ ſint regalia, capit.1.col.2.verſic.7.8.& 43.*
Martin.Lauden.*in tracta. de Principe,verſic.*219.
Boſſ. *in tit. de Principe. numero 227.& tit. de remed. ex ſola Clem. Princip.numero* 5. Roland. latè
*in conſ.4.numero 51.& ſeqq.vol.*3.Et ita alias in facti contingentia iudicauit Senat.Pedemont.teſte Oſaſch.*in eius deciſ.*101.*numero 1.& in fine deciſionis,*ac etiam alias Mediolani fuiſſe quendam feudatarij ſubditum ſuſpenſum , cum gratia collo annexa , teſtantur Boſſ. & Rolan. vbi ſupra.

2 Secundo offenſa pars non fuit concordata [b];
b Ideo talem gratiam idem Illuſtriſſimus Dominus concedere non poterat. *l.fin.ibi , niſi forte ille , qui paſſus eſt , ſuum conſenſum ad petendam abolitionem accommodauerit , &c. C. de abolit.* Dubium enim non eſt,quin proximi,& hæredes occiſi recompenſationem accipiunt per quandam honoris reſtitutionem in pœna delinquentis; Diuus Thomas 2. 2. *q. 67. art.9. Incip. Ad quartum. verſic. ſed Princeps, & uerſic. nec etiam perſona , cui eſt illata iniuria, &c. in fine* ; Immo maximum recipiunt ſolatium hæredes occiſi , videntes per viam Iuris homicidam debitas pœnas pati.*l.Capitalium.§.famoſis.ff. de pænis.* Vnde fuiſſe vltimo ſupplicio affectum quendam Heliſeum, qui parte non concordata,homicidij Indulgentiam habuerat,tradit Gram. *not.35.nu.7.ſeq.* Et hanc opinionem vti veriorem,& ex conſuetudine totius Vrbis, & Orbis receptam, & practicatam poſt Luc.de Penn.Parid.de Put.& Andr. de Iſern.in locis per eum relatis,teſtatur, & latè defendit Plot. *Conſ.crim.diuerſ.73.nume. 51.& omnibus*

nibus ſeqq. vol. 2. ſequitur Ferran. Gatgiar. *inter e ad. conſ. crimin. diuerſor. conſ.* 126. *num.* 107 *lib.* 1. Nec diſſentit Carauit. *ſuper rit. magna Cur.* 273. *numero* 2. Vbi poſt alios plures, quos allegat, Doctores, concludit, Principem non poſſe in præiudicium partis offenſæ delicta indulgere, niſi ex abſoluta poteſtate hoc faceret, & ex cauſa; & qđ in dubio hac poteſtatis plenitudine non præſumatur Principem vſum eſſe in conceſſione gratiæ, niſi expreſsè dixerit.

3 Tertio ſupradicta gratia vndique ſubreptitia & obreptitia apparet. In ea enim non ſolum delictorum qualitates aggrauantes, & ſubſtantiales; ſed etiam multa delicta, de quibus Hippolitus condemnatus reperitur, non fuerunt expreſſa. Quæ ſi expreſſa fuiſſent, nulli dubium, Illuſtriſſimum Dominum à conceſſa gratia, vel retraxiſſent, vel ſaltem difficiliorem reddidiſſent; Ideo vti nulla, & ſubreptitia ſeruanda non eſt. *c. poſtulaſti. extra de reſcript. c. ad audientiam, il* 2. *eod. tit. c. ſi eo tempore. eod. tit. in* 6. Bal. Oldra. Iaſ. & alij *in l. nec damnoſa. C. de preeib. Imp. offer.* & non ſolũ per obreprionem gratia redditur nulla, ſed etiam impetrans obrependo punitur pęna falſi. *l. ſi quis obrepſerit, vbi Doc. ff. de falſ. c. accedẽs, de crimine falſi,* & in ijs rerminis Ferrans Gargiar. *d. conſ. crim.* 126. *nu.* 103. *& ſeqq. lib.* 1. Boſſ. *in tit. de remed. ex ſol. clem. Princip. num.* 37. Vbi ampliat, iſto caſu gratiam adeo eſſe nullam, vt aggratiatus ſi fuerit bannitus, ea non obſtante, poſſit etiam impunè occidi. Quod & antè eũ voluit Alex. *in conſ.* 114. *nu.* 2. *ver. quia dicta impetratio, & n.* 3. quem refert, & ſequitur Carel. Cotta. *in memoral. in verbo, bannitus, qui in ciuitate tolleratur. verſ. ſed quid diceres de illo.*

4 Hippolitus enim ſimpliciter ſupplicando dixit, ſe exemiſſe Herculem eius fratrem de manibus locumtenentis, & tamen nõ exprimit, quod manus violentas ad gulam in illum iniecit; Rurſus dicit ſe conuenticulam feciſſe de occidendo quoſdam Illuſtr. D. amicos, & tamen non exprimit, quod conuenticulam faciebat de ſe, & alios liberandum, de Dominio, & Iuriſdictione Domini. Item & tertio loco non exprimit, quod licet vti Prior, ac officialis montis Cauſarij teneretur obuiare homicidijs commiſſis per homines illius terræ in perſonam locumtenentis, & eius filij, id tamen non ſolum non fecit, ſed vti author tumultus, & ſeditionis, fuit vna cum alijs prædictorum homicidiorũ complex, & particeps ſimiliter: & quarto non exprimit, qualiter dictis homicidijs patratis, ipſe delinquentium liberationem procurauit in Conſilio de eius ordine, & mandato conuocato. Quæ omnia cum de per ſe ſint capitalia delicta, & clarè ſint expreſſa in ſententia contra prædictum Hippolitum lata, nec in dicta gratia expreſſa reperiãtur; non video, quomodo illorum pœnam effugere poſſit; cum certiſſimi iuris ſit, gratiam non ſolum non extendi ad delicta non expreſſa, ſed nec etiã quo ad expreſſa, nihil operari ſi reticentur alia, de quibus quis fuerit per gratiam abſolutus, & remiſſus, argumento tex. *in l.* 3. *de Epiſcopa. audien.* cum alijs per Anan. *in cap. ad abolendam, numero* 7. *de hæretic.* Rocch. de Curt. *in c. fin. in* 1. *notab. de conſuetud.* Iaſ. *in l. nec damnoſa, numero* 3. *C. de precibus Imperatori offerendis.* Boer. *deciſ.* 217. *numero* 22. Boſſ. *in tit. de remed. ex ſola clemen. Princ. num.* 35. *& num.* 38. Couar. *variar. reſolu. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 8. Ant. Gomeſſ. *de delict. tit. de tortur. reor. nu.* 38. *verſ. Item adde, & in tit. de homic. nu.* 60.

5 Quibus non obſtant exaduerſo deducta, quia dum Primo ſupponitur, Illuſtriſſimum D. Georgium in priuilegio Inueſtituræ habere expreſſam facultatem aggratiandi; & indulgendi pœnas capitales, quo caſu non poteſt dici de defectu poteſtatis concedendi gratias, prout ſcripſerunt Boſſ. *in tit. de remed. ex ſola clem. Principis, numero* 52. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 59. *verſic. Et hæc quidem concluſio.* Oſaſch. *d. deciſ.* Pedemont. 101. *numero* 5. Reſpondetur, quod neceſſe eſt, vt producatur iſtud aſſertum Priuilegium; & nihilominus, quatenus extet, non militabit in caſu noſtro, in quo Hippolitus iam fuerat ſententiatus, & condemnatus; facultas enim aggratiandi & remittendi pęnas per Principem conceſſa, Intelligitur ante ſententiam, nõ autem poſtea, ita Rolan. *d. conſil.* 4. *num.* 51. *& ſeqq. vol.* 3. Immo etiam quod clare in inueſtitura adeſſet ſuppreſſa facultas aggratiandi poſt ſententiam, quod non creditur, nihilominus, cum vis indulgendi ſit de reſeruatis, & de Regalibus Principis, adhuc videtur, quod talis facultas non egrediatur vitam, & perſonam concedentis, nec ad ſucceſſores, & in eorum præiudicium extendatur, niſi Illuſtriſſimus D. habuerit de prędictis ſpecialem confirmationem à præſenti ſummo Pontifice; Ita pulchre dixit Bald. *in tit. de pace conſtan. verſ. amplius conſueuerunt*, refert, & ſequitur Felyn. *in c. ad audientiam. col.* 2. *verſic. dixit etiam Bald. numero* 5. *de reſcripc. & in c.* 1. *numero* 5. *verſic.* 4. *de clara. de probatio. & in c. noui t. col.* 8. *verſic. limita.* 1. *de Iudi.* Aym. *conſ.* 91. *numero* 2. *lib.* 1. Afflict. *in tit. quæ ſint regal. in rubr. numero* 61. quos omnes refert, & ſequitur Senat. Pedemont. *deciſ.* 101. *num.* 13.

6 Dum autem ſecundo ex aduerſo deducitur præſcriptio decem annorum, quo tempore merum, & mixtum Imperium acquiri prætenditur, ſecundum magis communem, de qua per Iaſ. *in l. Imperium. nu.* 22. *ff. de Iuriſd. omn. Iud.* Dicimus, vltra quod non ſequitur, Baro habet merum & mixtum Imperium, ergo habet Indulgẽdi facultatẽ, ſicut tradit Rolan. *in d. conſ.* 4. *nu.* 30. *& ſeqq. lib.* 3. Vbi poſt Bal. *in l. omnes populi, & ibi* Iaſ. *in* 1. *lectur. in penult. col. in* 2. *lectura. col.* 3. *ff. de iuſt. & iu.* Afflict. *in conſtit.* Regni *q.* 6. Alex. & Dec. *in l.* 1. *ff. quod quiſque iuris.* Ruyn. *conſil.* 109. *numero* 10. *vol.* 4. *& conſil.* 208. *num.* 3. *vol.* 1. & alios, quos allegat, concludendo tradit, quod vaſallus habens merum, & mixtum Imperium, non poteſt aliquid ordinare, nec ſtatuere contra ius comune, ergo nec pœnas remittere, & aggratiare; Adhuc eſſe aduertendum, quod ius Indulgendi cum ſit Principi reſeruatum in ſignum ſupremæ po-

mæ po-

Digitized by Google

me poteſtatis, imprę́ſcriptibile eſt, licet bene prę́ſcribatur facultas decapitandi homines, ita declarat idem Iaſ. *in d. l. imperium. nu. 20. verſ. limita iſtam communem, & ver. ſed alia quæ ſunt mixti Imperij, &c.* Felyn. *in c. cum te. col. 2. num. 11. ver. Quoniam nulla præſcriptio valet.* extra *de re iud.* Guid. Pap. *q. 416. in princ. cum alijs de quibus in d. deci.* Pedemont. 101. *nu.* 15. & 27.

7 Et quatenus etiam admittamus, facultatem aggratiandi poſſe præſcribi, nulli dubium, quod ad prę́ſcriptionem inducen. requiritur nō ſolum ſciētia Principis, quæ nō præſumitur, vt pulchrè reſpon. ad contraria, cōcludit Senat. Pędemont. *d. deci.* 101. *nu.* 21. & 22. ſed etiam Immemorabilis tēporis curſus. Quia nō minori ſpacio prę́ſcribūtur regalia Principis, *c. ſuper quibuſdam. §. Præterea, extra de verb. ſign.* Aym. *de antiq. temp. in 4. p. princip. in prin. nu. 11. pag. mihi* 133 *in paruis.* Duen. *reg.* 138. *in ſecūda limitatione.* Menoc. *de arbit. Iud. quæſt. caſu* 83. *numero* 9. *lib.* 2. Quæ ſcientia cum hucuſque non ſit exaduerſo probata, nec ſimus in lapſu memorabilis temporis, nullum poteſt per aduerſarium fieri fundamentum in aſſerta præſcriptione iuris indulgen. & per conſequens remanet firma cōcluſio, quod gratia, de qua agitur, ſit nulla, vti facta ab eo, qui non habet aggratiandi facultatem.

8 Quod vero attinet ad ſecundam nullitatem gratiæ, propter partem non concordatam, dum prætenditur, Hippolitum non commiſiſſe delicta, in quibus partis concordia requiratur, nec illi teneatur ad aliqua damna, & intereſſe; Reſpondetur, aſſumptum nō eſſe verum, quia immo hic agitur de maximo partis intereſſe; Nam ſi propter alia delicta per Hippolitum commiſſa, ipſe fuit author, fautor, & conſultor homicidiorum commiſſorum in perſonam Darij Attendoli, & eius filij, vt clare conſtat ex ſententia, & Proceſſu contra ipſum formato, & lata, dubitandū non eſt, quin occiſorū hæredibus teneatur ad damna & intereſſe, ad ſuſtentationē illorum, quos occiſus ſuſtinebat, ac ad operas, & lucrū, quas occiſus ſi vixiſſet, erat facturus. Plot. *in l. ſi quando. n.* 694. *ſeqq. C. vnde vi, ſecundum antiquam impreſſionem.* Cla. *in §. homicidium. ver. tenetur etiā.* Pett. à Plac. *in Epith. delict. c. 6. nu.* 32. & *cap.* 10. *num.* 12. *lib.* 1. Ant. Gomez. *de delict. tit. de homicid. nu.* 37. plenè Roland. *conſ.* 39. *per tot. vol.* 2. Et in homicidio, quod ſit delictum requirens partis conſenſum, & pacem, explicat idem Clar. *in quæſt.* 59. *ver. adde quod in fine.*

9 Dum autem, & quarto DD. Ex aduerſo ſcribentes nitūtur à ſurreptionis vitio gratiam defendere, propter clauſulam, ſupplentes, &c. quæ videtur ēt trahi ad non ſpecificata, Alex. *cōſ.* 111. *nu. 4. lib.* 6. Pariſ. *conſ.* 11. *nu. 5. lib. 4. & conſ. 3. num. 64. eodem lib.* 4. Item propter relationem, quæ in omnibus, & per omnia fit in ſupplicatione ad expreſſum, & ſententiā, in qua omnia exponuntur delicta. Quę verba vniuerſalia in omnibus, & per omnia, videntur comprehendere etiam caſus non ſolum non expreſſos, ſed maiores expreſſis. *l. ea tamen conditione. ff. de lega. 3. Clem. 1. & ibi gloſſ. 1. de re iud. cum alijs per deciſ. Pedemont.* 102. *nu.* 4. Et rurſus propter aliam generalitatem illorum verborum, de quibus in eadem ſupplicatione, ibi videlicet, Per altre coſe, &c. & alibi, & per ogni errore da lui commeſſo, &c. Per quæ verba videntur pariter compræhēdi diuerſa ab expreſſis. Socin. *conſ.* 330. *nu. 4. verſ. 3. principaliter. vol.* 2. Pariſ. *conſ.* 92. *nu.* 5. *lib.* 1.

10 Dicimus pro reſponſione, animaduertendum eſſe, quod vbicunque in reſcripto non exponuntur omnes qualitates, quæ veriſimiliter expreſſę Principē à conceſſione gratiæ extraxiſſent, tunc gratia dicitur ſurreptitia, & non ſeruanda. Boſſ. *in tit. de remed. ex ſola Clem. Princ. nu.* 33. & *nu.* 38. *ſeq.* Ant. Gomez, *de delict. tit. de tortu. reor. nu.* 38. *ver. Item adde.* Clar. *in pract. cri. q.* 59. *ver. Debet autem.* Menoc. *de arbit. caſu* 203. *nu.* 3. & *ſeq.* Immo non ſolum ſunt exprimendę qualitates, quibus expreſſis Princeps gratiam non conceſſiſſet, ſed etiam illę, cum quibus non ita de leui. *c. ſi proponente extra de reſcrip.* Menoc. *de arbitr. Iud. quæſt. caſu* 201. *nu.* 5. & *ſeq. lib.* 2.

11 At in caſu noſtro in gratia non ſunt expreſſa omnia delicta, de quibus in dicta ſententia; Merito ſubreptitia iudican. eſt: per ſuppreſſionem.n. aliorum delictorum, gratiam reddi ſubreptitiā, nemo eſt, qui dubitat, vt comuniter not. p Doct. *in l. 3. C. de epiſcop. audien.* Vbi Cyn. Bar. Bal. Caſt. & alij, quos refert, & ſequitur Ant. Gomez, *de delict. in tit. de homic. ſub nu.* 60. & *in tit. de tormen. reorum. nu.* 38. *verſ. Item adde, & ſupra probaui.* Quæ quidem ſubreptio multo euidentius apparet ex eo, quod non expreſſit intereſſe partis offenſę, videlicet vxoris, & filiorum occiſorum. Quod quidem intereſſe ſi expreſſiſſet, nulli dubium, quod Princeps in tertij præiudicium gratiam non conceſſiſſet, prout in his terminis conſuluit Gram. *conſ.* 34. *nu.* 9. Aym. *in reſponſo pro Republica Saniliani, nu.* 24. Menoc. *d. caſu* 201. *nu.* 24. Non enim præſumitur, Principem velle vnquā partis offenſæ vim & intereſſe tollere. Ruyn. *conſ.* 66. *lib.* 5. Petr. à Plach. *in Epith. delict. cap.* 38. *num.* 4. *verſ. Illud etiam.* Gabr. *tit. de iur. quæſit. non tollen. concl.* 2. *nu.* 6. *lib.* 3. *Deciſ. Pedemont.* 138. *num.* 11. Clar. *in pract. §. fin. q.* 59. *verſ. Adde quod.* Cephal. *conſ.* 133. *num.* 101. & *ſeqq. uol.* 1.

12 Quare non obſtant ea, quæ in contrariū conſiderantur; & primò ad illud, quod dicunt, ſatis fuiſſe expreſſa omnia delicta, propter illa generalia verba, videlicet, *Et altre coſe che forſe nel* Proceſ*ſo, & ſentenZa ſi contengono, alquale in tutto & per tutto uuole hauere relatione &c.* Reſpōdetur, quod ad tollen. ſurreptionem gratiæ, non ſufficit generalis, & relatiua expreſſio delictorum, ſed debet eſſe particularis, notabilis, & ſpecifica. gloſſ. *in c. dilectus filius. extra de reſcript.* Oldrad. *conſil.* 14. Rom. *conſil.* 38. & *conſil.* 326. *in fin.* Aym. *conſil.* 69 *numero* 3. *lib.* 1. Felin. *in d. c. cum dilectus filius,* Ex generalitate enim oritur quædam obſcuritas, ex qua facile Princeps circumuenitur. *l. fin. ad finem ibi, falſo ſermone ſe iactat. &c. C. de dot. promiſſ.* Immò non ſufficit in gratia particulariter, & ſpecificè delictum nominate, niſi & modus,

dus,& cauſa ipſius delicti exprimatur. Alex. *conſ.* 114. *nu.* 3. *lib.* 1. Gram. *conſ.* 34. *nu.* 10. & eſt text. *in d.c. dilectus filius. extra de reſcrip.* Vbi Fely. *nu.* 10. a dicit, non ſolum vitiari reſcriptum tacendo delictum, ſeu factum, ſed etiam tacendo, quomodo, & ex qua cauſa ſit factum, quia cauſa delicti magis inquirenda eſt, quam delictum. gl. *in c. occidit. 23. q. 5. cum alijs ibi per eum allegatis.*

13 Et licet regulariter paria ſint, aliquid eſſe certum per ſe, vel per relationem ad aliud, ad trad. * per Dec. *in l. certum, ff. ſi cer. peta.* hæc tamen regula non procedit in materia gratiæ, in qua, vt dixi, de forma requiritur ſpecifica, & particulari, expreſſio delictorum, & qualitatum, vt per eundem Dec. *in d. l. certum. nu.* 3. *verſ. Hoc tamen limita.* Afflict. *deciſ.* 220. *nu.* 15. *cum alijs de quibus in deciſ. Pedemont.* 128. *num.* 15. *ſequen.* & per Gabr. *titu. de Clauſul. concluſ.* 5. *nu.* 24. *lib.* 6. Et dato etiam quod procederet in materia gratiæ, id tamen erit intelligendum in gratia concessa, Motu proprio; ſecus ſi ad inſtantiam partis, prout eſt hæc, de qua agitur. Quæ clauſula, pro expreſſis, & ſimiles, nihil operantur, ſecundum Angel. *in l. et ſi quis. §. quæſitum. in fine. ff. ſi quis cau.* Ioh. Bapt. Ferret. *conſil.* 38. *num.* 2. *lib.* 1. Aym. *conſil.* 68. *num.* 7. *lib....* Et * de communi * teſtatur Dec. *conſil.* 173. *in fine. & alijs de quibus per eundem* Gabr. *d. concluſ.* 5. *num.* 54. *&* 9. *lib.* 6. b

14 Minus obſtat clauſula, ſupplentes, &c. Nam talis clauſula non operatur in facto ignorato à Principe. Idem Ferret. *d. conſ.* 38. *num.* 4. Ignorantia autem facti etiam in Principe præſumitur potius, quàm ſcientia. *l. verius. cum ſua materia. ff. de probation.* Item d. clauſula non operatur, niſi vbi fuit proceſſum, præuia citatione, & cauſę cognitione: alias ſecus. idem Ferret. *conſil.* 31. *num.* 3. *& conſ.* 32. *&* 48. *lib.* 1. Maximè quando agitur de interesſe tertij, vt per eundem Ferret. *d. conſ.* 31. *nu.* 37. *& d. conſ.* 48. *nu.* 4.

15 Et nihilominus generaliter aduerti ſupplicatur, quod illa verba apposita in ſupplicatione, *d'qual Proceſſo, in tutto & per tutto detto Oratore hà & vuole hauere relatione, &c.* Et illa alia verba, *ſupplendo di più ogni vitio, &c.* non ſunt prolata ab Illuſtriſſimo D. reſcribente, ſed ab Oratore ſupplicante, vt in reſcripto facile eſt videre. Cuius quidem reſcripti, non narrata, ſed ſignatura, attēdi debet. Pariſ. *conſ.* 106. *num.* 9. *lib.* 4. Menoch. *de arbitr. quæſtio. q.* 52. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 1. Ideo cum in ſignatura nulla ex ſupradictis clauſulis ſit appoſita, fruſtra de illarum uiribus diſputatur. Et ſic concludo, quo ad delicta non ſpecificata, vel gratia non erit extendenda; Quia reſcripta gratioſa, ſunt ſtricti iuris, & non extenduntur ad non ſpecificata. *cap. Quamuis. de præb. in* 6. Dec. *in cap. ſuper literis. nu.* 5. *de reſcript.* Alexand. *conſ.* 97. *nu.* 6. *lib.* 2. vel vti ſubreptitia, per non expreſſionem omnium delictorum, & qualitatum, erit reijcienda, & per conſequens Hippolitus remaneat ſubiectus pœnis, de quibus in dicta ſententia.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius V.I.D. Rom.

ADDITIONES.

a *Barones, & feudatarij Eccleſiæ.* Vide in hac materia omnino D. meum Farin. *in ſua pract. crimin. par.* 1. *titu. de Inquiſitione. quæſt.* 6. *num.* 2. Vbi latè explicat, apud quos reſideat aggratiandi facultas in Capitalibus delictis, & præſertim de Baronibus, & feudatarijs bene hanc eandem negatiuam amplectitur concluſionem, à qua, tanquam communi, * in Iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, affirmat, & ad illius comprobatio nem addit Sfort. Odd. *in tract. de reſtit. in inte. gr. q.* 92. *artic.* 9. *q.* 90. *& ſeq. par.* 2. & Perègr. *de priuileg. lib.* 5. *tit.* 2. *num.* 7. Et hodie hæc eadem concluſio eſt etiam firmata per conſtitutionē S. D. N. Clementis VIII. in formā Breuis emanatam, directi Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis DD. Cardinalibus, ſuper remiſſionem bannitorum deputatis, in qua ſub grauiſſimis pęnis Baronibus, & feudatarijs prohibet conceſſionem gratiarum in delictis capitalibus, tollitque omnem contrariā conſuetudinem, quæ ad illa vſque tempora vigebat; Fuit enim hoc D. mei reſponſum emanatum per multum tempus ante, quàm ipſe opera ſua in publicum proferret.

b *Concordata.* In hac eadem materia vide eundem D. meum Farinacium *in ſua pract. crim. par.* 1. *tit. de Inquiſi. q.* 6. *num.* 18. *& ſeqq.* Vbi latiſſimè hanc eandem firmat concluſionem, & contrarijs reſpondet; Illamque declarat, & limitat tribus modis. Declarationes, & limitationes videas ibi per eum.

ARGVMENTVM.

Multa in hoc conſilio, ad criminalem materiam ſpectantia, pertractantur, quę in Summarijs perlegere quiſque poterit. Vltra quod ex profeſſo reſoluitur illa dubitatio, An, & quam iuriſdictionem habeant in Bello Capitanei, ſeu Duces, caſtigandi, & puniendi ſuos milites inobedientes, reſiſtentes, ſeditionem concitantes, aut alio modo delinquentes. Et quādo etiam miles á ſuo ſuperiore abſolutus, poſſit ab alijs Iudicibus moleſtari.

SVMMARIVM.

Auctor rixæ punitur de omni eo, quod ſequitur, etiam quod aſſerat ſe in alio non deliquiſſe. nu. 1. & in addit. litera a.

Mandans eſt æquè principalis delinquens, ſicut mandatarius, & pari pœna punitur. nu. 2. & in addit. litera b.

Aſſaſſinus mandans, etiam effectu non ſequuto, punitur eadem pœna, ac ſi fuiſſet ſequutus effectus. num. 3. & nu. 7. vbi de Aſſaſſino Mandatario, & in addit. litera c.

Mandatarius de ſe confeſſus poteſt abſque alijs indicijs torqueri,

torqueri, vt mandantem indicet, nu. 3. & in addit. lit. e.

Ratihabitio delicti aequiparatur mandato. num. 4. & in addit. litera e. Vbi de materia.

Mandans de mandato conuictus poteſt torqueri ad indicandum mandatarios, & alios complices, num. 5. & in addit. litera f.

Torqueri poteſt reus conuictus pro complicibus habendis, praemiſſa proteſtatione, quod non torquetur ſuper negotio principali, de quo eſt conuictus, nu. 5: & de hac proteſtatione, in addit. litera g.

Aſſaſſinium dicitur committi ex praecedenti ſola pollicitatione, ac promiſſione, nu. 6. Limita, & declara, vt in addit. litera K.

Aſſaſſinium aequiparatur crimini laeſae Maieſtatis, nu. 7.

Teſtes omni exceptione maiores, ſufficiunt ad condemnandum reum abſque eo, quod torqueantur, nu. 8.

Teſtes criminoſi non admittuntur ſine tortura, nu. 8. & in addit. litera o, vbi de materia torquendi teſtes infames.

Teſtes in crimine aſſaſſinij admittuntur etiam parte non citata, nu. 8. Contra in addit. litera p.

Milites non gaudent priuilegijs militaribus, niſi prius fuerint deſcripti in numero, ſeu Rollo Militum. Nec ſufficit, quod fuerint electi pro militibus, & quod ſint in itinere belli. nu. 9. Declara, vt nu. 19.

Capitanei non habent in ſuos milites auctoritatem eos occidendi, aut poenam vltimi ſupplicij infligendi; quod an verum ſit, & quando, & quid de conſuetudine, nu. 10.

Capitanei non poſſunt contra milites de facto procedere, eoſque indefenſos, & inauditos morti tradere; quod an verum ſit, & quando num. 10. & num. 12. Declara, vt in num. 21. & ſeq.

Capitaneus licet habeat de ſe auctoritatem occidendi milites inobedientes, & delinquentes, non tamen poteſt hoc alteri demandare. nu. 11. declara, vt nu. 23. & 24.

Miles ſeditionis, quomodo puniatur, nu. 12.

Miles voluntarius non eſt ſubiectus ſeueritati poenae. nu. 13.

Iudici iniuſtè exequenti impunè reſiſti poteſt. num. 13. & in addit. litera r.

Exceſſus in ſe defendendo quomodo differat ab exceſſu in offendendo, & quomodo vterque exceſſus puniatur. nu. 14.

Sententia notoriè iniuſta nullum operari debet effectum. nu. 16.

Abſolutus ſemel, amplius moleſtari non poteſt. nu. 17. & in addit. litera u. Vbi de materia.

Milites ſunt ſub iuriſdictione ſuorum ſuperiorum in militia exiſtentium. num. 17. in fine, In tantum, quod capti ab aliquo Rectore Prouinciae remitti debent ad Magiſtrum militum, num. 18.

Miles inobediens, & reſiſtens ſuo Superiori, capite punitur, & occidi poteſt, nu. 20. Vbi ampliatur, etiam ſi res bene ceſſerit.

Miles manus inferens in ſuum Praepoſitum, capite punitur, nu. 20. in fine.

Conſuetudo loci excuſat delinquentes. nu. 22.

Milites tenentur defendere ſuum Capitaneum, & non defendendo puniuntur pari poena cum offenſoribus. nu. 24.

Mandans, an propriè dicatur facere, an comprehendatur ſub ſtatuto puniente homicidam, vel homicidium; & an pari poena puniatur ſicut mandatarius. in addit. lit. b.

Mandans quomodo puniatur, effectu non ſequuto. in addit. lit. c

Socius criminis, an & quomodo poſſit de conſocijs interrogari. in addit. litera f.

Reus confeſſus vnum delictum, an poſſit ſine alijs indicijs interrogari in addit. litera h.

Torqueri non poteſt reus conuictus adhoc, vt confeſſus nequeat appellare. in addit. litera i.

Aſſaſſinus, an & quando puniatur, effectu non ſequuto, nu. 7. & in addit. lit. l. Vbi ponitur regula affirmatiua, & illa ampliatur vno modo, & limitatur duobus modis.

Actus proximus delicto, quando dicatur, ad effectum, vt puniatur affectus, non ſequuto effectu. in addit. litera m.

Teſtes in criminalibus ad condemnandum requiruntur omni exceptione maiores. in addit. litera h.

Mandans occidi bannitum, an gaudeat impunitate, ſicut ipſe occidens, in addit. litera q.

Sententia quando dicatur notoriè iniuſta, & quando ex capite notoriae iniuſtitiae exequutionem non mereatur, & de materia. in addit. litera s.

Miles abſolutus à ſuo tribuno, ſeu Colonello, an poſſit ab alijs Iudicibus amplius moleſtari. in addit. litera t.

Pater an poſſit demandare, vt quis filiam in adulterio exiſtentem, occidat. in addit. litera x.

CONSILIVM IIII.

ADSIT DEVS. Tempore felicis recordationis Gregorij Decimi tertij, carcerati fuerũt Capitaneus Guido Vgolinus de Aſſiſio, & alij eius ſocii milites, pro eo, quod dicti milites, de mandato ipſius Capitanei, dum erant in itinere ad bellum, occidiſſent Alpherium, ſeu Signiferum ſuae militaris cohortis, dicto Capitaneo inobedientem, & reſiſtentem, prout in diſcurſu conſilii deducitur. Fuit dubitatum, an dictum homicidium eſſet punibile, & qua pęna; & an iſti carcerati iure moleſtarentur, ſtante ſententia abſolutoria, lata ſuper dicto homicidio ab eorum Tribuno, ſeu Colonello. Et quidē in diſcuſſione cauſae de pluribus fuit dubitatum. Primò nempè, qua poena puniri debeat auctor rixae. Secundò, qua pęna mandans, & quid de mandatario. Tertiò, an ratum habens delictum aequiparetur mandato. Quartò, an ſi principalis eſt conuictus, poſſit tormentari ſuper ſociis, & complicibus, & quibus modis. Quintò quis dicatur aſſaſſinus. Sextò, an in aſſaſsinii crimine affectus puniatur, etiam effectu non ſequuto. Septimò, an teſtes in cauſa homicidii, aut aſſaſsinii contra principalem debuerint deponere in tortura, vel extra. Octauò, an Capitaneus in ſuos milites caſtigandi, & puniendi auctoritatem habeat, quando, & quomodo. Nonò, an miles a ſuo Superiore abſolutus in Bello, poſſit ab aliis iudicibus moleſtari. Quas omnes dubitationes ad Fiſci fauorem fore reſoluendas, multum probabiliter demonſtrabat Fiſci tunc Aduocatus, Petrus Aldobrandinus S. D. N. frater germanus doctiſſimus, & integerrimus vir.

1 Ad primum enim reſpondebat, quod auctor
a rixae [a] dans operam rei illicitae, debet puniri, licet non aſſerat delictum commiſiſſe, ſecundum Marſil. *in rep. l. unica. C. de rap. Virg. nu. 79. verſi. Et tenementi*, & quia in proceſſu apparet, dictum Capitaneũ Guidonē in primis irruiſſe contra illũ Signiferum pugione, merito dictae rixae author fuit.

2 b Ad ſecundum dicebat, quod mãdãs [b] proculdubio eſt aequè principalis, & magis, ſicut ipſe mandatarius. tex. *in c. pro humani. ex. de homic. li. 6. in uerbo, mandauerit*, & ſemper, vt principalis mandans, tenetur. Bal. *in l. Athletas. §. Pomponius. ff. de his qui not. infam.* vbi dixit per Glo. *in l. ſi plures. ff. de iniur.* quod maiori poena mandans punitur, quam delinquens.

3 c Et propterea mandans [c] in aſſaſsinio, licet nõ ſequatur effectus eadem poena punitur, ac ſi eſ-

ſet adimpletum mandatum ; quoniam quando
mandatum habetur pro perfecto delicto, tunc in
ſe punitur tale delictum, ac ſi principaliter fuiſ-
ſet commiſſum. *d.c.pro humani.* Et ſi mandatarius
d [d] per torturam fuerit de ſe confeſſus, poterit abſ-
que alijs indiciis tormentari, vt mandantem de-
claret, ſecundum Angel. *in l.& ſi certum.ff. ad Sil-
lan.* Dec. *conſil.* 189. *incip.lat atus ſum.* Bald. *in l.non
ideo minus.in* 1. *col.C.de accuſat.* Alex. poſt Bar. *in
l.repeti.C.de quæſt.* Marſ. *in pract.§.diligentes. num.*
155. Saly. *in l.fin.C.de accuſ.* Io. de Imol. *in c.* 1. *de
confeſſ.* & eſt Gloſſ. *in l.fin.C.de accuſ.*
4 Ad tertium proponebat cõſiderandum, quod
vltra delictum per Capitaneum Guidonem com
miſſum in mandando, poteſt dici habuiſſe ratum
e [e] furtum poſt homicidium commiſſum, ex quo
per Teſtium depoſitiones apparet, ac ex ipſius
depoſitione, quod ad hoſpitium, in quo hoſpita-
batur Signifer mortuus, poſt illius obitum ſe
contulit, de quo fuerunt Signiferi bona furto
ſubtracta, & ratihabitio delicti æquiparatur
mandato, ſecundum Bald. *in d.l.non ideo minus.
verſ.duodecimo quæritur.* & ibi allegat Gl. *in l.pri-
ma,§.quotiens,ff.de vi,& vi arm.* & eò magis, quan
do adeſt delictum patratum nomine ratificantis,
vt in caſu noſtro.
5 Ad quartum faciebat concluſionem, quod
quando mandans ſuper delicto eſt conuictus,
torqueri poteſt, non vt delictum fateatur, ſed
vt mandatarios melius oſtendat, eò magis in cri
minibus enormibus, in quibus debent leges trãſ-
gredi, & de conſociis, & complicibus interro-
f gari, [f] ſecundum Gloſſ. *in l.fin.C.de accuſ.* ita ſen-
tit Gram. *in voto primo, numero tertio,* ſubdens,
hoc eſſe in communi obſeruantia, & ſequitur
Marſil. *in l.prima,ff.de quæſtio.* & Boer. *in deciſio.*
163. Aduertendo, quod antequam Reus ſu-
per crimine conuictus, torqueatur, proteſtatio
g [g] fieri debet, quòd cum Iudex interrogare non
intendit ſuper principali negotio, de quo eſt con
uictus, ſed pro veritate ſolum habenda ſuper
complicibus, & conſociis. Pariſ. de Put. *in tra-
cta.Sindi. in ver. Tortura. num.3.& in cap. de repet.
tor. in ſecunda colum.* Bald. *in l.* 2. *C. quorum appel-
lat. non recipi.* Et poteſt torqueri, & interroga-
ri nedum de complicibus, & conſocijs, ſed etiam
h ſuper aliis criminibus [h] per eum commiſſis. Idem
ſentiens Anton. de Alex. *in l.prima, C.de iur.ca-
lumn.* vbi ſubdit eſſe notandum, quia ita com-
muniter practicatur, & obſeruatur; Et quod hoc
i fit ad effectum vitandi [i] appellationem. Gramm.
conſil. 1. *num.* 3. *cum ſeq.* Bald. *conſil.* 364. *numero* 3.
lib. 3. *Pract.Carer. numero* 21. *fol.* 34. & Anton. de
Alex. *in quibuſdam apoſtillis ad Bart. in l.prima,§.
ſi quis vltro.ff.de quæſt.* dicit, hanc eſſe opinionem
communem, & ſeruari ſolitam, quem ſequitur
Cæpol. *conſil.* 32. *col.pen.verſi. nec poteſt dici.* Boſſ.
in tit.de ſenten.num. 70.
6 Ad quintum, aſſerebat, ſe nullam reperire dif-
ficultatem in huiuſmodi cauſa, quę ſuſpicionem
inducat, An huiuſmodi delictum aſſaſſinium
nuncupari mæreatur, tum propter bona ab ho-
ſpicio Signiferi mortui ſubtracta ; tum etiam
propter pollicitationes per aduerſarium interfe-
ctoribus factas, in euentum interfectionis, & ne-
cis Signiferi, vt ex proceſſu informatiuo ; Cum
aſſaſſinus dicatur nedum ille, qui per pretium,
ſeu aliquo alio ſibi dato, delinquit, ſecũdum Bar-
tol. *in l.Cicero. ff. de pæn.* Alexan. de Imol. *in l.pri-
ma.§.hac actio.ff.de eo,per quem factum erit,* Barto.
in l.non ſolum.§.ſi mandato. ff. de iniur. ſed etiam
K per promiſsionem [k] alicui factam, vt delictum
committeret; in quo caſu delictum aſsaſsinii, eſse
commiſsum dicitur. Socin. inter conſil. Franc.
Curti.Senio. *conſil.* 20. *in quinta pag.* Bald. *in conſi.*
82. *incip. Betonus de ceno. in* 3. *volum.* Grammat.
uot. 11. *num.* 10. & Boſs. *in tit. de mand. ad homici-
dium.num.* 14.
7 Ad ſextum, pro indubitato ponebat in huiuſ-
modi crimine, quod punitur affectus, etiam non
l ſequuto effectu, [l] ſecundum gloſ. *in l.* 1. *uerſic. pu-
tamus,* & ibi Ludou. Rom. *ff. quod quiſque iur.* &
ibi Bald. ac etiam Bald. *in l.fugitiui. C. de ſeru. fu-
git.* quod crimen eſt atrox, ſecundum Bart. *in l.nõ
ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur. in uerſi. nemo ad con-
ductorem,* de quo dicit eſse text. *in d.c.pro humani.*
eo maxime quando fuit deuentum ad actum pro
ximum, ſecundum Bald. *in l.ſi quis non dicam rape-
re.in ult.colum.C.de Epiſcop.& cleric.& in l.non ideo
minus.7.col.uerſi.21.quæritur.C.de accuſa.* quia hu-
iuſmodi crimen æquiparatur crimini læſæ Maie-
ſtatis, Gemin. *in d.cap.pro humani.* Nam in pro-
ceſsu apparet per fide dignos teſtes examinatos,
aduerſarium mandaſse, *ammazzate l'Alfiero, che
quello, che l'ammazza gli voglio dar l'inſegna.* & nõ
ſolum contra Signiferum fuit deuentum ad a-
m ctum proximum, [m] ſed perfectum ex parte inter-
ficientium ; ex mandantis vero, ad obligationis,
& factæ promiſsionis perfectionem ; ex quo poſt
mortem Signiferi cuidam Octauiano interfe-
ctori vexillum dedit, vt ex ſociorum, & aduerſa-
rii confeſsione apparet in proceſsu.
8 Ad ſeptimum, an teſtes in cauſa homicidii, vel
aſsaſsinii debeãt cum tortura, vel extra, teſtimo-
nium perhibere contra principalem, conſideran-
dum eſt, an teſtes ſint omni exceptione maiores,
aut infames, criminoſi, & viles perſonæ ; Primo
caſu nedum ad torturam, ſed ad condemnatio-
n nem contra principalem ſufficere videntur. [n] *L.
ſciant cuncti.C.de proba.* Secundo vero caſu, crimi-
noſi ad teſtificandum admitti nequeũt, niſi cum
o tortura [o]. Bal. *in l.cunctos populos. C.de ſum. Trinit.
& fid.Cathol.* Bal. *in l.* 1. *§.quæſtioni.ff.de quæſt.* Lu-
dou.Rom. *in cõſ.* 453. *incip.quadam mulier, eſt tex.
in l.ob carmen.§.ea rei cõditio.ff.de teſt.* & idẽ tenuit
gl. & poſt eam Inn. *in c.cum P.extra de accuſ.* Alex.
de Imol. *in cõſ.* 11. *incip.circa prin.* 2. *col.* 1. *uol.* & ple
nè Marſ. *in conſ.* 89. 1. *uol.in antepen.col.num.* 14. *&*
16. Et ideo dixit pulchrè Alber. de Malet. *in trac.
de teſt.col.* 25. quod qñ teſtes infames, aut crimi-
noſi admittuntur in criminalibus in ſubſidium,
debet intelligi cum grano ſalis. Marſ. *in ſuo conſi.*
78. *incip.ſalus omnium.in col.* 1. 1. *uol.* Alexan. *conſi.*
42. *col.* 4. *incip.viſo proceſſu.in* 5. *uol.* vltra quod con
tra aduerſarium adſunt teſtes omni exceptione
maiores, qui ipſi inſeruierunt, vt ex proceſsu.

Qui-

Digitized by Google

Quinimò vlterius dicendum, quòd ſi teſtes nō eſſent repetiti parte citata, minimè poſſent com-
p pelli, ex quo militatur in crimine aſſaſſinij, [p] vbi teſtes probare videntur, etiam reo nullo modo citato, ad videndum illorum iuramenta, Philip. Franc. & alij *in capitulo, pro humani. de homicid. in 6.* refert, & ſequitur Fel. *in c. quoniam frequenter, in prin. vt lit. non conteſt. penul. col.* Hoſtien. *in d. c. unico*, quia enormia delicta reperiuntur ab ordine, & regulis iuris pęnitus excluſa.

9 Ad octauum, fortiter inſtabat, aſſertam reſiſtentiam, ſeu prouocationem non ſuffragari ipſi Capitaneo pro excuſatione homicidij, pluribus rationibus; Primo, quia Alpherius occiſus, non erat adhuc eius miles, neque ipſe eius Centurio, ſiue Capitaneus, cum adhuc in numeros relatos non fuiſſet, quos noſtrates Rodolum vocāt. tex. ad literam *in l. ex eo. ff. de mil. teſt.* qui dicit, hoc eſſe verum, etiam ſi electi Tirones ſint, & publicis expenſis iter faciant, cum adhoc, vt milites ſint, debeant in numeros referri, vbi dicit Odoſ. quod quis non eſt miles ſtatim eo tempore, quo vadit militiam, ſed eo tempore, quo in numeris militū eſt receptus, & bene dicit in fi. quod in hoc caſu denegatur priuilegium. Et ſic non habebat Capitaneus hoc priuilegium, vt ipſe eſſet ei in Capitaneū, vel ille ipſi in militem; Priuilegia enim hæc non conceduntur, niſi poſtquam fuerint in numeros prædictos relati, ex Bar. *ibidē, qui in principio hoc dicit, & in fi.* vbi ait, quod quamuis is, qui eſt in itinere, habeatur loco abſentis cauſa Reipublicæ, non tamen eſt miles, ac Bal. qui dicit, qđ ſola electio non facit militem, ſed receptio ad numerum, atque Angel. qui ad literam ait, & infert ad quamplura, & Cuma. *in princ. uerſic. 1. not. quod licet quis*, vbi dicit; quod licet quis ſit in itinere ad aliquem actū, non tñ fungitur priuilegio eius, qui iter feciſſet, *& ſub num. 3. verſic. in gloſ. fin. vbi ait*, quòd milites noſtri temporis gaudent priuilegijs militum deſcriptis in iure communi (quicquid dixerit Gloſſ. in contrarium) dummodo ſeruetur ſolemnitas hodierna; & ſic requirit adhoc, vt ſit miles, vt ſeruetur ſolemnitas hodierna, quę eſt deſcriptio in matticulam, quam rodulum vocant, & aliud, quod vulgo dicitur, *paſſare alla banca*, & eſt etiam tex. *in l. fin. §. Iubemus itaque, C. loc.* vbi milites appellantur, qui ſub excelſis Magiſtris militum tolerare noſcuntur militiam; & ſic oportet; quod noſcātur tolerare militiam; quod non ſic erat in caſu noſtro; ſubiungens, quod in 11. deuotiſſimis Scholis taxati ſint; & propterea oportet, quòd ſint taxati, & conſequenter deſcripti in ſcholis militū; adhuc ſubdens, necnon eos, qui ſub diuerſis optionibus fœderatorum nomine ſunt decorati; ex quo apparet, quòd oportet eos eſſe deſcriptos in numerum talium militum. Alius text. optimus *in l. Nemine in vllo numero, C. de re mil. lib. 12.* vbi ad literam dicitur, quod nullus in numero æquitum, vel Peditum ſociari poteſt, ſine probatoria Imperatoris, niſi inde mortuorum loco; quo caſu Duces alios eligere poſſunt, de ſcientia tamen Imperatoris; Princeps. n. militum debet probare, & examinare Tirones, hoc eſt nouos milites, vt dicit ibi Luc. de Pen. & inquit tex. *in l. 1. C. qui mil. poſ.* ſi militiæ nomē dare vultis, offerte vos ijs, qui probandi ius habēt, vbi etiam Luc. de Pen. Gome. *in tractat. de grat. & expect. num. 90. verſic. his tamen non obſtantibus, in 4. tom. tract.* Blanc. *in pract. crimi. §. Ignorantia, numero 127. verſic. & quemadmodum.* de neceſſitate faciunt, quæ dicit Reſtaur. *in tractat. de Imper. quaſtio. 22. numero 2.* Addo Gloſſ. *in l. penult. ex quib. cauſ. maio.* & in Auth. *de mand. Princ. §. fin.* Signor. de Homod. *in tractat. vtrum præferendus ſit doctor an non, num. 5. non obſtat, vbi iura principalia allegat in 5. tom. tract. ſecundum Venet. impreſſ. fol. 369.* & de noua obſeruantia loco veteris ſubrogata, ponitur per Ludou. Bolog. in addit. ad Guid. de Suz. *in tract. de indic. num. 106.* Et cum ipſe Capitaneus adhuc non eſſet miles, non poterat alium militem creare, vt poſt Bald. & Imol. *in l. qui in alieno. §. interdum. ff. de acq. hæred.* dicit Bon. de Corſil. *in tract. de nobil. nu. 104. verſi. ſicuti qui non eſt miles. in 5. tom. tract. cart. 10. ſecundum Venet. impreſſ.* & ſic non erat ille miles illius Capitanei, nec ille Capitaneus eius militis, donec non fuiſſent ſeruata ea, quæ de conſuetudine hodie ſeruantur, & à Generali illius militiæ fuiſſet probatus.

10 Secundo, quia ipſe idem Capitaneus non poterat, etiam poſtquàm fuiſſent in militia, & ille verè effectus fuiſſet eius miles, illum vulnerare, ſeu occidere, vel occidi facere, quia ijs non eſt permiſſa auctoritas vltimi ſupplicij, ſed tantum delicta ſecundum ſuę auctoritatis modum, caſtigare, vt eſt tex. *in l. officium. §. fin. de re milit.* & dicit Mart. Laudē. *in tract. de mil. 37.* quòd Capitaneus non poteſt degradare, nec verberare milites, ſed ſpectat ad Magiſtros officiorum. Et quamuis dicatur, quòd de conſuetudine Duces, & Capitanei habeānt iuriſdictiones, ac de omni crimine per armigetos, & pedites commiſſo, cognoſcunt, ac puniunt, ſeu puniri faciunt, iuxta ea, quæ dicit Boer. *in tract. de cuſt. clau. numero 28. & 29. tom. 5. tract. fol. 271.* tamen intelligitur, vt ibi per eum, quod ipſi debent cognoſcere, nō autem de facto procedere, & indefenſum, & inauditū morti tradere; nec minus poterat ſibi ius dicere propria auctoritate, aut in ſua cauſa Iudex eſſe. *l. vnica. C. vt ne quis in ſua cauſa ius dicat, & in l. nullus. C. de iudic. & ibi gloſſ.* Franc. Zoanett. *in repet. l. vt vim. in verſic. percunctemur ergo ſi principalis. numero 46. verſic. à moderata defenſione. cart. 102. & ſequen. ff. de iuſt. & iur.* vbi optimè, & egregiè loquitur in propoſito *l. extat. C. quod met. cauſ.* cum hoc ſolum ſit de reſeruatis ſupremo Principi. *l. Proximè. ff. de his, quæ in teſt. del.* qui tamen de honeſtate per ſe ipſum non conſueuit cognoſcere, vt tollatur ſuſpicio, quique hanc facultatem habet tantum inter ſubditos, vt poſt alios declarat Reſtaur. *in tractat. de Imperat. quæſtione 91. per totum.* Et ideo tanto minus hic Capitaneus potuit ſibi ius hoc modo propria auctoritate, & temeritate, dicere, præſertim cum non eſſet in Caſtris, nec ille tunc eſſet ei ſubditus. Et profecto miror, quòd auſcultetur hæc ſpecies defen-

Digitized by Google

ſionis à tam integerrimo, & morigerato Iudice.

11 Tertio, quia in omnem euentum, quamuis ex conſuetudine, hæc tam praua, & abominabilis licentia ei permiſſa fuiſſet, quod ſemper negabat, Tamen non licuit ei hanc facultatem, aduerſus omnem iuris communis diſpoſitionem, ſibi competentem, alteri demandare,[q] vt latè, atque egregiè probat Rolan. a Vall. *conſi. 34. nu. 19. cum pluribus ſequentibus vſque ad fin. conſi. verſic. quibus tamen non obſtantibus. lib. 2.*

12 Quarto, quia nec minus ita ex abrupto poterat procedere, cum id ſibi non licere voluerit Imperator, ſibiq; parendum non eſſe ſtatuerit, vt eſt pulcherrimus tex. *in l. ſi vendicari. C. de pæn.* Tantò magis, quia videmus in grauiori caſu, ꝙ ſi miles ſeditionem militum in exercitu cõcitauerit, ſi ea fuerit propter vociferationem, aut leuem quærelam, mota, tunc gradu militię reijcitur, vt eſt tex. *in l. 3. §. qui ſeditionem, ff. de re milit.* Et ideo cũ Alferius ſeditionẽ non concitauerit, nec minus vociferationẽ ſuã, nedũ aliorum militum, ſed leuẽ tantummodo quærelã aduerſus Capitaneũ mouerit, qđ eſt illud plus, qđ ex aduerſo prætẽdi poteſt, nõ erat ei mors aliquo modo infligenda ẽt, ꝙ fuiſſet in Caſtris, & eius nomen inter milites relatum fuiſſet, quæ ceſſabant in hoc caſu.

13 Quinto, & tanto magis, quia hodie vtimur voluntario milite, quo caſu ſęueritas pęnæ non debet exerceri, vt eſt text. *in l. qui cum vno. §. grauius. de re mil.* Et ideo potuit reſiſtere Alpherius, quia Iudici[r] iniuſtè exequenti, impunè reſiſtere poſſumus. *c. ex parte. de accuſ. c. pondere t. 50. diſtin.* vbi Gemin. Petr. de Anchar. *conſil. 82.* Rom. *in l. 2. de re iud.* Maſcar. *conſ. 38. li. 1.* Franc. Zoanett. qui latè hanc materiam explicat *in d. l. vt vim. in verbo, dicendo modo, vbi poſt alios agit de defenſione aduerſus Magiſtratum, num. 19. & 20. cum ſeq. ac nu. 43. cum ſeq. & ſpecialius nu. 43 verſic. at qui in propoſitis terminis,* vbi loquitur, quando Magiſtratus agebat, licet reus hic non eſſet Magiſtratus Alpherij, neque ille eius ſubditus.

14 Et quamuis ex præmiſſis bene apparere credebatur, Capitaneum nullo modo excuſari poſſe à pęna ordinaria, nec locum eſſe alteri fundamento, videlicet, quod exceſſerit, & ideo recedendum ſit a pęna ordinaria; Tamen, vt claudatur os omnibus, qui illum defendere conantur, aduertendum dicebat idem ille doctiſſimus Fiſci aduocatus, quod aliud eſt excedere modum in ſe defendendo, aliud in offendendo. Primo enim caſu ſecundum communes concluſiones homicidiũ dicitur culpoſum, non autem doloſum, quia cum quis ſe defendit, metus inſtantis periculi nõ præuiſi, tollit ſpacium conſulendi, & deliberandi. *l. Gracchus. C. de adult.* homo enim iracundiæ calore incenſus, & commotus ſine ſua culpa, non eſt in plenitudine intellectus, vt per Bald. *in c. 1. §. ſi quis hominem, de pac. tenen.* & difficillimum eſt iuſtum dolorem temperare. *l. ſi adulterium cum inceſtu, §. Imperatores. ff. de adult.* Secundo vero caſu, quando facit, vt non ſe defendat, ſed vt offendat, Tunc vbi armis aggreditur, dicitur animo occidendi feciſſe, quia ex propoſito facit nõ coactus neceſſitate defenſionis, & hoc caſu procedit diſpoſitio iuris communis. *l. 1. §. Diuus. ff. de ſicar.* Erat enim in ſua poteſtate virgis cędere, vel alias aduerſus eum procedere; vnde ſi cum armis fecit, cum ei non eſſet licitum occidere, prout non erat in caſu noſtro, tunc tenetur de occiſo, quia animus, & intentio diſtinguunt maleficia, & apparet hic de dolo, ex quo cum armis proceſſit, vt ait Bal. *in d. l. 1.* & hoc caſu tenetur de homicidio, vt dicit Salyc. *in d. l. Gracchus. col. penul. in fi.* & declarat Dec. *in l. vt vim. num. 18. verſic. adde tamen. ff. de iuſt. & iur.* & probatur ex his, quę in eadem l. dicit Franc. Zoanett. *in verbo, percunctemur ergo ſi principaliter. n. 65. verſ. verum ſi leui percuſsione. car. 105. & nu. 71. cum ſeq. verſ. videtur is, qui ex certa ſcientia. fol. 106. cum ſeq. & num. 76. verſ. Reo equidem, cum alijs ſeqq.* vbi poſt alios materiam hanc latè explicat, & Sciſellius ibi *col. 26. num. 128. verſ. ſed concludenter.* Actus enim verborum, ab Alpherio voluntariè prolatorum, non tendebant veriſimiliter ad id, quod ſequutum eſt; ſed actus euaginationis, pugionis, & irrutionis in Alpheriũ, a Capitaneo volũtariè factus, bene tendebat ad id, qđ ſequutũ fuit; & ideo de toto tenetur, vt poſt Bar. per eum allegatum, dicit Sciſell. *in d. l. vt vim. col. 22. verſ. quantum ad ſecundum. num. 137.*

15 Neque etiam obſtare dicebat depoſitiones, de quibus in puncto; apparet enim ex teſtimonio Nannis fratris defuncti, quod verbalis erat altercatio Alpherij ſuper pecunijs militum, qui aufugerant; & quod Capitaneus primò euaginauit pugionem, & volebat vulnerare Alpheriũ, & ipſe ſe defendendo euaginauit enſem, ad quod Capitaneus iuſsit eum occidi, etiam offerendo præmium. Minus obſtat dictum Auguſtini, qui & ipſe quoque dicit, hanc contentionem fuiſſe verbalem pro dictis pecunijs, & Capitaneum primo enſem euaginaſſe, vt Alpherium vulneraret, & quod Alpherius ſe defendendo enſem euaginauerit, quodq; Capitaneus vociferãdo iuſſit eum occidi; Idem dicendum eſt de poſitione Bartholomæi, prout nec facienda eſt vis in illis verbis prolatis ab Alpherio, quod tunc ipſe non recognoſcebat aliquem Dominum, quia vltra quod ad importunitatem Capitanei apparet dictum fuiſſe, & vltra quod id, qđ ipſe dicebat, verũ erat in iure, & in facto, nõ licuit propterea ex his procedere ad illius occiſionem, euaginando pugionem, & alia faciendo, quæ per eum geſta fuerũt; quæ quomodocunque acciderint, tamen nullo modo excuſant Capitaneum a pœna vltimi ſupplicij, vt apparet ex concluſionibus prædictis.

Ad nonum, & decimum non obſtat ſententia
16 abſolutoria lata à Colonello militũ ad fauorem Capitanei, quia cum fuerit lata poſt quã ille deſierat eſſe officialis, & cum ex eiſdem actis appareat, quod eſt notoriè iniuſta,[s] & conſequenter nulla, nullum propterea poteſt producere effectum, vt dicunt omnes Doct. & poſt eos Fely. *in c. inter cæteras. col. antepenul. nu. 10. verſ. 3. conſil. de re iud.* Ideo vlterius non inſiſtendum.

17 Verum præmiſsis non obſtantibus, Cæſar de Luciano Neapolitanus, tunc in Vrbe Aduocatus

tus excellens,& ego ad fauorem Capitanei Gui-
donis, & ſociorum conſulentes, omiſſis ſeptem
primis dubitationibus, de quibus in figuratione
caſus,dicebamus,credere,nos non errare, aſſeren
do,Capitaneum Guidonem abſolutum de crimi
ne,de quo impetitur,per ſuum Tribunum,quem
Colonellum appellant,nõ potuiſſe amplius mo-
t leſtari;[t] & proinde liberandum fore vna cum om
nibus ſuis militibus, qui eius mandato homici-
dium,de quo agitur,commiſiſſe dicuntur. Nam
indubitatum eſt, quod quis de his criminibus,
de quibus eſt abſolutus,amplius moleſtari nõ po
u teſt,[u] *vt in capitulo,de his,de accuſ.* vbi Glo. dixit,
tutum eſſe eum,qui abſolutus eſt,quia de delicto
vnius hominis ſæpè quæri nõ debet. *ff. nau.caup.
ſtab.l.licet.§.vltimo,& 35.quaſ.9.capitulo,veniam,
cum ſimil.* Cum ergo prædictus, qui miles erat,&
Centurio, abſolutus ſit à ſuo Iudice, videlicet
eius Duce,patet,quod amplius moleſtari non de
bet. Et quod eſſet Iudex competens in delictis
commilitonum,& ad eum ſpectet eos punire,vel
abſoluere,illorumque quęrelas audire,& decide-
re, ac eorum delicta ſecundum ſuæ auctoritatis
modum,ideſt militaribus modis caſtigare,tex.eſt
ad literam *in l.officium Regentis, §. officium Tribu-
norum,ff.de re milit.*

18 Et hoc in tantum eſt verum, quod etiam ſi mi
les delinquens, ſit in Prouincia repertus,debet a
Rectore Prouinciæ ad Magiſtrum militum re-
mitti,*vt in l.prima. C.de exhib. rei.& in l.de mili-
bus.ff.eod.tit.& in l.fin.C.de re mil.lib.*11*.& l.Magi-
ſteria.C.de iuriſd.omn.Iud. cum ſimil.* ex quo in ca-
ſu noſtro, vbi commiſſum eſſe prætenditur mili-
tare crimen, dum a Capitaneo, vel eius manda-
to Alpherius occiſus dicitur,prætextu,quod con
tra iam ſuum Ducem inobediens, & reſiſtens, ac
oppugnator extiterit, nõ eſt dubitandum, quod
ad eum remitti debet, ſub quo militat, vt poſt
Gloſſ. *in d. l. Magiſteria*, dixit Bartol. *in l. fin. ff.
de accuſat.*

19 Nec dicatur, prædicta habere locum in mili-
tibus, dum militant, non autem, dum ſunt in
Patria, euntes per plateas, propria negotia ge-
rentes, argumento eorum, quæ habentur *in l.
penult. C. de teſtamen. milit. & in l. fin. C. de reſti-
tut.milit. cum ſimil.* Tum quia fundatum eſt,mi-
lites vbique exiſtant, ſuo Duci ſubeſſe, & ad
eum ſemper, præſertim in militari crimine, de-
bere remitti, *vt in d. l. prima, C. de exhib. rei.
& in l. de militibus, ff. eod. titu. cum alijs, quæ
ſupra allegata ſunt:* Tum etiam, quia in caſu,
de quo agitur,non in Patria prædicta patrata di-
cuntur, ſed cum ad ipſam Militiam milites præ-
dicti properabant, & proinde iter faciebant ex-
penſis publicis, cum eis ſoluerentur ſtipendia;
quo fit,vt in numero referri debeant, ita vt mili-
tari priuilegio vtantur, vt eſt text. *in l.ex eo,ff.de
milit. teſtamen* Pro facto enim habetur id, quod
de proximo fiendum eſt,*vt in ſequenti l.penul. eod.
titu.* Idem enim eſt,militem eſſe in Caſtris,& eſſe
in itinere cauſa eundi ad Caſtra, vel ab illis re-
deundi,vt ad literam dicit text.*in l.qui mittuntur.
verſic.& dum erat in Caſtra, ex quibus cauſis maior.
cum ſimil.* Nam militaturo eundum eſt in Ca-
ſtra, nec niſi iuerit, poteſt eſſe in Caſtris, vt pru-
denter ibi conſiderat Iuris Conſultus. Ergo in
caſu noſtro idem iudicandum eſt de militibus,
qui publicis expenſis vti ſtipendiati, erant in iti-
nere, prout iudicari debet de illis, qui ſunt in ip-
ſa expeditione in Caſtris; & ſic eodem modo de
eorum delictis cognoſcit Tribunus in dicto iti-
nere,prout cognoſcit in Caſtris; quo fit, vt cum
abſolutus ſit Capitaneus pręd ictus a Iudice com
petente,amplius moleſtari non debeat.

20 Accedat, quod licet nec hodie poſt rem iudi-
catam, hoc, quod ſequitur, ſit quærendum, fuit
tamen dictus Capitaneus a præfato Tribuno iu-
ſtiſſimè abſolutus. Nam licuit dicto Capitaneo,
tam de iure,quam de belli conſuetudine,occide-
re eius ſigniferum rebellem, qui ſeditionem me-
ditatus eſt,ac agitare cœpit, dum dixit,nolle iti-
nerare, nec vexillum abindè tollere, niſi ſibi ſol-
uerentur quædam ſtipendia quorundam mili-
tum,qui fraudatis militibus aufugerant. Et cum
Capitaneus modeſtiſſimè reſponderet, ſuam pe-
titionem non eſſe iuſtam, & velle de hoc ſtare Iu
dicio Tribuni militum, & aliorum, ille maxima
temeritate dixit, quod non recognoſcebat ip-
ſum in Patronum, & quod ipſe ſuper hoc præ-
liaturus erat cum Deo,ac cum Sancto Marco, &
Sancto Franciſco, & pugionem in Capitaneum
euaginauit, illumque poſtea euaginato enſe vul
nerauit,& alia fecit,prout ex actis patet, & in fa-
cti memoria, quæ ſeorſum data eſt, demonſtra-
tur. Quod autem de iure prædicto, capite pu-
niatur,omnia iura clamant; ita enim fert milita-
ris diſciplina,quæ niſi ſtrictè cuſtodiatur, omnia
facilè in confuſionem rediguntur,vt pulchrè ex-
plicat Titus Liuius Hiſtoricus in oratione,
quam Papirius Curſor Dictator, fecit ad Popu-
lum contra ſuum Magiſtrum æquitum,qui con-
tra illius mandata, data occaſione rei bene ge-
rendæ,fęliciter profligatis hoſtibus, prælium in-
ierat: hinc rigidiſsima proceſſerunt in Anliana
Imperia, quibus in poſteros deriuatum eſt, vt
qui rem a Duce prohibitã fecit,vel mandata non
ſeruauit, capite puniatur, etiamſi res bene geſſe-
rit,*vt in l.3. §. in bello.ff. de re milit.* Quid ergo di-
cendum eſt de illo ſignifero, qui a ſuo ſuperiore
rebellauerat, & ea, quæ dicta ſunt, in ipſum per-
fecerat? omnis enim contumacia militis aduer-
ſus Ducem, vel Præſidem, capite punienda eſt,
vt in l.omne delictum.§.contumacia.ff.de re milit. hic
enim nedum contumax fuit aduerſus ſuum Præ-
fectum, ſed ab eo defecit, & Præfectum, ſiue Pa-
tronum negauit, in eumque arma euaginauit,
& vulnerauit. Et tamen qui manus intulit Præ-
poſito, capite punitur, *vt in d. l. omne delictum.
§. qui manus. eod. titu.* Nam & qui commilito-
nem,nedum Prępoſitum, vulnerat,gladio caput
amittit,*vt in §.ſi quis commilitonem.ead.l.* Nam in
tantum quis tenetur Præfecto Centuriæ obtem
perare,& eum protegere,quod ſi illum a latroni-
bus circunuentum deſerit, capite punitur, *vt ibi-
dem §.ſi.* ſed in eo,& alijs videmus, nedum in mili
te, ſed & in Pagano grauiter puniri, qui officia-

les offendit. Nam voluit Bald. *in c.1.§. in iniuria. de pace iuram. firm.* quod dans alapam officiali, debet Capite puniri, quē refert, & ſequitur Iaſ. *in l. 1. C. de prec. imper. offer.* Ergo cui dubiū erit, capite puniri militem, qui ſuo Pręfecto obedire recuſat, cumque patronum, ſiue Præfectum negat, in ipſumque arma extrahit, & vulnerat,

21 Hæc autem capitis pęna per eoſdem Præfectos, ſine alijs ſolemnitatibus, modis militaribus exequitur, quia ab illis ſic delinquentes deciduntur. Et hoc eſt, quod vult dicere Glo. *in d. l. officiū Tribunorum. de re milit.* dum exponit verbum, ſecundum ſuæ auctoritatis modum, ideſt militaribus modis. & alias videmus, quod qui excubias deſerit, capite punitur, *vt in l. qui excubias. ff. de re milit.* Et tamen notoriè obſeruatur, quod Præfecti excubias viſitantes, ſi quem dormientem, vel excubias deſerentē, reperiūt, ſine remiſſione proprijs manibus interficiunt; eo enim modo milites a Præfectis capite puniuntur.

22 Et quod pœna prædicta præfato modo ſine alio iudiciario ordine exequenda, prędictis exceſſibus imponatur, etiam à belli conſuetudine, quę optima eſt legum interpres, eſt inductū, vt a ſtrenuis Ducibus facta eſt fides, & ex nonnullis teſtibus ritè examinatis probatum eſt. Quæ quidem cōſuetudo operatur, quod etiam ſi ſecus eſſet de iure, excuſandus veniret Capitaneus prædictus, & eius milites, qui eius mandata exequuti ſunt ita, vt nulla pęna puniri valeant, vt eſt glo. 1. *not. in c. denique. 4. distinct. & in c. sanè. de temp. ord. & in c. cum Venerabilis. de conſecr.* & ibi Petr. de Anch. & Abb. *num. 5. verſ. in gloſſ. 1. in fin.* & habetur per Rom. *in conſil. 466. nu. 2.* & per Alex. *in conſil. 240. nu. 8. vol. 6. & in conſi. 233. nu. 13. & in conſi. 8. num. 9. verſi. confirmantur. eod. vol.* & Dec. *in conſil. 473. nu. 8. & in conſi. 9. nu. 5,* & Petr. de Anchar. *in conſi. 283. incip. iure ſcripto*, idem notabiliter voluit Bart. per illum tex. *in l. quis ſit fugitiuus. §. apud labeonem, ff. de ædil. edict.* & ibi Alexan. in Apoſtil. & Bal. *in l. 1. num. 39. verſi. & hoc facit ad quæſtionem, qua frequentatur. C. de his, qui pe. no.* Rom. *in ſing. 19.* Crem. *in ſing. 39. Henr. in ſing. 83.* & Hippol. *in l. 1. ff. ad leg. Cor. de ſicar. cum ſimil.* Ergo in caſu, de quo agitur, ſiue loquamur de iure, ſiue de conſuetudine, contra dictum Capitaneum ex cauſa homicidij prædicti de pęna tractari non poteſt. a

23 Similiter & milites, qui illum occidiſſe dicuntur, impunes omnino iudicandi ſunt. Nam ſi Capitaneo illum licuit, vt capitis reum, capitali pęna punire, potuit dictæ pęnæ exequutionem militibus mandare. Nam nihil refert ſiue per ſe, ſiue per milites ſibi ſubditos, ſi prædicta, quæ militaribus modis ſibi licita ſunt, exequutus ſit. Paria enim ſunt aliquid facere, vel per ſe, vel per alium. *l. 1. §. deieciſſe. de vi, & vi arm. l. Is damnum. de reg. iur. & in l. hac edictali. §. ſi verò plus. C. de ſecun. nup. & in l. vi. C. de donat. cum ſimil.*

24 Nec prædictis obſtat id, quod dici ſolet, quod
x licet Pater [x] occidens filiam in adulterio deprehenſam, excuſetur, non tamē excuſatur, qui eius mandato illam occideret, quia caſus ſunt valde diuerſi; Nam ibi pater excuſatur propter iuſtum dolorem; quæ ratio non militat in Mandatario; Item ille Mandatarius non tenetur mandanti obedire; In caſu autem noſtro Capitaneus vtitur Iuriſdictione ſua in puniendo Militem rebellantem, prout de iure diſponitur; & dicti eius milites ſibi obedire tenebantur ſub pęna, vt ſupra probatum eſt; & non eſt dubium, quod diuerſorum diuerſum eſſe debet iudicium, *vt in l. inter ſtipulantem, §. ſacram, ff. de verb. oblig. & in l. Papinianus, ff. de minor. cum ſimil.* Et propterea cum dicti milites iuſtiſſimè ſuo Capitaneo obtemperauerint, de eorum pœna tractari non poteſt; & maximè cum viderint eorum Capitaneum a dicto Signifero, & ſuis militibus circundatum, & vulneratum; quo fit, vt omnino defendere eum debuerint; Nam qui Præpoſitum ſuum non protexit, in pari pœna eſt cum factore, *vt in d. l. omne dubium, §. qui Præpoſitum, ff. de re milit.* Ergo noſtra concluſio, quod tam dictus Capitaneus, quam dicti eius milites moleſtari non debent, ſed liberandi ſunt, firma remanere debet. Nam de quibuſdam bonis dicti Signiferi, quæ perdita dicuntur, nihil contra dictum Capitaneum tractari poteſt, cum non appareat ad ipſum de dictis bonis quicquam perueniſſe; & propterea omnibus ruminatis, nihil eſt, quod ipſum liberari impediat. Non potuit iſte Capitaneus effugere pœnam extraordinariam, prout etiam teſtatur Marc. Ant. Eugen. *in conſil. 22, poſt num. 80. qui in illo conſil. & in ſequenti,* defendit eos, qui occiderant occiſorem Signiferi, de mandato Capitanei, ob id in contumaciam capitaliter bannitum, & condemnatum: ipſum adeas, quia in illis duobus conſilijs multa ad materiam huius reſponſi conferentia, reperies.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

Auctor. Auctor rixę etiam, quod non appareat ipſum occidiſſe, adhuc tamen, quod pœna ordinaria homicidii puniendus ſit, ex quo, quod occiderit, præſumptionem habet contra ſe, vel ſaltē, quod tanquam dans operam rei illicitę, teneatur de omni eo, quod ſequitur, ſuadetur ex text. *in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. & facit tex. in l. hoc iudicio. ff. de ſeru. corrup.* Vbi æquius eſt, eum teneri, qui princeps fuerit delicti. Bal. *in l. 1. numero 14. in fin. C. de ſeru. fugit.* Bonif. de Vitalin. *in tit. de inſultu. & percuſſ. num. 30. verſi. ſunt tamen, qui dicunt.* Angel. de malef. *in verbo, & Andream, num. 21, verſic. niſi fuiſſet unus author tumultus, &c.* Vbi quod ipſe author tenetur de occiſo, cæteri vero de culpa. Marſil. *in ſing. 403. incip. ſuperioribus annis, ubi alios refert, et in §. conſtante. numero 77.* Carer. *in pract. crimin. in tertio tractat. de homicid. §. quinto quæro, numero ſexto,* vbi alij plures referuntur concordantes. *& numero ſeptimo,* vbi remiſſiuè quis dicatur author rixæ, vel Caporalis, *& in §. ſexto quæro. numero 52.* Petr. a Plach. *in Epithom. delict. capit. 12. num. 3.* Bero. *conſil. 178. nu. 16. ſeqq. & nu. 27. lib. 3.* Rolan.

conſi.

conſi.63.numero 3.ſeqq.lib.2. Menoch. de arbitrar. quæſtio.lib.2.caſu 362.numero 23.ſeq.Andr.Gayl. obſeruat.109.numero 2. verſic. limita tamen, & nu. 3.lib.2.Ioſeph.Ludou.deciſi.Lucen.16.numero 13. ſeq. vbi tamen, quod debet explicitè conſtare, quod quis fuerit rixæ author.Marc. Anton. Eugen.conſi.22.nu.94.Flam.Cartar.de exequut.ſenten.c.fin.nu.250.

Verum hæc concluſio non ſeruaretur in Ciuitate Mediolani, in qua ſecundum Clar. in pract. in d. §. homicidium. eod. verſic. alia etiam eſt defenſio. in fin. rarò propter homicidium in rixa commiſſum, quis condemnatur in pœnam mortis,prout hæc oīa bene ſcripſit Dominus meus Farinac.in eius 2.par.prax. & Theorica crimin. adhuc non impreſſ.tit.de pœnis temperan.q.96.num.63. & ſeqq.

b *Mandans*, Mandans an propriè dicatur facere, an compræhendatur ſub ſtatuto puniente homicidam vulnerantem,aut quid ſimile,& an pari pœna puniatur ſicut mandatarius,vide text.in l. non ſolum.§. ſi mandato.ff. de iniur. & in l. lex Cornelia. §.fin.ff.eod.& ibi etiam Doct.Corſett. ſing.....verbo,committo,incip.ſi ſtatutum,fol. mihi 151. in paruis.Ettheſ.ſing.96.in addit.verbo multi.Cæpoll. caut.30.& caut.257.Aret.de maleſ.in verbo, & Sẽpronium Rodulphum,quæſt.prima,& plurib.ſeqq.& ibi adden.Alber.in tract.ſtatut.3.par.quæſt.44.Marſil.ſing.181.Diaz.reg.453.Capr.concluſ.88.numero 11.vbi quod mandans in foro conſcientiæ verè dicitur facere. Mandans verò adulterium committi,tunc nec verè,nec fictè dicitur facere.Pedemont.deciſ.67.per tot.Port.Imol.conſil.94.numero 39.vbi quod falſificans, ſeu falſificari mandans, pari pœna punitur.Cott.in memor.pag. mihi 562. & ſequen.Bertrand.inter conſi.crim.diuerſ.conſ.70. num.14.32.& ſeqq. lib. 2. in magnis. Villalob. int. comm.opin.litera M.numero 5. Matthe.reg.crimin. pag.mihi 345.colum.2.in fin.in vol.com.opin. Arnal. de Agnoſcen.quæſt.25.num.37.Carer.in pract.de homicid.§.circa tertium.de cauſ.excuſ.num.44. Monticell.in ſua pract.crimi.reg.7.num.53. & plurib.ſequen. vbi etiam facit alias illationes in ſtatuto loquente in perſonam.Hercul.in tracta.caut. de non offen.cap.26.numero 2.& ſeqq.fol.mihi 74. Lancellot.Conrad.in pract.tit. de mandat.homic. capitulo 19.fol.mihi 324.num.1.& ſeqq.Turzar.comm.opin. 130.Cæpol.conſil.crimin.36.num.4.& 6.in fi.Marſil.conſi.67.numero 34.& ſeqq.Hierony. de Monte quæſt.16. Plach. in Epithom.delict.c.1.pag. mihi 18.& ſeqq.& cap.15.pag.248.nu.22.Clar. in prac. §.fin.quæſt.89.in princip.& verſic.ſed quæro,& verſic.ſi eſt tamen,& verſic.pone aliquis, & ibi Baiar. num.1.& ſeqq.qui alios concordantes refert.Boſ. in tit.de mand.ad homicid.numero 2.3. & 7. Menoch.de arbitr.quæſtio.caſu 353.vbi latè,& diſtinctè, qui pariter numero 10.dicit,quod mandans adulterium committi,non punitur vti mandatarius, Brunor.à Sol.quæſtio.34.numero 44.in princip.verſic.contrarium tenuit.Gomez.in tit. de homicid.numero 39.Ruin.conſil.6.num,2.libro 1.Maſcard.concluſ.10.12.numero 1.& ſeqq. Decia.in tract. crimi. tom.2.lib.9.capit.32.Gabriel.com.opin.lib.7.concl. 1.& Gabr.conſi.170.nu.12.lib.1.& nouiſſimè vide Honded.conſi.45.nu.76.lib.2. Hippol. Bonacoſſ. in conſi.99.crim. ſtatut.verbo, mandans. folio mihi 119.apud quos omnes, propoſitas concluſiones ad ſaturitatem tractatas inſpicies.

c *Mandans*. Mandans quomodo puniatur effectu non ſequuto,vide Ang.de maleſ. in verbo, & Sempronium Rodulph.nu.7.& 8.Plac. in Epitom.delict.c.15.nu.15.pag.mihi 244.& pag.295.Capr. concl.80.nu.3.& 4.Menoch.de arbitr.quæſt.caſu 352. nu.9.Monticel.reg.7.nu.73.& ſeqq.et num.96.vbi ſimpliciter,& generaliter dicit,quod per ſimplex mandatum, ſi mādatarius ad nullum actum etiā remotum deuenit, & nihil attentauerit, mandās non tenetur,niſi in caſu aſſaſſinij. Hieronym.de Mon.q.16.vbi quod in atrocioribus mandans delicto non conſumato,extraordinariè punitur, & nu.12. vbi intelligit hoc procedere, ſi ad nullum actum,vel remotum tantum deuētum fuit;quod ſi ad actum proximum, & immediatum,tunc punitur pęna ordinaria. In leuibus autem non ſequuto effectu mandās abſoluitur, dummodo ad actum proximum non ſit peruentum, vt ibidem nu.12.& in diſcurſu quæſtionis, vbi de materia, de qua etiam latè dixit idem Dominus meus Farin. tit.de Inquiſit.q.3.nu.8.

d *Mandatum*. De hoc vide, quæ diffusè ſcripſit idem Dominus meus Farinac. titu. de indic.& tortur.q.37.nu.154.& ſeqq.

e *Ratum*.Ratihabitio,an, & quādo æquiparetur mandato,vide Lancel.Conrad.in pract.tit. de mādan.ad homic.lib.1.c.9.num.8.Franc. Marc.deciſio. 423.nu.26.vbi quod in delictis,quæ non poſſunt patrari per alium(vt adulterium) mandatū nō æquiparatur ratihabitioni.Oſaſc.conſ.65.nu.14.et ſeqq.Lanc.de attentat.c.1.nu.80. & nouiſsimè videetiam Honded. conſil.96.nu.59.lib.2. & plures allegat Petr.Plach.in Epith.delict.c.18.nu.9.

f *Interrogandi*. De hac materia,An, & quando reus de ſe confeſſus,aut conuictus,poſſit de conſocijs interrogari,vide eundem D. meum Farin. in tit.de indic.& tortur.q.43.nu.3.& plurib.ſeq. vbi diffusè tractat materiam cum ampliationibus,& limitationibus.

g *Proteſtatio*. De hac proteſtatione adeas eundem D.meum Farinac.tit.de indic. & tortur.q.40. nu.19.& ſeqq.

h *Criminibus*. An, & quando Reus confeſſus vnum delictum poſsit ſine aliis indicijs interrogari,& torqueri,ad habendum alia delicta, vide, quæ latè dixit idem D.meus Farinac.vbi ſupra & q.37.nu.163.& ſeqq.

i *Vitandi*. Iſta cautela torquendi reum conuictum adhoc,vt confeſsus nō poſsit appellare, eſt communiter reprobata, vt per eūdem D. meum Farinac.tit.de indic.& tortur.q.40.nu.10.

K *Promiſsionem*.Vera eſt concluſio ſic per d. Conſultorem firmata, quod ſcilicet ex ſola promiſſione, & pollicitatione inducitur aſſaſsinium. Giam.voto 9.numero 2.Carer.in pract.§.circa.nu. 4.pag. mihi 88.Boſſ. in titu. de mandat. ad homicid.num. 14.& 15.Plac. in Epithom.delict.cap. 19. numero 10.verſic.rurſus.Gabriel.conſil.170.nu.18.

*lib.*1.Anto.Gabr.*commun.opin.lib.7.concluſi.*1.*nu.*1.*&* 2.Monticell.*reg.*8.*nu.*5.Maſcar.*concluſ.*138.*nu.*1.*&* 2.*verſi.*1.*amplia.lib.*1.

Limitatur tamen iſta concluſio, vt procedat, dummodo promiſſio ſit acceptata, alias ſecus, Carer.*d.*§.*circa num.* 6.*fol. mihi* 89. Boſſ. *in tit.de mand.ad homicid.nu.*35.Plac. *vbi ſupra*, Brunor. à Sole.*q.*34.*nu.*13.

Limitatur ſecundo,vt talis promiſſio pecuniæ non debeat eſſe generalis,& implicita,ſed ſpecialis,& explicita; & ideo non dicitur aſſaſſiniū con tractum per hæc verba, nunquam tibi deero, & ſimilia, quia huiuſmodi verba non ſunt obligatoria,Boſſ.*tit.de mand.ad homic.nu.*35.Gabriel.*d. conſil.*170.*num.*18.& alios etiam refert Baiard. ad Clar.§.*aſſaſſiniū,nu.*6. *&* 7.qui ex Viu.quem allegar,infert ad alia verba,videlicet,*che non li man carebbe mai à ſuoi biſogni*.

Sed in hoc vide eundem Gabriel.*d.concl.*1.*li.*7.*nu.*3.vbi, quod aſſaſſinium committitur ex promiſſione etiam, quod promittatur quid incertū, & idem per Maſcar.*concl.*138.*num.*2.*verſ. Amplia hanc ampliationem, vt puta in promittente directionem domus*, & plures alios relatos per Honded. *d.conſi.*93.*nu.*66.*&* *ſeqq.lib.*2.

1 *Effectu*.In crimine aſſaſſinij;An effectu non ſequuto,intrat pęna ordinaria? verior,& magis cō munis eſt opinio,quod ſic,pro qua eſt tex.*in cap. pro humani.ante fin.de homic.in* 6.*ibi, quanquā mors ex hoc fortaſſe non ſequatur*,tenuerunt Geminian. *ibi nu.*2.*verſ.nota caſum*.Bal.*in l.*1.§.*hac antē.verſ. in ea glo.ff.quod quiſque iuris*.Tiraquel.*de pœn. tem peran.cauſa* 37.*nu.*9.Boſſ.*in tit.de mand. ad homic. nu.*13.Gabr.*lib.*7.*concl.*1.*nu.*7.*& nu.*8.*in fine*, vbi de magis communi *. Paul. Merenda *inter conſil. cri. diuerſ.lib.*2.*conſi.*88.*num.*12. Petr.à Plach.*in Epitom.delict.c.*19.*nu.*9.Vbi alijs relatis,& contrarijs reprobatis,hanc veriorem,& frequētiori calculo receptam ſententiam, teſtatur Maſcard.*de probat.libro* 1.*concluſ.*138.*num.*2.*in princ. & verſic.* 3.*amplia,& poſt numerum quintum*,vbi pariter relatis, & reprobatis contrarijs teſtatur de magis communi opinione *.

Ampliatur prædicta concluſio, vt procedat, non obſtante generali conſuetudine,per quā derogatur legibus punientibus affectum, non ſequuto effectu. Auguſt. ad Ang. de malef. *in verb. & Sempronium.num.*4.*& in verbo,ex interuallo.poſt nu.*16.Afflict.*in rubr.de malis,& noxijs medicamē. in Conſtit.incip.mala nox.in princ.poſt num.*6.Marſ. *in l.eiuſdem.in princ.nu.*8.*in fine, & num.*9.*ff. de ſicar.*Gram.*voto.*9.*nu.*21.*&* 22.Plach.*d.c.*19.*nu.* 9. *ad fin.*Clar.*in* §.*aſſaſſinium. verſ.ſcias etiā*,vbi teſtatur de communi, & ſeruata opinione, quam dicit credere, quod Iudex non erraret, ſi illam in iudicando ſequeretur, quicquid in contrarium contra prædicta dixerint Gram. & alij relati per Clar. Gabriel. & Maſcard. in locis præcitatis, & per Brunor. in loco infra allegando, & ſequuntur alij relati.

Limitatur eadem concluſio.Primo,vt licet ita de iuris rigore ſit ſtatutum, poſſit tamen Iudex (ſi vult)mitiorem pœnam imponere,& ſic id totum Iudicis arbitrio remiſſum eſſe, qui iuxta facti,& perſonarum qualitatē,modò pęnam mortis,& modò aliam extraordinariam infligere valeat,ſcripſerunt Gabriel.*d.concl.*1.*nu.*15. Clar. *in* §.*aſſaſſinium.d.verſ.ſcias etiam. in fine*.Tiber.Decia.*in tract.crim.tom.*2.*lib.*9.*c.*30.*rubr.de manda.pe cun.interceden.num.*3.*in fine*. Brunor.à Sole. *q.*34. *nu.*36.*& ſeq.*

Limitatur ſecundo dicta concluſio, vt procedat,dummodo fuerit deuentum ad actum proximum,ſecus ſi ad remotum.Ita Monach. *in d.c.pro humani.nu.*6.Afflict.*in rubr. de percuſſio. illicita cū armis.nu.*11.*uerſ.& eſt tenendum in conſtit. Regni*. Marſil.*in l.qui falſam.nu.*8.*ff.de falſ.*Gram.*uoto* 9. *per tot.*Couar.in Clem.*ſi furioſus.p.*2.*in prin.nu.*9.*uerſ.*2.*ſubijcitur caſus*. Gabr.*d.concl.*1.*nu.*11. Menoch.*de arbitr.q.li.*2.*caſu* 360.*nu.*42.*& ſeq.*Decia. *d.c.*30.*nu.*13.*uerſ.quod ſi loquamur de aſſaſſinio interpretato*.Brunor.à Sole *d.q.*34.*nu.*32.*& ſeq.*Vbi de communi,& quod ita vidit ſæpius iudicatum.

m *Proximum*. Actus proximus,qn dicaē, fuit alias in contingenti caſu maturè diſcuſſum, & cum d. meus Farin. ſuper hoc fuiſſet conſultus, dicebat ipſe,quod licet prima facie videretur,actum poſſe dici proximum etiam, quod non ſequatur inſultus,vel offenſio,dummodo deueniatur ad aliquem actum vltra tractatum, & cogitationem, puta ſi occidens venerit ad locum delicti, & hoc ex doctr.Bal.*in l.non ideo minus. in* 6.*q.nu.*13. *in fi. uerſ.dicas*, vbi dicit, quod ſolus tractatus, & ſola ordinatio non punitur de iure, niſi ſit proceſſum ad alium actum ordinatum de per ſe ad ipſum factum,& Bal.ſic vt ſupra dicentem, referendo, ſequuti ſunt Fely.*in c.*1.*de præſump.num.*6.*in fine,& in tract.de conat.ſub* 3.*fallen.uerſ.quinimò dicit eleganter Bal.*Marſil.*conſi.*105.*nu.*6.*uerſi.præterea reſpondeo*. Gram.*uoto* 8.*nu.*17.*& deciſi.*38.*nu.*8. Hieron.Cuccalon.in addi.ad Dec. *in l.non uult hæres. nu.*8.*ad med.addit.uerſ.ſed ubi proceſſum eſt ad actū exteriorē.ff.de reg.iur.*Et ſic Bal. vbi ſupra ad hoc, vt puniatur conatus in atrocibus, non dicit eſſe neceſſe, quod deueniatur ad actum proximū, ſed bene ſufficere,quod fuerit deuentum ad aliquem actum exteriorem vltra tractatum, & ſic modo non ſteterit in nudis terminis cogitationis, ſic enim Bald. doctrinam interpretati ſunt Gabr. *d. concl.*1.*nu.*14.Decian.*d.c.*30.*num.*38. Brunor.*d.q.* 34.*nu.*32. Et magis in ſpecie adducitur doctrina Iacob.de S.Georg.*in l.*1.§. *hac antē uerba, ff. quod quiſque iuris.nu.*9.vbi dixit, qđ ſi quis uadat cauſa aſſaſſinādi alium, debet puniri,licet delictum non ſit cōſummatum. & per iſtam doctrinam ad hoc, vt dicatur deuentum ad actum proximū, & adhoc,vt poſſit imponi pęna mortis,ſufficere aſſaſſinos perueniſſe ad locum homicidij, ita alias Mediolani fuiſſe obſeruatum, teſtatur Caſſan. *ſuper conſuet.Burgun.rubr.*1.*col.mihi* 10.*fol.*14.*uerſic. aduerte tamen*, quem referendo ſequuti ſunt Paul.Meren.*conſi.crim.diuerſ.*88.*nu.*12.*&* 13.*li.*2. *in folio*.Gabriel.*d.concl.*1.*nu.*13.Decia.*d.c.*30.*num.* 38.*uerſ.Iacobinus autem*.Brunor.*d.q.*34.*n.*32.Nec diſſentire videtur Collegium Bonon.*inter conſil. crim.diuerſ.conſi.*41.*nu.*8.*in fin.lib.*7.*in paruis*.

Atta-

Digitized by Google

Attamen verius multò credebat, non dici deuentum ad actum proximum, niſi ſequatur inſultus, vel offenſio. & ad ita dicendum mouebatur primo ex doctrina eiuſdem Bald. *in l. ſi quis non dicam rapere, col. 2. nu. 1. in fi. poſt 6. oppoſit.* vbi ad hoc, vt puniatur conatus eadem pęna, requiritur, qđ actus ſit multum principaliter propinquus delicto, & quaſi de eius eſſe, & quaſi pars intrinſeca delicti. Secundo ex Salyc. *in l. is, qui cum telo, nu. 6. col. 2. ver. aut in criminalibus, C. ad l. Cornel. de ſicar.* vbi ad eundem effectum dixit, quod non ſolum requiritur, quod actus in ſui forma, & figura tendat ad delictum, ſed quod etiam ſit proximus facto principali, & conſumationi ipſius delicti. Tertio ex Angel. *in conſ. 14. poſt nu. 3. col. 2. in princ. &* Corn. *in conſ. 202. num. 3.* vbi declarat, tunc dici actum proximum homicidio, quando quis inſultauit, vulnerauit, & offendit; ſecus ſi tantummodo animo occidendi cum telo ambulauit, quia tunc actus dicitur remotus, vt ibi per eos. Quarto ex Franc. *in cap. pro humani. poſt nu. 8.* vbi in terminis aſſaſſinij requirit, quod fuerit deuentum ad actum facti proximum, & immediatum. Quinto ex Capic. *deci. 126. nu. 2. in fi. &* Carer. *in pract. crim. in tit. de homici. §. ſequitur de mandatario, n. 9.* vbi poſt Bald. & Salycet. in locis relatis ad hoc, vt puniatur in atrocioribus conatus, dicunt ipſi, quod actus debet eſſe multum principaliter propinquus delicto. Sexto ex Gram. *in vot. 8. nu. 15. verſ. & dicunt in ſpecie, iuncto n. 19.* vbi dixit, quod licet in atrocioribus aliqualis actus ſufficiat ad effectum, vt puniatur, attamen grauius punitur actus ex delicto cõſumato quàm inchoato, poſt Iſern. & Angel. quos allegat. Septimo ex Boſſ. *in tit. de mand. ad homic. n. 16. in fi.* vbi in terminis aſſaſſinij, & ad effectum, de quo agitur, videtur requirere, quod ſaltem ſit deuẽtum ad actus inſultus, & vulnerum. Octauo ex Couar. *in Clem. ſi furioſus. in princ. nu. 10. verſ. ſecundus ſubijcitur caſus in fine, & in verſ. 3. proponitur.* vbi pariter ad effectum prædictum requirit actum admodum proximum conſumationi, & perfectioni criminis. *& in verſ. quarto, ſi quis pecunia data. in fi.* requirit actum exteriorem, nedum vt ſupra admodũ proximum, ſed etiam directũ in delicti conſumationem. Nono ex Monticell. *reg. crimi. 8. num. 14.* vbi etiam in terminis aſſaſſinij requirit, quod fuerit deuentum ad actum proximum, & quod admenauerit, & percuſſerit. Decimo ex Decian. *d. cap. 30. numero 13. ante med.* vbi in terminis d. cap. pro humani, videtur requirere tria; primo, quod fuerit deuentum ad actum morti proximum; ſecundo, quod non ſteterit per aſſaſſinum, quin conſumaretur delictum; tertio, quod occidendus fortuito caſu euaſerit.

Nec facit doctrina Bal. *in d. l. non ideo minus*, ex qua licet colligatur, quod tractatus, & ordinatio puniatur, quando proceſſum eſt ad alium actum ordinatum ad delictum; non tamen declarat Bald. qua poena talis tractatus, & ordinatio puniatur, & ſi Bald. non dicit de poena ordinaria, nec etiam nos dicere debemus; nam vt dicit Gram. *in deciſ. 38. numero 1. & 2.* non omnis actus vltra contractum, & ordinationem dicitur proximus delicto, quia datur actus facti, & proximus, & remotus, vt ibi per eũ: & propterea idem Gram. *in voto 7. poſt num. 15. iuncto num. 16.* bene dixit, quod licet in atrocioribus aliqualis actus ſufficiat ad effectum, vt puniatur; Attamen grauius punitur actus ex delicto conſumato, quàm inchoato; ſic & pariter neceſſe eſt dicere, prout dicunt Doctores præcitati, quod grauius puniri debeat actus proximus, quàm remotus.

Et eodem modo reſponderi poteſt ad doctr. Iacobin. de S. Georg. *in l. 1. §. hac autem uerba, ff. quod quiſque iuris*, vbi licet dicat, eum puniendum, qui vadat cauſa aſſaſſinãdi alium, licet non aſſaſſinauerit, non tamẽ dicit poena mortis. Ideo debemus illum intelligere ſecundum diſtinctionem de qua ſupra; quod videlicet puniatur pęna ordinaria, ſi ad actum proximum deuenit; ſecus ſi ad remotum.

Nec demum facit teſtimonium Chaſſanei in loco pręcitato, nec id quod apud eum fuit ſeruatũ Mediolani, quod videlicet ex hoc ſolo, quod ad locum homicidij fuerit deuentum, poſſit imponi poena mortis; nam quicquid ipſe, & qui eũ referunt, dixerunt, magis communis opinio Doctorum eſt, vt ex præcitatis apparet, quod nõ dicatur deuẽtum ad actum proximum, niſi ſaltem ſequatur inſultus, vel offenſio.

n *Videntur*. Imò niſi fuerint omni exceptione maiores, non ſufficiunt ad condemnandum, vt latè defendit idem D. meus Farinac. *in ſuo tract. de teſtib. tit. de opp. contr. perſon. teſt. quaſt. 62. num. 19. & 22.*

o *Cum tortura*. De tortura inferenda infamis, & criminoſis teſtibus, adeas eundem D. meum Farinac. *in dicto ſuo tract. de teſtib. tit. de oppoſ. contr. perſ. teſt. q. 56. nu. 162.*

p *Aſſaſſinij*. Iſta concluſio, quod in crimine aſſaſſinij recipiantur teſtes, parte nõ citata, nõ eſt vera in iure, vt per eundem D. meum Farinac. qui contrarijs refutatis reſpondet, *in d. tract. de teſtibus, tit. de oppoſ. contr. exam. teſt. quaſt. 72. num. 123. & ſeq.*

q *Demandare*. Ad hanc materiam faciunt diſputata per Doct. An ſicut quis poteſt impunè occidere bannitum, poſſit etiam id alteri mãdare? in quo facias concluſionem affirmatiuam, vt ſi bannitus occidatur, à poena immunis ſit non ſolum occiſor, ſed etiam qui mandauit ipſum occidere, Ioan. Andr. *in addit. ad Speculat. in tit. de conſtitut. in fi. in ult. addidit. uerſic. concludamus igitur.* Foller. *in pragm. 1. de exul. num. 42.* vbi quod licet conſtitutio permittens occidi bannitum, loquatur in perſonam occidentis, attamen comprehẽdit etiam mandantes, quod, & idem voluit Bellug. *in ſuo Specul. Princ. tit. de Princip. prohib. rubr. 27. numero 25. uerſic. ſed in contrarium. in §. milites S. R. Vin. opin. 770. num. 11.* Vulpell. *conſil. 59. num. 16. & ſeq.* vbi loquitur, quando ratio permiſſiua offenſionis bannitorũ æque coheret mandanti, ſicut mandatario. Rol. *conſil. 34. num. 16. lib. 2.* Et quamuis contrarium, quod imò non liceat alteri mandare, vt bannitus occidatur, quando ſta-

tutum

tutum dirigit verba in perſonam occidentis, vo-
luerit Carauit. *ſuper prag. Regni de exul.num.39.*
motus ex illa concluſione, quam dicit commu-
nem, quod ſtatutum loquens in faciēte, non ha-
bet locum in mandante, ſecundum Bart. Aret. &
Dec. in locis per eum relatis, & ita dicit ſe pluries
de facto interrogatū, reſpondiſſe. Monticell. *reg.*
crim, 3. nu. 41. vbi quod hoc ſtatutū non prodeſt
mandanti bannitum occidi, ſed tantum illi, qui
proprijs manibus occidit: niſi in caſu, in quo bā-
* nitus de iure communi * occidi poteſt, quia tūc,
& alteri demandare licet, ex Bart. & Carer. in lo-
cis per eum relatis. Roland. *d. conſil. 34. num.* 25.
Tu tamen nō recedas à propoſita ampliatione,
quæ ſine dubio propter publicam vtilitatē apud
nos in practica recepta eſt, ſcilicet, quoad impu-
nitatem delicti; ſecus vero quoad conſequutio-
nem præmij, ſeu indulti; tunc enim ſi conſtitu-
tionis verba ſunt in perſonam occidētis directa,
mandans occidi illud non conſequitur, ſecundū
Foller. *in d. pragm. de exul. eod. num.* 42. poſt Bald.
Angel. & Rom. in locis per eum relatis, volentes
in propoſito, quod ſi alicui eſt permiſſa vindi-
cta, is debet proprijs manibus facere, non autem t
alteri illam demandare; Et tamen nec etiam quo
ad impunitatem propoſita ampliatio recipiēda u
eſt, quando quis mandat occidi bannitum alicui
perſonæ, quæ non iuuatur ſtatuto prędicto, per-
mittente bannitum occidi, prout eſt, ſi quis man
daret filio, vxori, fratri, & vaſſallo, vt patrem, ma x
ritum, fratrem, aut dominum occiderent: licet e-
nim mandans per ſeipſum hoc facere poſſit, non
tamen poteſt id mandare illi, qui occidere non
poteſt; & propterea ſi mandatarius occidat, pu-
nitur æquè mandans, ſecundum Monticell. *reg.*
crim. 3. num. 21. ex Cepol. quem allegat *in conſil.*
5. num. 30. & 31.

r . *Iudici*. Iſta materia pleniſſimè tractatur per
eundem D. meum Farinac. *quaſt. 32. num. 86. &*
pluribus ſeqq.

s *Iniuſta*. Sententia, quando dicatur notoriè in-
iuſta, & quando ex capite notoriæ iniuſtitiæ exe
quutionē non mereatur, & de materia, vide Do-
ctor. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 29. & ſeqq.*
& ibi Crot. *num. 7. & ſeqq. & num. 32. & ſeqq. ff.*
de verb. oblig. Bald. *in cap. paſtoralis, §. 1. num. 4. ff. de*
offic. deleg. & in conſil. 14. num. 7. lib. 1. Ang. *in l. fin.*
ff. de pet. hered. Corſet. *ſing. verb. ſententia, la 7. fol.*
mihi 201. Cep. *caut. 8. per tot.* Butr. *conſil.* 27. *num.*
1. Matth. *ſing.* 18. & 19. Socin. *reg.* 354. Rom. *ſing.*
46. Barbat. *conſil. 1. nu. 4. & ſeq. lib. 2.* Curt. iun. *con-*
ſil. 104. num. 3. & ſeqq. Capic. *deciſ. 10. num. 19. &*
ſeqq. Corn. *conſ. 10. col. 2. lib. 4. verſic. & ſi forte alij.*
Aym. *conſil. 299. num. 7. verſ. 3. & num. 8.* Marant.
in Specul. tit. de ordin. iud. parte 7. §. expedita, fol. mi
hi 205. & ſeqq. Afflict. *deci. 28. num. 8.* Abb. *in cap.*
inter cæteras. de re iud. verſi. ad quartum membrum.
Alexand. *conſil. 131. num. 11. lib. 2.* Gozad. *conſi. 2.*
Grat. *reſp. 80. nu. 28. p. 2. & conſil. 85. nu. 24.* Vant.
in tract. de nullitat. tit. de nullit. ex def. proceſſ. ſiue or
din. iudic. ac ſolemnit. & form. ipſ. ſenten. num. 127.
& pluribus anteceden. & ſubſeq. fol. mihi 248. Pariſ.
conſ. 54. nu. 1. & 2. & conſ. 107. nu. 9. & ſeqq. lib. 4.
Boſſ. *in tit. de carcer. fideiuſſ. committen. num.* 17. Ti-
raq. *de leg. connub. gl. 7. nu. 59. & nu. 168. & 184. &*
ſequen. Lamber. *de contract. glo. 3. nu.* 30. Contard.
in l. vnica, C. ſi de moment. poſſeſſi. limit. 9. nu. 11. &
13. & limit. 10. num. 13. & ſeqq. Craſſ. *commu. opin.*
lib. 2. quæſt. 35. & 36. Ioan. Maria Cortat. *in tract.*
de commu. opin. pag. mihi 205. num. 24. & pag. 201.
nu. 12. Turz. *comm. opin. 87. & opin.* 139. Ruin. *conſ.*
49. lib. 5. Rolan. *conſ. 76. nu. 16. & ſeqq. li. 1. & conſ.*
6. nu. 38. & ſeq. vol. 3. Cephal. *conſ. 241. num. 45. &*
conſ. 201. nu. 10. Villalob. *commu. opin. litera s nu.*
19. Menoc. *in l. fin. nu. 852. & ſeqq. C. de edict. Diu.*
Adria. & de adipiſ. poſſeſſ. remed. 4. nu. 452. Verall.
deciſ. 228. lib. 1. Caputaq. *deciſ. 85. lib. 2. & deciſ.*
120. nu. 2. par. 3. Put. *deciſ. 401. lib. 1.* Gabr. *conſil.*
167. nu. 60. & 61. lib. 1. cum alijs per Gabriel. *tit. de*
ſenten. concl. 9. Maſcard. *conc. 1102. nu. 27. & 28.* &
ante iſtos, vide etiam Fran. *in c. dilecto, nn. 153. ad*
fin. verſ. & intellige, & nu. 168. in fi. ext. de appella.
Dec. *in c. ex parte, il 2. verſ. quinto fallit*, & demum
vide *deci. Rot. Romæ coram d. Robuſterio, dec. 85. nu.*
4. inter diuer. p. 1. & adde Boccac. *in tract. de pact.*
p. 3. nu. 115. & ſeqq.

t *Moleſtari*. Vide, quæ ſcripſit idem D. meus Fa-
rinac. *tit. de inquiſ. q. 4. nu. 4. in 4. ampliat.*

u *Poteſt*. Abſolutus ſemel, an, & quando poſſit
iterum moleſtari, latiſſimè ponitur materia per
eundem D. meum Farinac. *d. tit. de inquiſit. q. 4.*
num. 1. & ſeqq.

x *Pater*. Patri, an, & quando liceat alteri de-
mandare, vt filiam in adulterio exiſtentem, occi
dat, vide Florian. *in l. liber homo, la 2. numero 5. in*
fine, ff. ad l. Aquil. Ang. Aret. *de malef. in verbo,*
Che m'hai adulterato la mia donna, numero 24. & ibi
Auguſt. in addit. Plach. *in epit. delict. cap. 15. nu-*
mero 27. & ſeqq. Roland. *conſil. 34. numero 19. &*
ſeqq. Clar. *in pract. §. homicidium, verſ. dubium eſt.*
Viui. opin. 33. incip. adulteri. Baiard. ad eundem
Clar. *ibid. numero* 187. & eundem Clar. *quæſt. 60.*
verſic. ſolet dubitari. in fi. quibus locis habetur e-
tiam, quid ſi pater ſit debilis, vel infirmus, nec a-
ptus ad occidendum? & quid in filio? & ad idem
videas omnino Decia. *tract. crim. lib. 9. tit. de excu-*
ſat. parricid. num. 25.

Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

Reſoluuntur in hoc reſponſo, iunctis Deciſionibus Rotæ inde ſequutis, ſeptem dubitàtiones. Quarum prima eſt, quando & quomodo Notarius, ſeu alius officialis dicatur in officio delinquere. Secunda, an delinquendo priuetur officio ipſo iure: an vero requiratur ſententia condemnatoria, vel ſufficiat declaratoria. Tertia,

an priuetur titulo, & proprietate officij: an vero ſolum exercitio, ita vt priuatus illud alteri vendere poſſit, ſi officium venale ſit. Quarta, an & quando teſtes inſimul examinati, probent. Quinta, an contumax poſſit dicere de nullitate ſcientiæ contra ipſum latæ, & examinis teſtium. Sexta, quæ indicia ad inquirendum ſufficiant. Septima, an condemnatus à ſecundo iudice in vna parte, cenſeatur abſolutus in alijs, in quibus fuit condemnatus à primo iudice.

S V M M A R I V M.

Officialis ſindicari non poteſt, niſi pro delictis commiſſis in officio, & contemplatione officij. nu. 1.

Officiales omnes ſindicantur de extorſionibus, & concuſſionibus. nu. 1. verſ. ſed pro extorſionibus.

Officiales durante officio conueniri non poſſunt, præterquam pro delictis comiſſis in officio, & quæ illius priuationem ſecum afferans. nu. 2.

Officiales etiam durante officio ſindicantur pro concuſſionibus, extorſionibus, & furtis. numero 2. verſic. ſed pro extorſionibus.

Concuſſionis, & extorſionis crimen quandoque committitur ab officiali, & ſic ratione officij, quandoque etiam à priuato, & ſic ſine officio, & primo caſu crimen dicitur publicum, ſecundo vero caſu dicitur priuatum. nu. 3.

Extorſionis factæ ab officiali pœna eſt repetundarum, quæ habet in ſe irrogationem infamiæ, & priuationem officij. num. 3. verſ. ſi pro extorſione.

Extorſio facta ab officiali, vtputa à notario, dicitur delictum cōmiſſum in officio. num. 3. verſic. neceſſario concludendum eſt, & verſic. & ita per hanc rationem, & nu. 4. ſeq. & nu. 9 11. & ſeqq.

Officialis, ſeu notarius committens in officio concuſſionis, & extorſionis crimen, priuatur ipſo iure officio. numero 3. verſic. neceſſario concludendum. Quod an verum ſit, & quando, vide numero 16. & ſeqq. pluribus, & nu. 23. ſeqq. vbi multa pro, & contra declara, vt num. 36. ſeqq. & nu. 42. ſeqq.

Officialis committens adulterium cum muliere litigante coram ipſo, dicitur delinquere in officio; ſecus ſi mulier coram eo nullam habeat litem. nu. 4.

Notarius dicitur oculus iudicis, & propterea debet illi, & partibus fidelis eſſe, & mundas manus habere. nu. 5.

Notarius dicitur infamare, & inimicitiam inferre officiali extorquendo ſub eius nomine pecuniam à partibus. num. 5. in fine.

Notarius ſi non delinquit in officio, non eſt priuatus officio notariatus, niſi expreſſe in ſententia priuetur. nu. 6.

Notarius quando delinquit in officio, non dicitur ipſo iure priuatus officio, niſi per ſententiam priuetur. nu. 7.

Notarius dicitur delinquere in officio, quando crimen commiſit, vt notarius, & crimen commiſſum eſt tale, vt alius illud committere non potuiſſet. numero 7. verſic. ſed non eſt opus.

Notarius faciendo falſum inſtrumentum, dicitur delinquere in officio. nu. 7. verſ. ſed non eſt opus. nu. 12.

Notarius exigens pecunias indebitas, non dicitur delinquere in officio, licet eas exigat occaſione officij, nec incurrit propriè crimen concuſſionis, ſed tenetur ſolum l. Iul. repetun. numero 7. verſic. & probatur. declara, vt numero 10. & 15.

Notarius priuatur officio notariatus, quando committit crimen, quod proprie tangit ſuum officium. nu. 7. ver. & probatur. declara, vt nu. 13. vbi habetur, quando delictum dicatur tangere officium.

Notarius dicitur delinquere in officio etiam quod non conficiat falſum inſtrumentum, nu. 9. & 12.

Delinquere in officio dicitur is, qui exiſtens de cohorte præſidij pecuniam à priuato extorquet, nu. 9.

Concuſſio aliud non eſt, niſi quædam inflicta timoratio. num. 10. verſ. ceſſante enim.

Delinquere in officio dicitur is, qui delinquit fauore, prætextu, contemplatione, vel calore iudicij. nu. 12. verſ. vnde intrāt, & verſ. ſeq. & nu. 14.

Delinquere in officio dicitur is, quando authoritas officij eſt in cauſa, vt ille delinquat. numero 1. verſic. & quod officialis.

Delinquens in officio nulla lege cauetur quod ipſo iure ſit officio priuatus. nu. 16.

Priuatio officij non inducitur ipſo iure, ſed requiritur ſententia priuatoria. nu. 16. & 20.

Verba legis interpretanda ſunt, vt potius importent canonem ferendæ, quam latæ ſententiæ. nu. 16. 21. & 36.

Notarius propter falſum, aut aliud delictum ab ipſo commiſſum, non dicitur ipſo iure officio priuatus, niſi ſit condemnatus per ſententiam priuatoriam. numero 17. & ſeqq. contra. num. 23. ſeqq. reſoluent. num. 36. ſeqq. & num. 43. ſeqq.

Notarius bannitus de falſo non dicitur notariatus officio priuatus, ſed illud ſtat in ſuſpenſo. nu. 18.

Delictum non eſt modus priuandi aliquem ſuo dominio ipſo iure, niſi in caſibus à iure expreſſis. nu. 18. verſ. & ratio prædictorum.

Pœna priuationis ipſo iure numquam incurritur, niſi ſit à iure expreſſa. nu. 20. & 36.

Delinquens in officio poteſt illud exercere, donec fuerit eo priuatus. nu. 21.

Delinquens in officio priuatur officio, in quo deliquit. numero 23.

Delinquens in officio ipſo iure abſque alia ſententia priuatoria, ſtatim quod eſt de delicto condemnatus, officio priuatur. numero 23. & ſeqq. licet alij contra. numero 3. & 16. ſeqq. declaro vt numero 36. ſeqq. & numero 42. ſeqq.

Pœna vbi à iure impoſita eſt ipſo iure, adhuc declaratoria ſententia requiritur. nu. 24.

Pœna iuriſdictionis prohibitiua ſemper cenſetur impoſita ipſo iure. nu. 25.

Pœna inducta a lege cum verbis directis in partem, & non in iudicem, cenſetur impoſita ipſo iure, nu. 25.

Pœna cenſetur impoſita ipſo iure, quando lex vtitur dictione, rurſus; vel dictione, vlterius. nu. 25.

Pœna cenſetur impoſita ipſo iure, quando lex vtitur verbis importantibus annexam priuationem. nu. 25. in fi.

Officialis, vel eius miniſter, aut domeſticus extorquendo pecuniam, incidit in crimen repetundarum. nu. 26.

Damnatus de crimine repetundarum ipſo iure efficitur infamis, & incurrit priuationem officij. numero 26. verſic. ſed ſic eſt.

Priuatio officij ſemper intelligitur inducta ipſo iure propter incompatibilitatem ſtatus. nu. 26. in fine.

Notarius ad banchum iuris non poteſt eſſe infamis. numero 27.

Notarius delinquens in officio priuatur non ſolum officij exercitio, ſed etiam illius titulo, & proprietate. nu. 30. & ſeqq. contra. nu. 39. ſeqq. & nu. 49. ſeqq.

Pœna priuationis officij differt à pœna confiſcationis bonorum. num. 32.

Barattaria dicitur committi ab omni miniſtro, & domeſtico iudicis pecuniam extorquente. nu. 33.

Barattaria æquiparatur crimini læſæ maieſtatis, & in ea venit confiſcatio bonorum. numero 33. declara, vt num. 52. & num. 54.

Officialis delinquens in officio, perdit ſalarium, & emolumentum officij in quo delinquit. numero 34. declara. vt numero 58.

Notarius licet ſit condemnatus de falſo, valent tamen inſtrumento per eum rogata ante condemnationem. nu. 42. licet in futurum non poſſit amplius notariatus officium exercere. num. 43.

Verba futuri temporis regulariter denotant canonem ferendæ ſententiæ. nu. 45. vbi idem de verbo, cadat.

Notarius condemnatus pro quocunque delicto, excepto crimine falſi, cum efficiatur infamis, nõ poſſit in futurum inſtrumenta conficere. nu. 47.

Notarius condemnatus de falſo, dicitur argui de fide rupta. numero 48.

Notario per condemnationem falſi dicitur reuocatum mandatũ conficiendi inſtrumenta. nu. 48.

Notarius condemnatus de falſo commiſſo extra officium, vtputa, quia falſum tulerit teſtimonium, vel quia extraxerit cartas de aliquo libro, non priuatur officio notariatus. nu. 48. in fine.

Barattariæ pœna eſt arbitraria. nu. 52.

Barattaria licet puniatur diuerſis legibus, & diuerſis pœnis, vna tamen ſola pœna ad electionem iudicij imponi poteſt. num. 53.

Iudex, qui corruptus male iudicat, punitur in pœnam confiſcationis bonorum. nu. 54.

Teſtes inſimul examinati, & non ſeparatim vnus ab alio, dicuntur nulliter examinati, & nihil probant. nu. 59. et ſeqq. & nu. 62.

Vbi ampliatur etiam quod plures ſint, & num. 65. vbi quod hoc non remittitur iudicis arbitrio, & de materia in addit. litera a, & nu. 106.

Teſtes deponentes per eundem præmeditatum ſermonem probant, ſi plures ſunt. numero 62. Declara hoc procedere in ciuilibus, ſecus ſi in criminalibus. nu. 63. & vide in addit. litera b.

Contumax an poſſit dicere de nullitate condemnationis contra ipſum latæ, & etiam de nullitate examinis teſtium. num. 66. & 74. & ſeqq. & num. 87. & ſeqq. & nu. 96. & ſeqq. & num. 106.

Teſtes examinati parte non citata, an probent contra contumacem, nu. 66. & ibi in addit. litera d, & nu. 75. & ſeqq. & nu. 89. & nu. 97.

Teſtes deponentes per eũdem præmeditatum ſermonem, an probent. nu. 65. & in addit. litera c.

Deſignatio officij, vel beneficij licet ſit nulla, valet tamen collocatio ſuperioris facta virtute dictæ reſignationis, quia reſignans nõ poteſt dicere de nullitate ſuæ reſignationis, quod an verum ſit, & quando, nu. 69. & ſeq.

Feudum nulliter alienatum ſine conſenſu Domini, non transfertur in emptorem, nu. 70.

Impugnans actum debet reſtituere omne illud, quod ex illo actu acquiſiuit. nu. 71.

Excipi poteſt de iure tertij, quando eſt in totum excluſiuum iuris agentis. nu. 71.

Indicia ſola ad inquirendum ſufficiunt etiam ſine alijs probationibus, ſed quæ, & qualia debeant eſſe talia indicia, nu. 78. & ſeqq. & in addit. litera e, & num. 90. & ſeqq. & nu. 98. & ſeqq.

Concuſſiones, & extorſiones probantur per præſumptiones per teſtes domeſticos familiares, infames, & inhabiles. numero 80.

Teſtes examinati ſine citatione partis, an faciant aliquod indicium, præſumptionem, vel argumentum, num. 81. & in addit. litera f, & nu. 91. & nu. 101. ſeq.

Querela partis non ſufficit ad tranſmittendum inquiſitionem, ſed tantum aperit viam iudici, ad aſſumendum informationes. numero 82. & numero 92. & numero 103.

Fuga officialis induit plenam probationem delictorum contra ipſum nu. 83. & ibi in addit. litera g.

Fuga iunctis adminiculis facit indicium etiam poſt formatam inquiſitionem, numero 103. & ibi in addit. litera h & numero 104.

Confeſſio ex contumacia reſultans, inducit plenam probationem delicti; & licet dicatur ficta confeſſio, ſperatur tamen tantum quantum. nu. 84. & ſeq.

Excommunicatus in contumaciam, an, & quando poſſit dicere de nullitate excommunicationis; nu. 87.

Contumax hodie habetur pro confeſſo, & de generali conſuetudine contra ipſum proceditur ad condemnationem. numero 95.

Diuerſitas caſuum non facit ceſſare diſpoſitionem legis, vel ſtatuti ſine diuerſitate rationis. nu. 97.

Indicia ad torquendum in delictis occultis, & difficilis probationis, leniora ſufficiunt. nu. 100.

Præſumptio eſt minus quam indicium. num. 102. & in addit. litera i.

Indicia duo leuia faciũt vnum indicium graue, ſufficiens ad torturam. nu. 103.

Regula ſi non proſunt ſingula, multa iuuant, procedit, vbi agitur de torquendo reum. numero 103. & in additionibus litera K.

Sententia contumacialis tollitur per contrariam ſententiam. numero 94. & numero 105. vbi declaratur, quomodo hoc procedat.

Condemnatus à primo iudice in pluribus capitibus, & à ſecũdo iudice condemnatus in vno capite tantum, an cenſeatur abſolutus in alijs capitibus, in quibus fuit cõdemnatus à primo iudice. nu. 105. in fi. & nu. 107.

Sententia lata ſine probationibus in criminalibus eſt nulla. numero 106.

Bannitus contumax ſi compareat, an teneatur docere de ſua innocentia. nu. 108. & 109. Vbi pro, et contra. Et in additionibus litera l.

CONSILIVM V.

ADSIT DEVS. Tempore fel. recordationis Pij Papæ V. quidam Franciſcus Burgus Notarius Illuſtriſs. D. Senaroris Vrbis in Curia Capitolij, metum concuſſit cuidam Vetulæ, & pauperrimæ muliérculæ, quæ in ea Curia carcerara habebat filium, & ad Triremes pro quibuſdam delictis deſtinatum; ei dicẽdo, quod Senator volebat illum furca ſuſpendi facere. Et propterea quod pro ſaluãdo ei vitam, opus erat inuenire ſcuta quadraginta, ipſi Senatori tradẽda; & quod hoc modo ipſe procurabit, vt filio prædicto mortis pœna in triremes tranſmutaretur: Aliter autem aſſerebat ſe neſcire inuenire viam, vt non ſuſpenderetur; Quibus verbis commota, & credens miſera mater, dotalem domum, quam ſolam habebat, viliſſimo pretio, (vt citius pecuniam inueniret) vendidit, illudque notario tradidit, ad effectum conſignandi Senatori: Finxit Notarius pecuniam Senatori tradidiſſe, ſed eam pro ſe accepit. Verum carcerato ad triremes tranſmiſſo, & re detecta per Senatorem, qui de

præmiſſis

Digitized by Google

prꝛmiſſis nihil ſciebat, cum notatium in manibus, propter ipſius fugam, habere non potuiſſet, mandauit, ipſum citari, & in contumaciam condē nari, put ſic citatus, & cōdemnatus fuit in pœnam confeſſatorum criminum, exilij, cōfiſcationis, & priuationis officiorum, tritemium, ac etiā vltimi ſupplicij pænis; poſt condē nationem prædictam notatiatū actorum pendē tium vendidit Numæ Pompilio Condopulo. Illuſtriſſimi autē Domini Conſeruatores Vrbis, ad quos collatio notariatus prædicti ſpectabat, & inter quos erat vnus Marcellus Fatinac. I.V.D. & Patet meus, illum Camillo Manfredo contulerunt; Poſt collationem prædictā, Burgus Notarius, credēs ſe ab imputato ctimine liberari, ſponte infra annū, & in vim ſpecialis reſcripti ſignaturæ iuſtitiæ, ſe cōſtituit in manibus Dñi Gubernatoris Vrbis; Qui tandem ipſum examinatum, poſitumque ad largam, cum termino ad dicendū cauſam, quate ſententia contumacialis contra ipſum lata, exequi nō deberet; nihilque ad eius defenſionem quod releuet ꝓbato; ad triremes condē nauit, & tranſmiſit. Hinc orta differentia inter Numan, & Camillum, quorum primus in notariatu prædicto meliora iura ſe habere prætendebat vigore venditionis: Alter verò vigore collationis: cauſaq; poſt longam litem coram alijs iudicibus demum commiſſa, in Rota data fuerunt plura dubia, quorum primum fuit.

Præſuppoſito delicto Franciſci Burgi, prout in ſententia Gubernatoris; an dictus Franciſcus dicatur deliquiſſe in officio in cauſa, & ad effectum, de quo agitur. Quod quidem dubium affirmatiue reſoluendum eſſe reſpondebam. Suppoſito in primis quod delictum (vt clare legitur in ſententia, de qua in puncto, pto quo Franciſcus fuit condemnatus) non aliud fuit, niſi extorſio pecuniæ per concuſſionem facta; Hoc ſtante
1 dicebam ſic. Officialis regulariter ſindicari non poteſt, niſi pro delictis cōmiſſis in officio, & contemplatione officij. Bal. *in l. obſeruare, §. proficiſci, nu. 3. ff. de offic. procon.* Iaſ. *in l. 1. nu.* 10. *C. vt omn. iud. tam ciu. quam milit.* Salyc. *in l. 2. C. vbi de ratiocinijs.* late Patiſ. de Put. *de ſind. tit. de offic. ſind. verbo, Iudices ad ſindicatum, n. 6. & 7. verſ. & dixit Bal. pag. mihi* 23. *Et in uerbo, an ſi poteſtas, num. 23. prope fin. uerſic. ſindicatores non poſſunt, pag. 26. Et in verbo, officialis durante officio, num. 2. prope fin. verſic. officialis tenetur, pag.* 120. Ioſeph. Cumia *in tract. de ſindic. nu.* 8. Sed pro extorſionibus, & concuſſionibus, nedum notarij, verum etiam omnes officiales præſidis ſindicantur, & in eos ſindicatores iuriſdictionem habent, vt notum eſt, & late tradit idem Paris *in uerbo, ſindicantur etiam omnes officiales ſi concuſſionem fecerint, per totum, prag. mihi 41. & ſeqq.* Ergo negari nō poteſt, quin huiuſmodi delicta facta ab officiali, non dicantur facta in officio, & officij contemplatione.

2 Augetur ſecundo loco argumentum, quia officiales durante officio, conueniri tegulariter nō poſſunt, præterquam pro delictis cōmiſſis in officio, & quæ illius priuationem ſecum afferant, ſecundum Paridem de Put. *vbi ſupra, in uerbo, officialis durante officio, num. 3. pag. mihi* 120. Clat. qui de communi, & ſeruata opinione teſtatur, *in pract. crimin. quæſt. 16. uerſic. præterea quæro*; Sed pro extorſionibus, concuſſionibus, & furtis huiuſmodi notarij, & officiales poſſunt etiam duranre officio conueniri, *l. iubemus, C. ad l. Iul. repetund.* Pariſ. & Clar. in loco nuper citato, ergo extorſiones, & concuſſiones factę ab officiali, ſemper dicūtur factæ in officio, & ratione officij. Ita per hanc rationem expreſſe tradit gl. videnda *in l. 1. in l. cæpit, ff. ad l. Iul. repetund.* & Salyc. *in l. iubemus, in ſum. & in prin. illius legis, C. eodem.*

3 Tertio, & magis in ſpecie cōſiderabam, quod extorſionis, & concuſſionis ctimen aliquando committitur ab officiali, & ſic rarione officij; aliqñ etiam à priuato, & ſic ſine officio, ſecundum gl. *in l. 1. in verbo, ablatum, ff. de concuſſio.* Quando concuſſio, & extorſio cōmittitur a ptiuato, tunc dicitut delictum priuatum, nec pōt dici commiſſum in officio, quia officiū non adeſt: Quādo verò cōmittitur ab officiali, & tunc dicitur publicū, & pro eo ſuccedit pœna repetundarū. text. expreſſus *in l. 1. ff. ad l. Iul. repetund.* Pariſ. de Put. *in verbo, an ſi tempore, n. 5. verſ. & omnis officialis, pag.* 106. Pulchre Menoc. *de arbitr. quæſt. caſu 342. nu. 11. lib. 2.* Si pro extotſione facta ab officiali datur pœna tepetundarū, quæ vt noti iutis eſt, vltra alias pęnas, eſt irrogationis infamiæ, & priuationis officij ipſo iure, ad gl. *in l. 2. §. miles, in verbo, ſacramenta, ff. de ijs qui nota, infam.* Bart. *in l. 3. §. hac lege, ff. ad l. Iul. repetun.* Ioan. de Plat. *in l. ſi aliquid, C. de ſuſcep. & Arca. li.* 10. Paul. de Caſt. *in cōſ. 223. col. 3. ver. vlterius, ſecundum antiquam impreſſionē.* Boſſ. *in tit. de offic. corrupt. nu. 6. ver. & in priuatione officij*, vbi de communi: Neceſſario concludē dū eſt, qđ extorſio facta ab officiali dicatur delictū in officio; ſi enim nō eſſet tale, nō veniret pro eo ipſo iure pœna priuationis officij, vt poſt antiquos, quos allegat, optime cōcludit Riminald. iun. *in conſ. 183. nu. 12. li. 2.* vbi de notario falſum committente extra officiū, quod ideo pœna priuationis officij plectendus non veniebat. Et ita per hanc rarionē, quod extorſio facta ab officiali dicatur delictū in officio ex eo quod pro eo ſubintret pœna repetun. expreſſe poſt gl. *in d. l. 3. in uerbo, cæpit, ff. ad l. Iul. repetun.* tradit Salyc. *in d. l. iubemus, in princ. C. eodem.*

4 Quarto generaliter facit, quia ſi officialis cōmittat delictum, quod etiam à priuato committi poteſt, vtputa adulterium cum perſona, quæ coram eo, & cum eius officio nihil agere habet, & tunc non dicitur deliquiſſe in officio, nec tamquam pro delicto in officio potēſt à ſindicatoribus ſindicari; ſecus ſi cum perſona, quę litem coram eo, vel in eius Cutia intereſſe habeat, ſecundum Paridem de Put. *in verbo, iudices ad ſindicatum, numero 6. & 7. Ibi, niſi officialis commiſiſſet adulterium, pag. mihi 23. & in verbo, officialis offenſa, numero 6. prope fin. pag.* 221. Sic in propoſito, licet extorſio pecunię, de qua in ſententia, potuiſſet etiam fieri à priuato, & eo caſu non potuiſſet dici delictum in officio commiſſum, quia tamen mulier illa, quę pecuniam ſoluit, filium carcera-

ceratum habebat in extorquentis manibus,quia erat notarius cauſæ,& tanquam ſcribens acta,& decreta,poterat veriſimiliter ſcire volũtatem Senatoris,quam falſo aſſerebat eſſe,de ſuſpẽdendo dictum eius filium,& vti talis,& cum huiuſmodi ſimulationibus, ac falſis perſuaſionibus extorſit pecuniam; Dubitandum non eſt, quin delictum dici debeat,& in officio,& ratione officij cõmiſſum,prout in propoſito ſupplicatur conſiderari verba ſententię,in quibus ſemper habetur ratio, quod delinquens erat notarius,quod mulier habebat in Curia Capitolij filium carceratum, & quod tanquam notarius metum concutiendo, pecuniam ab eadem muliere extorſit.

5 Vltimo, & magis generaliter ſtringere videtur:nam ille in officio ſuo proprie delinquens dicitur,qui contrarium eius,quod ad ſui officij debitum ſpectat,committit,& perpetratur; Ita videtur feciſſe Burgus noſter, qui cum exiſtens notarius,& oculus iudicis,debuiſſet eidem iudici,& partibus fidelis eſſe,fidelitatemq; quam iurauit, ſeruaſſe,ad not. *in l. ſi quis Decurio.C.de falſ. & in c.ad audientiam,de praeſcrip.* Debuiſſetq; etiã manus mundas habere,ad pariter notata *in auth.vt iud.ſine quo quo ſuffrag.*§.ſi quis aũt,& p D.Soth. *in tract.de iuſt.& iuſt.& iur.li.3.q.6.circa finẽ.* Nec manus mundas habuit, quia ſub falſis aſſertionibus ab illa pauperrima muliere pecunias extorſit;nec iudici fidelis fuit,quia aſſerẽdo,qđ Senator volebat ſcuta quadraginta p liberando carcerato à furca,dicitur Senatorem informaſſe,eique iniuriam intuliſſe, *l. apud labeonem,§. idẽ ait, vbi Bart. & Ang. ff.de iniur.* Par.*in verbo,corruptio, nu.11.in fine,& ſeqq.pag.*104. Vnde quod in officio deliquerit,nullus credo dubitationi locus ſit.

6 Contra prædicta reſpondebat Bernardinus Briſcia famoſiſſimus in Vrbe Aduocatus, ac dicebat,qđ effectus, de quo agitur, eſt, vt propter ſentẽtiam dicatur ille notarius priuatus officio, quod emerat;quod minime permittẽdum eſt, ex illa veriſſima cõcluſione,quod quando notarius deliquit,ſi non deliquit in officio,non eſt priuatus, niſi expreſſe in ſententia priuetur. Ita poſt Odofred.Innoc.& Specul.tradit Ang. *in l. ſi quis ex argentarijs,§.cogẽtur,ff.de eden.* Pau.de Caſt.*in l.quamuis,§.1.nu.1.ff.de ſolut.* Bal.*in l.qui depoſitũ, C.depo.in l.2.§.miles,circa fin.ff. de his,qui not. infa. & in l.& milites,nu.3.verſ. item ſecus. de teſtamen. milit.* Boer.*ſing.verb.notarius,nu.*11.Bar.*cõſ.*174. Nell.*de banniti.quaeſt.51.verſ.4.probatur,& verſic. ſi vero eſt damnatus,cum alijs, de quibus per* Riminal.iun.*conſil.185.num.17.lib.2.& conſil. 168.nu. 4.verſic.ſimiliter,lib.1. & conſil.103. num. 1. circa fin.verſ.ſed ſi foret,lib.*2.de com. Alexan.*in d.§.cogentur,nu.*8.

7 Difficultas ſola remanere videtur,quid quando deliquit in officio;quo caſu multi etiam tunc voluerunt, quod non ſit priuatus, niſi priuetur per ſententiam.Ita enim voluit Spec. *de fide inſtr. §.reſtat.verſ.quod ſi tabellio.cum alijs,de quibus* per Paul.de Caſt.*in d.l.quamuis,§.1.verſ.contrarium. de ſolut.*ſed non eſt opus diſcutere veritatẽ iſtius opinionis, quia hic non deliquit in officio, cum Doct.dicant,quod tunc deliquit in officio,quando illud fecit,vt notarius, & alias non potuiſſet facere,& ideo exemplificant, puta quando fecit inſtrumentũ falſum,ita dicunt Paul.de Caſt.*vbi ſupra.*Alex.Iaſ.& alij *in d.§.cogentur.* Bal.& Nell. *vbi ſup.*Clar.*pract.crim.quaeſt.73.verſ.notarius condemnatus.*Et probatur,quia ſi notarius exigat pecunias indebitas,non eſt delinquere in officio,licet ſit occaſione officij; ideo non incurrit pprie crimen concuſſionis,ſed tenetur ſolum l. Iul. repetund.Ita gl. *in cap. ſtatutum,verſic. not.de reſcr. lib.6.*allegat *l.fin.C.ad l.Iul.repetund.*ſequit Boer. *d.ſing.verſ.notarius,num.*11. & ideo Bald. *in l.2.§. miles,in fi.ff.de his,qui not.infam.* dicit,quod notarius priuatur, quando delictum proprie tangit ſuum officium;exemplificando,quando fecit falſum inſtrumentum,& ita exemplificant omnes, & præſertim Bart. *d.conſ.*174. & ſic iſta eſt communis opinio.

8 Verum ad præmiſſa replicabã,non eſſe verum in facto aſſumptum, quod ſcilicet delictum per Burgum perpetratum, poterat etiam per alium extraneũ perpetrari;quoniã,niſi fuiſſet notarius cauſæ,qđ veriſimiliter poterat mentem Senatoris,& ſecreta cauſæ ſcire,ei mulier illa non credidiſſet,præſertim poſt factũ decretum de trãſmittendo filiũ ad triremes;quo caſu non erat veriſimile,qđ Senator voluiſſet mutato decreto,eundẽ filium mãdare ſuſpendi;& cõſequenter pecuniã illã,niſi fuiſſet notarius,non extorſiſſet. Vnde cũ interuenerit occaſio,& color ſui officij notariatus,ſcilicet delictumque fuerit cõmiſſum cũ priuata litem habente in eius officio, neceſſario ſequitur delictum factum in officio , ad trad. per Parid.& Clarum *loc.praecit.*

9 Quod tũc proprie dicatur delictum commiſſum in officio,quando notarius conficit falſum inſtrumentum,ad Alex.Iaſ.Angel.& alios ex aduerſo allegatos,nos non negamus.At quod non alio modo notarius dicatur in officio delinquere,nec Doctor.prędicti id dicunt,nec dicere poſſunt,quia non eſt verũ:vbicumque enim aliquis de cohorte Præſidis pecuniam extorquet à priuato,dicitur delinquere in officio. Text.expreſſ. *iun.glo.in verb.coepit,in l.1.ff.ad l.Iul.repetun.* & de notario conficiente falſa inſtrumenta, Doctor. prædicti ponunt pro exemplo; exempla autem non reſtringunt regulam, loquunturque ijdem Doct. in notario nullam habente dignitatem, ſed ſolum poteſtatem conficiendi inſtrumenta; ideo non eſt mirum,ſi non alio modo,quàm falſa fabricando inſtrumenta,delinquere in officio dicatur,quia non in alio eorum officium verſatur.Nos autem ſumus in notario habente dignitatem,& ad bancum iuris,quem alio modo poſſe delinquere,dubitandum non eſt.

10 Ad gloſ. *in cap. ſtatutum. de reſcript. in* 6. Reſpondetur , quod nihil dicit de delicto in officio, vel extra officium commiſſo; Et tamen in eo quod ſolum modo aſſerit , notarium , qui in exigendo ſalarium,vt plurimum,metas rationis excedit , committere crimen quaſi concuſſionis ratione officij : glo. non dicit , illum commit-

tere

Digitized by Google

tere crimen concuſſionis, quia in exactionibus nullus fuit concuſſus metus verbis, aut facto; ſed tantummodo interuenit authoritas officij, quæ ſola in debitis exactionibus, non concuſſionem, ſed quaſi cõcuſſionẽ inducit, vt ibi per eum; nec nos id negamus; ceſsãte enim cõcuſſione metus, ſola authoritas officij non ſufficit, ad inducendũ crimen concuſſionis, quæ aliud non eſt, niſi quædam inflicta intimoratio, vt dicunt Odofred. *in l. iubemus, C. ad l. Iul. repetun. l. ſi quis concuſſerit, & ibi gl. C. ad l.* Iul. *de vi.* Bart. *in l. 1. C. de Nauicula. li.* 11. Non ſic eſt in caſu noſtro, in quo vltra occaſionem, & authoritatem officij, Notarius dixit illi mulieri, quod niſi daret ſcuta quadraginta Senatori, Senator volebat facere illum ſuſpendere. Vnde interueniente illatione metus, & authoritate officij, quin delictum ſit commiſſum in officio, dubitandum non eſt.

Deciſio in prædicta cauſa Notariatus, & in primo præpoſito dubio, Veneris, 14. Octobris, 1585.
Coram D. Cantucio.

11 Domini tenuerunt, Franciſcum Burgum deliquiſſe in officio, quia cum eſſet notarius cauſarum criminalium Curiæ Capitolij, & per conſequens actuarius cauſæ criminalis, quam Mutius de Ferrarijs habebat coram Senatore; & veriſimiliter poſſet ſcire mentem eiuſdem Senatoris, non potuit, niſi tanquam notarius criminalium Curiæ Capitolinæ, & actuarius illius cauſæ, & ſic ratione, vel occaſione, vel calore officij perſuadere matri, vel fratribus dicti Mutij, quod dictus Senator, non obſtãte decreto iam facto, intendebat facere eundem Mutium furcis ſuſpendi, niſi pecuniæ ſoluerentur; quibus auditis mater dicti Mutij metu concuſſa, domunculã ſuam dotalẽ viliori pretio vendidit, & dicto Franciſco ſcuta quadraginta tradidit; ſi enim dictus Franciſcus non fuiſſet notarius cauſarum criminaliũ Curiæ Capitolinæ, & actuarius illius cauſæ, mater dicti Mutij ei non crediſſet; ex eo enim dũtaxat credidit, quia erat Notarius criminalis Curiæ Capitolij, & actuarius cauſę criminalis Filij, ita vt veriſimiliter ſciret mentẽ iudicis, & ſic credidit, & metu concuſſa fuit, contemplatione, & fauore officij. Vnde intrant tradita per Parid. de Put. *de ſind. ti. iudices ad ſindicatum qui ſint, c. 1. nu. 8. verſ. & dixit, pag. mihi* 129. *& in uerb. officialis offenſa, nu. 6. uerſ. niſi adulteraſſet, fol.* 350. vbi poſt Guliel. de Cune. *in l. nulli. ff. quor. appellat. non recip.* & Bal. *in l. 2. in fi. C. ubi de ratiocin.* firmat, officialem directe delinquere, officium exercendo, qñ delinquit fauore, vel prætextu, vel contẽplatione, vel calore officij, & idem qđ Bal. tenet Salyc. *in d. l. 2. C. ubi de ratiocin.* Et qđ officialis dicatur delinquere in exercitio officij, qñ auctoritas officij eſt in cauſa, vt delinquat, latè deducit Proſper Carau. *ſuper rit. mag. cur. tit. 49. col. fin. uerſ. unum tamen aduerte.* & hoc idem ſentit Bart. *conſil.* 174. *nu. 4. in fi.* vbi vult, notarium delinquere in officio, quando tanquam notarius, & non tanquam alius ſimplex, delinquit.

12 Non obſtat quod notarius dicitur delinquere in officio, quando conficit falſum inſtrumentũ, Ang. Alexan. Iaſ. & Iacobin. *in l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur, ff. de eden.* Paul. Caſt. *in l. quamuis, §. 1. ff. de ſolut.* Quia Bart. nõ loquitur reſtrictiue, ſed exemplificatiue; & non negant, quin notarius poſſit delinquere in officio alio modo, quã vltra confectionem inſtrumenti falſi.

13 Non obſtat, quod notarius tunc dicatur delinquere in officio, quando delictum proprie tãgit officium, ſecũdum Bal. *in l. 2. §. miles. poſt med. ff. de his, qui not. infam.* quia delictum in caſu noſtro proprie tangit officium, cum calor, & authoritas officij fuerit in cauſa, vt notarius deliquerit in his, quæ ſupra diximus.

14 Non obſtat quod ſit differentia, an notarius delinquat in officio, vel occaſione, fauore, calore, & authoritate officij, Tiraq. *ceſſ. cauſ. limi. 13. nu. 5. cum ſeqq.* Quia Tiraq. loquitur de differentijs inter cauſam, & occaſionẽ, & contrariũ ſentiũt Doct. præc. maxime Bert. *conſ. 174. n. 4. in fi. ibi, notarius fuit condemnatus de falſo non commiſſo in officio, nec in eo quod tanquam notario eſſet ſibi cõmiſſum,* & bene Bal. & Saly. *in d. l. 2. C. ubi de ratiocin.* Volentes, ſindicum poteſtatis nõ poſſe eum ſindicare de his, quæ non geſſit in officio, æquiparantes geſtis contemplatione officij.

15 Non obſtat quod dicit gl. *in c. ſtatutum, verſ. in verbo, metus de reſcr.* Boer. *in ſuis ſing. in verbo, notarius, nu. 21.* quia ideo ibi notarius non dicitur cõmittere crimẽ cõcuſſionis, ſed quaſi, quia in exigendo ſalarium meta rõnis excedebat; & ſic non exigebat pecunias in totũ indebitas, ſed partim debitas ratione ſalarij, & partim indebitas ratione exceſſus; & ideo gl. dicit, qđ exigere ratione officij vltra debitum, eſt quaſi crimen cõcuſſionis.

16 Secũdum in eadem cauſa fuit datum dubium. Præſuppoſito, quod Burgus deliquerit in officio, vt in proxime relata deciſione, & quod ſine veri præiudicio officium ſit venale; An dicatur ipſo iure priuatus officio in caſu, & ad effectum, de quo agitur? Et in hoc Robertus Lancellotus Excellentiſs. Iuris Conſultus Peruſinus, negatiue reſpondendum eſſe dicebat. Primo, quia non habemus legem volentem, vt delinquens in officio ſit ipſo iure priuatus, vt bene cõſiderat Capic. *deciſ. 121. ſub num. 23. uer. in caſu noſtro non reperio,* & quia etiam quoad priuationes inducendas, regulariter requiritur ſententia priuatoria, ad not. *in cap. 1. de feud. ſine culp. non amitten. & in c. Imperialem, §. callidis, de prohib. feu. alien. per Feder.* ita in dubio verba legis interpretanda ſunt, vt potius importent canonem ferendæ, quam latæ ſententiæ, ad not. *in cap. 1. ubi Franc. de reg. iur. in 6.* late Tiraq. *in l. ſi unquam, in uerb. reuertatur, nu. 246. C. de re. don.*

17 Secundo, quia imò habemus quàm plurimas Doct. auctoritates, quæ in priuatione officij notariatus, de quo agimus, in indiuiduo dicunt, quod non ſit priuatio, niſi ſit condemnatus per ſententiam. Specul. *in tit. de inſtr. edit. §. reſtat, ſub numero* 23. Innoc. *in cap. fraternitatis, in gloſ. damnetur. ibi, ſi tamen perſona publica accuſata, & condemnata fuerit de falſo, extra de hæret.* Bald.

in

in l.iubemus,§.ſane,nu.2.C.de Sacroſan.Eccl. Paul. de Caſt.in l.quamuis,§.1.ſub num.20.ff.de ſol.Bal. in l.ſi quis,ſub num.2.C.ad l.Corne. de falſ. quem ſequitur Pariſ.de Pur.in tract.de ſindic.in verb. officium.c.1.nu.2.fol.151.Iaſ.poſt Bald.ibi,in l.Barbarius,ſub nu.58.verſ.ſecunda limitatio,ff.de offic.præſid.Doct.in l.ſi quis ex argentarijs,§.cogentur,ff.de eden.& ibi Bart.nu.2.dum ſequitur Innoc.in d.c. fraternitatis.Alexan.nu.6.Iaſ.nu.17.Iacob.de S. Georg.num.14.Paul.de Caſt.conſil.168.ſuper 1. ſub nu.4.lib.1.& conſ.180.ſuper eo quod ſub nu.20. verſ.ſi vero eſt officium.eo lib.Afflict.ſuper conſt.Iudices,nu.8.de elect.offic.Boer.in ſing.in verb. Notarius,num.2. Iul. Clar. in pract.crim.q.73.Notarius condemnatus.

18 Quod ex eo etiam comprobatur, quod alias dr, quod quando Notarius eſt bannitus de falſo, tunc notariatus officium ſtat, & retinetur in ſuſpēſo potius quam tollatur;aliud eſt enim poteſtatem eradicare, aliud exercitium prohibere, inquit Bald.in l.in exercendis,ſub nu.8.C.de fide inſtr.Bar.in l.& ideo,ff.de euictio. Et ratio prædictorum eſt,quia vt inquit Bald.in l.ſi quis,num.33.C. vnde vi,delictum non eſt modus priuandi aliquē ſuo dominio ipſo iure, niſi in caſibus in iure expreſſis, inter quos iſte non reperitur. Imò in eo contrarium exprimitur, quod ſcilicet officium non perditur propter maleficium, niſi poſt ſententiam,vt ſupra dictum eſt.

19 Quia quod Notarius delinquens in officio, quia falſum commiſit, non priuetur officio antequam per ſententiā fuit cōdemnatus de falſo, habemus plures Doct.atteſtantes de communi, videlicet,Alexan. in d.§.cogentur,numero 6. Clar. d.quæſt.73.verſic.notarius,numero 51. vnde ab huiuſmodi commu. opin.in dubio non eſt recedēdum,iuribus vulgaribus. Et licet nonnulli ex ſupra allegatis, ſimpliciter loquantur de ſentētia, nō diſtinguentes, an ſufficiat ſola cōdemnatoria delicti, vel requiratur etiā priuatoria officij; Maior tamen pars ſentit, quod requiratur priuatoria de notario depoſito: ſi enim ſufficeret ſola condemnatoria,non loquerētur de notario depoſito. De eo autem loquuntur Odofred. in l. ſi quis ex argentarijs,§.cogentur.ad fin.verſic.niſi eſſet depoſitus,& de cætero non conficeret inſtrumenta, ff. de eden.Bal. in l.11.num. 2. verſic. poſtea deponatur ab officio,C.de vend.libert.& in cap. gratum,ſub nu. 4.de poſtul.præl.Paul.de Caſt.conſ.168.ſub num.4. lib.1. Et illi, qui aperte dicunt, eum eſſe priuandum,vt ſunt Bald.in l.Caſſius,num.3.in fi.ff.de Senat.debent intelligi per ſententiam,non ipſo facto, & in l. iubemus,§.ſane,num.2. C.de Sacroſan. Eccl. vbi quod quamdiu non priuatur per ſententiam,retinet officium,& exercitium officij,& in l.11.ſub num.2.verſic.quidam vero ſunt.ibi,exauctoratus per ſententiam,C.de manumiſſ.vindi. & in l.2.§.miles.ad fin.ibi,donec ipſo officio notariatus priuetur,ff.de his qui not.infam. Nell. in tract. de bannit.in 1.par.2.temporis, quæſt. 51. verſic. tunc quicquid dixit Bart.in l.ſi aliquid,fol.202. Quod etiam eſt de mente Paul.de Caſt. in conſ. 168. ſub nu.4. ibi,ſed antequam ſit priuatus notarius, poteſt inſtrumenta conficere,lib.1.& melius,conſil. 180. ſuper eo quod,ſub nu.2.verſ.ſi vero officium,eod.lib. vbi ſubdit,quod ſi fuit lata ſentētia ſolū ſuper crimine, non autem priuatoria officij; vt hic, tunc etiam ſi ex ſententia incurrerit infamiā,per hoc tamen notarius non prohibetur conficere inſtrumēta, & conſequenter nō dicitur priuatus officio, qui eſt caſus noſter, & Franc. Marc. deciſ.299.lib. 2. vbi loquens de notario, qui falſum commiſit in officio, dicit, quod fuit condemnatus ad priuationem officij Tabellionatus.

20 Addebat alter Aduocatus,quod pœna priuationis ipſo iure nunq̄ incurritur, niſi ſit iure expreſſa,gl.in c.fin.de iure patron. Innocen.in c.bonæ, il 2.col.fin.de elect.Abb.in c.fin.nu.6. de cler.non reſid.Dec.poſt alios,in c.2.ſub nu.3.ver. & pro hoc facit.de reſcrip.Tiraq.in l.ſi vnquam,in verb. reuertatur,nu.244.C.de reuocan.don.Bero.cōſ.115.nu.45. lib.1.In caſu vero noſtro,cum ex aduerſo non adducatur conſtitutio,ſeu lex aliqua, quæ hoc expreſſe dicat, nec talem legem in iure reperiri, teſtetur Capic.deciſ.121.ſub num.73.verſic.in caſu noſtro non reperio. merito negatiue eſt concludendum.

21 Addebat ſecundo,quod iura,quę volūt,quod delinquens in officio nō poſſit amplius illud officium exercere, loquūtur clare; nempe, quando officialis fuerat eo priuatus,vt eſt text. in l.Iudices,C.de dignit. lib. 12.ibi, ablatis codicillorum inſignibus,& tex.in l.ſi quis,C.de offic.præfect.Prat.ibi, ſublimitas tua inutiles eſſe repereris, ijs ab adminiſtratione remotis,& in vicem eorum alijs,&c. & tex. in l.ſi quod.C.de ſuſcept.& arca.lib.10.qui ēt loquitur,poſtquam officialis fuit officio depoſitus,vt inquit ibi gloſ. præterquam quod, etiam quod verba dictorum iurium non eſſent ita clara, adhuc tamen in dubio deberent importare potius canonem ferendæ ſententiæ, quam latæ. Franc. in cap.cupientes,§.ſi vero,in verb.priuentur. de elect. in 6.Alexan.conſil.103.ſub num.22.verſic.item poſito,lib.1.Dec.conſil.66.ſub num.2.verſic.& ſic præſupponitur.Tiraq.in d.l.ſi vnquam,in verbo, reuertatur,num.246.

22 Addebat tertio in terminis,quod notarius delinquens,nō ſit ipſo iure illo priuatus, ſed quod requiratur ſententia,Alexand.poſt alios,qui de communi teſtatur,in l.ſi quis ex argentarijs.§.cogētur,nu.6.ff.de eden.Boer. in ſing.in verb. Notarius, nu.11.& hāc dicit communem Clar. in fin.quæſt. 73.verſ.notarius condemnatus. Et quod iſto caſu non ſufficit ſola ſententia condemnatoria delicti, ſed quod, ſi in ea non fuerit facta mentio de priuatione officij,ſit neceſſaria particularis ſententia priuatoria,voluerunt Bal.in l.& militibus, ſub nu.3.verſ.nam ex hoc non eſt priuatus ipſo iure, C.de milit.teſtam.Innoc. in c.fraternitatis, in verb. damnatur,de hæret.Spec.in tit.de inſt.edit.§.reſtat, ſub n.33.prope fin.ver.dic quod donec.Pau.de Caſt. qui ſupradictos refert,& ſequitur,in l.quamuis,§. 1.ſub nu.2.verſ.contrarium tamen,ff.de ſolut. idem Caſt.conſ.168.nu.4.lib.1.Bart.conſ.264.ſub nu.6. in fi.Nell.in tract.de bannit.in 1.p.2.temp.q.51.ver. 4.probatur.

Præ-

23 Præmiſſis nõ obſtantibus, ego, qui contra venditionẽ officij factã a Notario, & ad fauorẽ collationis factæ per patrẽ meum, cõſulebã, dicebã, negari nõ poſſe, qu in delinquẽs in officio ſit priuatus officio, in quo deliquit: id enim clare probat tex. in l. ſi aliquid & ibi communiter omnes, C. de ſuſcept. & archar. lib. 10. & in l. iudices, vbi etiam Doct. C. de dignit. lib. 12. Capic. deciſ. 121. in tertio dubio. Dec. in c. vt noſtrum, nu. 4. extra de appell. ſed an ſit priuatus ipſo iure, vt in dubio, an vero requiratur ſententia priuationis, Capic. in d. deciſ. 121. multa in vtramque partem deducit; & referens vltimo loco eam opinionem, quæ ſententiã expoſcit, in fine tamẽ deciſionis nihil ſuper hoc dubio fuiſſe reſolutum, concludit: ſed veritas eſt, quod notarius delinquẽs in officio, ipſo iure ſtatim, quod de tali delicto eſt cõdemnatus, dicitur officio Tabellionatus priuatus; nec poteſt amplius illud exercere, etiam quod in ſententia non ſit expreſſe priuatus. Bald. in l. & ſi militibus, nu. 3. C. de teſtam. milit. & melius in l. in exercendis, num. 21. verſ. ſed Bar. dicit, C. de fide inſtr. Caſt. cõſ. 203. in prin. ſecundum antiquam impreſſionem. Pariſ. de Put. de ſind. in verb. Barattaria, nu. 2. in fin. Doct. in cap. fraternitatis, vbi præſertim Innoc. nu. 1. in fin. & Anan. nu. 8. verſ. quandoque deliquit in officio, extra de hæret. Et in l. ſi quis ex argentarijs, §. cogentur, vbi præcipue Ang. nu. 2. Alex. nu. 6. Caſt. nu. 3. Iaſ. num. 12. & horum aliqui teſtantur de communi, ff. de eden. Io. de Plat. in l. 1. C. de immun. conced. nu. 2. lib. 10. & in d. l. ſi aliquid, C. de ſuſcep. eod. lib. Aluar. conſil. crimin. diuer. 67. nu. 10. vol. 1. in paruis. Tiraq. de pœn. temp. cauſ. 58. nu. 7. & 8. Clar. in pract. q. 73. verſ. notarius. Fran. Marc. deciſ. 299. nu. 2. par. 2. vbi pariter de commu. & deciſ. 668. nu. 1. & 2. par. 1.

24 Et licet præfati Doct. requirant etiã condemnationem, & ſic ſententiam, intelligunt tamen, non de ſententia priuationis, & incurſus pœnarũ, ſed de declaratoria delicti, prout expreſſe poſt alios declarat Bal. in d. l. in exercendis, & Caſtren. d. conſil. 203. Quia etiam in pœnis impoſitis ipſo iure, declaratoria delicti requiritur, vt notãt omnes in cap. cum ſecundum. de hæret. in cap. fœlicis. de pœn. in 6. & in cap. Rodulphus, vbi late Fely. extra de reſcr. quæ quidem declaratoria delicti in caſu noſtro non eſt illa, in qua D. Gubernator Burgum ad triremes condemnauit.

25 Vnde ſtante prædicta cõmuni Doctorum opinione, licet non eſſet vlterius quærendum, adhuc tamen dicitur, quod tex. in d. l. ſi aliquid, per omnes ad id allegatus, apertiſſime illam probat. Primo, quia pęna iuriſdictionis prohibitiua, prout videtur eſſe priuatio officij, de qua in d. l. ſi aliquid, ſemper intelligitur impoſita ipſo iure. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. reuertatur, num. 20. C. de reuoc. dona. Secundo, quia verba d. l. ſi aliquid, ſunt directa in partem, & non in iudicem. Tiraq. ibid. num. 61. Tertio, quia eadem lex vtitur dictione, Rurſus, quæ videtur ſimilis dictioni, vlterius, prout ipſo iure. Tiraq. ibid. nu. 129. Quarto, quia illa verba, officium gerat, de quibus in text. præcedente vniuerſali negatiua, Nemo eorum, &c. habent de ſui natura annexã priuationem, ideo ipſo iure, & non medio ſententię priuant. Tiraq. ibidem, num. 179.

Præterea conſidero, quod Burgus ob concuſ-
26 ſionem in officio commiſſam, incidit in pœnam, l. Iul. repetun. vbicumque enim officialis, vel eius miniſter, aut domeſticus pecuniam extorquet, pœna repetundarum plectitur. text. expreſſus in l. 1. ff. ad l. Iul. repetund. Pariſ. de Put. in verb. Barattaria, in prin. & in verb. corruptio. cap. 3. poſt nu. 6. & in ver. ſindicantur etiam officiales habentes officium publicum, nu. 1. in fi. & in ver. an ſi poteſtas, num. 25. Menoch. de arbitr. quæſt. caſu 342. nu. 11. ſed ſic eſt quod damnatus de crimine repetũdarum, quod publicum eſt, ipſo iure efficitur infamis, l. 2. de ijs, qui not. infam. Menoch. d. caſ. 342. nu. 12. Ergo ipſo iure incurrit priuationem officii. Bald. in auth. habita, C. ne fil. pro patre. Capic. d. deciſ. 21. nu. 23. in fi. vbi expreſſe dixerunt, quod quãdo delinquens in officio incurrit infamiam ipſo iure, tunc etiam ipſo iure incurrit priuationem officii; & eſt ratio, quia per incompatibilitatem ſtatus ſemper priuatio ipſo iure inducitur. Bal. in c. 1. §. qui clericus. in princ. ſi de feu. fuer. controu. inter domin. & agnat. Fely. in c. Rodulphus, nu. 29. de reſcript. Tiraq. de reuoc. don. d. verb. reuertatur, nu. 65.

27 Quod enim infamia ſit incompatibilis notario ad bancum iuris, licet ſecus forſan ſit in ſimplici notario, tradit Bar. in l. 3. §. hac lege, num. 4. ff. ad l. Iul. repetund. Aretin. in §. quibus. inſtit. de cap. dimin. Aluar. d. conſil. crim. diuer. 67. nu. 14. ſeqq. li. 1. in paruis. Anan. in d. c. fraternitatis, nu. 8. & ibid. Fely. nu. 7. de hæret. Ioan. de Plat. in d. l. 1. n. 2. C. de immun. nemin. conceden. & in d. l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. lib. 10. Caſt. in l. & militibus, nu. 5. C. de milit. teſtam. Alex. conſi. 80. nu. 3. lib. 2. Rolan. conſil. 87. nu. 5. & ſeqq. lib. 3. Et propterea, quod officialis, ſeu eius miniſtri, vel domeſtici per Barattariam extorquentes pecunias tanquam rei criminis repetundarum ipſo iure ſint officio priuati, expreſſe traditur per Bald. in l. quoties, §. ſed & ſi conditionẽ, nu. 2. ff. de hæred. inſtit. Pariſ. de Put. dicto uerb. Barattaria, n. 1. & 2. Quod igitur notarius in officio delinquens, ipſo iure ſit officio priuatus, & lege, & ratione, & authoritatibus demonſtratur.

28 Et quod notarius declaratus deliquiſſe in officio, ſit eo ipſo abſque alia priuatione officio notariarus priuatus, vltra allegatos renuerunt Bal. in c. cum ſecundum leges. de hæret. in 6. prout illum refert, & ſequitur Barba. in addit. ad eundem Bald. in l. iubemus, §. ſane, litera c, & litera n, C. de Sacroſ. Eccleſ. Iacobin. de S. Georg. in l. ſi quis ex argentarijs, num. 13. ff. de eden. Bonacoſſ. qui de commun. teſtatur, in prima parte ſuarum commun. opinio. crimin. pag. 119. colum. 2. uerſic. fin. incip. notarius condemnatus.

29 Licet ergo Odofred. in d. §. cogentur. Bald. ſibi contrarius. in l. Caſſius, num. 1. ſeqq. ff. de Senator. & in d. l. iubemus, §. ſanè. num. 6. C. de Sacroſ. Eccleſ. Specul. in tit. de inſtrumen. edi. §. reſtat, num. 33. in fi. uerſic. quod ſi tabellio. Nell. in tractat. de bannit. 1. par. ſecundi temp. q. 51. num. 51. Foller. in practic. crim. uerb. banniantur, num. 39. & alii forſan pauci, contrarium, quod ſcilicet expreſſa priuatio

requiratur, ſenſiſſe videantur, eorum tamen opinio non eſt attendenda, tanquam ſingularis, & contra communem, prout de communi vltra Bonacoſſ. vbi ſupra, teſtautur etiã Alex. Iaſ. Clar. & Fran. Marc. in locis per alium ſcribentem citatis.

30 Non obſtat dicere, qđ licet ſit priuatus exercitio, prout de exercitio, poſt gl. *in authen. de arm. in fi. in verb. ſolicitudine*, videnť ēt loqui Doct. in materia ſcribentes, non tamen eſt priuatus proprietate ipſius officij; quod cũ venale ſit, ſumuſq; in caſu, in quo non venit confiſcatio bonorum, nõ prohibetur notarius delinquens illud alteri vendere, & pretiũ recipere, licet illud exercere prohibitus fuit. Nã rñdetur, quod nemo eſt, qui dicat, qđ iſto caſu notarius priuetur exercitio, ſed non officio, vel eius proprietate, vt ex aduerſo ſupponitur, & licet gloſ. *in d. auth. de armis*, & alij aliqui Doct. dicant, quod priuatur exercitio, vel quod non poteſt exercere officium, & ſimilia, nõ tñ dicunt, quod non priuetur proprietate, ſeu titulo officij, vt ex aduerſo pretenditur; Nec per hoc ex eorum dictis ſumenda eſt argumentatio, quod tacite contrarium voluerint in proprietate, & titulo, quia in dictis glo. & Doct. non licet ſumere argumentũ à cõtratio ſenſu. Euerar. *in loc. à contrario ſenſu, prope fi.* Oſaſc. *deciſ. Pedem. 58. nu. 3.*

31 Et quod hoc ſit verum, patet, quia plures ſunt Doctores, qui expreſſe dicũt, quod iſto caſu notarius priuatur officio Tabellionatus, vt videre eſt apud Iaſ. & Alex. *in d. l. ſi quis ex argentarijs, §. cogentur, ff. de eden.* Clar. qui refert Alex. *in quaſt. 73. verſ. Notarius.* Bonacoſſa, qui referr Clarum, *in commun. opin. d. pag. 119. verſ. fin.* Anan. *in c. fraternitatis, ſub nu. 8. extra de heret.* Bal. *in l. & ſi militibus, nu. 3. C. de teſtam. milit. & in l. in exercendis, C. de fide inſtrum.* vbi quod perdit authoritatem tabellionatus. Franc. Marc. *deciſ. 299. nu. 2. par. 2. & deciſ. 668. nu. 1. & 2. parte 1.* vbi quod perdit officia, & honores. Appellatione aũt officij, quod veniat tantummodo exercitium officij, nõ autem titulus, vel proprietas, iure nõ probatur. Et licet ex præfatis Doctoribus aliqui facta generali concluſione, quod notarius delinquens in officio ſit priuatus officio Tabellionatus, ſubdant etiã ſubſequenter, quod non poteſt amplius inſtrumenta conficere, & ſic notariatum exercere, prout in ſpecie dixit Alex. *in d. §. cogentur, nu. 6.* non tamen loquuntur reſtrictiue, ſed illatiue, quia dubium non eſt, quod ſi eſt priuatus officio tabellionatus, eſt etiam priuatus authoritate conficiendi inſtrumenta, & ſic exercitio.

19 Quia quod Notarius delinquens in officio, quia falſum commiſit, non priuetur officio antequam per ſententiā fuit cōdemnatus de falſo, habemus plures Doct.atteſtantes de communi, videlicet, Alexan. in d.§.cogentur,numero 6. Clar. d.quæſt.73.verſic.notarius,numero 51. vnde ab huiuſmodi commu. opin.in dubio non eſt recedēdum,iuribus vulgaribus. Et licet nonnulli ex ſupra allegatis, ſimpliciter loquantur de ſentētia, nō diſtinguentes, an ſufficiat ſola cōdemnatoria delicti, vel requiratur etiā priuatoria officij; Maior tamen pars ſentit, quod requiratur priuatoria de notario depoſito:ſi enim ſufficeret ſola condemnatoria,non loquerētur de notario depoſito. De eo autem loquuntur Odofred. in l.ſi quis ex argentarijs,§.cogentur.ad fin.verſic.niſi eſſet depoſitus,& de cætero non conficeret inſtrumenta,ff.de eden.Bal. in l.11.num. 2. verſic. poſtea deponitur ab officio,C.de vend.libert.& in cap.gratum,ſub nu.4.de poſtul.præl.Paul.de Caſt.conſ.168.ſub num.4.lib.1. Et illi, qui aperte dicunt, eum eſſe priuandum,vt ſunt Bald.in l.Caſſius,num.3.in fi.ff.de Senat.debent intelligi per ſententiam,non ipſo facto, & in l.iubemus,§.ſane,num.2.C.de Sacroſan.Eccl. vbi quod quamdiu non priuatur per ſententiam,retinet officium,& exercitium officij,& in l.11.ſub num.2.verſic.quidam vero ſunt.ibi,exauctoratus per ſententiam,C.de manumiſſi.vindi.& in l.2.§.miles.ad fin.ibi,donec ipſo officio notariatus priuetur,ff.de his qui not.infam.Nell.in tract. de bannit.in 1.par.2.temporis, quæſt.51.verſic.tunc quicquid dixit Bart.in l.ſi aliquid,fol.202.Quod etiam eſt de mente Paul.de Caſt.in conſ.168.ſub nu.4.ibi,ſed antequam ſit priuatus notarius, poteſt inſtrumenta conficere,lib.1.& melius,conſil.180.ſuper eo quod,ſub nu.2.verſ.ſi vero officium,eod.lib. vbi ſubdit,quod ſi fuit lata ſentētia ſolū ſuper crimine, non autem priuatoria officij; vt hic, tunc etiam ſi ex ſententia incurrerit infamiā,per hoc tamen notarius non prohibetur conficere inſtrumēta, & conſequenter nō dicitur priuatus officio, qui eſt caſus noſter, & Franc. Marc. deciſ.299.lib.2. vbi loquens de notario, qui falſum commiſit in officio, dicit, quod fuit condemnatus ad priuationem officij Tabellionatus.

20 Addebat alter Aduocatus,quod pœna priuationis ipſo iure nunq̄ incurritur, niſi ſit iure expreſſa,gl.in c.fin.de iure patron.Innocen.in c.bonæ,il 2.col.fin.de elect.Abb.in c.fin.nu.6.de cler.non reſid.Dec.poſt alios,in c.2.ſub nu.3.ver.& pro hoc facit.de reſcrip.Tiraq.in l.ſi unquam,in verb.reuertatur,nu.244.C.de reuocan.don.Bero.cōſ.115.nu.45.lib.1.In caſu vero noſtro,cum exaduerſo non adducatur conſtitutio,ſeu lex aliqua, quæ hoc expreſſe dicat, nec talem legem in iure reperiri, teſtetur Capic.deciſ.121.ſub num.73.verſic.in caſu noſtro non reperio. merito negatiue eſt concludendum.

21 Addebat ſecundo,quod iura,quę volūt,quod delinquens in officio nō poſſit amplius illud officium exercere,loquūtur clare; nempe, quando officialis fuerat eo priuatus,vt eſt text.in l.Iudices,C.de dignit.lib.12.ibi, ablatis codicillorum inſignibus,& tex.in l.ſi quis,C.de offic.præfect.Prat.ibi, ſublimitas tua inutiles eſſe repererit, ijs ab adminiſtratione remotis,& in vicem eorum alijs,&c. & tex. in l.ſi quod.C.de ſuſcept.& arca.lib.10.qui ēt loquitur,poſtquam officialis fuit officio depoſitus,vt inquit ibi gloſ. præterquam quod, etiam quod verba dictorum iurium non eſſent ita clara, adhuc tamen in dubio deberent importare potius canonem ferendæ ſententiæ, quam latæ. Franc. in cap.cupientes,§.ſi vero,in verb.priuentur.de elect.in 6.Alexan.conſil.103.ſub num.22.verſic.item poſito,lib.1.Dec.conſil.66.ſub num.2.verſic.& ſic præſupponitur.Tiraq.in d.l.ſi vnquam,in verbo, reuertatur,num.246.

22 Addebat tertio in terminis,quod notarius delinquens,nō ſit ipſo iure illo priuatus, ſed quod requiratur ſententia,Alexand.poſt alios,qui de communi teſtatur,in l.ſi quis ex argentarijs.§.cogētur,nu.6.ff.de eden.Boer. in ſing.in verb. Notarius,nu.11.& hācdicit communem Clar. in fin.quæſt.73.verſ.notarius condemnatus. Et quod iſto caſu non ſufficit ſola ſententia condemnatoria delicti, ſed quod, ſi in ea non fuerit facta mentio de priuatione officij,ſit neceſſaria particularis ſententia priuatoria,voluerunt Bal.in l.& militibus,ſub nu.3.verſ.nam ex hoc non eſt priuatus ipſo iure,C.de milit.teſtam.Innoc.in c.fraternitatis,in verb.damnatur,de hæret.Spec.in tit.de inſt.edit.§.reſtat,ſub n.33.prope fin.ver.dic quod donec.Pau.de Caſt. qui ſupradictos refert,& ſequitur,in l.quamuis,§.1.ſub nu.2.verſ.contrarium tamen,ff.de ſolut. idem Caſt.conſ.168.nu.4.lib.1.Bart.conſ.264.ſub nu.6.in fi.Nell.in tract.de bannit.in 1.p.2.temp.q.51.ver.4.probatur..

Præ-

Digitized by Google

23 Præmiſſis nõ obſtantibus, ego, qui contra venditionẽ officij factã a Notario, & ad fauorẽ collationis factæ per patrẽ meum, cõſulebã, dicebã, negari nõ poſſe, qu in delinquẽs in officio ſit priuatus officio, in quo deliquit: id enim clare probat tex. *in l. ſi aliquid, & ibi communiter omnes, C. de ſuſcept. & archar. lib. 10. & in l. iudices, vbi etiam Doct. C. de dignit. lib.* 12. Capic. *deciſ.* 121. *in tertio dubio.* Dec. *in c. vt noſtrum, nu. 4. extra de appell.* ſed an ſit priuatus ipſo iure, vt in dubio, an vero requiratur ſententia priuationis, Capic. *in d. deciſ.* 121. multa in vtramque partem deducit; & referens vltimo loco eam opinionem, quæ ſententiã expoſcit, in fine tamẽ deciſionis nihil ſuper hoc dubio fuiſſe reſolutum, concludit: ſed veritas eſt, quod notarius delinquẽs in officio, ipſo iure ſtatim, quod de tali delicto eſt cõdemnatus, dicitur officio Tabellionatus priuatus; nec poteſt amplius illud exercere, etiam quod in ſententia non ſit expreſſe priuatus. Bald. *in l. & ſi militibus, nu. 3. C. de teſtam. milit. & melius in l. in exercendis, num. 21. verſ. ſed Bar. dicit, C. de fide inſtr.* Caſt. *cõſ.* 203. *in prin. ſecundum antiquam impreſſionem.* Pariſ. de Put. *de ſind. in verb. Barattaria, nu. 2. in fin.* Doct. *in cap. fraternitatis, vbi præſertim Innoc. nu. 1. in fin. & Anan. nu. 8. verſ. quandoque deliquit in officio, extra de hæret. Et in l. ſi quis ex argentarijs, §. cogentur, vbi præcipue* Ang. *nu. 2.* Alex. *nu. 6.* Caſt. *nu. 3.* Iaſ. *num. 12. & horum aliqui teſtantur de communi, ff. de eden.* Io. de Plat. *in l. 1. C. de immun. conced. nu. 2. lib. 10. & in d. l. ſi aliquid, C. de ſuſcep. eod. lib.* Aluar. *conſil. crimin. diuer. 67. nu. 10. vol. 1. in paruis.* Tiraq. *de pœn. temp. cauſ. 58. nu. 7. & 8.* Clar. *in pract. q. 73. verſ. notarius.* Fran. Marc. *deciſ. 299. nu. 2. par. 2.* vbi pariter de commu. *& deciſ. 668. nu. 1. & 2. par. 1.*

24 Et licet præfati Doct. requirant etiã condemnationem, & ſic ſententiam, intelligunt tamen, non de ſententia priuationis, & incurſus pœnarũ, ſed de declaratoria delicti, prout expreſſe poſt alios declarat Bal. *in d. l. in exercendis*, & Caſtren. *d. conſil.* 203. Quia etiam in pœnis impoſitis ipſo iure, declaratoria delicti requiritur, vt notãt omnes *in cap. cum ſecundum. de hæret. in cap. fælicis. de pœn. in 6. & in cap. Rodulphus, vbi late Fely. extra de reſcr.* quæ quidem declaratoria delicti in caſu noſtro non eſt illa, in qua D. Gubernator Burgum ad triremes condemnauit.

25 Vnde ſtante prædicta cõmuni Doctorum opinione, licet non eſſet vlterius quærendum, adhuc tamen dicitur, quod tex. *in d. l. ſi aliquid*, per omnes ad id allegatus, apertiſſime illam probat. Primo, quia pęna iuriſdictionis prohibitiua, prout videtur eſſe priuatio officij, *de qua in d. l. ſi aliquid*, ſemper intelligitur impoſita ipſo iure. Tiraq. *in l. ſi unquam, in uerb. reuertatur, num. 20. C. de reuoc. dona.* Secundo, quia verba *d. l. ſi aliquid*, ſunt directa in partem, & non in iudicem. Tiraq. *ibid. num.* 61. Tertio, quia eadem lex vtitur dictione, Rurſus, quæ videtur ſimilis dictioni, vlterius, prout ipſo iure. Tiraq. *ibid. nu.* 129. Quarto, quia illa verba, officium gerat, de quibus in text. præcedente vniuerſali negatiua, Nemo eorum, &c. habent de ſui natura annexã priuationem, ideo ipſo iure, & non medio ſententię priuant. Tiraq. *ibidem, num.* 179.

Prætcrea conſidero, quod Burgus ob concuſ-
26 ſionem in officio commiſſam, incidit in pœnam, *l. Iul. repetun.* vbicumque enim officialis, vel eius miniſter, aut domeſticus pecuniam extorquet, pœna repetundarum plectitur. text. expreſſus *in l. 1. ff. ad l. Iul. repetund.* Pariſ. de Put. *in uerb. Barattaria, in prin. & in uerb. corruptio. cap. 3. poſt nu. 6. & in uer. ſindicantur etiam officiales habentes officium publicum, nu. 1. in fi. & in uer. an ſi poteſtas, num. 25.* Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu 342. nu. 11.* ſed ſic eſt quod damnatus de crimine repetũdarum, quod publicum eſt, ipſo iure efficitur infamis, *l. 2. de ijs, qui not. infam.* Menoch. *d. caſ. 342. nu. 12.* Ergo ipſo iure incurrit priuationem officii. Bald. *in auth. habita, C. ne fil. pro patre.* Capic. *d. deciſ. 21. nu. 23. in fi.* vbi expreſſe dixerunt, quod quãdo delinquens in officio incurrit infamiam ipſo iure, tunc etiam ipſo iure incurrit priuationem officii; & eſt ratio, quia per incompatibilitatem ſtatus ſemper priuatio ipſo iure inducitur. Bal. *in c. 1. §. qui clericus. in princ. ſi de feu. fuer. controu. inter domin. & agnat.* Fely. *in c. Rodulphus, nu. 29. de reſcript.* Tiraq. *de reuoc. don. d. uerb. reuertatur, nu.* 65.

27 Quod enim infamia ſit incompatibilis notario ad bancum iuris, licet ſecus forſan ſit in ſimplici notario, tradit Bar. *in l. 3. §. hac lege, num. 4. ff. ad l. Iul. repetund.* Aretin. *in §. quibus. inſtitu. de cap. dimi.* Aluar. *d. conſil. crim. diuer. 67. nu. 14. ſeqq. li. 1. in paruis.* Anan. *in d. c. fraternitatis, nu. 8. & ibid.* Fely. *nu. 7. de hæret.* Ioan. de Plat. *in d. l. 1. n. 2. C. de immun. nemin. conceden. & in d. l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. lib.* 10. Caſt. *in l. & militibus, nu. 5. C. de milit. teſtam.* Alex. *conſi. 80. nu. 3. lib.* 2. Rolan. *conſil. 87. nu. 5. & ſeqq. lib.* 3. Et propterea, quod officialis, ſeu eius miniſtri, vel domeſtici per Barattariam extorquentes pecunias tanquam rei criminis repetundarum ipſo iure ſint officio priuati, expreſſe traditur per Bald. *in l. quoties, §. ſed & ſi conditionẽ, nu. 2. ff. de hæred. inſtit.* Pariſ. de Put. *dicto uerb. Barattaria, n. 1. &* 2. Quod igitur notarius in officio delinquens, ipſo iure ſit officio priuatus, & lege, & ratione, & authoritatibus demonſtratur.

28 Et quod notarius declaratus deliquiſſe in officio, ſit eo ipſo abſque alia priuatione officio notariatus priuatus, vltra allegatos tenuerunt Bal. *in c. cum ſecundum leges. de hæret. in 6.* prout illum refert, & ſequitur Barba. *in addit. ad eundem Bald. in l. iubemus, §. ſane, litera c, & litera n, C. de Sacroſ. Eccleſi.* Iacobin. de S. Georg. *in l. ſi quis ex argentarijs, num. 13. ff. de eden.* Bonacoſſ. qui de commun. teſtatur, *in prima parte ſuarum commun. opinio. crimin. pag. 119. colum. 2. uerſic. fin. incip. notarius condemnatus.*

29 Licet ergo Odofred. *in d. §. cogentur.* Bald. ſibi contrarius *in l. Caſsius, num. 1. ſeqq. ff. de Senator. & in d. l. iubemus, §. ſanè. num. 6. C. de Sacroſ. Eccleſ. Specul. in tit. de inſtrumen. edi. §. reſtat, num. 33. in fi. uerſic. quod ſi tabellio.* Nell. *in tractat. de bannit. 1. par. ſecundi temp. q. 51. num.* 51. Foller. *in practic. crim. uerb. banniantur, num.* 39. & alii forſan pauci, contrarium, quod ſcilicet expreſſa priuatio

nunquam incurritur pęna priuationis ipſo iure, niſi ſit iure expreſſa, vt per Tiraq. *in l. ſi vnquã, in verbo, reuertatur, nu.* 248. *C. de reuoc. dona.* Tũ, quia quando verba *l. iudices, C. de dignit. li.* 12. *l. ſi quas, C. de off. præfect. l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. & arca. lib.* 10. & aliarũ legũ, de hac materia loquentiũ, eſſẽt dubia, tunc in dubio potius iudicari debet canõ ferendæ ſententiæ, quã latæ, vt per eundẽ Tiraq. *vbi ſupra, nu.* 246. Tũ & tertio, quia Doct. infra citandi, requirunt ſententiam condemnatoriã delicti; & tñ ſi pęna priuationis officij incurreretur ipſo iure, non requireretur condemnatoria, ſed ſolũ declaratoria, vt per Tiraq. *vbi ſupra, nu.* 400.

37 Quoad ſecundam difficultatem, Odofred. *in l. ſi quis ex argentarijs, §. cogentur, in fine, ibi, niſi eſſet depoſitus, vt de cætero non conficeret inſtrumenta, ff. de eden.* ſenſit, requiri ſententiam priuatoriam officij. Specul. *de inſtrum. edit. §. reſtat, nu.* 33. *in fi.* idẽ ſenſit, dum dicit, quod donec notarius fuerit per ſententiam priuatus, vel interdictus vti officio, valent inſtrumenta per eum poſtea confecta, ſed clare tenet Bal. *in l. Caſsius, nu.* 3. *in fi. ibi, non perdet officium donec priuetur, ff. de Senator. & in l.* 2. *§. miles. ante nu.* 3. *ibi, donec ipſo officio nominatim priuetur, ff. de his, qui not. infam. in l.* 2. *nu.* 2. *prope fin. ibi, exauthoratus per ſententiam, C. de vendi. libert. & in l. iubemus, §. ſane, nu.* 2. *ibi, quandiu priuatur per ſententiam, retinet officium, & exercitium officij, C. de Sacroſan. Eccleſ.* Paul. de Caſt. *conſi.* 180. *nu.* 3. *circa med. verſic. vt erat lata ſententia priuatoria officij.* Nell. *de bannit.* 1. *par. ſecundi temporis, quaſ.* 51 *prope fi. fol. mihi* 202. vbi concludit, quod ſi notarius ex delicto commiſſo in officio, eſt ſimpliciter dãnatus, tunc valent inſtrumenta per eum poſtea confecta, donec exauthoratus, ſiue priuatus non fuerit; & ſubdit tunc intelligi exauthoratus, ſi id expreſſe in ſententia dicatur; & Nell. refert, & ſequitur Fol. *in pract. crimin. in verb. banniantur, nu.* 39. *fol. mihi* 73.

38 His tñ non obſtantibus, Domini firmarunt, communem opinionem eſſe in cõtrarium, quod ſufficiat ſententia condemnatoria delicti. cũ qua opinione etiam tranſiuerunt, eamque tenuerũt Bar. Ang. Ioan. de Plat. & Iacob. Rebuff. *in l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. lib.* 10. notantes ex illo textu, qđ notarius condemnatus de falſo, non poteſt de cętero officium notariatus exercere; hoc idem voluerunt *in d. §. cogentur.* Ang. *nu.* 2. Paul. de Caſtr. *num.* 3. dicens, requiri ſententiam priuatoriam officij, quando notarius deliquit extra officium; at ſecus, quando in officio. Alexand. *num.* 6. Iacob. de S. Georg. *numero* 12. Iaſ. *num.* 17. Paul. de Caſt. *in l. quamuis, §. fi. nu.* 2. *ff. de ſolut. & beue conſ.* 203. *in princ. ſecundum veterem impreſsionem.* Bal. *in l. & militibus, nu.* 3. *verſ. & ideo notarius.* & ibi Paul. de Caſt. *nu.* 4. *&* 5. & Dec. *nu.* 16. *verſ. & nota. C. de milit. teſtam.* Afflict. *in conſtit. reg. in conſtit. incip. iudices, tit. de elect. official. nu.* 8. Tiraq. *de pœn. cauſ.* 58. *nu.* 7. *in fi. & nu.* 8. Aluar. *conſ.* 67. *nu.* 10. *inter conſi. crim. diuerſ. lib.* 1. Iul. Clar. *in pract. crim. §. fin. q.* 73. *verſ. notarius condemnatus.* Franc. Marc. *deciſ.* 299. *num.* 2. *lib.* 2. Et hanc eſſe communem * teſtantur Alex. Dec. Clar. & Franc. Marc. vbi ſup.

39 Quo ad tertiam difficultatem, quod priuetur ſolum exercitio, ſentiunt glo. *in §. fin. in glo. vlt. in auth. de arm.* Bar. Ang. Io. de Plat. & Iac. Rebuf. *in d. l. ſi aliquid.* Tiraq. *d. cauſ.* 58. *num.* 8. dum dicunt, quod notarius delinquens in officio, vel condẽnatus de falſo, non poteſt officium exercere, & ſic loquuntur ſolum de exercitio.

40 In cõtrarium, qđ priuetur nedum exercitio, ſed ẽt titulo, & proprietate, vidẽtur ſentire Ang. *in d. §. cogentur, nu.* 2. Alex. *nu.* 6. Iaco. *nu.* 12. Paul. de Caſt. *d. conſil.* 203 *in princ.* Clar. *in d. quæſt.* 73. *verſ. Notarius condemnatus.* Fran. Marc. *d. dec.* 299. *nu.* 2. Dũ dicunt, notarium condẽnatũ de delicto cõmiſſo in officio, cenſeri priuatum officio; adeo quod non poteſt noua inſtrumenta conficere.

41 Sed Domini tenuerunt, iſtos Doctores nõ facere ad propoſitũ, nec in aliquo reperiri tactam hanc difficultatem, cum Doctores loquentes de hac materia, accipiãt officium notariatus pro facultate, ſiue authoritate conficiendi inſtrumenta; & ſic priuatio officij, ſecundum eos, verificatur in priuatione exercitij; & ideo quando dicũt, notarium condemnatum de falſo priuari officio, ſubijciunt declarando, adeo quod nõ poteſt noua inſtrumẽta conficere. Nunquam autẽ Doct. conſiderarunt priuationem officij ſeparatam ab exercitio, eamque eſſe in bonis noſtris, & eſſe venalem, & de ea poſſe diſponi, vt bene hanc materiam declarat Bal. *in l.* 2. *ſub num.* 2. *C. de vend. liber.* vbi inquit, authoritatem conficiendi inſtrumenta, eſſe rem ipſius Principis, nec poſſe circa honorẽ à notario aliquid diſponi. Et in hac tertia difficultate Domini tenuerunt, notarium condemnatum de delicto cõmiſſo in officio, non priuari proprie, ſiue titulo officij, ſed ſolum exercitio; & eo quidem quoad futura inſtrumenta; nam præteritas rogationes ante cõdemnationem factas, poteſt perficere, & in publicam formam redigere. Angel. *in d. §. cogentur, num.* 3. Fulgoſ. *num.* 5. *verſi. vel quinto.* Paul. de Caſt. *num.* 3. *circa fin.* Alexand. *num.* 7. Iacob. de S. Georg. *nu.* 13. Iaſ. *nu.* 12. *&* 18. idem Iaſ. *in l. Barbarius, num.* 58. *ff. de offic. præſid.* Butr. *in cap. fraternitatis, num.* 6. vbi inquit, ſententiam cõdemnatoriam ſolummodo ſuum effectũ ſortiri, quo ad hoc, vt noua inſtrumenta cõficere nequeat, non vt præterita non valeat perficere, & ibi Ioan. de Anan. *nu.* 16. Soc. *num.* 12. & Fely. *nu.* 12. *de hæret.* vnde ſi notarius condemnatus de falſo, vel de delicto in officio commiſſo, poteſt antiquas rogationes explere, cum etiam rogationes antiquæ ſint ſuę, Domini nõ videbant, quomodo poſſit induci priuatio, quoad proprietatem, & titulum officij.

Alia Deciſio in eadem cauſa in eodem ſecundo dubio, & coram eodem D. Cantucio. Luna, 15. Octobris, 1584.

Cauſã Romani Notariatus, 15. Octob. 1584. propoſui iterum ſuper illiſmet difficultatibus, ſuper quibus propoſita, & reſoluta fuit 27. Ianuarij, eiuſdem anni; quarũ difficultatũ prima fuit, an notarius priuetur officio ipſo iure, ob delictũ

in eo commiſſum. Secunda, an ad inducendam huiuſmodi priuationem, requiratur ſentẽtia priuatoria officij, vel ſufficiat ſententia condemnatoria delicti, in officio commiſſi. Tertia, an talis notarius priuetur ſolum exercitio officij, vel etiã titulo, & proprietate.

42 Circa primã difficultatem, Domini ſteterũt in deciſis, quod Notarius delinquens in officio nõ priuetur illo ipſo iure, quia hoc nulla lege caueтur, vt bene deducit Capic. *deciſ.* 121. *nu.* 23. *verſ. in caſu noſtro.* Si.n. priuaretur ipſo iure, ſequeret, qđ rogationes ab eo ante priuationem factæ, nõ tenerent; & nihilominus valent, vt dicunt Doct. communiter citati in reſolutione, ac etiam Paul. de Caſt. *in l. & militibus, nu.* 4. *ad fin. C. de teſtam. mil.* & *conſ.* 180. *nu.* 30. *circa med. lib.* 1.

43 Nec etiam verum eſt, Capicium male loquutum fuiſſe ex eo, quod reperiantur leges apertè hoc dicẽtes, quia nulla ex legibus citatis facit ad propoſitum; nam in primis citatur *l. ſi aliquid. C. de ſuſceptor. & archar. lib.* 10. quæ lex nihil facit, tũ quia loquitur poſt latam ſententiam, prout colligitur ex illo verbo, conuictus, & hoc ſentiunt Bar. Ang. Io. de Plat. & Iacob. Rebuſ. qui notant ex illo text. quòd Notarius condemnatus de falſo, nõ poteſt de cætero officium notariatus exercere; & ſic præſupponunt, text. loqui de officiali condemnatò. & hoc expreſſe not. ibi Io. de Plat. in prin. dicens, quod ſi ſuſceptor tributorum, vel eius notarius, vel alius officialis in ſuo delinqueret officio, & de hoc conuictus, & condemnatus exiſtat, nunquam ad idem officium amplius reuertetur. Tum & ſecundo, quia text. non dicit, quod cadat ipſò iure, nec illud habet verbum, denotans canonem latæ ſententiæ. Tum & tertio, quia tex. non loquitur generaliter de omni officiali, ſed de ſuſceptoribus prępoſitis, & archarijs, de quibus loquitur rubr. Suſceptores autẽ erãt, qui præponebantur recipiẽdis annonis, & tributis vtriuſque ærarij, *l. cum poſſeſſor, in fi. ff. de cẽſib.* Præpoſiti erant, qui præficiebant horreis, in quibus ſpecies fiſcales ponebantur, *l.* 2. *C. eod. tit. de ſuſceptor.* Archarij erant, qui præponebãtur ſuſcipiendis his, quæ in arcam præfecti prætorio inferebantur, *l.* 1. *C. de his, qui ex publ. rat. li.* 10. & *l. fi. C. eo. tit. de ſuſceptor.* prout hæc omnia bene declarat Iacob. Cuiac. *in rubr. eiuſdem tit. de ſuſceptor.* Vnde nõ mirũ, ſi in d. l. ſi aliquid, res caute ad modũ agebatur, quia de intereſſe crumenæ fiſcalis tractabatur; & ideo illud officium ſuſceptorũ annuum erat. Nã, vt inquit tex. *in l.* 4. *eo. tit. de ſuſcep.* neque eos, qui placuerint, grauare iuſtitię eſt, nec eos, qui diſplicuerint, tenere, prudentis eſt; Integro igitur ſinguli anniuerſario anno tranſcurſo, cogãtur exponere, quibus titulis ſuſcepta diſperſerint, vt facilius ſi quis in furto fuerit depræhenſus, recentem queat redintegrare iacturam.

44 Secundo allegatur text. *in l. iudices, C. de dignit. lib.* 12. qui text. pariter non facit. Tum quia non loquitur generaliter, ſed de iudicibus damnatis repetundarum, prout animaduertit Cuiac. Tum quia loquitur lata ſententia, ponderando illud verbum, conuicti.

45 Tertio adducitur tex. *in auth. de arm. in fin.* Qui etiam non facit. Tum, quia loquitur de præpoſitis fabricenſibus: Iuſtinianus.n. volens omnes armis priuare, prohibuit, ne aliquis, niſi eſſet de publico deputatus, arma cõficeret, nec illa alicui priuato venderet. Tũ, quia in illo textu non adſunt verba ſignificantia canonem latæ ſententiæ; nã tex. loquitur in futurum, dicendo, ex negligẽtia non ſolum pecuniarias ſuſtinebunt pęnas, ſed ẽt in corpore ſupplicia patientur, & militia cadent; & verba futuri temporis regulariter denotant canonem ferendæ ſententiæ, vt per Tiraq. *in l. ſi unquam, in verb. reuertatur, num.* 39. 40. & 41. imò in ſpecie, quod verbum, cadat, ſit ferendæ ſentẽtiæ, non latę, tenent magis communiter Doct. prout patet ex cumulatis per Tiraq. *in d. verbo, reuertatur, nu.* 186. *cum duobus ſequentibus.*

46 Quoad ſecundam difficultatem, Domini pariter ſtabant in deciſis, nempe ad priuandum notarium officio, propter delictum in eo cõmiſſum, non requiri ſententiam priuatoriam officij, ſed ſufficere ſententiam condemnatoriam delicti, in officio cõmiſſi, ſiue ſit delictũ falſitatis, ſiue quodcunq; aliud, dummodo ſit commiſſum in officio.

47 Non obſtant trad. per Iaſ. *in l. ſi quis ex argentarijs, §. cogentur, numero* 15. *ff. de eden.* vbi inquit, quod notarius condemnatus pro quocũque delicto, excepto crimine falſi, quamuis efficiatur infamis, poteſt tamen inſtrumenta conficere. Quia Iaſ. debet intelligi de quocunque delicto commiſſo extra officium; quod patet ex eo, quod allegat Bar. licet corruptè *in l. eadem, §. hac lege, ff. ad l. Iul. repetun. & in conſil. incip. ſer Ioannes, quod eſt conſil.* 174. & tamen Bart. vtrobique firmat, quod notarius condemnatus de delicto commiſſo extra officium, licet efficiatur infamis, poteſt tamen inſtrumenta conficere.

48 Non obſtat replicatio, quod licet exempla nõ reſtringant regulam, eam tamen declarant, & faciunt, vt non comprehendatur diſſimile; & delictum falſi, & delictum concuſſionis ſunt diſſimilia, propter diuerſitatem rationũ. Quia notarius damnatus de falſo, dicitur argui de fide rupta, & de periurio, ſecundum Bald. *in §. fin. in fin. inſtitu. de milit. teſtam.* Franc. Marc. *deciſio.* 299. *libro* 2. & quia per condemnationem falſi dicitur funditus reuocatum mandatum conficiendi inſtrumẽta, ſecundum eundem Bald. *in l.* 2. *num.* 2. *C. de vendi. libert.* Quoniã hæc replicatio tollitur, Tum quia Doct. in hac materia diſtinguũt, quod aut notarius eſt condemnatus de delicto commiſſo in officio, & tunc priuatur officio, & nõ poteſt inſtrumenta conficere: aut eſt condemnatus de delicto commiſſo extra officium, & tunc ſecus. ita Ang. *in d. §. cogentur, num.* 1. & 2. Paul. de Caſt. *nu.* 3. *verſic. dic breuiter.* Alex. *num.* 6. & 9. Iacob. *num.* 12. & *nu.* 14. *verſi. ſi autem.* Pau. de Caſt. *in l. quamuis, §. fin. num.* 2. *ff. de ſolut.* & *in l. & militib. num.* 4. & 5. Tiraq. *de pæn. cauſ.* 58. *numero* 6. *verſi. ſexto licet, & num.* 8. & Angel. *in d. §. cogentur, numero* 2. loquitur generaliter de notario damnato propter delictum commiſſum in officio. & Tiraq. vbi ſupra, loquitur etiam generaliter. Et ſic Doctor. in

Digitized by Google

iſta diſtinctione non fundarũt ſe in crimine falſitaris, vel alio ſimili; ſed in eo, quod notarius deliquit in officio; Tum etiam, quia ſi Doct. facerẽt fundamentum in crimine falſiratis, ſequeretur, quod notatius condemnatus de falſo commiſſo extra officium, puta, quia extraxerit cartas de aliquo libro, vel falſum teſtimonium dixerit, priuaretur officio; quod ramen eſt falſum, quia notarius condemnatus de falſo commiſſo extra officium, poteſt illud exercere, & inſtrumenta per eũ confecta, valent, vt per Bar. *d. conſi. 174. num. 4. in fin. & nu. 5. & in l. 3. §. eadem, in priu. ff. ad l. Iul. repetund.* ſequuntur Abb. *in c. fraternitatis, nu. 3.* Soci. *nu. 6. ad fi. verſ. aduerte tamen.* Fely *nu. 6. de haret.*

49 Quo ad tertiam difficultatẽ, Domini eriam in deciſis ſteterunt, nempe notarium cõdemnarum ex delicto in officio commiſſo, non priuari tir. & proprietate officij, ſed ſolũ exercitio illius; nam veteres rogationes ante condẽnationem factas; poteſt explere, & emolumenta ſunt ſua, prour in deciſione; ſed ſi prinaretur titulo, & proprietate officii, vtique illæ veteres rogariones cõfiſcarentut, & ab alio notario explerentur, prout fit notario mortuo *c. cum P. Tabellio. de fide inſtrum.*

50 Non obſtant in cõtrarium adducta. Et in primis, quod pœnes notarium nõ datur aliqua proprieras, ſiue tirulus officij, cum auctoritas conficiendi inſtrumenta ſit res Principis, nec poteſt circa eam notarius diſponere aliquid, prout inquit Bal. *in l. 2. ſub nu. 2. C. de vend. liber.* Quia hæc officia notariorum hodie a Principe conſtituuntur, illa venduntur, & dominium eorum transfertur, prout eſt notorium in Vrbe.

51 Secundo non obſtar, quod *in auth. de armis, in fine,* dicatur, quod à militia cadent, quia non propterea dicirur, quod arma iam fabricata amirtantur, nec ibi apparer, quod illa militia fuerir in bonis, & quod emeretur, imò erat quædam ſchola, vr inquit ibi Cuiac. in princ.

52 Tertio non obſtat, quod ementes talia officia deberenr magis puniri, quia de hac re agendum eſſet cũ Principe, ſicur eſt, quod huiuſmodi officia efficiuntur patrimonialia, & vt conferantur, neceſſaria eſt cõfiſcario; & dum replicatur, quod non dicuntur amplius eſſe in bonis noſtris, poſtquam cciderunt in commiſſum: Reſpondetur, quod hoc eſt præſupponere id, de quo diſputaẽ, quia de hoc quæritur, an ceciderit in commiſſũ.

Quarto, nõ obſtat, qđ pro delicto Frãciſci Burgi veniat imponenda pęna confiſcationis bonorũ, ex quo commiſit crimen barattariæ, & cõcuſſionis, qđ æquiparatur crimini læſæ maieſtatis, & pro quo imponitur pęna confiſcationis bonorum, & exilij, vt inquit Pariſ. de Put. *de ſindic. in verb. corruptio, c. 1. nu. 1. fol. mihi* 220. *per d. auth. nouo iure, & in verb. Barattaria, c. 1. num. 3. verſ. & vbi furtum, fol. 185. ſequitur* Marſil. *in l. lege Cornelia, nu. 2. ff. ad l. Corn. de ſicar.* Port. Imol. *cõſ. 96. ſub nu.* 42. ſi quidem pro reſponſione dicitur, quod quãtum ad crimen repetundarum, illud nõ punirur certa pęna, & ſpecialiter pęna confiſcationis bonorum, ſed pęna criminis, repetun. eſt arbirraria. *l. lex Iulia, § hodie, ff. ad l. Iul. repetund.* Gram. *conſ. crim. 35. n. 9. & not. 25. n. 8.* Boer. *deciſ. 153. nu. 3.* Boſſ. *tit. de offi. corrup. nu. 7. circa med. verſ. Verũtamen.* Menoch. *de arbitr. caſ. 342. nu. 7. 8. & 12. & caſ. 343. nu. 4.* Quo fit vt cũ Iudex in caſu noſtro arbitrarus fuerir pęnam triremium, per quadriennium, aliæ pęnæ non debeant attendi.

53 Et quãuis committens delictum cõcuſſionis, ſiue barartariæ veniat puniẽdus diuerſis legibus, & conſequenter diuerſis pœnis, nihilominus eſt in electione iudicis, qua pęna voluerit, delinquẽtem puniri *l. quoties, de actio. & obli.* licet cnim plures pęnæ pro vno delicto imponantur, nõ poteſt tamen niſi vna puniri, *l. Senatus, ff. de accuſat.* nec vna lex tollit aliam quoad originem, cum delinquens omnibus legibus teneatur, ſed quoad executionem vna lex tollit alreram, prout declarat Barto. *in d. l. Senatus. in princ.* & ſequitur Boſſ. larè hanc materiam explicans, *d. tit. de offic. corrupt. nu. 7. prope fin. verſic. non quieſcit tamen animus, & numero. 8. 9. & 10.*

54 Quantũ vero ad tex. in d. auth. ſed nouo iure; Reſpondetur, illum rexr. loqui in iudicibus malè iudicantibus, & corruptis in cauſa criminali, quo caſu imponitur pœna confiſcationis bonorum.

55 Quinto non obſtant, quæ dicunt de infamia, quia non reperitur iure cautum, quem propter infamiam bonis ſuis ptiuari, ſed ſolum perſonam inhabilitari.

56 Sexto non obſtat ſtatutum Vrbis, *lib. 3. c. 333.* Quia non loquitur de officiis venalibus.

57 Septimo, non obſtat, quod antiquitus vendebantur, *l. omni modo, §. imputari, C. de inoffi. teſtam.* Quia militiæ, de quibus loquitur ille rexr. erant quidã redditus, qui ex liberalitate Principis plebi tãtum Romanæ per Tribus diuidebantur, qui vocabanrur etiam annonæ, prout bene declarat Alci. *in l. in quartam, nu. 4. ff. ad l. Fale.*

58 Vltimo, non obſtanr tradita per Ioã. de Plat. *in l. Iudices, in fin. C. de anno. & tribut. lib.* 10. vbi inquit, quod quando officialis ob delictum fraudulenter commiſſum, priuatur officio, & cum infamia remouetur, tunc perdir ſalarium, & ſua bona illi officio applicanrur. Io. Plat. *in l. iudices. col. pe. C. de dignit. li.* 12. dicens, officiales in officio delinquẽtes remoueri ab officio, priuari ſalarlo, & eorum bona illi officio applicari; quod idem dicit *in l. ordinariorum. ante med. C. de cohort. li.* 12. & Io. de Plat. refert, & ſequitur Fran. Marc. *dec. 648. nu. 1. verſ. & iſto caſu, li. 1.* Qm̃ pro reſponſione dicitur, ſanc opinio. Io. de Plat. non probari *ex d. l. ordinariorum,* in qua ſola niritur, cum ibi agarur de explenda principali functione. Nam principalis erar annonæ militaris exhibitio, & cura, prout declarar Cuiac. *in l. 3. C. eod. tit. de cohortal.* & Alci. *in rubric. C. de primipil. lib. 12. verſic. innominatus Græcus,* qua principali functione non expleta, officiales, de quibus loquitur d. l. ordinariorũ, non poteranr mitti neque cauſaria, neque ignominioſa miſſione, niſi ex eorum bonis paſſus principaliter complerctur, prout declarat Cuiac. *in d. l. ordinariorum, in fin.* & ſic ille text. non facir ad propoſitum, quod parer ex eo, quod non ſolum officiales, de quibus ibi, debent ex eorum bonis

Digitized by Google

pactum primipili complere, ſi mittantur ignominioſa miſſione, de qua loquitur tex. *ibi, eos etiã qui pro ſceleribus ſuis ſoluto militie cingulo dicuntur infames, & quę ſequuntur*: ſed etiam ſi mittantur miſſione cauſaria, propter ægritudinem, vel ſenectutem, de qua miſſione cauſaria loquitur text. ibi, *quod ſi ante debitum locum, qui huic functioni habetur obnoxius, vel ægri corporis labem, vel defeſſa ſenectutis extrema ad impetrandam inquietem crediderit prætendenda, & quæ ſequuntur.*

His ſic, vt ſupra, reſolutis, fuit datum tertium dubiũ, continens duas difficultates; quarum prima eſt; An ſententia Senatoris, lata contra Franciſcum Burgum, ſit attendenda. Secunda eſt, an collatio officij notariatus, de qua agitur, facta Octauio de Totis per obitum d. Franciſci, ſit nulla, ex eo quod d. Franciſcus tempore mortis, nullum ius haberet in dicto officio, attento quod prius dictus Franciſcus vẽdiderat dictũ officium Numæ Pompilio, & pretium ab eo recepit.

59 Quo ad primam difficultatẽ, Iudex cauſæ, qui tunc erat Reuerendiſ. D. Cantucius, poſt modũ electus Epiſcopus Lauretanus, dubitandi cauſa, dicebat, ſententiam Senatoris nõ eſſe attendendam, tanquam notoriè iniuſtam, ſtãte nullitate examinis teſtium, examinatorum ſimul, & non ſeparatim, prout de iure fieri debet, ex infra dicẽ-
b dis. Nec obſtat, quòd Iudex habet arbitrium examinandi teſtes, vel omnes ſimul poſt alium ſigillatim, prout inquit Affli. *in cap. 1. nu. 136. ex quibus cauſis feudum amittatur*, quia hæc opinio Afflict. non poteſt de iure ſuſtineri. Tum quia eſt contra text. *in cap. Venerabili, ibi, ſigillatim, de teſtibus.* Tum quia eſt contra omnes Doctores, tenentes, examen teſtium examinatorum nullum eſſe, & in ſpecie opinionem Afflicti reprobat Menoc. *de arbitr. iud. quæſt. 29.*

60 Quod autem communis Doctorũ concluſio
a ſit, examen teſtium ſimul [a] examinatorum nullũ eſſe, patet, quia ita tenuit glo. *in c. cum cauſam in verb. procures. de teſtib.* inquiens, dicta teſtiũ ſimul examinatorum non valere, quam gloſ. ſequitur ibidem Bal. *nu. 46.* Butr. *nu. 15. prope fin. verſic. quid ſi teſtes.* & Abb. *nu. 5.* Io. Andr. *in c. venerabili, poſt princ. in verb. ſigillatim, de teſtibus*, vbi exponendo verbum, ſigillatim, ideſt, quando quilibet teſtis per ſe, non quando duo, vel plures ſimul examinantur; alias teſtimonium non valeret, & idẽ dicit idem Bal. *in princ.* Aegyd. *poſt prin. in verb. ſigillatim.* Butr. *nu. 3.* Felyn *nu. 3.* Aret. *in 3. not.* vbi inquit, hanc ſolemnitatem examinandi teſtes ſeorſum, & ſeparatim, non eſſe leuem, ſed grauem, & eius omiſſionem reddere actum nullum. Boſſ. *in ſua pract. crim. tit. de oppoſ. cont. teſtes. num.* 88. Specul. *de teſt. §. nunc tractandum, num. 9.* Campeg. *de teſt. reg.* 230. Et licet Paul. de Caſt. *in l. minime. in fi. ff. de legib.* dicat, ſe vidiſſe aliquando cõtrarium obſeruari, quod multi ruſtici fuerũt ſimul interrogati, & omnes vnanimiter certo modo reſponderunt; Nihilominus Paul. de Caſt. non dicit, illud examen fuiſſe validum, & fidem feciſſe; & quando etiam hoc diceret, loqueretur cõtra tex. *in c. Venerabili, & contra commu. opin.*

61 Non obſtant allegata per Affl. *d. c. 1. num. 436.* videlicet Speculat. *de inſtru. edit. §. offenſo. num. 34. & c. 2. de teſtibus*, quia Specul. non dicit, iudicẽ poſſe teſtes ſimul examinare, ſed dicit iudicem in publicatione teſtamenti debere vocare teſtes in teſtamento ſcriptos, vt recognoſcant ſigilla ſua, & vtrum teſtamento interfuerint; & ſi omnes cõſenſerint, Iudex publicabit teſtamentũ, & ſic Speculat. non dicit, Iudicem poſſe teſtes teſtamentarios ſimul examinare, & eos ſimul interrogare, an teſtamẽto interfuerint. Et qñ etiam Specul. hoc ſentiret, eius opinio poſſet procedere in illo caſu tantum, videlicet in publicatione teſtamẽti, quo caſu omnes teſtes coadunantur, *l. publicati. C. de teſtament.* & hanc limit. *trad. Ioan. And. in d. c. venerabili, in fin.* alias ſi Specu. loqueretur generaliter, vtique loqueretur contra d. c. venerabili, & contra communem opinionem. Quãtũ vero ad tex. *in c. 2. de teſtibus*, non facit ad propoſitum, vt ex eius lectura apparet.

62 Secundo, non obſtat, quod ideo teſtes ſimul examinati, non probant, quia per eũdem, ac præmeditatum ſermonem deponere videntur, & hanc rationẽ aſſignat Specul. *de teſtib. §. nunc tractãdũ, nu. 9.* Paul. de Caſtr. *in l. minime, nu. 2. ff. de legibus.* ſed quando teſtes deponentes per eundem, præ-
b meditatumq; ſermonem, [b] ſunt plures, quã duo, prout in caſu noſtro, tunc plene probant, etiam ſi ſint ſimul examinati, vt per Alex. *conſil. 237. nu. 10. lib. 6.* Rolan. *conſ. 72. nu. 6. lib. 2.* Ad hoc. n. multipliciter reſponderi poteſt. Et Primo, Alexan. & Rolan. non dicere, quod teſtes per eadem verba deponẽtes, qñ ſunt plures, quàm duo, plene probẽt, etiam quod ſint ſimul examinati; nullum. n. verbum de hac ſimultanea examinatione; ſed ſolum dicit poſt Butrigarium *in l. 3. in princ. de teſtibus*, quod duobus teſtibus tantum, deponẽtibus per eũdẽ ſermonẽ, nõ eſt credẽdũ; ſed ſi eſsẽt tres, vel quatuor, tunc numerus ſupplet. Vnde doctrina Butr. & Alex. qñ de iure eſſet vera, procederet, qñ teſtes per eundem ſermonem deponentes, non ſunt ſimul examinati, ſed ſeparatim; & ſic quando examen teſtium eſt validum.

63 Secundo, reſpondetur, dictum Butrig. & Alexand. quod numerus ſupplet defectum teſtium per eundem ſermonem deponentium, non procedere in cauſa criminali, vt per Gabr. poſt alios. *li. 1. de teſtib. concl. 6. num. 5.*

64 Tertio, reſpondetur, quod ratio, cur teſtes nõ ſint ſimul examinandi, eſt, quia vnus inſtrueret alium, & vnus ſequeretur dictum alterius, & ſic non poſſet falſitas eorum facile deprehendi, ita glo. *in d. c. Venerabili. in verb. ſigillatim. verſ. & ideo.* hanc rationem ſequuntur ibi Bal. *in princ.* Cardinalis. *poſt prin. verſi. in glo. 2.* Abb. *nu. 3.* Felyn. *nu. 3.* & Aret. *in 3. notab.* inquiens, ideo teſtes debere ſeorſum, & ſeparatim examinari, vt tollatur materia falſum fabricandi.

65 Tertio, non obſtat, quod regula illa, quod teſtes ſimul examinati, & per eundem ſermonem deponentes, non probant, limitatur, niſi contra-
c rium Iudici viſum [c] fuerit. Franc. Curt. *de teſtib. concluſi. 14.* & Diaz *reg. 761. in 1. limit.* quia Curt.

& Diaz.

& Diaz. non loquuntur de teſtibus ſimul examinatis, ſed ſimpliciter de teſtibus deponentibus vno, & eodem præmeditato ſermone: qui teſtes, an rõne ſubornationis nõ probent, arbitrio iudicis relinquitur, quia eorum receptio nõ valet, vt ſupra diximus. Merito dictũ Curtij, & Diaz dẽt intelligi de teſtibus ſigillatim, & ſic valide examinatis; & ideo non applicatur caſui noſtro.

66 Non obſtat quarto, qđ contumax condemnatus non poteſt dicere de nullitate examinis, etiã

d ſi proueniat ex defectu citationis [d]. Clar. *in* §. *fin. quaſt.* 11. *verſic. item quaro*, *& quaſt.* 45. *verſ. caterũ ſi reus, in fi.* Quia Clar. *d. quaſt.* 11. *verſ. item quaro.* dicit, quod de conſuetudine reus in examinandis teſtibus non debet citari, imò *in fi. d. verſic.* Vult quod atteſtationes teſtium examinatorum ſine citatione partis, ſi poſtea compareat, nullam fidẽ faciunt, nec ad condemnationem, nec ad torturam, niſi vel parte pręſente, vel citata, ſiue monita deponant, vel alias depoſita repetant, & in ijs perſiſtant. *in d. q.* 45. *verſ. caterum ſi reus, in fine*, inquit, quod reo citato, & non comparente, teſtes habentur pro legitime examinatis in odium contumaciæ ipſius rei, nec requiritur vlterior eorum repetitio, & ſic Clar. tam in vno, quam in altero loco non facit ad propoſitum. Non enim loquitur de teſtibus ſimul examinatis, imò *in d. verſ. itẽ quaro, in fine*, facit in contrarium, dũ ſentit, quod reus ſi fuit citatus in examinandis teſtibus, & poſtea compareat, poteſt dicere, illos teſtes non facere fidem, & ſic poteſt dicere de nullitate examinis teſtium ex defectu citationis.

67 Non obſtat quinto, quod teſtes in caſu noſtro non fuerint examinati vnico contextu, ſed in tribus partitis, quia in qualibet partita plures teſtes fuerunt ſimul examinati, & ſic ſingula examina fuerunt nulla.

68 Non obſtant alia deducta pro parte Simonis Garzię, quia vel tollũtur ſtante nullitate examinis, quo caſu teſtes nullam probationem faciũt, neq; imperfectam, neq; non plenam, & iudex nõ potuit illis fidẽ adhibere: vel tollũtur ex eo quod reſpiciunt qualitatem ſententiæ Senatoris, an. ſ. fuerit lata in cõtumaciam, vel ob delictũ, de qua difficultate nunc non agitur, ſed ſolum dicitur, quod ſententia Senatoris quãdo eſſet lata ob delictum, eſſet notoriè iniuſta, ex quo non iuſtificatur ex actis, ſtante nullitate examinis.

69 Quantum ad ſecundam difficultatem dicebatur quod Franciſcus Burgus tempore mortis ſuę ius habebat in officio notariatus, de quo agitur, quia venditio dicti officij prius facta per dictum Franciſcum Numæ Pompilio, fuit nulla ex defectu Conſeruatorum conſenſus: nec faciebant in contrariũ adducta. Et in primis, quod licet venditio ab initio fuerit nulla reſpectu Franciſci vẽditoris, non tamen fuit nulla reſpectu Conſeruatorum, quin ipſi potuerint officium alteri conferre. Rot. *deciſi.* 4. *de renunciat. in nouis.* Rebuff. *in practi. beneficiali. tit. de form. ſignat. ſimplicis prouiſionis, in verbo, etiam Notario publico. pag.* 109. *cũ alys* per Tiraq. *de retract. lig.* §. 26. *glo.* 2. *nu.* 10. quia pro reſponſione dicitur, quod Rota. *d. deciſi.* 4. & Tiraquel. *d. num.* 10. & alijs per eum cita. loquuntur de renunciatione beneficij pure, & ſimpliciter facta in manibus ordinarij. Quo caſu renuncians amittit poſſeſſionem, & proprietatem, & non poteſt repeti beneficium: ſed renunciatio officij, de quo agitur, fuit facta in manibus Cõſeruatorum non pure, & ſimpliciter, ſed ad fauorem Numæ, cui dictum officium vẽditum fuit; quo caſu cum Conſeruatores noluerint admittere renũciationẽ dicti officij, & præſtare cõſenſum vẽditioni illius, ſequitur, qđ fuerit acquiſitũ ius emptori, & cõſequenter, nec abdicatum a vẽditione; ſicut in ſimili dicimus de renũciatione beneficii facta in manibus Papæ ad fauorẽ certæ perſonæ; quo caſu ſi reſignatio per Papã nõ admittatur, & ſic ius reſignatario non acquiratur, remanet ius pęnes reſignantem perinde, atque nulla facta eſſet reſignatio, put ſunt vulgatiſſimæ deciſiones Rotæ.

70 Secundo non obſtat, quod ex vẽditione nulla ob non adhibitum conſenſum ſuperioris, transfertur in emptorem omne ius. Rol. *conſ.* 57. *nu.* 23. *lib.* 3. Quia vltra quod Rolan. hoc non dicit, imò, numero præced. dicit contrarium, quod feudũ à ſciente emi non poteſt, & ſi emitur, venditio nõ valet: & quãdo poſt *nu.* 23. dicit, quod in emptorem fuit translatum dominium, & poſſeſsio, nedum per conſtitutum, ſed etiam per actualem traditionem, non loquitur de vẽditione feudi facta ſine conſenſu Domini, ſed loquitur de alia vẽditione prius valida facta; & ſic cum conſenſus Domini accedit, quod non applicatur caſui noſtro ex ijs, quæ mox ſupra diximus.

71 Non obſtat, quod non poſsit dici de nullitate vẽditionis dicti officij, donec fuerit per Burgum reſtitutum pretium. *l. ſi a te, C. de pact. inter emp. & vendit.* & hoc caſu poteſt dicere de iure tertij, cũ ſit totum excluſiuum intentionis agentis. Aym. *conſi.* 40. Natt. *conſil.* 567. *nu.* 31. *lib.* 3. quia in caſu iſto non dicitur de nullitate venditionis dicti officij, ſed dicitur ius remanſiſſe pęnes Burgum, attento quod renunciatio, & venditio dicti officij non fuit admiſſa a Conſeruatoribus, nec ab eis conſenſus præſtitus. Vnde ſi ius remanſit pœnes Burgum, ergo illud habuit tempore mortis ſuæ, & ſic collatio dicti officij facta Octauio de Totis per obitum Burgi, fuit bona.

72 Quarto non obſtat, quod a die venditionis vſque in præſentem diem ſemper dictum officium fuit adminiſtratum nomine Numæ Pompilii, & & ſcripturæ fuerunt ab eo ſemper actualiter poſſeſſæ, quia qñ etiam id verum eſſet in facto, non propterea ſequitur, quod Burgus tempore obitus ſui, nihil iuris in dicto officio haberet, quia ius ſemper remanſit pęnes Burgum, & ab eo non poterat abdicare, niſi mediante renunciatione facta in manibus Cõſeruatorũ, & per eos admiſſa.

73 Quinto, & vltimo non obſtat, quod cum dictum officium de ſui natura ſit venale, prout reſolutum fuit, non poteſt venditio facta ſine conſenſu Conſeruatorum dici nulla, ex quo Conſeruatores tenebantur venditioni conſentire, quia ſufficit eos non conſenſiſſe vẽditioni, nec admiſiſſe renunciationem; & ſine conſenſu, & admiſ-

ſione Conſeruatorum non potuit abdicari ius à Burgo vẽditore, etiã ſi officium ſit venale. Nam qualitas venalitatis non poteſt operari abdicationem iuris a perſona vẽditoris, ſine conſenſu, & admiſſione Conſeruatorum.

74 Quibus quidem doctiſſimis motiuis reſpondebam, quod, dato pro nunc ſine veri præiudicio, quod teſtes contra Burgũ fuerint nulliter examinati, non per hoc dici poſſit, ſententiam latã contra eundem Burgum fuiſſe notoriè iniquã, & ex infra ſcriptis clarè (ni fallor) demonſtratur: & primo, quia antequam ipſe condemnaretur, fuit ter citatus ad dicendum cauſam, quare condemnari non deberet; quo caſu non comparens, & condẽnatus non poteſt dicere de nullitate condemnationis, & quod plus eſt, ex defectu iuriſdictionis. Neuiz. *qui de commu. teſtatur, & concordantes adducit, conſi.* 18. *num.* 12. Et in ſpecie quod contumax non poſſit dicere de nullitate examinis teſtium, tradit idẽ Neuiz. *ubi ſupra nu.* 15. inferens ex precedenti generali concluſione contra communẽ, non poſſe opponere, quod teſtes fuerint recepti lite non conteſtata; & tamen ante litis conteſtationem receptum examen teſtium regulariter eſſe nullum, probat tex. cum ibi not. *in c. quoniã frequenter, vt lit. non conteſt.* Et magis in ſpecie de cõtumace cõdemnato, qđ in odium eius contumaciæ non poſſit dicere de nullitate examinis teſtiũ (qđ pariter plus eſt) ex defectu citationis, & qđ propterea contra ipſum comparentẽ non faciãt fidem, etiam non repetiti, aperte, vt alias dixi, tradit Clar. *in pract. q.* 45. *verſi. cæterum ſi reus, in fine.*

75 Nec concluſioni per Clar. firmatæ, quæ hodie etiam in Vrbe paſſim, & notoriè recepta fuit in practica, obſtat dicere, quod Clar. non loquitur in teſtibus ſimul examinatis. Quia ſi loquitur in examinatis ſine citatione partis, quo caſu examẽ eſt nullum, *l. ſi quãdo, C. de teſtibus, c.* 2. *extra eodem*, idem erit dicendum de nullitate proueniente in teſtibus nõ ſeparatim examinatis, cum nulla poſſit conſiderari ratio diuerſitatis inter vnam, & alteram nullitatem. Imò ratio videtur eadem, ſcilicet odiũ contumaciæ, vt ibi expreſſe ſentit Clar. dum dicit, *in odium eius contumaciæ.*

76 Nec ſecundo obſtat, quod Clar. contrarium dixerit *in quæſtio.* 11. *verſic. Item quæro, in fin.* ſi enim inſpiciantur ſcripta per Clar. nulla apparebit contrarietas, quia *in §. cæterum*, loquitur in condemnato in contumaciã, & poſt condemnationem admiſſo ad nouas defenſiones, prout eſt caſus noſter: *in verſic. autem, Item quæro*, loquitur in cõparente ante condemnationem; & ideo dicit, quod atteſtationes teſtiũ, abſque citatione partis examinatorũ, niſi repetantur, non faciunt fidem, nec ad torturã, nec ad condemnationem; ſi enim eo caſu fuiſſet reus condemnatus, fruſtra dubitaretur, an fidem facerent ad condemnationem; ideo omnis ceſſat contrarietas, & vt ceſſet, ſic certè intelligenda ſunt dicta per Clar. in præcitaris locis.

77 Nec tertio obſtat, quod id inductum fuerit ratione conſuetudinis, ex quo, vt dicit idem Clar. *in d. verſic. Item quæro*, reus in examinandis teſtibus non debet citari. Quæ conſuetudo cum non vigeat in examine teſtium ſeparatim facienda, ideo non inferenda de caſu ad caſum, quia cõſuetudo prædicta viget, & locum habet antequã reus compareat. Quo caſu quicquid ſit de iure cõmuni in aſſumendis indicijs contra ipſum reum, de conſuetudine teſtes recipiuntur, ipſo non citato, quia alias eſſet citatum ad fugam inuitare, & ibi per Clar. At ſi compareat reus, nulla adeſt conſuetudo, ſed ſeruatur ius commune, & teſtes nihil probant, niſi ipſo citato, vel examinati, vel repetiti fuerint, vt expreſse dicit idem Clar. *d. verſic. Item quæro, in fine, ibi, cæterum, quando proceſſus, &* ..... & tamen reus comparens ante condemnationem poteſt dicere de nullitate examinis ex defectu citationis; ſecus ſi poſt condemnationẽ; vt ſupra probaui.

Et nihilominus etiam circumſcripta concluſione Clar. quæ ſatis ex præmiſſis videtur facere ad propoſitum, quod reus citatus ad dicendum cauſam, quare non debeat condemnari, & nõ cõparens contumax effectus, non poſſit dicere de nullitate examinis, ſufficienter creditur probatũ ex Neuiz. *d. conſi.* 18. *nu.* 12. *&* 15.

78 Secundo dato rurſus, qđ Burgus poſsit dicere de nullitate, ſeu iniquitate condẽnationis, & examinis, adhuc tñ crederem, non poſse dici eius condemnationem notoriè iniquã ex defectu probationum; quæ licet in criminalibus regulariter debeant de neceſsitate cõcludere, ac, vt aiunt, luce meridiana clariores eſſe, *l. fi. C. de probat. l. qui ſententiam, C. de pœnis, cum ſimil.* iſtud tñ intelligẽdũ eſt, vt procedat, quando agitur de condemnatione præſentium. At vbi agitur de condemnando abſentem, & contumacem, ſola indicia ad inquirendum e ſufficiunt ad eius condẽnationem, etiã ſine alijs probationibus, ſecundum comm. pract. de qua teſt. Clar. *in quæſt.* 44. *verſ. quæro nunquid, & habetur expreſſam Bullam Pij V. ſub datum Romæ apud Sanctum* Petrum, *idibus Septembris, Anno ſexto, ibi, ſi tamen legitimis præcedentibus indicijs ad inquirendum promulgata fuerint.*

79 Ad inquirendũ aũt, quod ſufficiat delicti præſumptio, traditur per Ang. de malef. *in uerbo, hæc eſt quadam inquiſitio. §.* 2. *principaliter in hac materia, nu.* 3. & ibi Aug. *in addit. Boſ. tit. de inquiſ. nu.* 8. & magis in ſpecie, quod ad tranſmittendũ inquiſitionem reo abſente ſufficiat vehemẽs ſuſpicio, ex probabilibus argumentis reſultans, licet ex ea non oriantur talia indicia, nec taliter probata, vt ad torturam ſufficiant, concludit Clar. *in pract. quæſt.* 20. *verſi. ad formandum.*

80 Præſertim noſtro, ſcilicet, in crimine concuſſionis, & delicto commiſſo in officio, In quo, vt alias dixi, imperfecta, & non plena probatio, etiã p teſtes domeſticos, familiares, infames, ſeu quomodocũque inhabiles inducta, habetur pro perfecta, & concludenti, Iacob. Pott. Imolen. *conſil.* 95. *nu.* 21. *ſeqq.* Franc. Marc. 648. *n.* 3. *& deciſ.* 685. *nu.* 5. *ſeq.* 1. *par.* & in delicto difficilis probationis, coniecturæ, & præſumptiones nedum ſufficiunt ad inquirendum, ſed etiam ad condemnandum. Oſaſc. *deciſ. Pedemon.* 77. *nu.* 1.

Ideo

81 Ideo licet teſtes contra Burgum deponentes,
poſſint dici nulliter examinati,negari tamen nõ
poteſt,quin ſaltem Iudici fecerint aliquam præ-
f ſumptionem, ſeu argumentum, [f] prout in ſimili
dicimus de teſtibus nulliter examinatis ſine par-
tis citatione. Qui licet regulariter non probent,
faciunt tamen argumẽtum, & præſumptionem.
Dec.*in c.in nomine Domini,il primo,nu.*18.*extra de
teſtib.*Grammat.*dec.*34.*nu.*33.Foller.*in pract.cri.
verb.& ſi confitebuntur, num.*45. Hæc autem præ-
ſumptio,ſeu argumentum, ſic ex teſtibus nulli-
ter examinatis,oriens, ſufficit ad inquirendum,
per præallegata.

82 Et in caſu noſtro, qđ adfuerint indicia ad in-
quirẽdũ,res eſt clara,quia vltra teſtes prædictos,
cõcurrit querela partis. Quæ quidẽ querela licet
de ſe ſola non ſufficiat ad tranſmittendũ inquiſi
tionẽ,aperit tamen viã Iudici ad aſſumendũ in-
formationes ſuper delicto,Clar.*in pract.quaſt.*5.
*ſub verſ.ſcias etiam,& q.*7.*verſ.dixi ſupra*, & iun-
cta cum alio adminiculo, eſt etiam ſufficiens ad
inquirendum,prout quotidie practicatur.

83 Item acceſſit fuga ipſius Franciſci,qui citatus
ad comparendum aufugit,& non cõparuit; quo
caſu licet dici ſolent per Doctores, fugam poſt
porrectam accuſationem,& aſſumptas informa-
tiones,non facere indicium ad torturã,per Clar.
in pract.quaſt. 21. *verſ.fuga delinquentis*,bene ta-
men facere indicium ad inquirendum,nemo eſt,
qui neget;prę ſertim,quando agitur de fuga offi-
cialis:quo caſu poteſt ſequi condemnatio ex ſo-
lis præſumptionibus.Monticell.*reg.cri.*11.*nu.* 7.
Ideo ipſius fuga non ſolum ſufficit ad inquiren-
g dum, ſed ẽt ad condemnandum [g]. Idem Clar. *d.
verſ.fuga delinquentis,poſt princ.ibi, aut eſt tale cri.*
Boſſ.*de off.corrup.num.*16. & quando fuga eſt ad-
h miniculata,[h] tunc ẽt poſt formatam inquiſitio-
nem,facit indiciũ ad torturã,nedum ad inquirẽ-
dum,nouiſſime D. Maſcar. qui cõcordantes ad-
ducit,*in ſuo tract. lib.*2.*concl.* 819.*nu.* 17. Igitur ſi
contra Burgũ aderant indicia legitima ad inqui
rendum, reſultantia,ſcilicet ex querela partis, ex
teſtibus, licet nulliter examinatis, & ex fuga ip-
ſius Burgi,iuncta qualitate delicti cõmiſſi in of-
ficio,& difficilis probationis,ſubſequens condẽ-
natio non poteſt dici notoriè iniqua.

84 Tertiò,& vltimo omnis ceſſat difficultas,quia
Burgus in monitorio ſibi trãſmiſſo, fuit citatus
ad comparendum ſub pœna confeſſatorum cri-
minum;quo caſu ex generali conſuetudine con-
tra reos ſic citatos non comparentes,proceditur
ad cõdemnationem tanquam habitos pro con-
feſſis,ſicuti poſt alios teſtatur Clar.*in pract.q.*44.
verſ.licet autem.& verſ.dictum eſt.ideo condẽna-
tio non poteſt dici lata ſine probationibus;quia
ſola hæc confeſſio, ex contumacia reſultans, in-
ducit fidem, & probationem delicti. Aret. *conſil.
crim.diuerſ.*70.*nu.*74.*& conſ.*71.*nu.*33.*&* 45. *vol.*
1.*in fol.*Boſſ.*in tit.banniti.quid amittant, num.* 19.
Clar.§.1.*verſ.quæro etiam,ante fin.*

85 Nec refert, quod hæc probatio, ſeu confeſſio
ex contumacia reſultans,dicatur ficta,& non ve
ra, Marſil.*in pract.*§.*poſtquam,nume.*51.*ſeq.* quia
tantum operatur fictio in caſu ficto, quantũ ve-
ritas in caſu vero.*l.vnica,in princ.C. de rei uxor.a-
ctio.plene Euerard.in loco a fictione, nu.*4. Et qñ lex
fingit ſuper actu, ſuper quo diſponere põt, non
ficte,ſed vere id facere dicitur,& de eo tanquã de
caſu vero, iudicandum eſt.Oſaſch.*dec.Pedemont.*
126.*nu.*... Cadit enim fictio,nõ ſuper dubio, ſed
ſuper certo.gl.*in l.ſine poſſidetis. ſub verb. facti. C.
de probat.& in d.l.vnica.*§.*accedit,in verb.præſuma-
tur.C.de rei vxo.actio.*

86 Nec etiam obſtat, quod hoc fundamentũ re-
ſpiciat illum articulum, an ſcilicet ſententia, de
qua agitur,ſit lata ob delictum,vel ob contuma-
ciam,de quo nunc non diſputatur;non autẽ,an
ſit lata ſine probationibus;quia vt ſupra, dicunt
Doct.prædicti,ꝙ talis ſententia, ſic cõtra habitũ
pro confeſſo lata,non ſolum dicitur latè, ob de-
lictum,ſed etiam ex plena probatione delicti. Et
hæc quoad primã difficultatẽ, in qua concludo,
hanc ſententiã non poſſe dici notorie iniq̃ ex de
fectu ꝓbationum, ſtante nullitate examinis te-
ſtiũ. Primo,quia cõtumax, & bannitus non põt
probare de nullitate examinis. Secũdo, quia ad-
ſunt legitima indicia ad inquirendũ,quæ iſto ca
ſu habentur pro cõcludenti probatione. Tertio,
quia ſola confeſſio ex contumacia reſultans,dici
tur plene probare delictum;Quo vero ad ſecũdã
difficultatem,dicitur, eam prorſus tolli ex dedu-
ctis in facto,quæ hic repetere non eſt neceſſe.

87 Quibus ſic per me pro reſponſione conſidera
tis,non obſtantibus, adhuc idem Reuerendiſſi-
mus Dominus Iudex dubitabat, & in primis di-
cebat,non obſtare,quod non comparens,& con
demnatus non poteſt dicere de nullitate condẽ-
nationis ex defectu Iuriſdictionis. Neuizz.*conſil.*
18.*nume.*12. Quia hoc non applicatur caſui no-
ſtro; Neuizza. enim dicit, contumacem excom-
municatum non poſſe, propter ſuam contuma-
ciam,allegare nullitatem actorum, & cẽſuratum
in ſui cõtumaciam emanatarum, etiam ſi eſſent
nulla ex defectu iuriſdictionis, per *cap. ſi duobus,
vbi gloſ.in verb.tenebit,de appell.*quam glo.inquit
ab omnibus ibi approbari. gloſ. autem ibi vult,
quod ſententia excommunicationis lata contra
contumacem,valet propter contumaciam, quia
debuit comparere,& allegare priuilegium ſuum,
& gl.ſequuntur ibi Card.*in gl.*3.*verb.oppoſi. Butr.
ſub nu.*8.Imol.*nu.*10. Abbas *nu.*8.*verſ.ſoluit gl. &
num.*14.*cir.fin.verſ.ſed* Proceſſus *contumaciæ puni-
tiuus*.Franc.*num.*14.*verſ.ſoluit gloſ.notabilis*.Præ-
poſ.*numero* 13.*verſ.quo ad ſecundum.*Dec.*numero*
12.*&* 13.

Hoc autem dictum gloſ.procedit,duobus cõ-
currentibus,videlicet contumacia excommuni-
cati, in cuius pœnam fuit lata ſententia excom-
municationis;& ignorantia Iudicis,qui excom-
municauit,appellationis interpoſitę ad Papam.
Alioquin ſi excommunicatus non fuiſſet contu
max,ſed comparuiſſet,& allegaſſet priuilegium,
ſeu exemptionem ſuam,videlicet,ſi Iudex ſciuiſ-
ſet appellationem ad Papam interpoſitam,tunc
ſententia excommunicationis non valebit; &
hæc declaratio,tam ex verbis tex.*in d.c.ſi duobus,*
quam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quã ex dictis Doct. ibi, aperte colligitur; vñ cum dictũ gl. procedat ratione contumaciæ, & ratione ignorãtiæ Iudicis ſimul, & vna ceſſante non ꝓcedat, non video, qũo poſſit applicari caſui noſtro, in quo vtraque ratio ceſſat. Non enim pôt valere examen teſtiũ ratione contumaciæ Burgi, cum validitas examinis non ſit remedium puniendi contumaciã, ſicut eſt excommunicatio. *c. tua, vt lit. non conteſt.* Et propterea Butr. Imol. Prępoſ. Abb. & Dec. *in locis, de quibus ſupra*, reſtringunt ſe ad proceſſum contumaciæ, punitiuum; alias enim proceſſus non punitiuus cõtumaciæ, non valeret, vt per Præpoſitum, Abb. & Dec. *vbi ſupra*; nec etiã poteſt valere examen teſtiũ ratione ignorantię Iudicis, ignorantis, examen teſtiũ ſimul examinatorum eſſe nullum, cum hæc ignorantia non conſtet in facto alieno, ſicut eſt ignorantia Iudicis alieni, ignorantis appellationem ad Papam interpoſitam, quæ ignorãtia eſt excuſabilis, ſed eſt ignorantia iuris, quæ non excuſat.

88 Secundo non obſtat, qđ cõtumax non poſſit dicere de nullitate examinis teſtiũ, vt ꝑ Neuizz. *d. conſ.* 18. *nu.* 15. vbi inquit, contumacẽ non poſſe opponere, teſtes fuiſſe receptos lite non conteſtata, & tamen examen teſtiũ ante litis conteſtationem examinatorum, regulariter eſt nullum, *c. quoniã frequenter, & ibi not. vt lit. non conteſt.* Quia Neuizza allegat Aret. *in l. 2. C. de eden.* vbi de hac re verbum nullum.

89 Tertio non obſtat, quod contumax condemnatus non poteſt dicere de nullitate teſtium ex defectu citationis; cum habeantur pro legitime examinatis, in odium contumaciæ ipſius rei citati, non comparentis, ita vt eorum repetitio vlterior non requiratur, prout inquit Clar. *in pract. cri. §. fin. q. 45. ver. cæterum ſi reus, in fine.* Ita in caſu noſtro teſtes ſimul examinati, debent haberi pro legitime examinatis, in odium contumacię Burgi citati, non comparentis. Quippe pro reſponſione dicitur, Clarum loqui in caſu longe diuerſo à noſtro. Ideo enim in caſu ſuo teſtes nulliter examinati ex defectu citationis habentur, in odium contumaciæ rei poſtea citati, & non comparentis, pro legitime examinatis, quia ab initio tempore examinis non poterãt valide examinari, cum iuxta conſuetudinem teſtes pro informatione Curiæ recipiantur, parte non citata, ea ratione, qa ſi reus citaretur, ſtatim aufugeret, vel poſſet teſtes examinandos ſubornare; ideo non mirũ, ſi reo poſtea citato, & cõtumace exiſtente, faciant fidem, ꝑut declarat idem Clar. *d. §. fin. quæſt.* 11. *verſ. item quæro, circa fin.* licet ſi reus compareat, differentia ſit, an cõpareat ante condemnationem, vel poſtea admiſſus ad nouas defenſiones. Nã primo caſu teſtes examinati ſine citatione partis, nullã fidem faciunt, niſi repetãtur. Secundo caſu abſq; alia repetitione habẽtur pro legitime examinatis, in odiũ contumaciæ ipſius rei citati, prout bene declarat idem Clar. *d. q.* 11. *verſ. item quæro, ad fin. & quæſt.* 45. *verſ. certum ſi Reus, in fin.* ſed in caſu noſtro teſtes ab initio tempore examinis, poterant ſeparatim, & ſic valide examinari, cũ nulla ſubeſſet ratio, cur ſimul examinarentur, vnde de vno caſu ad alium non poteſt inferri.

90 Quarto non conſtabat, quod dato, quod Burgus poſſit dicere de nullitate examinis, non propterea ſententia Senatoris poteſt dici iniuſta ex defectu probationum; quia, quando agitur de condemnando abſentem contumacem, ſola indicia requiſita ad inquirendum, ſufficiunt ad cõdemnãdum, ſine alijs probationibus, ſecundum communem practicam, de qua teſtatur Clar. *d. §. fin. q. 44. ver. quæro nunquid*, & cauetur etiã *in Bulla* Pij Quinti, *ibi, ſi tamen legitimis præcedentibus indicijs ad inquirẽdum promulgata fuerint.* Hic autem adeſſe talia indicia, quæ ſufficiũt, patet, quia teſtes ſimul examinati, faciunt ſaltem indicium, ad inſtar teſtium, ſine citatione partis examinatorum, qui licet regulariter non probent, faciũt tamen indicium. Dec. *in c. 2. nu.* 18. *de teſtib.* Gra. *deci.* 34. *nu.* 32. Foller. *in pract. crim. in verb. et ſi confitebuntur. nu.* 45. *fol.* 226. Item concurrit querela partis, quæ aperit viam inquiſitioni, vt per Clar. *d. §. fin. q. 5. verſ. ſcias etiam, ante med.* Demum concurrit fuga Burgi, quæ etiam poſt formatam inquiſitionem, vel aſſumptas informationes, facit indicium ad inquirendum, ad trad. per Clar. *d. §. fin. quæſt.* 21. *verſ. fuga delinquentis.* ſi quidem dupliciter poteſt reſponderi.

91 Primo, hic non concurrere indicia ſufficiẽtia, ad condemnandum abſentem contumacem; nã, excepta fuga, nullum aliud adeſt indicium. Nam primum de teſtibus nulliter examinatis, non verificatur, quia communis concluſio eſt, quod teſtes ſine citatione partis examinati, nullum faciant indicium. Bar. *l. maritus, num. 3. in fin. ff. de prob. per l. ſi quando, in fin. C. de teſtib.* ſequitur Abb. *in cap. 2. num. 14. de teſtib.* vbi ſubdit, id apertiſſime probari in illo text. in princ. *ibi, nullius momenti*, ponderando verbum, *nullius*, quod eſt vniuerſale negatiuum, & verbum, *momenti*, quod excludit omne indicium, quantumcunque modicum. Aret. *in d. cap. 2. in 1. not. & ibi* Felin. *numero 3. verb. & iſtud.* idem Aret. *in l. 2. numero 4. ante med. verſ. quod probatur ratione. C. de eden.* vbi inquit, teſtem nulliter examinatum, propter defectum citationis, nullum pænitus facere indicium. Idem Felin. *in cap. cum dilecti. ſub num. 9. de accuſat.* Marſ. *in l. 1. §. Dinus Antoninus. num. 1. prop. fin. verſ.* ſi autẽ ratione ordinis. ff. de probat. Alber. de maleſ. *de teſt. cap. 7. num. 4. verſic. ſi autem teſtis.* addit. ad Crot. *de teſt. par. 7. num. 245. in verſic. non valet.* & hanc eſſe communem opinionem fatetur Dec. *in d. c. 2. ſub nu.* 27. quicquid ipſe in contrarium dixerit ſuperius, *nu.* 18.

Secundum indicium de querela partis, non
92 ſubſiſtit in iure, quia querela partis non facit indicium, ſed ſolum aperit viam inquiſitioni, vt inquit Clar. *d. §. fin. q. 5. verſ. ſcias etiam ante medium. Ibi; nullum verbum, quod querela partis faciat indicium.*

Vnde ſupereſt tantum indicium fugæ, quod
93 per ſe ſolum non poteſt ſufficere, cum fuga in caſu noſtro, fuerit poſt formatam inquiſitionem, vel poſt aſſumptas informationes. Nec eſt ve-

rum

rum, quod ad condemnandum abſentem contumacem, ſufficiunt indicia neceſſaria ad inquirendum; imò requiruntur indicia neceſſaria, ſufficiētia ad tranſmittendum inquiſitionem. Et ita loquitur Clar. *d. §. fin. q. 44. verſic. quæro nunquid, ad finem*, & differentia eſt inter indicia ad inquirendum, & indicia ad tranſmittendum inquiſitionem. Ad inquirendum enim ſufficiunt indicia leuia, ad tranſmittendum autem inquiſitionem, requiruntur indicia grauia, prout declarat Clar. *d. §. fin. quæſt. 20. in princ. verſ. ſufficiunt etiā, & verſ. grauia ſufficiunt*, & ad tranſmittendum inquiſitionem, debent præcedere legitima indicia, vt firmat Clar. *d. quæſt. 20. verſ. ad formandam*, & fugā per ſe ſolam non ſufficere ad tranſmittēdum inquiſitionem, ſed debere eſſe iunctam cum alijs præexiſtentibus indicijs, inquit Clar. *d. verſ. ad formandum, in fine.*

94 Secundo reſpondetur, & ex hac reſponſione omnis ceſſat difficultas, qđ verū eſt, indicia ſufficere ad condemnandū abſentem contumacē; ſed hæc ſententia erit contumacialis, quæ contrariā ſententiam tollit. Clar. *d. quæſt. 44. verſ. dixi quod de iure, circa med.* ibi, niſi purgato crimine, & condemnatione per contrariā ſententiam ſublata, prout ſententia Senatoris, ſi eſt contumacialis, fuit ſublata per ſententiam Gubernatoris.

95 Et vltimo nō obſtat, qđ Burgus in monitorio ſibi trāſmiſſo, fuit citatus ad comparendum, ſub pœna confeſſatorum criminum, quo caſu ex generali conſuetudine, contra reos ſic citatos, procedigut ad condemnationem, tanquam cōtra habitos pro confeſſis. Clar. *d. quæſt. 44. ver. licet aūt, & verſ. dictum eſt*, & hęc confeſſio reſultans ex cōtumacia, dicitū priuilegiata. Curt. Iun. poſt alios *conſ. 310. nu. 37. lib. 3.* & fuit tentum *in vna Imberi. Caſtrorum. 22. Aprilis 1575. coram R. P. D. Seraphina.* ſed pro reſponſione dicitur, hanc condemnationē Burgi contumacis, & habiti pro confeſſo, fuiſſe nihilominus ſententiā cōtumacialē, quę (vt dixi) fuit ſublata per ſententiam Gubernatoris.

96 Verum pro ſubſtentatione eorum, quæ per me ſupra reſponſionibus deducta fuerūt, adhuc replicabam, quod dum primo dicitur, non eſſe credendum eidem Neuizz. *in d. conſil. 18. num. 12.* dicenti, teſtes, etiam lite non conteſtata examinatos, fidem facere contra cōtumacem, quia Aret. *in l. 2. C. de eden.* per eum alleg. non dicit id, ad quod allegatur: Reſpōdetur, quod ex quo idem Neuizzanus ad ita aſſerendum non fundat ſe ſimpliciter in auctoritate Aretini, ſed in generali ratione, quia ſcilicet contumaci non competeret defenſio, & contra contumacem omnia iura clamant, vt ibi per eum; ideo licet ceſſet auctoritas allegata, non tamen ceſſat fundamentum rationis generalis; & propterea iſto caſu Doctori non fideliter allegati, credendum eſſe, cum præcipue non habeat contradictorem, trad. Ant. Mat. Corat. *in tract. de com. opin. lib. 1. tit. 6. in ſpect. 7. nu. 109. ſeqq.*

97 Dum ſecundo dicitur, non eſſe inferendum de teſtibus ſine citatione examinatis, & non repetendis contra contumacem cōdemnatum, ad teſtes inſimul examinatos, ex quo primo caſu nō poterant teſtes valide examinari reo citato, quia ſi citaretur, aufugeret; Secundo autem caſu nihil eſt, quod impediat, quin ſeparatim examinarentur; Reſpondetur, quod caſus ſunt bene diuerſi, ſed ratio eſt eadem, & nō ſufficit diuerſificare caſus, niſi ēt ratio diuerſitatis afferatur. Aym. *conſ. 186. col. 2. verſ. quarto reſponde, & conſ. 187. nu. 2.* & quod ratio ſit eadē, apparet, quia teſtes reo nō citato recepti, & examinati, non repetuntur contra contumacē condemnatum; nō propter hoc, quod à principio poterant, eo non citato, valide recipi, & examinari; ſed in odiū cōtumaciæ, quia ſcilicet expectauit ſe condemnari, prout odium cōtumaciæ pro ratione cōſiderat iſto caſu Clar. *in pract. quæſt. 45. verſ. cæterum ſi reus, in fine. ibi, in odium eius contumaciæ &c.* Et propterea ſi reus nō ſit ita contumax; quod non expectauerit ſe condemnari, non probant tales teſtes, ſi non repetantur, etiam quod à principio potuerint valide examinari, vt per eundem Clarum *in quæſt. 11. ver. Item quæro, in fine.* Vnde iſti teſtes ſunt, & nō ſunt repetendi, ſecundum quod reus eſt, vel nō, condemnatus, & ſic magis contumax, vel minus contumax; non autem ex eo, quod à principio ſunt valide, & non valide examinati; alioquin ſi ratio non repetitionis eſſet validitas acceptionis, & examinis ſine citatione à principio, vtiq; teſtes, nec etiam eſſent repetendi, quando reus compareret ante condemnationem, cum etiam eo caſu ſint valide à principio recepti, & examinati, & tamen contrarium eſt verius, propter odium contumaciæ. Quæ ratio cum etiam vigeat in teſtibus inſimul examinatis, debet etiam iuris eadem diſpoſitio, vulgata *l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patr. cum ſimil.*

98 Dum tertio dicitur, qđ indicia ad trāſmittendū inquiſitionem debeāt eſſe legitima, & grauia, vt per Clar. *quæſt. 20. in princ. iuncto ver. ad formalem*, & talia indicia in caſu noſtro non apparent, cum teſtes nulliter examinati, ēt ſine citatione nullum faciant indiciū, ſecundū com. de qua per Dec. *in c. 2. n. 27. de teſtib.* cum alijs allegatis. Querela autem partis pariter nullum facit indiciū, licet bene aperiat Iudici viā ad inquirendū. Clar. *quæſt. 5. verſ. ſcias etiam ante med.* Prout ēt, nec fuga Burgi de ſe ſola, cū ſucceſſerit poſt formatam inquiſitionem, pōt facere indicium ad tranſmittendum inquiſitionem, vt per eundem Clar. *d. ver. ad formandam, in fin.* Reſpondetur primo, qđ ad formandā inquiſitionem licet indicia debeāt eſſe grauiora, quàm ea, quæ ſufficiunt ad inquirendum, hoc eſt ad aſſumendum informationes ſuper delicto, vt declarat Clar. *in loc. cit.* Certum tamen eſt, quod ad dictam inquiſitionē formandam, deficiunt indicia, etiam quod non ſint talia, vel taliter probata, quod ſuper ijs poſſit reus torqueri, ſecundum generalem conſuetudinem, de qua per Clar. *in d. verſic. ad forman. poſt med. ibi, reus tamen contrarium obtinuit, &c. & etiam ibi, nihilominus attenta, a. generali conſuetudine, &c.* & ſic aperte colligitur ex libro, quod licet ad torturam indicia debeant eſſe, non ſolum

in ſe

in ſe grauia, & legitima, ſed etiam legitime pro-
bata; nihilominus,ad tranſmittendum inquiſi-
tionem,ſufficiunt etiam, quod non ſint tantum
legitima,& non legitime probata. Illa enim ver-
ba,*vel taliter probata*,reſpiciunt ordinem,& vali-
ditatem examinis. Ideo etiam teſtes non legiti-
mè examinati,ſufficiunt ad inquiſitionem tran-
ſmittendum;licet ſecus ſit ad torquendum.

99 Secundo reſpondetur, quod quicquid ſit de
iure communi,& data etiam differentia inter in-
dicia ad inquirendum, & indicia ad tranſmitten
dum inquiſitionem,ſufficit mihi in præſenti ca-
ſu adeſſe indicia ad inquirendum,licet forſan nõ
adeſſent indicia ad tranſmittendum inquiſitio-
nem,quia bulla Pij Quinti contentatur ſolis in-
dicijs ad inquirendum,vt patet ibi, *ſi tamen legi-
timis indicijs ad inquirendum,&c.* Et ad inquiren-
dum leuia ſufficere indicia, & quamlibet proba-
tionem ſuſpicionum,trad. Saly. *in l. ea quidem, n.
41. C. de accuſat.* Boſſ. *tit. de inquiſit. nu. 8. & nu. 61.*
& cum habeamus verba clara ipſius bullæ, non
eſt opus illam alio modo interprætari,quam pro
ut verba ſonant.

100 Tertio quicquid ſit in alijs delictis,in delicto
tamen concuſſionis,de quo agitur, quod à iure,
vt alias dixi,reputatur occultum, & difficilis pro
bationis,indicia,nedum ad formandam inquiſi-
tionem,ſed etiam ad torturam,leuiora,& mino-
ra ſufficiunt,quam ea,quæ in alijs delictis requi-
runtur;& in ijs delictis, Iudex multo facilius, &
animoſius procedere poteſt ad torquendum,ne-
dum ad tranſmittendum inquiſitionem, Gram.
vot. 3. nu. 2. ſeqq. Oſaſ. *Deciſ. Pedemont. 72. num. 1.*
vbi adducit concordantes. Boſſ. *tit. de ind. n. 200.*
Clar. *quæſt. 64. verſ. & ideo dici ſolet.*

101 Quarto circa teſtes nulliter, & ſine citatione
examinatos, dato, quod non faciant indicium,
vt exaduerſo probatur,bene tamen,vt alias dixi,
faciunt præſumptionem,ſeu argumẽtum,vt per
Foller. & Gram. in alia informatione allegatos,
qui & cõcordãtes adducunt; addo eundẽ Gram.
deciſ. 11. nu. 13. Mille. *in repert. teſt. verſ. teſtes. num.
69.* Soc. *conſ. 262. nu. 11. verſ. confirmatur quia. lib.
2.* Et generaliter in alijs teſtibus nulliter exami-
natis,quod faciant pręſumptionem,idem primo
loco traditur in examinatis ſine iuramento, per
Abb. *in c. cum olim. nu. 6. in 3. notab. de priuil.* Marſi.
ſing. 198. num. 1. in fin. Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.
1. quæſt. 26. nu. 5.* Stephan. Lambertengh. *in tract.
de contract. cor. glo. 11. nu. 25.* teſtes autem non iu-
rati,& non citati à pari procedunt. Dec. *in c. 2. n.
mihi 32. in 7. ampliatione, de teſtibus*, vbi in teſti-
bus nulliter extra terminum examinatis, quod
pariter faciunt præſumptionem. Bar. *in l. 2. col. fi.
verſ. 3.* quæro. eo. tit. Marſ. *ſing. 198. nu. 1. in fine,*
& in teſtibus nulliter extra iudicium deponenti
bus, Alber. *in l. teſtium, nu. 21. ff. de teſt.* Et genera-
liter de omnibus teſtibus minus ſolemniter exa-
minatis, Aym. *conſ. 198. nu. 11.*

102 Nec valet cõſequentia,teſtes non faciunt in-
dicium, ergo,nec etiam faciũt præſumptionem,
i quia præſumptio eſt minus quàm indicium,[i] vt
per Rolan. *conſ. 37. nu. 17. & ſeqq. vol. 3.* & propte-
rea,qđ licet teſtes ſine citatione examinati, non
faciant indicium, bene tamen faciunt aliquam
præſumptionem, quæ ſufficiens erit ad inquirẽ-
dum,& ad coadiuuandũ alias probationes,vt di-
ſtinguendo optimè concludit Arnal. Alber. *in
tract. de cognoſcen. aſſert. cathol. & hæret. q. 34. num.
37. & ſeqq. vſque ad nu. 45.*

103 Quinto, vltra teſtes præfatos, non eſt etiam
in totum ſpernenda querela partis,quæ ſi,vt ex-
aduerſo admittitur, etiam de ſe ſola aperit viam
Iudici ad inquirẽdum,& aſſumendum informa-
tiones ſuper delicto, licet ad tranſmittẽdum in-
quiſitionem ſufficiens non ſit,neceſſario tamen
ſequitur,quod inducat aliquam probabilem ſu-
ſpicionem,& faciat indicium ſaltẽ leue;quia niſi
hæc præcedant, Iudex inquirere,vel informatio
nes aſſumere nõ põt. Clar. *d. quæſt. 20. eodem verſ.
ad inquirendum, in princ.* Hoc igitur indiciũ leue,
vel probabilis ſuſpicio,ex querela reſultans,iun-
cta præſumptione,ſeu argumento oriente ex te-
ſtibus nulliter examinatis, facit ſufficiẽs indiciũ
ad tranſmittẽdum inquiſitionem: Quia duo in-
dicia leuia faciunt vnũ indicium graue, ſufficiẽs
ad torturam, nedum ad tranſmittendũ inquiſi-
tionem. Corrad. *in pract. tit. de negat. cri. & tormẽ.
nu. 29. pag. mihi* 297. & ad torquendum pariter, ſi
K non proſunt ſingula,multa iuuant.[k] Gram. *deci.
34. nu. 35.* Cæpo. *conſ. cri. 32. nu. 16.* Gig. *de cri. læſ.
Maieſt. lib. 2. tit. quom. & per quos crimen læſ. Maieſt.
probe. q. 25. in fin.*

104 Sexto,omnis tollitur difficultas ex fuga, quæ
licet,vt bene exaduerſo prætenditur,deducitur,
vt non ſufficiat de ſe ſola, ad tranſmittendũ in-
quiſitionem,quando ſucceſſit poſt accuſationẽ,
& aſſumptas informationes,adminiculata tamẽ
aliqua alia ſuſpicione,quod eo caſu ſit bene ſuf-
ficiens ad dictam inquiſitionem tranſmittendã,
nemo eſt qui neget,imò quod,& ſufficiat tũc,ad
torquendum,aperte dicit Brun. *de indi. & tortur.
1. p. quæſt. 3. nu. 9.* cum alijs nouiſſime cumulatis
per Maſcar. *de probat. lib. 2. concl.* 819. *nu.* 17. & qđ
in præſenti caſu,& ex partis querela, & ex quin-
que teſtibus pro informatione Curiæ receptis,
plene concludentibus delictum,licet nulliter re-
ceptis,oriatur præſumptio,vel ſuſpicio,vel ſaltẽ
adminiculum, quod minus eſt omnibus prædi-
ctis,præſertim contra contumacem,per prælle-
gata,nullus credo dubitationi locus ſit.

105 Circa tertium fundamentum, quod ſcilicet
Burgus non poſſit dici ſine probationibus con-
demnatus, poſtquam ex generali conſuetudine
eſt habitus pro confeſſo,& pro confeſſo condem
natus; dum exaduerſo replicatur,quod iſta con-
demnatio adhuc erit contumacialis,quæ per cõ-
trariam ſententiam tollitur, Clar. *q. 44. ſub verſ.
dixi, quod de iure, circa medium, ibi, niſi purgato cri-
mine, & condemnatione per contrariam ſententiam,
&c.* & propterea ſententia Domini Senatoris
erit ſublata per ſententiam Domini Guber-
natoris: Dicitur, quod per ſententiam Domi-
ni Gubernatoris non dicitur purgatum cri-
men Burgi; imò magis detectum per eius con-
feſſionem. Nec pariter dicta ſententia Guber-
natoris

natoris poteſt dici contraria ſententiæ Domini
Senatoris;quia rurſus non fuit abſolutus,ſed ite
rum condemnatus,& adhoc,vt iſto caſu ſenten-
tia diceretur cōtraria, erat neceſſaria abſolutio,
vt per Clar.*in loc.cit.ibi,niſi ſequuta abſolutio,&c.*
& Iudex condemnando in vna parte,non cenſe-
tur abſoluiſſe in alia.Bal.Salyc.& alij *in l.1.C.ſi*
aduerſ.rem iudic.per gl.ibi communiter approbatam,
prout ibidem atteſtantur Alber.adducēs multos a
concordantes,& Salyc.poſt *nu.4.ver.& quia com*
munis opinio.Bart.*in l.ſi plures. in fin.ff. de fideiuſſ.*
Felyn *in c.cum inter.nu.7.ante fin.de re iud.* Pariſ.
conſ.103.nu.3.lib.1. b

Deciſio in prædicta cauſa notariatus in tertio præ-
ſuppoſitio dubio, Lunæ 16.Decembris 1585.
Coram eodem D.Cantucio.

106 Domini dixerunt, quod ſi forma ſtatuti,volē
tis contumacem haberi pro confeſſo,nō fuit ſer-
uata,ſententia Senatoris fuit nulla,tanq̃ lata ſi- c
ne ꝓbationibus,ſtante nullitate examinis teſtiū
ſimul examinatorū,prout in diſcurſu ; nam licet
Doctores controuertant , an ſententia lata ſine
probationibus ſit valida,vel potius nulla, vt pa-
tet ex cumulat.per Gab. *de ſent.concl.9. nu.1.2.3.*
4.& 5. Nihilominus hæc controuerſia procedit
in ciuilibus,non in criminalibus , in quibus ſen- d
tentia lata ſine probationibus eſt nulla, quia ꝓ-
bationes ſunt de ſubſtantia,vt poſt Bar. Ang.&
Imol.declarat Ruy.*conſ.68.nu.6.lib.5.*Socy.Iun.
*conſ.38.nu.29.lib.2.*Gab.*vbi ſupra nu.13.*

107 Non obſtat, quod ſententia Gubernatoris
non tollit ſententiam Senatoris, licet enim Bur
gus in ſententia Gubernatoris condemnetur ad e
triremes per quadriennium,non tamen cenſetur
abſolutus ab alijs pænis , contentis in ſententia
Senatoris,ad nor. per Doct. *in l.1.C.ſi aduerſus rē*
*iud.*Bar.*in l.ſi plures.in fin.ff.de fideiuſſ.* Pariſ.*conſ.*
103.*nu.3.li.1.*Quia pro reſpōſione dicitur, quod f
ex verbis narratiuis ſententiæ Gubernatoris ap-
paret,eum ſenſiſſe, quod Fiſcus non faciebat vis
in pœna confiſcationis bonorū,& in pœna vlti-
mi ſupplicij; & ideo Gubernator condēnādo in
pœnā triremiū,videtur abſoluiſſe ab alijs pænis,
in ſentētia Senatoris cōtentis,ēt ſi expreſſe non
dixerit,ꝓut poſt Aret. bene declarat Felyn. *in c.*
cum inter.nu.7.verſ.2.reſtringe ad ſent.de re iudic.

108 Si vero forma ſtatuti fuit ſeruata , res apud g
Dominos habebat difficultatem, nam ſententia
Senatoris non poteſt dici lata ſine probationi-
bus,ſtante ficta confeſſione Burgi reſultante ex
eius contumacia. Et ideo cum ipſe poſt condem
nationem coram Gubernatore non probauerit
1 ſuam innocentiam,[1] imò teſtes repetiti probarūt
contrarium,ſentētia Senatoris debebat exequi, h
vt per Clar.*in prac.cri.§.fin.q.44.verſ.quæro quan-*
do reus.ibi,ſed quicquid ſit.

109 In contrarium fuit allegatum conſil. Ancha.
272.*nu.2.in fi.* dum dicit , reum per comparitio-
nem purgare contumaciam,& Iudicem poſſe re-
cedere a banno,in quo reus poſitus fuerat,& de-
bere de delicto cognoſcere , ac ſi reus contumax
non fuiſſet,*& nu.3.in fin.*concludit,bannum eſſe i
per comparitionem extinctum,& cauſam de no-
uo debere ventillari , ac ſi eſſemus à principio ;i-
deo ſuper hoc nihil reſolutum.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius V.I.D.Rom.

ADDITIONES.

a *Simul.* Teſtes in ſimul , & in turba examinati, quod nullam faciant fidem, bene probat Dominus meus Farinacius *in ſuo tractatu de teſtib.q.80. nu.94.& ibi nu.95.& ſeqq.* vide ad hanc conc.tres notabiles declarationes.

b *Sermonem.* Teſtes deponentes per eundem pręmeditatum ſermonem,quando probent, vide regulam cum tribus limitationibus, poſitam per Dominum meum Farinac. *in ſuo tract.de teſtib.q. 65.nu. 24.& ſeqq.* vbi præſertim *num.* 27. ponit, quando teſtes ſunt plures.

c *Viſum fuerit.* Non eſt dubium,quod iudicis arbitrio remittitur,an teſtes deponētes per eundem præmeditatum ſermonem, ſint ſuſpecti; an vero bonæ famæ;& an probent,vel non,prout voluit Rota coram D.Cæſare de Graſſis *dec.* 82.*nu.*14. cum alijs alleg.per D.meum Farinac. *in tract.de teſt.d.q.65.nu.26.*

d *Citationis.* Procedit ſine dubio hæc concluſio, quod contra contumacem teſtes examinati ſine citatione fidem faciunt; & qui cōtrarium voluerunt , intelligendi ſunt , reo contumace comparente: ſecus ſi in contumacia perſiſtat, prout bene declarat D.meus Farin. *in tract.de teſtib.quæſt. 72.nu.100.& ſeqq.*

e *Inquirendum.* Ad inquirendum an , & quæ indicia ſufficiāt,nullus eſt,qui magis accurate materiam pertractet,quam D.meus Farinac. *in ſua pract.crim.in tit.de inquiſ.quæſt.1.in 4.requiſito. nu. 40.& ſeqq.*

f *Argumentum.* Iſta materia , an ſcilicet in criminalibus teſtes examinati,parte non citata, faciant aliquod modicum indicium , & an faciant præſumptionem,ſeu argumentum, bene explicatur per D.meum Farinac. *in tract. de teſtib. q. 72. num.89.& ſeqq.* Vbi relatis hinc inde contrarijs, contra ea, quæ hic ſcripſit, reſoluit, quod in criminalibus nullam faciunt præſumptionem aut argumentum.

g *Condemnandum.* Si officialis fugiens ab officio, faciat oriri ex ſua fuga ſemiplenam probationē, ex qua poſtea in ſupplementum detur querelantibus iuramentum,hanc concluſionem bene cōprobat D.meus Farinac. *in ſua pract.cri.p.1.tit.de Indit.& tortur.q.48.nu.77.& ſeqq.* vbi ponit tres ampliationes,& quinque declarationes.

h *Adminiculata.* Concluſio hæc per D.meum firmata, quod ſcilicet , quando fuga eſt adminiculata,facit indicium,etiam poſt accuſationem, ſeu inquiſitionem formatam , comprobatur per alios plures,quos ipſe retulit *in pract. crimin. tit. de indit.& tort.quæſtion.48.numero 34.* vbi tamen *numero* 35. non ſine ratione dubitat de veritate dictæ concluſionis.

i *Indicium.* Præſumptio quid ſit , & quid ſit indicium,

Digitized by Google

dicium, & an præſumptio ſit minus quàm indicium, cum alijs pluribus ad horum terminorum materiam ſpectantibus, vide omnino D. meum Farinac. *in ſua pract. crim. in tit. de indic. & tortur. quæſt.* 31.

K *Iuuant.* Præſumptiones, & indicia licet non coniunguntur ad effectum condemnandi, coniunguntur tamen ad effectum torquendi, ſecundum Brun. *in tractat. de* Ind. *& tortur. p. 1. quæſt. 2. num.* 6. Cæpo. *conſil. crim.* 32. *nu.* 17. Gram. *conſil.* 3. *num.* 6. Socyn. *conſil.* 54. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 3. relati per Marſil. *conſ.* 20. *num.* 47. *&* 49. Pariſ. *conſ.* 153. *num.* 36. *verſ.* 4. *principaliter. num.* 4. Gram. *deciſ.* 34. *nu.* 35. Ant. Galeat. Maluaticen. *cõſ. cri. diuer.* 110. *nu.* 6. *ſeqq. lib.* 1. Brunor. à ſole *in ſuo conſ. cri. nu.* 6. Arnal. Albertin. *de agnoſcen. aſſert. cathol. & hæret. quæſt.* 25. *nu.* 20. *ſeq.* Gabriel. *lib.* 1. *tit. de probat. concl.* 1. *nu.* 27. Marc. Ant. Eugen. *cenſ.* 27. *num.* 11. vbi alij referuntur. Paul. Granat. Theorem. 23. *nu.* 14. Menoch. *de præſump. lib.* 1. *quæſt.* 40. *nu.* 5. vbi alij referuntur. Onded. *conſ.* 202. *num.* 5. *& ſeq.* Ludou. Peguer. *deci.* 17. *nu.* 36. apud quos plures alios reperies concordantes. Quamuis contrarium voluiſſe videantur Marſil. *conſ.* 2. *nu.* 48. Maluaticen. *d. conſ. cri. diuer.* 110. *nu.* 14. *ſeq. lib.* 1. Hippol. Riminal. *conſ.* 683. *nu.* 49. *ſeqq. lib.* 6. Eugen. *d. conſ.* 27. *nu.* 60. Onded. qui alios recenſet *d. conſ.* 202. *nu.* 8. *ſeqq. lib.* 1.

I *Innocentiam.* Iſta quæſtio, an ſcilicet bannitus comparens teneatur docere de ſua innocentia, an vero per ſimplicem comparitionem cenſeatur abſtuliſſe contumacialem ſententiam, contra ipſum latam, eſt multum controuerſa apud Doctores; & propterea non eſt mirum, ſi Rota in hac poſitione cauſæ reſolutionem non dedit; Ideo vide ſuper hoc latè referentem, & diſputantem D. meum Farinac. *in ſua pract. crim. part.* 1. *tit. de inquiſit. quæſt.* 11. *num.* 100. *& ſeqq.* vbi bene declarat.

Famianus Centolinus V.I.D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

Hic agitur de homicidio ad ſui defenſionem, & alterius prouocationem patrato: An, & quando ordinaria, ſeu extraordinaria pœna puniri debeat, defenſione, aut prouocatione probata præſumptiuè, & non concludenter. Quis dicatur aggreſſor, ſeu prouocator, & an teſtes pro defenſione Rei examinati, & homicidium ad neceſſariam defenſionem commiſſum fuiſſe, deponentes de credulitate, dicantur plene, & concludenter probare, abſque eo, quod eorum dicti rationem reddant.

SVMMARIVM.

Confeſſio qualificata non facit minuere pœnam ordinariã, quando de delicto conſtat etiam præſumptiue, nu. 1. *Contra nu.* 27. *& in addit. litera* a.

Teſtium numerus ſupplet defectum, num. 2. *Intellige in ciuilibus, ſecus autem in criminalibus, num.* 19. *de materia, in addit. litera* b.

Teſtibus paucioribus minus creditur, quam pluribus, nu. 3. *Declaru, niſi teſtes pauciores eſſent digniores, num* 16. *de materia, in addit. litera* c.

Aggreſſor præſumitur ille, qui ante rixam aggreſſus, & iniuriatus fuit, nu. 4. *De materia, quis & quando dicatur, ſeu præſumatur aggreſſor.* In *addit. lit.* d.

Prouocatus dicitur ille, qui primo interrogare, & alloqui incæpit, numero 5. *Contra num.* 26. *vbi quod opus eſt facto, & non verbo.*

Mentita habet in ſe iniuriam, num. 6. *niſi fuerit data ad propulſandum iniuriam, nu.* 25. *& in addit. lit. e.*

Confeſſio qualificata facta ab eo, qui prius negabat delictum, non facit minuere pœnam, numero 7. *& in addit. litera* f.

Aggreſſor præſumitur ille, qui vulneratus, aut occiſus reperitur, num. 8.

Aggreſſor præſumitur ille, qui eſt magis in armis exercitatus, num. 9.

Aggreſſor præſumitur ille, qui minatus eſt, nu. 10.

Aggreſſor indicatur ex verbis prolatis in rixa, & aggreſſione, num. 12.

Aggreſſor quis dicatur, indicatur à communiter accidentibus, num. 11.

Teſtes de credulitate probant, ſi concludentem reddunt rationem, nu. 14 *& nu.* 34.

Teſtes de credulitate plene probant homicidium factum ad defenſionem, nu. 13. *& in addit. litera* g.

Defenſio probatur coniecturis, nume. 15. *& num.* 36. *& in addit. litera* h.

Teſtibus deponentibus pro defenſione Rei etiam quod pauciores ſint, magis creditur, quam deponentibus in genere, num. 18.

Teſtibus narrantibus totum, tanquam magis informatis, magis creditur, quam alijs non ſic totum factum narrantibus, numero 18.

Tortura tollit non ſolum indicia, ſed etiam plenas probationes, nu. 20. *non tamen quoad pœnam extraordinariam, nu.* 21. *& in addit. literu* i. *Vbi de materia.*

Tortus per tres vices dicitur pluſquam ſufficienter tortus, numero 22.

Præſumptio excluſiua delicti tollit incluſiuam, nu. 23.

Auctor rixæ dicitur, qui aut verbo, aut facto iniuriam inferendo incipit, nu. 24.

Confeſſus qualificatè delictum, ſi præciſè reſpondeat, quod fuerit tortus, non poteſt, nec etiam extraordinarie puniri, numero 28. *ſed an, & quando iſto caſu ſit danda tortura,* In *addit. literu* l.

Negans delictum poteſt ſemper etiam ex internallo illud confiteri qualificatè, & qualitatem probare, nu. 29.

Homicidium in dubio præſumitur ſemper factum ad defenſionem, nu. 30.

Teſtes de credulitate, an probent Rei defenſionem abſque eo, quod reddant eorum depoſitionis concludentem rationem, nu. 31. *& ſeqq.*

Teſtes de credulitate faciunt præſumptionem, nu. 37. *& in addit. litera* m. *vbi de materia.*

Prouocans dicitur, non qui primò loquutus fuit, ſed qui primo admenauit, numero 26. *& in addit. litera* K *vbi generaliter, quando quis dicatur prouocans, & quando prouocatus.*

Teſtes deponentes ſuper homicidio facto ad defenſionem ſufficit,

Digitized by Google

ſufficit, quod concludunt per veriſimile præſumptiue & probabiliter, nu. 39.
Defenſio probatur per ſolam formam. nu. 40.
Teſtes inhabiles probant Rei defenſionem. nu. 41.
Teſtis vnicus probat ad defenſionem Rei, nu. 42.

CONSILIVM VI.

1 ADSIT DEVS. Licet Tiberius quali-
ficatè, & ad ſui neceſſariam defenſionem,
occidiſſe fateatur Capitaneum Federicum, non
tamen per hoc à pœna homicidij ordinaria excu
ſandum eſſe, infraſcripta facile prima facie de-
monſtrant; Vbicunque enim conſtat de delicto
per alias probationes, ſeu etiam præſumptiones,
& coniecturas, quam per Rei qualificatam con-
feſſionem, tunc non extraordinaria, ſed ordina-
a ria mortis pœna imponitur.[a] Boer. *deciſ.* 164. *nu.*
15. Boſſ. *in tit. de confeſſ. num.* 24. *verſic. & ideo &c.*
Clar. *quæſt.* 55. *ſub verſ. forte poſſet.* At de homici-
dio Capitanei Federici Tiberius, etiam circum-
ſcripta ſua cõfeſſione, nedum præſumptionibus,
ſed plenis probationibus ferè viginti teſtium in
cauſa pro parte Fiſci examinatorum, conuictus
reperitur, ergo, &c.

Qui quidem teſtes, licet forſan exaduerſo dici
poſſet, quod non ſint omni exceptione maiores,
cum aliquas patiantur exceptiones, eorũ tamen
2 notabilis numerus, defectus, & exceptiones qua
b ſcunq; ſupplere debet.[b] gl. *in l.* 3. *§. eiuſdẽ & §. nu-
merus. ff. de teſtib.* Iaſ. *in auth. ſi vero. in* 3. *notab. C.
de indic.* Alexan. *conſ.* 47. *num.* 2. *& conſ.* 222. *num.*
14. *vol.* 2. *& conſ.* 4. *nu.* 9. *vol.* 6. *& conſ.* 58. *num.* 15.
vol. 7. Catell. Cotta *in ſuis memora. ver. Teſtis v-
nius integra fides, pagina mihi* 864.

Et licet rurſus contra eorum depoſitiones fa-
cere videantur dicta trium teſtium, ad defenſio-
nem Tiberij examinatorum, qui ambos ſe inui-
cem cum euaginatis enſibus digladiantes vidiſ-
ſe, ac Tiberium prouocatum, & ad ſui defenſio-
nem Capitaneum occidiſſe, ſe credere aſſerant;
nulli tamen dubium eſt, quod illis, tanquam pau
3 cioribus, nulla fides adhibenda eſt.[c] *cap. in noſtra.*
c *de teſtib. c. ſi teſtes.* 4. *quæſt.* 3. Bald. *conſ.* 455. *vol.* 4.
Marſil. *conſ.* 113. *nu.* 47. Afflict. *deciſ.* 363. *num.* 2.
Gram. *voto* 2. *nu.* 17. Socyn. Iun. *conſ.* 159. *num.* 3.
vol. 2. *& conſ.* 144. *num.* 5. *vol.* 2.

Et quod homicidium, non ad neceſſariam de-
fenſionem, ſed appenſatè, & ad prouocationem
Tiberij commiſſum fuit, vltra prænominatos
teſtes, apertè colligitur ex confeſſione eiuſdem
Tiberij, qui dicit, quod ex quo ſibi relatum fuit,
quod Capitaneus Federicus ipſum iniuria affi-
ciebat, *dicendo, ch'era vn' giontatore, ouero abbru-
ſciatore*; ad ſciendum, an verum eſſet, quod Ca-
pitaneus talia de ipſo diceret, illum inuenit, ac
primo alloquendo ſuper præmiſſis interrogauit;
vnde ſuccedit communis illa Doctorum conclu
ſio, quod quando ex duobus rixantibus, neſci-
d tur, quis fuerit aggreſſor,[d] ille ſtatim præſumi-
4 tur, qui ante rixam offenſus, ſeu iniuriatus fuit,
cum non præſumatur, quod offenſor, ſeu iniu-
rians voluerit multiplicare delictum. Menoch.
de arb. quæſt. caſu 363. *numero* 3. vbi concordantes
allegat. Franc. Hercul. *in tract. de caut. de non of-
fenden. cap.* 30. *numero* 26. *verſic. prima coniectura.*
Et cum, vt præfertur, Tiberius fuerit primus, qui
Capitaneum Federicum alloqui, & interrogare
incæperit, dubium non eſt, quod prouocator di-
5 citur. *l.* 1. *§. cum arietes. ff.* ſi quadrup. paup. feciſſ.
dica. Bald. *in l.* 1. *C. vnde vi.* Gram. *deciſ.* 37. *nume-
ro* 5. Blanch. *in pract. crimi. in* 3. *par. defenſ. num.* 5.
& nouiſſime Ioſeph. Ludou. *in deci. Lucen.* 16. *nu.*
3. *prima par.*

Nec obſtat dicere, quod ex quo interrogatio
per Tiberium facta Capitaneo Federico, nullam
continebat iniuriam, ideo ex ea nulla induci-
tur prouocatio: Quia negari non poteſt, quin
ſaltem eſſet præparatoria ad iniuriam inferendã,
cum, vt ipſe Tiberius fatetur, ſi Capitaneus af-
firmatiue reſpondiſſet, mentitam ſibi dare vole-
6 bat; & ex mentita iniuriam inferri, dubitandum
e non ſit,[e] ſecundum communem, de qua per Iaſ.
in l. non ſolum. §. morte, numero 47. *ff. de nou. oper.
nunciat.* Villalob. *in commun. opin. verſ. actione in-
iuriarum, numero* 27. *ſeq.* Clar. *in pract. iniuria. ver-
ſic. quæro etiam*; Et recepta per Capitaneum men-
tita, poterat bene Tiberius conſiderare, quod
ad diglationem erat deueniendum; Ergo nega-
ri non poteſt, quin animo deliberato ſecum pa-
riter digladiandi, illũ inuenerit. Quibus ſic ſtan-
tibus iuncta pertinacia Tiberij, qui in primis
duabus torturis ſemper homicidium abſolute
negauit, ex ſubſequuta poſtmodum eius con-
7 feſſione, licet qualificata, ſtante præcedẽti nega-
f tione[f] ordinaria, pœna omninò imponenda eſt,
ſecundum communem, de qua per Boer. *d. deciſ.*
164. *nu.* 14. *in fine.*

Contrarium, quod nulla prorſus Tiberio, nec
ordinaria, nec extraordinaria mortis pœna im-
poni poſſit, & quod homicidium prædictum ab
ipſo prouocato, & ad neceſſariam defenſionem
commiſſum ſit euidenter, Primo colligitur ex il-
la generali iuris concluſione, quæ habet, quod
quando ex duobus rixantibus non poteſt habe-
ri probatio per teſtes, qui in principio rixæ in-
terfuerint, quis eorum fuerit prouocatus, ſeu ag
greſſor, prout in caſu noſtro haberi non poteſt,
8 non homicida, ſed occiſus præſumendus erit Ag
greſſor; & propterea abſolutio ſequi debet. *l. ſen-
tẽtiam. §. cum ſacra. ff. ad l. Aquil.* Faber. *in §. ius au-
tem gentium. nu.* 8. *Inſti. de iur. nat. gen. & ciuili.* Ca-
rer. *in pract. in trac. de homic. in §. circa quartum. nu.*
58. *&* 70. Boer. *deci.* 237. *in fin.* Dec. *conſ.* 678. *nu.*
7. Cotta *in memora. verſ. mortuus, qui fuit repertus,
in fin. pagina mihi* 591. Anchar. Iun. *quæſt. familiar.*
40. *nu.* 1. *p. prima.*

Augetur hæc generalis præſumptio per teſtes
ad defenſionem Tiberij examinatos, qui concor
diter dicunt, quod Capitaneus Federicus erat
in armis exercitatus, rixoſus, & ſuperbus, Tibe-
rius autem pacificus, quietus, non ſolitus rixari,
& talis, vt omnes de Sigillo audita morte Capi-
tanei Federici, valde de ea mirati ſunt; Vnde ſuc-
cedit, & alia ſimilis concluſio, quod qui in armis
9 eſt magis exercitatus, ac magis rixoſus, ille in-
quam aggreſſor pariter præſumitur. Alciat. *de*

præ-

præſumpt.reg....præſumpt.29.nu.4.ver.2.tolleretur.
Blanc.*in pract.d.3.p.defenſ.nu.22.*Carer.*vbi ſupra*
*nu.*88.Gram.*voto 22.nu.*10.*& conſ.29.nu.*16.So-
cin.Iun.*conſ.36.nu.6.lib.*2.

Augetur itidem eadem præſumptio per eoſ-
dem teſtes,qui dicunt,quod Capitaneus Federi
cus non ſolum dicebat,Tiberium eſſe Zuntato-
rem, ſed quod volebat ſtatim , quod illum inue-
niebat,ſecum rixari,& baculo percutere;& ex mi
nis præcedentibus Minantem occiſum aggreſ-
ſorem præſumi, traditur per Felyn. *in capit. dile-*
Eti.num. 14.*verſ.voluit etiam Alex.de except.*Mar-
ſil.*conſil.*81.*numero* 12.*in fin.& ſeq.*Carer.*vbi ſu-*
*pra.num.*60.Blanc.*ibidem.num.* 14.Franc.Hercul.
*in tract.vbi ſupra,nu.*60.*de caut.non offen.ſub num.*
26.*verſ.*70.

Verba autem per Tiberium in actu rixæ pro-
lata,ſunt hæc videlicet, *Capitano ſta in dietro, ſtà*
*in dietro,*de quibus ijdem teſtes clarè deponunt,
& eundem Tiberium non inſultantem, ſed inſul
tatum,& prouocatum fuiſſe aperte demonſtrãt;
Qui enim aggreditur,& inſultat, arguendo à cõ
muniter accidentibus, talia verba proferre non
ſolet;quod argumentum à communiter acciden
tibus in probando prouocationem,& aggreſſio-
nem,in terminis tradit Hercul.*d.capit.*30.*eod.nu.*
26.*verſic. Ex quibus ſignis eſt.*& ex verbis in rixa
prolatis, aggreſſionem probari, tradit Carer.*in*
loco ſupra citato.numero 71.,& Gram.*voto* 22.*nu-*
mero 14.*& ſeqq.*& qui dixit inimico rixanti,*ſta in*
*dietro,ſta in dietro,*rixam aufugere procurat; ideo
non eſt præſumendus rixæ inceptor. Carer.*ibi-*
*dem,nu.*67.

Sed quid opus eſt coniecturis, & argumentis,
cum ijdem teſtes clarè, & apertè pariter dicant,
quod quicquid fecit Tiberius, idomne feciſſe
credunt,ad ſui neceſſariam defenſionem:licet.n.
13 regulariter teſtes de eorum iudicio,& credulita-
te deponentes,non plene probent, homicidium
tamen ad occidentis defenſionem factum fuiſſe,
g pleniſſimè probant, [g] ſecundum communem, &
ab omnibus probatam opinionem, de qua per
Marſil.*in rubr. de probat. numero* 10.& Gomez.
*in epithom.delict.tit.de homicidio,num.*27.*in fin.*Cę
phal.*conſ.*140.*nu.*8.*& ſeqq. vol.*1. pract. Corrad.
*tit.de proced.ante diffinit.& defenſ.nu.*6.*verſ. Am-*
plia 12.Boſſ.*in tit.de oppoſ.cont.teſt.num.* 43.*in fin.*
Ryminal.*conſil.crim.diuerſ.*136.*num.*14.*vol.*1.*in*
magnis.

Idque potiſſimum procedet in caſu noſtro,in
quo nõ ſimpliciter de credulitate deponunt, ſed
cum ratione eorum credulitatis, ortæ ſcilicet ex
qualitate Tiberij, & Capitanei Federici, quorũ
vnus erat perſona quieta,alter verò rixoſus;Itẽ
ex minis præcedentibus eiuſdem Capitanei de
baſtonando,& rixando cum Tiberio;Itẽ ex ver-
bis per Tiberium in rixa prolatis,videlicet *ſta in-*
*dietro,*quo caſu teſtes de credulitate,etiam exclu
14 ſo defenſionis fauore,rationem ſui dicti redden
do,plene probant. Ant.Gomez. *tit. de probat.de-*
*lict. num.*10.Rolan.*conſ.*57.*num.*27.*& ſeqq.vol.*1.
15 Defenſionem enim per coniecturas,& teſtes in-
h habiles probari [h] nemo eſt,qui dubitet.Ant.Go
mez.*d.tit.de homicid.nu.*27.*&* 28. Cæphal.*conſil.*
110.*nu.*30.*&* 31.*& conſ.*140.*nu.*8. *& ſeqq.vol.*1.
Natt.*conſ.*359.*nu.*2.*vol.*2.Suarez.*in commun. opin.*
*verb.teſtis.nu.*132.

Non obſtant itaque in contrarium adductæ
depoſitiones teſtium, pro parte Fiſci examina-
torum,quorum aliqui deponunt,quod Capita-
neus Federicus enſe non euaginato, ſed pallio
tãtum in bracchio inuoluto ſe retrahebat, quaſi
quod ex hoc non inſultãs, ſed inſultatus apertè
dignoſcatur: licet enim regulariter verum ſit,
quod teſtibus pluribus magis credatur, quam
paucioribus, vt ſupra exaduerſo conſideraui,
16 hæc tamen regula non procedit, quando teſtes
pauciores eſſent digniores.*l.ob carmen.§.ſi teſtes,*
ubi præſertim Salyc.numero 2.*&* 3.*C.de teſtib.*Gui.
de Suzz.*in tract.de ordin. iudic.numero* 103. Cæ-
poll.*conſil.crim.*60.*numero* 2. Boſſ.*in tit. de oppoſ.*
contr.teſt.numero 9.*& ſeq.* prout in caſu noſtro,
in quo teſtes pro Tiberio examinati,omnes ſunt
nobiles,in dignitate conſtituti, & nullam pror-
ſus patiuntur exceptionem; Teſtes vero Fiſci
ſunt partim infames, partim viles, & paupe-
res,partim inimici, & partim mulieres. Vnde di-
ci poteſt ſicut dixit Abb.*in cap. in noſtra, numero*
4.*in* 3.*quaſt.& ibi Felyn.numero* 1.*de teſtib.* Mileſ.
in Rep.*ver.Teſtis.numero* 83. Quod teſtes duo di
gni, & honeſti præferuntur mille teſtibus vili-
bus,& infamibus.

Item regula prædicta habet locum,quando te
17 ſtes pauciores deponunt ad fauorem, & defen-
ſionem Rei, plures vero ad fauorem actoris, ſeu
Fiſci; tunc enim teſtibus Rei etiam, quòd eſſent
minus digni, prout in caſu noſtro ſunt diginio-
res,magis credendum eſt,quam actoris, & Fiſci.
Abb.*in cap.cum P. Mauconella.numero* 13. *de accu-*
ſat.& in capit. ad noſtram. num. 5. *de probat.* Mar-
ſil.*conſil.*65.*num.*46.Boſſ.*in tit.de oppoſ.conteſt.nu*
mero 9.

Eſt pręterea in hoc aduertendum,quod teſtes
contra Tiberium examinati, non fuerunt pręſ-
ſentes principio,& fini rixæ,nec ſeriem facti nar
rant: imò nonnulli de auditu tantum deponũt;
noſtri autem omnes de viſu,in ſpecie poſt incæ-
ptam rixam omnem facti ſeriem vſque ad finem
exponunt; ſuntque in conteſtes per contrarios
teſtes nominati;ideo magis credendum teſtibus
de viſu,quam de auditu;Item magis deponenti-
bus in ſpecie, quam in genere;Item ijs, qui totũ
18 factum exponunt, quam qui minus informati,
tantummodo partem facti enarrant. Alex. *in l.*
quod meo.§.ſi venditor.ff.de acquir.poſſ. Afflict. *de-*
*ciſ.*363.*num.*5.*in fin.& ſeq.*Marſ.*in pract.§.diligen*
*ter.nu.*199.Pariſ.*conſ.*88.*nu.*31.*vol.*3. Aym.*conſ.*
94.*nu.*3.*vol.*1.

Nec verum eſt,vt ſupra dixi,quod teſtium nu
merus ſuppleat eorum defectus, quia illud non
procedet in cauſa criminali,ſed ciuili ardua,pro-
ut eſt iſta,ſecundum Iaſ.*in d.auth.ſi vero. in* 3.*no-*
*tab.C.de indic.*Bal.*in c.ad noſtram.in princ. de prob.*
Marſ.*in pract.§.expedita.nu.*82.*& conſ.*109.*nu.*6.
*& ſing.*477.Gram.*conſ.*26.*nu.*52.

Et in omnem euẽtum,dato, quod ex teſtibus
contra

Digitized by Google

contra Tiberium examinatis, aliqua reſultaret
probatio,prout non reſultat, illaque non ceſſet
ſublata per teſtes ad defenſam examinatos,pro-
ut contrarium verius eſt, negari tamen non po-
terat, quin ſaltem eliſa fuerit per torturam eidē
i Tiberio illatam; quæ quidem tortura [i] ſecūdum
veriorem,& magis communem Doctorum opi-
20 nionem,nedum indicia, ſed plenas tollit proba
tiones. Boer. *deciſ.163.per tot.præſertim.numero*
12.*&* 17.vbi quod ita ſeruat totus mundus. Al-
ber.*in l.edictum.nu.2.de quæſtion.* Natt.*conſ.*202.
*num.*10.*volum.*1.Marſ.*in pract.*§. *nunc videndum.*
numero 26.*& ſing.*262.*num.*2.*& conſil.*64.*num.*2.
Carer.*in pract.in repet.l.obſeruare curabis.numero*
176.*&* 188.*verſ.& ſi quid index*.Boſſ.*titu.de con-*
*feſſ.nu.*28.*& tit.de indic.nu.*129.*& ſeq.& in tit.de*
*ſenten.nu.*70.*& ſeqq.*

Et licet iſto caſu nonnulli contrariū ſentien-
tes,dixerint,poſſe reum,quando non eſſet ſuffi-
21 cienter tortus,ſtantibus cōtra ipſum probatiō-
nibus,ſeu indubitatis indicijs,in pœna extraor-
dinaria condemnari, à quibus nec diſſentire vi-
detur Boſſ.*in tit.de ſenten.num.*70. vbi quod iſto
caſu poteſt imponi pœna pecuniaria; hæc tamē
22 limitatio, quatenus vera, non poteſt ad caſum
noſtrum applicari, in quo Tiberius tertia vice
pluſquam ſufficienter tortus fuit, ad trad. per
Foller.*in pract.crimin.in* 3.*part.*3.*partis. ver. etſi*
confitebuntur.numero 71.& nouiſſimè per Ioann.
Mar.Monticell.*in ſua pract.crimin.reg.*10.*nume-*
ro 5.Brunor.à Sole.*in ſuo vnico conſil.crimin.nu-*
mero 87.*&* 134. Et hoc vltimum fundamentum
torturæ ſit ex abundanti deductum: quia, vt ſu-
pra dixi, omnis contraria probatio per teſtes ad
defenſam examinatos,exradicata fuit, etiam cir
cunſcripta tortura.

Minus etiam obſtat coniectura prouocatio-
nis,ſumpta ex iniurijs per Capitaneum Tiberio
illatis;licet enim iniuriatus regulariter,alio non
apparente,præſumatur aggreſſor, hæc tamē ag-
greſsionis pręſumptio ex iniurijs ſumpta,ceſſat,
23 quando in contrarium vrgent præſumptiones
pro non aggreſsione. Præſumptio enim delicti
excluſiua,tollit incluſiuam.,*l.nō ſolum.*§. *de uno.*
*ff.de ritu nup.cap.literas.de præſump.*Bar.*in l.non ſo*
lum.§.*ſed probari.ff.de non.oper.nunc.*Gram. *deciſ.*
18.*numero quinto, Foller. conſil.crimin. diuerſ.*139.
numero decimoquinto,ſeqq.volum.primo,in magnis.
in terminis Cæpol.*conſil.crimin.diuerſ.*28.*nume-*
ro 15.Sed vt ſupra vidimus, quod Tiberius,non
aggreſſor,ſed quod aggreſſus fuerit,nedum pręſ-
ſumptionibus, ſed concludentibus teſtium de-
poſitionibus probatur;ideo inanis redditur con
iectura prædicta.

Nec etiam obſtat,quod Tiberius, ex quo fuit
primus in alloquendo, ideo prouocator dica-
tur; Primus enim inceptor tunc demum prouo-
cans,& author rixæ dicitur,ſi aut facto, aut ver-
24 bo iniuriam infert incipiendo; ita enim loquun
tur Blanch.Gram.& alij ex aduerſo allegati; ſed
ſic eſt, quod percunctando Tiberius a Capita-
neo, an verum eſſet, quod de eo obloqueretur,
nullam prorſus intulit iniuriam; ergo non po-
teſt dici prouocator;& licet, ſi Capitaneus iniu-
rias affirmaſſet, Tiberius fatetur, quod erat para
tus dare mentitam, non tamen per illam menti-
tam dicebatur iniuriam Capitaneo inferre, ſed
ſolum ſuum honorem defendere,ſecundum Fe-
25 lyn.*in c.dilecti.nu.*10.*de except.*Capic.*deciſio.*38.
*nu.*2.Viui.*commun.opin.*5.*incip. actio iniuriarum,*
ibi,cæterum hoc coarctatur.lib. 2. Bonacoſſ.*in ſuis*
quæſt.crim.ſtatut.tit.de iniur.verſ.ſtatutum de iniu
rijs non comprehendit illum.pagina mihi 98.Meno-
ch.*conſil.*41.*nu.*9.*&* 10.*lib.*1.& licet contrariū in
hoc aſſeruerint Iaſ.Clar.& Villalob. ſupra alle-
gati,contra eos tamen eſt magis communis Do
ctorum opinio,teſte Paul.Granut.Theorem.V.
lib.1.qui concordantes plures allegat.

Imò adhoc, vt quis dicatur author rixæ, non
ſufficit verbo prouocare,ſed facto opus eſt; ideo
K prouocans dicitur, [k] non qui primo alloqui in-
cepit.vt fecit Tiberius, ſed qui admenauit,vt fe-
26 cit Capitaneus,in terminis Neuiz.*conſil.*75.*nu.*
3.Aug.*conſi.crim.*27.*nu.*10.*ſeq.lib.*1.

Multo minus obſtat, dum dicebatur, quod
ex quo per violentas præſumptiones,& indubi-
tata indicia de delicto, & homicidio conſtabat
aliunde, quam ex Tiberij qualificata confeſsio-
ne, ideo non extraordinaria, ſed ordinaria im-
poni debeat pœna, ad trad. per Boer. Boſſ. &
Clar.ſupra citatos. Nam præterquam quod ho-
27 rum opinio reprobatur per Hyppol. Riminal.
*conſil. crimin. diuerſ.*83. *num.* 16. *& ſeqq. tom.* 2.
in magnis, & Anchar.Iun. *q.familiar.* 40. *numero*
7.*deciſ.Pedem.*69.*num.*9. vbi de commun. Qua-
tenus tamen vera ſit hæc concluſio nullo pacto
poteſt ad caſum noſtrum applicari. Nam omnia
Fiſci pręrenſa indicia,& probationes,ſunt,vt ſu
pra clarè demonſtraui, per teſtes ad defenſam
examinatos,prorſus eliſa,& exradicata;vnde re-
torquendo argumentum dico, quod ſicut con-
feſsio qualificata, contra quam vrgeant delicti
præſumptiones, ſufficit ad condemnandum in
pęnam ordinariam,ita èconuerſo;nec etiam ex-
traordinaria imponi poteſt pœna,quando qua-
litas defenſionis adiecta confeſsioni, coadiuua-
tur aliquibus præſumptionibus, ne dicā plenis
probationibus,prout ſunt in caſu noſtro.

Et quod plus eſt,dato,quod Tiberius nullam
pro ſe haberet defenſionis,& prouocationis pręſ-
ſumptionem,ſeu probationem,prout contrariū
ex proceſſu conſtat, & qd̃ contra eum vrgerent
præſumptiones,& indicia; nihilominus,cum ex
illis fuerit ad atrociſsimam torturam per tres vi-
l ces poſitus,& vltima vice in qualitate [l] perſtite-
28 rit,nedum ordinariam,ſed extraordinariam au-
fugit pœnam,in terminis Boer.*deciſ.*164.*nu.*16.
*& deciſ.*237.*in fin.*Boſſ.*in tit.de confeſſ.nu.*27.*ſeq.*
qualitas enim in cōfeſsione deducta, fortius di-
citur probata per torturam, quæ ſpecies proba-
tionis eſt,idem Boſſ.*d.tit.de confeſ.*56.Aym.*conſ.*
35.*nu.*20.ſed vt ſupra iterum monui,hoc funda-
mentum de tortura ſit ex abundanti deductum,
quia de confeſsione conſtat per concludentiſsi-
mas probationes,etiam vltra torturam.

Et hinc reſultat etiam reſponſio ad illā aliam

D concl-

concluſionem, quod ſcilicet, quãdo Reus a prin
cipio delictum negat, & poſtea illud qualificatè
fateatur, in pęnam ordinariam condemnari de-
beat, nõ obſtãte qualitate adiecta, vt dicit Boer.
deciſ.164.nu.14.in fi. quia hoc non procedet, vbi
qualitas eſt per reum confitentem probata; vel
per torturam, vt dicit Boer. *d. deciſ.164.nu.16.&*
deciſi.237.in fin. vel per alias probationes; Reus
enim, qui delictum negat, ſi poſtea ſe cõuictum
videat, ſemper ẽt ex interuallo poteſt allegare,
& probare ſe ad defenſionem feciſſe, prout idem
Boer. affirmat. *d. deciſ.164.eod.nu.* 14. & eſt cõmu
nis, vt per Villalob. *in com. opin. ver. Reus. nu.64.in*
fi. Clar. *in pract. crim. q.55. verſ. forſè poſſet.* Cagn.
in l. nemo ex his. nu.4. ff. de reg. iur. Bonacoſſ. *in com*
mun. opin. verſ. negans homicidium. lib.1.

Concludendo ergo dico, quod ſtante tortu-
ra illata, & depoſitionibus teſtiũ, qui prouoca-
tionẽ, & neceſſariã defenſionem Tiberij Homi-
cidæ cõcludẽter probant, nulla prorſus ipſi, nec
ordinaria, nec extraordinaria infligi poſſit pęna:
homicidium enim ad defenſionẽ factum, nullã
meretur pœnam. *l. ut vim. ff. de iuſt. & iur. cũ vulg.*
30 & in dubio ad defenſionem factum eſſe, & abſo
lutionem ſequi debere, poſt alios ſupra relatos,
trad. Anchar. Iun. *d. q.40. nu.1. par.1.* Nos autem
ſumus in claris.

Verum, quia adhuc video dubitari, quod ex
quo teſtes pro illius defenſione examinati, non
de veritate, ſed de credulitate aſſerentes, dicunt,
homicidiũ factum ad defenſionẽ, non aliter eo-
rum credulitatis rationem reddẽdo, nullo pacto
dicantur probaſſe qualitatem in confeſſione de
31 ductã, ad *conſi. Alex.76. nu.5. vol.1.* & propterea
non probata qualitate, & ſtante eius pertinaci
negatione à principio, imponi debeat ordinaria
pęna, ad Boer. *deciſ.164. nu.15.* vbi de communi.
Pro reſponſione crederem animaduertendũ, qđ
teſtes de credulitate probãt defenſionem, etiam
quod nullas defenſionis circũſtantias, ſeu actus
32 enarrent, & ad ita aſſerendum potiſſimum mo-
ueor ex communi illa, & generali concluſione,
quod in criminalibus, vbi agitur de probando
qualitatem defenſionis, teſtes defenſionem pro
33 bant abſque eo quod defenſionis rationem, ſeu
cauſam reddant. Boſſ. *tit. de oppoſ. cõtr. teſt. nu.73.*
verſ. item adde quo ad defenſionẽ. Straccha. *in addi.*
ad Aym. conſi.2. nu.3. & 4. Clar. *in pract. q.53. verſ.*
præterea dixi, & poſtquã iſta eſt cõmunis opinio,
* parum curatur de ſingulari opinione Alex.

Nec mihi dicatur, quod hæc communis con-
cluſio debeat limitari in teſtibus deponentibus
de credulitate, quia pro reſponſione aduerti ſup
plicatur, quod circumſcripto defenſionis fauo-
34 re, teſtes de credulitate in quacunque cauſa
etiam ad offenſam, plenè, & concludenter pro-
bant, ſi eorum depoſitionis concludentem red-
dunt rationem, ſecũdum aliam communem, de
qua poſt alios per Soc. *reg.407. nu.6.* Rolan. *conſ.*
57. nu.27. & ſeqq. vol.1. Ant. Gomez. *in tit. de pro-*
bat. delict. nu. 10. Io. Mar. Monticel. *in ſuo repert.*
teſtium. verſ. teſtis, qui deponit. pag. mihi 243. *col.1.*
Viu. *lib.1. commun. opin. verſ. teſtis deponens de cre-*
35 *dulitate. nu.5.* & tamen Doctores omnes ſpeciali
fauore defenſionis, nulla facta mentione de red-
ditione rationis, ſeu cauſæ ſcientiæ, teſtes de cre
dulitate plenam facere probationem, cõmuni-
ter concludunt, vt videre eſt *in conſi. crim. diuerſ.*
102. num.26. volum.1. & conſi.60. num.4. & ſeq. lib.
2. Bertran. *conſi.290. nu.13. in 3. col. lib.1.* Mazzol.
conſi.57. nu.9. Io. Mar. Monticel. *ubi ſupra verſ. te-*
ſtis per verbum credo. pag.246. col.3. Bonacoſſ. *li.2.*
commu. opin. pag.79. colum.1. verſ. teſtes ad proban-
dum defenſionem, & pag.81. col.2. n.4. verſ. teſtis de
credulitate.

Aut igitur communis iſta limitatio, quod
ſcilicet fauore defenſionis teſtes de credulitate
probent, vel falſa, vel ſuperflua eſt; aut Alexãdri
limitatio non ſuſtentabilis: Primum non dicen
dum eſt, quia vt præfertur, in contrarium eſt om
nium Doctorum opinio; ergo Alexandri decla-
ratio omnino reijcienda; idq; ni fallor inconuin
cibili augetur argumento; Ratio enim, qua mo-
ti ſunt Doctores ad dicẽdum, quod teſtes de cre
dulitate probant qualitatem defenſionis, non
alia fuit, vt apud eos videri licet, & expreſsè tra-
dit *pract. Corrad. pag.309. num.6.* & Anton. Gom.
in tit. de homicid. num.27. niſi, quia defenſio pro-
36 batur coniecturis, & pręſumptionibus, ſecundũ
communem, de qua per Cæphal. *in conſi.110. nu.*
30. & 31. & conſi.140. num.8. ſeqq. volum.1. Natt.
conſil.359. numero 2. volum.2. Suarez *in commun.*
opinio. verſi. teſtis. num.132. Sed ſic eſt, quod quan
do teſtes de credulitate deponunt cum conclu-
denti ratione, plenè, & non præſumptiuè pro-
bant, vt dixi; quando verò ſine ratione, & ſim-
pliciter, nulla adiecta cauſa de credulitate depo-
m nunt, probant præſumptiuè, [m] & non plenè, vt
37 trad. Io. Mar. Monticel. *in loco citato. pag.247.*
volum.1. verſic. teſtis de credulitate, ergo vt ratio
limitationis locum habeat, dicendum eſt, limi-
tationem procedere, quando nulla eſt reddita
ratio, ſeu cauſa ſcientiæ: & ita quod fauor de-
fenſionis, & redditio rationis ſcientiæ tanquam
38 diuerſæ limitationes ad regulam, & vnaquæ-
que de ſe ſufficiens ſit, ad tribuẽdam fidem teſti
deponenti de credulitate, conſiderarunt Marſil.
conſil.24. num.33. Thom. de Maluet. *conſil. crimin.*
diuerſ.126. num.14. vol.1. in magnis, & ſic conclu-
dendo, dico, quod auctoritas Alexandri eſt ma-
gna, ſed ſatis confunditur per præmiſſas ratio-
nes, & auctoritates.

Sed dato millies, quod vera ſit Alexãdri decla
ratio, adhuc dico, qđ teſtes Tiberij nedũ conclu
dentẽ, ſed concludentiſſimam neceſſariæ defen-
ſionis reddunt rationem: Omiſsis.n. alijs circun
ſtantijs, cõiecturis, & præſumptionibus, de qui-
bus ijdem teſtes plenè deponũt, & latius dixi in
alia informatione, prout ſunt minæ per Federi-
cum ante rixam emanatæ, de baſtonando Tibe-
rium ſtatim; quod illum inueniebat; quòd Ti-
berius erat *perſona quieta, pacifica*, & non ſolita
rixari, Federicus autem vir rixoſus, & ſuper-
bus; quod Tiberius erat Chirurgus, & Federi-
cus miles, & ſtrenuus in armis exercitatus Capi
taneus, fama orta inter homines terrę ſigilli, qui
mira-

mirabãtur de huiuſmodi rixa cũ Tiberio,qui nõ
erat ſolitus, nec rixari, nec arma exercere; quod
in dubio de duobus rixantibus aggreſſor præſu-
mitur occiſus,& non homicida,illa preſertim ra
tio concludentiſſima eſt,dũ ſcilicet teſtes dicũt,
ſe credere,& iudicare,quod Tiberius fuit inſulta
tus,quia dicebat Capitaneo Federico, *ſtà indie-
tro,ſtà indietro,non uenir avanti*:quis.n.ſani Iudi-
cij non fateretur, quod huiuſmodi verba,nõ ab
inſultantibus,ſed ab inſultatis proferri ſolent.
Et licet,vt Dñs meus in voce dicebat,& quidem
ſubtiliter, poterat etiã eſſe, quod Tiberius poſt
inſultam,& primum vulnus Federico illatũ,hu-
iuſmodi verba proferret,quaſi,quod eũ amplius
ipſum vulnerare nollet,idcirco vnico illato vul a
nere contentus,eũdẽ admonebat,vt ſe retrotra-
heret,alioquin,& alia intuliſſet vulnera;hæc ta-
men potẽtia ad actum reducta minimè fuit, nec
in actis probata reperitur; nec teſtes talia verba
poſt primam percuſſionem illatam,fuiſſe prola-
ta aſſerũt;quo caſu forſan ſubintraret conſidera b
tio prædicta; ſed ſimpliciter dicunt, quod cum
vnus in cõſpectu alterius euaginatis enſibus ſta
ret, Tiberius talia verba dixit. Et quod in eodẽ
inſtãti,quo hęc verba dicta fuere, Federicus ver
ſus Tiberium irruendo, enſem in eius caput ad- c
menauit, & Tiberius ſe ab illo ictu, vt defende-
ret retrahendo,ferè in terram cecidit. Ex quibus
datur intelligi, quod non Tiberius Federicum,
ſed quod Federicus Tiberium vulnerare vole- d
bat;& conſequenter, quod Tiberius non aggreſ
ſor,ſed aggreſſus fuit,ſi.n.vt dixi, ipſe fuiſſet ag-
greſſor,talia verba non protuliſſet.

Et nihilominus conceſſo etiã, quod prædicta
verba poſſint quoq; proferri ab aggreſſore,nega
ri tñ non poteſt,quin poſſit ẽt eſſe, & id quidem
multo frequentius,quod proferantur ab aggreſ
ſo,& ad probandum defenſionem, nõ eſt neceſ-
ſe,quod teſtes reddãt neceſſariam rationem, ſed
ſufficit eos concludere defenſionẽ probabiliter,
veriſimiliter,vt in pluribus,& à communiter ac-
cidentibus,licet ẽt aliquando contrariũ eſſe po-
terit.glo.*in l.neque natales, ubi Iaſ.& ſcriben.C.de
probat.* Salyc.*in l.ſolam.ſub nu.*3.*C.de teſtib.* Boſſ.
*tit.de oppoſ.contr.teſt.nu.*79.*& nu.*83.*verſ.itẽ adde.
quo ad defenſionem.*Fran.Hercul.*in tract.de negat.
nu.*248. Adeo q, cum teſtes pro Tiberio exami-
nati, apertè omnes dicant, ſe credere, quod ipſe
tanquam inſultatus, fecerit omnia ad ſuam ne-
ceſſariam defenſionem,reddãtq; huiuſmodi de- e
fenſionis rationem,ſi non neceſſariam,ſaltẽ pro
babilem,veriſimilem, & poſſibilẽ, dubio procul
per præmiſſa defenſio ipſa ſufficienter probata
40 dicitur, & tñ ad illius probationem ſolam famã
ſufficere,dixit Alex.*in conſi.*14.*nu.*9.*in fi.verſi. &
ſunt etiam.lib.*3.Hercul.*de negat.nu.*309.*propè fi-
41 nem*,teſteſq; nedum de credulitate,ſed etiã aliũ- f
de inhabiles ad illius probationem admitti,com
muniter teneri teſtantur Curt.Iun.*conſil.*343.*in
3.vol.*Suarez.*in com.opin.verſ.teſtis.nu.*147. Bo-
nacoſſ.*in com.opin.li.*1.*verſ.teſtis in Criminalibus.
pag.*170.*col.*1.*lib.*1. Imò, & vnicum teſtem plenè
ſufficienter probare defenſionem, dixit Aym.
*conſi.*2.*nu.*16.ſequitur Horat.int *cõſ.crim.diuerſ.*
168.*nu.*17.*vol.*1. quanto igitur magis dicetur in
caſu noſtro probata defenſio per teſtes,qui non
vnicus,ſed plures,non per famam, ſed de viſu de
ponentes,non inhabiles,ſed digniſſimi, & omni
exceptione maiores ſunt; quare ſupplicatur pro
fauorabili expeditione,& abſolutione.

Non potui tantũ dicere,quin fuerit iſte Reus in pœnam extraordinariam condemnatus.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius V.I.D.Rom.

ADDITIONES.

a *Imponitur.* Cõtraria opinio videtur cõmunis, & eam defendit D.meus Farinac. *in titu. de Reo confeſſ.& conuict.nondum impreſſ.q.*81.*nu.*134.*& ſeqq.*ex Pedemon.*decis.*60.*num.*9. Io.Petr.Surd. *conſ.*173.*nu.*166.*& ſeq.li.*1.& alij quos allegat, ad quem me refero.

b *Debet.* Teſtiũ numerus,an, & quãdo ſuppleat eorum defectum, vltra dicta hic per D. Conſultorem,vide latè per D.meum Farina.*in ſuo tract. de teſtib.tit.de oppoſ.contr.perſon.teſt.q.*62.*limit.* 13.*nu.*309.*& ſeqq.*

c *Adhibenda eſt.* Teſtibus pluribus,an,& quãdo credatur magis,quàm paucioribus,adeas eundẽ D.meum Farinac.*d.tract.de teſtib.tit. de oppoſ.contr.dict.teſt.q.*65.*par.*3.*nu.*107.*& ſeqq.*

d *Aggreſſor.* Ex duobus rixãtibus,quis aggreſſor præſumatur, q̃uo probetur, & de materia vide Guid.Pap.*in tract.de praſump.nu.*28.*et ſeq.*Boer. *decis.*237.*nu.*2.Gram.*voto* 22.*nu.*10.*voto* 24.*nu.* 5.*& conſi.*18.*nu.*9.*& conſ.*29.*nu.*14.*& ſeq.*Carrer. *in pract.*§.6.*nu.*136.*&* §.*circa.nu.*145. Alciat.*reg.* 3.*praſũp.*39.Cæpol.*conſ.*29.*n.*10.Blanc.*in pract.* §.3.*pars defenſionis.nu.*13.*& ſeq.*Crauet.*cõſ.* 119. *nu.*9.Marſ.*conſ.*41.*nu.*13.Iuſtin.Bond.*inter conſ. crim.diuerſ.to.*2.*conſ.*103.*n.*5.*&* 6.Hercul.*in tracta.caut.de non offend.c.*30.*nu.*27.*vſq; ad num.* 34. Menoch.*de arbitr.q.caſ.*363.Maſcar.*concl.*72.*nu.* 7.*& concl.*1128.*per tot.& concl.*1244.*nu.*6. Gom. *de delict.tit.de homic.c.*3.*n.*25.Vulpel.*conſ.*44.*nu.* 21.*& ſeq.& conſ.*118.*nu.*6.*& ſeq.* Bertaz.*conſil.*1. *nu.*7.*& ſeq.& conſi.*30.*nu.*3.*& ſeq.& conſ.*121.*nu.* 4.*& ſeq.& conſ.*35.*nu.*3.*& ſeq.et conſ.*449.*nu.*17. *& ſeq.*& alios relatos per Hond.*cõſ.*99.*nu.*21.*& ſeq.li.*1.& per Baiar.ad Clar.§.*homic.verſ. ſed q̃uo probatur.nu.*203.*verſ.ſed hac incidenter.nu.*131.

e *Dubitandum non ſit.* Mentira regulariter iniuriam iñfert; ſed ſecus eſt quãdo illa datur ad propulſandum iniuriam illatam, prout per D.Conſultorem infra num.25.Quod tamen declara,vt per eũdem D.meum Farinac. *in tit.de var.& extraordin.crim.q.*105.*in materia iniuriarum, adhuc non impreſſ.*

f *Negatione.* Cõfeſſio qualificata poſt negationem, an & quando poſſit pro parte acceptari, & pro parte non, & an ſufficiat ad pęnam ordinariam imponendam; an vero tantum ad extraordinariam,vide quæ dixit D.meus Farinac.*in tit. de Reo confeſſ.& conuict.q.*81.*nu.*127.*& ſeqq.nondum impreſſ.*

Digitized by Google

g *Probant.* Teſtes de credulitate, an probent deſenſionem, vide, quæ dixit D. meus Farin. *in ſuo tract. de teſtibus, tit. de oppo. contr. dict. teſt. q.* 68. *nu.* 77. *& ſeq.*

h *Probari.* Licet alias in criminalibus, & præſertim ad condemnandum, plena requiratur probatio, ad abſoluendum tamen, & ad rei defenſionē probādam. dubiam, & poſſibilem probarionem admitti, ſcripſerunt Bar. *in l. non ſolū, §. ſed ut probari, nu.* 2. *& ſ. q. ff. de nou. oper. nunciat.* vbi infert, & eius illationes bene explicātur per Bal. Rom. Alex. & alios ſcribētes ibi, & Bar. doctrina canonizata eſt per Doct. omnes. *in cap. in præſentia, de proba. & ibi præſertim Abb. nu.* 6. Fely. *nu.* 13. Bero. *nu.* 131. *ſeqq.* Dec. *nu.* 252. Pariſ. *nu.* 31. vbi de communi, dicentes, quod licet regulariter dubia probario probantem non releuet, *d. c. in præſentia,* releuat tamen, quando agitur de excludendo delictum. Gram. *deciſ.* 56. *nu.* 106. Neuiz. in Sylua. *li.* 1. *c.* 2. *nu.* 66. vbi pariter, quod totus mundus ſequitur doctrinam Bar. *in d. l. non ſolū, §. ſed ut probari.* Boſſ. *in tit. de conuict. nu.* 59. Sarnien. Selec. *interpret. li.* 1. *c.* 1. *nu.* 5. *verſ. aut probatio eſt dubia.* Aymo. *conſ.* 2. *nu.* 16. vbi amplius, quòd ſufficit ſemiplena probatio. Brunor. a Sole *in ſuo conſ. crimin. nu.* 79. vbi, qđ regula ſi nō proſunt ſingula, &c. procedit in fauorabilibus, nō autem in odioſis. Cæphal. *conſ.* 140. *nu.* 13. *li.* 1. vbi quo ad innocētiam probandam non ſolum admittuntur leuiores probationes, ſed etiam coniecturę iudicis arbitrio. Maſcar. *de proba. li.* 2. *concl.* 904. *nu.* 16. Eugen. *conſ.* 31. *nu.* 70. Menoch. *de præſump. li.* 5. *præſump.* 3. *nu.* 50. Honded. *conſ.* 112. *nu.* 28. *& conſil.* 100. *nu.* 32. *lib.* 1. *& conſ.* 87. *nu.* 33. *lib.* 2.

Quod præſertim locū habebit in iis, quæ ſunt difficilis probationis, vt expreſſe voluit Bal. *in l. quicunque, nu.* 25. *C. de ſeru. fugit.* vbi iſto caſu admittit pręſumptiuam probationem, tam quo ad cōdemnationem, quàm quo ad abſolutionem, prout verba Bal. ſic, vt ſupra dicentis, ad idē ponderat Oſaſc. *deciſ. pedemon.* 79. *num.* 55. *ſeq.* prout bene deduxit idem D. meus Farin. *in tit. de reo cōfeſſ. & conuict. quaſt.* 86. *nu.* 76. *& ſeq.*

i *Tortura.* Iſta materia pleniſſimè tractatur per eundem D. meum Farin. *ſitu. de indit. & tortur. q.* 40. *nu.* 2. *& pluribus ſeqq.*

K *Prouocans,* dicitur. Subtilis eſt iſte articulus, quando ſcilicet quis dicatur prouocans, & quis prouocatus, & Doctores vario modo locuti sūt, prout eſt videre apud Archid. *in c. ſi quis ſacerdotum. nu.* 271. *q.* 1. Aret. *conſ.* 33. *in fine.* Cępol. *conſ. crim.* 29. *nu.* 8. *& ſeqq. & conſ.* 41. *nu.* 7. *& conſil.* 42. *nu.* 10. Marſ. *in pract. §. quoniam, nu.* 62. *& ſeqq. & conſ.* 137. *& conſ.* 68. *per tot.* Aym. *conſ.* 2. *nu.* 12. *& conſ.* 119. *nu.* 11. Gram. *deciſ.* 37. *nu.* 5. Duen. *reg.* 192. *in* 3. *ampliat.* Plac. *in Epith. delict. c.* 28. *nu.* 17. *pag. mihi* 476. Boſſ. *in tit. de homici. nu.* 58. Nouel. *in pract. ad defenſam, nu.* 60. *& ſeqq.* Hier. de Orat. *inter conſ. crimi. diuerſ. in magnis, li.* 2. *conſ.* 101. *nu.* 2. *&* 4. Clar. *§. homicidium, verſ. idemque.* Bertazz. *conſ.* 1. *nu.* 4. *& ſeq. conſ.* 35. *num.* 6. *& ſeq. & conſ.* 349. *nu.* 5. *&* 6. *& conſ.* 358. *nu.* 2. *& ſeq.* Bonacoſſ. *commu. opi. par.* 1. *verbo, prouocatus, & in quaſt. crimi ſtatut. eodem verbo, prouocatus, fol. mihi* 158. Ioſeph. Lud. *deciſ. lucen.* 16. *nu.* 3. *par.* 1. Maſcar. *concl.* 490. *nu.* 8. *& concl.* 1126. *nu.* 27. *& conclu.* 1128. *per totam, & concl.* 1244. *nu.* 6. & plures refert Bart. ad Clar. *quaſt.* 60. *nu.* 67. *& ſequent.*

l *Qualitate.* Confeſſus qualificatè, ſecundum vnam opinionem poteſt torqueri, vt præciſè reſpondeat, ſed ſecundum aliam, quæ tutior eſt, & in practica ſeruatur, non debet torqueri, quia ſi torquetur, & ſubſtineat, abſoluendus eſt; ſi vero non torquetur, poteſt in pœnā extra ordinariā condemnari, prout bene ſcripſit D. meus Farin. *in tit. de reo confeſſ. & conuict. qu. ſt.* 81. *num.* 136. *& ſequentibus.*

m *Præſumptiue.* Quando teſtes de credulitate deponunt ſuper materia, in qua præſumptiua admittitur probatio, tunc plenè probār, per eundem D. meum Farinac. *in tractat. de teſtibus, tit. de oppoſ. contra dicta teſtium, q.* 68. *nu.* 83.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Adminiſtrator, qui ſemel rationem, & computa ſuæ adminiſtrationis reddidit, & quietationē habuit, an, & quādo poſſit iterum cogi ad eadem computa reddendum, & quando poſſit criminaliter conueniri: quid de Apocha ſub alterius nomine ſcripta, aut ſcribens pecunias mutuo reciperet, an ſit punibilis, & qua pœna, ex quo non nocuit illi, cuius nomine ſcripta eſt.

SVMMARIVM.

Rationes, & computa ſemel reddita iterum reddi non debent, nu. 1. *fallit, quando is, cui computa reddita fuerunt, ſe integrè ſatisfactum fatetur, quia tunc eadem computa amplius reddenda non ſunt. nu.* 7.

Quietatio generalis non includit dolū, nec errorem calculi, nu. 2. *Declara hoc procedere, quando quietatio recedit à redditione computorum, ſecus ſi redditio cōputorū præcedit quietationē, d. nu.* 2. *& in addit. lit* a *vbi de materia.*

Dolus futurus remitti non poteſt, præteritus autem ſic. nu. 2. *& in addit. litera* a *verſ. & rurſus.*

Renuntians poſt factam renunciationem non poteſt ampliae reddite ad eius renunciationem. nu. 2.

Error non præſumitur in perſonis ſagacibus, prout eſt Doctor, & mercator. num. 3.

Iuramento contraueniens incidit in pœnam l. ſi quis maior, C. tranſact. num. 4.

Quietationi facta cum iuramento, nec etiam minor contrauenire poteſt ſine reatu periurij. nu. 4

Error calculi allegari non poteſt, quando poſt calculum factū in quietationibus interuenit pactum de non petendo. nu. 5.

Geminatio actus excludit præſumptionem erroris. nu. 6.

Error

Error calculi non præſumptiuè, ſed concludenter probari debet, num.8.

Adminiſtrator tenetur actione mandati ad reddendum rationes, & computa, & quamuis in adminiſtratione dolum commiſerit, non poteſt criminaliter puniri de ſtellionatu, actioneque de dolo, quia talis actio ceſſat ſtante ciuili actione mandati, numero 9. & in addit. litera B. vbi de materia.

Adminiſtrator non præſumitur ditatus ex bonis adminiſtratis, nu. 10. & in addit. litera C.

Falſitas in ſcriptura nulla commiſſa, & quæ nocere non poteſt, punibilis non eſt nec ordinaria, nec extraordinaria pœna, nu. 11.

Pœna extraordinaria ex crimine ſtellionatus non habet locum, vbi non datur actio ciuilis de dolo. nu. 11. in fi.

Dolus ſemper cenſetur exceptus in qualibet diſpoſitione in addit. litera A. verſ. & faciunt.

Actio de dolo præſcribitur ſpacio biennij, & talis præſcriptio currit etiam ignoranti, ſed an detur aduerſus hanc præſcriptionem reſtitutio in integrum. in addit. lit. B.

Tutor, an præſumatur factus diues de bonis pupilli. in addit. litera C.

CONSILIVM VII.

1 ADSIT DEVS. D. Acchilles Theodoricus hodie indebitè vexatur ad reddēdum computa, & rationes pecuniarum per ipſum ad ſocietatem receptarum nomine Reuerendi Domini A. de Creſcentijs, & Equitis Ceuli, quia cū ſemel illas reddiderit, & quod penes ſe fuit, reſtituerit, ac aduerſariis integrè ſatisfecerit, vt plenè conſtat ex quietantijs in ampliori forma Cameræ celebratis, non poteſt de iure iterum cogi ad reddendum prædicta computa, & rationes. *l. ſemel. C. de Apoch. lib.* 10. Ioan. Monac. Archidiac. Ioan. Andr. & alij *in c. vnico. de Clerico ægrot. in 6.* Cæphal. qui bene loquitur in materia. *conſil. 39. nu. 14. & ſeqq. vol. 1. & melius in conſil. 192. per totum. volum. 2.*

2 Et licet quietatio, & abſolutio generalis non
a includat dolum, [a] & errorem calculi, qui in caſu noſtro ex aduerſo ſupponuntur, tamen pro reſponſione ad multa eſt in propoſito aduertendum; Et primo, quod quando abſolutio præceſſit redditionem rationum, tunc verum eſt, quod dolus ſub ea non includitur, quia futurus dolus remitti non poteſt, *l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact.* ſi vero redditio computorum præceſſit abſolutionem, vt in præſenti caſu, & tunc nulli dubium, quod dolus præteritus non excluditur, quia remitti poteſt. *l. quidam decedens. in prin.* vbi Bar. & alij, *ff. de adminiſtr. tut.* Dec. *in l. contractus. nu. 40. ff. de regul. iur.* & ideo ſtante hac doli remiſsione, non poſſunt amplius aduerſarij redire ad iura renunciata. *l. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædil. edic. l. prima, §. qui ſemel. ff. de ſucceſſor. edict.* prout etiā in propoſito bene notat, & reſpondet Cæphal. *d. conſi. 39. nu. 21. & ſeq. vol. 1.*

3 Secundo conſidero, quod Aduerſarij quietantes ſunt perſonæ ſatis ſagaces, & expertes, quia vnus eſt Doctor, & alter mercator, in quibus cū ignorantia, nec iuris, nec facti proprij præſumatur, non eſt veriſimile, eos, ita diligentes, & ſagaces, erraſſe. *l. cum de indebiti. §. ſi vero ab initio. verſ. qui enim ſoluit, ff. de probat. & l. Athleta, §. fin. ff. de excuſat. tut.* & propterea non ſunt modo admittendi ad allegandum errorem, & ſe fuiſſe deceptos, cum vt dixi, contra eos vrgeat iuris præſumptio, prout in ijs terminis conſiderat idem Cæphal. *d. conſ. 192. nu. 38. 41. 44. 46. & ſeq. vol. 2.*

4 Tertio concurrit in quietationibus, & abſolutionibus prædictis iuramentum de non contraueniendo, per quod ſi Aduerſatij volunt cōtrauenire, incidunt in pœnas *l. ſi quis maior. C. de trāſact.* vt dicit Cæphal. *d. conſi. 192. num. 17.* & ſicut iuramentum operatur, vt minor liberans adminiſtratorem non poſsit abſque pœna periurij liberationi contrauenire, ad gl. *in l. 3. §. 1. in verbo, liberationem, ff. de contra. & vti. actio. tute.* & tradit Tiraquel. *de legib. connub. poſt leges glo. nu. 70.* multo magis operabitur in maiore. Vn̄ ſicut ratione iuramenti non liceret principalibus liberātibus contrauenire, minus etiam id debet concedi aduerſarijs eorum nomine agentibus.

5 Quarto aduertendum, quod illud, quod dici ſolet, rationes ſemel calculatas debere iterum calculari, ſi dolus, vel error calculi allegetur, nō procedit, quando poſt calcula, & computa facta ſuperuenit pactum de non petendo, prout in caſu noſtro in quietationibus interuenit. Bar. *in l. emptor. §. Lucius. nu. 11. ff. de pact. & in l. 2. ad finē. C. de iure Fiſci. lib.* 10.

6 Quinto non ſolū habemus ad fauorē D. Acchilis pactum de non petendo poſt calcula, & cōputa facta, ſed ēt geminatam cōfeſsionem dicti D. Equitis, aſſerentis ſe in alijs calculis eſſe debitorem eiuſdem D. Acchillis in ſumma ſcutorū... & in pluribus apochis eius manuſcriptis, negando ipſum, vt ſibi mutuaret aliquas pecunias, expreſsè fatetur, ſe in nihilo eſſe ſuum creditorem; Vnde ratione iſtius geminatæ, ac iteratæ confeſſionis, ac tacitæ abſolutionis, non poteſt modo pro eius parte aliquis error, ſeu dolus allegari. *l. ſi mulier. C. ad velleian.* Fel. *in c. ſi cautio, num. 31. de fid. inſtrum.* Socin. *reg. 64. in quinta fallen.* Cæph. *d. conſi. 192. nu. 18. & ſeqq.*

7 Sexto non eſt omittēdū, qđ Aduerſarij quietant, & abſoluunt dictum Dn̄m Acchillē, nō ex eo quia ſimpliciter rationes, & computa reddiderit, ſed quia fuerunt integrè ſatisfacti: Vnde nō poteſt modo moleſtari ad iterū reddendū rationes ſub prætextu, qđ malè fuerint redditæ, quia vbi quis ſe integrè ſatisfactū dicit, alia redditione rationis non eſt opus, ita pulchrè conſiderat Cæphal. omnino videndus. *d. conſil. 192. nu. 8. 9. 22. 32. 40. & 47.* Quietanti. n. dicenti, & fatēti ſe ſatisfactum, plenè credendum eſſe, traditur per Bal. Ang. & alios *in l. de his. ff. de trāſact.* & p Iaſ. *in l. ſub prætextu. col. 2. verſ. 2. aduerte. C. eodem.*

8 Septimo ad hoc, vt rationes ſemel redditæ iterum reddātur propter dolum, ſeu errorem in calculo, neceſſe eſt, vt talis error, ſeu dolus non præſumptiuè, ſed per concludētes, & clariſsimas probationes deducatur. Dec. *in l. 1. nu. 8. in fi. C. de error. calcul.* Imò actor debet expreſsè hanc negatiuā probare, quod videlicet partitæ, ſuper quibus prætendit dolū, ſeu errorem, non fuerint in

calculatione computatæ. Idem Dec. *conſi. 94. nu. 4. verſ. non obſtat. lib.* 1. quæ cum non fuerint per aduerſarios hucuſque probata, ideo ſunt pœnitus repellendi.

9 Octauo, dato, quod hæc omnia ceſſarent, prout non ceſſant, durum tamen mihi videtur, dictum Dominum Acchillem poſſe criminaliter moleſtari; nam cum ipſe vti Procurator, & vigore mãdati receperit, & adminiſtrauerit pecunias aduerſariorum, poteſt actione mandati conueniri, & cogi ad reddendum rationem, & reſtituẽdum reliqua, *vt in rubrica, & tot. tit. ff. mandati.* Et cum actione mandati conueniri potuiſſet, ſequitur, quod alia actione de dolo conueniri nõ poſſit, neque ex alio ſtellionatus crimine puniri, ex vulgata illa regula, quod vbicunq; dolus po-

b teſt purgari [b] per actionem ex mandato, vel alio contractu, vel quaſi nunquam purgatur per actionem de dolo, & ciuiliter, nec per accuſationem ſtellionatus criminaliter. Bal. *in conſi. 14. filiusfamilias, in fine, & conſi. 15. ad euidentiam, vol.* 1. Aym. *conſi. 6. num.* 105. Rolan. a Valle *conſi. 75. nu. 31. vol.* 1. Meooch. *conſil. 98. nu.* 83. & 84. actio enim de dolo, & criminis ſtellionatus nunquam datur, quando damnum paſſo alia via ſuccurri poteſt. Paul. de Caſt. *in conſil. 411. viſo facto, num. 4. volum.* 1.

10 Nec ſummãt aduerſarij indicium ex eo, quod poſt mandatum ſuſceptum dictus D. Acchilles reperiatur poſt mandatum ſuſceptum habere in bonis aliquam pecuniæ quantitatẽ, quaſi quod

c illã ex adminiſtratione ſurripuerit; [c] Hæc enim obiectio tollitur per tex. capitalem, & expreſſum *in l. ſi defunctus. C. arbitr. tute.* & ex teſtibus ad ſui defenſionem examinatis, qui clarè deponunt, vnde illam lucratus fuerit.

11 Nec releuat apocha ſcripta ſub prætenſo nomine D. Hieronymæ de Naris, de qua in proceſſu, quia cũ illa non ſit trino teſte ſignata, nec per cõparationem poſſit ſupradictæ D. Hieronymæ præiudicium afferre, minuſq; dicto Domino Equiti, cui præfatus D. Acchilles eſt in dicta apocha principaliter obligatus, non poteſt dici aliquo pacto punibilis, quia ad hoc, vt falſitas ſit punibilis, neceſſe eſt, vt ſit facta ad alterius læſionem. gl. *in l. damus in uerbo priuatas, C. de falſ. & in c. quanto. de iure iur.* Bar. *in l. ſi quis legatũ. ff. de fal.* Ruin. *conſ. 17. nu. 9. li. 4. & conſ. 15. nu. 8. li.* 5. Affl. *deciſ. vltima, nu.* 9. Mendaciũ enim, qđ nemini nocet, punibile non eſt. Bal. *in l. fi. ff. quod cum falſ. tuto.* Salyc. *in l. fundum cuius. §. fi. vbi etiam gloſ. ff. de euict. & in auth. qui propriã. q. 7. C. de non num. pecu.* & non eſt punibilis, non ſolum pęna ordinaria, ſed nec ẽt extraordinaria crimine ſtellionatus, quia licet, qñ ſcriptura non nocuit, ſed erat apta nocere, poſsit pœna extraordinaria puniri, hoc procedit in ſcriptura publica, in qua poteſt inchoari, & perfici falſitas; ſecus in ſcriptura priuata, in qua falſitas nõ poteſt inchoari, neque perfici, quo caſu, nec extraordinaria pæna imponẽda eſt, vt per Caſtr. *conſil. 130. 131. videtur dicendum. nu.* 1. quẽ refert, & ſequitur Socin. *conſ. 104. nu.* 3. Vbi de communi Aym. *cõſi. 46. nu.* 1. Corn. *conſi. 182. videtur prima facie, num. 6. lib.* 4. Rolan. *conſi. 37. nu. 22. & 45. vol.* 1. Iulius Scarlat. *conſ. criminn. diuerſ. 106. nu. 14. vol. 2. in magnis.* Natta omnino videndus *conſil. 588. per totum in diſcurſu, præſertim in num.* 7. 8. 12. 14. & 21. Vbi. n. falſitas non eſt præiudicialis tertio, ceſſat intereſſe partis, & actio ciuilis de dolo non datur; & per conſequens, nec poteſt imponi pœna extraordinaria ex crimine ſtellionatus, quæ non habet locũ, niſi, vbi datur actio de dolo ciuiliter. *l. 3. §. primo, ff. de crimine ſtellionatus, l. qui neminem, ff. de falſis*, Inſtatur itaque pro expeditione, & abſolutione.

Fuit abſolutus a prætenſa redditione computorum, ſtante quietantia; ſed pro apocha ſcripta ſub nomine alterius, condemnatus in pœnam extraordinariam, & pecuniariam.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius V.I.D.Rom.

ADDITIONES.

a *Dolum.* De quietatione generali, quod dolum non includat, vide Plot. *in l. ſi quando. nu. 276. ſecundum antiquam impreſsionem. C. vnde vi.* Maſc. *deciſ. Pedeman.* 58. *nu.* 14. *& ſeqq.* Vbi tamẽ, quod generalis quietatio includit etiam dolum præteritum, quãdo quietans illum dolum ſciebat, vel ſcire debebat, ſed contra *num.* 33. 35. *& ſeqq.* Vbi declara. Maſcar. *de probat. conclu.* 531. *nu.* 160. Vbi quod quietatio per dolum extorta, vt puta per falſam aſſertionem, nihil ſuffragatur illi, qui eã extorſit, & vide etiam pro primo dicto huius additionis Theſaur. *in deciſi. 74. nu.* 7.

Et faciunt ad hanc materiam, quæ in ſimili Doctores dicunt generaliter de dolo, quod in qualibet diſpoſitione ſemper cenſetur exceptus, de qua materia vide Plot. vbi ſupra *d. num.* 276. Neuiz. *conſi. 22. nu.* 6. Cæphal. *in conſ. 34. num.* 23. 24. 28. & 40. *in fine, & conſ. 62. nu.* 17. & 26. *& cõſ.* 121. *nu.* 8. *& conſ. 142. nu.* 28. *& ſeq. & nu.* 34. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu.* 178. & 179. *in fine.* Simoncel. *in tract. de decr. lib. 3. tit. 9. nu. 34. in fine*, apud quos reperies etiam non ſolũ, quid de dolo vero, ſed etiam quid de præſumpto.

Et rurſus ad eandem materiam faciunt, quod de remiſsione doli veri, & præſumpti, præteriti, ſeu futuri, tradunt Doctores, & præcipuè poſt alios, quos allegant antiquiores, Cæphal. *conſil. 121. per totum, & conſi. 34. nu.* 24. Villalob. *in commun. opin. verſi. dolus. num.* 92. Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. remed. 14. nu.* 138. *& de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 3. num.* 10. Simoncell. *de decret. lib. 3. tit. 9. num.* 36.

b *Dolus poteſt purgari.* Quando dolus poteſt ciuiliter purgari actione deſcendente ex contractu, tunc regulariter verum eſt, non dari criminale iudicium, prout cõſuluit hic D. meus Farinac. & latius hanc concluſionem reaſſumpſit, & declarauit *in ſua pract. crimin. par. prima, in titulo, de delict. & pæn. quæſt. 19. num. 39. & ſeqq.* & eſt quotidianum fundamẽtum, quo Moderni Aduocati vtũtur pro defenſione reorum, ad eos liberandos

Digitized by Google

berãdos a criminali accuſatione ſtellionatus: ſed volo ẽt nunc te docere aliud remedium opportunum, & proficuũ, & erit, vt alleges pręſcriptionẽ; licet.n. alia crimina nominata nõ minoris ſpacio viginti annorum regulariter pręſcribantur, prout latiſſimẽ declarauit idem D. meus Farin. *in eadem ſua pract. crim. p. 1. tit. de Inquiſi. q.* 10. Delicta tñ innominata, & quæ ſub crimine ſtellionatus continentur, & pro quibus actio de dolo datur, ſpatio duorum annorum præſcribi vidẽtur. Nã, & tanto tempore actio de dolo præſcribitur, ſeu potius extinguitur, curritq; tale tempus a die cõmiſſi delicti, & non a die ſcientiæ, prout ad literã probat tex. *in l. fin. C. de dol.* & ibi communiter notant omnes, & adnotauit D. meus Farina. *in d. q.* 10. *nu.* 22. quod ſi dicat accuſator aduerſus hanc præſcriptionem ſibi dari reſtitutionem ex capite ignorãtiæ ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. prout *in d. l. fi. poſt gl. ibi aduotarunt* Bellapert. Bar. Alex. Paul. de Caſt. Fulg. Salyc. & Io. Sicar. Et tunc in accuſati defenſionẽ poteris replicare, quod reſtitutio prædicta datur aduerſus præſcriptionem actionis de dolo, ciuiliter intentatæ, non autem criminaliter, & ad pœnam ſtellionatus propoſitæ, prout in ſpecie declarat Angel. *in l. fin. in fine. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe viſus fuerit*, & voluit ẽt D. meus Farin. *in d. q.* 10. *ſub nu.* 1. Vbi facit generalem, & cõmunem concluſionẽ, quod aduerſus præſcriptionem delictorũ reſtitutio in integtum non datur, prout etiam voluit, & bene comprobando declarauit Sfor. Odd. *in tractat. de reſtit. in integr. par. 2. q. 89. ar. 3. nu.* 20. *& ſeqq.*

c *Surripuerit.* De adminiſtratore, an præſumatur ditatus de bonis adminiſtratis, vide in ſpecie Rolan. *conſi. 90. nu. 18. lib.* 2. & Burſa. *conſi. 209. nu. 29. & ſeqq.* Et quid in ſpecie de tutore, vide Cumẽſ. *in ſing* 6. Hercul. *de negat. num. 26. verſ. 26. infertur* Burſ. *vbi ſupra*, & Couar. *var. reſolu. li. 2. c. 14. nu. 4. verſic. 7. erit conſiderandum. fol. mihi* 588. *in parua impreſſione.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

De marito occidente adulterum deprehenſum cum vxore, quando excuſetur: & quando etiam excuſentur illi, qui in tali homicidio auxilium, & fauorem præſtiterunt.

SVMMARIVM.

Maritus occidens adulterum deprehenſum cum vxore, non punitur pœna ordinaria de ſiccarijs, neque alia corporis afflictiua, ſiue adulter ſit vilis, ſiue non. nu. 1.

Auxilium, vel conſilium dantes delinquenti, non poſſunt maiori pœna puniri ea, qua punitetur principalis delinquẽs, nu. 1. verſi. Cum igitur.

Auxilium dantes marito occidenti adulterum deprehenſum cũ vxore, non poſſunt in plus puniri, quam ipſe maritus, num. 1. in fi. declarant, nu. 6.

Auxiliator, moleſtari non poteſt niſi conſtito de delicto principalis, nu. 2. declara, vt nu. 7. & in addit. litera a.

Sententia lata contra principalem delinquentem non nocet principali fideiuſſore, nu. 2. in fine.

Occiſori indicans domum, vbi latebat is, qui poſtea occiſus fuit, vel alias homicidij occaſionem præbens, pœna legis Corneliæ de Siccarijs tenetur, nu. 3

Maritus tunc demum occidendo adulterum mitius punitur, dummodo tria cõcurrant, primo vt adulter deprehendatur, aut in actu adulterij, aut in actu venereo. Secundo, vt occidatur in propria domo mariti, non in alia, niſi trina præceſſerit monitio. Tertio, vt maritus non ſit perſona vilis. nu. 4.

Artem mechanicam exercens dicitur perſona vilis, nu. 5.

Qualitas excuſans principalem delinquentem, non excuſat opem ferentem, cui talis qualitas non conueniunt, num. 6. in fine.

Confeſſio validat nullitatem proceſſus. nu. 7. in fine declara, vt in addit. litera b.

Iudex non poteſt interrogare reum indicijs non præcedentibus, in addit. litera b.

CONSILIVM VIII.

1 ADSIT DEVS. Videbatur prima facie, Ioanninum carceratum pro eo, quod Iuliano marito Madalenæ adulterum indicauerit, eſſe ſaltem a pœna ordina liberandum, eo quia certiſsimi iuris eſt, quod maritus occidens adulterum deprehenſum cũ vxore, non venit puniendus pœna l. Cor. de ſiccariis, neq; alia corporis afflictiua cuiuſcunque qualitatis ſit adulter, ideſt, ſiue vilis, ſiue non. *l. marito in princ. ff. ad l. Iul. de adult. gl. in l. nec in ea. eo. tit. eſt tex. & ibi notant omnes in l. Graccus. C. de adulter.* Pariſ. qui teſtatur de commu. *conſil. 154. num. 12. vol.* 4. Rol. *conſil. 34. in prin. lib.* 20. Cum igitur Iulianus maritus Madalenæ, qui M. Antoniũ deprehenſum cũ eius vxore interfecit, non poſsit puniri pœna mortis, nec alia corporali, pariter Ioanninus carceratus, qui ei conſilium, auxilium, & fauorem præſtitit, aliqua pœna corporali non poterit puniri, ex reg. iur. quod dantes cõſilium, auxilium, & fauorem delinquenti non poſſunt maiori pœna puniri, quam punitur principalis delinquẽs, de qua per Bart. *in l. is qui opem. ff. de furt.* & per ſcribentes *in §. opes inſti. de oblig.* quæ ex delict. Et in terminis in præbente auxilium, & fauorem marito occidẽti adulterum deprehenſum cum vxore, quod nõ poſsit puniri maiori pœna, quã ipſe maritus principalis delinquens, tradit Caſtren. *in conſil. 277. nu. 3. lib.* 2. in nouis. Patis *in d. conſil. 154. nu. 21. cũ ſeq.* Soc. Iun. *conſ. 34. nu. 2. dubio. vol.* 2. Cum igitur habeamus deciſiones claras, in indiuiduo nõ ſũt attendendæ doctrinæ generales.

2 Vltra quod pariter videbatur non potuiſſe procedi aliquomodo contra dictum Ioanninũ, ex quo in proceſſu fabricato contra ipſum non conſtat de delicto principali, prout requiritur ad doct. Bart. quam omnes ſequuntur *in d. l. ſi is qui rem, §. ſi tu Titium. in fine. ff. de furt.* adeo, vt rei ſufficiat ſententia lata contra principalẽ delinquentem. *l. 2. C. de fid. inſtrum.* Bal. *in l. iuris, in fine. C. quibus res iud. non nocet.*

Digitized by Google

3 Quibus non obſtantibus, cõſultus in propoſita facti ſpecie, valde conrra carceratum de iuris rigore dubitaui. Nam qui doloſè,& malignè indicat occiſori domum, vbi latet is, qui poſtea occiditur, vel ſimilibus indicijs cędis occaſionem præbuerit, prout fecit hic Io. Ganninus, inſidiando vitæ illius infęlicis Marci Antonij poſt modũ per Iulianum occiſi, nulli dubium, quod pœna l. Corneliæ de Sicarijs plectẽdus, vt *l. nihil intereſt. ff. ad l. Corn. de ſiccar.* Bald. *in l. ob hec. nu. 4. ff. de inſam.* Iodoc. *in pract. in rubr. de homic. per indicia, ſeu ſigna. cap. 72.* Carer. pariter *in pract. crim. §. homici. autem. num. 8. pag. mihi* 124. *in impreſsione lugduni* 1562. Corrad. *in pract. tit. de conſentientibus. num. 5. fol. 330. col. 1.*

4 Ex aduerſo deducta non obſtant prædictæ cõclusioni, quia adhoc, vt maritus occidendo vxoris ſuę adulterum mitiori pœna quàm homicidij puniatur, tria copulatiuè requiruntur. Primo, vt adulter ipſe depræhendatur, vel in ipſo actu adulterij, iuxta *l. ſi adulterum. §. Impetatores, ff. de adulter. & in l. Graccus. nu. 9.* Pariſ. *in conſ. 154. nu. 5. uol. 4.* Rol. *conſi. 34. nu. 6. ſeqq. nu. 2.* Secũdo requiritur, vt adulter occidatur in domo proprię habitationis mariti, & non alibi, *l. marito. ibi, domi ſuæ, &c. ff. de adulter.* Salyc. *in d. l. Graecbus. num. 5. &* 10. Clar. *in §. homic. uerſic. ſed quid dicendum,* & ſi alibi occidatur, non excuſatur maritus, niſi trina monitione præcedente. *§ his quoque. in auth. vt lic. matri, et auia, & in auth. ſi quis ei. C. de adulter.* Aug. ad Ang. de malef. in verbo, *che hai adulterato, & a nu. 2. & 3.* Pariſ. *d. conſil. 154. nu. 4. &* 14. Tertio demũ requiritur, vt occidens maritus non ſit perſona vilis. Bar. *in d. l. marito. nu. 3. ff. de adulter.* Salyc. *in d. l. Gracchus. nu. 4.* Aug. ad Ang. de malef. in d. verbo, *che hai adulterato, &c. nu.* 50.

5 Vndecum occiſor Iulianus eſſet perſona nedum vilis, ſed viliſſima, effoſſor ſcilicet lapidum, & puteolanæ, & exercens artem inter mecanicas, viliſſima, ad trad. per Bar. *in l. 3. per illum text. C. de comer. & merca.* Fely. *in c. ſuper eo. col. 3. uerſ. & adde, quod nullum. extra de teſtib.* prout eum refert, & ſequitur Aym. *in conſ. 163. nu. 2.* prætenſumq; adulterũ (quatenus ẽt adulter eſſet) occiderit, non repertum in adulterij actu, ſaltem venereo, nec in domo propria, ſed aliena, nulla pręcedente monitione; quod in ordinariam pęnam l. Corneliæ de ſiccariis inciderit, dubitandũ non eſt, per prææallegata; ideo ſi vt ex aduerſo deducitur, cõſulens, & auxiliator eadem pęna puniendus eſt, qua principalis delinquens, ad trad. per Bar. *in l. is, qui opẽ. ff. de furt.* & per ſcribẽtes *in §. ope. inſt. de oblig. qua ex delict. naſcuntur.* Neceſſario ſequitur, quod hic Ioanninus pęnam eiuſdem l. Corneliæ, qua tenebatur maritus occidens, effugere nequeat.

6 Sed dato millies, quod Iulianus maritus, & occiſor eſſet mitius puniendus, (prout contrarium verius eſſe de prædictis dignoſcitur) Non tamen per hoc crederem, quod Ioanninus impulſor, & author huius necis, eſſet in præſenti caſu, prout ipſe maritus, puniendus, quia non fuit vocatus, aut requiſitus a Iuliano ad intermiſcẽdum neci adulteri, prout fuerunt vocati, & requiſiti amici illi, & ſocij in caſu, in quo conſuluerũt Caſtren. Soci. & Pariſ. ex aduerſo allegati, ſed ex ſuo proprio intereſſe, quia ſcilicet habebat amicitiã cum Magdalena, & quia ægrè ferebat, vt illa conuerſaretur cum Marco Antonio, maritum impulit, ad illum occidendum; vnde non poteſt dici ſimplex cõſultor, vel auxiliator, ſed omnino author ſequuti homicidij, ex cauſa propria. Ideo qualitas excuſans maritum occiſorem, non poteſt ipſum excuſare, quia maritus iuſto dolore dici poteſt motus, ipſe autem ex iniuſta, & illicita cauſa; & quando qualitas excuſans principalem delinquentem non concurrit in opem ferente, nec etiam illũ a pœna ordinaria excuſat, vt per Aug. ad Ang. de malef. *in verbo, dicto maleficio ſemper aſtiti. nu.* 12. Bened. Capra. *concl. 81. nu. 47.* & in terminis Carer. *in pract. in tract. homicidij, §. circa tertium, qua pœna puniatur auxilium. num. 15. fol.* 135. ſed hoc vltimum ſit dictum ex abundanti, quia re vera nos ſumus in caſu, in quo principalis occiſor non excuſatur a pœna ordinaria.

7 Ad aliud, quod ex aduerſo obijcitur, quod nõ potuit procedi contra opẽ ferentem, non conſtito de principali delinquente, aliter, quã ex cõtumaciali condemnatione contra eundem principalem lata, iuxta doctrinam Bar. *in l. is, qui rem. §. ſi tu Titium, in fine. ff. de furt.* & Bal. *in l. iuris, in fine. C. quibus res iud. non nocet.* Reſpondetur; Primo quod quicquid ſit de iure, contrariũ de facto ſer-
a uatur, quia lata ſententia in contumaciam [a] contra principalem delinquẽtem, ſtatim proceditur contra participes, de quibus extãt indicia; & hoc in orbe eſt notorium, & ita etiam apud eum practicari atteſtatur Clar. *in practica. §. fi. q. 90. in uerſic. ſcias etiã,* vbi inquit, quod ſi aliter ſeruaretur, multa delicta remanerent impunita, cum non ſẽper poſſit haberi probatio per duos teſtes idoneos, vel delinquentis principalis confeſſionem; Vltra quod cum habeamus propriam ipſius rei confeſſionẽ, fruſtra diſputatur de validitate pro-
b ceſſus. [b] Bal. *in l. properandum. in prin. ad finem. C. de iudic.* Neuiz. *conſi. 18. nu. 17.* Marſ. *conſil. 46. nu. 17. & conſi. 48. nu. 3.* Vbi etiam adeſt confeſſio, ibi nõ curatur ordo, nec iuris, nec mundi. Oſaſc. *Pedem. 109. ſub nu. 13.* LAVS DEO.

Proſper Farinacius V.I.D.Rom.

ADDITIONES.

a *Sententiam in contumaciam.* De iure communi magis communiter videtur receptum, quod non poſſit procedi contra mandantem, ſeu auxiliatorem, niſi aliter quàm per contumaciam principalis delinquentis plenè, & verè conſtet de illius delicto, prout larius reaſſũpſit, & probauit D. meus Farin. *in ſua pract. crim. tit. de inquiſ. q. 3. num. 5.* ſed ſecundum veriorem, & practicatam opinionem, nulli dubium, quod lata ſententia contumaciali contra principalem delinquentem, ſtatim procedi poteſt contra mandantes, & opem ferentes etiam, quod de illius delicto non plenè conſtet, prout pariter idem declarat idem D. meus Farin. *d. q. 3. nu. 5. verſ. ego autem in hac re.*

De

b *De validitate Proceſſus*. Vulgaris eſt iſta concluſio, quod ſcilicet confeſſio validat nullitatem proceſſus, & eã Doctorum magna caterua ſequi ſolet. Verum quãdo proceſſus, ſeu inquiſitio eſt nulla defectu indiciorum pręcedentium, res non tranſit ſine difficultate; Iudex enim ſine indicijs neminem de delicto interrogare, & inter reos ponere poteſt, ſecundum Marſil. *in conſ*. 130. *nu*. 34. *in fine, uerſ. Nam quando*. Boſſ. *in tit. de examinibus reorum, nu*. 6. *& ſeqq*. vbi de materia. Sarmien. *Select. interpr. c*. 13. *nu*. 4. *uer. quinimo* 7. Vbi amplius, quod mortaliter peccat Iudex interrogãs reum de delicto non legitimis præcedentibus indicijs, quod & idem latiſſime per nouem fundamenta comprobat eruditiſſimus Nauar. *in rubr. de indicijs, §. Decimumtertium principaliter, nu*. 1. *& pluribus ſeqq*. Vbi etiam reſpondet argumentis, & iuribus contrarijs.

Quare confeſſionem ſpontaneam non validare proceſſum, ſeu inquiſitionem formatam ſine pręcedentibus indicijs, fortiter facere videtur Text. *in l*. 1. *§. diuus Sauerus, ff. de quaſt*. In ijs verbis diuus Sæuerus reſcripſit; *confeſſiones reorũ pro exploratis facinoribus haberi nõ oportere, ſi nulla probatio religionem cognoſcentis inſtruat*. Quem tex. & alia ſimilia iura ad id bene ponderantur per Milles *in pract. fol*. 68. *nu*. 67. *& ſeqq. & fol*. 80. *nu*. 34. *& fol*. 105. *nu*. 30. *& ſeq. & fol*. 138. *ſub nu*. 3. *& nu*. 8. Marſ. *conſ*. 130. *nu*. 25. *ver. alia etiam ratione, & nu*. 34. *in fin*. Carer. *in pract. in* 2. *tract. de indi. §. in tex. ibi, voce propria confeſſus, nu*. 3. Sarmien. *ſelect. interpret. lib*. 3. *c*. 13. *nu*. 4. *verſ. quinimo ex confeſſione*. Ex D. Thom. & D. Soth. in locis per eum allegatis. Herculan. *de negat. nu*. 198. *in prin*. Hippol. Riminal. *conſ*. 126. *nu*. 9. *& ſeqq. lib*. 2. vbi loquitur in caſu ſtatuti prohibentis, iudicem formare poſſe inquiſitionẽ ſine indicijs, dicitque iſto caſu confeſſionem non validare ineptam inquiſitionem, quia eſt nulla defectu iuriſdictionis, ſic reſiſtẽre ſtatuto; & propterea nec etiam per cõfeſſionem prorogari iudicis iuriſdictionẽ, ex quo ſumus in iudicio inquiſitionis, vt ibi per cũ, qui pluribus hanc contrariam opinionẽ comprobat. Maſcar. qui alios plures refert concordantes, *de prob. lib*. 1. *concl*. 351. *nu*. 1. *& ſeqq*. Honded. *conſ*. 102. *nu*. 19. *& ſeqq*. Vbi hanc opinionem admittere videtur ſaltem quo ad pœnam ordinariam.

Famianus Centolinus V.I.D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

De requiſitis & ſubſtantialibus Duelli ſine quibus, nec Duellum committitur, nec Duelli pœna locum habet, ſed pręcipue dubitatur, & reſoluitur. An verum ſit quod vbi præcedit deliberata conuentio pugnandi, ex ſubſequuta pugna dicatur Duellum cõmitti. Et é contra, an vbi pugna prouenit in rixa, & ex improuiſo, quamuis vnus alterum, & alter vnum ad pugnandum inuitet, ibi ceſſet Duelli nomen, & pœna. Et hæc tam de iure communi, quam vigore Sacroſancti Concilij Tridentini, & aliarum conſtitutionum ſummorum Pontificum.

SVMMARIVM.

Duellum eſt pugna duorum deliberata, num. 1.

Duellum non eſt, vbi duo calore ira deueniunt ad certum locum animo pugnandi, nu. 1. *&* 2. *& num*. 11. *&* 23. *& ſeq. & nu*. 34. *& ſeq*.

Duellum non dicitur committi ex ſola pugna deliberata, niſi alia concurrant, num. 1. 11. 17. *&* 23. *& ſeq. & num*. 33. *&* 34.

Duellum ad hoc, vt committi dicatur, requiritur locus tutus, & vt vulgo dicitur, Campus Francus, numero 1. *in fine, & numero* 2. 6. 9. 10. 11. *&* 12. *Vbi etiam quod iſte locus tutus debet eſſe circum circa chordis clauſus, & nu*. 13. *&* 16. *Vbi propterea, quod Duellum non dicitur committi in via publica, & numero* 19. *& ſeqq. Vbi reſpondetur contrarijs, numero* 26. *&* 27. *& ſeqq. Vbi pariter reſpondetur contrarijs, & nu*. 34. *Vbi quid vigore conſtitutionis Gregorij XIII.*

Duellum non dicitur committi ſine iudice, nu. 1. *in fi. & nu*. 2. 3. 7. *&* 8. *Vbi quod iſte Iudex debet condemnare, vel abſoluere, & nu*. 9. 11. 11. *&* 15.

Duellum eſt ad inſtar Iudicij, nu. 2. 3. *&* 15.

Duellum requirit teſtes, num. 2.

Duellum non dicitur committi ſine actore, & reo, nu. 3.

Duellum inuentum fuit ad experimentum innocentia, & probationem veritatis, nu. 4.

Duelli querela mutari non poteſt, num. 5.

Actio in libello mutari non poteſt, nu. 5.

Duelli finis debet eſſe mors, vel diſdicta, nu. 6. *& propterea nemo poteſt pugnantes diuidere, nu*. 8. 9. 16. 25. 26. *&* 34. *Vbi quid vigore Bullæ Gregorij XIII.*

Duellum requirit bannum, vt nullus Campum certaminis ingrediatur, nec aliquis tumultum faciat, nu. 7.

Iudicij finis expectandus, nu. 8.

Actore non probante reus abſoluitur, nu. 8.

Prouocatus in Duello dicitur vincere ſi ſe ſubterfugiendo tueatur, num. 8.

Duella ſunt prohibita ratione, de qua in nu. 9.

Dei Iudicium apud nos incertum eſt, nu. 9.

Qualitas in lege poſita oſtendit legem extra illam qualitatem non habere locum, nu. 10. 19. *&* 25.

Duellum non dicitur committi per eos qui pugnant, vt vulgo dicitur alla macchia.

Duellum non committitur ſine patrinis, nu. 12. *in fine, & nu*. 15. *in fine, & num*. 25. *&* 34. *Vbi quid vigore conſtitutionis Gregorij XIII.*

Duellum induci non poteſt ſine authoritate alicuius ſuperioris qui ſuperiorem non recognoſcat, & ſit talis qui poſſit remittere delictum, ita quod alibi puniri non poſſit, nu. 14. 19. 22. 25. *&* 26.

Verba ſunt intelligenda in magis proprio, & potentiori ſignificatu, præſertim in conſtitutionibus, & ſtatutis odioſis, & pœnalibus, num. 18.

Igitur dictio eſt continuatiua eiuſdem ſermonis, & infert à præcedentibus ad ſequentia, nu. 20.

Huiuſmodi, dictio eſt relatiua ad præcedentia, nu. 21.

Rela-

Relatiue dictiones reſtringuntur ad relatu, nu. 21. in fine.

Prohemium alicuius diſpoſitionis declarat ipſam diſpoſitiuam, nu. 21. in fine.

Qualitas delicti cognoſcitur ex qualitate pœna, nu. 22.

Vſurpans iuriſdictionem Principis dicitur committere crimen læſæ maieſtatis, num. 22.

Præſuppoſita requiſita in aliqua lege, ſeu conſtitutione faciunt, vt illa lex, ſeu conſtitutio non habeat locum ſine dictis præſuppoſitis, nu. 10. 19. & 25.

Duellum requirit aſtantes, committiuam præſtantes, cartus certaminis ſubſcribentes, vel affigentes, & alia ſimilia, num. 25. 26. & 31. in fine, & num. 34. Vbi quid vigore Bullæ Gregorij XIII.

Plerumque, dictio importat regulam, nu. 28.

Regulam habens in ſe, dicitur eſſe in clavis, nu. 28.

Argumentum a contrario ſenſu non procedit ad incluſionem delicti, nec etiam poteſt ſumi ex verbis narratiuis alicuius legis, nu 32.

Duelli pœna vigore Bullæ Gregorij XIII. habet locum etiam quod Duellum fuerit commiſſum in loco priuato, & non tuto ſine patrinis, ſocij ſue ad id vocatis, ac ſine prouocatorijs literis, & cancellis, & etiam pugna non perfecta.

Duellum vigore conſtitutionis Clementis VIII. eſt etiam prohibitum in bello, & caſtris, nu. 34.

Duelli pœna habet locum etiam contra ſcribentes, & publicantes fides, ſcripta, ſeu manifeſta, nu. 35.

CONSILIVM IX.

1 ADSIT DEVS. Tempore Sanctiſſimæ memoriæ Gregorij XIII. quidam Piſani ſi rectè memini, præcedente pacto, & deliberata conuentione, ſe conduxerũt in via Sancti Ioannis Lateran. de Vrbe, & in Platea exiſtente ante Eccleſiam Sancti Clementis ad pugnam euaginatis enſibus deuenerunt; & dum ſic pugnabant & dimicabant, ſuperueniente caſu, à Curia, quæ illic tranſibat, fuerunt capti & ad carceres conducti. Pro parte fiſci prætẽdebatur, eos commiſiſſe Duellum, & in Duelli crimen, & pœnam incidiſſe; ex quo non calore iræ, ſeu rixæ, ſed ſedato animo ad dimicandum acceſſerunt. Pro eorũ vero defenſione dicebatur Duelli pœnam, & crimen non intrare, ex quo alia requiſita, & ſubſtãtialia Duelli nõ interuenerant, quamuis deliberatio præceſſiſſet. In qua quidem quæſtione Bernardinus Briſcia celeberrimus vrbis Aduocatus dicebat. Quod licet Duellum ſit pugna duorum deliberata, vt per Ioan. de lign. *de Duell. in princ.* quem ſequitur Plot. *de in lit. iuran. §. 42. numero 3. vſque in fi.* ex quo infertur, quod ſi duo calore iræ deuenirent ad certum locum ad pugnãdum, non eſſet duellum, nec incurrerent pœnam impoſitam per Carolum Quintum Imperatorem contra duellantes. Vnde Magn. D. Fiſcalis vult colligere, quod ſi duo accederẽt ad deliberatum locum, non calore iracundiæ, ſed animo deliberato ad pugnandum, incurrerent pœnas impoſitas duello; & ſubdit D. Fiſcalis, quod non reperitur cautum, quod requiratur Campus Francus, vel Iudex, vel alia ſimilia.

2 Attamen ijs non obſtantibus, ego credo pro veritate, quod iſte caſus non comprehendatur à Sacro Conſilio imponente pœnam duellis. Nec ſub Conſtitutione fel. record. Pij Quarti. Nam iſta fuit potius rixa, quam duellum, vt per Bald. *in cap. 1. num. 15. de pace tenen.* Non enim interuenit locus tutus, qui eſt neceſſarius ad eſſe duelli, quia duellum eſt ad inſtar Iudicij. Ideo requirit locum tutum; requirit etiam Iudicẽ, & teſtes, ex quo eſt experimentum veritatis, quæ veritas ſine iudice, & teſtibus diſcerni non poſſet, vt per Parid. de Put. *de re milit. lib. 2. capit. fin. & lib. 8. §. pone*, & per Ioan. de ligna. *de duell. §. circa ſeptimum, nu.* 8. Iacob. Hiſpan. *lib. 3. cap.* 4. Iul. Ferret. *conſ. 6. nu.* 12.

3 Nam in duello proceditur ad inſtar iudicij, & ideo ibi eſt actor, & reus, & iudex, *cap. forus, de verbor. ſignif.* ita Pariſ. de Put. *lib. 1. §. an duella, nu. 6.* Ioan. de ligna. *§. circa ſeptimum, n. 1.* Iacob. Hiſpa. *nu. 3. in princ.* Vbi quod interueniunt ſicut iudicio prouocans prouocatus, & iudex, & inſtrumẽta quibus contenditur; & ideo redactum eſſe ad inſtar iudicij contentioſi. Vt etiã conſuluit Iul. Ferret. *d. conſ. 7. in fi.* Pariſ. *conſ. 31. nu. 9. lib. 1.* Meritò argumentatur à iudicijs ad duellũ, vt per Soc. iun. *conſ. 123. lib. 2.* Alc. *in ſuo conſ. de duello, vbi citat Bar. &* Io. *de lign.*

4 Ad quid enim inuentum fuit duellum, niſi ad experimentum innocentis, & probationem veritatis, (quamuis impie, & ignoranter,) & vt ferro eruatur, vique & armorum potẽtia, iudicium tamen humanum, & diuinum in eo ſpectatur. Pariſ. *in §. duellum eſt ſingularis, & in §. duellum eſt ſpecies, lib. 1.* & in duello datur inſtantia ſex menſium, vt per Iacob. Hiſpan. *lib. 3. cap. 5. & lib. 4. c. 6.* Iul. Ferret. *conſ. 6. nu. 5.* Pariſ. de Put. *in §. Quid de ſtilo, in fi. lib. 3.*

5 Ideo videmus, quod non licet mutare querelam, ſicut nec in iudicio licet mutare actionem. Pariſ. *in §. miles prouocauit, lib. 6. per l. ſicut, C. de acti. & oblig.* Authent. *qui ſemel, vbi gl.* C. quomodo. & quando iud. Alcia. de duel. cap. 11. Iac. Hiſpan. lib. 4. c. 7. Iul. Ferret. conſil. 14.

6 Et idem dicimus de Campo. Nam ſicut in iudicio locus eſſe debet tutus, *c. ſtatutum, §. cum vero, de reſcrip. lib. 6.* Ita etiam locus duelli debet eſſe tutus, *l. qua actione, §. ſi qui in colluctatione. ad l.* Aquil. Pariſ. *in §. notabiles. lib. 2.* Et hoc ideo eſt, quia debet poſſe durare pugnam vſque ad finem dici, quia finis duelli debet eſſe mors, vel diſdicta. Pariſ. de Put. *in §. pone quod duo, in fine, lib. 8. & §. quia finis, lib. 11.* Quia in iſtis mors, & diſdicta æquiparantur. Pariſ. *in §. poſt hac, lib. 10.*

7 Eſt autem neceſſarius iudex in duello, quia ad eum ſpectat omnia cõſiderare, & præſertim cauſas certaminis. Iul. Ferret. *conſil.* 15. Pariſ. de Put. *in §. pone, lib.* 8. & vt tradat victum in fauorem vincentis. Ioan. de ligna. *§. circa ſeptimum, num. 8.* Iacob. Hiſpan. *lib. 3. cap.* 4. Iul. Ferret. *conſ. 6. num.* 12. Et debet facere bannum, vt nullus Campum certaminis ingrediatur, præter duellantes, ſeu patrinos, nec tumultum aliquis faciat, vt ibi per Hiſpan. & Ferret.

8 Nec eſt licitum pugnantes diuidere, vt per Pariſ. *in §. an ſi duo faciant, circa fin. lib. 2. & §. duo equites, in fine, & §. duo pugnarunt, lib.* 8. Iacob. Hiſpan. *lib. 4. cap.* 11. ſicut videmus in iudicijs, in quibus finis iudicij expectatur, *l. rem non nouam*,

cum

Digitized by Google

cum ſimilibus, C. de iudi. Pariſ. *d. §. duo milites, nu. 4. lib. 2. & in §. datur, lib.* 8. Iul. Ferret. *conſ. 4. circa fi. & conſ. 7. circa finem.* Imò cogitur iudex Duelli partes, vel condemnare, vel abſoluere. Ferret. *d. conſ. 4. in fine,* & in hoc eſt differentia. Quia prouocans, ſicut actor, debet probare, videlicet, vel occidendo, vel faciendo fateri crimen impoſitũ, vel aduerſarium capiendo. Pariſ. de Put. *in §. an ſi duo pugnabant, lib.* 8. Nam actor probare debet, *l. qui accuſare, C. de eden.* Reus vero ſicut in iudicijs vincit per non probationem actoris, vt ibi, ita prouocatus dicitur viciſſe, ſi ſub terfugiẽdo tueatur, & tunc iudex Campi debet pronunciare cõtra prouocantem. Pariſ. *in §. quidam accuſauit, lib. 9. & in §. an ſi prouocans, lib.* 8.

9 Ex quibus apparet, quãtum caſus, de quo agitur, diſtet à duello, cũ ibi ante iudex adeſſet, nec locus tutus, nec eſſet expectãdus finis diei, ſed licebat cuicumque trãſeunti illos diuidere, quod repugnat propriæ naturæ duelli. Imò impugnat cauſæ, quare prohibentur duella quæ ſunt, quia reus tentatur remittendo rem probationi armorum, in quo quandoque fouens bonum ius ſuccubuit, & incerti ſumus de iudicio rei. Pariſ. *in §. duellum eſt.* Abb. *in c. 2. de purg. vulg.* Ioan. *de ligna. in §. circa 4. nu. 4.* Dec. *conſ. 187. nu.* 8. Iaſ. *conſ. 144. col. 3. lib.* 2. Iul. Ferret. *conſ. 72. circa fi.*

10 Et quod de iſto duello loquatur concilium, patet, quia imponit pœnam dantibus Campum Francum, & qualitas in l. poſita oſtendit, legem, extra illam qualitatem, nõ habere locum. Alciat. *in c. cum non ab homine, nu. 9. de iud. gl.* Iacob. Butr. & alij *in l. ſi mancipia, C. de ſerui. fugit.* Vnde aliter pugnantes, vt dicitur alla Macchia, non dicuntur viciſſe per duellum.

11 Plot. igitur *d. §. 42.* bene firmauit concluſionẽ negatiuam, quod ſi duo non animo deliberato, ſed in rixa vadũt ad certum locũ ad pugnãdum, non incurrũt pœnã duelli, quia requiritur animus deliberatus; & non p hoc firmat concluſionẽ affirmatiuã, qđ vbi eſt animus deliberatus, ibi ſit proprie duellũ, hoc enim nõ dicit, nec potuiſſet dicere, quia, vt oſtendi, vltra animũ deliberatũ, multa alia requirũtur aduerſum duellũ, & in ſpecie vt locus tutus ſit, & iudex, vt quis poſſit pbare per integrũ diẽ delictum, de quo imputat prouocatũ, & de iſto vere loquitur ſacrũ Concilũ, qđ conſuetudo admittebat, & ſecũdũ aliquos erat licitũ, vt per Calcan. *conſ.* 3. Cõcilium verò voluit tollere iſtum abuſum tanquã contra legẽ diuinã, humanam, Gentium, & leges Ciuiles, nã omnia ſupradicta requirebat, vt omnibus eſt notũ, ideo non poteſt capere caſum, de quo agitur.

12 Addebat prædictis, & in eorũ confirmationẽ Tiberius Craſſus alter Aduocatus, & ad præſens Illuſtriſs. & Digniſs. Theſaurarius, qđ Ioan. de ligna. *in tract. de duell. §. vlt. q. 6. nu.* 8. ponit ordinẽ, & formã duelli. Dicitque qđ debet ita ordinari, vt eligatur locus tutus, qui circũ circa claudatur chordis, ita qđ miſſo bãno, nullus audeat intrare, ne altera pars offendatũ, & iudex erit in loco, ex quo videre poſſit totũ duellũ, & iudicet, q ſuccubuerit. ſequitur Iacob. de Caſtil. *eod. tract. parte tertia, cap. 4. num.* 2. Vbi addit de Patrinis.

13 Pro forma ergo (vt vidi) duelli eſt. Primo, quod eligatur locus tutus, & ſicurus, vt et dicit idẽ Iacob. de Caſtill. *eod. tract. in primo. nu. 44. & p. 3. c. 3. in fi. & p. 4. c. 4. nu.* 1. Alciat. *eod. trac. c.* 17. Pariſ. *cõſ. 31. nu. 66. vol.* 1. ſed talis non fuit locus huiuſmodi rixæ, ergo defuit in hac prima qualitate.

14 Secundo deficit, quia nõ habet ſuperioris authoritatem, ſine quo indici non poteſt. Iacob. de Caſtill. *d. tract. in princ. nu.* 9. Iul. Ferret. *eod. tract. nu.* 38. Afflict. *in c. 1. §. 1. nu. 19. de pac. tenen.* & talis ſuperior debet eſſe ita ſupremus, vt nõ recognoſcat ſuperiorem. Iacob. Caſtill. *d. tract. in prin. nu.* 43. Iul. Ferret. *in conſ. in mater. duell. conſ. 20. nu.* 1. Quia debet eſſe talis, vt poſſit remittere delictũ, quod alibi puniri non poſſit. Ang. *in ſua quaeſt. incip. duo milites.* Iul. Ferret. *de duell. nu.* 56.

15 Tertio deficit in iudice, nam de eſſentia ſubſtantialis duelli eſt, quod adſit iudex, quia fit ad inſtar iudicij contentioſi, quod in tribus perſonis cõſiſtit, actore reo, & iudice, vt dicunt Ioan. de ligna. *in d. tract. §. vlt. nu.* 1. Iacob. de Caſtil. *eod. tract. lib. 3. cap.* 1. Alciat. *c. 6. nu.* 3. Pariſ. *d. conſ. 31. nu. 9. & fere per tot. lib.* 1. Syluan. *conſ. 51. num.* 28. Nec duo aſtantes poterant fungi iudicis officio, ex quo fungebantur, vt prætenditur officio Patrinorum, qui etiam ſunt neceſſarij, & vocantur magiſtri, ſeu Aduocati pugnantium. Alciat. *eod. tract. cap.* 40.

16 Quando fuit hæc rixa facta in via publica, ita vt facilius à tranſeuntibus poſſint diuidi, & tamen de eſſentia duelli formalis eſt, quod ſit pertinax vſque ad finem. Ideo debet fieri in loco ita ſecuro, vt tota die durare poſſit vſquequo, vel expiratione diei, vel morte alterius fiat probatio veritatis iudicio Dei. Ioan. de ligna. *in d. tract. de duell. §. vlt. quaeſt. 10. numero* 11. Pariſ. de Put. *eod. tract. lib. 3. in princ.* Iacob. de Caſtill. *parte 3. cap. 4. in fine, & cap.* 5. Alciat. *cap.* 40. Ferret. *eod. tract. nu.* 79. Bald. *in cap. 1. num.* 21. Afflict. etiam *num. 21. de pace tenen.*

17 Ex quibus apparet, quod non valet argumentum Excellentiſs. D. Fiſcalis, duellum eſt pugna deliberata, *capit. 1. Vbi Ioan. de Anan. Abb. & alij de cler. pugn. in duell.* ergo omnis pugna deliberata eſt duellum, quia vltra deliberationem requirit ſupradictas qualitates, vt dictum eſt. Quæ cum non interuenerint in rixa præſenti, minus poſſunt adaptari Bullæ, quæ de duellis loquuntur, *l. 4. §. prætor ait, vbi Alex. poſt alios, numero 25. de dam. infect.* Felyn. *in cap. nonnulli, ſub numero 31. verſ. Vbi verba, de reſcript.* Pariſ. *conſil. 59. numero 36. volum.* 3.

18 Accedit, quod Bulla eſt intelligenda de duello in magis proprio, & potentiori ſignificatu duelli, *l. 1. §. vlt. cum ll. ſeq. ſi ag. vect. pet.* Iaſ. *in l. ſi à ſubſtituto, §. hæres, num. 12. de leg. 1. & in l. ſi domus, §. ſi fundus, numero 3. eod. tit.* Tiraq. *de tract. connen. §. 2. gloſ. 1. numero* 30. Præſertim cum ſit pœnalis; & odioſa. Paul. de Caſtr. *conſil. 160. in tertio dub. volum.* 1. Vbi propterea concludit, quod pœna *capit. quamque, de vſu, in* 6. habet locum in vſurario, qui proprie, & formaliter vſuras exercet,

Digitized by Google

cet, non in eo, qui quandoque. Couar. *variar. reſolu. lib. 3. c. 3. ſub nu. 5. verſ. & ſi tractetur.* Nam in pœnalibus verba ſunt interpretanda pro reo, vt in illo ſenſu, per quem reus minus puniatur. Bal. & alij per Aym. *conſ. 6. nu. 41.*

19 Confirmatur, quia Bulla nuper loquitur cum illo præſuppoſito, qđ Reges, Duces, ſeu alij Principes conceſſerunt Campũ pro Duellando. Vnde niſi detur caſus, in quo tale præſuppoſitũ verificatur, non põt intrare pœna Bullę, iuxta Butr. Salyc. & alios *in l. mancipia, C. de ſeru. fugit.* Dec. *conſ. 201. nu. 2. & conſ. 233. num. 6. in fi.* Socin. iun. *conſ. 114. nu. 22. obl. 3.* Natta *conſ. 343. nu. 2. vol. 2.* Rolan. *conſ. 10. nu. 14. & ſeq. lib. 4.* Nã cum in caſu iſto non poſſit applicari pœna, quã imponit Ducibus concedentibus Campũ Patrinis, & alijs aſtantibus, vtique minus aliæ pœnæ eiuſdẽ diſpoſitionis applicari poſſunt. Salyc. *in d. l. mancipia, ſub nu. 3. verſ. confirmat ipſe.* Alexan. *in rub. ſol. matrim. nu. 22.* Ruyn. *conſ. 83. in fi. lib. 5.* Dec. *in l. 1. nu. 13. in fi. cum ſeq. C. de eden.* Rip. *in cap. 2. ſub nu. 39. de reſcript.*

20 Non obſtat, quod id qđ dicit de conceſſione cãpi, dicat per verba augumentatiua, quæ plerũque campũ aſſignant. Quia reſpõdetur, quod ſuper illo, qđ plerumque faciunt, Papa diſponit; nã immediate ſubiungit, Nos igitur. Quę dictio, igitur, oſtendit, qđ continuat eundẽ ſermonẽ. *inſti. de tutel. in prin.* & qđ infert à præcedẽtibus ad ſequẽtia, *l. ſi Procurator. §. ſi ignorãtes, ff. manda. l. Diuus, ff. de cuſt. reor.* Alber. *in dict. in verbo, igitur.*

21 Quod ẽt clare oſtendunt verba ſequẽtia, quæ oĩa ſunt relatiua ad præcedentia, vt ibi, & *gladiatoria munera, & pugnationes huiuſmodi*; & ſic loquitur de illis pugnationibus, quę in cãpis fieri dixerat per illã dictionem relatiuam, *huiuſmodi.* gl. *in cle. 6. in verbo, huiuſmodi.* Dec. *in auth. qui rem, nu. 15. C. de Sacroſan. Eccl.* Et paulo inferius ibi, *Sicque pugnantes*, & rurſus ibi, *Duellorũ, & gladiatorũ huiuſmodi vſus*, & in alia Bulla Pij Quarti ibi, *illaſque tam ad pugiles taliter pugnantes*, quæ oĩa ſunt relatiua ad illas pugnationes, quas in cãpis conceſſis per Duces fieri dixerat, & in prohemio ipſarũ Bullarum; merito patet, qđ Bullæ ad illas, nõ ad alias, ſunt reſtringendę, tũ propter virtutẽ relationis, *l. aſſe toto. cum vulgar. de hered. inſt.* tum etiam, quia ſemper prohemium declarat diſpoſitionem, *l. fin. cum ibi not. de hered. inſtit.*

22 Confirmatur, quia ex qualitate pęnæ cognoſcitur qualitas delicti, *l. in ipſius, & ibi Bal. C. fam. erciſc.* Sed Pius Quartus in ſua Bulla imponit pęnã criminis læſæ maieſtatis, ſeditionis, & rebellionis, quæ pęnæ non poſſunt applicari, niſi vbi Duella formaliter in cãpis cõceſſis fuerint facta; nã cum Principes recognoſcentes ſuperiorẽ, nõ habeant iuriſdictionem illã concedendi, Iac. de Caſtil. *in tract. de duell. in prin. nu. 43.* Iul. Ferret. *in conſ. in mat. duelli, d. conſ. 20. nu. 1.* ſi vſurpant talẽ iuriſdictionem, cõmittunt crimen læſæ maieſtatis. Iul. Clar. *li. 5. in §. læſæ maieſtatis.* Sic etiam alij pugnantes, Patrini, & reliqui omnes, tanquã adhærentes, eadem pœna ſunt puniendi. Dec. *conſ. 604. nu. 2.* Clar. *Vbi proxime*, merito. &c.

23 Poſtremò non obſtant tradita per Plot. *de in lit. iuran. §. 42. num. 3. & ſeq.* Quia ipſe nihil aliud dicit, niſi quod rixa, quæ fit durante calore iracundię, non poteſt appellari duellum, ex quo nõ præcedit animus deliberatus duellandi, ſine quo animo non poteſt vocari duellum; ſed quod propterea omnes rixæ, quæ fiunt animo deliberato, dicantur duellum, ſi non habet alias circunſtantias ſupra deductas, hoc non dicit Plot. nec dicere poteſt, quia opinio eius eſſet falſa, vt ſupra oſtenſum fuit.

24 Quinimò Plot. in propoſito caſus noſtri, ſentit contrarium; dicit enim, *nu. 4.* Quod ſi ego dixerim alicui, venias extra Ciuitatem ad talem locum, & capias arma, quia volo tecum duellum facere, non propterea ſi certabimus, erit duellum; ecce ergo quod ſentit Plot. Quod conuentio de certo loco, & armis, non faciat duellum, niſi alia concurrant; merito. &c.

25 Et, vltra prędicta ſubintrabat alter ſcribens, nõ recordor, ſi fuerit Auguſtinus Lazarinus, qui & tunc inter excellentes defenſores florebat, qui in eadem cauſa cõſulens, dicebat ſic. Rixa, de qua agitur, non poteſt dici duellum, nec pœna duelli puniri tam ex Decreto Concilij, ſeſſ. 25. cap. 19. quam ex Conſtitutione, & Bulla Pij Papę Quarti, & aliorum Rom. Põtificũ, ſuper duellis edita. Nam quoad Conciliũ, quod ex eo dici non poſſit duellum, demõſtratur, ex quo Conciliũ plura requirit; & primo, quod interuenerit mors cruẽta; ſecundo, quod DD. temporales locum conceſſerint; tertio, quod patrini interuenerint, conſultores, ſpectatores, & alij, quæ omnia ceſsãt in caſu noſtro; & quoties non verificantur, præſuppoſita legis pęna, illius locum habere nõ poteſt. gl. ſingularis *in l. mancipia, in verbo, aduocandum, & ibi Doct. C. de ſeru. fugit.* Dec. *conſ. 159. nu. 6.* Natta, *conſ. 343. nu. 2.* Rom. *ſing. 189.*

26 Et quoad conſtitutionem dicti Pij Quarti dicitur ſimiliter illam requirere, quod detur campus tutus, ſeu locus ad duellum; ſecundo, quod ſpectacula cruenta admiſſa fuerint; tertio, quod Domini temporales ad id inuitare homines non vereantur; quarto, quod interuenerint aſtantes, comitiuã præſtãtes, cartas certaminis, ſeu duelli ſubſcribentes, vel affigentes, publicantes, ac alia requiruntur, de quibus in ipſa cõſtitutione, quæ ſimiliter in caſu noſtro ceſſant, & ſic per ſupradicta ceſſare dicitur pæna conſtitutionis, & Bullæ.

27 Nec obſtat cõſideratio dictionis, plerumque, in eadem Bulla appoſita, ibi, *tamen plerumque locum, aut campum tutum*, ex quo videtur inferre, quod aliquando fiant duella ſine campo, & loco tuto; quia reſpondetur, Primo, quod huiuſmodi dictio, plerumque, non eſt appoſita in Bulla Pij Quarti, ſed ab eodem relata, tamquam contenta in Bulla Iulij Secũdi, & ſuper qua poſuit in eius confirmatione, dum pro duello voluit requiri locum, ſeu campum ad pugnandum.

28 Secundo, quia dictio, plerumque, importat regulam. Corn. *conſil. 21. numero 5. volum. 4. per tex. in l. 3. & §. quia plerumque, ff. de offic. præfect. vigilum*, & d. Corn. *in d. conſil. 121. numero 5. in fin.*

quod

quod ſatis eſt, quod ita dictet, & ponat pro regula conſtitutio Pontificis, quæ ſine dubio ſeruanda eſt; & dicimus habere caſum legis Apoſtolicę, adeo quod nullus eſt dubirationi locus, *l. Ancilla, C. de furt. l. illam, verſ. ea enim tantummodo, C. de collat.* Et cum dictio, plerumque, importet regulam, ſufficir pro nobis habere regulam, quia qui habet regulam pro ſe, dicirur habere firmam intenrionem, & pro ea eſt pronunciandum. Grat. *conſ.* 110. *nu.* 5. *vol.* 2. & quando caſus ſpeciales nō ſunt expreſſi in ſenrenria, vel lege, non eſt recedendum à Regula. Matheſ. *in ſing.* 19.

29 Tertio conſiderandum eſt, quod Iulius Secūdus in dicta Bulla, dum apponir verbum, plerumque, narrat contingenriam ſactorum; & quæ ſoleant euenire, & fieri in ſimilibus duellis. & dictionē, plerumque, nō appoſuit ſolum reſpectu campi ruti; ſed eriam reſpectu aliorū, videlicet, *Quia plerumque Principes concedentes, ſeu tollerantes duella, plerumque aſſignant campum tutum, augent maleuolum altercantium propoſitum ad executionem, & magis vni quam alteri fauent, & inter aſtantes, pugnantes, amicos, odia, & altercationes ſimiliter augent*, & ſic dictio, plerumque, non reſtringirur ad cōceſſionem campi, ſed dicirur ibi, plerumque, contingenter, & cauſatiue, ſeu occaſionaliter.

30 Quarto, & ex hoc demonſtratur clarius, quia Iulius Secundus in parte diſpoſiriua non appoſuir dictionem, plerumque, ſed ſimpliciter, & abſolute dixir locum, ſeu campum liberum, & non ſolum dixit liberum ad duellum, ſed etiam rutū; & ſic principalirer pro duello requiritur omnino, quod locus ſit tutus, & liber.

31 Et hoc non ſine maxima rarione, quia cōceſſo campo libero, & ruro, liberius pugnatur, oriūtur mortes cruentæ, fiunr ſpectacula ſicura, & liberè confluunr gentes, & alij, eriam in futurum inuitantur ad duella, ex eo quod iſti nō timent poſſe à ſarelliribus capi, & alirer moleſtari, quæ in caſu noſtro pœnitus ceſſant, cum rixa facta fuerit ſummo mane ſine aſſignatione campi ruri; ſed in loco, vbi officiales potuiſſent rixantes capere, & facta fuit ſine cōcurſu hominum, ſine morte cruenra, ſine ſpectaculis, ſine cartis, ſeu libellis, & ſine alijs requiſitis à Bulla.

32 Quinto intelligēdo dictionem, plerūque, ergo quandoque ſine campo ruto videtur argumenrari à contrario ſenſu, quod nō licet ad incluſionem delicti. Iaſ. *in l.* 1. *nu.* 43. *ff. de offic. eius*, nec habet locum in verbis narratiuis legis, prout late per Euerard. in ſua Centur. *in loco a contrario ſenſu, in* 4. *limi.* cum alleg. ibi per eum. Imò non licet arguere etiam directe ex verbis narratiuis legis, vt per Euerard. *in loco præallegato*, poſt gl. & Dec. *in l. vnica, C. quando non petentium partes.*

33 Non obſtat, quod dixit Plot. *in tract. de in lit. iuran*, §. 42. Quia loquitur ſecundum Decretum Mediolani, vt ibi per eum; adeo quod nō poreſt inferri ad conſtitutionem, & Bullam prędictam, in qua multa fiunt præſuppoſita; quæ non verificantur, & ſic ceſſat pœna ipſius conſtitutionis. Et ſi Plotus fuiſſet interrogatus, ſtante diſpoſitione Concilij prædicti, & ſtante Bulla dicti Pij Quarti, An vltra animum deliberatum, requirantur alia, de quibus in Bulla? & certe affirmatiuè reſpondiſſet; ſed cum rantū iuxta Corticem Decreti Mediolani, quod aliud forſan nō requirit, ſcripſerit, nimirum ſi de animo tātum deliberato locutus fuit. Et ex ijs cōſtare dicitur, nos eſſe extra caſus duelli, & concilij, & Bullæ: & ideo ſolum de ſimplici rixa tractari debet.

34 Quibus ſic in medium adductis, & bene conſideratis per vrbis Gubernatorem Iudicem, qui tunc, ſi rectè memini, erar Reuerendiſs. D. Cortadus Aſinarius, cauſaq. illo Sanctiſs. Pontifici relara, fuit reſolutum, prædictos carceratos duelli crimen, illiuſque pœnam, non incurriſſe: Et proprerea idem Sanctiſs. occaſione prædictæ cauſæ, & ad prædictas euitandas excuſationes, nouam edidit conſtiturionem, quæ eſt *in ordin.* 82. *incipiente, ad tollendum deteſtabilem duellorum vſum, in* 2. *par. Bullar. fol. mihi* 13. 19. In qua ſtatuitur, pœnas à Sacro Concilio Tridentino inflictas, locum habere, etiam quod duellum fuerit in loco priuato, & non tuto commiſſum ſine patrinis, ſocijſve ad id vocaris, ac ſine prouocatorijs lireris, & cartellis, & etiam ſi duellātes duellum, ſeu pugnam non perſecerint, ſi per ipſos non ſteterit, quo minus dictum duellum, ſeu pugna perfecta fuerit, & demum ſuperereſcente hominum malitia alias excuſationes ꝓponente, ſuperuenit etiā S. D. N. Clementis VIII. Conſtitutio ſub Dat. Romæ anni 1592. Kalen. 16. Septembr. In qua pluribus modis, quos in ea videre poreris, extenditur prædicta conſtitutio Greg. XIII. Et præſertim etiam ad pugnam, ſeu duellum cōmiſſum in Bello, & Caſtris, nec non ad ſcribentes, & publicantes fides, ſcripta, ſeu maniſeſta ad eandem pugnam, ſeu duellum præparatoria.

35 Verum, quia ſæpiſſime contigit, quod nō præmeditate, ſed in rixa vnus alterum ad pugnam, ſeu duellum diffidat, & inuitat; Et quandoque etiam poſt diffidationē, & pugnarionem ad pugnam deueniunr, non tamen per hoc credas intrare pœnam conſtitutionum prædictarum, nec iuris. Quoniam ad hoc, vr dictæ pęnæ ſubintrēt, debet adeſſe calor rixæ, debetque adeſſe præmeditatio, & deliberario, ac etiam præceſſiſſe tractatus de duellando, ſecundum Ioan. de lignan. *in tract. de duell. in princ. verſ. circa primum, nu.* 1. & Iacob. de Caſtil. *in eod. tract. de duello pariter in prin. nu.* 4. *verſ. Duellum eſt pugna*, & in rerminis Plot. *in materia videndus, de in lit. iuran. d.* §. 42. *nu.* 3. & 4. Nec diſcordat Bulla Gregorij XIII. ſupra relata In illis verbis, *Qui ex condicto ſtatuto tempore, & in loco cōuento monomachiam commiſerint.* Ergo niſi prius ante congreſſum inimicorum præcedat pactio de loco, & rempore duelli faciendi, ipſius pęna in vim dictę Bullę non ſuccedir. Prout etiā nec diſcordat eadem Bulla S. D. N. Clemenris VIII. *in verſ. Quinimò de nouo etiam. &c.* Vbi de nouo etiam excommunicantur omnes in dicta conſtitutione nominati, & comprehenſi, ſingulare certamen ex compoſito ineuntes, ergo ſecus ſi non ex compoſito, ſed in rixa ſe ad certamen

inui-

Digitized by Google

inuitant, & conducant. & ita ſæpius obtinui, & præſertim de anno 1597. in vna Montisleonis prætenſi duelli coram Illuſtriſs. D. Ald. & de anno 1598. in alia cauſa homicidij corā Illuſtriſs. & Reuerend. D. Cardin. Aldobr. illius Ciuitatis Gubernat. Et iterum in vna alia Marinen. diffidationis coram officialibus Illuſtriſs. & Reuerēdiſs. Card. Columnę. Quamuis hodie quidam in Vrbe Iudex contrarium non iure ſentiat.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius V.I.D. Rom.

ARGVMENTVM.

Tractatur præcipuè in infraſcriptis reſponſis materia aſſaſſinij, quando ſcilicet committi dicatur, & quando non: quomodo aſſaſſinij qualitas probetur ad hoc, vt reus dicatur probabilibus argumentis conuictus: quę in propoſito dicantur probabilia argumenta: an & quale oriatur indicium ex inculpatione duorum mandatariorum in crimine aſſaſſinij, & de effectu torturæ in purgandis indicijs, ac probationibus.

SVMMARIVM.

Aſſaſſinium non dicitur committi niſi præcedat promiſſio, & conuentio de tradendo certam pecuniam, aut rem, numero 1. & ſeqq. Vbi numero 3. ampliatur etiam quod poſt homicidium fuerit aliqua pecunia exburſata, & numero 27.

Aſſaſſinium committitur etiam quod mandatarius ſit Chriſtianus, nu. 1. & in addit. litera b.

Aſſaſſinus dicitur, qui pecunia mediante, aut illius promiſſione occidit, vel occidere facit aliquem. in addit. litera a.

Aſſaſſinus non dicitur, vbi non interuenit datio, vel promiſſio pecuniæ. in addit. litera a.

Aſſaſſinij qualitas non probatur ex ſola datione, vel promiſſione pecuniæ, niſi fuerit data in cauſa homicidij, & hoc fuerit probatum. in addit. litera a.

Aſſaſſinus non dicitur ille, qui mediante pecunia occidit aliquē infidelem. in addit. litera b verſ. Bene verum eſt.

Aſſaſſinium non contrahitur ex generali promiſſione de bene faciendo mandatario, vel de ei non deficiendo in ſuis neceſſitatibus, aut quid ſimile, nu. 2.

Aſſaſſinium non contrahitur ex ſola ſpe receptionis pecuniarum, ſeu alterius remunerationis, num. 3. & 4. & nu. 55. in fine.

Aſſaſſinium non contrahitur ex ſola pollicitatione, ſeu promiſſione pecuniæ non ſequuta acceptatione, nu. 4. & num. 27. ſeqq. 44.

Aſſaſſinium non inducitur ex mutuo, depoſito, vel comodato, num. 5.

Aſſaſſinium non dicitur, quando committit homicidium vt alteri complaceat, etiam quod illi doloſe, & ſcienter fuerit promiſſa pecunia, nu. 6.

Socius criminis facit indicium ad torturam concurrentibus adminiculis, num. 7.

Socius criminis non facit probabile argumentum ad effectum conuincendi, nu. 7.

Periurus a teſtificando repellitur, num. 8.

Periurium non purgatur per torturam, nu. 8. & nu. 10. Vbi contrarium de conſuetudine ſeruatur; non tamen facit tortura, quin aliquid de fide detrahatur, & nu. 35.

Indicia, & argumenta remota probanda ſunt per duos teſtes, etiam in crimine hæreſis, num. 9. & num. 30. 45. & 49. & in addit. litera g.

Argumentorum probabilium alia ſufficiunt ad torquendum, & alia ad condemnandum, nu. 11.

Latrones famoſi duo deponentes contra conſocium, non ſufficiūt ad condemnandum, ſed requiruntur tres in eorū dicto conteſtes, num. 11.

Socij criminis duo etiam in criminibus grauiſſimis, & etiā quod agatur de craſſatione, & deſrobatione ſtratarum, non faciunt niſi indicium ad torturam, nu. 11.

Tortura purgat vnum defectum, & non plures etiam in crimine læſæ maieſtatis, num. 12. Vbi ampliatur hæc concluſio etiam quod ſimus in caſu difficilis, & ſubſidiariæ probationis, num. 12.

Homicida vigore Bullæ Pontificis, eſt perpetuo infamis, & inteſtabilis etiam quod habuerit gratiam, nu. 13. & nu. 58. Vbi ampliatur etiam in crimine aſſaſſinij.

Argumenta probabilia interpretantur ſecundū quod ius cōmune in cauſis criminalibus requirit, nu. 14.

Argumenta probabilia in terminis incurſus pœnarum Alexandrinæ dicuntur illa, quæ neceſſario ad delictum inferunt, num. 14.

Argumenta probabilia idem ſunt quod indicia indubitata, numero 14.

Argumenta probabilia quibus aſſaſſinij qualitas probatur, qualia debent eſſe, numero 11. 14. & 15. & in addit. litera e, & numero 23. & ſeqq. pluribus, & num. 41. & numero 55.

Teſtes inhabiles licet quandoque admittantur ad probandum delictum, non tamen admittuntur ad probandum adminicula, & qualitates delicti, nu. 15.

Qualitas tribuens priuilegium cauſæ, vel perſonæ probanda eſt per probationes legitimas, non autem per priuilegiarias ad hoc, vt detur priuilegium, nu. 15.

Adminicula non operantur, vbi nihil reperiunt adminiculandum, num. 16.

Præſumptiones duæ faciunt vnum inditium, nu. 17. & in addit. litera f vbi declaratur.

Aſſaſſinij qualitas transformat homicidium in aliam ſpeciem, nu. 17. & 23.

Aſſaſſinij ſpecialia locum non habent, niſi prius conſtet de qualitate aſſaſſinij. in addit. litera e in princip. & num. 25. Vbi quod aſſaſſinij qualitas probanda eſt per eum, qui dicit illam interueniſſe.

Aſſaſſinium & illius qualitas probatur notabilibus argumentis, & ad effectum condemnandi in pœnam ordinariam, in addit. litera e, verſic. præmitto ſecundo, & ſequentibus.

Argumenta probabilia in iure accipiuntur pluribus modis, de quibus in addit. litera e verſic. his præmiſſis.

Indicia plura dubitata faciunt regulariter vnum indicium indubitatum, ſufficiens ad condemnandum; declara duobus modis, vt in addit. litera f per totam.

Tortura purgat omnia indicia, omneſque probationes, nu. 18. & num. 39. & 47.

Torqueri poteſt reus ſuper complicibus, & iſto caſu non purgantur indicia, numero 19. fallit niſi fuerit interrogatus ſuper delicto. ibidem; item fallit, quia non torquetur reus ſuper complicibus, niſi ſit certum, quod fuerit delinquens, numero 20. Item fallit, quia tortura ſuper complicibus non debet eſſe grauis, numero 21. Item

fallit,

Digitized by Google

fallit, quando non adſunt indicia ſuper complicibus. n. 22. Ad quæ omnia vide etiam nu. 40. & nu. 48.

Qualitas requiſita a lege vel a ſtatuto, præſertim pœnale plene probanda eſt, ad hoc vt illius legis vel ſtatuti diſpoſitio & pœna locum non habeat. numero 23. & 24. Vbi ampliatur etiam quod qualitas ſit negatiua vel implicita.

Diſpoſitio legis vel ſtatuti fundans ſe in aliquo præſuppoſito, vt locum habeat, opus eſt vt præſuppoſitum verificetur. num. 24.

Probatio vbi requiritur a lege vel ſtatuto, intelligi debet de plena, nu. 25.

Qualitas tribuens Iuriſdictionem ad hoc vt Iuriſdictio locum habeat, in primis & ante omnia probanda eſt. numero 26.

Aſſaſsiniam non contrahitur ex ſola promiſſione pecuniæ non acceptata & dependente ab alterius voluntate. numero 28.

Mandatarijs duobus deponentibus contra mandantem, non creditur, ad effectum condemnandi, nu. 29.

Mandatarij dictum etiam in crimine aſſaſſinij non facit indicium ad torturam, niſi alia concurrente præſumptione. nu. 31. & numero 46. et numero 55. Quæ quidem præſumptio debet eſſe proxima & tangens delictum, non autem remota. numero 32. & 33. Vbi huius concluſionis plures reddunt rationes.

Socius criminis patiens plures defectus, nihil probat etiam in crimine aſſaſſinij. nu. 34. 42.

Mandatarij inculpatio contra hominem bonæ famæ non facit indicium. nu. 35.

Regula, quæ non proſunt ſingula &c. habet locum in ciuilibus non in criminalibus. nu. 36. nec vnquam habet locũ, quando vnumquodque de per ſe in ſua ſpecie non eſt perfectum nam fama bona extinguit omnem malam præſumptionẽ. nu. 37. & nu 52.

Delictum non præſumitur in amico nu. 38.

Tortura tempus quantum fuerit inficitur quantum notarius ſcripſit tempore illata torturæ. nu. 39.

Socius criminis varius & periurus non probat nu. 8. 10. 35. & num. 43.

Teſtis vnus de viſu non facit indicium, niſi ſit omni exceptione maior. nu. 46.

Socius criminis nõ facit indicium, etiam in criminibus exceptis, niſi alia concurrant. nu. 46. in fine.

Teſtis parte non citata examinatus, neque etiam probat in crimine aſſaſſinij. nu. 49. & in addit. litera h.

Teſtes vtiles non probant. nu. 50.

Teſtis indicans dicitur ſuſpectus. nu. 50.

Teſtes deponentes ſe vidiſſe aliquid factũ de nocte, non probant. num. 50.

Teſtis minor viginti annorum in criminalibus non admittitur. num. 51.

Comparitio ſpontanea eſt magnum inditium innocentiæ, numero 52.

Qualitas aſſaſſinij eſt maior crimine aſſaſſinij. nu. 54.

Homicidij crimen poteſt ſtare ſine qualitate aſſaſſinij, num. 54. & 57.

Homicidio probato, non dicitur probata qualitas aſſaſſinij, num. 54. & 57.

Aſſaſſinium non dicetur, niſi probetur homicidium fuiſſe commiſſum mediante pecunia. nu. 54.

Teſtis prohibitus ferre teſtimonium ſi examinator non facit niſi quale inditium nu. 56.

Probationes imperfectæ nõ recipiuntur in quocumq; caſu etiam priuilegiato, & etiam in crimine hereſis. nu. 56.

Qualitas delictum aggrauans, vere probanda eſt. numero 57. in fine.

CONSILIVM X.

Reſponſum Dominici Bombelli Bononienſis.

1 ADSIT DEVS. Ex deductis in prȩſuppoſitis, duo videnda ſunt; Primum eſt, an conſtet, nos eſſe in caſu aſſaſſinij; ſecundum, an quo ad aſſertum mandatum homicidij, Capitaneus Nercus dicatur conuictus, ad effectum imponendi pœnam ordinariam? Et quidem negatiue in omnibus reſpondendum eſſe, dico, quia

a ad hoc vt quis dicatur Aſſaſſinus,[a] debet eſſe pecunia, aliovè certo precio, aut re certa promiſſa, conductus, vt hominem nihil tale ab eo præcauente, occidat; & debet mandatum ad occidendum ſub conuentione dictæ pecuniæ, recepiſſe. Bar. *in l. non ſolum. §. ſi mandato, de iniu.* Dom. Ancha. Imol. Phil. Prob. ad Monacum *in c. 1. de homicid. lib. 6.* etiam ſi mandatarij pecunia conducti,

b ſint chriſtiani[b]. Bar. *in d. l. non ſolum. §. ſi mandato. nu. 14 de iniur. & in l. Cicero. ff. de pan.* Bal. & Saly. *in l. non ideo minus. col. penult. C. de accuſat.* Alex. *in conſ. 166. lib. 7.* Hippol. latè *in l. 1. nu. 103. C. de rapt. virg. & in ſua praxi criminali. §. examinanda. nu. 21. & in §. diligenter. nu. 156.* Aret. *conſ. 163. num. 17.* Ang. *in ſuo eleganti conſ. 14. incip. Nos Carolus.* Carer. *in ſua praxi. §. circa igitur tertium. de homic. commiſſ. nu. 2.* Vbi copioſe Egid. *in tit. de mãdat. ad homic. nu. 14. & in tit. de foro competent. num. 141.* Rimin. *conſ. 55. num. 14. volum. 1.* Capyc. *deciſ. 151. num. 12.* Couarr. *lib. 2. variar. reſolut. c. 20. num. 9. cum ſequent.*

2 Et quod debeat ſpecialis conuentio inter cõducentem & conductum ad occidendum hominem, interuenire, de dando pecuniam vel de ea actualiter ſoluenda, vt quis dicatur aſſaſſinus, tradit Gabri. *de criminalibus, conc. 1. numero 1.* Iul. Clar. *in §. Aſſaſſinium. in princip.* poſt Grammat. *vot. 9. in princ.* & non ſufficit generalis promiſſio, quod mandans dicat mandatario, ſeci nunquam defuturum; ex his enim verbis generalibus non contrahitur aſſaſſinium, vt per Doct. quos citat, & ſequitur Boſſ. *in tit. de mand. ad occiden. nu. 35.*

3 Adeo quod ſi non præceſſit ſolutio pecuniæ, facta futuro homicidæ, ſeu promiſſio vel conuẽtio de pecunia certa, vel alia re conſequenda, ſequuto homicidio, nõ poteſt dici contractum crimen aſſaſſinij; ſed dicitur eſſe auxiliator ad homicidium committendum, maxime ſi interueniat principalis in homicidio; vel dicitur eſſe ſimplex mandatarius, ita quod qualitas aſſaſſinij ceſſat; & eſt caſus ſimplicis mandati ad occidẽdum, ſeu opem præſtantis, ſeu auxiliantis, etiam ſi ſciẽter & doloſe pecunia fuerit numerata Sicario, vt poſt Abb. egregiè declarat Bero. *in c. 1. num. 106. verſic. quarta, & vltima concluſio. extra de offic. de leg.* poſt Bar. *in l. ſciente. ff. ad l. Pompe. de parricid.* Nec reperitur Doctor Egregius, qui vocet

aſſaſ-

aſſaſſinum hominem, qui mandatum accepit ad occidendum, non præcedente conuentione de pecunia data, aut ſoluẽda, ſequuto effectu. Gab. *cõſ.*170.*nu.*7.*&* 9. Itaque ſola ſpes remunerationis, aut gratia, quam ſperat homicida, non inducunt aſſaſſinium, ſed ſemper datio vel conuẽtio certę rei, vel pecuniæ præcedere debet. Ang. *in l. qui ſepulchra. de ſepul. uiolat.* Aret. *in tract. malef. in uerbo,& Sempronium mandatorem. nu.*3. Capyc. *d. dec.*155. ſpei enim a ſemetipſo concepte ratio nõ habetur. Sarn. *in reg. de iur. qu. eſ. non tollen. nu.*12.

4 Et hæc datio ſeu promiſſio pecuniæ ſeu certæ rei, talis debet eſſe, vt afferat vtilitatem ei, cui fit promiſſio. *l.*2.*&* 3. *ff. de calumniat.* Bar. *in l. furti. §. qui ſit fugitiuus. ff. de furt.* Et ꝓpterea vnius vide licet mandãtis, aut mãdatarij nuda ꝓmiſſio, non faciunt aſſaſſiniũ, ſed vtriuſque cõuentio requiritur: hoc eſt qđ mandans mandet, & pecuniam, certam vel aliã rem perſoluat, aut ꝓmittat; & ſic requiritur contractus mutuæ voluntatis, qui fit vel conuentio, vel cõductio, vel ꝓmiſſio, & non ſufficit nuda pollicitatio, quę eſt impropria promiſſio, vt notabiliter dixit Bal. *in ſuo eleganti cõſ.* 383. *incip. Bettones. nu.*3. *li.*5. quod eſt repertum *li.*3. *conſ.*82. quem ſequitur Gramm. *uot.*11. poſt Franc. de Albergot. *in quodam ſuo conſ. inci. In Dei nomine Amen, quod Silofante,* quod conſiliũ refert Fely. *in c. inquiſitionis. nu.*3. *limitatione, de accuſat.* Capyc. *d. dec.*155. *ſub nu.*5. *uer.*3. *dubitatio.* Carer. *in d. ſua prax. §. circa igitur tertium. de homicid. commiſ. verſ. & lingua. nu.*6. Vbi finaliter concludit, per pollicitationem pecuniæ, aut certæ alius rei, factæ mandatario, vt occidat hominẽ, non inducit crimen aſſaſſinij, ẽt ſequuto effectu, quia per pollicitationem quis nõ obligatur efficaciter, vt poſſit contra eum pro pollicitis agi. *l.*1. *l. eandem ff. de pollicit. l. pactum. ff. eodem.* Cum ergo pollicitatio, quæ eſt ſolius offerentis promiſſio, non obliget, niſi in duobus caſibus, qñ eſt facta ex voto vel Reipublicę ob honorem decretum vel decernẽte. *l. ſi quis rem. l. pactum. l. de pollicitationibus. ff. de pollicitat.* Et tradunt communiter * Scribentes *in rub. de verbo. oblig.* ſequitur, qđ vbicumque non interuenit conuentio, ſed ſimplex pollicitatio inter mandantem & mandatariũ, de pecunia danda vel ſoluenda, non contrahitur crimen aſſaſſinij, per præmiſſa. qđ expreſſe ſequendo Bal. *in d. conſ.*382. *inci. Bettones.* Franc. de Albergot. Fely. & alios præcitatos, voluit Gram. *d. vot.*11. *nu.* 19. Promiſſio enim ita certa requiritur, vt aſſaſſiniũ cõmittatur, & talis, q̃ de ea poterit agi, ſi contractus alias fuiſſet licitus; Sed ex pollicitatione, aut ex generali promiſſione nõ põt agi, ergo aſſaſſinij crimẽ remanet excluſum, vt poſt Bal. Carer, Capyc. Gramm. & alios, voluit Gabr. *d. conſ.* 170. *nu.*17. *cum ſeq.*

5 Vnde inferẽdo ad caſum noſtrum, dico, quod cum in proceſſu non appareat prædicta certa & ſpecialis conuentio de occidendo mediante pecunia, hoc caſu non eſt tractandũ de aſſaſſinio; eo magis, quia interrogatus Antonius, quare occiderit Berdruciũ, dicit id feciſſe, Primo, quia Capitaneus Nereus ei pollicitus fuerat, pecunias pro exercitio ſtaminis facien. mutuo daturum; Quod mutuum, depoſitum, ſeu commodatũ, nõ inducunt crimen aſſaſſinij, vt per Gab. *d. cõſ.*170. *nu.*15. *&* 16. & per alios Doct. præcitatos. Capy. *d. deciſ.*155. Carrer. *d. §. circa igitur tertium.*

6 Secũdo dicit, id feciſſe propter amicitiam, quam habebat cũ Capitaneo Nereo, & quia erat eius creditor pretij vnius ęqui, cui rem gratam facere cupiebat; merito ergo cum principaliter motus fuerit ad acceptandum aſſertum mandatũ, quia erat amicus Capitanei Nerei, & obtulerit Octauianum illius affinem, interueneturũ prędicto homicidio, ſatis ſtat, qđ principalis intentio Antonij fuit complacere Capitaneo Nereo, vt ipſe dicit, propter amicitiam: & idcirco etiã ſi doloſè & ſcienter pecunia ipſis fuerit promiſſa, quia motus ad actum non fuit ex conuenta pecunia, non inducitur aſſaſſiniũ, ſed dicitur induci auxilium, & præſtatio opis. Bero. *d. c.*1. *nu.*106. *verſ. quarta & vltima concl. de offic. deleg.* poſt Abb. ibi, & Bar. *in d. l. ſi ſciẽte. ff. ad l. Pompei. de Parricidijs.* Vnde qui hominem occidit, vt alteri cõplaceat, aſſaſſinus non dicitur; alioquin oẽs, qui hominẽ interficit, vt alteri cõplaceat, aſſaſſiniũ committeret; quod eſt falſum. Bar. *in d. l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur.* Gabr. *d. conſ.*170. & per Doctores communiter * *in d. c.*1. *de homicid. lib.*6.

Nec obſtat dum deponit, poſt quam promiſit Capitaneo Nereo interficere Berdruciũ, quod idem Capitaneus ipſi pollicitus fuit, ſequuto homicidio, quod ſibi Florentinę numerata fuiſſent ſcuta centum, de quibus ſexaginta pro ſe retineret, & quadraginta numeraret Octauiano; quia huic depoſitioni Antonij ſtandum non eſt: Nec facit probabile argumentum contra Capitaneũ Nereum, ad effectum probãdi qualitatem aſſaſſinij. Nã licet is, qui ſe participem & ſocium criminis facit, concurrentibus alijs adminiculis, faciat indicium ad torturam, ſecundum Boer. *conſ.* 319. Rolan. *conſ.*16. *nu.*17. *li.*1. *& conſ.*73. *num.* 10. Clar. §. *fina. q.*21. *verſ. ſed quid in criminibus exceptis.* Attamen non dicitur facere probabile argumentum, ad effectum cõuincendi pro pęna ordinaria imponenda, vt dixit Ioa. Maria Monticellus *in ſua practic. in verbo, aſſaſſinij. in* 21. *ſpeciali. verſ. quod uerum eſt.* accedẽte præſertim periurio & varietatibus, totiens in Iudicio & in tortura dictis, modo Capitaneum Nereum exculpando, modo eum inculpãdo; quæ varietates & periuria ita detrahunt fidei dicti Antonij, vt etiam quod eſſemus in cauſa priuilegiaria, non poteſt dici teſtis, qui faciat probabile argumentum, ad effectum conuincendi ad pœnam ordinariam, quia periurus a teſtificando repellitur. gloſſ. *in c. per tuas, in uerbo, adulteri. de ſimonia.* quæ eſt communiter recepta, vt inquit Gig. *de cri. læſ. maieſt. fol.*104. *quæſt.*11. *nu.*1. Et ita tenere communiter Doctores, ait Alberic. *in l. Lucius. nu.*3. *de his qui not. inf.* Iul. Clar. *in §. periurium. uer. repellitur etiã, & etiam cum tortura non creditur.* Et hæc concluſio eſt indubitata, vt inquit Rolan. *in conſilio* 73. *numero* 18. *lib.*1. Clar. *in §. fin. quæſtion.*21. *verſic. ſcias tamen quod hac concluſio.* Ruin. *in conſilio*

Digitized by Google

ſilio 146.*col.2.vol.*5. Et hoc in criminalibus non
habet dubium. Couar.*li.2.variar.reſolu.c.*13.*ſub
nu.*8.*ad finem.* Aym.*conſ.*6.*nu.*46.Cæphal. *in cõſ.*
204.*nu.*29.*cum ſeqq.& conſi.*233.*lib.*2.
9 Pariter nec ex depoſitione Octauiani poteſt
inferri aliquid, quod attingat prætenſum aſſaſſi
nium, cũ nec Octauianus fuerit requiſitus a Ca
pitaneo Nereo, nec ei aliquid fuerit oblatum; &
licet ſubiungat, Antonium eum requiſiuiſſe ad
interueniẽdũ homicidio Berarducij, vt rem gra-
tam faceret D. Capitaneo, & ipſum Octauianũ
a principio reſtitiſſe, & recuſaſſe, propter onus
ſuæ familiæ & filiarum; Antoniumq; ei perſua-
dendo dixiſſe, quod ſequuto effectu mortis dicti
Berarducij Florentiæ, recepturi erãt ſcuta cẽtũ,
de quibus ipſe Octauianus erat habiturus qua-
draginta: & ita Antonius inſiſtendo, & perſua-
dendo, quod dicta quadraginta erant apta pro
collocanda nuptui vna ex ſuis puellis, & ob id
Octauianus acceptauerit velle intereſſe morti
dicti Berarducij, ex hoc tñ nõ infertur qđ Octa-
uianus acceptauerit mandatũ, motus cõuentio-
ne dictæ pecuniæ, quia cũ Capitaneo Nereo ni-
hil tractauit, ſed ſolũ cum Antonio: vnde quod
ad Capitaneum Nereum attinet, nihil probat,
quia loquitur de mandato mãdati, & de iudicio
c ſeu argumento a remotis.[c] quod etiam in crimi-
ne hæreſis per duos teſtes probandum eſſet, iux-
ta ſingulare dictum Archid. *in c.ut officium.nu.*9.
*de haret.li.*6. quę opinio eſt communis, & nõ ha-
bet contradictorem. Io.de Amicis *conſil.* 127.*nu.*
10. Bero.*conſi.*193.*nu.*15.*vol.*3.
10 Et licet opinio illa, quod propter torturam
periurium non tollatur, & propterea periuro nõ
ſit credendum, quia defecit fidei fundamẽtum,
vt latè per Dec.*conſil.*189.*incip.letatus ſum.num.*
10. Ruyn.*conſ.*146.*col.2.vol.*1. Cęphal.*conſ.* 204.
*nu.*29.*& ſeq.&* 233.*lib.*2. Rolan.*conſ.* 16.*vol.*1. de
d conſuetudine[d] non ſeruetur, quia periurus cum
tortura facit indicium contra eum, cõtra quem
deponit, vt dicit Boſſ.*in tit.de indic.& conſid.ant.
tortur.ſub nu.*156.*uerſ.eſt uerum, quod obſtat periu-
rium.* & ob id dicat hanc opinionem moribus eſ-
ſe receptam, & non poſſe reſponderi Decio, &
alijs præcitatis, illam tamen admittit, ad effectũ
torturæ, non ad effectum condemnandi, ſeu ſal-
tem, quin aliquid diminuatur & detrahatur de
fide talis teſtis periuri, vt ibi per Boſſ. & hanc o-
pinionem ſequitur Boer. *deciſio.* 219.*per totum.*
* quæ opinio eſt communis.* Iul Clar.*in §.fi.quæ-
ſtio.*53.*uerſ. quatenus eſt caſus. in verbo, bene uerum
eſt quod ex quo talis.* Doct. *in cap.cum cauſam. de
teſtibus.* Boſs.*de oppoſ.contra teſtes.ſub nu.*4.
11 Itaque ex præmiſſis patet, quod depoſitiones
dictorum Antonij, & Octauiani circa negociũ
prætenſi aſſaſſinij ſunt ſingulares, & a periuriis
proficiſcentes, & a perſonis, qui licet cum tortu-
ra deponant, nihilominus in ſuo caſu non ſunt
tales, quæ faciant probabilia argumenta, ad ef-
fectum *cap.*1.*de homicid.lib.*6. licet forſan facerẽt
probabilia argumenta ad effectum torturæ, *iux-
ta l.milites.§.*1.*C.de quæſt.* & quod ſingulariter di-
xit Bal. declarãdo illũ tex.*in conſ.*78. *incip.textus
in quo nos debemus fundare.lib.*3. Ratio eſt, qa alia
ſunt probabilia argumenta ſufficientia ad tor-
quendum, alia ad condemnãdum. Et hinc vide-
mus, quod dicta duorum famoſorum latronum
non ſufficiunt, ad condemnandum tertium in la
trocinio publicarum ſtratarum, ſed requiruntur
tres conformes; tunc.n. dicta trium latronũ ope-
rantur tantum, quantum dicta duorum probo-
rum virorum, vt latè per Gram. ſuper prag. regni
*incip.frequens & infrenata.nu.*7.*&* 9.*tit. de teſtim.
publico publicorum diſrobatorum.* vbi ſubiungit,
quod dicta duorum latronum non probant cõ-
tra tertium, niſi ad effectum torturæ, præſuppo-
ſito quod tertius nominatus eſſet malæ vocis, &
famæ. & ita dicit infinitis vicibus practicare vi-
diſſe in magna Curia Vicariæ, in qua per ſex vi-
ces, & vltra, fuit iudex; & ſic depoſitio duorum
parricidum, etiam in criminibus grauiſſimis &
craſſatoribus ſtratarũ, & diſrobatoribus, & ſpo-
liantibus viatores, qđ nõ faciant, niſi indicium
ad torturam, & plures requirãtur vltra duos, ad
effectum condemnandi, ſaltem pęna extraordi-
naria, tradit Simon de præt. *in conſ.*102.*incip.ſo
lemnis Lucas Donadins.*
12 Præſertim, quod prædicti Antonius, & Octa-
uianus patiũtur plures defectus, & plura obſtan
tia; & licet per torturam vnum ſit ſublatum, alia
remanẽt.*l.ſi pro fure.in prin.ff.de cond.furt.l.ſi duo.
§.idem Iulianus.ff.de iureiuran.* Marſil.*conſil.* 102.
*nu.*12. poſt Socin.*conſ.*118.*num.*8.& notabiliter
poſt Caſt.Corn.& alios tradit Aym. *in conſil.* 6.
*nu.*55.*&* 56.& in terminis lęſ.maieſ. tradit Gig.
*in tract.de crimin.leſ.maieſt.lib.*2.*rubr. quomodo &
per quos probetur crimen leſ.maieſt.c.*7.*nu.*9. etiam
quod ſimus in caſu difficilis, & ſubſidiariæ pro-
bationis. Socin.*d.conſilio* 118. Barbat.*conſil.*54.*co
lum.*9.*lib.*1. Decian.*conſil.*133.*colum.*3. Marſi.*ſin-
gular.*378. etiam ſi aliter veritas haberi non po-
teſt. Grammat.*conſil.crimin.* 43.*numero* 22. quæ
omnia ſequitur Ioann. Cæphal.*conſil.*65.*numero*
27.*&* 28.*lib.*1. Grammat.*conſi.*70.*num.*6.*incip.in
cauſa Caſarelli.*
13 Stantibus maximè litteris diuerſorũ ſummo-
rum Pontificum, cõtra homicidas editis, & no-
uiſsimè per Reco.Mem. Pium Papam Quintum
confirmatis, & innouatis, quibus expreſſe diſpo
nitur, quod homicidæ reddantur inteſtabiles, &
perpetuo infames, etiam ſi gratiã ab homicidio
obtinuiſſent, vt in dictis litteris, ſub datum Ro-
mæ apud ſanctum Petrum, 3.men. Iulij, pontifi-
catus ſui anno primo.
14 Præterea per alia argumenta debent interpre
tari ad mentem, & ſecundum quod ius in cauſis
criminalibus requirit: & ſicuti præſũptiones &
coniecturę vel indicia probabilia non ſufficiunt
ad condemnandum, niſi neceſſariò ad condem-
nationem inferant, ſed requiruntur probatio-
nes luce clariores; ita in terminis incurſus pœ-
narum Alexandrinæ, quæ probabilibus argumẽ
tis cõtenratur, & habet verba formalia canonis,
pro humani, declarauit Rota, vt per Caputaq.
deciſio. 146. *incip. Alexandrina dum requirit pro-
babilia argumenta*, vt ſcilicet intelligatur, de
E indicijs

Digitized by Google

indiciis indubitatis,& non aliter,iuxta ſingula-
re dictum Fel.*in cap.afferte,in 3.limit.de præſump.*
e Gram.*vot.11.in fine*, qui in aſſaſſinio [e] loquitur,
*& in conſ.1.de fori indicatione,nu.64.verſ.non dico
quod dicitur de delicto conſtare,& nu.67.& nu.ſeq.*
Vbi hanc opinionem firmat authoritate Bald.
Roman.& aliorum magnæ authoritatis virorũ,
Brun.*conſ.115.nu.80.tom.2.conſi.crim. diuerſ.ma-
ioris folij.* Plach.*in Epith.delict.c.19.nu.14.* Carer.
*in pract.crim.§.circa igitur tertium.de homicid. com
miſſ.verbo,nu.20.& 21.*

15 Præcipuè,quia licet Antonius & Octauianus
ſocij prætenſi criminis,admittantur ſuper nego
cio principali cum tortura contra Capitaneum
Nereũ,& quod ſint infames, non tamen debent
admitti ad probandum adminicula,& illam qua
litatem prætenſi aſſaſſinii.Bart. *in l. in quæſtioni-
bus.in fine.ad l.Iuliam maieſtat.* Decian.*conſi.410.
nu.15.& 16.*Rimin.*conſil.258.nu.36. uol.2.* Boſſ.
tit.crim.læſ.maieſt.num. 112. Et facit ratio, quia
quando datur priuilegium cauſæ vel perſonæ ,
ratione certæ qualitatis,illa qualitas eſt proban
da per probationes legitimas,non autem per pri
uilegiarias , ad hoc vt detur priuilegium cauſæ,
quod competeret , probata qualitate ſuper cau-
ſa principali,ita notãter dixit Aret. *in conſi.163.
ſub numer. 5. verſicul.ſed antequam conſtet de iſta
qualitate.*

16 Et conſequenter omnia, quę ex aduerſo con-
ſiderantur ad adminiculandum depoſitiones di
ctorum Antonij & Octauiani,corruant, quia re
gula adminiculorũ coadiuuationis,& corrobo-
rationis procedit,quãdo id, quod quæritur cor-
roborari & adminiculari, eſt aliquid in eſſe de-
ductũ,licet imperfectum . At vbi nullum eſt,nec
patit aliquem effectum, regula coadiuuationis,
& adminiculationis non habet locum , quia nõ
entium nullæ sũt qualitates. ita notabiliter poſt
Bartol. tradit Angel. *in l. ſi quis ex argentarÿs. §.
cogentur.nu.6.ff.de eden.* Vbi dixit, quod licet di-
cto teſtis deplorati,non ſit credendum, tamen ſi
eius teſtimonium confirmatur a fide digno,ſuf-
ficit,& creditur dicto eius, niſi deploratio ſit ta-
lis,quæ eum repellat a teſtimonio,quia ſocietas
idonei teſtis ſibi accumulata, nõ propterea eum
reddit teſtabilem,quam doctrinam Caſtren. Ia-
ſo.& alij ſequuntur.

17 Nec dicatur , ex deductis in præſuppoſitis re-
ſultare præſumptiones contra Capitaneum Ne
reum de morte dicti Berarducii,& duas pręſum-
f ptiones facere vnum indiciũ, [f] vt per Fel.& alios
*in c.quia veriſimile.de præſump.*Boſſ.*in tit.de indic.
& conſiderat.ante tortur. col.1.& 2.* Et ideo poſſe
cumulari , ad effectum probabilium argumẽto-
rum . Præſumptiones.n.ſeu coniecturæ,quæ ex
proceſſu colliguntur, tendunt ſolum ad homici
diũ ſimplex,non autem ad qualitatem aſſaſsi-
nij,quæ transformat delictum,& in aliam ſpeciẽ
vertit.Bar.*in l.denunciaſſe. §.quid tamen.ſub num.
5.verſic.videmus vltra.ff.ad legem Iuliam de adul-
ter.*Fely.*in c.ex parte.il primo, numero 27. cum ſeq.
de reſcript.*Iul.Clar.*in §.final.quæſtio.66.verſi.ſed
quid ſi probatum ſit delictum* . Ideo ex diuerſis nõ
inferrur.*l.Papinianus exuli.ff.de minor.* & cum ho
micidiũ potuerit ſtare ſine aſſaſsinio , ergo , &c.

18 Quæ vero de ſimplici mandato ad occidendũ
conſiderari poſſunt, dico, ea per omnia per tor-
turam, ipſi Capitaneo Nereo illatam, & repeti-
tam acerrimè,& per eum ſupportatam,fuiſſe pe-
nitus ſublata;quia ea eſt vis & potentia torturę,
ac defatigationis rei,in ſuſtinendo eius bono iu
re,vt dicit gl.*in l.edictum.et ibi Alberic.ff. de quæſ.*
qui dicit, quod totus mũdus ita tenet, & ſeruat,
quem refert & ſequitur Boer. *deciſ.163.num.13.*
Gram.*deciſ.8.poſt nu.9.& deciſ.96.nu.2.* & de cõ-
muni obſeruantia atteſtatur Veron.*in conſil.32.
col.1.verſ.nec poteſt dici.*Clar.*in §.fi.q.64.verſ.illa-
ta reo tortura.* qui Doctorum cateruam ad hoc ci-
tat;& concluſio procedat, vt non ſolum per tor-
turam tollantur indicia , ſed etiam veræ proba-
tiones,vt latè docet Boſs. *in tit. de confeſſ.nu.28.*

19 Verum quia ex aduerſo pro parte Fiſci dici-
tur torturã illatã Capitaneo fuiſse,nõ ſuper ne-
gocio principali, ſuper quo præſupponebatur con
uictus, ſed ſuper complicibus, cum proteſtatio-
ne citra pręiudiciũ confeſsatorum & cõuictorũ.
quæ practica eſt communis , vt dixit Veron. *in
conſ.32.col.pen.* Gomez. *de delict.c.13.poſt nu.20.
verſ.& in tantum.*Boſs.*de ſent.nu.70.* Iul.Clar.*in
§.fin.q.64.verſ.veritas eſt.*Io.Bap.Ferret. *in conſil.
366.lib.2.* Et propterea dici non poſse, fuiſse fa-
ctum præiudicium fiſco,nec eliſa, nec eneruata ,
ſeu ſublata fuiſse indicia , quæ ipſum conuince-
bant; quãdoquidem proteſtationis effectus eſt,
vt præſeruet omne ius proteſtantis.Bar.& alii *in
l.non ſolum.§.morte.ff.de nou.oper.* in materia pro-
teſtationis conſeruatoriæ. Fely. Dec. & alii *in c.
cum M.Ferrarienſis.de conſtitution.* Idcirco aduer-
tendum etiã, quod tortura fuerit illata pro com
plicibus habendis,vt in decreto dicitur, quod ni
hilominus , cum Capitaneus Nereus fuerit in-
terrogatus ſuper his , de quibus præſupponebatur
conuictus, proteſtatio nihil profuit , & tãquam
contraria facto,nihil præſeruauit. Ita limitando
concluſionem ſupra relatam,dixit Boſs. *in tit.de
confeſsis.nu.29.poſt alios quos citat.& in titu. de in-
dic.num.130.& 131.*

20 Et maximè, quia tortura ad habendum com-
plices non datur, niſi quando Iudex eſt certus
de principali delinquente, prout non erat in ca-
ſu noſtro.*l. & ſi certum.& ibi glo.& Ang. notabili-
ter.& Io.Igneus.ff.ad Syllanian.*

21 Quod cõprobatur ex eo, quod tortura ſuper
complicibus non ſolet eſse grauis , ſed modera-
ta,vt per Igneum *in d.l.& ſi certum.* quã ſequitur
Clar.*in §.fi.q.64.verſ.veritas eſt.* Nam tortura in
alienum caput mitis, & leuis eſse debet. Boſs. *in
tit.de mand.ad homici.nu.* 31. ſed tortura Capita-
neo illata,fuit grauiſsima,& repetita,ergo .

22 Et tanto fortius præmiſsa procedere debent,
ex quo Curia nec indicia habebat cõtra aliquẽ,
quod fuiſset ſocius prætenſi criminis, quo caſu
torturæ , & interrogatoria ſuper cõplicibus ceſ-
ſant.Symanc.*de heret.tit.de tormentis.numero 31.*
& cum Curia haberet nota nomina omnium ,
qui prætenſo homicidio interuenerunt, ſibi pa-
tefacta

Digitized by Google

teſacta a prædictis Antonio & Octauiano, vlterius de complicibus quærendum non erat.

Ex quibus omnibus ſatis cõſtet, intrare ſolutionem totius dubij in fauorem Capitanei Nerei, quod nec ſimus in crimine aſſaſſinij, nec ſic conuictus, & quod pœna ordinaria aliqua, imò nec extraordinaria puniri poteſit.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

Reſponſum Auguſtini Lazzarini in eadem cauſa.

23 ADSIT DEVS. In iſta Imolen. prætenſi aſſaſſinij in vtroque dubio rñdẽdũ eſt negatiuè. Primo, ſ. qđ ex proceſſu non conſtet de crimine imputati aſſaſſinij. Secũdo qđ Capitaneus non dicitur conuictus, vt pęna ordinaria aſſaſſinij puniri poſsit: Et quo ad primum, tãquã fundamentum totius huius cauſæ, aduertẽdum eſt, quod qualitas iſta aſſaſsinij, adiecta homicidio in perſonam Beraducij cõmiſſo, conſtituit, ſeu accumulat nouam ſpeciẽ delicti, vt declarat Fel. *in c. ex parte el primo. nu. 38. ver. cõſidera nerba Salyc. extra de reſcrip.* Et cũ propter talem qualitatẽ adiectam, lex contentetur argumentis & præſũptionibus, opus eſt, quod illa qualitas ſit plenè probata, vt eſt tex. notabilis videndus, & ibi notat Bal. *in l. ſi quando, nu. 2. C. vnde vi*, dicẽs, quod vbicũque lex vel ſtatutũ aliquid diſponit, vel inducit contra delinquentem, vt locum habeat diſpoſitio illius legis, vel ſtatuti, oportet, qđ de illo delicto plenè ſit probatũ; inferẽs ibi eſſe text. quod quando ſtatuto cauetur, in aliquo delicto procedi poſſe ſine indicijs, oportet, quod ſtatim plenè conſtet de illo delicto, vt etiam decidit ibi Iaſ. *in 4. notab.* & Bar. *in l. diuus. per illũ tex. de teſt. mil.* & propterea qualitas iſta plene ꝓbari debet.

24 Et hinc eſt qđ Iudici laico, qui põt procedere contra Clericũ in caſu aſſaſſinii, debet in primis & ante oĩa, plene cõſtare de huiuſmodi qualitate aſſaſſinii, vel per ſñiam, vel per confeſsionẽ in iudicio factam, vel legitimis probationibus, prout latè & per plura media & exempla demõſtrat Gram. viden. *conſ. 1. de fori indic. poſito poſt deciſionẽ nu. 50. vſque ad nu. 59. Et præſertim nu. 53. et 55.* & idem Gram. *vot. 11. nu. 6. & 7.* Carer. *in prac. in §. circa igitur tertium. nu. 13.* Et ratio, quia diſpoſitio loquẽs cum certa qualitate, vt locũ habeat, requiritur, quod illa qualitas probetur. Bart. *in l. 2. §. ait prætor. ff. ne quid in loco publ.* Marſ. *ſing.* 187. *qualitas appoſita. & in l. ſi quis in quæſtionibus. ff. de quæſt.* poſt Corn. *cõſ. 202. in fi. uol. 1.* Et hoc procedit, nedum, qñ qualitas affirmatiuè eſſet probanda, ſed ẽt ſi negatiuè. Imol. *in c. ſuper his. de accuſ.* Imò non ſolum, qñ explicite poſita eſset, verum ẽt ſi eſset pręſuppoſita implicitè, quia diſpoſitio fundans ſe in aliquo præſuppoſito, vt locum habeat, opus eſt, vt præſuppoſitum verificetur. Iacob. Butrig. *in l. ſi mancip. per gl. ibi in verbo, auocandũ, C. de ſeru. fugi.* prout refert & ſequitur Fel. *in c. nonnulli. nu. 14. verſ. amplius iſta. de reſcrip.*

25 Cum igitur prætendatur ad homicidium Berarducii interueniſse promiſsionem ſcutorum centum, quæ poſt factum ſoluta & exburſata dicuntur; & ſic attenta iſta prætenſione & ea verificata, ſumus in caſu aſſaſsinij, in quo ex ſolis argumentis, & præſumptionibus, ad cõdemnationem procedi põt, cũ in crimine aſſaſſinatus plena nõ requiratur probatio, propter criminis immanitatẽ, ſed ſufficiat conſtare per probabilia argumenta, vt per Doc. *in d. c. 1. de homi. in 6.* Sequitur, quod procedat & intelligi debeat probata plenè ipſa qualitas aſſaſſinamenti, cum qua loquuntur tex. & ibi Doc. *in d. c. 1.* & non ex priuilegiata probatione. Is. n. qui dicit, qualitatem aſſaſſinii interueniſe, tenetur probare. *regula, ei qui dicit. de probat. l. qui accuſare. C. de eden.* ſiue ſit accuſator, ſiue Iudex inquirens, qui ſuccedit in locum accuſatoris. Bar. *in l. 2. §. ſi publico. uer. quia veneni. ff. de adul.* Alex. *conſ. 64. col. 2. uol. 1.* Et cum dicimus de probatione facienda, intelligitur de plena probatione. *l. Lucius. ff. de condit. & demonſ.* Marſil. *in rub. de proba. nu. 6.* ſicut dicimus de indicio, quod plene probari debet. *gl. notab. in l. fin. in verbo, indicijs*, & ibi Bar. & alii. *C. fam. erciſc.* Ideo dicebat Bal. *in l. cum proponebatur, in 1. col. uerſ. nota ex gloſſa iſta. ff. de leg. 2.* quod indicium debet probari per tot teſtes, quot requiruntur in probatione veritatis. Cũ aũt intelligi debeat de plena probatione, infert ex hoc Marſil. *in d. rubr. de proba. nu. 6.* quod plena probatio regulariter fieri debet per teſtes omni exceptione maiores.

26 Nec obſtat text. *in d. c. 1. de homici. in 6. ibi, poſtquã probabilibus cõſtiterit argumentis*, quia loquitur contra delinquentem, vt incidat in illũ Canonem, quod ſufficiunt probabilia argumenta; ſed hoc intelligitur, conſtito prius aſſaſſinio, & prius probata huiuſmodi qualitate per ueras & ordinarias probationes, non autem per priuilegiatas, ſecundum ſupra allegata. Secundo reſpondetur, quod text. *in dict. cap. 1.* vt locum habeat, neceſſe eſt probari legitimè mandatum, & declarari, mandatorem ita mandaſse. Alexand. *conſi. 166. num. 5. verſic. non obſtant ea. lib. 7.* Carer. *in ſua prac. crimin. §. circa. num. 11. fol. 89.* Et ratio manifeſta eſt, quia ad hoc, vt conferatur iuriſdictio procedendi iuxta terminos *d. cap. 1.* neceſse eſt, declarari qualitatem illam, ex qua huiuſmodi iuriſdictio conferatur. *c. cum ſecundum. in fine. de hæret. in 6.* prout refert, & ſequitur in ſimili Felyn. *in c. cum non ab homine. col. 4. nu. 9. de iudic.* Tertio reſpondetur, vt locum habeat tex. *in d. cap. 1.* & vt verificẽtur illa verba, *poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis*, requiritur quod argumenta ipſa ſint indubitata, & intelligantur de indubitatis indiciis, vt declarat Gramm. *uot. 11. ad fine.* Felyn. *in cap. afferte. in 3. limitatione. num. 9. in fine, de præſumpt.* Carer. *in practic. §. circa igitur ſeptimum. num. 14. fol. 79.* Vbi allegat etiam Panor. *in cap. at ſi Clerici. colum. 13. de indic.* Gramma. latè *in conſil. 1. de for. ind. numero 64. 65. 66. 67. & 68.* & quod maxime procedit in condemnando. Carer. *in dict. §. circa. numero 19.* Petr. a Plaz. *li. 1. cap. 19. num. 14.*

Digitized by Google

27 Verum, & quod nõ ſumus in cauſa aſſaſſinij, demonſtratur, quia ad hoc, vt crimen illud committatur, requiritur, quod inter mandantem, & mandatarium, & ſic inter Capitaneum Nereum prætenſum mandantem, & Antoniũ prętenſum mandatarium, fuerit facta huiuſmodi cõuentio; & quod mãdatarius acceptauerit promiſsionẽ, ſeu obligationẽ huiuſmodi; alias ex ſimplici oblatione, ſeu pollicitatione, abſque expreſſa acceptatione, non dicitur committi, nec contrahi tale crimen aſſaſsinij. Bal. *in conſ.*303. *Bettonns.nu.*3.*vol.*5. Vbi etiam dicit quod impropriè dicitur promiſſum, quod eſt in vna voce pollicitatũ, & *in conſ.*48.*vol.* 1. Boſſ. *in tit. de mandato ad homic. nu.*35 *ibi, nec etiam fuit per Ioannem acceptatum, & ibi, nec apparet quod fuerit acceptata p Alphonſum.* Carer. *in ſua pract. in §. circa igitur tertium. fol.*78. Vbi ad hoc allegat vltra ſupra dictos, Frãc. de Alberg. Grãmat. *vot.* 11. Fely. *in c. Inquiſitionis, in* 3. *limit. de accuſ.* Capyc. *deciſ.* 155. *in* 3. *dub.* Et quod nõ fuerit deſuper facta conuentio, declarat ipſemet Antonius per illa verba, videlicet, *Me diſſe farmi pagare li cento ſcudi à Fiorenza, nõ me diſſe eſpreſſamente che me li daria per queſta cauſa, ne mãco me diſſe, che me li preſtaſſe:* Et ibi; *ma io ſempre tẽni opinione che li ſeſſanta ſcudi nõ me li haueſſe più à dimãdare,* vt fol. . . . . Cum autem ſolus Antonius tantum hæc formalia verba deponat, *Antonio vorei che tu me donaſsi dui homini da far vn mio ſeruigio, Io gli reſpoſi ſe Ottaniano, che è ſtato qui fuſsi bono ſarà bono per vno, & io l'altro, perche mi ricerco, che interueniſſe, & eſſo Capitano mi diſſe che mi haueria fatto pagare cento ſcudi da Roberto Ricci doppo fatto l'effetto delli quali ne deſſe quaranta ad Ottauiano, & il reſto teneſſe per me,* & ſic nulla eſt ſequuta acceptatio huius obligationis, & per cõſequens non cõſtat huiuſmodi crimen aſſaſſinij.

28 Præterea ceſſat in caſu noſtro hoc crimen aſſaſſinij ex eo, quod ipſe Capitaneus Nereus, vt Antonius deponit, non promiſit dare, ſed quod D. Robertus Riccius ſolueret; quo caſu ſuccedit quod in his terminis dixit Boſſ. *in d. titu. de mandat. ad homic. num.* 35. quod, quando eſt facta promiſſio dependens a volũtate alterius, dicitur inanitet facta, ſeu dicta; præſertim, quando non fuit acceptata, & facit quod dicit Bald. *in d. conſ.* 303. *nu.*3. *vol.*5. quod ille, qui dicit ſe miſſurum equũ, & non promiſit date equum, non dicitur crimen aſſaſſinij committere.

29 Addito etiam, quia ſuper iſta qualitate prętẽſi aſſaſſinij, & quoad ipſas pecunias ſolus Antonius deponit, qui non probat, vt in terminis dixit Alexand. viden. *d. conſil.* 166. *num.* 5. *volum.* 7. Grammat. *d. vot.* 11. *de for. iudic. nume.* 61. Vbi in fortioribus terminis loquitur de duobus mandatarijs, ſcilicet *Che Matthio, & Gio. Antonio.* ex pluribus rationibus per eum adductis, *nume.* 62. *cum ſeqq. &* Carer. *d. §. circa igitur, nume.* 15. *ibi, nec etiã per confeſsionem aſſaſsiny.*

30 Quoad ſecundum dubium reſpõdetur, quod non ſolum Capitaneus Nereus non dicitur conuictus, vt pœna ordinaria puniri poſſit, ſed videtur poſſe affirmari, quod nec etiã ſit indiciatus; & ſic qđ pęna aliqua puniri nõ poſsit; Et capiẽdo dictum Antonij, qui ſolus deponit de aſſaſsinio, & qđ ipſi ſolũ fuit facta ꝓmiſsio ſeu oblatio pecuniarũ, dicitur Primo, quod ſi ſic deponẽdo, quoad pecuniã, videtur deponere ſuper remotis ab ipſo crimine: indiciũ aũt remotum probari debet per duos teſtes. gl. *in l. fina. C. fam. ereiſcun.* & ibi Doct. & ipſi duo teſtes debent eſſe conteſtes de loco & tẽpore. Pariſ. *conſ.* 253. *nu.* 28. *vol.*4. ſequitur, quod iſte Antonius indicium nõ faciat.

31 Secundo dicitur, quod iſte Antonius facit ſe participem & ſociũ criminis ac eiuſdẽ criminis mandatariũ; & magis communis opinio videtur eſſe, qđ mandatarius, et in crimine aſſaſsinii, indiciũ ad torturã non faciat, niſi aliud indicium, ſeu alia præſumptio concurrat cõtra nominatũ ab eo. ita dixit in terminis Bal. *in d. conſ.* 383. *circa finem. ver. etiam nec* Iacobin. *vol.*5. Marſ. *in pract. §. diligẽter. nu.*37. Vbi loquitur in aſſaſsinio, *& nu.* 39. tenet, quod non faciant indicium. & Clar. *q.* 21. *ver. ex hac indiſtinctè.* dicit, quod nullo caſu faciat indiciũ ad torturam, niſi vt ſupra alia concurrant. Gra. *conſ. cri.* 21. *nu.* 12. tenet ſimpliciter in mandatario, quod indicium non faciat. & additio ad d. conſilium ſiue alius Doctor illud ſubſcribẽs, tenet, in aſſaſsinio indicium nõ facere. Idem niſi alia concurrant, tenuit nouiſsime Rolan. à Valle *conſ.* 14. *nu.* 18. *vol.*4. Vbi loquitur in cauſa aſſaſsinii, *vt ibidem, nu.* 11. *&* 12.

32 Et dum Doctores loquuntur de alia pręſumptione, & quod alia pręſumptio concurrat, intelligi debent de alia præſumptione, quę tangat crimẽ, de quo agitur, propter illam dictionem, alia, quæ eſt relatiua & repreſentatiua eiuſdem qualitatis, & non debet intelligi de pręſumptione remota, & quæ crimen non tangat. Nam ſicut dictum Antonii tangit crimen, ita tangere debet alia præſumptio propter dictam dictionem, alia, ita notanter declarat Natt. videndus *conſ.* 298. *viſo, nu.* 5. *vol.* 2.

33 Et quod indicium nõ faciat, nec facere debeat, adducuntur plures rationes; Prima eſt, quia cum ſolus deponat de ipſo mandato, etiam ſi præſupponeremus, quod eſſet teſtis de viſu, indiciũ non faceret ad torturã; quia ad hoc, vt vnicus teſtis indicium faciat, tria debent concurrere; Primũ, quod deponat de maleficio directè & immediatè: ſecundum, quod ſit omni exceptione maior. Aym. *conſil.*6. *num.* 12. Tertium, quod indicia ſeu adminicula concurrant. Iaſ. *in l. admonendi. num.* 186. *in fine. ff. de iureiuran.* Marſil. *in d. §. diligenter, numero quinto.* Alexand. *conſil.* 89. *numero nono, &* 10. *volum.* 3. ſed Antonius non eſt omni exceptione maior, cũ de hoc non conſtet, quinimò plures patitur exceptiones, vt inferius dicitur; & cum eius dicto aliud nõ concurrit, merito, &c. Secunda eſt ratio, quia quoad mandatũ & pecunias, deponit ſuper remotis à maleficio; quo caſu requiruntur duo teſtes conteſtes, vt ſupra dictum eſt, & iſte eſt ſolus. Tertio, ſi ſolus mãdatarius faceret indicium cõtra mandantẽ, abſque alijs indiciis, ſequeretur maximum abſurdũ, & inconueniens; quod volens alicui nocere,

poſſet

Digitized by Google

poſſet illum de facili necare, & has rationes in propoſito conſiderant Marſ. *in d. §. diligenter. nu.* 39. & Gram. *d. conſi. 21. nu.* 12. 13. *&* 14.

34 Et eo minus Antonius probat, cũ alias ſit infamis ex pluribus ſententijs capitalibus pro homicidijs, etiam in pęnis furcarum contra eum latis, prout in 23. præſuppoſito dicitur. Cum autẽ prædictus Antonius alias eſſet infamis ex dictis ſententijs, & faciat ſe criminis participem, nihil penitus probat ex his duabus exceptionibus ꝓut in terminis aſſaſſinij retulit Gram. *d. conſ. 1. de fori ind. nu. 61. in fine & 62. in prin.* Et prout etiam ſtantibus dictis condemnationibus inhabilitatur ex Bulla Pij V. cõtra homicidas conciſtorialiter innouata, & edita per illa verba videlicet, *ſed perpetuo eſſent infames nec poſſent ferre teſtimonium.* quæ Bulla habet clauſulam, ſublatis, &c. & decretum irritans.

35 Et eo etiam minus probat, ſtãtibus tot variationibus & periurijs eiuſdem Antonij, vt dicitur in vltimo præſuppoſito, quo periuria etiam per torturam non tolluntur. Aym. *conſ. 6. nu. 26. &* 48. Ruy. *conſ. 146. nu. 6. uol. 4.* & eo etiam minus, cum deponat contra Capitaneum Nereum, virũ nobilem & bonæ famæ, prout probatum credimus, & in his minis aſſaſſinij, de mandatario inculpante de mandato hominem bonæ famæ, loquitur Gram. *d. conſ. 1. de fori indic. nu. 63.* ibi, *contra ipſum non operatur quicquam.* eſt etiam ſingularis, & ſic nihil probat. *c. bonæ, el primo, de elect. c. c. licet cauſam. de probat.*

36 Nec obſtat, ſi dicatur, quod quamuis depoſitio Antonij de ſe ſola non plenè probet, probat tamen, iũcta depoſitione Octauiani, & alijs pręſumptionibus, & coniecturis, de quibus in præſuppoſitis, datis per regulam, qđ ſi non proſunt ſingula, &c. quia hoc non procedit in criminalibus, ſed in ciuilibus tñ. Marſ. *cõſ. 20. nu.* 48. Grã. *conſi. 3. nu.* 18. Secundo hoc non procedit, quãdo vnumquodq; de per ſe in ſua ſpecie nõ perfectũ. Io. de Amicis *conſi. 127. nu. 10. &* 24. Neuiz. *conſ. 78. nu. 44.* Pariſ. *conſi. 153. nu. 36. & 37. uol. 4.*

37 Et ad excluſionem omnium præmiſſorum, deducitur primo pro ipſo Capitaneo Nereo bona illius vita, & fama probata, quę extinguit omnẽ malam præſumptionem. Socin. iun. *conſ. 189. nu. nu. 4. uol. 2.* & purgat indicia, quæ eſſent contra ipſum. Pariſ. *conſ. 153. nu. 35. vol. 4.* Et dicit Bal. *in conſ. 416. nu. 5. uol. 2.* Quod multum prodeſt homini fama bona, ad excludendum præſumptiones delictorum, & maximè enormium, quia bona fama eſt quædam lex, quæ oſtendit hominis qualitatem.

38 Secundo deducitur amicitia, quæ erat inter ipſum Capitaneum Nereum & Beradueiũ, quæ amicitia inducit indiciũ innocẽtiæ. Corn. *conſil. 198. nu. 26. uol. 2.* & in perſonã amatã homicidiũ committi non præſumitur. glo. *in l. 1. C. de ſiccar.* Veronen. *conſ. crim. 2. col. ſi. in 7. fundamento.*

39 Tertio ad excluſionem prætenſi criminis, & quod Capitaneus Nereus non poſſit aliquo modo condẽnari, deducitur grauiſſima tortura pluries repetita; Nã de prima patet fol. 1936. 1941. 1944. Et licet dicatur fuiſſe tortum per horam, tñ cum in ipſa tortura fuerint ſcripta octo folia, & per 38. vices dicatur tacuiſſe, neceſſe eſt dicere, quod plus durauit tortura: Et de ſecunda tortura patet fol. 1948. cum ſequẽtibus, in qua pluries quaſſatur, & dicitur tortum fuiſſe per horã & per viginti vices tacuiſſe. Tertio loco alligatũ tantum, vt fol. 1958. Qua tortura ſtante, dicitur per eũ eneruatas fuiſſe probationes, vt amplius Reus tortus condemnari non poſsit, ſecundum communem opinionem, de qua per Albericum *in l. edictum. ff. de quæſtion.* & Marſil. ibi, *& in ſingular. 262.* Decia. *conſ. 363. in fine.* Boer. *deci.* 163. *nu. 12. & 13. cum ſequent.* dicens ſimiliter, ita communiter practicari. Grammat. *conſilio 64. numero decimo.* Carrer. *in pract. in princip. numero* 34. Natta *conſi. 202. num.* 10. Et cum, vt præmittitur, eneruantur probationes, multo fortius dicuntur eneruata indicia, cum illa ſint minora, & debiliora probationibus. Bartol. *in l. 2. C. de excuſat. tutor.* Alex. *conſil. 89. nu. 13. uol. 3.* Et quicquid ſit in torto poſt plenam probationem, in eo tamẽ, qui fuit tortus propter indicia, dicitur clarum eſſe in iure, quod illa per torturam totaliter purgãtur. Alberic. *in rubr. C. de quæſt. nu. 9.* Boer. *d. deci.* 163. *nu. 2.* Aym. *conſi. 178. num.* 10. Caſſan. *in conſuetu. Burg. in rubr. 1. §. quinto. verſ. undecimus caſus.* Maranta. *de ord. iudicior. c. 14. actus qui ſucceſsiuè, &c.* Et quæ concluſio procedit, vt indicia tollantur, etiam ſi ſint vrgentiſsima. Veronẽ. *conſ. crim. 32. nu. 18. verſ. ſed tamen his non obſtantibus. ibi, & intelligunt Doctores.* Quinimò procedet etiam, quãdo indicia eſſẽt vehementia, & indubitata. Carrer. *in d. pract. in prin. num.* 160. & eò magis huiuſmodi opinio eſt admittenda, ne ſequatur abſurdum, quod eſſet, quia nunquam daretur caſus, vt per torturam purgarentur indicia, & eſſet in poteſtate cuiuſque poſt torturam illatam, tortũ condemnare, vel in infinitum torquere.

40 Nec obſtat aliud, quod Capitaneus Nereus tortus fuit, non vti Reus, & in caput proprium, ſed vti teſtis, & in caput alterius, & ad ſciendum complices, quia ex proceſsu apparet, etiam interrogatum fuiſſe vti reum, & in caput proprium, & ſuper alijs, quam ſuper complicitate. Secundo ex ipſa tortura demonſtratus, non ſuper ſociis, & complicibus tantum, & in caput alterius, quia illa fuit immoderata; & quando quis interrogatur ſuper complicibus, tortura non debet eſſe immoderata, ita dixit Clar. *in d. quæſtion. 64. verſicul. ueritas eſt. in fine*, & quando quis torquetur in caput alterius, & non vti principalis ſuper crimine, tortura debet eſſe leuis, & nõ reiteratur, vt dicit Boſs. notanter *in tit. de mandato ad homicid. num.* 31. Tertio ſuper ſociis, & complicibus quis torqueri non poteſt, niſi, vbi ſemiplene probatum eſſet, quod ſocios criminis habuit, ita notanter dixit Iacob. Simanc. Epiſcopus Ciuitaten. *in tracta. de hæret. in tit. 52. de tormentis. nu.* 31. Nec poteſt etiã torqueri, niſi quando factum eſt tale, quod ſine ſociis fieri nõ potuit: ſed in caſu noſtro non fuit probatum ſemiplene, nec alias de aliis ſociis, & quoad D. Ro-

bertum Riccium, nullus datur gradus probationis, quod fuerit ſocius; eò maximè, cũ allocutio in loco, de quo ſupra, facta, capi debeat in bonã partem, vt ſupra dictum eſt: & potuit factum huiuſmodi explicari ab his, de quibus in proceſſu: & ſic ex prædictis clarè patet, non conſtare de crimine aſſaſſinij, & Capitaneum Nereum non poſſe puniri aliqua pœna.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius V.I.D. Rom.

Reſponſum Horatij Arigoni Romani in eadem cauſa.

41 ADSIT DEVS. Quamuis dici ſoleat, quod in crimine aſſaſſinii ſufficiant probabilia argumenta, & indicia, iuxta tex. *in c. 1. circa finem, de homicid. lib. 6.* Hoc tamen intelligitur, & quod ſint probata legitimè, & per idoneos teſtes. Fel. *in c. 2. col. 4. verſ. quinto limita. ibi, pro quo facit, de teſtibus.* Gram. *in conſil. 1. ſub nu. 64. paulo poſt prin. verſ. ſed aduerte,* quod conſilium eſt poſitũ poſt ſuas deciſiones. Egid. Boſſ. *in tit. de mand. ad hom. ſub nu. 20.* & intelligitur etiam, dummodo dicta probabilia argumenta eſſent indubitata, & non aliter. Fel. *in c. afferte. col. 3. in fi. verſ. 3. limita ibi, vel poſſet dici, de proba.* Gramm. *in voto. 11. nu. 22. & in d. conſ. 1. nu. 67.* Carer. *in pract. crim. in §. circa igitur tertium. de homici. commiſſ. nu. 14.*

42 Quibus quidẽ ſtantibus, dicitur quod teſtes, qui deponunt de pretenſo mandato ſuper homicidio, & de prætenſa promiſſione & receptione pecuniarum, ſunt illi tantum, qui fuerunt prætẽſi ſocii criminis; quorum dicta ex pluribus non ſunt attendenda, nec in aliqua conſideratione, in caſu, de quo agitur. Primo, quia licet etiam dici ſoleat, in crimine aſſaſſinii admitti in teſtimonium ſocium criminis, hoc tamen non habet locum, quotieſcunque, prout in caſu noſtro, reperitur ſocius criminis infamatus de alio delicto, vt per Gram. *in d. conſ. nu. 61. cum ſeq.* & per Boer. *in decıſ. 319. ſub nu. 2. & ante nu. 4.* Carer. *in pract. crim. in d. §. circa igitur tertium. de hom. ante nu. 28.* Rolan. *in conſ. 73. nu. 24. volum. 1.*

43 Secũdo, quia dicti teſtes fuerũt periurii, & varii, quo caſu nõ attenditur depoſitio ſocii criminis, etiã in criminibus exceptis. Rolan. *in d. conſ. 73. nu. 18. cum ſeq. vol. 1.* Iul. Clar. *in pract. crim. §. fi. q. 21. verſ. ſcias tamen quod hæc concluſio.*

44 Tertio, quia iſti teſtes deponunt tantũ de quadã pollicitatione, propter quam non incurritur crimen aſſaſſinii. Carrer. *in d. pract. crim. in d. § circa igitur tertium. nu. 6. & 31.*

45 Quarto, quia iſti teſtes ſunt ſingulares in eo, quod pecunia fuerit promiſſa Capitaneo Nereo, & prouenerit de mandato ipſius Capitanei Nerei; nã in quantum deponũt, quod Capitaneus Nereus dixerit illis, quod eis promittebat certã quãtitatem pecuniarum, & dictam pecuniarum quantitatem illis faceret dare, in hoc deponunt de actib. ſeparatis vnus ab alio; vnde dato quod ſufficient argumenta, tamen vnumquodque eſt probandũ per duos teſtes conteſtes, vt poſt Fel. & alios *in Clem. litteras. col. pen. de preſump.* tradit Egid. Boſ. *in tit. de mand. ad homic. ſub nu. 20. circa med. verſ. & tamen illud leue argumentum.* vnde vidimus, quod quodlibet indicium eſt probãdum per duos teſtes. gl. Bar. Fulg. *in l. fi. C. famil. erciſc.* latè Iul. Clar. *in pract. crim. §. fin. quæſt. 22.*

46 Nec obſtat, ſi dicatur, hoc non habere locum, quotieſcumque teſtes deponunt ſuper indicio, de ipſomet delicto, quoniam tunc vnicus teſtis faciat indicium; & propterea cũ iſti teſtes deponant ſuper ipſo delicto, quilibet ipſorum faciat indicium, & in crimine aſſaſſinii faciant plenam probationem: Quia ad hoc reſpondetur, quod tunc teſtis ſingularis facit indiciũ, quãdo dictus teſtis eſt oĩ exceptione maior. Bar. *in l. maritus. in 2. oppoſ. ff. de q.* Pariſ. *in conſ. 151. num. 3. vol. 4.* Iul. Clar. *in pract. crim. q. 22. in fine verſic. unum tamen ſcies.* Iul. Clar. *in pract. crim. §. fi. q. 21. verſ. unus teſtis deponens de maleficio.* & propterea videmus, quod licet in iſtis criminibus exceptis admietatur ſocius criminis, tñ de ſe ſolus non facit indiciũ ad torturã. Boer. *in dec. 319. nu. 1.* latè Rol. *in d. conſ. 73. nu. 20. cũ ſeq. vol. 1.* Iul. Clar. *in d. pract. crim. §. fi. q. 21. verſ. ſed quid in criminibus exceptis.*

47 Preterea cum Capitaneus Nereus etiam repetitus, negauerit omnia in tortura; idcirco videntur ſublata omnia prætẽſa indicia & omnes prætẽſæ probationes, vt tradit Carrer. *in pract. crim. in §. hoc ſeruare curabis. ſub nu. 188. paulo ante fine. verſ. quod ſi iudex haberet plenas probationes.* Boer. *in deciſ. 163. nu. 12. cum ſeq.* Iul. Clar. *in d. pract. crimin. §. fin. q. 64. verſ. illata reo tortura.*

48 Nec obſtat, quod tortura fuerit illata ad ſciendum complices & ſocios criminis cum proteſtatione; Quia reſpondetur, quod ex quo etiam Capitaneus Nereus fuit interrogatus ſuper ipſo delicto; idcirco ipſa proteſtatio tollatur per cõtrarium factum, cũ ſimus in his, quæ tãgebant præiudicium tertii, nempè ipſius Capitanei Nerei, Bart. *in l. nõ ſolum. § morte. nu. 31. cum ſeq. ff. de oper. non. nunc.* Dec. *in c. cum M. Ferrarien. nu. 18. & ſub nu. 22. circa med. verſ. 2. Abb. concludit. de conſtitu. & in cap. ſollicitudinem. nu. 12. de appel.* & in terminis noſtris tradit Iul. Clar. *in d. pract. crim. §. fin. q. 64. verſic. veritas eſt quod in hoc Ducatu.* R. P. D. Franciſc. Sarmient. *in lib. 1. Selectt. interpr. c. 1. nu. 1. cum ſequent.*

49 Nec obſtãt cætera indicia, quia ſunt multum à remotis, neque etiam legitimè probãtur; nam in quãtum Thomas Dadina deponit, quod Capitaneus Nereus, dum ſimul verſus Bononiam venirent, illũ perquiſiuit, vt ipſi Nereo oſtenderet cõfinia inter territorium Ducis, & Ciuitatẽ Imolæ, tollitur iſta ſua depoſitio ex duobus; Primo, quia hoc eſt indiciũ remotum,[g] quod debebat probari per duos teſtes. gl. Bar. & alii *in l. fin. C. famil. erciſc.* cum aliis ſupra allegatis; Secũdo, quia fuit examinatus, parte noſtra non citata, quo caſu non probat, neque etiam in crimine aſſaſſinii.[h] Archid. *in d. c. 2. col. 3. verſ. 5. fallit.* & ibi etiam Fely. *colum. 4. verſ. quinto limita. de teſtibus.* Gram. *in d. conſ. 1. nu. 64. & in d. vot. 12. nu. 16.*

Minus

50 Minus obſtant depoſitiones Dominici famuli,& Dominici Matanghæ Vetturini, quia præter quàm q; ſunt indicia valde remota; tamē iſti teſtes debent repelli, quia ſunt perſonæ viles. Curt.ſen.*in tract.de teſtibus.in prima concluſio.ſub num.*1.Aym.*in conſ.9.nu.*14.Ac etiam,quia dum dicunt quod Capitaneus Nereus ſimulauit dolores corporis,in hoc iudicant, quia hoc non patebat ad ſenſum,ſed teſtis iudicās, dicitur ſuſpectus,Aym.*in conſi.41.nu.4 & in conſi.*134.*nu.*43. & etiam,quia dum deponunt, quod cum archibugio traxit verſus aerem,nihil facit;tamē,quia hoc potuit eſſe caſu ad deterrendum ſicarios, & etiam cum eſſet de nocte, nullam probationem facere poſſunt. Boſſ.*in tit.de indic. num.* 172. Iul. Clar.*in d.pract.crim.*§.*fi.q.*21.*uerſ ſed quid ſi teſtis non viderit.ibi,cæterum ſi teſtes dicunt.*

51 Accedat quod dictus Dominicus famulus repellitur,quia fuit conuictus de falſo,dum depoſuit,cognouiſſe Thomam Dandinum, & in vno falſus,reputatur in omnibus falſus. Innoc.& Felyn.*in c.fraternitatis. de hæreticis,* & alius Dominicus eſt impubes, qui non admittitur in cauſa criminali,cū in cauſa criminali requiratur quod teſtis habeat vigeſimum annum completū. Stephan.Aufrer.*in tractat.de reprobat.teſt.in uerſ.impubes ad teſtimonium.*

52 Præterea in caſu noſtro concurrit ſpontanea comparitio,& bona fama ipſius Capitanei Nerei probata, quæ tollunt ſimilia indicia remota. Pariſ.*in conſ.*151.*nu.*13.*uol.*4. Marſil.*in conſ.*109.*nu.*27.*& in conſ.*117.*nu.*47.*& in conſi.*128.*nu.*32.*& in conſ.*130.*nu.*48.Iul. Clar.*in d.pract.crimi.*§.*fin.q.*60.*uerſ.frequens etiam.*in criminalibus & in terminis noſtris Gram.*in d.conſ.*1.*nu.*63.

LAVS DEO.

Reſponſum Proſperi Farinacij in eadem cauſa.

53 ADSIT DEVS. Præſuppoſito,quod cōtra Capitaneum Nereū extarent multæ præſumptiones,probantes eius mandatum,ad occidendum Philippum Beraducium, & vltra eas depoſitiones Antonij, & Octauiani circa qualitatem dicti homicidij,facientem illud aſſaſſinium; & quod ſupradicti Antonius & Octauianus reperiantur banniti & condēnati in contumaciā, propter crimina homicidiorū per eos patratorū, & qđ virtute Bullarum plutiū ſummorum Pontificum,banniti pp crimen homicidij ſint perpetuo infames,nec poſſint ferre teſtimonium;fuit dubitatū, an ex præmiſsis omnibus iūctis ſimul, taliter eſſet probatum crimē aſſaſsinij, vt poſsit in pœnam ordinariā condēnari?& in hoc conſultus à Iudice(qui tunc erat Franciſcus Cicero locumtenens D.Gubernatoris Vrbis) vt quid pro veritate ſentirem,de iure reſponderem,libentiſſimè ad eiuſdem Iudicis opinionem conuolaui.

54 Cum enim qualitas criminis aſſaſſinij ſit maior crimine homicidij,vt dixit Bal.*in c.clerici,nu.*9.*de vit. & hon.cler.* crimenque homicidij poſsit eſſe ſeparatum a qualitate aſsaſsinij;probato autem delicto principali,non dicitur probata qualitas aggrauans delictum,vt per Gram.*vot.*2.*nu.*4. Gugliel. de Benedict.*in c. Raynutius. nu.* 168. Foller.*in verſic.& ſi confitebuntur.num.*9.Brun.*in conſil.*69.*num.*3.*&* 4.Gabr.*lib.*7.*de crimin.conclu.*1.*nu.*28.ſitq; propterea ſpeciale in aſsaſsinio, vt in eo ſufficiant probabilia argumenta,vt inquit tex.*in c.pro humani.de homic.in* 6.& ſic qualitas aſſaſsinij probabilibus argumentis probanda ſit; Nō vtiq; video in caſu,de quo agitur,quod iſta qualitas faciens aſsaſsinium,probetur probabilibus argumētis; ergo neceſſario ſequitur,quod non erit locus pœnæ ordinariæ,cum poſsit committi homicidium de mandato alterius abſq; pecunia;& nō probata qualitate, quod homicidiū mediāte pecunia commiſsum fuerit, ceſsat vtiq; aſsaſsinij nomen. Bar.*in l.non ſolum.*§.*ſi mandato. de iniur.* Dom.Anch. Prob.ad Monac. Frācus & Vachelius *in d.c.*1.*de hom.in* 6.Aret.*conſ.*163.*nu.*17.Ang.*conſ.*14.*inci.Nos Carolus.* Carer. *in* §.*circa igitur tertium.de hom.commiſ.n.*2. Vbi copioſè. Boſs.*de mand.ad homic.nu.*14.*& de for.compet. nu.*141.Capyc.*dec.*155.*nu.*12. Couar.*li.*2.*var.reſol.c.*20.*nu.*9.latè Gabriel.*conſ.*170.*nu.*7.*&* 8.etiam quod quis haberet certam ſpem a ſe ipſo contractam,& conceptam aliquid conſequendi a mandāte,vt notabiliter dixit Bal.*in cōſ.*383.Betton. de Cono.quem refert Fel. *in c. inquiſitionis. in* 3. *limit.de accuſ.*Capyc.*d.dec.*155.*ſub nu.*5.*uerſ.tertia dubitatio.*Gabriel.*d.conſi.*170.*nu.*17.

55 Quod autem in caſu, de quo agitur, oīno nō extent probabilia argumēta,ſic probatur. Nam Romani Pont. conſtituerūt, vt banniti propter crimē homicidij,ſint perpetuo infames, nec poſſint ferre teſtimonium, vt in ſuis extrauagantibus; ſed Antonius & Octauius ſunt homicidæ, & pro alijs homicidiis banniti, vt ex proceſsu, ergo eorum dicta omnino non faciunt probabilia argumenta,etiam quod concurreret inimicitia inter inculpatum aſsaſsinum, mandantem, & occiſum, & ēt quod per mortem interfecti,aſſertus mādans lucratus fuiſset, vt in terminis dicit Gram.*conſ.*34. quia atteſtatur,ita per magnā Curiā Vicariæ fuiſse longiſsimo tpe obſeruatū, & loquitur in vnico aſsaſsino; & concludit,quādā mulierem imputatā de mandato ad occidendum inimicā mortuā,& quæ lucrata fuit certam penſionem annuā,quā ei ſoluebat, fuiſse liberatā a tortura. Boſs.*de for.cōp.nu.*66. Idem quoque eſt in duobus aſsaſsinis deponentibus contra aſſertū mandantem, qđ nullatenus cōuincūt, nec faciunt probabilia argumenta ad conuincendū de aſsaſsinio,ſed tantum indicium ad torturam. Gram.*in conſ.*1.*poſito poſt deciſ.ſuas.num.* 61. Qui reſpondet difficultati probandi,& priuilegiis datis crimini aſsaſsinii; & cōcludit,ex dicto duorū aſsaſsinorum non conuinci inculpatū,vt puniri poſsit pœna aſsaſsinii. Idem dixit Boer.*deci.*319.*ſub nu.*2.ſequitur Rolan.*in conſi.*16.*num.*21.*uol.*1. Iul. Clar.*q.* 21.*verſic.ſed pone non vnus,ſed duo;* qui atteſtatur ita per Conſilium Pariſienſe, & alia plura conſilia fuiſse obſeruatum. Chaſſan.

in conſuetud. Burgun. §. 5. *fol. 44. ſub nu. 14. ad finẽ*, vnde cum habeamus opinionem tantorum patrum, & vſum communem, ab illo non recedendum arbitrarer.

56 Et facit generalis concluſio, quod teſtis prohibitus ferre teſtimonium, ſi recipiatur, non facit quale quale indiciũ. *l. libertati. C. de teſt.* Fely. *in c. cum dilecti. nu. 10. & 11. 2. & 3. limit. extra de accuſ.* & ſi facit aliquod indicium, illud eſt quale quale, ſicut obtinuiſſet de facto in terminis ſtaturi, (quod banniti pro maleficio non admittantur ad aliquod teſtimonium) dicit Boſſ. *in tit. de inquiſ. nu. 55. & 59.* Vbi decidit quæſtionem noſtram, ergo ex ipſorum depoſitionibus non oriũtur probabilia argumenta, quia detruncata, & mutilata remanet ipſorum fides; & ſi de eorũ fide aliquid detrahitur, vt ibi per Boſſ. probabilia argumenta non faciunt ad effectum pœnæ ordinariæ, quia in quocunque caſu, quantumcũque priuilegiato, & in quo ſubſidiariæ probationes recipiuntur, illæ in ſua ſpecie debent eſſe concludentes, & non imperfectæ, etiam ſi eſſemus in crimine hæreſis. Oldrad. *conſ. 210. in prin.* Anchar. *in c. accuſatus, nu. 1. de hæret. lib. 6.* Gemin. *in c. contumacia. num. 2. eodem tit.* Ioann. Cald. *de hæret. cap. 13. numero 4.* Arnal. *de agnoſcen. aſſertion. Cathol. & Hæret. quæſt. 7. nu. 16.* & propterea quotieſcunque detrahitur aliquid de fide teſtis, tunc etiam quod ſimus in immani crimine, illa detractio eſt per alias probationes ſupplenda, ſicuti in alijs criminibus. *capit. fina. §. ceſſante. de hæret. in ſexto.* Arnal. *in d. tractat. de Hæretic. quæſtio. 34. numero 3.* Simanch, *in tractat. de Hæret. titul. 34. de probat. in Enchiridion. numero 5. & titu. 35. de teſtib. num. 17.* Gabriel, prędicta refert, & ſequitur *conſi. 179. in princip.*

57 Nec refragatur dicere, quod cum iſta qualitas faciens aſſaſſinium, ſit annexa homicidio, vt ab eo non poſſit ſeparari, videatur dicere, quod probato homicidio ex probabilibus argumentis, dicatur eſſe probatum aſſaſſinium; quia reſpondetur, aſſumptum eſſe falſum, quod qualitas aſsaſſinij ſit inſeparabilis ab homicidio, cum vt experientia docet, poſſit eſse homicidium ſine qualitate aſsaſſinij. Bart. *in d. l. non ſolum. §. ſi mandato, ff. de iniur. & in l. Cicero ff. de pœnis.* Quod ho- a
micidium eſt probandum, *iuxta l. fin. C. de probatio. cap. nos in quemquam. 2. quæſt. 1. l. qui ſententiam. C. de pœn.* hoc eſt legitimis, & luce meridiana clarioribus probationibus, At vbi adijcitur *
qualitas aſsaſſinij, illam ſufficit probare per argumenta probabilia; & ſic probationes ad diuerſa tendunt: Aliæ enim ad homicidium; Aliæ ad qualitatem exiguntur: Abſurdiſsimum enim eſſet, quod probato mandato ad occidendum ex probabilibus argumentis, diceretur probatum aſsaſſinium, quod eſt contra ius. Et idcirco Canones in deteſtationem criminis, contenti fuerunt probatione argumentorum probabilium in qualitate aſsaſſinij; qua probata inferatur ad homicidium; non ſic fuit èconuerſo. Ideo non poteſt de vno ad alium inferri. Nam Iudex procedendo ſuper homicidio, vel fornicatione, aut parricidio, aut crimine læſæ maieſtatis, ſi videt qualitatem aliquam aggrauantem delictum, de illa qualitate verè ſibi conſtare debet; Nec ſufficit, quod ſibi conſter de delicto principali, quia qualitas, principale delictũ aggrauans, iure probanda eſt. Ita notabiliter dixit Gugliel. de Benedict. *in c. Raynutius. in ver. Mortuo itaque teſtatore. el primo, nu. 168. de teſtamen.* poſt Ancharan. & alios quos citat, tradit Brun *in conſ. 69. nu. 3.* Qui loquitur in crimine læſæ maieſtatis. Et fuit dictum Angel. *in conſil. 114. incip. ſuper primo dicto*, & ibi citat Bart. Bald. Aretin. & alios, idem dixit Foller. *in ſua praxi crimin. in verbo, & ſi confitebuntur, in quarta parte, tertia partis, numero nono.* Qui loquuntur, quando agitur contra ipſos principales delinquentes; ſed Antonius & Octauianus non ſufficiunt ad qualitatem iſtam probandam; ergo &c.

58 Minus obſtat, quod cauſa aſsaſſinij ſit priuilegiata, ita vt non videatur comprehendi ſub Conſtitutionibus Pontificum diſponen. homicidas eſse perpetuo infames & inteſtabiles; Quia reſpondetur, quòd non reperitur hoc priuilegium de iure, vt alias infames ſint idonei teſtes in hoc caſu; ergo lex generaliter loquens eos comprehendit. Gabriel *de legib. concluſi. prima, numero 8.* Et cum illæ Conſtitutiones ſint generaliſsimæ, & habeant verba pregnantiſsima, continent caſus omnes quantumuis ſpeciali nota dignos, tex. eſt ad literam *in l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex. verſ. cum eo planè. ad l. Aquil.* tradit Dec. *in conſi. 302. ad finem.*

59 Et ex ijs credidi iure dici poſse, nullo pacto ipſum Capitaneum Nereum conuictum fuiſse de aſserta qualitate aſsaſſinij, ad effectum pęnæ ordinariæ. Verum quid iuris circa mandatum ſimplex homicidij, informantes ad defenſionem rei abundè ſupra deduxerunt; ſed exitus iſtius cauſæ fuit lugubris, quia omiſsa condemnatione in pœnam extraordinariam, cum poſitus in tormẽtis faſsus fuerit, fuit etiam morti traditus.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

Aſſaſsinus, Aſsaſſinus quis dicatur? Dic, qđ aſsaſſinus dicitur ille regulariter, qui pecunia mediante, aut illius promiſsione, occidit, vel occidere facit aliquem, prout notant communiter Doctores de homicidio in 6. Et in ſpecie voluerunt Carer. *in pract. §. circa num. 3. ſecundum antiquam impreſsionem. pag. mihi* 88. *Practic.* Conrad. *fol. mihi 327. numero primo.* Vbi quod in hoc omnes conueniunt. Boſ. *in tit. de offic. corrupt. numero nono & in titul. de foro competen. numero 141.* Anton. Gomez. *de delict. titu. de homicid. numero decimo.* Monticell. *regul. criminal. 8. numero quarto.* Maſcard. *de probatio. lib. 1. conclu. 138. num. 1.* Brunor. a Sole, *in ſuis quæſtion. legal. quæſt. 34. numero 5. & num. 7. & numero 14. verſ. ſecundum obiectum eſt. & numero 15. iuncto num. 17. verſic. Nec etiam obſtat. & ſeq.* Vbi propterea infert, quod quando non interuenit datio pecuniæ, vel promiſsio, ibi

non

non dicitur aſſaſſinium; Immo ex præmiſſa deſcriptione aſſaſſinij, apparet, non ſolum eſſe neceſſe, vt pecunia detur vel promittatur ſimpliciter, ſed etiam, vt detur aut promittatur in cauſam aſſaſſinij: Et amplius, quod hoc probetur; alias non præſumetur pro ea cauſa data, vel promiſſa. ſic mihi videtur probari *in c. de hoc, extra de ſimonia*, vbi vide Doctores.

b *Chriſtiani*. Licet aliqui dixerint, aſſaſſinij nomen non verificari, niſi in certo genere perſonarum, videlicet, Saracchorum, qui Dominis imperantibus, potentes homines olim occidebant, inter quos fuit Couarr. *variar. reſolut. lib. 2. c. 20. ſub nu. 10. poſt princ. ver. ſed vt ad aſſaſſinos vedeamus. fol. mihi 666. in parua impreſſione.* ſequitur Petr. à Plach. *in Epith. delict. lib. 1. cap. 19. nu. 3.* Relati per Gabr. *lib. 7. concl. 1. nu. 17.* Et per Brunor. à ſole *in d. q. 34. num. 9*. Attamen communis,* & à conſuetudine approbata eſt opinio, quod indiſtincte, & generaliter dicuntur aſſaſſini omnes, qui præmio homines occidunt, ſeu occidere faciunt, ſicuti ſenſerũt plures relati per eundem Placham *d. cap. 19. poſt num. 2. verſic. plerique tamen.* Boſſ. *in tit. de mandat. ad homicidium num. 16.* Gabr. *d. concluſ. 1. nu. 18.* Clar. *in pract. §. aſſaſſinium. in princ.* Brunor. à ſole *d. quaſt. 34. nu. 5. & 6. & poſt num. 8. iuncto num. 19. & ſeq. & num. 25. poſt med.* Decian. *in tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 79. & ſeqq. fol. mihi 161.*

Bene verum eſt, quod ſi occiſus nõ erat Chriſtianus, tunc non dicitur propriè commiſſum aſſaſſinium; nec locum habet diſpoſitio tex. *in cap. pro humani. de homicidio, in 6.* ſecundum communem* Doctorum opinionem, de qua per Boſſ. *in tit. de mandat. ad homicidium, nu. 22.* Couar. *varia. reſolut. d. cap. 20. nu. 10. ver. 5. hinc apparet. fol. mihi 669.* Petr. à Plach. *d. cap. 19. nu. 28.* Gabr. *d. concl. 1. nu. 6.* Clar. *in d. §. aſſaſſinium. in prin.* Maſcar. *de prob. lib. 1. concl. 138. nu. 13.* Ludou. Peguer. *deciſ. cri. 5. num. 19. ad med.* Et ab hac communi crederem, nõ eſſe recedendum in iudicando, quamuis de ea non ſine probabili ratione dubitare videatur Brunor. à ſole *d. q. 34. nu. 23. & 24.*

c *Remotis*. Quod Indicia remota, argumenta, & adminicula ſint probanda per duos teſtes, vide quæ dixit D. meus Farinacius *in ſua pract. criminal. par. 1. in tit. de indic. & tortur. quaſt. 37. num. 23. & ſeqq.* Vbi facit regulam cum ſuis ampliationibus.

d *Conſuetudine*. Periurium, an de conſuetudine purgetur per torturam, tam in ſocio criminis, quam in teſte, & eo præſertim, qui dicit ſe ab altero ſubornatum ad falſum deponendum; Et an iſto caſu oriatur ex depoſitione periurij indiciũ ad inquirendum, vel ad torquendum. Vide quæ late ſcripſit D. meus Farinacius *in ſua pract. criminali in tit. de indic. & tortur. q. 43. nu. 180. & ſeqq. Et q. 45. nu. 16. & ſeqq.*

e *Aſſaſſinio*. Cum propoſiti conſilij materia præcipue reſpiciat probationem aſſaſſinij, & illius qualitatis, pro faciliori cognitione, Præmitte primo, quod ad hoc, vt ſpecialia aſſaſſinij locum habeant, conſtare in primis debet de eiuſdem aſſaſſinij qualitate, ſecundum Pariſ. *in conſ. 166. nu. 4. & ſeqq. lib. 4.* & Maſcar. *de prob. li. 1. concl. 137. nu. 5. verſ. intellige hanc ampliationem.* Vbi de communi; Et faciunt quæ dixit D. meus Farinacius *in ſua practica criminali in tit. de inquiſ. q. 7. nu. 11. & q. 8. nu. 85. & 86.*

Præmitte ſecundo, quod hæc aſſaſſinij qualitas probatur probabilibus argumentis, ſecundum Alex. *in conſ. 176. nu. 5. lib. 7.* Monticell. *reg. crim. 8. nu. 19.*

Pręmitte tertio, quod non ſolum qualitas aſſaſſinij, ſed etiã ipſum aſſaſinium probatur probabilibus argumentis, prout eſt tex. *in c. pro humani, de homicid. in 6. in illis verbis, & poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis*, & ibi præſertim Gemin. *poſt nu. 9.* Archid. *nu. 2. poſt med. col. 2. in verbo, argumentis*, & Franc. *num. 5. in 11. notab.* Felyn. *in cap. afferte. nu. 9. in 3. limitatione, de præſumpt.* Auguſt. ad Ang. *de maleſ. in verbo, quod fama publica. nu. 26.* Boſſ. *in tit. de indic. nu. 201.* Dec. *conſ. 189. nu. 4.* Boer. *deciſ. 164. num. 5. verſ. Et pro hac parte.* Petr. à Plach. *in Epith. delict. c. 19. num. 15.* Rolan. *conſ. 27. nu. 4. lib. 1.* Gabr. *lib. 7. concl. 1. nu. 20.* Monticell. *reg. 8. nu. 23.* Clar. *in pract. §. fin. q. 20. verſic. ſcias tamen, & in §. aſſaſſinium. ver. præterea, quamuis*. Maſcard. *de prob. lib. 3. concl. 1221. nu. 77.* Vbi ex Boſſ. & Clar. *in locis ibi per eum citatis*, atteſtatur de communi.* *& li. 1. concl. 137. nu. 1.* Decian. *in ſuis tracta. cri. p. 2. li. 9. c. 30. tit. de mandat. pecun. interceden. nu. 22.*

Sufficiuntque prædicta probabilia argumenta in hoc aſſaſſinij crimine, ad condemnandum, nõ ſolum in pęnam extraordinariam, ſed etiam in pęnam ordinariam, & capitalẽ, prout videtur de mente omnium præcitatorum Doctorum, & in ſpecie ſcripſerunt Petr. à Plach. *in Epith. delictorum, c. 19. nu. 16.* Vbi dicit, id eſſe conſtantiſſimum. refert, & ſequitur Cla. *in pract. §. aſſaſſiniũ. verſ. quamuis.* Monticell. *reg. crim. 8. num. 23. & reg. 11. num. 24. in 3. limitat.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 45. in 1. ampliatione.* Decian. *d. p. 2. lib. 9. cap. 30. nu. 22.*

His pręmiſſis, quæro pro perfecta cognitione contentorum in hoc conſilio, quęnam dicantur in propoſito probabilia argumenta? Et in hoc reperio plures Doctorum opiniones. Vna enim fuit opinio, quod argumenta probabilia dicuntur ea, quæ de iure faciunt indicium ad torturã; prout videtur tex. *in l. milites. C. de quaſtionib.* Secunda fuit opinio, quod probabilia argumenta aliud non ſint, quam iuris præſumptiones, ſecundum Simanch. *in tract. de hæretic. tit. de præſumpt. rubr. 50. num. 6.* Tertia fuit opinio, quod argumenta probabilia videantur eſſe ſemiplenæ probationes, ſecundum Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 137. num. 1.* Quarta fuit opinio, quod probabilia argumenta ſint veræ & plenæ probationes, ſecundum Hier. Gabr. *in conſil. 170. num. 26. lib. 1.* qui in ſpecie loquitur in crimine aſſaſſinij. Quinta fuit opinio, & hæc videtur receptior, & in practica ſeruata, prout etiam teſtatur D. meus Farin. *in pract. crimin. par. 2. tit. de reo confeſſ. & conuict. q. 86. numero 43. & 48.* quod ſcilicet

licet probabilia argumenta ſint illa, ex quibus oritur indubitatum indicium, ſecundum Felyn. *in c.afferte.nu.9.in fine.de præſumpt.* quem ſequuti ſunt Gram. *vot.11.nu.22. & in conſ.1. de fori ind. nu.64.& ſeqq.* Care. *in pract.in 3.tract.de homic.& aſſaſſin.§.circa igitur tertium, de homicidio commiſſo verbo, nu.20.& ſeq.* Matth.Brun. *conſ.cri.diuerſ. 115.nu.80.tom.2.* Petr.à Plach. *in Epith.delict.cap. 19.nu.14.lib.1.* Monticell. *reg.cri.8.nu.24.in fine, verſ.prædicta autem.* Quamuis quod in materia aſſaſsinij non requirantur indicia indubitata, & ſic, quod eo caſu probabilia argumenta non ſint idem, quod indicia indubitata, dixerit communem Boſſ. *in tit.de coniect.nu.55.in fine, & in tit.de ind.nu.201.* & videatur etiam de mente eiuſdem Monticelli *d.reg.cri.8.nu.23.*

f *Indicium.* Indicia plura dubitata faciunt vnũ indicium indubitatum, ad condemnandum ſufficiens. Bal. *in l.fin.nu.2.verſ.ſed quando, & ver.item ponit, & nu.3.verſ.pater ergo* & ibi etiam Alb. *nu.2.C.de prob.* Ign. *in l.excipiuntur.nu.30.31.& 33. in diſcurſu.ff.ad ſyllan.* Brun. *de indic.& tortu.p.1. quæſt.10.nu.3.verſ.quandoque tamen. & nu.5.* Iuſtin.Bonderan. *conſ.cri.diuerſ.54.n.30.& ſeqq.lib.2.* Boſſ. *in tit.de conuict.nu.26.*

Verum hæc concluſio recipit duas notabiles declarationes; Primò ſcilicet vt procedat, quando plura indicia, ex quibus generari debet vnum indicium indubitatum, non ſint remota, & leuia, ſed grauia, & valde proxima. ſecundũ Brun. *de Indit.& tortur.p.1.quæſt.4.num.3.verſ.quod intellige.* vbi exemplificat, quando concurrunt vnus teſtis de viſu, duo de confeſsione extraiudiciali, & etiam confeſsio iudicialis per torturam, licet reuocata.

Secundo pariter procedat, quo ad pœnam pecuniariam, non autem, quoad pœnam corporalem. Ita poſt multa hinc inde deducta, concludit Gandin. *in tit. de præſumptionib.& indic.indubit. nu.2.per totum*, & ita etiam in pœna pecuniaria loquitur Iuſtin.Bonderan. *d.conſ.crim.diuerſ.54. nu.32.& ſeqq.lib.2.*

g *Remotum.* Quod indicia remota ſint probanda per duos teſtes, vide D. meum Farin. *in pract. cri.p.1.in tit.de indic.& tortur.quæſt.37.num.13.& ſeq.quæſt.* Vbi ampliat etiam in adminiculis leuibus, & minimis; Item ampliat, etiam in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis. Item ampliat, etiam quod teſtis ſit omni except.maior.

h *Aſſaſſinij.* Non tranſit ſine controuerſia concluſio hęc per conſultorem firmata, licet pro ea, quã veriorem credidit D. meus Farinac. *in ſuo tract. de teſtib.quæſt.73.nu.123.& ſeq.* concurrant plures alij Doctores ibidem per eum relati, & magis etiam placuerit Rotæ, teſte Creſcen. *tit.de teſtib. deciſ.2.alias 164.* Nam contrarium tenuerunt plures alij Doctores non modicæ auctoritatis, relati per eundem D.meum Farinac. *d.quæſt.72.nu. 122.* ſed in dubio mitior, & æquior opinio attendenda eſt.

Fam.Cent.V.I.D.Galeſij.

ARGVMENTVM.

Defenditur hic quidam Notarius, qui in ſua cauſa ciuili produxerat inſtrumenta de falſo redarguta: & in hac defenſione in primis agitur, nunquid falſitatis probatio ex præſumptionibus deducatur: ac deinde plures adducuntur, & ponderantur præſumptiones, falſitatem includentes, & excludentes: Et demum adducuntur aliqua de vi, & effectu torturæ illatæ pro habendis complicibus cum ſolita proteſtatione.

SVMMARIVM.

Falſitas eſt difficilis probationis, nu.1. Ideo in ea indaganda maxima ſubtilitas adhiberi debet. d.nu.1. Facilisque debet eſſe Iudex ad condemnandum, eodem nu.1.

Falſitatis perſumptiones deductæ ex vitio viſibili, habentur pro concludenti probatione, etiam in criminalibus. eodem nu.1.verſ.& propterea, & nu.36.in fine.

Falſitatis ſuſpicio habetur pro concludenti probatione, vbi non agitur de pœna capitali, ſed extraordinaria, numero 1.in fine, & in addit.litera a verſ.& vt ad rem redeam, & num.17.

Falſitatis pœna non eſt capitalis, ſed extraordinaria in addit.litera a. Vbi de materia.

Notarius fabricans falſum inſtrumentum, quomodo puniatur. in addit.litera a.

Falſitatis pœna an poſſit extendi vſque ad mortem incluſiue, quando eſt multiplicata, & iterata. in addit. litera a. verſic.ſi vero falſitates ſunt plures, & verſic. ſequen.

Inſtrumentum dicitur probatio probata, & pro eo præſumitur, facitque rem notoriam, & manifeſtam; quod quando verum ſit, numero 2. & numero 36. & in addit. litera b.

Præſumptio ſpecialis tollit generalem, nu.2.

Falſitas ſcriptura præſumitur ex tarditate productionis.num.3. Declara, vt nu.18.

Falſitas inſtrumẽti præſumitur, ſi teſtes in eo deſcripti, ſunt mortui, nu.4. Declara quando inſtrumentum eſt nouum, ſecus ſi antiquum, nu.19.

Falſitas inſtrumenti antiqui præſumitũr ſi cartę, & littera appareant recentes, nu.5.

Falſitas inſtrumenti præſumitur ex diuerſitate ſtili notarij, qui illum rogauit, nu.6. Declara, vt nu.21.

Falſitas præſumitur ex falſa conſtructione, & latinitate, num.7. Quod, an verum ſit, nu.22.

Falſitas inſtrumenti præſumitur ex inſolita, & abundanti cautela, nu.8. contra, nu.24.

Voluntas regulariter non præſumitur mutata, nu.9. Declara, vt num.25.

Falſitas præſumitur ex inueriſimilitudine, nu.9.

Falſitas inſtrumenti præſumitur, ſi illud fuerit rogatum in loco inſolito, numero 10.& 26. vt puta in vinea, aut horto. ibidem.

Falſitas inſtrumenti præſumitur, ſi illud non reperitur in proto-

in Protocollo, nu. 11. Declara, vt nu. 27.

Falſitas inſtrumenti præſumitur, ſi non verificatur partita enunciata in ipſo inſtrumento, numero 12. declara, vt numero 28.

Falſitas inſtrumenti dicitur probata, quando probatur abſentia contrahentium tempore celebrati inſtrumenti, numero 13.

Falſitas præſumitur cõmiſſa ab eo, penes quem falſificata ſcriptura reperitur, niſi doceat de authore: Et quid ſi nominetur author ignotus, nu. 14. & nu. 30.

Falſitas maxime præſumitur ex qualitate perſonæ ſuſpectæ producentis, nu. 15.

Voluntas & poteſtas in quolibet actu requiritur, nu. 18.

Teſtes examinati in Iudicio ciuili inter eaſdem perſonas faciunt aliquam probationem in iudicio criminali, numero 20.

Falſitas non præſumitur ex præpoſteratione ſoliti ordinis, vel ex omiſſione aliquorum verborum, nu. 21.

Stilus plene, & concludenter probandus eſt, numero 21. in fine.

Stilus ſi non eſt vniformis, ſed vario modo ſeruatus, non eſt attẽdendus, nu. 21. in fine.

Falſitas præſumitur ex clauſula, quæ non habet rectam conſtructionem ad præcedentia, & ſubſequentia, numero 22.

Inſtrumentum differt à contractu tanquam continens, & contentum, & ſic vnicum inſtrumentum poteſt continere plures contractus, nu. 23.

Notariatus qualitas non præſumitur, niſi probetur, numero 24.

Cautela abundans non nocet. nu. 24.

Stylus quando eſt notorius poteſt Iudex ſe de eo extraiudicialiter informare, nu. 27.

Liber Camerarij vniuerſitatis probat inter ipſum, & vniuerſitatem, non autem contra tertium, nu. 28.

Iuramentum eſt quid indiuiduum, nu. 29.

Falſus, & mendax in vno, falſus in omnibus, etiam quod capitula ſint diuerſa, & ſeparata, nu. 29.

Tortura tollit omnes ſuſpiciones, ita quod tortus purum veritatem dixiſſe cenſetur, nu. 30.

Falſitas quæ non nocuit, nec nocere potuit, & ſine dolo commiſſa eſt, nulla pœna, nec ordinaria, nec extraordinaria puniri poteſt, nu. 31.

Falſitas non datur ſine mutatione veritatis, nu. 32.

Delictum, vbi non eſt, ibi pœna non cadit, nu. 32.

Delictum non præſumitur, data inſtantia, nu. 33.

Falſitas excluditur data contraria veritate poſſibili, numero 33.

Falſitas requirit probationes luce meridiana clariores, quando agitur de condemnando criminaliter, nu. 34.

Præſumptio exclusiua delicti etiam quod ſit minus fortis, & minus potens, excludit præſumptionem delicti, numero 35.

Præſumptio cedit veritati, nu. 35. in fine.

Falſitas non præſumitur commiſſa a notario bonæ famæ. numero 37.

Teſtes dicuntur bene recognoſcere manum alicuius, etiam quod deponat per verbum, videtur, nu. 38.

Comparatio literarum bene probat, quando non agitur de recognitione apocæ, nu. 39.

Comparatio literarum vallis adminiculis, facit plenam probationem, nu. 39.

Poſſeſſio longa, & antiqua præſumitur continuata in vim præcedentis tituli, & tollit omnem ſuſpicionem falſitatis, numero 40.

Falſitatis præſumptiones ceſſant, quando veritas ſcripturæ de qua dubitatur, verificatur ex alio inſtrumento, numero 41.

Producens cenſetur fateri omnia contenta in ſcriptura producta, num. 42.

Liber cenſualis, ſeu cataſtri plene probat contra eos, qui illius deſcriptioni conſenſerunt, licet ſecus contra tertium, num. 43.

Obſeruantia inſtrumenti longo tempore poſt illius celebrationem ſubſequuta, tollit omnes ſuſpiciones falſitatis dicti inſtrumenti, nu. 44.

Confeſſione nulla maior probatio, nu. 45.

Tortus ſi in tortura perſiſterit, nec criminaliter, nec ciuiliter condemnari poteſt, nu. 46.

Tortura purgat indicia, etiam quod fuerint data cum proteſtatione, quando proteſtatio eſt contraria facto, numero 46. Vbi etiam declaratur, quando proteſtatio dicatur facto contraria.

Tortura pro habendis complicibus, debet eſſe leuis, & moderata, num. 47.

Iudex criminalis non poteſt ſuper intereſſe ciuili pronunciare, niſi incidenter, & propterea non poteſt reum a criminalitate abſoluere, & eundem ciuiliter condemnare, numero 48.

Sententia abſolutoria lata in criminali Iudicio præiudicat etiam in ciuili, numero 48. verſic. cum enim regulariter ſit.

Falſitas inſtrumenti in dubio non præſumitur, ſed pro illius validitate in dubio pronunciandum eſt. nu. 49.

CONSILIVM XI.

1 ADSIT DEVS. Ad demonſtrandum, quod Camillus notarius, ſit plene conuictus de falſitate inſtrumentorum, de quibus agitur; In primis præmittendum eſſe dicebat eximius, & ſapientiſſimus vir, & iuris conſultus Petrus Aldobrandinus, tunc Fiſci, & ſacræ aulæ digniſſimus Aduocatus, falſitatẽ eſſe difficilis probationis adeo, vt releuata potiusque patefacta dicatur. Bald. *in l. ſi e... falſis. C. de tranſact.* Mantua. *conſil.* 208. *num.* 19. Purpurat. *in l. edita. num.* 54. *C. de eden.* Ioan. Maria Riminal. *conſ.* 1. *numero* 19. *lib.* 1. Boſſ. *pract. crimin. tit. de Indit. & conſider. ante tortur. numero* 178. *verſic. Quod autem in falſo. fol.* 192. *ſecundum magnam impreſſionem, vbi numero* 179. *verſic. hinc eſt.* ſubiungit, quod in hoc crimine, ad veritatem indagandam, maxima ſubtilitas eſt adhibenda, & dicit Socin. Iun. *conſil.* 39. *numero* 8. *lib.* 2. Iudicem in crimine falſi, ad condemnandum facilem eſſe debere. Curt. Sen. *conſil.* 55. *col.* 7. *circa medium. verſic. Et bene facit, quod idem dicit,* & propterea in crimine falſi, vbi ſumus in vitio viſibili, vt patet ex recenti carta, & ſcriptura in facto antiquo, & ex alijs, quæ inferius deducuntur, ſuſpicio falſi habetur pro falſitate, etiam in criminalibus, atque ad pœnam ſufficit, vt eſt tex. *in l. Iubemus. C. de probat.* quem ita ibi intelligunt glo. Bart. Bald. Paul. de Caſtr. Ang. Salyc. & alij omnes, quos in his terminis refert, ſequitur, & declarat Natta *conſil.* 633. *numero* 3. *cum plurib. ſeqq. vſque ad numerũ* 8. *excluſiue, lib.* 3. & ita ſentit etiam Gabr. *commun. opin. crimin. lib.* 7. *concluſ.* 6. *numero* 16. Atque in terminis Mandell. *conſil.* 99. *numero* 10. *verſic. deueniendo igitur.* Vbi rem hanc latè pertractat, & ita etiam late diſtinguit, intelligit, atque concludit in *verſic. Dictum igitur Archid.* Idem Natta *conſil.* 124. *numero* 4. *&* 5. *lib.* 1. Ferrant. Gargiar. *conſil.*

Digitized by Google

ſil.121.numero 12.verſic.attamen declaratio Deciſ. in 1.tom.mag.conſiliorum criminali.Zileti.car. 124. conſil.126.numero 12.& 13 eodem lib.Ruyn.conſil. 35.numero 9.cum ſeq. Vbi plures coniecturas refert, lib.4.Curt.Sen.d.conſi.55.col.6.in 2.addit.incip.Secundo ſingularius.Capici. deciſ.3.in fina.verbis. verſic. ſed hoc non videtur procedere . Franc. Marc.deci.743.numero 7.lib.1.Ioan.Mar. Rimin. conſil. 1. numero 19. & conſil. 75. numero 1. lib. 1. Quare ex præſumptionibus procedi poſſe ad condemnandum, patet ex præmiſſis, & tradit poſt alios Decian. conſil. 109. numero 76.lib. 2. maximè,quando non tractatur de imponen.pe-
a na capitali. [a] Ioan.Mar.Rimin. d.conſil.1.numero 19.& d.conſ.75.num.1.lib.1. cum alijs qui cumulari poſſent.

2 Eſt præterea præmittendum,quòd illud,quod dicitur,& ſemper inculcatur,Inſtrumentum ſci-
b licet eſſe probationem,[b] & pro eo præſumi,adeo vt cenſeatur vere fuiſſe publicatum quale apparet in figura;facile tollitur,quia non habet locũ, vbi ſpecialibus coniecturis, & quidem pluribus vrgentiſſimis, probata eſt falſitatis ſuſpicio ; & eſt ratio, quia præſumptio ſpecialis generalem tollit, vt per Decian. d.conſil.100.ſub num.46. & ſeq.verſ.Non obſtat primum.lib.2.& opt.conſ.91.nu. 40.& 41.verſ.& licet in dubio. & d. num. 41. verſ. quia etiam,vbi criminaliter agitur.li.3.Fran.Marc. deci.767.in fine,ſub nu.4.verſ.nec obſtat, quod ex aduerſo.lib.1.& optimè Cur.Sen.d.conſ.55. in 2.addit.col.12.in fine,incipien.ſecundo ſingularius, verſ. Nam dicit Cyn.quod licet omnis præſumptio iuris ſit pro publico inſtrumento &c.

3 His ſic præmiſſis,deuenio ad falſitatis præſumptiones; Primo enim contra Camillum adducitur,quod ipſe diu ſubſtinuit litem ciuilem antequam produceret inſtrumenta, de quorum veritate diſputatur;& tamen ſi ea à principio produxiſſet,ſtatim reportaſſet ſentẽtiam fauorabilem; Vnde ex tarditate productionis ſcripturæ, præſumitur falſitas.Paul.de Caſtr.conſ.281.col.1.lib. 1.Aym.conſ.28.nu.6.& conſ.75.nu.9. & conſ.134. nu.30.Plot.conſ.79.nu n.14.& 15. Cæphal. conſ. 287.nu.31.ſeqq.lib.2.

4 Secundo, quia teſtes, & contrahentes aſſerti in inſtrumento,omnes ſunt mortui. Vnde pariter falſitas præſumitur.Aym. conſil.28.numero 3. Corn.conſ.226.col.fina.lib.3.& conſ.70.col. fin.lib. 4.Plot.d.conſ.79.num.17.Oſaſch.deciſ.Pedemont. 117.nu.10.

5 Tertio,quia inſtrumenta aſſeruntur antiquo tempore celebrata, videlicet de anno 1533.& tamen ex illorum inſpectione litteræ, & carta apparent recentes, ideo facilius arguitur falſitas.c. inter dilecti, & ibi Doct.de fid. inſtrum. Decian. conſil.99.num.16.& 17. verſic.6. adducitur. lib. 2. Socin. Iun. conſ. 30.num.37.& 38.lib.1. Aym.d. conſ.25.nu.5.

6 Quarto,quia inſtrumenta ſunt ſcripta aliena manu, & in ſubſcriptione Notarius non facit mentionem de impedimento,propter quod non potuit illa ſcribere, vt facere ſolitus eſt in alijs inſtrumentis; Ideo etiam ex diuerſitate ſtili oritur ſuſpicio falſitatis.c.licet.in fine,& c.ſequenti.de cri.falſi.Felyn.in d.c.inter dilecti. nu. 26. de fid. inſtrum.Decian.conſ.109.nu.59.62.& 63. Aym. d. conſ.28.nu.5.Cæphal.conſ.287.num.26.ſeq.lib.2. Menoch.d.caſ.187.nu.46.

7 Quinto,quia inſtrumenta publicata duo ſunt, & tamen Notarius in ſubſcriptione vtitur num. ſingulari,& ſic oritur alia ſuſpicio ex falſa conſtructione.Menoch.d.caſ.187.nu.45.

8 Sexto, quia Camillus apponi fecit in dictis inſtrumentis legalitatem Archiuij,quòd inſolitum eſt in inſtrumentis in Curia publicatis; & ex inſolita, ac abundanti cautela oriri falſitatis ſubſcriptionem,traditur per Dec.in conſ.175.

9 Septimò, quia vniuerſitas fabrorum de menſe Maij ſub die .... locauit Roberto N. hortos,de quibus agitur,eorum vita durante. Vnde non eſt veriſimile,quod ſub die ... Iunij, eiuſdem anni, & ſic in tam breui tempore, mutauerint voluntatẽ,quæ regulariter mutata non præſumitur,l.nam ad ea.ff.de condit.& demonſtr.& ex inueriſimili falſitatis ſuſpicionem pariter oriri, traditur per Bal.in l.ſcriptura,n.6 .C.manda.Abb. conſ.99.in fine.lib.1.Curt.Iun.conſ.17.col.2.& conſil.171.col.2.Dec.conſ.109.num.46.vol.2.Plot.d. conſ.79.nu.2.

10 Octauo, quia inſtrumentum aſſertæ locationis dicitur factum in vinea, in quo loco non eſt ſolitum confici, & celebrari inſtrumenta; Ideo falſum præſumitur.Plot.d.conſ.79.nu.14.verſ.4. tanto minus.

11 Nono, quia inſtrumentum productum non reperitur protocollatum in Archiuio publico, prout cętera Notariorum inſtrumenta reperiuntur protocollata,argumento eorũ,quę de tarditate regiſtrationis tradit Aym.conſ.28.nu.6.

12 Decimo, quia in eodem inſtrumento enunciatur fuiſſe ſoluta Camerario Vniuerſitatis fabrorum ſcuta centum, & tamen in computis, & libris dicti Camerarij, non apparent vnquam recepta dicta ſcuta centum; & ſic clare apparet de falſitate inſtrumenti,vt in ijs terminis dixit Decian.conſ.109.nu.71.ſeq.verſ.11. Adducitur coniectura,&c.lib.2.

13 Vndecimo, quia Iacobus Primettus vnus ex aſſertis conſulibus deſcriptis, & præſentibus inſtrumento locationis,erat eo tempore abſens ab Vrbe : Ideo clarè apparet falſitas,per ea, quæ in ſimili dixit Cæphal. d. conſil. 287.numero 16. lib. 2.Ferran. Gargiar.conſil.crim.diuerſ. 122. num.5. 12.ſeqq.lib.2.

14 Duodecimo, quia Camillus indicando perſonam,à qua habuit hoc inſtrumentum, nominauit hominem ignotum, & non exiſtentem in rerum natura; Ideo falſitas præſumitur, argumento eorum,quæ dixit idem Decian.conſil.99.num. 15.& conſil.109.num.67.& 69.verſic. octauo colligitur.lib.2.

15 Decimotertio,quia idem Camillus eſt perſona ſuſpecta,& ſolita alias committere falſitates, prout in eadem cauſa ciuili alias falſo in calce cuiuſdam commiſſionis appoſuit manum Herculis Archatonij notarij, & quod fuerunt dati

reue-

Digitized by Google

reuelantes,qui re vera dati non erãt; vnde ſemel falſus,ſemper præſumitur falſus;& propterea falſitas præſumitur ex qualitate perſonæ ſuſpectæ producentis.Spec.*in tit.de Inſtr.ed.§.poſtremò.nu.21.verſ.item opponitur.*Boſſ.*in tit.de falſ.ſub nu.*8. Cæphal.*conſ.*287.*nu.*29.*ſeq.lib.*2.

16 Decimoquarto,quia Notarius rogatus de inſtrumento,aſſeritur quidam Franciſcus de Vannis,& tamen vniuerſitas habebat ſuum notatiũ, videlicet Hieronymum Paparonem, qui ſolitus erat vniuerſitatis inſtrumenta conficere.

17 Quibus ſtantibus,negari prima facie videbatur,nõ poſſe, quin falſitas ſit concludenter probata,ſaltẽ ad effectum, vt inſtrumento tollatur fides,& cũ non agaẽ de pęna capitali,ad Decian. *d.conſ.*109.*nu.*76.*li.*2.& Ioan.Mar. Riminal.*cõſ.*1.*nu.*19.cũ alijs ſupra allegatis.Et conſequenter, q̃d idem Camillus puniendus ſit,nõ vti fabricãs falſum inſtrumentum, ſed vti producens ſuſpectum inſtrumentũ,ad tex.*in l.Iubemus.C. de prob.* Maran.*in ſpeculo,in verbo, & peruenitur aliquando per viam Inquiſitionis.nu.*148.*&*149.

18 Quibus non obſtantibus,eundẽ Camillum eſſe in caſu abſolutionis, facile demonſtrabo, ſi in primis ſingulis præpoſitis præſumptionibus reſpondebo;Ad primã igitur præſumptionẽ de tarditate ꝓductionis inſtrumenti,dicitur, q̃d ea bene procederet,q̃n pro parte Fiſci probaretur,q̃d Camillus à pincipio litis habuiſſet inſtrumentũ, quia tũc differens illius productionẽ videtur eſſe in dolo; At ſecus,ſi illud nõ habebat, prout in caſu noſtro Camillus nõ habuit,niſi paulo ante productionẽ;Ideo non dicitur quis noluiſſe producere ſcripturam, q̃ non habens, producere nõ poterat, quia nemo dat, quod non habet, & vbi ceſſat potentia,quę eſt cõiectura voluntatis, ibi etiam voluntas ceſſare debet,cum in quolibet actu nedum voluntas,ſed etiam potentia requiratur.*c.cum ſuper.de offic.deleg.l.*2.vbi Bald.*C.de donat.ante nupt.*Barb.*conſ.*10.*Animaduerſo pũcto.nu.*25.*ver.& clarũ eſt quod omnis actus.li.*2. Dec.*conſ.*231.*viſo caſu propoſito.ſub nu.*2. Socin.Iun.*cõſ.*72.*nu.*13.*vol.*1.*& conſ.*94.*num.*44.*vol.*2.Rolan.*conſ.*10.*nu.*8.*vol.*3.*& conſ.*39.*nu.*20.*vol.*1.

19 Ad ſecundam præſumprionem de teſtibus, & contrahentibus nominatis in inſtrumento,mortuis, pariter dicitur, quod illa bene procederet, quando inſtrumentum eſſet nouum; ſecus in antiquo,in quo non eſt mirum,ſi propter temporis antiquitatem teſtes ſunt mortui;Sic enim de teſtibus mortuis in inſtrumento nouo, & non antiquo loquitur,& declarat Barba. *in conſ.*43.*col.*2.*vol.*1.prout illum refert Ioan.Mar. Monticell. *in pract.reg.*15.*nu.*135.Immo Menoc.*in tracta.de arbitr.quæſt.caſu* 187.*num.*44.prædicta intelligit, quando teſtes ſunt mortui tẽpore celebrati contractus, non ſi tempore productionis, quia non eſt abſurdum, teſtes nominatos in inſtrumento reperirimortuos tempore productionis inſtrumenti,præſertim antiqui.

20 Ad tertiam, quod literæ, & carta huius antiqui inſtrumenti ſint recentes; Reſpõderur, hoc in facto verum non eſſe, & contrarium conſtat ex depoſitione Illuſtriſſ. D. Fuluij Vrſini, & D. Siluij Hilatij,quorum vnus in recognitione inſtrumẽti dicit,quod literæ,& carta ipſius inſtrumenti,non ſunt vllo pacto recẽtes, ſed antiquæ; Alter vero dicit, quod ipſe vidit alias multa inſtrumenta antiquiora quã illud, de quo agitur, & quod carta,& literę in eo deſcriptę,apparebãt recentiores multò, quam iſtę, de quarũ veritate diſputatur; & tales teſtes fuerunt examinati in cauſa ciuili formiter,parte citata,& cũ interrogatorijs; quo caſu in Iudicio criminali ſi non plenam,ſaltem aliquam probationem faciunt.Bal. *in l.quod euitandi.poſt nu.*1.*C. de condict. ob turpem cauſam.*Bar.*in l.*2.*§.hoc edicto.num.*5.*ff.de arbitris.* Abb.*in c.at ſi clerici.nu.*29. dixit etiam Felyn. *nu.*12.Vbi teſtatur de cõmuni. Dec. *nu.*203.*& ſeqq. extra de Iudic.*Pariſ.*conſ.*80.*nu.*50.*lib.*1.

21 Ad quartum de diuerſitate ſtili,ſubſcriptione, in qua non fecit mentionem impedimenti, propter quod non potuit inſtrumentum totum manu ſua ſcribere,prout fecit in alijs inſtrumentis; Reſpondetur, quod diuerſitas ſtili non inducit regulariter præſumptionem falſitatis, ſicut etiã non inducit præpoſteratio ſoliti ordinis,vel aliquorum verborum omiſſio. Anchar. *conſil.*285. *tria principaliter.numero* 1.*ſeqq.* Corn.*conſil.*136. *numero* 4.*vol.*3.Bal.*conſ.*464.*lib.*4.Pariſ.*conſil.*28. *num.*61. *vol.* 2. Præſertim in inſtrumentis huius Notarij,in quibus,vt ex illorum inſpectione apparet,ſolitus eſt etiam mutare,& diuerſificare in aliqua parte ſuum ſignum in Archiuio deſcriptum;Ideo non eſt mirum ſi etiam in aliquibus verbis mutauerint, ac diuerſificauerint ſubſcriptionem,omittendo facere mẽtionem de impertinentijs, prout fecit in quibuſdam alijs inſtrumentis: Mutare enim, & ſignare, & ſubſcribere, eſt de ſtilo huius notarij; Ideo ex tali mutatione non poteſt induci aliqua ſuſpicio: Nec obſtat Menoch.exaduerſo allegatus, *in caſu* 187.*num.*45.*ſeqq.cum concordan.*quia ipſi loquuntur, quãdo de ſtilo contrario conſtat ex omnibus inſtrumentis eiuſdem notarij. Vnde non inferendum ad caſum noſtrum, in quo de allegato ſtilo non ſolum non conſtat per omnia inſtrumenta,ſed imò,vt dixi,conſtat cõtrarium, quod ſcilicet ſolitus ſit diuerſis ſignis vti,& tamen ſtilus plene, & concludenter probandus eſt per allegantem,vt per Natt.*conſil.*575.*num.*31.*ſeqq.li.*3. Nec dici poteſt ſtilus ille, qui non vniformiter,ſed vario modo ſeruatur.Bar.*in l.*2.*in princip. numero* 21.*ff. ſolut. matrim.* Grauat.ad Veſtr.*in pract.lib.*5.*c.*3.*nu.*5.

22 Ad quintum de falſa conſtructione,cum Notarius vſus ſit nume.ſingulari, dicens, publicum inſtrumentum,cum debuiſſet in numero plurali dicere, publica inſtrumenta, &c. Reſpondetur, quod falſa latinitas non vitiat inſtrumentum, nec contra illud aliquid præſumere facit,vt poſt Bar.Bal.Ang.& alios,quos allegat,tradit Felyn. *in c.ex parte. numero* 2.*de fid. inſtrum.* Nec obſtat Menoch.exaduerſo allegatus *in d.caſu* 187.*num.*46.quia ipſe non loquitur in falſa latinitate,vel falſa cõſtructione;ſed in clauſula, quæ nõ habet

rectam

rectam conſtructionem ad pręcedentia,& ſubſequentia,qui termini ſunt inter ſe multum diuerſi;quia primò caſu,vt dixi, falſa conſtructio non vitiat;ſecundo caſu oritur ſuſpicio; quia non eſt præſumendum,quod Notarius apponat clauſulam ſine ſenſu,& ſubſtantia, argumento eorum, quæ tradit Boniſ.*in tit.de falſ.nu.*11.

23 Præterea licet contractus publicati, ſint duo reſpectu temporis, quo fuerunt celebrati, & reſpectu conuentionis partium,tamen reſpectu tẽporis,quo fuerãt ſub vnica ſubſcriptione,& carta publicati, poſſunt dici vnum inſtrumentum, hoc eſt vnica carta,& vnica ſcriptura continens, & contentum,vt per Rolan.qui teſtatur de receptiſſima opinione *in conſ.*43.*n.*10.*ſeqq.vol.*3.Ideo notarius in ſubſcriptione ſic dixit, vnicũ inſtrumentũ,&c.habens reſpectum,non ad conuentiones contractus,ſed ad cartã,& ſcripturam publicatã,qui proprie dicitur inſtrumentum, & eſt vnica,& hæc interpretatio vt falſitatis ſuſpicio euitetur,facienda eſt.Clar. *in pract.*§.*falſum.verſ. Item debet iudex.* Dec.*conſ.*78.*nu.*12.*vol.*1. Hipp. Riminal.*conſ.*35.*nu.*41.*ſeqq. vol.* 3. Decian. *conſ.* 190.*num.*1. *vol.*2. Et eo magis facienda, quia eſt conformis proprietati verborum, vt per Rolan. in loco citato.

24 Ad ſextum, de inſolita,& abundanti cautela legalitatis appoſitæ,quæ in inſtrumentis in Curia rogatis,regulariter apponi non ſolet;reſpondetur,hoc eſſe verũ in inſtrumentis nõ antiquis, & quorũ Notarij rogati mortui ſunt,ſed eorum memoria recens eſt; & tunc procedit cõſuetudo prædicta,quod in Curia fidem faciunt ſine legalitate.At ſecus in inſtrumentis antiquis,& quorum Notarij iam diu mortui ſint:Cum enim notariatus qualitas,niſi probetur, nõ præſumatur, Aym.*conſ.*72.*col.*2.*nu.*2.Rolan.*cõſ.*32.*nu.*7.*ſeqq. lib.*2.Oſaſch.*deci.Pedem.*117.*nu.*3.*ſeqq.* Ideo legalitatis fide opus erat; & in omnem euentũ dato,quod legalitatis cautela fuiſſet abundans,trita tamen eſt regula,abuudans cautela nõ nocet. *l.non ſolent,vbi gloſſ.& Doct.de re.iur. l.non ſunt liberi.in fine.ff.de ſtat. homin.* cũ alijs de quibus per Stephan.Lamberteng.*de contract.eorum.& ex gl.* 11.*num.*62.

25 Ad ſeptimum,de non præſumpta mutatione voluntatis in tam breui tempore, facilis eſt reſpõſio, quia voluntatis mutatio nõ præſumitur, rebus ſic ſtãtibus;ſecus ſi aliquid ſuperueniat,ob quod veriſimiliter potuerit mutari volũtas,prout in caſu noſtro interuenit,ſolutis ducatis centum,ob quã vniuerſitas fecit nouam locationẽ: Tunc enim mutatio voluntatis facile præſumitur.*l.*3.§.*fina.ff.de adimen.lega.l.paulo.*§. 1.*ff.de legat.*3.Bart.*in l.in confirmando.ff.de confirma.tutor.* Dec.*in c.*1.*in ſecundo notab.de Iudi.*Aym.*de antiq. temp.p.*1.*in princ.ſub nu.*61.

26 Ad octauum,de loco inſolito, vbi aſſeritur celebratum inſtrumentum, videlicet in Vinea; In facto reſpondetur, quod iſti Conſules erant ſoliti ſimilia inſtrumenta celebrare in ſimilibus locis,vt patet in inſtrumẽto ex aduerſo pducto,& celebrato de anno 1520, de quo Notarius fuit rogatus in Hortalibus Circhij. Ergo ſi ratione Vineæ noſtrum inſtrumentum falſum pręſumitur; Idem erit dicendum de inſtrumento ex aduerſo producto,& rogato in Hortis.

27 Ad nonum, quod inſtrumentum non reperiatur regiſtratũ in Protocollo, & in Archiuio, ſupplicatur aduerti,quod Franciſcus de Vannis nullum ex ſuis inſtrumentis regiſtrauit in Protocollo,ſed omnia inſtrumẽta reliquit in ſolijs; & ſic ſcripta in ſolijs reperiuntur in Archiuio;& tẽpore quo inſtrumentũ,de quo diſputatur,fuit rogatũ,nõ erant in Protocollo;ideo non in confectione Protocolli ſumit̃ aliqua ſuſpicio, quia talis erat ſtilus eo tẽpore notariatus in Vrbe; & propterea poterit de eo ſe D. Iudex extraiudicialiter à notarijs informare, iuxta trad. per Grat. *reſponſ.*78.*nu.*1.2.*par.* Vant.*in tit.de nullitat.ex defect.Proceſſ.& ſolemnit.ſent.nu.*86.Carau.*ſuper Ritu magn.Cur.*1.*nu.*24.*ſeqq.vſque ad num.*28. Boer. *conſ.*8.*nu.*17.Rolan.*conſ.*44.*nu.*36.*vol.*1. Brunor. à Sole *in ſuo conſ.crim.nu.*126.

28 Ad decimum,quod in libris, & computis Camerarij non reperiuntur deſcripta illa ſcuta centum, quæ aſſeruntur exburſata in inſtrumento: Reſpondetur, quod liber iſtius Camerarij probat inter ipſum,& vniuerſitatem, nõ contra tertium.Imol.*conſ.*96.*in fine.* Alex.*conſ.*36.*li.*5.Dec. *in c.cum cauſam.col.*2.*in prin.ſuper gl.*1.*de prob.& fi de Inſtrum.*Aym.*de antiq.tempor.p.*1.§.4.*limitatur d.concl.nu.*71.Menoch.*de arbitr.quæſt.caſu* 91.*nu.* 25.*ſeq.lib.*2.Ioſeph Lodou. *concl.*29.*verſ. ſed verior,& magis communis opinio* eſt.

29 Ad vndecimam præſumptionem, de abſentia ab Vrbe Iacobi Primetti Conſulis,quem aſſeritur in inſtrumento interueniſſe; Reſpondetur, teſtes ſuper dicta abſentia examinatos, eſſe falſos, vt conſtat ex fide mandati Procuræ rogatę in actis D. Gubernatoris; Vnde retorquendo hanc præſumptionem contra aduerſarios, dicitur,quod cum eorum querela ſit iurata,iuramentum autem ſit quid indiuiduum, ad plenè tradita per Catell. Cotta *in ſuis memoral.in verbo,iuramentum eſt quid indiuiduum, &c.* Ideo ſicut in hac parte de abſentia Primetti falſum dixerunt, falſi etiam præſumi debent in reliquis contentis in querela, etiam quod contineat capitula diuerſa & ſeparata. Alex.*conſil.* 133. *numero* 7. *lib.*1.*& conſil.*152.*numero* 10.*lib.*7.*& conſil.* 183. *numero* 2.*eod.lib.*Clar.*in pract.quæſt.*53.*verſic.ſed quæro,&c.*Acchil.Perſonal.*de adipiſcen.poſſeſſ.numero* 129.& mendax in vno, in omnibus præſumitur mendax.*l.cum de indebito. ff.de probat.* Pariſ. *conſ.*90. *num.* 29. *vol.* 1. Iacob. Port. Imolen. *conſ.*94.*num.*26.

30 Ad duodecimam, de ſuſpecta indicatione illius Franciſci,à quo Camillus aſſerit ſe habuiſſe inſtrumentum, qui non reperitur in rerum natura; Dicitur,quod eidem Camillo ſufficiebat nominare talem perſonam abſque eo, quod aliud probaret,vt per Butrig. *in l. maiorem. C.de falſ.*& tamen quatenus talis indicatio eſſet ſuſpecta, ex rationibus ex aduerſo deductis, eſt prorſus verificata; & omnes ſuſpiciones ſunt ſublatæ per

tortu-

tortu tam illatam, particulariter ſuper hac iudicatione; qui enim in rottura perſiſtit, omnes ſuſpiciones tollit, & puram veritatem dixiſſe cenſetur, ad vulgatam doctrinam Alberici, *in rubr. de queſt. nu. 9. & in l. edictum. ff. eodem.* Boer. *deciſ.* 163. *num.* 131. Gramar. *deciſ.* 8. *nu.* 9. Arnon. *ſing.* 98. Iodoch. *in pract. c.* 40. *nu.* 3.

31 Ad decimamtertiam, de aſſerta falſitate commiſſa in reſcripto appellationis, per additionē illorum verborum, videlicet, fuerunt dati Reuerētiales, Hercules Archaronius Notarius; Reſpondetur, Primo, quod in actis fuit plenè domōſtratum per plures commiſſiones expeditas; & eſt notorium in foro verſantibus, nō eſſe neceſſariam in ordinarijs reſcriptis appellationis, & appellationum, aliquam fidem Notarij, atteſtantis ſic fuiſſe datos reuerentiales; Ideo cum appoſitio talis fidei, licet manu veri Notarij non ſcripta, in nihilo aduerſario nocuerit, nec etiam nocere poterat, ſequitur, qđ nulla pæna puniri poſſit, nec ordinaria, nec extraordinaria. Caſt. *conſ.* 130. *vol.* 1. Socin. *conſ.* 104. *nu.* 3. *vol.* 1. Vbi de communi. Aym. *conſ.* 46. Iul. Scarlatt. *conſ. cri. diuerſ.* 106. *nu.* 14. *vol.* 2. Narta *conſ.* 588. Rolan. *conſ.* 38. *n.* 45. *vol.* 1. Corn. *conſ.* 182. *col. penult. ver. Et maxime.* Pariſ. *conſ.* 151. *num.* 23. *vol.* 4. Burſat. *in conſ.* 321. *nu.* 13. *vol.* 3. Vbi pariter reſtatur de communi. Franc. Becc. *conſ.* 38. *nu.* 15. & 16. Vulpell. *conſ.* 129. *num.* 13. & 26. Vbi qđ hoc eſt indubitatū. Ioan. Mar. Monticell. *in prac. cri. reg.* 15. *nu.* 87. & *num.* 89. D. Ioſeph. Ludou. *in ſua deciſ. lucen.* 15. *nu.* 1. 23. 47. *& ſeqq.* Et licet Clar. *in §. falſum. verſ. item excuſatur. in fine. nu.* 44. & 45. Bonacoſſ. *in commu. opi. lib.* 1. *verſ. falſum committens*; Et Menoch. *de arbit. queſt. caſu* 306. *nu.* 21. & 22. *li.* 2. dixerint, communem eſſe opinionem, quod falſitas etiam nō nocibilis, puniri poſſit pæna extraordinaria; eorum tamen opinio intelligenda eſt in falſitate, quæ licet non nocuerit actu, potentia tamen nocibilis erat; ideo ratione doli punitur pæna extraordinaria. At ſecus vbi actu, & potentia non eſt nocibilis, quia tunc ceſſante dolo, ceſſat etiam pœna extraordinaria, vt p̄ præallegatos Doctores, quorum numerus cum maior ſit ijs, qui contrarium aſſerunt, vtique efficiunt communiorem opinionem, & ab ea in iudicando non eſt recedendum.

32 Secundo reſpondetur, quod in caſu commiſſionis prædictæ non poteſt re vera dici commiſſa falſitas; Nam quod ſint dati reuerentiales, hoc non eſt falſum, quia de illis apparet in reſcriptis, & qđ Hercules Archatonius ſit Notarius cauſę, hoc pariter falſum non eſt. Nec refert, quod illa verba ſint ſcripta manu tertij, & nō Herculis Notarij, quia dū dicitur, Hercules Archaronius Notarius, nō per hoc aſſeritur, quod ipſe ſic ſcripſit, ſed ſolum dicitur, quod ipſe eſt Notarius cauſæ, & hoc non poteſt negari. Vnde cum addita in ea commiſſione non ſint contraria veritati, vtique ceſſat falſitatis crimen: quod non datur, niſi mutata veritate. Hoſtien. *in ſumma de cri. falſi.* Hippol. *in rubr. de falſ. col.* 1. Gandin. *in tit. de falſ. in prin.* Ang. *de malef. in verbo, falſario pariter in prin.* Marſil. *conſ.* 75. *num.* 1. Fruſtra ergo hic eſt diſputandum, an falſitas non nociua poſſit aliqua pęna puniri, poſtquam nulla adeſt falſitas, per prędicta; & vbi non datur falſitatis delictum, ibi nec pæna falſi ordinaria cadere poteſt. Barr. & alij *in l. Vbi pactum. C. de tranſact.* Bald *in l. decuriones. C. de infam.* Marſil. *conſ.* 128. *num.* 25. & *in pract. crimin. §. conſtante. nu.* 100. Hipp. Riminal. *conſ.* 327. *nu.* 29. *vol.* 3.

33 Ad decimam quartam, & vltimā præſumptionem, quod de hoc inſtrumento ſit rogatus Notarius extraneus, & non Notarius vniuerſitatis; facile reſpondetur, quod etiam inſtrumentum locationis, celebratum de anno 1520. ex aduerſo productum, eſt rogatum à Saſſo Perello, qui nō erat Notarius vniuerſitatis; Et tamen non per hoc dicitur falſum. Vnde data inſtātia, delictum non præſumitur. Iaſ. *in l. creditori. numero* 7. *ff. de non. oper. nunciat.* & ad excludendum falſitatem, ſufficit dare poſſibilem veritatem, licet non neceſſariam. Boſſ. *in tit. de falſ. num.* 133. *verſ. Adde etiam in hac materia falſi.*

34 Cum igitur ex prædictis appareat, nullam ſuſtineri præſumptionem, quę falſitatem ex aduerſo prætenſam arguat, nō eſt opus diſputare, An falſitas probetur præſumptionibus; an vero concludenter probationibus; & tamen ad effectum criminalis condemnationis, prout (licet iniuſte) Camillus fuit condemnatus à D. Locūtenente A. C. non præſumptiones, ſed cōcludentiſſimas probationes luce, vt aiūt, meridiana clariores requiri, magis communiter receptū eſt, ſicuti teſtātur Cæphal. *conſ.* 230. *nu.* 20. & 21. & *conſ.* 233. *nu.* 28. *lib.* 2. Clar. *in pract. §. falſum. verſ. ita eſt cōcluſio.* Suarez. *In ſuo theſaur. recept. opin. verbo, falſitas. nu.* 16. & 18. Franc. Becc. *conſ.* 78. *nu.* 10. *ſeqq. vol.* 1. Hier. Magon. *deciſ. lucen.* 33. *nu.* 3.

35 Et licet præmiſſa ſolum ſufficerent ad victoriam contra Fiſcum, quia tamen, quo me verto, vndequaque innocentiam huius inquiſiti reſpicio; Ideo ad illam prorſus detegendam, conſidero in primis, quod dato, quod contra ipſum aliqua ex prædictis remaneret falſi ſuſpicio, vel præſumptio, prout re vera ex præallegatis omnes excluſæ apparent; certum tamen eſt in iure, quod illa per contrariam veri præſumptionem ſubuertitur, etiam quod minus fortis, & minus potens ſit, Bart. *in l. non ſolum. §. ſed probari. ff. de nov. oper. nunciat.* Gramat. *deciſ.* 18. *numero* 5. Foller. *in conſil. crim. diuerſ.* 139. *numero* 15. *ſeqq. vol.* 1. Cæphal. *conſil.* 424. *num.* 15. *vol.* 3. Franc. Becc. *conſil.* 52. *nume.* 17. & 18. Rolan. *conſil.* 58. *nume.* 8. *vol.* 4. Et cum in præſenti caſu, vt modo dicam, habeamus nedū præſumptiones excluſiuas delicti, & falſitatis; ſed etiam concludentes probationes, quæ oculis proprijs veritatem inſtrumenti nobis anteponunt, vtique ſuccedit alia vulgaris concluſio, quod præſumptio debet cedere veritati. *c. veritatem. cap. ſi conſuetudinem, &c. conſuetudo.* 8. *diſtinct.* Aym. *conſil.* 6. *num.* 70. & *conſil.* 146. *num.* 7. Cæphal. *conſil.* 438. *num.* 77. Rol. *conſ.* 6. *nu.* 30. *lib.* 3.

36 Vrget autem Primo loco contra Fiſcum, &

pro

Digitized by Google

pro innocentia D. Camilli, incipiẽdo à debilioribus,& generalibus,vulgaris illa,& trita regula, quod inſtrumenrum(quod in prima ſui facie nõ apparet raſum, vel in aliqua parte vitiatum)non ſolum habet pro ſe veritatis præſumptionem,ſed etiam dicitur probatio probata, & facit rem manifeſtam,& notoriam.*l.cum precibus.C.de probat. l.deſiderium.C.depoſiti.c.licet cauſam,extra de prob.* cum alijs de quibus per Bal.*conſ.*39.*nu.*1. *verſ. ad euidentiam lib.* ... Socin.Iun.*conſ.*189.*nu.*15.*lib.* 2.Rolan.*cõſ.*26.*nu.*6.*vol.*3.*& conſ.*47.*nu.*20.*ſeqq. vol.*4.Oſaſch.*deci.Pedemont.*117.*num.*1. Anchar. Regien.Iun.*q.*3.*nu.*16.*ſeq.*1.*par.*Illa enim cõcluſio exaduerſo deducta *ex l. Iubemus. C. de prob.* & ex Maran.*in ſpec.in tit.de inquiſit.nu.* 148.*&* 149. cum alijs allegatis, quod falſitas probatur præſumptionibus,procedit,& habet locum,vt in allegatis videri poteſt,& præſertim *in d.l. Iubemus*, & ex Mara.*in loco citato*,in illis præſumptionibus, quæ reſultãt ex inſtrumento vitiato,abraſo,cancellato,ſeu alicui alteri ſimili vitio viſibili ſuppoſito;Vnde ſecus in inſtrumento,in quo nulla inſpicitur macula,prout eſt,de quo agitur,per præallegata.

37 Secũdo ad comprobationem eiuſdem inſtrumenti concurrit bona fama Camilli, & in genere,& in ſpecie per plures, & idoneos teſtes probata:quo caſu,& falſitas non præſumitur.Bal.*conſ.* 402.*nu.*3.*lib.*5.*& in l.*2.*C.de falſ.*Hipp.*in l.qui fal ſam.nu.*116.*ff.de falſ.*Gramat.*conſ.*30.*num.*10.*& deci.*60.*nu.*13.Pariſ.*conſ.*151.*num.*13.*lib.*4. Aym. *conſ.*145.*in fine li.*1.Fran.Becc.*conſ.*78.*n.*24.*&* *vol.*1.Hipp.Riminal.*conſ.*344.*nu.*80.*&* 81.*lib.*3.

38 Tertiò inſtrumenti veritas apparet per recognitionem manus Notarij,de qua deponunt Illuſtriſs.D.Fuluius Vrſinus, D. Siluius Hilarius I.V.D. & D.N. omni exceptione maiores; quo caſu etiam quod dubitatiue per verbũ, videtur, ſcripturã recognoſcerent, talis probatio ſufficit pro veritate inſtrumenti,vt fuit deciſum in vna Auinionen.Pecuniaria,26.Aprilis,1570.coram Oradino,*vt in lib. Miſcellan.deciſ.*11.

39 Quartò vltra teſtium recognitionem concurrit comparatio literarum, quæ pariter, quando non ſumus in recognitione apocæ , habet vim plenæ probationis, Ruyn.*conſil.*70.*ſub nume.*4. *volum.*4.Peregr.*deciſ.*277.*lib.* 1. *ſub tit.de fid. Inſtrum.incip.In cauſa Romana de Picchis.*præſertim concurrentibus adminiculis. Cæphal.*conſ.* 141. *nu.*10.*ſeqq.*

40 Quintò concurrit longa poſſeſſio hortorum, de quibus agitur, quæ non ſolum præſumitur continuata in vim præcedentis tituli , *l. quadam mulier. ff. de rei vendica.* ſed etiam tollit omnem ſuſpicionem falſitatis.Aym.*conſ.*65.*nu.* 11.*verſ. Præterea.*

41 Sextò reperitur aliud inſtrumentum recognitionis factæ per Rubertum Spinellum, authorẽ Camilli, de anno 1543. In quo idem Robertus in effectu recognoſcit ſe habere ab vniuerſitate fabrorũ in Emphiteoſim hortos, de quibus agitur,eiſdem modis,& forma,prout in inſtrumento, de cuius veritate dubitatur ; ideo per hanc enunciatiuam factam in hoc alio inſtrumento recognitionis,ceſſare omnes ſuſpiciones,& præſumptiones exaduerſo deductas,poſt Ant.de Butr. & Abb. *in cap.ex literis.de fid. inſtrum.* & alios quos allegat,latè comprobat Natt. *conſ.* 132.*nu.* 2.*lib.* 1.Aym.*conſ.*77.*nu.*8.

42 Septimò augetur præcedens conſideratio,q̃d eademmet vniuerſitas produxit prędictũ inſtrumentum recognitionis coram Illuſtriſs.D.Vicario in lite ciuili; quo caſu ſic producendo,non ſolum cenſetur fateri omnia in eo cõtenta,ſed nec illa pacto aliquo impugnare, aut cõtradicere poteſt.Bal.*conſ.*399.*nu.*5.*lib.* 1.*& conſ.*317.*nu.*1.*li.*5. Aym.*conſ.*201.*nu.*6.*& conſ.*80.*pariter in nu.*6. Afflict.*deciſ.*25.*nu.*5.Pariſ.*conſ.*125.*nu.*2.*lib.*1.

43 Octauò,& quod plus eſt,hoc idem inſtrumentum recognitionis reperitur regiſtratum ab eadem vniuerſitate in eius cataſtro, ſeu libro cenſuali,in quo alia ſimilia inſtrumenta,& locationes deſcriptæ reperiuntur ; Liber autem cenſualis,ſeu cataſtri plene probat contra eos,qui illius deſcriptioni conſenſerunt, licet ſecus forſan ſit contra tertiũ. *l.cenſualis.C. de donat.* Alexan.*conſ.* 10.*nu.*5.*vol.*4.*& cõſ.*143.*nu.*3.*& ſeqq.li.*2. Iaſ.*in L. decem ſtipulatus.nu.*26.*ff.de verb.oblig.*Pariſ.*cõſ.*4. *nu.*5.*li.*4.Boet.*deci.*105.*nu.*13. D. Ioſeph.Lud. *in commun.opin.concl.*29.*in* 10.*&* 14.*ampliatione.*

44 Nono vniuerſitas querelans recepit ab anno 1539.vſque ad annum .... ſemper & indifferenter reſpõſiones, iuxta formam recognitionis prædictæ, & inſtrumenti, de quo agitur, vt conſtat ex quierantijs in actis producti; *Quæ* obſeruantia per tot , & tot annos inter partes ſubſequuta,& veritatem inſtrumenti obſeruati demonſtrat , & omnem falſitatis ſuſpicionem tollit.Cyn.*inter conſ.*Bald.*conſ.*400. *num.*5.*lib.*4. Aym.*conſ.*165.*nu.*11.*& conſ.*101.*nu.*4.*& conſ.*158. *num.*1.

45 Decimò eadem vniuerſitas inſtrumentũ prædictum recognitionis non ſolum tacite acceptauit,& ratificauit per illius productionem,deſcriptionẽ in cataſtro, & receptionem Canonis, de quibus ſupra, ſed etiam expreſſe illud approbauit,acceptando in actis eiuſdem Illuſtriſs.D.Vicarij deuolutionem hortorum ob generationẽ finitam, iuxta formam dicti inſtrumenti : ſuper qua acceptatione,& declaratione vniuerſitatis, fuit poſtmodum ſequuta ſententia ad fauorem dictæ vniuerſitatis; Quid ergo modo conqueritur eadem vniuerſitas,dicẽdo, Hortos non fuiſſe datos ad tertiam generationem finitã: nã iudicialiter,& facto,& in verbis,tacite,& expreſſe tota falſa eſt.*l.*1.*C.de confeſſ.l.*1.*ff.eodem.l.qui ſententiam.C.de pœn.cum vulgar.*

46 Vndecimò quatenus prěmiſſa non ſufficerẽt, tortura D. Camillo illata, tollit omnem amaritudinem, eum certum ſit, quod per eam omnes præſumptiones,ſuſpiciones,& indicia, quãtumuis vrgentia, ſunt funditus ſublata nedũ, vt non poſſit criminaliter damnari,ſed nec etiam ciuiliter, vt in ſpecie omiſſis alijs, tradit Boſſ. *in tit. quomod. proced. per actio. in delict. numero* 51. *& ſeqq.*Nec in præſenti caſu releuat Fiſcum proteſtatio

teſtatio, de qua in Decreto torturæ, quia eſt cõtraria facto; Ideo nihil operatur. Boſſ. *in tit. de cõfeſſ. nu. 29. & tit. de ſenten. nu. 7. & in titu. de indic. & conſiderat. ante tortur. nu.* 130. Quod autem ſit contraria facto, apparet ex interrogatorijs, de quibus in conſtituto torturæ, de quo interrogatur D. Camillus ſuper dicto inſtrumento, de quo agitur; & ad dicendum veritatem, quia depoſita per ipſum, & Franciſcũ diſtant a veriſimili; & fuit ẽt monitus ad dicẽdum veritatẽ; ſuper quibus aũt illata fuit tortura, dixerũt Gram. *deciſ. 96. n.* 1. & Boſſ. *tit. de indic. n.* 130. *& ſeq.* Quòd attendi in primis debeant interrogatoria. Item quod tortura fuit illata ſuper prætenſo principali delicto, & nõ ſuper indicatione prætẽſę perſonæ ſuppoſitæ: apparet ẽt euidenter ex Decreto torturæ, Ibi, viſis, &c. Vbi repetuntur oĩa prętenſa indicia, tangentia prætẽſam principalem falſitatem; Ideo ex illis tacitè iudex præſumitur motus ad faciendum decretum, vt *in pract. Papien. de form. ſenten. diffin. in gl. iuribus & inſtrumẽtis.* & ex forma Decreti pariter colligi, ſuper quo tortura fuerit illata, tradit D. Octau. Vulpell. *in conſi. 4. facti ſeries, nu.* 13. *vol.* 1.

47 Prætere a quando tortura illata datur cũ proteſtatione, nõ ſup delicto principali; ſed ſup cõplicibus, prout ex aduerſo Fiſcus prætendit cam illatã, in præſenti caſu debet eſſe leuis, & moderata. Clar. *in* §. *fi. q. 64. uerſ. ueritas eſt.* Boſſ. *tit. de mãd. ad bom. nu.* 31. ſed tortura illata D. Camillo fuit atrox, quia ferè per horã, ergo debet operari aliquid plus, quã id, ſuper quo fuit proteſtatum.

48 Duodecimo, & hoc, ni fallor, ponit gladiũ ad radicẽ; Certũ eſt, quod Camillus non põt criminaliter condemnari de falſitate, Tum quia nullę cõtra ipſum adſunt falſi ſuſpiciones, vt patet ex prænarratis; Tum ẽt, quia quatenus aliquæ adeſſent ſuſpiciones, illæ nõ ſufficiunt ad criminaliter condemnandum, ſecundum receptiſſimã omnium opinionẽ, de qua ſupra in verſ. cũ igitur ex prædictis, &c. Et propterea iure optimo fuit abſolutus a pęna criminali per D. Bernardum. Nec credo, ꝙ in hoc D. meus poſſit facere difficultatẽ, ſi non põt criminaliter dãnari; Ergo nec ẽt põt iudex criminalis ciuiliter inſtrumẽto tollere fidem; cum certũ ſit in iure, iudicem criminalẽ nõ poſſe ſuper ciuili pronunciare; niſi incidẽter ad condẽnationem rei. *l. ſolemus.* §. *latrunculator*, & ibi Bal. Caſtr. & alij. *ff. de iudic.* Ang. de malef. *in verbo, per iudicẽ maleficiorũ, nu.* 1. & ibi Hier. Cuccolon. *in addit.* Boſſ. *in tit. de foro compe. nu.* 121. *& tit. de furt. nu.* 49. Cum. n. regulare ſit, quod abſolutoria lata in criminali iudicio, præiudicat etiã in ciuili. *l. 2. §. 1. ff. de vi bon. rapt. l. 1. ff. quãdo ciuil. actio crim. præiud.* Hier. *in addit.* ad Ang. de malef. *in verbo, & ad querelam. nu.* 97. Ideo abſurdũ eſt, quod reus criminaliter abſoluatur; ciuiliter aũt condẽnetur, *vt conſ. crim. diuerſ.* 106. *nu.* 1. *vol.* 1. *in paruis*, & in terminis falſitatis, eſt doctrina Boſſ. *in tit. quõ proced. per actio. in delictis. nu.* 51. vbi propterea cõſulit querelãtes ſup falſitate, in qua nõ habẽt, niſi ſuſpiciones, quæ in criminalibus non ſufficiãt ad cõdẽnandũ, vt iſto caſu nõ intentẽt viã criminalẽ, ſed ciuilẽ: quo caſu abſolutionis rei a pœna criminali, nõ poterit ipſe reus a ſolis ſuſpicionibus ciuiliter condemnari per eundem iudicem, qui illum abſoluit criminaliter.

49 Concludo ergo, quod ſnĩa D. Bernardi in eo qđ abſoluitur Camillus a pęna criminali, venit confirmanda: In eo aũt qđ tollitur fides inſtrumento ciuiliter; veniat oĩno reuocãda, ꝑ præallegata: quæ licèt, ni fallor, ſatis clara ſint, quatenus tñ rem dubiã redderent, in dubio pro nõ falſitate, & pro validitate inſtrumẽti iudicãdũ eſt. ad gl. *in l. iuriſgentium.* §. *quod ferè. in verbo, contrarium. ff. de pact.* quã dixit cõiter approbatã Curt. iun. *in l. ſingularia. poſt nu. 36. ff. ſi cer. pet.* Cæpoll. *conſ. crim. 22. num.* 17. Clar. *in* §. *falſum. verſ. item debet Iudex, &c.* LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

2 *Pœna capitali.* Pręſupponit hic D. Fiſci Aduocatus, falſi pœnã eſſe ẽt ſaltem quandoq; capitalem, & hoc nõ habet difficultatem in falſificante Bullas Apoſtolicas, ad tex. *in c. ad falſariorum. cũ ibi notat. per Doct. de crimine falſi.* ſed extra illũ caſum, qñ falſitas eſt magna, adhuc imponi poſſe mortis pœnam, ſcripſiſſe vidẽtur Port. Imolen. *conſi. 94. nu.* 40. Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucen. 15. nu. 7. & ſeq. par.* 1. & propterea audiui a D. meo Farin. tempore Sixti V. fuiſſe morti traditum quẽdam Medicũ (qui melius feciſſet ſi in medicãdis infirmis ſtudiũ præſtitiſſet) pro eo qđ cauſa lucrandi notabilẽ pecuniarũ quantitatem ab Illuſtriſ. viris, confingẽdo Notariũ, & teſtes, falſum fabricauit teſtamentũ cũ antiquo falſo fideicõmiſſo. Illudq; caſu inueniſſe ſimulans ad dictũ fideicommiſſum prętẽdẽribus reuelauit, & alias maiores, maioreſque importantiæ falſitates commiſerat.

Rationc autem conſuetudinis iterandi falſitates, & præſertim in Notario, plures falſitates committente, mortis pœnam Mediolani infligi ſolere, teſtatur Clar. *in pract. crim. in* §. *falſũ. uerſ. fabricans, in fine.* Nec diſſentit Iodoch. in ſimili *pract. crim. c. 123. nu.* 23. Et pariter ab eodem D. meo Farin. audiui nonnullos notarios Al. pro pluribus, & diuerſis falſitatibus ab eis cõmiſſis, ex quibus notabilem pecuniarum quantitatem ſurripuerũt, in eorũ contumaciam fuiſſe in pœnam vltimi ſupplicij condemnatos; Et nõ ſunt plures anni quod tempore huius Sanctiſ. Pontificis vidi ego vltimo ſupplicio affectũ vnũ Notarium, qui pariter plura falſa celebrauerat inſtrumenta ſocietatum officiorum, falsò obligando diuerſas perſonas, pecuniaſq; dictarum ſocietatum in proprium vſum conuertendo.

Verum ne in hac re, vbi agitur de vita hominis, decipiaris, diſtingue hoc modo; Aut falſitas eſt commiſſa in litteris Apoſtolicis, & tunc intrat pœna d. c. ad falſariorum, & quid de falſificantibus literis Principis ſæcularis, tradunt ibi Doctores, & alibi dicitur. Si vero falſitas eſt cõmiſſa extra litteras Papæ, & Principis ſęcularis, & tunc aut eſt vnica falſitas, aut ſunt plures.

Si falſitas eſt vnica, & tunc ſiue ſit magna, ſiue ſit parua, quicquid in contrarium dixiſſe videantur Port. Imolen. & Ioſeph. Ludou. in locis pręcitatis, pęna mortis imponi nō debet; Iure enim antiquo, & ſecundum leges in ſeruo pęna falſitatis erat vltimi ſupplicij; In libero vero homine erat deportatio, cum publicatione bonorum, *ad l. 1. §. fin. ff. ad l. Corn. de falſ.* ſed cum hodie bona non publicentur, *per auth. bona damnat. C. de bon. proſcriptor.* Deportationiſque pœna ab aula receſſerit, falſi pęnam eſſe arbitrariam, magis communiter receptum eſt per Doctores, ad trad. per Clar. *in pract. §. falſum. verſic. ſed quaro qua ſit*, & per Vulpell. *in conſil. 1. nu. 15.* & per Hieron. Lauren. *deciſi. Auinionen.* 108. *num.* 13. Hanc autem pœnam, quę arbitraria eſt, iudex grauiorem vtique arbitrabitur tàm in magna falſitate, quàm in parua; in pœnam mortis autem, nunquam, quando, vt dixi, falſitas eſt vnica; & propterea, prout audiui a D. meo Farin. tempore Pij Quinti Sanctiſſimæ memoriæ, quidā nomine Ioſeph, qui falſificauerat manum Octauiani Veſtrij in quadam apocha prætenſæ ſocietatis officij ſcutorum duorum millium, nō morti traditus fuit, licet falſitas potuiſſet dici magna reſpectu quantitatis pecuniarum; ſed fuſtigatus, & ad triremes tranſmiſſus.

Sic, & in ſpecie notarium pœna falſi, & arbitraria puniendum eſſe, dixerunt Ioan. de Platea *in l. 1. nu. 1. ad finem. uerſi. ſi autem ſuper contractu licito*, & ibi Ang. *nu. 1. verſic. nota caſum, C. de immunit. nemin. conceden. lib.* 10. Auguſt. ad Ang. *de maleſi. in verbo, falſario, num. 48. verſ. Et ſic bene nota.* Gandin. *in tit. de falſar. num. 3. ad finem. verſic. & ſi de hoc.* Capyc. *deciſi.* 153. *num.* 2. Rolan. *conſil.* 38. *num. 14. & ſequen. lib.* 1. Clar. *in §. falſum. uerſi. fabricans falſum. in princ.* Et propterea quandoque Notarius falſitatem committens, pecuniaria pęna mulctatur; quandoque in exilium mittitur; quandoque fuſtigatur; & quandoq; etiam ad triremes condemnatur, iuxta falſitatis per eum commiſſæ, & lucri inde habiti, qualitatem, & quantitatem; ſemper tamen cum priuatione exercitij Notariatus impoſita.

Si vero falſitates ſint plures, & tunc hic opus, hic labor eſt; Exempla enim ſupra tradita de medico, & notario, iunctis authoritatibus Iodochi, & Clari in locis præcitatis, mortis pęnā imponi debere, ſuadent; in contrarium vero, quod propter falſitatum reiterationem, non poſſit pęna mortis infligi, faciūt tradita per Gram. *deciſ.* 16. *nu. 5. in fine*, per Clar. *in pract. §. fin. q. 84. verſic. ſed hic incidenter etiam, in fine*, & per D. meum Farinac. *in pract. crim. par. 1. tit. de delict. & pœn. q.* 23. *num.* 7. Generaliter atteſtantes, quod quicquid ſit de iure, de conſuetudine tamen non imponitur pęna mortis, propter quamcunq; delictorū iterationem; & in ſpecie in Notario, qui plures falſitates commiſerat, quod pęna nō ſit mortis, ſed arbitraria, præſupponit Capyc. *d. deciſ.* 153. *nu. 2. & ſeqq.* (licet in caſu ſuo propter particularem conſtitut. contrarium fuerit ſeruatum.)

In hac cōtrarietate ego multum iudicis arbitrio tribuerem; ſi enim falſitates cōmiſſæ, eſſent non modicæ importantiæ, grauiſq; præiudicij, prout fuerunt illæ cōmiſſę per medicum, de quo ſupra, & per Notarios, de quibus ſupra; qui ex dictis falſitatibus maximam pecuniarum quantitatem furati ſunt; & tunc non exiſtimarem abſurdum eſſe, mortis pęnam imponere, vt ex grauitate ſupplicij deterreantur alij, abſtineantque ſe ab huiuſmodi ſcelere perperrando: ſi vero falſitates non ſint tanti præiudicij, nec ex illis Notarius, aut alius mulrū lucratus fuit, & æquius, & magis iuridicum tūc arbitrarer, ſi mitior quā mortis inferatur pœna. Et ad ſic dicendum moueor, quia nec etiam in iure abſolutè verum eſt, quod propter delinquendi conſuetudinem pœna mortis de neceſſitate inferri debeat, ſed tunc demum, ſi iudex ita ſtatuerit; Et ſic iſto caſu, iudex non cogitur, ſed poteſt, ſi vult, vltimum inferre ſupplicium, propter delinquendi iterationem, & conſuetudinem; prout bene aduertit Fabian. a Monteleon. *in ſua praxi arbitr. in 3. & vltima par. quartæ partis principalis, nu. 769. fol. mihi* 259. Et ſecūdum hanc diſtinctionē ſcio pluries fuiſſe in Vrbe ſeruatū tā in notarijs, quā in alijs, qui licet plures cōmiſerint falſitates, fuerunt tātūmodo, aut fuſtigati, aut ad triremes trāſmiſſi.

Hoc vnum te ſcire volo, quod nunquam ex pluribus falſitatibus quantumuis magnis, ſeu etiam delictis quantūuis atrociſſimis, debet quis ad mortē damnati, propter delinquendi conſuetudinē, niſi prædicta omnia delicta & falſitates fuerint plenè & concludenter probatæ, non aūt præſumptiuè; nā delinquendi cōſuetudo pœnā nō auget ex præſumptiua probatione, ſed tantū ex plena, & concludenti, vt pulchrè conſuluit Petr. Ant. Anguiſ. *in conſi. 18. nu. 1. & ſeqq. lib.* 1.

Et, vt ad rem redeam, dum hic D. Conſultor facit concluſionem, quod falſitas probatur pręſūptionibus, qn̄ non agitur de imponēda pœna capitali, cum ex præallegatis appareat regulariter falſi pœnā non eſſe capitaliter; Verius dicas, falſitatem probari præſumptionibus, qn̄ agitur de imponendo pænam, non corporalem, ſed extraordinariam, mitiorē, ſ. ea, quæ imponeretur, ſi falſitas per veras probationes deducta fuiſſet, ſecundum Aym. *in conſ. 73. nu. 19. verſ. quod procedit.* Monticel. *reg. crim. 15. nu. 161. verſ. quod intelligeverum.* Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucen. 13. nu.* 50. Vbi teſtatur de communi. & alios referuntur cōcordātes. Bertaz. *cōſ. 91. n. 35. li.* 1. Menoc. *de praeſūp. li. 1. q. 99. nu. 11. in fine, iuncto nu. 19. pariter in fine*, apud quos plures alios idem tenentes reperies.

Probationem probatam. Iſta concluſio, quod inſtrumentum habēs pro ſe præſumptionē, faciat rem manifeſtam, & euidētiſſimam, habeatq; vim diffinitionis cauſæ, & alia ſimilia, probatur *in l. cum precibus, C. de probat. in l. deſiderium. C. depoſiti. in c. dilecti. extra de donat. in c. licet cauſam. extra de probat.* & pluribus exornantur per Nouell. *reg.* 120. Rol. *conſil. 9. nu. 15. & ſeq. & conſi. 61. nu. 28. vol. 1. & conſi. 85. nu. 37. & ſeqq. conſil. 89. num. 1. & ſeqq. eod. vol. 1. & conſil. 40. num. 7. & ſeqq. & conſi. 58. nu. 6. & conſi. 63. nu. 1. & ſeqq. lib. 4. & cōſ. 96. nu.*

Digitized by Google

96.*nu.*17.*& conſi.*79.*num.*87.*& conſil.*57.*nu.*1.*& ſeqq.lib.*3.*& conſ.*26.*nu.*6.*eo.lib.*3.*& conſ.*47.*num.* 20.*& ſeqq.li.*4. Anchar. Regien.*q.*3.*nu.*16.*& ſeq. par.*2. Hercul.*in tracta.de negat.nu.*150. Cæphal. *conſ.*4.*nu.*19.*& ſeqq.& conſ.*109.*nu.*5.*& ſeqq.lib.* 1.*& conſi.*287.*nu.*1.*& ſeqq.& conſ.*261.*num.*5.*& ſeq.lib.*1.*deciſ.Pedemon.*117.*nu.*1.*& deciſ. Auinio-n.n.*91.*pariter nu.*1. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen.* 35.*nu.*7.*& ſeqq.*

Verum iſtam concluſionem declara, vt per Soc. *in reg.*351.& per Rol. *in conſ.*63.*n.*45.*& ſeq. li.*4.*& cõſ.*55.*n.*9.*eo.lib.* vt videlicet procedat, dummodo inſtrumentum habeat ſua ſolemnia, & ſit validum: alias ſecus. Item dummodo contra inſtrumentum nihil opponatur; ſecus ſi opponatur, quia donec ſuper validitate inſtrumenti diſcutitur, inſtrumentum nullam facit fidem, prout etiam ita Oſaſc. *deciſ. Pedemont.* 129.*nu.*7.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Exactè diſcutitur, an, & quando ſuſpicio falſitatis oriatur ex Apoſtillis, & caſſationibus repertis in Baſtardello Notarij, ad effectum, vt inſtrumento fides tollatur, ac de alijs præſumptionibus, quibus idem inſtrumentum de falſo redditur ſuſpectum.

SVMMARIVM.

*Falſitas inſtrumenti probatur præſumptionibus, quando agitur de tollendo fidem ipſi inſtrumento, nu.*1.*& nu.*13.

*Apoſtilla in margine inſtrumenti poſita, ſi eſt magni præiudicij, non facit fidem, nec probat, nu.*2.*& nu.*16.

Apoſtilla circa ſubſtantialia inſtrumenti, & quæ alterat ſubſtantiam negocij, præſumitur falſa, numero 2.*in fine, & num.*16.

*Falſitas maxima præſumitur ex caſſatione verborum, quæ recipiunt ſubſtantiam inſtrumenti. nu.*3.

Falſitas maxima præſumitur ex diuerſitate atramenti. numero 4. *& in addit. litera* a. *Vbi de materia, & numero* 18. *& ſeq.*

*Notarius addens, minuens, mutans, aut caſſans aliquid poſt ſtipulatum inſtrumentum ſine partium conſenſu, dicitur falſum committere, nec partibus præiudicat, num.*5.*in fine, & num.*6.

Soluens cenſetur agnouiſſe debitum. Declara, niſi ſit error in ſolutione, vel dolus ex parte recipientis, numero 8. *& in addit. litera* b. *Vbi de materia, de qua etiam, numero* 29.

*Dolus præſumitur ex falſa expreſſione, nu.*9.

*Notarij bona fama, & purgata fides, tollit omnem falſitatis ſuſpicionem. num.*11.

*Notarius præſumitur potius bona famæ, quam è contra, nu.*11. *fallit quando agitur de præiudicio tertij, ibidem, & in addit. litera* c.

Fama bona non tollit ſpecialia indicia.

*Falſæ ſuſpiciones regulariter non habentur pro concludenti probatione. nu.*13.

*Falſitatis duæ coniecturæ ſufficiunt ad tollendum fidem inſtrumento. num.*13.

*Præſumptiones, & indicia ſufficiunt in delictis occultis, & difficilis probationis. nu.*14.

*Apoſtilla inſtrumenti ſcripta manu eiuſdem Notarij facit fidem, & non eſt ſuſpecta de falſo. num.*15. *Declara, vt d. nu.*15.*& ſeqq.*

*Apoſtilla quamuis ſcripta manu eiuſdem Notarij, dicitur tamen aliquantulum ſuſpecta. nu.*16.

Apoſtilla reperta in prothocollo non dicitur ſuſpecta de falſo, ſecus ſi in filzia inſtrumentorum. Quod an verum ſit, numero 17.

*Baſtardello Notarij nihil credendum prothocollo non exhibito, vt num.*17.

*Exempla non reſtringunt regulam, nu.*17.*in fine.*

*Apoſtilla inſtrumenti in dubio præſumitur addita in continenti de voluntate contrahentium; non autem ex interuallo, nu.*18. *vbi quod hoc fallit, niſi in contrarium adſit aliqua præſumptio, vt puta diuerſitas atramenti.*

*Præſumptio ſpecialis tollit generalem, nu.*18.*in fine.*

Apoſtilla inſtrumenti addita per Notarium debet ſubſcribi ab eodem Notario, & approbari in fine inſtrumenti, numero 20. *Vbi quod conſuetudo contraria non valet.*

*Apoſtilla etiam ſcripta manu Notarij inducit falſitatis ſuſpicionem quando ciuiliter agitur. nu.*21.

*Cauſa fatua, & iniuſta excuſat in crimine falſi. num.*22. *& in addit. litera* d.

Cauſa fatua, & iniuſta non excuſat a dolo præſumpto, & a pœna extraordinaria, & pecuniaria, num. 22. *& in addit. litera* e.

*Cauſa fatua, & iniuſta non excuſat quando de crimine agitur ciuiliter, num.*22.*in fine, & in addit. litera* f. *Vbi idem ſi agitur de intereſſe partis.*

Conſuetudo excuſat Notarium a pœna falſi, numero 23. *& in addit. litera* g. *Declara niſi agatur de maximo præiudicio tertij, nu.*26.

Notarius de conſuetudine in Baſtardello ſolet facere plures caſſationes, & additiones, nec propterea fides aliqua inſtrumenti diminuitur, numero 23. *Declara, vt numero* 24.*&* 25.

*Dictio, poſt, intelligitur quandoque non ex interuallo, ſed in continenti, num.*27.

*Confeſſio extraiudicialis facta ad interrogationem partis præſentis, & acceptantis, plene probat. nu.*28.

*Subſcribens cenſetur approbaſſe omnia contenta in ſcriptura ſubſcripta, nu.*30.

*Iudex poteſt extraiudicialiter, & in Camera ſe informare de ſtilo notarij, nu.*31.

Notarij error, & ſimplicitas partibus nocere non debet, numero 32.

*Inſtrumenti fides, vbi in dubium reuocatur, recurrendum eſt ad Baſtardellum, & ad matricem, nu.*32.*in fine.*

CONSILIVM XII.

1 ADSIT DEVS. Ad hoc, vt inſtrumentum non habeat exequutionem, ſufficit, vt tantummodo de falſo ſuſpectum reddatur; & propterea præſumptiones iſto caſu haberi pro legitimis probationibus, dixerunt poſt alios Cæph. *conſ.*287.*nu.*5.*& ſeqq.*40.*&* 47.*vol.*2.*et conſ.*338. *nu.*21.*& ſequen.lib.*3. Gabriel. *lib.*7.*concluſ.*6.*nu.* 5. Soarez. *in commun.opin. verſi. falſitas. nu.*16.*&* 17. Clar. *in pract.* §. *falſum. verſi. trita eſt concluſio.* cum alijs adductis per Menoch. *de adipiſcen. remed.*4.*nu.*700.

2 Concurrunt in caſu noſtro plures falſæ præſumptiones, imò, & concludentes probationes; Dubitatur enim hodie, quia mortuus eſt Reuerendus D. Petrus Duſinus, An ſocietas ſcutorũ centum ad eius fauorem contracta, inita fuerit ſuper vita nominanda in ratificatione, & interim ſupereius vita, prout cantat ſcriptura, in vẽtre inſtrumenti reperta, licet cancellata; An vero ſuper vita D. Hieronymi ſui Nepotis, iuxta apoſtillam in margine deſcriptam? & quidem cũ iſta apoſtilla ſit magni præiudicii, ei minimè credendum, & ex ea inſtrumentũ de falſo ſuſpectum reddi, dixerunt Anchar. *in conſ.431.nu.2.in 2.fundamento.* Bald. *in l.ſi vnus.C.de teſtam.* Menoch. *de arbitrar.quæſt.caſu* 187.*num.*34. & quando apoſtilla addita fuit circa ſubſtantialia, quæ alterant negocium, tunc multo magis, quam in alijs, præſumitur falſitas. Alex. *conſ.74.col.2.in* 1. Marſil. *conſ.77.vol.2.* Rub. Alexandrin. *conſil.*15. Decian. *conſi.*100.*nu.*45.*vol.2.*

3 Secunda oritur prẹſumptio ex cancellatione illius clauſulæ, in qua ſocietas inita dicitur ſuper vita ipſius Domini Petri. Vbi enim in inſtrumento caſſum reperitur aliquid, quod de ſubſtantia inſtrumenti eſt, oritur ex tali caſſatione etiam falſi ſuſpicio. Cæphal. *d.conſi.*287.*nu.*38. *& ſeqq.vol.2.qui videatur, & d.conſil.*338.*nu.*26. *cum ſeqq.*

4 Tertio, quod apoſtilla in margine deſcripta, & cancellatio ſcripturæ, de qua in ventre inſtrumenti, fuerit poſt ſtipulatum inſtrumentum cõfecta, probatur manifeſte ex diuerſitate atramẽ-

a ti,[a] quo ſcripta eſt apoſtilla ab eo, quo ſcriptum eſt inſtrumẽtũ ipſum; ex quo clarè dignoſcitur, apoſtillam fuiſſe poſt inſtrumenti celebrationẽ additam; & conſequẽter falſitas eo magis præſumitur, prout in ijs de attramenti diuerſitate conſiderarunt Cæphal. *d.conſi.*287.*nu.*27.*& d.conſil.*338.*nu.*32. Menoch. *d.caſu* 187.*num.*35. Acchil. Perſonal. *de adipiſcen.poſſeſſ.nu.*14. Caputaq. *deciſ.3.nu.14.par.2.*

5 Quarto id multo clarius apparet ex fide societatis per eundem aduerſariũ exhibitæ, in qua reperitur eadem apoſtilla, prout in inſtrumẽto rogato; certum eſt enim, quod fides ſocietatis non ſolet extrahi a Notario, nec partibus dari, niſi poſt contractum, & ſtipulatam ſocietatem; ſed ſi tempore ſtipulationis, de conſenſu partium, Notarius feciſſet illã additionẽ, de qua in margine, & illam cãcellationẽ, de qua in ventre inſtrumẽti, vtiq; ex eodem inſtrumento extraxiſſet fidem puram, nitidã, & ſine vlla additione, aut cancellatione: cuius cõtrarium cum feciſſet, neceſſario eſt dicendum, quod poſt ſtipulatum cõtractum ea oĩa abſque partium conſenſu addiderit, & caſſauerit; quo caſu falſus reputatur Notarius, *vt in conſi.crim.diuerſor.*127.*nu.*3.*vol.*1.

6 Quinto, & vltimo omiſſis cõiecturis habemus duos conteſtes, qui aſſerũt audiuiſſe a Notario, & vt ẽt mihi ſupponitur, hodie etiam ipſe Notarius idẽ fatetur, quod illa additio, & caſſatio reſpectiuè, & cõſequẽter nominatio vitæ D. Hieronymi Duſinę, fuerunt per eundem Notarium appoſitæ poſt inſtrumentũ ſtipulatũ, ad inſtantiã Fabritij Politiani Procuratoris ipſius Reuerendi D. Petri Duſinæ, qui ita, vt faceret, ſibi iniunxit; & tamen hoc minimè Notario licitũ eſſe, dubitandum non eſt; quia ſi poſt ſtipulatum inſtrumẽtũ aliquod addidit, mutat, ſeu minuit, ſine ambarum partium conſenſu, falſum cõmittit, nec partibus præiudicat. Bar. *in l.1.§.qui in rationibus.ff.de falſ.& l.domus.iuncta gl.C.eodem, & in l.quid ſit falſum.ff.eodem, & in l.ſi ex exemplum.C.eodem.* & *d.conſi.crim.*22.*nu.*3. cum alijs infinitis relatis per Cæph. *d.conſi.*138.*nu.*15.

7 Quibus non obſtat, quod Reu. D. Petrus Duſinus eſſet ſolitus dare pecunias in ſocietatẽ ſuper vita Hieronymi ſui Nepotis; ita.n. coniectura ſumpta a ſolito, quæ leuis eſt, aliquid certè faceret, niſi in contrariũ adeſſent tot aliæ præſumptiones, & probationes, ſed cũ in illa apoſtilla in margine addita, ex cãcellatione ipſius inſtrumẽti, ex atramenti diuerſitate, ex inſpectione fidei per Notariũ datæ, ac per teſtes examinatos pleniſſimè conſtet, quod poſt ſtipulationem inſtrumenti Notarius mutauit vitam Reuer. D. Petri in vitã Hieronymi, parum curandum eſt de prẹſumptione ſoliti, quia in claris non eſt opus coniecturis; poſſunt enim hæc ſimul ſtare, quod pluries inierit ſocietates ſuper vita Hieronymi ſui Nepotis, & quod hanc D. Acchillis voluerit exponere ſuper periculo vitæ ſuæ.

8 Minus obſtat ſolutio vnius ſemeſtris facta p D. Acchillem poſt mortem Reu. D. Petri, quaſi quod per illam tacitè cenſeatur agnouiſſe debi-

b tũ,[b] & in futuris ſemeſtribus prẹiudicaſſe ſibi, ad tex. *in l.cũ fidẽ.C.de non num.pecu. & in l.2.C.quod met.cauſ.* quia qñ in ſolutione expreſsè dicitur, quod non intendit ſoluens agnoſcere debitum, vel qñ eſt error in ſolutione, vel qñ ẹſt dolus ex parte recipientis, nunquam per ſolutionem ſoluenti in aliquo præiudicatur. Natta *conſi.77.nu.7.vol.1.deciſ.Pedemon.57.nu.*34. Menoch. *de arbitr.quæſt.lib.2.caſu* 336.*nu.*28.

9 [a] Hæc omnia militãt in caſu noſtro, quia vt apparet ex quietatione Hieronymi, Acchilles ſoluit illud ſemeſtre ſub falſa expreſſione aduerſarii, & falſa aſſertione Fabritij Politiani eius Procuratoris, quod ſcilicet Reu. D. Petrus in ratificatione nominauerit vitam Hieronymi; quod cum nõ verum reperiatur, apparet de errore Acchillis, & de dolo aduerſarii falſum aſſerentis, & cõſequenter ſoluentis: vnde ſolutio indebiti in nihilo præiudicat, per ſupra allegata, videatur Aym. *conſ.*11.*nu.*13. vbi quod dolus præſumitur ratione mẽdacij, & ex falſa expreſſione argui dolum, idem Aym. *conſi.*282.*nu.*7. Decian. *conſi.*32. *nu.24.& ſeq.vol.*3.

10 Poſtremo cõſiderat Dominus meus, quod ſi fuiſſet mortuus Hieronymus Nepos Duſinæ, & D. Acchilles dixiſſet fuiſſe lucratam ſocietatem, potuiſſet Duſina illi reſpondere, nõ fuiſſe lucratam, ex quo ipſe contraxit ſocietatem ſuper vita nominandæ perſonæ, vel alias propria eius vita, & rectè dixiſſet, ꝙ non fuiſſet lucratus, quia Notarius, abſque voluntate partium ſtipulato

pulato inſtrumento, non potuiſſet mutare perſonam; ſic ergo poteſt nunc verſa vice idem facere Acchilles, cum ex contrahentibus non debet eſſe vnus melioris conditionis, quam alter, nec debet fieri claudicatio, iuribus vulgaribus.

11 Quibus non obſtant ex aduerſo deducta per alios ex aduerſo Dominos Scribētes, quia dum primo loco ſupponitur, quod bona fama, & pur gata fides Notarij tollat quātumuis maximam ſuſpicionem, ad tradita per Pariſ. *in conſil.* 28. *nu.* 49. Cæpoll. *conſil. crim.* 40. *Lucius cius*, cum alijs ex aduerſo allegatis, & quod bona fama etiam, quod nō ſit probata, ſemper a iure præſumatur, cum regulariter quis ſemper præſumatur potius bonus, quā malus. *l. merito. ff. pro ſocio. l. abſentem. ff. de pœn.* cum vulgaribus. Reſpondeo, quod qn c tractatur de intereſſe, & præiudicio tertij [c], nec bonitas, nec bona fama præſumitur; ſed per eū, qui ſe in ea fundat, probanda eſt. gloſ. *in cap. ſtatutum. §. cum vero. verſ. ab aliquo. de reſcript. in 6. alia gl. in c. ſi quis præterea. in gloſſ. fina.* 50. *diſtinct.* Alciat. *in tract. de præſumptionib. reg.* 3. *præſump.* 2. *num.* 2. & 3.

12 Reſpondeo ſecundo, dato, quod bona fama præſumeretur, vel quod eſſet probata, quorum neutrum verū eſt, per illam tamen non tollitur, niſi indicium contrarium malæ famæ; ſpecialia autem indicia, & præſumptiones minimè tollun tur. Idem Cæpol. ex aduerſo allegatus *in d. conſi.* 40. *nu.* 42. & 43. Alex. *conſi.* 77. *nu.* 5. *vol.* 1. Marſil. *conſi.* 3. *nu.* 12. Roman. *conſ.* 167. *in fine*, & in termi nis falſi criminis traditur *in conſi. crim. diuerſ.* Zileti 123. *nu.* 2. *in magnis*, & de cōſuetudine ita ſeruari, teſtatur Clar. *in pract. crimin. quæſt.* 60. *verſ. frequenter etiam.*

13 Dum ſecūdo pariter ſupponitur, quod in crimine falſi ſuſpiciones non habentur pro concludenti probatione, ex Socin. *in conſil.* 39. *nu.* 77. & Roman. *in conſ.* 140. *nu.* 11. & quod imò ad falſitatem probandam, quæ a iure non præſumitur, clariores, & liquidiſſimæ requirantur probationes, ex Alex. *in conſil.* 99. *in caſu prædicto. vol.* 3. & Dec. *in conſil.* 195. *ſtudendo breuitati*. Reſpondetur, prædicta procedere, quando ageretur criminaliter ad puniendum; At ſi ciuiliter agatur, ad tollendum fidem in ſtrumento, prout in caſu no ſtro, tūc coniecturas, & ſuſpiciones ſufficere, dubitandum non eſt, ſecūndum communem Doctorum opinionem, de qua per Gabriel. Soarez. Clar. & Cæphal. in locis in prima informatione citatis; immò, & ad hunc effectum duas ſufficere coniecturas, dixerunt Cæphal. *in allegato conſil.* 287. *nu.* 4. Gabriel. *conclu.* 6. *nu.* 5. *lib.* 7. Zilet. *inter conſilia crimin. diuerſor. conſil.* 128. *nu.* 1. *vol.* 1. Decian. *conſ.* 100. *nu.* 11. *lib.* 2. & *conſi.* 109. *nu.* 76. *eodem lib.* 2. Ioſeph. Ludouic. *concl.* 45. *verſ. ampliatur ſexto*. Bertaz. *conſi.* 91. *nu.* 32. Maſcar. *de proba. lib.* 2. *conclu.* 740. *nu.* 45.

14 Hæc concluſio, quod ſcilicet, quādo ciuiliter agitur, præſumptiones, & coniecturæ ſufficiunt, nedum procedit in crimine falſi, quod inter grauiſſima, & excepta crimina numeratur, verum etiam & in alijs delictis, præſertim occultis. Bal. *in l. quicunque. col.* 6. *verſic.* 8. *nota. C. de ſeru. fugit.* Dec. *in cap. licet cauſam. num.* 12. *in fine, de probat.* Boer. *deciſ.* 164. *num.* 4. Aym. *conſil.* 73. *nu.* 19. Pariſ. *conſil.* 75. *num.* 18. & *ſeqq. lib.* 1. Nouel. *reg.* 160. *in tertia fallen.* & *reg.* 162. *in princip.* & *in ſecunda fallen.* Oſaſc. *deciſi. Pedemontan.* 79. *nu.* 55. & *ſeqq.* de communi teſtatur Gerard. *ſingul.* 8. *in princip.* qui omnes (ratione difficilis probationis, quæ in occultis delictis conſideratur,) non ſolum particulariter loquuntur, quando ciuiliter agitur, ſed etiam, quod plus eſt, generaliter, quando criminaliter.

15 Dum tertio dicitur, quod ex quo cancellatio eſt facta per eundem Notarium, & a poſtilla loco cancellatorum verborum in margine poſita, reſcripta reperitur manu eiuſdem Notarij; Idcirco nulla oriatur ſuſpicio ex dicta cancellatione, & apoſtilla, vt per Bal. *in rubr. C. de fide inſtru.* Alex. *conſ.* 59. *lib.* 2. Gram. *deciſ.* 106. *nu.* 17. Pariſ. *d. conſi.* 28. *num.* 50. *volum.* 2. cum alijs ex aduerſo deductis; Pluribus modis reſpondetur; & primo, quod etiam, quod a poſtilla ſit ſcripta manu Notarii, negari tamen non poteſt, quin inſurgat aliqua ſuſpicio; licet enim Notarius poſſit errorem corrigere, talis tamen correctio nō videtur procedere ſine ſuſpicione, quia variauit. *l. qui falſa. ff. de teſtibus*. Hæc ſunt verba præciſa Decii poſt Bald. *in l. final. numero* 37. *verſic. ſed aduertendum eſt, &c.* & *verſicul.* & *negari non poteſt. C. de edict. diu. Adrian. tollen.*

16 Secundo reſpondetur, quando apoſtilla verſatur circa ſubſtantialia inſtrumenti, & continet in ſe aliquid magni præiudicii, prout in caſu noſtro, tunc indiſtinctè reddit inſtrumentum de falſo ſuſpectum, vt ex Bald. & Anchar. relatis per Menoch. *de arbitr. quæſtionib. caſu* 187. *numero* 34. Alexand. Oldrad. Marſil. Rub. & Decio ſupra allegatis, ſatis ſuperq; probatum fuit, & in terminis ad impediendum exequutionem cameralis obligationis, tradit Maran. *par.* 3. *quæſtion.* 1. *incip. quærenti quale debeat eſſe inſtrumentum. num.* 1. & 2.

17 Quibus non obſtat dicere, prout ex aduerſo dicitur, quod Bal. Anchar. & Menoch. præcitati loquūtur in apoſtillā addita, non ad prothocollum, prout eſt hæc, de qua agitur, ſed ad ſcripturā repertam in filcia Notarii, cui cum minor fides adhibeatur, quam prothocollo, vt ibi Menoch. Ideo non eſt mirum, ſi ſuſpicionem inducit, etiam quod ſit ſcripta manu eiuſdem Notarii. Hæc enim conſideratio, nec in facto, nec in iure ſubſtineri poteſt; Non eſt enim verum in facto, quod apoſtilla, de qua agitur, reperiatur addita in inſtrumento reſcripto in Prothocollo, ſed in baſtardello ipſius Notarii, cui quidem baſtardello in nihilo credendum eſt. Gram. *conſil.* 122. *nu.* 6. *in ciuilibus*. Cæph. *conſi.* 113. *nu.* 6. *vol.* 6. Ideo ſi volumus apoſtillā falſi ſuſpicionē inducere in ſcriptura reperta in filcia Notarii, ex quo, quod tali ſcripturæ ita in filcia repertæ, minor fides adhibeatur, quam prothocollo, multo maiorē in ducit falſi ſuſpicionem, quando eſt reperta in baſtardello, cui nulla fides adhibēda eſt. Gram. & Cæ-

& Cæpo ll.præallegat. Sed videantur, quæſo, vl-
tra Anchar. & Menoch. aliæ authoritates adhoc
propoſitum per nos ſupra deductæ, quia ex earũ
viſione apparebit, quod loquũtur, nõ in aliquo
ſpeciali, ſeu particulari caſu, ſed generaliter in
quacunq; apoſtilla, reſpiciente ſubſtantiam ne-
gocij, & continente magnum prçiudicium con-
trahentium, licet Anchar. & Menoch. tractantes
materiam leuandi inſtrumenta Notarij mortui
in publicam formam, ponant exemplum in in-
ſtrumento teperto in filcia: exempla enim regu-
lariter non reſtringunt. *l. damni infecti ſtipulatio. ff. de damn. infect. §. hactenus. inſtit. de gradib. cum* vulgaribus.

18 Tertio reſpõdetur, quod in omnem euentum
dato, quod credendũ ſit apoſtillæ ſcriptæ manu
eiuſdem Notarij ex eo, quod in dubio, ad falſita
tem, & delictũ excludendũ, præſumatur in conti
nenti ex contrahentium voluntate, & nõ ex in-
teruallo addita, iuxta ea, quç tradit Bal. ex aduer
ſo allegatus *in l. noſtram. C. de teſtam. milit.* iſtud
tamen procedit, niſi in cõtrarium aliqua alia vr-
geat præſumptio, qđ videlicet ex interuallo, &
non in cõtinenti, fuerat eadẽ apoſtilla appoſita.
Dec. *d. conſ.* 100. *nu.* 48. *verſ. non obſtat tertium.* Io-
ſeph. Ludou. *deciſ. lucen.* 13. *nu.* 44. *p.* 1. Vna. n. prç
ſumptio tollit aliam. *l. diuus. ff. de in integr. reſti. c. accedens. de crim. falſ.* Diuerſitas atramenti, quæ
in caſu noſtro ex oculari inſpectione apparet,
dubium nõ eſt, quod falſi ſuſpicionem inducit,
facitq; præſumere apoſtillam non incontinẽti,
ſed interuallo additam fuiſſe. Anchar. *conſ.* 431.
Brun. *conſ.* 95. *nu.* 1. Abb. & Fel. *in c. inter dilectos. de fid. inſtru.* Soci. iun. *conſ.* 41. *nu.* 7. *li.* 1. Cur. iun.
conſ. 52. *prope finem.* Cæphal. *conſ.* 283. *nu.* 28. *li.* 2.
& conſ. 338. *nu.* 32. *li.* 3. Menoch. *de arbitr. q. d. caſu* 187. *nu.* 35. in terminis Acchil. perſonal. *de adipiſcen. poſſ. nu.* 141. & pariter in terminis Ruin. *cõſ.*
68. *nu.* 5. *vol.* 4. Et ideo cũ hæc præſumptio oriens
ex diuerſitate atramẽti, ſit ſpecialis; illa vero, qđ
in dubio, ad excludendum delictũ, correctio cen
ſeatur facta incontinenti, ſit generalis; Cõcludẽ
dũ eſt, qđ per ſpecialẽ præſũptionem ſit ſublata
generalis, ſecũdum eundẽ Bal. *in l. ſiue poſsidetis. ad finem. verſ. item nota. C. de proba.* & eſt tex. *in l. cũ de indebito,* vbi Bar. *ff. de proba.* & conſequẽter, qđ
ſtante diuerſitate atramenti, ex apoſtilla non le-
uis oriatur falſitatis ſuſpicio, per ſupra allega-
tos, etiã, quod ſit manu eiuſdẽ Notarij ſcripta.

19 Quibus pariter non refragatur dicere, prout
Domini ex aduerſo ſcribentes dicunt, quod ex
diuerſitate atramenti, ſtante, quod nos fatemur
apoſtillam eſſe ſcriptã manu Notarij, nulla oria
tur ſuſpicio falſitatis, ad tradita per Soc. *conſ.* 94
vol. 1. Patiſ. *d. conſ.* 28. *nu.* 58. *vol.* 2. Aym. *conſ.* 134.
nu. 27. Horum enim opinio ſingularis eſt, & con
tra communem, vt patet ex tot auctoritatibus
Doctorum ſupra citatis, præſertim ex Rui. *d. conſil.* 68. *n.* 5. quem videri ſupplicatur; immo Aym.
in d. conſ. 134. non ſimpliciter dicit, quod ex di-
uerſitate atramenti nulla oriatur ſuſpicio, quia
quod immo oriatur, ipſe ad id allegat nonnul-
lorum auctoritates; ſed ſolum dicit, quod hæc
ſola ſuſpicio alijs non concurrentibus, nõ ſuffi-
ceret ad arguẽdum ſcripturam de falſo; quod &
nos non inficiamur, quia vt ſupra probaui, ſaltẽ
duæ debent interuenire falſi præſumptiones, ad
tollendum fidem inſtrumento.

20 Quarto reſpondetur, quod tũc demũ apoſtil-
læ, & additioni manu eiuſdem Notarij in margi
ne conſcriptç, abſque vlla falſi ſuſpicione, credi-
tur, quando ſcilicet Notarius ſaltem in fine in-
ſtrumenti, fidem facit, quod illa additio fuerit fa
cta de partium conſenſu; aliter ſecus. Doct. com
muniter *in l. ſi vnus. vbi præſertim* Bal. Alex. *nu.* 8.
reſtans ita aliter fuiſſe iudicatum. Corn. *nu.* 13.
Iaſ. *nu.* 9. *in fi. C. de teſtam.* Io. And. in addi. ad Spe
cul. *tit. de inſtrum. edit. §. oſtenſo. verſ. & collige. nu.* 15. *incipit. Dixit Rolandinus, &c.* Ruin. *conſ.* 68. *nu.*
1. *& ſeqq. vol.* 4. Vbi *nu.* 5. hanc opin. dicit verio-
rem, & magis communem. Idem Corn. *conſi.* 60.
in hac conſultatione. col. 2. *verſ. nec obſtat, quod in margine. vol.* 4. Soci. *conſ.* 279. *col.* 5. *verſ. nec obſtat dicta apoſtilla. vol.* 2. Dec. *conſ.* 399. *col.* 3. *verſ. & augetur ſuſpicio falſitatis, &c.* quos & alios refert, &
ſequitur, & in ſpecie, ita ad hanc obiectionẽ re-
ſpondendo, tradit Decian. in allegato *conſ.* 100.
nu. 40. *& nu.* 47. *verſ. non obſtat ſecundum. vol.* 2. &
latè refutatis cõtrarijs comprobat Acchil. Perſõ
nal. *de adipiſcen. poſſeſſ. nu.* 135. *& pluribus ſeq. vbi nu.* 146. ampliat, hanc concluſionem procedere
etiam in Notario bonæ famæ, *& nu.* 156. *& ſeqq.*
vbi quod nec in contrarium conſuetudo aliqua
valet, & licet Gram. *d. deciſ.* 106. *num.* 17. Aym. *in conſ.* 88. *num.* 1. *& ſeqq.* Pariſ. *conſ.* 28. *vol.* 2. & alij
nonnulli ex aduerſo allegati, fuere in contraria
opinione, non eſt tamen a præcedenti receden-
dum, quæ, vt præfertur, & verior, & magis cõmu
nis eſt: ſed in præſenti inſtrumento non reperi-
tur, nec in corpore, nec in fine, nec in margine fa
cta per Notarium fides prædicta; ergo &c.

21 Quinto, & vltimo reſpõdeo, quod ex apoſtil-
la ſcripta manu Notarij non inducitur ſuſpicio
falſitatis, qñ agitur criminaliter ad illũ punien-
dum; ſecus ſi ciuiliter, ad tollẽdum fidem in ſtru-
mento, ſecundum cõmunẽ, de qua per Ruin. *d. conſ.* 68. *nu.* 4. *in fine, & ſeq. lib.* 4. refert, & ſequitur
Acchil. Perſonal. *vbi ſupra. nu.* 142.

22 Dum, & quarto pariter ex aduerſo dicitur,
quod falſi coniecturæ tolluntur per quamlibet
d allegationem cauſæ fatuæ, & iniuſtç,[d] ad Ange.
de malef. Alex. & Soc. in locis per Dominos ſcri-
bentes allegatis: Reſpõdetur, hoc in iure nõ eſſe
verũ, quia immo licet cauſa iniuſta, & fatua ex-
cuſet a dolo, & etiam a falſo, ut per prçallegatos
Doctores, tñ intelligendũ eſt, vt excuſet a falſo,
e & a dolo vero: ſecus a præſumpto[e]. Vbi enim
falſitas, & dolus a iure præſumitur, ibi cauſa fa-
tua, & iniuſta non excuſat. Bal. *in l. qui contra. in ſecunda lectura. C. de ſecund. nupt.* Tiraquell. *de pœn. recuperan. cauſa* 43. *numero* 12. Et ideo cau-
ſa fatua, & iniuſta, licet excuſet a pœna ordina-
ria, & corporali, non tamen excuſat ab extraor-
dinaria, & pecuniaria. Salycet. *in l. Senatus. nu.* 3.
C. de his qui ſibi adſcripſ. Tiraquell. *d. cauſ.* 43. *numero* 12. *&* 14. Gabriel. *concluſi.* 8. *libro* 7. *num.* 70.
& 32.

Digitized by Google

& 32. vbi quod oẽs Doctores ita tenẽt. Clar. *in pract. q. 60. verſ. & generaliter. in fine.* Menoch. *in 6. remedio recuper. poſſeſſ. nu. 62.* Ergo multo minus excuſabit, vbi nulla imponitur pœna, & ſo-
f lum ciuiliter [f] agatur, prout in caſu noſtro.

23 Dum, & quinto aſſeritur, quod ex quo hodie
g de conſuetudine [g] omnes Notarij ſolẽt in eorũ Baſtardellis inſtrumentorum togatis, ſcribere, illis addendo, caſſando, & apoſtillando, abſque vlla fraudis ſuſpicione; idcirco debeat a tali conſuetudine Notarius excuſari. Marſil. *in pract. §. quoniam nu. 68. cum alijs ex aduerſo allegatis.* Di-
24 citur in primis, quod in caſu noſtro cãcellatio, & apoſtilla non ſolum reperitur in Baſtardello Notarij, quo caſu forſan procedit conſuetudo allegata, ſed etiã in fide ſocietatis inde ſumpta; ex qua quidem cancellatione, & additione reperta in fide, vt alias dixi, cum nihil ex aduerſo releuans reſponſum fuit, ſi rectè conſideretur, nedũ præſumptio, ſed clara reſultat falſitatis probatio. Certum. n. eſt, quod fides inſtrumenti, cũ ad inſtrumentum habeat relationẽ, ſumitur, & conficitur per Notarium ex interuallo poſt perfectum, & ſtipulatum inſtrumentum. Si igitur verum eſſet, quod apoſtilla, de qua in Baſtardello, fuiſſet de partium voluntate, & incontinenti apposita in celebratione ipſius inſtrumenti, certè fides extracta inde poſt apoſtillam factam in Baſtardello, fuiſſet de partium voluntate, & ſine vlla cancellatione, & additione. Ita. n. pariter ſe habet conſuetudo, quod ex matrice confuſa, cãcellata, & apoſtillata, inſtrumentum, ſeu illius fides inde ſumpta, limpida, & nitida apparet; ſed cum eadem apoſtilla, quæ in Baſtardello reperitur, reperiatur etiam in fide, de neceſſitate ſequitur, quod in vno, & eodem tempore vtramque addiderit apoſtillam, & ſic ex interuallo poſt inſtrumenti celebrationem.

25 Dicitur ſecundo, quod ſtante prædicta conſuetudine, licet ex apoſtilla, ſeu cancellatione falſitatis ſuſpicio non oriatur, vbi tamen aliæ ſuſpiciones concurrunt vltra cancellationes, & apoſtillas repertas in abbreuiatura, prout concurrere in caſu noſtro negari non poteſt, tunc conſuetudo prædicta nihil operatur, ita in terminis ad hanc obiectionem reſpondet Decian. *d. conſil. 100. numero 51. & omnibus ſeqq. vſque ad finem vol. 2.*

26 Dicitur tertio, quod licet regulariter verum ſit, quod conſuetudo excuſet Notarium a falſo, iſta tamen regula ſingulariter limitatur, vt non habeat locum, quando agitur de eo, quod maximè tertio præiudicat. Rom. *ſingul. 384. incip. fui interrogatus.* Gabriel. *lib. 7. concluſi. 8. numero 28.* Tiraquell. *de pœn. temperan. cauſa 42. ſub num. 11.* & nihilominus iſta conſuetudo, licet excuſet a pęna, non tamen facit, vt inſtrumento fides adhibeatur, quando falſitas conſiſtit circa ſubſtantialia inſtrumenti. ita (ni fallor) expreſsè voluit Bald. *in d. c. 1. num. 2. de feud. cognit. in vſib. feud.* & aduertit Acchil. Perſonal. licet de Baldo mẽtionem non faciat, *in tract. de adipiſcen. poſſeſſ. num. 168. in fine*, vbi ponit exemplum in teſtamento interlineato, & apoſtillato in partibus ſubſtantialibus; licet enim conſuetudo forſan iſto caſu excuſet Notarium interlineantem, & apoſtillantem, non tamen per hoc eadem conſuetudo teſtamenti fidem ſupplet, vt ibi per eum.

27 Dum ſexto circa dicta teſtium opponitur, qđ ſunt varij, & vacillãtes, hoc negatur in facto. Et dum opponitur, quod licet teſtes dicant mutationem vitiatam, de qua in apoſtilla, fuiſſe factã poſt inſtrumenti celebrationem, illud tñ, poſt, debeat intelligi, non ex interuallo, ſed incontinenti, & immediatè, prout aliquãdo iſta dictio, poſt, intelligi poteſt, ad Capic. *deciſ. 37. nu. 2. & ſeq.* Pariter ſupplicatur videri teſtes, qui credo totam hanc difficultatem tollant, deponendo, Notarium faſſum eſſe, ſe illam apoſtillam addidiſſe, non immediatè, ſed ex interuallo, & partibus non præſentibus.

28 Et dum demum ad eoſdem teſtes pariter dicitur, quod cũ non ſint inſtrumentarij, nec deponant ſe fuiſſe pręſentes cancellationi, & apoſtillæ, ſed tantummodo de auditu a Notario; ideo nihil probent; Hæc non eſt bona conſequentia. Nam non ſoli teſtes inſtrumentarij, vel de viſu deponentes, plenè probant. Et cum teſtes iſti deponant de extraiudiciali confeſſione Notarij, facta ad interrogationem partis pręſentis, & acceptantis, nulli dubium, quod quoad ipſum Notarium plene probat. *l. Publia Mevia. in fi. ff. depoſiti. l. cum de indebito. §. fi. ff. de probat. l. generaliter. in fine.* vbi Doctor. *C. de non num. pecun.* Et quoad aduerſarium ſufficiet ſaltem ad tollendum fidẽ inſtrumẽto. Et licet Dominus Acchilles, quo pręſente Notarij confeſſio emananit, non ſit principalis debitor, ſed fideiuſſor, prætterquam quod dici poteſt, quod recognoſcendo bonam fidem, ſuccedat loco principalis debitoris, Nihilominus confeſſio extra iudicialis plene probat contra confitentem, nedum facta præſente principali debitore, ſed etiam fideiuſſore. Marſ. *in rubr. de proba. nu. 90.* Soci. *reg. 63. in 10. fallen.* Gabriel. *conclu. 1. in tit. de confeſſ. nu. 58.*

29 Dum ſeptimo ex aduerſo conſideratur, quod ex quo Dominus Acchilles, etiam poſtquam vidit inſtrumentum ita apoſtillatũ, & caſſum, ſoluit dicto domino aduerſario fructus dictę ſocietatis, ideo debitum agnoſcendum tacitè per inſtrumentum prædictum ratificauerit, omniſque impugnandi iure priuatus remanſerit, *ad l. 1. ff. de condit. indeb. ad l. indebitum. C. eodem.* cum alijs per Aym. *in conſi. 55. nu. 5.* Alias dixi, & nunc repeto, cum nihil ex aduerſo replicetur, quod ſtante dolo procuratoris dicti domini Aduerſarij falſo aſſerentis in actu ſolutionis, Reuerẽdum Dominum Duſinam in ratificatione nominaſſe vitam Hieronymi, vt ex quietatione apparet, per dictam ſolutionẽ, debiti agnitio, ſeu ratificatio minime facta cenſetur. Natta. *conſ. 77. nu. 7. vol. 1. deciſ. Pedemont. 57. nu. 34.*

30 Dum octauo etiam ex aduerſo conſideratur, quod officialis, quando ſubſcripſit, viderit illam apoſtillam, & caſſationẽ, prout ex aduerſo ſupponitur; Nam, vt notoriũ eſt, omnes officiales,

qui præmio,& mercede officia accommodant in iſtis ſocietatibus, prout eſt Guglielmus Gorgna, qui in ſocietate,de qua agit, officialis fuit, fides ſubſcribit in albo folio, quod in manibus Notarij confidunt,& relinquunt; ideo nec caſſaturas,nec apoſtillas vidit, quando ſubſcripſit. Quod an verum ſit, necne, ſi idem Guglielmus examinetur, ſeu interrogetur, facile dignoſci poterit.

31 Nec dicat aduerſarius, quod de illo dolo non apparet in actis,nec eſt probatus, prout probari debet, quia cũ ſit Notarius,& publicè ſeruatus, poterit ſe de eo Dominus meus extraiudicialiter, & in Camera ſe informare, abſque eo, quod iudicialiter probetur,ad plenè tradita per Vant. *de nullit.in tit.de nullit.ex defectu proceſſ.& ſolem. ſenten.nu.*86.Grat.*reſponſ.*78.*nu.*1.*par.*2. Rolan. *conſi.*44.*nu.*36.*vol.*1.

32 Dum vltimo ad excuſandum Notariũ conſideratur, quod ex quo, ſi voluiſſet, potuiſſet ex matrice cancellata, & apoſtillata nitidum extrahere inſtrumentum,& illud partibus oſtendere; ideo cum non fecerit,debet in eo nõ malitia,ſed ſimplicitas præſumi, quæ partibus nocere non debet. Aym.*conſil.*147.*nu.*1.Marſil. *in pract.*§.*ſupereſt.nu.*14. Omiſſis alijs reſponſionibus, & admiſſo pręſuppoſito aduerſarij,pro nunc dicitur, quod iſte Notarius in caſu illorum delinquentium,qui bene committunt delictum,ſed negligentes ſunt in illo celando, ſi ipſa falſitate commiſſa, negligens fuit in procurãdo illam tegere, quòd reuera, nec vllo pacto illã celare poterat; nam ſi ex Baſtardello inſtrumentum nitidũ ad prothocollum redegiſſet, non per hoc remanebat,quin fides ſocietatis eſſet appoſtillata,& caſſa;& ſtãte varietate inter prothocollum,& ſumptam ex eo fidem, ad matricem,& Baſtardellum recurrendum erat. Neuiz. *conſi.*26.*num.*48. & ſic non poterat euitare,quin appoſtilla, & cancellatio dicti Baſtardelli viderentur.

Non recedendo igitur à iam dictis, firmiter concludo,quod ſtantibus cãcellatione, & appoſtilla, de quibus in Baſtardello,& fide ſocietatis, atramẽti diuerſitate,ac teſtibus examinatis,plene de extraiudiciali confeſſione Notarij deponentibus, ſaltem ad effectum, de quo agitur, ſit plene probata falſitas prædictæ ſocietatis.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ADDITIONES.

a *Ex diuerſitate atramenti*. Non eſt dubium, quod ſola diuerſitas atramenti non facit talem ſuſpicionem falſitatis, vt ex illa tollatur fides ſcripturæ; ſed quod non faciat ſuſpicionem,& quidem grauem, negari non poteſt; & quidem apud me eſt maximum ſignum, prout diuerſo tempore fuerint ſcriptæ literæ,ſtante atramenti prædicti diuerſitate; & ſi cum hac præſumptione concurrant aliæ præſumptiones, ſeu adminicula, facile crediderim, fidem ipſius ſcripturæ proſternere,ex allegatis infra, quibus addo Maſcard.*de probat.concluſio.*113.*nu.*2.*& concluſ.*740. *num.*18.*&* 19.

b *Agnouiſſe debitum*. Soluens ſummam indebitam, aut illius partem, vel quid aliud ſimile faciens,regulariter cenſetur approbaſſe debitum, & contractum,cuius reſpectu ſoluit,quamuis eſſet nullus.*l.cum fidem. C.de non num.pecun.l.*2.*C. quod met.cauſ.l.ad ſolutionem. C. de reiuindica.* cum alijs per Anton.Gomez.*in tit.de contractu mutui.num.*2.*verſi.ſeptimo limita.* Verum hæc regula non ſemper vera eſt; Ideo pro illius declaratione,& materia, vide Addentes ad Mattheſil.*ſingul.*122.Marſil.*ſing.*89.Diaz.*regu.*462. Emilian. *conſilio ſecundo,numero* 24.Menoch. *de recuperan. poſſeſſ.remed* 15.*num.*119.*& ſeqq.* Cæphal.*conſilio* 51.*numero* 15.Stephan.Lambertengh. *de contract.eorum,&c.gloſ.fin.quæſt.*44.*nu.*148.*& ſeq. in diſcurſu*.

c *Præiudicio tertij*. Vide ad comprobationem huius declarationis,quæ dixit D.meus Farinac. *in ſua pract.crimi.par.*1.*tit.de indic.& tortur.q.*47. *nu.*288.*& ſeqq.*

d *Cauſa fatua,& iniuſta.* Quod cauſa fatua,& iniuſta excuſet etiam in crimine falſi,in ſpecie ſcripſerunt Butrig.*in l.Plagij.la ſecunda.col.*1 *verſ.& ideo dicit Dynus,& col.*2.*verſ.redeo ergo ad quæſtionem.C.ad l.Flau.de Plagiar.* Vbi ponit exemplum in vendente rem duobus,iuxta *l.qui duobus.ff.ad l.Cornel.de falſ.*Bal.*in l.*2.§.*quod obſeruari.in* 3.*notab.C.de iurament.calum.* Marſil. *in l.*1.§.*præterea. nu.*13.*ff.ad l.Cornel.de ſiccar.* Angel. de malef. *in verbo,falſario.nu.*1.Socin.Iun.*conſ.*37.*nu.*23.*lib.* 2.Pariſ.*conſ.*151.*nu.*29.*lib.*4. Siluan.*conſ.*53.*nu.* 2.*lib.*2.Marſil.*conſ.*7.*nu.*25.*&* 26. Clar. *in pract.* §.*fi.q.*60.*ſub verſ.& generaliter ibi,tu vero dic,&c.* Menoch.*de recuper.poſſeſſ.remed.*5.*nu.*53.*& conſ.* 98.*nu.*34.*lib.*1.Cæphal.*conſ.*230. *nu.*14.*li.*2. Frã. Bec.*conſ.*78.*num.*28.poſt Caſtren.& Iaſ.in locis ibi per eum relatis.Honded.*conſ.*105.*nu.*29. Vbi teſtatur de communi,reprobatis Ang.& Cępol. contrarium ſentientibus,& *nu.*32. Vbi alios pręallegatos refert. Octauian.Cacher.*conſ.*68.*nu.*7.

e *Secus a præſumpto*. Contrarium, quod immo cauſa iniuſta excuſet a dolo præſumpto, non autem a vero,voluit Gabriel.poſt Chaſcen.quẽ allegat,*lib.*7.*concluſ.*8. *num.*83. Honded. *conſil.* 35.*nu.*59. Verum quod non excuſet a pœna pecuniaria,voluerunt Barto.& Alexan.in locis relatis per Dominic.Quirin. *conſil.crimin.diuerſor.* 26.*nu.*22.*lib.*2.Honded.*d.conſil.*35.*nu.*60.*& conſil.*105.*nu.*39.

f *Ciuiliter agatur.* Sic & cauſa iniuſta non excuſat, quando agitur de pecuniario intereſſe partis, prout voluit Honded. *d. conſilio* 35.*numero* 60.& facit,quod voluit Bertaz. *in conſil.* 365.*nu.* 1.*& ſeqq.iuncto numero* 11.*in fine,& nu.*12. *lib.*1. dum pluribus probauit, ad condemnationem damnorum, & intereſſe, non exigi dolum, ſed ſufficere culpam, a qua quidem culpa cauſa fatua,& iniuſta non excuſat,ſecundum Bar.*in l.in ſtè poſsidet.in fine,poſt num.*4.*& ibi etiam Iaſ.num.* 31.*verſic.tamen non excuſat a lata culpa. ff. de acquir.poſſeſſ.* Tiraq.*de pœn.temper.cauſ.*43.*num.*12. Gabr.

Gabr.*lib.7.concluſio.8.num.* 77. Menoch. *de recuper.poſſ.remed.5.nu.61.& de retinen.poſſ.remed.3.num.*623.& eſt communis, prout teſtatur Bonacoſſ.*in communi opin.p.1.verſ.credulitas etiam fatua.fol.mihi 44.col.2.*

g *Conſuetudine.* Quod conſuetudo excuſet notarium, & alium ſcribentem à pœna falſi, communiter à Doctoribus receptum eſt, ſicut videre eſt apud Bar.*conſ.crimin.diuer.8.num.13.lib.*1. Bald. *in l.1.num.30.in fine.verſ.item quoniam.C.de confeſſ.* Innoc.& communiter omnes *in cap.1.de fid.instrum.* Iaſ.*in l.ſingularia.numero 44.verſicul.nam regula* 8. *ff.ſi cert.pet.& in l.de quibus.numero 9.ff.de legib.& in l.3.§.iurari.numero 2.in fine.verſic.& aduertendum,& ibi in addit.litera B.* & Aug. *de Arim.num.6.ff.de ſicar.* Petraſan.*ſing.83.bene menti.num.5.* Alex.*conſil.39.viſis & conſideratis.num.2.& ibi in addit.litera B.alij referuntur,lib.3.& conſilio 132.Viſa facti narratione.numero 3.lib.1.* Marſil. *in pract.§.quoniam.numero 98.& in conſil.90.num.9.& conſil.*100. Franc.Arct. *in conſil.152.nume.2.* Decian.*conſil.430.num.6.& conſil.473.nume.*8. Pariſien.*conſ.29.num.18.libr.4.* Grammat. *conſ.ciuili 60.num.2.* Plot.*de in lit.iuran.§.6.num.55.& conſil.crimin.diuerſ.108.num.122.lib.primo, in primo impreſſis in quarto.* Catellian.Cott. *in memoral.in verbo, conſuetudo facit licitum.verſiculo hunc dicimus.* Blanch.*in pract.crimin.§.ſecũda pars defenſionis.num.18.fol.*140. Tiraqu.*de pœn.temperan.cauſa 42.num.*11. Vbi alij referuntur concordantes.*pract.* Corrad.*in titul.de falſar.nu.11.fol.mihi 393.colum.*2. Iul.Scarlat.*conſil.crimin.diuerſ.105.num.11.lib.*2. Rolan.*conſil.58.num.21.lib.*4. Bertaz.*conſ.53.num.18.in fine.& ſequen.* Vbi de Notario ad bancum iuris relinquente vacua, & ſpatia in libris actorum.*& conſ.56.nu.*30. Acchil.Perſonal.*de adipiſcen.poſſeſſ.num.168.in fine.ver.& ego quoque fateor.* Magon.*deciſ.lucen.43.numero 29.* Octauian. Cacheran. *conſil.66.poſt numer.37.*

Fam.Cent.V.I.D.Galeſij.

ARGVMENTVM.

Defenditur in hoc conſilio, quidam mercator Anconitanus, qui de pluribus falſitatibus, fraudibus & extorſionibus inquiſitus erat: & propterea plura deducuntur, ad eandem materiam ſpectantia, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

Extorſio ad hoc, vt dicatur & punibilis ſit, tria requiruntur; primo dolus; ſecundo vis vel metus; tertio quod illud quod extorquetur, ſit illicitum.nu.1.

Delicta non committuntur ab eo, qui iuris ſui conſeruandi gratia, aliquid facit.nu.3.

Doli præſumptio ceſſat, ceſſante animo lucrandi.nu.3.

Vim facere non videtur, qui ius ſuum conſeruare procurat. numero 4.

Teſtis vnius plenè probat contra producentem.nu.5.

Teſtis conſanguineus probat contra ſuam conſanguineum.numero 5.

Subſcribens præſumitur legiſſe omnia ea, quibus ſe ſubſcripſerit, & ſic dicit ſe fuiſſe deceptum, debet probare, quia non creditur.nu.6.

Liber priuatus ſeu mercatoris, ſi in vna vel pluribus partibus inuenitur verus, in alijs etiam veritatem continere præſumitur.num.6. Quod an verum ſit, & quando, in addit.litera a.

Falſus in vno, falſus in omnibus.nu.7.

Falſitas contraria eſt veritati.nu.8. Ideo ceſſat falſitas, vbi datur primordium veritatis; quod quãdo verum ſit, vide ibi, in addit.litera. b

Falſitas ſine lucro non committitur.nu.9.

Confeſſio iudicialis acceptata, poteſt, ſi erronea fuerit, quandocunque reuocari.nu.10.

Stilus & conſuetudo excuſat ſcribentem à crimine falſi.numero 11.

Falſitas non eſt punibilis, ſi fuerit ſcripta in aliquo libro, cui fides non adhibetur.nu.12.

Mercator tenetur edere libros ſuos rationum cuicunque intereſſe habenti.nu.13.

Clam fieri non dicitur illud, quod facile venire poteſt in cognitionem eius, de cuius intereſſe agitur.nu.13.in fine, & nu.14. Vbi quod qui celandi animum non habet, illam facere non dicitur, faciensque quid quod fieri conſuetum eſt, nec pariter clam facere dicitur, dicto num.14.in fine, & in addit.littera. c *Vbi de materia.*

Liber marcatoris plene probat contra mercatorem. num.15.in fine.

Debitor alicuius ſoluens creditori ſui creditoris non liberatur de eo, quod debet, niſi de mandato ſoluendi docuerit.

Compenſatio ipſo iure tollit obligationem; intellige, poſt quam fuit oppoſita & petita; ſecus antequam petatur ſeu opponatur.nu.16.

Soluens pro alio, illius, pro quo ſoluit, remanet creditor in ſumma ſoluta.nu.17.

Soluens pro alio, non poteſt cogere eum, cui ſoluit ad faciendam ſibi cedere actionem, non tamen prohibetur actiones ceſſas recipere.nu.17.

Soluens pro alio repetit a debitore id, quod ſoluit actione negociorum geſtorum, nu.17.in fine.

Pœnam non meretur, qui iure permittente aliquid facit, numero 18.

Animus bonus ex ſubſequenti actu dignoſcitur.nu.19.

Teſtis de auditu non eſt proprie teſtis.nu.20.

Teſtis de auditu a perſona non fide digna tanto minus probat. num.21.

CONSILIVM XIII.

1 ADSIT DEVS. In propoſitis dubijs negatiue reſpondendum eſt, in omnibus; & capiendo in primis caput prætenſæ extorſionis Apocæ ſcutorum 650. præſuppoſito dico, quòd ad hoc, vt extorſio dicatur, & punibilis ſit, tria requiruntur. Primo quod interuenerit in ea dolus, & fraus.*c.ſtatutum.§.pœna.de reſcriptis, in 6.* fine .n. dolo & fraude delicta non committuntur.*l.1.C.de ſicar.l.qui iniuria.ff.de furt.* Clar. *in prac.q.84.in prin.* Decian.*in ſuis tract.crim.par.1.lib.1.cap.4.nu.9.* Secundo quod interuenerit vis vel metus.*Clemen.2.§.ſanè extra de pœnis.l.ſi.ſeruus.ff.de hæred.inſtit.l.licitatio.§.quod illicite.*

ff.de

ff.de publica. & vectigali. Vbi enim res, vel pecu-
nia recipitur à ſponte dante, non poteſt dici ex-
torta;patet ad ſenſum. Tertio,quod illud, quod
extorquetur,ſit illicitum,indebitũ,& à iure pro-
hibitum. *d.l.licitatio.* §. *quod illicite. l.1.C. ne fil.pro
patr.cap.conquerente.de cler.non reſiden.*& hæc nul
lam habent in iure difficultatem.

2 Videamus modo, an hæc tria in cāſu, de quo
agitur,interuenerint,& quod neutrum interue-
nerit,patet expreſſe ex depoſitione Horatij Bo-
nanelli patrui ipſius quęrelãtis,& ab eo inducti,
& pro informatione Curiæ examinati; qui dicit
quod non ad alium finem Spiliatus ſtabat reni-
tens in caſſandis inſtrumentis ceſſionum ſibi fa-
ctarũ,niſi,quia volebat prius ſe aſſecurare de eo,
quod prætendebat,ſe creditorem in cambijs. De
quibus quidem cambijs,quod eſſet creditor,con
ſtabat primo ex geminatis promiſſionibus, de
quibus in chyrographis, manu Horatij ſubſcri-
ptis, & in quibus in quarto præſuppoſito; Item
ex partitis extractis ex libris eiuſdem Horatij,de
quibus in 18. præſuppoſito,& in quibus ipſe met
Horatius fatetur ſe in dictis cambijs debitorem.
Item ex laudo per arbitros dato,& acceptato,de
quo in decimotertio præſuppoſito,& in quo ip-
ſe Spiliatus in ijs cambijs declaratur creditor. Et
accedente,quod idem Spiliatus,recepta apocha
ſcut.650. libere ad eius fauorem facta, adhuc fa-
cit creditores hæredes Adriani in eadem ſumma,
vnde ceſſat omnis vis, omnis dolus, & omnis
illicita extorſio.

3 Dolus ceſſat,quia non animo lucrandi, ſed ſe
aſſecurandi Spiliatus apocham habere voluit;ca
ret autem dolo,qui gratia ſui iuris conſeruandi,
aliquid facit. *l.1.§.quod ait prætor.ff.de incen. ruin.
& nauf.l.nullus.ff.de reg.iur.* Aym.*conſ.*8.*n.*15.Ro
lan.*conſ.*11.*vol.*2.*col.*3. Et ſi eius animus non talis
fuiſſet aſſecurandi, ſcilicet ſe, ſed lucrandi, non
vtique feciſſet creditores dictos hæredes in ſum-
ma,in apocha contenta;vnde ceſſante animo lu
crãdi, ceſſat etiam omnis præſumptio doli. Cor.
*conſ.63.col.3.verſ.ex quo actum fuit, li.*3.Marſ.*cõſ.
62.in cauſa,nu.*4.Aym.*cõſ.*8.*nu.*13.*& conſ.*18.*nu.
22.cum alijs*, de quibus per Frã. Beccium *in conſ.
78.nu.27.vol.1.*

4 Ceſſat etiam vis, quia qui ius ſuum conſerua-
re procurat, vim facere non videtur. *l.factam.* §.
non videtur.ff.de reg.iur.

5 Item ceſſat illicitum,ſeu indebitũ;quia ſi erat
Spiliatus creditor in cambijs,erat bene honeſtũ,
vt de eis ſatisfactus, vel ſaltẽ cautus remaneret,
put dicit dictus teſtis Bonarellus,pro Curia exa
minatus,qui licet vnicus ſit,plenè tamen probat
cõtra producentẽ. Aym.*conſ.*100.*nu.*13.50.Cin.
Lun.*conſ.*63.*nu.*11.*lib.*1.Cepha. *conſ.*141.*nu.*15.
*ſeqq.li.*1.plane Gabriel *tit.de teſtibus, concl.*1.*nu.*
14. Vbi de communi, & eo magis probat, qd eſt
patruus quærelantis. Aym.*conſ.*6.*nu.*62.Dec.*cõſ.*
163.*nu.*11.*verſ. Et ad hoc accedit.* Gabr. *vbi ſupra
concl.*4.*nu.*88.Hipp.Rimin.*conſ.*61.*nu.*28.*& cõſ.*
52.*nu.*117.*lib.*1.Bertaz.*conſ.*334.*nu.*5.

6 Non obſtat, quod Horatius dicat in que-
rela, ſe ſubſcripſiſſe in folio albo, & quod in eo
Spiliatus ſcripſerit multa præiudicialia, faciẽdo
etiam in eo ipſum debitorem de dictis cambijs.
Nam præterquam,quod iſtud à iure non præſu-
mitur, & talis error, ſeu deceptio debet probari
per ſubſcribentem, prout in ijs terminis de ſcri-
ptura ſubſcripta,cõcludunt poſt alios, quos alle
gat, Aym.*conſ.*25 *nu.*13.Iacob.Port.Imol.*conſil.*
66.*nu.*15.*ſeqq.* Sebaſt.Med.*in tract. de caſibus for-
tuit.p.*1.*q.*3.*nu.*37.Stefan.Lamberteng.*in tracta.
de contract.glo.*15.*nu.*5.*& eſt deciſ.pedem.*37.*nu.*3.
Adhuc tamẽ hæc obiectio,& vana & falſa demõ
ſtratur,duplici ratione;primo, quia Horatius in
querela nõ dicit ſe ſubſcripſiſſe in albo, niſi vnũ
tantummodo foleum. Et tamen plures ſunt chi-
rographi,& folij,in quibus ipſe ſe debitorem fa-
cit in dictis cambijs. Vnde ſicut ipſe in albo verè
ſubſcripſit alios ſimiles foleos, ita pariter præſu-
mẽdũ eſt quod ſubſcripſit hunc; veritas enim in
a vna, ſeu pluribus [a] partitis reperta, facit arguere
veritatem & in alijs, ſecũdum magis communẽ,
* de qua per Anton.Gabr.*tit.de præſumpt.reg.*5.*nu.*
1.*& ſeqq.* licet aliqui ibidem relati, *nu.*4. contra-
rium dixerint.

7 Secundo falſitas obiectionis detegitur, quia
in querela exponit,quod eius ſubſcriptio reperi-
tur multum diſtans à ſcriptura; Et tamen ex in-
ſpectione chyrographi contrarium euidenter ap
paret. Vnde falſus in vno, in omnibus pręſumen
dum eſt falſus. *l.cum de indebito.ff. de probat.* Paris
*conſ.*90.*nu.*29.*vol.*1.Boſſ. *tit.de oppoſ.cont.teſt. nu.*
22.Plot.*in lege,ſi quando.nu.*794.*C.unde vi.* Cla-
rus *in pract.*53.*verſ.ſed quæro.* Et hæc circa primũ
dubium, in quo agitur de prætenſa extorſione
apocæ ſcutorum,650.

8 Circa verò ſecundum dubium, videlicet circa
prætenſas falſitates duarum partitarum, de qui-
bus in 17. & 18. præſuppoſito, capiendo in pri-
mis partitam 3144. in qua Spiliatus aſſerit ſe eã-
dem ſummam ſoluiſſe,partim in prompta pecu-
nia eidẽ Horatio,& partim pro eo Teſtibus,Lã-
frãchis,Benincaſis,& Nappis,neſcio videre, vbi-
nam ſomniata hæc falſitas colorari poſſit, poſt
quam vere apparet de ſolutione omnium prædi-
ctarum ſummarum, tam per quietantias ipſius
Horatij,quã illorum de Teſtibus,& Lãfranchis,
Benincaſis, & Nappis,de quibus in quinto præ-
ſuppoſito;ideo ſtante veritate partitarum,exclu
b ditur falſitas,quæ veritati [b] contraria eſt, *auth.de
fid.inſtr.in prin.gl.in c.ſi Chriſtus.in verbo, confirma
tio,de iureiur.* Ang.de Maleficijs *in verbo,falſario,
in princ.* Marſil.*in rub.ad l.cornel.de falſ.num.*1.

9 Quo vero ad aliam partitam ſcutorum 1924.
In qua pro eadem ſumma hæredes Gori creãtur
creditores, neſcio pariter videre falſitatẽ: ſi enim
aduerſarij creantur creditores in ea ſumma & nõ
debitores, excluditur lucrum Spiliati; vnde ex-
cluſo lucro,excluſa eſt etiam falſitas,quæ ſine lu
cro nõ committitur. Soc. *conſ.*277 *incip.viſis.col.*
1.*verſ.Et pro hac varietate.lib.*2.Aym.*conſ.*75.*nu.*
14.*&* 15.Ceph.*conſ.*75 *nu.*22.*& conſ.*76.*num.*48.
*vol.*1.*& conſ.*230.*nu.*18.*& conſ.*287.*nu.*27.*ſeq.lib.*
2.Rolan.*conſ.*11.*nu.*55.*ſeqq.lib.*3. Franc.Beccius
*conſ.*78.*nu.*27.*vol.*1.

Eſt

10 Eſt bene talis partita erronea, ſed nō falſa, quia vt Spiliatus dicit in ſuis conſtitutis, & exiſtens adhuc in ſecretis carceribus, reuocando præcedē tem cōtrariam confeſſionem, tanquam erroneã, ex quietantijs prędictis apparet, quod re vera dicta ſcuta 1924. fuerūt, vt ſupra, ſoluta creditoribus Horatij: quo ſtāte, ſuccedit primo, qđ quęlibet confeſſio, etiam iudicialis & acceptata, ne dū ſcripta in libro, abſente parte, docto de errore, po teſt qñcunque reuocari. Conrad. *in pract. pag. mihi* 284. *in* 19. *limitatione*. Fran. Turza. *q*. 8. Boſſ. *in ti. de confeſſis. n*. 60. Cla. *in pract. q*. 55. *ver. fin*. Ioã. Maria Monticell. *reg. crim*. 20. *nu*. 1. & *nu*. 4. apud quos plerique alij allegantur concordantes.

11 Itē ſuccedit, qđ cum ex teſtibus ad defenſam examinatis, cōcludenter probatus ſit ſtilus mercatorū Anconę, tollēdi ſcilicet, de vno loco in aliū partitas, ad libitū ſcribentis, eaſque ponendi ad vnū, ſeu ad aliū computum, prout pariter libet, dummodo de præiudicio alterius non agatur, falſitas omnis excluſa dicitur per huiuſmodi ſtilum, ſeu cōſuetudinem, ad trad. per Doctores *in c*. 2. *de fid. in ſtrumentorum*. Bar. *conſ. cri. diuerſ*. 8. *nu*. 13. *lib*. 1. Bal. *in l*. 1. *nu*. 30. *in fine. ver*. 10. *quoniã. C. de cōfeſſ*. Ang. de maleſ. *in verbo, falſario. nu*. 2. *in fine. verſ. & aduertendum eſt*. ibi Aug. *in addit. nu*. 6. Conrad. *vbi ſup. tit. de falſar. num*. 11. Tiraq. *de pen. temper. cauſa* 42. *nu*. 11. cum alijs per Ant. Gabriel. *conclu*. 8. *nu*. 19. *lib*. 7.

12 Nec etiam omitto, quod ſtāte ſtatuto Anchonitano, volente, vt audio, libris mercatorum fidē nō adhiberi, omnis falſitas in talibus libris commiſſa, punibilis nō eſt, nec ordinaria, nec extraordinaria pœna. Caſt. *conſ*. 130. *videtur dicendum. vol*. 1. Soc. *conſ*. 104. *nu*. 13. *lib*. 1. vbi de communi. Aym. *conſ*. 46. *incip. de ſtilo. nu*. 1. late Natta. *conſ*. 588. *per totum. vol*. 3. Franc. Beccius *conſ*. 78. *nu*. 14. *[illegible] vol. primo*. & nouiſſime Ioſeph Lud. *deciſ. Lucen*. 15. *nu*. 47. *ſeqq*. 1. *par*.

Sed hoc vltimum fundamentum ſit ex abundanti deductum, quia ſtāte, quod ex partita nullum infertur querelāri præiudicium; item quod de illius errore conſtat per ſolutiones, de quibus in quietantijs, & ob id de reuocatione confeſſionis Spiliati, & ſtilo inter mercatores Anconę, de quo ſupra, res nullam habet difficultatem, etiam circumſcripto prædicto ſtatuto Anconitano.

13 Quo vero ad vltimum caput bonorum, in pręrenſam ſecretam cōfidentiam Spiliato conſignatorū, & ob id ſtāte receptione ceſſionum ab illis della vecchia camerata, & Nerijs, rebuſque alijs, de quibus in querela, & vltimo dubio, dicit pariter, quod de querelātis calumnia, & querelāti innocentia apparet multipliciter; dicit enim in primis querelans, quod Spiliatus recepit dicta bona in ſecretam confeſſionem. Quod hoc ſit falſum, apparet ex libris Spiliati, in quibus, ſtatim receptis bonis, illorū receptionem annotat, & de pretio creditores facit hæredes Gori; cū enim iſte liber ſit talis, quē edere, vti mercator, a quocūque intereſſe habente, cogi poterat, vt tradūt cōmuniter Doctores *in l*. 1. *C. de edendo*. & de communi poſt Dec. *in c*. 1. *nu*. 3. *extra. de prob*. Teſtatur etiam Thob. Non. *in conſ*. 63. *nu*. 2. *vol*. 1. & conſequēter in eorundem notitiam, facile talis cognitio in libris annotata, venire poterat; nō pōt dici nec ſecreta, nec c clandeſtina. *l. clam poſſidere, in princ. ff. de acquiren. poſſ*. Bat. *in l. non intelligitur*. §. *tacite. ff. de iure fiſci. & in l. fin. nu*. 1. *C. de his qui ex publ. ratio cin. lib*. 10. Rola. *conſ*. 93. *nu*. 30. & 33. *vol*. 3.

14 Per huiuſmodi enim annotationem factam in ſuis libris, ab omni celādi animo alienus videtur Spiliatus; ſi enim celare voluiſſet hanc bonorum cconſignationem, nō vtique etiam in ſuis libris annotaſſet. Et qui celandi animum non habet, clam facere non dicitur. *l. prohibere*. §. *clam. ff. quod vi aut clam*. Eo præſertim, quod fecit id, quod facere ſolent omnes mercatores, qui negocia, emptiones, & venditiones bonorū in ſuis libris annotant; ideo faciens qđ cōſuetum eſt fieri, clam facere pariter non dicitur. Foller. *in practica crim. verbo, quod ſuffocauit vxorem. nu*. 38.

15 Altera querelantis aſſertio, quod ſcilicet poſt receptionem dictorū bonorū; Spiliatus habuit animum defraudādi & Horatium & creditores, pariter falſiſſima conuincitur ex eadem annotatione, facta in dictis libris, in quibus facit de pretio bonorum creditores hæredes Gori; ſi enim talem habuiſſet animum, non vtique ſe debitorem feciſſet in dictis libris; qui libri quod plene probent contra ſcribentem, dubitandum non eſt. *l. quaedam*. §. *Nummularios. ff. de eden*. Soc. *reg*. 63. *in* 7. *fallen*. Couar. *practica. quaeſt. c*. 22. *nu*. 8. Aym. *de antiq. temp. p*. 1. *ſect. Vidimus, ſed abunde. nu*. 16. Gabriel *tit. de confeſſ. concl*. 1. *nu*. 55. & 56.

16 Nec releuat dicere, quod ſaltem habuit animū defraudandi alios creditores, per ceſſiones procuratas ab illis della vecchia camerata, & Neriis, quibus cum non de ſuo proprio ſoluiſſet, ſed de pretio bonorum, non debebat, tanquam ſoluens de ſuo, dictas ceſſiones procurare. Hæc enim obiectio reſoluitur per tex. in terminis *in l. nnius. ff. de ſolutio*. quo cauetur, quod debitor alicuius ſoluens creditori ſui creditoris, non liberatur de eo quod debet, niſi de mandato ſoluendi docuerit. Ideo cum Spiliatus tale mandatum, licet forſan tacitum inter eos, quando opus fuiſſet, probare minime potuiſſet; & conſequenter per ſolutiones agere, vel excipere de compenſatione, quæ licet ipſo iure tollat obligationem, poſt quam eſt oppoſita & petita, §. *in bonæ fidei. & ibi gl. in verbo, ipſo iure*. & Iaſ. nu. 77. inſtit. de actio. cum alijs per Oſaſc. *in deciſ. pedem*. 92. *nu*. 16. antequam tamen opponatur & petatur, nihil operatur. *l. ſi conſtat, & ibi Doctores. ff. de compenſat*. Ceph. *conſ*. 4. *nu*. 49. Non video, quid mali egit, in procurando dictas ceſſiones, & illarum vigore ſe creditorem declarari faciendo.

17 Qui enim pro alio ſoluit, eius, pro quo ſoluit, creditor remanet in ſumma ſoluta; & licet eum, cui ſoluit, non poſſit cogere ad cedendum ſibi actiones, *l. nulla. C. de ſolut*. non tamen prohibetur ceſſas actiones recipere, ita expreſſe Bal. *in d. l. nulla. nu*. 1. vbi propterea dicit, quod ſi ſoluens habet iura ceſſa, poteſt contra debitorem vtili actione, ex iure ceſſo deſcendente, contra eundem debi-

debitorem agere, & ſe creditorem declarari facere: ſi vero ceſſionem non habet, non habet pariter, niſi actionem negociorum geſtorum. *l. ſi in rem, & ibi gl. in verbo, potes. C. ſi cer. petat. l. ſoluendo, & ibi alia gloſſa, in verbo, liberat. ff. de nego. geſt.*

18 Vnde ſi Spiliatus non remanet liberatus a ſuo debito per ſolutiones factas creditoribus ſui creditoris, qui procurauit ceſſiones eorũ, quibus ꝓ ſuo creditore ſoluit, & earum vigore & egit & ſe creditorem declarari petijt; & hæc omnia, vt ſupra ꝑ iura expreſſa demoſtraui, ſibi facere omnino licuiſſe; neceſſario ſequitur, vt ad vltimũ dubium ſpecifice reſpondeam, quod nemini damnum intulit, nec aliqua pæna tenetur. *l. Gracchus. ff. de adul. l. fin. & ibi Doct. ff. quo. quiſque iur. l. quod reipublica. & l. quod iniuriarum. §. 1. ff. de iniur. l. nemo damnũ. et l. nullus. ff. de reg. iur. l. 3. ff. de lib. hom. exhiben. cum ſimilibus.* b

19 Et vltra præmiſſa, quod nullus decipiendi animus poſſit in Spiliato conſiderari, per prædictas ceſſiones ꝓcuratas, euidẽter colligitur per retroceſſionem poſtea factã hæredibus Gori; ſi enim in pręiudiciũ Horatij vel creditorũ ceſſiones has procuraſſet, nõ vtique eas retroceſſiſſet, vel ceſſiſſet. Et ex hoc ſequẽti actu, præcedens bonus eius animus aperte colligitur, vt probat tex. *in §. pauonum. in fi. inſt. de rerum diuiſ. l. ſed & Iulianus. §. pen. ff. ad Macedo.* Dec. *in l. petens. nu. 11. C. de pac.* Pariſ. *conſ. 8. nu. 20. & 21. & conſ. 23. nu. 22. vol. 1.*

20 Et ijs ſtantibus, parum curandum eſt de teſtibus pro informatione Curię examinatis, de quibus in 9. præſuppoſito, quorum copiam minime habui; quia dato, quod aliquid contra prædicta deponant, ſicut mihi ſupponitur in informatione, cum tamen de auditu tantummodo teſtificentur, nihil probant: teſtis enim de auditu, non eſt proprie teſtis. *l. ſi arbiter. ff. de probat. l. teſtium. ff. de teſtibus. c. licet ex quadam. extra eodem.* Ceph. *conſil. 250. num. 17. in 2. vol.* Rolan. *conſil. 24. num. 48. & 87. in primo vol.* Iacob. Port. Imolenſ. *conſ. 94. num. 24.* c

21 Et eo minus probãt, quia (vt pariter in eadem informatione mihi ſupponitur) pſonę, a quo teſtes aſſerunt ſe audiuiſſe, ſunt prorſus inhabiles, prout ſunt Horatius Martinus querelans, Horatius Bonarellus patruus querelãtis, & Marcellus Riccius fideiuſſor illorũ de Barbadoris, pro Horatio in apocha ſcutorum 650. A quibus cum teſtes per eos teſtificata audiuiſſe deponant, non poſſunt majorem fidem facere, quam feciſſent ij, à quibus audiuerunt, ne plus credatur copię quã originali, *l. 1. ff. de fid. inſtr. c. licet ex quadam. extra de teſtibus.* Aym. *conſ. 41. col. 2. in princ.* Riminal. *conſ. crim. diuer. 82. nu. 23. tomo 2. in magnis.* Cæph. *d. conſ. 250. nu. 27.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C. Rom.

ADDITIONES.

a *In vna ſeu pluribus partitis.* Non tranſit ſine difficultate, an credatur libro priuato in omnibus partitis, cuius aliquæ partitæ verificatę apparẽt, ad cuius reſolutionem, vide Anchar. Regien. *q. 55. par. 1.* Cæphal. *conſ. 47. nu. 46. lib. 1.* vbi amplectitur negatiuam opinionem, & idem tradit *in conſ. 85. nu. 33. & ſeqq. eod. lib. 1.* Vide etiã Ioſeph. Ludou. *in comm. opin. concl. 29. verſ. ſemoto etiã ſtatuto. fol. 72. & verſ. præfatus etiam iudex, & ſeq. fol. 74.* vbi loquens in libro mercatorum, non negat magis communem opinionem eſſe, quod illi credendum ſit in alijs partitis, quando aliquæ ſunt verificatæ, ſed hanc opinionem reprobat, atque dicit non eſſe credendum de maiori numero Doctorum; verum pro communi, quod ſcilicet credatur, Rot. *diuerſ. dec.* 813. *nu. 15. & ſeqq. p. 1.* Vbi dicitur hanc eſſe magis communem, & in pract. ſeruandam opinionem, *fol. mihi* 288.

b *Veritati contraria.* Ideo dato primordio veritatis excluditur falſitas. *l. cum filius familias. §. hæres meus.* & ibi Barto. Imolen. & Alber. *ff. de legat. 2.* Aym. *conſil. 46. nu. 8. lib. 1.* Cur. Sen. *conſ. 55. num. 9. in fine. verſ. Non obſtat tertium motiuum.* Foller. *in prac. crimin. in verbo, item quod commiſit falſitatem. num. 35.* Boll. *in tit. de oppoſ. contra teſtes. num. 18.* Clar. *in pract. §. falſum. verſ. Præterea excuſatur.* quod vtique intelligendum videtur quoad pœnam ordinariam; ſecus, quoad extraordinariam, ſecundum Bal. *in l. data opera. num. 50. verſ. Et idem in eo. C. qui accuſ. non poſſunt.* quem ſequitur Fel. *in c. ſuper litteris. nu. 30. ver. vnde dicit Bal. de reſcript.*

c *Clandeſtina.* Dubitare ſæpe cõtingit, an & quãdo quid dicatur fieri palam, & quando clam, ad effectum præſertim includendi, & excludendi dolum; ex actu enim palam geſto, ceſſat omnis præſumptio doli. *l. non exiſtimo. ff. de excuſat. tut. l. fin. ff. de ritu nup.* Iacob. Burrig. *in l. dolum. in fine. ff. de dolo malo.* Vbi loquitur, quando actus in genere eſt permiſſus; ſed in ſpecie aliquo caſu prohibitus. Et ſic quandoque permiſſus, & quandoque prohibitus. quod & idem ibidem dicit Bart. *num. 3. in fine. verſiculo, quandoque fit actus, & num. 4. verſic. quandoque eſt aliquis actus.* Fulgoſ. *num. 1. in fine. verſ. & tunc ſi faciat palam.* Salycet. *num. 2. in fine. & nu. 3. verſ. aut palam.* Ioan. Sicar. *nu. 6. verſic. ſi palam fit.* Florian. *in l. quoties. la 2. §. qui dolo. ante finem. ff. de probat.* Fel. *in c. ſi autem. num. 1. in 3. fallen. de reſcript.* Iacob. Port. *conſil. 95. nu. 12.* Cæphal. *conſil. 230. nu. 13.* Boſ. *in tit. de decreto Mediolani. num. 23.* Arnal. Albertin. *in tract. de agnoſcen. aſſert. cathol. & haret. q. 23. num. 79. verſ. ſi vero ſumus in ijs quæ ſunt de genere permiſſorum.* Menoc. *conſ. 98. num. 35. ſeq. lib. 1. & de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 244. nu. 1. & omnibus ſeqq.* Vbi pluribus illationibus hanc concluſionem exornat, ac in ſpecie diſputat; An, ſi actus palam geſtus excuſat ab ignorantia iuris, ita etiam excuſet ab ignorantia facti? Et tandem hoc iudicis arbitrio repoſitum eſſe concludit, *& de præſump. lib. 3. præſumpt. 122. nu. 94.*

Sic pariter, & ècontra ex clandeſtino actu dolum argui, probat tex. *in l. 1. C. de interdic. matrimon. & in cap. cum inhibitio. de clandeſt. deſponſ. & in capit. 1. extra vt cum eccleſ. benef.* quem tex. bene facere dixit Lucas de Penna *in l. quemadmodum. nu. 6.*

*num.6.in 3.caſu.C. de agric. & cenſit. lib.*11. adducens ad id, quod ea, quæ fiunt occultè, improbitatis probatione pleniſſima ſunt. *& num.*19. *caſu* 175. Vbi adducit illud aliud, quod qui male agit, odit lucem. de quo *ixt. pernicioſa.*18.*q.*2. Iacob. Butrig. *in l. dolum. in fine.* vbi loquitur in actu, quod in genere eſt permiſſus, ſed in ſpecie, & in aliquo caſu prohibitus; & ſic quãdoq; permiſſus & quandoque prohibitus. quod & idem dixerit ibi etiam Bar. *nu.*3 *in fine. verſiculo, quandoque fit actus. & nu.*4. *verſiculo quandoque eſt aliquis actus.* Fulgoſ. *num.*1. *in fine. verſ. ſi autem clam.* Salyc. *num.*2. *in fine, & num.*3. *verſ. aut ſunt facta clam.* Ioann. Sicard. *num.*6. *verſicul. quod ſi factum. C. de dolo.* Alber. *in d. lege, dolum, num.*3. *ad finem. colum.*1. *in fine. ver. item ex hora qualitate. C. de dolo.* Florian. *in l. quoties. la* 2. *§. qui dolo. colum.*2. *ante finem. ff. de probat.* Rom. *in l. poſt contractum. num.*7. *ff. de do.* Fel. *in c. ſi autem. num.*1. *in* 3. *fallen.* Rom. *conſil.* 54. *num.*5. *verſic.*3. *ſimiliter.* & ibi Mandoſ. *in addit. in verbo, occulto. littera i.* vbi alios refert plures concordantes. Tiraq. *de retract. convent. in præfat. num.*13. *ſeqq.* vbi etiam iuribus, & doctorum authoritatibus; bene præſumptionem exornat, *& de pœn. temperan. cauſ.*11. Soc. iun. *conſil.*31. *num.* 43. *lib.*3. Aym. *conſ.*34. *num.*11. *& conſil.*142. *num.* 28. Ber. *conſil.*59. *num.* 11. *lib.*1. Plot. *de in lit. iuran. §.* 4. *num.*6. *& ſeqq. pluribus, per totam illam quartam ampliationem.* vbi pluribus illationibus hanc concluſionem exornat. Foll. *in pract. crim. in verbo, item quod ſuffocauit uxorem, nu.* 39. Arnal. Albertin. *de agnoſcen. aſſert. Cathol. & haret. q.* 23. *num.*79. *verſ. ſi uero ſumus in his, quæ ſunt de genere permiſſorum.* Ioann. Bapt. Lup. *in tracta. de uſur. §.* 1. *nu.*35. Vulpell. *conſil.*129. *num.*24. Decian. *conſil.* 32. *num.*18. *lib.*3. *& conſil.*23. *num.*19. *eodem lib.*3. Virg. Boccac. *in conſtit. Picen. gl.*3. *nu.*122. *& gl.*8. *num.*284. *il.*2. *ad med.* vbi quod dolus commiſſus in priuatis ædib. ſufficit quod probetur leuioribus probationibus. Brunor. a ſole *in ſuo compendio iuris. uerſ. clandeſtinitas excludit excuſationem. & in uerſ. fraus præſumitur in his, qui clandeſtine,* vbi plures alios refert concordantes. Maſc. *de probat. lib.*1. *concl.*531. *nu.*43. *&* 44. *& lib.*2. *concl.*815. *num.* 17. *ubi plures alios refert cõcordãtes. lib.*1. *concl.*445. *nu.*4. *& ſeq.* Menoch. *de præſump. lib.*5. *præſumpt.*3. *nu.*107. *ſeqq. & latius li.*3. *præſump.*122. *n.*90. *ſeqq.* vbi bene hanc præſumptionem exornat, *& de arbitr. q. lib.*2. *caſu* 194. *nu.*18.

Et in tantum præſumptio prædicta procedit, vt locum habeat, etiam quod ex qualitate perſonarum dolus excluderetur; vt in ruſtico, minore, milite, & ſimilibus, qui ſi actum clandeſtine faciant, aliquid mali machinari, ac in dolo, ac fraude eſſe præſumuntur. *text. eſt in l.*1. *&* ibi Bald. *num.* . . . *C. de interd. matrimon.* glo. *in l. qui contra, in uerbo, errore. C. de inceſt. nup.* Tiraq. *de retract. conuent. in præfat. num.*14. *uer. & hinc.* Boer. *deciſio.* 164. *num.*3. *uerſ. c.l. tamen per curiam, &c.* Plot. *de in lit iuran. §.*3. *num.*9. *& ſeq. & §.*6. *ſub num.*60. Stephan. Lamberteng. *de contrac. cor. &c. gloſ.*1. *num.*160. Tiraq. *de pœn. temper. cauſ.*81. *nume.*11. Aym. poſt Rom. quem allegat, *in conſil.*155. *num.* 5. prout illum refert Maſcard. *de probat. d. concluſ.* 531. *num.*46. & ſequitur Menoch. *d. præſumpt.*3. *num.*109. *in fine.* Addo eundem Maſcar. *de probat. lib.*1. *concl.*445. *nu.*4. *& lib.*2. *concl.*815. *num.*54. vbi refert, & ſequitur Tiraq. *in loco præcitato.* Vir. Boccac. *in conſtitut. Picen. glo.*8. *num.*284. *ad med. uerſicul. & præſumitur dolus mulierem.* Brunor. a ſole *in compend. iur. ſub uerſic. clandeſtinitas excludit excuſationem.* Menoch. *de arbit. quæſt. lib.*2. *caſu* 194. *num.*17.

Sed quando actus dicatur clam ſeu palam factus? Vltra Doctores præallegatos, qui etiam ponũt aliqua exempla actuum clandeſtinorum, & præſertim conſulentes, qui iuxta caſuum diuerſitatem conſuluerunt, ac etiam vltra Maſcard. & Menoch. in locis pręcitatis, vide Tiraque. *de pœn. cauſ.*11. *num.*14. *ubi remiſſiue, & de retrac. conuent. in præfat. num.*15. vbi quod clam fieri dicitur tribus modis, vel ex natura facti, vt puta quãdo in inſidijs; vel ex natura temporis, vt puta de nocte vel ex natura loci, vt puta in ſolitudine. Rom. *ſingul.*722. Corſet. *ſing. in uerbo, occulte, fol. mihi* 181. *in parua impreſſione.* Rom. *in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. num.*2. *& num.*7. *ff. de non. oper. nunciat.* Vbi quod palam ſeu clam factum dicitur vario modo, & intelligitur ſecundum ſubiectam materiam. quod & idem ſcripſerunt Salycet. *in l. ea quidem. col.* 28. *num.*112. *&* 114. *C. de accuſ.* Alcia. *in l. palam. in fine. ff. de uerb. ſign.* Aym. *conſil.*205. *ſub nu.*2. Vbi quod clam fieri dicitur illud, quod fit ignorante eo, ad quem res pertinebat; & econtra palã fieri dicitur illud, quod fit ſciente eo, cuius intererat, quod & idem poſt alios, quos allegant antiquiores, ſcripſerunt Virg. Boccac. *in cõſtit. March. gl.*3. *nu.*222. Maſcar. *de probat. lib.*1. *concluſ.*197. *nu.*10. Menoc. *de præſump. li.*3. *præſump.* 225. *num.*44. Couar. *in epit. hom. ad* 4. *decret. p.*2. *c.* 6. *rub. de his quæ matrim. imped. num.*10. Vbi quod actus dicitur clãdeſtinus, qui fit ſine teſtibus, vel ſine debita & conſueta ſolemnitate. ad quod vide Foller. *in pract. cri. in uerbo, item quod ſuffocauit uxorem,* & Maſcar. *d. concl.*297. *nu.*3. *& nu.*8. Ferrans Gargiar. *conſ. crim. diuerſ.*126. *num.*96. *lib.*1. Vbi quod occulte fieri dicitur illud, quod in domo fit, ex alleg. per Natt. *conſ.*394. *num.*7. *tomo* 2. quod, & idem voluit Virg. Boccac. *in conſt. Marc. gl.*8. *nu.*284. *ſub uerſic. præſumitur.* & vbi amplius quod iſto caſu leuiores ſufficiunt probationes, Arnal. Albertin. *in tracta. de agnoſcen. aſſert. Cathol. q.*23. *num.*77. Vbi ponit plura notabilia in hac materia.

Et in ſpecie licet regulariter clam factum non dicatur illud, in quo adhibetur teſtes & notarius inſtrumentum conficiens, vt per Gomes. *in §. ex maleficijs. num.*21. & per Ruy. *in conſ.*14. *num.*10. *lib.*1. Hoc tamen non procedit, quando inſtrumentum fit in loco ſecreto, vel quando aliquo colore retinetur, abſq; eo quod publicetur, vel alias, quod non poſſit venire in notitiam eorum, quorũ intereſt, ad generaliter tradita *ſup. nu.*136. & in ſpecie ſcripſerunt Cur. Iun. *conſ.*64. *n.*2. *uer. quod eſt intelligendum.* Ruy. *conſil.*128. *num.*5. *lib.* 4. *& conſil.*149. *num.*7. *lib.*5. Rolan. *conſ.*93. *nu.*33. *lib.*3.

*lib.*3.Menoch.*de arbit.q.lib.*2.*caſu* 194.*num.* 19.*& de præſump.lib.*3.*præſump.*224.*num.*45.Virg. Boccac. *in conſtit. March.glo.*3.*num.* 122. Maſcard. *de probat.lib.*2.*concluſ.*1094.*nu.*38. apud quos reperies deciſos plures caſus, in quibus præſens concluſio verificatur.

Famianus Centolinus V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

De forma ſeruanda in citandis abſentibus: & ea non ſeruata, an ſententia ſit nulla; de Clerico qui veneno alium necauit, an ipſo iure ſit beneficijs priuatus: & an dicta beneficia ante lapſum anni poſſint in alium conferri: & an collata recuperentur per condemnatum admiſſum ad nouas defenſiones poſt annum.

SVMMARIVM.

Citationes modo fiunt domi, modo perſonaliter, et modo etiam ad valuas curiæ, iuxta ſtilum loci. nu. 1.

Stilus ſeruandus eſt non ſolum in ordinatorijs iudicijs, ſed etiam in deciſorijs, & tam in ciuilibus quam in criminalibus.

Contumax banniri non poteſt niſi fuerit citatus, aut perſonaliter, aut ſaltem ſolitæ habitationis. nu. 2.

Bannum & contumacialis condemnatio non nocet condemnato, quando citationes ſunt nullæ. nu. 3.

Pœna confiſcationis bonorum, & priuationis beneficiorum, ſolet apponi in ſententijs cõtumacialibus, quamuis delictum de iure communi talem pœnam non mereatur. nu. 4.

Clericus comittens homicidium & præſertim qualificatum, vtputa cum veneno, incurrit pœnam priuationis beneficiorum. nu. 4.

Sententiæ contumaciales non debent continere maiorem pœnam ea, quæ veniret imponenda delinquenti, ſi fuiſſet præſens. nu. 4. *in fine.*

Sententiæ contra contumaces latæ non poſſunt vigore conſtitutionis Pontificiæ exequi, niſi lapſo anno, licet bene bona condemnati poſſint ſub ſequeſtro teneri in ſuſpenſo. nu. 5.

Clericus pro ſimplici homicidio non eſt priuatus ipſo iure beneficijs, ſed opus eſt priuatoria ſententia, niſi homicidium ſit qualificatum. nu. 5. *verſ. attamen in caſu noſtro.*

Clericus, quando ipſo iure priuatur beneficijs propter delictum, illa poſſunt ſtatim conferri, etiam nulla expectata ſententia. nu. 5. *in fine.*

Bannitus lapſo anno non admittitur ad faciendum ſuas defenſiones, niſi habita ſpeciali gratia in ſignatura ſanctiſſimi. num. 6.

Clericus admiſſus poſt annum ad ſe defendẽdũ, an recuperet beneficia alteri collata, ſi oſtenderit ſuam innocentiam. num. 7. *& in addit. litera* a.

CONSILIVM XIIII.

ADSIT DEVS. Dum primo a me quæritur, an Bartholomæus Boccatius Clericus potuerit pro prætenſa veneni propinatione condemnari ab Epiſcopo Robien. per citationes affixas ad valuas Eccleſiæ Cathedralis.

1 Reſpondetur, in hoc eſſe aduertendum ſtilum loci ſentẽtiæ, quia citationes modo fiunt domi, modo perſonaliter, & modo etiam ad valuas Curię, iuxta quod de ſtilo ſeruari ſolitum reperitur. Mohed. *deciſ. ibi: In manuſcriptis.* Put. *dec.*15.*tit. de ind. pariter in manuſcriptis ordinatorijs.* Peregrin. deciſ. fi. ſtilus enim nedum in ordinatorijs iudicijs, prout eſt citatio, ſed etiã, quod plus eſt, in deciſorijs ſeruãdus eſt, tam in ciuilibus, quam in criminalibus. Bal. *in l. de quibus, colum.*7. *verſ. nota tamen. ff. de legib.* Angel. *conſil.*310. *in fine.* Oſaſc. *deciſ. pedem.*22. *num.*6. *&* 7. Ioſeph. Ludo. *deciſ. lucen.*36. *nu.*8. *ſeq.*31. *& ſeq.* 1. *par.* vbi de veriori & magis communi.

2 Si de ſtilo ſic citandi contumaces in eo loco per fiſcum non doceatur, crederẽ, citationes non rite factas, quia de iure contumax banniri & condemnari non poteſt, niſi citationes fiant, ſi non perſonaliter, ſaltem domi ſolitæ habitationis, ſecundum cõmunem, & generaliter praticatã opinionẽ, de qua Bal. *in l. conſentaneum. nu.*44. *C. quomodo & quando Iud.* Alex. *in l.*4. *§. Prætor. nu.*3. *in fine. ff. de damn. infect.* Gandin. de Maleſ. *in tit. de citat. nu.*4. *in fine.* Nell. *in practica de bannit. in* 3. *p. primi temporis. q.*3. Foller. *in prac. cri. in verbo, vel eos verbaliter citari faciat, nu.*28. Boſſ. *tit. de citat. nu.*16. Clar. *in prac. q.*31. *verſ. dictũ eſt. & verſ. ſed nunquid.* Bonacoſſ. *in communi opi. lib.*1. *verſ. citatio poteſt fieri ad domum. pag. mihi* 24. *col.*1.

3 Et citationibus nullis exiſtentibus contumacia, bannum, & condemnatio, inde eius vigore lata, pariter nulla & inualida iudicanda eſt. Bald. *in l.*1. *in fine. ff. ſi quis iuſdicen. non obtempera.* Afflict. *in conſtit. Regni conſt. cauſa. in* 5. *notab. in fine.* Marſ. *conſ.*64. *nu.*53. *& ſeq. in prac. §. ſecunda. nu.*8. *& §. Quoniam. nu.*44. *ſeqq.* Foller. *in prac. crim. verbo, & ſi confitebũtur, nu.*19. Natta *conſ.*545. *nu.*26. Nell. *de bannit. d.*2. *p. primi tẽporis. in* 2. *q.* Boſſ. *tit. de banni nullit. in princip. num.*1. *& tit. de citat. num.*13. *ſequentibus.* Rolan. *conſ.*68. *nu.*14. *& ſeqq. vol.*1. vbi de communi.

Dum ſecundo & tertio quæritur, an in contumaciam idem Bartholomæus potuerit condemnari in pœnam priuationis beneficiorum, & condemnatus priuari?

4 Quod potuerit, nullam credo habeat difficultatem, quia pœna confiſcationis bonorum, ſeu priuationis beneficiorum, licet nõ veniret de iure imponenda delinquenti, ſi præſens fuiſſet, tamen & contumace exiſtente ſemper in monitorijs, & ſententijs, ſolet hodie de generali conſuetudine, ex practica in delictis atrocibus & capitalibus apponi, etiam quod delictum non ſit tale, quod talem pęnam mereatur; & hoc eſt notoriũ verſantibus in foris: at in caſu noſtro, etiam circumſcripta hac conſuetudine, ceſſat de iure omnis difficultas; quia homicidium cum veneno, de quibus inquiritur Barth. nulli dubium, quod talem pœnam priuationis beneficiorum meretur, ſecundum tradita poſt alios per Foller. *in practica crimin. capitul.*33. *num.*26. *ſeq.* Rebuff. *in*

practica

practica benef. par. 3. titul. de modo amitten. benef. num. 41. Placha *in epithom. delic. cap.* 11. vbi etiam late de materia. Clar. *in practica, § homicidium. verſic. de iure autem.* qui omnes loquuntur in ſimplici homicidio; ergo multò magis in qualificato, prout eſt hoc, de quo agitur, & in ſententijs contumacialibus, licet de iure non poſſit imponi poena maior ea, quæ veniret imponenda delinquenti, ſi fuiſſet præſens, vt per Barba *conſil.* 23. *in fine volum.* 1. Dec. *conſil.* 11. *numero* 7. *volum.* 1. Thob. Non. *conſil.* 104. *num.* 7. 8. 18. *ſeqq.* Cepha. *conſil.* 79. *num.* 11. *lib.* 1. Delicti tamen condignam pœnam imponi poſſe, vno ore præfati omnes admittunt.

Dum quarto inſtatur, an ſequuta condemnatione, potuerint beneficia alijs cōferri, nullo expectato tempore.

5 Vigore conſtitutionum Pij Quarti, ſub Datum Romæ, XII. Kal. Iunij, 1565. & Pij V. ſub datum Romæ anno Domini 1566. indictione nona, die vigeſima Iunij, & eiuſdem Pij Quinti ſub Datum Romæ apud Sanctum Petrum idibus Septembris, anno 1571. Reus bannitus, & in contumaciam condemnatus, habet Annum ad comparendum, & docendum de ſua innocentia. Et nō, niſi lapſo eo anno, ſententiæ contra eum contumaces latę, poſſunt ſiue perſonaliter ſiue realiter exequi; vnde ſi conſtitutionum verba attendenda ſunt, beneficia ipſius clerici ſic in cōtumaciā condemnati, videbatur prima facie, quod nō poterant per Epiſcopum conferri, niſi lapſo dicto anno, licet bene potuiſſent ſub ſequeſtro, & ſuſpenſo retineri, prout etiam videtur fuiſſe de mē te Rotæ in vna Imolen. Caſtrorum coram Seraphino ſub die veneris, 22. Aprilis, 1575. Attamē in caſu noſtro Collationem beneficiorum factā per Epiſcopum alia ratione ſubſtineri poſſe, facile crederem. Nam clericus licet pro ſimplici homicidio non ſit ipſo iure beneficijs priuatus, ſed veniat per ſententiam priuandus, vt per Foller. Plachā, & Clarum in locis antea citatis, & etiā, vt præfertur, ſententia contra cōtumacem lata, nō poſſit, niſi lapſo anno, realiter exequi vigore dictarum conſtitutionum; vbi tamen homicidiū eſt qualificatum, prout in caſu noſtro, qualitas inducitur ex veneno, tunc ipſo iure, etiā non expectata ſentētia, eſt beneficijs priuatus, ſecundū Rebuff. *d. par.* 3. *tit. de modo amitten. benefic. nu.* 41. & vbi Clericus ipſo iure priuatur beneficijs, illa ſtatim poſſunt conferri, etiā nulla expectata ſententia, ſecundum Tiraq. qui concordan. allegat, *in l. ſi vnquam. in verbo, reuertatur. nu.* 335. *ſeqq. C. de reuocan. donat.* Ergo multo magis in caſu noſtro potuerunt conferri poſt ſententiam.

Dum quinto pariter inſtatur, an modo idem clericus vigore cōmiſſionis, de qua in actis, poſſit admitti ad ſe defendēdum poſt lapſum duorum annorum, a die latæ contra eum ſententiæ.

6 Quod non poſſit, res clara redditur ex verbis ſupradictarum cōſtitutionum, quibus non, niſi annus ad comparendum contumacibus, & condemnatis, cōceditur. Et eo lapſo, nulla eſt redemptio, niſi in ſignatura gratię, ex ſpeciali reſcripto ius comparendi indulgeatur, ſublata prorſus facultate aliter diſponendi ſignaturę iuſtitię. Ideo prædicta commiſſio nihil operatur, præſertim ſtante clauſula, prout iuris.

Dum vltimo quæritur, an in euentum, quod Barth. eſſet audiendus, & quod oſtenderet ſuam innocentiam, [a] recuperet beneficia alteri collata.

7 Reſpondetur negatiue, propter lapſum anni, tex. *expreſſus in l.* 1. *& fin. vbi communiter Doctores. ff. de req. Reis.* Clar. *in pract. q.* 44. *in fine principij.* Et quando hodie ſignatura admittit poſt annū condemnatum ad nouas defenſiones, non ſolet hoc facere, niſi cum clauſula, ſine præiudicio bonorum fiſco incorporatorum; ſatis autem beneficia dicuntur incorporata, ex eorum collatione in tertiam perſonam.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C. Rom.

ADDITIONES.

a *Recuperet beneficia.* In propoſito diſtinguenda ſunt duo tempora, videlicet ante annū, vel poſt annum. Si bannitus comparet infra annū ſponte, quo caſu a pontificia cōſtitutione abſque alio reſcripto Principis cenſetur admiſſus ad ſe defendendum; & tunc, aut delictum eſt plenè probatum, aut non plene probatum; primo caſu omnes admittunt, quod comparens infra annū non recuperat bona confiſcata, niſi docuerit de ſua innocentia per contrarias probationes; ſi vero delictum non eſt plene probatum, ſed tantum de eo adſint indicia, quæ, iuncta contumacia, inducant illius plenam probationem; & tūc Rota Romana tenet, per ſimplicem comparitionem infra annum comparentem bona confiſcata recuperare, etiam quod non fuerit abſolutus, & quod nō docuerit de ſua innocentia. Sed contrarium, & quidē efficaciſſimis rationibus defendit D. meus Farin. *in ſua prac. crim. in tit. de inquiſ. q.* 11. *nu.* 89. *verſ. quæſtio, & ſeqq.* Vbi ad ſaturitatem iſte articulus diſcutitur. Quod ſi condemnatus comparcat, & admittatur ad ſe defendendum poſt annum, prout ſunt termini huius conſilij, & tunc pariter abſolutum eſt, quod ſiue comparens doceat de innocentia ſua, ſiue non, bona non recuperat tam de iure communi, quàm vigore bullarum Apoſtolicarum, quàm etiam de ſtilo ſignaturæ, vt per eundem D. meum Farin. *d. q.* 11. *num.* 43. *& ſeqq.* Vbi magiſtraliter diſtinguit.

Fam. Cent. V. I, D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

In infraſcriptis reſponſis ſapientiſſimorum virorum, qui tunc temporis florebant, ad plenum diſcutitur, an diſdicta, ſeu aliter reſoluta ſocietate officij,

ficij, debeantur aliqui fructus: & ad quam rationem. An & quando valeat pactum, quod loco damnorum, & intereſſe certa pecuniarum quantitas ſoluatur: an à principio intereſſe taxari poſſit: an contractus alias de iure illicitus, & vſurarius, fieri poſſit licitus a conſuetudine, & obſeruãtia loci. Et an etiam ſocietas officij, contracta per vnum nomine alterius, vel de pecunijs alienis, acquiratur cõtrahẽti: an vero illi, cuius ſunt pecuniæ, vel cuius nomine cõtrahitur. Et hinc obiter explicantur etiã plura alia notabilia ad vſuram includendam, vel excludendam, & ad fructuum ſolutionem in ſortem computandum: materia in Vrbe ſatis practicabilis, & quotidie contingens.

SVMMARIVM.

Societas morte ſocij finitur. nu. 1. & nu. 77. vbi de materia.

Beneplacitum expirat per mortem. nu. 2.

Societate finita per mortem vnius ex ſocijs, fructus non debentur. num. 1. & ſeqq. & per totum conſilium, vbi multa ad materiam.

Societas dicitur reprobata, & vſuraria, quando in ea præſtatur vniformis lucri præſtatio, ad tantum pro centenario. & nu. 3. & nu. 32. fallit, vbi in ſocietate eſt poſitum periculũ vitæ. num. 4.

Societate finita, quo cuju capitale non ſubiacet amplius periculo vitæ, tunc quidquid per hæredem Socij mortui accipitur, vſura eſt. nu. 5. & ſeqq. Et fere per totum Conſilium, vbi ſupra multa de materia, & in addit. litera. a

Societate finita pecunia dicitur remanere ſub nomine puri mutui.

Vſurarius tenetur ad reſtitutionem perceptæ vſuræ, nu. 7.

Vſuræ pœna eſt arbitraria. nu. 10.

Pœna pecuniaria propter reiterationem efficitur corporalis. nu. 9. Declara, vt in addic. litera. b

Intereſſe debet legitime per teſtes probari, & liquidari, non autem poteſt à partibus taxari. nu. 10. & fere per totum conſilium, vbi multa ad materiam.

Societate finita fructus non debentur etiam loco damnorum, & intereſſe. num. 10. & per totum conſilium, vbi multa ad materiam, & num. 88. vbi quid ſi eſt facta diligentia exigendi.

Vſura vbi eſt, illa non tollitur à partium confeſſione, nu. 11.

Vſuram ſub ficto, & licito colore exercens, acrius punitur, quam committens vſuram formalem. nu. 12.

Pactum, quod finita ſocietate officij fructus debeantur, ad rationem duodecim pro centenario, loco damnorum et intereſſe, eſt illicitum, & reprobatum, nu. 13. & ſequentibus, & per totum conſilium. vbi multa in materia.

Subrogante ceſſante, ceſſat ſubrogatum. nu. 14.

Damno ceſſante, ceſſat æſtimatio damni. nu. 14.

Intereſſe non poteſt eſſe ſine ſubiecto. nu. 14. & nu. 30.

Promittens intereſſe cenſetur promittere verum intereſſe, & nõ imaginarium, nu. 15. & nu. 31.

Vſura loco intereſſe non debetur ſine mora. numero 16. 22. 43. 45.

Intereſſe non debetur ſine interpellatione, num. 16. & numero 37. 43.

Vſuræ loco damnorum, & intereſſe, non debentur mihi, quatenus re vera interſit. num. 17.

Intereſſe non debetur per hæredem ſocij, mortuo ſocio, numero 17.

Intereſſe taxatum ab initio debet limitari, & multiplicari ad id, quod vere probaretur intereſſe, numero 18. & 19.

Etiam, dictio eſt augmentatiua, nu. 13.

Societatis pacta debent in ſe habere æqualitatem. nu. 20.

Pactum vſum recipit, & interpretationem ab alio pacto. numero 20.

Pacta ſemper interpretanda, vt æqualitatem contineant. numero 20.

Intereſſe à principio per partem taxatum, non debetur, niſi illud aliter probetur. nu. 23. & per totum conſilium in diſcurſu, vbi multa in materia.

Vſura eſt, vbi aliquid promittitur vltra ſortem, per dinumerationem menſium, vel annorum. nu. 24.

Intereſſe variatur iuxta varietatem temporum, rerum, & accidentium. nu. 25.

Vſura eſt aliquid ſoluere, propter non ſolutionem debiti, certo tempore faciendum. nu. 26. & nu. 48.

Statutum quod ſoluto matrimonio ſoluatur vxori tantum pro centenario, donec fuerit de dote ſatisfacta, non valet. numero 27. & in addit. litera c. *vbi de materia.*

Vſurarium, & illicitum eſt pactum illud, quod non poteſt ſe habere ad lucrum, & damnum. nu. 28.

Socij vnius morte, ceſſant vſura, & omne intereſſe, quod per ſocium viuentem propter ſocietatem debebatur, numero 29. & per totum conſilium in diſcurſu, vbi multa de materia.

Vſurarius eſt contractus, etiam ſub nomine liciti contractus celebratus. nu. 33.

Veritas non immutatur per nominum denominationem. numero 33.

Societas eſt vſuraria, vbi capitale ſemper remanet ſaluum. nu. 24. & in addic. litera. d

Contractus bonæ fidei recipiunt interpretationem arbitrio boni viri. nu. 35.

Pacta ſunt ſemper reducenda ad æqualitatem. nu. 35.

Socius finita ſocietate, non poteſt conueniri, niſi in quantum facere poteſt, & propterea non debet carcerari. numero 35.

Pœna ſine culpa, vel dolo non committitur. nu. 36.

Intereſſe non debetur loco damnorum, & intereſſe, niſi probetur, quod quis habuerit merces paratas ad emendum, aut quid ſimile, nu. 28. & nu. 50.

Vſurarius contractus iuramento firmatur, & quomodo, num. 40. 48. & nu. 65. & nu. 69. & nu. 73.

Compenſationis exceptio quando poſſit opponi aduerſus obligationem cameralem. nu. 41. & ſeqq.

Conditio importatur per ablatiuum abſolutum. nu. 44.

Debitor non dicitur conſtitutus in mora per ſolum euentum conditionis. nu. 44. & nu. 74.

Debitor habet facultatem ſoluendi mortuo creditore, vel eius hæredi, vel executori teſtamenti. nu. 46.

Legatum quinque pro centenario loco fructuum, & intereſſe, donec ſors debita ſolueretur, eſt vſurarium. 48.

Solutio in dubio cenſetur potius facta in extinctionem vſurarum, & fructuum, quam ſortis principalis, & quomodo hoc intelligitur. numero 49. & in addit. litera c. *vbi de materia.*

Intereſſe

Intereſſe veriſimile poteſt a principio pacto partium taxari. nu.59.60.& 54. Quod quando verum ſit.nu.61.62.89.

Principis ſcientia, & tollerantia habet vim conſenſus, & voluntatis.num.52.

Vſurarius contractus non poteſt frequentia actuum, & conſuetudine ualidari.nu.53.quod an verum ſit,& quod.num.53.& nu.54.& nu.56.& nu.63.& nu.67.& 68.& nu.72.& nu.94.& in addit.litera l.

Papa poteſt limitare,& diſtinguere ius diuinum ex cauſa,quotieſcunque ratio naturalis ſuadet, & propter publicam vtilitatem.nu.53.

Conſuetudo excuſat a peccato.nu.54.contra in addit.litera i.

Pœna ſicut poteſt ſtipulari, an ita etiam poſſit ſtipulari quantitas intereſſe.nu.62.

Papa an poſſit vſurarum exercitiũ permittere.nu.64.& n.72.

Conſuetudo non excuſat in iſs,quæ ſunt contra prohibitionẽ iuris naturalis,uel diuini.n.68.et in addi.litera g.et nu.72.

Conſuetudinem alleganti incumbit onus probandi. nu.72.& in addit.litera h.vbi de materia.

Societas officij contracta per vnum nomine alterius, uel de pecunijs alienis, an acquiratur contrahenti; an uero illi,cuius ſunt pecuniæ, vel cuius nomine contrahitur, & de materia,nu.78.& ſeqq.

Societatis inita pro perſona nominando, materia.nu.79.

Societatis ſimulata initæ ſub nomine alterius,materia.nu.80.

Societate finita,an,et quando, et per quos actus cenſeatur continuata, & renouata cum ipſo contrahente, vel cum eius herede.nu.81.et in addit.litera i,et nu.82.

Societas officij ſi alteri cedatur,an finiatur per mortem cedentis,vel ceſsionarij.nu.83.et nu. 90.et 91.

Societates officij de obſeruata,et approbata cõſuetudine in Vrbe contrahuntur ad rationem duodecim pro centenario.n.84.

Conſuetudo non excuſat a peccato,& a pœna gehennali,et a reſtitutione vſurarum.in addit.litera i.

Conſuetudo excuſat ab inobſeruantia iuramenti. in addit. lit.g.

CONSILIVM XV.

1 ADSIT DEVS. Dubitandum non eſt, quin omnes ſocietates officiorũ per Lazzarum, dum uixit, ad eius fauorem initæ, eius morte penitus finitæ,& extinctę cenſeri debeãt, non ſolum ex communi,& inueterato ſtilo Tribunalis Auditoris Cameræ, ubi, ut plurimum, ſimiles contractus celebrari ſolent, ſed etiam de iure communi;nam per mortem unius ex ſocijs, ſocietatem finiri,& diſſolui,eſt tex. expreſſus *in §.ſoluitur.inſt.de ſociet.in l.ſocie. §. diſſociamur. l.ſi fratres.§.idem reſpondet.l.act.§.morte, & l.ſocium. in ſi.princ.ff. pro ſocio.* Et hoc potiſsimum procedit, quando in ſocietatibus adeſt illa clauſula, quòd uidelicet ſocietas debeat durare ad ſex menſes proximè tunc futuros, & inde ad bene-
2 placitum; tunc enim beneplacitum ſimiliter per mortem expirare,traditur per Iuriſc. *in l.4.ff.locati.*Marſil.*in rubr.de prob.nu.*270. Soc.iun.*conſi.63.nu.12.lib.2.* latè Meno. *de arb.q.69. num.1.& ſeq.*Dec.Pedemon.150.*num.1.uer.tertia uero,*ubi in terminis loquitur de ſocietate,per text.*in d.§.ſoluitur. inſt. de ſoc.*

3 Modo inferendo ad caſũ nr̃m,dico,ꝙ licet regulariter in ſocietatib.uniformis lucri prȩſtatio ad tm̃ pro cẽtenario, ſit a iure reprobata uti uſurariã prauitatẽ ſapiẽs,ut tradũt Ro. *in conſ.520.col.2 in fi.n.8.uer.3.prin.*Ale.*conſ.65.n.7.li.6.Dec.conſ.116.n.2.& conſ.322.col.fi.n.3.in fi.uerſ. & idẽ*
4 *Ro.*Natt.*cõſ.417.n.5.li.2.*Capr.*dec.65.n.11.*Nihilominus vbi capitale in ſocietate poſitũ,vitȩ periculum ſubire poteſt, tunc ratione incertitudinis vitȩ,quȩ põt,& lõgior,& breuior eſſe,talis lucri vniformis p̃ſtatio à iure permittiẽ,& tolleratẽ. ita poſt Hoſt.Spe.Old.Bal.&alios,quos allegat, conſuluit,& declarat Dec.*d.conſ.123.in princ.&* Natt.qui plures alios refert *in conſ.448.n.13.li.3.*

5 Igitur vbi ſocietas eſt [a] finita,quo caſu capita
a le nõ ſubiacet amplius riſico,& periculo vitȩ,tũc quicquid lucri per hæredem ſocij mortui accipitur,vſura eſt. Dec.qui in terminis loquitur de ſocietate officij, *in conſ.123.per totum.conſ.116.nu.1.verſ.& retenta iſta concluſione, & nu. 2. verſ.circa ſecũdum dubium,&c.*Rom.*conſ.520.nu.6.ſeqq.* Afflict.*ſuper conſt.li.1.rub.6.in conſt.inci.vſurariã. nu.14.verſ.item ſi pecunia.* Bero. *conſ.168.nu. 19. & ſeq.lib.1.*Natt.*d.conſ.498.nu.14.lib.3.*

6 Ratio eſt,quia vbi ſocius finita ſocietate promittit reſtituere capitale,prout regulariter contingit in iſtis ſocietatibus officiorũ,tunc poſt reſolutionem ſocietatis,remanet pactũ mutui,per ea,quæ elegãter tradit idem Dec. *d.conſ.123.col.2.uer.iſta.n.reſtõ.& verſ.potiſſima & videtur illa ratio.*Reſoluta ergo ſocietate, remaneat mutuum, & contractus ſocietatis in contractũ mutui trãſfuſus eſt:ideo quicquid ex eo accipitur vſurã cõputatur.Ro.*d.conſ.520.nu.1.& 4.*Bal.*d.conſ.116. nu.1.*omne.n.id quod ſorti mutuatȩ accedit,vſura eſt.*l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cer pe.c.conſuluit.ext.de vſur.c.ſi feneraueris,& c.vſura,14.q.3.*

7 Concludo ergo quod Dominus,qui poſt finitas ſocietates officiorum per mortem q.M.ſui patris, exegit ad rationem duodecim pro centenario, loco fructuum ſocietatum prædictarum in plurib.& diuerſis perſonis,tam notabilem pecuniarum quantitatem primo condemnandus ſit ad illarum reſtitutionem, iuxta tex. *in c.1.& 2. & c.conqueſtus.de vſur.*Dec.*d.l.conſ.116.nu.1.ver. & retenta iſta concluſione.* qui preciſe loquitur in fructib.indebitè perceptis ex ſocietate.Cla.*in §. vſura, uerſ. item tenetur,* ac de inde vltra pœnas à
8 iure canonico inflictas, ſit extraordinaria pęna, propter vſuras indebitè perceptas, arbitrio Domini Iudicis puniendus,ſecundum veriorem, & magis communem opinionem, de qua præter alios, teſtantur Menoch. *de arb.q.caſ.398.nu.1.& ſeqq.*Hirenui.*in com.opi.Tho.2.cent.5. concl.24. & late in dec.*Pedem.137.*per tot.*

9 Quæ quidem arbitraria pœna iſto caſu multũ augenda venit,propter reiterationem delicti:nõ enim vſuras indebite ſolũ percepit in ſocietate, de qua agitur,ſed in alijs quamplurib.ſocietatib. adeo quod dici poteſt,quod vſurarũ pœna,dato quod eſſet regulariter pecuniaria,(de quo modo non eſt diſputandum) fuit in præſenti caſu effe-
b cta [b] corporalis, propter reiterationem, ad trad. per Pariſ.*in l.1.nu.2.C.de ſuperexac.lib.10.& in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.nu.26.ff. de pact.gl. in c.1. diſt.5.de panit.& in l.ſeruos.§.ſeruos verò. in uer.ſæpius.C.ad l.Iul.repetun.*Gram. *dec.16.in cauſa.* Tiraq.*de pan.cauſ.42.nu.14.cum ſimil.*

10 Nec ipſum excuſet dicere, quod tales fructus receperit loco damnorũ, & intereſſe; nam dam-

Digitized by Google

na,& intereſſe debent legitimè per teſtes proba-
ri,coram iudice liquidari,& ab eodem iudice ta-
xati; non autē à partibus; talis.n.taxatio vſuram
continet.Bal.*in l.rogaſti.§.ſi tibi.col.2.verſ.quid er
go ſi mutuo.ff.ſi cer.pet.& in l.cunctos populos.col.4.
verſ.deinde pro.C.de ſum.Trin.& fid.cath.* Dec.*d.
conſ.116.col.2.verſ.circa ſecundum dubium.* Alex.
*conſ.*88.Aym.*conſ.*189.*nu.*8.cum plene cumula-
tis per Natt.*conſ.*490.*per tot.lib.*3.& dicere quod
poſt finitam ſocietatem liceat loco damnorum,
& intereſſe,ſine vllo riſico vitæ, recipere duode-
cim pro centenario, eſt minus ridiculū; & id nil
aliud eſſe,quā vſurā ſub ficto noīe dānorū,& in
tereſſe,promittere;quod nullo pacto eſt dicēdū.
11 Et licet ēt per debitores iſtarū ſocietatū eſſet
facta ſolutio loco dānorū,& intereſſe,adhuc ta-
lis cōfeſſio nō tollit,quin ſit vſura.Rom.*d.conſi.*
520.*n.9.et ſeq.*Nat.*cōſ.*400.*n.6.*quia cū a poteſta
te partiū nō depēdeat, quin ſit vſura,vbi re vera
eſt,tali cōfeſſioni nō eſt ſtādū. Bar.*in d.l.ſi forte,
n.5.verſ.et per hoc dico.ff.de caſtr.pecul.*Franc.poſt
Gem.*in c.1.n.4.de reb.eccl.non alie.in 6.* quodcun
que.n.nomē ei,qđ vltra fortē accidit,dr, vſura
eſt.Rom.*d.conſ.*120.*n.*5.Alc.*conſ.*61.*viſo proceſſu.
col.pe.li.2.*Dec.*conſi.*116.*col.2.ver.nec iuſtificatur.*
12 Imò iſte,q sub licito,& ficto colore dānorū,&
intereſſe, intentionalē vſurā exercet, acrius pu-
niendus eſt, q̄ cōmittens uſurā formalem, & eui
dentem.Nat.*d.conſ.*498.*n.6.& ſeq. li.*3.magis.n.
dr eſſe in dolo ille,qui aliquid in fraudem legis,
quā qui expreſſe contra legē,facit.*l.contra legem,
& l ſeq.ff. de legib.* & quanto dolus eſt latentior,
& callidior,tanto punibilior.*l.2.§.pe.ff.de his,qui
ſunt ſui,vel alie.iur.*& ficta æquitas duplex eſt ini
quitas.Bal.*conſi.9.factum tale eſt,col.3.lib.*1.I.D.
Proſper Farinacius I.C.Rom.

Reſponſum Marini Olinati in eadem cauſa.

13 ADSIT DEVS. In propoſito dubio pars
negatiua amplectēda eſt,vt i ęquior,huma
nior,& ſanctior ſaluti aīatū;qa licet pactū illud,
q fructus durāte ſocietate currant ad 12 pro cē-
tenario,videat gnāle,& extendi poſt finitā ſocie
tatem p p dictionē illam,ēt finita ſocietate,quæ
dictio,ēt,eſt augmentatiua,vt per Rui.*conſil.*89.
*nu.6.vol.1.*cū illa taxatio ad 12 pro centenario,
differenter ponat a cōtrahentib. videlicet vt du
rante ſocietate,illa taxatio ſit pretium fructuū,
vt expreſse cōtinetur in inſtrō ſocietatis; finita
vero ſocietate vt ſit pretiū dānorum,& intereſſe
propter illa uerba, loco damnorum, & intereſse
14 iux.no.*in l.2.§.fi.ff.de prat.ſtip.* Attā cū ſibi non
cōſtat de aliquo dāno,& intereſſe, ceſsat dictum
pretium, ſeu taxatio, quæ eius loco ſurrogatur,
quia ceſsāte ſubrogante,ceſſat ſubrogatū. *l. 1.§.
hac actione,*& ibi Bar.*ff.ſi quis teſt.lib.eſs.iuſſ.fuer.*
& vbi ceſſat damnū,ceſsat æſtimatio dāni.Laur.
Rodulph.*in tract.de uſur.in §.nunc uenio ad 2.nu.*
14.& vbi non eſt ſubiectū intereſſe,non pōt eſſe
eius determinatio.*c.cum in urbe,de celeb.miſs.& l.
eius,qui in Prouincia,*& ibi Doc.*ff.ſi cert.pet.*& ad
literā,qū promittit aliquid loco dānorū,& inte-
reſse,Soc.*conſ.253.ſub nu.12.verſ.igitur non tene-*
tur,vſque ad finem,d.num.volum.2. qui uideatur.
15 Infertur ex hoc q antequā quæratur de iurib.
dicti pacti,duo requiruntur copulatiuè; primū,
qđ ſimus in caſu,in quo intereſse debeatur:ſecū
dū,qđ probet intereſſe; quia qui promittit inte-
reſse,cenſetur promittere uerum intereſse,& nō
imaginatum.Dec.*conſi.*539.*n.*10.pro cuius pro-
batione requiruntur duo,quæ ponuntur p Mo-
hed.*dec.*205.ſed hic utrūq; ſufficit. De primo eſt
caſus *in l.ſocium,qui in prin.ff.pro ſoc.* ubi decidit,
q uſuræ loco intereſse demum debent,qū ſocius
eſt in mora,& non tanq̄ uſura, ſed q ſocij inter-
16 ſit, p p moram ſocij,& hoc eſt gnāle, qđ qū ali-
qd promittit in euentū nō ſolutionis,tale pactū
intelligitur,ſi debitor fuerit in mora. *l.ſi duo.§.fi.
ff.de conſti.pec.* & ibi Bar.Ruy.*conſ.74.n.4.ver.nec
obſtat.vol.*5.Nec intereſse deberi pōt, qū quis nō
fuit interpellatus.Bar.*l.ita ſtipulatus.nu.54.in fi.
ff.de ver.ob.*Arc.*conſ..n.272.col.fi.verſ.ad octauū.*
Ruy.*conſil.59.nu.4.cum ſeq.& nu.11.vol.2.* Aym.
conſ.89.nu.4.1.vol. Et præcipue iſta opinio pro-
dit,qū quid debet cum aliqua conditione, ut eſt
17 cōis opinio relata per Dec.*conſi.2.verſ.Sed tamē
his non obſtantibus.et nu.51.verſ.cum ergo,*& qū de
bentur uſuræ loco damnorum,& intereſse,ultra
quod non debentur, niſi quatenus interſit,*vt d.
l.ſocium qui,*tūc talis uſura, ſeu id, quod intereſt,
non debetur per hęredem ſocij,mortuo ſocio,&
ibi eſt expreſse tex.& licet hic non petantur con
tra hæredem ſocij,ſed ab hærede ſocij contra ſo-
cium,tū id eſt,ut declarat Bal. *in addit.d.l. vbi ad
literam ſic inquit, propter moram veram, vel fictam
commiſſam per ſociū,tenetur moroſus ad uſuras, qua
vt intereſſe præſtantur ſocio,non hæredi ſocij.*
18 Secundum uero nullo modo probatur. Et ſi
probaret illa taxatio ab initio facta, dēt limita-
ri, & modificari ad id, qđ uoce probatetur inte-
reſse, ut in terminis promittentis aliq̄ ſummam
loco dānorum,& intereſse.Soc.*d.conſ.253.col.fi.
ver.tamen limitatur,*qui allegat tot Doc.ex quib.
facillimè colligitur, iſtam eſse cōem opi. & licet
Pariſ.*conſ.34.vol.*1.uoluerit defendere ſummā ta
xatam ad decem pro cētenario,tū ibidem *nu.37.
cū plu.ſeqq.*fatetur,opin.noſtram eſse uerā,qū di
cta decem excederent ualorem damnorum,& in
tereſse,& facit ēt doc.Cin.*in l.ſeruus ea lege.ff.de
ſeru.export.*ubi dicit,q in quocunque contractu,
in quo pecunia debetur, intereſse taxatū ab ini-
19 tio,pro futuro t pe,non extendit, niſi quatenus
probetur uerū intereſse ex præterito, & debitor
ſit in mora, ut latiſsimè diſputat per unā col.&
concord.plures adducit Amb.de Vig.*in rep.c.ſa-
lubriter.ſub nu.49.ver.ſed in contrariū,et iterū 256.
de uſur.*ubi refert iſtā eſse cōem, & teneri pro E-
uāg.& Fed.de ſen.*conſ.fi.*latiſſime diſputat, & cō
cludit,hæreticum eſse, tenere cōtrariū, ēt uſque
ad rationem quinque pro centenario, non cur-
rans,quo nomine uocentur. Alex.*conſ.27.nu.9.
vol.*4.& Ambr.de Vign.*in d.c.ſalubriter. num.*50.
20 Et inſuper conſiderandum eſt,quod illud pa-
ctum cenſetur appoſitum, quando finiretur ſo-
cietas facto ſocij,uel eius dolo,& culpa,ſecundū
terminos *l.actione.§.diximus.ff.pro ſocio*, quod
ſonate

Digitized by Google

ſonare videntur verba illa, *finita præſenti ſocieta-*
te,nã,ꝙ ſocietas tunc erat contracta per ſex men
ſes,ſuadetur,cũ expreſſe ſit pactum,quod ſi fini-
retur morte Dñi Ioannis,nõ deberẽtur,niſi fru-
ctus decurſi;quod pactum,tanquam correſpecti
uum,extenditur,qñ finiretur morte Lazari,tum
propter æqualitatẽ de vno ſocio ad alium, ſecũ-
dum dictum Bal.iuncto d. text. *in d.l.ſocium qui*,
& probatur optimè per text.*in* §.*illud.inſti.de ſo-*
cietate,& regulariter vnum pactum accipit inter
pretationẽ ab alio poſito in eodẽ inſtrõ, vt per
Soc.*in l.1.nu.2.ff.de reb.dub.* & præcipue in con-
tractu ſocietatis,qui eſt bonæ fidei,debemus in-
terpretari pacta ad ęqualitatem,& prout iuri cõ
muni conueniunt.Pariſ.*conſi.85.nu.*18.& Amb.
de Vign.*in d.c.ſalubriter.nu.*166.*& nu.*189.*cum*
concor.per eum adduct. LAVS DEO.

Reſponſum Marij Martij in eadem cauſa.

21 ADSIT DEVS.Pactum in inſtrõ ſocie-
tatis appoſitum,ꝙ ẽt finita ſocietate fru-
ctus debeant ad rõnẽ duodecim pro centenario,
loco dãnorũ, & intereſſe, eſt reprobatũ, vtpote
in fraudẽ vſurarũ appoſitũ, vt cõcludit Bal. *in l.*
cunctos populos.nu.4.verſ.itẽ ponitur.C.de ſum.Tri.
*& fid.cath.*Cy.*in l.ſocius ea l.in ſuis add.ff.pro ſoc.*
Lanfran.*deciſ.*355.vlterius quam cæteri rectè di
ſputãdo cõcludit Dec.*cõſ.*119.*per tot.*nã vt quid
debeatur loco dãnorũ, & intereſſe,dẽt conſtitui
debitor in mora,cũ ſine mora intereſſe nõ debea
22 tur,vt docuit Bar.& alij *in l.lecta.ff.ſi cer.peta.* &
in terminis actionis pro ſocio eſt tex.*in l.ſociũ.ff.*
pro ſocio,ibi,non quaſi vſuras, ſed quod ſocij interſit
moram eum non habuiſſe. quem text. ad hoc citat
Dec.*in d.conſ.*119.*nu.3.in fi.*cęterum cum in caſu
noſtro nulla mora aſcribi poſſit D.Io.Bargnio,
merito ad aliquod intereſſe non tenetur.
23 Rurſus & ſi aliqua mora conſiderari poſſit,tñ
ſi non apparet de reali intereſſe,dicitur qđ ꝑ cõ-
uẽtionẽ, ſeu pactũ in inſtrumẽto appoſitũ, non
põt eo prætextu dãnari, cũ intereſſe nõdũ ortũ,
taxari non potuerit,vt dicit Pet.de Anch.*in cõſ.*
150.*n.*6.ſed dẽt probari aliter, quã per inſtrumẽ
tum.Dec.*conſ.*111.*col.2.uer.3.non obſtat ibi,ſecun*
*do quod intereſſe.& in conſ.*126.*nu.3.ibi,iſta conclu*
ſio probatur,& in d.conſ. 119. prout ẽt docuit *in c.*
cum venerabilis.nu.14.cir.fin ibi & hoc intelligitur
*uerum.extra de excep.*Alc. *in conſ.27.n.11.li.*4.Ca
gn.*in repet.leg.curabit.C.de act.emp.col.*6.Poſſent-
que innumeræ auctoritates in propoſito cumu-
lari,quas breuitatis cauſa omitto, remittẽdo me
ad d.conſ.Dec.119.vbi ſatis,ſuperque hanc ma-
teriam tractat.Cum itaque D.Ioannes Bargnus
non fuerit conſtitutus in mora, nec conſter de
aliquo intereſſe aduerſariorum aliter, quam per
pactum in dicto inſtrumẽto appoſitum, fruſtra
ſuper eo ei moleſtiam inferunt.LAVS DEO.

Reſponſum ſecundum Marij Martij in eadem cauſa.

24 ADSIT DEVS.Pactum,quod ſoluta ſocie
tate, ſoluantur ſingulis menſibus fructus
ad rationem duodecim pro centenario, eſt om-
nino illicitum, & in fraudem vſurarũ, vt in ter-
minis ſocietatis ponit frater Dominicus Sotto,
in lib.6.ar.2.in fi. Nam & generaliter vbi aliquid
promittitur vltra ſortẽ per dinumerationẽ men
ſium,vel annorum,eſt vſura,ita ſcripſit Bar. *in l.*
cum ſtipulati ſumus.in fi.ff.de ver.obl. Bal. *in l.cum*
allegas.n.13.uerſ.10.pono,& nu.15.in fi.C.de uſur.
Pet.de Ancha.*viden.in conſ.*150.*nu.*6. Et licet in
tereſſe debeatur vtroque iure, tamẽ de eo aliter
conſtare debet quam ex conuentione partium,
illud ab initio taxando, vt eleganter reſpondit
Pet. de Anch.*in d.conſ.*150.Alex.*in conſ.*221.*nu.*
10.*lib.2.fol.*189.*in 2.vol.uerſ.tertia concluſio.*Dec.
*in conſ.*119.per Soc. *in conſ.* 111. *col. 2. uer. non ob-*
ſtat.& in conſ.116.nu.3.uerſ.3. iſta concluſio, & in
c.cum venerabilis.col.6.uer. taxatio uero de excep.
Io.And.*in c.ſalubriter.in prin.de uſur.*& extat De
ci.Ianfred.Lanfranch.351.docuit Bal. *in l.roga-*
ſti.§.ſi tibi.ver.extra not.ff.ſi cert.pet.& in l.cunctos
populos.nu.4.C.de ſum.Trin.& fid.Cathol. Cyn. *in*
l.ſeruus ea lege.ff.de ſeru.export. late Cagnol. *in l.*
curabit.C.de act.emp.& in hoc conueniunt tã Le-
giſtæ,quã Canoniſtę,& Theologi;ſi.n.aliter di-
ceretur, vtique eſſet aperire uiam uſuris,cũ ſem-
per partes conuenirent ſuper futuro intereſſe.
25 Nec dicta cõuentio, ſeu taxatio poteſt ſucce-
dere loco damnorum,& intereſſe,cum ſit vnifor
mis; intereſſe vero variatur iuxta varietatem tẽ
porũ, rerum, & diuerſorum accidentium, prout
animaduertit Roma.*in conſ.*520.*nu.*8.Capic.*de-*
*ciſ.65.nu.*10. & vbicunque aliquid eſt probã dũ,
ſi debitum certo tempore non ſoluatur; dicitur
26 conuentio in fraudem vſurarum,vt latiſſimè re-
ſpondit Alex.*in conſ.49.50.& 51.li.*4.Abb.*in c.di*
*lecti.nu.15.de arbit.*Bar.*in l.Iulianus.§.idem Papi-*
*nianus.ff.de act.emp.*Affiict.*dec.*135.*nu.*20.Dicta
.n.taxatio adeo reprobatur, vt nec lege id ſtatui
poſſit;& ideo ſtatutum quod ſol. matr. ſoluatur
27 vxori certa quantitas pro centenario donec fue
c rit de dote ſatisfacta non valet [c], ſecundum com
munem opin.de qua teſtatur Capic. *Dec.65.nu.*
11.Crot. *in l.omnes populi,nu.51.uerſ.19.concluſio.*
*ff.de inſt.& iur.*Abb.& communiter ſcribentes *in*
c.ſalubriter.de vſur.
28 Et vbi pactum non põt ſe habere ad lucrũ, &
dãnum,ſemper reprobatur, tãquam illicitum,&
vſurarium, vt notant omnes *in c.nauiganti,& in*
*c.in ciuitate.de vſuris.*Bal.*in l.ſi ea pactio.ff.de uſur.*
Archid.*in c.quicunque.14.q.3.* Hoſt.*in tit.de uſur.*
§.*aliquo.uer.10.& uerſ.quod de his.*Iaſ.*in l. ſi pater*
puella.C.de inoffi.teſta.in fin.& in l. de fid.com.C.de
*tranſac.*Dec.*in conſ.*123. cum alijs congeſtis per
Hippol.*in rub.de prob.n.*409.Cũ itaq; ſolutio de
duodecim pro cẽtenario, eſſet facienda,ad dinu
merationem menſium,& annorum,ac uniformi
ter contra naturam intereſſe,de quo aliunde nõ
apparet, quàm ex partium conuentione, tantũ-
que aduerſario commodum afferret, abſque ali-
quo periculo incomodi, aperiretur via vſura-
riæ prauitati, erit concludendum, reijciendum
fore,& reprobandum,tanquam illicitum,& vſu-
rarium. LAVS DEO.

Digitized by Google

Reſponſum ſecundum Marini Uliualti in eadem cauſa.

29 ADSIT DEVS. Pars negatiua eſt æquiſſi-
ma,& veriſſima in iure; nã morte vnius ex
ſocijs,vſuræ,quæ debebãtur per vnũ ex ſocijs,&
omne intereſſe,ceſſant,& finiũtur.*caſus eſt in l.ſo
cium,qui in eo.§.1.ff.pro ſoc.*ideo,& fructus prædi-
cti e:us loco ſubrogati,per regulã *l.1.§.hæc act.*&
ibi Bar.*ff.ſi quis teſta lib.eſſe iuſſ.fuerit.*
30 Non obſtat pactũ inſtrumenti, quod fructus
loco dãnorum,& intereſse currant,& ſint ad ra-
tionẽ duodecim pro centenario, quia hæc taxa-
tio cenſetur adiecta ad determinandũ intereſſe,
ratione difficilis probationis,iuxta not. *in l.2.§.
fi.ff.de prætor.ſtipul.*igitur cenſetur adiecta eo ca-
ſu, quo intereſſe peti potuiſſet, quia vbi non eſt
ſubiectũ intereſſe,non põt eſſe determinatio in-
tereſſe.*c.cum Marth.de celebr.miſſ.& l.eius,qui in
Prouincia.& ibi Doct.ff.ſi cer.pet.*& ad literam per
Soc.*cõſ.*253.*nu.*11.*in fi.vol.*1.qui videatur,& vbi
ceſſat damnum, ceſſat æſtimatio dãni. Laur.Ro
dul.*in trac.de uſur.in §.nũc uenio ad ſecũdũ.nu.*14.
31 Cum igitur hęc taxatio ſit facta loco damno-
rum,& intereſſe ,& ad determinãdum intereſſe,
tũc peti non poteſt,niſi quatenus intereſt,& au-
gumentatur,vel diminuitur, vel in totum tolli-
tur , prout probatur verum eſſe intereſse.Et iſta
opinio videtur communis,ex dictis per eundem
Soc.*in d.conſi.*253.*ſub nu.*12.*col.fi.uerſ.tamen limi
tatur*,& dum Pariſ. occurriſſet caſus conſulendi
in promiſſione decem quolibet anno , defatiga-
tur ad reſpondendũ Soc.& alijs Doctoribus : tñ
hãc opinionem,in fine diſtinguit;aut fuit dictũ
loco damnorum,& intereſſe, & procedit opinio
Soc.& Doc.aut vero ſimpliciter ſine mẽtione in
tereſse,& tũc ſecus eſse,vt latiſſime cõſuluit *cõſi.*
34.*nu.*37.*cum plu.ſeqq.vol.*1. qui videatur ; ideo,
qui promittit intereſse,cẽſetur verũ promittere
intereſse.Dec.*conſ.*496.*nu.* 11. & debet probari
eo modo,quo declaratur per Mohed.*deciſi.*205.
32 Corroborantẽ prędicta,quia ſi alia fieret inter
pretatio,cẽſeretur illicita,fęneraticia, & manife
ſtã ſaperet vſurã,non ſolum in duodecim pro cẽ
tenario,ſed in ſeptẽ,vt cõſuluit Dec.*conſi.*39.*nu.*
5.ideo nõ ſtatur taxationi,& certę quãtitati de-
terminatę loco intereſse,vt ibi per Dec.& latius
per Soc.*conſ.*130.*nu.*14.*uol.*4. vbi ſubiungit, qđ
promiſsio vniformis præſtationis arguit vſurã.
Alex.*conſ.*27.*n.*9.*uol.*4.*in rubr.cõſ.*20.*in fi.* quę cõ
cluſio procedit in quocũq; cõtractu , in quo pe-
cunia debetur, quia creditor nõ põt petere illud
intereſse taxatum a principio pacti contrahen-
tium. hoc fuit dictum originale Goffr. *in addit.
in l.ſeruus ea lege.ff.ac ſer.expor.* Ambr. de Vign.
*in tract.de vſu.§.1.nu.*57.*& in rep.c.ſalubriter.ſub
nu.*46.*ver.ſed in contrarium*,vbi per vnam col. di-
ſputat,& concor.infinitis adducit,& concludit,
iſtam opi.teneri pro Euangelio.Rogo,vt videa-
tur,quia eſt inter *trac.uol.*9.*& iterũ nu.*256.cõclu
dit ſecũdũ oẽs dictos Doct.interpretandum eſse
illud pactũ,qđ debeatur intereſse, quatenus pro
betur vei è ex præterito , & debitor ſit in mora.

33 Non obſtat qđ nomine intereſse, quia nõ eſt
vis,quo noĩe appelletur,vel baptizetur incremẽ-
tũ.Ambr.Vign.*d.c.ſalubriter.nu.*50. Alex.*d.conſ.*
27.*nu.*9.*vol.*4. quia veritas rerum nõ immutatur
hominũ denominatione. *l.forte.ff.de caſt pec.* la-
tè Tiraq.*de retrac.conſang.§.*32.*gl.*1.*nu.*34.*& §.*1.
*gl.*14.*& nu.*87. & ſi alio modo fieret interpreta-
tio,ſequeretur vnũ iniquiſſimũ, quod poſset ſo-
d cius dicere, ſocietatẽ, & capitale [d] ſuũ remanere
34 ſine periculo; nec ſors eſset mortua;& cõſeque-
retur quolibet anno 15. qa anticipato quolibet
mẽſe,sũt vltra 14.Sali.*auth.ad hæc.C.de uſur.*Am
br.de Vign.*in repe.d.c.ſalubriter.nu.*169.& eſset
Leonina ſocietas.*l.ſi non fuerint.§. Ariſt.ff.pro ſo.*
35 Et ex hoc inferũt Doc.qđ in ſocietate certior
doctrina dari nõ põt,niſi ꝙ recurratur ſemper ad
arbitriũ boni viri,& ad bonã ſocietatẽ,cũ ĩ actio
ne pro ſocio, q̃ eſt bonæ fidei , arbitriũ boni viri
ſp ſit ſequẽdum.*l.in propoſito.ff.pro ſoc.* Pari.*conſ.*
85.*nu.*11.1.vol.Amb.de Vign. *d.c.ſalubriter.nu.*
166. *& num.*189.poſt Ang.*in tract.de vſu.q.*3.&
alios quos allegat,qui cõcludunt,ꝙ prædicta pa
cta ad æquitatẽ ſemper ſunt reducẽda;& propte
rea pactũ factũ(ſi Dñs Burginus decederet,nihil
deberetur niſi ſors,& fructus, cũ nõ ſolueret)eſt
extẽdendũ ſi morit:ır alius ſocius , cũ ſine culpa
ſocij ſocietas diſsoluta ſit.*per text.§.illud.inſt.de
ſocie.*& hoc volũt oẽs Doc.ſecundũ Amb.Vign.
loco quo ſup.*nu.*173.& ideo ſocius finita ſocieta
te,non põt conueniri, niſi in quantũ facere põt,
nec dẽt carcerari.Io.Faber,Aret.& Iaſ. *in §.item
ſi ſocius.de ſocie.*Pariſ.*conſ.*99.*nu.*64.*cũ ſeq.uol.*3.
& ſi prædictũ pactũ eſset interpretãdũ,vt aduer-
ſarij prætendunt,procederet, nõ in ſolutione ſo
cietatis,q̃ ſit morte ſocij, ſed in illa diſsolutione
quæ fieret culpa ſocii , quia iſtud intereſse eſt
36 quædã uſura,& eſt pęna.*l.qui ſine.ff.de neg.geſt.
l.lecta.ff.ſi cert.pet.* ſed pœna ſine culpa, uel dolo
non cõmittitur.*l.ſancimus.C.de pæn.* mora.n.prę
ſupponit dolũ,vel latã culpam.Bar. *in l.quod ẽt ,
in gl.fin.ff.ſi cert.pet.* quem ibi ſequuntur omnes.
37 Rurſus intereſse nõ debetur,niſi quis fuerit in
terpellatus.Bar.*l.ita ſtipulatus.n.*54.*in fi.ff.de uer.
obl.*Aret.*conſ.*72.*col.fi.uerſ.ad octauũ.*Ruy.*cõſ.*55.
*n.*4.*cũ ſeq.& n.*11.*uol.*2.*& cõſ.*33.*n.*7.*uol.*3. Aym.
*cõſ.*89.*n.*4.*uol.*1.Nã prætẽſa promiſſio reſtitutio
nis pretij,vel finita ſocietate,quod teneatur,eſt
conditionalis,ita,qđ adueniẽte cõditione,ſi in-
terpellatio fiat,debitor nõ tenetut ad intereſse,
vt per Dec.*conſ.*2.*uerſ.ſed tamẽ ijs nõ obſtantibus.
& nu.*3.*uerſ.cum ergo.* vbi dicit hanc eſse commu
nem opinionem. LAVS DEO.

Reſponſum tertium Marij Martij in eadem cauſa.

ADSIT DEVS. Pro reſolutione dubij da-
ti,an,ſ.ſtãte ſocietate inita de anno 1548.
ſolutiones pecuniarũ factæ poſt uẽditionẽ offi-
cij, ad bonũ cõputũ ſocietatis, debeãt ĩputari in
ſortẽ principalẽ. Dr,ſolutiones factas poſt vẽdi-
tionẽ officij debere cedere ĩ ſortẽ principalẽ. Pri
38 mo, quia aduerſarii nõ poſsũt dictas ſolutiones
recipere loco dãnorũ,& intereſse,cũ nõ conſtet,
quod

Digitized by Google

quod habuerint merces paratas,vel aliam ſocie-
tatem,& quod ob defectum dictarum pecunia-
rum,non potuerint emere,vel ſocietatẽ inire,ex
quibus tantundem lucrati fuiſſent, quod pro-
bare neceſſe eſt,ſecundum doct.Paul. de Caſt.*in
l.3.§.ſi.ff.de eo,quod certo loco*,quam tanquam ve-
ram,& communem ſępius Rota amplexa fuit,vt
ſcripſit Mohed.*deciſ.*205.Put.*deciſ.3. de vſur.* &
Vberius *in lib.1.ſuarum annotationum.nu.176.in
cipiente die 14.Ianuarij*, in quibus locis innume-
ræ auctoritates referuntur, quas ibi videre licet.
39 Nec dicatur,quod huiuſmodi intereſſe eſt ta-
xatum,& cõuentum ab initio inter partes, quia
de intereſſe debet aliter conſtare, quam ex con-
uentione;nam tunc contractus dicitur fęnerati-
cius,vt docuit Bal.*in l.rogaſti.§.ſi tibi. verſ. extra
nota.ff.ſi cert.pet.& in l.cunctos populos.num.4.C.de
ſumm.Trinit.& fid.Cathol.*Cyn.*in l.ſeruus ea lege.
ff.de ſeru.export.*Petr.de Anchar.*in conſi.* 105.*nu.*
6.Alexand.*in conſ.27.nu.11.li.4.* Dec.*in cõſ.*119.
*per tot.& in conſil.111.col.2.verſ.tertio non obſtat,
& in conſ.116.nu.3.verſ.tertio iſta concluſio,& in
c.cum venerabile.nu.14.de excep.*latè Cagnol.*in l.
curabit.C.de act.empt.*
40 Non ēt aduerſatur iuramentum appoſitum
in contractu, cuius vigore etiam vſuræ ſoluun-
tur,licet ſolutæ repetantur,*c. debitores. de iureiu-
ran.* quia D. Io. fuit per ſignaturam ſanctiſſimi
abſolutus,etiam ad effectum excipiendi. Et vlte
rius dicitur, quod etiam habita dicta abſolutio-
ne,cum D. Ioan. indebitè ſoluerit dictam pecu-
niarum ſummam,cum de dictis ſolutionib. con-
ſtet in actis, poteſt opponere exceptionem com
41 penſationis, ex quo dicta exceptio eſt probata,
per ea,quæ cumulatè ſcripſit Galleſ. *in tracta.ad
formam Cameræ,in 4.par.quæſt.6.* Nam & ſi ad hu
iuſmodi exceptionem probandam quis non de-
beat admitti, tamen probata ſuffragatur, vt ibi
per multas authoritates concluditur; quinimo
42 etiam ſi non eſſet probata ſaltem indirectè, per
vim retentionis admitteretur compenſatio, vt
ſcripſit Abb.*in cap.bona fides.in fine.de depoſito.* vt
ita fuit reſolutum alias in Rota tempore Putei,
prout annotauit *in 2.lib. deciſ.* 289.*incipien. in
vna Bononien.*
43 Poſtremo dicitur,quod intereſſe nõ debetur,
niſi ratione moræ,vt notant omnes *in l.lecta.ff.
ſi cert.petat.* & in terminis ſocietatis eſt text. *in l.
ſocium.ff.pro ſocio*, quem ad hoc citat Dec. *in d.
conſil.119.numero 3.in fine*, quæ mora non com-
mittitur,niſi p interpellationẽ. *l. nulla.ff.de reg.
iur.* cum alijs ibi adductis per Dec. & tradunt
omnes *in l.ſi ex leg.cauſ.ff.de verborum oblig.* Nec
44 refert,quod in inſtrumento dicatur,quod ſolu-
ta ſocietate,fructus currant loco damnorum, &
intereſſe, & ſic videtur appoſita dies, quæ inter-
pellat pro homine; quia reſpondetur,quod cum
dies fuerit incerta, habetur pro conditione,ſtan
te maximè ablatiuo abſoluto,quod inducit con
ditionem; & ſolus euentus conditionis non cõ-
ſtituit aliquem in mora. Bart.*in dicta l. ita ſtipu-
latus.numero 50.ff. de verborum obliga.& in l.quod
te.in ſecunda lect.in 4.colum.in vltimis verbis.ff.ſi
cert.petat.*de quo latiſſimè ſcripſit Decius *conſ.2.*
Quare cũ non conſtet de aliquo intereſſe,fue
ritq; Barginus abſolutus a iuramento conſtetq;
de ſolutionibus per eũ factis,nec fuerit in mora,
videtur concludendum,quod ſolutiones prædi-
ctæ debeant imputari in ſortem principalem.

LAVS DEO.

Reſponſum Petri Pauli Iuſtini in eadem cauſa.

ADSIT DEVS. Qua die 13. Nouembris
1564. fuit per Dominos in hac cauſa reſo
lutum, quod ſi Barginus non habuit ſcientiam
finitæ ſocietatis per obitum Lazzari, non tenea
tur ad ſolutionem fructuum loco damnorum,
& intereſſe, in inſtrumento taxatorum, & ſuc-
ceſſiuè ſub die 9. Martij, fuit dictum per eoſdem
Dominos,quòd non conſtabat,Barginũ habuiſ
ſe notitiam mortis Lazzari ante motam litẽ, &
conſequenter iuxta reſolutionem ſuptadictam
nõ teneri ad ſolutionem fructuum poſt finitam
ſocietatem; Aduerſarij oppoſuerunt,quod Bar-
ginus ſaltem poſt vẽditionem officij, ſuper quo
erat contracta ſocietas,habuit notitiã finitæ ſo-
cietatis;& ſic cum fuerit in mora non reſtituen-
do ſortem principalem, ſubito finita ſocietate,
quod teneatur ad fructus, vt ſupra taxatos loco
damnorum,& intereſſe. Cumque pro parte Bar-
gini reſponderetur, quod etiam ſtante notitia
finitæ ſocietatis per venditionẽ officij,nihilomi
nus Barginus nõ propterea fuit in mora ad hoc,
vt teneretur ad ſolutionem fructuum in inſtru-
mento taxatorum; & ideo cum ſolutiones, de
quibus in dubio, non poſſent imputari in fru-
ctus,neceſſario deberent imputari in ſortẽ prin-
cipalem; Propterea emanauit dubium ſupradi-
ctum, pro cuius reſolutione ducimus affirmati-
uè reſpondendum: Primo,quia,vt alias fuit di-
ctum, & abundè probatum, vbi nõ eſt mora, ibi
45 intereſſe non debetur,cum ſolum debeatur pro
pter moram non ſoluentium.tex.*in l.ſocium qui.
in princip.ibi; aut moram non fecerit.ff.pro ſocio,&
facit tex.in l.cum quidam.§.ſi pupillo.in fine,ibi, ſed
propter moram non ſoluentium,&c.ff.de vſur.* ſed
Bargino mora non poteſt imputari,ex quo mor
tuo creditore, nullus apparebat, cui etiam poſt
venditionem officii,pecunia ſolui poſſet, vt di-
cit text. notabilis *in l. pecuniæ fœnebris.§.primo,
ibi, ſi tamen poſt mortem creditoris,&c.ff.de vſur.*
Ergo intereſſe, etiam data ſcientia diſſolutæ ſo-
cietatis per venditionem officij,non debetur; &
ex hoc infertur ad reſolutionem dubij, quoniã
ſi ſolutiones pecuniarum non poſſunt imputa-
ri in fructus, vel intereſſe, quia non exiſtente
mora, non debentur, vtiq; neceſſario in ſortem
ſunt imputandæ, cum in aliam cauſam imputa-
ri nequeant.
46 Nec obſtat,quod potuit fieri ſolutio integræ
ſortis principalis executori, cui etiã particula-
res ſolutiones factæ fuerunt; quia reſpondetur,
quod licet Barginus ſoluendo executori ha-

beri a teſtante facultatem exigendi, potuiſſet conſequi liberationem, tamen cum directis hęredi, exequutori vero vtilibus tantum teneretur actionibus, fuit in ſua facultate, velle potius hęredi, quàm exequutori ſoluere, vt notabiliter decidit Specul. *tit. de instrum. editio. §. nunc vero aliqua. nu. 36. & 37. verſ. ſed an debitor, & verſ. quid ſi debitor vult potius, &c.* quo fit, vt cum nullus hæres appareret, nec habens ab eo mandatum, mora non potuerit Bargino imputari, ex eo, quod non ſoluerit executori.

47 Secũdo, quod ſolutiones huiuſmodi ſint imputandæ in ſortem principalem, probatur, quia, quod debeant in fructus imputari, non poteſt aliunde inferri, quam ex pacto, quod fructus ad rationem duodecim pro centenario currant, & finita ſocietate, & debeantur loco damnorũ, & intereſſe; quod eſt a iure improbatum, quia eſt quædam confeſſio futuri intereſſe, quæ uidetur facta in fraudem vſurarũ, niſi tale intereſſe probaretur per alias coniecturas; non.n. ſequitur, promiſi decem pro centenario pro intereſſe, ergo tantum intereſt. ita determinat Bal. *in l. rogaſti. §. ſi tibi. colum. 2. verſ. quid ergo ſi mutuo. ff. ſi cer. petat.* ſequitur Ioan. de Anan. *in c. fin. colum. antepenul. verſic. quæ rit etiam ibi Bald. de uſur.* Alexan. *conſil. 26. colum. fin. numero 13. verſ. bene facit, quod notat Bald. lib. 4.* Dec. *conſil. 119. colum. 4. ſub num. 3. verſicul. ſexto ad hoc benefacit. & conſil. 183. numero 3.* Cagnol. *in l. curabit. num. 54. & ſequent. C. de actio. empt. & in l. unica. numero 49. & ſeq. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt,* & latiſſimè omniũ Purpur. quem videri ſupplicamus, cum multa ad materiam congerat, *in d. l. rogaſti, §. ſi tibi. a num. 39. vſque ad numerum 55.*

48 Quibus etiam conferunt, quæ tradit Put. viden. *lib. 1. deciſ. 71. & 107.* dum poſt trinam poſitionem illius dubij, dicit fuiſſe per Dominos reſolutum, quod legatum quinque pro cẽtenario, loco fructuũ, & intereſſe, donec ſors debita ſolueretur, eſt vſurarium, & adducit plures, quos vidi, tenentes eandem opinionem. Neque hoc caſu Bargino obſtabit iuramentum, iuxta *c. debitores, de iureiuran.* & tradita per eundem Purpurat. *in dict. §. ſi tibi. ſub num. 40.* quia ſtante abſolutione a iuramento, de qua in octauo præſuppoſito, nulla eſt dubitatio, quod eneruatæ ſunt vires iuramenti.

49 Tertio idem cõprobatur, quia licet quod ſoluitur, prius in vſuras, deinde in ſortem in dubio
c fit imputandum [c], *l. 1. C. de ſolut.* hoc tamen procedit in ipſis vſuris; ſecus eſt in intereſſe, prout ex mente Imolę afferentis rationem diuerſitatis *in l. 1. ff. de ſolut.* tradit Riminal. *conſi. 297. num. 6. & ſequen. lib. 2. vbi etiam, num. 13.* dicit, quod illud poteſt procedere in intereſſe liquido; ſecus eſt autem, quando intereſſe non eſt liquidum, quia tunc ad computum intereſſe nõ liquidi ſolutio poni non poteſt, ſed potius ad computum ſortis principalis ponenda eſt, vt ibi per eum, & hic propriè eſt caſus noſter; nullũ enim intereſſe fuit ex aduerſo liquidatum.

50 Id autem, quod pręténditur, potuiſſe pecunias conuerti in emptionem officiorum, quorum fructus ad tantundem aſcendiſſent, non eſt dignũ conſideratione; nam vt intereſſe huiuſmodi debeantur, etiã in ſolitò negociari, neceſſe eſt probare, habuiſſe illum cenſus paratos, vel officia in promptu ad emendum, & nõ emiſſe, propter defectum pecuniarum, vt per Paul. de Caſt. *l. 3. §. fi. nu. 3. ff. de eo, quod certo loco,* & ſunt plures notabiles deciſiones, vt per Put. *li. 1. deciſ. 239.* Chaſſan. *deci. 79.* Mohed. *dec. 182. 103. 205.* & Affl. *dec. 20.*

LAVS DEO.

Reſponſum Incerti Scribentis in eadem cauſa.

ADSIT DEVS. Proponitur dubium, ſtante reſolutione vltimo loco facta, quod pactum ſoluendi fructus ad rationẽ duodecim pro centenario, loco damnorum, & intereſſe, finita ſocietate, ſit de iure illicitum, niſi intereſſe aliũde probetur: An dictum pactum ſuſtineatur vigore aſſertę conſuetudinis apponendi huiuſmodi pactum in ſimilibus ſocietatibus, & vigore bullæ Pauli Quarti, & ſupplicationum expeditarum, & depoſitionum teſtium?

Pro cuius dubij ſolutione, ſciendum eſt in facto, quod ſocietas mille ſcutorum ſuper officio Notariatus Vicarij fuit facta de anno 1584. quo tẽpore, & dudũ antea per annos quadraginta, & vltra in quibuſcunque inſtrumentis ſocietatum officiorum, ſemper fuit ſolitum, & frequẽtatum, prout hodie frequentatur apponi pactũ, quod finita ſocietate fructus ad rationẽ duodecim pro centenariò cedant loco damnorum, & intereſſe. Item ſciendum eſt, quod prædicta ſocietas fuit finita, & aduerſarius ſciuit finitam, per venditionem dicti officij de anno 1553. & poſt huiuſmodi vẽditionem, & finitam ſocietatem idem aduerſarius fuit in mora ſoluendi ſortem principalem, quia in inſtrumẽto ſocietatis dicitur, quod Ioannes debebat reſtituere dicta ſcuta mille abſque aliqua exceptione, ſubito finita ſocietate. Et demum eſt ſciendum, qđ poſt finitam ſocietatem idẽ aduerſarius ſoluit certã pecuniarum ſummam pro fructibus, vigore dicti pacti, quam dicit computãdam in ſortem eo prætextu, quod pactum ſit illicitum.

51 Verum quicquid ſit de iure cõmuni, ex quo huiuſmodi pactum in Curia tunc frequentabatur, & obſeruabatur, & communiter licitum reputabatur, non poteſt dici illicitum, & vſurarium, per doctrinam Bart. *in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edict.* vbi loquitur in cõtractu, an ſit vſurarius, quia ſi ex conſuetudine reputatur licitus, talis conſuetudo excuſat contrahentes. Bald. *in l. vnica. col. 7. verſic. & hoc facit ad quæſtionem. C. de his, quæ pœn. no.* Grat. *conſ. 39. num. 4. lib. 2.*

52 Immo dicti cõtractus ſocietatum cum huiuſmodi pacto de dicto tempore fuerunt tacitè per Pontifices approbati per eorũ ſcientiam, & tolerantiam, quæ arguit conſenſum, & voluntatem.

glos.

gloſs. *prima. cap. hi aliquando. de ſentent. excom- m un.* Caſſan. *deciſio.5. numero 2. de conſtitut.* qui dicit argui ſcientiam,& intelligentiam Papæ ex obſeruantia Curiæ,ſed & etiam expreſſe huiuſmodi pactum fuit approbatum per Felicis recordationis Paulum Quartum,qui edicta Bulla ſuper huiuſmodi ſocietatibus, vt principaliter pacta illicita, quæ in eis apponebantur, examinarentur, & tollerentur, huiuſmodi pactum non remouit, ſed illud appoſitum in omnibus tunc inſtrumentis ſocietatum, in ſupplicatione inſertis,per manus appoſitionem expreſſe,& de certa ſcientia approbauit. Per quam quidem Bullam dat formam dictis ſocietatibus,illaſque pro licitis habet; & ex ſupplicationibus infinitis, quibus pactum huiuſmodi expreſſum fuit, conſtat, dictum pactum approbatum fuiſſe, & pro licito habitum, cum vt dicitur in Bulla, ſupplicationes ſuper huiuſmodi ſocietatibus, & ſignandæ, erant, vt diſcerni poſſet, An eſſent licitæ, vel illicitæ.

53 Neque obſtat, quod cum vſura ſit prohibita de iure diuino, nõ poſſit ex frequentia actuum, & conſuetudine contra illud diſponi,vt pactum huiuſmodi valeat, quod inducit vſuram de iure communi, & quod Papa non poteſt in hoc diſpenſare: quia dico,& reſpõdeo,quod Princeps, & conſuetudo poteſt limitare,& diſtinguere ius diuinum ex cauſa, quotieſcunque videlicet ratio naturalis ſuadeat,vt propter publicam vtilitatem,vt poſt Abb.& alios dicit Roch. de Curt. *c.fin.fol.20.ſecundum paruam impreſſionem,verſic. prima eſt concluſio,quod conſuetudo, & verſic.tertia ſit concluſio. de conſuetud.* & huiuſmodi cõtractus ſocietatum, cum huiuſmodi pacto, fuerunt reperti,& introducti in Curia,cauſa,& ratione facilioris commercij, & negotiationis, & propter publicam vtilitatem, vt Curiales poſſent pecunias inuenire, & ſuis neceſſitatibus ſuccurrere, prout in his, quæ frequentantur propter publicam vtilitatem aliquid ſtatuitur, quod non ſtatueretur,ſi non ita frequentarent, vt dicit Paul. de Caſt. *in l.iuſto.de vſucap.*

54 Et dictum pactum excuſat partem noſtram, nedum a reſtitutione pecuniarum ſolutarum loco fructuum, vt non compenſentur in ſortem, ſed etiam excuſat a peccato,quãdo eſt dubiũ,an aliquid ſit permiſſum,& an ſit peccatum,ad not. per Abb. *in c.cũ venerabilis.de conſuetud.* & Roch. *in d.c.fin.eod.tit. ſecundum eandem paruam impreſſionem.fol.15.et verſ.tertio limita vtiliter,*& negari non poteſt,quin ſit controuerſum,an intereſſe a principio poſſit taxari, quando eſt veriſimile,maximè,inter ſolitos negociari,prout conſiderat Dec. *in c.cum venerabilis.de except. & conſil. 3.in fine,*& firmiter,ex quo quotidie reperiuntur in Curia,qui accipiunt in ſocietatem,& emptionem officiorum pecunias ad dictam rationẽ 12. pro centenario; propterea,quod officia fructus ad iſtam rationem reddunt, prout credimus deponi per teſtes per nos examinatos.

55 Et eſt conſiderandum, quod hodie non petitur quicquam ab Aduerſario vigore dicti pacti, ſed dicitur,pecunias ſolutas loco fructuum,poſt vendirionem officij vſque ad diem motæ litis, non debere computari in ſortem, propter frequentem vſum dicti pacti, quia alias inciderentur omnes contractus ſocietatum, qui iam ſunt ſortiti effectum, quod eſſet magnum inconueniens,vt conſiderat etiam Paul. de Caſtr. *in d. l. iuſto,in fine.* LAVS DEO.

Reſponſum Antonij Buccapadulij in eadem cauſa.

56 ADSIT DEVS. Vt patet ex puncto, pręſupponitur conſuetudo illius temporis apponendi pactum,de quo quæritur,in ſocietatibus;Item ſupplicationes expeditę cum inſertione dicti pacti;quibus præſuppoſitis ſtãtibus, non videtur dubitandum, quin pactum ſuſtineatur ad effectum,de quo agitur,vt ſcilicet fructus decurſi,& bona fide,vigore dictæ conſuetudinis, ab hæredibus percepti, non imputetur in ſortem.[f] Conſuetudo enim facit,vt contractus, qui alias eſſet illicitus, vel fœneratitius, non ſit iudicandus,vt talis. Bart. *in l. quis ſit fugitiuus. §. apud labeonem.ff.de ædil. edict.* Bertach.loquẽs in eiſdem terminis *in tract.de epiſcop.lib.3.p.1.quæſt. 14.verſic.quæ conſuetudo,* & ibi etiam loquitur de conſuetudine apponendi pęnam contractibus. Veronen. *de ſimulat.contract.q.5.colum.vlt.ibi,qui dixit,*qui etiam loquitur de contractu fœneratitio,Bal. *in d.l.per diuerſas,nu.2. in fine. C. mandati,*vbi dicit, quod conſuetudo poteſt cõtractum probare,& improbare. Alexand. *conſ.39.num.2. li.3.*Cott.in mem. *Conſuetudo facit licitum, & conſuetudo excuſat a dolo.*gloſſ. *in l.ſi pignore. §.vltim. in verbo,ſine dolo.ff.de pignor. act.* Immo etiam excuſat a culpa. Bart. ibidem. Iaſ. *in l.certi condictio. §.ſi nummos.nu.27.ff.ſi cert.petat.* Gozzad. *conſil. 63.num.*18.glo.Bart.Bal.& alij Doct. *in l.pignus. C.de pignor.act.* Et facit licitum id,quod alias eſſet illicitum; Immo etiam inducit bonam fidẽ. Bal. *conſil.370.num.5.lib.* 3. Si ergo conſuetudo facit, vt contractus non cenſeatur illicitus, ſed pœna conuenta poſſit iuſtè exigi, & ceſſet omnis dolus,& culpa,vt inducatur bona fides; non video, quomodo in caſu noſtro, ſtante conſuetudine apponendi pactum, de quo in puncto, poſsit dici, hæredes teneri ad fructus perceptos, iuxta conſuetudinem, imputandos in ſortem principalem,tanquam pactum fuit illicitum. Et aduertatur, quia omnes Doctores ſupra allegati loquuntur etiam in ciuilibus,& non in criminalibus tantum.

57 Quod ſi ad ſupradicta omnia accedat ẽt præſentia,& tolerãtia Papæ, & iudicia publica, quibus exequutioni demandabantur hmõi pacta, vt conſtat ex infinitis regiſtris, nulla ſupererit difficultas,eo præſertim, quod additur etiam ad hæc omnia,non ſimplex taciturnitas,& tolerantia Principis, ſed etiam factum eius poſitiuum, quãdo ſunt expeditæ,& ſignatæ ſupplicationes cum inſertione huius clauſulæ, videlicet, pacti,

de quo agitur, quod finita ſocietate currant fructus loco damnorum, & intereſſe; quo caſu clauſula ipſa dicitur approbata per doctri. Abb. *in c. niſi eſſent. nu. 9. de præbend.* & præterea, quod Bulla Pauli Quarti, de ſignandis ſupplicationibus huiuſmodi ſocietatum, fuit particulariter edita ad tollendum pacta illicita, vt patet in ea; ſi ergo poſtea ſignauit ſupplicationes, cum hac clauſula, ceſſat omnis dubitatio.

LAVS DEO.

Reſponſum Alexandri Ferri, & Iulij Petruccij in eadem cauſa.

58 ADSIT DEVS. Pactum ſolitum apponi in omnibus ſocietatibus officiorũ, quod finita ſocietate, fructus currãt loco damnorum, & intereſſe, ad rationem duodecim pro centenario, vltra quod ſemper fuit frequentatum, & obſeruatum in Curia, fuit nedum tolleratum a Põtificibus, ſed etiam expreſſe approbatum, prout de tempore Pontificatus Pauli Quarti, qui per Bullas ſub data non. Octobris 1555. anno primo, voluit, & declarauit ſocietates officiorum, & cum quibus pactis licitæ, & illicitæ reputarentur, & quod ſupplicationes ſuper huiuſmodi ſocietatibus expedirentur; quam quidem Bullam vnà cum ſupplicatione originali, in qua pactum huiuſmodi reperitur extẽſe expreſſum, produximus, cuius etiam ſupplicationis originalis copia in neceſſarijs detur. Et quicquid ſit de iure communi vigore Bullæ prædictæ, & approbationis Pauli Quarti, pactum huiuſmodi foret licitum, & non vſurarium; ideo ſupplicamus fieri reſolutionem, attento frequenti vſu huiuſmodi pactũ, & conſiderata approbatione Pontificis, prout patet ex ſupplicationibus, & ſignaturis per eum factis, quæ innumeræ produci poſſunt, ſi opus erit; & non attento iure communi tantũ, in quo præciſè aduerſarius vrget, quandoquidẽ noſtræ rationes non ſolum fundantur, & militant de iure communi, ſed etiam ex approbatione, & expreſſa licentia ſummi Pontificis, de cuius poteſtate hæreticum eſſet dubitare.

59 Et ſi taxatio ab initio ſit illicita, tamen ex quo conſtare poteſt ab initio veriſimiliter de intereſſe futuro, cũ ſint paratæ ſocietates ad rationem duodecim pro centenario, & a communiter accidentibus ipſa officia veriſimiliter ad eandem rationem reddant, vt eſt notorium in officio Vicarij, & Auditoris Cameræ, quæ Aduerſarius ſucceſſiue comparauit, dicta taxatio eſt licita, & ita limitatur prædicta concluſio, per Doctores ex aduerſo adductos, & per Rebuff. *in l. vnica. C. de ſentent. quæ pro eo, quod intereſt profer. in gloſſ. vltima, mihi numero* 618. *verſic. primo limita*, quod eo magis procedit in caſu propoſito, cũ agatur de repetitione fructuum exactorũ, & ſolutorum, vt alias fuit reſolutum, ex quo per ſolutionem, fuit a parte approbatum intereſſe, concurrẽte fraude ipſius aduerſarij, ſcientis finitam ſocietatem per venditionem officij, facto, & culpa propria, & tamen non reſtituendo ſortem principalem.

60 Rurſus illa regula non procedit, quando fit taxatio ad tollendam moram debitoris, & ſe conſeruandum indemnem, ut non alia de cauſa apponitur in ſocietatibus. Rebuff. plura cumulans *in d. l. vnica. gloſſ. vltima. numero* 617. *verſ. ſecundo fallit.*

LAVS DEO.

Reſponſum ſecundum Petri Pauli Iuſtini in eadem cauſa.

61 ADSIT DEVS. Quę dicuntur de veriſimili intereſſe, vt in certa quantitate ab initio taxari poſſit, non procedunt in terminis noſtris. Nam Decius ex aduerſo allegatus, qui hoc originaliter dixit, *in c. cum venerabilis. de exceptio.* exemplificat ſuum dictum in terminis *l. curabit. C. de actio. empt.* Et ſic in intereſſe cõmodi percepti recompenſatiuo, vt declarat Cagnol. ibi. *ſub num. 7. verſ. vſura vero commodi*: ſed officialis non ſenſit aliquod commodum recompenſabile ex eo, quod pecuniæ poſt finitam ſocietatem, non reſtituantur, ergo, &c. Et propterea Decius fuit ſibi ipſi contrarius, & melius loquitur in alijs locis: Ideo non immerito reprobatur per Aym. per nos, & etiam ex aduerſo allegatum, *conſ.* 189. *nu.* 8. cum diſtinctione tamen, de qua ibi per eum, quæ conuenit caſui noſtro, ex quo hic nullum ab initio eſt certum intereſſe, nec lucri ceſſantis, nec damni emergentis.

62 Argumentatio, quod ſicut pœna poteſt ſtipulari, ita etiam, & multo magis certa quantitas pro intereſſe, procedit in alijs contractibus, quam mutui, vt declarat Aymo. in loco ex aduerſo allegato; ſed hoc pacto confertur in tempus, quo ſocietas, ceſſante vitæ periculo, remanet purum, & ſimplex mutuum, vt fuit probatum in informatione.

63 Ad aſſertam conſuetudinem dicitur, quod quamuis excuſet a pœna, nõ tamen facit, quod pactum alias de iure vſurarium, ſit licitum, vt dicit Couarruu. *libro 3. var. reſolu. cap. 1. ſub numero*
64 *octauo, verſic. Secundo ex præmiſſis.* Vbi etiam voluit Papa, quia alius Princeps non poſſit diſpenſatione, aut alias, permittere vſurarum exercitiũ, per text. *in cap. ſuper eo. de vſur.* quo fit, vt non obſtet, quod dicitur de infinitis ſupplicationibus, deſuper expeditis per Paulum Quartum, cum præſertim nulla fuerit ſupplicatio expedita in iſta ſocietate, vltra quod ex hoc potius arguitur pactum illicitum, poſtquam erat neceſſaria ſupplicatio.

Quod vero præſupponitur, ſocietatem finitã per venditionem officij, non eſt verum, cum fuerit prius finita per obitum ſocij, vt fuit per Dominum reſolutum.

65 Tollerantia ex aduerſo allegata, nunquam inuenietur fundata in eo, quod pactum ſit licitũ, ſed ſolum propter vires iuramenti appoſiti in obligationibus, quod non admittit exceptionẽ vſurariæ

Digitized by Google

vſurariæ prauitatis, per tex. *in c. debitores. de iureiuran.* quod ceſſat in caſu noſtro, cum Barginus obtinuerit pleniſſimam abſolutionem, cum expreſſa derogatione dictæ decretalis.

66 Paul. de Caſtr. *in l. iuſto in princ. num. 2. ff. de vſucap.* loquitur in caſu, quando opponitur contra actum frequentatum contra diſpoſitionem iuris ciuilis, ſecus eſt in actu frequentato contra diſpoſitionem iuris diuini, in quo verſatur periculum animæ, vt in caſu noſtro.

LAVS DEO.

Tertium Reſponſum Petri Pauli Iuſtini in eadem cauſa.

67 ADSIT DEVS. Bartolus *in l. quis ſit fugitiuus. §. apud labeonem. ff. de ædil. edict.* exaduerſo allegatus, licet dicat, quod nõ dicitur vſurarius, qui fecit contractum verè vſuratium, ſi communiter æſtimabatur licitus, hoc tamen intelligitur, vt non dicatur vſuratius, ad effectum, vt tanquam talis poſſit puniri, & ita Bar. referens intelligit Bertach. in loco exaduerſo allegato, ſed hoc non facit, quod pactum alias de iure vſurarium, dicatur licitum.

68 Præterea dictum Bartoli non poteſt ſuſtineri, quia in his, quæ ſunt contra prohibitionem iu-
g ris naturalis, vel diuini,[g] prout in caſu noſtro, cõſuetudo non excuſat, nec in foro Poli, nec in foro contentioſo; vt notabiliter declarat Dec. *in c. nam concupiſcentia. in 2. lect. ſub nu. 8. verſ. in contrarium, & verſ. & vlterius. de conſtit.* & Tiraquell. *de pœn. cauſ. 42. ſub nu. 7 & 15.*

69 Pretenſa tollerantia, & pacti exequutio, vt ex aduerſo dicitur, publicè conceſſa, nunquam inuenietur fundata in eo, quod pactum ſit licitũ, ſed ſolum in viribus iuramenti, qđ non admittit exceptionẽ vſuratiæ prauitatis. *c. debitores. de iureiuran* qđ ceſſat in caſu noſtro, cũ Barginus obtinuerit pleniſſimã abſolutionẽ cum expreſſa derogatione dictæ decretalis; vltra qđ inuenieñ ẽt, vt credimus, probatũ, qđ exequutio huius pacti fuit publice denegata ex ordine Pauli Quarti.

70 Actus poſitiuus Papæ ſignantis ſupplicationes, nihil obſtat, quia cum eius intentio fuerit pacta illicita remouere, vt in Bulla, ſi ſecus fecit, ſignando ſupplicationes cũ inſertione iſtius pacti illiciti, hoc fuit præter eius intentionem, & ad ſiniſtram informationem Datarij, vt fuit deductum. LAVS DEO.

Reſponſum quartum Marij Martij In eadem cauſa.

71 ADSIT DEVS. Quod dicitur in noſtris informationibus, D. Ioannem Barginum non fuiſſe conſtitutum in mora, non ſolum fundatur in eo, quod non fuit interpellatus, ſed magis, quia non habuit notitiam mortis Lazzari ſocij; nam præſumitur ignorantia, niſi probetur ſcientia, vt dicit tex. *in l. verius. ff. de probat.* Vnde nec ſponte potuit debitum offerre, cum ignoraret diſſolutam eſſe ſocietatem; nec ex quo Lazzarus erat ſocius, eſt præſumẽdum, quod eius mors fuerit nota D. Ioanni Bargino ſocio, quia vtilitas ſocietatis erat translata in D. Iacobum Apocellum, & eius hæredes, quibus ſoluebantur fructus; adeo quod inter D. Ioannem, & Lazzarum nihil erat pertractandũ, vt inde præſumpta ſcientia mortis oriri poſſet.

72 Nec aſſerta conſuetudo apponendi dicta pacta in inſtrumentis ſocietatis, eſt attendenda, cũ non conſtet, quod huiuſmodi pacta de conſuetudine ſortiantur effectum, & alleganti conſue-
h tudinem[h] incumbit onus probandi, vt ſcripſit Bart. & alij *in l. de quibus. ff. de legib. in l. 1. C. quæ ſit longa conſuetudo. l. ei, qui. ff. de prob. l. Actor. C. eodem,* & quatenus probaretur conſuetudo prædicta, quod omnino nõ credimus, dicenda eſſet potius corruptela, qua introduceret vſuras, quæ de iure diuino prohibentur; *c. quia omnibus, & c. ſuper eo. extra de vſur. c. plerique. 14. quæſt. 3.* Nã contra ius diuinum non habet locũ conſuetudo, vt notant omnes *in c. quanta. extra de conſuetudine.* Adeo vt nec Papa valeat diſpẽſare ſuper vſuris, vt ſcripſit Iaſ. *in l. cunctos populos. nu. 32. C. de ſumm. Trinitat. & fid. Catthol.*

73 Quo vero *ad c. debitoris, de vſur.* dicimus, quod vbi conſtat contractum eſſe vſurarium, ſeu pactum illicitum, dãda eſt abſolutio a iuramento, vt in terminis dicti *c. debitoris*, declarat Federic. de ſen. *conſ.* 300. Nec ſolent Domini admittere inutiles circuitus. LAVS DEO.

Reſponſum quintum Marij Martij, in eadem cauſa.

74 ADSIT DEVS. Exaduerſo qđ dicitur de venditione officij, fuit millies deductũ, & pro parte D. Ioannis Bargini toridẽ reſponſum. Dicebatur enim primo, qđ illa verba inſtrumenti, quæ habẽt, vt ſoluta ſocietate fructus debeantur loco dãnorũ, & intereſſe, ſunt conditionalia, iuxta naturã ablatiuorũ abſolutorũ, & euentus conditionis non cõſtituit debitorẽ in mora, ſed requiritur interpellatio. Bar. *in l. ita ſtipulatus. nu. 50. ff. de verb. obliga. in l. quod te. in 2. lect. in 4. col. in vltimis verbis. ff. ſi cert. petat.* Cyn. *in l. in minorum. nu. 10. C. in quib. caſ. reſtit. in integ. non eſt neceſſaria.* Quare cum nõ fuerit interpellatus, ceſſat mora, & ſic intereſſe. *l. nulla. ff. de reg. iur.*

75 Secundo reſpondebatur, quod D. Ioannes Barginus ſoluit prætenſum intereſſe, & vltra: ſolum enim erat quęſtio ſuper ſorte principali, ſed pro parte Bargini opponebatur exceptio compenſationis, quia fructus ſoluti poſt extinctam ſocietatem, veniunt computandi in ſortem principalem, tanquam improbum fœnus. Nam vbi intereſſe taxatur ab initio, vt in caſu noſtro, nec de eo aliunde conſtat, quàm ex conuentione, dicitur contractus fœneratitius, per ea, quæ cumulate ſcripſit Dec. *in conſil. 119. num. 3. verſic. 5.* Pro hac parte facit, & extat deciſio Ianfre. Lanfra. *deciſ.* 355. Vnde ſi ſolutum repeti poteſt, vt

habetur

habetur *in c. debitores.de iureiuran.* multo magis poterunt compenſari cum ſorte principali.

76 Accedat, quod ad tollendum omne dubium, fuit obtenta abſolutio à iuramento,ad effectum compenſandi dictos fructus in ſortem principalem, vt in ſecundo Regiſtro *fol.956.* de quietantijs vero,poſt venditionem officij dicto regiſtro *fol.360.&* 368. quare cauſa videtur extra omnē difficultatem, & poteſt expediri in fauorem D. Ioannis,prout pro iuſtitia ſupplicatur.

LAVS DEO.

Reſponſum tertium Marini Oliualti in eadem cauſa,ſed in diuerſa materia.

ADSIT DEVS. An ſcilicet,& quādo ſocietas officij contracta per vnum nomine alterius,vel de pecunijs alienis, acquiratur cōtrahenti;An vero illi, cuius ſunt pecuniæ,vel cuius nomine contrahitur.

77 Sumus in terminis ſocietatis, in quibus certa perſona eſt electa in ſocium.§.*ſoluitur.inſtit.de ſoci.* Vbi redditur ratio, quod ideo non tranſit id in hæredem,qua ſi hæres ſit incerta perſona contra ſubſtantiam ſocietatis, nec valet pactum in hoc.*l.adeo,& l.nemo.ff.pro ſocio*, licet bene tranſeant vtilitates ſocietatis per pactum. Cor.*conſ.* 71.*&* 121.*lib.*1.Dec.*conſ.*113.*nu.*8.

78 Ideo diſtinguendum, aut quis contrahit, vt inſtitor,vel procurator,& de pecunia domini,& iſto caſu procedunt tradita *in l.1.ff.de inſt.*& per Bārt.*l.Iulianus,*§.*ſi procurator.ff.de action. emp. & vend.*Ruin.*conſ.92.nu.*2.*lib.*1.& Bar.*in l.procurator,quod ex re.ff.de procur.*& Ang.*in l.poſſeſſio.*§.*fina.ff.de acquir.hæred.*& idē quando quis contraheret alieno nomine,ſciente illo,cū quo contrahit.*l.ſi pupilli.*§.1.*ff.de neg.geſt.* Soc.*d.conſ.*77.*nu.*2.*&* 3.*lib.*2. & iſte caſus non facit ad præſentem difficultatem,in qua Dominus Barginus, & Lazzarus contraxerūt ſimpliciter,& tamē dictę doctrinæ requirunt copulatiue,quod cōtrahat nomine alieno,vt puta procuratorio, inſtitorio, & quod de pecunia Domini ad hoc, vt transferantur directè,ſecus ſi ſimpliciter,vt declarat Bar.*in d.l.ſi procurator*, & alij allegati, & Iaſ.*in l.ſi cum emptor.num.2.de pact.*qui dicit,quod ſola vtilitas transfertur.

79 Aut aliquis contrahit pro perſona nominanda, ſecundū terminos Bal.*in l.1.in prin.ff.de pact.* & Alex.*conſ.*232.*lib.6.*& Ruin.*conſ.*91.*nu.*2. *vol.* 1,cum ſimilibus, & incontinenti fit nominatio, ad tradita per Dec.*in l.petens.num.3.de pact.& in conſ.*441.*nu.*9.& Iaſ.*in l.triticum.de verb.oblig.& in l.qui filiabus.de legat.*1.& eſt tex.*in l.poſt conſtitutam,& ibi Ang.ff.de conſt.pecun.* cum ſimilibus, & iſta nihil etiam faciūt ad rem,quia D. Barginus, & Lazzarus contraxerunt ſimpliciter.

80 Aut aliqui contrahunt nomine alterius ſimulatè, ſecundū terminos *l.quamuis.C.ſi quis alt.vel ſibi,*& ibi Bal.& Pau.de Caſt.*& toto ti.ff.et C.plus vale.q.ag.*& iſte caſus patiter nihil ad rem facit.

81 Aut aliqui contrahunt ſocietatem, quæ finitur,vel quia tempus in ea contentum,eſt tranſactum,vel morte alterius, & tunc tractatur,an ſit continuata ſocietas poſt tempus, & renouata cum eodem,vel cum hærede, & iſto caſu loquuntur Abb.*conſ.*87.*li.*2.Soc.87.*nu.*1.*trac.de duo.fra.* Grat.118.*lib.*2.*& reſp.*118.*lib.*1.& Ruin.*conſ.92. lib.*1.cum ſimilibus, qui quidem Doctores ad effectū,vt ſocietas continuata dicatur,requirunt, quod illi actus ſint tales, q̄d non poſſint fieri citra ius,& nomen ſocietatis,vt per Soc. ibi,*nu.*8. & Ruin.*nu.*5.& Grat.*nu.*15. nec iſte eſt caſus noſter,& tamē actus, ex quibus aduerſarij prætendunt renouationē,potuerunt fieri citra nomen ſocij,& præcipue,qd poterat cogi ſoluere Iacobo de mandato Lazzari,quo caſu non poteſt induci noua ſocietas.Anch.*conſ.*159.Aret. 24. Folin.& Dec.*in c.cum M. Ferrar.de conſtit.* nec eſt verum,qd̄ tales ſolutiones erant partes lucri, quia de lucro erat couuentum ad certam ſummam,& ſic erat ſolutio lucri,& non diuerſio lucri, vt requirunt Ruin. *d.conſ.*92. cum ſimilibus, nec iſte eſt caſus noſter.

82 Aut duo cōtrahunt ſimpliciter, & alius ſe intromittit,vt hic Iacobum ſe intromiſiſſe de voluntate Lazzari, & feciſſe actus pertinentes ad ſocietatem, & hunc eſſe ſocium Lazzari, & non D.Bargini,eſt tex.in terminis *in l.qui admittitur. cum duabus ll.ſeq.ff.pro ſocio.*

83 Sed caſus noſter eſt, quod prætendunt tranſlationem ſocietatis de vna perſona in aliam, vigore ceſſionis,& ſic ſumus in terminis *l.3.C.de nouatio.*non ſufficit tacitus conſenſus,*l.fina.C.eod.* Nec hic interuenerunt ea, quæ requiruntur ad inuocandam perſonam,nec duo ſocij poſſunt eſſe inſolidum,*ad l.ſi cum vehiculo.ff.commoda.*

LAVS DEO.

Votum R. P. D. Fabij Accoramboni Decani Rotæ Auditoris ſuper fructibus poſt diſdictam Societatem.

84 ADSIT DEVS. Suppoſita conſuetudine paſſim obſeruata, & approbata hic in Curia,accipiendo pecunias ſub nomine ſocietatis officiorum,ad rationem duodecim pro centenario quolibet anno,durante ſocietate; Verū, ea diſdicta, ſiue reſoluta, & interpellatione pro ſortis reſtitutione in iudicio facta, an poſſit iure,& abſque fœnoris vitio,exigi,& recipi eadem quantitas,lite pendente,& donec moroſus debitor ſortem ipſam exoluerit,vel debeat potius eo caſu interuſurium illud ad aliquam minorem ſummam redigi,& ad quam honeſte taxari poſſe videatur.Punctus iſte, ex parte Sanctiſſimi Domini Noſtri, & Illuſtriſſimi ac Reuerendiſſimi Cardinalis Carraffæ, mihi propoſitus, duas habet partes,vt ex eius inſpectione apparet. Circa primam partem,an valeat pactum ab initio contractum ſocietatis, immo in ipſo contractu appoſitum,

poſitum, vt diſdicta ſocietate, currant fructus, & ſolui debeat in eadem quantitate, ſicut ſoluebatur durante ſocietate vſque ad integram ſatiſfactionem ſortis principalis, prout de conſuetudine huiuſmodi pacta apponi conſueuerũt in qualibet ſocietate officiorum; Breuiter reſpondẽdo dicendum arbitror, tale pactum, ſecundum magis communem opinionem, nõ valere, vt tenuit Cyn. *in l.1.C.de ſentent.qua pro eo,quod intereſt*, & Bart. *ibi num.* 16. & Alb. *in l.1.C.de ſumm. trinitat.* Vbi dicit ita fuiſſe iudicatum in Ciuitate Bergomi, & ibi Io. Bapt. de Sancto Seuer. Vbi ponderauit ad hoc Bart. vbi ſupra Bal. *in l.rogaſti.* §. *ſi tibi. ff. ſi cert.petat.* qui melius omnibus declarat, & ad quẽ omnes recurrunt, & ibi Purpurat. dicit hanc eſſe communem à *nu.* 39. *vſque ad nu.* 56. Roman. *in conſ.* 520. Socin. *in conſ.* 579. Alex. *in conſ.* 221. *vol.* 2. Dec. *in conſ.* 39. 116. 133. 119. *&* 322. Aym. *in conſ.* 189. *nu.* 5. Laurent. Siluan. *in conſ.* 9. *nu.* 46. Vbi dicit hanc opinionem eſſe communem. Nouell. *in tract. de mercat. in tit. de contract. mercat. nu.* 2. *poſt prin.* Modern. *in tract. de contract. vſurar. fol.* 13. *nu.* 34. Iacob. Renal. *in d.l.1. fol.* 136. *verſ.* 6. *intellig. de ſent. qua pro eo, quod inter.* Cagnol. *ibi, nu.* 49. *cũ ſeq.* Petr. Rebuff. *ibi nu.* 34. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum in Senatu. Ioa. Pyr. *in reg. quatenus. in 1. reg. de reg. iur.* Caſſ. *dec.* 20. Vbi dicit ita fuiſſe iudicatũ Neapoli. Et ſic ex iſtis patet, iſtam eſſe
* communem opinionem legiſtarũ, * & quod ita fuit iudicatum in tribus locis, Bergomi, Galliæ, & Neapoli, vt per Alba. Rebuff. & Afflict.

85 Et non ſolum eſt communis opinio Legiſtarum, ſed etiam Canoniſtarum, & Theologorũ; nam idem tenuerunt Ioan. Andr. *in cap. ſalubriter. de vſur.* Et Cardinalis ibidem. Anchar. poſt alios *in c. conquaſtus, eod. tit. & in d. conſ.* 148. Laur. de Rod. *in c. conſuluit. quaſt.* 35. *&* ibi etiam Antonius de Butr. eo. tit. & Felyn. *in c. cum venerabilis, nu.* 5. *de except.* Theologi autem ſunt infraſcripti videlicet, Diuus Thomas 2.2. *q.* 78. *art.* 2. Cuius verba inferius deſcribam, Sanctus Bernardus relatus per Felyn. *in d.c. cum venerabilis. ſermon.* 32. *c.* 2. Ant. *in* 2. *par. ſumm. in tit. de mut. & vſur.* §. 22. Gabriel Biel. *ſuper* 4. *ſententiarũ, diſtinct.* 15. *q.* 11. *verſ. pro ſolutione notandum eſt. ſub ti. de vſur.* Summa Angel. in verbo, vſura, el 1. Et ibi etiam Summa Silueſtrina. Corra. *de contract. illicit. quaſt.* 30. *in* 4. *concl.* Bero. *in c. fin. num.* 51. poſt Innocen. & Hoſtien. *de vſur.*

86 Circa ſecundam partem dubij conſiderãdum eſt, quod vigore contractus ſocietatis nihil poteſt accipere, quia finitus eſt propter diſdictam; vigore autem pacti etiam non poteſt, quia pactum non valet, vt ſupra eſt oſtenſum; ſed an peti poſſit tanquam intereſſe? & in hoc diſtinguendum puto, iuxta doct. Paul. de Caſt. *in l.3.* §. *fin. ff. de eo, quod cert. loc.* quam ſemper ſequuta eſt Rota, quod, aut probatur intereſſe certitudinaliter, & verè, non præſumptiuè, & tunc debetur iſtud intereſſe lucri ceſſantis; ſi verò non probatur, & tunc nihil ſibi debetur, vt dicit Paul. de Caſt. ibi, cuius verba hæc ſunt. Intellige hoc verum, quando eſt certum, quod fuiſſet lucratus; & quia pecuniam non habuit, non potuit emere, vel alio modo poteſt cõſtare: ſecus ſi erat incertum, quia non ſequitur, conſuetus eſt lucrari aliquando, ergo ſi habuiſſet, fuiſſet lucratus. nam poſſibile eſt, quod multa potuerint euenire in cõtrarium. Et cũ dicto Paulo de Caſt. concordant Diuus Thomas 2.2. *quaſt.* 78. *art.* 2. *verſ. ad primum*, vbi ita dicit, *recompenſationem vero damni in hoc, quod de pecunia non lucratur, non poteſt in pactũ deducere, quia non debet vendere, quod nondum habet, & poteſt impediri multipliciter ab habendo.*

87 Sed nunquid debeat aliquid habere, ſi non poteſt probare intereſſe? Tũc ſubdiſtinguerẽ, quod aut fecit diligentias pro recuperãda ſua pecunia, & debitor fuit moroſus, & tũc poteſt ex quadam æquitate creditor exigere aliquod honeſtum lucrum, arbitrio iudicantis, ſecundum qualitatem perſonarum, & negociorum, & hoc expreſſe dicit idem Diuus Thomas 2.2. *quaſt.* 62. *art.* … Cuius verba ſunt infraſcripta videlicet. *Et ideo homo tenetur ad reſtitutionem eius, in quo aliquem damnificauit; ſed damnificatur dupliciter, vno modo, quia aufertur ei, quod actu habet, & tale damnum ſemper eſt reſtituendum, ſecundum recompenſationem æqualem; puta, ſi aliquis damnificet aliquem, diruens domum eius, tenetur ad tantum, quantum valet domus; alio modo, ſi damnificet aliquem impediendo, ne adipiſcatur, quod erat in via habendi, & tale damnum non oportet recompenſare ex æquo, quia minus eſt habere aliquid in virtute, quam habere actu; qui autem eſt in via adipiſcendi aliquid, habet ſolum in virtute, vel poteſtate; & ideo ſi redderetur, vt haberet hoc in actu, reſtitueretur ei, quod eſt ablatum, nõ ſimplum, ſed multiplicatum; quod non eſt de neceſſitate reſtitutionis, vt dictum eſt; tenetur tamen aliquam recompenſationem facere ſecundum perſonarum, & negociorum qualitatem*, hæc Diuus Thomas.

88 Qua propter ego dicerem, ſi eſt facta diligentia, darem ſibi intereſſe legale, ſcilicet quinque, aut ſex pro centenario, prout ſolent reddere pecuniæ, quę ſtant abſq; periculo vitæ, prout ſtant poſt diſdictam ſocietatem, & tantum ſolent etiã reddere prædia, tam ruſtica, quam vrbana, *vt Auth. de non alien.* ſi vero nullam fecit diligẽtiam, ego non darem ſibi obolũ, quia præſumitur hoc feciſſe in fraudem vſurarum.

89 Huic determinationi non obſtat dictum Decij *in c. cum venerabilis. de except.* in quo eſt totum fundamentum tenentium cõtrarium, videlicet, quod quando intereſſe eſt veriſimile, poteſt paciſci de certa quantitate, & ponit exemplũ in fundo, iuxta *l. curabit, C. de actio. emp.* Nam tripliciter reſpondetur primo, quod Decius tenet contra mentem omnium Doctorum, & contra id, quod ipſe tenuit *in dd. conſ.* vt etiam aduertit Purpur. qui ipſum reprobat *in d.* §. *ſi tibi*, & Felyn. *in d.c. cum venerabilis. num.* 5. à quo Dec. habuit, dicit hoc eſſe contra mentẽ Doctorũ. Secundo reſpõdetur, quod nulla eſt veriſimilitudo, quod quis ponat pecuniã ad duodecim pro centenario, ſine periculo vitæ, prout ſtant poſt diſdictã, niſi eſſet manifeſtus vſurarius. Tertio, & vltimo reſpõdetur, quod Decius loquitur in valde diuerſis terminis,

minis, videlicet in fundo vẽdito, iuxta *d. l. Curabit*, quo caſu debitor percipit fructus fundi & certum eſt, quod fundus reddit aliquid quolibet anno, niſi eſſet aliquis fortuitus caſus, qui nõ habetur in conſideratione. In caſu autem noſtro non habetur talis certa veriſimilitudo, quia etſi daret pecuniam alteri officiali ad ſocietatem, poſſet tamen de hoc non lucrari, vel propter mortem, vel propter decoctionem.

Et reſpondetur etiam *ad conſ.* Pariſ. 60. *vol.* 1. quia ipſe fundatur *in Caſſan. deciſ.* 183. qui dicit totum oppoſitum.

Et etiam reſpondeo ad id, quod dicit Couar. *in lib. variar. reſolut. li.* 3. *cap.* 1. *&* 4. quia fundatur in dicto Decij *in d. c. cum venerabilis*, cui fuit ſatis reſponſum ſupra.

Non obſtant extrauagan. Martini, & Calixt. quia loquuntur in cenſibus, qui poſſunt ſubiacere periculo ruinæ domus, vel cenſualis prædij, in quibus impoſitus eſt, & Rota non tenuit illas extrauaga. ſimpliciter, ſed reduxit ad decem pro centenario. LAUS DEO.

Reſolutiones coram R. P. D. Sarm. facta in cauſa Romana ſocietatis prædicta.

90 PRæſuppoſito, quod Lazzarus Cina nomine proprio contraxerit ſocietatem cum D. &c. An ex prædictis intelligatur facta noua ſocietas inter Barzinum, & Iacobum, extincta ea, quę prius erat inita inter Lazzarum, & Barzinum, vel potius dicatur tranſlata vtilitas dictæ ſocietatis in dictum Iacobum, remanentibus directis actionibus pænes Lazzarum. Die Lunæ vigeſimanona Nomembris 1563. fuit dictum, quod ſubſtantia contractus fuit firmata in Lazzaro Cina[k]. 1

K

Alia reſolutio in eadem cauſa.

91 STante reſolutione vltimo loco facta, An ſocietas, de qua agitur, fuerit extincta morte Lazzari, vel Iacobi Apocelli eius Ceſſionarij; Die Lunæ decimaſeptima Aprilis 1564. Fuit dictum, quod ſtante prædicta reſolutione, ſocietas fuit finita per obitum Lazzari, & hoc habuit dubium.

Alia reſolutio in eadem cauſa.

92 PRæſuppoſito, quod per obitum Lazzari fuerit finita ſocietas, qui deceſſit de anno 1552. & non conſtet, quod Barzinus fuerit interpellatus ante motam litem de anno 1560. An nihilominus teneatur ad ſolutionem fructuum loco damnorum, & intereſſe, iuxta formam inſtrumẽti ſocietatis taxatorum, cuius copia datur. Die Lunæ decimatertia Nouembris 1564. Fuit dictũ, quod ſi Barzinus non habuit ſcientiã, non tenetur; ideo videatur ſcientia, præſupponatur, vel excludatur; Nã ſi Barzinus ſciuit mortem, intrat iuramentum obligationis in forma Cameræ.

Deciſio in eadem cauſa coram R. P. D. Lancelloto vigeſima octaua Aprilis 1570.

93 CIrcumſcripta conſuetudine, & cæteris alijs, fuit concluſum, pactum eſſe illicitum de iure, quia finita ſocietate, ceſſat periculum vitæ, & amiſſionis capitalis, & remanet purum mutuũ, & illa taxatio facta ab initio, eſt quędam confeſſio futuri intereſſe, quę videtur facta in fraudem vſurarum, niſi illud aliunde probetur, per doctrinam Bal. *in l. rogaſti.* §. *ſi tibi. col.* 2. *verſ. quid ergo. ſi cert. petat.* Cum alijs, de quibus late per Couarr. *lib.* 3. *variar. reſolut. c.* 4. *nu.* 5. Aym. *conſ.* 189. *nu.* 8. Sot. *de iuſt. & iur. lib.* 6. *q.* 6. *art.* 2. *circa finem.*

Alia deciſio ſecunda Iunij 1570. *in eadem cauſa coram eodem.*

94 COncluſum, dictum pactum illicitum non validari ex conſuetudine Curiæ, quia conſuetudo nihil operatur in vſuris, *cap. quia in omnibus. iuncta gl. de vſur.* Rom. *in c. fin. in* 3 *not. ab. de conſuet.* quia vſura iure diuino, & humano eſt prohibita, vt latè per Couarr. *lib.* 3. *variar. reſolut. cap.* 1. *num.* 5. Doctrina vero Bart. *in l. quis ſit fugitiuus.* §. *apud labeonem. de adil. edict.* & cætera in cõtrarium allegata, procedũt, quoad euitationem pænæ, non quod propterea actus valeat, vt per Beto. *in d. c. quia in omnibus. nu.* 8. *cum ſeq.* & de pęna habetur etiam per Aym. *in conſ.* 145 *nu.* 12. In tollerãtia Pauli Quarti, propter ſupplicationes, quæ eius tempore ſignabantur, vigore Bullæ editæ ſuper ſocietatibus officiorum, Domini nõ fecerunt aliquod fundamentum; nam omiſſa nũc illa diſputatione, An Papa poſſit ſuper vſuris diſpẽſare, dixerunt, Bullam in eius prohemio, & ferè per totam reprobare pacta illicita in huiuſmodi ſocietatibus; & ideo ex ea non iuuari hæredes pręter id etiam, quod ſocietas hæc fuit contracta ante Bullam, quæ non extenditur ad præterita; & in præteritis dat formam præſcriptam Datario, quod ei debeant intra trimeſtre notificari ſocietates pretenſæ; alias annullantur. Præterea cũ ſuper hac ſocietate nõ reperiatur ſignata ſupplicatio, adhuc viget ius cõmune, & dicta Bulla reprobantia pactum hoc, vti illicitum; adeo quod in ſocietate, dequa agitur, ex alijs ſupplicationibus ſignatis ſuper alijs ſocietatibus, non poteſt argui alia tollerantia, quia in odioſis, & concernentibus materiam peccati, non fit extenſio de caſu ad caſum, iuribus vulgaribus.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Finita.* Vide in materia iſtius Conſilij Caſtracan. *in tract. de ſocietat. c. 43. & 49.* vbi diſputat ad partes, an valeat pactum, quod finita ſocietate debeantur fructus ad rationẽ duodecim pro centenario loco damnorum, & intereſſe: & amplectitur negatiuam probationem, tanquam tutiorem, licet bene credat, debitorem teneri ad verũ, & probatum intereſſe; & ita alias ſæpius fuiſſe in Rota reſolutum, teſtatur ex deciſionibus ibi per eum allegatis, & vide eundem *in c. 44.* Vbi etiam diſputat, an valeat pactum, quod ſtetur iuramento creditoris abſque alia iudicis taxatione quoad damna, expenſas, & intereſſe paſſa, & concludit ſecundum magis communem opinionem, valere, adhibitis tamen quatuor declarationibus, de quibus ibi per eum, *& c. 45.* Vbi pariter diſputat, an requiratur interpellatio ad hoc, vt debitor conſtitutus in mora, teneatur ad damna, & intereſſe, *& cap. 42.* An finita ſocietate per alienationem officij currant fructus, & quomodo. Ad quæ vide etiam ſcripta per Virg. Boccat. *in eod. tract. de ſocietat. officior. nu. 10. & nu. 37. & nu. 133. 136. 139. 174. & ſeqq.* quibus in locis multa reperies de validitate pacti prædicti, ac etiam, an, & quando, & quales finita, ſeu diſdicta ſocietate, fructus debeantur.

b *Corporalis.* Iſta materia, an ſcilicet, & quando per delinquendi conſuetudinem, pęna pecuniaria poſſit euadere corporalis, vel capitalis, latiſſimè ponitur per D. meum Farin. *in pract. cri. in tit. de delict. & pæn. quæſt. 23. per totam.*

c *Valet.* Quicquid dicat hic conſultor, credo, huiuſmodi ſtatutum valere, ad trad. poſt alios per Couarr. *var. reſol. lib. 3. cap. 1. num. 3. verſic. ſeptimo &c. & verſic. ſequen.* Vbi etiam refert contrarium tenentes, & per Ioſeph. Ludou. *in deciſ. Lucen. 21. num. 34. & ſeqq. par. 1.* Et in Vrbe habemus ſtatutum *cap. 20. lib. 4.* volens, quod tam viro poſt retardatam ſolutionem dotis, quam viduę ob retardatam reſtitutionem, debeantur fructus ad rationem ſeptem cum dimidio pro centenario, & cum huiuſmodi ſtatutum fuerit confirmatum à Papa, non eſt dubitandum de illius validitate.

d *Capitale.* Vide Bullam Sixti Quinti *in ord. 46.* in qua damnantur, & reprobantur pactiones in ſocietatibus apponendæ, capitalis ſecuritatem, aut lucri nomine, certam reſponſionem, aut vſurarum prauitatem quouis modo continentes.

e *Imputandum.* Solutio debiti regulariter ſemper facta cenſetur in grauiorem cauſam. Verum, quæ dicatur grauior cauſa, vide tex. *in l. 1. & in l. cum ex pluribus. ff. de ſolut. & liberat.* Bart. & Doctor. *in d. l. 1. & l. 2. ff. de ſolut. & liberat. & in l. 1. C. eod.* Alber. *in ead. l. 1. C. eod.* & Bart. & Imol. *in d. l. cum ex pluribus. col. 1.* Caſtr. *conſ. 311. & conſ. 238. nu. 1. vol. 1.* Corn. *conſ. 128. num. 1. vol. 4. & latius conſ. 295. nu. 1. & ſeqq. vol. 3.* Alexan. *conſ. 85. lib. 3. & conſ. 39. nu. 2. lib. 7.* Fulgoſ. *conſ. 7. nu. 1. pag. mihi* 82. Ioann. de Amic. *conſ. 21. nu. 8. & 9. pag. mihi* 21. Cæpoll. *cautel.* 11. Pedemont. *deciſ. 58. num.* 18. Firman. *in repertor. verbo, debitor ſoluens, nu. 57.* Pariſ. *conſ. 122. fere per totum. vol. 4.* Grat. *reſp. 140. nu. 19. lib. 2.* Soc. Iun. *conſ. 85. nu. 5. & 11. lib. 2.* Ruyn. *conſ. 49. col. fin. lib. 5.* Menoch. *de arbitr. q. caſu 293. cent. 5. lib. 2.*

f *Conſuetudo.* Licet verum ſit, quod conſuetudo faciat contractum licitum, qui de ſui natura eſt illicitus, & vſurarius, hoc tamen intelligendum eſt quoad pœnam corporalem, vt infra dicetur; non tamen quoad pœnam gehennalem; & ſic nõ excuſat à peccato, quicquid in contrarium ſupra dicatur *num.* 54. ſecundum glo. fina. *in cap. ſanè. in verbo, antiqua conſuetudo. de tempor. ordinan.* Ant. de But. *in c. cum venerabilis. nu. 13. & ibi etiam Abb. nu. 5. Vbi declarat hanc limitationem, extr. de conſuetud.* Anchar. *in c. quanto. nu. 2. in 2. notab. eod. tit. de conſuetud. per tex. in c. fina. eod. tit.* Iaſ. *in l. ſingularia. nu. 49. ff. ſi cer. petat. & in l. de quibus. nu. 9. in fine ff. de leg. & in l. 3. §. iurari. ſub nu. 16. ff. de iureiuran.* Roman. *ſing. 19. incip. An conſuetudo, & conſ. 466. nu. 1. in fine, & nu. 2.* Adden. ad Matt. *ſing. 77. col. mihi 3. in fine fol. 295. in parua impreſſione.* Gram. *deciſ. 50. nu. 3. ſeq.* Marſ. *in pract. §. quoniam. ſub nu. 97. & in l. 1. poſt n. 99. ff. de ſicar.* Tiraq. *de pæn. temper. cauſ. 42. nu. 2. & nu. 4. & ſeqq. vſque ad nu.* 8. Vbi alij plures referuntur concordãtes. Franc. Turzan. *opin. 96. nu. 4. & 5.* Rolan. *conſ. 75. nu. 47. lib. 1. & conſ. 96. nu. 31. lib. 2.* Et vide omnino declarantem Bero. *in c. quia in omnibus. nu. 8. & ſeq. extra de vſur.*

Et rurſus eadem concluſio procedit, vt non per hoc non ſit facienda vſurarum reſtitutio, ſecundum Natt. *in conſ. 498. nu. 26. li. 3.* Rolan. *cõſ. 75. poſt nu. 47. li. 1.* Ioſeph. Lud. *concl. 51. verſ. quando tamen. in fine. fol.* 115. Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 122. nu. 97.*

g *Diuini.* Hæc concluſio, quod conſuetudo non excuſet in ijs, quæ ſunt prohibita à iure naturali, vel diuino, quoad pœnam temporalem, non tranſit ſine difficultate, cum contrarium voluerint Aym. *conſil. 6. num. 103. ad finem*, & Rolan. *conſil. 96. num. 31. lib. 2.* Et pro hac opinione facit, quia periurium eſt prohibitum à iure diuino, & tamen conſuetudo excuſat etiam à non obſeruatione iuramenti. Roman. *conſ. 466. num. 1. in fine*, quem referendo ſequuti ſunt Petraſan. *ſing. 83. tenementi. num. 4.* Iaſ. *in l. ſingularia. num. 49. in fine. ff. ſi cert. petat. & in l. de quibus. nume. 9. in fine. ff. de legib.* Tiraquell. *de pæn. temperan. cauſ. 42. nu. 2.* Gram. *deciſ. 50. num. 4.* Roland. *conſ. 96. nu. 32. lib. 3.*

h *Conſuetudinem.* Vulgaris eſt regula, quod alleganti conſuetudinem incumbit onus probandi; ſed illa potiſſimũ procedit, quando agitur de effugiendo pœnam, ſecundum Plot. *conſ. cri. diuer. 108. nu. 122. in fine. li. 1. in paruis.* Bertazz. *conſ. 53. nu. 21. & conſ. 56. nu. 5. & conſ. 132. nu. 4.* quæ quidem conſuetudo ſatis in propoſito dicetur probata, ſi fuerit probatus curſus decem annorum, à tempore primi actus, de conſenſu populi, ſiue ipſo ſciente, & tollerante, geſti, ſecundum magis cõmunem opinionem, de qua in ijs terminis te-

* ſtatut

ſtatur Franc.Turzan.*opin.*76.*nu.*6. Nec diſſentit Bertaz.*in conſ.*318.*nu.*8.*verſ.4.cum.lib.*2.

i *Renouata.* De renouatione ſocietatis officij per ſolutionẽ fructus, ſeu alio modo, & de materia, vide, quæ ſcripſit Virg.Bocc.*in tract.de ſociet.offi.nu.*171.172.173.*&* 180.& Caſtracan.*in ſimili tracta.de ſocietat.cap.*51.

K *Cina.* Hanc eandem deciſionem retulit Virg. Boccac.*in tract.de ſocietat.offic.nu.*181.

l *Pœna.* Quod in crimine vſurarum conſuetudo excuſet à pœna, non trãſit ſine difficultate, quia contrariũ latè defendit Lud.Peguer. *deci.cri.*30.*per totã.* Vbi inter alios allegat Bero. *in conſ.*157.*per totum.li.*1.& reſpondet doctrinæ Bar.*in l.quis ſit fugitiuus.§. apud labeonem.ff. de ædilit.edict.* qđ ſcilicet procedat de iure ciuili, nõ aũt de iure Canonico, & pro hac eadẽ opinione poſſunt ẽt adduci ſcripta pet Abb.*in conſ.*22.*Incipiente, quamquam conſultatio.col. fina.verſ. non obſtat generalis conſuetudo mercatorum*, Vbi expreſſe dixit, quod quælibet cõſuetudo etiã totius orbis, non poteſt excuſare homines fœnus exercentes. Verũ quia

* opinio * Bar. eſt cõmuniter recepta, prout fatetur idem Peguer. vbi ſupra; idcirco pro cõcordia, potes dicere, qđ eadẽ Bar. opinio procedat, quando non conſtaret euidenter de vſura ex facie cõtractus, ſeu pacti; & ſic quãdo eſſet probabilis dubitatio, quando cõtractus eſſet vſurarius, necne. Tunc enim conſuetudo excuſat, prout in ijs terminis poſt Bal. Oldr. & Abb. in locis per eum relatis, conſuluit Natt. *conſ.*498.*nu.*26.*lib.*3. & Bertaz.*conſ.*297.*nu.*13.*verſ.*4.*poſito,&c.lib.*2. Secus ſi ex facie inſtrumenti, & cõtractus de vſura clarè appareat ita, quod tergiuerſari non poteſt. Nam tunc nulla excuſat cõſuetudo etiam à pæna temporali, quia non conſuetudo, ſed corruptela dicitur, prout eſt tex.*in c.dilectos.de exceſſ.prælat.* Vbi quod conſuetudo non excuſat eos, qui mutuãt vndecim denarios cum pacto, quod reſtituantur duodecim, per quem tex. hanc limitationẽ in expreſſo poſuit Dec.*conſ.*170.*col.*3.*poſt med. verſ.& hoc quod dictum eſt.* Natt.*conſ.*566.*nu.*10.*verſ.credo tamen.lib.*3. vbi etiã allegat tex.*in cle.*1.*de uſur.* & ponit aliud exemplum de eo, qui dat pecunias cum pacto, vt ſoluantur annua decem pro quolibet centenario, & per iſtum tex. dixit etiam Barba.*in c.cum uenerabilis.nu.*30.*&* 31.*de conſuetudin.* prout illum refert, & ſequitur Lud.Peguet. *deciſ.cri.*34.*nu.*2. *& nu.*7. quod conſuetudo praua, & iniqua non excuſat quem à pœna temporali in crimine vſurarum. Addi etiam poteſt pro hac limitatione Abb.*in d.conſ.*22.*nu.*2.*col.fi.* Vbi dixit, quod quælibet conſuetudo etiam totius Orbis, non poteſt excuſare homines publice exercentes improbum fænus vſurarium.

Fam.Cent. V. I, D.Galeſ.

ARGVMENTVM.

Multa de reuocatione confeſſionis iudicialis prætextu erroris, hic petractantur: ſed illud præcipuè enucleatur, quid ſi calumnioſæ confeſſionis error allegetur, quandoué, & quomodo dicatur iſto caſu de calumnia conſtare: Pleraque etiam de defenſionibus reo non denegandis, in medium adducuntur.

SVMMARIVM.

*Confeſſio iudicialis dolo de errore poteſt quandocunq; reuocari, num.*1.

*Confeſſionis error ſi calumnioſè allegetur, talis allegatio non admittitur, num.*1.*& iſto caſu ſufficit præſumpta calumnia, num.*7.

*Confeſſio erronea poteſt reuocari tam in prima, quam in ſecunda inſtantia, nu.*2.*& nu.*16.*Vbi declaratur hæc concluſio, & in addit.litera* a *Vbi de materia.*

Appellans tam in ciuilibus, quam in criminalibus poteſt in cauſa appellationis deducere, & probare ea, quæ non deduxit, nec probauit in prima inſtantia, niſi fuerit negligens in 1.*inſtantia ſuas probationes facere, numero* 3.

*Confeſſionis error non dicitur probatus probando rem aliter ſe habere, niſi etiam probetur cauſa erroris, quare ſcilicet cõfitens motus fuerit ad confitendum falſum, nu.*4.*Declara, vt in addit.litera* b.

*Confeſſionis adminiculatæ, & alijs indicijs grauatæ error, an, & quando probari poſſit, & an ſit arbitrium Iudicis admittere hanc probationem, nu.*5.*& in addit.litera* c.

Sociorum criminis depoſitiones plenè probant conſpirationem, & tractatum, numero 6.*& in addit.litera* d.*Vbi de materia.*

*Teſtes examinati parte non citata, non confrontati, & non repetiti, faciunt aliquam præſumptionem, num.*8.*& in addit.litera* e *Vbi de materia, & num.*22.*Vbi quod non faciunt indicium ad torturam etiam quod eſſent mille, & num.*33.

*Veriſimilitudo facit indicium delicti, nu.*9.

*Fama mala in genere, iuncto aliquo alio adminiculo, facit indicium ad torturam, nu.*10.

*Iudicis dolus non præſumitur à iure, niſi perſpicuè probetur, nu.*13.*in fine.*

*Teſtium dicta ſi ſint contraria confeſſioni eos producentis, an illis credendum ſit, nu.*14.*in fine, & in addit.litera* f.*& nu.*29.*in fine.*

*Defenſiones dandæ ſunt etiam ſponte confeſſo, num.*15.*& numero* 25.

*Confeſſus, & conuictus poteſt etiam probare errorem ſuæ confeſſionis, nu.*17.

Defenſio, nec per Principem, nec per ſtatutum, nec per Iudicẽ quomodocunque arbitrium habentem, tolli poteſt, numero 18.

*Confeſſio præſumitur extorta metu torturæ potius, quam ſponte emanata, nu.*19.

*Confeſſio metu torturæ extorta, etiam reiterata, nulla, & inualida eſt, nu.*20.

*Confeſſio facta in ſecretis carceribus poſt viginti dies, dicitur metu extorta, num.*20.*in fine, quod an verum ſit, in addit.litera* g.

*Torqueri nemo poteſt ſine legitimis indicijs, nu.*21.

*Teſtes inhabiles ex pluribus defectibus non faciant indicium etiam in crimine læſæ Maieſtatis, nu.*23.

Crimen

Digitized by Google

Crimen læſæ Maieſtatis in Principem ſæcularē, non dicitur commiſſi per clericum, nu. 24.

Defenſio dicitur calumnioſè petita, quādo indubitatum eſt, quod Reo nulla poteſt competere defenſio, nu. 25.

Defenſio eſt concedenda carcerato etiam, quod alij inculpati de eodem crimine ſint extra carceres, nu. 27.

Defenſio dicitur calumnioſè petita, quando probata, nihil releuat, nu. 27.

Teſtes deponentes ſuper negatiua non coarctata loco, & tempore, ſunt ſuſpecti de falſo, nu. 28.

Confeſſio non poteſt dici, quod ſit facta metu torturæ, ſi ratificetur coram Iudice ſuperiore, ad quem Reus remiſſus fuit, & coram quo ceſſat metus, nu. 30.

Tractatus, & conſpiratio ſunt difficilis probationis, nu. 31. in fine, & ſeq. & nu. 32. iuncto nu. 11. Vbi propterea quod admittuntur præſumptiuæ probationes.

Confeſſio nō dicitur metu torturæ extorta, quando præcedunt indicia, nu. 33. in fine.

Confeſſio nunquid dicatur extorta metu torturæ, per ſolas minas de torquendo, nu. 34. & in addit. litera h.

CONSILIVM XVI.

1 ADSIT DEVS. Licet ſpontanea, &
iudicialis confeſſio, docto de errore, poſſit
per reum quandocunq; reuocari, ſecundum com
munem, de qua poſt alios teſtantur Boſſ. *in tit. de
confeſſ. num. 6.* Clar. *in pract. quæſt. 50. verſ. fina. &
quæſt. 64. verſic. ſin autem Reus.* Tamen ſi Reus calumnioſè
petit ſe admitti ad probandum errorē
ſuę confeſſionis, tunc nec reuocatio ſuffragatur,
nec ad probandum admittitur. Bartol. *in l. procedente.
C. de dilat.* Auguſtin. ad Angel. *de malef. verbo,
comparuerunt dicti Inquiſiti, & quilibet eorum,
&c. produxerunt inſtrumentum pacis. nu. 2. in fine,*
Boſſ. *in tit. de confeſſ. nu. 62. tit. de indic. & conſiderationib.
ante torturam. nu.* 80. Ioan. Maria Monticell.
reg. 20. in 3. limitat. nu. 20.

2 Quod autem in caſu noſtro, Antonius calum
nioſè dicat ſe probaturum prætenſum errorem
ſuæ confeſſionis, apertiſſimè demonſtratur; Primo,
quia, licet etiam verum ſit, quod ſpontanea,
& iudicialis confeſſio poſſit tam in prima, quàm
a in ſecunda inſtantia [a] reuocari, vt credo exaduer
ſo contendatur, & poſt alios, quos allegant, traditur
per Corrad. *in pract. pag. mihi* 284. *col.* 23. *in
fine, & ſeq.* Foller. *in pract. crimin. verbo, & ſi confitebuntur,
nu.* 53. Iſtud tamen non procedit, quan
do in termino præfixo in prima inſtantia, ad pro
bandum allegatum errorem, Reus nihil probaſ-
ſet; tunc enim tali termino elapſo, petens iterum
Reus ad eandem probationem admitti, calum-
nioſè petit, & reijciendus eſt, ita Foller. *vbi ſupra
num.* 55.

3 At cum Antonius, non vnicā, ſed tres habuerit
dilationes ad ſe defendendum, & probandum
allegatum errorem, nihilque prorſus probauerit,
immo nec in actis articulos ad probandum
produxerit, aperta eſt modo illius calumnia, dicentis,
ſe velle in ſecunda inſtantia illud idem
probare, quod per negligentiā, & ſcienter in prima
probare omiſit; Regula enim *legis, eos, C. de appellationib.*
volens, quod non deducta in prima
inſtantia, poſſint deduci in cauſa appellationis,
& quæ procedit tam in ciuilibus, quam in criminalibus,
vt per Robert. Lancellot. *in tract. de attentat.
cap.* 12. *limitat.* 27. *num.* 10. *& ſeqq.* Non habet
locum, quando in dilatione pręfixa in prima
inſtantia, appellans ſcienter neglexerit probare
id, quod poſtea in ſecunda inſtantia ſe probaturū
offert; Tunc enim malitia præſumitur, & reijcitur.
Marſ. *ſing.* 240. *&* 360. Menoch. *de arbitrar.
quæſtionib. quæſt.* 72. *nu.* 13. *lib.* 1. Lancellot. *Vbi ſupra.
nu.* 5. *&* 6.

4 Secundo calumnia detegitur etiam, quia interrogatus
Antonius tam in primo, quàm in ſecundo
eius conſtituto coram Domino Panico,
quomodo poterit ipſe probare prætenſum errorem
ſuæ confeſſionis; Reſpondit, ſe illum probaturum,
probando, quod eo tempore, quo depoſuerūt
Canarinus, & Pius, ipſe nō fuit in illis locis,
in quibus dicti Complices teſtificātur; nam hæc
probatio dicitur friuola, & calumnioſa, quia etiam,
quod vera appareat, nihil releuat. Ad probandum
enim errorem ſpontaneæ, & iudicialis
confeſſionis, de facto proprio confitentis, prout
eſt iſta, de qua agitur, nedum requiritur probare
rē ſe aliter habere, ſed quod confitens, ad ſic con-
b fitendum, fuerit dolo aduerſarij ſeductus; [b] & ſic
oportet docere nō ſolum de errore, ſed etiam de
cauſa erroris. Pulchra eſt doctrina, & diſtinctio
Lanfranc. de Oriano *in c. quoniā contra. verbo, confeſſiones,
c. 7. nu. 41. de prob.* quod & idem ſcriptum
relinquerunt Franc. *in c. 1. nu. 2. verſ. 3. limit. de accuſat.
in 6.* Aret. *in c. cum dilecti. nu. 29. verſ. tu vero
conſidera. iuncto nu. 34. extra de accuſat.* Abb. *in c. fina.
col. fina. ſub nu. 23. per totum. extra de confeſſ.* Pariſ.
de Puteo *de Sindicat. in verbo, tortus, cap. 8. nu.
1. fol. mihi 351. col. 1. ad medium. verſ. & ſi confeſſionem
reuocat.* ſed hic non offert carceratus talem
ſeductionem probare, nec etiā probare poterit,
ergo fruſtra admittendus eſt, ad probandum id,
cuius probatio nihil releuat.

5 Tertio licet inter Doctores controuerſia ſit,
Vtrum reus admittatur ad probationem erroris
ſuæ confeſſionis adminiculatæ, & indiciatæ; &
quod non admittatur, tradat Foller. poſt alios,
quos allegat, *in pract. crimin. verbo, etſi confitebuntur,
num.* 51. Admiſſa tamen pro nunc contraria
opinione, venit tamen ſpecialiter limitanda,
quando Reus ſpontè confitens pro cauſa ſui
erroris, adducit metum torturæ, dicens, falſum
confeſſus fui, quia timebam torqueri, prout
punctualiter dicit, & allegat in præſenti caſu
Antonius. Iſto enim caſu eſt in arbitrio Iu-
c dicis [c] admittere, & non admittere Reum, ad reuocationem
ſuæ confeſſionis; & quando confeſſio
eſt emanata legitimis præcedentibus inditijs,
quod tunc non debeat admitti, tradit
poſt Aretin. quem allegat *in cap. cum dilecti. col.
fina. de accuſat.* Boſſ. *tit. de confeſſ. num. 79. & ſeq.*
Vbi quod nunquam vidit talem reum ſic confitentem,
& nouis his artibus ſe excuſare, & defendere
volentem, ad reuocationem ſuæ confeſſionis
admiſſum.

6 Quod autem in præſenti caſu cōtra reum vrgerent,
ne dicam indicia, ſed concludentes probationes
de tractatu, & cōſpiratione facta contra

tra

Digitized by Google

tra Illuſtriſſimos Dominos Comites de Nuuo-
laria, nullus credo dubitationi locus ſit. Nam o-
miſſis pro nũc mala vita, & fama inquiſiti, quod
alias, prout ipſe fatetur in proceſſu, *fol.7.& ſeqq.*
fuit apoſtata in habitu laycali, & armatus per
Orbem vagatus; quod ob ſua demerita de man-
dato Reuerẽdiſſimi Domini Archiepiſcopi Flo-
rentini fuerit etiam ex Ciuitate Florentię expul
ſus, vt in eodẽ proceſſu *fol.*17. in fine; quod alias
alopeciã habuerit, & in membro putredines *fol.*
38. Quod eſſet maximus amicus non ſolum Illu
ſtriſſimi Domini Claudij, *fol.12.in fine, & ſeq.* ſed
etiam Canarini *fol.14.à tergo*; quod de tempore,
quo deponit Canarinus, ſecum fuit Venetijs, &
ibidem inſimul per duas vices comedit, *fol.19.20.*
22.& 41. Quod ſæpius tractauit, & alloquutus
fuit cũ Petro Franciſco Pio, vt depoſuit Stepha
nus de Pactonibus *fol.*38. & Aegidius Rãconus
fol. 40. *a tergo*, iunctis variationibus, & contrarie
tatibus Inquiſiti, modò affirmantis, & modò ne-
gantis ſe fuiſſe Nuuolariæ de anno 1580. Ac te-
ſtibus pro informatione Curię examinatis, depo
nentibus, quod eodẽ anno ipſe conſtitutus fuit
Nuuolariæ, & ſæpius alloquutus fuit cũ pręfatis
Petro Frãciſco, Pio, & Canarino *fol.* 88. *& ſeqq.*
Depoſitiones eorundẽ Canarini, & Pij in crimi
nis ſocium vocantiũ Antoniũ, cum ſimus in deli
ctis occultis, & in coniuratione, ſeu conſpiratio-
ne, inducunt cõtra ipſum nedũ indicia, vt aiunt,
indubitata, ſed etiã concludentem dictę conſpi-
d rationis, & tractatus [d] probationẽ, Alex.*conſ.*13.
nu.14.lib.6. Caſtrenſ.*conſ.342.col.2.in fine.verſ.*
adhoc reſpondetur. Aym.*conſ.*178.*nu.*3. Natt.*conſ.*
138.*nu.*22. Decian.*conſ.*18.*nu.*61.*& ſeqq.lib.*1.

7 Quarto ex præmiſſis, ſi de calumnia reuocare
volentis ſuam confeſſionem pretextu erroris, nõ
manifeſtè conſtare, dicere velimus, prout cõtra-
rium verius eſt, negari tamẽ poteſt, quin ſaltem
Iudex in eiuſdem calumniæ vehementem ſuſpi-
cionem inducatur, itaut iſto caſu ſufficiat ſola ca
lumniæ præſumptio, vt poſt Innoc. & alios com
muniter *in c.poſt electionem. de conceſſ.praben.* tra-
dit etiam Celſ. Vgo. ibid. nu. 24. & Alex.*conſ.*65.
*nu.5.vol.*1. Neſcio enim videre, quomodo in ſpe-
cie poſſit Antonius probare, quod ipſe non fuit
Venetijs, & nõ tractauit cum Canarino de tem-
pore, quo ipſe Canarinus deponit, poſtquã illud
idem, & ante, & poſt delicti cõfeſſionem, ipſe in-
quiſitus ſemper libere fateatur.

8 Nec obſtat ſi dicatur, quod confeſſio Antonij e-
rat emanata nullis pręcedẽtibus indicijs, ex quo
Canarinus, & Pius non depoſuerant ad illius fa-
ciem, & in tortura, prout requirebatur; quoniam
reſpondetur in primis, quod teſtes parte nõ cita-
e ta [e] examinati, vel ad rei faciem non confronta-
ti, licet non faciant indicium ad torturã, negari
tamen nõ poteſt, quin faciant præſumptionem.
Grammat.*deciſ.34.num.*33. Dec.*in cap.in Nomine*
Domini.il 1.*nu.*18.*extra de teſtibus.* Foller. *in prac.*
crim.verbo, etſi confitebuntur. num. 45. *pagina mihi*
345. latè Arnal. Albert. *in tract.de agnoſcen.aſſert.*
cathol.& heret.quaſt.34.num.37.& ſeqq. vſque ad
numerum 47.*& conſ.cri.diuerſ.*90.*nu.*25.*vol.*2.

9 Præterea depoſitiones Canarini, & Pij ſunt
coadiuuatæ ex ſtricta, & antiqua amicitia, quam
Antonius fatetur ſe habuiſſe cum Illuſtriſſimo
Domino Claudio, & eius Patre, quæ amicitia
erat talis, prout idem fatetur in proceſſu, quem
vidi *fol.12.in fine, & ſeqq.* quod veriſimile ab om-
nibus reputabatur, ipſum ſciuiſſe ſecreta eiuſdẽ
Domini Claudij; vnde ſicut ex inueriſimilitudi-
ne oritur indicium innocentiæ, & ignorantiæ,
ita etiam ex veriſimilitudine oritur indicium
culpæ, & ſcientiæ. Bald.*conſ.*180.*mortuo filio. vol.*
3. Aretin.*conſ.9.col.*2. Oldrad.*conſ.* 13. *incip. cum*
quæſtio. in fine, cum alijs per Brunor. à Sole *in ſuo*
*conſ.crim.nu.*18.

10 Et cum idem Antonius ſe ipſum fateatur ma-
læ vitæ, & famæ, vt in primo ſuo cõſtituto *fol.*7.
et ſeqq. dicẽs, vt ſupra admonui, ſe alias depoſuiſ-
ſe habitum, & per orbem inceſſiſſe armatum, &
fol. 17. *in fine*, quod fuit expulſus de Prouincia
Florentiæ de mandato Archiepiſcopi; Dubium
nõ eſt, quod mala fama in genere, iuncto aliquo
alio adminiculo, ſeu præſumptione, ſufficiens fa
cit indicium ad torturam, ad plenè tradita per
Gandin. *in tit. à quo, vel à quibus poſſit fama inci-*
pere. num. 12. verſ. ſed pone quæſtionem. Brun.*conſil.*
*crimin.diuerſor.*106.*nu.*6.*&* 66.*vol.*2.*& conſ.* 124.
*nu.*24.*vol.*1.& nouiſſimè Paul. Granut. *theorem.*
23.*num.*4.*lib.*1.

11 Et cum etiam ſimus in conſpiratione, & tra-
ctatu, & ſic in delicto de ſui natura occulto, &
difficilis probationis, certum eſt, quod præſum-
ptiones habentur pro concludenti *probatio-*
ne, nedum ad torquendum, ſed etiam ad con-
demnandum. Bart. *in l. ſi quando. in fine. C. vnde*
vi. Salycet.*in l.quicunque. num.* 25. *C. de ſeru.fugi-*
tiu. Aym.*conſ.*73.*num.* 10. *lib.*1. Menoch. *de arbi-*
trar.quæſtionib.lib.2.caſu 116.*nu.*15. Cla.*in pract.*
§.*fin.q.*20.*verſ. ſcias tamen, ad finem, ibi, alij vero*
dicunt, &c.

12 Vnde cum appareat, quod Antonius erat in-
diciatus ante confeſſionem, ſubintrat dictũ Boſ-
ſij *in tit.de confeſſ.num.*79.*&* 80. quod non debet
admitti ad reuocationem ſuæ confeſſionis, ſub
prætextu, qđ minatus à Iudice, & ſeductus, fue-
rit confeſſus, quia ſtantibus indicijs præcedenti-
bus, talis ſeductio, & comminatio non præſumi-
tur, vt ibi per eum.

13 Nec obſtat etiam, quod primo tortus nega-
uerit, & deinde ſine tortura faſſus fuerit, *quaſi*,
quod ſeductio præſumatur ex iſta abrupta *con-*
feſſione poſt negationem factam in tormentis;
Nam, vt quotidiè videmus, ſæpiſſimè contingit,
Reos in tormentis ſubſiſtere, & poſtea iterum
vocatos dubitantes ſe repeti, liberè veritatem fa
teri; Non tamen per hoc eſt præſumẽdus aliquis
dolus in Iudice, præſertim in caſu noſtro, in quo
Antonius fatetur veritatẽ per viginti dies poſt
illatam torturam, & poſtquam ſibi fuerunt le-
ctæ depoſitiones Canarini, & Pij, & aliorum te-
ſtium pro informatione Curiæ examinatorum;
ex quibus eſt potius dicendum, quod diſpoſue-
rit ſe ad dicendum, & fatendum veritatem, quam
quod fuerit ſeductus Iudicis dolo, qui niſi per-
ſpicue

Digitized by Google

ſpicuè probetur, a iure non præſumitur. Aym. *conſi.8.numero* 1.Capr.*conclu.*78.*numero* 50.Cæphal.*conſilio* 121.*nu.*11.*vol.*1.Rolan.*conſi.*11.*nu.*9.*volum.*3.

14 Sed ijs omnibus ceſſantibus, prout credo, quæ vrgeant, ſupplicatur in facto aduerti, quod interrogatus Antonius a Domino Panico, quomodo ipſe prætendat probaturum ſuam innocẽtiam,& errorem confeſſionis; Reſpondit,quod illam probabit per N. qui teſtificabuntur, quod de tempore,quo deponunt Canarinus, & Pius, ipſe non erat in locis,in quibus ijdem complices deponunt, *vt in fol.* 64. *&* 70. Hoc enim eſt impoſſibile, vt deponant, quia ipſe reus ſe in dictis locis fuiſſe, libere fatetur, etiam coram Panico, vt in proceſſu, videlicet, quod(vt deponit Pius *folio* 48.*de menſe Maij* 1579.)fuit Nuuolariæ,*fol.*42.64.*&* 65. Item,quod(ſicut deponit Canarinus *fol.*28.*& ſeqq.*)fuit Venetijs de menſe Iulij, anno 1580.& bis cum ipſo commedit,*fol.*11.19.20.22.23.*&* 41. Item,quod(ſicut idem Canarinus etiam deponit *fol.*31.*& ſeqq.*)fuit ſecũ Mantuę de mẽſe Septembris,1580.Quomodo igitur vult Antonius probare,per ſe non fuiſſe in ijs locis, cum ſe ibidem fuiſſe denuo fateatur coram iudice,corã quo reuocat ſuam cõfeſſionẽ; vnde neceſſario ſequitur, vel quod impoſſibilis ſit talis probatio,vel quod ſi N. iſtud deponent, erũt

f conuicti de falſo ex confeſſione [f] producentis, cui potius ſtandum erit, quàm teſtium depoſitionibus.Grammat.*deci.*103.*nu.*51.refert, & ſequitur Ioan.Maria Monticel. *in ſuo repertorio teſtium, pagina* 447. *colum.ſecunda. verſicul. antepenult.& latius in pagina* 206. *colum. ſecunda,verſic. tertio.* Vbi alios concordantes allegat; Ideo fruſtra expectanda eſt talis probatio, cuius euentus nihil releuat.

15 Audi modo, quæ aduerſus prædicta per Iuliũ Cæſarem Sylicinum Bononienſem, nunc Reuerendiſſimum, & digniſſimum Epiſcopum Ariminenſem,deducebantur; Dicebat enim ipſe,defenſionem huic Antonio non eſſe denegãdam, quia etiam ſponte confeſſo datur terminus ad ſe defendendum, ex quo multa deduci poſſunt aduerſus propriam confeſſionem, quæ per errorem, aut metu, ſeu alijs de cauſis fieri potuit, & hanc practicam ſeruat totus Mundus, ne forte contingat innocentem condemnari. Grammat. *in conſi.*69.*num.*1.*in fine,& ſeqq.* Carer.*in pract.in priu.num.*29.*in fine.* Ang.*in verbo,qui iudex ſtatuit terminum,num.*1. Bologn. ad Suzzat. *de indic.& tortur.nu.*67 *in medio verſi.& plus ſubdit, &c.* Afflict.*in conſtitut.ſi damna clandeſtina.not.*9.*nu.*35. *in fine.rubr.*27.*lib.*1.Paris de Puteo *de ſindicat. in verbo,tortura,vlt.§.nunc videndum. numero primo, poſt medium, verſic. nam ſponte, & in verbo,confeſſio.§.an prædictas.numero* 13.*& ſequen.in fine.* Salycet.*in l.*2.*numero* 7 .*circa medium. C.de cuſtodia reorum.*Boſſ.*de confeſſ.numero* 2.*in fine,& ſeq.cum alijs,*vt per Gom.*de delict. cap.* 13.*in fine, numero* 3 *in fine,*& Clar.*in §.vlt.quæſt.*55.*& quæſtion.* 49. *verſic.eſt igitur.*

16 Et ideo etiam ſponte cõfeſſus eius confeſſionem in prima, & in alia inſtantia reuocare poteſt, probando contrarium, quia ad defenſionem,probationes ſemper admittuntur,ac quandoque debent recipi; & dilatio ad probandum aſsignari debet,ne innocens indebitè puniatur. Arimin.ad Angel.*in verbo,comparendo inquiſitus, & terminus defenſionis.in princip.verſic.ego non dubito.numero* 2. *ad finem, & numero* 16.Angel.*numero* 1.Caret.*in verbo,in text.ibi, voce.numero* 21. *in fine.*Boſſ.*de tortur.numero* 49.*de confeſſ.numero* 60.*& ſeqq.*Brun.*de indic.parte* 2.*quæſtio.*6.*numero* 14.Foller.*in pract.*3.*par.princip.in* 1.*par.in verbo, etſi confitebuntur. verſic. requiritur decimo, numero* 50.55.*cum ſequen.par.*3 .*numero* 84.*in l.*1. *§.ſi quis vltra.nu.*61.*& ſeqq.ff.de quæſtionib.*& Gram.*vot.*10.*num.* 32. *in fine,* qui loquitur in crimine læſæ Maieſtatis.

17 Quod procedit etiam in confeſſo, & conuicto,qui per alias probationes,& alia indicia contrarium probare poteſt, quamuis non probans condemnandus ſit.Ang.*d.verbo,comparuit dictus inquiſitus.verſic.ſed Nicol.numero* 1.*ante medium.* Grammat.*deciſi.*34.*nu.*36.*deciſ.*72.*nu.*4. Foller. *par.*3.*tertia par.nu.*98.& Marſil.*in l.*1. *§.vlt.num.*69.*ff.de quæſt.*

18 Defenſio enim eſt adeò iuris naturæ, vt illa nec per Principem auferatur, nec per ſtatutũ, & minus per iudicem,quodcunq; arbitrium habẽtem.Marſil.*in ſingul.*388.*in conſ.*81.*n.*79.*in pract. §.editam.nu.*76.*in l.vnius §.cogniturum. nu.* 36.*& pluribus ſeqq.ff.de quæſtionib.*Gram. *vot.* 30. *nu.*9. *& pluribus ſeqq.* Afflict.*in conſtitu.dura.nu.*2.*rubr.*51.*lib.*1.Bal.*in l.*3.*§.ſi is.ante finem.ff.quod quiſq; iur.*& de communi Soarez.& Bonacoſſ.*commun. opin.tomo* 1.*lib.*4.*fol.*173.*col.*2.*& fol.*174. *colum.*1. & Boſſ.*de indic.nu.*78.*&* 198. qui loquitur in crimine læſæ Maieſtatis.

19 Et eò magis defenſio concedenda eſt in caſu iſto,in quo dici poteſt, quod confeſsio Antonii non fuit verè ſpontanea;nam cũ tormenta præceſſerint illam confeſsionem,quam idem Antonius aſſerit, metu extortam fuiſſe,talis cõfeſsio meticuloſa pręſumitur;& licet tortura leuis fuiſſet,tamen cõſideratur metus aſperioris torturæ, ſaltem ad effectum concedendi defenſiones. Caler.*not.penul.incip.in tex.ibi,formidine.nu.*21.Bal. *in l.*1.*verſ.ſi autem.nu.*1.*poſt medium. C.de confeſſ.* Brun.*de indic.par.*2.*q.*6.*nu.*20.*in medio.*Bertaz.*in conſi.*39.*nu.*16.*cum pluribus ſeqq.in fine.*& Boſſ. *de tortu.num.*18.

20 Præſertim,quando dicta tortura illata fuit indebitè;& confeſsio poſt torturam indebitam,licet millies reiterata, meticuloſa dicitur,& inualida,quia metus ſemel illatus, ſemper durare pręſumitur,donec durat nocendi poteſtas,etiam in crimine læſæ Maieſtatis.Marſil. *in conſi.*46. *num.*14.Saly.ad Matteſilla.*notab.*55.*nu.*7. Roland.*in conſi.*12.*nu.*94.*libro* 3.Bertaz.*in conſilio* 28.*numero* 1.*& ſequen.*Foller.*par.*3.*tertia partis,numero* 2.

g *& numero* 38. & confeſsio carcerati [g] in ſecreto poſt viginti dies, præſumitur meticuloſa. Caleſat.*in conſil.*102.*num.*9.*lib.*1.*crimin.*Zilet.*parua impreſsione.*

21 Tortura autem indebita fuit, quia ad illam ſine indicijs deuentum fuit; & clarum eſt, neminem ſine legitimis indicijs torqueri poſſe, etiam in crimine læſæ maieſtatis. Boſſ. *de indic. numero* 198. Aym. *in conſilio* 923. *numero* 30. *libro* 5. *folio* 1. *ſecunda par. princip. In verbo, item quod commiſſ. crimin. numero* 105. & Bertazzol. *conſil.* 28. *numero* 2.

22 Non extabant indicia, quoniam cum teſtes nec repetiti, nec confrontati fuiſſent, indicium ad torturam efficere minimè poterunt, etiamſi fuiſſent mille. Roland. *conſil.* 12. *numero* 36. *ad fine*, *& ſequen. lib.* 3. Grammat. *in conſil.* 15. *num.* 3. *volum.* 3. *& num.* 8. Ioann. de Amic. *in conſil.* 73. *numero* 16. *& conſi.* 85. *numero* 25. & Alex. de Nevo *in conſil.* 86. *nu.* 9. qui dicit, conſuetudinem in contrarium non valere.

23 Et eò minus; nam ipſi teſtes, qui faciunt ſe ſocios criminis, ſunt infames ex pluribus delictis, contrarij, & periurij; & ſic cum plures defectus patiantur, non faciunt indicium, etiam in crimine læſæ maieſtatis. Aym. *d. conſil.* 923. *numero* 33. *& ſeqq. in conſi.* 6 *numero* 58. Bertaz. *d. conſ.* 28. *nu.* 3. *& nu.* 16. Claud. *in addit. litera* a. *in fine*. Rolan. *in conſi.* 39. *nu.* 49. *et ſeqq. lib.* 3. Burſat. *in conſ.* 155. *nu.* 2. & Rimin. iun. *in conſi.* 113. *nu.* 32. *& pluribus ſeqq. amb. lib.* 2. & tales teſtes infames nihil faciũt contra Antonium clericum. Rolan. *in conſi.* 24. *nu.* 60. *lib.* 1.

24 Potiſſimum, quia contra Antonium Clericũ, & nullo modo ſubditum Illuſtriſſimis Dominis de Nuuolaria, prætendi non poteſt crimen læſæ maieſtatis. Bald. *in conſi.* 477. *nu.* 4. *lib.* 4. Roland. *in conſi.* 4. *nu.* 1. *lib.* 1. *& conſi.* 1. *nu.* 26. *lib.* 3. Gram. *voto* 10. *nu.* 32. Aym. *in conſi.* 492. *nu.* 3. *lib.* 3. Boſſ. *de crimin. læſæ maieſt. numero* 80. Carrer. §. *Vndecimus caſus. num.* 21. & Clar. §. *læſæ maieſtatis. verſiculo, vidi quandoque*, cum iſtud aſſertum crimen fuerit detectum a Canarino ad mortem cõdemnato, qui ad differendum, & euitandum pęnas debitas, factum huiuſmodi ſibi confinxiſſe, facillimè credi poteſt; quod etiam ſuadetur ex multis varietatibus, & circunſtantijs inueriſimilibus, quæ ex lectura ſuarum depoſitionum clarè colliguntur.

25 Non obſtat, quod ſpontè confeſſo defenſio poteſt denegari; nam vltra quod contraria opinio eſt verior, æquior, magis communis, & magis tuta, & nos non ſumus in mero ſponte confeſſo per præfata; Reſpondetur, quod ſi clarum, & indubitatum eſſet, nullam defenſionem competere poſſe, aut quis ea probare vellet, quę probata nihil prodeſſent, tunc defenſio, tanquam euidenter calumnioſa, & petita ſolum ad differendum, forte denegari poſſet; ſed iſta caſui noſtro nullo modo applicari poſſunt, vt ex lectura confeſſionum pluſquam manifeſtum eſt. Boſſ. *de indic. nu.* 80. Ariminen. ad Angel. *d. verbo, comparent inquiſit. in termino defenſio. nu.* 2. *in fine*. Decian. *in conſ.* 99. *nu.* 12. *li.* 2.

26 Minus obſtat, quod defenſio poſſit denegari carceratis, quãdo alij inculpati de eodem crimine ſunt extra carceres, nam iſtud eſſet contra omnia iura mundi, & contra regulam dicentem, Sanctius eſſe nocentem abſoluere, quam innocentem cõdemnare, & nullus diceret, quod defenſio ſit deneganda, vt bene per Scarlatin. *in conſilio* 114. *numero* 20. *& ſeqq. libro primo crimin. maior. impreſſ.* Angel. *in l.* 1. *numero* 2. *ff. ſi aduerſ. rem iudic. & in verbo, Andreas auxiliatur. numero* 2. Vbi Arimin. *num.* 3. *in fine*, Boſſius autem, & Clar. de contraria conſuetudine loquentes, procedunt in illa Curia, in qua ipſi verſati ſunt. Bertazzol. *in conſil.* 39. *nu.* 16. Gabriel. *lib.* 1. *de probat. conclu.* 4. *num.* 3. Roland. *in conſi.* 94. *nu.* 21. *lib.* 4.

27 Verum ad omnia præmiſſa, quæ tam longo, & erudito ſermone ad fauorem iſtius Antonij conferebantur, vnica tantum reſponſione, & quidem rectè replicabatur; Nunquam enim fuit denegata defenſio aliqua ad Fiſci inſtantiam, ſed tantum fuit dictum, & modò repetitur, prout etiam per eundem Dominum Scribẽtem admittitur, quod quando Reus proponit calumnioſam defenſionem, eam ſcilicet, cuius probatio nihil releuat, tunc, tanquam ad differendam condemnationem propoſitã, illam minimè impedire debet. Boſſ. *titulo de confeſſ. numero* 62. *& titulo de indic. numero* 89. Decian. *conſilio* 99. *numero* 12. *libro* 2. & eſt ratio, quia fruſtra expectatur illud, cuius euentus nihil operatur. *l. hæc ſtipulatio.* §. *Diuus. ff. vt legat. nomine cauc. cum ſimilibus*.

28 Quod autem in caſu noſtro Antonius allleget pro ſua aſſerta innocentia inanem, & non releuantem defenſionem, vltra iam dicta deducitur manifeſtè; Nam aut ipſe intendit probare directam negatiuam (quod ſcilicet non interuenit tractatui, & conſpirationi) loco, & tempore non coarctatæ, & tunc certum eſt, quod talis probatio minimè eſt expectanda, quia teſtes ſic ſuper directa negatiua non coarctata deponentes, non ſolum reo non obeſſent, ſed tanquam de falſo ſuſpecti, poſſunt puniri, ſiue explicitè, ſiue implicitè deponant. Abb. *in cap. cum Eccleſia. num.* 29. *de cauſ. poſſeſſion. & proprietat.* Socin. Sen. *conſi.* 7. *volum.* 1. Curt. *in tracta. de teſtibus. nu.* 47. *&* 48. Rip. *in l. in illa. numero* 30. *ff. de verb. obligatio.* Aym. *conſil.* 9. *num.* 7. Ruyn. *conſi.* 63. *num.* 7. *volum. quarto. & conſ.* 106. *nu.* 7. *volum.* 5. cum alijs per Hercul. *in tracta. de negat. num.* 127. *& ſeqq. & num.* 225. *et ſeqq.*

29 Si vero idem Antonius probandam proponat negatiuam indirectam, & coarctatam, quod ſcilicet ipſe non fuit de eo tempore, quo prætenditur facta conſpiratio, in locis, in quibus eadem conſpiratio dicitur tractata, prout in ſpecie ita ſuam innocẽtiã ſe probaturum in ſuis conſtitutis offert, & tali caſu dicitur, quod cum ipſe corã D. Panico liberè faſſus fuerit, quod de anno 1579. de mẽſe Maij, fuit Nuuolariæ, Item quod de anno 1580. de menſe Iulij fuit Venetiis, Item, quod de eodem anno 1580. fuit Mantuæ, de menſe Septembris, prout ſupra citati ſunt folii proceſſus, & prout deponunt Canarinus, & Pius in ſuis conſtitutis, non põt modò amplius

admitti

admitti ad probandum contrarium eius, quod liberè faſſus eſt coram dicto D.Panico; Si enim teſtes hoc deponerent, eorum probatio non releuaret producentem, qui prius faſſus eſt contrarium, quia ſtandum eſſet confeſſioni partis, & non depoſitionibus teſtium. Marſil. *conſil.* 34. *nu.* 8. *& conſi.* 69. *nu.* 9. *par.* 1. Alex. *conſi.* 30. *num.* 7. *uol.* 5. Barto. Iaſ. Dec. & alij communiter *in l.* 2. *§. creditum. ff. ſi cert. petat.* Aym. videndus *in conſi.* 171. *nu.* 10.

30 Id, quod potiſſimum procedit in caſu noſtro, quia iudex, coram quo Antonius prædicta fatetur, non eſt ille Apoſtolicus ſubdelegatus, cuius dolo ſe ad fatendum delictum inductum aſſerit, ſed eſt iudex ſuperior, ab quem fuit remiſſus, & in quo omnis dolus ceſſat; vnde intrant tradita per Foller. *in ſua pract. crim. verbo, etſi confitebuntur. nu.* 36. Gabriel Sarayn. *in additio. ad Matheſ. reg.* 55. *num.* 24. qui apertè dicunt, quod quando reus dicit, ſe coram uno iudice aliquid dolo, vel metu cõtra ueritatem dixiſſe, & illud idẽ ratificet coram iudice ſuperiore, ad quem remiſſus fuit, & in quo dolus, & metus prædicti ceſſant, non poteſt amplius ſuam confeſſionem reuocare, præſertim ſi confitens non ſit perſona idiota, & rudis, ſed ſagax, & aſtutus.

31 Quod ſi intẽdat forſan iſte Antonius probare metum torturæ, ac dicere, prout ipſe dicit in ſuis conſtitutis, & Dominus ex aduerſo ſcribẽs facit fundamentum, quod ſua confeſſio eſt inualida, tanquam facta metu tormentorum, & nullis præcedentibus indicijs; Tamẽ, vt alias dixi, & hic non eſt opus repetere, ex dicto Canarini, & Pij, & aliorum teſtium pro Curię informatione examinatorum, item ex mala fama in genere inquiſiti, item ex ſtricta amicitia, quã idem inquiſitus habebat cum Illuſtriſs. Domino Claudio; Item ex eo, quod, vt ipſe fatetur, ueriſimile erat, quod ſciret ſecreta, & tractatus eiuſdẽ D. Claudij; Item ex ſuis variationibus, & non pręciſis reſponſionibus, iũcto, quod ſumus in conſpiratione, & tractatu, qui eſt difficilis probationis, vt p Aym. *in conſ.* 172. *nu.* 3. *& conſ.* 220. *nu.* 15. Marſil. *in pract. crim. in prin. nu.* 16. Natta *conſi.* 138. *nu.* 22. Io. Maria Monticel. *in pract. crim. reg.* 11. *nu.* 17.

32 Ex iſtis, inquam pluribus præſũptionibus, licet imperfectis de ſe conſideratis, ac ẽi licet diuerſi generis, reſultabat contra Antonium non ſolum ad torquendum, ſed etiam ad condemnãdum concludens probatio, per ea, quæ in clandeſtinis delictis, & difficilis probationis tradunt vbique communiter Doctores Bal. *in d. l. quicunque. col.* 6. *uerſ. octauo nota. C. de ſeruis fugit.* Alexã. *conſ.* 24. *col. fin. lib.* 1. Gram. *conſ.* 136. *nu.* 22. *lib.* 1. Petrus Calefat. *conſ. crimi. diuerſor.* 103. *num.* 21. *par. prima.* Matthe. Gribal. *in libro primo commu. opin. in ſuis regul. criminalib. col.* 5. *verſic. in criminibus occultis.*

33 Nec refert, quod teſtes prædicti non fuerint repetiti, aut confrontati, & ideo non faciant indicium; quia non poteſt negari, quin ſaltem faciant præſumptionem, vt ſupra probaui, & ibidem allegatis addo Mill. *in ſuo repertorio, verbo, teſtis, num.* 69. Grammat. *deciſione* 34. *numero* 23. Ioann. Maria Monticel. *in alio repertorio teſtium. pagina* 135. *colum. prima. uerſic. tertio.* Quæ quidem præſumptio, licet minus, quam indicium, & ad torturam inſufficiens, iuncta tamen cum alijs, ſtante qualitate delicti, ſcilicet occulti, & difficilis probationis, nedum ad torquendum, ſed ad condemnandum ſufficit, per præallegata. Stantibus ergo indicijs, fruſtra agitur de probando metum torturæ. Boſſ. *tit. de confeſſ. nu.* 79. *&* 80.

34 Et in præſenti caſu res omni prorſus caret difficultate, quia metus, quem probare intendit Antonius, fuit tantummodo illatus, vt ipſe dicit, per comminationem Subdelegati Apoſtolici, qui ei dicebat, quod niſi fateretur, uolebat acriter ipſum torquere: ſola autem comminatio

h [h] torturæ, etiam nullis præcedentibus indicijs, facta, non operatur inualiditatem confeſsionis. *l. apud Labeonem. §. ad quæſtionem, & ibi gl. & communiter Doctores ff. de quæſtionib.* Anto. Gomez. *tit. de tortura reorum. num.* 4. *ſub verſic. Et ita debet procedere.* Follet. *in practica criminal. verbo, etſi confitebuntur. nu.* 37. Carer. *in pract. fol. mihi* 77. *nu.* 7. Gabriel Sarayn. *in additionibus ad Matheſ. ſingular.* 5. *in fine.* Clar. *in pract. quæſt.* 64. *ſub uerſiculo, nunc de gradibus.*

35 Concludo ergo, quod ſiue Antonius intendat probare errorem ſuæ confeſsionis per probationem directæ negatiuæ, quo caſu teſtes eſsent de falſo ſuſpecti, & puniendi, ſiue etiam per probationem indirectam, quod ſcilicet non fuit in locis per complices nominatis, de tempore, quo ipſi deponũt, ſtante, quod contrarium ratificauerit coram præfato Domino Panico, ſiue etiã per probationem comminatę torturę, ſtantibus indicijs prædictis, & quod ſola comminatio nõ operatur torturam metu illatam; Nullatenus ad talem probationem, tanquam calumnioſam, & non releuantem, & ad differendum pœnam, admittendus ſit; ſemper tamen me remittendo Dominorum iudicum ſano, & prudenti arbitrio, quod arbitrium, vt inquit Boſſ. *in d. titu. de confeſſ. numero* 79. *&* 80. ſtante præcedentia indiciorum, erit potius in denegando, quàm in concedendo.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ADDITIONES.

a *Inſtantia.* Confeſsio poteſt reuocari etiã poſt ſententiam in criminalibus, quidquid forſan ſecus ſit in ciuilibus. Alber. *in l.* 1. *§. Antonius Seuerus. ſub numero* 1. *ff. de quæſtionib. in d. l.* 1. *§. ſi quis vltro in illum text. numero* 1. *eodem.* Pariſ. de Puteo *de ſindicat. verbo, tortus. cap.* 1. *numero* 2. *verſic. nam etiam condemnatio. fol.* 331. *colum.* 3. *& cap.* 7. *numero* 2. *verſi. quia condemnatio, & nu.* 3. *fol. mihi* 348. *colum.* 2. *& poſt numerum* 5. *eodem fol.* 348. *column.* 4. Gandin. *in titulo de quæſtionibus, & torment. ſub numero* 24. Pract. Milleſ. *fol.* 67. *numero* 54. *& fol.* 80. *nu.* 30. *& ſeq.* Guid.

de Suzrar. in tract. de indic. & tortur. poſt num. 66. Franc. Caſon. in tract. de tormen. c. 21. rubr. de confeſſ. ratifican. nu. 11. Gram. voto 7. num. 2. Foller. in pract. crim. verbo, & ſi confitebuntur. num. 56. & nu. 90. Pract. Corrad. in tit. de confeſſ. criminal. nu. 11. ſub 19. limitat. fol. 284. colum. 2. in fine. Monticell. reg. 20. num. 16.

Sic pariter & poteſt reuocari in cauſa appellationis, ſecundum Aret. in c. cum dilecti. num. 29. de accuſationib. Angel. de Malef. in verbo, comparuerunt dicti inquiſiti, & in termino defenſionis produxerunt inſtrumentum, &c. poſt nu. 1. Nell. de bannit. in 4. par. primi temporis, quaeſt. 1. poſt medium. verſi. non obſtat, quod eius contumacia. Brun. de indic. par. 2. quaeſt. 6. nu. 14. & num. 15. verſ. ſi autem. Caret. in pract. in 2. tract. de indic. &c. §. in textu, ibi, uoce propria confeſſus. poſt nu. 21. Foller. in pract. crim. verbo, etſi confitebuntur, par. 1. num. 53. fol. 302. Pract. Corrad. tit. de confeſſ. crim. nu. 11. in 19. limitatione. fol. 285. col. 1. verſic. ampliat 1. Monticel. regula 20. nu. 6. & 7.

b Seductus. Concluſio per Dominum meum Farinac. hic firmata, quòd ſcilicet in reuocatione confeſſionis facti proprij non ſufficiat probare errorem confeſſionis, & rem aliter ſe habere, niſi etiam doceatur de cauſa erroris, habet contradictorem Angel. de maleſ. in verbo, comparuerunt dicti inquiſiti, & in termino defenſionis produxerunt, ſub numero 1. concludentem, quod licet in reuocatione confeſſionis ſit exprimenda cauſa erroris, leges tamen reuocationem permittunt abſque alicuius cauſæ probatione. Sed certè quicquid dicat Angel. contra ipſum videtur eſſe communis opinio, vt patet ex allegatis per eundem D. meum Farinac. quibus addo Anton. Columba. in tractat. proceden. in cauſ. criminalib. artic. 211. Caret. in pract. in primo tract. a. de appellat. §. tertius caſus. numero 23. ad finem, & in tertio tracta. de homicid. §. vndecimo excuſat, &c. nu. 24. Monticell. regula crim. 26. numero 7. verſic. quod uerum. Franc. Perſonal. in tractat. de indic. & tortur. poſt numerum 81. Et aduerte, quod licet Carrerius. & Pariſ. de Puteo, & forſan alij in locis præcitatis, videantur generaliter loqui, non ſolum in confeſsione ſpontanea, ſed etiam in confeſsione emanata in tortura, vide tamen Aretin. in d. c. cum dilecti. eodem num. 29. & etiam eodem verſi. Tu vero conſidera, iuncto verſi. & licet ipſe. & nu. 30. verſ. primo caſu. Vbi declarat, concluſionem prædictam non habere locum in confeſſione emanata in tortura, in qua concludit, errorem dici probatum per probationem, quod res ſe aliter habet, etiam non probata cauſa erroris; & hanc declarationem affirmat habere in ſe magnam æquitatem.

c Arbitrio iudicis. Controuerſum eſt inter Doctores, nunquid confeſsio indiciata, & adminiculata, poſsit prætextu erroris reuocari? Verior tñ, & magis communis opinio eſt, quod ſic. Verum, an ſit in arbitrio iudicis admittere, vel non admittere reuocationem iſtius confeſsionis, errore probato; Quamuis D. meus Farin. hic cum Boſsio amplecti videatur affirmatiuã opin. vide tñ, quæ idem D. meus Farin. explicauit in ſua practi. crim. p. 2. in tit. de reo confeſſo, & conuicto, non adhuc impreſſo q. 81. nu. 332. & ſeq. Vbi bene ponderat verba Boſsij, & Aretini in loco per eũ relato.

d Conſpirationis, & tractatus. Quod ſocij criminis admittantur in teſtes in crimine coniurationis, & conſpirationis, eſt text. in c. fi. & ibi glo. extra de teſtib. cogen. qui loquitur in coniuratione facta contra Epiſcopum, & in c. ſi quis cum militibus. in fine 5. q. 1. vbi loquitur de factione, & coniuratione inita, vel contra Principem, vel contra eius Conſiliarios, & hanc concluſionem admittunt plures alij relati per eundem D. meũ Farinac. in ſua pract. crim. par. 1. tit. de indic. & tortur. q. 43. nu. 61. Verum, quod ſufficiant ad condemnationem, & probationem, minimè verum credo, prout magis accuratè (prout ſolet fieri in tractatibus) aduertit D. meus Farinac. d. q. 43. eodem nu. 69. iuncto nu. 39. & ſeq.

e Parte non citata. Vide ad propoſitum ea, quæ latè poſuit idem D. meus Farinac. in tract. de teſtibus. q. 72. n. 89. Vbi ponit plures Doctores etiam de communi teſtantes, quod teſtes examinati, parte non citata, indicium non faciunt, & nu. 90. ponit contrarium tenentes, & nu. 91. Cõcludit, quod faciunt præſumptionem, et nu. 92. Vbi ponit alios Doctores dicentes, quod immo nec etiam faciunt præſumptionem, et nu 93. Vbi dicit ſibi placere eam diſtinctionem, vt ſcilicet in ciuilibus faciant indicium, in criminalibus autẽ non; ſed vtcunque ſit, negari non poteſt, quin etiam in criminalibus faciant aliqualem præſũptionem, ſeu adminiculum.

f Ex confeſsione producentis. Vide, quę in propoſito dixit D. meus Farinac. in ſuo trac. de teſtibus. q. 65. num. 101. & ſeqq. Vbi facit concluſionem, quod ſi teſtes contradicant confeſsioni partis, non concordantur cum dicta confeſsione, ſed attenditur potius confeſsio; quam teſtium depoſitio, illamque limitat 15. modis.

g Confeſsio carcerati. Quod ſola carceratio faciat præſumere confeſsionẽ non ſpõtaneã, ſed metu extortã, voluerunt Amad. de ſindic. nu. 188. in fine, et num. 189. uerſ. item ſi dicatur, vbi ẽt loquiť de cõfeſsione, ſeu depoſitione teſtiũ, ex Cy. & Bal. in locis per eũ relatis, Marſ. in l. 1. in prin. nu. 56. et ſeq. ff. de quaeſ. et in trac. de bannit. in uerbo, carcerati, nu. 3. vbi teſtatur de veriori, & rationabiliori opinione, et in prac. §. attingam. nu. 29. Neuiz. in ſilua nup. li. 1. c. 2. nu. 64. vbi teſtatur de communi ex Alex. quem allegat in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acquiren. hæreditat. Brun. de indic. ad tortur. par. 2. q. 5. num. 38. in fine, et num. 39. Boſſ. in tit. de carcerib. num. 22. ad medium. uerſic. et ideo ſi detentus, ex Alex. quem allegat in conſil. 52. col. 2. in fine. lib. 3. Bero. in cap. at ſi Clerici. nu. 51. uerſ. ſexto confeſsio. extra de indic. Calefat. conſi. crimin. diuerſor. 103. num. 8. lib. 2. in parnes, vbi loquitur de eo, qui ſtetit in ſecreteris per dies viginti. Claud. Bertrand. reg. crim. 55. nu. 1. et ſeqq. Pract. Corrad. tit. de confeſs. crim. nu. 5. ad finem. fol. 281. col. 2. Monticell. reg. crim. 18. nu. 13. Maſcard. de probat. libro 1. concluſ. 353. num. 17. et ſeq. et concl. 267. num. 6. & lib. 3.

Digitized by Google

& lib.3.concluſ.1384. num.7. Franc. Perſonal. de indic.& tortur.nu.73.verſ.immo & ſolum, vbi expreſſe loquitur, quando carceratio eſt facta, nullis præcedẽtibus indicijs, prout iſti ſunt proprij termini propoſitæ concluſionis, & conſulendo tradiderunt Marſil.conſi. 29.nu.33.& ſeqq.& nu. 40.& conſi.48.nu.24.& ſeqq. Rolan. conſil.17.nu. 19.& ſeqq.& nu.34.lib.3. vbi reprobato Cepolla, & Boſſio contrarium ſentiẽtibus, dicit, ab hac opinione in conſulendo, & iudicando non eſſe recedendum. Brunor.a Sole in ſuo cõſ.crim.nu. 168.verſ.quod etiam, vbi de cõmuni. Franc.Becc. conſ.70.nu.4.vbi alijs relatis teſtatur de communi. Bertazz.conſi.225.nu.23.Burſat.conſ. 201.nu. 15.lib.2.Honded.conſ.108.nu.30. & pro hac ampliatione faciũt Doctores allegati per D.meum Farinac.in tracta.de reo confeſſo, & conuicto, q.83. nu.33.& q.81.nu.14.

Contra, quod ex ſolo carcere confeſsio non dicatur metu facta, voluerũt Bal.in l.1.nu. 27.ad finem, verſ.quæro nunquid confeſsio. C.de confeſſ.& in l.ſi quis in hoc genus.nu.4.C.de epiſc. & cler.& in c.at ſi clerici.nu.8.extra de iudic.vbi bene comprobat Pariſ.de Put.de ſindic.in verbo, tortura, c.7.nu. 4.folio 348.col. 3. Idem Brun. ſibi contrarius, de indic.& tortur.p.2.q.2.nu.2.& nu.4. verſ.confeſsio autem, & quæſt.16.nu.16.in fine. Franc.Caſon. in tract.de torment.c.19.nu.8. Carer.in pract. crim.in verbo, etſi confitebuntur.par.1.num.62. per totum in diſcurſu, fol.303.Ferrant.Gargia.conſi.crim.diuerſor.126.nu.9.verſ.vnde ſi reus.lib.1. Vbi quod ita quotidie in practica ſeruatur, cum rei, qui fatentur in carceribus, condemnentur, & puniantur. Clar.in pract.§.fi.q.64.uerſ.ſed an forte, vbi quod contraria opinio non eſt vera, nec communis, & dicit verum, quia Alexander per Neuizzan. allegatus in d. §.Celſus, non loquitur in terminis quæſtionis noſtrę, videlicet in confeſſione emanata in carcere, ſed in alijs terminis, vt videre eſt apud eum, ſicetiam & Alex. allegatus per Boſſ. in conſi.52.lib.2.non teſtatur de communi, prout ad id allegatur, & male, & etiam dixit Flamin. Chartar.in pract.interrogandor. reor. lib.2. c.1.nu. 61. Addo pro hac opinione eundem Maſcard.de proba.lib.1.concluſ.367.nu.7.& ſeqq. Franc. Becc. conſi.70.nu.13.uerſ.non obſtat, & nu.14. vbi quod prima opinio ſic ſimpliciter intellecta, eſt abſurda; & propterea eſt intelligenda, non quando quis ſimpliciter detinetur in carcere, ſed quando in carcere, & famem, & ſitim, & frigus patitur, & etiam declarauit Claud. ad Bertazz. conſi. 162.litera in fine, li.1. Et hanc opinionẽ, pro qua ẽt multum faciunt ea quæ ſcripſit idem D.meus Farin.in ti.de reo confeſſo, & conuicto, adhuc non impreſſo.q.81.nu.13.& nu.34. crederem veriorem, quia ſi alias diceretur, prout conſiderant Doctores præfati, omnes confeſsiones reorum dicerentur metu factæ, quia omnes rei, vt plurimum in carceribus fatentur, quod omnino eſt abſurdũ.

Poſſet forſan ſaluari prima opinio, qñ reus carceratus cõfeſſus fuit, non ſolum ſine indicijs pręcedentibus (quia alias, ſi indicia pręceſſerint, abſurdum eſt dicere, quod ex ſolo carcere cõfeſsio dicatur metu extorta, ſicut in ſpecie adnotauit Franc.Bec.conſi.70.nu.19.& nemo contradicit) ſed etiam quando confeſſus fuit carceratus a iudice malæ qualitatis, & ſolito metum, & violentiam inferre; Tunc enim poſſet dici, cõfeſsionem in carcere factam, reputari, non ſpontaneã, ſed metu emanatam, ad tradita per Bar.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi Prætori.num.14.& ſeqq.ff.de non. oper.nuncia. quem videas, quia bene loquitur in materia, & videtur de mente Boſsij, quem pariter videas in tit.de confeſſ.nu.74.& ſeqq. quem refert Honded.in conſi.108.n.30. Et aduerte, quod ideò dixi duobus concurrentibus, quia ſi ſolum concurrat defectus indiciorum, non per hoc annullatur ſpontanea confeſsio, ſecundum veriorem, & practicatam opinionem.

Comminatio torturæ. Concluſio hæc per Dominum meum Farinac. firmata, nõ tranſit ſine difficultate; quamuis enim ex ſolis minis de torquendo, reo non ſpoliato, non ligato, nec poſito ante tormenta, confeſsionem non dici metu extortam, de mente Bart.in l.1.§. Diuus Seuerus, nu.2.ff.de quæſtionib. quẽ refert, & ſequitur Abb. in c.fi.num.11.extra de confeſſ. expreſſe hanc concluſionem firmarunt Pariſ. de Puteo in tract.ſindic.uerbo, tortus, c.1.nu.3.poſt med.uerſ.etſi dixerit. Auguſt. ad Ang.de malef.in uerbo, quod fama publica.poſt nu.117.uerſ.iudex dixit.Gandin.in ti.de quæſtionib.& torment.nu.30.Pract. Mille.fol.106. nu.1.Guid.de Suzzar. in tract. de indic. & tortur. nu.76.Bal.in tract.de quæſtionib. & tormen.c.3.nu. 2.verſ.ſed quid ſi extra locum, &c. Carer. in pract. in 2.tract.de indic.& tortur.§.in tex. Ibi, in formidine tormentorum, nu.7.& ſeqq. Gabriel. Sarayn.in additionib.ad Matheſ.ſingular.55. nota quod quotieſcunque, in fine additionis, uerſ. notandum tamen eſt, vbi ampliat duobus modis. Primo etiàm quod confeſsio emanauerit ſine indicijs; ſecũdo etiã, quod emanauerit apud cordam. Boſſ.in tit.de tortura.num.4.in fine, & nu.5.& ſeq. Pract. Corrad. tit.de confeſſ.crimi.poſt num.5.uerſ. & hic nota.fol. mihi.381.col.1.vbi de vultu terribili iudicis. Ant. Gomez.uariar.reſolut.tomo 3.c.13.rubr. de tortur. reorum.nu.4.ad med. uerſ. quod tamen intelligo. Clar.in pract.§.fin.q.64.uerſ. nunc de gradibus.ibi, ſed certè, &c. Vbi quod quicquid ſit de iure, ita in practica ſeruatur, ex Gandin. & Carer. in locis per eum relatis. Flamin.Chart. in pract.interrogandorum reorum, lib.4.c.1.num.61.vbi quod in hoc Doctores ſequuntur Gandinũ in loco præcitato, & faciunt pro hac contraria opinione Doctores alias per D.meum Farinac. allegati.in ſua pract.crimin.in tit.de indic.& tortur. quæſt.73. num.98.& ſeqq.

Contrarium tñ, quod imò ſolæ minæ per iudicem illatæ in Carceratum, de illum torquẽdo, niſi fateatur, reddant ſubſequutã confeſsionem metu extortã, & non ſpontaneã, voluerunt Bal. in l.1.nu.24.uerſ.ſi autem.C.de confeſſ.vbi qđ pręſumitur metus ex minis terribilibus, ſeu minacijs iactãtiis, niſi malefactor eſſet talis, cui iudex deberet terribilis imminere, & Baldum ſic vt ſupra dicentem, retulerũt Pariſ.de Put.in tract.s. de ſindicat.

*dicat.verbo,tortus.c.7.poſt num.8.fol.*349.Brun.*in tract.de indic.par.2.quæſt.6.poſt num.* 6. Ergo circumſcripta terribilitate rei inducitur metus ex minis terribilibus,vt ibi Bal.& ſimpliciter,quod ex minis de torquendo, confeſſio reputetur metu facta,fuit de mente Anchar.*in conſ.mihi 24.incipien.niſi inquiſitione.num.2.in fine*, vbi quod ad præſumendum metum in tortura, ſufficit error eorum,qui illatum terrorem ferre poſſunt ;& ſic ſolæ minę,iuncta potentia exequendi eas,inducunt metum,vt ibi per eum. Lanfranc. *in c.quoniam contra.in verbo,confeſsio.nu.*11.*extra de probatio.* Vbi loquitur in minis atrocibus. Marſil.*in l.1.in princ.nu.*54.*& ſeq. & nu.*57. *ff. de quæſtionibus.*Marian.*in c.qualiter & quando.il* 2. *nu.*1017. *in fine.extra de accuſationib.* Vbi propterea infert, iſto caſu eſſe neceſsariam ratificationē. Caſon. *in tract.de tormen.c.*18.*rubr.de confeſſ.ſpontan.nu.* 3. Vbi quod confeſsio dicitur ſpontanea,quando reus,ſine minis fatetur;Ergo a contrario ſenſu,non dicitur ſpontanea,quando cum minis,& *nu.*4.vbi quod quando eſt aliquis terror, Notarius non debet ſcribere reum ſpontè cōfeſsum , & *c.*19.*nu.*2.Vbi de minis vehementibus. Gabr. Saray.ad Mattheſ.*ſingul.*55.*Nota quod quotieſcũque.verſ.ex quo dicit*,& ita etiam uidetur de mente Boſs.*in tit.de confeſſ.poſt nu.*73. Maſcar.*de proba.li.*1.*concl.*353.*nu.*14 *& nu.*33. Fran.Perſonal. *in tract.de indic.& tortur.ſub nu.*73.Vbi quod iſta opinio eſt communis de iure communi. Et licet Clar.*in quæſt.*64.*verſ.nunc de gradibus,*aſserat,cōtrarium ſeruari in practica apud eum in ſtatu Mediolani, hanc tamen Practicam declarat ibi Perſonalis procedere, quando in proceſsu adeſt contra reum ſaltem qualis qualis informatio , aut indicium,ut ibi per eum.Marſ.*conſi.*14.*nu.*6. *& conſ.*29.*num.* 29. *& ſeqq.* Brunor. a Sole *in ſuo conſi.crimin.nu.*163.*ad med.*

Fam.Cent. V. I, D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Diſcutiuntur quatuor aſſertæ nullitates ſententiæ capitalis in contumaciam latæ : Prima eſt, ob proceſſum ad vlteriora, poſtquam iudex fuit recuſatus ſuſpectus. Secunda,quia poſt inhibitionem pręſentatam iudicis ſuperioris,idem fuit pariter ad vlteriora proceſſum. Tertia,quia tempore ſententiæ,inquiſiti erant in alio loco detenti, ſeu carcerati. Quarta ob non expreſſionem delictorum in banno , contra eoſdem inquiſitos emanato.

SVMMARIVM.

Iudice recuſato ſuſpecto,& appellatione ſubſequuta,omnia inde ſequuta ſunt ipſo iure nulla, numero 1. *& nu.*4. *& de materia in addit litera* a. *& num.*2.*Vbi etiam an appellatio debeat eſſe in ſcriptis, & an ſufficiat ſola recuſatio abſque appellatione.*

Defenſio iuris naturalis eſt, & a iudice tolli non poteſt, numero 4.

*Iudice recuſato ſuſpecto arbitrorum electio non ſpectat ad partem,ſed ad iudicem.nu.*5.

*Recuſatio iudicis calumnioſa,& friuola reijci poteſt, num.*6.*& in addit.litera* b.*& nu.*16.

Notorium dicitur,quod nulla tergiuerſatione celari poteſt,numero 6.

Conſequens qui vult, cenſetur etiam velle antecedens, numero 7.

*Inhibitioni vbi iudex inhibitus deſert, cenſetur abdicaſſe a ſe omnem iuriſdictionem,nu.*7.

*Appellationi ſi iudex a quo detulerit,non poteſt idem iudex amplius in illa cauſa ſe intromittere, quia per talem delationem omnem iuriſdictionem a ſe abdicaſſe cenſetur, nu.*7.*& nu.*10.*Ubi ampliatur etiam, quod appellatio fuerit nulliter interpoſita, & amplius,quod iudex a quo,abdicatam a ſe iuriſdictionem reaſſumere non poteſt,& de materia.in addit. litera* d.

*Referenti non creditur,niſi conſtet de relato.nu.*8.

Inhibitionis reuocatio fieri non debet, parte non citata, num. 8. *Declara duobus modis,vt nu.*27.

Appellationis admiſſio ſi & inquantum, cenſetur limitata ad terminos iuris, & prout de iure, numero 9.*& in addit.litera* e.

Iudice recuſato ſuſpecto, eligendi ſunt arbitri, qui cognoſcant ſuper cauſis recuſationis. numero 11.*in fine,& in addit. litera* c.

Impedito comparere ſuccurrendum eſt, etiam ſi procuratorem non miſerit ad allegandum impedimentum, nec impediti, & carcerati non comparentes, contumaces reddi poſſunt, numero 12. *& in additione, litera* f. *vbi de materia.*

*Forma non ſeruata actus corruit, num.*14.

*Iudicis recuſatio fieri poteſt etiam ſine allegatione,& probatione cauſa,num.*19.*verſic. & licet,vbi declaratur, & in addit.litera* g.

Locus non poteſt dici non tutus ratione inimicorum ibidem habitantium, cum quibus eſt facta pax, numero 19.

*Iudicis recuſatio ex eo, quod locus non ſit tutus, eſt inepta, & non admittenda,num.*20.

Locus vbi non eſt tutus propter inimicos, debet peti cautio de non offendendo, vel vt de tutiori loco prouideatur, numero 20.

*Impedimentum ad hoc, vt excuſet,non ſolum debet eſſe neceſſarium, & tale, quod remoueri non potuerit, ſed etiam debet probari,quod per impeditum fuerit adhibita omnis diligentia de illud remouendo,num.*20.

*Procurator in criminalibus pro abſente contumace citato, non admittitur tam de iure communi, quam vigore Bullarum,nu.*22.

*Sententia nulla poteſt per iudicem confirmari, quando conſtat de bono iure, nu.*23.

*Inhibitio iniuſta timenda non eſt, num.*24.*ad finem, & in addit.litera* h.*Vbi de materia.*

Inhibitione reuocata iudex inhibitus procedere poteſt, etiam quod eidem inhibitioni, ſeu appellationi detulerit, numero 25.

*Inhibitionis reuocatio probatur per literas iudicis reuocantis eam,num.*26.

Citatio

Citatio non requiritur in reuocatione eorum, quæ de facto, & ſine citatione emanata fuerunt, nu. 7.

Carceratio procurata, & affectata, non præſtat iuſtum impedimentum, poſt num. 28.

Impedimentum non excuſat, niſi de eo fiat proteſtatio in actis, nu. 29. Vbi etiam quod debet peti terminus ad probandum illud.

Stilus non ſeruatus facit corruere proceſſum in contumaciam factum, nu. 30.

Bannitus poſtquam eſt captus debet docere de ſua innocentia, aliter bannum contra ipſum latum, exequutioni mandatur, num. 30.

CONSILIVM XVII.

ADSIT DEVS. De anno 1587. dum de ordine Sixti Quinti, & Sacræ Conſultæ fuiſſem Delegatus ab Illuſtriſs. & Reuer. tunc Cardinali ab Altaemps in eius ſtatu Tuſignani, & Fontanæ in Prouincia Romandiolæ, ad omnes cauſas criminales actiuè, & paſſiuè motas, & mouendas contra Reualios, vbi condemnaui in pœnam capitis, & confiſcationis bonorum, Horatium, & ſi rectè memini, Laurentium, in pœnam triremium pro pluribus, ac diuerſis criminibus, & exceſſibus per eũ cõmiſſis: qui ſic condẽnati, & capti de eiuſdem Sãctiſſimi ordine, & ad Vrbẽ tranſducti, valde cõquerebantur, quod à me nõ minus nulliter, quam indebitè fuiſſent ſic in cõtumaciã condemnati; ideo ad Vrbem reuocatus pro meæ ſententię, meiq; honoris defenſione, infraſcripta in mediũ afferre coactus fui; Dicebant .n. Aduocati Carceratorum meam prædictã ſententiam triplici ratione eſſe euidenter nullam.

1 Primo, quia tritiſſima eſt iuris regula, vt de iure Canonico propoſita iudicis recuſatione, ac appellatione ſubſequuta, quicquid inde fit a recuſato, id omne dr̃ attentatum; & ideo ipſo iure nullum, & ne auctoribus grauemur, magis communis eſt hæc opinio, de qua per Oſaſc. Pedemont. *deciſi.* 84. *nu.* 5. & per Burſat. *conſi.* 21. *num.* 21. quare cum ego Farinacius delegatus poſt recuſationem, & ſuſpicionem propoſitam, & appellationem introductam, proceſſerim, omnia
a acta erunt [a] ipſo iure nulla.

2 Nec dicatur, appellationem eſſe ab interloquutoria, ideo niſi in ſcriptis, & cum cauſæ inſertione admittendam non fore. *c. non ſolum. de appella. in* 6. & ſentit Pedem. *d. deciſ.* 84. *nu.* 10. quoniam ſufficit ſola propoſitio cauſę recuſationis, quo caſu ſi iudex ad vlteriora procedit, cũ ſemper grauare videatur, ex hac cauſa iuſtificatur, vt ſentiunt Innoc. & Peruſin. *in c. cum ſpeciali. de appell.* & Pedemon. *loco præcitato, nu.* 11. *per tex. in c. accedens ad ſedem, vt lite non conteſ.* & latius Burſat. *d. conſ.* 21. *nu.* 36. & 37.

3 Sed utique aduertendum arbitror, quod in caſu noſtro iuſtificatur recuſationis cauſa, dum Procurator petit eum admitti ad comparendum, allegandum, & defendendum reum, nec admittitur; & cum comparere pro reo, allegare, & illum tueri, ſit genus defenſionis, nec defenſio vti iuris naturalis, tolli poteſt, Vulg. *l. ut vim. de iuſtit. & iur.* & omnes *in l.* 1. *C. unde vi*, ergo contra leges faciens, & ius naturale ſpernens, vti ſuſpectus recuſari poterit, eaque erit iuſta recuſationis cauſa.

4 Præterea iam dictum extitit ſatis, cauſam iuſtificari ex proceſſu poſt appellationem ad vlteriora, reiectis exceptionibus, Caſtren. *conſi.* 122. *volum.* 2. Corn. *conſ.* 247. *col. fi. volum.* 1. & ita declarauit Rota Romana, vt dixit Burſat. *d. conſil.* 21. *num.* 36.

5 Nec oberit, quod nõ petiti ſint arbitri in cauſa ſuſpicionis cognoſcenda, quoniam non parti recuſanti id onus incumbit, ſed iudici, vt poſt multos Authores congeſtos, concludit Burſat. allegatus *conſi.* 21. *nu.* 23.

6 Nec vtique aduerſabitur, quod admittere aliquem per Procuratorem in cauſa capitali, eſſet facere eluſorium iudicium, & in notorijs exce-
b ptionem reijci [b] poſſe, vt per Abb. & alios *in capitulo, propoſuit, & d. c. cum ſpeciali. de appell.* quoniam illa eſſet exceptio reiiciẽda, ubi notorium non potuiſſet aliqua tergiuerſatione celari, vt voluit Corn. *conſil.* 10. *volu* *n.* 4. ſed multi ſunt caſus, quibus defenſor poteſt pro reo, etiam pro capitali crimine requiſito, comparere, & abſentiam eius allegare, ſeu delictum non eſſe, & in propoſito cauſam per alium iudicem cognoſci, & ponere iudicium in alio tribunali, & ſimilia, de quibus latè per Bertazz. *conſil.* 137. *numero* 2. *cum ſequen.* Vbi communem allegat, & huic pariter argumento reſpondet Burſat. *d. conſ.* 21. *nu.* 5. *& ſeq.* vt ex multis non procedat, & pręſertim, vbi notorium non eſſet facti permanentis liquidi, ſed vt dictum eſt, cum plures ſint caſus, quibus defenſor admittitur, ergo cauſæ cognitio erat neceſſaria, & ſic facti pertranſeuntis, quoniam non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, vulgatis iuribus.

7 Secundum eiuſdem ſententiæ nullitatis fundamẽtum erit, quia D. Commiſſarius delegatus detulit inhibitioni ſibi factæ per Illuſtriſ. Legatum, quatenus illi obedire paratũ ſe dixerit, quo caſu in conſequẽtiam detulit recuſationi, & appellationi, ex quibus inſurgebat inhibitio, per regulam, qui vult conſequens, vult quoque antecedens. not. *in l.* 2. *de iuriſd. omn. iudic.* & Dyn. *in regula, cũ quid prohibetur. in ſexto.* Ideo deferens inhibitioni potentius operatur, quàm deferens appellationi, quoniam appellatio pluribus etiã modis non ſuſpendit, ad not. *in cap. non ſolum, & cap. legit. de appellat. in ſexto*, deferens dico inhibitioni ſtatim abdicat a ſe omne iuriſdictionis exercitium, quod habet, & illud transfert in iudicem ad quem. *cap. cum appellationibus friuolis. de appellat. in ſexto.* Pariſ. *conſilio* 106. *volum.* 4. Roland. *conſi.* 66. *cum pluribus ſeqq.* etiam ſi mille defectus pateretur appellatio, quia ſi fuerit per iudicem delatum, ij tolluntur; & ideo iudex a ſe iuriſdictionem abdicat, quoniam Doctores non conſiderant *in d. capitulo cum appellat.* defectus appellationis, ſed actum conſenſus iudicis a quo, qui proprio facto a ſe iuriſdictionem abdicauit deferendo, & ſe ipſum ab exercenda iuriſdictione remouẽdo, quod quidem facere po-

Digitized by Google

zeſt, vt inquit Geminian. *in d.c.cum appellat.* quoniam non habitum iuriſdictionis a delegante remouet, ſed exercitium iuriſdictionis abdicat a ſe, & dat delegato; ideo quicquid inde ab ipſa delatione inhibitionis ſequit̃, id oẽ eſt attentatũ, & ipſo iure nullum, cum præſertim proceſsus ad vlteriora recuſationem tollere minime queat. l.ap.*in prima allegat.* ne iudex ad vlteriora procedens, tollere videatur exceptionem recuſationis; ſicut enim non poteſt id expreſſe agere, ſed ad arbitros ea iuriſdictio per legem collata eſt. *l. apertiſsimi. C. de iudic. & authen. offeratur. C. de lit. conteſt.* ita nec poterit fieri licitè, ad vlteriora procedendo; & adeo vera hæc regula eſt, vt ſi ſublata ſit omnis appellatio cõtra confeſsum, & conuictum in cauſis criminalibus, adhuc iudex appellationis deferendo retardat in reum omnem exequutionem. Ang. *in l. conſtitut. de appellat.* Bal. *in l.1.col.13.C.de confeſſ. & not. in c. Romana. §. ſi autem. de appella. in ſexto.*

8 Nec obſtabit, moderatum eſse Illuſtriſſimum Legatum inhibitionem pręfatam, ſicque veram cauſam eſſe demãdatam D. Commiſſario, quoniam de hac moderatione non conſtat, niſi per quandam epiſtolam Illuſtriſs. D. Legati, qua cõſtat cauſam remiſiſſe. Verum referenti nõ creditur, niſi de relato conſtaret, not. *in l. admonendi, de iuretură. & in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden.* Nec aduerſabitur, quod referenti etiam credatur, vbi alias poſſit referens diſponere, quoniam negatur, quod potuerit moderari eo modo, prout moderatum eſſe fertur, cum ſicuti inhibitio fuerat ad inſtantiam D. Horatij Rinaldi, & Laurentij ſer Georgij emiſſa, ita & etiam in eius reuocatione, & moderatione citari debebant, vt per Mandoſ. *in tit. de inhib. q. 39.* Hercul. *de proba. negat. nu. 61. & 62.* & Rober. Lancellot. *de attentat. poſt inhibit. 2. limita. nu. 26. & 4. limit. nu. 50.*

9 Præterea, vbi quoque & moderatio vera eſſet, & locum haberet remiſsio, non tñ ad D. Cõmiſſarium eſt id negocium iterato demandandum, ſed ad eum, ad quem de iure, ſicq; hæc prætenſa remiſſio eſſet limitata ad terminos iuris, & cõdi-
c tionalis, prout de iure [c], & ſentit Oſaſc. Pedem. *deciſi. 5.* & uoluit Roland. *d. conſi. 77.* & ſicuti iudex recuſatus, & proprio facto inhibitus, nõ poteſt procedere, ita nec poterit procedere, nõ eueniente conditione, & iure non permittente, vt ipſe procedat. Dec. *conſi. 436. nu. 4. & 5.* latius *d. deciſ. Pedemon. 5. num. 9.*

10 Nec facit ſi dicatur, inhibitionem non potuiſſe procedere, cum a iudice inhibente emanauerit, quia in gubernio Illuſtriſs. Cardinalis ab Altaemps nullam habeat iuriſdictionem, quia etiã poſito, quod ita eſſet, quomodo potuiſſet Illuſtriſs. Legatus ſublata inhibitione, eam iterato iuriſdictionem tribuere Domino Commiſſario, quam ipſemet tribuens non habet, *per regulam, nemo plus iuris. in 6*? & quomodo potuit inhibitionem tollere, cuius tollendo nulla ſibi ſuppetebat facultas? Nec ea argumentatio ſuffragabitur, quod ſi non potuit ius dicere, ergo nec etiam inhibere, quoniam effectus inhibitionis non excuſatur ab inhibente: patet, nam ſi appellatio ſit friuola, non in ſcriptis, nec cum inſertione cauſæ, tunc non ſit admittenda. *d. cap. legitima, & c. non ſolum*, ſi tamen appellationi fuerit
d [d] delatum, omnes defectus præcedentes tolluntur, conſiderata ſola delatione illa, vt per Lancellot. *d. par. 2. cap. 12. prima limitatione, de attentat. appellat. penden. numero 66. & ſequen.* ita erit fortius dicendum in inhibitione, quę ſuum effectum, non ab inhibente, ſed a ſolo aſſenſu, & delatione ipſius inhibiti, pendet, ita vt nec aſſenſu partium, nec ſublato grauamine poſsit deferens a ſe abdicatam iuriſdictionem reaſſumere, vt voluit Philipp. Franc. *in capitulo, vt debitas, & capitulo, cum ceſſante, de appellat.* & Lancellot. *d. numero 66. cum ſequen.* præterquam quod effectus inhibitionis tantæ eſt potentiæ, vt ſuppoſita quoque appellatione, pluribus rationibus vulnerata, omninò ſit ſuperſedendum, vt pluries ſenſerunt Domini Auditores Rotæ, quos refert idem Lancellott. *de attentat. appellat. pendent. 2. par. cap. 12. ſexta limitatione. numero 19. & de attentat. poſt inhibitionem. 11. ampliatione, numero 3.*

11 Nec obijciatur, quod Illuſtriſs. Altaemps, qui erat delegans, ſaltem potuit cauſam iterato demandare dicto Domino Delegato, & ſic potuiſſe procedere, iuxta tex. *in d. capitulo. cum appellat.* qui dicit cauſam ex voluntate ſuperioris ad quem, poſſe iterato demandari iudici a quo: quoniam reſpondetur, quod ille textus loquitur de ſuperiore, ad quem fuerit appellatum; ſed Illuſtriſsimus Dom. Altaemps non erat iudex appellationis, ideo nõ habebat iuriſdictionem iterum cauſam demandandi; vlterius nõ demandauit Illuſtriſsimus D. Altaemps, ſed tantum cauſam demandatam dicto Domino Commiſſario nũciauit; & aliud eſt facere, aliud per alterum factum denunciare, pręterquã quod non poterat, in contemptum recuſationis, nec ipſe, nec Illuſtriſs. Legatus iudici recuſato cauſã remittere, cum prius de recuſatione per arbitros
e [e] fuiſſet cognoſcendum, iuxta tex. *in d. l. apertiſsimi, & in d. authen. offeratur.*

12 Tertium erat argumentum, quod eo tempore, quo dicti Laurentius, & Horatius citarentur a Magnifico D. Commiſſario, eſsent detẽti Rauennæ ſub Illuſtriſsimo Legato; quo caſu aut iniuſtè detinebantur, & tunc eſset redarguere Illuſtriſsimum Legatũ de iniuſtitia, quod omittendum eſt; & vbi etiam iniuſtè, ex quo non ſui culpa, ſed alieno facto detinebantur, eiſdem ſuccurreretur, etiã ſi non miſiſsent procuratorem, prout voluit Bart. alleg. per Alex. *in l. 2. de in ius uocan.* Aut vero iuſtè detinebantur, ergo iniuſtè a dicto D. Commiſsario requirebãtur, cum vnicum tantum locum occupare poterant; ſic quo-
f cunq; modo impediti [f], & carcerati non comparuerint, contumaces non erunt reputandi, vt uoluit Alex. poſt alios *in d. l. 2. & l. 2. §. ſi hoc iudicio, ſi quis caut.* ubi tenet, quomodocũq; quis citatur ut pſonaliter cõpareat, ſi a iudice detineatur, ſatis ſibi ſit ſuũ poſse, ſi comparere non potuerit.

Nec

13 Nec aſſeratur, quod non conſtat in proceſſu,
q̃ eo tempore detineretur, quoniā id notorium
erat, quod ab onere probandi releuat, & veriſimi
liter idem Dominus Commiſſarius non multū
diſtans à Ciuitate Rauennæ, & continuè in cau-
ſa verſatus, poterat ſcire talem detētionem: Poſ-
ſet etiam reſponderi, quod dum ipſe Dom. Com
miſſarius ſciret cauſam à ſe abdicatam, debebat
etiam ſcire in alium iudicem eſſe translatam, iux
ta *d.c. cum appellat.* & ille qui ſcit, rem ſuam non
eſſe, debet ſcire ad alium pertinere.

14 Quartum erat argumentum, quod in prætenſo
bāno nō fuerunt inſerta capita imputationū,
quo caſu cū ſtatutū Tuſſignani ꝓcedat annul-
lādo ipſo iure, ſequitur, vt forma nō ſeruata, a-
ctus corruat ipſo iure, vulg. *l. cum his. §. ſi præter.
de tranſ.* Et ex his inſtamus, nullā cōdēnationē
declarari, & ad vlteriora, ea nō obſtāte, procedi.

15 Verum non obſtantibus præmiſſis, ſentētiam
per me latā cōtra prædictos Horatiū, & Lauren-
tium, etiā validam, & nulli defectui ſubiectam eſ
ſe, ex infraſcriptis reſponſionibus ad fundamēta
pro eorum parte deducta, facile apparere exiſti-
mo; Dū enim primo opponitur de nullitate pro-
ceſſus, fabricati per Dominum Commiſſarium,
poſtquam pro eorum parte fuerat recuſatus ſu-
ſpectus, ſecundum communem, de qua per Oſaſ.
dec. pedem. 84. *nu.* 5. Burſat. *conſ.* 21. *nu.* 2. cum alijs
ex aduerſo citatis: reſpondetur pluribus modis.

16 Et primo, quod quando cauſa, in recuſatione
judicis allegata, eſt euidēter friuola, & fruſtrato
ria, hic poteſt iudex, non obſtāte recuſatione, ad
vlteriora procedere, & proceſſus valet, vt bene
declarat Spec. *in tit. de excep. §. viſo. nu.* 16. *ver. fa-
cta igitur recuſatione.* Franc. videndus poſt Abb.
Innoc. & alios, quos allegat *in c. cum ſpecialı, in* 3.
q. nu. 23. *extra de appellat.* Vbi concludit, iſto caſu
non eſſe neceſſariam electionem arbitrorum, Ia-
cob. Nouell. *reg.* 204. *ſuſpicio allegata, in prin.* Bur-
ſat. qui alios plures adducit in exaduerſo allega-
to *conſ.* 21. *nu.* 25. *vol.* 1. Robert. Lancel. pariter ex
aduerſo allegatus, *in tract. de attentat. p.* 2. *c.* 6. *nu.*
24. Et licet, vt ex aduerſo conſideratur, in recuſa
tione judicis nō ſit forſan cauſa exprimēda, nec
8 probāda, [8] ſed ſufficit recuſantis iuramentum, ad
ſcripta per Oſaſc. *d. dec. pedem.* 84. *nu.* 11. & p Bur-
ſat. *d. conſ.* 21. *nu.* 34. *& ſeqq.* Vbi tñ eſt aliqua cau
ſa expreſſa, & allegata, tunc vtique illa attēdi de
bet, vt per Bero. *conſ.* 16. *in cauſa. nu.* 4. *lib.* 3. quem
refert & ſequitur Lancell. *vbi ſupra d.c.* 6. *nu.* 55.

17 Quod autem cauſa in recuſatione, de qua agi
tur, expreſſa, ſit euidēter friuola, &, vt ita dicam,
impertinens, apparet manifeſte, quia recuſatur,
& allegatur ſuſpectus D. Commiſſarius eo, quia
ipſi Horatius, & Laurentius non habebant tutū
acceſſum ad Caſtrū Luſignani, ob multitudinē
Rualiorum inimicorum ibidem aſſiſtentium, &
deambulantium per totum ſtatum Illuſtriſſimi
Domini de Altaemps cum Archibuſijs, & alijs
armorū generibus: Hæc enim cauſa in facto erat
notorie falſa, quia non ſolum prædicti Raualij
non gerebant aliquod armorum genus, & præſer
tim archibuſia, ſed nemo alius talia quidem ar-
ma gerere poterat, ſine periculo incurſus pœnæ
capitalis, vigore bannimentorum ab ipſo Domi
no Commiſſario de ordine Illuſtriſſimi Domini
de Altaemps emanatorum: & ſi iſti veritatem fa
teri volunt, à die aduentus dicti Commiſſatij ad
illum ſtatum, etiam vſque in præſentem diē, ne-
mo vnquam viſus fuit cum archibuſio armatus,
nedum Raualij.

18 Erat etiam pariter in facto euidenter falſa ea-
dem cauſa ſuſpicionis, quia Ipſi Raualij non ſo-
lum non deambulabant per ſtatū dicti Illuſtriſ-
ſimi Domini de Altaemps, ſed nunquam diſcede
bant de Caſtro Luſignani, eiſdem aſſignato pro
loco carceris, donec cauſa inſtrueretur, ſub pœna
ſcutorum reſpectiue quatuor millium, duorum
millium, & ad minus quingentorum pro quoli-
bet, iuxta eorum poſſibilitatem prout in actis; &
ideo quàm veriſimile eſſet dubitare de illis, qui
ſponte conſtituti, ſe eximere volebant ex pericu
lo falſorum bannimentorum, & capitalium con
demnationum cōtra eos latorum, & qui carcera
ti ſub idoneo fideiuſſore, permanebant; optimè
vnuſquiſque conſiderare poterit.

19 Præterea Horatius, & Laurentius præfati, erāt
primi, & potentiores illius ſtatus, ibidemque plu
res habebant affines, conſanguineos, & ſequaces
de familia Rinaldorum, ac aliorum adhærentiū,
qui omnes tutiſſimè permanebāt in dicto ſtatu,
nec eorum aliquis minimam quidem recepit of-
fenſionem à Raualijs eo tempore carceratis, &
detētis, quia cum illis ſicut cum Horatio aderat
pax pœnata, & per publicum inſtrumentum ce-
lebrata, quo caſu etiam reſpectu eorundem Ho-
ratij, & Laurentij poterat locus ille tutiſſimus re
putari, prout in terminis ſic conſiderarunt Ce-
phal. *conſ.* 304. *nu.* 149. *vol.* 3. & Menoc. *conſ.* 100.
nu. 212. *verſ. ſexto, & vltimo. lib.* 1. quæ omnia cum
in facto veriſſima ſint, aperte arguunt falſitatem
cauſæ, in recuſatione iudicis allegatam, videlicet
ob locum non tutum.

20 Sed dato millies, quod iſtis comparere volēti
bus, locus ille nō fuiſſet reuera tutus, ob inimico
rū præſentiā, & aſſiſtentiam, quid (quæro) cōmu-
ne habet locus nō tutus cū recuſatione iudicis?
Nihil certe; ergo recuſatio euidenter friuola, fru
ſtratoria, & impertinēs eſt, in terminis cōſiderat
idem Menoc. videndus *in d. conſ.* 100. *nu.* 207. *ver.
Quinto & vltimo, et nu.* 208. *lib.* 1. Vbi bene loqui-
tur in materia. Debebant. n. iſti, qui locum nō tu
tum reputabāt, ob inimicorum aſſiſtentiam, vel
ab illis petere cautionē de non offendendo, pro-
ut in terminis voluit Menoch. *d. conſ.* 100. *num.*
211. *&* 213. *verſ. quod vero, & nu.* 228. *verſ. quod ſi
dicatur cautionem*, vel ſupplicare, vt ſibi de alio tu
tiori loco prouideretur, ꝓut pariter in terminis
cōſuluit Ceph. *dict. conſ.* 304. *nu.* 144. *in fine, li.* 3.
quæ cū non fecerint, iuuari nō poſſunt ex præten
ſo impedimento loci non tuti, quia ad hoc, vt im
pedimentum excuſet à contumacia, non ſolum
debet eſſe neceſſariū, & tale, quod remoueri non
potuerit, ſed quod per impeditum fuerit adhibi-
ta omnis diligētia de illud remouendo; alias ina-
nis eſt recuſatio, prout etiam in terminis capita-
liter

Digitized by Google

liter banniti,& cōdemnati, conſuluerunt ijdem Ceph.*d.cōſ.*304.*nu.*123.*vol.*3.Menoc.*d.conſ.*100.*nu.*116.*& ſeq.lib.*1.Dec.*conſ.*18.*nu.*148.*&* 191.*& ſeq.vol.*1.Vidēs igitur Dominus Commiſſarius, quod cauſa loci non tuti in illius recuſatione expreſſa,erat in facto euidenter falſa, & in iure friuola,ac impertinens,merito illam reijciendo, ad vlteriora proceſſit,per præallegara.

21 Nec obſtant aliqua ex aduerſo deducta, & cōſiderata per D. Informātem circa recuſationem iudicis in notorijs, quia hic non agitur de notorietate delicti,prout ex aduerſo allegata loquuntur, ſed notorietate cauſæ ſuſpicionis allegatæ, quæ inter ſe valde diuerſa ſunt, prout in terminis conſiderauit Burſat. ex aduerſo allegatus *d. conſ.*21.*nu.*23.*lib.*1.Et hæc ſit prima reſponſio ad hanc primam oppoſitionem.

22 Secundo reſpōdetur,quod dato millies,quod cauſa recuſationis eſſet vera, & releuans, poſita tamē per procuratorem,merito fuit reiecta, quia in criminalibus,& vbi præſertim agitur de pœna capitali,non auditur,nec admittitur procurator ad comparendum pro abſente,& contumace,ſecūdum magis communem, magiſq; ſeruatam opinionē,de qua poſt alios,quos allegat, teſtatur Clar.*in pract.*§.*fin.quaſt.*32.*verſ.hac autem,* vbi dicit,quod ſi alias permitteretur, tota practica procedendi contra abſentes,& comparere volentes, deſtrueretur;& vigore motus proprij Iulij Secūdi confirmati à Pio Quarto,non ſolum iſto caſu nō auditur,nec admittitur procurator,vt ſupra, ſed nec excuſator,nec defenſor,nec tanquā vnus de populo, nec Pater pro Filio, nec Abbas pro Monaco, nec Dominus pro ſubiecto, nec alius quouis pacto comparens,niſi reus ſeipſum prius in carcere conſtitueret.

23 Tertio,dato rurſus,quod ſentētia,de qua agitur,eſſet nulla ex eo, quia lata a iudice ſuſpecto, cum tamen cōſtet de bono iure in negocio principaliter, quia ſcilicet fundata eſt in vrgentiſſimis,& indubitatis indicijs,ac etiam in probationibus in actis exiſtentibus ante dictam recuſationem,poterit modo per iudicem nullitatis,vel appellationis confirmari,& conualidari,nō autem reuocari,& annullari, vt in terminis ſcripſerunt Alexa.*conſ.*67.*Viſo themat.li.*6. & eſt communis, vt teſtatur Phil.prob.*in addit.*ad Iohan.Monac. *in c.iudex nu.*3.*verſ.poſtremo adde.de offic.deleg.*refert Villalob.*in comm.opin.litera R.verſ.recuſatione propoſita.nu.* 11.Sed hæc vltima reſponſio ſit dicta ex abundanti, quia, vt ex præmiſſis clarè liquet,ſententia validiſſima,& firmiſſima eſt.

24 Dum ſecūdo opponitur de nullitate eiuſdem ſententiæ,eo quia lata fuit poſt præſentatam inhibitionem, cui D. Commiſſarius ſe obtulerat paratum obedire,quo caſu non poterat amplius in cauſa ſe intromittere, cum per talem delationem abdicauerit à ſe omnem iuriſdictionem, ad tex.*in c.cum appellationibus.de appella.in* 6.cum alijs ex aduerſo citatis:Reſpōdetur dupliciter. Et primo,non eſſe verum in facto, quod D. Commiſſarius obtulerit ſe paratum obedire dictæ inhibitioni, & in hoc Notarius, qui inhibitionem præſentauit,hanc faciens fidem,de facto conuincitur ex contraria fide Cancellarij criminalis ipſius D.Commiſſarij,de qua in actis; item cōuincitur ex propria ſcriptura eiuſdem Notarij; qui inhibitionem præſentauit, & qui in calce dictæ inhibitionis præſentatæ,ſua propria manu ſubſcribens tale aſſertum decretum,minime interuenisse ꝓbat, prout hæc omnia latius in facto Domino iudici explicabuntur. Hoc ſtante cum talis inhibitio fuerit nulla,& iniuſta,prout iam Sacra conſulta ſæpius declarauerat, volens cognitionem cauſarum præfatarum ſpectare ad Illuſtriſſimum Dominum de Altaemps,& non ad Illuſtriſſimum D. legatum, ſubintrat concluſio,
h quod iniuſta inhibitio timenda [h] non erat. *cap. non ſolum.de appellat.in* 6.Rot.*deciſ.*58. *alias* 412. *ſi appelletur.de appell.in nouis.*Bero.*conſ.*85.*Dic ambreuiter.nu.*23.*lib.*3.cum alijs per Rober.Lancell. *de attent.cap.*20.*in* 11.*ampliatione.nu.*5. *& in* 1 *limit.per totam.*

25 Secundo reſpondetur, quod dato, ſine veri præiudicio,quod Dominus Commiſſarius dictę inhibitioni detulerit,reuocata inhibitione,& remiſſa cauſa per iudicē,qui inhibuit, nihil eſt, qđ impediat proceſſum ad vlteriora, Rota *de offi.de leg.deci.*1.*alias* 138.*incip.ſi appelletur a grauamine, & in tit.de appell.dec.*58.*alias* 412.*ſi appelletur manifeſte friuole,ad finem,& dec.*65.*alias* 461.*ſi appelletur a grauamine,pariter in fine,verſ.nec obſtat inhibitio,eo.tit.de appell.in nouis.*Mādoſ.*de inhibitione, quaſtio....*Et hæc concluſio procedit in ſpecie, etiam vt dixi,quod fuerit inhibitioni,vel appellationi delatū, vt notat gl.*in c.cum appellationibus, in verbo,remittenda.& ibi præſertim* Franc.*nu.*3.*in fine.verſ.in gl.*2.*& nu.*4.*verſ. tamen ipſa delatio, & nu.*5.*ver.ſed ſi erat delegatus.de appell.in* 6.Rota *d. tit.de appel.deciſ.*8.*alias* 70.*ſi iudex,& dec.*49.*alias* 303.*nu.*4.*in nouis.*

26 Quod autem fuerit inhibitio reuocata,& cauſa remiſſa,adſunt literæ illuſtriſſimi D.legati inhibentis,quibus literis ſuper reuocatione inhibitionis omnino credendū eſſe,in terminis eſt *dec.* Put.156.*in cauſa Engubina præpoſitura. nu.*1. *lib.*3. *& dec.*162.*in cauſa Engubina,eodem li.*Nec obſtat, quod literæ non dicant,cuinam fuerit ipſa cauſa remiſſa, & decretum illuſtriſſimi D. legati dicat, cauſam fuiſſe remiſſam,cui de iure;nam ſatis eſt, quod literæ prædictæ dicant fuiſſe reuocatā inhibitionem;ſola enim inhibitionis reuocatio ſufficit ad hoc,vt bene potuerit dictus D.Commiſſarius procedere,per ſuperius allegata;& nihilominus aduertatur in facto,quod ſi cauſa fuit remiſſa,cui de iure,neceſſario ſequitur, quod fuerit remiſſa Dom. Commiſſario Illuſtriſſimi Domini de Altaemps,qui ratione loci delicti in iſtis cauſis erat iudex competēs ex iteratis decretis,& declarationibus Sacræ Conſultæ.

27 Nec etiam obſtat, quod inhibitio prædicta fuerit nulliter reuocata, videlicet ſine citatione partis,quia dicto Dom.Commiſſario ſufficiebat ſcire inhibitionis reuocationem;nec ad eum ſpectabat ꝓquirere,an bene,vel male fuerit reuocata; nihilominus adhuc dicitur, quod licet in

reuo-

reuocatione inhibitionis regulariter ſit neceſſaria partis citatio, vt per Hercul. Mandoſ. & alios ex aduerſo allegatos, hæc tamen regula fallit in duobus caſibus, qui propriè ad propoſitū applicantur. Primò, quando iudex videret, ac cognoſceret per errorē, ac per iniuſtitiā relaxaſſe dictā inhibitionē: Secundo, quando eadem inhibitio fuiſſet emanata ſine citatione; de facto enim, & ſine citatione facta, de facto etiam, & ſine citatione reuocari poſſunt *l.* 1. §. *hoc iudiciū, ff. ſi mul. ven tr. nom. gl. in l. minor. in prin. in uerbo, ſecus. ff. de euic.* Contard. *in l. vnica. in* 16. *limi t. nu.* 15. *C.* ſi de momentan. poſſeſſion. vbi teſtatur de receptiſſima opinione, & in terminis, Mandoſ. *in tract. de inhibit. q.* 42. *nu.* 3. *in fine, verſ. aliquando ſine aliqua par tis citatione, & n.* 4. vnde ceſſante inhibitione, quę proceſſum dicti D. Cōmiſſatij ſilere faciebat, ad vlteriora potuiſſe per eundem Commiſſariū procedi, dubitandum non eſt *c. cum ceſſante, de appel.* cum alijs ſupra allegatis.

28 Dum tertio prætenditur, tempore latę ſententiæ Horatium, & Lautentium fuiſſe carceratos in Ciuitate Rauennę, & ob id ſententiā nullam, ad tradita per Bar. Alex. & alios *in l.* 2. *ff. de in ius vocan.* & quod cum hoc eſſet notorium, debebat dictus Do. Commiſſarius, non multum abſens a Ciuitate Rauennæ, etiam quod ſibi id non fuiſſet allegatum, pręſcire, & conſiderare; labitur certè Dominus ex aduerſo ſcribens, & in hoc eſt malè informatus à ſuis clientulis, quia nedum tempore latæ ſententiæ, ſed etiam per plures dies ante, & in eodem inſtanti, in quo Illuſtriſſimus D. legatus reuocauit inhibitionem, illos etiam licētiauit, & dimiſit, & habita licentia diſceſſerūt ex Ciuitate Rauennæ, & ad Ciuitatem Imolæ conuolarunt; vnde habita notitia, quod fuerant in Caſtro Luſignani condemnati, receſſerunt, & ad alia loca tutiora ſe contulerunt, & hoc non ſolū eſt notorium, ſed veriſſimū, & conſtat ex literis eiuſdē Illuſtriſſimi D. Pinelli, de quibus in actis. Præterea etiā ſi iſti condemnati tempore cōdemnationis fuiſſent carcerati in Ciuitate Rauennę a vt pretendūt, talis carceratio eos nullo pacto excuſat, quia fuit per eos ꝓcurata, & affectata. Cla. *in pract. q.* 43. *verſ. de carcerato. ibi, niſi eſſet carceratio affectata, &c.* Boſſ. *de foro competenti. nu.* 99. *ibi, tunc ſi malitia hoc præceſſerit, &c. & nu.* 101. vbi in terminis, quod fraus præſumitur, quādo quis citatus in loco delicti, quærit ſe conſtituere in alio loco. Carau. *ſuper rit. mag. Cur.* 269. *nu.* 15. vbi plures alios concordantes adducit, *& nu.* 16. vbi ex communi obſeruantia cōcludit, carcerationem reputari affectatam, quotieſcunque ſequuta eſt poſt citationem intimatam inquiſito.

29 Et demum etiam, quod pręmiſſa omnia ceſſarent, ad hoc vt carcerationis impedimentum excuſet, debet per Procuratorem, ſeu excuſatorem allegari, & de eo in actis proteſtari: quod in caſu noſtro factū non fuit, alias nihil operatur, ſecundum communem, de qua teſtatur Marſ. *in prac.* §. *attingam. nu.* 20. Rota Sen. *poſt conſ. ri. diuer. tom.* 2. *in paruis. deciſ.* 7. *nu.* 1. *fol. mihi* 289. immo nō ſolum debet allegari impedimentum, ſed etiam debet peti terminus ad illud probandum: alias tūc etiam ad condemnationem impediti deuenitur, vt poſt Bar. & Nell. quos allegat, tradidit Afflic. *in conſt.* 11. *pœnam eorum. in* 9. *requiſito. nu.* 13. *ſub rub. de forbannit. & foriudicat. par.* 2.

30 Dū quarto, & vltimū dicitur de nullitate banni, ob nō expreſſionem delictorum in eo, iā alias fuit dictum, & probatum, quod dictum bannum fuit promulgatum iuxta ſtilum inueteratum in Curia Luſignani, & hoc ſufficit ad validitatem proceſſus, fabricati contra cōtumacem; immo ſi ſtilus iſte non fuiſſet ſeruatus, tūc fuiſſet proceſſus nullus, ſecundum communē, de qua per Villalob. *in ſuis comm. opin. verbo, abſens, nu.* 10. *ver. vt poſſimus deuenire.* Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 31. *poſt ver. quæro modo, &c.*

Concludo ergo, quod cum Horatius, & Laurētius prædicti, & capti, infra annum fuerint admiſſi ad nouas pętenſas defenſiones à Sanctiſſimo, & in terminis ipſis aſſignatis nihil pro eorū aſſerta innocentia deduxerint, aut probauerint, prout tenebātur, ad tradita per Boſſ. *in ti. de liter. Princ. n.* 5. *prope finem. ver. eſt verum, quod Senatus, & in tit. de remed. contra bannum, ſub nu.* 1. Blanc. *in tract. de indi. nu.* 293. Mand. *conſ.* 56. *nu.* 22. Ceph. *conſ.* 140. *nu.* 1. *&* 2. *vol.* 1. Cla. *q.* 44. *ver. quæro quando.* Franc. Becc. *conſ.* 11. *num.* 1. *& ſeq. lib.* 1. Vbi teſtatur de veriori, & receptiori opinione; merito dictas ſententias contra eoſdē liberè exequi poſſe vigore Bullarum Summorum Pontificum Pij ſcilicet Quarti, & Quinti, dubitādum nō eſt, per præallegata, quæ & in iure, & in facto veriſſima ſunt; & ita fuit exequutum per Do. Michaelem Augelum Sorbolongum Gubernatoris Vrbis, in Criminalibus locum tenentem, & iudicem in huiuſmodi cauſa à Sixto Quinto ſpecialiter deputatum.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C. Rom.

ADDITIONES.

a *Ipſo iure nulla.* Quando vltra recuſationes recuſans à proceſſu ad vlteriora appellauit, tunc nulla eſt controuerſia inter Doctores, quod ſententia cum omnibus inde ſequutis eſt ipſo iure nulla, veniuntque per viam attentatorum reuocanda, etiam, quòd appellatio fuerit deſerta, ac etiam quod de deſertione nec notorie cōſtet ex actis, ſecundum Lancell. *in tract. de attentat. c.* 6. *& c.* 12. *in* 1. *ampliat. nu.* 9.

Verum an geſta poſt recuſationem, abſq; alia appellatione, ſint nulla, diuerſæ fuerunt opiniones; vna enim fuit affirmatiua, quā & veriorem, & magis communem teſtati ſunt Ceph. *conſ.* 241. *nu.* 19. *lib.* 2. Mandoſ. *in addit.* ad Lap. *alleg.* 1. *verſ. proceſſus, &c.* Mandoſ. iun. ad Roma. *conſ.* 220. *nu.* 3. *litera B. in verbo, momenti.* Lancell. *de attent. par.* 2. *c.* 6. *nu.* 1. *& ſeqq. vbi nu.* 11. *& ſeqq.* ampliat pluribus modis hanc opinionem, & apud iſtos recētiores plures alij referuntur concordantes, eandem opinionem tenentes.

Altera autem, & negatiua fuit opinio, quam tenuit Rota coram Bubalo, veneris, ſeptima Fe-

bruarij

bruatij 1586.& de qua in his ſcriptis *lib.1.fol.36.* item Rota *inter diverſ p.1.deci. 2.nu.6.& ſeqq.& p.1.deci.563.nu.2.*& hanc opinionem de ſtilo Rotæ ſeruari,licet extra Rotam,& in alijs Tribunalibus hunc ſtilum minimè ſeruandum dixerit,affirmauit idē Lancell. *vbi ſup. d.c.6.nu.1.2.3.& 48.* qui etiam alios, hanc negatiuam ſententiam amplectentes,anti quiores refert Doctores.

b *Reijci poſſe.* In notorijs delictis,an iudex poſſit ſuſpectus allegari,declarauit D.meus Farinac.*in ſua pract.cri.par.1.in tit.de delict.q.21.nu. 129.& ſeq.* Et verum credo, quod quādo talis recuſatio habet in ſe cauſam notoriè ineptam, falſam, ſeu calumnioſam,poſſit tunc idem iudex,ea non obſtante,ad vlteriora ꝓcedere,ſicut poſt alios antiquiores ſcripſerunt Nouell. *reg. 204. in princ.* & Lancell. *de attent.par.2.d.c.6.nu.24.*

c *Prout de iure.* Allegata hic per Conſultorem loquuntur,non in reuocatione inhibitionis,(quæ quandoque fit ſimpliciter,& quandoque etiam ptout de iure,prout eſt,quando iudex interloquendo pronunciat, eam eſſe reducendam ad viam iuris)ſed in admiſſione appellationis, quæ ſolet pet iudices fieri cum clauſula,ſi, & inquantum;ideò ſi volueris ſcire vim, & poteſtatē clauſulæ prædictæ,ſi & in quantum,in admiſſione appellationum poni ſolitæ, videas Grammati. *in addit.*ad Veſtr.*in pract.lib.7.cap.fin.nu. 22.& 23.* Plot.*in l.ſi quando,num.159.et nu.189.C.vnde vi, ſecundum antiquam impreſſionem.* Pract. Cater. *rubr.de appellat. num. 10. fol. mihi 204.* Menoch. *de recuperan.poſſeſſ.remed.9. nume. 331.* Foller. *in pract.crim.in verbo, item quod commiſit falſitatem, num.11.* Benintend.*deciſ.Bonon.1.* Oſaſc.*deciſ.Pedemont.5.num.8.& ſeqq.* Et nulli dubium, quod pet admiſſionem appellationis, cum clauſula, ſi & in quantum,ipſa appellatio cenſetur admiſſa, quatenus interponatur ex rationabili cauſa, & quatenus à iure ſit admittenda; & è contra habetur pro non admiſſa, ſi de iure admittenda non erat, ex allegatis vltra præcitatos Doctores per Stephan.Lambertengh.*in tract.de cōtract.eorum, &c.gl.14.nu.22.* & per Contard. *in l.1.C.ſi de momentan.poſſeſſ.in 13.limitatione,nu.17.& ſeq.*& per Lancell.*in tract.de attentat.cap.12.in prima limit. nu.83.& ſeq.*

Et quid ſi appellatio non fuit admiſſa, niſi, ſi & in quantum,quid operetur talis admiſſio?dic, quod operatur idem, quod admiſſio affirmatiua cum eadem clauſula,quia negatiua præcedēs per ſubſequentem conditionem,ſi & in quantum,reſoluitur in affirmatiuam, vt *in deciſ.pedem.131. nu.1.& 2.vbi de materia.*

Verum,an appellatione ſic,vt ſupra, admiſſa, vel non admiſſa, cum clauſula prædicta, debeat iudex à quo ſuperſedere in exequutione ſuę ſententiæ ita, quod videatur à ſe abdicaſſe iuriſdictionem; an vero ſecus. vide Lancellott. *vbi ſupra,num.83.& ſeqq.& in 5.ampliat.num.1.& ſeqq.* Contard.pariter *vbi ſupra d.13.limitatione. num. 19.& ſeqq.*

d *Fueris delatum.* Generalis,& veriſſima eſt concluſio, quod in omnibus caſibus, in quibus de iure prohibita eſt appellatio, licet iudex non teneatur deferre appellationi,ſi tamen voluerit deferre appellationi,non prohibetur; & poſtquam detulit,ſunt ei ligatæ manus in tantū,quod non poteſt amplius ſententiam exequi,cum per delationem appellationi abdicauerit à ſe omnem iuriſdictionem, ſecundum Bart. *in l. conſtitutiones. num.3. in fine. verſic. quaro quid ſi is.ff.de appellat.* & ibi etiam Angel.*num.3.* Imolen.*num. 1.verſ.& adde ſecundum* Angel. Imolen. *colum. fin. in fine. verſ.& ideo iudex.* Salicet.*in l.addictos. num.4.in fine.C.de appellat.* Franc. *in c.Romana.§.ſi autem.num.5.verſ.quando tamen iudex a quo.de appellat.in 6.* Roman. *in l.pantonius.§.res per duellionis.num.1.in fine.verſic.& poſito pro conſtanti.ff.de acquiren. hereditat.* vbi loquitur in crimine læſæ maieſtatis, Auguſt.ad Angel.*de maleſic.in verbo, præſente dicto Caio,&c.poſt num.21.ad med. verſic. & de materia.* vbi dixit, quod hoc fuit originale dictū Bal. *in l.1.C.de confeſſ.* Carret.*in pract.in 1.tracta.de appell.§.vltimus caſus eſt num.2.* Foller. *in pract.criminal.in 1.par.2.par.verbo,& ſi confitebuntur.nu.66. verſic.item procedunt,il ſecundo.* Anto.Gomez.*de delict.c.13.rub.de tortur.reor.num.32.* vbi alios refert concordantes,dicitque hoc eſſe menti tenēdum,tanquam notabile,& quotidianum in practica. Lancellott. *de attent.par.2.cap.12.limit.1. nu.70.in fine,& nu.80.vbi alij referuntur concordātes.* Sigiſmun.Scacc.*de iud.cauſ.ciuil. & crim.li.1. c.97.nu.124.*

Et licet contrarium voluiſſe videatur Boſſ. *in tit.de appel.nu.26.* quem etiā refert Baiat.ad Cla. *q.94.nu.14.* Tu tamē nō recedas à propoſita ſūblimitatione,quæ ſine dubio,vt vides,cōmuniter à Doctoribus recepta eſt. Verū quando eadē ſub limitatio procedat,& quādo non,& de illius materia,vide pleniſſimè Contar.*in l.1.C.ſi de momen. poſſeſſ.in 13.limitatione,per totam*, Lancell. *de attentat.cap.12.limitat.8.num.8.& limitatione 1.nu. 64.& ſeqq.* Vbi infert, ampliat, & limitat pluribus modis.

c *Recuſatione per arbitros.* Quod arbitri ſint eligendi ad cognoſcēdas cauſas recuſationis, ſi fuerint iniuſtæ, necnè, eſt etiam gloſſ. communiter recepta *in c.Iudex ab Apoſtolica.de offic.deleg. in 6.* ptout eam refert, & ſequitur Michael Craſſ. *in commun. opin. lib. 2.cap. 8.q.15.*& vide in propoſito Concil.Tridentin.*cap.5.ſeſſio.14.* De qua re, an ſcilicet recuſationis cauſæ à iudice recuſato, ſeu ab alio cognoſci poſſint,vide Couarru. *practic.quaſtion.capit.26.num.5.*& Clat. *in practic.§. fina.quaſt.43.verſic.vnum tamen,* vbi quod ſi cauſæ ſuſpicionis allegatæ, tangunt perſonam iudicis, ipſe non videtur competens in dictis cauſis cognoſcendis, quia diceretur iudex in cauſa propria: ſed in Vrbe res eſt expedita, quod talis cognitio ſpectat ad ſuperiorem Tribunalis, cuius iudex allegatus eſt ſuſpectus, ſeu potius ad ſignaturam.

f *Impediti, & carcerati.* Hæc materia impedimenti,an & quando excuſet à contumacia,& de pluribus impedimenti generibus, & an etiam ſit neceſſaria impedimenti allegatio, ſeu probatio, & tranſ-

et tranſmiſſio Procuratoris ad proteſtãdũ de eo, belliſſimè ponitur per Do.meum Farinac. *in ſua pract.crim.par.1.q.11.nu.50.& ſeqq.*

g *Cauſa exprimenda, nec probanda.* An cauſa recuſationis ſit exprimẽda in libello recuſationis, videtur, quod non, ſicut poſt alios, quos allegant, antiquiores, ſcriptum reliquerunt Couarru. *practicar.q.c.26.ſub nu.1.* Villalob. *in commun. opinio. littera S.numero* 151. Vbi de communi, de qua etiam Michael Craſſ. *in commun. opin. lib.2. cap.8. q.13.* Lancellott. *in tract. de attentat.c.6.nume.4.* vbi de magis communi.*cuius contrarium videtur tenuiſſe Rot. *diuerſ.par.1.deciſ.563.num.1.& 2.& par.2.deciſ.2.num.9.* vide in materia Miſinger. *obſer.63.centur.3.*

Sic etiã recuſationis cauſam non eſſe probandam, ſed ſufficere recuſantis iuramẽtum, ſcripſerunt Tiraquell. *de iud.in reb.exig.pag.mihi 29.ver. quid cum tractatur. in fine, ſecundum paruam impreſſionem*, vbi etiam idem de allegato ſuſpecto Notario, Procuratore, & Conſultore, Couarru. & Michael Craſſ. in locis præcitatis, Menoch. *de arbitrar.q.lib.2.caſu 212.nu.36.* Ber. *conſ.16.nu.4. lib.3.* Lancell. *de attent.vbi ſupra d.c.6.nu.4. & nu. 18.* Vbi declarat. Rolan. *conſ.19.num.14.lib.3.* Vbi quod hæc concluſio benè procedit de iure ciuili, ſecus autem de iure Canonico, & ibi teſtatur de communi. Oſaſc. *deciſ.pedem.84.nu.6.*

Iſtud autem iuramentum nõ ſufficere, vt ſimpliciter teſtetur à recuſante, ſed debere à iudice ei deferri, conſuluit Ruyn. *conſ.6.nu.5.& 6.lib.4.* cuius contrarium in practic. ſeruari, dixit Coua. *d.c.26.eo.nu.1.in fine.*

Et in materia ſcias, quod iſto caſu ad probationem allegatę cauſæ poteſt iudex interrogari, & tenetur reſpondere, an cauſa allegata ſit vera, necne, ſecundum Ant.Theſaur.deciſ.pedemont. 6.per totam, vbi ita relatis, & reprobatis contrarijs, benè concludit, & concluſionem ampliat duobus modis, vt ibi per eum.

h *Inhibitio timenda.* Regula à nonnullis formatur in contrarium, quia dicunt, quod inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt, prout voluit Rota *deciſ.26.alias 307. Nota, quod audientia, in fine, de appellat.in antiquis.* Put. *deciſ.394.lib.2.* cum alijs per Lancellot. *de attentat.c.20.amplia.11.nu. 1.& ſeqq.* Verum ne decipiaris, aduerte, quod hęc regula affirmatiue formata, procedit, non de iure communi, ſed de ſtylo Rotæ; & propterea extra Rotam ſeruanda non eſt in alijs Curijs, prout declarat idem Lancellott. *d.c.20.ead.ampliat. 11.nu.5.& limit.1.nu.1.& ſeqq.* De iure enim communi inhibitio iniuſta, & inualida non eſt timẽda, quia ad hoc, vt operetur attentata, & nullitatem actus contra ipſam geſti, debet eſſe Canonica, prout voluit Rot. *deciſ.58.alias 412. ſi appelletur, de appell.in nouis*, ſemperque inhibitio cenſetur relaxata cum conditione, ſi de iure fieri poterat. Ber. *conſ.85.dicam breuiter, nu.23.lib.3.* Et propterea ſi datur inhibitio, quæ de iure dari nõ debebat, non operabitur ſuum effectum, nec illi parendum erit, ex quo deficit eius conditio, vt ibi per eum, & latè comprobat idem Lancell. *d.c.20. ead.ampliat.11.nu.5.& limit.1.per totam*, immo nec etiam de ſtilo Rotæ ſeruanda eſt, nec timenda in duobus caſibus; Primo quando notoriè conſtat de iniuſtitia inhibitionis, ſed quod per calumniam fuerit impetrata: ſecundo quando commiſſio cauſæ fuit ſignata, prout de iure ſecundum eundem Lancellott. *ead.ampliat.11.nu. 20.& ſeqq.*

Fam.Cent.V.I, D.Galeſ.

ARGVMENTVM.

Agitur de Mercatore, qui non fideliter ſuos libros & ſcripturas tenuit. Et inde plura explicantur capita, ex quibus eorundem librorum, & partitarum falſitas excuſatur & indicatur: & propterea explicatur etiam, an, & quando deferatur iuramentum in litem, contra doloſum mercatorem, ſeu adminiſtratorem.

SVMMARIVM.

Falſitas eſt immutatio veritatis certa ſcientia facta.nu.1.

Diſinitionis natura eſt, vt conuertatur cum ſuo diſinito, & è contra.nu.1.

Confeſſionis nulla maior probatio.nu.2.

Ignorantia in facto proprio non cadit.nu.3.

Partitæ librorum mercatoris non poſſunt ſtornari ſeu accommodari, niſi tribus concurrentibus. Primo quod in reuocatione ſeu accommodatione deducatur vera cauſa erroris. Secundo quod accedat conſenſus intereſſatorum. Tertio quod fiat antequam liber ſit vt dicitur, ſpoliatus, & caſſatus nu.4.& ſeqq.

Liber mercatorum poſtquam eſt ſpoliatus, & redactus in alium librum non poteſt amplius accommodari. numero 4.

Confeſſio facta in ſcriptis non poteſt reuocari, errore non probato. nu.2.verſ.Inferendo modo;

Teſtis vnicus plene probat contra producentem. num. 4. ante finem.

Id quod noſtrum eſt ſine facto noſtro tolli non poteſt.num.4.verſ. Rurſus non probato errore.

Falſitas in dubio non præſumitur.nu.5.

Falſitas, vt euitetur, omnis interpretatio facienda eſt.nu.5.

Falſitas non per coniecturas, ſed per concludentes rationes deducenda eſt.nu.5.vbi declaratur hoc non procedere, quoad pœnam extraordinariam.

Falſitas ſine dolo non committitur.nu.6.

Falſitas in dubio potius per errorem quam dolum commiſſa cenſetur.nu.6.Declara de falſitate quæ tũc præſumitur dolus & non error.nu.8.in fine, niſi circumſtantiæ facti dolũ inferant.ibid, d.nu.6. Item declara procedere, quando licet mutata ſint verba, ſenſus tamen idem remanet: ſecus ſi ẽt eſt mutatus ſenſus.nu.7.in fine.Item declara, quando non conſtat de falſitate, & ſumus in dubio, ſi conſtat.

Dolus & non error præſumitur ex actu, in quo quis lucrum conſequitur.nu.7. Vbi etiam è contra, quod ceſſante lucro ceſſat præſumptio doli.

Men-

Mendacium ſemper in ſe habet dolum.nu.6.in fine.

Dolus præſumitur in illis, qui ſunt negligentes, & deficientes in eorum officio nu.8.

Falſitatis præſumptio maxime ceſſat in viro bonæ conditionis & famæ.nu.9.

Decoctor, ergo defraudator.nu.9.

Teſtis deponens falſum credens ſe dicere verum, excuſatur a falſo.num.10. non tamen excuſatur a pœna extra ordinaria. num.11.

Cauſa & credulitas qualibet fatua, & temeraria excuſat a falſo. nu.10 Hoc intellige quoad pœnam ordinariam; ſecus quo ad extraordinariam.nu.11.

Cauſa & credulitas agentis non excuſat, niſi probetur, quod is motus fuerit ad ſic agendum ex illa cauſa, & credulitate. poſt nu.10.

Cauſa & credulitas iniuſta ad hoc vt excuſet, an ſufficiat illam probare iuramento agentis.nu.10.in fine.

Cauſa ſeu credulitas fatua & iniuſta non excuſat a pœna extraordinaria.nu.11.

Falſitas non præſumitur commiſſa, quando facile detegi poteſt, vt puta vel ex reuolutione cartarum, vel quia coram multitudine perſonarum commiſſa fuerit.num.12.Declara vt. num.13.

Falſitas non præiudicialis non punitur, intellige vt non puniatur pœna ordinaria; ſecus autem pœna extraordinaria.numero 12.

Falſitatis præſumptio oriens ex vitio viſibili, fortior eſt præſumptione alia extranea. numero 13.verſ.immo multo potentior.

Ocularis inſpectio omnes alias probationes ſuperat. num.13.in fine.

Falſitas in libro mercatorum dicitur commiſſa per additionem, ſeu apoſtillam factam intra duas lineas. numero 14.

Libri mercatorum debent eſſe candidi & carere omni inductione ac ſuperinductione. numero 14. verſ. Nec interlineatio.

Liber mercatoris non dicitur fideliter tentus, ſi repugnantia continet.nu.14.verſ.& eo magis.

Iuratur in litem contra mercatorem qui non fideliter tenuit ſuos libros.nu.15.in fine.

Scribere quis videtur cuius nomine ſcribitur.nu.16.

Liber mercatoris dicitur ſcriptus ab ipſo mercatore etiam, quod alter eius nomine ſcribat.nu.16.

Dominus tenetur pro delicto commiſſo per eius famulum in officio, in quem fuit deputatus.nu.16.ad finem.

Mercator debet tenere librum vulgo dictum, il Giornale, & illud quandocunque exhibere.nu.17.

Adminiſtrator in redditione computorum ſuæ adminiſtrationis tenetur exhibere omnes libros, & etiam librum vulgo dictam, il Giornale & non exhibendo præſumitur alterare.nu.17.& 18.

Mercator dicitur doloſus & contra eum iuratur in litem, ſi in ſuis libris dietim omnia data & recepta fideliter non ſcribit.nu.19.

Socius partem ſocij ſcienter & doloſè occupans, partim reus eſt etiam quod inter eos ſocietas per contractum inita fuerit. num.20.

CONSILIVM XVIII.

1 ADSIT DEVS. Licet plures ſint partitæ, in quibus prætendatur Bonamicum deliquiſſe, D.tamen ex aduerſo ſcribens, non tãgit, niſi illam partitam ſcut. 2550. ſolutorũ Redulphis, & Serlupis, pro fideiuſſione facta in negotio Salariæ, in quibus cum prima vice idẽ Bonamicus ſe debitorem fecerit, aſſerens ſe ſoluiſſe de proprijs pecunijs, reuocando poſtmodũ, ſeu, vt dicunt, ſternando eam partitam, fecit ſe in eadem ſummam creditorem ſocietatis: igitur antequam alias tangam partitas, vt in primis ſatisfaciam ijs, quæ ex aduerſo & ſubtiliter & late deducta fuerunt; Dico, nõ poſſe negare, quin retractatio huius partitæ falſitatis vitio ſubiaceat: eſt enim falſitas vt ipſemet D. ſcribens fatetur, veritatis immutatio, ex certa ſciẽtia facta. Grat. poſt Marſil. & Hoſt. quem allegat *in conſil.* 151. *nu.*9. *lib.*2. Foller. *in pract. item quod commiſit falſitatem. numero* 36. Marſil. *conſil.*75. *num.* 1. Ioan. Maria Monticell. *reg. crim.* 15. *in prin.* ergo vbi ex certa ſcientia veritatis immutatur, ibi dicitur falſitas commiſſa, arguendo a natura diffinitionis, per *l.* 1. §. *dolum*, & ibi Barto. *ff. de dolo, l. fin. iuncta gl. ff. de verbor. ſignific. l. omnis diffinitio. cum ibi not. ff. de reg. iur.*

2 Quod autem in retractatione iſtius partitę, ſit mutata veritas, non eſt dubium, quia fideiuſſionis onus nõ ſpectabat ad ſocios, ſed ad Bonamicum, vt in capitulis. Ergo quicquid huius occaſione ſoluebat, non ſociorum, ſed ipſius damno cedebat, prout ſecũdum veritatem in prima partita de proprijs pecunijs, tãquam propriũ onus, ſoluiſſe aſſeruit & ſcripſit; vnde contrarium poſtea aſſerendo, ſe, ſcilicet ſoluiſſe de pecunijs cõmunibus, talis vtique aſſertio eſt falſa, quia & cõtra veritatem capitulorum, & contra ſuam propriam antecedentem conceſſionem, cuius nulla eſt maior probatio, *l. 1. C. de confeſſ. l. ſi confeſſus, ff. de cuſtod. reorum, c. veſtra. & ibi gl. de cohab. cler. & mulier. cum ſimil.*

3 Quod pariter veritas ſit mutata ex certa ſcientia Bonamici, nec etiam in dubium reuocari poteſt, quia, vt prædixi, iam ipſe in prima partita libere faſſus eſt, ſoluiſſe fideiuſſoribus pecunias de proprio, & tanquã proprium onus, iuxta formã Capitulorum; vnde modo ridiculum eſt, dicere, ignoraſſe illud, quod prius in ſcriptis ſe ſcire affirmauerat, pręſertim in facto proprio, in quo ignorantia non cadit, *l. ſi. ff. pro ſocio.* Bar. *in l. cum de indebito, ff. de prob. cum vulgar.*

4 Præterea (& in hoc ſupplicatur aduerti) licet non ignorem, prout ex aduerſo ſæpius oretenus dictum fuit, non eſſe nouum tam in iure, quàm de antiquo mercatorum ſtilo, partitas poſſe reuocari, vel, vt ipſi dicunt, ſtornari; hoc tamen admittitur, & licitum eſt inter eoſdem mercatores, tribus concurrentibus. Primo, quod in reuocatione ſeu ſtorno deducatur vera cauſa erroris. Secundo, quod fiat reuocatio de conſenſu eorũ, quorum intereſt. Tertio, quod fiat antequam liber ſit lineatus & caſſatus, ſeu reportatus ad alios ſequentes libros; ijs autẽ nõ concurrentibus reuocatio ſeu ſtornatio partitarum, non ſolum dicitur illicita, ſed etiã falſi vitio ſubiacet, prout in ſuis cõſtitutis fatentur tam ipſe Bonamicus, quàm Villanus, qui libros ſcripſit, ac etiam aperte deponit Vincẽtius Caſtronus Teſtis pro Curiæ informatione examinatus, & peritus, alias, pro parte Bonamici, electus, apertè dicens, quòd poſt ſpoliationem librorum, & quod poſtquam

ſuper

ſuper partitis ſunt directæ & appoſitæ lineæ caſſantes, non poteſt amplius aliquid ſcribi, ſine expreſſo conſenſu eorum, de quorum præiudicio agitur: & ſi ſcribatur, falſitas reputatur inter mercatores; Inferēdo modò ad caſum noſtrum, dicitur, reuocationem prædictæ partitæ fuiſſe illicitam. Primo, quia cauſa prętenſi erroris, ob quam eſt facta reuocatio, quia ſcilicet credebat, prouiſiones fideiuſſorum eſſe ſoluendas ex corpore ſocietatis, apertè conuincitur falſa, vt ſupra deduxi ex forma capitulorum. Nō probato autem errore, imò cauſa erroris aperte falſa exiſtente, nō potuit prima confeſſio in ſcriptis facta, amplius reuocari. Bar. *in l. non fatetur. ff. de confeſſ.* Bal. *in l. finali poſt nu. 2. verſ. Ex quibus verbis. C. de prob.* Et *in l. 2. nu. 4. C. de cuſtod. reorum.* Brun. *de ind. p. 2. q. 6. nu. 22. in fine.* Boſſ. *in tit. de confeſſ. nu. 59. & 60.* Clar. *in pract. §. fin. q. 55. verſ. vlt.* & alibi paſſim doctores. Et dicere quod mercatoribus ſit licitum ſtornare partitas, iam in libris deſcriptas, ſub prętextu erroris non probati, ſatis credo, quod abſurdū ſit, & a iure improbatū. Rurſus, nō probato errore prædictæ partitæ, quòd illa potuerit ſtornari in præiudicium ſociorum, de quorum intereſſe agitur, & ſine eorum conſenſu, eſt pariter contra ſtilum mercatorum, vt ipſimet aduerſarij in eorum conſtitutis fatentur, & contra iuris diſpoſitionem, de qua *in d. l. id quod noſtrum, vbi omnes. ff. de reg. iur.* Et demū partitas accommodare, poſtquā libri fuerunt ſpoliati, tranſportati, & interlineati, prout in hac partita ſe feciſſe Villanus in ſuis conſtitutis fatetur, de ordine Bonamici, nil aliud eſt, niſi falſum committere, prout Vincentius Caſtronus deponit in ſuo examine; qui cum alias fuerit in eadem cauſa ab aduerſario electus & approbatus in peritum, plene probat cōtra ipſum, etiam quod vnicus ſit. Aym. *conſ. 100. nu. 13.* Soc. iun. *conſ. 69. nu. 11. lib. 1.* Cæph. *conſ. 141. nu. 15. ſeqq. lib. 1. & conſ. 168. nu. 52. & 65. eo. lib. 1.* Gabriel. *tit. de teſtibus concl. 1. nu.* 14. Vbi de communi, de qua etiam teſtatur Vaſ. *de ſucceſſ. ceſſa. §. 12. nu. 7. & ſeqq.* Quare cū partita, de qua agitur, fuerit per Bonamicum & Villanum, vt ipſi dicunt, ſtornata ſcienter, & ex falſa cauſa, quia cōtra veritatem capitulorum, de quibus notitiam habebat; item & ſine conſenſu eorum, de quorum intereſſe agebatur, & poſt ſpoliationem & interlineationem librorum; non video, quomodo poſſint effugere, quin (vt ita, dicam) talis ſtornatio falſa reputetur, per præallegata.

5 Quibus non obſtat, dum primo dicitur, falſitatem in dubio non præſumi, *c. accedens. vbi gl. & ſcriben. de cri. falſ.* omnemq; faciendam interpretationem, vt falſitas euitetur, *c. cum tu. extra de teſtibus*, falſitaſque non per coniecturas, ſed per cōcludentes rationes deducenda, & probanda eſt, *l. iuris gentium. §. quod fere,* vbi Bal. & doct. *ff. de pactis, cum alijs ex aduerſo allegatis.* Nam ſi præmiſſa vera ſunt in facto, prout vera eſſe, negari non poteſt, falſitas eſt ocularis; & non præſumptiuè, ſed clariſſimè & apertè deprehenditur ex lectura capitulorum, ex caſſatura librorum, ex cōfeſſionibus aduerſariorum, & ex depoſitione Vincentij Caſtroni; & nihilominus, quicquid ſecus ſit, vbi agitur de imponendo pœnam falſi ordinariā, ad puniendum tamen pęna extraordinaria, prǽſumptiuā ſufficere probationem, dixerūt Aym. *conſ. 73. nu. 19. verſ. quod procedit.* Capic. *dec. 30. in fine.* Iohā. Maria Montic. *reg. cri. 15. nu. 161. verſ. quod intelligas verum.* Natta *conſ. 633. nu. 8. vol. 3.* Bertazzo. *conſ. 91. nu. 35. lib. 1.* & eſt communis, vt per Ioſeph. Lud. *in deciſ. Lucen. 13. nu. 50.*

6 Nec etiam obſtat dicere, quod falſitas ſine dolo non comittitur, *l. nec exemplum. C. de falſ.* & eſt communis, vt ex Socin. iuniore *in conſ. 89. nu. 33. par. 2.* Emanuel Suarez. *in comm. opin. litera F. nu. 19.* Clar. *in pract. §. falſum. verſic. excuſatur autem.* Cæph. *conſ. 113. num. 8. & num. 15. & conſ. 230. nu. 12.* & Franc. Becci. *conſ. 78. num. 7. & ſeqq. lib. 1.* & quod in dubio dolus non præſumitur, ſed error & ignorantia *l. pen. C. de his, qui ſibi in teſta. aſcrib.* Natta *conſ. 314. num. 9. lib. 2.* & eſt pariter communis, prout teſtatur idem Soarez *d. litera F. nu. 18.* idem Cæphal. *d. conſ. 230. nu. 16.* Becci. *d. conſ. 78. nu. 13. 24. & 30.* Nec enim obiectio, vt prǽfertur, procedit in dubio; ſecus, vbi adſunt circumſtantiæ, dolum inferentes, vt per Nattam ex aduerſo allegatum *d. num. 9. Ibi, niſi ex circumſtantijs aliud appareat.* Et in caſu noſtro dolus, non ex circunſtantijs, ſed iuris præſumptione, cōcludentiſſime probatur, quia cum Bonamicus exiſtēs proprius debitor Rodulphi & Serluporum, in prouiſione eis ſoluenda pro fideiuſſione facta fecerit communiter debitores etiam ſocios, tam contra veritatem capitulorum, quam contra ſuā propriam confeſſionem, de qua in prima partita, negari non pōt, quod vt mēdax, & doloſus a iure prǽſumatur; ſemper enim in mendacio alio nō docto, dolus ineſt. *l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo.* Rom. *conſ. 8. num. 2.* Ruyn. *conſil. 29. num. 6. lib. 1. conſ. 2. nu. 13. & conſ. 244. nu. 6.* Iacob. Port. Imol. *conſ. 78. in prin.* Aym. *conſ. 282. num. 7.* Hippol. Riminal. *conſ. 274. num. 67. vol. 3.* Dec. *conſ. 32. num. 24. ſeqq. vol. 3.*

7 Et eo magis dolus & non error in Bonamico præſumendus eſt, quia vt inquit Natta ex aduerſo allegatus *d. conſ. 314. nu. 9. lib. 2.* reuocatio huius partitę reſultabat in ipſius maximum lucrū: quod tamen ſecus eſſet, ſi ei lucrum non afferret. *c. accedens. & ibi gl. & Doct. de crim. falſ.* cum alijs ibi per eum allegatis. Fel. *in c. tertio loco. num. 2. de præſumpt.* Aym. *conſ. 8. nu. 13. & conſ. 18. num. 22.* Rolan. *conſ. 11. num. 55. ſeq. lib. 3.* Dec. *conſ. 57. nu. 36. lib. 3. & vt inquit idem* Natta *in d. conſ. 314. numero 4. vbi videatur,* ex mutatione ſcripturæ tunc demū falſitas doloſa non præſumitur, ſed error, quando licet mutata ſint verba, ſenſus tñ idem remanet: ſed in caſu noſtro non ſic eſt, quia ex mutatione ſcripturæ reſultat contrarius ſenſus, & effectus; ideo.

8 Dolus prǽterea contra Bonamicum & Villanum inſurgit, quia præſuppoſito, prout ipſi fatē tur, & Vincentius Caſtronus deponit, quod nō liceat mercatoribus ſtornare partitas, poſtquam liber eſt ſpoliatus, & caſſus, ſine cōſenſu eorū, de cuius intereſſe agitur, cōtrariū tamen faciendo,

non

nō per errorē, ſed doloſe feciſſe dicuntur, qa deſecerunt in eorum officio. *l. dolus. ff. manda. c. cum item. de re iudic.* Plot. *de in lit. iuran.* §. 48. *num.* 15. Stracca. *de mercatura. par.* 2. *ſub nu.* 68. Natta *conſil.* 174. *num.* 11. *volum.* 3. Rolan. *conſ.* 57 *num.* 7. *ſeqq. volum.* 3. Capra *concluſ.* 78. *num.* 48. Et hoc fundamentum eſt ineuitabile. Et illa generalis regula, quod potius ſit præſumendus error, & ignorantia, quam dolus, procedit, quando de falſitate non conſtat: ſed conſtito de falſitate, vt ſupra dixi conſtare in caſu noſtro, tunc illa, non per errorem, ſed doloſe fabricata præſumitur, vt bene declarat Port. Imol. *conſ.* 94. *num.* 3. *& conſ.* 96. *nu.* 12. *ſeqq. & nu.* 30.

9 Et demū eadem regula, quod præſumatur error & non dolus, procedit in viro legali, ac bonæ conditionis, & famæ, quem præterea nihil dolo feciſſe, preſumēdum eſt. *l.* 3. §. *ex improuiſo. ff. de re milit. & declarat* Natta ex aduerſo allegatus, *in d. conſ.* 314. *nu.* 11. *lib.* 2. Non ſic in decoctore, quē iura fraudatorem appellāt. *l. ſi hominem.* §. *quoties. iuncta l. ſeq. ibi, ſed in omnibus fraudatoris facultatibus. ff. depoſ.* & in quo valet conſequentia, Decoctor, ergo fraudator. Bal. *cōſ.* 400. *in libris Theſauraria. nu.* 3. *lib.* 1. Boer. *dec.* 215. *nu.* 6. Brun. *de ceſſio. bonorum. q.* 5. 4. *q. principalis. nu.* 4. Stracca *de mercatura. in tit. de decoctor. par.* 3. *nu.* 19. *ſeqq.*

10 Minus obſtat, quod Bonamicus partitā ſtornauerit, vel ſtornare mandauerit per Villanum, credens id ſibi licere; & propterea ſit excuſandus a falſo, per ea, quæ in ſimili de teſte falſum deponente, & credente dicere verum, ſcripſerunt Marſil. *in l.* 1. §. *præterea. nu.* 13. *verſ. & ideo dico. ff. de Sicar. & in l.* 1. *in prin. n.* 3. *ff. de falſ.* Boſſ. *in ti. de falſ. nu.* 137. Bertaz. *conſ.* 8. *nu.* 18. *& conſ.* 10. *nu.* 2. Hyppol. Riminal. *conſ.* 113. *nu.* 37. ac etiam, quia quęlibet credulitas etiā fatua, & temeraria, excuſat a falſo, & eius pœna, vt per Ang. *in l. plagij. la* 2. poſt Butrigar. *ibi. C. ad l. Iul. de plagiar.* Soc. *cōſ.* 37. *nu.* 23. *lib.* 2. Bal. *in l.* 2. §. *quod obſeruari. in* 3. *notab. C. de iuram. calumniæ.* Ang. *de malef. in verbo, falſario. nu.* 1. Silu. *conſ.* 53. *nu.* 2. *lib.* 2. Marſ. *conſ.* 7. *num.* 25. *& ſeq.* Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 60. *ſub ver. & generaliter, ibi, tu vero dic.* Quia pro reſpōſione, dicitur, quod ad hoc, vt quis excuſetur a credulitate iuſta vel iniuſta, non ſufficit illam allegare, ſed debet probare, quod ad ſic faciendum motus fuerit ex allegata credulitate. Bar. *in l.* 1. §. *non autem. ff. ſi quis teſta. lib.* Alex. *conſ.* 103. *videtur. nu.* 13. *ver. & dato. lib.* 1. Cor. *conſ.* 33. *nu.* 16. *li.* 4. *& conſ.* 280. *nu.* 6. *verſ. ita etiam. eodem lib.* 4. Gabriel. *lib.* 8. *concl.* 8. *nu.* 66. *&* 71. Cagnol. *in l. quod te. nu.* 43. *ff. ſi cer. petat.* Menoc. *de retinen. poſſeſ. remed.* 3. *nu.* 653. Cla. *d. q.* 60. *verſ. ſed hic quæro.* Bertaz. *conſ.* 375. *poſt nu.* 15. *li.* 2. Sed, quod in caſu noſtro, Bonamicus motus fuerit ad ſtornandum partiras poſt ſpoliationem & caſſationem librorum, ſine conſenſu eorum, de quorum intereſſe agebatur, ex eo quod crediderit id ſibi licere; eſt ab omni veriſimilitudine alienum, quia inter mercatores notum eſt, vt prædixi, id fieri non poſſe, & illicitum reputari. Vnde licet, vt ex aduerſo deducitur, regulariter ſuper alicuius credulitate ſtari debeat credētis iuramento, ſecundum Angel. *in l. plagij. la* 2. *nu.* 1. *ad med. ver. ſed qualiter probabitur. C. ad l. Flau. de plag.* Bertaz. *conſ.* 11. *nu.* 21. poſt Curt. Ioan. de Amic. & Alciat. *in locis per eum relatis*; hoc tamen non procedit, quando contra iuramentum ſic dicentis ſe crediciſſe, adeſt aliqua præſumptio, ſeu inueriſimilitudo, vt plene poſt antiqores, quos allegant, ſcripſerunt Menoc. *de recuperan. poſſeſ. remed.* 16. *nu.* 35. *ſeqq. & de arbitr. q. lib.* 2. *caſu* 298. *nu.* 6. Riminal. *conſ. cri. diuerſ.* 63. *nu.* 18. *& conſ.* 83. *nu.* 8. *vol.* 2. *in folio.* Steph. Lamber. *in tract. de contrac. eorum. gl.* 1. *nu.* 185. *& ſeq.* Et in terminis de credulitate declarat Curt. Ioan. de Amic. & Alciat. *in locis per eum relatis.* Gab. *lib.* 7. *concl.* 8. *nu.* 65. 68. *&* 69. ideo non poteſt dicere Bonamicus crediſſe ſe, ſibi ita licere, cum vti mercator, bene ſciebat, id ſibi non licere.

11 Et in omnem euentum credulitas fatua, & temeraria licet excuſet a falſo & eius pœna ordinaria, non tamen excuſat ab extraordinaria, ſecundum communem, de qua per Gabriel. *li.* 7. *de concl.* 8. *nu.* 32. *& num.* 70. Nouell. *reg.* 168. *in prin.* idem Ang. *in d. l. plagij. nu.* 2. *verſ. ſimiliter attende. C. de plagiar.* Tiraq. *de pan. cauſa* 43. *nu.* 10. *in fine.* Menoc. *de recup. poſſeſſio. remed.* 5. *nu.* 62. & dicunt de pœna falſi ordinaria; ſecus de extraordinaria, ſecundum magis communem, de qua per eundem Gabriel. *d. lib.* 7. *concl.* 33. *nu.* 5. & ante eum Anan. *in c.* 1. *nu.* 16. *de cri. falſi, vbi late declarat.*

12 Multo minus prodeſt Bonamico excuſatio, quòd ex quo iſta falſitas poterat detegi ex reuolutione cartarum, & ex lectione ſcripturæ, videlicet capitulorum, iccirco, tanquam non præiudicialis, non ſolum nec punibilis ſit, *ad l. domus. C. de falſ. cum vulgaribus*, verum etiam nec facta pręſumatur animo defraudandi, ad ea, quæ in ſimili de falſitate commiſſa coram multitudine perſonarum, tradit Aym. *conſ.* 65. *in fine, & conſ.* 75. *nu.* 19. Nam dum dicitur, quod falſitas non nociua non eſt punibilis, reſpōdetur, qd in caſu noſtro, niſi fuiſſet hæc falſitas detecta, ſatis fuiſſet nocibilis, quia libri mercatorum plenam faciūt fidē, maxime inter ſocios vt notum eſt. Et quatenus non fuiſſet nociua, adhuc dicitur, quod ſecundū magis communem opinionem, punibilis eſt, ſaltem pęna extraordinaria, vt per Menoc. *de arbit. q. caſu* 306. *nu.* 21. *ſeq. lib.* 2. Cæph. *conſ.* 355. *lib.* 3. Plot. *de in lit. iurand.* §. 44. *nu.* 11. *in fine.* Clar. §. *falſum. verſ. item excuſatur. in fine.* Boſſ. *in tit. de falſ. nu.* 85. Gabriel *lib.* 7. *concl.* 5. *nu.* 34. Stracca. *in addit.* ad Aym. *conſ.* 46. *nu.* 1. Quicquid in contrarium tenuerint alij.

13 Et dum pariter dicitur, quod falſitas non præſumitur commiſſa, vbi ex reuolutione cartarum, & ex lectione ſcripturæ, poterat facile depræhendi, ſicut pariter non præſumitur commiſſa coram multitudine perſonarum; reſpondetur, quòd argumentum bene procederet, ſi de falſitate dubitaretur, an eſſet commiſſa, nec ne, prout Aymon. ex aduerſo allegatus, expreſſe loquitur. At vbi de falſitate clarè apparet, vt in caſu noſtro, fruſtra recurritur ad hanc præſumptionem, quia in claris non eſt opus coniecturis

cturis vulgat a. *l. continuus. ff. de verb. ob lig.* immo multo potentior eſt præſumptio falſitatis, oriẽs ex inſpectione ſcripturarũ, & ſic ex vltimo viſibili, quàm ea, quæ ex inuiſibilibus, & clandeſtiſtinis rationibus deducitur, vt plene per Mãdel. *conſil. 99. per totum.* Natta *conſil. 633. nu. 7.* Boſſ. *in tit. de falſ. nu. 6. & nu. 13. in fine.* Et ſi falſitas ex reuolutione cartarũ vel ex inſpectione ſcripturæ, ocularis eſt, vt ex aduerſo deducitur, ergo magis clare dr̃ probata, nec de ea eſt dubitandum; quia ocularis inſpectio omnes alias probationes antecedit, ad plene tradita poſt alios antiquiores p Maſc. *in tract. de prob. in præfatione. quæſt. 8. li. 1.*

14 Eſt inſuper aduertẽdũ, quod vltra ſupradictã partitã multa alia ſunt capita, & partitæ, in quibus prętenditur, Bonamicum, & Villanum deliquiſſe, libroſq; non fuiſſe per eos fideliter, & mercantili more conſcriptos: & ſic ſecundo loco ſuccedit alia partita 695. in quibus Villanus propria manu fecit ſe debitorem ſocietatis, occaſione ſalis per ipſum habiti; Et tñ poſtea ad effugiẽdum ſolutionem earundem pecuniarum, inter lineam, & lineam addit iſta verba, videlicet, *à cõto delle mie fatighe.* Nã hęc interlineatio eſt prorſus prohibita inter mercatores, quia eorum libri debent eſſe candidi, ac carere omni inductione, ac ſuperinductione; aliter cõtra eos iuratur in litẽ. Plot. *de in lit. iurã. §. 5. n. 28.* Bal. *conſ. 382. in quæſtione Milani. num. 14. ſeq. vol. 5.* Stracca *in tract. de mercatura. p. 2. num. 63.* Et eo magis iſto caſu talis additio inter lineã, & lineã, eſt prohibita, ex quo continet in ſe repugnantia: ſi. n. Villanus (ut in partita legitur) debitor eſt dictorum ſcut. 695. quõ dici poteſt, quod ea receperit ad computum ſuæ mercedis? Et liber mercatot non dr̃ fideliter tentus, ſi repugnãtia cõtinet, quia in illis debet ſeruari illud vulgare dictũ; Quod ſcripſi ſcripſi, vt per eundem Straccam *d. par. 2. nu. 62. & 64.*

Immo prædicta interlineatio non ſolũ de ſe, vt dixi, eſt inter mercatores illicita & a iure prohibita, quia continet repugnãtia; Verum etiam apertè falſa deprehẽditur ex forma capitulorũ, quorum vigore ſalarium ſoluendum eſt Villano, non de corpore ſocietatis, cuius in prædicta partita ſe debitorem fecerat, ſed de proprijs pecunijs Bonamici.

15 Tertio principale lucrum negocij ſalis conſiſtit in diſtributione ſalis extraordinarij: Cuius quidem extraordinarij ſalis ſubappaltus plures facti fuerunt tam ab ipſo Bonamico, quã a Villano. Item vterque eorum pretium dicti ſalis aſcendens ad notabilem pecuniarum quantitatẽ in dies a ſubappaltatoribus exegit, put ipſimet in ſuis conſtitutis fatentur; & tamen in libris, de quibus agitur, non reperiuntur deſcriptæ omnes pecuniæ exactæ ex pretio dicti ſalis. Et Villanus fatetur, plures pecunias exegiſſe, eaſq; capſerio conſignaſſe, licet in libris annotatæ non fuerint. Et è contra Bonamicus pariter fatetur, quod noluit ſoluere ſuum ſalariũ Villano, quia non tenuit libros negocij ea cura, & fidelitate, & ordine, ſicut tenebatur; & tàm Ioannes Baptiſta Caſnedus, quàm Vincentius Caſſonus, Periti alias inter partes electi, retulerũt in actis, ex dictis libris intricatis, cõfuſis, & inordinatis, non poſſe deueniri ad finalem calculum, ſeu cõputationem. Quibus ſtantibus, ex libris non bene, ac fideliter tentis, & contra Bonamicum ac Villanum, poſſe ſuper quantitate, præſertim pecuniarum exactarum, ex dicto ſale extraordinario in litem iurari, per text. *in l. ſumma cum ratione. in verbo, intricata,* & ibi Bar. *ff. de pecul.* tradiderunt Iaſ. *in §. Item ſi quis in fraudem, nu. 37. in fine. verſ. ſed certè ille tex. inſtit. de actio.* Stracca *in tracta. de mercat. par. 2. nu. 56. & ſeqq. & in tit. de decoctor. par. 3. n. 24.* Plot. *de in lit. iur. §. 5. nu. 28. & nu. 31.* Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 1. caſu 208. nu. 19. & 20. & caſu 209. nu. 14. & 15.* Ioſeph. Ludou. *in ſuis comm. opin. concl. 29. in 18. ampliatione. verſ. Et ad hoc vt liber, &c.*

16 Nec dicat mihi D. meus, prout oretenus dicebat, quod ſi Villanus non deſcripſit in libris omnes exactas & receptas pecunias, id imputari debeat ipſi Villano, qui ſcribendi curam habebat, non autem Bonamico. Nam quod iure vtrique imputandum ſit, in terminis facit, quia ille videtur ſcribere, cuius nomine ſcribitur, *l. qui per aliũ. ff. de reg. iur.* Et quicquid in libro mercatoris ſcriptum, aut non ſcriptum reperitur, id omne eiuſdem mercatoris conſenſu & voluntate conſcriptum, ſeu omiſſum pręſumitur. *l. cẽſum. ff. de probat.* Bal. *in rubr. C. de fid. inſtrumen. ſub num. 53. verſic. ſed hic quæro.* Dec. *in c. tertio loco, nu. 2. extra de probat.* Alexand. *conſi. 245. ponderatis his. nu. 2. vol. 6.* Pariſ. *conſil. 47. nu. 4. vol. 1.* Et quando miniſter deliquit in officio, ſeu miniſterio, in quo deputatatus eſt, tunc dominum pro eo teneri, probat tex. *in l. 1. in princ. & in §. familiæ.* vbi Bar. & communiter omnes. *ff. de publica.* Bero. *q. 39. num. 1.* Franc. March. *deciſ. 423. ſub nu. 12. verſ. & iſto caſu delinquunt in officio. p. 1.* Boſſ. *in tit. de furt. num. 55.* Menoch. *de arbit. lib. 2. caſu 345. nu. 3.*

17 Quarto Mercator ad hoc, ut bene ac fideliter dicatur tenuiſſe libros alicuius negotij, neceſſe eſt, nõ ſolũ de antiquo mercatorũ ſtilo, ſed etiã de iure cõi, quod teneat etiã, vt vulgo dr̃, *il giornale,* & in redditione cõputorũ pariter illud exhibere, *ad l. 1. §. eum qui. ff. de eden.* Menoch. poſt Alciat. & alios quos allegat, *de arbit. q. lib. 2. caſu 209. nu. 16. & ſeqq.* Srracca. *de merc. p. 2. n. 51.* Sed ſic eſt, quod in nouẽ annis, in quib. durauit appaltus ſalis, Bonamicus, & Villanus (vt aſſerũt) non fecerunt iſtud giornale, niſi in duobus, aut tribus annis. Et ſi plura fecerunt giornalia, illa non exhibent; ergo quin cõtra eos ex hoc ſolum capite, tanquã doloſos, poſſit in litem iurari, dubitandum non eſt, per ea quæ infra mox dicam.

18 Quinto generale eſt in omnibus adminiſtratoribus, quod in redditione computorum tenẽtur exhibere omnes libros adminiſtrationis. *l. cũ ſeruus. ff. de conditio. & demonſtratio. l. ſtatu liberi. §. fina. ff. de ſtatu lib.* Ruyn. *conſil. 137. numero 7, libro primo.* Pariſ. *conſilio 84. numero 22. & conſil. 84. numero 18. libro primo.* Et non exhibendo, pręſumuntur eos occultare; & tanquam dolo id faciant, iuratur contra eos in litem. Stracca. *de*

 merca-

mercatu.par.2.numero 68. Plot. *de in lit. iuran.* §. 48.*numero* 14.*verſicul.ergo ſi illam non edant*. Sed ſic eſt, quod Bonamicus vltra exhibitos libros plures alios confecit libros,concernentes negocium ſalariæ, & illos iudicialiter requiſitus ad exhibendum recuſat, ergo contra ipſum, tanquam doloſum, defertur iuramentum in litem, per præallegata.

19 Sexto & vltimo ſuccedũt partitæ d.Petri Valentini,& Populi Romani, à quibus recepit Bonamicus notabilem pecuniarum quantitatem, & tamen eam in ſuis libris non deſcripſit:Quod ſi nil aliud cõtra ipſum vrgeret, de ſe ſolum hoc ſufficiens eſt, ad inducendum iudicem, vt mercatorem hunc,tãquam doloſum, & punibilẽ indicet, parti iuramentum in litem deferat, libroſq; non fideliter tentos, pronunciet; dubiũ enim in iure non eſt, quod ſi mercator ad vnguem, & de die in diem non deſcribat in ſuis libris omnia recepta,in quibus eſt debitor, ſicut data, in quibus eſt creditor,dolus eſt, & contra eum iuratur in litem,vt ſupra latè dixi, in tertia prætenſione contra Bonamicum,*verſic.quibus ſtantibus*.Et ſi, vt ex aduerſo D.ſcribens dicit, ſufficeret mercatori, poſtquã detectus eſt eius dolus in non ſcribendo omnia recepta,dicere,ego ſũ paratus hodie recepta deſcribere, & de illis reddere rationem; vtique nunquam daretur caſus,in quo iuramentum in litem eſſet deferendum contra doloſos mercatores, omittentes in ſuis libris data, & recepta fideliter deſcribere, quia ſemper ipſi ſic dicerent,dolo detecto.

20 Veritas igitur eſt, quod cum iſti Bonamicus, & Villanus tam in negocio ſalis,quàm in negotio d. Valentini, non tenuerint libros fideliter, & mercantili more, pecuniaſq; ſociorum, in eiſdem libris non deſcriptas, & in proprios vſus vſque in præſentem diem conuerſas, pœnes ſe pariter retinuerint, ac retineant; non ſolum debeat contra eos in litem iurari, & dictis libris omnis tolli fides,per prꝺallegata, quæ nullam in iure recipiũt dubitationem,verum etiam,& furti pœna plecti debent; Vbicunque enim ſocius partem ſocij ſcienter, & doloſè occupat, furti reus eſt.*l.res communis.& l.merito.ff.pro ſocio.l.ſi ſocius.ff.de furt.* etiam quod res habuerit originem a contractu.Alex.*conſi.*103.*num.*6.*verſi.Et primo non obſtat.lib.*1.*& conſi.*127.*nu.*13.*verſi. nam licet res communis.lib.*4.Boſſ.*in tit.de decret. medsola.vt non proced.crimin. quando res habent originem a contractu.nu.*12.*verſi.& prædicta procedunt,& verſic. exemplum poteſt poni.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ARGVMENTVM.

Defenditur nobilis mulier Romana, quæ propter iudicum ſuggeſtiones, & malum procedendi modum: fuit falsò ab eius famulo imputata, quod veneno ſuum virum necauerit,multaque propterea de quibus in ſummario ſtrictè,ſed magiſtraliter,& ſecundum veritatem reſoluuntur per duos iſtos tunc temporis eminentiſſimos iuris peritos, & conſulentes, Quorum vnus Sylueſter vitę integritate & doctrina pręclarus, meruit filium habere S. D. N. Clementem Octauum. Alter vero Ioannes Sylueſtri Filius,& eiuſdem S.D.N.Frater, propter eius exemplarem bonitatẽ, benignitatem, aliaque innumerabilia merita: meritò etiam ad Cardinalatus apicem aſſumptus fuerat.

SVMMARIVM.

*Confeſsio extorta, non præcedentibus legitimis indicijs, nulla eſt,confitentique non præiudicat, nec alteri. num.*1.*& in addit.litera* a,*& litera* b,*vbi de materia.*

Confeſsio extorta non legitimis præcedentibus indicijs, confitenti non nocet, quamuis fueris perſeuerata. numero 2. *verſic.& procedit etiam, & in additione litera* c, *vbi de materia.*

*Confeſsio per torturam extorta, non legitimis præcedentibus indicijs, minimè conualidatur ex nouis indicijs ſuperuenientibus.nu.*2.*verſ.quod amplius verum eſt,& in addit. litera* d,*vbi de materia.*

*Delinquens non poteſt puniri a iudice, cui ſuppoſitus non ſit, aut ratione delicti,aut ratione originis, aut ratione domicilij.nu.*3.*& in addit.litera* e,*vbi de materia.*

Tortura dari non poteſt, vbi non conſtat de corpore delicti. numero 4.

Defenſiones ſunt danda & offerendæ reo ruſtico, & ignaro.nu. 5.*& in addit.litera* f,*vbi de materia.*

*Fuga non facit indicium,quando allegatur aliqua iuſta cauſa timoris.nu.*6.*& in addit.litera* g,*vbi de materia.*

*Fuga de ſe dicitur leue indicium.num.*6.*verſ.vltra quod, & in addit.litera* h,*vbi de materia.*

*Reus,qui per torturam cogitur fateri de ſe,veriſimile etiam eſt quod complices reuelaſſet,ſi illos habuiſſet; ideo rei excuſatio facta in tortura,valde excuſat o prodeſt, nu.*7.

*Socij criminis inculpatio, quæ in aliqua parte reperitur falſa, in totum præſumitur falſa.nu.*8.

*Confeſsio non verificata, confitenti non nocet.nu.*9.*&* 12.

*Confeſsio varia & incerta confitenti non nocet, nu.*10.*& in addit.litera* i,*vbi de materia,& num.*15.

*Confeſsio metu & per tormentum extorta,& reuocata per confitentem, quàm primum habuit libertatem illam reuocandi coram alio iudice,confitenti non nocet, nu.*11.*& in addit.litera* l,*vbi de materia.*

*Confeſsio reuocata præſumitur vera,& quando pro reuocatione militant indicia, & ſic confeſsionis error indicijs probatur,nu.*12.*& in addit.litera* m,*vbi de materia.*

*Tortura non poteſt repeti,niſi noua ſuperueniant indicia, & illa quidem diuerſa a primis,& vrgentia.num.*12. *ante finem.& ibi in addit.litera* n,*vbi de materia.*

Con-

Confeſsio extorta per repetitionem torturæ in caſu, in quo repeti non debebat, non nocet confitenti. nu. 12. ad finem.

Vxor non poteſt contra virum examinari, ne dum torqueri, nu. 13. & in addit. litera o. vbi de materia.

Teſtis dictum in tortura præualet dicto extra torturam. nu. 14. & in addit. littera p. vbi de materia.

Teſtis dictum primum ſine tortura potius attenditur, quam ſecundum cum tortura, quãdo teſtis poſt primum dictum loquutus fuit cum parte. nu. 14.

Teſti vario non creditur, etiam cum tortura. numero 14. in fine.

Tortura quinquies repetita dicitur iniuſta, cum ad plus non poterat repeti, niſi tertia vice. num. 17. & in addit. littera q, vbi de materia.

Proteſtationes Rei dicentis ſe propter tormenta mendacia dicere, maximè attendendæ. nu. 17. in fine.

Confeſsio mandatarij contra mandantem non facit indicium, niſi ad inſtitutionem. nu. 18. & in additionibus littera r, vbi de materia.

Confeſsio mandatarij patientis plures defectus, non facit indicium contra mandantem, nec etiam ad inquirendum, nu. 18. & in addit. littera s.

Confeſsio etiam emanata in tortura, debet eſſe probabilis, poſsibilis, & veriſimilis; alias non eſt attendenda. numero 18. in fine, & in additione littera t. vbi de materia.

Teſtis dictum magis veriſimile, etiam ſine tortura, magis attendendum, quàm dictum in tortura magis veriſimile. num. 19.

Cauſa delicti ceſſante, ceſſat præſumptio delicti, poſt nu. 19. & in addit. litera u.

Delictum non præſumitur aduerſus perſonam non maleuolam. numero 19. in fine, & ibi in additione littera x. vbi de materia.

Adulterium non probatur ex actibus remotis, fama, aut alijs adminiculis non concurrentibus. nu. 20.

Mulier in criminalibus de iure Canonico non eſt integer teſtis, præſertim ſi fuerit inhoneſta, & infamis: nu. 20. ante finem.

Teſtis odio habens illum, contra quem deponit, non probat, nu. 20. in fine, & in addit. litera y.

Tortura facit, vt in ea perſiſtens, puram veritatem dixiſſe dicatur, numero 21. & in additione littera z. vbi de materia.

Mandatarij dictum non facit indicium, quando non eſt vniforme, ſed varium, maximè ſi varietas conſiſtit circa promiſsionem pecuniarum. nu. 22.

Teſtis examinatus a fiſco probat contra fiſcum, numero vigeſimotertio.

Teſtis domeſticus probat facta in domo, numero vigeſimotertio in fine.

Fama bona tollit indicium oriens ex depoſitione aſſerti mandatarij. nu. 24.

Veneni indicium excluditur, ſi is, qui de veneno inculpatur, vocauit medicum, vt infirmum viſitet. numero vigeſimo quinto.

Fuga ſicut facit indicium contra fugientem: ita non fugere, eſt maximum innocentiæ ſignum. nu. 26.

Indicia innocentiæ tollunt indicia culpæ. nu. 28.

Veneni corpus non dicitur conſtare, quando Medici præcisè non affirmant quem mortuum eſſe ex propinato veneno, & quid ſi prætendatur quem fuiſſe mortuum ex aliquo particulari veneni genere, vt puta ſolimato. num. 30.

Teſtis in tortura varians debet torqueri ad videndum, in quo dicto perſiſtat. nu. 31.

CONSILIVM XIX.

Reſponſum Syluestri, & Ioannis Aldobrandini.

1 ADSIT DEVS. Omne fundamentum proceſſus fabricati cõtra nobilem D. Tarquiniam de Vellis conſtitit in depoſitione, & confeſsione Andreæ carcerati & prætenſi mandatarij; ideo hac confeſsione ſublata, conſequitur, quod ad inquiſitionem, & ad carcerationem cõtra eandem D. T. & ad toties repetitas examinationes, deuẽtũ ſit ſine vllis penitus indicijs, atq; per conſequens nulliter pariter, ac iniuſtè. Iſta autem confeſsio, & depoſitio Andreę primò tollitur è medio, quia nulla, & inualida, & per vim tormenti, ac tormenti immoderati extorta, non præcedẽtibus indicijs: deinde nullitate ſepoſita, tollitur, & nõ eſt attendenda, ex omnibus infra ſcriptis. Primo, quia ex multis redditur aliena ab oĩ prorſus veriſimilitudine. Secundo, quia varia in pluribus. Tertio, quia Andreas in ea non perſeuerauit vnquam; & ideo nec ratificata eſt, nec in confrontatione ſubſtenta. Quarto, quia impoſsibilis, & falſa conuincitur ex ipſo proceſſu. Vltimo, quia D. T. ſunt plura innocẽtiæ indicia, & de corpore delicti adhuc hodie nõ cõſtat.

2 Redeundo ad primum caput nullitatis, dicimus, quod indubitati iuris eſt, cõfeſsionem per
tormẽtum extortam, non præcedentibus legiti-
a mis [a] indicijs, nullam eſſe, glo. communiter ap-
probata *in l. pe. ff. de quæſt.* vbi Bat. Ang. Imol. &
Paul. de Caſtr. *in l. qui aliena. §. Celſus. ff. de acq.*
hered. Salyc. *in l. 2. col. fin. C. de cuſtod. reo.* Alexan.
conſil. 5. col. 1. in princ. lib. 1. conſil. 63. colum. 1. eod. l.
1. Iaſ. *conſil.* 188. *colum.* 1. *lib.* 2. Gramma. *conſil.* 21.
nu. 18. *conſ.* 37. *num.* 6. vbi quod talis confeſſio eſt
ipſo iure nulla, nec præiudicat confitenti, nec e-
b tiam alteri, [b] contra quem deponit, vt probatur
in d. l. penul. Bal. *l. fi. C. de accuſat.* Dec. *conſ.* 189. *col.*
penultim.

Et procedit, etiam ſi in ea confeſſione perſeue-
c raſſet [c] reus. Alex. *d. conſ. 5. col. 1. nu. 1. lib. 1.* Gram.
d. conſ. 37. ſub nu. 7. & 8. vbi quod hoc verum eſt,
etiã ſi ex interuallo ratificata foret. Paul. de Ca-
ſtr. *in conſ.* 273. *lib. 1. nu.* 4. & quod amplius verum
d eſt, etiã ſi poſtea indicia ſuperueniant [d], quia nõ
validant talem confeſſionem. Bar. *l. maritus. col. 5.*
verſ. item ſoluit gl. & ibi Alex. *in apoſtill. ff. de quæſt.*
Bal. *l. fin. ſub nu. 3. C. de accuſ.* Ang. *in tract. malefic.*
in verbo, quod fama publica. nu. 101. Roman. *conſil.*
167. *nu.* 5. & 6. Grammat. *dict. conſ. 37. nu. 7.* & ibi
ſubdit Grammat. *num.* 10. quòd huiuſmodi con-
feſſio ita extorta, facit præſumi violentiam contra iudicem, & in confeſſione, & proceſſu habito poſt illicitam repetitionem torturæ, quæ pariter eſt nulla, vt per Marſil. *in ſua practic. §. quoniam. num.* 42.

3 Antea verò, quàm oſtendamus, ad torturam deuentum fuiſſe à principio ſine indicijs, prius aduertendum duximus, quòd Iudex Viterbij, qui primus inchoauit iſtum proceſſum, & ad tor

turam deuenit contra Andream, nullam habe-
bat iuriſdictionem, & ſine iuriſdictione proceſ-
ſit; nam ex quo, nec ratione delicti, nec ratione
e originis, aut domicilij [e] Andreas non ſortieba-
tur forum in ſua iuriſdictione, nō poterat, quā-
uis ibi inuentum, & captum, examinare, nec tor-
quere, nec de tali crimine cognoſcere, ita eſt cō-
munis opinio omnium poſt gl. *in l. 1. C. vbi de cri-
mi. agi opor.* vbi Bar. in fine. Ang. *in cōſ.* 28. Gram.
deciſ. 26. ſub nu. 9. verſ. ex quo licet crimino ſus.
4 Sed omiſſo articulo iuriſdictionis, dicimus, q
penitus de facto proceſſit; in primis enim ipſi nō
cōſtabat de corpore delicti, nec verè, nec præſū-
ptiuè, nec aliquo modo, prout nec hodie cōſtat,
vt infra demonſtrabimus. Vnde nō poterat pro
cedere ſaltem ad torturam. *l. 1. §. illud autem. ad
Sylla.* Aretin. *in tract. malef. in verb. fama publica.
verſi. 12. tamen iudex.* Marſil. *in ſua pract. in princ.
nu. 5.* idem Marſi. *l. 1. de quaſt. col. 3. & conſ. 40. li. 1.*
5 Præterea ad torturam proceſſit eodem inſtan
ti, non datis, nec oblatis Reo defenſionibus hu-
f iuſmodi ruſtico, & ignaro, [f] & per conſequens
male, & iniuſte, vt latiſſime per Marſil. *in ſua pra-
ctica. §. nunc videndum. num. 3. cum ſeq. eſt tex. in l.
vnius. §. cognitorum. ff. de quæſtio.*
6 Quod autem Andreas ſine indicijs fuerit tor
tus per D. Iudicem, ſatis ex ipſo proceſſu con-
ſtat, cum ante torturam nihil reperiatur, niſi
vnicum eius conſtitutum, ex quo conſtituto
nullum indicium colligi poteſt contra ipſum,
niſi ſolus diſceſſus ex Vrbe; de quo diſceſſu cū
per ipſius duntaxat confeſsionem conſtaret, &
ipſemet, quare diſceſsiſſet, cauſam allegaſſet, v-
tique non poterat ex eo colligi aliquod indiciū,
& maximè ad torturam ſufficiens, cum etiam
ſimplex, & vera fuga tale indicium non faciat,
g quando aliqua alia iuſta cauſa timoris [g] allega-
tur. Marſil. *conſilio 49. numero 37.* Ioan. de Ami.
*conſilio 85. ſub numero quinto, cum ſequen. & in
conſilio 7. ſub numero* 15. vbi in propoſito noſtro
vult, quod timor partis, quæ ſe offenſam præten
dit, excuſat fugam. Vltra quod etiam quando
fuga nullam habet excuſationē, quæ appareat,
h tamen dicitur eſſe leue indicium. [h] Bal. *l. non hoc.
C. vnde leg.* referr, & ſequitur Ioann. de Amic.
conſilio ſeptimo, numero 22. Vnde poſtquam
Andreas fuerat ſemel, & bis eleuatus in tortura,
& longo ſpacio ſubſtinuerat tormentum, quo
præſertim valde afficitur, & mirum in modum
terretur, vt ex proceſſu conſtat, vtique purgaue-
rat huiuſmodi leue indicium ſatis, ſuperq;; adeo
quod cum iterum, & tertio eleuatus fuerit, &
amplius fuerit immediatè tortus, confeſsio de-
inde ſequuta, & per immoderata tormenta ex-
torta, præſertim varia, & reuocata, adde, & inue-
riſimilis, vt infra dicetur, nullius eſt momenti, &
non attenditur.
Quod vero d. confeſsio fuerit extorta per er-
7 rorem, ac vim, & dolorem tormenti, præſertim
immodici, & non quia ſic veritas eſſet, demon-
ſtratur ex multis apertiſsimè. Primo, quia poſt
ſecundam eleuationem depoſitus iam confeſſus
fuerat in ſui perniciem, & damnationem, quòd
cōſcius fuit, quod Io. Baptiſta volebat ſe ipſum
venenare cum dicto ſolimato, & quod vidit ip-
ſum manducare ſolimatū, vt in prima parte pro-
ceſſus, folio 158. 159. & tamen cōtra D. Tarqui-
niam vel alios nihil dicit; & tamen ſi ipſa culpa-
bilis fuiſſet, vtique eadem vis tormenti, quę coe-
git eum ad confitendum in ſui damnationē, pa-
riter coegiſſet, & multo magis ad propalandum
de illa; eſt enim inueriſimile, quòd mandatarius
de ſe fateatur potius quàm de mandante. *l. fin. C.
de accuſa.* Gram. *vot. 3. verſ. accedit.*
8 Secundo inculpat etiam D. Gregoriam ma-
trem D. T. & tamen de ea compertum eſt Curię,
quod falsò fuit inculpata. Vnde colligitur, qđ
patitur, & de ſe, & de D. Tarquinia falſum cōfeſ-
ſus fuit & metu, ac violētia tormenti. ita expreſ-
sè notat *in l. 1. §. fi. ff. de quæſt. ibi, quaſiturus de con
ſcijs, quos æquè habere ſe commentus fuerat, vt ad
certiorem ipſius de ſe confeſsionē perueniret. Nec fru
ſtra, &c.* & idem expreſsit Iuriſconſultus *in d. l. 1.
§. quæſtioni. ibi, & ita fit, vt etiam vario modo fatean
tur, & non tantum ſe, verum etiam alios crimìnent.*
9 Tertio in eadem confeſsione ad interrogatio-
nem reſpondet, quod fuerunt ſibi dati quadra-
ginta aurei a Domina Tarquinia, & D. Grego-
ria, & quidam anulus, & quod illas pecunias de-
derat cuidam Ioanni Petro Piſtori, & tamen
etiam hæc pars illius confeſsionis non verifica-
tur; immo falſa reperitur, ex quo luce clarius cō-
ſtat, totam confeſsionem fuiſſe falſam, & ipſum
contra ſe, & Dominam Tarquiniam, & Domi-
nam Gregoriam confeſſum eſſe, præ dolorē tor-
menti, quaſi cito perire feſtinans, vt propriè di-
cit Paul. de Caſt. *in conſ. 272. nu. 7. in fi. lib.* 1. & fa-
cit tex. *in d. §. fin. l. 1. de quæſtion.* Confeſsio enim
debet eſſe verificata, vt noceat, & vbi non veri-
ficatur, imò falſa reperitur, non attenditur, præ-
ſertim concurrentibus alijs, ut infra dicetur.
10 Quarto ex eo quod dicta confeſsio eſt uaria,
i & incerta [i], & per ſuggeſtionē interrogantis ex-
preſſa, vt ex lectura examinis illius patet, colligi-
tur, quod propter tormenti impatientiam, ita
confeſsus fuit. *d. l. 1. §. quæſtioni.* Paul. de Caſtr. *d.
conſi. 273. nu. 7.*
11 Quinto idem colligitur ex eo, q ubi primum
fuit liberatus è manibus illius Iudicis, & ductus
ad Carceres Vrbis, cum primum habuit liberta-
tem ſe excuſandi, reuocat in carcere illam cōfeſ-
ſionem, & conqueritur cum duobus, qui in eo-
dem erant carcere, quod coactus fuerat inculpa-
re ob vim tormenti duas nobiles mulieres con-
tra ueritatem, ut patet in prima parte proceſſus
fol. 96. & 97. ita in terminis concludit Bal. *in con-
ſil. 364. ſub num. 4. lib. 3.* ubi uult, quod confeſsio
per tormētum extorta, ſi ubi primū reus habuit
libertatem ſe excuſandi confeſsionem illam re-
uocat, prima confeſsio non ualet. Et etiam iudi-
cialiter, quādo a princ. examinatur hic in Vrbe,
ubi ipſe credere potuit ceſſare cauſam ſui timo-
l ris [l], reuocat illam inculpationem D. Tarquiniæ,
& totam illam depoſitionem, ut in dicta prima
par. proceſſus, folio 47. & in ſecundo conſtituto
fol. 81. & 91. ubi amplius ſubdit, quòd ſi iudex
Viterbij

Digitized by Google

Viterbij aliquanto plus ipſum eleuatum tenuiſſet, erat dicturus, quòd venenauerat Ioan. Baptiſtam de mandato Domini Alexandri fratris Ioann. Baptiſtæ, quæ verba multum ſunt notanda, quia ſunt verba, quæ de intimo cordis veniunt.

12 Stantibus autem hiſce reuocationibus illius confeſſionis per tormentum extortæ, quæ non verificata, immo falſa reperta erat, vt dictum eſt, etiam ſi ad torturam iuſtè fuiſſet proceſſum, nihilominus erat ſtandum huic reuocationi, quia

m pro reuocatione militabāt multa indicia, [m] & ſatis erat, quod cōfeſſio non fuerat verificata, immo falſa reperta, vt voluit in terminis Bald. *in l. 2. C. de cuſtod. reor. in verſ. quandoq; in confeſſione, nu. 4. iuncto tex. in d. l. 1. §. fin. quem allegat*, & eum ſequitur, & refert poſt Brun. Marſil. *in pract. in §. quoniam. ſub num. 3. verſ. ſed idem Bal. in l. 2.* Militabant enim pro dicta reuocatione alia indicia, tam, quæ ſupra adducta ſunt, ad demonſtrandum, quòd confeſſio fuerat per vim tormenti extorta, & nō quia ſic veritas eſſet, quàm etiam alia, veluti quod Andreas, ne nummum quidem habebat, quod non ſolet euenire his, qui pecunia mediante, de alterius mandato hominem interficiunt. Item etiam quod per primas depoſitiones Angelicæ eius vxoris, tam in tortura quā extra torturam, fuerat repertum, quod Andreas eidem communicauerat mandatum habitum a Ioanne Baptiſta de emendo ſolimato, & quod habuerant ſimul tam ante, quam poſtea, colloquia ſuper hoc, quæ colloquia penitus excludebant culpam, & ſuſpicionem D. Tarquiniæ. Nec non militabant aliæ veriſimilitudines, & coniecturæ, de quibus infra, & latius in informatione facti; erat ergo ſtandum hiſce reuocationibus per prædicta; & cum nulla alia exrarent indicia contra Dominam Tarquiniam, nec alia ſuperueniſſent contra Andream, non erat contra Dominam Tarquiniam, & Dominam Gregoriam procedendum ad inquiſitionem, & carcerationem. Nec contra Andream ad alia conſtituta, & repetitiones, ac tormenta, quæ ſine nouis indicijs, quæ ſunt vrgentiora primis, & ab eis diuerſa, repeti [n] non poſſunt. Bar. *l. vnius. in principio. ff. de quæſt.* Marſil. *in ſua pract. §. quoniam. nu. 9.*

n

Vnde ſequitur, quod confeſſiones per repetitionem torturæ illegitimè extortæ in caſu, in quo non poterat repeti, ſunt nullæ, vna cum omnibus inde ſecutis. Marſil. *d. §. quoniam. num. 42.* vbi late de hoc: ſublata enim dicta confeſſione Andreæ, nihil aliud apparebat, niſi vltima depoſitio Angelicæ poſt eius torturam, folio 24. & 27. quę depoſitio nullatenus erat attendenda ex infraſcriptis.

13 Et primo, quia depoſitio vxoris contra [o] virum ſiue in tortura, ſiue extra torturam, non valet, ex quo examinari non poterat. *l. lege Iulia. ff. de teſtibus. l. 2. C. eodem titulo.* Bald. *l. fin. C. de accuſat.* Marſil. *l. 1. §. Diuus Antonin. in princip. ff. de quæſtion.*

o

14 Secundo, quia cum iam fuiſſet, & ſine tortura, & cum tortura, licet inde indebitè, examinata, & nihil contra virum depoſuiſſet, imò in omnibus ſe conformaſſet cum prima depoſitione Andreæ, ex qua etiam colligebatur illius veriſimilitudo, ſtandum erat primo dicto, præſertim in tortura cōprobato, & veriſimili. Nam regulariter pręualet in teſte dictum in tortura [p] Cepo. *conſi. 60. nu. 12. cum ſeqq. in crimin.* Et præſertim, cum ſicut ex proceſſu apparet, tempore vltimæ depoſitionis, ipſa fuerat loquuta cum dicto Alexandro quærelatore, qui præſens erat; quo caſu ſine dubio ſtandum erat primæ depoſitioni, vt dicit Ang. *in l. fi. nu. 2. in princ. & ſub num. 3. in fi. C. de quæſtion.* & alias non erat ſtādum, nec primæ, nec ſecundæ depoſitioni, vt ibi dicit Ang. & eſt communis opinio, quod teſti vario nō creditur, etiam cum tortura. Aym. *conſi. 6. nu. 48.* Dec. *conſ. 189. nu. 11.* Quanto ergo magis ſine tortura.

p

15 Et eò magis, cum illa depoſitio vltima eſſet varia, & dubitatiua, atque incerta, & plena titubatione, cui ideirco minus ſtandum erit. *l. qui falſa, vel varia. de teſtib. l. teſtium. §. 1. eodem tit.* qui inimo ipſamet notario aſſerit, ꝙ eſt falſa, & qđ ita deponit timore repetitionis torturæ. folio 27. Accedente etiā quod falſitas dictæ depoſitionis colligitur ex eo, quod ipſemet Andreas eodē tēpore, quo negat dixiſſe vxori, quod venenū in ferculo Ioanni Baptiſtę propinaſſet, ad interrogatum reſpondet, *ſe lei lo dirà io dirò che ſia vero*, ex quibus verbis colligitur cōfidentia maxima, quam Andreas habebat in ipſa veritate.

16 Nec obſtat, quòd in tertio conſtituto extra torturā videatur Andreas de plano fateri, quòd venenauerit Ioann. Baptiſtam de mandato D. Tarquinię, quoniam eſt aduertendum, quòd in eo loco Andreas intendit narrare examen, & confeſſionem factam Viterbij, vi tormentorum, cōtra D. Tarquiniam, non autem intendit tunc idem fateri; & quia iudices aliter accipere uidebantur hanc eius narrationem, ideo ipſe folio 27. apertè proteſtatur, dicendo; *Queſto è dell'eſſamine che io feci a Viterbo*; quod examen Viterbij ipſe prius reprobauerat, & reuocauerat in primo, & ſecundo conſtituto, fol. 47. & fol. 81. & fol. 85. & 91. in prima parte proceſſus.

17 Ex ſupradictis remanent duæ conclusiones firmæ; prima, quod a principio Andreas fuit indebitè, & ſine indicijs tortus; & ideo quod omnes eius cōfeſſiones, & omnia inde ſequuta, nulla ſunt. Secunda concluſio, quod dato etiam, quod a principio fuiſſet aliquo colore quæſtionatus, tamen attentis reuocationibus eiuſdem confeſſionis, pro quibus reuocationibus militabant indicia, & præſertim quod confeſſio non fuerat verificata, immo falſa inuenta, erat ſtandum his reuocationibus; nec poterat ſine nouis indicijs diuerſis a primis procedi ad tot repetitiones conſtitutorum, & tormentorum cōtra Andream: ad quæ tamen cum deuentum fuerit de facto, ſequitur, quod confeſſiones poſtea extortæ, & omnia ſequuta, nulla ſunt, ut per Marſil. *in practic. dicto §. quoniam, numero quadrageſimo ſecundo*; & ideo ex hac tam immodica, & indebita tortura, quinquies

Digitized by Google

q repetita,[q] quæ de iure nõ poterat, niſi tertio repeti, ex nouis indicijs oriuntur querelæ ipſius Andreæ, qui vbique proteſtatur, quòd violentia tormentorum cogitur mendacia deponere, & inculpare D. Tarquiniam, prout in ſpecie clamat, & proteſtatur. fol. 205.207.219.227. in 2. par. proceſſus.

18 Sed multò minus deueniri poterat ad detentionem, & carcerationem D. T. ex poſitione aſſerti mandatarij, quæ tot defectus patiebatur in uerisimilitudinis, uarietatis, falſitatis, reuocationis, & tormenti, indebitè, & ſaltem immodicè adhibiti: nam regulariter confeſſio mandata-

r tij[r] non facit indiciũ, niſi ad inſtructionem. Bal. *conſ. 97. lib. 5.* & Marſil. *in ſua practica. §. diligenter. nu. 60. cum ſequentib.* & per Grammat. *latè in ſua deciſione 28. numero 9. cum ſequentib.* idem Marſil. *in l. 1. §. Diuus Antoninus. colũna tertia. ff. de quaſt.* & dicit Grammat. *in conſ. 38. nu. 20. in crim.* quod non valet etiam ad formandam inquiſitionem;

ſ ſed ſi talis cõfeſſio patitur tot, & tales defectus,[ſ] vtique nec ad inſtructionem poſſunt fidem facere, per ea, quę ſupra allegata fuerunt in principio, & trad. in terminis Grammat. *in conſ. 44. nu. 9. verſi. & potiſſimum, cum ſequentib.* Et videmus alia quod depoſitio teſtium, etiam plenè probatium, ſi eſt inuerisimilis, non attenditur. Felyn. *in c. auditis. col. 13. de præſcript.* & propria confeſſio inuerisimilis non nocet. Dec. *l. cum te. la ſecunda, col. 2. C. de tranſact.* Aym. *conſ. 134. nu. 36.* cum ſequentib. & ideo dicit Marſil. *in l. 1. in princi. nu. 31. de quaſtio.* quod iudex aduertere debet, quòd confeſsio in tortura ſit probabilis, poſſibilis, &

t verisimilis;[t] alias ſi non eſt uerisimilis, non attẽditur, ibi *nu. 35. verſic. l. quoad tertiam,* & de depoſitione varia, quæ attendenda non ſit, in his terminis habetur per Aymon. *in conſilio ſexto, numero 27.* Et hæc ſatis quoad primum caput, quod propoſuimus de nullitate confeſſionis Andreæ, & totius proceſſus.

19 Modo deſcendendo ad aliud caput principale, id eſt, ad demonſtrãdum, quod eius depoſitio contra Dominam Tarquiniam, etiam ſepoſita nullitate, nõ debeat attendi, nec pariat aliquod præiudiciũ, in primis dicimus, quod dicta depoſitio eſt ab omni verisimilitudine aliena, ideoque non attendenda; debet enim cõfeſſio vel depoſitio teſtis eſſe verisimilis, præſertim in criminalibus, vt proximè dictum fuit, & probabilis alias non attenditur; immo verisimilitudo ipſa eſt tantæ potentiæ, quod licet alias ſtetur dicto teſtis cum tortura, tamen ſi alterum extra torturam eſſet verisimilius, huic ſtaretur. Aymon. *in conſilio ſexto, numero 49.* Cæpol. *dict. conſilio 60. numero 12. & 14.* & valde notandum eſt quod inquit Bald. *in l. non hoc. ff. unde legi.* vbi vult quod de ſubſtantia iudicij ſit, quod ab eo abeſſe quidẽ poſſit ueritas, ſed nõ verisimilitudo; ſunt autem huius depoſitionis inuerisimilitudines propè infinitę, de quibus plenè in informatione facti. Et inter quas ea potiſsimum attendenda, quæ cauſatur a defectu cauſę generalis; nulla enim in proceſſu apparet, nec apparere in æternum poteſt

u cauſa,[u] nec ſufficiens, nec inſufficiens, ob quam Domina Tarquinia animum vnquàm habuerit ad venerandum virum ſuum; ſine cauſa verò dolus, & delictum non committitur. Corn. *conſilio 217. column. fina. li. 4.* Aymon. *conſilio ſexto, numero 22. & conſilio 75. nu. 13.* Quinimo conſtat totum oppoſitum ex teſtamento Domini Ioannis Bapriſtæ, per eum publicato in vltimo eius vitæ ſpiritu, & ex ampliſsimis legatis, & verbis amantiſsimis prolatis per eum erga Dominam Tarquiniam, de qua ſemper fecit honorificam, & amantiſsimam mentionem. Cum ergo ceſſaret omnis cauſa odij erga maritum, quia maritus eam vnicè diligebat, ſequitur, quod aduer-

x ſus perſonam non maleuolam[x] nihil præſumendum ſit, & quod in ea ceſſet omnis doli, & delicti ſuſpicio, vt per Aym. *dict. conſi. 6. & 75. nu. 22. & 13.* & per Corn. *conſi. 63. colum. 3. circa fin. lib. 3.* immo ſi homicidium in amicum committatur, præſumitur ex caſu.

20 Nec obſtat, quòd iudices neſcio quàm circũſpectè tentauerint pro cauſa delicti deducere, & probare adulterium Dominæ Tarquiniæ, quia adhoc in primis reſpondetur, quod non ſatis erat, hoc probare, niſi etiam probarũ eſſet, quod Ioan. Baptiſta hoc ſciebat, quod ex teſtamento falſum eſſe conuincitur, vel ſaltem, quod ipſa de hoc timeret. de quo timore nihil apparet, nec apparere poteſt; quia cognita dilectione mariti, quæ ex teſtamento colligitur continuata vſque ad vltimum ſpiritum vitæ, impoſsibile eſt, quod vxor poſſet habere de eo aliquam cauſam timotis, qui eſt contrarius effectus dilectionis, ptout etiam tàm mutua dilectio vxoris erga maritum, quã omnis timoris ceſſatio, cognoſcitur ex eo, quod Laura, & Camilla deponunt in ſecunda par. proceſſus, fol. 67. quod Domina Tarquinia deſiderabat ſuſcipere filios ex marito; quod vtique eſt dilectionis, & magni amoris ſignum, nõ odij, aut timoris; ex quibus omnibus dicimus, ꝙ de huiuſmodi confićto adulterio nihil conſtat in proceſſu. Nam de concluſione & conſenſu Dominæ Tarquiniæ non deponit, niſi ſola Antonina, quæ eſt meretrix, & infamis, & non deponit nec de viſu, nec de actibus proximis, ſed de quibuſdam remotis, ex quibus adulterium probari non poteſt, præſertim non concurrente fama, & alijs adminiculis. *c. præterea,* & ibi Abb. *numero quarto,* & Felyn. *numero tertio, de teſtibus,* Bald. in fortioribus terminis *in conſilio 445. libro ſecundo,* præſertim cum de iure Canonico mulier in criminalibus non ſit integer teſtis. *cap. forus. de verbor. ſignification.* maximè, quando non eſt vitæ honeſtæ, ſed infamis. Alexand. *in conſilio 11. columna ſecunda, numero ſexto, libro primo.* Cæpol. *cauſ. crimin. conſilio 32. gloſſ. in verb. palam, in l. 3. §. lex Iulia. ff. de teſtibus.* Innocent. *in capitul. cum p. de accuſatio. not. in capitul. tanta. in fin. cum gloſſ. de ſymon.* Et cum ex eius de-

y poſitione appareat, quod odio[y] habebat d. Stephanum de Bellis, & alios de eius domo, non poteſt ei fides adhiberi contra Dominam Tarquiniam; & in hac cauſa, quæ redundat in infa-

in infamiam eius, & D. Stephani ac aliorum de domo Alex.*conſi.99.lib.1.*Aym.*conſi.99.nu.3.*

21 Præterea cum Camilla in tortura ſuſtinuerit in hoc negatiuam, & eam iudices reputauerunt veriſimiliter conſciam adulterij, ſi commiſſum eſſet, ſequitur, quòd ex hoc tollitur omnis cõie-
2 ctura, & ſuſpicio contraria.[2] facit quod in ſimili ponderat Aym.*in d.conſ.99.in fi.ver.ſed vltra inhabilitatẽ.* Et vlterius põderamus, qđ Laura fol. 93. in 2. p. proceſſus, deponit, quod odiũ intercedit inter Pantaſileam, Lauiniã, & D. Tarquiniã: inde infertur, quod illa domus nõ poterat reputari apta, neq; tuta, ad cõmittendũ adulteriũ, in qua domo omnes dictæ perſonæ morabantur.

22 Propoſuimus ſecũdo loco, quod dicta depoſitio Andreæ, & inculpatio D. Tarquiniæ erat varia in pluribus; & ideo nõ attendenda, tanquam non vera, ſed in tormento extorta, *d.l.prima.§. quæſtion. & l.qui falſa.de teſtib.* Aym.*d.conſi.6.nu.27.* variationes autem prædicti Andreæ plures eſſe, & illas quidem omnes ſubſtãtiales, ſatis clarè in eadem facti informatione deducitur; quas propterea hic repetere ſuperfluum putauimus; ſed inter eas, illa præcipuè conſiderabilis eſt, quę conſiſtit circa promiſſionem pecuniarum; nam in ſecundo conſtituto fol. 134. in 1. par. proceſſus, dicit, ſibi fuiſſe promiſſos centum aureos; & alias dixerat modò 40. modò quindecim, modò plus, modò minus; in hoc dicit, iſtas pecunias fuiſſe ſibi promiſſas, & nõ traditas: in primo, Viterbij; & alias dixerat quod receperat, & tradiderat cuidam Ioanni Petro Prætori, quæ variatio circa promiſſionem pecuniarum, maximè attenditur, ad demonſtrandum falſitatem depoſitionis, vt dicit Aym.*d.conſi.6.nu.27.*

23 Vltimo loco propoſuimus, quod dicta inculpatio Andreæ ex proceſſu conuincitur falſa, & impoſſibilis; & pro huius concluſionis demonſtratione accipimus eam inculpationem, quã iudices prætendũt bis ratificatam, in qua Andreas concludit, quod D. Tarquinia portauit ipſa de coquina in anticameram fercula, & quod ibi ſuper impoſuit ſolimatum. Hæc autem inculpatio reprobatur expreſsè ex depoſitione Lauræ in 1. part. proceſſ. fol. 201. 202. 205. 211. 212. 236. & 240. & Camillæ fol. 244. 246. & 248. In quibus locis iſtæ mulieres hæc omnia concludunt; primo, quòd Laura fecit omnes meneſtras cum D. Io. Baptiſta a principio, nec vnquam poſtea ſurrexit ab illa, prout etiam ipſa D. Tarquinia dicit in primo cõſtituto, fol. 295. & 12. fercula autem portata fuerunt in menſam, poſtquam antiprãdium, & carnes etiam commederant. Tertio concludunt, quod caſeus erat ſuper tabula in coquina. Quinto, quod per D. Andream non fuerint remiſſa, nec reuoluta fercula. Vltimo quod Domina Tarquinia mane illo poſt reditum Io. Baptiſtæ non fuit in coquina. Quibus ſtantibus, vera eſse non poteſt ſupradicta inculpatio Andreæ; & licet iſtæ ſint mulieres, tamen eorum dictum plene probant, tum, quia a fiſco examinatæ, Gram.*deciſ.34.nu.11.* Tum quia deponũt de facto in domo.*l.conſenſu.C.de repu.* Marſil.*conſil.102.nu.2.lib.2.* tum quia in fauorẽ rei deponũt, & contra ipſum fiſcum, ab eodẽ productę. Marſ.*conſi.51.nu.42.lib.1.* Tum quia habemus conſtitutionem Egidianam *lib.4.c.17.*

24 His omnibus addimus, quod & pro D. Tarquinia ſunt ſpecialia indicia innocentiæ; & in primis eius bona fama, de qua legitimè conſtabit, quæ apta eſt elidere indicia, ſi quæ eſsent cõtra eam, præſertim ex depoſitione aſserti mandatarij. Gram.*conſi.35.ſub nu.49. & in terminis noſtris conſi.91.nu.10.*

25 Secundum indicium eſt, quod ipſa miſit vocatum medicum, vt deponit Paulus, fol. 328. & ipſamet in primo eius conſtituto fol. 272. quod non feciſset, ſi culpabilis fuiſset; immo dubitaſſet, ne medicus cognoſceret infirmitatẽ veneni; vt exinde poſset oriri ſuſpicio contra eam; nam conſcius ſuæ culpæ, ſibi ſemper timet, & in ſimili facto in cauſa veneni colligit etiã Pau. de Caſtr. indicium innocentiæ vxoris *in conſil.199.ſub nu.7.verſi.Item purgatur ex eo.lib.11.* vbi loquitur in vxore, quæ vomitum conſeruauerat, vt illum Medico oſtenderet.

26 Indicium etiam eſt ex eo, quod Paulus deponit per fiſcum examinatus in 2. part. proceſsus, fol. 332. & 333. & fol. ſequẽ. vbi dicit, quòd poſtquam D. Tarquinia incępit intelligere, quod ortæ erant ſuſpiciones contra Andream, & quod Alexander iuerat Viterbium ad procurandum eius capturam, ipſa lætabatur, quod caperetur, & quod poſt capturam eius intellectam, lætata eſt, & quod dicebat, *Che li pareua mille anni uedere Andrea ſquartato.* Et tamẽ ſi culpabilis fuiſset, fugam arripuiſset, & præſertim poſtquam ſciuit, quod Andreas iam contra ſe ipſum fatebatur. de qua ſciẽtia deponit Paul. fol. 335. & 336. vſque ad 338. Eſt enim magnum innocentiæ ſignum capto prętenſo mandatario, & intellecto, quod iam contra ſe fatebatur, & nõ fugere cum poſset, argumento eorum, quæ tradit Marſil. *in §.diligenter, nu.204. in pract.*

27 Omiſimus, quod multò maiores, & grauiores coniecturæ ſunt, quòd vera ſit prima depoſitio Andreæ, videlicet, quod ſolimatum emerit de mandato Ioannis Baptiſtæ, tum ex teſt. illius, & verbis in eo cõtentis, denotantibus, quòd de propria morte propediem cogitabat, cum tamẽ eſset ſanus; tum ex prima Andreæ depoſitione, ſemper conſtanti, & nunquam varia, & multoties in tortura ſuſtentata per longum temporis ſpatium: tum ex verificationibus, & conformitatibus eiuſdem depoſitionis, ex dicto primo Angelicæ, & vtriuſque Hyppoliti, vt ſupra diximus, & in 15. inueriſimilitudine; tum ex eo, quod dum iacuit in lecto, & grauiter, vſque ad mortem ægrotauit, ſentiret ſe perire cum vomitu, ſudore frigido, ardore in gula, & magna virtutis proſtratione, cum paulò ante ſanus eſset, nihilque de veneno conqueſtus eſt, vt apparet ex proceſsu, præſertim fol. 115. & 86. & 224. in prima part. & deponit Paul. fol. 328. in ſecunda par. quod tantum conquærebatur de catarro; ex qua eius conſtantia & taciturnitate, & patiẽtia

Digitized by Google

colligitur, quod ſibi ipſi conſcius erat, quod iuſte patiebatur, quia ſic voluerat, vt in ſimili conſiderat Aym. *in cõſi.6.col.8.in priu.ſub nu.30.verſ. nono conſidero.& facit optimus text.in l.1.§.fi.ff.ad Sillan.*

28 Sed cum omnia ſupradicta concurrant indicia pro innocentia D. Tarquiniæ, ſequit, qđ ſi qua ẽt indicia cõtra eum militarent, quod perpetuo negamus, nihilominus illa ſublata eſſent per iſta, quæ in eius fauorem faciunt; adeo quod vlterius contra eam inquiri nõ poſſet. *c. auditis. de crim.fal.c.suam.vbi gl.de ſponſal.* Gram. *vot.3.nu.20.*Barto.*in l.1.§.ad quæſtionem.verſ. nec facile.de quæſtio.*immo etiam, quando indicia pro reo sũt debiliora, indicijs contra eum laborantibus, nihilominus abſoluitur. Aym.*conſi.6.nu.4.*Marſil. *in pract.§.diligenter,nu.190.cum ſeqq.*

29 Et ex omnibus ſupradictis colliguntur plura grauamina, huic parti in hac cauſa per iudices illata; primo, quia Andreas ſine indicijs legitimis, & nõ ſeruatis ſeruandis, fuit tortus, & tortus immoderatè. Secũdo, quod fuit ſine nouis indicijs indebitè repetita tortura contra illum. Tertio, quod fuit ſæpius repetita, cum quinquies fuerit tortus, & de iure nõ, niſi tertio, repeti poſſet, ad euitandam infinitatem. Paul. de Caſtr. *conſ.197. circa fi.*Gram.*conſi.44.nu.14.* in quo notanda eſt ſubtilitas iudicum intendentium defendere huiuſmodi immodicam repetitionem, diſtinguendo perſonam Andreę ſecundum triplicem conſiderationem, uidelicet, vt principalem, in ſe ipsũ; vt teſtem, in D. Tarquiniam; vt ſociũ criminis, in alios cõplices; & ſecundum q̃libet dictarũ cõſiderationũ, prætendunt poſſe vſq; ad tertiã vicem illam repetere: adeo, ꝙ Andreas adhuc remaneret creditor quatuor repetitionum tormẽti; & prędicta iudicum conſideratio, & intẽtio colligitur ex proceſſu fol. 221. cum ſeq. in inſtan. D. Fiſcalis, omiſſis alijs grauaminibus.

30 Addimus etiam, quod adhuc hodie de corpore delicti non conſtat, præſertim ſi veriſimile nõ eſt, quòd Io. Baptiſta ſe ipſum veneno perdiderit; nam præter iudicium egregij Excellẽtiſſimique Medici Magiſtri Frãciſci de Nuſsia, de quo in proceſſu apparet, ex relatione Marci Antonij, accedit, quòd depoſitio Medicorum nõ affirmantium, an veneno ingenito, an propiato deceſſerit, non concludit, etiã ad ſufficientem probationem corporis delicti, vt in terminis Grammat. *vot.30.ſub num.29.vbi vide.* Vlterius eſt aduertendum, quod intentio, & inquiſitio iudicũ, & fiſci reſtricta eſt ad illud genus veneni, quod ſolimatum appellatur; ſigna autem huius veneni notiſsima ſunt ex ipſis ſcriptoribus Medicinæ, & maximè ex auctor. Dioſcoridis, & Mattioli Medici peritiſsimi, & deſcripta ſunt ab eo *in 6. lib.* Dioſcoridis *ſub capite* 28. Ex quibus ſignis nullum fuit verificatum in caſu iſto, ergo indubitãter concludendum eſt, quod de corpore delicti ſufficienter non conſtat.

31 Addimus demum, quod iudices talem ſtylum, & ordinem procedendi tenuerunt contra Andreã, ex quo ipſe coactus fuit cognoſcere, quod nullum ſibi remedium reliquũ erat euitandi tormentum, niſi inculpare D. Tarquiniam. Nam quoties fuit in fune eleuatus, ſubſtinuit negatiuam in tortura ſemper, per notabile ſpacium tẽporis; & quando amplius ſuſtinere non poterat, ſe pollicendo veritatem dicturũ, fuit depoſitus, vbi poſt depoſitionem aſſerebat ea, quæ alias dixerat, videlicet, quod de mandato Ioã. Baptiſtæ emerat ſolimatum; iterũ eleuabatur, & quando fatebatur, D. Tarquiniam ei hoc mandaſſe, deponebatur, & nunquam iterum eleuabatur per talem inculpationem, vt ex proceſſu apparet: & tamen officium iuſti iudicis erat, etiam poſt inculpationem D. Tarquiniæ, iterũ eleuare ad videndum, quo in dicto manebat, vt per Angel. *in d.l. fin.colum.prima,& ſecunda.C.de quæſt.* & vt viderent veritatem, ab eo quærere, non autem ſolam D. Tarquiniæ culpam, ideo verificatur hoc caſu dictum Bart. *in l.fin.in princip. ff. de quæſtio.* quòd iudices, qui ex indicijs cogunt aliquem omnino ad confitendum mediante tortura, malè faciũt; & ſtulti reputantur, quia iſtud eſt in effectu condemnare ex indicijs, & ſuſpicionibus, quod a iure improbatur, vt ibi per eum.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ADDITIONES.

a *Non præcedentibus legitimis indicijs.* Pro hac cõcluſione eſt tex. ferè ad literam *in l.1.§. Diuus Seuerus.ff.de quæſtion.* quam vltra allegaros *hic* per Dominos Conſultores ſequuti ſunt Felyn. *in c. at ſi Clerici.num.1.verſ.7.limita.* Dec. *num.37.* vbi alios refert concordantes. Bero. *nu.49.& 57.extra de indi.* Fely. *in cap.qualiter, & quando.il ſecundo.§.licet autem,num.13.de accuſa.* Pariſ. de Sind. *verbo,tortus,cap.1.num.4. verſi.in tortura. fol.mihi* 332. Roma. *ſing.132.incip.tu habes.* Mattheſ. *ſing.55.incip.nota,quod quotieſcunque.* Practica Millei *fol.105.nu.33.& ſeq.& fol.118.numero 13.* Brun. *de indic.par.2.quæſt.6.numero 42.& ſeqq.* vbi latè, & ibi *nu.48.* ponit, an ſententia lata vigore dictę confeſsionis, ſit nulla ipſo iure. Blanch. *de indic. num.221.* Franc. Caſſan. *de torment.cap.5.rubr.de non torquen.ſine indic.num.3.* Iodoc. *in pract.crimi. cap.54.numero 28.* Boer. *deciſ.90. numero 10.* Carrer. *in pract.in primo tractat.de appellat.§.tertius caſus,num.11.& ſeqq.et in ſecundo tract.de indic.&c. §.circa quartum.* Gig. *de crim.laſ.Maieſt.lib.2.rub. quom.& per quos crim.laſ.maieſt.prob.quæſt.1.num.22.ſeqq.* Boſs. *in titu.de confeſſ.per tortu. numero 1. & poſt num.17.* Monticel. *reg.18.num.1.vbi alios refert,& num.4.* Franc. Perſonal. *de indic.& tortu. num.67.* Maſcar. *de proba.lib.1.concluſio.1385.numero quinto,libro tertio,* Brunor. a Sole *in ſuo compendio, verſicul. confeſsio facta per tortur.* vbi alijs relatis teſtatur de commun. Marſil. *conſil. 14.numero 19.in fine.* Grammatic. *conſilio 15. numero decimo, & conſilio 40. numero 12.in fine, & ſequent.& voto ſexto, numero nono, & ſequent. & numero 12.* Roland. *conſilio 12. numero 90. libro tertio,* Vulpell. *conſilio 21.numero 6.*

Brunor.

Brunor. à Sole in ſuo conſ. crim. num. 159. in fine. & ſeq. Franc. Becc. conſ. 70. poſt nu. 6. Bertaz. conſ. 28. nu. 1. & conſ. 34. nu. 7. & conſ. 116. num. 25. & conſ. 117. num. 1. & conſ. 214. nu. 4. lib. 1. & conſ. 427. nu. 9. lib. 2.

Et in tantum eſt vera concluſio prædicta, vt procedat etiam coram quocunque Iudice habente liberum, & abſolutum arbitrium; Adhuc enim confeſſio coram eo emanata, non legitimis præcedentibus indicijs, nullius eſt momenti, ſecũdũ Dec. in d. c. at ſi Clerici. num. 38. de ind. Gab. Saray. in addit. ad Mattheſ. ſing. 55. nota quod quotieſcunque. verſ. amplia etiam. Marſ. in l. quæſtionis. nu. 27. Foller. in pract. cri. verbo, etſi confitebuntur. p. 3. nu. 3. Boſſ. in tit. de confeſſ. per tortur. nu. 6. in fine. verſ. & procedit hac concl. Monticell. reg. crim. 18. nu. 5. Marſ. conſ. 14. nu. 20. verſ. & idem etiam dicendum eſt. & conſ. 46. nu. 14. in fine. Bertaz. conſ. 341. nu. 20. lib. 2. Rolan. conſ. 12. nu. 95. li. 3. Idem Bertaz. conſ. 61. nu. 7. lib. 1. & conſ. 449. nu. 6. lib. 2. Burſat. conſ. 201. nu. 42. lib. 2.

Item procedit, quamuis agatur de crimine atrociſſimo & excepto, prout eſt crimen læſę Maieſtatis, ſecundum Foller. in pract. cri. verbo, etſi cõfitebuntur. p. 3. nu. 2. & idem repetijt ibidem. nu. 38. Gig. de cri. laſ. Maieſt. lib. 2. tit. quom. & per quos cri. laſ. Maieſt. prob. q. 1. nu. 17. Viui. opin. 139. nu. 5. Mõticell. reg. cri. 18. nu. 11. Franc. Perſonal. in tract. de indic. & tort. poſt nu. 68. Marſ. conſ. 14. nu. 20. Rolan. conſ. 3. nu. 55. & conſ. 12. nu. 94. lib. 3. Brunor. à Sole in ſuo conſ. crim. nu. 160. verſic. quod nedum. & nu. 187. ad finem. Bertaz. conſ. 8. nu. 49. & conſil. 28. nu. 2. & conſil. 39. num. 8. & conſi. 61. num. 5. lib. 1. & conſ. 449. nu. 5. lib. 2. Burſ. conſ. 201. nu. 41. ver. quod procedit etiam. lib. 2. Vide quæ dixi in tit. de indic. & tort. q. 37. num. 79. ſeqq. Honded. conſ. 108. num. 36. ſeqq.

b Nec etiam alteri contra quem deponit. Idem dixit Carer. in pract. in 1. tract. de appellat. §. tertius caſus. num. 12. & in 2. tract. de ind. §. circa quartum. num. 2. in fine, & faciunt quæ dixit D. meus Farinacius in ſua pract. crimin. par. 1. tit. de indic. & tortur. quæſt. 93. & ſeq. vbi pluribus probauit, quod inculpario aſſerti ſocij criminis, extorta ſine legitimis inditijs, non facit indicium contra inculpatum, & num. 194. Vbi idem dixit de teſte tormentato ſine inditijs, qui alium nominauit delinquentem, quod & idem repetijt in tract. de teſtib. q. 79. nu. 73. & ſeqq.

c Si in ea confeſſione perſeueraſſet. Veriſſima eſt iſta concluſio, quod confeſſio per torturam extorta, non legitimis pręcedentibus indicijs, quãuis ratificata & geminata, nihil valeat, & confitenti non noceat, ad cuius comprobationem adeas Bar. in l. penul. num. 1. verſic. & ita intelligo. ff. de quæſt. Alber. in l. 1. §. Antoninus Seuerus. numero 2. ff. eodem. Ang. in l. qui in aliena. §. celſus. num. 3. & ibi etiam Imol. num. 3. in fine. verſic. & tene menti. Paul. de Caſtr. numero 7. in fine. Alex. num. 11. verſic. quoad ſecundum & d. num. 11. vbi reprobatis Bald. & alijs contrarium tenentibus, teſtatur de magis communi opinione, & quod ita pluries vidit ſeruari in pract. Aret. num. 10. verſic. primo caſu. Iaſ. num. 37. ſeqq. vbi pariter reprobato Bal. contradicẽte, teſtatur de communi, ff. de acquiren. hæred. Fely. in c. at ſi Clerici num. 1. verſic. ſeptimo limita, & ibi etiam Bero. num. 49. & 57. & ſeq. vbi teſtatur de veriori, & æquiori opinione, reprobato Bal. contrarium tenente, de iudi. idem Felyn. in c. qualiter, & quando. il 2. § licet autem. nume. 13. de accuſat. Lanfranc. in cap. quoniam contra, in verbo, confeſſio, poſt num. 9. Marſil. in l. 1. in princ. num. 32. & in §. Diuus Seuerus. num. 10. ff. de quæſt. & in l. quæſtionis. num. 13. & ſeqq. ff. eodem. vbi late comprobat, & teſtatur ſe ita Bononiæ bis obtinuiſſe, & duos homines à pœna mortis ſaluaſſe. Pariſ. de Pur. de ſind. verbo, tortura. cap. 9. ſ b num. 1. fol. 320. & verbo, tortus. cap. 1. num. 3. fol. 331. & num. 40. fol. 336. col. 3. & d. verbo, tortus, cap. 7. num. 5. in fin. fol. 348. col. 4. in fine. Angel. de malef. in verbo, quod fama publica. num. 36. & ibi Auguſt. in addit. vbi reprobata Baldi contraria opinione, hanc concluſionem bene cõprobat, teſtaturque ſe ita alias obtinuiſſe Romæ in primo anno, quo fuit creatus aduocatus Conſiſtorialis, ad fauorem cuiuſdam de Arimino, qui & ipſe vocabatur Auguſt. idem Angel. in verbo, comparuerunt dicti inquiſiti, & confitentur totum. numero 16. Gandin. in tit. de quæſt. & torm. num. 26. Mattheſ. ſing. 55. incip. nota quod quotieſcunque, & ibi Gabr. Saray. in addit. vbi de communi. Pract. Millei fol. 107. num. 12. Gram. conſil. 45. num. 36. Marſil. in pract. §. poſtquam. num. 2. Lud. Bologni. ad Guid. de Suzzar. in tract. de ind. & tortur. num. 29. Idem Guido de Suzzar. ibidem num. 70. Brun. de indic. par. 2. q. 5. num. 24. & ſeqq. vbi bene comprobat, & reprobat Bald. contrarium tenentem, & q. 6. numero 3. vbi quod communis * opinio eſt contra Bald. & miratur de eo quod iſto caſu, ita inſipide contra morem ſuum loquutus fuerit. & d. q. 6. num. 9. Franc. Caſon. in tract. de tormen. cap. 18. rub. de confeſſ. ſpontan. num. 6. in fine, & cap. 21. rub. de confeſſ. ratifican. num. 4. Bald. in tract. de quæſt. & tormen. cap. 2. num. 9. Carer. in pract. in 1. tract. de appell. §. tertius caſus. numero 21. & ſeq. & in 2. tract. de indic. & tortur. §. in tex. ibi, formidine tormentorum, & num. 12. & §. circa quartum. numero 2. & §. circa ſeptimum. poſt num. 2. verſ. & licet Bal. vbi quod contra Baldum communiter tenetur. Foller. in pract. verbo, etſi confitebuntur. par. 3. num. 1. & ſeq. Iodoc. in pract. crimin. cap. 54. num. 28. in fine. Gig. de crim. laſ. Maieſt. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. laſ. Maieſt. probet. q. 1. num. 22. ſeqq. Boſſ. in tit. de confeſſ. per tort. ſub num. 1. & num. 5. & nume. 8. verſic. quaſi præcedebant, vbi ampliat etiam, quod fuiſſent centũ perſeuerantiæ. Villalob. in commun. opin. littera C. num. 151. vbi de communi. Viui. opin. 139. num. 1. vbi alijs relatis teſtatur etiam de communi. Franc. Marc. deciſ. 69. num. 11. par. 2. Pract. Corrad. tit. de confeſſ. crim. fol. mihi 281. col. 2. in 21. limitat. vbi de communi. & tit. de inquiſit. num. 31. verſic. & præmiſſis adde. fol. 256. Ant. Gomez. var. reſolut. tomo 3. cap. 13. rub. de tortu. reor. num. 25. vbi de vera, & communi opinione, & quod ab ea, nec in iudicando, nec in conſulendo recedendum eſt. Clar. in pract. §. fin. quæ eſt.

nõ per errorẽ, ſed doloſe feciſſe dicuntur, qa deſecerunt in eorum officio. *l. dolus. ff. manda. c. cum item de re iudic.* Plot. *de in lit. iuran.* §. 48. *num.* 15. Stracca. *de mercatura. par.* 2. *ſub nu.* 68. Natta *conſil.* 174. *num.* 11. *volum.* 3. Rolan. *conſ.* 57 *num.* 7. *ſeqq. volum.* 3. Capra *concluſ.* 78. *num.* 48. Et hoc fundamentum eſt ineuitabile. Et illa generalis regula, quod potius ſit præſumendus error, & ignorantia, quam dolus, procedit, quando de falſitate non conſtat: ſed conſtito de ſalſitate, vt ſupra dixi conſtare in caſu noſtro, tunc illa, non per errorem, ſed doloſe fabricata præſumitur, vt bene declarat Port. Imol. *conſ.* 94. *num.* 3. *& conſ.* 96. *nu.* 12. *ſeqq. & nu.* 30.

9 Et demũ eadem regula, quod præſumatur error & non dolus, procedit in viro legali, ac bonæ conditionis, & famæ, quem præterea nihil dolo feciſſe, pręſumẽdum eſt. *l.* 3. §. *ex improuiſo. ff. de re milit. & declarat* Natta ex aduerſo allegatus, *in d. conſ.* 314. *nu.* 11. *lib.* 2. Non ſic in decoctore, quẽ iura fraudatorem appellãt. *l. ſi hominem.* §. *quoties. iuncta l. ſeq. Ibi, ſed in omnibus fraudatoris facultatibus. ff. depoſ.* & in quo valet conſequentia, Decoctor, ergo fraudator. Bal. *cõſ.* 400. *in libris Theſauraria. nu.* 3. *lib.* 1. Boer. *dec.* 215. *nu.* 6. Brun. *de ceſſio. bonorum. q.* 5. 4. *q. principalis. nu.* 4. Stracca *de mercatura. in tit. de decoctor. par.* 3. *nu.* 19. *ſeqq.*

10 Minus obſtat, quod Bonamicus partitã ſtornauerit, vel ſtornare mandauerit per Villanum, credens id ſibi licere; & propterea ſit excuſandus a ſalſo, per ea, quæ in ſimili de teſte falſum deponente, & eredente dicere verum, ſcripſerunt Marſil. *in l.* 1. §. *præterea. nu.* 13. *verſ. & ideo dico. ff. de Sicar. & in l.* 1. *in prin. n.* 3. *ff. de falſ.* Boſſ. *in ti. de falſ. nu.* 137. Bertaz. *conſ.* 8. *nu.* 18. *& conſ.* 10. *nu.* 2. Hyppol. Riminal. *conſ.* 113. *nu.* 37. ac etiam, quia quęlibet credulitas etiã fatua, & temeraria, excuſat a falſo, & eius pœna, vt per Ang. *in l. plagij. la* 2. poſt Butrigar. *ibi. C. ad l. Iul. de plagiar.* Soc. *cõſ.* 37. *nu.* 23. *lib.* 2. Bal. *in l.* 2. §. *quod obſeruari. in* 3. *notab. C. de iuram. calumnia.* Ang. *de malef. in verbo, falſario. nu.* 1. Silu. *conſ.* 53. *nu.* 2. *lib.* 2. Marſ. *conſ.* 7. *num.* 25. *& ſeq.* Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 60. *ſub ver. & generaliter, ibi, tu vero dic.* Quia pro reſpõſione, dicitur, quod ad hoc, vt quis excuſetur a credulitate iuſta vel iniuſta, non ſufficit illam allegare, ſed debet probare, quod ad ſic faciendum motus fuerit ex allegata credulitate. Bar. *in l.* 1. §. *non autem. ff. ſi quis teſta. lib.* Alex. *conſ.* 103. *videtur. nu.* 13. *ver. & dato. lib.* 1. Cor. *conſ.* 33. *nu.* 16. *li.* 4. *& conſ.* 280. *nu.* 6. *verſ. ita etiam. eodem lib.* 4. Gabriel. *lib.* 8. *concl.* 8. *nu.* 66. *&* 71. Cagnol. *in l. quod te. nu.* 43. *ff. ſi cer. petat.* Menoc. *de retinen. poſſeſ. remed.* 3. *nu.* 653. Cla. *d. q.* 60. *verſ. ſed hic quæro.* Bertaz. *conſ.* 375. *poſt nu.* 15. *li.* 2. Sed, quod in caſu noſtro, Bonamicus motus fuerit ad ſtornandum partitas poſt ſpoliationem & caſſationem librorum, ſine conſenſu eorum, de quorum intereſſe agebatur, ex eo quod crediderit id ſibi licere; eſt ab omni veriſimilitudine alienum, quia inter mercatores notum eſt, vt prædixi, id fieri non poſſe, & illicitum reputari. Vnde licet, vt ex aduerſo deducitur, regulariter ſuper alicuius credulitate ſtari debeat credẽtis iuramento, ſecundum Angel. *in l. Plagij la* 2. *nu.* 1. *ad med. ver. ſed qualiter probabitur. C. ad l. Flan. de plag.* Bertaz. *conſ.* 11. *nu.* 21. poſt Curt. Ioan. de Amic. & Alciat. *in locis per eum relatis*; hoc tamen non procedit, quando contra iuramentum ſic dicentis ſe crediſiſſe, adeſt aliqua præſumptio, ſeu inueriſimilitudo, vt plene poſt antiqores, quos allegant, ſcripſerunt Menoc. *de recuperan. poſſeſ. remed.* 16. *nu.* 35. *ſeqq. & de arbitr. q. lib.* 2. *caſu* 298. *nu.* 6. Riminal. *conſ. cri. diuerſ.* 63. *nu.* 18. *& conſ.* 83. *nu.* 8. *vol.* 2. *in folio.* Steph. Lamber. *in tract. de contrac. eorum. gl.* 1. *nu.* 185. *& ſeq.* Et in terminis de credulitate declarat Curt. Ioan. de Amic. & Alciat. *in locis per eum relatis.* Gab. *lib.* 7. *concl.* 8. *nu.* 65. 68. *&* 69. ideo non poteſt dicere Bonamicus crediſſe ſe, ſibi ita licere, cum vti mercator, bene ſciebat, id ſibi non licere.

11 Et in omnem euentum credulitas fatua, & temeraria licet excuſet a falſo & eius pœna ordinaria, non tamen excuſat ab extraordinaria, ſecundum communem, de qua per Gabriel. *li.* 7. *d. concl.* 8. *nu.* 32. *& num.* 70. Nouell. *reg.* 168. *in prin.* idem Ang. *in d. l. plagij. nu.* 2. *verſ. ſimiliter attende. C. de plagiar.* Tiraq. *de pœn. cauſa* 43. *nu.* 10. *in fine.* Menoc. *de recup. poſſeſſio. remed.* 5. *nu.* 62. & dicunt de pœna falſi ordinaria: ſecus de extraordinaria, ſecundum magis communem, de qua per eundem Gabriel. *d. lib.* 7. *concl.* 33. *nu.* 5. & ante eum Anan. *in c.* 1. *nu.* 16. *de cri. falſi, vbi late declarat.*

12 Multo minus prodeſt Bonamico excuſatio, quòd ex quo iſta falſitas poterat detegi ex reuolutione cartarum, & ex lectione ſcripturæ, videlicet capitulorum, iecirco, tanquam non præiudicialis, non ſolum nec punibilis ſit, *ad l. domus. C. de falſ. cum vulgaribus,* verũ etiam nec facta pręſumatur animo defraudandi, ad ea, quæ in ſimili de falſitate commiſſa coram multitudine perſonarum, tradit Aym. *conſ.* 65. *in fine, & conſ.* 75. *nu.* 19. Nam dum dicitur, quod falſitas non nociua non eſt punibilis, reſpõdetur, qđ in caſu noſtro, niſi fuiſſet hæc falſitas detecta, ſatis fuiſſet nocibilis, quia libri mercatorum plenam faciũt fidẽ, maxime inter ſocios vt notum eſt. Et quatenus non fuiſſet nociua, adhuc dicitur, quod ſecundũ magis communem opinionem, punibilis eſt, ſaltem pęna extraordinaria, vt per Menoc. *de arbit. q. caſu* 306. *nu.* 21. *ſeq. lib.* 2. Cæph. *conſ.* 355. *lib.* 3. Plot. *de in lit. iurand.* §. 44. *nu.* 11. *in fine.* Clar. §. *falſum. verſ. item excuſatur. in fine.* Boſſ. *in tit. de falſ. nu.* 85. Gabriel *lib.* 7. *concl.* 5. *nu.* 34. Stracca. *in addit.* ad Aym. *conſ.* 46. *nu.* 1. Quicquid in contrarium tenuerint alij.

13 Et dum pariter dicitur, quod falſitas non præſumitur commiſſa, vbi ex reuolutione cartarum, & ex lectione ſcripturæ, poterat facile deprænendi, ſicut pariter non præſumitur commiſſa coram multitudine perſonarum; reſpondetur, quòd argumentum bene procederet, ſi de falſitate dubitaretur, an eſſet commiſſa, nec ne, prout Aymon. ex aduerſo allegatus, expreſſe loquitur. At vbi de falſitate clarè apparet, vt in caſu noſtro, fruſtra recurritur ad hanc præſumptionem, quia in claris non eſt opus coniecturis

ctutis vulgata *l. continuus. ff. de verb. oblig.* immo multo potentior eſt præſumptio falſitatis, oriēs ex inſpectione ſcripturarū, & ſic ex vltimo viſibili, quàm ea, quæ ex inuiſibilibus, & clandeſtinis rationibus deducitur, vt plene per Mādel. *conſil. 99. per totum.* Natta *conſil. 633. nu. 7.* Boſſ. *in tit. de falſ. nu. 6. & nu. 13. in fine.* Et ſi falſitas ex reuolutione cartarū vel ex inſpectione ſcripturæ, ocularis eſt, vt ex aduerſo deducitur, ergo magis clare dr̄ probata, nec de ea eſt dubitandum; quia ocularis inſpectio omnes alias probationes antecedit, ad plene tradita poſt alios antiquiores p Maſc. *in tract. de prob. in præfatione. quæſt. 8. li. 1.*

14 Eſt inſuper aduertēdū, quod vltra ſupradictā partitā multa alia ſunt capita, & partitæ, in quibus prętenditur, Bonamicum, & Villanum deliquiſſe, libroſq; non fuiſſe per eos fideliter, & mercantili more conſcriptos: & ſic ſecundo loco ſuccedit alia partita 695. in quibus Villanus propria manu fecit ſe debitorem ſocietatis, occaſione ſalis per ipſum habiti; Et tñ poſtea ad effugiēdum ſolutionem earundem pecuniarum, inter lineam, & lineam addit iſta verba, videlicet, *à cōto delle mie fatighe.* Nā hęc interlineatio eſt prorſus prohibita inter mercatores, quia eorum libri debent eſſe candidi, ac carere omni inductione, ac ſuperinductione; aliter cōtra eos iuratur in litē. Plot. *de in lit. iurā. §. 5. n. 28.* Bal. *conſ. 382. in quæſtione Milani. num. 14. ſeq. vol. 5.* Stracca *in tract. de mercatura. p. 2. num. 63.* Et eo magis iſto caſu talis additio inter lineā, & lineā, eſt prohibita, ex quo continet in ſe repugnantia: ſi. n. Villanus (ut in partita legitur) debitor eſt dictorum ſcut. 695. qūo dici poteſt, quod ea receperit ad computum ſuæ mercedis? Et liber mercator non dr̄ fideliter tentus, ſi repugnātia cōtinet, quia in illis debet ſeruari illud vulgare dictū; Quod ſcripſi ſcripſi, vt per eundem Straccam *d. par. 2. nu. 62. & 64.*

Immo prædicta interlineatio non ſolū de ſe, vt dixi, eſt inter mercatores illicita & a iure prohibita, quia continet repugnātia; Verum etiam apertè falſa deprehēditur ex forma capitulorū, quorum vigore ſalarium ſoluendum eſt Villano, non de corpore ſocietatis, cuius in prædicta partita ſe debitorem fecerat, ſed de proprijs pecunijs Bonamici.

15 Tertio principale lucrum negocij ſalis conſiſtit in diſtributione ſalis extraordinarij: Cuius quidem extraordinarij ſalis ſubappaltus plures facti fuerunt tam ab ipſo Bonamico, quā a Villano. Item vterque eorum pretium dicti ſalis aſcendens ad notabilem pecuniarum quantitatē in dies a ſubappaltatoribus exegit, ꝓut ipſimet in ſuis conſtitutis fatentur; & tamen in libris, de quibus agitur, non reperiuntur deſcriptæ omnes pecuniæ exactæ ex pretio dicti ſalis. Et Villanus fatetur, plures pecunias exegiſſe, eaſq; capſerio conſignaſſe, licet in libris annotatæ non fuerint. Et è contra Bonamicus pariter fatetur, quod noluit ſoluere ſuum ſalariū Villano, quia non tenuit libros negocij ea cura, & fidelitate, & ordine, ſicut tenebatur; & tàm Ioannes Baptiſta Caſnedus, quàm Vincentius Caſſonus, Periti alias inter partes electi, retulerūt in actis, ex dictis libris intricatis, cōfuſis, & inordinatis, non poſſe deueniri ad finalem calculum, ſeu cōputationem. Quibus ſtantibus, ex libris non bene, ac fideliter tentis, & contra Bonamicum ac Villanum, poſſe ſuper quantitate, præſertim pecuniarum exactarum, ex dicto ſale extraordinario in litem iurari, per text. *in l. ſumma cum ratione. in verbo, intricata,* & ibi Bar. *ff. de pecul.* tradiderunt Iaſ. *in §. Item ſi quis in fraudem, nu. 37. in fine. verſ. ſed certè ille tex. inſtit. de actio.* Stracca *in tracta. de mercat. par. 2. nu. 56. & ſeqq. & in tit. de decoctor. par. 3. n. 24.* Plot. *de in lit. iur. §. 5. nu. 28. & nu. 31.* Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 1. caſu 208. nu. 19. & 20. & caſu 209. nu. 14. & 15.* Ioſeph. Ludou. *in ſuis comm. opin. concl. 29. in 18. ampliatione. verſ. Et ad hoc vt liber, &c.*

16 Nec dicat mihi D. meus, prout oretenus dicebat, quod ſi Villanus non deſcripſit in libris omnes exactas & receptas pecunias, id imputari debeat ipſi Villano, qui ſcribendi curam habebat, non autem Bonamico. Nam quod iure vtique imputandum ſit, in terminis facit, quia ille videtur ſcribere, cuius nomine ſcribitur, *l. qui per aliū. ff. de reg. iur.* Et quicquid in libro mercatoris ſcriptum, aut non ſcriptum reperitur, id omne eiuſdem mercatoris conſenſu & voluntate conſcriptum, ſeu omiſſum prępſumitur. *l. cēſum. ff. de probat.* Bal. *in rubr. C. de fid. inſtrumen. ſub num. 53. verſic. ſed hic quæro.* Dec. *in c. tertio loco, nu. 2. extra de probat.* Alexand. *conſi. 245. ponderatis his. nu. 2. vol. 6.* Pariſ. *conſil. 47. nu. 4. vol. 1.* Et quando miniſter deliquit in officio, ſeu miniſterio, in quo deputatus eſt, tunc dominum pro eo teneri, probat tex. *in l. 1. in princ. & in §. familia.* vbi Bar. & communiter omnes. *ff. de publica.* Bero. *q. 39. num. 1.* Franc. March. *deciſ. 423. ſub nu. 12. verſ. & iſto caſu delinquunt in officio. p. 1.* Boſſ. *in tit. de furt. num. 55.* Menoch. *de arbit. lib. 2. caſu 345. nu. 3.*

17 Quarto Mercator ad hoc, ut bene ac fideliter dicatur tenuiſſe libros alicuius negotij, neceſſe eſt, nō ſolū de antiquo mercatorū ſtilo, ſed etiā de iure cōi, quod teneat etiā, vt vulgo dr̄, *il giornale,* & in redditione cōputorū pariter illud exhibere, *ad l. 1. §. eum qui. ff. de eden.* Menoch. poſt Alciat. & alios quos allegat, *de arbit. q. lib. 2. caſu 209. nu. 16. & ſeqq.* Stracca. *de merc. p. 2. n. 51.* Sed ſic eſt, quod in nouē annis, in quib. durauit appaltus ſalis, Bonamicus, & Villanus (vt aſſerūt) non fecerunt iſtud giornale, niſi in duobus, aut tribus annis. Et ſi plura fecerunt giornalia, illa non exhibent; ergo quin cōtra eos ex hoc ſolum capite, tanquā doloſos, poſſit in litem iurari, dubitandum non eſt, per ea quæ infra mox dicam.

18 Quinto generale eſt in omnibus adminiſtratoribus, quod in redditione computorum tenētur exhibere omnes libros adminiſtrationis *l. cū ſeruus. ff. de conditio. & demonſtratio. l. ſtatu libri. §. fina. ff. de ſtatu lib.* Ruyn. *conſil. 137. numero 7, libro primo.* Pariſ. *conſilio 82. numero 22. & conſil. 84. numero 18. libro primo.* Et non exhibendo, prępſumuntur eos occultare; & tanquam dolo id faciant, iuratur contra eos in litem. Stracca. *de*

mercatu.par.2.numero 68. Plot. *de in lit. iuran.* §. 48.*numero* 14.*verſicul.ergo ſi illam non edant*. Sed ſic eſt, quod Bonamicus vltra exhibitos libros plures alios confecit libros, concernentes negocium ſalariæ, & illos iudicialiter requiſitus ad exhibendum recuſat, ergo contra ipſum, tanquam doloſum, defertur iuramentum in litem, per præallegata.

19 Sexto & vltimo ſuccedũt partiræ d.Petri Valentini,& Populi Romani, à quibus recepit Bonamicus notabilem pecuniarum quantitatem, & tamen eam in ſuis libris non deſcripſit: Quod ſi nil aliud cõtra ipſum vrgeret, de ſe ſolum hoc ſufficiens eſt, ad inducendum iudicem, vt mercatorem hunc,tãquam doloſum, & punibilẽ indicet, parti iuramentum in litem deferat, libroſq; non fideliter tentos, pronunciet; dubiũ enim in iure non eſt, quod ſi mercator ad vnguem, & de die in diem non deſcribat in ſuis libris omnia recepta, in quibus eſt debitor, ſicut data, in quibus eſt creditor, dolus eſt, & contra eum iuratur in litem, vt ſupra latè dixi, in tertia prætenſione contra Bonamicum, *verſic.quibus ſtantibus*. Et ſi, vt ex aduerſo D. ſcribens dicit, ſufficeret mercatori, poſtquã detectus eſt eius dolus in non ſcribendo omnia recepta, dicere, ego sũ paratus hodie recepta deſcribere, & de illis reddere rationem; vtique nunquam daretur caſus, in quo iuramentum in litem eſſet deferendum contra doloſos mercatores, omittentes in ſuis libris data, & recepta fideliter deſcribere, quia ſemper ipſi ſic dicerent, dolo detecto.

20 Veritas igitur eſt, quod cum iſti Bonamicus, & Villanus tam in negocio ſalis, quàm in negotio d. Valentini, non tenuerint libros fideliter, & mercantili more, pecuniaſq; ſociorum, in eiſdem libris non deſcriptas, & in proprios vſus vſque in præſentem diem conuerſas, pœnes ſe pariter retinuerint, ac retineant; non ſolum debeat contra eos in litem iurari, & dictis libris omnis tolli fides, per prǽallegata, quæ nullam in iure recipiũt dubitationem, verum etiam, & furti pœna plecti debent; Vbicunque enim ſocius partem ſocij ſcienter, & doloſè occupat, furti reus eſt. *l. res communis.& l. merito.ff.pro ſocio.l.ſi ſocius.ff.de furt.* etiam quod res habuerit originem a contractu. Alex.*conſi*.103.*num*.6.*verſi.Et primo non obſtat.lib*.1.*& conſi*.127.*nu*.13.*verſi. nam licet res communis.lib*.4. Boſſ.*in tit.de decret. medela.vt non proced.crimin. quando res habent originem a contractu.nu*.12.*verſi.& prædicta procedunt,& verſic. exemplum poteſt poni*.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ARGVMENTVM.

Defenditur nobilis mulier Romana, quæ propter iudicum ſuggeſtiones, & malum procedendi modum: fuit falsò ab eius famulo imputata, quod veneno ſuum virum necauerit, multaque propterea de quibus in ſummario ſtrictè, ſed magiſtraliter, & ſecundum veritatem reſoluuntur per duos iſtos tunc temporis eminentiſſimos iuris peritos, & conſulentes, Quorum vnus Syluester vitę integritate & doctrina prǽclarus, meruit filium habere S. D. N. Clementem Octauum. Alter vero Ioannes Syluestri Filius, & eiuſdem S.D.N. Frater, propter eius exemplarem bonitatẽ, benignitatem, aliaque innumerabilia merita: meritò etiam ad Cardinalatus apicem aſſumptus fuerat.

SVMMARIVM.

Confeſsio extorta, non præcedentibus legitimis indicijs, nulla eſt, confitentique non præiudicat, nec alteri. num.2.& in addit.litera a,*&* litera b,*vbi de materia.*

Confeſsio extorta non legitimis præcedentibus indicijs, confitenti non nocet, quamuis fuerit perſeuerata. numero 2. verſic.& procedit etiam, & in additione litera c, *vbi de materia.*

Confeſsio per torturam extorta, non legitimis præcedentibus indicijs, minimè conualidatur ex nouis indicijs ſuperuenientibus.nu.2.verſ.quod amplius verum eſt,& in addit. litera d, *vbi de materia.*

Delinquens non poteſt puniri a iudice, cui ſuppoſitus non ſit, aut ratione delicti, aut ratione originis, aut ratione domicilij.nu.3.& in addit.litera e,*vbi de materia.*

Tortura dari non poteſt, vbi non conſtat de corpore delicti. numero 4.

Defenſiones ſunt dandæ & offerendæ reo ruſtico, & ignaro.nu. 5.& in addit.litera f,*vbi de materia.*

Fuga non facit indicium, quando allegatur aliqua iuſta cauſa timoris.nu.6.& in addit.litera g,*vbi de materia.*

Fuga de ſe dicitur leue indicium.num.6.verſ.vltra quod, & in addit.litera h,*vbi de materia.*

Reus, qui per torturam cogitur fateri de ſe, veriſimile etiam eſt quod complices reuelaſſet, ſi illos habuiſſet; ideo rei exculpatio facta in tortura, valde exculpat & prodeſt, nu.7.

Socij criminis inculpatio, quæ in aliqua parte reperitur falſa, in totum præſumitur falſa.nu.8.

Confeſsio non verificata, confitenti non nocet.nu.9. & 12.

Confeſsio varia & incerta confitenti non nocet, nu.10.& in addit.litera i,*vbi de materia, & num.15.*

Confeſsio metu & per tormentum extorta, & reuocata per confitentem, quàm primum habuit libertatem illam reuocandi coram alio iudice, confitenti non nocet, nu.11.& in addit.litera l,*vbi de materia.*

Confeſsio reuocata præſumitur vera, & quando pro reuocatione militant indicia, & ſic confeſsionis error indicijs probatur, nu.12.& in addit.litera m,*vbi de materia.*

Tortura non poteſt repeti, niſi noua ſuperueniant indicia, & illa quidem diuerſa a primis, & vrgentia.num.12. ante finem.& ibi in addit.litera n,*vbi de materia.*

Con-

Confeſsio extorta per repetitionem torturæ in caſu, in quo repeti non debebat, non nocet confitenti. nu. 12. ad finem.

Vxor non poteſt contra virum examinari, ne dum torqueri, nu. 13. & in addit. litera o. vbi de materia.

Teſtis dictum in tortura præualet dicto extra torturam. nu. 14. & in addit. littera p. vbi de materia.

Teſtis dictum primum ſine tortura potius attenditur, quam ſecundum cum tortura, quãdo teſtis poſt primum dictum loquutus fuit cum parte. nu. 14.

Teſti vario non creditur, etiam cum tortura. numero 14. in fine.

Tortura quinquies repetita dicitur iniuſta, cum ad plus non poterat repeti, niſi tertia vice. num. 17. & in addit. littera q, vbi de materia.

Proteſtationes Rei dicentis ſe propter tormenta mendacia dicere, maximè attendendæ. nu. 17. in fine.

Confeſsio mandatarij contra mandantem non facit indicium, niſi ad inſtitutionem. nu. 18. & in additionibus littera r, vbi de materia.

Confeſsio mandatarij patientis plures defectus, non facit indicium contra mandantem, nec etiam ad inquirendum, nu. 18. & in addit. littera s.

Confeſsio etiam emanata in tortura, debet eſſe probabilis, poſsibilis, & veriſimilis; alias non eſt attendenda. numero 18. in fine, & in additione littera t. vbi de materia.

Teſtis dictum magis veriſimile, etiam ſine tortura, magis attendendum, quàm dictum in tortura magis veriſimile. num. 19.

Cauſa delicti ceſſante, ceſſat præſumptio delicti, poſt nu. 19. & in addit. litera u.

Delictum non præſumitur aduerſus perſonam non maleuolam. numero 19. in fine, & ibi in additione littera x. vbi de materia.

Adulterium non probatur ex actibus remotis, fama, aut alijs adminiculis non concurrentibus. nu. 20.

Mulier in criminalibus de iure Canonico non eſt integer teſtis, præſertim ſi fuerit inhoneſta, & infamis. nu. 20. ante finem.

Teſtis odio habens illum, contra quem deponit, non probat, nu. 20. in fine, & in addit. litera y.

Tortura facit, vt in ea perſiſtens, puram veritatem dixiſſe dicatur, numero 21. & in additione littera z. vbi de materia.

Mandatarij dictum non facit indicium, quando non eſt vniforme, ſed varium, maximè ſi varietas conſiſtit circa promiſsionem pecuniarum. nu. 22.

Teſtis examinatus a fiſco probat contra fiſcum, numero vigeſimotertio.

Teſtis domeſticus probat facta in domo, numero vigeſimotertio in fine.

Fama bona tollit indicium oriens ex depoſitione aſſerti mandatarij. nu. 24.

Veneni indicium excluditur, ſi is, qui de veneno inculpatur, vocauit medicum, vt infirmum viſitet. numero vigeſimo quinto.

Fuga ſicut facit indicium contra fugientem, ita non fugere, eſt maximum innocentiæ ſignum. nu. 26.

Indicia innocentiæ tollunt indicia culpæ. nu. 28.

Veneni corpus non dicitur conſtare, quando Medici præciſè non affirmant quem mortuum eſſe ex propinato veneno, & quid ſi prætendatur quem fuiſſe mortuum ex aliquo particulari veneni genere, vt puta ſolimato. num. 30.

Teſtis in tortura varians debet torqueri ad videndum, in quo dicto perſiſtat. nu. 31.

CONSILIVM XIX.

Reſponſum Syluestri, & Ioannis Aldobrandini.

1 ADSIT DEVS. Omne fundamentum proceſſus fabricati cõtra nobilem D. Tarquiniam de Vellis conſtitit in depoſitione, & confeſsione Andreæ carcerati & prætenſi mandatarij; ideo hac confeſsione ſublata, conſequitur, quod ad inquiſitionem, & ad carcerationem cõtra eandem D. T. & ad toties repetitas examinationes, deuẽtũ ſit ſine vllis penitus indicijs, atq; per conſequens nulliter pariter, ac iniuſtè. Iſta autem confeſsio, & depoſitio Andreę primò tollitur è medio, quia nulla, & inualida, & per vim tormenti, ac tormenti immoderati extorta, non præcedẽtibus indicijs: deinde nullitate ſepoſita, tollitur, & nõ eſt attendenda, ex omnibus infra ſcriptis. Primo, quia ex multis redditur aliena ab oĩ prorſus veriſimilitudine. Secundo, quia varia in pluribus. Tertio, quia Andreas in ea non perſeuerauit vnquam; & ideo nec ratificata eſt, nec in confrontatione ſubſtenta. Quarto, quia impoſsibilis, & falſa conuincitur ex ipſo proceſſu. Vltimo, quia D. T. ſunt plura innocẽtiæ indicia, & de corpore delicti adhuc hodie nõ cõſtat.

2 Redeundo ad primum caput nullitatis, dicimus, quod indubitati iuris eſt, cõfeſsionem per tormẽtum extortam, non præcedentibus legiti-
a mis [a] indicijs, nullam eſſe, glo. communiter approbata *in l. pe. ff. de quæſt.* vbi Bar. Ang. Imol. & Paul. de Caſtr. *in l. qui aliena. §. Celſus. ff. de acq. hæred.* Salyc. *in l. 2. col. fin. C. de cuſtod. reo.* Alexan. *conſil. 5. col. 1. in princ. lib. 1. conſil. 63. colum. 1. eod. l.* 1. Iaſ. *conſil.* 188. *colum. 1. lib. 2.* Gramma. *conſil. 21. nu. 18. conſ. 37. num. 6.* vbi quod talis confeſſio eſt ipſo iure nulla, nec præiudicat confitenti, nec e-
b tiam alteri, [b] contra quem deponit, vt probatur *in d. l. penul.* Bal. *l. fi. C. de accuſat.* Dec. *conſ. 189. col. penultim.*

Et procedit, etiam ſi in ea confeſſione perſeue-
c raſſet [c] reus. Alex. *d. conſ. 5. col. 1. nu. 1. lib. 1.* Gram. *d. conſ. 37. ſub nu. 7. & 8.* vbi quod hoc verum eſt, etiã ſi ex interuallo ratificata foret. Paul. de Caſtr. *in conſ. 273. lib. 1. nu. 4.* & quod amplius verum
d eſt, etiã ſi poſtea indicia ſuperueniant [d], quia nõ validant talem confeſſionem. Bar. *l. maritus. col. 5. verſ. item ſoluit gl. & ibi* Alex. *in apoſtill. ff. de quæſt.* Bal. *l. fin. ſub nu. 3. C. de accuſ.* Ang. *in tract. malefic. in verbo, quod fama publica. nu.* 101. Roman. *conſil. 167. nu. 5. & 6.* Grammat. *dict. conſ. 37. nu. 7.* & ibi ſubdit Grammat. *num.* 10. quòd huiuſmodi confeſſio ita extorta, facit præſumi violentiam contra iudicem, & in confeſſione, & proceſſu habito poſt illicitam repetitionem torturæ, quæ pariter eſt nulla, vt per Matſil. *in ſua practic. §. quoniam. num. 42.*

3 Antea verò. quàm oſtendamus, ad torturam deuentum fuiſſe à principio ſine indicijs, prius aduertendum duximus, quòd Iudex Viterbij, qui primus inchoauit iſtum proceſſum, & ad tor

turam deuenit contra Andream, nullam habe-
bar iuriſd·ctionem, & ſine iuriſdictione proceſ-
ſit; nam ex quo, nec ratione delicti, nec ratione
c originis, aut domicilij [c] Andreas non ſortieba-
tur forum in ſua iuriſdictione, nō poterat, quā-
uis ibi inuentum, & captum, examinare, nec tor-
quere, nec de tali crimine cognoſcere, ita eſt cō-
munis opinio omnium poſt gl. *in l. 1. C. vbi de cri-
mi. agi opor.* vbi Bar. in fine. Ang. *in cōſ.* 28. Gram.
deciſ. 26. ſub nu. 9. verſ. ex quo licet criminoſus.
4 Sed omiſſo articulo iuriſdictionis, dicimus, ꝙ
pęnitus de facto proceſſit; in primis enim ipſi nō
coſtabat de corpore delicti, nec verè, nec præſū-
ptiuè, nec aliquo modo, prout nec hodie cōſtat,
vt infra demonſtrabimus. Vnde nō poterat pro
cedere ſaltem ad torturam. *l. 1. §. illud autem. ad
Sylla.* Aretin. *in tract. malef. in verb. fama publica.
verſi. 12. tamen iudex.* Marſil. *in ſua pract. in princ.
nu. 5.* idem Marſi. *l. 1. de quaſt. col. 3. & conſ. 40. li. 1.*
5 Præterea ad torturam proceſſit eodem inſtan
ti, non datis, nec oblatis Reo defenſionibus hu-
f iuſmodi ruſtico, & ignaro, [f] & per conſequens
male, & iniuſte, vt latiſſime per Marſil. *in ſua pra-
ctica. §. nunc videndum. num. 3. cum ſeq. eſt tex. in l.
vnius. §. cognitorum. ff. de quæſtio.*
6 Quod autem Andreas ſine indicijs fuerit tor
rus per D. Iudicem, ſatis ex ipſo proceſſu con-
ſtat, cum ante torturam nihil reperiatur, niſi
vnicum eius conſtitutum, ex quo conſtituto
nullum indicium colligi poteſt contra ipſum,
niſi ſolus diſceſſus ex Vrbe; de quo diſceſſu cū
per ipſius duntaxat confeſsionem conſtaret, &
ipſemet, quare diſceſsiſſet, cauſam allegaſſet, v-
tique non poterat ex eo colligi aliquod indiciū,
& maximè ad torturam ſufficiens, cum etiam
ſimplex, & vera fuga tale indicium non faciat,
g quando aliqua alia iuſta cauſa timoris [g] allega-
tur. Marſil. *conſilio 49. numero* 37. Ioan. de Ami.
*conſilio 85. ſub numero quinto, cum ſequen. & in
conſilio 7. ſub numero* 15. vbi in propoſito noſtro
vult, quod timor partis, quæ ſe offenſam præten
dit, excuſat fugam. Vltra quod etiam quando
fuga nullam habet excuſationē, quæ appareat,
h tamen dicitur eſſe leue indicium. [h] Bal. *l. non hoc.
C. vnde leg.* refert, & ſequitur Ioann. de Amic.
conſilio ſeptimo, numero 22. Vnde poſtquam
Andreas fuerat ſemel, & bis eleuatus in tortura,
& longo ſpacio ſubſtinuerat tormentum, quo
præſertim valde afficitur, & mirum in modum
terretur, vt ex proceſſu conſtat, vtique purgaue-
rat huiuſmodi leue indicium ſatis, ſuperq; adeo
quod cum iterum, & tertio eleuatus fuerit, &
amplius fuerit immediatè tortus, confeſsio de-
inde ſequuta, & per immoderata tormenta ex-
torta, præſertim varia, & reuocata, adde, & inue-
riſimilis, vt infra dicetur, nullius eſt momenti, &
non attenditur.
Quod vero d. confeſsio fuerit extorta per ter-
7 rorem, ac vim, & dolorem tormenti, præſertim
immodici, & non quia ſic veritas eſſet, demon-
ſtratur ex multis apertiſsimè. Primo, quia poſt
ſecundam eleuationem depoſitus iam confeſſus
fuerat in ſui perniciem, & damnationem, quòd
cōſcius fuit, quod Io. Baptiſta volebat ſe ipſum
venenare cum dicto ſolimato, & quod vidit ip-
ſum manducare ſolimatū, vt in prima parte pro-
ceſſus, folio 158. 159. & tamen cōtra D. Tarqui-
niam vel alios nihil dicit; & tamen ſi ipſa culpa-
bilis fuiſſet, vtique eadem vis tormenti, quę coe-
git eum ad confitendum in ſui damnationē, pa-
riter coegiſſet, & multo magis ad propalandum
de illa; eſt enim inueriſimile, quòd mandatarius
de ſe fateatur potius quàm de mandante. *l. fin. C.
de accuſa.* Gram. *not. 3. verſ. accedit.*
8 Secundo inculpat etiam D. Gregoriam ma-
trem D. T. & tamen de ea compertum eſt Curię,
quod falsò fuit inculpata. Vnde colligitur, qđ
pariter, & de ſe, & de D. Tarquinia falſum cōfeſ-
ſus fuit & metu, ac violētia tormenti. ita expreſ-
sè notat *in l. 1. §. fi. ff. de quæſt. ibi, quaſiturus de con
ſcijs, quos æquè habere ſe commentus fuerat, vt ad
certiorem ipſius de ſe confeſsionē perueniret. Nec fru
ſtra, &c.* & idem expreſsit Iuriſconſultus *in d. l. 1.
§. quæſtioni. ibi, & ita fit, vt etiam vario modo fatean
tur, & non tantum ſe, verum etiam alios criminent.*
9 Tertio in eadem confeſsione ad interrogatio-
nem reſpondet, quod fuerunt ſibi dati quadra-
ginta aurei a Domina Tarquinia, & D. Grego-
ria, & quidam anulus, & quod illas pecunias de-
derat cuidam Ioanni Petro Piſtori, & tamen
etiam hæc pars illius confeſsionis non verifica-
tur; immo falſa reperitur, ex quo luce clarius cō-
ſtat, totam confeſsionem fuiſſe falſam, & ipſum
contra ſe, & Dominam Tarquiniam, & Domi-
nam Gregoriam confeſſum eſſe, præ dolore tor-
menti, quaſi cito perire feſtinans, vt propriè di-
cit Paul. de Caſt. *in conſ. 272. nu. 7. in fi. lib. 1.* & fa-
cit tex. *in d. §. fin. l. 1. de quæſtion.* Confeſsio enim
debet eſſe verificata, vt noceat, & vbi non veri-
ficatur, imò falſa reperitur, non attenditur, præ-
ſertim concurrentibus alijs, ut infra dicetur.
10 Quarto ex eo quod dicta confeſsio eſt uaria,
i & incerta [i], & per ſuggeſtionē interrogantis ex-
preſſa, vt ex lectura examinis illius patet, colligi-
tur, quod propter tormenti impatientiam, ita
confeſsus fuit. *d. l. 1. §. quæſtioni.* Paul. de Caſtr. *d.
conſi. 273. nu. 7.*
11 Quinto idem colligitur ex eo, ꝙ ubi primum
fuit liberatus è manibus illius Iudicis, & ductus
ad Carceres Vrbis, cum primum habuit liberta-
tem ſe excuſandi, reuocat in carcere illam cōfeſ-
ſionem, & conqueritur cum duobus, qui in eo-
dem erant carcere, quod coactus fuerat inculpa-
re ob vim tormenti duas nobiles mulieres con-
tra ueritatem, ut patet in prima parte proceſſus
fol. 96. & 97. ita in terminis concludit Bal. *in con-
ſil. 364. ſub num. 4. lib. 3.* ubi uult, quod confeſsio
per tormētum extorta, ſi ubi primū reus habuit
libertatem ſe excuſandi confeſsionem illam re-
uocat, prima confeſsio non ualet. Et etiam iudi-
cialiter, quādo a princ. examinatur hic in Vrbe,
ubi ipſe credere potuit ceſſare cauſam ſui timo-
l ris [l], reuocat illam inculpationem D. Tarquiniæ,
& totam illam depoſitionem, ut in dicta prima
par. proceſſus, folio 47. & in ſecundo conſtituto
fol. 81. & 91. ubi amplius ſubdit, quòd ſi iudex
Viterbij

Viterbij aliquanto plus ipſum eleuatum tenuiſſet, erat dicturus, quòd venenauerat Ioan. Baptiſtam de mandato Domini Alexandri fratris Ioann. Baptiſtæ, quæ verba multum ſunt notanda, quia ſunt verba, quæ de intimo cordis veniunt.

12 Stantibus autem hiſce reuocationibus illius confeſſionis per tormentum extortæ, quæ non verificata, immo falſa reperta erat, vt dictum eſt, etiam ſi ad torturam iuſtè fuiſſet proceſſum, nihilominus erat ſtandum huic reuocationi, quia
m pro reuocatione militabãt multa indicia, [m] & ſatis erat, quod cõfeſſio non fuerat verificata, immo falſa reperta, vt voluit in terminis Bald. *in l. 2. C. de cuſtod. reor. in verſ. quandoq; in confeſſione, nu. 4. iuncto tex. in d. l. 1. §. fin. quem allegat*, & cum ſequitur, & refert poſt Brun. Marſil. *in pract. in §. quoniam. ſub num. 3. verſ. ſed idem Bal. in l. 2.* Militabant enim pro dicta reuocatione alia indicia, tam, quæ ſupra adducta ſunt, ad demonſtrandum, quòd confeſſio fuerat per vim tormenti extorta, & nõ quia ſic veritas eſſet, quàm etiam alia, veluti quod Andreas, ne nummum quidem habebat, quod non ſolet euenire his, qui pecunia mediante, de alterius mandato hominem interficiunt. Item etiam quod per primas depoſitiones Angelicæ eius vxoris, tam in tortura quã extra torturam, fuerat repertum, quod Andreas eidem communicauerat mandatum habitum a Ioanne Baptiſta de emendo ſolimato, & quod habuerant ſimul tam ante, quam poſtea, colloquia ſuper hoc, quæ colloquia pęnitus excludebant culpam, & ſuſpicionem D. Tarquinię. Nec non militabant aliæ veriſimilitudines, & coniecturæ, de quibus infra, & latius in informatione facti; erat ergo ſtandum hiſce reuocationibus per prædicta; & cum nulla alia extarent indicia contra Dominam Tarquiniam, nec alia ſuperueniſſent contra Andream, non erat contra Dominam Tarquiniam, & Dominam Gregoriam procedendum ad inquiſitionem, & carcerationem. Nec contra Andream ad alia conſtituta, & repetitiones, ac tormenta, quæ ſine nouis indicijs, quæ ſunt vrgentiora primis, & ab eis di-
n uerſa, repeti [n] non poſſunt. Bar. *l. vnius. in principio. ff. de quæſt.* Marſil. *in ſua pract. §. quoniam. nu. 9.* Vnde ſequitur, quod confeſſiones per repetitionem torturæ illegitimè extortæ in caſu, in quo non poterat repeti, ſunt nullæ, vna cum omnibus inde ſecutis. Marſil. *d. §. quoniam. num. 42.* vbi latè de hoc: ſublata enim dicta confeſſione Andreæ, nihil aliud apparebat, niſi vltima depoſitio Angelicæ poſt eius torturam, folio 24. & 27. quę depoſitio nullatenus erat attendenda ex infraſcriptis.

13 Et primo, quia depoſitio vxoris contra [o] vi-
o rum ſiue in tortura, ſiue extra torturam, non valet, ex quo examinari non poterat. *l. lege Iulia. ff. de teſtibus. l. 2. C. eodem titulo.* Bald. *l. fin. C. de accuſat.* Marſil. *l. 1. §. Diuus Antonin. in princip. ff. de quæſtion.*

14 Secundo, quia cum iam fuiſſet, & ſine tortura, & cum tortura, licet inde indebitè, examinata, & nihil contra virum depoſuiſſet, imò in omnibus ſe conſormaſſet cum prima depoſitione Andreæ, ex qua etiam colligebatur illius veriſimilitudo, ſtandum erat primo dicto, præſertim in tortura cõprobato, & veriſimili. Nam regula-
p riter pręualet in teſte dictum in tortura [p] Cepo. *conſi. 60. nu. 12. cum ſeqq. in crimin.* Et præſertim, cum ſicut ex proceſſu apparet, tempore vltimæ depoſitionis, ipſa fuerat loquuta cum dicto Alexandro quærelatore, qui præſens erat; quo caſu ſine dubio ſtandum erat primæ depoſitioni, vt dicit Ang. *in l. fi. nu. 2. in princ. & ſub num. 3. in fi. C. de quæſtion.* & alias non erat ſtãdum, nec primæ, nec ſecundæ depoſitioni, vt ibi dicit Ang. & eſt communis opinio, quod teſti vario nõ creditur, etiam cum tortura. Aym. *conſi. 6. nu.* 48. Dec. *conſ.* 189. *nu.* 11. Quanto ergo magis ſine tortura.

15 Et eò magis, cum illa depoſitio vltima eſſet varia, & dubitatiua, atque incerta, & plena titubatione, cui idcirco minus ſtandum erit *l. qui falſa, vel varia. de teſtib. l. teſtium. §. 1. eodem tit.* quinimo ipſamet notatio aſſerit, ꝙ eſt falſa, & qđ ita deponit timore repetitionis torturæ. folio 27. Accedente etiã quod falſitas dictæ depoſitionis colligitur ex eo, quod ipſemet Andreas eodẽ tẽpore, quo negat dixiſſe vxori, quod venenũ in ferculo Ioanni Baptiſtę propinaſſet, ad interrogatum reſpondet, *ſe lei lo dirà io dirò che ſia vero*, ex quibus verbis colligitur cõfidentia maxima, quam Andreas habebat in ipſa veritate.

16 Nec obſtat, quòd in tertio conſtituto extra torturã videatur Andreas de plano fateri, quòd venenauerit Ioann. Baptiſtam de mandato D. Tarquinię, quoniam eſt aduerten. quòd in eo loco Andreas intendit narrare examen, & confeſſionem factam Viterbij, vi tormentorum, cõtra D. Tarquiniam, non autem intendit tunc idem fateri; & quia iudices aliter accipere uidebantur hanc eius narrationem, ideo ipſe folio 27. apertè proteſtatur, dicendo; *Queſto è dell'eſſamine che io feci a Viterbo*; quod examen Viterbij ipſe prius reprobauerat, & reuocauerat in primo, & ſecundo conſtituto, fol. 47. & fol. 81. & fol. 85. & 91. in prima parte proceſſus.

17 Ex ſupradictis remanent duæ concluſiones firmatę; prima, quod a principio Andreas fuit indebitè, & ſine indicijs tortus; & ideo quod omnes eius cõfeſſiones, & omnia inde ſequuta, nulla ſunt. Secunda concluſio, quod dato etiam, quod a principio fuiſſet aliquo colore quæſtionatus, tamen attentis reuocationibus eiuſdem confeſſionis, pro quibus reuocationibus militabant indicia, & præſertim quod confeſſio non fuerat verificata, immo falſa inuenta, erat ſtandum his reuocationibus; nec poterat ſine nouis indicijs diuerſis a primis procedi ad tot repetitiones conſtitutorum, & tormentorum cõtra Andream: ad quæ tamen cum deuentum fuerit de facto, ſequitur, quod confeſſiones poſtea extortæ, & omnia ſequuta, nulla ſunt, ut per Marſil. *in practic. dicto §. quoniam, numero quadrageſimo ſecundo*; & ideo ex hac tam immodica, & indebita tortura, quinquies

q repetita,[q] quæ de iure nõ poterat, niſi tertio re-
peti, ex nouis indicijs oriuntur querelæ ipſius
Andreæ, qui vbique proteſtatur, quòd violen-
tia tormentorum cogitur mendacia deponere,
& inculpare D. Tarquiniam, prout in ſpecie cla-
mat, & proteſtatur. fol. 205.207.219.227. in 2.
par. proceſſus.

18 Sed multò minus deueniri poterat ad deten-
tionem, & carcerationem D. T. ex poſitione aſ-
ſerti mandatarij, quæ tot defectus patiebatur in
ueriſimilitudinis, uarietatis, falſitatis, reuoca-
tionis, & tormenti, indebitè, & ſaltem immodi-
cè adhibiti: nam regulariter confeſſio mandata-
r rij [r] non facit indiciũ, niſi ad inſtructionem. Bal.
conſ. 97. lib. 5. & Marſil. *in ſua practica. §. diligenter.*
nu. 60. cum ſequentib. & per Grammat. *latè in ſua*
deciſione 28. numero 9. cum ſequentib. idem Marſil.
in l. 1. §. Diuus Antoninus. colũna tertia. ff. de quaſt.
& dicit Grammat. *in conſ. 38. nu. 20. in crim.* quod
non valet etiam ad formandam inquiſitionem;
ſ ſed ſi talis cõfeſſio patitur tot, & tales defectus,[s]
vtique nec ad inſtructionem poſſunt fidem fa-
cere, per ea, quę ſupra allegata fuerunt in princi-
pio, & trad. in terminis Grammat. *in conſi. 44. nu.*
9. verſi. & potiſſimum, cum ſequentib. Et videmus
alia quod depoſitio teſtium, etiam plenè probã-
tium, ſi eſt inueriſimilis, non attenditur. Felyn.
in c. auditis. col. 13. de præſcrip. & propria confeſ-
ſio inueriſimilis non nocet. Dec. *l. cum te. la ſecun*
da, col. 2. C. de tranſact. Aym. *conſ. 134. nu. 36.* cum
ſequentib. & ideo dicit Marſil. *in l. 1. in princi. nu.*
31. de quaſtio. quod iudex aduertere debet, quòd
confeſſio in tortura ſit probabilis, poſſibilis, &
t veriſimilis;[t] alias ſi non eſt ueriſimilis, non attẽ-
ditur, ibi *nu. 35. verſicul. quoad tertium,* & de depo
ſitione varia, quæ attendenda non ſit, in his ter-
minis habetur per Aymon. *in conſilio ſexto, nume*
ro 27. Et hæc ſatis quoad primum caput, quod
propoſuimus de nullitate confeſſionis Andreæ,
& totius proceſſus.

19 Modo deſcendendo ad aliud caput principa-
le, ideſt, ad demonſtrãdum, quod eius depoſitio
contra Dominam Tarquiniam, etiam ſepoſita
nullitate, nõ debeat attendi, nec pariat aliquod
præiudiciũ, in primis dicimus, quod dicta depo-
ſitio eſt ab omni veriſimilitudine aliena, ideo-
que non attendenda; debet enim cõfeſſio vel de
poſitio teſtis eſſe veriſimilis, præſertim in crimi-
nalibus, vt proximè dictum fuit, & probabilis;
alias non attenditur; immo veriſimilitudo ipſa
eſt tantæ potentiæ, quod licet alias ſtetur dicto
teſtis cum tortura, tamen ſi alterum extra tortu
ram eſſet veriſimilius, huic ſtaretur. Aymon. *in*
conſilio ſexto, numero 49. Cæpol. *dict. conſilio 60.*
numero 12. & 14. & valde notandum eſt quod in
quit Bald. *in l. non hoc. ff. vnde legi.* vbi vult quod
de ſubſtantia iudicij ſit, quod ab eo abeſſe quidẽ
poſſit ueritas, ſed nõ veriſimilitudo; ſunt autem
huius depoſitionis inueriſimilitudines propè in
finitę, de quibus plenè in informatione facti. Et
inter quas ea potiſſimum attendenda, quæ cau-
ſatur a defectu cauſę generalis; nulla enim in p-
ceſſu apparet, nec apparere in æternum poteſt

u cauſa [u], nec ſufficiens, nec inſufficiens, ob quam
Domina Tarquinia animum vnquàm habuerit
ad venerandum virum ſuum; ſine cauſa verò do
lus, & delictum non committitur. Corn. *conſilio*
217. colum. fina. li. 4. Aymon. *conſilio ſexto, nume-*
ro 22. & conſilio 75. nu. 13. Quinimo conſtat to-
tum oppoſitum ex teſtamento Domini Ioan-
nis Baptiſtæ, per eum publicato in vltimo eius
vitæ ſpiritu, & ex ampliſſimis legatis, & verbis
amantiſſimis prolatis per eum erga Dominam
Tarquiniam, de qua ſemper fecit honorificam,
& amantiſſimam mentionem. Cum ergo ceſſa-
ret omnis cauſa odij erga maritum, quia mari-
tus eam vnicè diligebat, ſequitur, quod aduer-
x ſus perſonam non maleuolam [x] nihil præſumen
dum ſit, & quod in ea ceſſet omnis doli, & deli-
cti ſuſpicio, vt per Aym. *dict. conſi. 6. & 75. nu. 22.*
& 13. & per Corn. *conſi. 63. colum. 3. circa fin. lib. 3.*
immo ſi homicidium in amicum committatur,
præſumitur ex caſu.

20 Nec obſtat, quòd iudices neſcio quàm circũ-
ſpectè tentauerint pro cauſa delicti deducere, &
probare adulterium Dominæ Tarquiniæ, quia
adhoc in primis reſpondetur, quod non ſatis
erat, hoc probare, niſi etiam probatũ eſſet, quod
Ioan. Baptiſta hoc ſciebat, quod ex teſtamento
falſum eſſe conuincitur, vel ſaltem, quod ipſa de
hoc timeret. de quo timore nihil apparet, nec ap
parere poteſt; quia cognita dilectione mariti,
quæ ex teſtamento colligitur continuata vſque
ad vltimum ſpiritum vitæ, impoſſibile eſt, quod
vxor poſſet habere de eo aliquam cauſam timo-
ris, qui eſt contrarius effectus dilectionis, prout
etiam tàm mutua dilectio vxoris erga maritum,
quã omnis timoris ceſſatio, cognoſcitur ex eo,
quod Laura, & Camilla deponunt in ſecunda
par. proceſſus, fol. 67. quod Domina Tarquinia
deſiderabat ſuſcipere filios ex marito; quod vti-
que eſt dilectionis, & magni amoris ſignum, nõ
odij, aut timoris; ex quibus omnibus dicimus, q
de huiuſmodi conficto adulterio nihil conſtat
in proceſſu. Nam de concluſione & conſenſu
Dominæ Tarquiniæ non deponit, niſi ſola An-
tonina, quæ eſt meretrix, & infamis, & non de-
ponit nec de viſu, nec de actibus proximis, ſed
de quibuſdam remotis, ex quibus adulterium
probari non poteſt, præſertim non concurrente
fama, & alijs adminiculis. *c. præterea,* & ibi Abb.
numero quarto, & Felyn. *numero tertio, de teſtibus,*
Bald. in fortioribus terminis *in conſilio 445. libro*
ſecundo, præſertim cum de iure Canonico mu-
lier in criminalibus non ſit integer teſtis. *cap. fo-*
rus. de verbor. ſignification. maximè, quando non
eſt vitæ honeſtæ, ſed infamis. Alexand. *in conſilio*
11. columna ſecunda, numero ſexto, libro primo. Cę-
pol. *cauſ. crimin. conſilio 32. gloſſ. in verb. palam, in*
l. 3. §. lex Iulia. ff. de teſtibus. Innocent. *in ca-*
pitul. cum p. de accuſatio. not. in capitul. tanta.
in fin. cum gloſſ. de ſymon. Et cum ex eius de-
y poſitione appareat, quod odio [y] habebat d.
Stephanum de Bellis, & alios de eius domo,
non poteſt ei fides adhiberi contra Dominam
Tarquiniam; & in hac cauſa, quæ redundat
in infa-

in infamiam eius, & D. Stephaniacaliorum de domo Alex.*conſi.99.lib.*1.Aym.*conſi.99.nu.*3.

21 Præterea cum Camilla in tortura ſuſtinuerit in hoc negatiuam, & eam iudices reputauerunt veriſimiliter conſciam adulterij, ſi commiſſum eſſet, ſequitur, quòd ex hoc tollitur omnis cõiectura, & ſuſpicio contraria.[z] facit quod in ſimili ponderat Aym.*in d.conſ.99.in fi.ver.ſed vltra inhabilitatẽ.* Et vlterius põderamus, qđ Laura fol. 93. in 2.p.proceſſus, deponit, quod odiũ intercedit inter Pantaſileam, Lauiniã, & D.Tarquiniã: inde infertur, quod illa domus nõ poterat reputari apta, neq; tuta, ad cõmittendũ adulteriũ, in qua domo omnes dictæ perſonæ morabantur.

22 Propoſuimus ſecũdo loco, quod dicta depoſitio Andreæ, & inculpatio D. Tarquiniæ erat varia in pluribus; & ideo nõ attendenda, tanquam non vera, ſed in tormento extorta, *d.l.prima.*§.*quæſtion. & l.qui falſa.de teſtib.* Aym.*d.conſi.6.nu.* 27. variationes autem prædicti Andreæ plures eſſe, & illas quidem omnes ſubſtãtiales, ſatis clarè in eadem facti informatione deducitur; quas propterea hic repetere ſuperfluum putauimus; ſed inter eas, illa præcipuè conſiderabilis eſt, quę conſiſtit circa promiſſionem pecuniarum; nam in ſecundo conſtituto fol. 134. in 1. par. proceſſus, dicit, ſibi fuiſſe promiſſos centum aureos; & alias dixerat modò 40. modò quindecim, modò plus, modò minus; in hoc dicit, iſtas pecunias fuiſſe ſibi promiſſas, & nõ traditas: in ptimo, Viterbij; & alias dixerat quod receperat, & tradiderat *cuidam* Ioanni Petro Prætori, quæ variatio circa promiſſionem pecuniarum, maximè attenditur, ad demonſtrandum falſitatem depoſitionis, vt dicit Aym.*d.conſi.6.nu.* 27.

23 Vltimo loco propoſuimus, quod dicta inculpatio Andreæ ex proceſſu conuincitur falſa, & impoſſibilis; & pro huius concluſionis demonſtratione accipimus eam inculpationem, quã iudices prætendũt bis ratificatam, in qua Andreas concludit, quod D. Tarquinia pottauit ipſa de coquina in anticameram fercula, & quod ibi ſuper impoſuit ſolimatum. Hæc autem inculpatio reprobatur expreſsè ex depoſitione Lauræ in 1. part. proceſſ. fol. 201.202.205.211.212.236. & 240. & Camillæ fol. 244.246. & 248. In quibus locis iſtæ mulieres hæc omnia concludunt; primo, quòd Laura fecit omnes meneſtras cum D. Io. Baptiſta a principio, nec vnquam poſtea ſurrexit ab illa, prout etiam ipſa D.Tarquinia dicit in primo cõſtituto, fol. 295. & 12. fercula autem portata fuerunt in menſam, poſtquam antiprãdium, & carnes etiam commederant. Tertio concludunt, quod caſeus erat ſuper tabula in coquina. Quinto, quod per D. Andream non fuerint remiſſa, nec reuoluta fercula. Vltimo quod Domina Tarquinia mane illo poſt reditum Io. Baptiſtæ non fuit in coquina. Quibus ſtantibus, vera eſſe non poteſt ſupradicta inculpatio Andreæ; & licet iſtæ ſint mulieres, tamen eorum dictum plene probant, tum, quia a fiſco examinatæ, Gram.*deciſ.34.nu.* 11. Tum quia deponũt de facto in domo.*l.conſenſu.C.de repu.* Marſil.*conſil.* 102.*nu.*2.*lib.*2. tum quia in fauorẽ rei deponũt, & contra ipſum fiſcum, ab eodẽ productę. Marſ. *conſi.*51.*nu.*42.*lib.*1. Tum quia habemus conſtitutionem Egidianam *lib.*4.*c.*17.

24 His omnibus addimus, quod & pro D. Tarquinia ſunt ſpecialia indicia innocentiæ; & in primis eius bona fama, de qua legitimè conſtabit, quæ apta eſt elidere indicia, ſi quæ eſſent cõtra eam, præſertim ex depoſitione aſſerti mandatarij. Gram.*conſi.*35. *ſub nu.* 49. *& in terminis noſtris conſi.*91.*nu.*10.

25 Secundum indicium eſt, quod ipſa miſit vocatum medicum, vt deponit Paulus, fol. 328. & ipſamet in primo eius conſtituto fol. 272. quod non feciſſet, ſi culpabilis fuiſſet; immo dubitaſſet, ne medicus cognoſceret infirmitatẽ veneni; vt exinde poſſet oriri ſuſpicio contra eam; nam conſcius ſuæ culpæ, ſibi ſemper timet, & in ſimili facto in cauſa veneni colligit etiã Pau. de Caſtr. indicium innocentiæ vxoris *in conſil.*199.*ſub nu.*7.*verſi.Item purgatur ex eo.lib.*11. vbi loquitur in vxore, quæ vomitum conſeruauerat, vt illum Medico oſtenderet.

26 Indicium etiam eſt ex eo, quod Paulus deponit per fiſcum examinatus in 2. part. proceſſus, fol. 332. & 333. & fol. ſequẽ. vbi dicit, quòd poſtquam D.Tarquinia incępit intelligere, quod ortæ erant ſuſpiciones contra Andream, & quod Alexander iuerat Viterbium ad procurandum eius capturam, ipſa lætabatur, quod caperetur, & quod poſt capturam eius intellectam, lætata eſt, & quod dicebat, *Che li parena mille anni uedere Andrea ſquartato.* Et tamẽ ſi culpabilis fuiſſet, fugam arripuiſſet, & præſertim poſtquam ſciuit, quod Andreas iam contra ſe ipſum fatebatur. de qua ſciẽtia deponit Paul. fol. 335. & 336. vſque ad 338. Eſt enim magnum innocentiæ ſignum capto prętenſo mandatario, & intellecto, quod iam contra ſe fatebatur, & nõ fugere cum poſſet, argumento eorum, quæ tradit Marſil. *in* §.*diligenter, nu.*204.*in pract.*

27 Omiſimus, quod multò maiores, & grauiores coniecturæ ſunt, quòd vera ſit prima depoſitio Andreæ, videlicet, quod ſolimatum emerit de mandato Ioannis Baptiſtæ, tum ex teſt. illius, & verbis in eo cõtentis, denotantibus, quòd de propria morte propediem cogitabat, cum tamẽ eſſet ſanus; tum ex prima Andreæ depoſitione, ſemper conſtanti, & nunquam varia, & multoties in tortura ſuſtentata per longum temporis ſpatium: tum ex verificationibus, & conformitatibus eiuſdem depoſitionis, ex dicto primo Angelicæ, & vtriuſque Hyppoliti, vt ſupra diximus, & in 15. inueriſimilitudine; tum ex eo, quod dum iacuit in lecto, & grauiter, vſque ad mortem ægrotauit, ſentiret ſe perire cum vomitu, ſudore frigido, ardore in gula, & magna virtutis proſtratione, cum paulò ante ſanus eſſet, nihilque de veneno conqueſtus eſt, vt apparet ex proceſſu, præſertim fol. 115. & 86. & 224. in prima part. & deponit Paul. fol. 328. in ſecunda par. quod tantum conquærebatur de catarro; ex qua eius conſtantia & taciturnitate, & patiẽtia colli-

colligitur, quod ſibi ipſi conſcius erat, quod iuſte pariebatur, quia ſic voluerat, vt in ſimili conſiderat Aym. *in cōſi.6.col.8 in prin. ſub nu.30. verſ. nono conſidero. & facit optimus text. in l.1.§.fi.ff.ad Sillan.*

28 Sed cum omnia ſupradicta concurrant indicia pro innocentia D. Tarquiniæ, ſequit, qđ ſi qua et indicia cōtra eum milirarent, quod perpetuo negamus, nihilominus illa ſublata eſſent per iſta, quæ in eius fauorem faciunt; adeo quod vlterius contra eam inquiri nō poſſet. *c. auditis. de crim. fal. c. tuam. vbi gl. de ſponſal.* Gram. *vot.3. nu. 20.* Barto. *in l.1.§. ad quaſtionem. verſ. nec facile. de quaſtio.* immo etiam, quando indicia pro reo sūt debiliora, indicijs contra eum laborantibus, nihilominus abſoluitur. Aym. *conſi.6.nu.4.* Marſil. *in pract.§. diligenter, nu.190. cum ſeqq.*

29 Et ex omnibus ſupradictis colliguntur plura grauamina, huic parti in hac cauſa per iudices illata; primo, quia Andreas ſine indicijs legitimis, & nō ſeruatis ſeruandis, fuit tortus, & tortus immoderatè. Secūdo, quod fuit ſine nouis indicijs indebitè repetita tortura contra illum. Tertio, quod fuit ſæpius repetita, cum quinquies fuerit tortus, & de iure nō, niſi tertio, repeti poſſet, ad euitandam infinitatem. Paul. de Caſtr. *conſ.197. circa fi.* Gram. *conſi.44.nu.14.* in quo notanda eſt ſubtilitas iudicum intendentium defendere huiuſmodi immodicam repetitionem, diſtinguendo perſonam Andreę ſecundum triplicem conſi a derationem, uidelicet, vt principalem, in ſe ipsū; vt teſtem, in D. Tarquiniam; vt sociū criminis, in alios cōplices; & ſecundum q̄libet dictarū cōſiderationū, prætendunt poſſe vſq; ad tertiā vicem illam repetere: adeo, ꝙ Andreas adhuc remaneret creditor quatuor repetitionum tormēti; & prędicta iudicum conſideratio, & intētio colligitur ex proceſſu fol.221. cum ſeq. in inſtan. D. Fiſcalis, omiſſis alijs grauaminibus.

30 Addimus etiam, quod adhuc hodie de corpore delicti non conſtat, præſertim ſi veriſimile nō eſt, quòd Io. Baptiſta ſe ipſum veneno perdiderit; nam præter iudicium egregij Excellētiſſimique Medici Magiſtri Frāciſci de Nuſsia, de quo in proceſſu apparet, ex relatione Marci Antonij, accedit, quòd depoſitio Medicorum nō affirmantium, an veneno ingenito, an propiato deceſſerit, non concludit, etiā ad ſufficientem probationem corporis delicti, vt in terminis Grammat. *vot.30. ſub num.29. vbi vide.* Vlterius eſt aduertendum, quod intentio, & inquiſitio iudicū, & fiſci reſtricta eſt ad illud genus veneni, quod ſolimatum appellatur; ſigna autem huius veneni notiſsima ſunt ex ipſis ſcriptoribus Medicinæ, & maximè ex auctor. Dioſcoridis, & Mattioli Medici peritiſsimi, & deſcripta ſunt ab eo *in 6. lib.* Dioſcoridis *ſub capite* 28. Ex quibus ſignis nullum fuit verificatum in caſu iſto, ergo indubitāter concludendum eſt, quod de corpore delicti ſufficienter non conſtat.

31 Addimus demum, quod iudices talem ſtylum, & ordinem procedendi tenuerunt contra Andreā, ex quo ipſe coactus fuit cognoſcere, quod nullum ſibi remedium reliquū erat euitandi tormentum, niſi inculpare D. Tarquiniam. Nam quoties fuit in fune eleuatus, ſubſtinuit negatiuam in tortura ſemper, per notabile ſpacium tēporis; & quando amplius ſuſtinere non poterat, ſe pollicendo veritatem dicturū, fuit depoſitus, vbi poſt depoſitionem aſſerebat ea, quæ alias dixerat, videlicet, quod de mandato Ioā. Baptiſtæ emerat ſolimatum; iterū eleuabatur, & quando fatebatur, D. Tarquiniam ei hoc mandaſſe, deponebatur, & nunquam iterum eleuabatur per talem inculpationem, vt ex proceſſu apparet: & tamen officium iuſti iudicis erat, etiam poſt inculpationem D. Tarquiniæ, iterū eleuare ad videndum, quo in dicto manebat, vt per Angel. *in d.l. fin. colum. prima, & ſecunda. C. de quaſt.* & vt viderent veritatem, ab eo quærere, non autem ſolam D. Tarquiniæ culpam, ideo verificatur hoc caſu dictum Bart. *in l. fin. in princip. ff. de quaſtio.* quòd iudices, qui ex indicijs cogunt aliquem omnino ad confitendum mediante tortura, malè faciūt; & ſtulti reputantur, quia iſtud eſt in effectu condemnare ex indicijs, & ſuſpicionibus, quod a iure improbatur, vt ibi per eum.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ADDITIONES.

a *Non pracedentibus legitimis indicijs.* Pro hac cōcluſione eſt tex. ferè ad literam *in l.1.§. Diuus Seuerus. ff. de quaſtion.* quam vltra allegatos *hic per* Dominos Conſultores ſequuti ſunt Felyn. *in c. at ſi Clerici. num.1. verſ.7. limita.* Dec. *num.37.* vbi alios refert concordantes. Bero. *nu.49. & 57. extra de indi.* Fely. *in cap. qualiter, & quando. il ſecundo. § licet autem, num.13. de accuſa.* Patiſ. de Sind. *verbo, tortus, cap.1. num.4. verſi. in tortura. fol. mihi* 332. Roma. *ſing.132. incip. tu habes.* Matheſ. *ſing. 55. incip. nota, quod quotieſcunque.* Practica Millei *fol.105. nu.33. & ſeq. & fol.118. numero* 13. Brun. *de indic. par.2. quaſt.6. numero 42. & ſeqq.* vbi latè, & ibi *nu.*48. ponit, an ſententia lata vigore dictę confeſsionis, ſit nulla ipſo iure. Blanch. *de indic. num.221.* Franc. Caſſan. *de torment. cap.5. rubr. de non torquen. ſine indic. num.3.* Iodoc. *in pract. crimi. cap.54. numero* 28. Boer. *deciſ.90. numero* 10. Carer. *in pract. in primo tractat. de appellat. § tertius caſus, num.11. & ſeqq. et in ſecundo tract. de indic. &c. § circa quartum.* Gig. *de crim. laeſ. Maieſt. lib.2. rub. quom. & per quos crim. laeſ. maieſt. prob. quaſt.1. num. 22. ſeqq.* Boſs. *in titu. de confeſſ. per tortu. numero* 1. *& poſt num.*17. Monticel. *reg.18. num.1. vbi alios refert, & num.4.* Franc. Perſonal. *de indic. & tortu. num.67.* Maſcat. *de proba. lib.1. concluſio.*1385. *numero quinto, libro tertio,* Brunor. a Sole *in ſuo compendio, verſicul. confeſsio facta per tortur.* vbi alijs relatis teſtatur de commun. Marſil. *conſil.* 14. *numero* 19. *in fine.* Grammatic. *conſilio* 15. *numero decimo, & conſilio* 40. *numero* 12. *in fine, & ſequent. & voto ſexto, numero nono, & ſequent. & numero* 12. Roland. *conſilio* 12. *numero* 90. *libro tertio,* Vulpell. *conſilio* 21. *numero* 6.

Brunor.

Digitized by Google

Brunor. à Sole in ſuo conſ. crim. num. 159. in fine. & ſeq. Franc. Becc. conſ. 70. poſt nu. 6. Bertaz. conſ. 28. nu. 1. & conſ. 34. nu. 7. & conſ. 116. num. 25. & conſ. 117. num. 1. & conſ. 214. nu. 4. lib. 1. & conſ. 427. nu. 9. lib. 2.

Et in tantum eſt vera concluſio prædicta, vt procedat etiam coram quocunque Iudice habente liberum, & abſolutum arbitrium; Adhuc enim confeſſio coram eo emanata, non legitimis præcedentibus indicijs, nullius eſt momenti, ſecūdū Dec. in d. c. at ſi Clerici. num. 38. de iud. Gab. Saray. in addit. ad Mattheſ. ſing. 55. nota quod quotieſcunque. verſ. amplia etiam. Marſ. in l. quæſtionis. nu. 27. Foller. in pract. cri. verbo, et ſi confitebuntur. p. 3. nu. 3. Boſſ. in tit. de confeſſ. per tortur. nu. 6. in fine. verſ. & procedit hac concl. Monticell. reg. crim. 18. nu. 5. Marſ. conſ. 14. nu. 20. verſ. & idem etiam dicendum eſt. & conſ. 46. nu. 14. in fine. Bertaz. conſ. 341. nu. 20. lib. 2. Rolan. conſ. 12. nu. 95. li. 3. Idem Bertaz. conſ. 61. nu. 7. lib. 1. & conſ. 449. nu. 6. lib. 2. Burſat. conſ. 201. nu. 42. lib. 2.

Item procedit, quamuis agatur de crimine atrociſſimo & excepto, prout eſt crimen læſę Maieſtatis, ſecundum Foller. in pract. cri. uerbo, etſi cōfitebuntur. p. 3. nu. 2. & idem repetijt ibidem. nu. 38. Gig. de cri. læſ. Maieſt. lib. 2. tit. quom. & per quos cri. læſ. Maieſt. prob. q. 1. nu. 17. Viui. opin. 139. nu. 5. Mōticell. reg. cri. 18. nu. 11. Franc. Perſonal. in tract. de indic. & tort. poſt nu. 68. Marſ. conſ. 14. nu. 20. Rolan. conſ. 3. nu. 55. & conſ. 12. nu. 94. lib. 3. Brunor. à Sole in ſuo conſ. crim. nu. 160. uerſic. quod nedum. & nu. 187. ad finem. Bertaz. conſ. 8. nu. 49. & conſil. 28. nu. 2. & conſil. 39. num. 8. & conſi. 61. num. 5. lib. 1. & conſ. 449. nu. 5. lib. 2. Burſ. conſ. 201. nu. 41. uer. quod procedit etiam. lib. 2. Vide quæ dixi in tit. de indic. & tort. q. 37. num. 79. ſeqq. Honded. conſ. 108. num. 36. ſeqq.

b Nec etiam alteri contra quem deponit. Idem dixit Caret. in pract. in 1. tract. de appellat. §. tertius caſus. num. 12. & in 2. tract. de ind. §. circa quartum. num. 2. in fine, & faciunt quæ dixit D. meus Farinacius in ſua pract. crimin. par. 1. tit. de indic. & tortur. quæſt. 93. & ſeq. vbi pluribus probauit, quod inculpatio aſſerti ſocij criminis, extorta ſine legitimis inditijs, non facit indicium contra inculparum, & num. 194. Vbi idem dixit de teſte tormentato ſine inditijs, qui alium nominauit delinquentem, quod & idem repetijt in tract. de teſtib. q. 79. nu. 73. & ſeqq.

c Si in ea confeſſione perſeueraſſet. Veriſſima eſt iſta concluſio, quod confeſſio per torturam extorta, non legitimis pręcedentibus indicijs, quāuis ratificata & geminata, nihil valeat, & confitenti non noceat, ad cuius comprobationem adeas Bar. in l. penul. num. 1. verſic. & ita intelligo. ff. de quæſt. Alber. in l. 1. §. Antoninus Seuerus. numero 2. ff. eodem. Ang. in l. qui in aliena. §. celſus. num. 3. & ibi etiam Imol. num. 3. in fine. verſic. & tene menti. Paul. de Caſtr. numero 7. in fine. Alex. num. 11. verſic. quoad ſecundum & d. num. 11. vbi reprobatis Bald. & alijs contrarium tenentibus, teſtatur de magis communi opinione, & quod ita pluries vidit ſeruari in pract. Aret. num. 10. verſic. primo caſu. Iaſ. num. 37. ſeqq. vbi pariter reprobato Bal. contradicēte, teſtatur de communi, ff. de acquiren. hæred. Fely. in c. at ſi Clerici num. 1. verſic. ſeptimo limita, & ibi etiam Bero. num. 49. & 57. & ſeq. vbi teſtatur de veriori, & æquiori opinione, reprobato Bal. contrarium tenente, de iudi. idem Felyn. in c. qualiter, & quando. il 2. §. licet autem. numero 13. de accuſat. Lanfranc. in cap. quoniam contra, in verbo, confeſſio. poſt num. 9. Marſil. in l. 1. in princ. num. 32. & in §. Diuus Seuerus. num. 10. ff. de quæſt. & in l. quæſtionis. num. 13. & ſeqq. ff. eodem. vbi late comprobat, & teſtatur ſe ita Bononiæ bis obtinuiſſe, & duos homines à pœna mortis ſaluaſſe. Pariſ. de Put. de ſind. uerbo, tortura. cap. 9. ſ b num. 1. fol. 320. & verbo, tortus. cap. 1. num. 3. fol. 331. & num. 40. fol. 336. col. 3. & d. verbo, tortus, cap. 7. num. 5. in fin fol. 348. col. 4. in fine. Angel. de maleſ. in verbo, quod fama publica. num. 36. & ibi Auguſt. in addit. vbi reprobata Baldi contraria opinione, hanc concluſionem bene cōprobat, teſtaturque ſe ita alias obtinuiſſe Romæ in primo anno, quo fuit creatus aduocatus Conſiſtorialis, ad fauorem cuiuſdam de Arimino, qui & ipſe vocabatur Auguſt. idem Angel. in uerbo, comparuerunt dicti inquiſiti, & confitentur totum. numero 16. Gandin. in tit. de quæſt. & torm. num. 26. Mattheſ. ſing. 55. incip. nota quod quotieſcunque, & ibi Gabr. Saray. in addit. vbi de communi. Pract. Millei fol. 107. num. 12. Gram. conſil. 45. num. 36. Marſil. in pract. §. poſtquam. num. 2. Lud. Bologni. ad Guid. de Suzzar. in tract. de ind. & tortur. num. 29. Idem Guido de Suzzar. ibidem num. 70. Brun. de indic. par. 2. q. 5. num. 24. & ſeqq. vbi bene comprobat, & reprobat Bald. contrarium tenentem, & q. 6. numero 3. vbi quod communis * opinio eſt contra Bald. & miratur de eo quod iſto caſu, ita inſipide contra morem ſuum loquutus fuerit. & d. q. 6. num. 9. Franc. Caſon. in tract. de tormen. cap. 18. rub. de confeſſ. ſpontan. num. 6. in fine, & cap. 21. rub. de confeſſ. ratifican. num. 4. Bald. in tract. de quæſt. & tormen. cap. 2. num. 9. Caret. in pract. in 1. tract. de appell. §. tertius caſus. numero 21. & ſeq. & in 2. tract. de indic. & tortur. §. in tex. ibi, formidine tormentorum, & num. 12. & §. circa quartum. numero 2. & §. circa ſeptimum. poſt num. 2. verſ. & licet Bal. vbi quod contra Baldum communiter tenetur. Foller. in pract. verbo, etſi confitebuntur. par. 3. num. 1. & ſeq. Iodoc. in pract. crimin. cap. 54. num. 28. in fine. Gig. de crim. læſ. Maieſt. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læſ. Maieſt. probet. q. 1. num. 22. ſeqq. Boſſ. in tit. de confeſſ. per tort. ſul. num. 1. & num. 5. & numero 8. verſic. quaſi præcedebant, vbi ampliat etiam, quod fuiſſent centū perſeuerantiæ. Villalob. in commun. opin. littera C. num. 151. vbi de communi. Viui. opin. 139. num. 1. vbi alijs relatis teſtatur etiam de communi. Franc. Marc. deciſ. 69. num. 11. par. 2. Pract. Corrad. tit. de confeſſ. crim. fol. mihi 281. col. 2. in 21. limitat. vbi de communi. & tit. de inquiſit. num. 31. uerſic. & præmiſſis adde. fol. 256. Ant. Gomez. uar. reſolut. tomo 3. cap. 13. rub. de tortu. reor. num. 25. vbi de vera, & communi opinione, & quod ab ea, nec in iudicando, nec in conſulendo recedendum eſt. Clar. in pract. §. fin. quæſt.

Digitized by Google

quæſt. 55. verſic. ſi vero confeſſio, vbi alios refert concordantes, reprobatiſque contrarijs hanc dicit magis communem, relati per Monticell. reg. 18. num. 2. Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 353. numero 3. & ſeq. vbi concordantes referuntur. Hieron. Lauren. deciſ. Auinionen. 15. num. 15. Brunor. à Sole in ſuo compendio. verſic. confeſſio facta per torturam. vbi alijs relatis teſtatur de communi, & verſic. & confeſſio rei torti. Roman. conſil. 167. numero 5. & ibi Mandoſ. in addit. littera B. vbi plures alios refert concordantes, & teſtatur de communi Marſil. conſil. 14. numero 4. & conſil. 22. numero 8. & conſil. 29. numero 28. & conſil. 46. num. 16. Gram. conſil. 15. numero 11. & conſil. 21. num. 20. & ſeqq. & conſil. 40. num. 13. & voto 6. num. 7. & num. 10. in fine, & numero 13. Bertaz. conſil. 341. nu. 19. lib. 2. vbi alios plures refert concordantes, & nu. 4. & ſeqq. vbi quod contra Bal. & ſequaces, qui contrariam defendunt opinionem, eſt communis Doctorum ſententia, & ibi alios refert; dicẽs inſuper, quod ſi aliter diceremus, ſequeretur magnum abſurdum, quod omnis iudex extorqueret confeſſionem per indebitam torturam, & poſtea faceret eam ratificare, & ſic daretur materia delinquendi. Rolan. conſ. 3. nu. 54. ſequen. & conſ. 12. nu. 91. lib. 3. vbi de communi, & conſil. 57. num. 14. lib. 4. Vulpell. conſ. 34. num. 2. Brunot. à Sole in ſuo conſ. crim. num. 160. & latius num. 182. & pluribus ſeqq. Franc. Becc. conſ. 70. poſt num. 5. & num. 6. Bertaz. conſil. 8. nu. 48. & num. 52. & conſ. 40. nu. 14. & conſ. 61. nu. 3. & conſ. 162. nu. 6. ſeqq. & conſ. 225. nu. 21. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 449. num. 4. lib. 2. Hippol. Rimin. conſ. 88. num. 54. ſeqq. vbi etiam de communi. lib. 1. Burſat. conſil. 201. num. 18. & ſeqq. pluribus, vbi latè comprobat, teſtaturque de veriori, communiori, & practicata opinione. Honded. conſil. 108. num. 33. ſeqq. vbi alijs relatis teſtatur pariter de practicata, & magis communi opinione.

Quamuis contrarium, quod imò confeſſio expreſsè ratificata, ſuſtineatur etiam quod tortura fuerit illata, non legitimis præcedentibus indicijs, originaliter voluit Bald. in l. vnica. nu. 18. in fine. verſic. ſi vero tormenta. iuncto numero 19. C. de confeſſ. vbi expreſſe dixit, quod quando inditia non præcedunt, vel ſi præcedunt, ſunt leuia, tunc non ſtatur confeſſioni: niſi confitens in ea perſeueret; & quod plus, ſubdit etiam, quod ſatis dicitur perſeueraſſe, ſi confeſſionem non reuocet. & hanc Baldi opinionem ſequuti ſunt Pariſ. de Pur. de Sind. verbo, tortura. cap. 9. nu. 2. & ſeqq. fol. 320. vbi latè eam defendit. & in verbo, tortus c. 1. num. 40. in fine. fol. 336. col. 4. verſic. ſed Bald. & cap. 6. poſt num. 2. verſi. & dixit Bal. fol. 347. col. 1. & cap. 8. poſt num. 6. verſic. & circa ſupradicta fol. 349. Gram. conſ. 45. nu. 44. & deciſ. 34. nu. 58. & nu. 60. & conſ. 40. num. 15. & 17. & nu. 23. & ſeq. Gab. Saray. in addit. ad Mattheſ. ſing. 55. in fine additionis. verſ. & ad prædicta faciunt. Carer. in pract. in primo tract. de appellat. §. tertius caſus. nu. 16. & in 2. trac. de indic. & tort. §. in tex. ibi, formidine tormentorum. num. 13. & in §. circa quartum. num. 2. ad med. & §. circa ſeptimum. num. 2. in fine. vbi licet ſupra dixerit, dictum Baldi communiter reprobari, ſubdit tamen poſtea illud poſſe ſaluari, quando ratificatio eſt expreſſa; tunc enim valet confeſſio per torturam extorta, etiam ſine legitimis indicijs. Monticell. reg. cri. 18. nu. 18. ſeq. Maſcar. de probat. lib. 1. concl. 353. nu. 9. & num. 31. relati per Bertaz. conſ. 341. nu. 12. lib. 2.

d *Etiam ſi poſtea indicia ſuperueniant*. Superuenientia indicia, quod præcedentem nullam confeſſionem defectu indiciorum minimè conualident, communiter à Doctoribus receptum eſt, & expreſſe ſcriptum reliquerunt Alber. in l. maritus. num. 4. ff. de quæſt. vbi quod ita tenent communiter Doctores, & aduocati. Alex. in l. qui in aliena. §. celſus. num. 12. in fine. ff. de acquiren. hæredit. Felyn. in cap. at ſi Clerici. num. 1. in fin. verſic. & duas. Dec. num. 38. in fine. Bero. num. 54. de iudic. Marian. in cap. qualiter, & quando. il 2. num. 1105. de accuſat. Pariſ. de Pur. de ſind. verbo, tortus. cap. 1. num. 13. fol. 333. col. 2. ad med. & num. 41. fol. 336. col. 4. Roman. conſ. 167. Antonius accuſatus. nu. 6. & ibi Mandoſ. in addit. littera D. Corn. conſil. 134. num. 4. lib. 4. Idem Roman. ſing. 132. incip. in habes. Marſil. in l. quæſtionis. num. 13. ſeqq. ff. de quæſt. & ibidem num. 35. & ſeqq. vbi pluribus hanc probat opinionem, & reſpondet contrarijs, & in practica. §. ſecunda quæſtio. num. 3. ſeqq. Brun. de ind. par. 2. q. 6. num. 8. Franc. Caſon. in tract. de torm. cap. 5. rubr. de non torquen. ſine indic. num. 4. Neuiza. in Silua lib. 1. cap. 2. num. 65. Foller. in pract. crimin. verb. etſi confitebuntur. par. 3. nu. 32. Iodoc. in prac. crim. cap. 34. numero 30. Gig. de crimin. læſ. Maieſtatis. quom. & per quos crimin. læſ. Maieſt. prob. q. 1. numero 30. Boſſ. in tit. de confeſſ. per tortu. numero 6. in fine. verſic. & procedit hæc concluſio. Viui. opin. 139. num. 2. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 55. verſic. ſi vero confeſſio. in fine, & quæſt. 64. verſic. dixi etiam. vbi alijs relatis teſtatur de communi. Monticell. reg. crimin. 18. num. 15. Maſcar. qui alios refert, de probat. lib. 3. concluſ. 1385. num. 6. Hieron. Lauren. deciſ. Auinionen. 138. nu. 2. Franc. Perſonal. de indic. & tortur. num. 68. ſeq. vbi de communi, & conſulendo hanc ampliationem ſequuti ſunt. Bal. conſ. 479. tres ſunt caſus. nu. 1. lib. 5. Rom. conſ. 167. nu. 6. & ibi Mandoſ. litera D. vbi alios refert. Marſil. conſ. 46. nu. 16. Gram. conſ. 21. nu. 20. & voto 6. nu. 11. Bertaz. conſ. 341. num. 19. lib. 2. Rolan. conſ. 12. nu. 93. lib. 3. Brunor. à Sole in ſuo conſil. cri. nu. 187. & num. 189. Franc. Becc. conſ. 20. poſt num. 5. idem Bertaz. conſil. 8. num. 50. & conſ. 39. num. 9. & conſil. 40. num. 5. in fine. & conſil. 61. num. 6. & conſ. 162. num. 6. Burſat. conſ. 201. num. 41. lib. 2. vbi de communi. Honded. conſil. 108. num. 35. vbi etiam de communi.

Verum prædicta declarantur non procedere, quando ſuperueniens indicium eſſet confeſſio extraiudicialis ante torturam illatam: nam ex ea videtur conualidari confeſſio emanata in tortura, non legitimis præcedentibus indicijs, ſi credẽdum eſt Marſil. in l. quæſtionis. num. 66. ff. de quæſtio. & in l. eos. num. 20. ff. de falſ. quem refert, & ſequitur Monticell. reg. crimin. 18. num. 16. & numero 21. allegans etiam in idem Gram. conſ. 40. nu. 20.

Nec

Nec diſſentire videtur Baiard. in addit. ad Clar. *quaſt.94.nu.30.* Sed certe dicant Doctores quicquid velint, omnino crederē, confeſſionem hanc per torturā extortam ſine legitimis inditijs, nec etiā conualidari ex ſubſequenti probatione precedentis cōfeſſionis extraiudicialis: Vtroque enim caſu militant iura, rationes, & authoritates Doctorū ſupra allegatorū, qui indiſtinctè, & generaliter loquitur in quibuſcunque indicijs ſuperuenientibus; Ergo etiā idem in extraiudiciali confeſſione ſuperueniente, quæ nō, niſi indiciū, facit. Nec credo poſſit dari releuans ratio diuerſitatis inter indiciū reſultans ex cōfeſſione extraiudiciali, & alia indicia: ideo idē iuris eſſe debet.

e *Nec ratione originis, aut domicilij.* Ad comprobationem huius concluſionis vide D. meum Farinacium *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de inquiſ. q.7. num.2. & nu.* 27. & per totam illam quæſtionem latè explicat, & declarat materiam.

f *Ruſtico & Ignaro.* Iudex an & quando poſſit defenſiones denegare, nullus eſt Doctor, qui melius, & latius explicet materiam, quam D. meus Farinac. *in ſua pract. crimin. par. 1. tit. de Indic. & tort. quaſt. 39. per totam.* Vbi præſertim *nu.90.91.* diſputat, an copia indiciorū, & defenſiones ſint dandæ, & offerendæ reo, illas non petenti, & *nu. 92. & 93.* refert diſtinctionem eorum, qui dixerunt, reo iuris perito, & ſagaci nō eſſe dandas, & offerendas defenſiones, niſi petantur: ſecus autē in reo ruſtico, muliere, minore, ſeu alias ignaro, & idiota. Verum *nu.96. & ſeqq.* Reſoluit, & optime probat indiſtinctè omnibus, ſiue peritis ſiue ignaris, & dandas, & offerendas eſſe defenſiones prædictas.

g *Iuſta cauſa timoris.* Et hinc eſt, quod fuga non facit indicium non ſolum formata inquiſitione, vel porrecta accuſatione, ſed etiā antea, ſi adeſt probabilis timor futurę inquiſitionis, vel accuſationis; vt puta ſi iudex iā incepiſſet teſtes pro informatione curiæ examinare, & multò magis, ſi conuictus feciſſet reū carcerare, aut amplius mādatum de carcerando relaxaſſet, aut alias prout bene declarat Dominus meus Farin. *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de indic. & tort. nu.28. & ſeqq.*

h *Leue indicium.* Contra, quod immo fuga contra fugientem faciat indicium, præſumptionem, & ſuſpicionem non leuem, nullam eſſe apud Doctores dubitationem, teſtatus eſt D. meus Farinac. *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de indic. & tortur. quaſt.* 48. *num.* 1. Sed nunquid fuga ſola faciat indicium ad torturam? Variæ fuerunt Doctorū opiniones, quas recitat idē D. meus Farinacius *d. quaſt. 48. num. 3. & ſeq.* Concludens pro negatiua, tanquam veriori, rationabiliori, & communiori ſententia.

i *Varia & incerta.* Confeſſio adhoc, vt confitēti noceat, debet eſſe clara, certa, lucida, expreſſa, & explicita: aliter nihil operatur quoad condemnationem, ſecundum Felyn. *in cap. at ſi Clerici. numero 1. in princ. iuncto verſic. quarto limita. extra de iudic.* Dec. ibidem *numero 30. & ſequen. & numero 32.* vbi amplius, quod iſto caſu implicita confeſſio habet naturam cōfeſſionis incidenter emanatæ. idem Fely. *in c.1. nu.6. verſ. Item dicas, & num. 12.* extra de except. Butr. *in cap. per Inquiſitionem. col. 3. ad finem. verſ. per hoc dicit. extra de elect.* vbi poſt Innocentium concludit, quod confeſſio debet eſſet expreſſa, & diſcreta, alias nō prę iudicat. Fely. *in cap. qualiter, & quando, il 2. §. licet autem. nu. 3. & 4.* vbi de confeſſione implicita, & conditionali, *& nu. 7.* vbi quod confeſſio debet eſſe expreſſa, & non tacita, *extra de accuſat.* Marian. *in d. c. qualiter & quando. il 2. nu.* 1013. vbi de confeſſione tacita, & in conſequentiam. Rom. *conſ.* 455. *nu. 2. & ſeq.* vbi de confeſſione dubia & obſcura, & reddit rationem, quia ſcilicet obſcure reſpondens, ſimilis eſt nihil reſpondenti. *l. de ætate. §. nihil. ff. de interrogat. actio.* cum alijs ibi per eū allegatis. Bero. *conſ.* 178. *num. 24. & ſeq. lib.* 3. vbi conſuluit in pulchro caſu, videlicet homicidij à pluribus in rixa commiſſi, in quo ignorentur vulnerantes, dicitque, quod ſi vnus ex rixantibus fateatur hoc modo, videlicet, homicidium fuit a nobis commiſſum, non per hoc dicitur fateri, quod ipſe fuit vulneratus, cū potuerint eſſe alij rixantes; & ſic illud verbum, nobis, quod videtur comprehendere etiam perſonam loquentis, & confitentis, non referatur ad vulnera, & percuſſiones, ſed ad rixam, ex qua poſtea ſequutum fuit homicidium; Et hoc quia talis confeſſio ſic dubia, confitenti non nocet, vt ibi per eum. Franc. Ponzini. *in tract. de lam. numero* 71. vbi quod confeſſio non debet eſſe æquiuoca. Brun. *de indic. par. 2. q. 6. num. 9.* vbi quod debet eſſe non vaga, & generalis, ſed certa & ſpecialis. Foller. *in pract. crimin. verbo, etſi confitebuntur. par. 1. num.* 59. Vbi quod debet eſſe clara, & non dubia, *& num. 65. ad finem.* vbi quod debet eſſe ſimplex, & expreſſa, non autem tacita, vel implicata. Iodoc. *in pract. crimin. cap. 54. num.* 34. vbi de confeſſione incerta & dubitabili, & reddit rationem. Cyrill. *in ſumma cri. rubr. 16. de confeſſ. §. 2. nu. 17. verſ. igitur, &c.* Herculan. *de negat. num.* 198. *in fin. fallen.* Vbi pariter de confeſſione incerta. Boſſ. *in tit. de confeſſ. num. 83. & ſeqq.* vbi propterea infert ad eum qui interrogatus de pluribus delictis, aliqua negauit expreſſe; reliqua vero tacendo, & non negando, cōfiteri præſumitur; dicitque, quod talis confeſſio non ſufficit ad condemnandum, *& in tit. de confeſſ. per tortur. poſt nu.* 12. Vbi quod confeſſio non debet eſſe obumbrata, ſed clara, ſicut ſol. *& num.* 25. Vbi quod debet eſſe inuiolabilis. Ant. Gomez. *variar. reſolut. tom. 3. cap. 13. rub. de tortu. Reor. num. 8. verſic. & licet prædicti Doctores.* Vbi quod confeſſio debet eſſe certa, & liquida, quod & idē voluerunt Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ.* 344. *num.* 12. Ludouic. Peguer. *deciſ. crimin. 17. num. 4. verſic. & ratio.* Thom. Triuiſan. *deciſ. crim. 46. nu. 5. lib. 2.* Bertaz. *conſ. 29. num.* 17. vbi præſertim de confeſſione emanata in tortura, quod debet eſſe inuiolabilis, *& conſil. 54. num. 2. & conſil. 55. num. 6.* vbi quod confeſſio nullam debet pati exceptionem, vel labem, & ſic debet eſſe omni exceptione maior. quod, & idem repetijt *in conſil. 61. numero 9. & conſil. 70. num. 12. & conſil. 114. num. 9. & conſil. 187. nume. 12. & num. 15. & conſil. 215. num. 5.*

num.5.& num.9.& conſil.242.num.12.lib.1.& lib.2.conſ.471 nu.10.& ſeqq. vbi infert ad confeſſionem emanatam verbis enunciatiuis, & teſtatur de communi opinione. Honded.conſ.108.nu.46. vbi quod confeſſio debet eſſe nitida, certa, clara, & inuiolabilis. Et hinc eſt, quod quãdo quis excipiendo, aut alias, dicit, puta Titium ſocium criminis, & ſic ſe etiam eiuſdem criminis Reum tacitè fatetur, non per hoc talis cõfeſſio tacita ad ipſum condemnandum ſufficit. Fely. in c.at ſi Clerici.nu.1.in princ.iuncto verſ.quarto limita, Et ibi ẽt Dec.nu.30.& ſeqq. extra de iud. ex gl.quã allegat in c.1.in gl.fina.ad finem, de teſtib.nu6. Idem Fel. in c.1.nu,12,de except. ex alia gl.in c.ſi quis Papa.in gl.magna, ad finem, ver.ſed videtur.diſtinct.79.cum alijs per Maſcar. de prob. lib.1.concl.348.nu.36. Et ad huius ampliationis materiam, vide gl.in l.ſi fiſium.in verbo,deeſt.verſ.& ſi cauet, & ibi ẽt Doct. C.de liber.cau. Cyn.Bal& Salycet. in l.ſi magnum. C.qui accuſare nõ poſſunt. Anan.in c.qualiter et quãdo il 2.§.licet autem.nu.5.de accuſat.

l Cauſam ſui timoris. Ergo ſi reus, qui confeſſus eſt coram vno Iudice, confeſſionem ratificet coram alio, coram quo timoris cauſa ceſſat, non poteſt amplius dicere, ſe metu tormentorum confeſſum eſſe; ſed talis confeſſio habetur pro ſpontanea, & ſufficit ad condemnandum, ſecundum Gram. conſil.40. num.22.in fine & num.23.& nu.25.Monticell.reg.crim.78.num.22. Gabr. Saray. in addit. ad Mattheſ.ſing.55.nota quod quotieſcunque.verſic. & quid ſi tortus, vbi in id allegat Marſil. in practic. in §.occurrit.numero 1.ſeqq. vbi late diſputat, & tandem ſic concludit, altero de duobus concurrentibus, vel quod reus ſit perſona ſagax, & non rudis, vel quod iudex ipſi dixerit, quod non timeat de tortura, ſed libere fateatur veritatem: ſecus ſi hoc non dixerit, & reus fuerit homo rudis, vel imbecillis, aut mulier, vt ibi per Marſil. Verum hæc diſtinctio Marſilij non admodum ſatisfacit Hieronym.Lauren.in deciſ. Auinion.138.ante numerũ 1.in narratione facti.iuncto num.4.verſic.itaque cum Aſcanius, & nu.5.& 6. vbi teſtatur in contingenti caſu, propoſita dubitatione in Rota illa, an cõfeſſio metu facta corã vno Iudice, & ratificata corã alio, qui metũ non intulit, ſed ritè proceſſit, & tertio loco iterum reuocata corã eodẽ iudice ſub prætextu, quod primo loco per metũ emanauerit, & ſic ab infecta radice prouenerit, ſufficeret ad illũ ſic confeſſum & confeſsionem reuocantẽ condemnandũ; An vero ſaltem ad torquẽdum, teſtatur inquam, omnes illos Dominos, vno excepto, fuiſſe in voto, quod nec ad condemnandum, nec ad torquẽdũ ſufficiebat; Et propterea ſtante metu in prima confeſsione illato per primum Iudicem, fore etiam iſtum ſic confeſſum abſoluendum; & pro hac opinione adduci etiam poteſt idem Marſil. conſil.14. num. 20.in fin.& ſeq. vbi videtur tenere, quod confeſsio metu torturę emanata coram vno Iudice, non reconualidetur per aliam confeſſionem, ſeu ratificationem factam coram alio Iudice; & reddit rationem, quia metus ſemper durare præſumitur, donec etiam durat eadẽ torquendi poteſtas, licet Iudices ſint diuerſi.

m Pro reuocatione militabant multa indicia. Videntur concludere DD. iſti Cõſultores, quod erroris probatio dicitur per confitentẽ probata, non ſolum, quãdo error probatur plenè, prout videtur voluiſſe Boſſ.poſt alios quos allegat, in tit.de confeſſ.nu.59.& ſeq. Sed etiam, quando probatur per coniecturas, cũ dicant ſtari reuocationi confeſsionis, quando pro reuocatione adſunt indicia, ſecundum Bal. in loco per eos citato; Addo pro eadem concluſione eundem Bal.in l.fin.nu.2. ad fin.verſ ex quibus, & ibi etiam Saly. nu.2.verſ. Item ponit aliud exemplum.C.de prob. Item Bald.in l.error.poſt nu.12.C.de iuris;& facti ignorantia. Pari.de Put.in tract.ſind.in verbo, tortus, cap.1.poſt nu.13.verſ.quando autem reuocatur.fol. mihi 333.col.1.in fine,& cap.7.nu.17.ver.ſi autem reuocatur.fol. mihi 349.col.4.in princ.& in verb.tortura.c.1.nu.5. fol.mihi.315. Brun.de ind. & tortur. par.2.q.6.nu.22.in fine.ver.Quandoque in confeſſione.il 2.Claud Bertazz.conſ.103.litera C, verſ.error poterit multis modis probari,& verſ.ego in tribus caſibus. lib.1. Vbi probationem erroris per coniecturas præcipuè admittit in tribus caſibus. Primo, videlicet in confeſsione emanata per torturam. Secundo, quando reus ex iudicis multiplicata, & intricata interrogatione potuit facile errare. Tertio in cõfeſſione ruſtici. Addo eundem Bertaz. conſ.162. nu.9.in fine.& ſeqq. vbi pluribus explicat, confeſſionis errorem coniecturis, & præſumptionibus probari.

n Non poſſunt repeti. Regulariter admittitur iſta concluſio, quod adhoc, vt tortura poſsit repeti, non ſolum ſit neceſſaria ſuperuenientia indiciorum, ſed etiam opus eſt, vt illa ſint euidentiora, & fortiora primis, ac etiam diuerſi generis, ſicut pluribus comprobat D.meus Farina. in ſua prac. cri.par.1.de indic.& tortur.quaſt.38.nu.76.& ſeqq. Verum hæc eadem concluſio limitatur, & declaratur quatuor notabilibus modis, de quibus per eundem D.Farin.d.q.38.num.79.& ſeq. vſque ad num.103. Vbi pariter vnaquæque declaratio alijs modis ſubdeclaratur.

Sic pariter, quod confeſsio extorta per indebitam repetitam torturam, ſit prorſus nulla, nec confitenti noceat, probat idem D.meus Farin. eadem quaſt.38.nu.78.

o Vxoris contra virum. Adde ſcripta per D.meum Farinac.in ſuo tract.de teſtib.q.54.nu.219.& ſeqq. vbi facit regulam negatiuam, quod ſcilicet vxor non poteſt cogi ad teſtifican.contra ſuum virũ, eamque limitat tribus modis. Primo in cauſa hæreſis. Secundo, quando veritas aliter haberi non poterit. Tertio in marito, qui bene poteſt cogi ad teſtifican.contra vxorem.

p Dictum in tortura. Quando hoc verum ſit, & quando non, vide latiſsimè diſputãtem, & declarantem D.meum Farinac. in ſuo tract. de teſtib.q.66.nu.165.& ſeqq.

q Quinquies repetita. Tortura quoties, & per quantum tempus dari poſsit, optime explicatur per Dominum meum Farinacium in ſua pract.crimin.parte prima, titulo de indic. & tortur.

num.

Digitized by Google

num.105.& ſequen.iuncto num.35.& ſequen.

r *Confeſſio mandatarij.* Adde ad materiam D.meũ Farin.*in ſua pract.crim.par.1.in tit.de indic. & tortur.q.44.* Vbi facit regulam negatiuam, quod depoſitio mandararij non facit indicium conrra mandantem, eamque ampliat, limitat, & declarat pluribus modis, vt ibi per eum.

ſ *Tot & tales defectus.* Adde quæ ſcripſit D.meus Farin.*in ſua pract.cri.par.1.tit.de indit.& tortur.q.43.nu.278.& q.44.nu.25.*

t *Probabilis poſſibilis, & veriſimilis.* Adde quod non ſolum confeſſio facta in tortura, ſed etiam ſpontanea confeſſio non nocet, niſi fuerit probabilis, & veriſimilis, ſecundum Bald. *in conſil.479.incipiente, Tres ſunt caſus. num.2.lib.5.* Vbi quod confeſſio nocet confitenri, niſi illi reſiſtãt indicia veriſimilia, & probabilia innocentiæ. Pariſ.de Put.*de ſind.verbo, confeſſio, cap.1.num.5.fol.mihi* 150. Idem Pariſ.*de ſindac.verbo, tortus, c.4.in fine, num.1.fol.mihi* 316.*col.4.& verbo, tortus, cap.1.num.13.fol.333.col.2.verſ.& vbi ſponte, &c.* vbi refert, & ſequitur Bal.in loco præcitato, *& cap.7.num.3.in fine.fol.348.col.3.& num.12.verſic. Ergo index.fol.350.col.1.& capit.8.num.2.fol.351.* Adden.ad Angel.*de maleſ.in verbo, quod fama publica, num.36.litera C.*& ibi etiam Auguſt.de Arim. *num.114.* ijdem Adden.ad Angel.*de maleſ.in verbo, comparuerunt dicti inquiſiti, & confitebuntur totum, poſt num.14.lit.A.* Tindar.*de teſtib.lib.2.par.1.cap.6.num.3.ſeqq.* vbi reprobat Innocen.qui contrarium aſſerere videtur *in cap.per inquiſitionem.de elect.* Pract.Mille.*fol.*105.*num.*32. Dec.*in cap.At ſi Clerici.num.42.& ſeq.& ibi in Addit.litera B. vbi alij referuntur concordantes. extra de iudic.* Pariſ.*conſ.153.num.31.verſic.& bene facit.lib.*4. Marſil.*in l.repeti.poſt num.19.ff.de quæſt.& in rubr.C.de probat.num.128.& in pract.§.poſtquam.num.5.in fine.verſic.& 1.hoc patet, & num.7.in fine verſic.conſtat hoc etiam.* Brun.*de indic.par.2.quæſt.6.numero 19.in fine.verſi.confeſſionem ergo.* Blanc.*de indic.num.*35. Franc.Caſon.*de tormen.cap.*18. Rub.*de confeſſ.ſpõtan.num.9.& cap.20.* Rub.*de confeſſ.in torm.num.*3. Tiraq.*de reuocan.donat.in præfat.num.*40. vbi alios refert. Cater.*in pract.in 2.tract.de indic.& t.§.in tex.ibi, voce propria confeſſus.num.*2. Foller.*in pract.crim.verb.& ſi confitebuntur.par.1.num.33.ſeq.fol.*298. Boſſ.*in tit.de confeſſ.numero* 46. Menoch.*de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 269.num.3.& num.9.* Herculan.*de negat.num.198.in 3.Fallen.* Vulpell.*conſil.6.num.6.& ſeq.* Brunor. à Sole *in ſuo conſil.crim.num.*157. Bertaz.*conſil.29.num.7.& ſeq.& conſil.214.nu.16.lib.1.* Burſar.*conſ.201.num.37.lib.2.* Pract.Corrad.*tit.de confeſſ.crim.nu.11.in 2.limit.fol.mihi* 283. Monticell.*reg.crim.18.nu.25.& reg.19.nu.9.& num.11.* & Alex.Strac.*in pract.iudic.cap.19.nu.20.* Maſcard.*de probat.lib.1.concl.384.nu.4.*

Quæ multo magis procedunt in confeſſione impoſſibili: confeſſio enim adhoc, vt ad condemnandum ſufficiat, debet eſſe non ſolum veriſimilis, & probabilis, vt in præcedenti limitatione, ſed etiam poſſibilis; aliter nihil operatur, ſecundum Marſil. *in l.repeti.poſt numerũ 19.ff.de quæſt.& in rubr.C.de prob.nu.118.& ſeq.* vbi ponit exemplum in eo, qui confitetur ſe fregiſſe cũ enſe inimico ſuo caput, & oſſa. inquit ibi Marſi. hæc confeſſio eſt impoſſibilis à communiter accidentibus, quia vix medici cum candelis accenſis poſſunt, & cũ magno labore, cognoſcere, an oſſum ſit fractum. Ergo impoſſibilis eſt, quod hoc ſciuerit vulnerans, qui ſtatim illato vulnere aufugit. idem Marſil. *in pract.§.proſeq.nume.6.in fine.ver.patet etiam in confeſſione impoſſibili.* Fran.Ponzinib.*in tract.de Lam.nu.*52. Franc.Caſon.*de tormen.c.18.rub.de confeſſ.ſpont.nu.9.* Cater.*in pract.tract.de ind.&c.§.in tex.ibi, voce propria confeſſus, nu.2.& in 3.tract.de homicid.§.11.excuſat, &c.nu.19.in fine.* Foller.*in pract.crim.verbo, et ſi confitebuntur.par.1.nu.36.& num.*38. vbi refert exemplum Marſil.in loco præcitat. Iodoc.*in pract.crim.cap.54.nu.31.& num.33.* vbi ponit duo alia exempla huius confeſsionis impoſsibilis. Cyrill.*in ſumm.crim.rubr.16.de confeſſ.§.2.nu.*17. vbi pariter ponit alia exempla. Gig.*de crim.læſ.Maieſt.lib.2.tit.quom.& per quos cri.læſ.Maieſt.prob.quæſt.1.nu.18.* Menoch.*d.caſu 269.nu.3.& nu.8.* Pract.Corrad.*tit.de confeſſ.cri.nu.11.in 5.limi.fol.mihi* 283. Mõticell.*reg.18.nu.25.& reg.19.nu.8.* vbi etiã refert exemplũ Marſilij, vbi ſupra. Alex.Strac.*in pract.iud.c.19.nu.18.* Bertaz.*conſ.29.nu.1.lib.1.* ex quibus etiam à Doctoribus communiter receptum fuiſſe patet.

u *Cauſa.* Adde ad hæc ſcripta per D.meum Farinac.*in ſua pract.crimin.par.1.tit.de indic.& tort.q.52.num.144.& ſeqq.* vbi ponit plura notabilia, ex quibus ratione cauſæ excluditur, & etiam includitur præſumptio delicti.

x *Aduerſus perſonam non maleuolam.* Adde pro hac eadem concluſione, aliam generalem concluſionem, quod in perſonam beneuolam nũquam præſumitur aliquid dolo committi, vt puta in amicum, vel coniunctum, ad trad. per Aym.*in conſil.6.num.22.& conſil.8.num.13.& conſil.319.numero 6.* Socin.*reg.94.in 1.fallen.* Vbi in ſpecie, quod non præſumitur dolus, ſi Pater percutit filium, frater fratrem, vel ſocius ſocium, niſi qualitas armorum contrarium ſuadeat, ex glo. quam allegat *in l.1.ff.ad l.Cornel.de ſicar.* quod & idem voluerunt Blanc.*in pract.crimin.§.his ſic præmiſſis.num.13.fol.*125. Foller.*in pract.crimin.in verb.Item quod ſororem venenauit.num.*18. Addo Petr. a Plach.*in Epithom.delict.lib.1.capitulo 22.numero 34.in fine.verſic.ſi quidem in coniunctis minimè dolus præſumendus.* Vbi teſtatur de crebriori opinione. Franc.Marc.*deciſ.420.num.20.& 423.nu.20.par.1.* Maſcar.*de probat.lib.2.concluſ.531.num.11.* Menoch.*de præſumpt.lib.5.præſumpt.3.nu.21.& ſeqq.*

y *Odio habebat.* Et ſic nota quod non ſolum inimicitia, ſed etiam odium ſine inimicitia, repellit teſtem à teſtificando; & propterea ſufficit, quod teſtis aliquo modo non ſit beneuolus, ſed odioſus illi, contra quem deponit. Quæ omnia bene declarat D.meus Farin.*in ſuo tract.de teſtib.quæſt.53.nu.30.& ſeqq.*

z *Suſpicio contraria.* Adde Dominum meum Farinac.

rinac.*in ſua pract.crimin.1.in tit. de indic. & tortur. quæſt.40.nu.1*, vbi bene probat torturæ tantam eſſe vim,vt in ea perſiſtens, puram veritatem dixiſſe præſumatur,

Fam.Cent. V. I, D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

In eadem cauſa, & materia,in qua præcipué tractatur,an, & quando depoſitio Mandatarij, & aſſerti ſocij criminis faciat indicium contra Mandantem, ab ipſo inculpatum, & nominatum.

SVMMARIVM.

Depoſitio ſocij criminis iunctis adminiculis facit inditium ad torturam in caſa, in quo veritas aliter haberi non poteſt; fallit qaando patitur alios defectus,num.1.

Damnum paſſi iuramento quando ſtatur vigore ſtatuti, intelligen. niſi damnum paſſus ſit infamis, numero 1. ante finem.

Libro mercatorum quando adbibenda eſt fides vigore ſtatuti, non procedit, quando mercator eſt infamis, numero 1. in fine.

Periurus ſemel ſemper præſumitur deieraturus,nu.2.

Mandatarij periurij depoſitio non ſufficit ad formandam inquiſitionem,nu.2.

Falſas in aliqua parte,in totum reputatur falſus, nu.2.

Periurus non probat etiam quod depoſuerit in tortura, numero 3.

Inculpatio ſocij criminis facta in tortura,nullum facit indicium, niſi fuerit ratificata,nu.4.

Teſtis qao ad alios & pariter quoad ſe, ſi dixerit contrarium in tortara eius, quod dixerat extra torturam, attendi debet primam dictum extra torturam, & non ſecundum in tortura,nu.5.

Inculpatio aſſerti mandatarij, & ſocij criminis non facit indicium contra perſonam honeſta vita,conditionis, & fama, num. 6.

Confeſſio in tortura, an indigeat ratificatione, quando præceſſit confeſſio extraiudicialis,num.7.

Vxor examinari non poteſt contra virum,mum.7.

Teſtis depoſitio ſecuada non eſt attendenda quando emanauit poſtquam ipſe loquutus fuit cum parte, numero 7. in fine.

Tortura dari non poteſt ſine legitimis præcedentibus indicijs etiam in crimiae læſæ Maieſtatis, & alijs atrociſſimis delictis,nu.8.

Tortura in delictis occultis, & difficilis probationis, nec etiam dari poteſt ſine legitimis indicijs,nu.8.

Conſuetudo delinquendi operatur, vt leuiora ſufficiant contra conſuetum delinquere, numero 9. vbi declaratur hæc concluſio.

Mala fama facit indicium,dummodo ſit in eodem genere mali; alias ſecus.nu.9.

Præſumptiones innocentiæ tollunt præſumptionem delicti, numero 10.

Nobilis torqueri non poteſt, nu.10.

Abſolui in dubio debet Reus potius,quam condemnari, numero 10.

CONSILIVM XX.

Reſponſum Marcelli Farinacij, qui fuit Pater Proſperi Farinacij, & inter iuris peritos ſui temporis non vltimus.

1 ADSIT DEVS. Communis illa concluſio, quod dictum ſocij criminis adminiculatũ in caſu,in quo veritas aliter haberi nõ poteſt, faciat indicium ad torturam, de qua *in c.fin.de teſt. cogen.*& per Ant.de Butr. & alios *in c. quoniam.de teſtib.* & Hippol.*in l.1.§.diuus Antoninus.in fin.de quæſtio.*Aret.*in conſ.61.in cauſa illorum.in fine.cum concordan.*procedit, quando ſocius ipſe non patitur alios defectus, quã quod ſit ſocius criminis. Nam ſi alios defectus patiatur, præcipuè tot, & tãtos,prout patitur iſte Andreas inquiſitus, qui vltra,quod ſe facit criminis particeps,eſt pauperrimus,vilis,infamis,varius,mendax, ſibi contrarius,& periurus,vt hæc omnia ex proceſſu colligũtur,nullo pacto dicendum eſt, ex dicto ſuo etiam adminiculato,oriri aliquod indiciũ ad torturam.Socin.*conſ.*118.*nu.*8.*vol.*1.vbi dicit,quod ſicut plura adminiculata ampliãt probationem, iuxta nota.per Doct.*in l.admonendi.ff. de iureiur.* ita plures defectus annichilant, & deſtruunt ipſam probationem, quẽ Soc. referendo ſequitur Marſ.*in ſuo ſing.*385.& conſulendo tenuit *in cõſ.* 74.*nu.*22.*& ſeqq.vol.*1.*& in conſ.*102.*nu.*12.*vol.*2. Vbi in terminis dicit,q̃d nec etiam in ſubſidium, quando veritas aliter haberi non poteſt,admittĩtur talis ſocius criminis,& idem dicit tenere Barba. *in conſ.*65.*ſapienter.col.*4.*vol.*4. ſequitur Grã. *conſ.*1.*in materia fori iudicationis.nu.*61.Vbi quod licet in caſibus exceptuatis ſocius criminis probet contra ſocium malæ famæ, tamen id locum non habet in ſocio criminis alias infami ex alijs delictis,per id quod in ſimili dixit Salyc. *in l. qui iud.ff. de accuſat.* vbi dixit, quod ſtante ſtatuto, q̃d de damno dato ſtari debeat iuramento damnum paſſi,tamen ſi damnum paſſus erit infamis, eius iuramento ſtari non debet,& ita refert Angel.in facti contingentia pluries conſuluiſſe, vt idem Angel.etiam teſtatur *in d.l.qui iudicio.* pro cuius opinionis corroboratione, dicit idẽ Gra. *d.conſil.*1. ſe ſolitum allegare Bal. *in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin.& fid. Cathol.* dicentem, quod ſtante ſtatuto, vt lib. mercatorum plena fides adhibeatur pro ſcribente, id locum habere intelligẽdum eſt,dummodo mercator ille,de cuius libro agitur, non ſit alias infamis, vel ſuſpectæ vitæ, & Bal. idem tenentem *in l. Caſſius.vltima col.ff. de Senato.verſic.vltimo quæritur.* ſequitur Iaſ.*in rep.l.admonendi.ff.de iureiuran.nu.*134. *in fine.*

2 Quod tanto fortius videtur procedere in caſu noſtro,in quo,vt dixi,particulariter eſt periurus,vt clare patet ex tot ſuis contrarietatibus,de quibus in proceſſu,præſertim in ſuis conſtitutis, in qui-

in quibus etiam cum iuramento inculpante D. Gregoriam de Vellis, inculpauit & Paulum Vripallum; quæ quidem inculpationes falſæ compertæ ſunt, vt ipſemet Andreas fatetur, & pari iuramento teſtatur, propter quod redditus eſt periurus, vt per Marſ. *in pract. §. reſtat. nu. 13. in ti. & per conſequens eius dicto ſtari non debet.* nam qui ſemel periurus, adhuc præſumitũ deieraturus; immo perdit omne officium probandi per iuramentum. Alciat. *de præſump. Reg. 2. præſump.* 10. Hipp. *in rubr. de fideiuſſo. nu.* 168. in tantum quod nedũ dicerẽ, talis periurij indicium non facere ad torturam, ſed nec etiam ad formandam inquiſitionem, vt eleganter probat Io. Nic. Arelat. *in addit.* Alciat. *ad dictam præſumptionem* 10. poſt multas authoritates ibi adductas, facit etiam, quod cum quis eſt falſus in aliqua parte, redditur falſus in totum. Bal. & Moderni *in l. ſi ex falſis. C. de trãſac.* & eſt caſus, & ibi not. Innoc. & Canoniſtæ *in c. fraternitatis. extra de hæret.* & Bal. *in l. 2. C. de fidei com. liber. & in l. fina. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. num.* 18.

3 Et ſi diceretur, prædicta non procedere, quando periurus teſtificaretur in tortura; Reſpõdeo, quod Doctores, qui dicunt, non credi teſti periuro, etiam quoad indicium, loquũtur ſimpliciter, & generaliter, ſiue teſtificentur in tortura, ſiue non: ergo generaliter debent intelligi, per tex. *in l. de precio. ff. de publ. in rem acti.* & ita tenet Aym. *in conſ. 6. nu. 48. vol.* 1. vbi aſſignat rationem, quia ſtante periurio eadẽ videtur ratio, ſiue deponat in tortura, ſiue extra torturã; nam vbi eſt periurus, iuramenti religio nulla in eo conſiderari poteſt: ideo ſine iuramẽto videtur deponere: & cui dubium, quod ſi teſtis deponeret etiã in tortura ſine iuramento; non probaret, cum in eo deficeret principale fundamentũ teſtimonij, quod eſt iuſiurandum; ideo periuriũ nõ purgatur per torturam. Aym. vbi ſupra. Dec. *conſ. 189. ſub nu.* 13. Ruyn. *conſ. 146. nu. 2. & nu. 4. lib.* 5.

4 Præterea ad hoc, vt inculpatio ſocij criminis præiudicet, etiam in criminibus exceptis, requiritur, vt ſocius ipſe pſeueret in tali inculpatione; alias nullum indicium faciet contra ſocium nominatum. Hipp. *in pract. §. diligenter. num. 153. & ſeq.* Carer. *in eius pract. cri. fol. 97. in parua impreſſione.* Ioan. de Venafr. *conſ. 27. ſuper inquiſitione.* cum ergo appareat, dictã inculpationẽ minimè perſeueratã, imò ferè in omnibus conſtitutis reuocatam, prout idem Andreas etiã in carceribus vltimo loco reuocauit, & creditur per teſtes probatũ, merito dicendum eſt, prætenſam inculpationẽ ipſi D. Tarquiniæ non obeſſe; & per cõſequẽs eius dicto inculpatiuo minimè ſtandum fore.

5 Et ſi & quatenus modo aliquo dici poſſet, ſtãdũ fore atteſtationi Andreæ, quod expreſſe negamus, per ſuperius allegata, dico, ſtandum eſſe potius eius dicto inculpatiuo, ſine tortura emanato, quàm ſecundo cum tortura extorto, per doct. Bar. *in l. 1. §. quæſtio. ff. de quæſt.* Vbi in terminis dicit, quod cum quis torquetur in ſe, & in aliũ ſimul, vt in caſu noſtro, tunc debilior eſt confeſſio cum tormentis, quam ſine. quod dictũ pro ſingulare allegat Aret. *in conſ. 61. in cauſa iſtorum. col. 1. verſ. præterea quando.* refert, & ſequitur Dec. *in conſ. 189. nu. 10. vol. 1.* & Gram. *conſ. 59. num.* 2. Quod tanto magis procedere debet in caſu noſtro, in quo adſunt tot, & tantæ contrariæ probationes, & coniecturæ vrgentiſſimę, ac etiã probationes, quę ex proceſſu ipſo colliguntur, faciẽtes pro innocẽtia, & expurgatione D. Tarquinię, ex quibus nedum primum dictum expurgatiuũ redditur veriſimilius, verum etiam ſuum dictum inculpatiuum redditur falſiſſimum, & impoſſibile, præcipuè ex dictis præfatarum Lauræ, & Cammillæ, vt ex proceſſu eſt videre.

6 Nec omittam probationem bonæ ac honeſtæ vitæ, conditionis, & famæ D. Tarquiniæ, quæ adamuſſim creditur probata per teſtes fide digniſſimos; ex qua ꝓbatione ſatis dicitur eliſum, & totaliter ablatum quodcunque indicium, ſi quid reſultaret ex prætenſo dicto Andreæ. Alex. *conſ. 165. in ſecunda col. vol.* 3. & loquitur in caſibus exceptuatis, *ac in conſ. 172. in fine, viſa facti narratione, & in l. repeti. §. his qui. ff. de quæſt.* refert, & ſequitur Gram. *in deci. ſua 28. nu.* 18. vbi idem tenet ex plurimis alijs authoritatibus inibi per eum adductis.

7 Nec obſtat prætenſa confeſſio extraiudicialis Andreæ, in qua Fiſcus ſe fundat, in tãtum quod prætendit, confeſſionem ſubſequutam in tortura, non indiguiſſe alia ratificatione, ſecundum opinionem glo. *in l. cap. 5. in verbo, accuſatori. ff. ad l. Iul. de adulter.* quam ſequuti ſunt Iaſ. *in l. Magiſtratibus. numero 4. in fine. ff. de iuriſd. omn. iud.* Felyn. *in c. olim. num. 9. in 8. Fallen. extra de reſcript.* Marſil. *in l. 1. §. diuus Seuerus. num. 10. ff. de quæſt.* Nam in primis dico, quod prædicti Doctores loquuntur quo ad præiudicium illius confitentis, non autem quoad præiudicium tertij per confitentem inculpati; & nihilominus etiam quoad præiudiciũ confitentis impugnatur opinio prædicta. d. gloſ. *in d. l. cap.* 5. prout videre eſt apud Alber. *in eadem l. nu.* 3. & ibi etiam Fulgoſ. *nu.* 5. & apud Blanch. *in tract. de indic. nu. 208. ad l. fin. ff. de quæſt.* & Franc. Caſon. *in tract. de torm. cap. 21. rub. de confeſſ. ratifican. num.* 6. & prætereà dico, quod de dicta extraiudiciali confeſſione non conſtat, immo Angelica vxor, quam pro teſte fiſcus allegat, in primo ſuo examine poſitiuo, etiam reiterato, illam expreſsè negauit, ſubſtinendo talem negatiuam, & in tortura ſibi iniuſtiſſimè, abſque prorſus aliquibus indicijs, illata, vt in proceſſu apparet, licet alio die ſequenti, poſt quam permiſſum fuerat Alexandro Cinquino inſtigatori, contra omne iuris debitum alloqui, & alloquutus fuit magna cum titubatione, vt ex proceſſu apparet, de confeſſione ipſa depoſuerit, cum proteſtatione tamen, ac declaratione per eam ad aures notarij facta, quod ipſa non deponebat veritatem, ſed mendacium dicere cogebatur metu vlterioris torturæ; ſi enim ex hoc poteſt dici probata dicta confeſſio P. V. id arbitrari poteſt: nam vltra ſæuitiam, & iniquitatem magnam, qua vſi fuerunt iudices in torquendo pauperculam, & indefenſam mulierem, præcipuè

in vi-

in vitum;quod eis minimè licuit;& nedum illam torquere non poterant in virum, verum ẽt nec examinare,per text. *in l. Iulia.ff.de teſtib.l.2.C.eod. tit.* Bal. *in l.fina.C.de accuſ.* Marſ. *l.1.§. Diuus Antoninus.in prin.ff. de quæſt.* ſatis apertè colligitur,eã ſubornatam depoſuiſſe;quod præſumitur eo ipſo quod cũ Alex. Inſtigatore loquuta fuerit, ad trad. per Hoſt.Ioã.And.& cõiter omnes *in c.præterea. extra de teſtib.* Rot. *in nouis deciſ.* 19. Et ſic caſu, quo potuiſſet examinari,qđ negatur,ſtandum eſt priori depoſitioni,& non ſecũdæ, vt per Ang. *in l.fin.C.de quæſt.*

8 Nec etiam obſtat in quantum Fiſcus dicit,eſſe deueniendum ad torturam contra D.Tarquiniam ex eo,quod ſumus in delicto enormi,clandeſtino,& proditorio,in quo veritas aliter haberi non poteſt, quam per torturam ; quo caſu Iudex debet eſſe facilior, & promptior ad torturã inferendam, per doct. Bal. *in l.3.C.de Epiſc. Audi.* Reſpõdeo enim,quod Bal.loquitur ſolum,quantum adhoc,vt in quolibet die etiam Paſchali,Iudex in talibus caſibus poſſit adhibere torturam, & in hoc facilis eſſe debet, quia pro talium criminum inueſtigatione non debet feſta ſeruare: ſed non propterea ſequitur ex hoc, quod in talibus criminibus indicia præcedere non debeant legitima,vt conſuluit Hipp. *in conſi.44.vol.1.* vbi cõſuluit in fauorem inquiſiti de delicto nocturno tempore commiſſo, & ſic clandeſtino, & occulto; & nihilominus voluit, illum torqueri non poſſe, niſi contra eum legitima eſſent indicia, & talia quę de iure ſubſiſtant.Quod verum eſt,etiã ſi crimen,de quo inquiritur,eſſet enormiſſimum, clandeſtinum,& proditorium, prout voluerunt Cyn.Bal.& Salyc. *in l.ſi quis alicui.C.ad l.Iul.Maieſt.* & Ang *de maleſ.in verbo,che hai tradito la tua patria,in prin.* Imò quod plus eſt,etiam ſi eſſemus in crimine læſæ Maieſtatis, tortura inferri non poterit,niſi prius extiterint indicia.Capic. *deciſ. 126.num.4.* Marſil. *conſ.14.num.20. & in pract.§. conſtante.nu.2.*

9 Præterea doctrina Bal.procedere poſſet in ſolitis,& conſuetis ſimilia delicta alias perpetrare: nam tunc ſtante clandeſtinitate delicti, & conſuetudine delinquentis,Iudex debet eſſe facilior ad torturam inferendam;alias ſecus,cum contra ſolitum his præſumat,ſecundum Salyc. *in l.fin.C. de quæſt.* & Marſ. *in pract.§.diligenter.§.99.& 100.* Et talis cõſuetudo delinquẽdi debet eſſe eiuſdẽ generis delicti,de quo inquiritur,& non diuerſi, ſecundũ Marſ. *conſ.44.nu.18.* allegat Alex. *conſ.5. col.2.vol.2.* reſpondentem ad illud, quod dicitur, mala fama facit contra informatam ſuſpicionẽ, iuxta *l.ſi cui §.iiſdem.ff. de accuſ. & l.non omnis.§. a barbaris.ff.de re milit.* procedere in eo homine, quem apparet fuiſſe malum,ſeu malę famę in eodem genere mali, de quo tunc imputatur ; ſecus autem in alijs malis, ex pluribus ibi per Alex.citatis;ſed cum hoc non contingat in caſu noſtro, ideo vlterius non inſiſto.

10 Et demum ſupplicatur aduerten.prætenſa indicia contra D. Tarquiniam reſultantia, ſi quæ ſunt,fuiſſe ſublata per multò maiores, & vrgentiores præſumptiones,in cõtrarium,pro eius innocẽtia,vrgentia,de quibus in informatione facti, quæ etiam quod non eſſent pares, vel in aliquo debiliores indicijs fiſci, nihilominus debet D.Tarquinia abſolui,prout conſuluit Alexand. conſ.30.col.fina. vol.7. ſequitur Aym.conſil.6. num.4.vol.1.nec torqueri poteſt,præſertim cum ſit nobilis,quæ de iure non torquetur,vel ſaltem grauiora ad torquendum requiruntur indicia,vt dicit Odofred. *in tract.de quæſt.* quem refert,& ſequitur Brun. *in tract.de indic.in 4.quæſt.2.par.nu. 22.* Et dato quod eſſemus in iudicio, adhuc abſolui debet, cum ſatis ſit Reo intentionem dubiam reddere,quantò fortius accuſato,ſi accuſatoris indicium incertiſſimum vndique præſtet. *l. fin. vbi Bal. C. de probat.* & in caſu dubio contra Fiſcum eſſe pronunciandum, voluit *l.non dubito. ff. de iur. Fiſci*, & in dubio melius eſt nocentem abſoluere,quàm innocentem condemnare. *l.abſentem.de pænis.l.2.C. quorum appellat.* & in dubio debemus ſemper in benigniorem partem inclinare. *l.ſemper in obſcuris.ff. de reg.iur.l. Arianus.ff. de actio.& obligatio.l.abſentem.ff.de pænis.l.merito.ff. pro ſocio:* Et iudex maiorem honorem conſequitur in abſoluendo,quàm in cõdemnando. Caſt. *conſ.299.viſa inquiſitione. in fine. 2.par.* Marſil. *in pract.§.occurrunt.nu.7.* Et ita vt ſupra, fuit conſultum. Fuit etiam præfata D. Tarquinia fauorabiliter abſoluta. LAVS DEO.

ARGVMENTVM.

In hoc reſponſo, & in additionibus ad eum, plura colliguntur notabilia in materia pendentię cauſæ criminalis, quando per eam ſit ſuperſedendum in Ciuili.

SVMMARIVM.

Cauſa criminalis facit ſuperſedere in cauſa ciuili.nu.1. & in addit.litera a.

Cauſa criminalis facit ſuperſedere in cauſa ciuili, quando proceditur per viam accuſationis,ſecus ſi ex officio, vel ad inſtantiam fiſci,nu.1.& in addit.litera b.

Fiſcus non impeditur mouere actionem criminalem propter iudicium ciuile motum per partem antea, numero 1. in fine.

Oppoſitum in oppoſito operatur idem,quod propoſitum in propoſito,nu.1.in fine.

Cauſa criminalis non facit ſuperſedere in ciuili, quando non eſt præiudicialis ipſi ciuili cauſæ, numero 2. & in addit. litera c.

Cauſa criminalis intentata contra vxorem, quod virum veneno necauerit, non facit ſuperſedere in cauſa ciuili reſtitutionis dotis intentata ab ipſa vxore,nu.1.& ſeqq. per totum.

Cauſa criminalis non facit ſuperſedere in ciuili,quando per actorem in cauſa ciuili offertur cautio ad reſtituendum in caſu ſuccumbentiæ in cauſa criminali,nu.2.in fine.

Cauſa criminalis non dicitur præiudicialis ciuili, quando facta condemnatione non reddit inquiſitum inhabilem

babilem ad agendum, vel quando non abſorbet cauſam ciuilem, nu. 3. & in addit. litera d. vbi de materia, quando cauſa criminalis dicatur ciuili præiudicialis.

Cauſa criminalis non facit ſuperſederi in cauſa ciuili, quando extat ſtatutum prohibens, non poſſe opponi aduerſus inſtrumentum, niſi aliquas exceptiones, inter quas non ſit expreſſa exceptio pendentiæ cauſæ criminalis. nu. 4.

Exceptionibus omnibus prohibitis a ſtatuto præter aliquas exceptuatas, quænam exceptiones cenſeantur prohibitæ, nu. 4. & in addit. literæ e. Vbi de materia.

CONSILIVM XXI.

Reſponſum Syluestri, & Ioannis Aldobrandini.

1 ADSIT DEVS. Licèt regulariter dicatur, quod cauſa criminalis facit ſuper-
a ſedere in ciuili[a], *l. fin. C. de ord. iud.* Docto. *in l. per minorem. ff. de iud.* Tamen tex. *in d. l. fi.* vbi omnes
Doct. Bart. Bald. Paul. de Caſtr. & alij, loquitur,
quando illa pars, quæ petit ſuperſederi in ciuili,
ipſa intentauit iudicium criminale per viam ac-
b cuſationis[b], prout ẽt ita intelligit Ang. *in l. 2. C.*
eod. titu. Sed in caſu noſtro iudicium criminale
agitur ex officio contra D. Tarquiniã, non autẽ
ad accuſationem D. Alexandri; vnde videtur qđ
non ſit ſuperſedendum in cauſa ciuili reſtitutio
nis dotis, quia ceſſant termini *d. l. fin.* Et quia ſi-
cut fiſcus non impediretur mouere actionem cri
minalem propter iudicium ciuile motũ per par-
tem, quamuis bene pars ipſa impediretur, *l. 2. C.*
quando actio crim. ciuili præiudicat. Purpurat. *in l.*
edita. nu. 193. cum ſeqq. col. 39. C. de eden. Ita etiam
videtur, quod nec pars poſſit impediri ex iudicio
moto per fiſcum, quia idem operatur oppoſitũ
in oppoſito, quod propoſitum in propoſito. *l. fi.*
de leg. 3. cum ſimilibus.

2 Confirmatur, quia iſtud criminale iudiciũ nõ
c eſt præiudiciale[c] actioni intẽtatæ cõtra D. Ale-
xandrũ, quod attinet ad eius intereſſe, quia finis
huius iudicij criminalis nõ põt tendere ad libe-
randũ ipſum ab obligatione reſtitutionis dotis,
licet tendere poſſit ad trãsferendam dictã actio-
nem in fiſcum. *l. ſi conſtante. §. fin.* vbi Bart. & alij
ff. ſolu. matri. n. l. quinque legibus. ff. de bon. damnat.
Vnde ſequitur quod cum iudiciũ criminale non
agitetur inter D. Alexandrũ, & D Tarquiniam,
& etiam non ſit præiudiciale actioni ciuili reſpe
ctu D. Alexandri; Iccirco nõ debet propter vnũ
ſuperſederi in alio, vt declarat Clar. *q. 16. col. 1.*
in fine nu. 4. lib. 2. Quod tanto magis procedit da-
ta cautione per D. Tarquiniam de reſtituendo
dotem, ſi cum fiſco ſuccumbet. *l. is a quo. ff. de rei*
uendi. l. 1. ff. de peti. hæred. & vtrobique Doct.

3 Prædicta oĩa cõfirmantur, & ſine difficultate
procedunt, attenta opinione, quæ videt̃ verior,
quod *d. l. fi. C. de ord. iudic.* non procedat, quando
quæſtio criminalis non reddit inquiſitũ inhabi-
lem ad agendum, facta condemn. vel alias nõ ab
d ſorberet cauſam ciuilem[d], quam opin. poſt Iac.
Butr. & Bal. tenet ẽt Paul. de Caſtr. *ibi. uerſi. Si ue*
ro quæſtio criminis, & Purpurat. *in l. edita. nu. 180.*
C. de eden. & facit limitatio; quam ponit Afflict.
deciſ. 229. nu. 3. dum vult, quod illa l. non proce-
dat, qñ, non obſtante criminali iudicio, reus ni-
hilominus põt obtinere in cauſa ciuili; ſiquidẽ
in caſu iſto, non obſtante criminali iudicio, mo-
to per fiſcum cõtra D. Tarquiniã, ipſa donec nõ
eſt condemnata, & publicata dos, agere põt con
tra hęredes mariti, ad eius reſtitutionem, vt pro-
batur *in d. l. ſi conſtante. §. fi. ff. ſolu. matrim.* & facit
tex. *in l. reo criminis. ff. de ſolut.* ponit Iaſ. *in §. præ-*
iudiciales. col. 3. inſtit. de action.

4 Præterea extat ſtatutum Vrbis, quod præſtat
exequutionem inſtrumentis dotalibus, & prohi
bet omnem aliam exceptionẽ, pręter ſolutionis,
& falſitatis; ex quo videtur etiam prohibita iſta
exceptio ordinis, cum generaliter omnes prohi-
e beãtur, pręter exceptuatas[e]. Bar. *in l. 1. §. et parui.*
ff. quod vi aut clam. Alex. *conſi. 54. col. 4. nu. 9. li. 4. in*
conſ. 4. col. fi. in prin. nu. 2. lib. 1. & ſicut non poteſt
opponi ad exequutionem ſententiæ, vt tradit
Dec. *in conſi. 22. col. fin. uerſ. Quarto non obſtat*, ita
nec exequutioni conceſſæ a ſtatuto.

5 Sed cum iam D. Tarquinia obtinuerit motũ
proprium à S. D. N. quod in cauſa ciuili procedi
poſſit, non obſtanre pẽdente criminali, data cau
tione de reſtituendo, prout in illo, ſequitur, qđ,
etiam ſi hoc ex gratia, non ex iuſtitia conceſſũ
fuiſſet, nihilominus non debeat reuocari, quia
licet a Principe gratia ſit, gratiã facere, tñ poſt-
quam eſt facta, de iuſtitia eſt, quod ſuum ſortia-
tur effectum. Rota *deciſ. 33. num. 16. de præben. in*
antiq. præſertim cum nullum fiat præiudiciũ di-
cto Alexandro per hanc gratiam, cum ex condẽ-
natione d. Tarquiniæ, ipſe non liberetur, ſed ius
fiſco per publicationem bonorũ acquirat̃, cuius
fiſci iura Papa remittere poteſt: vltra quod ſatis
eſt, fiſco prouiſum eſſe per dictam cautionem
d. l. penul. ff. de pet. here. d. l. is a quo. ff. de rei uendic.

LAVS DEO.

ADDITIONES.

a *Facit ſuperſedere in ciuili.* Regula eſt, quod cau
ſa criminalis principaliter intentata poſt ciuilẽ,
facit ciuilem ſuperſedere. tex. eſt in allegata *l. fin.*
C. de ordine iudicior. Et ibi hoc expreſsè adnotarũt
glo. in uerbo ſæpe, uerſ. item hic erant. Cyn. *nu. 1.* Bar
to. *in ſum.* Bal. ẽtiam *in ſum.* Paul. de Caſtr. *nu. 1.*
Salyc. *nu. 1.* & Io. Sicar. *nu. 1. & 2.* tex. *in l. per mino*
rem, & ibi cõiter oẽs, & præſertim Pau. de Caſtr.
nu. 1. & nu. 5. ff. de iudic. & ibi hoc adnotarunt Bel
lapet. *col. 1. uerſ. ſed opponitur. il 2.* Bar. *in 1. oppoſ.* &
Saly. *nu. 1. in 1. oppoſ.* Paul. de Caſtr. *in l. qui prior.*
poſt nu. 3. col. 1. uerſ. ſed oppono. ff. de iud. Cyn. *in l. 1.*
poſt nu. 2. C. quando ciuil. act. crim. præiud. & ibi etiã
Alberic. *nu. 1.* Affl. *in conſti. Regni, incip. ſi ciuiliter.*
nu. 1. rubr. 20. par. 2. Anch. *conſ. 62. n. 1. in fine. uerſ.*
poſtquam igitur, & num. 2. & nu. 4. vbi reſpondet
contrarijs. Plot. *conſ. crim. diuerſ. 73. num. 1. & ſeq.*
Vbi pluribus relatis, teſtatur de communi opi-
nione. *tomo 2. in magnis.* Put. *deciſio. 253. in una*
ſigobien. numero 3. libro 1. Clar. *in pract. §. fin. quæſt.*
92. nu. 4. uerſi. ſed quæro, nunquid, vbi quod ita cõ-

cludunt cõiter Doctores, Barbat. conſ.43.nu.10. circa med. verſ. & ex iſtis.li.1. Cæſar de Graſſ. dec. 3. rub. de excep. alias 92. incip. licet regula ſit num.1. Vbi alijs relatis teſtaẽ de magis cõi intellectu l.fi. C. de ord. iudic. Rota diuerſ. dec.267.nu.2.li.3.to.3.

b *Per viam accuſationis.* Quod cauſa intentata nõ ab accuſatore, ſed a iudice procedente ex officio, vel a Fiſco, non faciat ſuperſedere cauſã ciuilem, voluit Put. dec.98. agebat Alex. nu.5. verſ. non autem procedit. li.1. Alios refert concordantes Baiard. ad Clar. in pract. §.fi. q.2. nu. 16. Rota diuerſ. dec.133. nu.3. lib.2. to.3. Lancillot. de attentat. par. 2. c.4. limit.23. nu.19.

Et eſt ratio, quia nec cauſa criminalis facit ſuperſedere ciuilem, nec aliquam criminalẽ, qñ eſt propoſita & intentata, non per reum conuentũ, ſeu accuſatum, ſed per tertium. Cyn. in l.1. n.17. verſ. ſed ſi alias accuſaret. C. de his qui accuſ. nõ poſſ. vbi de tertio cõparente, & accuſante de falſitate teſtes in cauſa examinatos. Alber. in l. iudicati. nu.4. verſ. ſi autem extraneus. C. ſi ex falſ. inſtrum. Ang. de maleſ. in verbo, inchoata. nu.17. in fin. Put. dec.98. agebat Alex. nu.4. & 5. et nu.8. verſ. ſi ergo in caſu noſtro. lib.1. Baiard. ad Clar. in pract. §.fi. q.2. nu.14. allegat Auguſ. conſi.6. nu.9. lib.1.

Sic & in ſimili licèt actio ciuilis, & criminalis non poſſint inſimul cumulari vno, & eodem tẽpore, hoc vtiq; intelligendum eſt, vt nõ poſſint cumulari ab vna, & eadem perſona; ſecus autẽ a diuerſa; ideo ſi tu commiſiſti falſum, cuius ciuilis actio competit parti læſæ, criminalis autẽ cuilibet de populo, quamuis pars læſa contra te ciuilem actionẽ promoueat, non tñ prohibetur tertius pariter, & cõtra te criminalem accuſationẽ proponere, ſecundum Bellaper. in l.1. col. pen. ante finem. verſ. item alia quæſtio. C. quando ciuil. act. crimin. præiud. Bar. ibidem. nu.3. vbi tamẽ quod iſto caſu præfertur actio crim. Salyc. nu.8. vbi quod a diuerſis perſonis actio ciuilis, & criminalis poteſt inſimul intẽtari in diuerſis libellis, ſiue oriatur ex diuerſis factis, vt in l. rerum amotarũ actio. ff. rer. amot. ſecundum 1. lecturam, ſiue ex eodem facto. l. qui de crimine. in 2. reſponſo. C. de accuſ. Et eſt ratio, quia abſolutoria contra vnum non parit exceptionem rei iudicatæ cõtra alium. Bellaper. in l.1. col. fi. in fi. verſ. Et dixerũt quidam. C. de appell. Boſſ. in tit. de for. compet. nu.123. verſ. ſic etiam, vbi quod ſi ad inſtantiã Fiſci, ſeu iudicis officio procedatur criminaliter, non prohibetur pars ſimul ciuiliter inſtare pro ſuo intereſſe, & in tit. de pluribus violen. num.116. ad finem. verſ. procedit tamen hac materia, vbi quod ciuilis, & criminalis actio non poſſunt inſimul intẽtari ab eodem: ſecus ſi a diuerſis; & ideo etiam iudice inquirẽte, poteſt pars agere pro ſuo intereſſe, vt ſupra.

Pariter, & in cumulatione ſucceſſiua, qñ accuſatio, ſeu criminale iudicium inſtituitur, non ab eo qui prius ciuiliter agit, ſed ab aliqua alia tertia perſona, quod tunc primũ ciuile iudiciũ non faciat ſuperſedere ſecundũ criminale, etiã quod vtrumq; proueniat ex eodẽ facto. eſt tex. in l.fin. C. de ordin. cognit. Alberic. in l. interdum. nu.2. ff. de publ. iud. Imol. ibi. n.1. ante med. poſt verſ. an gl. Put. in l. edita. nu.178. verſ.7. limitatur. C. de eden. Natta conſ.138. n.14. & 17. vbi ampliat, ẽt quod accuſator habeat idem intereſſe cum illo, qui ciuiliter egit, & ſit conſors litis. Lancillot. de attentat. p.2. c.4. limit.23. nu.15. & 16. vbi etiam allegat Petr. Andr. Auguſ. in conſ.6. nullo iure. nu.9. li.1. & ita ẽt alias Rotã uoluiſſe. teſtaẽ in una Pampilonẽ de Sangueſea coram Sarmiento, 14. Februarij 1569. & Theſaur. deciſ. Pedem.14. n.4. & nu.7. & n.9. vbi ponit exemplum in crimine minarum, in quo ſi iniuriati fuerint plures, non impeditur unus proponere actionem criminalem, quamuis alius propoſuerit ciuilem.

Et hic conſequenter, quando criminale iudicium intentatur, non ad inſtantiã eius, qui ciuiliter egit, ſed ex iudicis officio, & per inquiſitionem, quod tũc primo intentata ciuilis actio non ſuſpendat ſubſequentẽ inquiſitionẽ, ſcripſerũt Natta d. conſi.138. n.12. & ſeq. li.1. poſt Bal. Abb. Alex. & alios in locis ibi per eum relatis, vbi pluribus hanc probat concluſionem. Boſſ. in tit. de for. compet. nu.123. ubi quod ad inſtantiã Fiſci, & poſt intentatam actionem ciuilem, põt intẽtari criminalis: alias ſæpenumero delicta remanerẽt impunita; & ceſſat hoc caſu tñ, quod ſententia lata in vna cauſa præiudicet alteri, quia fiſco nõ citato, nõ præiudicatur, & ita ſeruatur, vt ibi per Boſſ. qui, & idem ſubdit, ſi iudex procedit ex officio. Clar. in pract. §.fi. q.2. nu.7. verſ. fin. in fine, vbi propterea infert, quod cum hodie iudex poſſit ex quocunque crimine ex officio inquirere, non admitteretur reus ad opponendum contra accuſationem, ſeu quærelã contra ipſum porrectam, quod electa uia ciuili, nõ potuit ad criminalem confugere; quia ipſi poſſet replicari, quod ſi hoc non põt accuſator, & pars, poteſt tñ iudex ex officio hoc facere. Nec diſſentit Baiard. ibid. in addit. nu.17. Lancillot. de attent. par.2. c.4. limit.23. nu.1. vbi quod pendente iudicio ciuili, non põt iudex ordinarius criminaliter procedere ex officio, ex Alcia. quem allegat in conſ.48. incip. in hac attentatorum cauſa. nu.3. lib.6. vbi loquiẽ in materia attentatorũ, & ex Egid. deciſ.400. incip. ciuilis, & criminalis. idem Lancillot. in præcitato loco. nu.14. vbi quod ſi poſt ciuile iudiciũ intẽtatũ, cauſa criminalis fuerit inſtituta ad inſtantiã fiſci, non prohibetur pars ipſi fiſco adhærere, prout alias teſtatur uoluiſſe Rotam de anno 1553. in vna Elnen. Archidiaconatus coram Accorambono.

c *Non eſt præiudiciale.* Quãdo vna cauſa alteri eſt præiudicialis, vel ut alij dicunt, qñ ambæ cauſæ inuicem ſe non compatiuntur, uel vt alij dicũt, quãdo una abſorbet alιam; vel qñ una eſt excluſiua iuris agentis in alia, tunc ſiue una ciuilis ſit, & altera criminalis, ſiue ambę ciuiles, & ſiue etiã ambæ criminales ſint, procedendum eſſe in ea, quæ præiudicialis eſt, in alia autem ſuperſedendum, omnia iura omneſq; Doctores communiter admittunt, vt colligitur ex Cyn. in l.1. num. 15. verſ. præterea quotieſcunque. C. de his qui accuſ. non poſſ. ex l. ſi quis liber. ff. de petit. hæred. & ex l. per minorem. ff. de iudic. Angel. in l. qui princip. numero 2. colum. 2. in fine, verſ. ſi ratio eſt. ff. de tutel.

Digitized by Google

dic. Bellapert. *in l. 1. colum. 2. ante med. verſ. item opponitur ultimo. C. quando ciuil. act. crimin. præiud.* & ibi etiam Odofred. *nu. 12. poſt med. colum. 5. in princip. verſi. contra videtur, & num. 13. verſi. aliquando præiudicat criminalis ciuili.* Anchar. *conſi. 62. nu. 1.* Vbi ponit exemplum de cauſis præiudicialibus, Aym. *conſi. 280. nu. 1.* Vbi facit plures illationes, & ponit plura exempla, *& nu. 2.* Vbi facit generalem concluſionem, quod ſemper cauſa præiudicialis facit ſuperſedere aliam, ſiue vna ſit ciuilis, & altera criminalis, vel econtra, ſiue ambę ciuiles, & ſiue etiam ambæ criminales. Natta *conſi. 138. nu. 2.* Peregr. *deciſ. 296. incip. in cauſa Fulginaten. tit. de iudic. ſentent. & re iud. lib. 2.* Vbi quod ſufficit poſſibile præiud. Butr. *deci. 98. agebat Alexander. nu. 14. li. 1.* Hier. Giauar. *in addit.* ad Clar *in pract. §. fi. q. 1. in prin. litera A.* Lancillot. *de attẽtat. par. 2. c. 4. limit. 23. nu. 21. ſeq.*

Secus autem ſi criminalis cauſa ciuili præiudicialis non ſit, & vna alteram compatiatur; Tunc enim in neutra ſuperſedendum eſt; ſed in utraq; inſimul proceditur. fuit hæc opinio Hirner. gloſatoris, quam refert, ſed non ſequitur gloſ. *in l. fi. in uerbo. de crimine, C. de ord. iudicio.* ſed fuit de mẽte Iacob. Butrig. *in d. l. fin.* vbi Bal. dicit, hanc Butrigarij ſententiam ſibi iuſtiorem videri; ea ratione motus, quia quando cauſa criminalis non eſt præiudicialis ciuili, non videt, quare in ipſa ciuili cauſa ſit ſuperſedendum, cum id quod nõ poteſt operari ſententia ferenda, non debet operari pendentia proceſſus: & iudicio meo eſt optima ratio, ſequitur ibidem Paul. de Caſtr. *num. 2.* docens hanc Butrigarij, & Bal. opinionem ſibi placere, quamuis glo. & alij Doctores contrariũ teneant, *& nu. 3. in fine.* Vbi pariter quod hęc opinio eſt magis rationabilis quàm alia communis. Purpurat. *in l. edita. nu. 157. verſ. & ideo, vbi cauſa. C. de eden.* Natta. *conſ. 138. nu. 7.* Put. *deciſ. 98. agebat Alexander. nu. 7. & ſeq. lib. 1.* Vbi in primis refert Ang. *in l. fi. C. de ord. iudic.* dicentem, quòd licet illa lex intelligatur etiam quod cauſæ ad inuicem non ſint præiudiciales, hoc tamen de conſuetudine nõ ſeruatur; deinde ſubdit, quod quãuis Salyc. *in d. l. fi.* teſtatur, communem opinionẽ eſſe in contrarium, ſtantibus tamen authoritatibus aliorum, qui hanc tenent concluſionem, non ita de facili diſcerni poteſt, quænam ſit cõmunis opinio. Cęſar de Graſſis *deciſ. 3. incip. licet regula ſit. tit. de excep. alias 92. nu. 2. allegat* Peregr. *in deciſ. 133. incip. in vna deciſ. Toletana. li. 2.* cuius deciſ. eſt poſita inter deciſ. Rotæ *diuerſor. tom. 3. lib. 2. deciſ. 133. nu. 3.* Et hanc limitationẽ ſequuta fuit etiam Rota *in Romana ſtocchis die hinc nona Martij, 1598. coram R. P. D. Giptio.* Et ita apud nos in omnibus Vrbis Tribunalibus, & in ſignatura iuſtitiæ paſſim receptum eſt.

Quamuis contrarium, quod imò cauſa criminalis faciat ſuperſedere in cauſa ciuili, etiã quod illi præiudicialis non ſit, ſuaderi uideatur ex tex. *in d. l. fin. C. de ord. iudicior.* Vbi pro rõne, quare per cauſam criminalem ſuperſedeatur in ciuili, conſideratur, non quia vna faciat alteri præiudiciũ, ſed quia vna eſt maior altera, & hãc opinionem reprobata opinione Hirner. tenuit gl. *in d. l. fi. in uerbo, de crimine. in fine. uerſ. ſed certè non prohibetur,* & ibi etiam Bellapert. *in uerſic. ſed oppono ad l. iſtam,* ubi plene hanc defendit opinionem. Cyn. *nu. 3.* Vbi quod contraria opinio non placet Doctoribus. Salyc. *in 5. oppoſi. uſque ad finem lecturæ,* vbi hanc dicit communem, eamque a contrarijs defendit, & Io. Sicar. *nu. 4. uerſ. redeundo ergo,* vbi pariter reſtatur de communi Doctorum opinione. Bar. *in l. duo §. hoc edicto. nu. 1. uerſ. Videte Domini. iuncto uerſ. prohibetur etiã concurſus. ff. de ui bon. rapt.* & ibi etiam Ang. *nu. 3.* Bar. & alij *in l. edita. C. de eden.* Vbi dixerunt, ex ſola maioritate cauſarũ cumulationem impediri. Io. Vicomer. *in repet. l. edita. n. 125. uerſ. quarto modo. C. de eden.* vbi in ſpecie dixit, quod ſi ago cõtra te ad fundum, vel ad decem, & tu conuenis me criminaliter, ſuperſedetur in prima cauſa, & proceditur in criminali, donec de ea ſit cognitum, eo quia cum ſit pęnalis, tanquam maior trahit ad ſe minorem cauſã. Paul. de Caſtr. *in l. per minorem. nu. 5. ff. de iud.* Anchar. *conſ. 62. nu. 3.* Plot. *conſ. crim. diuerſ. 73. nu. 1. in fi. tom. 2. in magnis,* vbi de communi opinione, * ſequitur inter eadem conſ. Aym. *cõſ. 74. nu. 1. & omnib. ſeq.* vbi refert, & reprobat cõtraria, & hanc opin. decem fundamentis confirmat, *et nu. 24.* in fine, teſtatur de frequentiori Doct. ſententia.

d *Cauſam ciuilem.* Cauſa vna dicitur alteri præiudicialis pluribus modis, quos bene recenſet Rym. *in conſ. 74. nu. 5. tom. 2. conſilior. crimi. diuerſ.* Nam cauſa dicitur alteri præiudicialis, quando inter ſe ſunt contingentes, & connexæ; idem, qñ vna abſorbet aliam; Idem qñ non compatitur cum alia; Idẽ qñ una excludit ius actoris in alia; ſic enim exemplificant omnes Doctores allegati ſupra *in additione litera c, in 1. uerſ.*

Dicitur etiam vna cauſa alteri præiudicialis, quando ſententia in una lata, rei iudicatæ exceptionem parit in alia, ſecundum Cyn. *in l. 1. nu. 6. uerſ. Ratio eſt. C. quando ciuil. act. crimin. præiud.* & ibi etiam Salyc. *nu. 9.* Imol. *in l. interdum. in princ. uerſ. Et poteſt eſſe ratio. de publ. iudic. in l. duo. §. hoc edicto. num. 1. uerſ. Videte Domini. ff. de ui bon. rapt.* Ang. ibidem *poſt nu. 2.* Butrig. Barto. Bellaper. & alij *in l. edita. C. de eden.* vbi etiam vide ad materiã huius concluſionis Bal. *in l. 1. nu. 48. ad med. C. de his qui accuſ. non poſſ.* Vbi quod ex perplexitate oritur præiudicium, & quia rubor eſt, contraria pronunciare. Anch. *conſi. 62. nu. 3.* vbi pariter, qđ cauſarũ pręiudicialitas oritur ex perplexitate, & contrarietate ſententiarũ; Nec non ex intricatione proceſſurũ. Aym. *conſi. 280. nu. 1.* vbi ponit exemplum. Natt. *conſil. 138. nu. 2. & nu. 7.* Boſſ. *in tit. de plurib. violen. poſt nu. 113.* Put. *deciſ. 98. agebat Alexander. nu. 9. & ſeqq. lib. 1.*

Et rurſus cauſa vna dicitur præiudicialis alteræ, qñ reſpicit perſonarum legitimationem; & in ea obijcitur aliquod, quod agentem ab actione repellit, vt in exemplis relatis per Nattam *in conſi. 138. nu. 3. iuncto nu. 27. lib. 1,* & per Aym. *inter conſi. crim. diuerſor. d. conſ. 74. nu. 5. lib. 2.* Vbi ponit exemplum, quando contra agentem opponitur de excommunicatione.

Et pariter cauſa vna dicitur præiudicialis alteri, quando per eam is, cõtra quem intentatur, priuatur omni iure ſuo, ſecundum Ancharan. *in conſi.62.num.1.* Vbi ponit præcipuè exemplum, quando in vna cauſa petitionis hęreditatis proponitur, quod hæres inſtitutus prohibuit teſtatorem facere teſtamentum; Nam tunc, quia per talem prohibitionẽ hæres priuatur hæreditate, iccirco dicitur præiudicialis cauſa petitioni hæreditatis, vt ibi per eum, *& nu.4.* Vbi ampliat ſiue priuatio iuris agentis veniat ipſo iure, vel etiam per ſententiam. Aym. *conſi.280.nu.1.*

c *Præter exceptuatas.* Exceptionibus omnibus prohibitis a ſtatuto, vel aliquibus exceptionibus prohibitis, vel etiã omnibus prohibitis, præter quaſdam in ſtatuto exceptuatas, quænã exceptiones prohibitæ cenſeantur, materia eſt practicabilis, & quotidiana; Ideo ad eius cognitionem, & declarationem ſatis pro nunc ſit, lectorẽ remittere ad Socin. *reg.130.* Dec. *in c. ex parte. de offic. delega.* Vbi ponit tres limitationes, *& in cõſ. 8.nu.7. et conſ.239.nu.9.* Cotſett. *ſing... verſ. exceptio.1. & 2.pag.156. & verſic. Emphiteota.pag.157. & 158. à tergo.* Aym. *conſil.231.nu.9.* Cæpol. *caut. 227.* Marſil. *in rubr. de probat. num.150. & ſing.58. 75.79.88.163. & 208. & conſi.89.nu.1.* Anton. de Canar. *de exeq. inſtr. q.2.3. & 4. & q.13.num.23. & ſeqq.* Socin. iun. *conſ.27.num.3.vol.4.* Natta *conſi. 474.nu.35.vol.2.* Benedict. de Barchis *in tract. de guarentigia. in 3.par. princip. q.1. & plur. ſeq.* Diaz. *reg.253.* Cabal. *conſi. crim. diuerſ.129. nu.44. lib.1. pag.147.* Imol. *concl.43. lib.1. in 6. ampliatione. pag. 269.* Foller. *in pract. cenſual. pag. mihi 68.num.73.* Aſin. *in pract. §.31. c.27.31.33.38.42. & c.57. & c. 26.37. & 50.* Contard. *in l. vnica. C. ſi de momẽt. poſſeſſ. in 12. limit. nu.4. & in 8. limit. nu. 4. & 5.* Cæphal. *conſi.4.nu.18. & conſ.100.nu.11.vol. 1.* Rol. *conſ.1.nu.58.vol.1. & conſi.29.nu.47. & ſeq. vol.1. & conſi.58.nu.32. & ſeqq. vol.1. & conſ.2.num.36. vol.3.* Villalob. *in commun. opin. litera E. num. 113.* Matth. Gribal. *commu. opi. fol. mihi 346. col. 2. verſ. lex vel ſtatutum. in 2. to. commu. opin. Deciſ. Pedemont.129.nu.8. & deciſ.142.nu.4. & deciſ.51.nu. 19. & 20.* Menoc. *de præſump. lib.2. reg.3. præſump. 48.* vbi latè. *& de arbitrar. quæſt. pag.67. num.79.* Boccac. *in Conſtit. March. glo.8.nu.155.*

Fam. Cent. V. I, D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Defenditur reus condemnatus in contumaciam pro tractatu, & participatione homicidij, qui poſt remiſſam ſibi contumaciam ſponte comparuit, & pro eius defenſione multa opponuntur contra teſtes pro Curię informatione examinatos: ex quorum dictis Fiſcus contra eum ad torturám deueniri poſſe, prętendebat: & de quibus plene in ſummario. Verum & præcipué tria diſcutiuntur. Primo, an & quando ex ſola contumacia reus condemnatus torqueri poſſit: ſecundo, an, & quando minæ faciant indicium ad torturam: tertio, an etiã & quando teſtis pro eruenda veritate, poſsit torqueri: & indebité tortus, quam faciat fidem.

SVMMARIVM.

Contumacia ſola facit contra bannitum, & contumacem, indicium ad torturam, nu.1. & in addit. litera a. vbi remiſſiuè de materia.

Contumacia, & bannum facit indicium ad torturam contra cõtumacem, & bannitũ, qui alias ſit in mala fama; ſecus ſi bonæ famæ. nu.2.

Contumaciæ bannum non facit indicium ad torturam, quando a Principe eſt remiſſa contumacia. nu.3.

Contumacia ceſſante, ceſſant etiam omnes effectus contumaciæ, poſt num.3.

Signatura gratiæ nunquam admittit bannitum ad nouas defenſiones, niſi ſine præiudicio indiciorum, ex contumacia reſultantium, nu.3. verſic. & quod hoc ſit verum.

Contumacia, & bannum non facit indicium ad torturam contra eum, qui fuit abſens ex aliqua probabili cauſa. numero 4.

Minæ probantur per teſtes ſingulares, nu.5. Declara, vt nu.8. Dummodo ſcilicet ſint conteſtes in verbis, & qualitate minarum, licet diuerſi in loco, & tempore.

Minæ, an & quando faciant indicium ad torturam, remiſſiuè in addit. litera b.

Teſtibus deponentibus pro negatiua coarctata ad fauorem inquiſiti, magis credendum eſt, quàm deponentibus ſuper affirmatiua. nu.6.

Indicium remotum probari debet per teſtes omni exceptione maiores. nu.7.

Minæ non faciunt indicium contra eum, qui non ſit ſolitus minas exequi, vel alias malæ famæ. nu.9.

Minæ, vt faciant indicium ad torturam, maximè attendenda eſt qualitas ipſius minantis.

Dolorem iuſtum temperare difficile eſt. nu.10.

Minæ prolatæ ex lubrico linguæ per iracundiam, ſeu per dolorem incontinenti poſt receptam offenſam, non faciunt indicium ad torturam. nu.10. & 11.

Minæ non faciunt indicium ad torturam, quando delictum ſequutum, eſt diuerſi generis a minis prolatis. nu.12.

Minæ dubiæ, & æquiuocæ non faciunt indicium, nu.13.

Minæ non faciunt indicium, quando percuſſores, & delinquentes ſunt certi, & quando percuſſus habebat plures inimicos, nu.14.

Aſſocians delinquentem poſt delictum præſumitur particeps ipſius delicti. nu.15.

Teſtis ſi ſit varius, & ſibi contrarius, non probat, numero 16.

Teſtis ſecundo dicto in tortura potius ſtatur, quàm primo; fallit, quando idem teſtis pateretur plures defectus, quia tunc tortura non operatur, nu.16. & num. 17. Vbi idem, quando tortura fuit indebitè illata.

Teſtis, qui indebitè fuit tortus, depoſitio non probat contra eũ, contra quem fuit tortus, num.17.

Teſtis

Teſtis minor quatuordecim annorum, non poteſt torqueri, nec in ſe, nec in alium; ſed tantum ferula cædi. numero decimo octauo.

Tortura non poteſt dari a iudice non præcedente Decreto de torquendo. nu. 19.

Teſtis depoſitio per ſuggeſtionem extorta, nihil operatur. num. 20. in fine.

Teſtis non poteſt torqueri pro eruenda ueritate, niſi contra reum principalem præcedant indicia. nu. 21.

Teſtis aut reus torqueri non poſſunt pro delicto, pro quo non imponitur pœna corporalis. nu. 22.

Teſtis tanquam veriſimiliter informatus, non poteſt torqueri, niſi præcedant indicia veriſimilis ſcientiæ, numero vigeſimotertio.

Indicium remotum probari debet per duos teſtes, numero vigeſimoquarto.

Teſtes examinati parte non citata, non faciunt indicium. numero 25.

Teſtes examinati parte non citata, an faciant indicium contra bannitum contumacem, numero 25. uerſic. nec dicat, & in addit. litera c.

Teſtis minor quatuordecim annorum, non facit indicium, aut præſumptionem ſufficientem ad torquendum, numero 26.

Teſtis vilis, & pauper repellitur a teſtificando in criminalibus, num. 27.

Teſti falſo credendum non eſt, nu. 28.

Indicia ad torturam debent inferre, & concludere delictum. numero 29.

Receptans delinquentem affinem, & coniunctum excuſatur, numero 29. in fine.

Abſoluendus eſt reus, fiſco non probante, num. 30.

Occiſor certus, & mandator quanto apparet certus, fruſtra quaritur de alijs, contra quos non adſunt ſpecialia indicia, num. 30.

Mandatum non præſumitur in conſanguineo offendente inimicum ſui conſanguinei, niſi aliud probetur, numero 31.

Fama bona tollit omnem ſiniſtram ſuſpicionem, numero trigeſimoſecundo.

Fama delicti in genere iuncto alio adminiculo, facit indicium ad torturam, nu. 37. in fine.

Conſtitutio ſpontanea facit præſumere innocentiam, etiam quod quis citatus, aut condemnatus compareat, numero 33.

Veriſimilitudo, & inueriſimilitudo includit, & excludit delicti præſumptionem. num. 34.

CONSILIVM XXII.

1 ADSIT DEVS. Quia mihi cum prudentiſſimo, & oculatiſſimo viro, ac bonæ conſcientiæ iudice agendum eſt; ideo procedendo per receptas Doctorum ſententias, ac ſtrictè deueniendo ad ea, quæ contra Pontianum Pagliarinum pro parte fiſci deducuntur; dum primo dicitur, ipſum fore torquendum ex
a ſola contumacia, [a] quæ de iure, etiam circumſcriptis alijs, facit indicium ad torturam, ex originali dicto Bald. *in l. 1. §. ſequitur videre, numero 13. ad finem, C. de hæred. inſtitu.* quem poſt alios ſequuti ſunt Grammat. *conſil. 12. numero 21. & conſil. 32. numero 8. & deciſio. 34. numero* 50. Marſil. *in l. 1. in princ. numero 4. ff. de quæſt. & in l. pen. ad finem. ff. eodem, & in pract. §. diligenter. numero* 36. Brun. *de indic. & tortur. par. 2. quæſt. 5. numero* 7. Boſſ. *in titu. de Bannitis, ſub numero 4. uerſic. & hæc procedunt, &c.* Clar. qui de communi, & ſeruata opinione teſtatur, *in practic. §. final. quæſt. 64. uerſic. ſed nunquid Bannitus.* Bonacoſſ. *in commun. opinio. libro 1. pagin. mihi 42. colum. 1. verſic. contumacia citati.*

2 Reſpondetur primo, quod præfata concluſio procedit, quando contumax, & bannitus comparens eſt perſona diffamata, & malæ vitæ; ſecus ſi bonæ famæ: ſic præcipuè declarat Cattell. Cotta *in ſuis memorial. uerſic. Bannitus in contumacia. pagin. mihi* 62. Inquiens expreſsè, quod deciſio Bald. *in d. l. 1. C. de hæred. inſtituen.* non ſeruatur per Senatum Mediolani; niſi qualitas perſonæ in id iudicem inducat. Carer. *in practic. in materia appellationis. §. Septimus eſt caſus. num. 57. & 58. pag.* 15. Vbi quod bannum facit indicium ad torturam ſi in eo, & fuga bannitus caperetur, habita tamen diſcretione perſonæ; Et paulò infra ſubdit, quod nonnulli iudices, maximè ſuperiores, faciunt contumaciam, & bannum purgare per torturam, non tamen indiſtinctè, ſed in perſonis diffamatis, & ſolitis, & vilibus. Blanc. *in tract. de indic. numero* 293. vbi ait, quod Bald. *in d. l. 1. C. de hæred. inſtituen.* non ſimpliciter, quòd contumax poſſit torqueri, ſed quod ex qualitate perſonæ, poteſt ſubijci tormentis; & quod ideo præfata concluſio non habet fundamentum indiſtinctè, ex dicto Baldi: nec a prædictis diſſentit Pariſ. de Put. *in tract. ſindica. in uerbo, tortus, cap. 7. nu.* 15.

3 Reſpondetur ſecundo, quod omnes Doctores in materia loquentes, qui videantur, loquuntur, vel in capto, vel in comparente, admiſſo ſolum ad nouas defenſiones. Quæ ſola admiſſio ad nouas defenſiones (prout optimè D. meus ſcit) non tollit effectum contumaciæ, ſed ſolum ſuſpendit ſententiam, quouſque videatur, quid in ſuis defenſionibus deducat reus; Non ſic in caſu noſtro, in quo Pontianus exponendo Dominis Conſeruatoribus probabilem, & coloratam cauſam ſuæ abſentiæ, & contumaciæ, fuit ab illis non ſolum ſimpliciter admiſſus ad nouas defenſiones, ſed etiam in ſpecie fuit gratiosè remiſſa omnis contumacia; igitur ſi ſola contumacia cauſa eſt, ut Bannitus comparens torqueatur, ceſſante contumacia, debent etiam omnes illius effectus ceſſare. *l. 1. §. ſi frater. uerſ. eos quidem per contumaciam. ff. de colat. bonorum.* Felyn. *in capit. ex literis. numero 19. uerſic. amplia ſecundo. de conſtitu.* latè Tiraquel. *ceſſan. cauſ. par. 1. num. 57. ſeqq.* Et propterea iſto caſu non eſſe locum torturæ ex ſolo banno, & contumacia, in terminis tradit Carer. *in pract. de indic. & tortur. §. tertium indicium eſt fuga. numero 19. pag. mihi 42. à tergo. colum.* 1. vbi poſt Afflict. quem allegat. *in Conſtitu. Clementia. in tertio notabili*, loquitur in fortioribus terminis, videlicet, quando Princeps remiſit bannitum ad iudicem bannientem, vt prouideat de iuſtitia; quo caſu, vt ipſe dicit, poſt Afflict. quem allegat *in Conſtitu. Clementiæ, in tertio notab. numero* 8. fuga, & bannum non facit indicium; Ergo multo minus faciet indicium, vbi Princeps, & ex ſpeciali gratia, remiſit contumaciam, vt in caſu noſtro.

Et quod hoc ſit verum, bene probat ſtylus ſignaturæ, quæ nunquam iſtis bannitis comparere volentibus, remittit cõtumaciam, ſed ſolummodo eos admittit ad nouas defenſiones; imò etiam eos non admittit ad defenſiones, niſi cum clauſula, ſine præiudicio indiciorum, ex contumacia reſultantium. Quæ reſeruatio in ſupplicatione Pontiani, non ſolum non reperitur appoſita, ſed imò etiam expreſsè, & per gratiam, fuit remiſſa omnis contumacia. Gratioſa autem remiſſio, niſi indicium contumaciæ ſubſtuliſſet, inanis & fruſtratoria prorſus fuiſſet: quod non eſt dicendum, præſertim in gratijs Principum, quæ latiſſimè interpretandæ ſunt. *l. fin. ff. de conſtit. Princip. l. ſi quando. & ibi Bart. C. de bon. vacan. lib. 10. l. fin. & ibi Bart. num. 11. C. de ſentent. paſſ. cum vulgar.*

4 Et aduertatur, quod non ſine probabili ratione, Domini Conſeruatores gratioſè contumaciam remiſerunt, abſque clauſula, ſine præiudi. indiciorum ex contumacia reſultãtium; quia ſicut per ipſum expoſitum fuit, ita etiam pro veritate erant informati de probabili cauſa abſentiæ ipſius Pontiani; quo caſu nec contumax reputandus erat, nec ex ea poterat ille iure torqueri. Blanc. *de indic. numero* 293. Follet. *in pract. crimin. in tertia parte, tertia partis principalis, verbo, & ſi confitebuntur. numero* 29. *&* 30. & nouiſſimè Menoch. *de præſumpt. libro primo, quæſtione* 89. *nu.* 41. *in fine.* & Marc. Anton. Eugen. *conſil.* 31. *numero* 60. *libro* 1.

5 Dum ſecundo contra Pontianum adducuntur depoſitiones Cæſaris, & Acchillis de Barbarano, quorum primus dicit, *che quando Pontiano medicaua Auerſo, inteſe che lui & Aurelia brauauano contro Fauſto, dicendo che non ſene ſaria vantato & non ſene vanteria.* Alter vero dicit, *che quando Auerſo era medicato da Pontiano, li diſſe Pontiano, che li rendeſſe un fregio, & poi faceſſe pace.* Quaſi quod per iſtos teſtes ſaltem ſimul iunctos, cen-

b ſeantur probatæ minæ [b] per Pontianum prolatæ, de ſe vendicando & de faciendo sfriſare Fauſtum. Quæ minæ etiam per teſtes ſingulares concludenter probatæ dicuntur. Gramm. *deciſ. quarta, numero* 14. poſt Anchar. & Fulgoſ. quos allegat Paul. Meten. *conſi. crimin. diuerſ.* 88. *numero* 54. *libro ſecundo*, Gabriel. *in tit. de teſtib. concluſ.* 2. *num.* 56.

6 Primo dicitur, quod prædicti teſtes non vera deponunt, quia (vt creditur probatum per teſtes ad defenſam examinatos, qui fuerunt præſentes, quando Pontianus medebatur Auerſum) nec Cæſar aderat eo loci, nec Pontianus vnquam talia verba dixit; & ſi dixiſſet, teſtes audiuiſſent; vnde probata negatiua, coarctata loco & tempore, magis credendum eſt teſtibus pro reo deponentibus ſuper negatiua, quàm contra reum ſuper affirmatiua, etiam quod plures eſſent. Felin. *in capitulo tertio, numero ſecundo, de probatio.* Marſil. *conſil. ſecundo. numero* 12. *& conſil.* 51. *numero* 13. *volum. primo*, cum alijs per Io. Mat. Monticell. *in ſuo repertor. teſtium. pag.* 426. *colum.* 2. *verſ. penult. & fin. & pag.* 438. *colum.* 1. *verſ.* 4. *&* 5. Corrad. *in pract. in tit. de proceden. ant. diffin. & defeſion. nu.* 6. *col.* 1. *verſ. idem quoque dicas in teſtibus negatiuis &c.* Boſſ. *in titu. de defenſ. reo. poſt numerum* 31. *&* 32.

7 Secundo prædicti Cæſar & Acchilles plures patiuntur exceptiones in eorum perſonis, vt pariter ex teſtibus ad defenſam examinatis, quorũ examina legi & conſiderari ſupplicatur, creditur probatum; ideo cum agatur de probando indicio remoto, teſtes non omni exceptione maiores, & aliqua ex parte inhabiles, repelluntur, & nihil efficiunt, ſecundum ueriorem opinionem, quam omiſſis alijs optimè probant Anton. Gomez. *var. reſolut. tom.* 3. *cap.* 13. *titu. de tortur. reorum, num.* 18. *in fine. verſi. ſed certè eorum opinio videtur falſa, & numero* 19. Alex. de Neuo. *conſi. crimin. diuerſ.* 97. *nu.* 14. *libro* 1. Bertaz. *conſ.* 39. *nu.* 15. *libro primo*, Bonacoſſ. *in commu. opin. crim. par.* 2. *in verſ. indicia aut ſunt proxima. fol. mihi* 35. *col.* 3. *in fine.* Burſat. *conſi.* 316 *nu.* 25. *lib.* 3. *& conſil.* 35. *nu.* 2. *lib.* 1. Hippol. Rimin. *conſil.* 361. *num.* 32. 39. *ſeq. lib.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 91. *num.* 5. *&* 6. Maſcar. *de probat. lib.* 2. *concl.* 894. *nu.* 3. & in terminis in probatione minarũ, bene loquitur Hier. Magon. qui alios adducit concordãtes, *in deciſ. lucen.* 89. *nu.* 1. *ſeqq.* 1. *par.*

8 Tertio, dato quod prædicti Cæſar & Acchilles eſſent omni exceptione maiores, ac etiam quod eorum probatio eſſet eneruata per cõtrariam probatam negatiuam, prout vtrumque verius creditur ex teſtibus ad defenſam examinatis, apparere, adhuc tamen eis in nihilo eſt credẽdum, quia ſunt ſingulares in verbis, & qualitate minarum, quæ licet (vt ſupra dixi) probentur regulariter etiam per teſtes ſingulares, iſtud tamẽ procedit, quando ſingularitas reſpicit locũ, vel tempus, in quo minæ emanarunt, ſed ſunt concordes in earum genere, & qualitate; ſecus ſi ſint de loco & tempore concordes & ſingulares in qualitate minarum, prout in caſu noſtro, in quo vnus teſtis dicit, *che Pontiano quando medicaua Auerſo, gli diſſe, che li rendeſſe uno sfregio.* Alter vero *che Fauſto non ſene ſaria auantato*; Tunc enim obſtat ſingularitas in probatione minarum, ſecundum Foller. *in pract. crim. in uerbo, item quod ſororem uenenauit. nu.* 25. *pag. mihi* 241.

9 Quarto rurſus, dato quod præfati teſtes non eſſent ſingulares, ſed conteſtes, & quod optimè de minis concluderent, adhuc tamen certum eſt in iure, ſolas minas minimè indicium facere ad torturam, niſi in homine malæ vitæ & famæ in eodem genere mali, & qui ſolitus eſt minas exequi, ſecũdum communem, de qua poſt alios per Anton. Gomez. *d. tit. de tortur. reorum. numero* 11. *uerſic. & idem eſt quando ſola mina.* Foller. *d. uerb. item quod ſororem uenenauit. numero* 23. *uerſ. Præterea non eſt uerificatum pro parte Curiæ.* Brun. *de indic.* 1. *par. q.* 3. *numero* 33. Boſſ. *in tit. de indic. & conſiderat. ante tortur. numero* 44. vbi quod ita tenent omnes criminaliſtæ cum alijs, nouiſſimè per Maſcard. *de probatio. libro ſecundo, concluſio.* 871. *numero quarto. ſeqq. & concluſio.* 1057. *numero* 14. vbi de communi. In hoc enim indicio, maximè

Digitized by Google

mè attendendam eſſe perſonæ qualitatem, facit tex. *in l. metum. C. de eo quod metu. cauſ. et in l. 1. C. ſi quis Imp. maledix.* Et vtrobique gl. & communiter notant Doct. cum alijs per Parid. de Put. *de ſindica. in verb. tortura. c. 6. incip. An ſi quis dixerit. nu. 2. in fine.* Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. nu. 33. verſ. Item conſider. eſt.* Marſil. *in pract. §. diligenter. nu.* 85. Dec. *conſ.* 184. *nu.* 14. *lib.* 1. Natta *conſil.* 42. *nu.* 2. *li.* 2. Et alibi paſſim, & cōiter Doctores.

10 Quinto eò minus prædictæ aſſertæ minæ, ſeu verba, per Pontianum cōtra Fauſtum prolata, quatenus vera ſint, debent aliquid operari, cum emanauerint ſtatim, & incōtinenti, recepto vulnere per Auerſum, & tempore, quo Pōtianus ipſum medebatur; quo tempore cū iam animi omnium ſtarent irati, ob ſanguinis cruorem, & faciei deturpationem, quam prę oculis videbant, non eſt mirum, ſi ex iracūdia, & linguę lubrico, in aliqua verba minatoria contra Fauſtum fluxum fuerit per Pontianum, publicè, & palā omnibus aſtantibus, ſentientibus: difficile. n. fuit eo inſtanti, temperare iuſtum dolorem, ob illarum vulnus conceptum. *l. ſi adulterium. cum inceſtu. §. Imperatores. ff. de adulter.* doloriſque affectui eo caſu imperare, non prorumpendo in aliqua verba, ſatis admodum, & pariter difficile cuiq; prudentiſſimo viro erat, nedum Pontiano ruſtico, & idiotæ perſonæ, vt per Tiraq. *de pan. cauſ.* 1. *nu.* 23. Vnde talia verba per Pontianum cōtra Fauſtum prolata, non conſultò, ſed per iracundiam emanaſſe dicuntur; & propterea in nulla debent eſſe conſideratione apud iudicem; quia ſæpe ex iracundia multa dicūtur, quæ in exequutionem minimè ponuntur. Nec lubricum linguæ ad pęnam facile trahendum eſt. *l. famoſi. ff. ad l. Iul. maieſt.* & quæ per iracundiam proferuntur, non poſſunt ad conſilium, vel deliberationem applicari. Bald. *in cap. 1. §. ſi quis vero. il primo. de pace iuram. firman.* Tiraq. *vbi ſupra, numero* 21. Et in ſpecie de verbis minatorijs ex iracundia prolatis, conſiderat Anto. Gomez. *d. titu. de tortur. Reorum, eodem num.* 11. *verſ. et idem eſt quando ſola mina præceſſerunt, &c.* Et ante eum Carer. *in pract. in tracta. de indic. verſ. vndecimum indicium, nu. 1. in fine.* Plot. *de in lit. iur. §. 54. nu.* 10. Menoch. *de arbitr. quæſt. li. 2. caſu.* 361. *nu.* 39. *verſ. aut minæ prolatæ ſunt pro inſtanti dolore.*

11 Sexto in hoc indicio minarum, præcipuè conſiderandum eſt tempus ſequuti delicti; nam quando delictum comminatum incontinenti ſequitur poſt illatas minas, tunc eò magis contra minantem minæ indicium faciunt. Gandin. *in tit. de præſump. & indic. prima par. quæſtion. 3. numero* 33. cum alijs per Maſcar. *de probat. concluſio.* 1057. *nu.* 4. Ergo eò minus facient indiciū, quando ex interuallo (prout in caſu noſtro). Pract. Corrad. *in tit. de negat. crim. & torm. num. 24. verſic.* 20. . . . . *fol. 294. col. 2. in fine.*

12 Septimo in depoſitione Acchillis eò etiā minus poteſt fieri fundamētum, quod prout dicit, licet falsò, *Pontiano diſſe all' Auerſo, che li deſſe vn ſrigio, &c.* tamen Fauſtus, non vulneratus in facie, ſed occiſus fuit: ideo, ſequuto delicto diuerſi generis ab eo, de quo deponit Acchilles, nihil afficit illius depoſitio, per ea, quæ poſt Bertran. *in conſil.* 51. *non puto. in 2. par.* tradit Foller. *in practic. d. verſic. Item quod ſororem venenauit*, & conſuluit Dec. *in conſil.* 189. *numero* 14. Natta *conſil.* 42. *numero* 2. *lib.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q.* 89. *num.* 61. vbi propterea dixit, minas probandas eſſe in ſpecie.

13 Octauo, depoſitio Cęſaris pariter nihil prorſus afficit Pontianum, quia illa verba, *Fauſto non ſe ne auanterà*, quatenus re uera fuerint prolata a Pontiano, prout non fuerūt, ſunt dubia, & poſſunt trahi, & in bonam, & in malam partem, videlicet ad vindictam, iuris medio faciendam, ac etiam manibus propria auctoritate; & in dubio ad iuris vindictam, & non in malam partem referri debent, per ea, quæ in fortioribus terminis tradūt de minantibus, ſe velle facere vindictam contra aliquem, Alex. *conſ.* 188. *nu.* 7. *vol.* 7. Dec. *conſi.* 189. *ſub nu.* 14. Aym. *conſ.* 151. *nu.* 18. Natta *conſ.* 42. *nu.* 3. *lib.* 1. Rolan. *conſ.* 11. *num.* 37. *vol.* 3. Ant. Gomez. *tit. de tort. reorum. ſub num.* 11. *verſi. item etiam quia mina, &c. ubi de communi.*

14 Nono, habemus certos percuſſores, & delinquentes, qui fuerunt puniti; ideo aſſertæ minæ Pontiani non debent eſſe in aliqua conſideratione, cum Doctores ſuper indicio minarum facientes fundamentū, ſemper pręſupponūt ignorantiam occiſoris, vt per Blanc. *de indic. nu.* 183. Addit. ad Carrer. *in pract. in eius repert. verſiculo, minans, an occidi poſſit impune.* Imò & quod fortius eſt, ad excludēdum indicium minarum, ſufficit probare, quod occiſus habebat alios inimicos, ad bene trad. per Parid. de Put. *de ſindi. in verbo, tortura, c. 6. incip. An ſi quis dixerit, num. 3. verſi. nam quadam mulier*, vbi ponit notabile exemplum. Franciſc. Caſon. *de indic. & tortur. tracta. 7. c. 1. nu. 17. in fine.* Caret. *in pract. in tract. de indic. et tortur. §. 12. indicium. nu.* 3. Boet. *deciſ.* 66. *num.* 3. Boſſ. *in tit. de indic. & conſid. &c. nu. 44. verſ. & vide omnino.* Menoch. *de præſump. lib. 1. quæſt. 89. nu.* 55. Bertazz. *conſ.* 116. *nu.* 18. *lib.* 1. Et ex præmiſſis nouem reſponſionibus, vna tantum ſufficit, ad tollendum dicta per Cæſarem, & Acchillem; ergo multò magis omnes ſimul iunctę.

15 Dum, & tertio principaliter contra Pontianum opponitur, quod poſt homicidium patratum, & poſtquam ſe abſentauit a Terra Barbarani, aſſociauerit ſe cum Rogerio, principali mandatore homicidij, de quo agitur, & cum eo fuerit viſus equitare in Territorio Barbarani, vt colligitur ex depoſitione Laurentij teſtis per Commiſſarium examinati, & torti, quaſi quod ex hac aſſociatione ſecum facta poſt delictum videatur poſſe pręſumi particeps dicti pręcedentis homicidij, ad trad. per Bald. *in l. non ideo minus. column. penult. verſicul. quæro, an aſſocians. C. de accuſat.* Blanc. *in tractat. de indic. & tortur. numero* 201. *verſic. aſſociatio.* Boſſ. *in titu. de homicid. numero 25. in princip. verſic. & vna eſt. cum alijs relatis* per Petr. a Plac. *in Epith. delict. libro 1. capit. 16. numero* 6. & per Clar. *in practic. §. fin. quæſt.* 90. *verſic. aut vero.* Maſcard. *de probatio. libro* 1. *concluſ.*

cluſ.169.num.23.verſi.animaduertendum.& lib.2.concl.1139.nu.12.& 13.& lib.3.conclu.1386.nu.14.vbi declarat.

16 Dicitur primo, quod iſte teſtis eſt varius, & ſibi conrrarius in ſuis examinibus; ideo nihil probat. l.qui falſa. ff.de teſtib. l.eos. ff.de falſ. Nec obſtat, quod dicarur, quod tortura purgat iſtũ defectum, & ſic quod ſtandum ſit eius ſecundo dicto in tortura, potius, quam primo ſine tortura, iuxta doctr. Bar. communiter approbatam in d.l.eos. nu.2. cum alijs per Gabr. concl.76. in prin.li.7. quia iſtud procedit, quando in teſte non adeſt alius defectus, quàm variationis, ſeu varietatis, quia tunc ille bene purgatur per torturam, & ſtatur ſecundo dicto in tortura: ſecus ſi teſtis patiatur alios defectus, prout patitur hic Laurentius, & infra mox dicam, quia tunc tortura nihil operatur, & ſtatur primo dicto extra torturam. Aymo. conſi.6.nu.54.verſ.6. Reſpondeo. Gabriel dicta concl.26.nu.12. in nona limit.

17 Dicitur ſecundo, quod quando tortura fuit teſti indebitè illata, tunc non eſt credendum illius ſecundæ depoſitioni, in tortura emanatæ. Alciat. de præſumpt. reg.2. præſumptio.29. in fine. Boſſ. in titu. de oppoſ. con. teſt. numero 1. ad med. poſt Soc. & Angel. quos allegat. Cæphal. conſil.234. num.8. lib.2. Menoch. de arbitr. quæſtion. lib.2. caſu 108. numero 14. in fine, & quando teſtis fuit indebitè tortus, tunc eius depoſitio nihil afficit contra Reum, contra quem depoſuit. Brun. de indic. & tortur. p.2. quæſt.4. poſt numerum 9. Grammat. vot.6.nu.11. Io. Mar. Mouticel. in repert. teſt. pag. 351. col.1. verſ. pen. quod autem iſte Laurentius fuerit indebitè tortus, ex ſequen. reſponſionibus patebit clarè.

18 Dicitur enim & tertio loco, quod ex quo iſte Laurentius teſtis erat minor 14. annorum, prout creditur probatũ per teſtes ad defenſam examinatos, idcirco non poterat, nec in ſe, nec in alium torqueri, ſed vel terreri, vel ad plus ferula cædi. l.1.§.impubes. ff.ad Syllan. l.ex libero. §.1. & l. de minor. in princ. ff.de quæſt. Cyn. in l.fi.num.5. ad med. verſ. hoc verum. C.de quæſtion. Butr. in c. cum in contemplatione. num.7. verſ. Et quod ſi maior, & ibi etiam Cardin. Zabar. nu.3. poſt med. verſ. Requiritur etiam, & Abb. nu.10. verſ. Hæc fallunt. extra de regul. iur. Brun. de indic.2. par. q.4. num.16. Pract. Corrad. tit. de negat. crim. & tormen. num.34. verſi.11. limita pag. mihi 301. col.1. Cyril. in ſumma crimi. rub.29. tit. de quæſt. §.3. nu.2. fol. mihi 149. col.2. in fine, ver. de minore quoque.

19 Dicitur quarto ad comprobationem præcedentis reſponſionis, quod videns Cõmiſſarius, hunc puerũ non poſſe, vt ſupra, torqueri, ſed tantum terreri, fecit decretum de ipſo ſpoliãdo, nõ animo torquendi, ſed animo terrendi, vt in decreto legitur, & tamen fuit etiam eleuatus, & in tortura appenſus per bonum ſpacium temporis. Notoria igitur iniuſtitia inflictæ torturæ per hunc Commiſſarium ex ſuomet decreto, notoriè colligitur, quia ſi tortura dicitur indebitè inflicta, quando nullo præcedente iudicis decreto infligitur, l.2. ff.de appe. recip. Arno. ſing.39. Brun. de indic. & tortur. par.2. quæſt.9. num.10. verſ. ſed ſi non erunt purgat. & quæſt.5. num.13. verſ. & plus. Marſil. in l.1. nu.13. verſ. & ſubdit. ff.de quæſt. & in pract. §. nunc uidendum. num.2. & nu.20. Foller. in pract. crim. verb. etſi confitebuntur. nu.74. Ant. Gomez. tit. de tortur. reorum. num.23. Hippol. Rimin. conſil.290. num.6. lib.3. Multo magis dicetur indebita, & iniuſta, quando infligitur contra formam ipſius decreti, facti ab eodem iudice: etſi terrentur pueri in eleuationem in tortura, dicat mihi, quæſo, iſte terrens, quomodo terrebuntur maiores?

20 Dicitur, & quinto (quod peius eſt) quod depoſitio, quam fecit iſte teſtis de Rogerio, apertè ex lectura proceſſus appatet extorta, ad torquentis ſuggeſtionem, cum & ligatus, & eleuatus, ſẽper dixerit, ſe non cognouiſſe eos, qui equitabãt cum Pontiano; deinde dixit, Vno di quelli compagni era Rogero. Poſtea dixit, queſto l'ho detto per il dolore, & non è la verità, quæ verba erant maximè attendenda per iudicem, quia veniebant ex intimo cordis, & a rei veritate; ſed tandem cum bene viderit pauper ille, & miſerandus ruſticus, & puer, intentionem Commiſſarij, qualis erat, iterum dixit, la verità era che ci era Roggiero con Pontiano, & non lo dico per dolor di corda, ma per la verità. Ex quibus duo præcipuè colliguntur neceſſaria. Primo, quod cum Commiſſarius videbat teſtem illum ſpoliatum ligatum, & eleuatum, perſiſtentẽ in tortura, & in ſuo primo dicto, non debebat vlterius illam continuare, quia ex præmiſſis ſatis bene dicebatur iuxta formam ſui decreti, nedum territus, ſed tortus; ideo ex confeſſione extorta per ſubſequentem indebitam torturam contra formã ſui decreti, non poteſt præſumi aliquod fundamentum ex præallegatis. Secundo colligitur, quod eadem depoſitio tanquã facta ad veriſimilem iudicis ſuggeſtionem, & vt illi ſatisfaceret tortus, pariter in nihilo attendẽda eſt, ad tex. cum ibi not. in l.1. §. qui quæſtionem, ff.de quæſt. cum alijs per Foller. in prac. crim. verb. etſi confitebuntur. nu.76. Eſt enim ſuggeſtio prohibita nedum in reo, ſed etiam in teſte, ſecũdum Alber. in d. §. qui quæſtionem. num.1. & 2. Marian. Socin. in c. qualiter, & quando. el 2. nu.1102. verſic. debet tamen iudex. extr. de accuſa. Angel. de maleſ. in verbo, quod fama publica. nu.118. & ibi Auguſt. in Addit. Boſſ. in tit. de examin. reorum. nu.12. verſ. & illa confeſſio.

21 Dicitur ſexto, quod cum eo tempore contra Pontianum nulla ex proceſſu appatebant indicia, ſaltem legitima ad torquendum, ideo non poterat in illius caput, tanquam teſtis, torqueri. l.1. in princip. & ibi Bat. ad fin. ff.de quæſtio. l.ex libero. §. eodem. l.vnius. §. in ea cauſa. eodem tit. Brun. de indic. & tortur. par.2. quæſt.4. numero 13. Ruin. conſi.7. nu.1. volum.5. Boſſ. in tit. de tortur. teſt. numero 1. & in tit. de manda. ad homici. nu.30. in fine. Cyril. in ſumma crim. rubr.29. tit. de quæſt. §.3. nu.5. verſ. tunc uero.

22 Dicitur ſeptimo, quod pauper ille ruſticus fuit tortus a Commiſſario adhoc, vt diceret, an illi, cum quibus equitabat Pontianus, eſſent fo-

renſes

Digitized by Google

tenſes, vt ipſe dicebat; An vero de Terra Barbarani, quorum vtrumque, nec delictum eſt, nec ad delictum infert. Videat ergo D.neus, ad q.d, & quã debitè illata fuerit hæc tortura, cum certũ ſit de iure, nedum teſtem, ſed nec ẽt reum poſſe torqueri ſuper eo, quod delictum non eſt; imò non ſufficit eſſe delictum, niſi etiã ſit punibile pœna corporali, ſecũdum communem opinionem, de qua per Doct. per illum tex. *in l. edictum. verſ. 1. ff. de quaſt.* Aym. *conſ.* 41. *in fine, & conſ.* 137. *nu.* 11. *ſeqq.* Marſ. *in pract.* §. *expedita. nu.* 57. *& in l. maritus. nu.* 4. *in vlt. notab. ff. de quaſt.* Capic. *deciſ.* 126. *num.* 5. Gram. *conſ.* 15. *nu.* 4. Iodoc. *in pract. cri. c.* 35. *nu.* 4. Ant. Gomez. *d. tit. de tort. reorũ. nu.* 2. Cla. *in pract.* §. *fin. q.* 64. *verſ. Praterea debet.*

23 Dicitur octauo, quod ille teſtis fuit tortus ſub prætextu, quod eſſet veriſimiliter informatus, & ſciens, quòd illi, qui cum Pontiano equitabant, erant de terra Barbarani, & non forenſes, vt ipſe dicebat; & tamen in proceſſu nihil certè apparet, quod iſtud arguat; nec quod veriſimilem teſtis ſciẽtiam deſuper inducat: ideo poterit dici indubitanter, quod fuit tortus ſine cauſa, & ſine indicijs ſcientię, ideo nihil probat. Bar. *in d. l.* 1. §. *idem Cornelio. nu.* 2. *ff. de quaſt.* Innoc. *in cap. cum P. Mancenella. poſt nu.* 3. *de accuſat.* & ibi etiam Ioa. And. *num.* 5. *in fine. verſ. aliqua præſumptio eſt neceſſaria.* Gram. *voto* 6. *num.* 10. Tindar. *in tract. de teſtib. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 2. Firma. *in repert. verb. teſtium coactio. nu.* 7. Ruyn. *d. conſ.* 7. *nu.* 1. *vol.* 5. & Doct. *in d. l.* 1. §. *idem. ff. de quaſtio.*

24 Dicitur nono, quod dato etiam, quod Laurẽtius fuiſſet legitime tortus, adhuc tamen nihil ꝓbat, quia eſt vnicus, & vox vnius, vox nullius, vulgata reg. de qua *in c. licet. c. veniens, & cap. iuris iurandi. extra de teſtib.* & quodlibet indicium remotum per duos teſtes, ſecundum gl. *in l. fina. in verb. vel inducijs,* & ibi Bart. Bal. Angel. Caſtren. Salyc. & communiter omnes, *C. de quaſt.* Bar. *in l. fin. nu.* 7. & ibi etiam Marſil. *nu.* 6. & Blanch. *num.* 46. *ff. eodem.* Iaſ. *in l. admonendi. in* 2. *lect. num.* 153. *verſ.* 5. *prædicta regula procedit. ff. de iureiur.* Ang. *de malef. in verb. quod fama publica. nu.* 10. *verſ. qualiter probetur indicium.* Iodoch. *in pract. crimi. c.* 36. *nu.* 14. Nouell. *pariter in pract. in prin. nu.* 16. Boſſ. *in tit. de ind. nu.* 5. *& nu.* 18. *&* 16. Oſaſc. *dec. Pedem.* 79. *nu.* 31. Alciat. *conſ.* 455. *nu.* 1. Cla. *in prac. quaſt.* 22. *in prin.* Brunor. à Sole *in ſuo conſ. cri. nu.* 111. & nouiſſimè Paul. Granut. *Theore.* 23. *nu.* 7. Hiero. Magon. *deciſ. Lucen.* 86. *nu.* 1.

25 Dicitur decimo, quod idem Laurentius nullum prorſus etiam minimũ facit indicium, quia examinatus parte non citata, nec ad faciem Pontiani repetitus. *l. ſi quando. in fine. C. de teſtib.* Abb. *in cap.* 2. *nu.* 14. & ibi etiam Aret. *in* 1. *notab.* Felyn. *nu.* 3. *verſ. & iſtud idem. extra eodem.* idem Aret. *in l.* 2. *nu.* 4. *ante med. verſ. quod probatur ratione ordinis. ff. de quaſt.* Nec dicat mihi Dominus meus,

c quod in odium contumaciæ [c] teſtes non repetũtur, quando quis compareat poſt condemnationem, ad doctr. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 45. *verſ. ateterum ſi reus. in fine.* nam talis doctrina, quæ fundata eſt in contumacia, & in odium contumacis, vt clarè dicit Clarus in loco citato, non poteſt applicari caſui noſtro, cum, vt ſupra dixi, Pontiano ſit remiſſa contumacia; ideo ceſſante contumacia, ceſſant omnia in eius odium inducta, vt per Tiraq. & alios ſupra allegatos. Vltra quod eadẽ Clari doctrina non trãſit ſine difficultate, ex traditis per Boer. *in deciſ.* 163. *num.* 5. Foller. *in pract. crim. in* 3. *par. tertia par. in verb. etſi confitebuntur. nu.* 15. & per eundem Clar. *in quaſt.* 50. *incip. Item quia, in fine.*

26 Dicitur vndecimo, quod tantò minus credendum eſt ipſi Laurẽtio, quia, vt ſupra dixi, minor quatuordecim annorum; quo caſu ad torquendum, nec qualem qualem facit præſumptionem, licet ſecus, quoad iudicis inſtructionem. Bal. *in l. ſeruos. in princ. C. de teſtib.* Alberi. poſt Iacob. Butrig. quem allegat, *in l. in teſtimonium. num.* 1. *verſ. quod intellige,* & ibi etiam Florian. *num.* 2. *ff. de teſtib.* Ignc. *in l.* 1. §. *impuberes. num.* 38. *verſic.* 2. *dummodo, &c. ff. ad Sillan.* Brun. *de indic. & tortur.* §. 2. *quaſt.* 4. *nu.* 18. Blanc. *de indic. nu.* 347. *ſeq.* Marſil. *in l. de minore. ſub nu.* 42. *ff. de quaſt. & in pract.* §. *diligenter. nu.* 8. Carer. *in pract. in tract. de indic.* §. *vltimo an teſtis. nu.* 14. *in fine, pag. mihi* 66. Ant. Gomez. *de delict. c.* 12. *rub. de probat. delict. nu.* 13. *verſ.* 2. *repellitur.* Boſſ. *in tit. de indi. nu.* 62. Cla. *in pract.* §. *fin. q.* 24. *verſil. Vidi quandoque dubitari.* Bertaz. *conſ.* 3. *nu.* 5. *in fine.*

27 Dicitur duodecimo, quod iſte teſtis eſt vilis, pauper, & abiectus; quo caſu in criminalibus nõ recipitur, ſecundum communem, de qua Rolan. *conſ.* 2. *nu.* 21. *& conſ.* 16. *nu.* 22. *& conſ.* 24. *nu.* 64. *& conſ.* 73. *nu.* 28. *vol.* 1. Suarez *in comm. opinio. ver. teſtis. nu.* 125. Ant. Gomez. *in tit. de prob. delict. ſub nu.* 19. Vbi enim cum paupertate teſtis, concurrit etiam vilitas, tunc non ſolum nõ eſt idoneus teſtis, ſed etiã à teſtificando repellitur. Ruyn. *conſ.* 130. *nu.* 40. Pariſ. *conſ.* 54. *nu.* 57. *lib.* 4. Aym. *conſ.* 249. *nu.* 12. *ver. accedit etiam vilitas.* Ant. Gomez. *de delict. d. c.* 12. *nu.* 19. Menoc. *de arbit. quaſt. lib.* 2. *caſu* 96. *nu.* 6. *&* 7.

28 Dicitur decimotertio, quod dato etiã, quod iſte teſtis fuiſſet ritè & rectè examinatus; Item quod nullã pateretur exceptionem; Item quod haberet conteſtem, prout hæc omnia vera minimè eſſe, ex præmiſſis demonſtraui; Adhuc tamen de falſo conuincitur per teſtes, ad defenſam Pontiani examinatos. Quorum vnus (vt creditur) apertè dicit, quod cum Pontiano minimè equitabat Rogerius; etſi equitaſſet, ipſe teſtis vidiſſet. Alij vero dicunt, quod Rogerius apparet omnibus illum videntibus ſine barba. Ideo falſum dicit Laurentius, aſſerens, quod omnes illi, qui erant cum Pontiano, habebant barbam, & quod Rogerius erat cum Pontiano. Teſti autem falſo quantum credendum ſit, omnes ſciunt. *l. nullum.* & ibi Salyc. *nu.* 1. *in fin. verſ. Item nota. C. de teſtib.* Alex. *conſ.* 152. *nu.* 10. *li.* 7. Cla. *in pract.* §. *fin. quaſt.* 53. *verſ. frequentiſſime autem. in fine.*

29 Dicitur demum, quod dato rurſus, quod præmiſſa omnia ceſſarent in dicto Laurẽtij, & quod per Laurentium depoſita, eſſent vera, & ſic quod re vera Pontianus equitaſſet poſt delictum pa-

tra-

ctatum cũ Rogerio principali delinquenti; non per hoc tamen ex eius dicto poteſt contra Pontianum ſumi aliquod indicium ad torturam; quod vt operetur, neceſſe eſt, vt vel concludat, vel inferat ad delictum. *l. milites.* §. *oportet. C. de quaſtio.* Bal. *conſ.* 275. & *ſeq. vol.* 1. & *conſ.* 231. *vol.* 3. Marian. Soci. *conſil.* 118. *nu.* 17. Rolan. *conſ.* 57. *numero* 31. *ſeqq. vol.* 4. Equitare autem & venari cum occaſione poſt patratum homicidium, imò & quod plus eſt, illum receptare, nec illicitum, nec prohibitum eſt, nec ad delictum infert, ſtante inter Pontianum & Rogerium affinitate, & coniunctione. Caſon. *de indic. maleſ. præmedita. poſt delictum. tract.* 5. *num.* 4. Blanch. *de indic. numer.* 202. Nouell. *in pract. in* 2. *tit. ad defenſam. rubr. An inditia pro reo, num.* 94. *ſeq.* Simon de Prer. *conſil.* 15. *num.* 28. & 29. *vol.* 1. Videat ergo Dominus Iudex, quot reſponſionibus fiſci fundamenta diluuntur.

30 Quibus ſic in iure firmatis, licet ſatis ſuperque videatur Pontianus in caſu abſolutionis, per regulam, quod fiſco nõ probante, reus abſoluitur, etiam quod nihil præſtiterit. *l. qui accuſare. C. de eden.* cum alijs per Pariſ. *conſil.* 163. *num.* 5. *vol.* 4. Adhuc tamen, quia illius innocentiæ campus latiſſimus eſt ad eius fauorem, in primis conſiderã dum eſt in præſenti caſu, quod conſtat de occiſoribus, & mandatoribus; ideo de alijs quærere fruſtra videtur. gloſ. *in l. fi. C. de accuſat.* Marſil. *in l.* 1. §. *diuus Antoninus, numero* 7. & 8. *ff. de quæſt.* Pariſ. *conſil.* 151. *num.* 8. *ſeqq. lib.* 4. Et licet in delictis poſſit etiam torqueri & inueſtigari de participibus in tractatu, hoc tamẽ procedit, duobus concurrentibus. Primo, quod conſtet de aliquo actu inferente tractatum in genere, iuxta *l.* 1. §. *Item illud. ff. ad Syllan.* Secundo, quod adſint aliqua ſpecialia indicia tractatus contra inquiſitum, iuxta trad. per Boſſ. *tit. de Inquiſit. num.* 21. & per Rolan. *conſ.* 96. *nu.* 1. *ſeqq. vol.* 4. Quorum neutrum cũ non conſter in proceſſu, non video, quo modo contra Pontianum poſſit procedi de conſilio, tractatu, ſeu participatione.

31 Rurſus conſidero, quod ſtante, vt dixi, quod conſtat de occiſoribus, qui ad id moti fuerũt, & propria & particulari iniuria ipſis facta, videlicet per ſtriſium illatum Auerſæ, ceſſat omnis ſuſpicio contra Pontianum, etiã quod illorum ſit cõiunctus, vel affinis, per ea, quæ in fortioribus terminis tradunt Doctores *in c. Petrus, de homicid.* & *in c. cum ad ſedem.* & *ibi gl. de reſtit. ſpoliat.* Item gl. *in l.* 3. §. *Cum igitur. ff. de vi* & *vi armat.* Bal. *cõſ.* 53. *nu.* 5. *li.* 1. Anan. *conſ.* 59. *nu.* 2. latè Natt. *conſ.* 499. *uol.* 3. dum dicunt, quod homicidium factum à filio, vel cõſanguineo meo, etiã propter iniuriam mihi illatam, alio non docto, non præſumitur factum de meo mandato, conſilio, vel participatione; Ergo multò minus præſumenda eſt participatio in homicidio, facto pro iniuria propria, illata ipſis delinquentibus; ceſſat enim præſumptio cõ ſilij, ſeu tractatus, vbi adeſt propria, & particularis cauſa, & iniuria. Grammatic. *noto* 6. *num.* 20. *ſeqq.*

32 Conſidero etiã, non eſſe ſpernendam bonam vitam, & famam ipſius Pontiani in genere & in ſpecie, vt creditur probatam, quæ vt dicunt Doctores omnem ſiniſtram tollit ſuſpicionem; & taliter indicia contra reum laborantia, debilitat, vt vbi alias ex illis poſſet iure torqueri, ſtante bona vita, torquendus non eſt. Bal. *conſ.* 140. *num.* 5. *vol.* 2. Socin. iun. *conſ.* 189. *nu.* 40. & 41. *vol.* 2. Hippol. Rimin. *conſ.* 290. & *nu.* 22. & 23. *lib.* 3. Et in caſu noſtro non ſolum probata eſt bona fama Põtiani, ſed etiam publica vox & fama ſuper nõ delicto, & ſuper innocẽtia eiuſdem, cum duo teſtes dicant, publicè dici in terra Barbarani, ipſum de imputatione, propter quã detinetur, eſſe ab omni culpa immunem & alienum; ideo ſicut fama delicti in genere, iũcto alio adminiculo, facit indicium ad torturam, iuxta ſeruatam & communem opinionem, de qua per Clat. *in pract. quæſt.* 21. *verſ. fama ſola*; ita etiam fama non delicti debet eſſe indicium excludẽs torturam, vt contrariorum ſit eadem diſciplina; & ne melioris conditionis ſit fiſcus, quàm reus.

33 Prout etiam, nec ſpernẽda eſt ſpontanea conſtitutio, quę ante omnium oculos conſtituentis innocentiam præ ſe fert: Et quod quis citatus, ſeu condemnatus compareat. Gramma. *conſ.* 42. *num.* 20. Boſſ. *tit. de manda. ad homicid. num.* 21. *ſeq.* Thob. Non. *conſ.* 96. *nu.* 13. Socin. iun. *conſ.* 39. *in princ.* & *nu.* 35. *vol.* 2. Hippol. Riminal. *conſ.* 302. *nu.* 13. *vol.* 3.

34 Et demum non omitto qualitatem perſonæ ipſius Pontiani, qui eſt pauper Chirurgus in graui ætate conſtitutus, & graui familia oneratus; ex quibus, quàm veriſimile ſit, ipſum ingeſſiſſe ſe in homicidio commiſſo ab ijs, qui propriam, & particularem receperãt iniutiam, vnuſquiſq; cõſideret. Nam ſicut ex veriſimilitudine oritur indicium culpæ, ita etiam ex inueriſimilitudine oritur præſumptio innocentiæ. Bald. *conſil.* 180. *mortuo filio, uolum.* 3. Arct. *conſil.* 9. *col.* 2. Oldrad. *conſil.* 13. *incip. Cum quæſtio. in fine*, cum alijs per Brunor. à Sole *in ſuo conſil. crimin. num.* 18. Quæ vltima licet vndiq; Pontiani innocentiam reſonent, ſint tamen dicta ex abundanti, quia vt præfertur, nihil pro parte fiſci deductum fuit, quod releuet, & hoc ſufficit pro abſolutione. *d. l. qui accuſare. C. de eden.* Pro qua inſtanter ſupplicatur, & ita fieri, haud dubie ſperatur à D. iudicare debente, qui non ab inſtigatorum lacrimis, ſeu vociferationibus, ſed à iuſtiſſimis, & à iure comprobatis rationibus in iudicando moueri ſolitus eſt.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C. Rom.

ADDITIONES.

a *Sola contumacia.* Recurre in hac materia ad latiſſimè tradita per Do. meum Fatin. *in ſua pract. crimin. par.* 1. *tit. de inquiſ. q.* 11. *numero* 70. & *ſeqq.* vbi facit regulam affirmatiuam, quod ſcilicet bannitus, & condemnatus in contumaciam ex ſolo banno & cõtumacia poteſt torqueri; illamque ampliat tribus modis, & limitat ſeptem alijs modis

modis:apud alium non reperies materiam ita bene diſcuſſam,ſicut apud eum.

b *Probata minæ.* Si exactè ſcire volueris, an, & quando minæ faciant indicium ad torturam, videomnino D.meum Farinac.*in ſua pract.crimin. par.1.tit.de indic.& tortur.q.*50.Vbi facit regulam affirmatiuam cum tribus ampliationibus, & decem limitationibus.

c *In odium contumaciæ.*]Vide ad hæc,quæ ſcripſit Do.meus Farinac.*in ſua pract.crimin.par.1.tit.de inquiſit.q.11.in fine,nu.*105.*& in tract. de teſtib.q.72.nu.*100.*& ſeqq.*

Fam.Cent. V. I, D.Galeſ.

ARGVMENTVM.

Agitur præcipuè de crimine falſitatis, ob lacerationem vnius folij, factam in libro actorum, in quo fiſcus prætendebat ſcriptas, & ſtipulatas fuiſſe quaſdam fideiuſſiones ad ſui fauorē: Quomodo iſto caſu dicatur conſtare de corpore delicti, & de pluribus indicijs,atque præſumptionibus, dictā lacerationem inferentibus,nō ſolum ad torturam, ſed etiam ad condemnandum.

SVMMARIVM.

Corpus delicti in furto non cenſetur probatum,niſi etiam probetur,res,quæ dicuntur ſubtractæ tempore commiſſi furti, fuiſſe in capſa,vel in loco,vbi dicitur furtum commiſſum. num.1.

Laceratio folij non probat corpus delicti;niſi etiam probetur tenor lacerati folij.nu.1.contra.nu.8.& ſeqq.

Inquiſitio formari non poteſt non conſtito de corpore delicti. numero 2.

Corpus delicti non probatur per confeſſionem Rei, nec confeſſio nocet confitenti,non conſtito de corpore delicti.nu.2.

Membrorum ſuorum nemo eſt dominus,ſub nu.2.

Dictio,ſi facit conditionem expreſſam.nu.2.in fine.

Condicio nihil ponit in eſſe.nu.2.in fine.

Conuictus quis non dicitur,niſi ex numero duorum teſtium.numero 3.

Teſtis vnus alteri contrarius an illum conuincat, & quando. num.3.

Mendacium non probatur per vnicum teſtem.nu.3.

Mendacium non nocet, quando eſt tale quod ſi Reus illud faſſus eſſet,ſibi non præiudicaſſet.nu.4.

Mendacium,quod non tangit negotium principale, ſed acceſſoria non facit indicium ad torturam.nu.4.

Reus non præcisè reſpondens,ad hoc,vt torqueri poſſit,tria requiruntur.nu.5.& nu.6.vbi de materia,& nu.16.

Obliuio quanto tempore præſumatur,& inducatur.nu.5. & nu.17.vbi quod remittitur arbitrio Iudicis.

Corpus delicti an debeat probari in crimine furti,falſi,vel adulterij.nu.7.

Laceratio ſcripturæ de ſe eſt delictum,venitque ſub crimine falſi.num.8.

Furti corpus probatur coniecturis, & præſumptionibus. numero 9.

Confeſſio iudicialis plene probat contra confitentem.num.10.& num.12.

Corpus delicti probatur per ocularem inſpectionem.num. 10.in fine.

Confeſſio non poteſt reuocari,niſi docto de errore,& de cauſa erroris.nu.11.

Confeſſio ſpontanea non indiget ratificatione.nu.11.in fine.

Acta facta in iudicio ciuili non faciunt fidem in criminali. num. 12.ver.Nec releuat.

Confeſſio facta in iudicio ciuili,quam probationem faciat in iudicio criminali.nu.12.ver.Nec releuat.

Scripturarum ſurreptio, ſeu laceratio præſumitur facta ab eo, ad cuius commodum tendebat talis laceratio.numero 13. vbi etiam quod talis præſumptio facit indicium ad torturam.

Mendacium etiam,quod vnicum ſit,indicium facit ad torturam. num.14.

Teſtis veriſimiliter informatus, & recuſans dicere veritatem, torqueri poteſt.nu.13.

Variatio Rei inquiſiti facit contra ipſum indicium ad torturam. num.18.

Teſtis, ſeu Reus non poteſt dicere non fuiſſe ſcriptum à notario prout ipſe depoſuit, quando interuenit præſentia iudicis. num.19.

Tortura facilius datur in criminibus occultis, & difficilis probationis.nu.20.

Falſitas probatur etiam præſumptionibus ad effectum imponendi pœnam extraordinariam.nu.20.

Præſumptiones duæ ſufficiunt in materia,in qua admittitur præſumptiua probatio.nu.20.in fine.

Fama bona in genere non tollit indicia in ſpecie,nu.21.

CONSILIVM XXIII.

1 ADSIT DEVS. Videbatur prima facie dicendum(prout dicebat defenſor inquiſitorum,pro eo quod ex libro actorum inciderint vnū folium,in quo erat deſcripta,& ſtipulata quędam fideiuſſio ad fiſci fauorē,ab eis facta.) quod etiam præſuppoſito folio inciſo, cum tamen nō cōſtet,in eodem folio fuiſſe annotatam fideiuſſionem,de qua agitur,non poſſit propterea procedi contra aſſertos fideiuſſores, ex quo non per hoc dicitur conſtare de corpore delicti. Nam ſicut dicimus,quod quando agitur de furto pecuniarum, vel aliarum rerum & reperiatur domus, vel capſa fracta,in qua dicebatur pecunia repoſita,niſi alias conſtet, quod in eadem domo adeſſent dictæ pecuniæ,vel in eadem capſa,non dicitur conſtare de corpore delicti,nec de furto procedi poteſt,ſed probari debuit,quod in dicta capſa,vel domo eſſent dictæ pecuniæ,vel bona,prout in his terminis dicunt Bart.*in l.ſi quando. in fine.ibi,& qui viderunt res tales in domo.C.unde ui.*& Rolan.à Valle*conſ.*51.*nu.*18.*uol.*1. Non enim ſequitur,talis capſa eſt fracta,ergo intus erant bona,& res,quæ aſſerebantur ſubtractę.Marſ.*in conſil.*18.*in diſcurſu,uſque ad nu.*4.*&* 5.*uerſ. quinimo fortius.*Foller.*in prac.cri.uerb.capiat informationē, nu.*17. cum alijs per Maſcar. *de probat.lib.2.concl.*829.*nu.*4.*&* 5.Ita etiā in caſu noſtro, quòd licet reperiatur folium fractum, vel laceratū, cum nō con-

conſtet in eo fuiſſe ſcriptam, & annotatam fideiuſſionem, de qua agitur, non poteſt dici conſtare de corpore delicti.

2 Et cum in primis conſtare debeat de ipſo corpore delicti, *l.1.§.Item illud.ff.ad Syllan.* & de eo non conſtet, ſequitur, quod non poſſit ad aliquã inquiſitionem procedi ſpecialem. Bart. *in l. fina. nu.2.ff.de quaſt.* Dec. *conſ.189. in fine*, & tunc dicuntur ligatæ manus iudicis, ad procedendũ contra aliquem. Marſ.*conſ.35.nu. 2.conſ.18.nu.4.cõſ. 4.nu.4.* & ratio eſt, quia de eo non conſtito, reus ſi confitetur, eius confeſſio in iudicio facta, non præiudicaret. Soc. *in l.nõ vtique.in fine.ff.de excep.* Gram.*conſ.16.nu.4.* Boſſ. *in tit.de delict. nu.15.* Et propterea non obſtat aſſerta confeſſio Hermetis aſſerentis, quod fideiuſſio fuit facta eodẽ die, vel ſequẽti, in quo fuit factũ Chirographum Angeli, quia circa ipſum corpus delicti non ſtatur confeſſioni ipſius rei, ſed aliunde probari debet, & ꝙ confeſſio ipſius ſibi non præiudicat per ſupradicta: & ratio eſſe põt, quia nemo poteſt confiteri delictum, vt puniatur, cum nemo ſit Dominus membrorum ſuorum. *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.* quia intereſt Reipub. vt homines conſeruentur. & hinc eſt, quod Reſpublica dicitur Domina membrorum hominis, vt poſt Bar. *in l. Titio centum.§.Titio centum.sl 2.in verſ.3.ratio.ff.de condit. & demonſtrat.* dicit Dec. *in l.ſi quis id quod.nu.24. ff.de iuriſd.omn.iud.* Vltra quod Hermes hoc non dicit ſimpliciter, ſed ſub conditione, *vt ibi, quod ſi huiuſmodi fideiuſſio eſt facta.* quę dictio (ſi) facit cõditionem expreſſam. Bar. *in l.1.nu.7.ff. de cond. & demonſtrat.* & conditio nihil ponit in eſſe. *l.ſi qui ſub conditione dandorum decem.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.l.cedere diem.ff.de verb.ſignificat.cum ſimilibus.*

3 Nec etiam obſtat aſſerta contradictio, ſeu mendacium, ex quo Bernardinus ad eius faciem contrarium dicat; quia non conſtito de corpore delicti, ſicut non attenditur cõfeſſio ipſius rei, multo minus attendi debet aſſertum mẽdacium, vel contradictio; Et nihilominus cum Bernardinus ſit Ruſticus, & ſingularis, non poteſt ipſum Hermetem conuincere, quia ad conuincendum, requiruntur duo teſtes. *l.vbi numerus. ff. de teſtib.* & licet Bar. *in l.vnius.§. Iudex.in prin.de quaſt.* dicat, quod vnus conuincit alium, intelligit tamẽ Bar. quãdo ille vnus eſt dignior eo, qui negat: ſed qđ Bernardinus ſit dignior, non conſtat; & pręterea Bar. loquitur in teſte, vt conuincatur de mendacio ab vno, ſed digniore; ideo non inferendũ ad caſum noſtrum, in quo requiruntur, ad ipſum cõuincendum de mẽdacio, duo teſtes. Boſſ. *in tit.de indic.nu.37.* refert, & ſequitur Tob. Non. *conſ.99. nu.22.* & quod quando agitur de tortura ratione mendacij requirantur duo teſtes, dixit etiam Simon de Pretis *conſ.15.nu.46.*

4 Nõ obſtat etiam aliud de combuſtione libri, ſeu tractatus de illo comburẽdo, quia adhuc obſtat fundamentum, quod non conſtat de corpore delicti, & de ipſa fideiuſſione in folio lacerato ſcripta; & ex eo etiam, quod liber non fuit combuſtus, ſequitur, quod prætenſa contrarietas nõ reſpicit aliud delictum; & quando negatio, vel mendacium eſt tale, quod ſi quis confeſſus fuiſſet, ſibi nõ præiudicaret, nihil releuat. Marſ.*conſ. 51.nu.67.cum ſeqq.& conſ.15.nu.15.verſ. præterea etiam reſpondeo.* Horat. Iut.*conſ.cri.diuerſ.161.num. 36.& ſeq.lib.1.* vel quando non eſt ſuper delicto. Marſ.*conſ.15.nu.15.* & mendaciũ, quod non tangit negocium principale, ſed acceſſoria, nõ facit indicium. Bal. & Saly. *in l.ſi de falſis.C. de tranſac.* refert, & ſequitur Natta *conſ.42.nu.4.* Caſon. *de indic.& tort.tract.9.c.12.num.1.& 8.9.* Blanch. *in pract.cri.in fine.in 4.par.de feuſ.nu.4.* Boſſ. *de indic. & conſ.ante tortur.nu.36.verſ. Et tale mendacium debet eſſe circa pertinentia.*

5 Non rurſus obſtat, quo ad Achillem, & Bernardinum, dicentes, nõ recordari de prætenſa fideiuſſione facta, & propterea inſtetur pro præciſa reſponſione, eos poſſe torqueri; Quia reſpõdetur, quod non eſt veriſimile, ipſos recordari, cum elapſi fuerint anni 12. à die fideiuſſionis præſtitæ. Poteſt enim reus torqueri pro præciſa reſponſione, cum dicit non recordari, quando tria concurrunt. Primo quod interrogetur de facto proprio. Secundo de modico tempore. Tertio de rebus, de quibus alij ſolent communiter recordari. Ita dicit Clar. *§.final.quaſt.45.verſic. ſed pone.* At in caſu noſtro quo ad primum non negatur, quod fideiuſſio concernit factum proprium; ſed quo ad ſecundum de modico tempore, cum ſint elapſi 12. anni, dicitur tempus longũ, & pręſumitur obliuio per decem annos. *l.peregre.ff.de acquiren.poſſeſſ.* gloſſ. *in l.licet. C.eodem tit.* quinimò etiam minori tempore inducitur obliuio. Aym. *conſil.25.num.4.* etiam poſt biennium memoria hominum eſt habilis, & etiam poſt annũ, ita dicit Oldrad. *conſ.183.nu.19.* & conſequenter etiam ceſſat tertium, quod non ſumus in caſu, in quo alij ſolent recordari veriſimiliter.

6 Secundo reſpondetur, quod pro præciſa reſponſione quis non poteſt torqueri, niſi quando non vult reſpondere inquiſitioni, & ſuper facto principali, non autem ſuper alijs concernentibus qualitates, ſeu circumſtãtias, ita in terminis dixit Foller. *in pract.cri.verſ.etſi confitebuntur.in 3. par.3.par.nu.4.* ſequitur Gab. Serayn. *in addit. ad Matheſil.ſing.55.verſ.qua concluſio videtur intelligenda.* Vulpell. *conſ.34.nu.7.* quando de ipſo delicto commiſſo conſtat, licet non conſtet de delinquente. Foller. ibidem: ſed in caſu noſtro interrogatio non fit, & reſponſio præciſa non negatur ſuper ipſo facto principali; nec conſtat de ipſo delicto commiſſo: merito, &c.

7 Nec demum obſtat, quod Bal. *in l.3.§.eiuſdem. verſic. item nota.ff.de teſtib.in addit.* dicat, in crimine furti, adulterij, & falſi non habere locum *l. 1.§.Item illud.ff.ad Syllan.* prout eum refert Ruy. *conſil.80.num.6.verſic. Quia ad iſtud primo reſpondetur.li.4.* quia non reperitur in libro meo, quod Bald. hoc dicat, & Aug. ad Ang. *in verbo, quod fama publica, num.48.*& 108. hoc non approbat; quia leges quæ ad hoc allegantur, tale quid, ſecũdum ipſum, non dicunt, & Boſſ. *in tit. de delict. num.32.* dicit, quod male loquitur; & propterea

etiam

etiam in crimine furti conſtare debere de corpore delicti,ſcripſerunt Boer.*deciſ.*194.*nu.*8. Gabr. *lib.*7.*concl.* 17.*nu.*13.*verſ.contrarium tamen.*Brun. *de ind.& tort.par.*2.*q.*5.*nu.*10.& Bal. dictum communiter reprobari,teſtatus eſt Brunor. à Sole *in ſuo conſ.crim.nu.*54.

8 Verum præmiſſis non obſtantibus,pro veritate conſulta non poſſum,niſi pro contraria parte contra inquiſitos reſpondere; fruſtrà enim dubitari videtur in propoſita facti ſpecie,an cõſtet de corpore delicti,cũ oculari inſpectione cõſtet, folia in libro actorũ fuiſſe amota,inciſa,& lacerata;ſola enim hæc laceratio,& amotio foliorũ delictũ præ ſe fert,& punibile. *l.*1.§.*qui in rationibus. l.qui teſtamẽtum,& l.Paulus,& vbique Bar.& communiter omnes.ff.de falſ.*Ang.*de maleſ.in verb.falſario,nu.*9.Corrad.*in prac.ti.de falſ.nu.*8.*pag.*392. Plo.*in l.ſi quando.*§.44.*n.*1.*& ſeq.C.vnde vi.* Aym. *conſ.*6.*ſub n.*8.vbi propterea in terminis dicit,quòd conſtito de laceratione,procedendum eſt ad torturam,quia per lacerationem committitur falſitas,in qua acerrima indagatio fieri debet.

9 Non obſtant,quæ in ſimili exemplo de fractura capſæ allegantur, quod per eam non dicatur cõſtare de corpore furti:niſi etiam probetur, res furatas,fuiſſe alias in capſa fracta;Nam hoc ideo eſt,quia ſola fractura capſæ furtum nõ eſt;& niſi de bonis in capſa alias exiſtentibus appareat, nõ poteſt prętẽdi commiſſum aliquod furtum. Hic autem ſola ſcripturarum laceratio delictum eſt, & punibile per l.Corn.de falſis;ideo conſtito de laceratione, ſatis dicitur de delicti corpore conſtare,& in crimine furti,& falſi,licet,vt per Ang. Boſſ.& Brun.ex aduerſo citatos,habeat etiam locum regula *l.*1.§.*item illud.ff. ad Sillan.* Certum tamen eſt,quod in talibus criminibus ſufficiunt ſolæ coniecturæ & præſumptiones,ad probandũ illius corpus,quia eſt difficilis probationis, vt bene declarat Gabr.*lib.*7.*cri.concl.*17.*num.*13.*&* 14. Nec diſſentit Cla.*in pract.*§.*fin.q.*66.*in prin.*Frãc. Becci.*conſ.*70.*nu.*11.*ad finem,& nu.*13.*lib.*1.& ante iſtos Marſ.*in prac.*§.*principium,nu.*7.*& num.*12. Petr.*ſing.*8.Rip.*inter conſ.feudalia,conſ.*19.*nu.*15. *ſeqq.& nu.*73. Ergo multo magis & ſufficienter dicetur in caſu noſtro conſtare de corpore delicti,cum per ocularem inſpectionem appareat de laceratione,& inciſione foliorum.

10 Et nihilominus adhuc dicitur, quod ex proceſſu bene apparet,in quiſitos fideiuſſiſſe apud acta curiæ in die,in quo deſcriptum ſolium reperitur inciſum,vt ex confeſſione Hermetis in eodem proceſſu fol.45. dum dicit: *Vennemo in Corte io cioè li detti Achille, Bernardino, & Ferrante per far queſta ſicurtà,& sò,che fu il medeſimo di che facemmo la polizza, quale V. S. mi moſtrò hieri ſottoſcritta di mia mano , ouero il giorno dopò , che non allongò molto.* Et iterum in fol.46.à tergo dum dicit:*Perche dopoche io feci la ſicurtà, mai più mi ſono accoſtato in Corte per queſta cauſa.* Quæ quidem confeſſio cum ſit facta iudicialiter,& ſolemniter Iudice interrogante,& notario ſcribente, plenè probat contra confitentem. *l.*1.*C. de confeſſ.l.ſi confeſſus.ff.de cuſtod.reorum,cum ſimilibus.*Nec dicatur,quod per ſolam confeſſionem rei non probatur corpus delicti; Nam,vt ſupra dixi,hic non adeſt ſola rei confeſſio ſuper probatione corporis delicti, ſed ocularis inſpectio lacerationis & inciſionis folij,quę de ſe ſola delictum eſt,vt probaui;& per ocularem inſpectionem probari corpus delicti,nemo eſt,qui dubitet,& tradit Blanc. *in pract.crim.in princ.nu.*3.*& nu.*5. Clar. *q.*4.*verſ. quando vero.*

11 Nec etiam dicatur, quod talis confeſſio non nocet confitenti,nec alteri, ex quo non fuit ratificata,ſed reuocata,vt per Clar.*q.*55.*nu.* 18.*ver. ſed pone quod Reus;*Quia id totum intelligitur,do cto de errore;aliter ſecus.Bald.*in l.ſin.poſt num.*2. *verſ.ex quibus verbis.C.de probat. Et in l.*2.*nu.*4.*C. de cuſtod.reorum.*Bero.*in c.at ſi clerici,nu.*131.*verſ. præterea confeſſio.de Iudic.* & bene declarat idem Clar.in loco præallegato,vbi poſt Aret. & Boſſ. quos allegat,ita teſtatur de communi opinione, dicitque,ita apud eum ſeruari, quicquid in contrarium dixerint Salic.& Ang.exẽplo citati:imò qñ confeſſio conſiſtit in facto proprio,vt in caſu noſtro,tunc nõ ſolũ requiritur probatio erroris, & rem ſe aliter habere, verum ẽt neceſſe eſt probare,quod confitens fuerit ſeductus ad confitendum dolo alterius,vt per Fran.*in c.*1.*nu.*2.*verſ.*3. *limita.de accuſ.in* 6.Arch.*in c.cum dilecti, num.*29. *verſ.tu vero conſidera,& nu.*34.*extra eodem.* Abb. *in c.fin.ſub nu.*23.*de confeſſ.* Par.de Put. *de ſind. in verbo,tortus,c.*8.*nu.*1.*ver. etſi confeſſionem reuocat.* Lanfr.de Oria.*in c.quoniam contra. in verb. confeſſiones,c.*7.*nu.*41.*de prob.* Sed hic nõ fuit probatus aliquis error cõfeſſionis Hermetis, nec etiã probatus dolus alicuius, quo potuerit dici ſeductũ ad ſic confitendum : ergo ſtandum eſt eius confeſſioni, quæ cum ſpontanea fuerit , ratificatione non indigebat. glo. *in l.ſeruus. in gl.*1.*ad l.Iul. de vi pub.*Bart.*in l.*1.*numero* 9.*in fine, & numero* 10. *& ibi etiam* Paul. de Caſtr. *numero* 9.*in* fine. *C. de confeſſ.*Idem Bart.*in l.*1.*numero* 5.*ff. de cuſtod. reorum.*Angel.*in l.*1.*numero* 7.*ff.de confeſſ.*Boſſ.*in tit. de confeſſ.nu.*2.Clar.*q.*65.*verſ.ſed quæro nunquid.* Ant.Gomez. *variar. reſolut.tomo* 3.*tit.de probat.delict.nu.*3.

12 Rurſus, & quod vti inquiſiti fideiuſſerunt apud acta prout prętenditur,probatur pariter per eorundem propriam cõfeſſionem,de qua in proceſſu actorum fol.3. dum pro obtinendo ſequeſtro exponunt Iudici,quod ipſi alias fecerunt fideiuſſionem,de qua agitur,& hæc confeſſio cum ſit facta apud acta, & in ſcriptis redacta per Notarium,plene probat contra confitentem. Afflic. *deciſ.*36.*numero* 38. Rolan.*conſil.*70.*num.* 5.*ſeqq. vol.* 1.Iacob.Port.*conſil.*22.*num.*7.Nec releuat dicere,quod acta facta in Iudicio ciuili, fidem non faciunt in criminali , iuxta trad. per Clar. ex aduerſo allegatum *in q.*54.*num.*2. *verſic. Item ſi producantur aliqua acta.* Nam quicquid ſit in alijs actis,confeſſio ipſiuſmet principalis facta in iudicio ciuili,ſi non plenè præiudicat confitenti in criminali,prout bene præiudicare dixerunt communem Aret. & Boſſ. relati per Clarum *in d.q.* 54.*nu.*4.*verſic.ſed quid ſi exhibeatur confeſſio.* cum

quibus

quibus etiã concordant Spec. *in tit. de actionibus.* §. *ſuper petitionibus.nu.*8. Butr. *in c. per inquiſitioñe. nu.*30, *de elect.* Purpurat. *in l.*1*s, apud quem.nu.*33. *ad finem.verſ. quinto,ut confeſſio.C. de eden.* Dec. *in c. at ſi Clerici.nu.*208. *extra de iud.* Diaz. *reg.*121. *in* 5. *ampliat.* Negari tamẽ non poteſt, quin ſaltem faciat indicium ad torturam, quando non concurrunt alia adminicula; At ſi cum confeſſione concurrunt alia, tunc ſine dubio facit plenam probationem, vt ibi per Clar.

13 Conſtito igitur de inciſione foliorum per oculare m inſpectionem & cõſtito per inquiſitorum cõfeſſionem, quod in die, in quo folium ſcriptũ inciſum erat, fuit præſtita fideiuſſio, de qua agitur; & quod ex hoc ſolum, etiã quod alia non cõcurrerent indicia, poſſint iſti inquiſiti torqueri, ad habendum veritatem ſuper eadem laceratione; facit, quia ſcripturarum ſurreptio, ſeu laceratio præſumitur de iure regulariter ſemper facta ab eo, ad cuius vtilitatem cedit, & ex hac præſumptione oriri ſufficiẽs indicium ad torturam, ſcripſit Bar. *in l. fin.nu.*5. *verſ. Item quod illa res ſubtracta. ff. de quæſt.* Brun. *de ind. & tort.* 1. *par. quæſt.* 3. *verſ. Item ſi illa res ſubtracta.* Corrad. *in prac. tit. de negatione cri. & tormen.nu.*20. *verſ.*7. *quando res ſubtracta. fol. mihi* 292. *ſequitur* Maſcar. *de prob. to.* 2. *concl.*831. *nu.*12.

14 At in caſu iſto concurrunt multa alia indicia, quæ omnem tollunt dubitationem: Nam & præſertim quoad Hermetem, concurrit ſecundo loco contra ipſum, eius apertum mendacium, dum in ſuis examinibus negando ſe fideiuſſiſſe pro Hectore, quia erat ſuus inimicus tempore prætenſæ fideiuſſionis factę, conuincitur de mendacio per inſtrumentum pacis in eius capſa repertum, & cum dicto Hectore initæ de anno 1568. vt in proc. fol.40.61. & ſeq. Item conuincitur de alio mendacio, quia vt in eodem proceſſu folio 42. à tergo & fol.46. fatetur, ſe fuiſſe in curia, ad effectum fideiubendi inſimul cum Bernardino, & alijs ſub die 23. Nouembris 1571. ſed quod eo tempore non fecerunt aliquam fideiuſſionem, ſed ſolum Notarius ſcripſit ſequeſtrum: Et tamen hoc eſt apertè falſum, quia ſequeſtrum fuit datum de anno 1574. & ſic ſunt duo mẽdacia; & tamen vnicum mendacium etiam de ſe ſolum, facit indicium ad torturam. Boer. *deciſ.*164. *nu.*29. 1. *par.* Foller. *in pract. cri. in verb. ad defenſam, poſt num.*5. vbi dicit ita cõmuniter tenere Doctores. Jacob. Port. Imol. *conſ.*94. *nu.*37. *& conſ.*96. *num.* 33. Boſſ. *in tit. de ind. nu.*36. vbi quod practica ita ſeruat. Rolan. *conſ.*14. *num.*19. *vol.*4. Maſcard. *de prob. tom.* 1. *concl.*531. *nu.*20. Paul. Granut. Theorem. 3. *num.*3. *lib.*1. vbi teſtatur de magis communi opinione*, licet aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint.

15 Concurrit tertio, quia iſte Hermes fatetur ſe informatum de veritate lacerationis folij, imò, & quod plus eſt, obtulit iudici, ſe omnia dicturũ, vt in proceſſu fol.42. à tergo, dũ poſt multa expoſita contra Acchillem, & Bernardinum, ſubdit ex ſe; *Da me & V. S. dirò la coſa come la ſtà.* Vnde quin ſaltem poſſit torqueri, tanquam veriſimiliter informatus, & recuſans modo dicere veritatem, quam ſe dicturum prius obtulit, negari non poteſt, vt per Bal. *in l. milites. verſ. ſed vt torquatur teſtis. C. de quæſt. & in l.*3. *ver. in gl. ibi, uerit atem ſciant. & c. C. ad l. iul. de adulter. & in l. data oper. nu.* 39. *C. qui accuſar. non poſſ.* Gram. *voto* 31. *nu.*21. *& conſ.*40. *nu.*21. Foller. *in pract. cri. in uerb. capiat informationem.nu.*35. Cyrill. *in ſumma cri. rub.*29. *ti. de quæſt.* §.3. *nu.*2. *uerſ. ex quo nota.* Boſſ. *in tit. de tortur. ſect. nu.*2. *uerſ. uel præſumatur ſcire.*

16 Quarto tam contra Hermetem, quàm contra alios inquiſitos vrget, quod ipſi pluries interrogati, tam ſuper facto principali fideiuſſionis præſtitæ, quàm ſuper alijs circumſtantijs, ipſum factum reſpicientibus, ſemper reſpondent non præcisè, dicuntque ſe non recordari; ergo deueniendum eſt ad remedium, quo ſolent iudices vti, vt reus recordetur, videlicet ad torturam, quæ habet hanc virtutem tollendi obliuionem, iuxta tradita per Bal. *in l. accuſationem. nu.*6. *uerſ. ſuper hoc melius diſtingue. C. de accuſat.* Parid. de Put. *de ſindic. in uerb. tortus, c.*7. *nu.*16. *fol. mihi* 350. *col.*3. Maran. *in ſpec. par.*6. *memb.*2. *in uerbo, contumacia. nu.*20. *& in tit. de quæſt. nu.*9. Brun. *de ind. & tort. par.*2. *q.*5. *poſt nu.*4. *uerſ. dicta tamen regula.* Boſſ. *in tit. de reſponſ. a reo facien. nu.*4. *& ſeq.* & per Clar. *in quæſt.*45. *uerſ. ſed pone quod reus*, vbi quod hoc procedit non ſolum, quando reus non vult præcisè reſpondere ſuper facto principali, ſed etiam ſi non vult reſpondere præcisè ſuper circumſtantijs ipſius facti, & delicti, quicquid in cõtrarium dixerit Foller. *in loco per d. ex aduerſo ſcribentem allegato.*

17 Nec iſto caſu excuſabit eos allegata veriſimilis obliuio ex curſu decem annorum, & plus. Nã præterquam, quod iſti rei recuſant præcisè reſpõdere, etiam in facto de recenti, videlicet, in colloquio habito per Hermetem cum Acchille, & Bernardino, paulo ante eorum carcerationem; adhuc tamen dicitur, quod iſta obliuio, quanto tẽpore inducatur, quicquid in contrarium ex aduerſo allegetur, non eſt à iure præfinitum, ſed ſecundum veriorem, & communẽ opinionem, iudicis arbitrio tributum, vt per Menoch. qui alios recenſet, *in tract. de arbitr. quæſt. caſu* 26. *lib.*2. & tamen hoc fundamentum de tortura infligenda, ad eorundem præciſam reſponſionem, fit dictum ex abundanti, quia vt præfertur, hic deueniri poteſt ad torturam, pro eruenda veritate potius, quam pro habenda præciſa reſponſione.

18 Quinto nõ video, quomodo iſte Hermes poſſit effugere torturam, poſtquam multa in ſuis conſtitutis circa factum principale præſtitæ fideiuſſionis, ac etiã circa illius ſubſtantiales qualitates, de ſe, & alijs affirmauit, & poſtea ad faciẽ Acchillis, & Bernardini ductus, illa eadẽ negare non erubuit, vt in proceſſ. fol.55. & ſeqq. ex qua ſolum variatione, & reuocatione eorum, quæ prius depoſuerat, poterat ſine dubio, iudex etiã eo tempore reuocationis factæ, & multò magis hodie, poteſt eundem Hermetem torquere, non ſolum tanquam teſtem in caput alterius, ad videndum in quo dicto perſiſtat, iuxta trad. per

Boſſ.

Boſſ. in tit. de tort. reorum, nu. 29. Clar. *q. 25. verſic. Item teſtis varius*, ſed etiam tanquam principalis, ob reuocatam confeſſionem. Boſſ. *in tit. de indic. & conſid. ante torturam, nu. 38. & ſeq.* Iacob. Port. Imol. *conſ. 96. nu. 33.*

19 Nec excuſat eum, dicere prout dicit in proceſſu, fol. 56. quod notarius ſcripſit ea, quę ipſe non dixit, quia iſto caſu cum notarius ſcripſerit Iudice præſente, reuſque ſe ſubſcripſerit ſuo examini, creditur Notario, & non Reo. Clar. *in practica. §. falſum, verſic. pone teſtis negat.* Hier. de Monte *quaeſt. 12. num. 3. & 4.* Et hoc non habet difficultatem.

20 Ex quibus omnibus facile concludi poteſt, quod cum agatur de delicto occulto, & difficilis probationis, in quo Iudices faciliores, & animoſiores debent eſſe ad torturã, quam in alijs delictis, vt per Iaſ. *in l. 4. §. ſi tibi indicium. ff. de condic. ob turp. cauſam.* Marſ. *conſ. 61. in fine.* Gram. *voto 3. nu. 6.* Dec. *conſ. 342. nu. 3.* Boſſ. *in ti. de ind. nu. 200. & ſeqq.* Clar. *q. 64. ver. & ideo dici ſolet*, imò ſimus in crim. falſi, in quo pręſumptiones ſufficiunt nõ ſolum ad torquendum, ſed etiam ad condemnãdum ſaltem in pœnam extraordinariam, (Quicquid forſan contrarium dicant Doctores, quoad pœnam ordinariam) ſecundum Aym. *conſ. 73. nu. 19. verſ. Quod procedit, & nu. 22.* Natta *cõſ. 315. nu. 14. & conſ. 633. nu. 8.* Ioann. Mar. Monticell. *in ſua pract. cri. reg. 15. nu. 161. verſ. quod intelligas verum.* Bertaz. *conſ. 91. nu. 35. vol. 1.* Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucen. 13. nu. 50. par. 1.* vbi de communi, ſtantibus omnibus præſumptionibus ſupradictis contra Hermetem, & alios inquiſitos, eos nõ ſolum poſſe torqueri Iudicis arbitrio, ſed etiam condẽnari, vltra partis intereſſe, etiã ad pœnam extraordinariam, per præallegata. Nã vbi lex contentatur, quod in crimine falſi, ſeu alio difficilis probationis deueniatur ad cõdemnationem ex pręſumptionibus, duæ ſolum ſufficiũt præſumptiones. Cæph. *conſ. 287. nu. 4.* Gabr. *concl. 6. nu. 5. li. 7.* Zilet. *inter conſilia cri. diuerſ. conſ. 128. nu. 1. vol. 1.* Ergo multo magis ſufficient plures, vt in caſu noſtro.

21 Quibus ex aduerſo non obſtat probata bona fama; nam quicquid aliter dicãt Doctores in via diſputatiua, vera eſt illa, & practicata opinio, qđ bona fama non tollit indicia, & præſumptiones ſpeciales, ſed tãtũ indiciũ malæ famę. Cępo. *conſ. cri. 40. nu. 42. & 43.* Alex. *conſ. 77. n. 5. vol. 5.* Marſ. *conſ. 3. nu. 12.* Rom. *conſ. 167. in fine.* Clar. *in q. 60. verſ. frequenter etiam.* Poteritq; iſto caſu d. Iudex tritè, ac de iure, vel ad torturã procedere arbitrio ſuo, vel ad condemnationem in pęnam extraordinariam, per præallegata. LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ARGVMENTVM.

Defendit hic quidam imputatus de raptu mulieris, contra quem fiſcus prætendebat ad torturam deuenire, ex teſtibus contra ipſum deponentibus de publica fama: Quare in hoc reſponſo duæ pręcipuè enucleantur inſpectiones. Prima eſt, an, & quomodo teſtes debeant ſuper fama deponere ad hoc, vt concludant illius probationem. Secunda, quomodo, & ex quibus mulieris inhoneſtas probetur.

SVMMARIVM.

Teſtes recepti parte nõ citata, nec probationem, nec præſumptionem, nec indicium quamuis bene, faciunt, etiam in delictis occultis & difficilis probationis. nu. 1.

Fama iunctis adminiculis, facit indicium ad torturam. numero 2.

Fama mendax, & fallax & propterea non operatur, niſi fuerit ſolida, inconuulſa, creſcens, & in nullo labefacta. numero 3.

Fama cenſetur bene probata per teſtes, dicentes, ita audiuiſſe publice dici. nu. 4.

Teſtes in criminalibus non probant famam, niſi etiam non interrogati deponant de cauſa, & origine ipſius famæ. numero 5.

Teſtes non probant famam, niſi etiam deponant de illius authoribus. nu. 6.

Fama orta à maleuolis, & inimicis non probat. nu. 6.

Teſtes ſuper fama deponentes, nihil probant, niſi etiam deponãt de tempore. nu. 7.

Fama orta incõtinenti poſt delictum, bene probat, ſecus ſi ex interuallo. nu. 7.

Teſtes ſine tempore deponentes, non probant, quando tempus eſt de ſubſtantia actus. nu. 7.

Teſtes probantes famam debent eſſe omni exceptione maiores, & talis qualitas debet articulari, & probari. nu. 8.

Fama negatiua tollit famam delicti affirmatiuam. nu. 9.

Incertitudo mandatarij tollit potentiam procedendi contra mandantem. nu. 11.

Teſtes deponentes contra mandantem, nihil probant, niſi etiam de mandatario. nu. 11. ver. Imò depoſitio.

Mandatarij contumacia non ſufficit ad hoc, vt poſſit procedi contra mandantem. nu. 11.

Inueriſimile, quod eſt, pro falſo, & incredibile reputatur. numero 12.

Querela præſumitur calumnioſa, quando eſt data diu poſt commiſſum delictum. nu. 13.

Raptus pœna non habet locum data inhoneſtate mulieris raptę, & iſto caſu per quem honeſtas, ſiue inhoneſtas probanda ſit. nu. 14.

Honeſtatis, & bonitatis qualitas eſt inſita à natura, & ideo præſumendum. nu. 14.

Qualitas requiſita à lege pœnali debet in primis per fiſcum probari ad hoc, vt pœna legis locum habeat. n. 14. in fine.

Meretrix, & inhoneſta vno tempore, præſumitur etiam inhoneſta alio tempore. nu. 15.

Mulieris inhoneſtas valde præſumitur ex inhoneſtate parẽtum. nu. 15. in fine.

Mulieris vita inhoneſta probatur per teſtes, & participes criminis. nu. 16.

Fornicatio probatur per confeſſionem partis. nu. 17.

Teſtes ſingulares probant confeſſionem extraiudicialem. numero 18.

Meretri-

Meretricem quam eſſe probatur per publicā vocem, & famam, num. 19.
Producens ſcripturam cenſetur fateri omnia contenta in ea, numero 20.
Epiſtola probat contra ſcribentem, nu. 21.
Raptus pœna non habet locum, data voluntate mulieris, & ceſſante violentia, nu. 22.

CONSILIVM XXIV.

1 ADSIT DEVS. Si fiſcus ſuper prætenſo raptu contra D. Intentato, facit fundamētum in proceſſu in partibus fabricato, & ad vrbē tranſmiſſo per Illuſtrem D. Comitem Auerſę, & tunc dicitur, quod cū teſtes in eo examinati, fuerint recepti, parte nō citata, nullam ideo contra ipſum inducunt probationem, ſed nec etiam pręſumptionem, vel indicium, etiam leue. Bart. *in l. maritus. nu. 3. in fin. ff. de quaſt.* Abb. *in c. 2. nu. 14. & ibi etiam* Aret. *in 1. notab.* Felyn. *nu. 3. verſ. & iſtud idem. extra de teſtib.* Aret. *in l. 2. nu. 4. ante med. ver. quod probatur ratione. C. de eden.* Felyn. *in c. cum dilecti, ſub nu. 9. de accuſ.* Marſ. *in l. 1. §. Diuus Antoninus. nu. 1. prope finem. verſ. aut ratione ordinis. ff. de quaſt.* Albet. de Malet. *in tract. de teſtib. c. 7. nu. 48. verſ. ſi autem teſtis.* Oſaſc. *deci. Pedem. 38. nu. 19. & ſeqq.* vbi ampliat etiam in delictis occultis, in quibus præſumptiua ſufficit probatio, & teſtatur de communi opinione.

2 Si vero facit fundamentum idem fiſcus in teſtibus examinatis in Vrbe, & ad faciem dicti Abbatis confrontatis; & tunc, licet prima facie videretur forſan dicēdum, ex eorum depoſitionibus poſſe deueniri ad torturam, cum deponāt de publica voce & fama; quæ iuncta poſtmodū cōfeſſione eiuſdem D. Abbatis, dicentis, ſe carnaliter cognouiſſe Catherinam, quæ pręténditur rapta, ipſique ſubminiſtraſſe aliqua alimenta poſt ingreſſum in Monaſterium; facit de iure ſic adminiculata indicium ad torturam, ſecundum Gand. *in tit. de quaſt. num. 39. ad med. verſic. Vnde ſi præter famam eſſet aliquod indicium, & d. num. 39. in fine. verſic. verum ſi præter famam.* Vbi quod tunc res non habet difficultatem. Angel. *de malef. in verb. quod fama publica præced. num. 41. verſic. ſed iuncta cum alijs,* & ibi Auguſt. *in addit. in prin.* Vbi etiam ad idem allegat Guid. de Suzzar. *in trac. de malef. in rubr. qualiter reus ſubiciatur torm. pariter in prin.* Brun. *de indic. & tortur. par. 1. quaſt. 3. num. 32.* Carer. *in pract. in 2. tract. de ind. & tortur. §. ſecundum iudicium. num. 1. in fine. verſ. cum alijs ergo adminiculis.* Iacobin. Nouell. *reg. 4. in 1. fallen.* & de obſeruata opinione teſtatur poſt alios Cla. *in prac. §. fi. q. 21. verſ. fama ſola.*

3 Rectius tamen intuenti contrariū multo verius apparebit; fama enim mendax, & vt plurimum, fallax eſt; nec vnquam veri aliquid affert, quin in ſe etiam aliquid vitij, & mēdacij habeat, teſte Tiraq. *in tract. de pœnis temperandis. q. 27. nu. 4.* eſt res fragilis pernicioſa, & vt plurimum trāſmiſſa ab ijs, qui nocere cupiunt, vt inquit Pariſ. de Put. *in tract. ſind. in verbo, tortura, c. 10. num. 4. verſ. Quia fama,* & ideo niſi fuerit ſolida, inconcuſſa, creſcens, in nullo labefactata, non leuis, nō vaga, & non contraria, illius teſtimonium facile proſternitur. Bellam. *in c. ipſi Apoſtol. num. 8. 2. q. 7.* Bald. *conſ. 77. nu. 8. lib. 3.* Alba. *conſ. 72. conſtat. nu. 6.* Curt. iun. *conſ. 17.*

4 Et licet rurſus teſtes, ſuper fama deponentes, non ſit neceſſe, quod dicant, ſe audiuiſſe à maiori parte populi, dummodo dicant ſe audiuiſſe, ita publicè dici, prout videntur depónere teſtes in præſenti cauſa examinati, ſecundum opinionem Bald. *in c. litteras, nu. 2. de præſumpt.* quam in prac. ſeruari, præſertim in Curia Romana, teſtantur Caſſa. *deciſ. 3. num. 7. tit. de probat.* Pariſ. *conſ. 52. in fine. lib. 3.* Hier. de Monte. *in tract. de finib. Regen. q. 56. nu. 4.* Clar. *in pract. §. fi. q. 6. uerſ. debent etiam dicere.* Burſat. *conſ. 87. nu. 47. uol. 1.* vbi teſtatur de magis ſeruata opinione. Multa tamen alia requiruntur à iure, & communiter à Doctoribus adhoc, vt fama dicatur concludenter probata, quæ in teſtibus contra D. Abbatem examinatis, omninò deficiunt.

5 Primo enim teſtes, de fama deponētes, debēt, etiam non interrogati, deponere de cauſa, vnde habuit originem fama; quia ſi cauſa, vnde ortum habuit fama, ſit vrgens, probabilis, veriſimilis, & inferens ad delictum, de quo inquiritur, facit indicium contra diffamatum: alias reputabitur vana vox populi, & nihil operabitur, vt per Parid. de Put. *in d. trac. ſindicat. uerb. tortura, c. 10. poſt nu. 1.* & in hoc omnes concordant, vt dicit Corn. *in conſ. 233. litera D. lib. 2.* Simanc. *in tract. de Hæret. c. 63. n. 16.* vbi de cōmuni, refert, & ſequitur Cla. *d. quaſt. 6. uerſ. Illud tamen in primis,* & poſt Clarū Io. Mar. Monticell. *in Repert. Teſt. pag. 386. col. 2. uerſ. 4. & ſeqq.* vbi plures adducit concordantes. Ioann. Bapt. Bou. *de ſtatuta præſcript. gl. 8. Publica uox, & fama. nu. 2.* & nouiſſimè Maſc. qui multos congerit, *in tracta. de probat. tomo 2. concl. 749. nu. 11. & ſeq.*

6 Secundo debent ijdem teſtes deponere, à quibus ſic publice dici audiuerint; Nam fama orta ab honeſtis, & fide dignis viris, bene operatur contra diffamatum; Orta autem ab incerto auctore, & multò magis ſi ab imprôbis, vel maleuolis, tāquam vana vox vulgi, & rumor in populo, nullum prorſus facit indicium, *in d. q. 6. uerſ. Amplius debent teſtes, &c.* vbi poſt Aret. *in c. cum oportet. poſt nu. 58. uerſ. communiter tamen. extra de accuſat.* teſtatur de magis communi, & practicata opinione, & iterum idem Cla. *ibidem uerſ. ſed quid ſi, &c.* vbi ampliat, etiam, quod teſtes non ſint deſuper interrogati, pluribus comprobat, & ſequitur Maſcar. vbi ſupra, *concl. 748. nu. 5. et omnibus ſeqq.* Brunor. *conſ. crim. diuerſ. 115. nu. 45. lib. 2.* Cæphal. *conſ. 225. nu. 38. ſeqq. lib. 2.* Anchar. Regien. Iun. *q. 55. nu. 16.*

7 Tertio debent deponere de tempore, quo orta fuit fama, Corn. *conſil. 221. num. 5. uol. 1.* fama enim orta incontinenti poſt delictum, facit indicium, iuncta cum alijs; ſecus, ſi ex interuallo. Gandin. *in rubr. à quo, uel à quibus poſſit fama incipere, numero 12. uerſic. quia fama quæ ſtatim orta non fuit.* Carer. *in pract. crimin. in tract. de ind. & tortur.*

tortur.§.*ſecundum indicium.numero* 12.Boſſ. *in titulo,de partu ſuppoſ.num.* 21.Hieronym.de Monte *in tract.de finib.regen.c.*16.*numero* 3.& vbi tempus eſt de ſubſtantia probationis,illud debet articulari,& probari.*l.matrem.C.de probatio. gloſſ.in cap.venerabilibus.de ſenteut.excommunic.in ſexto.* Bartol.& alij *in l.non ſolum.* §.*ſed vt probari.ff. de nou.oper.nunciat.* Ruyn.*conſilio* 92. *numero octauo, libro tertio*, Berrran.*conſi.*1.*num.*26.*par.*1.Fabian. de Monte *in tract.de emptio.& venditio. quæſtione quinta,num.* 21. Negnſan. *de pignor. ſecundo mēb.* 5.*partis.numero* 44.Oſaſc.*deciſ.pedemon.* 127.*numero* 6. & iſto caſu teſtes ſine tempore deponentes,nihil probant. Archid. *in cap.nihilominus. ad finem,verſic.& hac vera ſunt*,& ibi etiam Præpoſ. *numero* 3.*verſic.quod intelligit verum, & num.* 10. *verſic.immo ſi tempus eſt de ſubſtantia.tertia,quæſt.* 9.Caccialup.*in l.admonendi.ſub numero* 66. *ff. de iureiur.* Crot.*de teſtib.nu.*324. Nepos *in tract.de except.art.*19.*nu.*2. Bagarot. *in tract.de teſtib. nu.* 63.Boſſ.*in tit.de oppoſ.cont.teſtes.num.*40. Bettaz. *conſ.*381.*num.*18.*lib.*1.

8 Quarto teſtes ſuper fama deponentes,debent eſſe integræ,& probatæ opinionis,& famæ,ac etiam omni exceptione maiores, prout eſt text. *in capitulo, qualiter, & quando, extra de accuſat.* Dec.*in capit.*1.*numero* 57.*ſequentibus. de appellat.* Gandin.*in tit.qui ad fama probationem poſſ.et deb. admitti.numero* 13. *verſiculo debent ergo.* Cæphal. *conſilio* 65.*numero* 47. *ſequentibus, & numero* 53. *volum.primo.* Natta *conſilio* 473. *numero* 22.Burſ. *conſil.*35.*numero ſecundo*, & vbi iſta qualitas habilitatis,& integritatis a iure in teſtibus requiritur,illa debet pariter articulari,& probari, & voluit etiam Angel.*in l.uel nocere.ff.quem. teſt.amatper.* Moncad. *in tit. de teſtib. numero* 392. Pariſ. *conſilio* 59.*in princip.libro* 4.Hercul. *in tract.de negat.num.*155.Roland.*conſi.*84.*nu.*7.*ſeqq.lib.*3.*& conſi.*84.*num.*7.*ſeqq.eodem lib.*3.Gabr. *tit.de prob. conclu.*11.*num.*6.

9 Quinto teſtibus, ſuper fama delicti contra aliquem deponentibus, omnis tollitur fides, quando adſunt alij teſtes, contrariam famam pro non delicto ad fauorem rei concludentes, quia in criminalibus fauore liberationis magis creditur duobus teſtibus de fama negatiue deponentibus, quam pluribus deponentibus de affirmatiua. Alexan. ad Bart. *in l.de minore.*§.*plurium.numero* 19.*ſub litera D, ff. de quæſtion.* Bald. *in l. ea quidem. numero* 54. *C. de accuſat.* Grammat. *voto trigeſimoquarto, numero decimoſeptimo, verſiculo,& nihilominus* 1*a*ſ.Felyn. *in capitulo tertio,numero* 7.*de probat.* Iaſ. *in conſilio* 67. *in iſtis inquiſitionibus.colum.fin. volum.*4. Marſil. *conſilio* 2. *numero* 12.*& conſilio* 51.*numero* 13.*libro* 1.Boſſ.*in titulo de mand.ad homicid.numero* 45.Burſatus *conſilio* 12.*numero* 3.*libro ſecundo*, Corrad.*in pract.titulo.de proceden.ante diffinit. & defenſ. numero* 6. *verſic.idem quoque dicas,&c.* Roland.*conſi.*3.*num.* 58.*ſeq.lib.*1.

10 Sed ſic eſt, quod teſtes pro parte fiſci examinati contra D.Abbatem Stephanum,ſuper prætenſa fama delicti,de quo agitur,non deponunt de cauſa, & origine ipſius famæ, minuſque dicunt, a quibus perſonis ſic publicè dici audiuerint; nec concludunt de tempore; nec ſunt omni exceptione maiores,ſed pauperes, & viles; & demum habent contra ſe alios teſtes, non ſolum de contraria fama negatiua ſuper non delicto ſpecialiter deponentes, verum etiam ſuper bona fama, & vita in genere ipſius Domini Abbatis; Ergo,iſtis omnibus defectibus contra teſtes præfatos ſaltem ſimul iunctis, cum tamen vnaquæque ſola exceptio de ſe ad illos repellendos ſufficeret, quod nullum omnino faciant indicium, apertiſſimè concludendum eſt, per præallegata.

11 Et licet præmiſſa ſola ſatis ſuperque ſufficerent ad victoriam, quia tamen campus innocentiæ iſtius Domini Abbatis latiſſimus eſt, adhuc dico, quod dato, quod omnia ſupra conſiderata ceſſarent, prout certè fortiter vrgent, non tamen poteſt de iure ipſe Dominus Abbas, niſi in totum abſolui,& liberari ex infraſcriptis.Primo, quia querelans inculpat Dominum Abbatem,quod rapi fecerit Catharinam eius uxorē; ſed qui fuerint raptores, non exprimit, nec in proceſſu apparent. Vnde data incertitudine mādatarij, reſultat impotentia procedendi contra prætenſum mandantem,vulgata *l.ſi is qui rem.l.*2.§.*ſi Titium*,& ibi Bartol.*ff.de furt.* Pariſ.*conſilio* 171. *num.*10. *volum.*4. Marſil. *conſilio* 49. *numero vndecimo,ſequentibus, libro primo.* Foller.*in practi. crimin.verſ.capiat informationem ,numero* 70.Boſ. *in titulo,de delict.numero* 35.*ſeqq.*Burſat.*conſi.*20. *numero* 2.*ſeqq.volum.*1.Menoch.*de arbitrar. quæſtion.caſu* 352. *numero* 15. Immo depoſitio teſtis aliquid deponentis contra mandantem, nihil valet,niſi de mandatario deponat.Boſſ.*d.titu.de delict.numero* 59.*& in titu. de manda. ad homicid. numero* 37.Menoch.*ubi ſupra, caſu* 349. *num.* 14. Gabr.*conclu.*1.*num.*39.*lib.*7. Et in tantum vera præmiſſa ſunt, vt non ſufficiat de mandatario conſtare per præſumptiones,& indicia,niſi de illo conſtet plenè,verè,& certè.idem Boſſ.*d.tit.de delict.numero* 36.*in fine.* Menoch. *d.caſu* 349.*nu.* 13.*& caſu* 352.*num.* 15. Immo non ſufficit contumacia mandatarij, niſi illius uera & propria confeſſio habeatur, ſecundum opinionem Bart. *in d.*§.*ſi tu Titium.quem omnes communiter ſequuntur,teſte* Alexand.*ibi in additione.* Burſat. *d.conſilio* 20.*numero ſecundo,ſequen.libro primo.* Maſcard. *de probatio.concluſione* 169.*numero decimoſeptimo, tomo* 1. Sed in caſu noſtro de præmiſſis raptoribus non conſtat, nec verè, nec præſumptiuè, ergo,&c.

12 Secundo, querela Matthiæ eſt vndequaque inueriſimilis, & minimè attendenda; dicit enim, quod Dominus Abbas fecit rapere Catherinam eius vxorem, & tamen in proceſſu conſtat, quod ante prætenſum raptum, nunquam D. Abbas vidit iſtam Catherinam; Immo,& quod plus eſt, nunquam fuit in terra villæ,vnde prætendit rapta:conſideret ergo Dominus Iudex,quàm ſit ueriſimile, quod quis faciat rapere mulierem, quam nunquam uiderit; aut

L alloquutus

alloquutus fuerit ex loco, præſertim longinquo per triginta milliaria, quę diſtant a villa ad ciuitatem Iſerniæ, vbi commorabatur ipſe; & quod inuerisſimile eſt, pro falſo, & incredibili habetur, quia inueriſimilitudo eſt ſpecies falſitatis. *l. marcius in principio. ff. de leg. ſecundo. l. qui filium. ff. de legat. tertio.* Baldus *in l. prima, colum. tertia. C. de ſeruis fugit.* latè Tiraquel. *in l. ſi vnquam. in præfatione. numero trigeſimoſeptimo, & pluribus ſequentibus. C. de reuocan. donat.* Et ad tollendum fidem probationis, paria ſunt, quem dicere falſum, vel inueriſimile. Roland. *conſilio ſeptimo, numero decimoſeptimo. volum. primo, & conſilio ſeptuageſimo tertio, numero trigeſimooctauo, volum. ſecundo, et conſilio vigeſimoſeptimo, numero vigeſimotertio, volum. tertio.* Crauet. *conſil. crimina. diuerſ. 116. numero 16. ſeq. tomo ſecundo.* Menoch. *de arbitrar. quæſ. caſu 424. numero 59.*

13 Tertio eadem querela apparet de falſo ſuſpecta, & calumnioſa, quia fuit data per tres annos poſt prætenſum raptum. *l. 2. §. ſi quis. ff. ſi quis caut.* Bald. *conſilio trigeſimoſeptimo, in fine. libro primo,* Caſon. *de indic. & tortur. tractat. octauo, capitulo primo, Rubric. de dicto offenſi, & delinquentis numero nono.* Boer. *deciſion. 42. numero vigeſimo.* Aymon. *conſilio 75. numero 9.* Foller. *in pract. criminali. verbo, item quod commiſit falſitatem. numero 18.* Plot. *de in lit. iurand. §. fi. numero 11.* Cæphal. *conſi. 287. numero 13.* Vulpell. *conſilio 94. num. 15.* ſi enim Matthiæ fuit rapta eius vxor, cur tacuit per tres annos? & cur tempore prætenſi raptus non dedit querelam?

14 Raptus querela non habet locum, vbi mulier, quæ fuit rapta, erat inhoneſtæ vitæ. gloſſ. *in l. 1. in princ. in verb. honeſtarum. C. de raptu virgin. & in §. item lex Iulia. in verbo, viduam. inſtitut. de public. iudic.* Marſil. *in l. maritus numero 57. ff. de quæſtion. & in Rubr. de fideiuſſor. numero 176.* latè Cæphal. *conſilio 140. lib. 1.* Corrad. *in pract. titul. de rapt. numero 11. verſ. limita ſecundo.* Et in tantum eſt vera hæc concluſio, quod licet regulariter omnis mulier a iure præſumatur bona, & honeſta, cum qualitas bonitatis, & honeſtatis ſit inſita a natura. *l. cum quidam. 2. ff. de leg. 2. cum ſimil.* in caſu tamen noſtro ſecus erit, quia cum qualitas hæc requiratur a lege, per partem allegata, probanda erit, & non præſumetur. ſic in terminis reſpondet Cæpol. *conſil. crimin. 58. num. 7. in fine. verſic. ita in propoſito eſt dicendum, & numero ſequen. refert, & ſequitur* Rolan. *conſi. 87. nu. 10. vol. 3.* Marſil. *ſing. 187. ad fin. & conſi. 96. nu. 4.* Andr. Gayl. *de pace public. c. 13. nu. 7. lib. 1.* Bertazz. *conſil. 50. per totum. lib. 1.* vbi de communi. Burſat. *conſil. 69. nu. 4.* vbi pariter de communi teſtatur. *lib. 1.* & vbi pœna a lege in aliquo caſu qualificato requiritur, pœna ipſa locum non habet, niſi per fiſcum probata illa qualitate. Io. And. & alij *in c. 1. de homicid. in ſexto.* Marſil. *ſing. 187. incip. Qualitas appoſita.* Petr. a Placha. *in Epith. delict. c. 19. num. 27. ſub verſ. cæterum,* ex Thob. Non. *conſi. crim. diuerſ. 152. num. 1. lib. 1.*

15 Et nihilominus, quod iſta Catherina quæ prætenditur rapta, eſſet inhoneſtæ vitæ tempore prætenſi raptus, & etiam ante, apparet primo ex fide R. P. D. Riparolæ, & aliorum gubernatorum Domus, in actis producta, dicentium, quod tempore, quo fuit nuptui tradita Matthiæ querelanti, erat corrupta, & deflorata. Vnde ſuccedit Regula, quod meretrix, & inhoneſta vno tempore, præſumatur etiam meretrix, & inhoneſta alio tempore; quia de præſenti præſumit̃ in futurũ. *vulgata regula, ſemel malus, de regul. iur. in ſexto,* & ſi, vt dicunt Doctores, ad excuſandum quem a raptu, vel ſtupro, inhoneſta vita parentum mulieris, quæ vel ſtuprata, vel rapta prætenditur, arguit etiam inhoneſtatem in ipſa muliere, vt in terminis per Cæphal. *d. conſilio 140. numero tertio.* & per Maſcard. *de probation. concluſio. 1063. numero 34.* Ergo multo magis inhoneſtas præſumetur ex vita antea acta ipſius mulieris.

16 Secundo hoc idem aperte probatur per plures teſtes in ciuitate Iſerniæ, per Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum, ſiue eius Dominum Vicarium examinatos, inter quos adeſt etiam vnus teſtis, qui immediatè ſępius hãc Catherinam carnaliter cognouiſſe deponit: & per teſtes probari inhoneſtam vitam mulieris, etiam quod ſint inhoneſtatis, & criminis participes, probat text. *in cap. continebatur. ibi, viris ſtandum eſt, vbi gloſſ.* Abb. & Doct. *extra de deſponſ. impuber.* Gandin. *in titu. quomodo de delictis cognoſcen. per inquiſit. numero 12.* Alex. *conſi. 13. attentis his. in fine, lib. 6.* Gram. *conſi. 58. nu. 19. ſequentibus.* Natta *conſi. 205. num. 4.* Ioann. Mar. Monticel. *in ſua pract. crimin. regul. quarta, numero 30.* Tiraquel. *de retract. conſangui. §. 4. gloſſ. 1. verbo, admittatur ad probationem. nu. 3.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 1063. nu. 26. ſeq.*

17 Tertio probatur per propriam, & iudicialem ipſius Catherinæ confeſſionem, examinatæ ab eodem Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Iſerniæ, ſiue eius Domino Vicario, de qua in actis; per quam quidem confeſſionem probari fornicationem, probat gloſſ. vltima *in l. capite quinto,* vbi etiam Bartol. *ff. de adulter.* Socin. Iun. *conſil. 37. numero 16. in fine. verſic. item & ſecundo probatur, & numero 17. & ſeqq. volum. 2.* Bero. *quæſt. 84. num. 7.*

18 Quarto probatur etiam per extraiudicialem confeſſionem eiuſdem Catherinæ, de qua deponunt concludentiſſimè teſtes examinati ad defenſam d. Abbatis, qui teſtes licet forſan ſint ſingulares loco, & tempore, coniunguntur tamen, & plenè probant extraiudicialem cõfeſſionem. Pariſ. *conſi. 57. num. 19. lib. 4.* Socin. iun. *conſi. 178. numero ſexto, libro ſecundo, conſi. crimin. diuerſ. 82. num. 10. & conſil. 85. numero ſecundo, verſic. i oſtrezmo, & num. 21. vbi de communi. tomo ſecundo.* Rolandus *conſilio 82. numero 41. ſequentibus. volum. 2.* vbi de magis communi. Deciſ. Peruſ. *quæſt. par. 1. ferè per totam, vbi nu. 15.* pariter teſtatur de receptiſſima opinione.

19 Quinto per publicam vocem, & famã, de qua deponũt ijdẽ teſtes pro Abbate examinati, per quã famã bene probari meretricem, dicit Alex.

d. conſi.

*d.conſ.13.in fin.lib.*6.Natta *d.conſi.*205.*nu.*3.Cæpha.*conſ.*140.*nu.*28. vbi loquitur in terminis ad excuſandum inquiſitum a raptu.

20 Sexto per memoriale porrectum ab ipſa Catherina de anno 1584. Dum ſupplicauit Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Iſerniæ, vt illam in Monaſterio ingredi poſſe, mandet. In quo quidem memoriali, ſatis ſe inhoneſtam & dicit, & fatetur; & ſic vltra expreſſam confeſsionem tam iudicialem, quam extraiudicialẽ ipſius Catherinæ ſuper eius inhoneſtare, habemus etiam & aliam tacitam confeſſionem, ex porrectione dicti memorialis reſultantem, cum producens ſcripturam tacitè dicatur fateri omnia in ea contenta. Bald.*conſil.*349.*numero* 5.*libro* 1.*& conſilio* 317 *numero* 1.*lib.*5.Aymon.*conſil.*201.*numero* 6.*& conſ.*80.*eodem nu.*6.Affli.*deciſ.*25.*num.*5.Pariſ.*conſi.*125.*nu.*2.*lib.*1.

21 Septimo habemus epiſtolam ſcriptam manu propria ipſius Matthiæ querelantis, & in actis productam, in qua apertè innuit, ſe ſcire inhoneſtam vitam Catherinæ ſuę vxoris, vt patet in illis verbis; *Di quanto dico ſij la mia, io mento per la gola, che non fuſti mai mia.* & paulo infra. *Ma chi naſce di gallina conuiene che raſpi: ſi che attendete; per ſin hora vi è tornata bene ogni coſa, &c.* Quæ quidem Epiſtola cum ſit ſcripta, & ſubſcripta manu ipſius Matthæi, plenè probat contra ipſũ. *l.Publia,* vbi Caſtrenſis, & alij, *ff.depoſiti.c.fin.* ubi Abb.Burr.Imolen.& omnes, *Extra de confeſ.* Bal. *in l.*1.*circa finem.ff.de interrog.action.* Gabriel *tit.de confeſſ.concluſione* 1.*numero* 54. vbi alios congerit. Data igitur inhoneſta vita mulieris, quæ prætenditur rapta, ceſſat omnis pœna, per præallegata.

22 Et demum non omitto, quod tam per teſtes ad defenſam examinatos hic in Vrbe, quam etiam per teſtes examinatos in partibus per Dominum Vicarium Reuerẽdiſſimi Epiſcopi Iſernien. ac etiam per propriam confeſſionem ipſius Catherinę iudicialem, & extraiudicialem, & per memoriale pro eius parte porrectum, de quo ſupra, concludenter apparet, quod ipſa ſponte diſceſſit a terra villæ, & contulit ſe ad ciuitatem Iſerniæ. Vnde dato ſpontaneo, & voluntario receſſu, ceſſat omnis raptus, & eius pœna, quæ ſine violentia non habet locum. §.*item lex Iulia. verſiculo, ſin autem per vim.inſtit. de publ.iud.* Bal. *in l.ſed eximendi.ff.ne quis eum qui in ius uocatus.* Goffred.*in ſumma de rapt.*§.*raptor.Conſil.crimin. diuerſ.*40.*numero* 27.*& ſequentibus, & conſilio* 59. *numero* 30.*par.*1.*in*4. Marſil. *in l.*1.*numero* 14. & ante eum Cyn. *in vltima oppoſitione.in fine.C. de rapt. virgin.* Mattheſ. *notab.* 100. *Nota textum quem pauci ſciunt,* & alibi ſæpè Doctores. Et ita vt ſupra iſte Abbas fuit abſolutus, & dimiſſus.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius.I.C.Rom.

ARGVMENTVM.

Agitur in hoc conſilio de probatione delicti facienda per ſcripturam, in qua multæ notabiles concluſiones explicantur, necnon etiam de probatione criminis ex præparatorijs ad actum: ad effectum puniendi Clericum in priuatione beneficiorum: & de effectu torturæ in purgandis indicijs.

SVMMARIVM.

Copula carnalis probatur ex venerijs, & propinquis actibus, numero 1.*præſertim, quando ciuiliter agitur, ibidem, & in addit.litera a.Vbi remiſsiuè ponitur tota materia probationis copulæ carnalis.*

Sodomiæ crimen probatur ex oſculis, amplexibus, & ſimilibus præparatorijs, quando ciuiliter agitur. numero 1.

Clericus ſodomita priuatur beneficijs, numero ſecundo, & numero 8.*& in additione litera* b. *Vbi quod vigore Bullæ Pij Quinti traditur Curiæ ſæculari, & numero* 30. *& num.*58.

*Clericus pro attentato crimine nefando, beneficijs priuandus eſt, num.*2.*& ſeq.*

*Clericus pro quocunque graui crimine priuatur beneficijs, nu.*2.*in fine, & num.*30.*& num.*59.*& num.*61. *vbi etiam quando crimen dicatur graue.*

*Sodomiæ crimen quomodo puniatur, ſi fuit attentatum, & non perfectum, nu.*3.*& nu.*53.

Pœna mortis, vbi imponitur a iure ciuili de iure Canonico imponitur pœna priuationis beneficiorum, numero 3. *in fine.*

Deportationis loco hodie ſucceſsit bannum, numero 4.*& in addit.litera* c.

Clericus perpetuo bannitus beneficijs priuandus eſt, numero quarto.

Hæreticus eſt nedum ille, qui malè ſentit in articulis fidei, ſed etiam ille, qui habet peruerſa Dogmata, & gignit falſas opiniones, & ideo qui dicit fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum, hæreticus eſt, numero 5. 60. *&* 66.

*Teſtes ſingulares probant vitam hominis, & eius infamiam, num.*6.

Patronus beneficij poteſt, & tenetur non ſolum ciuiliter, ſed etiam criminaliter accuſare Rectorem Eccleſiæ, in qua eſt patronus de crimine excepto, & famoſo, num. 7. *contra numero* 22. *Vbi quod non poteſt niſi ciuiliter accuſare.*

Crimina excepta ſunt Simonia, hæreſis, & ſimilia, numero 7.*in fine.*

*Cauſa dicitur ciuilis, quando agitur ad pœnam priuationis, nu.*9.*Declara, vt in addit.litera* d.

*Oſcula ſunt præparamenta actus Venerei, nu.*10.

Scriptura priuata probat contra ſcribentem, numero decimoprimo, & in additione, litera e *vbi, an probet delictum, & quando.*

Scriptūra reperta pœnes aliquem præſumitur ſcripta de eius ordine, nu. 11.

Delicta probantur per inſtrumentum, & ſcripturam, maximè vbi de crimine non agitur criminaliter, ſed ciuiliter, numero 11. verſic. nec eſt nouum, & in additione litera f. & litera g. vbi de materia, & numero 23. & 27. & in addit. litera t. & numero 29. & 30. & 37. 40. ſeq. 63. & ſeqq.

Actus interpretari ſemper debet, ut excludat delictum potius, quàm illud includat, nu. 12.

Verba quando aliqualiter ſonant in delictum, ſunt potius interpretanda in malum partem, quam in bonam, numero 13.

Delictum præſumitur in ijs, quæ ſunt de genere prohibitorum, nu. 14. Declara, vt in addit. litera h.

Sodomiticum dictum licet de ſe ſolum non faciat indicium ad torturam, facit tamen indicium, iunctis adminiculis, numero 15. & ſequen. & in additione, litera i. Vbi de materia.

Indicium ad torturam eſt minus, quam ſemiplena probatio, num. 16.

Teſtes tentati ad deponendum falſum, dicuntur probare ſubornationem, numero 16. ad finem, & in additione, litera l.

Præſumptiones plures faciunt plenam probationem, quando agitur ciuiliter, nu. 17. & ſequen. & in addit. litera m. & & num. 20.

Probatio per argumenta ſufficit in delictis occultis, & difficilis probationis, numero 17. verſic. maximè cum ſimus.

Fama cum vno teſte ſufficit ad condemnationem, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, numero 18. & in additione litera n.

Tortura non purgat indicia, quando non fuit data ſuper delicto principali, ſtante proteſtatione, numero 19. & num. 51. Fallit, niſi proteſtatio fuerit facto contraria, numero 38. & num. 28.

Mulier ſicut propter adulterium perdit dotem, ita & propter oſculum luxurioſum, numero 20. & in additione, litera o.

Clericus de delicto enormi diffamatus, ratione ſcandali priuandus eſt beneficio, nu. 21. & 58.

Delictum extrinſecum non probatur per ſcripturam, licet bene ex ea ſumatur adminiculum, nu. 23. 27. 40.

Sodomia non probatur ex ſola confeſſione rei, niſi conſtet delictum eſſe commiſſum, vel per euidentiam facti, vel per teſtem, vel per indicia, numero 23. declara, ut numero 68.

Clericus non poteſt torqueri, niſi concurrente diffamatione, num. 24. & in addit. litera p.

Tortura purgat probationes, & indicia indubitata, quia tortus perſiſtens, puram veritatem dixiſſe præſumitur, numero 24. 38. 42. 45. Intellige quoad pœnam ordinariam, ſecus quoad extraordinariam, num. 50. & 69.

Confeſſio extraiudicialis reuocata non facit indicium ad torturam, nu. 25. & in addi. litera q. vbi de materia, qua etiam num. 34. 35.

Confeſſio dubia poteſt per confitentem declarari, num. 26. & in addit. litera r, declara, vt nu. 71.

Confitens occidiſſe hominem poterit ex interuallo ſuam confeſſionem declarare, & dicere, quod occidit ad defenſionem, num. 26. & in addit. litera s. Declara dummodo defenſionem probet, aliter ſecus, nu. 72.

Delictum nunquam eſt præſumendum, quando alia coniectura capi poteſt, nu. 26.

Delictum an, & quando probetur per inſtrumentum confeſſionis, nu. 27. & in addit. litera t. 41.

Pœna priuationis beneficij non imponitur, niſi vbi lex expreſſe dicit, nu. 30. in fine, & nu. 48.

Cedula non egreditur perſonam nominatam in ea, quando tractatur de pœna, nu. 31.

Pœnales caſus ſunt ſtricti iuris, nu. 32.

Apocha non præiudicat tertio, nu. 32. præſertim in pœnalibus. d. nu. 32.

Delictum adhoc, vt probetur per ſcripturam, duo requiruntur; Primum quod agatur de modico præiudicio; ſecundum, quod ſcriptura ſit authentica. nu. 37.

Delicta quæ facto committuntur, prout eſt ſodomia, homicidiū, furtum adulterium, & ſimilia, non probantur per ſcripturam, nu. 40.

Coniuratio contra Principem probatur per conuentionem in ſcriptis redactam, nu. 40.

Scriptura probat adminicula delicti, ſub nu. 40.

Delicta, quæ conſiſtunt in animo, prout eſt hæreſis, ratificatio criminis, & ſimilia, probantur per ſcripturam, numero 40. in fine.

Indicia indubitata ſufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariam, nu. 42.

Confeſſio extraiudicialis connumeratur inter indicia indubitata, nu. 43. Vbi quod ſufficit ad torquendum.

Confeſſio extraiudicialis facta coram iudice ſedente pro Tribunali ſufficit ad condemnandum in pœnam extraordinariam. Declara, vt nu. 44.

Oſcula Sacerdotum ſunt capienda in bonam partem, numero 46.

Actus ſemper capiendus in bonam partem, num. 46.

Clericus non priuatur beneficijs ex omni peccato mortali, etiā ſi ex eo ſequatur excommunicatio, numero 48. Declara, ut num. 62.

Clericus non priuatur beneficijs ſine cauſa, & cauſa debet eſſe magna, & manifeſta. nu. 48.

Socius criminis non dicitur, qui tantummodo ſe tentatum eſſe affirmauit; immo etiam quod delictum conſumaſſe dixerit, ſi non ſponte, ſed coactus fecerit, numero 52.

Socij criminis plures admittuntur etiam ad condemnandum in criminibus exceptis, num. 53. Vbi etiam idem in delictis occultis, & difficilis probationis.

Socij criminis dictum iuncta ſemiplena probatione, inducit plenam probationem, nu. 54.

Inueriſimile quod eſt, attendi non debet, nu. 55.

Præſumptiones, & coniecturæ habentur pro concludenti probatione in crimine occulto, in quo etiam ad eundem effectum plura imperfecta coniunguntur, numero 56.

Teſtes ſingulares iunctis coniecturis, & præſumptionibus plenè probant, nu. 57.

Teſtes ſingulares ſuper adulterio in genère probant, quod quis ſit adulter, & ſolitus adulteria committere, licet non probent hoc, vel illud adulterium, numero 57.

Teſtes ſingulares probant impudicam, & inhoneſtam vitam alicuius, num. 57. in fine.

Delictum dicitur graue, Vbi non agitur de modica re, & dolus interuenit, nu. 61.

Scriptura fabricata de conſenſu, & voluntate eius, contra quem producitur, plenè probat, nu. 64.

Scriptura probat delictum, quando illa de ſe eſt crimen, continetque intrinſecum delictum, num. 65.

Clerici delictum grauius eſt, quam delictum laici, numero 66. in fine.

Notorium dicitur illud, quod reſultat ex actis, numero 67.

Sodomiæ corpus delicti probatur coniecturis, numero ſexageſimooctauo.

Producendo ſcripturam, cenſetur acceptaſſe omnia contenta in ea, nu. 70.

Dolus arguitur ex actu clandeſtino, numero ſeptuageſimoprimo, in fine.

Tempore

Tempore Fœlicis Recordationis Gregorij Decimitertij accidit inexcogitabilis ferè caſus, quod dum quidam Sacerdos,& Rector Eccleſię caperetur a Bitoarijs in eius domo pro prætenſa affixione libelli famoſi,& alijs exceſſibus, clam idem Rector accepit ex eius caligis quandã ſchedulam quam lacerauit,& laceratam per feneſtrã proiecit. Subſtitutus Fiſcalis,qui capturæ præſens erat, hoc animaduertens, fruſta illius ſchedulæ ex via recolligi & inſimul accomodari, & conglutinari curauit,adeo quod bene quicquid ſcriptum erat,perſpiciebatur. Scripturæ autem tenor talis erat.Ioan.Virgilio,&c. *Con la preſente di mia mano dichiaro, & confeſſo, che tutte le carezze con baci, & altri toccamenti carnali, tanto dinanzi, come di dietro, che paſſorno, & tuttania paſſano, & paſſaranno ſegretamente tra me, & meſſer G. mio Padrone, il detto G. me l'ha fatto di buona volontà, & conſentimento, anzi con mia inſtanza, & delettatione, che io ne pigliauo, & ſentiuo, ſino dal primo dì, che venni in caſa ſua, & però io gli prometto di eſſergli ſempre amoreuole, & di compiacerlo di tutto quello, che lui vorrà del corpo mio, et di eſſergli perpetuamente ſecreto, & fedele, altrimente voglio eſſer ſottopoſto a tutte le pene Ciuili, & Canoniche, che lui meritaua.* Rector ſic ad carceres ductus,& examinatus faſſus fuit illam apocham fuiſſe eius manu ſcriptam. Verum contenta in ea audacter negauit,excuſans ſe,quod ita ſcripſit ioco,& ocioſè gratia experiendi calamum, prout pariter omnia alia ſibi imputata delicta bona fronte negabat, & tortus perſtitit, vt in diſcurſu Conſilij: Fuit dubitatum, An non obſtante tortura poſſit vigore ſchedulæ prædictæ eius manu ſcriptę, iure, ad inſtãtiã Patroni Eccleſię,cuius erat Rector,in pœnã priuationis illius Eccleſiæ priuari.

Reſponſum Proſperi Farinacij.

CONSILIVM XXV.

1 ADSIT DEVS. Quod ex Apocha, de qua in actis, concludenter probetur, Dominum G. nephandum crimen commiſiſſe cum illo Virgilio,conſtat ex eo, quod in eadem Apocha fatetur deueniſſe ad oſcula,ad amplexus, ad carnales tactus, & alias delectationes, qui quidem actus,tanquam Venerei, & propinqui, inducunt in carnali copula concludentem ipſius
a copulæ probationem [a], quæ directo fieri non poteſt. gloſſ. *in l. quod ait lex. verſic. in rebus*, vbi Bartol. *numero* 2. idem Bartol. *in l. capite quinto, numero* 3. *ff. de adulter.* Abb. *in capit.* 3. *loco. numero* 4. *verſic. & licet Bartol. de præſumpt. & in capitulo præterea. numero* 2. vbi etiam Felyn. *numero* 4. *in fine. extra de teſtibus*, idem Felyn. *in capitul. literis. numero* 1. *de præſumpt.* Dec. *conſil.* 577. *numero* 3. Socin. iun. *conſil.* 32. *numero* 14. & *ſequen. lib.* 2. Et in terminis ſodomiæ, quod ex oſculis, amplexibus, & ſimilibus præparatorijs ſufficienter probetur, eſt conſ. Pariſ. 163. *numero* 1. & *ſequen. libro* 4. Roland. *conſi.* 50. *numero* 3. *volum.* 1. potiſſimum, vbi de crimine agitur ciuiliter, prout in caſu noſtro, in quo ſolum agitur reſpectu patroni, ad priuationem beneficij. Matheſ. *ſing.* 119. Corn. *conſ.* 191. *in fine. li.* 4. refert, & ſequitur Aymon. *conſi.* 205. *numero* 20. & 21. & eſt additio ad Bart. *in d. l. capite quinto. numero* 2. *uerſic. nota ergo. ff. de adulter.*

2 Probato igitur crimine nephando, neceſſario
b ſuccedit diſpoſitio [b] cap. *vt Clericorum. extra de adulter.* Ghirland. *de pœnis nefar. coit. quæſ.* 2. *nu.* 2. *in fine. & quæſt.* 6. *nu.* 6. Rebuff. *in pract. benefic. par.* 3. *tit. de mod. amitten. benefi. nu.* 38. Et dato, quod ex actibus prædictis non oriatur ſufficiens perfecti criminis probatio, ſed tantum eiuſdem criminis attentatio, adhuc dico, quod ex attentatione nephandi criminis Clericus priuandus eſt beneficijs: Vulgaris enim in iure eſt regula, quod pro quocunque graui crimine Clericus deponendus eſt, de qua per Abb. *in cap. at ſi Clerici. nu.* 34. *de iud. pract.* Rebuff. *ubi ſupra nu.* 61. Menoch. *de arbitr. q. caſu* 266. *nu.* 6.

3 Attentatio autem nephandi criminis, quod graue delictum reputetur, ex grauitate pęnæ cognoſci facile poteſt; Si enim ad actum proximũ deuentum eſt, cum ſimus in atrociſſimis, pari pęna, & ſic vltimo ſupplicio attentans punitur. Bar. *in l.* 1. *ff. de extraordin. crim.* ubi exemplificat in oſculis. Iul. Clar. *in §. ſodomia. uerſic. quæro nunquid*, vbi id procedere ait, nedum de iure communi, ſed fortè etiam de generali cõſuetudine. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 360. *nu.* 59. Sin autem ad actum propinquum minimè eſt deuentum, pœna deportationis punitur attentans. *d. l.* 1. *§. qui puero. ff. de extraordin. crimin.* Vtroque caſu neceſſario ſuccedit priuatio beneficiorum. Nam vbi ius ciuile imponit pęnam mortis, ibi ius Canonicum imponit priuationem beneficiorum. Foller. *in pract. crimin. Canon. in uerbo, etſi confeſſi, aut conuicti ſint. nu.* 60.

4 Et ſi non mortis, ſed deportationis pœnam imponere velimus, deportationis autem pœna, cum non ſit in vſu, eiuſque loco ſucceſſerit per-
c petuum bannimentum [c], vt tradit Gramm. *uot.* 59. *num.* 11. Carrer. *in l. obſeruare. in princ. nu.* 104. *uerſic. remanet. C. quorum appellat.* Aym. *conſil.* 220. *nu.* 3. Placha *in Epithom. delictor. cap.* 44. *nu.* 1. *lib.* 1. Clar. *in pract. quæſt.* 67. *uerſi. deportatio*, neceſſario ſequitur beneficiorum priuatio, quia perpetuo bannitus beneficio priuandus eſt. Rebuff. *d. tit. de mod. amitten. benefi. par.* 3. *nu.* 57.

5 Et in omnem euentum dato, quod ex apocha illa nulla reſultaret nephandi criminis, ſiue eius attentationis probatio, negari tamen non poteſt, quin reſultet aliud particulare delictum, videlicet obligationis de continuando in peccato, quam ab illo Virgilio extorquere volebat; quæ quidem apocha, cum contineat obligationem continuandi in peccato, non ſolum diabolica reputanda eſt, ſed etiam, & hæreſim ſapiens; cum præſupponat, iura Canonica nedum permittere tale nephandum crimen, ſed etiam puniri pęnitentes; vnde ſuccedit cõcluſio illa, de qua per Clar. *in §. hæreſis, in princip.* Vbi quod hæ-

reticus eſt nedum ille, qui malè ſentit in articulis fidei, ſed etiam ille, qui habet peruerſum Dogma, & gignit falſas opiniones; & ideo qui dicit, fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum, hæreticus eſt, prout alias fuit deciſum in Capella Tholoſana, teſte Aufrer. *deciſ. 346.* & tradit Mãtua. *conſi. 239. nu. 8. lib. 2.*

Nec omitto, quod vltra dictam apocham, ex proceſſu conſtat, iſtum D. G. eſſe publicè diffamatum de tali delicto, & ſolitum talia committere, prout deponunt teſtes examinati, qui licet ſint ſingulares, probant tamen malam vitam hominis, & eius infamiam. Gabriel. *titulo de teſtibus. concl. 2. nu. 39. & nu. 47.* Riminal. *conſi. crimin. diuerſ. numero 11, verſiculo, ſed & Alexand. & numero 16. tom. 2.*

Reſponſum Guidi Angeli Mengacij in eadem cauſa.

7 ADSIT DEVS. Patronus beneficij non ſolum poteſt agere contra Rectorem illius, etiam ab Epiſcopo præſentatum, vt priuetur beneficio propter ipſius inhoneſtam vitam, aut crimina per ipſum commiſſa, ac priuatione dignitatis, quinimò tenetur hoc facere; alias priuatur omni commodo, quod habet ex dicto beneficio, & non ſolum tenetur agere ciuiliter pro priuatione, vt eſt text. *in c. Maximilianus. 81. diſt. & in c. conſtituentum. 16. q. 1. & in c. filijs. 17. q. 4. & in c. qualiter, & quando. col. 2. de accuſ. & in c. Venerabiles. de offic. deleg.* Ac notant Abb. & Fely. & alij *in c. ex parte Ada de teſtibus*, ac per Lambert. *de iure patronat. lib. 3. ar. 2. quæſt. 2. principali, circa finẽ.* Sed etiam criminaliter poteſt illũ accuſare, maximè quando crimen eſt de exceptis, vel famoſum, vel ſcandaloſum, ita notat Fely. *in c. ex parte, in 2. & 4. fallent. per text. in cap. Paulus, in fine. 2. quæſt. 7. & cap. præſumuntur. cauſ. et quæſtio. eadem.* Simonia autem, hæreſis, & ſimilia, quod dicantur crimina excepta, & famoſa, voluit, prout inquit, gloſſ. *in dict. capit. ex parte Ada*, Vbi etiam Felyn. *numero 2. fallen. 5. et in cap. de cætero. eod. tit. de teſtibus*, vbi gloſſ. & omnes, ac idem Felyn. *in 6. limitatione.*

8 Igitur cum Magnificus, ac Nobilis Dominus Franciſcus reperiat D. G. Rectorem beneficij, quod eſt de iure patronatus eiuſdem D. Franciſci, commiſiſſe nephandum crimen Sodomiæ, in domo dicti beneficij cũ maſculis, propter quod crimen de iure priuatur Clericus beneficio, vt eſt tex. & hoc ibi notant Abb. & Doctores *in c. Clerici, de exceſſ. Prælat.* & latè notat Diaz. Hiſp. *in ſua pract. crimin. contra Clericos. c. 80.* & per Fabian. de Monte Leone *in ſuo tract. de liter. arbitr. in tit. de crimine ſodomiæ. 4. p. num. 486.* & per Bermon. *in tractat. de public. concubi. in titu. de peccat. ſodom. numero 37.* Non eſt dubium, quod ipſe poteſt, imò tenetur agere contra ipſum, vt dicto beneficio priuetur.

3 Remanet ergo ſolũ, vt videamus, An ex his, quæ ſunt deducta in actis contra præfatum Dominum G. dicatur probatum, eundem tale delictum commiſiſſe, non dico quoad pœnam criminalem imponendam; ſed quoad pœnam priuationis dicti beneficij dumtaxat, quæ reputatur ciuilis [d], vt per Lambert. *in d. tract. de iure patron. libro 3. ar. 3. quæſtio. 2. principali, facit cap. in ſumma. 2. quæſt. 7. & nota*, per Abb. *in cap. cum P. Manconella, & in cap. illa, de accuſat. & in d. cap. ex parte in tertia col. de teſtibus*, vbi etiam latè per omnes Doctores.

10 Et certè non videtur poſſe negari, quin probetur dictum Dominum G. tale crimen commiſiſſe; Nam licet, vt dicunt Doctores *in l. cum vir. maxime* Bart. *C. ad l. Iul. de adulter.* non ſit honeſtum loqui de tanto crimine, & ideo l. cum vir, non conſueuerit legi, propter inhoneſtatem tanti ſceleris, ac per Boſſ. *in titu. de ſtupr. deteſtan. in maſculos in princ.* Nihilominus, quia non eſt tollerandum, quod tales criminoſi adminiſtrent in Eccleſia Dei, vt inquit Abb. *in c. licet Hely. de ſimon. & in c. ex tuarũ. de purgat. Cano.* Ideo primo contra ipſum deducitur quædam obſceniſſima apocha, manu ſua ſcripta, ac penes eũdem reperta, ac per ipſum recognita; in qua fatetur, nephãdum commiſiſſe crimen cum Virgilio ſuo famulo, cum fateatur blanditias, oſcula; & carnales actus delectationis, a poſteriori etiam parte ſubſequutos; ſola enim oſcula in iure conſiderãtur tanquã præludia, ac præparamenta ipſius actus, vt inquit gloſſ. *in l. quod ait lex. ff. ad l. Iul. de adulter.* & eſt text. *in capit. nec aliqua. 27. quæſtion. 1.* Vbi etiam gloſſ. dum dicit, viſus, & alloquium, tactus, poſt oſcula factum; & ſic poſt oſcula nihil aliud ponit niſi factum. Et propterea, cum in dicta apocha poſt oſcula ponantur alij tactus carnales, certè non poteſt dari alius intellectus, niſi quod loquatur de ipſo actu, & ſic de crimine ipſo peximo.

11 Vnde ſtante eiuſdẽ confeſſione in dicta apocha manu ipſiuſmet ſcripta, ac recognita, non poteſt negari, quin dicatur pleniſſimè probatũ crimen huiuſmodi, vt per conſequens ſit priuandus dicto beneficio. Nam regulare eſt, quod ſcriptura etiam priuata [e], probat contra ſcribẽtem, quando eſt ab ipſa recognita, ac confeſſata. *l. ſcripturas. C. qui pot. in pigno. habe.* vbi Bar. ac Doctor. ac per Paul. de Caſtr. *in l. cum antiquitas. C. de teſtam.* ac latè per Gabr. *in titu. de probat. concluſ. 9. per totam.* Maximè cum iſta apocha fuerit pęnes dictum Dominũ G. reperta: quo caſu quicquid in ſe habet, præſumitur factum de ordine, & voluntate eiuſdem, vt per Alex. poſt Bald. ac Paul. de Caſtr. *in l. 2. ff. de pact. & in l. ſi vnus. C. de teſta.* Nec eſt nouum, quod delictum huiuſmodi probetur per inſtrumentum [f], vt per Bal. & Salyc. *in l. ſciant cuncti. C. de probatio.* ac per Felyn. *in capitulo, cum in Eccleſiis, de maiorit. & obedien. in vltima fallent.* Maximè, vbi non agitur de imponenda pęna corporali, ſed priuationis, & ſic agitur de crimine ciuiliter [g], vt in propoſito ꝑ text. *in cap. cum ad ſedem. de reſtitution. ſpoliat.* ac per eundem Felyn. *in d. cap. cum in Eccleſijs, in penultima fallen.*

Nec

32 Nec obſtat ſi dicatur, quod cum verba illa ſint dubia, potius intelligi debeant de alijs tactibus carnalibus, quam de ipſo actu, quia verba in dubio potius debent interpretari, vt excludant delictum, quam ut includant, vt per Barbar. *conſil. 77. col. 1. verſ. & adduci. vol. 4.* ac per Marſi. *conſ. 2. in prin. nu. 1. & 5.* & Abb. *conſil. 68. col. 2. verſ. tertio probo. vol. 1.*

33 Quia reſpondetur, & primo, quod regula illa non procedit, quando verba ipſa aliqualiter ſonant in delictum; nam tunc, quia non apparet cauſa, propter quam quis poſſit excuſari, præſumitur delictum, ad notata per Bart. *in l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero heredi. ff. de eden. verſ. breuiter quidam,* & ibi Ang. *in §. quod præter. verſ. conclu de quod aut.* ac per Alex. *conſi. 74. nu. 2. volum. 6.* ac per Corn. *conſi. 28. col. ſi. verſ. nec obſtat. vol. 3.*

34 Secundo reſpondetur, quod illa regula non procedit, vbi ſumus in his, quæ ſunt de genere h prohibitorum [h]; nam tunc ſemper præſumitur dolus, & delictum. *l. ſi non conuicij. C. de iniur. & l. 1. C. ad l. Cornel. de ſicar.* Alexand. *conſ. 93. colum. 2. verſic. nec obſtat. volum. 6.* ac per Ioan. de Anan. *in cap. cum dilecti. col. 4. verſ. in gloſſa retorqueri. de accuſat.* & ibi Ancharan. *col. 2. verſ. item per iſtud capitulum,* ac per Felyn. *in c. auditis. col. 18. verſic. ſed limita. de præſcrip.*

35 Et licet ex prædictis ſatis ſuperque probetur delictum huiuſmodi, ad effectum, de quo agitur, tamen coadiuuatur etiam ex alijs, quæ cõtra ipſum deducta ſunt, & maximè ex depoſitione vnius patientis, etiam facta in tortura, & in confrontatione cum dicto Domino G. Quod dictũ patientis, licet de per ſe nõ probet, nec faciat in- i dicium [i] ad torturam contra imputatum de crimine, vt per Marſil. *conſil. 28. nu. 16. 17. 18.* & per Boſſ. *in tit. de indi. & conſide. ante tortur. num. 160.* Tamen iunctum cum alijs adminiculis, & ſic cũ dicta apocha, indubitãter facit indicium, etiam ad torturam in criminalibus, vt declarat Boſſ. *loco prææallegato*, & etiam in terminis *conſilium primum* Io. de Anan. & per Bal. *in authen. ſed nouo iure. C. de ſeru. fugit.* & per Calcan. *conſi. 109.*

36 Et licet indicium ad torturam ſit quid minus, quã ſemiplena probatio in ciuilibus, ut per Cor. *conſil. 101. litera L, volum. 4.* ac per Clar. *§. ſi. quæſt. 20. in princ.* Nihilominus coadiuuatur depoſitio illius patientis, ac probatio apocæ ex depoſitione aliorum duorum teſtium, qui dicunt ſe tentaros, ac quod cum illis ad actum proximum deuenit, ac quod recuſarunt, vt in ſimili dicitur de teſtibus tentatis ad deponendũ falſum, qui plenè dicuntur probare ſubornationem, ſic etiam, l & ſodomiam [l], vt per Bal. *conſil. 97. vol. 5. ac conſi. 429. vol. 3.*

37 Ex quibus omnibus ſimul iunctis, non eſt dubium, quod oritur talis probatio, quæ ſaltẽ hoc caſu, vbi de crimine ciuiliter agitur, ſufficit ad condemnationem; nam in his ex pluribus præ- m ſumptionibus, ac cõiecturis fit plena probatio, vt per Bartol. *in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1.* Vbi etiam Iaſ. *de eden.* & per Marſil. *in l. de minore. §. plurimum. colum. 14. ff. de quæſtion.* Maximè cum ſimus in occultis, in quibus propter difficultatem probationis, lex cõtentatur leuioribus probationibus, etiam per argumenta, ac veriſimiles coniecturas. *l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit.* & per Paul. de Caſtr. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* ac per Bal. *in l. quicunque. C. de ſeru. fugit.* & Angc. *in l. ſi quis ex Argentarijs. ff. de eden.* Honded. *conſi. 27. nu. 13. & 14.*

18 Et quod per plures præſumptiones, ac coniecturas, etiam in criminalibus, vbi de crimine ciuiliter agitur, dicatur probatum delictum, tradit Gemin. *in c. 1. §. & quia. in gl. manifeſtos. de vſu. in ſexto. per gloſ. in capitulo, ueniens. colum. 1. de teſtibus,* & Bal. *in d. l. ſi quis ex Argentarijs. §. 1.* Vbi dicunt in criminalibus, quod fama [n] cum vno te- n ſte coniunguntur, ad faciendam plenam probationem, & Aret. *in c. veniens. colum. 7. & conſil. 13. colum. 6.* & Dec. *conſi. 67. colum. penult.* & Ange. Aret. *conſi. 71. colum. 6. volum. 1.* crimin. allegat Bar. *in l. 1. §. idem Cota. ff. de quæſtion.* & per Ludouic. de Alfer. *conſ. 143. colum. 2. primo tomo crimin.* cum alijs abundè allegatis per Riminal. *in conſil. 84. Hic reus. inter conſil. crim. in vol. 2. a num. 17. vſque ad num. 22.*

19 Nec obſtat, quod dictus D. G. bis tortus perſeuerauerit in negatiua; nam ſtante proteſtatione Curiæ, quod non intendit ipſum torquere ſuper probatis, perſeuerantia in ea nihil operatur. Alber. *in rubric. ff. de quæſtion. colum. 2.* Veronen. *conſil. 32. colum. penult.* Boſſ. *in titu. de ſentent. numero 70.* & ita in inquiſito de homicidio, qui tortus fuerat, ac in negatiua perſeuerauerat, quod nihilominus ex pluribus indicijs dicatur conuictus, non obſtante dicta perſeuerantia in negatiua, renuit idem Riminal. *in d. conſil. 84. a numero 12. vſque ad nu. 22.* Vbi etiam vult, quod idem eſſet, quamuis non eſſet talis proteſtatio, vt per Caſtren. *in l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſcop. & Cleric.* & per Bald. *in capit. ad noſtram. ad finem.* Vbi etiam per Felyn. *de probat.* & per Marſil. *ſingul. 108.* & per Parid. de Put. *in tractat. ſindica. verſic. quidam latro*, & per Carrer. *in l. obſeruare. C. quor. app. non recip. num. 160.* & Riminal. *in d. conſil. 84.* reſpondet omnibus, quæ in contrarium adducuntur.

20 Et hæc omnia de plano procedunt in caſu noſtro, in quo verè probatur interueniſſe oſcula, & complexus, & alios tactus carnales cum præfato Virgilio, vt apparet ex Apocha prædicta, vnde oritur violentiſſima præſumptio delicti commiſſi, & actus conſumari, quæ ſufficiunt ad condemnationem, cum de crimine ciuiliter agatur, ad tex. *in cap. literis, de præſumption.* Vbi Abb. & Doctores. Et in terminis tenent Doctores, quod ſicut mulier propter adulterium priuatur dote, *cap. plerumque. de iure dot.* ita etiam pro- o pter oſculum [o] luxurioſum, & tactum mamillarum, ita tenet Bald. *in capit. tua. de procurat.* ac Doctor. maximè Ripa, Bologn. Mantua, & Moder. *in rubric. C. de eden.* ac Ripa *in rubric. extra de iud.* vbi dicunt, quod illud eſt, quia tunc præſumitur ad vltimum ex huiuſmodi uiolẽtis præſumptionibus, venturum eſſe.

quibus etiã concordant Spec. *in tit.de actionibus.* *§.ſuper petitionibus.nu.*8.Butr.*in c.per inquiſitionẽ.* *nu.*30*, de elect.* Purpurat. *in l.ſi,apud quem.nu.*33. *ad finem.verſ.quinto,ut confeſſio.C.de eden.* Dec.*in c.at ſi Clerici.nu.*208.*extra de iud.*Diaz.*reg.*121.*in* 5.*ampliat.* Negari tamẽ non poteſt, quin ſaltem faciat indicium ad torturam, quando non concurrunt alia adminicula; At ſi cum confeſſione concurrunt alia, tunc ſine dubio facit plenam probationem, vt ibi per Clar.

13 Conſtito igitur de inciſione foliorum per ocularem inſpectionem & cõſtito per inquiſitorum cõfeſſionem, quod in die, in quo folium ſcriptũ inciſum erat, fuit præſtita fideiuſſio, de qua agitur; & quod ex hoc ſolum, etiã quod alia non cõcurrerent indicia, poſſint iſti inquiſiri torqueri, ad habendum veritatem ſuper eadem laceratione; facit, quia ſcripturarum ſurreptio, ſeu laceratio præſumitur de iure regulariter ſemper facta ab eo, ad cuius vtilitatem cedit, & ex hac pręſumptione oriri ſufficiẽs indicium ad torturam, ſcripſit Bar.*in l.fin.nu.*5.*verſ.Item quod illa res ſubtracta.ff.de quæſt.*Brun.*de ind.& tort.*1.*par.quæſt.* 3.*verſ.Item ſi illa res ſubtracta.*Corrad.*in prac.tit.de negatione.cri.& tormen.nu.*20.*verſ.*7.*quando res ſubtracta.fol.mihi* 292.*ſequitur* Maſcar.*de prob.to.*2.*concl.*831.*nu.*12.

14 At in caſu iſto concurrunt multa alia indicia, quæ omnem tollunt dubitationem: Nam & præſertim quoad Hermetem, concurrit ſecundo loco contra ipſum, eius apertum mendacium, dum in ſuis examinibus negando ſe fideiuſſiſſe pro Hectore, quia erat ſuus inimicus tempore prætenſæ fideiuſſionis factę, conuincitur de mendacio per inſtrumentum pacis in eius capſa repertum, & cum dicto Hectore initæ de anno 1568. vt in proc.fol.40.61.& ſeq. Item conuincitur de alio mendacio, quia vt in eodem proceſſu folio 42.à tergo & fol.46. fatetur, ſe fuiſſe in curia, ad effectum fideiubendi inſimul cum Bernardino, & alijs ſub die 23.Nouembris 1571.ſed quod eo tempore non fecerunt aliquam fideiuſſionem, ſed ſolum Notarius ſcripſit ſequeſtrum: Et tamen hoc eſt apertè falſum, quia ſequeſtrum fuit datum de anno 1574.& ſic ſunt duo mẽdacia; & tamen vnicum mendacium etiam de ſe ſolum, facit indicium ad torturam. Boer.*deciſ.*164.*nu.*29. 1.*par.*Foller.*in pract.cri.in verb.ad defenſam.poſt num.*5.vbi dicit ita cõmuniter tenere Doctores. Iacob.Port.Imol.*conſ.*94.*nu.*37.*& conſ.*96.*num.* 33.Boſſ.*in tit.de ind.nu.*36. vbi quod practica ita ſeruat.Rolan.*conſ.*14.*num.*19.*vol.*4. Maſcard.*de prob.tom.*1.*concl.*531.*nu.*20.Paul.Granut. Theorem.3.*num.*3.*lib.*1.vbi teſtatur de magis communi opinione*, licet aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint.

15 Concurrit tertio, quia iſte Hermes fatetur ſe informatum de veritate lacerationis folij, imò, & quod plus eſt, obtulit iudici, ſe omnia dicturũ, vt in proceſſu fol.42. à tergo, dũ poſt multa expoſita contra Acchillem, & Bernardinum, ſubdit ex ſe; *Da me & V.S. dirò la coſa come la ſtà.* Vnde quin ſaltem poſſit torqueri, tanquam veriſimiliter informatus, & recuſans modo dicere veritatem, quam ſe dicturum prius obtulit, negari non poteſt, vt per Bal. *in l.milites. verſ. ſed vt torqueatur teſtis.C.de quæſt.& in l.*3.*ver.in gl.ibi,veritatem ſciant.&c.C.ad l.iul.de adulter.& in l.data oper.nu.*39.*C. qui accuſar. non poſſ.* Gram.*voto* 31.*nu.*21.*& conſ.*40.*nu.*21.Foller.*in pract.cri.in verb.capiat informationem.nu.*35.Cyrill.*in ſumma cri.rub.*29.*ti.de quæſt.§.*3.*nu.*2.*verſ.ex quo nota.*Boſſ.*in tit.de tortur.ſect.nu.*2.*verſ.vel præſumatur ſcire.*

16 Quarto tam contra Hermetem, quàm contra alios inquiſitos vrget, quod ipſi pluries interrogati, tam ſuper facto principali fideiuſſionis pręſtitæ, quàm ſuper alijs circumſtantijs, ipſum factum reſpicientibus, ſemper reſpondent non pręcisè, dicuntque ſe non recordari; ergo deueniendum eſt ad remedium, quo ſolent iudices vti, vt reus recordetur, videlicet ad torturam, quæ habet hanc virtutem tollendi obliuionem, iuxta tradita per Bal.*in l.accuſationem. nu.*6.*verſ.ſuper hoc melius diſtingue.C.de accuſat.* Parid. de Put. *de ſindic.in verb.tortus,c.*7.*nu.*16.*fol.mihi* 350.*col.*3. Maran. *in ſpec.par.*6.*memb.*2.*in verbo,contumacia.nu.*20.*& in tit.de quæſt.nu.*9. Brun. *de ind. & tort.par.*2.*q.*5.*poſt nu.*4.*verſ.dicta tamen regula.*Boſſ.*in tit.de reſponſ.a reo facien.nu.*4.*& ſeq.* & per Clar. *in quæſt.*45.*verſ.ſed pone quod reus*, vbi quod hoc procedit non ſolum, quando reus non vult præcisè reſpondere ſuper facto principali, ſed etiam ſi non vult reſpondere præcisè ſuper circumſtantijs ipſius facti, & delicti, quicquid in cõtrarium dixerit Foller.*in loco per d.ex aduerſo ſcribentem allegato.*

17 Nec iſto caſu excuſabit eos allegata veriſimilis obliuio ex curſu decem annorum, & plus. Nã præterquam, quod iſti rei recuſant præcisè reſpõdere, etiam in facto de recenti, videlicet, in colloquio habito per Hermetem cum Acchille, & Bernardino, paulo ante eorum carcerationem; adhuc tamen dicitur, quod iſta obliuio, quanto tẽpore inducatur, quicquid in contrarium ex aduerſo allegetur, non eſt à iure præfinitum, ſed ſecundum veriorem, & communẽ opinionem, iudicis arbitrio tributum, vt per Menoch. qui alios recenſet, *in tract. de arbitr.quæſt.caſu* 26.*lib.*2. & tamen hoc fundamentum de tortura infligenda, ad eorundem pręciſam reſponſionem, ſit dictum ex abundanti, quia vt pręfertur, hic deueniri poteſt ad torturam, pro eruenda veritate potius, quam pro habenda præciſa reſponſione.

18 Quinto nõ video, quomodo iſte Hermes poſſit effugere torturam, poſtquam multa in ſuis conſtitutis circa factum principale præſtitæ fideiuſsionis, ac etiã circa illius ſubſtantiales qualitates, de ſe, & alijs affirmauit, & poſtea ad faciẽ Acchillis, & Bernardini ductus, illa eadẽ negare non erubuit, vt in proceſſ. fol.55.& ſeqq. ex qua ſolum variatione, & reuocatione eorum, quæ prius depoſuerat, poterat ſine dubio, iudex etiã eo tempore reuocationis factæ, & multò magis hodie, poteſt eundem Hermetem torquere, non ſolum tanquam teſtem in caput alterius, ad videndum in quo dicto perſiſtat, iuxta trad. per

Boſſ.

Boſſ. *in tit. de tort. reorum, nu.* 29. Clar. *q.* 25. *verſic. Item teſtis varius*, ſed etiam tanquam principalis, ob reuocatam confeſſionem. Boſſ. *in tit. de indic. & conſid. ante torturam, nu.* 38. *& ſeq.* Iacob. Port. Imol. *conſ.* 96. *nu.* 33.

19 Nec excuſat eum, dicere prout dicit in proceſſu, fol. 56. quod notarius ſcripſit ea, quę ipſe non dixit, quia iſto caſu cum notarius ſcripſerit Iudice præſente, reuſque ſe ſubſcripſerit ſuo examini, creditur Notario, & non Reo. Clar. *in practica.* §. *falſum, verſic. pone teſtis negat.* Hier. de Monte *quæſt.* 12. *num.* 3. *&* 4. Et hoc non habet difficultatem.

20 Ex quibus omnibus facile concludi poteſt, quod cum agatur de delicto occulto, & difficilis probationis, in quo Iudices faciliores, & animoſiores debent eſſe ad torturā, quam in alijs delictis, vt per Iaſ. *in l.* 4. §. *ſi tibi indicium. ff. de condic. ob turp. cauſam.* Marſ. *conſ.* 61. *in fine.* Gram. *voto* 3. *nu.* 6. Dec. *conſ.* 342. *nu.* 3. Boſſ. *in ti. de ind. nu.* 200. *& ſeqq.* Clar. *q.* 64. *ver. & ideo dici ſolet*, imò ſimus in crim. falſi, in quo prępſumptiones ſufficiunt nō ſolum ad torquendum, ſed etiam ad condemnādum ſaltem in pœnam extraordinariam, (Quicquid forſan contrarium dicant Doctores, quoad pœnam ordinariam) ſecundum Aym. *conſ.* 73. *nu.* 19. *verſ. Quod procedit, & nu.* 22. Natta *cōſ.* 315. *nu.* 14. *& conſ.* 633. *nu.* 8. Ioann. Mar. Monticell. *in ſua pract. cri. reg.* 15. *nu.* 161. *verſ. quod intelligas verum.* Bertaz. *conſ.* 91. *nu.* 35. *vol.* 1. Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucen.* 13. *nu.* 50. *par.* 1. vbi de communi, ſtantibus omnibus præſumptionibus ſupradictis contra Hermetem, & alios inquiſitos, eos nō ſolum poſſe torqueri Iudicis arbitrio, ſed etiam condēnari, vltra partis intereſſe, etiā ad pœnam extraordinariam, per præallegata. Nā vbi lex contentatur, quod in crimine falſi, ſeu alio difficilis probationis deueniatur ad cōdemnationem ex prę ſumptionibus, duæ ſolum ſufficiūt præſumptiones. Cæph. *conſ.* 287. *nu.* 4. Gabr. *concl.* 6. *nu.* 5. *li.* 7. Zilet. *inter conſilia cri. diuerſ. conſ.* 128. *nu.* 1. *vol.* 1. Ergo multo magis ſufficient plures, vt in caſu noſtro.

21 Quibus ex aduerſo non obſtat probata bona fama; nam quicquid aliter dicāt Doctores in via diſputatiua, vera eſt illa, & practicata opinio, qđ bona fama non tollit indicia, & præſumptiones ſpeciales, ſed tātū indiciū malæ famę. Cępo. *conſ. cri.* 40. *nu.* 42. *&* 43. Alex. *conſ.* 77. *n.* 5. *vol.* 5. Marſ. *conſ.* 3. *nu.* 12. Rom. *conſ.* 167. *in fine.* Clar. *in q.* 60. *verſ. frequenter etiam.* Poteritq; iſto caſu d. Iudex tritè, ac de iure, vel ad torturā procedere arbitrio ſuo, vel ad condemnationem in pęnam extraordinariam, per præallegata. LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ARGVMENTVM.

Defenditur hic quidam imputatus de raptu mulieris, contra quem fiſcus prætendebat ad torturam deuenire, ex teſtibus contra ipſum deponentibus de publica fama: Quare in hoc reſponſo duæ præcipuè enucleantur inſpectiones. Prima eſt, an, & quomodo teſtes debeant ſuper fama deponere ad hoc, vt concludant illius probationem. Secunda, quomodo, & ex quibus mulieris inhoneſtas probetur.

SVMMARIVM.

Teſtes recepti parte nō citata, nec probationem, nec præſumptionem, nec indicium quamuis bene, faciunt, etiam in delictis occultis & difficilis probationis. nu. 1.

Fama iunctis adminiculis, facit indicium ad torturam. numero 12.

Fama mendax, & fallax & propterea non operatur, niſi fuerit ſolida, inconuulſa, creſcens, & in nullo labefacta. numero 3.

Fama cenſetur bene probata per teſtes, dicentes, ita audiuiſſe publice dici. nu. 4.

Teſtes in criminalibus non probant famam, niſi etiam non interrogati deponant de cauſa, & origine ipſius famæ. numero 5.

Teſtes non probant famam, niſi etiam deponant de illius authoribus. nu. 6.

Fama orta à maleuolis, & inimicis non probat. nu. 6.

Teſtes ſuper fama deponentes, nihil probant, niſi etiam deponāt de tempore. nu. 7.

Fama orta incōtinenti poſt delictum, bene probat, ſecus ſi ex interuallo. nu. 7.

Teſtes ſine tempore deponentes, non probant, quando tempus eſt de ſubſtantia actus. nu. 7.

Teſtes probantes famam debent eſſe omni exceptione maiores, & talis qualitas debet articulari, & probari. nu. 8.

Fama negatiua tollit famam delicti affirmatiuam. nu. 9.

Incertitudo mandatarij tollit potentiam procedendi contra mandantem. nu. 11.

Teſtes deponentes contra mandantem, nihil probant, niſi etiam de mandatario. nu. 11. *ver. Imò depoſitio.*

Mandatarij contumacia non ſufficit ad hoc, vt poſſit procedi contra mandantem. nu. 11.

Inuerisſimile, quod eſt, pro falſo, & incredibile reputatur. numero 12.

Querela præſumitur calumnioſa, quando eſt data diu poſt commiſſum delictum. nu. 13.

Raptus pœna non habet locum data inhoneſtate mulieris raptę, & iſto caſu per quem honeſtas, ſiue in honeſtas probanda ſit. nu. 14.

Honeſtatis, & bonitatis qualitas eſt inſita à natura, & ideo præſumendum. nu. 14.

Qualitas requiſita à lege pœnali debet in primis per fiſcum probari ad hoc, vt pœna legis locum habeat. n. 14. *in fine.*

Meretrix, & inhoneſta vno tempore, præſumitur etiam inhoneſta alio tempore. nu. 15.

Mulieris inhoneſtas valde præſumitur ex inhoneſtate parētum. nu. 15. *in fine.*

Mulieris vita inhoneſta probatur per teſtes, & participes criminis. nu. 16.

Fornicatio probatur per confeſſionem partis. nu. 17.

Teſtes ſingulares probant confeſſionem extraiudicialem. numero 18.

Meretri-

Meretricem quem eſſe probatur per publicã vocem, & famam, num. 19.

Producens ſcripturam cenſetur fateri omnia contenta in ea, numero 20.

Epiſtola probat contra ſcribentem, nu, 21.

Raptus pœna non habet locum, data voluntate mulieris, & ceſſante violentia, nu, 22.

CONSILIVM XXIV.

1 ADSIT DEVS. Si fiſcus ſuper prætenſo raptu contra D. Intentato, facit fundamẽtum in proceſſu in partibus fabricato, & ad vrbẽ tranſmiſſo per Illuſtrem D. Comitem Auerſę, & tunc dicitur, quod cũ teſtes in eo examinati, fuerint recepti, parte nõ citata, nullam ideo contra ipſum inducunt probationem, ſed nec etiam prę ſumptionem, vel indicium, etiam leue. Bart. *in l. maritus. nu. 3. in fin. ff. de quaſt.* Abb. *in c. 2. nu. 14. & ibi etiam* Aret. *in 1. notab.* Felyn. *nu. 3. verſ. & iſtud idem. extra de teſtib.* Aret. *in l. 2. nn. 4. ante med. ver. quod probatur ratione. C. de eden.* Felyn. *in c. cum dilecti. ſub nu. 9. de accuſ.* Marſ. *in l. 1. §. Diuus Antoninus. nu. 1. prope finem. verſ. aut ratione ordinis. ff. de quaſt.* Alber. de Malet. *in tract. de teſtib. c. 7. nu. 48. verſ. ſi autem teſtis.* Oſaſc. *deci. Pedem. 38. nu. 19. & ſeqq.* vbi ampliat etiam in delictis occultis, in quibus præſumptiua ſufficit probatio, & teſtatur de communi opinione.

2 Si vero facit fundamentum idem fiſcus in teſtibus examinatis in Vrbe, & ad faciem dicti Abbatis confrontatis; & tunc, licet prima facie videretur forſan dicẽdum, ex eorum depoſitionibus poſſe deueniri ad torturam, cum deponãt de publica voce & fama; quæ iuncta poſtmodũ cõfeſſione eiuſdem D. Abbatis, dicentis, ſe carnaliter cognouiſſe Catherinam, quæ pętenditur rapta, ipſique ſubminiſtraſſe aliqua alimenta poſt ingreſſum in Monaſterium; facit de iure ſic adminiculata indicium ad torturam, ſecundum Gand. *in tit. de quaſt. num. 39. ad med. verſic. Vnde ſi præter famam eſſet aliquod indicium, & d. num. 39. in fine. verſic. verum ſi præter famam.* Vbi quod tunc res non habet difficultatem. Angel. *de malef. in verb. quod fama publica præced. num. 41. verſic. ſed iuncta cum alijs,* & ibi Auguſt. *in addit. in prin.* Vbi etiam ad idem allegat Guid. de Suzzar. *in trac. de malef. in rubr. qualiter reus ſubiciatur torm. pariter in prin.* Brun. *de indic. & tortur. par. 1. quaſt. 3. num. 32.* Carer. *in pract. in 2. tract. de ind. & tortur. §. ſecundum indicium. num. 1. in fine. verſ. cum alijs ergo adminiculis.* Iacobin. Nouell. *reg. 4. in 1. fallen.* & de obſeruata opinione teſtatur poſt alios Cla. *in prac. §. fi. q. 21. verſ. fama ſola.*

3 Rectius tamen intuenti contrariũ multo verius apparebit; fama enim mendax, & vt plurimum, fallax eſt, nec vnquam veri aliquid afferre, quin in ſe etiam aliquid vitij, & mẽdacij habeat, teſte Tiraq. *in tract. de pœnis temperandis. q. 27. nn. 4.* eſt res fragilis pernicioſa, & vt plurimum trãſmiſſa ab ijs, qui nocere cupiunt, vt inquit Pariſ. de Put. *in tract. ſind. in verbo, tortura, c. 10. num. 4. verſ. Quia fama,* & ideo niſi fuerit ſolida, inconcuſſa, creſcens, in nullo labefactata, non leuis, nõ vaga, & non contraria, illius teſtimonium facile proſternitur. Bellam. *in c. ipſi Apoſtol. num. 8. 2. q. 7.* Bald. *conſ. 77. nn. 8. lib. 3.* Alba. *conſ. 72. conſtat. nu. 6.* Curt. iun. *conſ. 17.*

4 Et licet rurſus teſtes, ſuper fama deponentes, non ſit neceſſe, quod dicant, ſe audiuiſſe à maiori parte populi, dummodo dicant ſe audiuiſſe, ita publicè dici, prout videntur deponere teſtes in præſenti cauſa examinari, ſecundum opinionem Bald. *in c. litteras, nu. 2. de præſumpt.* quam in prac. ſeruari, præſertim in Curia Romana, teſtantur Caſſa. *deciſ. 3. num. 7. tit. de probat.* Pariſ. *conſ. 52. in fine. lib. 3.* Hier. de Monte. *in tract. de finib. Regen. q. 56. nu. 4.* Clar. *in pract. §. fi. q. 6. uerſ. debent etiam dicere.* Burſat. *conſ. 87. nu. 47. uol. 1.* vbi teſtatur de magis ſeruata opinione. Multa tamen alia requiruntur à iure, & communiter à Doctoribus adhoc, vt fama dicatur concludenter probata, quæ in teſtibus contra D. Abbatem examinatis, omninò deficiunt.

5 Primo enim teſtes, de fama deponẽtes, debẽt, etiam non interrogati, deponere de cauſa, vnde habuit originem fama; quia ſi cauſa, vnde ortum habuit fama, ſit vrgens, probabilis, veriſimilis, & inferens ad delictum, de quo inquiritur, facit indicium contra diffamatum: alias reputabitur vana vox populi, & nihil operabitur, vt per Parid. de Put. *in d. trac. ſindicat. uerb. tortura, c. 10. poſt nu. 1.* & in hoc omnes concordant, vt dicit Corn. *in conſ. 233. litera D. lib. 2.* Simanc. *in tract. de Hæret. c. 63. n. 16.* vbi de cõmuni, refert, & ſequitur Cla. *d. quaſt. 6. uerſ. Illud tamen in primis,* & poſt Clarũ Io. Mar. Monricell. *in Repert. Teſt. pag. 386. col. 2. uerſ. 4. & ſeqq.* vbi plures adducit concordantes. Ioann. Bapt. Bou. *de ſtatut a. præſcript. gl. 8. Publica uox, & fama. nu. 2.* & nouiſſimè Maſc. qui multos congerit, *in tracta. de probat. tomo 2. concl. 749. nu. 11. & ſeq.*

6 Secundo debent ijdem teſtes deponere, à quibus ſic publice dici audiuerint; Nam fama orta ab honeſtis, & fide dignis viris, bene operatur contra diffamatum; Orta autem ab incerto auctore, & multò magis ſi ab improbis, vel maleuolis, tãquam vana vox vulgi, & rumor in populo, nullum prorſus facit indicium, *in d. q. 6. uerſ. Amplius debent teſtes, &c.* vbi poſt Aret. *in c. cum oporteat. poſt nu. 58. uerſ. communiter tamen. extra de accuſat.* teſtatur de magis communi, & practicata opinione, & iterum idem Cla. *ibidem uerſ. ſed quid ſi, &c.* vbi ampliat, etiam, quod teſtes non ſint deſuper interrogati, pluribus comprobat, & ſequitur Maſcar. vbi ſupra, *concl. 748. nu. 5. et omnibus ſeqq.* Brunor. *conſ. crim. diuerſ. 115. nu. 45. lib. 2.* Cæph. *conſ. 225. nn. 38. ſeqq. lib. 2.* Anchar. Regien. Iun. *q. 55. nu. 16.*

7 Tertio debent deponere de tempore, quo orta fuit fama, Corn. *conſil. 221. num. 5. uol. 1.* fama enim orta incontinenti poſt delictum, facit indicium, iuncta cum alijs; ſecus, ſi ex interuallo. Gandin. *in rubr. à quo, uel à quibus poſſit fama incipere, numero 12. uerſic. quia fama quæ ſtatim orta non fuit.* Carer. *in pract. crimin. in tract. de ind. & tortur.*

Digitized by Google

tortur.§.ſecundum indicium.numero 12.Boſſ. in titulo, de partu ſuppoſ.num. 21.Hieronym.de Monte in tract.de finib.regen.c.16.numero 3.& vbi tempus eſt de ſubſtantia probationis, illud debet articulari, & probari l.matrem.C.de probatio. gloſſ.in cap.venerabilibus.de ſentent.excommunic.in ſexto. Bartol.& alij in l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff. de non.oper.nunciat.Ruyn.conſilio 92. numero octano, libro tertio, Bertran.conſi.1.num.26.par.1.Fabian. de Monte in tract.de emptio.& venditio. quæſtione quinta, num. 21. Neguſan. de pignor. ſecundo mēb. 5.partis.numero 44.Oſaſc.deciſ.Pedemon. 127.numero 6. & iſto caſu teſtes ſine tempore deponentes, nihil probant. Archid. in cap.nihilominus. ad finem, verſic.& hæc vera ſunt, & ibi etiam Præpoſ. numero 3.verſic.quod intelligit verum, & num. 10. verſic.immo ſi tempus eſt de ſubſtantia.tertia, quæſt. 9.Caccialup.in l.admonendi.ſub numero 66. ff. de iureiur.Crot.de teſtib.nu.324. Nepos in tracta.de except.art.19.nu.2. Bagarot. in tract.de teſtib. nu. 63.Boſſ.in tit.de oppoſ.cont.teſtes.num.40. Bertaz. conſ.381.num.18.lib.1.

8 Quarto teſtes ſuper fama deponentes, debent eſſe integræ, & probatæ opinionis, & famæ, ac etiam omni exceptione maiores, prout eſt text. in capitulo, qualiter, & quando, extra de accuſat. Dec.in capit.1.numero 57.ſequentibus. de appellat. Gandin.in tit.qui ad fama probationem poſſ.et deb. admitti.numero 13. verſiculo debent ergo. Cæphal. conſilio 65.numero 47. ſequentibus, & numero 53. volum.primo. Natta conſilio 473. numero 22.Burſ. conſil.35.numero ſecundo, & vbi iſta qualitas habilitatis, & integritatis a iure in teſtibus requiritur, illa debet pariter articulari, & probari, & voluit etiam Angel.in l.uel necare.ff.quem. teſtam.aper. Moncad. in tit. de teſtib.numero 392. Pariſ. conſilio 59.in princip.libro 4.Hercul. in tract.de negat.num.155.Roland.conſi.84.nu.7.ſeqq.lib.3.& conſi.84.num.7.ſeqq.eodem lib.3.Gabr. tit.de prob. concluſ.11.num.6.

9 Quinto teſtibus, ſuper fama delicti contra aliquem deponentibus, omnis tollitur fides, quando adſunt alij teſtes, contrariam famam pro non delicto ad fauorem rei concludentes, quia in criminalibus fauore liberationis magis creditur duobus teſtibus de fama negatiue deponentibus, quam pluribus deponentibus de affirmatiua. Alexan. ad Bart. in l.de minore.§.plurium.numero 19.ſub litera D, ff. de quæſtion. Bald. in l.ea quidem. numero 54. C. de accuſat. Grammat. voto trigeſimoquarto, numero decimoſeptimo, verſiculo.& nihilominus Iaſ.Felyn. in capitulo tertio, numero 7.de probat.Iaſ. in conſilio 67. in iſtis inquiſitionibus.colum.fin. volum.4. Marſil. conſilio 2. numero 12.& conſilio 51.numero 13.libro 1.Boſſ.in titulo de mand.ad homicid.numero 45.Burſatus conſilio 12.numero 3.libro ſecundo, Corrad.in pract.titulo.de proceden.ante diffinit. & defenſ. numero 6. verſic.idem quoque dicas, &c.Roland.conſi.3.num. 58.ſeq.lib.1.

10 Sed ſic eſt, quod teſtes pro parte fiſci examinati contra D. Abbatem Stephanum, ſuper prętenſa fama delicti, de quo agitur, non deponunt de cauſa, & origine ipſius famæ, minuſque dicunt, a quibus perſonis ſic publicè dici audiuerint; nec concludunt de tempore; nec ſunt omni exceptione maiores, ſed pauperes, & viles; & demum habent contra ſe alios teſtes, non ſolum de contraria fama negatiua ſuper non delicto ſpecialiter deponentes, verum etiam ſuper bona fama, & vita in genere ipſius Domini Abbatis; Ergo, iſtis omnibus defectibus contra teſtes præfatos ſaltem ſimul iunctis, cum tamen vnaquæque ſola exceptio de ſe ad illos repellendos ſufficeret, quod nullum omnino faciant indicium, apertiſſimè concludendum eſt, per præallegata.

11 Et licet præmiſſa ſola ſatis ſuperque ſufficerent ad victoriam, quia tamen campus innocentiæ iſtius Domini Abbatis latiſſimus eſt, adhuc dico, quod dato, quod omnia ſupra conſiderata ceſſarent, prout certè fortiter vrgent, non tamen poteſt de iure ipſe Dominus Abbas, niſi in totum abſolui, & liberati ex infraſcriptis. Primo, quia querelans inculpat Dominum Abbatem, quod rapi fecerit Catharinam eius uxorē; ſed qui fuerint raptores, non exptimit, nec in proceſſu apparent, Vnde data incertitudine mādatarij, reſultat impotentia procedendi contra prætenſum mandantem, vulgata l.ſi is qui rem.la 2.§.ſi Titium, & ibi Bartol.ff.de furt.Pariſ.conſilio 171.num.10. nolum.4. Marſil. conſilio 49. numero vndecimo, ſequentibus, libro primo.Foller.in practi. crimin.verſ.capiat informationem, numero 70.Boſ. in titulo, de delict.numero 35.ſeqq.Burſat.conſi.20. numero 2.ſeqq.volum.1.Menoch.de arbitrar. quæſtion.caſu 352.numero 15. Immo depoſitio teſtis aliquid deponentis contra mandantem, nihil valet, niſi de mandatario deponat.Boſſ.d.titu.de delict.numero 59.& in titu. de manda. ad homicid. numero 37.Menoch.ubi ſupra, caſu 349. num. 14. Gabr.concluſ.1.num.39.lib.7. Et in tantum vera præmiſſa ſunt, vt non ſufficiat de mandatario conſtare per prę ſumptiones, & indicia, niſi de illo conſtet plenè, verè, & certè.idem Boſſ.d.tit.de delict.numero 36.in fine. Menoch. d.caſu 349.nu. 13.& caſu 352.num. 15. Immo non ſufficit contumacia mandatarij, niſi illius uera & propria confeſſio habeatur, ſecundum opinionem Bart. in d.§.ſi tu Titium.quem omnes communiter ſequuntur, teſte Alexand.ibi in additione. Burſat. d.conſilio 20.numero ſecundo, ſequen.libro primo.Maſcard. de probatio.concluſione 169.numero decimoſeptimo, tomo 1. Sed in caſu noſtro de præmiſſis raptoribus non conſtat, nec verè, nec præſumptiuè, ergo, &c.

12 Secundo, querela Matthiæ eſt vndequaque inueriſimilis, & minimè attendenda; dicit enim, quod Dominus Abbas fecit rapere Catherinam eius vxorem, & tamen in proceſſu conſtat, quod ante prætenſum raptum, nunquam D. Abbas vidit iſtam Catherinam; Immo, & quod plus eſt, nunquam fuit in terra villæ, vnde prætendit rapta: conſideret ergo Dominus Iudex, quàm ſit ueriſimile, quod quis faciat rapere mulierem, quam nunquam uiderit; aut

Digitized by Google

alloquutus fuerit ex loco, præſertim longinquo per triginta milliaria, quę diſtant a villa ad ciuitarem Iſerniæ, vbi commorabatur ipſe; & quod inueriſimile eſt, pro falſo, & incredibili habetur, quia inueriſimilitudo eſt ſpecies falſitaris. *l. marcius. in principio. ff. de leg. ſecundo. l. qui filium. ff. de legat. tertio.* Baldus *in l. prima, colum. tertia. C. de ſeruis fugit.* latè Tiraquel. *in l. ſi vnquam. in præfatione. numero trigeſimoſeptimo, & pluribus ſequentibus. C. de reuocan. donat.* Et ad tollendum fidem probarionis, paria ſunt, quem dicere falſum, vel inueriſimile. Roland. *conſilio ſeptimo, numero decimoſeptimo. volum. primo, & conſilio ſeptuageſimo tertio, numero trigeſimooctauo, volum. ſecundo, et conſilio vigeſimoſeptimo, numero vigeſimotertio, volum. tertio.* Crauet. *conſil. crimina. diuerſ. 116. numero 16. ſ. q. tomo ſecundo.* Menoch. *de arbitrar. quæſ. caſu 424. numero 59.*

13 Tertio eadem querela apparet de falſo ſuſpecta, & calumnioſa, quia fuit dara per tres annos poſt prætenſum raptum. *l. 2. §. ſi quis. ff. ſi quis caut.* Bald. *conſilio trigeſimoſeptimo, in fine. libro primo,* Caſon. *de iudic. & tortur. tractat. octauo, capitulo primo, Rubric: de dicto offenſi, & delinquentis numero nono.* Boer. *deciſion. 42. numero vigeſimo.* Aymon. *conſilio 75. numero 9.* Foller. *in pract. criminа. verbo, item quod commiſit falſitatem. numero 18.* Plot. *de in lit. iurau. §. ſi numero 11.* Cæphal. *conſi. 287. numero 13.* Vulpell. *conſilio 94. num. 15.* ſi enim Marthiæ fuir rapta eius vxor, cur tacuit per tres annos? & cur tempore prætenſi raptus non dedir querelam?

14 Raptus querela non habet locum, vbi mulier, quæ fuit rapta, erat inhoneſtæ vitæ. gloſſ. *in l. 1. in princ. in verb. honeſtarum. C. de raptu virgin. & in §. item lex Iulia. in verbo, viduam. inſtitut. de public. iudic.* Marſil. *in l. maritus. numero 57. ff. de quæſtion. & in Rubr. de fideiuſſor. numero 176.* latè Cæphal. *conſilio 140. lib. 1.* Corrad. *in pract. titul. de rapt. numero 11. verſ. limita ſecundo.* Et in tantum eſt vera hæc concluſio, quod licet regulariter omnis mulier a iure præſumatur bona, & honeſta, cum qualiras bonitatis, & honeſtatis ſit inſita a natura. *l. cum quidam. 2. ff. de leg. 2. cum ſimil.* in caſu tamen noſtro ſecus erit, quia cum qualitas hæc requiratur a lege, per partem allegata, probanda erit, & non præſumetur. ſic in terminis reſpondet Cæpol. *conſil. crimin. 58. num. 7. in fine. verſic. ita in propoſito eſt dicendum, & numero ſequen. refert. & ſequitur* Rolan. *conſi. 87. nu. 10. vol. 3.* Marſil. *ſing. 187. ad fin. & conſi. 96. nu. 4.* Andr. Gayl. *de pace public. c. 13. nu. 7. lib. 1.* Berrazz. *conſil. 50. per totum. lib. 1.* vbi de communi. Burſar. *conſil. 69. nu. 4.* vbi pariter de communi teſtatur. *lib. 1.* & vbi pœna a lege in aliquo caſu qualificato requiritur, pœna ipſa locum non habet, niſi per fiſcum probata illa qualitate. Io. And. & alij *in c. 1. de homicid. in ſexto.* Marſil. *ſing. 187 incip. Qualitas appoſita.* Petr. a Placha. *in Epith. delict. c. 19. num. 27. ſub verſ. cæterum,* ex Thob. Non. *conſi. crim. diuerſ. 152. num. 1. lib. 1.*

15 Et nihilominus, quod iſta Catherina quæ prætenditur rapta, eſſet inhoneſtæ vitæ tempore prætenſi raptus, & etiam ante, apparet primo ex fide R. P. D. Riparolæ, & aliorum gubernatorum Domus, in actis producta, dicentium, quod tempore, quo fuit nuptui tradita Marthiæ querelanti, erat corrupta, & deflorata. Vnde ſuccedit Regula, quod meretrix, & inhoneſta vno tempore, præſumatur etiam meretrix, & inhoneſta alio tempore; quia de præſenri præſumit in futurū. *vulgata regula, ſemel malus, de regul. iur. in ſexto,* & ſi, vt dicunt Doctores, ad excuſandum quem a raptu, vel ſtupro, inhoneſta vita parentum mulieris, quæ vel ſtuprata, vel rapta prætenditur, arguit etiam inhoneſtatem in ipſa muliere, vt in terminis per Cæphal. *d. conſilio 140. numero tertio,* & per Maſcard. *de probation. concluſio. 1063. numero 34.* Ergo multo magis inhoneſtas præſumetur ex vita antea acta ipſius mulieris.

16 Secundo hoc idem aperte probatur per plures teſtes in ciuitate Iſerniæ, per Reuerendiſſimum Dominum Epiſcopum, ſiue eius Dominum Vicarium examinatos, inter quos adeſt etiam vnus teſtis, qui immediatè ſępius hāc Catherinam carnaliter cognouiſſe deponit: & per teſtes probari inhoneſtam vitam mulieris, etiam quod ſint inhoneſtatis, & criminis participes, probat text. *in cap. continebatur. ibi, veris ſtandum eſt, vbi gloſſ.* Abb. & Doct. *extra de deſponſ. impuber.* Gandin. *in titu. quomodo de delictis cognoſcen. per inquiſit. numero 12.* Alex. *conſi. 13. attentis his. in fine, lib. 6.* Gram. *conſi. 58. nu. 19. ſequentibus.* Natta *conſi. 205. num. 4.* Ioann. Mar. Monticel. *in ſua pract. crimin. regul. quarta, numero 30.* Tiraquel. *de retract. conſangui. §. 4. gloſſ. 1. verbo, admittatur ad probationem. nu. 3.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſ. 1063. nu. 26. ſeq.*

17 Tertio probatur per propriam, & iudicialem ipſius Catherinæ confeſſionem, examinatæ ab eodem Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Iſerniæ, ſiue eius Domino Vicario, de qua in actis; per quam quidem confeſſionem probari fornicationem, probat gloſſ. vltima *in l. capite quinto,* vbi etiam Bartol. *ff. de adulter.* Socin. Iun. *conſil. 37. numero 16. in fine. verſic. item & ſecundo probatur, & numero 17. & ſeqq. volum. 2.* Bero. *quæſt. 84. num. 7.*

18 Quarto probatur etiam per extraiudicialem confeſſionem eiuſdem Catherinæ, de qua deponunt concludentiſſimè teſtes examinati ad defenſam d. Abbatis, qui teſtes licet forſan ſint ſingulares loco, & tempore, coniunguntur tamen, & plenè probant extraiudicialem cōfeſſionem, Pariſ. *conſi. 57. num. 19. lib. 4.* Socin. iun. *conſi. 178. numero ſexto, libro ſecundo, conſi. crimin. diuerſ. 82. num. 10. & conſil. 85. numero ſecundo, verſic. postremo, & num. 21. vbi de communi. tomo ſecundo.* Rolandus *conſilio 82. numero 41. ſequentibus. volum. 2.* vbi de magis communi. Deciſ. Peruſ. *quæſt. par. 1. ferè per totam, vbi nu. 15.* pariter teſtatur de receptiſſima opinione.

19 Quinto per publicam vocem, & famā, de qua deponūt ijdē teſtes pro Abbate examinati, per quā famā bene probari meretricem, dicit Alex.

d. conſi.

*d.conſ.13.in fin.lib.*6.Natta *d.conſi.*205.*nu.*3.Cæpha.*conſ.*140.*nu.*28. vbi loquitur in terminis ad excuſandum inquiſitum a raptu.

20 Sexto per memoriale porrectum ab ipſa Catherina de anno 1584. Dum ſupplicauit Reuerendiſſimo Domino Epiſcopo Iserniæ, vt illam in Monaſterio ingredi poſſe, mandet. In quo quidem memoriali, ſatis ſe inhoneſtam & dicit, & fatetur; & ſic vltra expreſſam confeſsionem tam iudicialem, quam extraiudicialẽ ipſius Catherinæ ſuper eius inhoneſtate, habemus etiam & aliam tacitam confeſſionem, ex porrectione dicti memorialis reſultantem, cum producens ſcripturam tacitè dicatur fateri omnia in ea contenta. Bald.*conſil.*349.*numero* 5.*libro* 1.*& conſilio* 317.*numero* 1.*lib.*5.Aymon.*conſil.*201.*numero* 6.*& conſ.*80.*eodem nu.*6.Affli.*deciſ.*25.*num.*5.Patiſ.*conſi.*125.*nu.*2.*lib.*1.

21 Septimo habemus epiſtolam ſcriptam manu propria ipſius Matthiæ querelantis, & in actis productam, in qua apertè innuit, ſe ſcire inhoneſtam vitam Catherinæ ſuę vxoris, vt patet in illis verbis; *Di quanto dico ſij la mia, to mento per la gola, che non fuiti mai mia.* & paulo infra. *Ma chi naſce di gallina conuiene che raſpi: ſi che attendete; per ſin hora vi è toruata bene ogni coſa, &c.* Quæ quidem Epiſtola cum ſit ſcripta, & ſubſcripta manu ipſius Matthæi, plenè probat contra ipſũ. *l.Publia*, vbi Caſtrenſis, & alij.*ff.depoſiti.c.fin.* ubi Abb.Butr.Imolen.& omnes, *extra de confeſ.* Bal. *in l.1.circa finem.ff.de interrog.action.* Gabriel *tit. de confeſſ.concluſione* 1.*numero* 54. vbi alios congerit. Data igitur inhoneſta vita mulieris, quæ prætenditur rapta, ceſſat omnis pœna, per præallegata.

22 Et demum non omitto, quod tam per teſtes ad defenſam examinatos hic in Vrbe, quam etiam per teſtes examinatos in partibus per Dominum Vicarium Reuerẽdiſſimi Epiſcopi Iſernien. ac etiam per propriam confeſſionem ipſius Catherinę iudicialem, & extraiudicialem, & per memoriale pro eius parte porrectum, de quo ſupra, concludenter apparet, quod ipſa ſponte diſceſſit a terra villæ, & contulit ſe ad ciuitatem Iſerniæ. Vnde dato ſpontaneo, & voluntario receſſu, ceſſat omnis raptus, & eius pœna, quæ ſine violentia non habet locum.§.*item lex Iulia. verſiculo, ſin autem per vim.inſtit. de publ.iud.* Bal. *in l.ſed eximendi.ff. ne quis eum qui in ius vocatus.* Goffred.*in ſumma de rapt.§.raptor.Conſil.crimin. diuerſ.*40.*numero* 27.*& ſequentibus, & conſilio* 59.*numero* 30.*par.*1.*in* 4. Marſil. *in l.*1.*numero* 14. & ante eum Cyn. *in vltima oppoſitione. in fine. C. de rapt. virgin.* Mattheſ. *notab.* 100. *Nota textum quem pauci ſciunt*, & alibi ſæpè Doctores. Et ita vt ſupra iſte Abbas fuit abſolutus, & dimiſſus.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius.I.C.Rom.

ARGVMENTVM.

Agitur in hoc conſilio de probatione delicti facienda per ſcripturam, in qua multæ notabiles concluſiones explicantur, necnon etiam de probatione criminis ex præparatorijs ad actum: ad effectum puniendi Clericum in priuatione beneficiorum: & de effectu torturæ in purgandis indicijs.

SVMMARIVM.

Copula carnalis probatur ex venerijs, & propinquis actibus, numero 1. præſertim, quando ciuiliter agitur, ibidem, & in addit.litera a. Ubi remiſsiuè ponitur tota materia probationis copulæ carnalis.

Sodomiæ crimen probatur ex oſculis, amplexibus, & ſimilibus præparatorijs, quando ciuiliter agitur. numero 1.

Clericus ſodomita priuatur beneficijs, numero ſecundo, & numero 8. & in additione litera b. Ubi quod vigore Bullæ Pij Quinti traditur Curiæ ſæculari, & numero 30. & num.58.

Clericus pro attentato crimine nefando, beneficijs priuandus eſt, num.2. & ſeq.

Clericus pro quocunque graui crimine priuatur beneficijs, nu. 2. in fine, & num.30. & num.59. & num.61. vbi etiam quando crimen dicatur graue.

Sodomiæ crimen quomodo puniatur, ſi fuit attentatum, & non perfectum, nu.3. & nu.33.

Pœna mortis, vbi imponitur a iure ciuili de iure Canonico imponitur pœna priuationis beneficiorum, numero 3. in fine.

Deportationis loco hodie ſucceſsit bannum, numero 4. & in addit.litera c.

Clericus perpetuo bannitus beneficijs priuandus eſt, numero quarto.

Hæreticus eſt nedum ille, qui malè ſentit in articulis fidei, ſed etiam ille, qui habet peruerſa Dogmata, & gignit falſas opiniones, & ideo qui dicit fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum, hæreticus eſt, numero 5. 60. & 66.

Teſtes ſingulares probant vitam hominis, & eius infamiam, num.6.

Patronus beneficij poteſt, & tenetur non ſolum ciuiliter, ſed etiam criminaliter accuſare Rectorem Eccleſiæ, in qua eſt patronus de crimine excepto, & famoſo, num. 7. contra numero 21. Vbi quod non poteſt niſi ciuiliter accuſare.

Crimina excepta ſunt Simonia, hæreſis, & ſimilia, numero 7. in fine.

Cauſa dicitur ciuilis, quando agitur ad pœnam priuationis, nu. 9. Declara, vt in addit.litera d.

Oſcula ſunt præparamenta actus Venerei, nu.10.

Scriptura priuata probat contra ſcribentem, numero decimoprimo, & in additione, litera e vbi, an probet delictum, & quando.

Scriptũra reperta pœnes aliquem præſumitur ſcripta de eius ordine, nu. 11.

Delicta probantur per inſtrumentum, & ſcripturam, maximè vbi de crimine non agitur criminaliter, ſed ciuiliter, numero 11. verſic. nec eſt nouum, & in additione litera f. & litera g. vbi de materia, & numero 23. & 27. & in addit. litera t. & numero 29. & 30. & 37. 40. ſeq. 63. & ſeqq.

Actus interpretari ſemper debet, ut excludat delictum potius, quàm illud includat, nu. 12.

Verba quando aliqualiter ſonant in delictum, ſunt potius interpretanda in malam partem, quam in bonam, numero 13.

Delictum præſumitur in ijs, quæ ſunt de genere prohibitorum, nu. 14. Declara, vt in addit. litera h.

Sodomiticum dictum licet de ſe ſolum non faciat indicium ad torturam, facit tamen indicium, iunctis adminiculis, numero 15. & ſequen. & in additione, litera i. Vbi de materia.

Indicium ad torturam eſt minus, quam ſemiplena probatio, num. 16.

Teſtes tentati ad deponendum falſum, dicuntur probare ſubornationem, numero 16. ad finem, & in additione, litera l.

Præſumptiones plures faciunt plenam probationem, quando agitur ciuiliter, nu. 17. & ſequen. & in addit. litera m. & & num. 20.

Probatio per argumenta ſufficit in delictis occultis, & difficilis probationis, numero 17. verſic. maximè cum ſimus.

Fama cum vno teſte ſufficit ad condemnationem, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, numero 18. & in additione litera n.

Tortura non purgat indicia, quando non fuit data ſuper delicto principali, ſtante proteſtatione, numero 19. & num. 51. Fallit, niſi proteſtatio fuerit facto contraria, numero 38. & num. 28.

Mulier ſicut propter adulterium perdit dotem, ita & propter oſculum luxurioſum, numero 20. & in additione, litera o.

Clericus de delicto enormi diffamatus, ratione ſcandali priuandus eſt beneficio, nu. 21. & 58.

Delictum extrinſecum non probatur per ſcripturam, licet bene ex ea ſumatur adminiculum, nu. 23. 27. 40.

Sodomia non probatur ex ſolu confeſſione rei, niſi conſtet delictum eſſe commiſſum, vel per euidentiam facti, vel per teſtem, vel per indicia, numero 23. declara, ut numero 68.

Clericus non poteſt torqueri, niſi concurrente diffamatione, num. 24. & in addit. litera p.

Tortura purgat probationes, & indicia indubitata, quia tortus perſiſtens, puram veritatem dixiſſe præſumitur, numero 24. 38. 42. 45. Intellige quoad pœnam ordinariam, ſecus quoad extraordinariam, num. 50. & 69.

Confeſſio extraiudicialis reuocata non facit indicium ad torturam, nu. 25. & in addi. litera q. vbi de materia, qua etiam num. 34. 35.

Confeſſio dubia poteſt per confitentem declarari. num. 26. & in addit. litera r, declara, vt nu. 71.

Confitens occidiſſe hominem poterit ex interuallo ſuam confeſſionem declarare, & dicere, quod occidit ad defenſionem, num. 26. & in addit. litera s. Declara dummodo defenſionem probet, aliter ſecus, nu. 72.

Delictum nunquam eſt præſumendum, quando alia coniectura capi poteſt. nu. 26.

Delictum an, & quando probetur per inſtrumentum confeſſionis, nu. 27. & in addit. litera t. 41.

Pœna priuationis beneficij non imponitur, niſi vbi lex expreſſe dicit, nu. 30. in fine, & nu. 48.

Cedula non egreditur perſonam nominatam in ea, quando tractatur de pœna, nu. 31.

Pœnales caſus ſunt ſtricti iuris. nu. 32.

Apocha non præiudicat tertio, nu. 32. præſertim in pœnalibus. d. nu. 32.

Delictum adhoc, vt probetur per ſcripturam, duo requiruntur: Primum quod agatur de modico præiudicio; ſecundum, quod ſcriptura ſit authentica. nu. 37.

Delicta quæ facto committuntur, prout eſt ſodomia, homicidiũ, furtum adulterium, & ſimilia, non probantur per ſcripturam, nu. 40.

Coniuratio contra Principem probatur per conuentionem in ſcriptis redactam, nu. 40.

Scriptura probat adminicula delicti, ſub nu. 40.

Delicta, quæ conſiſtunt in animo, prout eſt hæreſis, ratificatio criminis, & ſimilia, probantur per ſcripturam, numero 40. in fine.

Indicia indubitata ſufficiunt ad condemnandum in pœnam extraordinariam, nu. 42.

Confeſſio extraiudicialis connumeratur inter indicia indubitata, nu. 43. Vbi quod ſufficit ad torquendum.

Confeſſio extraiudicialis facta coram iudice ſedente pro Tribunali ſufficit ad condemnandum in pœnam extraordinariam. Declara, vt nu. 44.

Oſcula Sacerdotum ſunt capienda in bonam partem, numero 46.

Actus ſemper capiendus in bonam partem, num. 46.

Clericus non priuatur beneficijs ex omni peccato mortali, etiã ſi ex eo ſequatur excommunicatio, numero 48. Declara, ut num. 62.

Clericus non priuatur beneficijs ſine cauſa, & cauſa debet eſſe magna, & manifeſta. nu. 48.

Socius criminis non dicitur, qui tantummodo ſe tentatum eſſe affirmauit; immo etiam quod delictum conſumaſſe dixerit, ſi non ſponte, ſed coactus fecerit, numero 52.

Socij criminis plures admittuntur etiam ad condemnandum in criminibus exceptis, num. 53. Vbi etiam idem in delictis occultis, & difficilis probationis.

Socij criminis dictum iuncta ſemiplena probatione, inducit plenam probationem, nu. 54.

Inueriſimile quod eſt, attendi non debet, nu. 55.

Præſumptiones, & coniecturæ habentur pro concludenti probatione in crimine occulto, in quo etiam ad eundem effectum plura imperfecta coniunguntur, numero 56.

Teſtes ſingulares iunctis coniecturis, & præſumptionibus plenè probant, nu. 57.

Teſtes ſingulares ſuper adulterio in genère probant, quod quis ſit adulter, & ſolitus adulteria committere, licet non probent hoc, vel illud adulterium, numero 57.

Teſtes ſingulares probant impudicam, & inhoneſtam vitam alicuius, num. 57. in fine.

Delictum dicitur graue, Vbi non agitur de modica re, & dolus interuenit. nu. 61.

Scriptura fabricata de conſenſu, & voluntate eius, contra quem producitur, plenè probat, nu. 64.

Scriptura probat delictum, quando illa de ſe eſt crimen, continetque intrinſecum delictum, num. 65.

Clerici delictum grauius eſt, quam delictum laici, numero 66. in fine.

Notorium dicitur illud, quod reſultat ex actis, numero 67.

Sodomiæ corpus delicti probatur coniecturis, numero ſexageſimooctauo.

Producendo ſcripturam, cenſetur acceptaſſe omnia contenta in eu, nu. 70.

Dolus arguitur ex actu clandeſtino, numero ſeptuageſimoprimo, in fine.

Temporè Fœlicis Recordationis Gregorij Decimitertij accidit inexcogitabilis ferè caſus, quod dum quidam Sacerdos, & Rector Eccleſię caperetur a Biroarijs in eiusdomo pro prætenſa affixione libelli famoſi, & alijs exceſſibus, clam idem Rector accepit ex eius caligis quandã ſchedulam quam lacerauit, & laceratam per feneſtrã proiecit. Subſtitutus Fiſcalis, qui capturæ præſens erat, hoc animaduertens, fruſta illius ſchedulæ ex via recolligi & inſimul accomodari, & conglutinari curauit, adeo quod bene quicquid ſcriptum erat, perſpiciebatur. Scripturæ autem tenor talis erat. Ioan. Virgilio, &c. *Con la preſente di mia mano dichiaro, & confeſſo, che tutte le carezze con baci, & altri toccamenti carnali, tanto dinanzi, come di dietro, che paſſorno, & tuttauia paſſano, & paſſaranno ſegretamente tra me, & meſier G. mio Padrone, il detto G. me l'ha fatto di buona volontà, & conſentimento, anzi con mia inſtanza, & delettatione, che io ne pigliano, & ſentino, ſino dal primo di, che venni in caſa ſua, & però io gli prometto di eſſergli ſempre amoreuole, & di compiacerlo di tutto quello, che lui vorrà del corpo mio, et di eſſergli perpetuamente ſecreto, & fedele, altrimente voglio eſſer ſottopoſto a tutte le pene Ciuili, & Canoniche, che lui meritaua.* Rector ſic ad carceres ductus, & examinatus faſſus fuit illam apocham fuiſſe eius manu ſcriptam. Verum contenta in ea audacter negauit, excuſans ſe, quod ita ſcripſit ioco, & ocioſè gratia experiendi calamum, prout pariter omnia alia ſibi imputata delicta bona fronte negabat, & tortus perſtitit, vt in diſcurſu Conſilij: Fuit dubitatum, An non obſtante tortura poſſit vigore ſchedulæ prædictæ eius manu ſcriptę, iure, ad inſtãtiã Patroni Eccleſię, cuius erat Rector, in pœnã priuationis illius Eccleſiæ priuati.

Reſponſum Proſperi Farinacij.

CONSILIVM XXV.

1 ADSIT DEVS. Quod ex Apocha, de qua in actis, concludentet probetur, Dominum G. nephandum crimen commiſiſſe cum illo Virgilio, conſtat ex eo, quod in eadem Apocha fatetur deueniſſe ad oſcula, ad amplexus, ad carnales tactus, & alias delectationes, qui quidem actus, tanquam Venerei, & propinqui, inducunt in carnali copula concludentem ipſius
a copulæ probationem [a], quæ directo fieri non poteſt. gloſſ. *in l. quod ait lex. verſic. in rebus*, vbi Bartol. *numero 2.* idem Bartol. *in l. capite quinto, numero 3. ff. de adulter.* Abb. *in capit. 3 loco. numero 4. verſic. & licet Bartol. de præſumpt. & in capitulo præterea. numero 2.* vbi etiam Felyn. *numero 4. in fine. extra de teſtibus*, idem Felyn. *in capitul. literis. numero 1. de præſumpt.* Dec. *conſil. 577. numero 3.* Socin. iun. *conſil. 32. numero 14. & ſequen. lib. 2.* Et in terminis ſodomiæ, quod ex oſculis, amplexibus, & ſimilibus præparatorijs ſufficienter probetur, eſt conſ. Pariſ. 163. *numero 1. & ſequen. libro 4.* Roland. *conſi. 50. numero 3. volum. 1.* potiſſimum, vbi de crimine agitur ciuiliter, prout in caſu noſtro, in quo ſolum agitur reſpectu patroni, ad priuationem beneficij. Mattheſ. *ſing. 119.* Corn. *conſ. 191. in fine. li. 4.* refert, & ſequitur Aymon. *conſi. 205. numero 20. & 21.* & eſt additio ad Bart. *in d. l. capite quinto. numero 2. uerſic. nota ergo. ff. de adulter.*

2 Probato igitur crimine nephando, neceſſario
b ſuccedit diſpoſitio [b] cap. *ut Clericorum. extra de adulter.* Ghirland. *de pœnis nefar. coit. quaeſ. 2. nu. 2. in fine. & quaeſt. 6. nu. 6.* Rebuff. *in pract. benefic. par. 3. tit. de mod. amitten. benefi. nu. 38.* Et dato, quod ex actibus prædictis non oriatur ſufficiens perfecti criminis probatio, ſed tantum eiuſdem criminis attentatio, adhuc dico, quod ex attentatione nephandi criminis Clericus priuandus eſt beneficijs: Vulgaris enim in iure eſt regula, quod pro quocunque graui crimine Clericus deponendus eſt, de qua per Abb. *in cap. at ſi Clerici. nu. 34. de iud. pract.* Rebuff. *ubi ſupra nu. 61.* Menoch. *de arbitr. q. caſu 266. nu. 6.*

3 Attentatio autem nephandi criminis, quod graue delictum reputetur, ex grauitate pęnæ cognoſci facile poteſt; Si enim ad actum proximũ deuentum eſt, cum ſimus in atrociſſimis, pari pęna, & ſic vltimo ſupplicio attentans punitur. Bar. *in l. 1. ff. de extraordin. crim.* ubi exemplificat in oſculis. Iul. Clar. *in §. ſodomia. uerſic. quaero nunquid*, vbi id procedere ait, nedum de iure communi, ſed fortè etiam de generali cõſuetudine. Menoch. *de arbitr. quaeſt. caſu 360. nu. 59.* Sin autem ad actum propinquum minimè eſt deuentum, pœna deportationis punitur attentans. *d. l. 1. §. qui puero. ff. de extraordin. crimin.* Vtroque caſu neceſſario ſuccedit priuatio beneficiorum. Nam vbi ius ciuile imponit pęnam mortis, ibi ius Canonicum imponit priuationem beneficiorum. Foller. *in pract. crimin. Canon. in uerbo, etſi confeſſi, aut conuicti ſint. nu. 60.*

4 Et ſi non mortis, ſed deportationis pœnam imponere velimus, deportationis autem pœna, cum non ſit in vſu, eiuſque loco ſucceſſerit per-
c petuum bannimentum [c], vt tradit Gramm. *uot. 59. num. 11.* Carrer. *in l. obſeruare. in princ. nu. 104. uerſic. remanet. C. quorum appellat.* Aym. *conſil. 220. nu. 3.* Placha *in Epithom. de lictor. cap. 44. nu. 1. lib. 1.* Clar. *in pract. quaeſt. 67. uerſi. deportatio*, neceſſario ſequitur beneficiorum priuatio, quia perpetuo bannitus beneficio priuandus eſt. Rebuff. *d. tit. de mod. amitten. benefi. par. 3. nu. 57.*

5 Et in omnem euentum dato, quod ex apocha illa nulla reſultaret nephandi criminis, ſiue eius attentationis probatio, negari tamen non poteſt, quin reſultet aliud particulare delictum, videlicet obligationis de continuando in peccato, quam ab illo Virgilio extorquere volebat; quæ quidem apocha, cum contineat obligationem continuandi in peccato, non ſolum diabolica reputanda eſt, ſed etiam, & hæreſim ſapiens; cum præſupponat, iura Canonica nedum permittere tale nephandum crimen, ſed etiam puniri pęnitentes; vnde ſuccedit cõcluſio illa, de qua per Clar. *in §. hæreſis, in princip.* Vbi quod hæ-

reticus eſt nedum ille, qui malè ſentit in articulis fidei, ſed etiam ille, qui habet peruerſum Dogma, & gignit falſas opiniones; & ideo qui dicit, fornicationem ſimplicem non eſſe peccatum, hereticus eſt, prout alias fuit deciſum in Capella Tholoſana, teſte Aufrer. *deciſ. 346.* & tradit Mãtua. *conſi. 239. nu. 8. lib. 2.*

Nec omitto, quod vltra dictam apocham; ex proceſſu conſtat, iſtum D. G. eſſe publicè diffamatum de tali delicto, & ſolitum talia committere, prout deponunt teſtes examinati, qui licet ſint ſingulares, probant tamen malam vitam hominis, & eius infamiam. Gabriel. *titulo de teſtibus concl. 2. nu. 39. & nu. 47.* Riminal. *conſi. crimen. diuerſ. numero 11. verſiculo, ſed & Alexand. & numero 16. tom. 2.*

Reſponſum Guidi Angeli Mengacij in eadem cauſa.

7 ADSIT DEVS. Patronus beneficij non ſolum poteſt agere contra Rectorem illius, etiam ab Epiſcopo præſentatum, vt priuetur beneficio propter ipſius inhoneſtam vitam, aut crimina per ipſum commiſſa, ac priuatione dignitatis, quinimò tenetur hoc facere; alias priuatur omni commodo, quod habet ex dicto beneficio, & non ſolum tenetur agere ciuiliter pro priuatione, vt eſt text. *in c. Maximilianus. 81. diſt. & in c. conſtitutum. 16. q. 1. & in c. filijs. 17. q. 4. & in c. qualiter, & quando. col. 2. de accuſ. & in c. Venerabilis. de offic. deleg.* Ac notant Abb. & Fely. & alij *in c. ex parte Adæ de teſtibus,* ac per Lambert. *de iure patronat. lib. 3. ar. 2. quæſt. 2. principali, circa finẽ.* Sed etiam criminaliter poteſt illũ accuſare, maximè quando crimen eſt de exceptis, vel famoſum, vel ſcandaloſum, ita notat Fely. *in c. ex parte, in 2. & 4. fallent. per text. in cap. Paulus, in fine. 2. quæſt. 7. & cap præſumuntur. cauſ. et quæſtio. eadem.* Simonia autem, hæreſis, & ſimilia, quod dicantur crimina excepta, & famoſa, voluit, prout inquit, gloſſ. *in dict. capit. ex parte Adæ,* Vbi etiam Felyn. *numero 2. fallen. 5. et in cap. de cætero. eod. tit. de teſtibus,* vbi gloſſ. & omnes, ac idem Felyn. *in 6. limitatione.*

8 Igitur cum Magnificus, ac Nobilis Dominus Franciſcus reperiat D. G. Rectorem beneficij, quod eſt de iure patronatus eiuſdem D. Franciſci, commiſiſſe nephandum crimen Sodomiæ, in domo dicti beneficij cũ maſculis, propter quod crimen de iure priuatur Clericus beneficio, vt eſt tex. & hoc ibi notant Abb. & Doctores *in c. Clerici, de exceſſ. Prælat.* & latè notat Diaz. Hiſp. *in ſua pract. crimin. contra Clericos. c. 80.* & per Fabian. de Monte Leone *in ſuo tract. de liter. arbitr. in tit. de crimine ſodomiæ. 4. p. num. 486.* & per Bermon. *in tractat. de public. concubi. in titu. de peccat. ſodom. numero 37.* Non eſt dubium, quod ipſe poteſt, imò tenetur agere contra ipſum, vt dicto beneficio priuetur.

3 Remanet ergo ſolũ, vt videamus, An ex his, quæ ſunt deducta in actis contra præfatum Dominum G. dicatur probatum, eundem tale delictum commiſiſſe, non dico quoad pœnam criminalem imponendam; ſed quoad pœnam priuationis dicti beneficij dumtaxat, quæ reputatur

d ciuilis [d], vt per Lambert. *in d. tract. de iure patron. libro 3. ar. 2. 3. quæſtio. 2. principali, facit cap. in ſumma. 2. quæſt. 7. & nota,* per Abb. *in cap. cum P. Man-*

e *conella, & in cap. illa, de accuſat. & in d. cap. ex parte. in tertia col. de teſtibus,* vbi etiam latè per omnes Doctores.

10 Et certè non videtur poſſe negari, quin probetur dictum Dominum G. tale crimen commiſiſſe; Nam licet, vt dicunt Doctores *in l. cum vir. maxime* Bart. *C. ad l. Iul. de adulter.* non ſit honeſtum loqui de tanto crimine, & ideo l. cum vir, non conſueuerit legi, propter inhoneſtatem tanti ſceleris, ac per Boſſ. *in titu. de ſtupr. deteſtan. in maſculos. in princ.* Nihilominus, quia non eſt tollerandum, quod tales crimino ſi adminiſtrent in Eccleſia Dei, vt inquit Abb. *in c. licet Hely. de ſimon. & in c. ex tuarũ. de purgat. Cano.* Ideo primo contra ipſum deducitur quædam obſceniſſima apocha, manu ſua ſcripta, ac penes eũdem reperta, ac per ipſum recognita; in qua fatetur, nephãdum commiſiſſe crimen cum Virgilio ſuo famulo, cum fateatur blanditias, oſcula; & carnales actus delectationis, a poſteriori etiam parte ſubſequutos; ſola enim oſcula in iure conſiderãtur tanquã præludia, ac præparamenta ipſius actus, vt inquit gloſſ. *in l. quod ait lex. ff. ad l. Iul. de adulter.* & eſt text. *in capit. nec aliqua. 27. quæſtion. 1.* Vbi etiam gloſſ. dum dicit, viſus, & alloquium, tactus, poſt oſcula factum; & ſic poſt oſcula nihil aliud ponit niſi factum. Et propterea, cum in dicta apocha poſt oſcula ponantur alij tactus carnales, certè non poteſt dari alius intellectus, niſi quod loquatur de ipſo actu, & ſic de crimine ipſo peximo.

11 Vnde ſtante eiuſdẽ confeſſione in dicta apocha manu ipſiuſmet ſcripta, ac recognita, non poteſt negari, quin dicatur pleniſſimè probatũ crimen huiuſmodi, vt per conſequens ſit priuandus dicto beneficio. Nam regulare eſt, quod ſeri-

c ptura etiam priuata [c], probat contra ſcribẽtem, quando eſt ab ipſa recognita, ac confeſſata. *l. ſcripturas. C. qui pot. in pigno. habe.* vbi Bar. ac Doctor. ac per Paul. de Caſtr. *in l. cum antiquitas. C. de teſtam.* ac latè per Gabr. *in titu. de probat. concluſ. 9. per totam.* Maximè cum iſta apocha fuerit penes dictum Dominũ G. reperta: quo caſu quicquid in ſe habet, præſumitur factum de ordine, & voluntate eiuſdem, vt per Alex. poſt Bald. ac Paul. de Caſtr. *in l. 2. ff. de pact. & in l. ſi vnus. C. de teſta.* Nec eſt nouum, quod delictum huiuſmodi pro-

f betur per inſtrumentum [f], vt per Bal. & Salyc. *in l. ſciant cuncti. C. de probatio.* ac per Felyn. *in capitulo, cum in Eccleſiis, de maiorit. & obedien. in vltima fallent.* Maximè, vbi non agitur de imponenda pena corporali, ſed priuationis, & ſic agi-

g tur de crimine ciuiliter [g], vt in propoſito p texr. *in cap. cum ad ſedem. de reſtitution. ſpoliat.* ac per eundem Felyn. *in d. cap. cum in Eccleſijs, in penultima fallen.*

Nec

12 Nec obſtat ſi dicatur, quod cum verba illa ſint
dubia, potius intelligi debeant de alijs tactibus
carnalibus, quam de ipſo actu, quia verba in du-
bio potius debent interpretari, vt excludant de-
lictum, quam ut includant, vt per Barbat. *conſil.*
77. col. 1. verſ. & adduci. uol. 4. ac per Marſi. *conſ. 2.*
in prin. nu. 1. & 5. & Abb. *conſil. 68. col. 2. uerſ. tertio*
probo. vol. 1.
13 Quia reſpondetur, & primo, quod regula illa
non procedit, quando verba ipſa aliqualiter ſo-
nant in delictum; nam tunc, quia non apparet
cauſa, propter quam quis poſſit exeuſari, præſu-
mitur delictum, ad notata per Bart. *in l. ſi quis ex*
argentarijs. §. an vero haredi. ff. de eden. uerſ. breui-
ter quidam, & ibi Ang. *in §. quod præter. uerſ. conclu*
de quod aut. ac per Alex. *conſi. 74. nu. 2. volum. 6.* ac
per Corn. *conſi. 28. col. fi. uerſ. nec obſtat. uol. 3.*
14 Secundo reſpondetur, quod illa regula non
procedit, vbi ſumus in his, quæ ſunt de genere
h prohibitorum [h]; nam tunc ſemper præſumitur
dolus, & delictum. *l. ſi non conuitij. C. de iniur. & l.*
1. C. ad l. Cornel. de ſicar. Alexand. *conſ. 93. colum. 2.*
verſic. nec obſtat. volum. 6. ac per Ioan. de Anan. *in*
cap. cum dilecti. col. 4. verſ. in gloſſa retorqueri. de ac-
cuſat. & ibi Ancharan. *col. 2. verſ. item per iſtud ca-*
pitulum, ac per Felyn. *in c. auditis. col. 18. verſic. ſed*
limit a. de præſcrip.
15 Et licet ex prædictis ſatis ſuperque probetur
delictum huiuſmodi, ad effectum, de quo agitur,
tamen coadiuuatur etiam ex alijs, quæ cõtra ip-
ſum deducta ſunt, & maximè ex depoſitione
vnius patientis, etiam facta in tortura, & in con
frontatione cum dicto Domino G. Quod dictũ
patientis, licet de per ſe nõ probet, nec faciat in-
i dicium [i] ad torturam contra imputatum de cri-
mine, vt per Marſil. *conſil. 28. nu. 16. 17. 18.* & per
Boſſ. *in tit. de indi. & conf. de. ante tortur. num. 160.*
Tamen iunctum cum alijs adminiculis, & ſic cũ
dicta apocha, indubitãter facit indicium, etiam
ad torturam in criminalibus, vt declarat Boſſ. *lo-*
co præallegato, & eſt in terminis *conſilium primum*
Io. de Anan. & per Bal. *in authen. ſed nouo iure. C.*
de ſeru. fugit. & per Calcan. *conſi. 109.*
16 Et licet indicium ad torturam ſit quid minus,
quã ſemiplena probatio in ciuilibus, ut per Cor.
conſil. 101. litera L, *uolum. 4.* ac per Clar. *§. fi. quæſt.*
20. in princ. Nihilominus coadiuuatur depoſitio
illius patientis, ac probatio apocæ ex depoſitio-
ne aliorum duorum teſtium, qui dicunt ſe ten-
tatos, ac quod cum illis ad actum proximum de-
uenit, ac quod recuſarunt, vt in ſimili dicitur de
teſtibus tentatis ad deponendũ falſum, qui ple-
nè dicuntur probare ſubornationem, ſic etiam,
l & ſodomiam [l], vt per Bal. *conſil. 97. vol. 5. ac conſi.*
429. uol. 3.
17 Ex quibus omnibus ſimul iunctis, non eſt du
bium, quod oritur talis probatio, quæ ſaltẽ hoc
caſu, vbi de crimine ciuiliter agitur, ſufficit ad
condemnationem; nam in his ex pluribus præ-
m ſumptionibus, ac cõiectutis fit plena probatio,
vt per Bartol. *in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1.* Vbi
etiam Iaſ. *de eden.* & per Marſil. *in l. de minore. §.*
plurimum. colum. 14. ff. de quæſtion. Maximè cum
ſimus in occultis, in quibus propter difficulta-
tem probationis, lex cõtentatur leuioribus pro-
bationibus, etiam per argumenta, ac veriſimiles
coniecturas. *l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit.*
& per Paul. de Caſtr. *in l. admonendi. ff. de iureiur.*
ac per Bal. *in l. quicunque. C. de ſeru. fugit.* & Ange.
in l. ſi quis ex Argentarijs. ff. de eden. Honded. *conſi.*
27. nu. 13. & 14.
18 Et quod per plures præſumptiones, ac conie-
cturas, etiam in criminalibus, vbi de crimine ci-
uiliter agitur, dicatur probatum delictum, tradit
Gemin. *in c. 1. §. & quia. in gl. manifeſtos. de uſu. in*
ſexto. per gloſ. in capitulo, ueniens. colum. 1. de teſti-
bus, & Bal. *in d. l. ſi quis ex Argentarijs. §. 1.* Vbi di-
n cunt in criminalibus, quod fama [n] cum vno te-
ſte coniunguntur, ad faciendam plenam proba-
tionem, & Aret. *in c. veniens. colum. 7. & conſil. 13.*
colum. 6. & Dec. *conſi. 67. colum. penult.* & Ange. A-
ret. *conſi. 71. colum. 6. volum. 1.* crimin. allegat Bar.
in l. 1. §. idem Cota. ff. de quæſtion. & per Ludouic.
de Alfer. *conſ. 143. colum. 2. primo tomo crimin.* cum
alijs abundè allegatis per Riminal. *in conſil. 84.*
Hierens. inter conſil. crim. in uol. 2. a num. 17. vſque
ad num. 22.
19 Nec obſtat, quod dictus D. G. bis tortus
perſeuerauerit in negatiua; nam ſtante prote-
ſtatione Curiæ, quod non intendit ipſum tor-
quere ſuper probatis, perſeuerantia in ea nihil
operatur. Alber. *in rubric. ff. de quæſtion. colum. 2.*
Veronen. *conſil. 32. colum. penult.* Boſſ. *in titu. de*
ſentent. numero 70. & ita in inquiſito de homici-
dio, qui tortus fuerat, ac in negatiua perſeuera-
uerat, quod nihilominus ex pluribus indicijs di-
catur conuictus, non obſtante dicta perſeueran-
tia in negatiua, tenuit idem Riminal. *in d. conſil.*
84. a numero 12. vſque ad nu. 22. Vbi etiam vult,
quod idem eſſet, quamuis non eſſet talis prote-
ſtatio, vt per Caſtren. *in l. ſi quis in hoc genus. C.*
de Epiſcop. & Cleric. & per Bald. *in capit. ad no-*
ſtram. ad finem. Vbi etiam per Felyn. *de probat.*
& per Marſil. *ſingul. 108.* & per Parid. de Pur. *in*
tractat. ſindica. verſic. quidam latro, & per Carrer.
in l. obſernare. C. quor. app. non recip. num. 160. & Ri
minal. *in d. conſil. 84.* reſpondet omnibus, quæ in
contrarium adducuntur.
20 Et hæc omnia de plano procedunt in caſu no
ſtro, in quo verè probatur interueniſſe oſcula,
& complexus, & alios tactus carnales cum præ-
fato Virgilio, vt apparet ex Apocha prædicta,
vnde oritur violentiſſima præſumptio delicti
commiſſi, & actus conſumari, quæ ſufficiunt ad
condemnationem, cum de crimine ciuiliter aga-
tur, ad tex. *in cap. literis, de præſumption.* Vbi Abb.
& Doctores. Et in terminis tenent Doctores,
quod ſicut mulier propter adulterium priuatur
dote, *cap. plerumque. de iure dot.* ita etiam pro-
o pter oſculum [o] luxurioſum, & tactum mamilla-
rum, ita tenet Bald. *in capit. tua. de procurat.* ac
Doctor. maximè Ripa, Bologn. Mantua, & Mo-
der. *in rubric. C. de eden.* ac Ripa *in rubric. extra de*
iud. vbi dicunt, quod illud eſt, quia tunc præ-
ſumitur ad vltimum ex huiuſmodi uiolẽtis præ-
ſumptionibus, venturum eſſe.

Non omitto etiam, quod ex omnibus prædictis non poteſt uegari, quin dictus D.G. remaneat valde diffamatus de hoc delicto; Vnde propter hoc ſolum meretur priuari beneficio, propter enormitatem delicti, ac graue ſcandalũ, maximè cum ſe nõ purgauerit, ad notata per Abb. & alios *in c. licet Hely. de ſimon. & in c. ex tuarũ, ac c. inter. de purg. canon.* quia nõ debet infamatus de tam graui delicto adminiſtrare in Eccleſia Dei.

Reſponſum Horatij Hirutij in eadem cauſa.

22 ADSIT DEVS. Non eſt laborandum circa id, An Patronus poſſit accuſare Rectorem, quia poteſt ciuiliter ad priuationem, nõ tñ criminaliter, quicquid ex aduerſo dicatur, vt patet per ea, quæ ponit Lambert. *de iure patr. in li. 3. ar. 3. q. 2. princip.* poſt Abb. *in c. cum P. Manconella. de accuſa.* Sed videndum, an ſimus in caſu priuationis; quod non credo, quia aut prætẽditur D. G. poſſe condemnari ex eo ſolum, quod ſcripſit illam apocham, licèt otiosè, & ſine affectu; aut ex eo, quod prætendatur commiſiſſe crimen nephandum cum illo Virgilio, & hoc probetur ex illa ſcriptura; Scriptura enim nõ probat, inquit Dominus ex aduerſo ſcribens, nec credo probari poſſe in iure: Nam cum illa ſcriptura nemini innotuerit, imò ſtatim lacerata fuiſſet, nullum ſcandalum ortum fuit, nec oriri potuit; et ſi adhuc ſtaret, & nõ eſſet lacerata, nec reuocata, prout fuit, & reſultaret confeſſio extraiudicialis extrinſeci delicti, prout non reſultat, priuari non poſſet, ad notata *in c. quam ſit graue. de ex. eſ. Prælat. & conſi. Caſtlion. 8. nu. 12.*

23 Si vero ex apocha prętendatur cõſtare de cõfeſſione delicti commiſſi, & tunc primo dico, qđ iſta nuda ſcriptura non probat delictum, quod committitur, extrinſecum; non autem fabricando ſcripturam, licet ex ea ſumi poſſit adminiculum, & ita tenent communiter Doctores, & diſtinguendo firmat Bal. *videndus in l. ſciant cũcti. de probat. num. 7. verſ. Breuiter dicunt Doctores, &c.* Secundo huiuſmodi prętenſa confeſſio, quæ tali ſcriptura elicitur, non poteſt aliquid operari, quia licet ſumus in delicto, cuius non ſolent remanere aliqua veſtigia, tñ, quia tale delictũ ſolo animo non committitur ſicut hæreſis, ſed factũ requirit, ex ſola confeſſione, niſi concurrat querela partis, condemnari non poteſt, vt poſt Ange. & alios, quos citat, dixit Clar. *lib. 5. §. fi. quæſt. 15. verſ. quomodo autem, &c.* & ideo nuda confeſſio non ſufficit ad damnandum, niſi conſtet delictum commiſſum per euidentiam facti, vel per teſtem, vel ſaltem indicia, vt poſt Bar. Caſtr. Gãdin. Bald. Aſili. & alios refert, & ſequitur Boſſ. *in tit. de delict. nu. 15. & ſeqq. verſ. & hoc per rei inſpectionem, &c.* etiam ſi ciuiliter agatur, non concurrente querela, *vt ſub nu. 21.*

24 Secundo, & hoc tollit omnem difficultatem, in caſu noſtro non ſolum fuit illata, ſed etiam repetita, & forſan ſatis rigorosè, tortura contra Sacerdotem, & qui torqueri non poterat, nulla concurrente [p] diffamatione, vt dixit Abb. antiq. *in c. grauis. de depoſit.* Io. Andr. *in c. contemplatione. de reg. iur.* Anna, *in c. 1. de cler. percuſſ.* ex qua tortura, ex quo perſiſtit ſemper in negatione, clarũ eſt, quod fuerunt ſublata nõ ſolum indicia, quæ ex iſta apoca oriri potuiſſent, ſed etiam probationes pleniſsimæ, & perfectiſsimę, ſi adfuiſſent, perinde ac ſi verè non fuiſſent. Alber. de Roſa. *in rub. C. de quaſt. nu. 9. in l. edictum. ff. de quæſt.* Ang. *in tract. malef. in verſ. comparent dicti inquiſiti,* Cepoll. *conſ. 32,* Hippol. *ſing. 262. incipien. quod potui nolui, &c.* Grammat. *poſt alios in conſi. 64. nu. 10. & in verſ. 3. nu. 6.* credendumque eſt puram veritatem dixiſſe in tortura, & ita ſeruate totum Mundum, dixit Boer. *deciſ. 163. nu. 12.* Gramm. *deciſ. 8. poſt num. 9.* & ideo iudex debet facere annotare in proceſſu, quod fuerunt indicia purgata, & relaxate reum fideiuſſori, & ita eſſe communẽ practicam, dixit Marſil. *in l. repet. nu. 24. ff. de quæſt.* & poſt iſtos, & alios dixit Clar. *in li. 5. §. fi. quæſt. 64. verſ. illata reo tortura, &c.*

25 Quod tanto magis debet procedere in caſu noſtro, in quo illa cõfeſsio, quæ poterat oriri ex apoca iſta, fuerat ante acceptionem fiſci reuocata [q], & ex ea, nec ad torturam deueniri poterat, vt bene poſt Felyn. Innoc. Bal. & alios, dixit Io. de Iſern. *caut. 19.*

26 Quinimò ſupplicamus aduerti, quod cũ non conſtaret, nec conſtet de aliquo effectu nephãdi criminis ſubſequuto, vt ſemper prius cõſtare debet. *l. 1. § item illud. ff. ad ſillã.* & apocha potuerit ſcribi etiam otiosè, nullo ſequuto effectu, & potuerit trahi ad eſſe, & non eſſe, ad delictũ, & non delictum, certè per ipſum Dominum G. declarari [r] potuit, vt declarata fuit, quod otiosè ſcripta fuit, tex. & ibi omnes *in c. cum dilecti. de accuſ.* Per quem tex. in fortioribus dixit Bal. *in c. 1. § item ſi vaſſallus. in vlt. col. de contr. inueſt.* quod ſi quis in iudicio fuerit cõfeſſus ſe interfeciſſe hominem, poterit etiam ex interuallo ſuam confeſsionem declarare, quod fecit ad ſui defenſionem [ſ], vt ẽt refert, & ſequitur Thom. Grammat. *conſi. 69. nu. 3.* Cum igitur non ſit queſtio, an apocha illa nuda fuerit ſcripta, ſed an ſcriptura veritatem, & effectum contineat, & ita vnum, ſicut aliud, eſſe docuiſſet, ſtandum eſt interpretationi factæ, & ante torturam, & in tortura, per ſupradicta; & quia ſemper quando poteſt capi alia coniectura, quam delicti, ſiue doli, illa capi debet. Bartol. *in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de nou. oper. nunct.* Abb. *in c. in præſentia. extra de probat.* Innocen. *in c. dudum. de elect.* Alex. *conſi. 18. nu. 3. & 113. num. 44.* bene declarat Roman. *conſ. 68. incip. in Chriſti nomine,* & poſt iſtos, & alios Thom. Gramm. *not. 10. num. 30. & ſeqq.* Vbi bene explicat, & de communi teſtatur, quod potuit Reus etiam confeſſionem iuratam reuocare.

27 Nõ obſtat pręmiſsis, dum ex aduerſo dicitur, quòd delictum probatur, ẽt per inſtrumentum, quia regula eſt in contrarium, quando tractatur de delicto prouenienti non ex ſcriptura, ſed extrinſecus, ut dixit Bal. *in d. c. ſciant cuncti.* Ioann. Andr.

Digitized by Google

Andr.*in reg.ſemel.d reg.iur.* delictum enim eſt cui dens factum,& teſtibus,non teſtimonijs,probatur,vt per Felyn.*in c.cum in Eccleſiis.in prin.de ma iorit.& obedien.* Et licet Felin.ibidem *in vltima fal lent.*dicat,quod poteſt probati per inſtrumentũ
t confeſſionis factæ in iudicio,ᵗ tamen hoc non applicatur ad caſum,quia fiſcus non habet confeſſionem iudicialem D. G. quod ipſe commiſerit crimen nephandum,immo hoc ſemper negauit, & in tortura repetitur, & extra, ſed ſolum faſſus fuit nudam illã apocham ſcripſiſſe,& hoc otioſè feciſſe,& Felyn.& Bal.ante ipſum in *d.cap.ſciant,* quem citãt, loquuntur, vt videri poreſt,in caſu, in quo quis faſſus fuerit delictum, & de hac confeſſione adfuerat publicum,& legitimum inſtrumentum,quod longè differt à caſu noſtro.

Vnde cum in caſu noſtro adſit ſola ſcriptura extraiudicialis, non autem inſtrumentum fori, & confeſſionis iudicialis, circa prætenſum delictum nephandum,& ipſum non cõtrahatur ſcribẽdo,ſed extrinſeco facto,ceſſat illa fallentia poſita per Felyn.& alios *in d.l.ſciant cuncti,*& optimè declarat Saly.quem ſupplicamus videri *in d. l.ſciãt cuncti.C.de prob.ſub nu.4.ver.veritas eſt iſta, &c.*præſertim in illis verbis, aut inſtrumenrũ eſt extraiudiciale, & quod crimen conſiſtens in facto ſeparato ab inſtrumento, non probetur per inſtrumentum.de communi Butr.*in c.at ſi clerici. nu.14.de iud.*& ita ſeruari vti Euangelium, dixit Dyn.relatus per Clar.in *lib.5.§.fin.q.54.in princ.*

28 Similiter non obſtat,quod iudex,quando intulir torturam,proteſtatus fuit,quod faciebat citra præiudicium probatorum;Primo,quia,vt dixi,cum apocha non probet delictum, tanto magis, quãdo eſt laniara,reuocata, & dilacerata,vt dixi etiam ſi ſortitum non fuiſſet, nec cõdemnari poſſit ex prædictis,quod debet ſufficere.Secundo,quia proteſtatio fuit contraria facto,quæ nõ releuat.tex. *in cap.ſollicitudinem.in fine.* vbi Præpoſit.*extra de appellat.*& per Bart.& alios *in l.non ſolum.§.morte.ff.de nou.oper.nunciat.et in l pacta nouiſſima, vbi omnes. C. de pactis*, & Canoniſtæ *in c. cum M.Ferra.de conſt.* Nam fuit tortus,& pluries interrogatus in ſpecie circa Apochã, vr in copia examinis in ſecũdo folio in illis verbis,*& præſertim de ſcriptura manu ipſius Conſtituti confecta manifeſte apparet,&c.& fol.6.ibi,& etiam ex ſcriptura manu ipſius cõſtituti confecta,et doloſè lacerata,&c. & fol.7.ibi,ſcriptura,& ipſius laceratione,& fol.*10. Vbi apocha ſupradicta fuir ſcripta, & nihil mali fecit;imò fiſcus inſtetit procedi ad conſumationem rigoroſi examinis ſuper iſta Apocha,vt fol. 10. à tergo in illis verbis præſente Magnifico Procuratore Fiſcali,&c.

Reſponſum Auguſti Lazzarini in eadem cauſa.

ADSIT DEVS. Præſuppoſita Apocha manu D.G.ſcripta,& laccrata,& ab eo recognita; Præſuppoſita etiam tortura in eum illata pro habendis delictis,de quibus in proceſſu, & cum proteſtationibus,de quibus in actis,dubitatur per Dominum meum Iudicem; An ex ea proberur delictum ſodomiæ, ad effectum ipſum priuãdi beneficijs.Et dato abſque veri præiudicio,quod Apocha probaret delictum in Apocha contentum,An ex ea poſſit deueniri ad priuationem,vel potius veniat omnino abſoluendus?In quo quidem dubio reſpõdendũ eſt negariuè, ex Apocha delictum ſodomiæ etiam ad effectũ priuationis,non probari,& affirmatiuè,qđ D.G.venit omnino abſoluendus.Nã regulariter delictũ
29 non probatur per inſtrumẽtũ,vel aliam ſcripturam,*c.cum in Eccleſiis,& ibi gl.in verbo,authẽticas, de maiorit.& obedien.*Bart.*in l. Senatus.num. 2.ff. ad Trebell.*& iſta eſt communis opinio.Cla.*§.fin. q.54.in princ.*idem tenet Thom.Faſtol.*in deciſione Rotæ cauſ.1.in 1.dub.*

30 Nec obſtat,quod quando agitur de pęna corporali,& cui quis poruit ſe obligare,vel niſi agatur de crimine ciuiliter per inſtrumentum, vel aliam ſcripturam, probetur delictum, vt per Felyn.*in d.c.cum in Eccleſiis.in 2.&7.fallen.num.3. &8.* ſed cum in puncto dubitetur ſolum de priuatione beneficij, videtur concludi poſſe, quod ad iſtum effectum priuationis ſcripturæ probet delictum:Quia reſpondetur,quod,aut volumus dicere, quod dicta ſcriprura contineat delictum ſodomiæ, & ſic delictum graue, per quod graue delictum imponitur pœna priuationis,per text. *in cap.inuentum. 16.quæſt.7.* quam dicit notabilem Abb.*in cap.tua.de pœnis.*Diaz. *in verbo, beneficijs priuari,c.123.in prin.*& iſto caſu cõcludi debet,quod in Apocha non continetur,nec exprimirur hoc graue delictum ſodomiæ, & ſic non poteſt rractari de pœna priuarionis. Aut volumus dicere, prout cedula cantat, de oſculo, & blanditijs, & iſto caſu non poreſt tractari de pœna priuationis,tum ex eo, quod hæc non dicuntur delicta grauia, vt de ſe patet, & ſic non poteſt rractari de priuatione; tum ex eo, quod in clerico,& Presbytero ex ſupradictis non reperitur iure cautum,quod Clericus beneficijs priuetur,& pœna priuationis non imponitur,niſi lex hoc ex preſſe dicat.*§.cum igitur. authen. de non eligen.ſecundo nuben.*Bal.*per illum tex.in authen.ex teſtamento.col.penult.C.de ſec.nupt.*Dec.*conſil.90.col. 2.ibi,& hoc confirmatur,*vbi ad idem allegat glo.& Doctor.*in cap.fin.de iure patron.& in conſil.166.in princ.*

31 Secundo eſt conſiderandum,quod D.G.non ſcribit hanc cedulam ſub nomine proprio, & ad hunc effectum confitendi, quod ipſe oſculatus fuit Virgilium, vel actus laſciuos cum eodem habuerit;ſed ſcribit ſub nomine Virgilij, fingens, vel ponens Virgilium ita aſſerere, vel fateri; & cum ſit ſcripta ſub nomine alterius, non poteſt dici,quod illa prędiudicat D.G.Nec obſtat,quod videtur eadem, ſeu par ratio, cum ipſemet eandem ſcripſerit;quia reſpõderur primò,quod perſona eiuſdem D.G.& quod ita confiteatur, non legitur in eadem cedula; & cum ſimus in pœnalibus, ipſa cedula reſtringitur ſolum ad expreſſe contenta in eadem;nec extenditur ad perſonam

in eo

in eo non nominatam; & quando tractatur de pœna, cedula non debet egredi perſonam nominatam. Bal. *in l. 1. nu. 4. C. de his, quæ pœnæ nomine*, & in pœnis non recceditur à perſona. Paul. de Caſt. *in l. mulcta. nu. 1. ff. de condic. & demonſtratio.*

32 Ad hoc accedat, qđ caſus pœnales ſunt ſtricti iuris, & non recipiunt interpretationē extenſiuam, ſiue ſimilitudinariam. Bal. *in l. cum proponas. circa fin. C. de hæred. inſt.* Et quod alteri dicta apocha nō præiudicet, tenet in terminis Pariſ. *in conſ. 169. nu. 23. vol. 4.* vbi dicit, quod crimina non probantur per ſcripturas, quę ſcriptę ſunt a priuato, qui ſcribere poterat ſuo arbitrio, quod in buccā veniebat; nec propterea tales ſcripturæ habent præiudicare tertio, & ita formaliter dicit ipſe.

33 Cum autem, vt præmittitur, in apocha non contineatur dictum crimen ſodomiæ, ſed ſolum contineantur oſcula, & tactus, in omnem euentum non poſſet inferri, niſi ad quædam præparatoria, vel ad delictum attētatum; ſed certum eſt, quod non ſufficit delictum attentatum, niſi crimen fuerit perfectum. Pariſ. loquens de attentato in crimine falſæ monetę, quod eſt grauiſſimū, ita concludit *in d. conſ. 169. nu. 24. vol. 4.*

34 Tertio principaliter dicitur, quod ex dicta apocha non poteſt inferri, niſi ad quandam confeſſionem extraiudicialem, quæ confeſſio extraiudicialis ſolum erit quoad oſcula, & tactus, ex quibus oſculis, & tactibus non poteſt inferri ad priuationem, vt ſupradictum eſt; Et vlterius huiuſmodi cōfeſſio extraiudicialis fuit reuocata tam per lacerationem eiuſdem ſcripturæ, quam per ipſum D. G. & proiectionem eiuſdem ab ſe factam, & q̄ ēt per eius negationem, de qua in ſuis conſtitutis, & examinibus; & clarum eſt de iure, quod confeſſio extraiudicialis poteſt reuocari, etiam non docto de errore. Matſ. *ſing. 3* 10. Credo quòd talis confeſſio ita reuocata, non facit indicium ad torturam. Rolan. à Vall. *conſ. 31. nu. 17. vol. 3.* Vbi etiam ſubdit, quod torquendus ſit cautus, vt dicat ſe expreſſe reuocare dictam confeſſionem, quia ea valebit etiam non docto de errore, & ibi plures ad hoc allegat.

35 Et hoc procedit etiam, quando confeſſio extraiudicialis, prout in caſu noſtro, eſſet redacta in ſcripturam, quæ etiam tūc reuocari poteſt, ita tenuit Gabriel. *in tit. de confeſ. concl. 6. nu. 2. & vbi nu. 3.* ſubdit, quod hæc opinio eſt probabilior. Et quæ confeſſio etiā delicti reuocata ante interlocutoriā de torquendo non præiudicat, nec indicium facit ad torturā. Ripa *in l. admonēdi, nu. 156.* poſt Iaſ. *in l. Magiſtratibus, col. 2. ff. de iuriſd. omn. iud.* & hoc idē tradit pro cautela Ferr. *cautela 27. incip. Nam ſi quis extraiudicialiter.* Nec obſtat, qđ dicit Cla. *§. fin. quæſt. 21. ver. confeſſio extraiudicialis*, vbi tenet contrarium, & quod contrarium vidit ſeruari, quia iu tenendo contrariā opinionē, eſt ſolus, & Rolan. *d. conſ. 31. nu. 17.* plures ad hoc allegat; & dum dicit contrarium ſeruari, Reſpondetur, quod hæc obſeruātia debet intelligi vigere in ſtatu Mediolani, & non alibi, & ita eundem Clarum declarat Roland. *in conſ. 94. nu. 21. & in conſ. 98. nu. 22. verſ. nec habet obſtare, vol. 4.*

36 Vlterius confeſſio extraiudicialis, etiam alijs non concurrentibus, nec facit indicium contra Clericum, niſi quando de tali crimine eſſet diffamatus; & ſic concurrente infamia cum tali confeſſione, poſſet tractari ſolum, An faciat indiciū ad torturam, Dec. *in c. at ſi Clerici. nu. 19.* extra de iudic. ſed D. G. nunquam fuit diffamatus.

37 Quarto principaliter ad hoc, vt ex ſcriptura probetur delictū, duo requiruntur. Primo, quod agatur de modico, & leui præiudicio. Secundo, quod ſcriptura ſit authentica, & confecta à perſona in dignitate conſtituta, ita notanter dixit Felyn. *in d. c. cum in eccleſiis. nu. 7. in 6. fallent. per illum tex. de maiorit. & obedien. poſt Doct. quos ibi allegat.* Sed in caſu noſtro agitur de graui præiudicio, nempè de priuatione, & ſcriptura non eſt authentica, nec facta per perſonam in dignitate eccleſiaſtica conſtitutam; merito, &c.

38 Vlterius, & ad tollendum omnem difficultatem dicitur, quod D. G. fuit interogatus, & tortus bis ſuper dicta Apocha, vt fol. 2. Vbi præſertim de ſcriptura manu ipſiuſmet confecta, manifeſtè apparet, ipſum eſſe culpabilem, & fol. 6. Vbi etiam ex ſcriptura manu ipſius confecta & doloſè lacerata. & idem fol. 7. & in decreto torturæ fol. 7. in fine, vbi viſa ipſius confeſſione de ipſa ſcriptura, & fol. 9. fol. 10. & ex proteſtatione facta per d. Fiſcalem ibi præſertim Apocha infami, fol. 10. in fine, & fol. 17. & pluribus alijs locis; & cum deſuper interrogatus, & tortus in tormentis perſtiterit, dicitur, quod per ipſam torturam eneruātur probationes, vt amplius tortus in aliquo condemnari non poſſit, ſecundum communem opinionem* Alber. *in l. edictum. ff. de quæſtio.* Dicens ita communiter ſeruari, vt ibi Marſil. *nu. 3.* & idem Marſil. *ſing. 262.* Dec. *conſil. 363. in fine.* Natt. *conſil. 202. num. 10.* Multo magis purgantur indicia. Alber. *in rubr. C. de quæſt. num. 9. verſic. eſt etiam notandum.* Aym. *conſ. 178. num. 10.* & hoc procedit etiamſi indicia eſſent indubitata. Carrer. *in l. obſeruare. in princ. nu. 160. ver. vbi autem ſunt indicia etiam indubitata. C. quorum appell. non recip.* & hæc nullam videntur recipere dubitationem, & per conſequens D. G. eſt omninò liberandus, prout inſtatur, &c.

Reſponſum Cæſaris Luciani in eadem cauſa.

39 ADSIT DEVS. Dum præſuppoſita Apocha manu D. G. ſcripta, & lacerata, ac ab co recognita, ac etiam tortura in eum illata, pro habendis delictis, de quibus in proceſſu, cum proteſtationibus, de quibus in actis, quæſitum fuit, An ex ea probetur delictum ſodomiæ, ad effectū priuandi ipſum beneficijs; Negatiuè indubitanter de iure reſpondendum eſſe, exiſtimo.

40 Nam etiam, ſi in Apocha contineretur confeſſio ſodomiæ, de quo tamen infra demonſtrabitur manifeſtè contrarium, non tamen ex ea recognita poteſt dici probari, crimen prædictū ſodomiæ eſſe commiſſum; quia recepta frequenti, ac com-

ac cõmuniori calculo concluſio eſt, quod ea, quę facto committuntur, vt eſt ſodomia, homicidiũ, furtum, adulterium, & ſimilia, nec per Apochas, nec etiã per publica inſtrumenta probantur, vt dixit Ruin. quem refert, & ſequitur Gandin. *in tit. de pœn. reor. poſt nu.* 15. qui teſtatur id teneri, & ſeruari pro Euangelio. Nã licet circa ea delicta, quæ committuntur dicto, vel pactione, vel alias contrahendo, vt ſi fieret coniuratio contra Principẽ, & de ea fieret conuentio inter coniurãtes, iuxta tex. *in l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maie.* vel ſi quid hæreticum ſcriberetur, iuxta tex. *in l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt. et in c. fin. 24. quæſt. 2.* vel famoſum carmen fabricaretur, iuxta terminos *l. vnica. C. de famoſ. libell.* vel quid ſimile fieret, quia hoc ipſum cõtrahere, ſiue paciſci, vel prędicto modo ſcribere, eſt delictum, vt in dictis iuribus patet, ex ſupradictis inſtrumẽtis, ſeu ſcriptura probetur delictum, cum ipſa ſcriptura delictũ dicatur; ea tamẽ crimina, quæ facto committuntur, nec ipſum illud ſcribere, ſed cõmittere eſt delictum, minimè ex ſcriptura, vel inſtrumento probari poſſunt, & ita poſt Iac. de Are. & Dyn. diſtinxit Gandi. vbi ſupra, & pulchrè Bar. *in l. Senatus. ff. ad Turpil.* qui voluerunt, quod prætetquam in dictis caſibus, vbi ſcriptura ex ſe eſt delictum, nunquã ex ſcriptura ꝓbetur, delictũ eſſe cõmiſſum, licèt inſtrumenta quandoque conferant ad probandũ aliquod adminiculum circa delictũ. Puta ſi quis ad probandum adulterium produceret inſtrumentum matrimonij, ne coitus, quod obijcitur, negetur eſſe adulterium, ſed illud eſſe commiſſum, ex inſtrumento nunquam probatur. & hãc opinionem eſſe communiter approbatam, dixit Curt. iun. *in Auth. ſi quis in aliquo. poſt nu. 34. verſ. quarto aduerte. C. de eden.* & Bero. qui dicit ſimiliter, eam opinionem eſſe communem, *in cap. at ſi clerici, nu. 14. de iud.* quos refert, & ſequitur Iul. Clar. *in q. 54. in princ.* qui dicunt prædicta eſſe indubitata, vbi crimen conſiſtit in facto ſeparato ab ipſa ſcriptura, vt furtum, homicidium, adulterium, & ſimilia, inter quæ eſt etiam ſodomia; ſecus in crimine, qđ conſiſtit in animo, vt eſt hæreſis, ratificatio criminis iam cõmiſſi, quę & ipſa eſt delictũ, & ſimilia, idem voluit Bal. *in l. fin. nu. 1. verſ. reſtat quærere,* vbi dixit, qđ ita communiter dicunt Doctores. *C. de prob.* & ibi plenius habetur per Salyc. & per Boſſ. *in tit. de conuictis, col. vlt. nu. 63. & ſeq. vſque ad finem*, & hoc eſt quod dicit tex. *in l. 3. §. idem Diuus Adrianus. ff. de teſtib.* teſtibus, & non teſtimonijs eſſe credendum, idẽ voluit latè Feli. *in c. cum in eccleſiis. de maiori. & obedient. cum ſimil.*

41 Nec dicatur ꝑ dictã ſcripturã probari delictum ex eo, quod ſit ſcripta eius manu, & ab eo recognita, & contineat delicti cõfeſſionem, quod tamen nec verũ eſt, vt infrà apparebit; ſed dato, qđ ſic eſſet, talis cõfeſſio in dicta ſcriptura extraiudicialis nõ probat delictum, licet probaret, vbi eſſet inſtrumentũ confeſſionis factæ in iudicio, vt dixit Felin. *in d. c. cum in eccleſiis. col. fin. in vlt. fallent. nu. 9.* & late poſt Bal. Saly. vbi ſupra. ſed cum hæc Apocha, etiã ſi in ea confiteretur delictum, non poſſit, cum facta ſit extra iudicium, cõtinere, niſi confeſſionem extraiudicialem, nõ poteſt dici, quod ex tali confeſſione extraiudiciali, etiã ſi tortura, in qua in negatione perſtetit, illata nõ eſſet, condemnatio ſequi poſſet, quia triuialis eſt concluſio, quod ex indicijs nemo dãnandus eſt, vt *in l. abſentem. cum ſimil. lib. ff. de pœn.*

42 Et licet ex indicijs indubitatis ſequi poſſit cõdemnatio ad pœnam extraordinariam, iuxta terminos tex. *in cap. afferte. de præſumptionib.* cum ſimilib. vbi tamen indicia ſunt dubitata, non poteſt procedi modo aliquo ex eis, ad condemnationem, ſed tantum ex eis poterit procedi ad torturã, cum moderamine, vt inueſtigetur veritas, & ſi in tormentis perſiſtit in negatione Reus, abſoluitur, ita dixit Bart. *in l. ſi. in prin. ff. de quæſt.* & propterea Bal. *in d. l. fina. col. vlt. nu. 8. verſic. adhuc circa probationem criminalem. C. de probat.* conſiderauit in ac materia tres diuerſas probationum ſpecies. Primam, vbi plena eſt probatio, ex teſtibus approbatis in numero ſufficienti de viſu, & ex hac dicitur ſequi condemnationem ad pœnam ordinariam. Secundam, vbi præſumptiua eſt probatio ex indicijs indubitatis, excedentibus metam ſemiplenæ probationis; & tunc fit condemnatio ad pœnam extraordinariam, non tamen ad ordinariam, niſi adiuncta ſit confeſſio partis. Tertiam, vbi indicatiua eſt probatio, quæ fit ex indicijs dubitatis; ex qua, dicit, non poſſe in aliquo ſequi condemnationem, ſed ſecundum qualitatem perſonarum procedendum eſſe ad torturam; in qua ſi Reus non confitetur, ſequi debet abſolutio. idem dixerunt ibi Salyc. & alij, & ad hoc tendit id, quod dixit Bart. in repetitio. *l. quod Nerua, col. 5. poſt num. 15. ff. depoſit.* quod a dolo præſumpto quis poſſit excuſari, quia ex præſumptionibus in criminalibus nemo debet damnari, niſi id exprimeretur in iure ex aliqua cauſa, quod videlicet, ex indicio dubitato poſſit ſequi condemnatio, cum immo contrariũ decidatur, vt in *d. l. qui abſentem*, & leges diſponẽtes, condemnationem fieri poſſe ex indicijs, exprimant id procedere ex indicijs indubitatis, vt *in l. ſciant cuncti*, cum alijs ſupra allegatis. *C. de probat.* & patet etiam ex dictis Gandin. qui fecit de prædictis duos titulos ſeparatos, videlicet vnum de indicijs dubitatis, ex quibus proceditur ad tormẽta; & alium de indicijs indubitatis, ex quibus ſequi poterit condemnatio, ac etiam Angel. Aretin. *in ſuo tracta. in verbo, comparuerunt dicti inquiſiti, nu. 5.* & Bald. *in l. Milites. ff. de quæſt. cum ſimilibus.*

43 Stante ergo cõcluſione prędicta, quod ex dubitato indicio ad condemnationem in aliquo procedi non poſſit, ſequitur, quod ex dicta confeſſione extraiudiciali, etiam ſi in dicta Apocha adeſſet, nec ad priuationem, nec ad aliud quicquam condemnatio ſequi poterit, quia confeſſio extraiudicialis inter indicia dubitata connumeratur, vt dixit, & numerauit Gandin. *in d. tit. de præſumpt. & indicijs dubitatis, numero 22. verſic. ſeptimum* habet indicium, qui dixit, quod hæc confeſſio operatur, vt ſubijci poſſit quęſtionibus, & tormentis, idem dixit Angel. *in d. verbo,*

compa-

*comparuerunt dicti inquiſiti.nu.*4.Vbi voluit,confeſſionem extraiudicialem eſſe ſufficiens indiciũ ad torturam, illudque purgari, prout purgatur vnumquodque indiciũ, de quo eſt gl. quã Doct. communiter ſequuntur,*in l.cap.quinto.ff.de adulter.*& habetur per Iul.Clar.*in quaſt.*21.*verſ.confeſsio extraiudicialis,*vt per Boſſ.*in ti. de conuictis, & in tit.de confeſsione,*cum ſimilibus.

44 Et in particulari, quod ex confeſſione extraiudiciali non facta coram iudice,non poſſit procedi ad condemnationem extraordinariam, dixit Bald.*in l.ictus fuſtium,col.* 1. *verſ. tertio dicit, quod glo.ff.de infam. nam dum glo.* ibi videtur dicere,quod confeſſio extra iudicium operatur,vt ſequi poſsit condemnatio ad pœnam extraordinariam, vt refert etiam Apoſtilla ad Bart. *in d.l.capite quinto*, Bald. dicit non eſſe intelligendam extra iudicium,quia tunc talis confeſsio non valet ad impoſitionem pœnæ extraordinariæ, ſed tantum ad indicium,ad notata *in d.l.capite quinto,*ſed intelligit dictã gloſſ.extra iudicium, ideſt coram Iudice, non in figura iudicij, nec ſeruato ordine iudiciorũ,fortè in camera Iudicis,vel extra locum iudicij,quia alias d. gl. diceret falſum, quod confeſſio extraiudicialis, non facta coram iudice,valeret ad aliud,quam ad indicium,& cõſequenter ad condemnationẽ,quam in hoc etiã Bart.Ang.Paul.& alij ibi cõmuniter reprobant, niſi cum dicta confeſſione concurrant alia manifeſta indicia,& argumenta;ergo ex prædictis patet apertè,quod etiã ſi dicta Apocha delicti confeſſionẽ contineret,& purgata non eſſet,nihilominus ex ea non poſſet dici probatum delictum, nec ſequi poſſet beneficiorum priuatio.

45 Sed omnia prædicta in caſu noſtro,etiamſi in dicta Apocha contineretur confeſſio delicti,ſine difficultate procedunt, quia indicium, quod reſultare diceretur ex dicta confeſſione extraiudiciali,purgatum eſt per acerrimam, & reiteratam torturã,in qua ſemper in negatione perſtetit, & ex qua omnia indicia purgata intelligũtur,quaſi purã veritatẽ in dicta negatione dixiſſe videatur,prout paſsim ſeruatur, & communiter tenet totus Mundus,vt dixit Alber. *in l. edictum,nu.*2. *ff.de quaſt.& in rub.C.eodem tit.nu.*9.quæ dicta Alberici omnes obſeruant in Italia, vt dixit Practica Caſoni *fol.*75.*nu.*2.Hancque etiam eſſe communem obſeruantiam dixit Cæp. *conſ.*32.*col.* 1. *verſ.nec põteſt dici,*& habetur per deciſ.Boer.163. *nu.*15.Grain.*deci.*8.*poſt nu.*9.*& deci.*96.*nu.*2.cum alijs quos allegat Iul.Clar.*q.*64.*verſ.illata reo tortura,*& habetur per Boſſ.*in tit.de confeſſ.nu.*28.*& in tit.de confeſſ.per tort.num.*26.& Natt.*conſ.*202. *nu.*9.Hipp.*cõſ.*64.*nu.*2.Laur.ab Occa.*in conſ.*60. *nu.*31.& ſeq.& in ſequenti *conſ.*61.*col.* 1.*in* 2.*vol. diuer.*Et hoc eſt,quod in prędictis terminis dixit Bart.*in l.fin.de quaſt.in* 1.*col.*quod ipſe pluries,vbi contra Reum extabãt indicia,cum moderamine faciebat adhiberi tormenta, in quibus ſi reus non cõfitebatur,ipſum abſoluebat,& omnia apparere faciebat in actis;& etiam in caſu,vbi indicia adeo eſſent vrgentia quod metã excederent, dixit Alex.*in addit.*ad Bart.*in l.vnius.§. index.in ver.hac confitetur,eodem tit.*Referens Saly.*in l.ea quidem.C.de accuſ.& in l.ſi hi,qui.C.de adulter.& in l.quiſquis,C.ad l.Iul.maieſt.* quod vbi quis non cõfitetur per tormenta,etiam ſtantibus dictis vehemẽtibus indicijs,debet ei dari abſolutio, hoc eſt circumduci proceſſus,vel abſolui in prima inſtãtia,ſeu ab obſeruatione Iudicij;quod dicit eſſe tenendum pro notabili dicto;ergo dictum indiciũ reſultans ex dicta confeſsione extraiudiciali,quũ in dicta Apocha adeſſet,ex dictis torturis,omninò purgatum eſſe iudicandum eſt, cum dictum confeſsionis extraiudicialis indicium, vt ſupra dictũ fuit,eodem modo,vt cætera indicia, purgetur,vt dixit Ang.*in d.uerbo,comparuerunt dicti Inquiſiti.nu.*4. & in fortiori caſu idẽ voluit Roma. *in conſ.*451.Vbi dixit,quod quædam mulier,quę coram honeſtis perſonis confeſſa fuerat,adulterium commiſiſſe, & aderat vnus teſtis, dicens ſe vidiſſe actũ iunctũ crimini, & inſuper erat ſuſpecta,ex quo de nocte conuerſata fuerat debebat, ex prædictis, omnibus tormentis ſubijci, & ſi in tormentis in negatione perſeueret, purgata per illationẽ tormentorũ eſſent dicta & conſequenter abſoluẽda erit mulier prædicta;ergo idem dicendum erit in caſu noſtro,quod per dictas torturas omnia purgata ſunt indicia,& in nihilo cõdemnandus eſt dictus Dominus G. ſed omninò abſoluendus eſt.

46 Et cum prædicta vera ſint, etiam ſi Apocha contineret confeſsionẽ nephandi criminis,quãdo quidem in dicta Apocha nihil tale apparet, noſtra cõcluſio nulla cum difficultate procedit; nam ibi tantum blanditiæ,tactus, & oſcula mentionantur,quæ delicti perfectionem nõ concludunt,cum ob aliud,quam propter dictum crimẽ, fieri potuerint, cum & alias oſcula ſacerdotum, etiam mulieribus data, nõ ſolent capi in malam partem,vt in cap.abſit.& ibi not.11.quæſt.3.Nã ſolent fieri ſcholaribus huiuſmodi blanditiæ,nõ ex libidine, & laſciuia, ſed ex beneuolẽtia ex eo, quod in virtute, & diſciplina proficiſcantur: & propterea cum coniecturæ ſemper in bonam partem,quando fieri poteſt,capi debeant, nõ poteſt dici, quod prædictæ blanditiæ concludant delictum, vt dixit Abb. *in cap. in præſentia num.*6. *de probat.*& Bart.*in l.non ſolum.§.ſed ut probari, num.*3.*ff.de nou.oper.nunciat.*latè Grammat.*in conſ.*25. *num.*10.& ſeq.Roman.*conſil.*68.*numero* 8.& Alexand.*in conſil.*18.*num.*7.*in* 3.*vol.*cum ſimil.& probationes,vbi non concludunt,triuiale eſt,quod pro nihilo reputãtur,vt dicunt omnes *in d.c.præſentia.de probat.*& Iaſ.*in l.veteribus.ff.de pact.*cum ſimil.

47 Et ſi quid mali ex illis ſuſpicari potuiſſet ex dictis torturis,abũdè purgatum eſt,vt ſupra fundatum fuit; quinimò cum dictæ blanditiæ, quæ in dicta Apocha inſinuãtur,nec etiam veræ ſint, & ex loco, & otioſitate ſcriptas eſſe dicat in ſuis conſtitutis ipſe D.G.& in hoc adhibitis tormentis conſtanter perſteterit,confeſsio ex apocha facta de dictis blanditijs, purgata eſt, quemadmodum alia indicia purgata ſunt, iuxta prædicta, quæ dixit Angel. *in d. verbo, comparuerunt dicti*

inqui-

*inquiſiti.nu.*4.cum alijs, quæ ſupra allegata ſunt, vltra quod de dicta Apocha lacerata, & reuocata, nulla iuſtitia facienda erat, iuxta ea, quę dixit Iaſ.*in l. Magiſtratibus,nu.*6. *in* 2.*limit. de iur. omn. iud.*& Felyn.*in c.at ſi clerici,poſt nu.*6. *uer. ſecundo reſtringe.de iud.*cum alijs, quę in primis informationibus adducta fuerunt.

48 Et quamuis dictæ blanditiæ, in dicta Apocha contentæ, ex ea non probentur, tum quia fuerat lacerata, & reuocata, adeò quod omnis confeſſio in ea exiſtens, remanebat inanis; tum ēt, quia per torturam indicium ex ea reſultans, erat purgatum, ſecundum ea, quæ ſupra dicta ſunt; tamē etiam, quod ex ea dictæ blāditiæ probatæ eſſent, nō poteſt ex illis ad priuationem deueniri, quia non requiritur iure cautū, quod ex illis quis beneficijs priuetur; ergo dicendū non eſt, vt dr̄ *in c. illa.ne ſede vacante.& in l.illam.C.de collat. & in l. diſſentientis.C.de repud.& in c.is, qui in eccleſia. de ſentent. excommunic.in* 6. cum ſimil. & in ſpecie, quod priuatio beneficij nunquam imponatur, niſi a Canone ſit expreſſum, & in illis tantum caſibus, in quibus a iure priuatio imponitur, dixit gl.*in ſumma* 15.*quæſt.*8. quæ ponit nonnullos caſus, in quibus licet mortales ſint, non tamen beneficij priuatio imponitur, idem dixit Alex. *in l. etiam.§.licet.col.*2.*n.*7.*uerſ.confirmo, nam a iure.ff. ſolu.matrim.* Non enim ex omni peccato mortali, etiam ſi ex eo ſequitur excōmunicatio, & detur aliqualis perſeuerantia, quis beneficio priuā dus eſt, vt dixit Abb.*in c.de quo vult Deo.nu.*11.*de iudic.probatur in c.fin.de pœn.* cum ſimil. nec auferenda ſunt beneficia ex præſumptionibus, & argumentis, & vbi flagitia quanquam attentata, perfecta non ſunt, quia non auferuntur beneficia ſine cauſa nedum magna, ſed etiam manifeſta, vt dixit Abb.*in c.*1.*nu.*2.*de conceſſ.praben.* Nā ſi coniugiū corporale non facilè dirimitur, quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, quantò minus dirimendum eſt ſpirituale coniugium inter eccleſiam, & eius Prælatum, ſiue Rectorē, vt *in c.inter corporalia.de tranſlatione epiſcop.* cum ſimilibus.

49 Quibus omnibus reaſſumptis, tum quia ex apocha, quæ præſupponitur, nec dictus D.G. confitetur delictum, nec ſi confiteretur, tanquam extra iudicium ſit facta confeſſio, illius induceretur probatio, quemadmodum de blandicijs, quæ ibi inſinuari videntur, aliud, quam ipſarum blanditiarum extraiudicialis confeſſio, non colligitur, ex qua reſultans tantummodo dubitatū indicium, abundè per torturam purgatum fuit; tum etiam, quia dictæ blanditiæ, quæ criminis perfectionem non oſtendunt, nec etiam probatæ, ſed tantum ex dicta apocha, iam lacerata, & conſequenter reuocata, quodammodo indicatę videntur, ita vt etiam ſi purgatæ non eſſent (prout fuerunt) priuationem beneficiorum minimè inducere poſſent; firma remanet noſtra concluſio, non probatum eſſe delictum, ad effectum ipſum priuandi, nec ad aliquam priuationem deueniri poſſe, ſed potius ipſum fore omninò abſoluendum. LAVS DEO.

Reſponſum ſecundum Proſperi Farinacij in eadem cauſa.

50 ADSIT DEVS. Pro reſponſione eorū, quę ad fauorem D.G. deducuntur, conſiderādum primo loco eſt, quod quicquid inter ſe controuertant Doctores, veritas eſt, quod indicia purgantur per torturam, probationes verò debilitantur; & ideo vbi reus per legitimas probationes conuictus, in tortura perſtiterit, non in ordinariam, ſed in extraordinariam pœnam, puta triremium, vel ad tempus, vel in perpetuum damnatur, teſte Gram.*deciſ.*8. Clar.*in prac.q.*64.*uerſ. illata reo,& uerſic. ueritas eſt. in fine.* Anchar. iun. *quæſt.familiar.*22.*nu.*18.*p.*2.& ita in pract.diſtinguendo concordantur contrariæ opiniones.

51 Vbi autem infertur tortura abſque præiudicio confeſſatorum, & conuictorum, prout fecit in caſu, de quo agitur, prudens iudex, tunc ſine dubio nullum fit præiudicium probationibus, Reuſq; etiam ſi torturam ſuſtulerit, adhuc tamē in ordinariam condemnatur pęnam, teſte codē Claro *d.uerſ.ueritas eſt.* Boſſ.*in tit.de confeſſ.num.*29. Riminal.*conſ.crim.diuerſ.*84.*nu.*15.*tomo* 2. Et hæc multo magis procedunt contra dictum D. G. qui de pluribus delictis inquiſitus fuit; Primo ſcilicet de libello famoſo; Secundo, quod in actu confeſsionis Vincentiam mulierem carnaliter cognoſcere requiſiuerit; Tertio de vitio nephando cum pluribus, & diuerſis iuuenibus etiā Iudæis. Quarto de Apocha illa fidelitatis, & obedientiæ, quam ſubſcribi, ſeu potius ſcribi intendebat ab illo ſuo amico. Ideo ſi per torturā purgauit forſan indicia, contra ipſum laborātia, ſuper libello famoſo, & ſuper tentatione, & requiſitione illius mulieris, non tamen purgauit plenas probationes ſuper alijs delictis, & præſertim ſuper vitio nephando, ſuper quibus, ſtante proteſtatione prædicta, tortus non dicitur.

52 Et licet ex aduerſo dicatur, falſum eſſe, quod idem D. Inquiſitus eſſet ſuper præfato crimine cōuictus, cum vix forſan indiciatus reperiretur, ex eo preſertim, quod teſtes contra ipſum deponentes, erant & ſocij criminis, & ſingulares; Reſpondetur, quod ſocius criminis dicitur ille, qui fatetur aliquod crimen commiſiſſe; qui vero ſe tentatum tantummodo, ſed non cognitum, deponit, & renuiſſe affirmat, nullum crimen commiſit; & propterea non poteſt dici ſocius; immo etiam quod ſe cognitum depoſuerit, dummodo non ſponte, adhuc dicitur teſtis omni exceptione maior, & ſicut ſolus facit indicium abſq; adminiculis, & tortura, vt in terminis in dicto ſodomitati conſuluit Plotus omninò vidēdus *eon ſil.crim.diuerſ.*132.*nu.*24.*& ſeq.& conſ.*153.*nu.*9. *vol.*1. pariter duo ſufficiunt ad conuincendum.

53 Et dato, quod dici poſsint ſocij criminis, prout contrarium verius eſt, adhuc tamen cum ſint duo, pienè probant, duplici ratione; Primo, quia ſumus in criminibus exceptis, in quibus plures ſocii criminis admittuntur ad condemnandum,

ſecundum

ſecundum opinionem Aym.*conſ.*178.*nu.*3. Ant. Gom.*de delictis.tit.de proba.delict.nu.*16.*verſ. ad-de tamen, iuncto nu.* 18. Vbi in terminis loquitur in crimine ſodomiæ. Secundo, quia ſumus in criminibus occultis, in quibus duo ſocij criminis plenam faciunt probationem, ſi credendum eſt Aym.*d.conſi.*178.*nu.*3.Dec.342.*nu.*13.*conſ.crim. diuerſ.*70.*nu.*9.*vol.*2.Cæphal.*conſil.*75.*nu.*41.45. *&* 49.*lib.*1.Caputaquen.*deciſ.*140.*in fine.lib.*2.

54 Et ſi hi duo, qui aſſerunt ſe tentatos in Eccleſia a dicto carcerato, non ſufficiunt ad illum cõuincendum, ſuccedit depoſitio tertij teſtis, qui reuera cum eſſet ſocius criminis, depoſuit, ſe carnaliter ab ipſo in camera cognitum fuiſſe, & dictum iſtius ſocij criminis, iunctis alijs prædictis duobus teſtibus, qui ſi non plenam, vt dixi, negari tamẽ non poteſt, quin ſaltem ſemiplenã faciãt probationem, nulli dubium, quod ipſum conuincit.*l.ſi quis ex argentarijs.§.quid enim.ff.de eaden.*Ludouic.de Alber.*conſil.crimin.diuerſ.*143. *nu.*10.*vol.* 1. Vbi pariter in terminis loquitur de depoſitione ſodomitari; quod ſi ex aduerſo inſiſtatur, quod nec ex præfatis D. G. fuerit de nephando vitio plenè conuictus, ſuccedit pariter apocha eius manu ſcripta, recognita, & iudicialiter per fiſcum acceptata, in qua quantum liberè fareatur, ſæpius carnaliter cognouiſſe illum Virgilium, repetere non eſt opus, poſt quam illius verba ſunt ſatis clara, & aperta.

55 Quæ quidem apocha ſatis comprobatur ex fuga illius Virgilij in ea deſcripti, quia carcerato Domino Inquiſito nunquam amplius viſus eſt, ad quod videatur Gram.*conſ.*17.*nu.*10.& Paul. Merẽda *conſ.crim.diuerſ.*90.*nu.*17.& dicere, prout ſe excuſando dicit, quod illam ſcripſit cauſa experiendi calamum, inueriſimile eſt; ideo reijcienda talis reſpõſio.*l.milites.§.oportet.C.de quaſtio.*Bal.*in l.*1.*C.de ſeru.fugit.*Cæphal.*conſ.*85.*nu.* 39.*vol.*1.& ſi volebat experiri calamum, cur non ſcripſit vti Clericus, aliquam Chriſtianam orationem? & non illa nephandiſſima verba.

56 Confeſſio itaque iſtius Domini Inquiſiti per ſcripturam eius manu recognitã, & iudicialiter per fiſcum acceptatam, iunctis depoſitionibus ſupradictorum trium teſtium, plenam contra ipſum inducunt delicti probationem, præſertim in hoc ſodomiæ crimine, in quo cum inter occulta crimina connumeretur, nedum præſumptiones, & coniecturæ habeantur pro concludenti probatione, vt dicit Clar.*in pract.quaſt.*20.*verſic.ſitas tamen, propè finem*, verum etiam plura imperfecta coniunguntur ad inducendum plenam probationem. Grat.*conſ.*104.*numero* 13.*& ſeq.vol.*1. Butr.*in cap.veniens.el* 1.*colum.fina.* extra de teſtibus. Gabriel. *titul. de probat. concluſio.* 1. *numero* 34.*libro* 1.

57 Et propterea ex aduerſo allegata ſingularitas teſtium, nihil facit, quia & teſtes ſingulares, iunctis alijs coniecturis, & præſumptionibus, plenè probant. Aym.*conſil.*35.*numero*6.*&* 7.*& conſil.* 73.*num.*36.Cæphal.*conſi.*141.*nu.*12.*lib.*1.Gabr. *tit.de teſtibus.conclu.*2.*numero* 76.Et hic non agitur de probando vnã ſodomiam contra Dominum carceratum, ſed in genere illum eſſe ſodomitam, & ſic iterato, & ſæpius commiſiſſe ſodomiæ crimen; Vnde ſuccedit doctrina Hoſtien. *in ſumma.de teſtibus.§.quæ diuerſitates*, quem referẽdo ſequitur Hippol. Rimin.*conſi.crim.diuerſ.*85. *nu.*28.*vol.*2. Vbi diſtinguendo dicit, quod teſtes ſingulares non probant in actu non iterabili, vt in homicidio, & ſimil. In actu vero iterabili, prout eſt adulterium, & ſimonia, bene probant; licet enim non probent vnum adulterium, plenè tamen probant illum, de quo quæritur, eſſe adulterium. Ita pariter in caſu noſtro, licet non probetur per hos teſtes vnica ſodomia, bene tamẽ probatur, inquiſitum eſſe ſodomitam; & qđ ad probandum in genere impudicam, & inhoneſtam vitam alicuius, teſtes ſingulares admittantur, communem dixit idem Riminal. *d.conſi.* 85. *nu.*12. *& nu.* 17. Vbi ex magis cõmuni. Michael Craſſ.*in com.opin.lib.*2.*c.*17.*quæſt.*27 *tomo* 2.

58 Quibus ſic ſtãtibus, neceſſario infertur, quod iſte Dominus ſacerdos inquiſitus, veniat omnino etiam officijs, & beneficijs priuandus; Clericum enim propter ſodomiam beneficijs priuari, tex.eſt *in cap.vt clericorum.de adulter.* Ghulan.*de pœn.omnif.coit.quæſt.*2.*nu.*2.*in fine, & quæſt.*6.*nu.* 6.Rebuf.*in pract.benef.par.*3.*tit. de modis amitten. benef.num.*38.Menoch.*de arbitr.quæſt.caſu* 286. *nu.*3. Immo non ſolum beneficijs priuatur, qui de ſodomia, vel confeſſus, vel conuictus eſt, ſed qui tantummodo de illa, vel ſuſpectus, vel diffamatus reperitur. Abb.*in c.licet Hely.nu.*2.*de ſimo. & in cap.ex tuarum.nu.*1.2.*&* 3.*de purgat.canon.et in c inter.eod.tit.*refert Ioan.Andr.in Nouel.*in c.* 1.*de accuſ.in* 6.Generale enim eſt in quocunque graui crimine, quod ratione ſcandali infamati Prælati, presbyteri, & ſacerdotes, totaliter ab Eccleſia remoueantur, Foller. *in prac.crimin.canon.c.* 34.*nu.*17. *& nu.*25. Vbi quod id maximè procedit, quando Clericus dederit cauſam infamiæ; publicè enim infamatum paſſim ab officio, & beneficio ſuſpendi, eſt tex.*in c. presbyter ſi a plebe, & in c.ſi mala.*2.*quæſt.*5.Abb.*in c.at ſi clerici.nu.*31.*et* 33.extra de iudic. vbi ampliat etiam procedere in infamia facti.

59 Præterea circumſcripto vitio nephando, non video, quomodo Dominus Inquiſitus ſe tueri poſſit aduerſus dictam apocham, de qua ſupra, ex qua omiſſa probatione, inde reſultante de crimine ſodomiæ, oritur aliud conſequens, ſed ſeparatum, & innominatum delictum, ſatis iudicio meo graue, & atrox, cum ipſe ſcilicet uellet obligationem obedientiæ, & fidelitatis ab illo ſuo puero ſuper continuatione nephandi criminis. Et ſi (vt dicunt Doctores) præter caſus in iure expreſſos, cũ multi alij poſſent accidere pro quocunque graui crimine poſſit Clericus beneficijs priuari, Abb.*in d.cap.at ſi clerici.numero* 34.& ibi Dec.*numero* 34.*&* 35.Rebuff.*in pract. benef. d.*3. 3.*par.de modis amitten.benef.numero* 61. Menoch. *de arbitrar.quæſt.caſu* 266.*numero*6. vbi amplius, quod grauitas criminis in propoſito iudicis arbitrio remittitur: certe Apocha prædicta, nedum graue, ſed atrociſſimum delictum in ſe cõtinere

videtur,

videtur; ſimilis enim eſt illi obligationi, quam Diabolus a ſtrigis, & ſortilegis profiteri volentibus, fieri mandat, de qua per Ghirlan. *in tracta. de ſortileg. q. 7. nu. 28.* qui videatur. Requirit enim Diabolus ab illis perſonis obligationem per ſolemnem ſtipulationem, & iſte Dominus Presbyter pariter volebat a ſuo puero obligationem in ſcriptis, & per verba geminata, ac ſtipulationes importantia, videlicet, *M'obligo, & prometto.* Obligantur Strigę Diabolo illi eſſe perpetuo fideles, pariter quoque dictus carceratus ab eodem puero illi fidelitatem promitti exoptabat, vt patet in Apocha ibi, *& di eſſerli perpetuamente ſecreto, fedele, & amoreuole.* Promittunt inſuper profeſſores illi diabolici perpetuam obediētiam, & qđ continuè vocati venirēt ſemper ad ludos, & nocturnas illas diabolicas congregationes, eodem modo iſte dominus Sacerdos cupiebat, qđ ſuus puer promitteret in futurum, *di compiacerlo di tutto quello, che lui vorrà del corpo ſuo.*

60 Adeò quod omiſſis pluribus alijs obſcenis, & nephandis verbis in dicta Apocha contentis, illa potius diabolica, quàm humana iudicāda eſt, conſiderando præſertim vltimam illam clauſulam, dum dicit, *& ſe mai ſe trouarà in contrario, voglio eſſere ſtimato perpetuo infame, traditore, et diſhonorato, & ſottopoſto a tutte le pene Canoniche, & Ciuili*, quaſi quod ipſe ſentiat, quod iura præſertim Canonica permittant continuationem tam nephandi criminis, & quod puniuntur de eo pęnitentes. Hoc quidem, ſi modo pertinaciter affirmare vellet (prout credo non faceret) hæreſis crimen incurreret. *l. omnes. C. de hæret. iunct. Clem. 1. §. porrò, de ſumm. Trinit. & fide Cathol.* cum ſimilibus, de quibus per Carer. *in tract. de hæret. num. 1. & ſeq.*

61 Vnde ſtāte grauitate criminis dictæ apochæ, & circumſcripto ſodomiæ crimine, iſte Dominus Clericus beneficio priuandus eſt; Vbi enim dolus interuenit, & non agitur de modica re, dicitur graue delictum etiam, quod non imponatur pęna mortis. Foller. *in pract. crim. canon. nu. 8.* Hieron. de Monte, *variar. quæſt. quæſtione 16. nu. 24.* Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu 266. nu. 6.* Vbi in terminis loquendo in materia priuationis beneficij, dicit, quod delictum cū diabolico dolo cōmiſſum, & non per imperitiam, dicitur graue.

62 Et quando delictum a Clerico commiſſum, continet in ſe peccatum mortale, quod præſertim ſit, vel factum publicum, & ſcandaloſum, vel diu continuatum, vel contra ius naturale, tunc qualecunque ſit, nedum de rigore; ſed etiam de æquitate depoſitionē mœretur. Hoſtien. *in ſumma de accuſ. §. quis ſit effectus. nu. 14. verſi. & poteſt dici*, & poſt Goffred. *in ſumma de cohabit. cleric. & mulier.* tradit Abb. *in c. ſi Clericus. nu. 34. verſ. Hinc dicit Goffredus. extra de iudic.* Concludo ergo, qđ iſte Dominus Inquiſitus, non obſtante tortura illata, potuit etiam mitius agendo condemnari in pœnam priuationis beneficiorum; & ita pro iuſtitia confirmari ſupplicatur.

LAVS DEO.

Reſponſum tertium Proſperi Farinacij in eadem cauſa.

63 ADSIT DEVS. Regula illa, quod per inſtrumentum non probetur delictum extrinſecum, de qua per Bal. Salyc. & Fel. ex aduerſo allegatos, non facit ad caſum noſtrum, ex pluribus. Primo, quia hic non agitur de probatione delicti per inſtrumentum, iuxta terminos *c. cum eccleſiis. de maiorit. & obedien.* Sed per propriam ipſius delinquentis ſcripturam, quorum termini ſunt longè inter ſe diuerſi. Ad quod videantur Felin. *in d. c. cum in eccleſiis. in prin.* & ibidem Abb. *nu. 2.* & Salyc. *in l. ſciant cuncti. C. de proba. nu. 4. in verſ. vbi dicitur, &c.* qui faciunt ſupradictam regulam negatiuam; Deinde adducunt rationes prædictæ regulæ, quia ſcilicet non teſtimonijs, ſed teſtibus delicta probantur. Item quia teſtes in præfato inſtrumento contenti, fuerunt examinati, & iurarunt parte non pręſente, nec citata in ſcriptis, & non viua voce, nec exhibiti corā iudice; adeò quod, vt ex eorum lectura clarè conſtat, loquuntur in inſtrumento, quod in ſe continet teſtium examen, & ſic teſtimonium, vulgò hodie dictum, *vn teſtimoniale*, quod nullam faceret probationem, ex prædictis rationibus, & nos quoque fatemur; ſed non per hoc inferendum ad ſcripturam priuatam, quæ dicitur facta, & fabricata de conſenſu, & voluntate ipſius ſcribentis, prout modo dicemus.

64 Secundo dato, quod regula prędicta procederet etiam in quocunque inſtrumēto, ſeu ſcriptura, prout cōtrarium verius eſt, adhuc illa limitatur, non habere locū in inſtrumento, ſeu ſcriptura fabricata de conſenſu, & volūtate eius, cōtra quem producitur, ita poſt Abb. *in d. c. cum in eccleſiis. in ſecūda & quinta fallen.* At ſcriptura, de qua agitur, negari non poteſt, quin de voluntate dicti inquiſiti, qui illā ſcripſit, fabricata, & cōfecta fuerit; ergo probat, quod in eo continetur.

65 Tertio in oēm euentum conſiderandū puto, quod iſta apocha non fuit principaliter cōfecta per Dñm Scribentē, vt fateretur crimen nephandum, ſed vt illam ſubſcribi faceret ab illo Virgilio in ea deſcripto; quo caſu vltra probationem nephandi criminis, cum eodem in præteritū cōmiſſi, reſultat aliud delictum particulare intrinſecum, & in ipſa apocha contentum, quod videlicet volebat ab illo obligationem de continuādo in crimine, & vitio: quo caſu ſubintrat alia limitatio tradita per Salyc. *vbi ſupra, nu. 4. verſ. veritas eſt.* Abb. *in d. c. cum in eccleſiis. nu. 2. verſ. & concludę.* Felin. *ibidem, nu. 3. verſ. ſed ſi ipſum inſtrumētum, &c. & nu. 4. verſ. fallit 3.*

66 Et hoc quidem delictum ex huiuſmodi Apocha reſultans, nō nominatum, ſed innominatū dicetur: Non enim lex potuit nomen imponere omnibus delictis, quæ ex creſcente hominum malitia cōmitti poterant; huic præſertim, quod nunquā contigiſſe memoria extat; ſed quam graue ſit, ſatis in alia informatione dictum fuit, cū

videatur

videatur potius diabolica, quàm humana apocha; Præſertim dum dicit in ea, *li toccamenti carnali tanto dinanzi come di dietro, che ſono paſſati, et paſſaranno, &c.* Ex hoc enim colligitur oſtinatus,& diabolicus, vt ita dicam, animus Domini Inquiſiti perſeuerãdi in peccato, iuxta illud vulgare, Humanum eſt peccare, &c. & quod peius eſt, in euentum contrauentionis, voluit contrauenientem puniri pęnis Canonicis; quaſi quod alia facere non eſſet peccatum; Immo punibile illa non facere, quo caſu hæreticus dici poſſit. *clem. 1. de vſur.* & conſequenter ex tali ſcriptura probari delictum, tradit in propoſito Feli. *in d.c. cũ in Eccleſiis. nu. 4. verſ. Dñs etiam exemplum, &c.* Et in Clerico huiuſmodi delictum grauius eſſe, & grauius puniendum, quam in laico, tradit Foller. *in pract. crim. canon. c. 16. nu.* 10. & hæc quo ad probationem ſcripturæ.

67 Dum vero ſecundo loco Dominus ex aduerſo ſcribẽs dicit, apocham iſtam fuiſſe per Dominum carceratum laceratam, ob idque minimè populo innotuiſſe, nec vllum inde ſcandalum ſequutum; Reſpondetur, totum contrarium verius eſſe; Dum enim ipſe apocham lacerauit, nõ ſponte, ſed metu Curiæ, a qua fuerat pręuentus, & quæ volebat perquirere omnes ſcripturas, ſicut poſtea perquiſiuit, illam laceraſſe dicitur. *l. 1. cum ſua materia. ff. quod met. cauſ.* & cum ob id ita lacerata in manus Curię deuenerit, fuit per fiſcũ reaptata, & in actis reproducta; ex qua reproductione, non ſolum delictum populo innotuiſſe, verum etiam in notorietatem perueniſſe. Ex actis enim notorium induci, tradit Socin. *conſ. 38. col. 8. verſ. ſeptimo principaliter. li. 1.* Patiſ. *conſi. 10. nu. nu. 7. lib. 4.* Neuizz. *conſ. 81. nu. 32.*

68 Dum & tertio idem Dominus Scribens dicit, quod in crimine ſodomiæ ſola confeſſio nõ ſufficit ad condemnandum, niſi ſaltem de eius corpore conſtet per querelam partis; Reſpondetur, hoc non eſſe verum, quia loco querelæ ſufficit aliqua alia informatio, ita dixit Clar. *ex aduerſo allegatus in quæſt. 55. verſ. quomodo autem,* & Boſſ. *pariter ex aduerſo allegatus in tit. de delictis. nu. 19.* dicit, in delictis, de quibus non remanent veſtigia, ſufficere confeſſionem aliquibus indicijs veſtitam; & in crimine ſodomiæ, quod ad probandum illius corpus, ſufficiant coniecturæ, tradit in terminis Plot. *in conſi. crim. diuerſ. 132. nu. 22. vol. 1.* At hic vltra cõfeſſionẽ, de qua in apocha, plures extabãt probationes, nedũ indicia ſuper nephando crimine, prout alias dixi. Ideo, &c.

69 Dum & quarto ex aduerſo opponitur, qđ in tortura purgauerit nedum indicia, ſed concludẽtes, & perfectas probationes; Reſpondetur primo, quod contraria opinio eſt verior, prout illã latè ad partes diſputando, & reſpondendo contrarijs, veriorem dixit, & in conſulendo & iudicando ſequendam, Hippol. Riminal. *conſil. crim. diuerſ. 84. nu. 12. & ſeqq. 22. & ſeq. vol. 2.* & latius Ant. Gomez. *de delictis, tit. de tortur. reorum. nu. 2.* Secundo reſpondetur, quod quicquid ſit de iure, in practica ſeruatur, quod reo tortura illata, probationes non ſunt in totum ſublatæ, ſed tantum debilitatæ; & propterea poſſe hunc reũ, qui in tortura perſtitit, in pęnam extraordinariam, videlicet triremium ad tempus, vel in perpetuũ, condemnari, apud Clar. *ſeruari, idem ex aduerſo allegatus teſtatur d. q. 64. verſic. illata reo. in fine,* & apud Grammaticum *pariter ſeruari, dixit idem in deciſ. 8.* ex aduerſo allegata, in fine, & ita quotidie in Vrbe ſeruari, Domino meo non eſt abſconditum.

70 Dum & quinto ex aduerſo prætẽditur, quod prædicta confeſſio, de qua in apocha, potuerit per dictum Dominum Inquiſitum reuocari ante fiſci acceptationem; pariter dicitur, hoc in facto verum non eſſe, quia antequam idem inquiſitus ſuper apocha interrogaretur, fiſcus illam in actis produxerat, & per productionẽ ſcripturæ induci illius acceptationem, eſt text. *in l. cum pracum. C. de liber. cau. Authen. ad hac. C. de fid. inſtru. & cum olim. in fine, de cenſib.* gl. Bart. & Doct. *in l. 1. §. editiones. ff. de eden.*

71 Dum vltimo loco pariter ex aduerſo prætenditur, quod dicta confeſſio potuerit declarari, & interpretari per dictum Dominum Inquiſitum, etiam ex interuallo eo modo, vt nõ ſonet in delictum, quod videlicet illã fecerit ocioſè, & gratia experiendi calamum; Reſpondetur primo, quod interpretatio, ſeu declaratio nõ cadit, niſi in actu dubio, qui põt eſſe, & nõ eſſe delictũ. At in claris, prout ſunt verba illius apochæ, quę nõ poſsũt, niſi delictũ importare, nec declaratione, nec interpretatione opus eſt. *l. continuus. §. cũ ita. ff. de verb. obli. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. ff. de leg. 3.*

Secundo dicitur, quod declaratio, quam dare intẽdit iſte Dñs Sacerdos, quod videlicet illam apocham ſcripſerit gratia experiendi calamum, eſt prorſus inueriſimilis: ſi enim gratia experiẽdi calamum illam fabricauit, cur nõ ſtatim ſcriptã lacerauit? Immo eam in ſecreto, & clandeſtino loco repoſuit; ex hac autem clandeſtina repoſitione dolũ pręſumi, *dixit glo. in l. 1. C. de inter. ma. & not. extra de Clandeſtin. deſponſat. per totum.*

72 Et ad id, quod ex aduerſo dicitur, quod videlicet confeſſus homicidium admittitur etiam ex interuallo ad declarãdum, quod illud fecerit ad ſui defenſionem; intelligi debet, dũmodo declarans probauerit ſuã declarationẽ, ſiue defenſionem, ſecundum communem, de qua poſt Boer. *deciſ. 164. nu. 14.* teſtatur Clar. *ex aduerſo allegatus in q. 55. verſ. fortè poſſet. in fine.* Vnde cũ ſimus in apocha, cuius verba clarè, & apertè delictum ſignificant, & declaratio, ſeu interpretatio Domini carcerati ſit inueriſimilis, & non probata, ideo reijcienda venit; & confeſſio ex ea reſultãs, debet haberi pro pura, & ſimplici. In confeſſum autem partes iudicis non eſſe, niſi in condẽnando, plena ſunt omnia. Et ita condemnatus fuit in pœnam priuationis beneficiorum, & exilij (ſi rectè recolo) perpetui ab Vrbe, & ſtatu Eccleſiaſtico, & a Birroarijs aſſociatus extra ianuã, nunquam amplius fuit viſus, quia talis ſentẽtia fuit poſtea confirmata ab alijs iudicibus in ſecunda, & tertia inſtantia. LAVS DEO.

Proſper Farinacius, I.C. Rom.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Probationem.* Copula carnalis, vt puta adulterium, ſtuprum, ſodomia, & quid ſimile, quomodo, & ex quibus actibus probetur, eſt materia, quę potius requireret tractatum, quam additionem: Ideo de ea lectorem remitto ad text. *in §. quia vero plurimas. in authen.* [illegible] *licet matri, et aui. e. collatio.* 8. & ad tex. *& ibi gloſ. in l. quod ait lex. ff. de adulter.* ad tex. *in l. conſenſu. §. vir quoque. C. de repud. & ibi gl. ac etiam ad gl. in l. 1. de var. &* [illegible] *crim. c. in literis, & c. tertio loco.* [illegible] *præſcrip.* [illegible] gl. Doctor. & ad Doct. *in c. 1. &* [illegible] *ſignificaſti.* [illegible] *adul.* Bar. *in l. quod ait lex, nu. 2. & in l. 2. §. fi. & in l. capite quinto, nu. 2. ff. de adul. & in l. 2. ff. de furt.* Bal. *in l. falſus. in 4. oppoſit. ff. de furt. & in l. data opera. col. 11. verſ. poteſt poni aliud. C. qui accuſ. non poſſ. & in l. neque natales. col. 1. C. de proba.* & Iac. Butr. *in ea. l. neque natales.* Sali. *in l. Gracchus. C. de adult.* Luc. de Penna. *in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſit. lib. 11. verſ.* 62. Abb. *in c. cũ nõ ab homine. col. 5. verſ. imò plus dicit. de iud.* Feli. *et ſcriben. in c. præterea. de teſtib.* Marſ. *in rubr. C. de proba. n. 8. & nu. 248. verſ. idem ad prædicta, & in conſil. 5. per totum.* Mattheſ. *ſing. 19. ſingul.* 101. & 118. & ibi in addit. Pariſ. de Put. *in tract. de ſind. in verbo, officialis offenſa, per totum.* Bal. *conſ. 221. nam quandoque li. 2.* Aym. *conſ. 205. & conſ. 321.* Ang. de malef. *in verbo, che hai adulterata la mia donna, nu. 41.* & Aug. ad eundem *in verbo, quod fama publica, nu. 23.* Boſ. *in ti. de par. ſuppoſit. nu. 31. & in tit. de coit. damnat. nu. 58.* Rolan. *conſil. 50. nu. 2. & conſ. 74. nu. 18. & ſeqq. vol. 1. & conſ. 24. nu. 6. vol. 2.* Pariſ. *conſ. 54. vol. 4. & conſi. 137. nu. 28. & conſ. 160. n. 25. eod. vol.* Fran. Marc. *q. 899. n. 11. fol. mihi* 302. Corn. *conſ. 191. in fi. li. 4.* Dec. *conſ. 577. nu. 3. & nu. 12.* Alex. *conſi. 13. lib. 6. & conſi. 77. nu. 2. vol. 7.* Grat. *conſ. 50. num. 4. vol. 2.* Campeg. *reg. 385. verſ. ſecundo, quia.* Foller. *in practi. verbo, capiat informationem, nu. 20. & ſeq.* Lancel. Corrad. *lib. 1. c. 9. rubr. de adult. nu. 13.* Clar. *§. ſtuprum. verſi. quæro nunquid,* & ibi Baiard. *nu. 37. & plurib. ſeqq. & nu. 111. et ſeq.* Io. Bap. Ferret. *conſil. 168.* Rot. *diuerſ. deciſ. 95. par. 2. nu. 12. & ſeqq.* Monticel. *in repert. teſtium. pag. mihi 370. col. 2. verſic. teſtis ſi dixerit, et idem in reg. 4. nu. 30. & reg. 11. nu. 3. & ſeqq.* Marian. Socin. *conſi. 34. nu. 15. vol. 2.* Bero. *q. 84.* Hector Aegid. *in tract. de teſtib. verbo, teſtis adulterium deponens, per totum. fol. mihi 53. et pluri. ſeqq.* Ioſeph. Ludou. *in commu. opin. concluſ. 64. verſ. non tamen poteſt quis.* Socin. iun. *conſi. 99. nu. 28. vol. 2. & conſi. 32. nu. 14. & ſeqq. eo. vol.* Natta *conſi. 205. ad finem.* Cæphal. *conſi. 140. num. 28. vol. 1.* Siluan. *conſil. 50. nu. 41.* Ruin. *conſ. 146. n. 4. vol. 5.* Dec. *reſpon. 93. nu. 86. vol. 2.* Tiraq. *de leg. connub. gl. 2. nu. 6 & nu. 9.* Menoch. *de præſump. lib. 1. q. 58. nu. 3. & de arbitrar. q. caſu 116. li. 2. nu. 11. & caſu 474. nu. 23. & in conſi. 31. per totum.* Hippol. Rimin. *conſi. 274. lib. 3. & prius in conſ. 1. nu. 45. vol. 1.* Angel. Vbald. *inter conſil. matrimonial. conſil. 44. numero 15. & pluri. ſeqq. & conſil. 15. numero 18. & 19.* & Dionyſ. de Franciſ. *inter eadem conſi. 58. numero 21. 22. & 26.* Bertazz. *conſi. 20. per totum, & conſ. 42. & ibi in addit. litera b, & conſi. 311. & conſ. 316. & conſ. 283. & conſ. 452. nu. 19. et ſeqq.* Maſc. *concl. 57. per totam, & concl. 59. 60. 61. 62. & 63. 64. 65. & concl. 312. nu. 19. & ſeqq. concl. 452. num. 10. concl. 810. nu. 2. 3. & ſeqq. concl. 981. nu. 30. concluſ. 1063. nu. 19. & 20. & concl. 1220. nu.* 8. Et conferunt ea, quæ congeſſit D. meus Farin. *in ſuo trac. de teſtib. q. 55. nu. 45. 52. & 55. & 64. nu. 225.*

Et particulariter de probatione ſtupri, vltra præcitatos Doctores, remitto pariter lectorẽ ad Gl. *in l. fi. de accuſ.* Crauet. *conſi. 205. nu. 13.* Alcia. *reg. 1. præſump. 39. nu. 4. & ſeq.* Plot. *de in lit. iuran. §. 2. nu. 14.* Foller. *in pract. crim. in verbo, capiat informationẽ. nu. 20. 21. & 24.* Lancil. Conrad. *lib. 1. c. 9. rubr. de ſtupratorib. nu. 8.* Clar. *§. ſtuprum, verſ. ſed pone.* Bertaz. *conſi. 20. num. 4. & 5. & conſi. 452. per totum.* Maſcar. *concl. 23. nu. 1. Et concl. 830. nu. 13. & concl. 1313. nu. 5.* Pacian. *de prob. li. 2. c. 2. nu. 10. & ſeqq.* Et conferunt, quæ poſuit Do. meus Farin. *in pract. crim. par. 1. titu. de inquiſitione. q. 2. nu. 24. & in tit. de indic. & tortura. q. 52. nu. 157. & ſeqq. & in ſuo tracta. de teſtib. tit. de oppoſ. contra teſtes. q. 55. nu. 44. & ſeqq. & q. 64. num. 225.* Bero. *q. 84. n. 7.* & Modernus Io. Baptiſta Laderch Imolen. *conſi. 193. in fine.*

Et in ſpecie etiam de probatione ſodomiæ, videas Marſil. *conſil. 28. per tot.* Aym. *conſi. 41.* Pariſ. *conſi. 163. nu. 2. & ſeqq. vol. 4.* Calcan. *conſil. 110. per totum.* Caſtren. *conſi. 348. volum. 1.* Thom. Triuiſ. *deciſ. 13. nu. 4. & ſeqq. par. 2.* Monticel. *reg. 11. num. 16.* Decian. *conſi. 83. per totum. vol. 3.* Maſcar. *concl. 1313. nu. 4.* Baiard. ad Clar. *§. ſodomia. nu. 2. et ſeq.* Scaccia. *in tract. de indic. cauſar. ciuil. crim. & hæretical. c. 83. numero 3. verſicul. item ſi in anno.* faciunt etiam, quæ dixit Foller. vbi ſupra. *num.* 20. Et quæ dixit Dominus meus Farinacius *in d. tit. de indic. & tortur. quæſtion. 43. numero 89. & ſeqq. & in tract. de teſtib. in tit. de oppoſ. contra teſt. quæſtio. 64. numero 225.*

b *Diſpoſitio.* Et vigore Bullæ Pij Quinti, de qua *in Bullario par. 2. fol. . . . & eſt in ord. 5. verſic. ſi quis crimen neſandum fol.* 926. Clericus pro crimine ſodomiæ degradatur, & Curiæ ſæculari traditur.

c *Bannimentum.* Deportationis pœna, quæ ſit, & eius loco quæ pœna hodie ſucceſſerit, vide Dominum meum Farinaceum *in tit. de delict. & pœnis, quæſt. 19. num. 15.*

d *Ciuilis.* Limita hanc concluſionẽ procedere, quando pęna priuationis beneficij non eſt principalis pęna delicti, cum pro eo alia imponat pœna vltra priuationem; tunc enim cauſa dicitur ciuilis, & non criminalis, quando non agitur ad pœnã principalem delicti, ſed ad pœnam priuationis; ſecus vero, quando pro delicto non imponitur alia pœna a lege, vel a ſtatuto, quàm priuationis, quia tunc cauſa dicitur criminalis, & nõ ciuilis, ſecundum Fel. *in rubr. de indic. num. 2.* Vbi dicit, ita tenere Ant. de But. & Abb. *in c. ſuper his. extra de accuſ.* reprobatis Imol. & Anan. ibidem contrarium ſentientibus. Rip. *in d. rubr. de indic. num. 94. in fin. verſi. cogitare ergo.* Maran. *de ordine iudiciorum. par. 4. in princ. diſt. 1. nu. 25.* Vbi reprobat Felin. contrarium tenentem *in c. ſuper his. de*

accuſat. & reſpondet contratijs. Clat.*in pract.§.fi.q.1.verſi.Quintus eſt caſus,in fine.*

e *Scriptura priuata.* Porerat iſte conſultor magis in fine allegare Anan. *in c. cum in Eccleſiis. nu.6. in fine verſ.quod eſt verum.de maioritate,& obedientia.* Et ibi etiam Fel.*nu.5 .verſ.amplia etiam.* Gig. *de crim.laeſ.maieſt.lib.2.tit. quomodo & per quos crimi.laeſ.maieſt.probetur.quaeſt.21. poſt nu.3. & nu.8.* Franc.Marc.*deciſ.910.par.2.*Maſcar. *de proba.lib. 1.concluſ.420.numero 6.& concluſ.460.nu.10.* Ex quorum dictis videtur elici concluſio, quod ſcriptura priuata probat delictum, quando eſt ſcripta ab ipſo delinquente, vel ipſo volente. Verum ad declarationem huius concluſionis, vide omnino Bal.*in l.1.nu.6.& ſeq.C.de apoch.publ.lib. 10.* Vbi dixit, quod in ijs, quæ ad ſcribentis officium pertinent, delictum probatur per ſcripturam, vt puta in publico exactore, cuius ſcriptura probat indebitam exactionem: ſecus autē in ijs, quę ad ſcribentis officiū non ſpectant; prout eſt; ſi ego ſcriberem me feciſſe adulterium, quia tūc talis ſcriptura non probat contra me, niſi tantū, quantum probat extraiudicialis confeſſio.

f *Inſtrumentum.* Regula eſt in contrariū, quod imò non per ſcripturam, nec per inſtrumentum delicta probētur, quam latiſſimè comprobat D. meus Farin.*in ſua pract.crim.p.2.in tit. de reo confeſſ.& conuict.q.84.nu.1.& 2.*

g *Ciuiliter.* Quando de crimine agitur ciuiliter, quod tūc delictum probetur per ſcripturam, voluerunt Cyn.*in l. fin.in fine. C.de probat.* Doctor. *in l.contra negantem. C.ad l. Aquil.* Et ibi præſertim. Fulgoſ.*in verſic.ideo ſi agatur.* Butrigar.*verſi. ſed dic.* Cyn.*num.3.in fine.verſ.vel dicendum.* Bal. *nu.6.in fine.* Innoc.*in c.cum in eccleſiis,nu.2.verſic. item non agebatur criminaliter*, & ibi etiam Henric.Boyc.*nu.4.in fin.* Bellam.*ſub 2.oppoſit.* Imol.*4. verſ.ſed potes dicere.* Card.Zabarel.*col.2.poſt princ. in 4.ſolut.* Ant.de Butr.*nu.16.& poſt nu.17.* Feli. *nu.8.de maio.& obed.* Put.*deciſ.90.nu.4.* vbi quod ſpolium probatur per inſtrumentum notarij, qñ ciuiliter agitur. Maſc.*de prob.li.1.concl.460.n.20. & concl.499.nu.7.& li.2.concl.902.nu.2.& 3.* Vbi inferendo ad crimen iniuriarum, dixit, illud per ſcripturam & inſtrumentum probari, quando ciuiliter agitur; ſecus ſi criminaliter. Verum de hac limitatione non ſine ratione dubitauit D. meus Farin.*in ſua pract.crim.p.2.tit.de reo confeſſ. et conuict.q.84.nu.18.*

h *Prohibitorū.* Veriſſima eſt iſta concluſio, ſed eſt intelligēda, vt procedat in ijs, quę prohibita sūt a iure naturali, gentium, vel diuino, prout eſt homicidium, furtū, & alia, quæ cadunt ſub illo pręcepto, Alterū non lædere; Tunc.n.eſt præſumendum potius delictū, quā non delictum, ſecūdum Dec.*in c.in præſentia.nu.55.de prob.* Alc.*de præsūp. reg.3.præsūp.1.n.10.* Maſc.*de prob.li.2.concl.1103. nu.20.* Secus in ijs, quę prohibita ſunt a iure poſitiuo, in quib.criminaliter agitur ad pęnam, videlicet ad priuationē beneficij; nam delictū nō præſumitur. Alc.*de præſump. reg.3. præſump.1.nu. 10.verſ. Aut eſt ſimpliciter reprobatus, et nu.6.et ſeq.* vbi plura magiſtralia referunt exēpla huius declarationis, q̃ ēt in idē retulit, ſequēdo Alc.*in loco præcitato,* Menoc.*de præsūp.li.5.præsūp.3.n.115. & ſeq.* vbi facit cōcluſ. quod nec ēt delictū pręſumit in actu ꝓhibito a iure poſitiuo, qñ actus ille neminē lædit, aut lædere poteſt; & ſi lædit, leuis eſt læſio. Dec.*in c.in præſentia.d.nu.55. de probat.* Vbi pariter quod non præſumitur delictū in ijs, quæ prohibita ſunt, non a iure cōi, ſed a ſtatuto.

i *Indicium.* De hac materia vide, quæ ſcripſit D. meus Farin.*in ſua pract.crim.par.1.tit. de indic.& tor[illegible].43.nu.80.& ſeqq.*

l *S[illegible]tionē.* Qū[illegible] iſta concl. intelligaṫ, videas ꝑ D.meum Far.*in pr[illegible]c.crim.par.1.q.45.nu.6.& ſeq.*

m *Præſumptionibus.* Quod præsūptiua probatio habeaṫ pro cōcludenti probatione, qñ ciuiliter agitur de crimine, eſt cōis intellectus.*c.afferte.de præſump.*(Quicqd ī cōtrariū ibidē dixerit Abb.) *vt videre eſt in eo.c.per Anan.nu.1.verſ.& procedit iſtud in cauſa ciuili.* Ant.de But.*n.7.verſ.ſed poſſet dici.* Car.Zab.*ī fi.verſ.ex hoc dicit.* Imo.*n.3.ver.poſſet tamen dici,& nu.4.verſ.aduerte tñ.* Anc.*n.3.ī 4. not.* Præp.*in c.is qui fidē.n.4.de ſponſ.* & vltra pręd ictos ſic ēt illū tex. ītellexerūt, & hāc materiā declararūt Pau.de Caſ.*in l.ſi tāt cūcti. poſt nu.4.C.de prob.* Matth.*ſing.118.*& ibi Gabr.Saray. *in addit.* vbi alios plures refert concordantes. Sarmient. *Selectar.interpr.li.1.c.1.nu.8.* Boſſ.*in ti. de par.ſuppoſ.n.31.* Et propterea in ciuilib. cauſis plures imperfectas probationes cōiungi ad faciēdū plenā probationem, ſcripſerunt Neuiz.*conſi.27.nu.21.* Cæph.*conſ.46.n.5.& cōſ.90.n.25.li.1.& cōſ.225. nu.11.& ſeq.li.2.* Bru.a Sole *in ſuo conſ.crim.n.6.* Cathel.Cotta *in ſuis memor.in verſic.probationes plures.* Ant.Gom.*de delict.to.3.in tit.de probat.delict.num.26.* Clar.*in pract.§.fi.q.63. ver ſ.tu ſcis.in princ.* Menoch.*de arbitr.q.89.nu.65.& ſeq.* Maſc. *de probat.concl.1223.nu.1.& ſeq.lib.3.*

Verum, quia concluſio nō trāſit ſine difficultate, ex relatis per Maſcar.*de prob.li.1.concl.459. nu.3.& 4.* Et per D.meum Farin. *in ſua pract.crī. in tit.de indic.& tortur.q.47.nu.61.& ſeq.& n.79. nu.81.* probantes, non poſſe aliquem condēnari ex depoſitione vnius teſtis de viſu, iuncta fama, quamuis ciuiliter agatur; & tamen ex vnico teſte de viſu & fama, non ſolum oriri pręſumptionem violentam, prout ſunt termini tex.*in d.c.afferte.* Verum etiam vſque ad ſemiplenam probationem, negari non poteſt: ideo conſidera.

n *Fama.* Quod fama iuncta cū alio teſte ſufficiat ad cōdemnandū, qñ de crimine agiṫ ciuiliter, nō placuit Rotæ, ex deductis per D.meum Farin.*in ſua pract.crim.par.2.in tit.de indic. & tortur.q.47. nu.61.& ſeqq.nu.79.& nu.81.in 3.impreſſione.*

o *Oſculum.* De veritate huius concluſionis, An ſcilicet ꝑꝑ oſculum luxurioſum mulier dotem amittit, vide Clar.*in pract.§.adulteriū.verſ.ſcias etiam.* Anchar.Regien.*q.75.lib.3.* Menoch.*de arbitrar.q.lib.2.caſu 287.nu.7.& ſeqq.*

p *Diffamatione.* Practica ſeruat cōtrarium, quia hodie oēs Clerici torqueṅ, ēt quod nō ſint diffamati de delicto, dūmodo legitima præcedāt indicia. Ad quæ vide quę dixit D.meus Farinac. *in ſua pract.crim.par.1.tit.de indic.q.41.nu.5.& ſeq.*

q *Reuocata.* Hanc eandem concluſionem, quod ſcilicet confeſſio extraiudicialis reuocata nō faciat indicium ad torturam, approbarunt Iaſ. *in l. magiſtratibus.nu.*6. *ff. de iuriſd. omn. iud.* Rip. *in l. admonendi.num.*156. *ff. de iureiur.* Ferrat. *caut.*27. *verſ. ſiu tamen.* Bero. *in c. at ſi clerici.nu.*140. *de iud.* Vbi tamē loquitur, quando confeſſio fuit reuocata re integra, ſcilicet antequam fuerit a iudice, vel ab aduerſario acceptata; ſed ſimpliciter quod confeſſio extraiudicialis reuocata, non faciat indiciū ad torturam, plene probat, & reſpondet contrarijs rationibus adductis ibi per Dec. Maur. *in d. c. at ſi clerici.nu.*31. *per totum.* Fely. *in c. olim nu.*2. *uerſ. ſecundus niſi, & c. extra de reſcript.* idem Fel. *in c. de hoc.nu.*1. *verſ. limita iſtam concluſionem.de ſimon.* Gabr. Sary. ad Mattheſ. *ſingu.*13. *poſt med. uerſ. talis tamen confeſsio.* Diaz. *reg.*125. *in* 1 *limitatione. verſ. ſublimita ſecundo.* Marſ. *ſing.* 310. Carret. *in pract. in* 2. *trac. de induc. & tortur.* §. 7. *indicium.nu.*7. *& in* 3 *tract. de homic.* §. 11. *exceuſ. & c. nu.*22. *& ſeq.* (Vbi tamē declarat, dummodo reuocatio fuerit facta incontinenti, & non ex interuallo; & dummodo non fuerit acceptata) Follet. *in pract. crim. verbo, & ſi confitebuntur, par.*2. *nu.*20. *& nu.*22. *verſ. ſecundo niſi confeſsio fuiſſet reuocata.* Cyril. *in ſumma crim. rubr.*16. *de confeſſ.* §. 3. *ſub nu.*2. Menoch. *de praſumpt. lib.*1. *q.*89. *nu.*25. vbi aliorum qui contrarium tenent, argumenta leuia dicit Anch. Regien. *q.*58. *nu.*8. *par.*1. Villal. *in com. opin. litera C, nu.*135. *in fine. uerſ. niſi reus reuocauerit.* Claud. Bertrand. *reg. crimi.*54. *nu.*2. Albertin. *in tract. de heret. q.*25. *nu.*22. Hercul. *de negatiua, ſub nu.*197. videtur de mente Cacheran. *in deciſ. Pedemon.*79. *nu.*25. Pract. Conrad. *titu. de confeſſ. crim. fol.*285. *in* 7. *ampliat.* Rolan. *conſi.*31. *ſub nu.*17. *lib.*3. Bertaz. *conſi.*396. *num.*6. *lib.*2. Burſat. *conſ.*166. *nu.*22. *in fine. li.*2. relati per Maſcar. *de probat. lib.*1. *concluſ.*350. *nu.*6.

Contrarium (& ni fallor verius) quod confeſſio extraiudicialis, etiā reuocata, faciat indiciū ad torturā, tenet Boſſ. *d. tit. de confeſſ. nu.*55. *verſi. veritas eſt in oppoſitum, & nu.*56. vbi quod Iaſ. cōtrarium afferens, peſſimè loquitur, & aliter dicere, eſſet ridiculū, & ante Boſſ. eſt de mente Boer. *in deciſ.*90. *nu.*9. Vbi ea potiſſimum mouetur ratione, quia ſi confeſſus extraiudicialiter perſeuerat in eadē confeſſione in iudicio, tunc non eſt opus torturæ, ſed cōdēnatione. Ideo illa concluſio, quod cōfeſſio extraiudicialis ſufficiat ad torturam, intelligenda eſt, quando reuocatur in iudicio, non autem quando ratificatur, & in hanc contrariam opinionem inclinare videtur Dec. *in c. at ſi clerici.n.*122. *de iud.* Blanc. *de indic. n.*209. vbi bene comprobat Ant. Gom. *var. reſol. to.*3. *c.*13. *rubr. de tortur. vot. nu.*8. *uerſ. item etiam limita*, vbi duobus fundamentis hanc comprobat opinionem, & primam contrariam expreſsè falſam affirmat Clar. *in pract.* §. *fi. quaſ.*21. *uerſi. confeſsio extraiudicialis*. Addo pro hac contraria opinione Maſcar. *de proba. lib.*1. *concl.*350. *nu.*6. *uerſ. contrarium tamen. & uerſ. & quod dictum eſt. iuncto numero*7. Vbi quod talis confeſſio parum refert, vt reuocetur, niſi doceatur de errore, & alijs relatis, vt teſtatur de communi Lud. Peguer. *deciſ. crim.*17. *nu.*4. *verſ. quam doctrinam.* r

Declarari. Ad comprobationem huius concluſionis, quod, ſ. confeſſio dubia poſſit per confitētem declarari, & ſecundū illius intentionē interpretari, vide ēt Bal. *in l.*1. *nu.*23. *ver. primo caſu, C. de confeſſ.* Claud. Seyſſel. *in repet. l. vt vim. nu.*113. *ff. de iuſt. & iur.* vbi ponit aliqua exempla huius limitationis. Dec. *in c. cum venerabilis, num.*105. *de excep. & in c. in præſentia. n.*44. *de prob.* Marian. *in c. qualiter & quando. il* 2. *nu.*786. *de accuſat. & ibidem num.*1005. *uerſ. ſed ſi intricata, iuncto num.*1009. *& ſeq.* Butr. *in c. cum dilecti. nu.*20. *de accuſ.* Pariſ. de Put. *de ſindic. in verbo, tortus, c.*7. *nu.*7. *fol. mihi* 599. Adden. ad Ang. *de maleſ. in uerbo, quod fama publica, poſt num.*112. *litera B, in fine additionis.* Marſ. *in pract.* §. *poſtquam. nu.*25. Roman. *conſ.*455. *nu.*5. *& ſeq.* Vbi propterea infert, quod confeſſio, quæ poteſt importare maius delictū & minus, debet interpretari in minus, potius quā ſi maius, quia talis interpretatio eſt vtilior confitenti, & in dubio ſemper vtilior interpretatio capienda eſt. Alcia. *de præſump. reg.*3. *præſump.*1. *nu.*9. Frāc. Ponzinib. *in tract. de lam. poſt nu.*71. Brun. de iud. *p.*2. *q.*6. *nu.*14. *in fine.* Maran. *in ſpeculo tit. de confeſſ. nu.*32. Vbi reſpondet contrariæ rationi & illam retorquet pro hac concluſ. Foller. *in pract. crim. verbo & ſi confitebuntur. par.*1. *num.*54. Bero. *d. conſ.*178. *num.*25. *lib.*3. *fol.*302. Iodoch. *in prac. crim. c.*54. *nu.*35. Cyril. *in ſumma crimi. rubr.*16. *de confeſſ.* §. 2. *num.*6. Hercul. *de negat. nu.*198. *in* 9. *fallen.* Alex. Strac. *in pract. c.*19. *nu.*85. Bertaz. *conſ.*54. *nu.*2. *& conſi.*156. *nu.*53. *lib.*1. *& conſ.*449. *nu.*28. *uerſ. Nec obſtat confeſsio. li.*4. Vbi loquitur & in confeſſione continente repugnantia. Hip. Rim. *conſi.*88. *nu.*41. *li.*1. Maſcar. *concl.*344. *nu.*12. Th. Triuiſan. *dec. crim.*46. *nu.*8. *p.*2. Honded. *conſi.*108. *nu.*44. *&* 45. ex quibus ita a Doctorib. communiter receptum eſſe dici poteſt.

f *Defenſionem.* Non eſt dubium, q; ēt ex interuallo poteſt reus ſuæ confeſſioni qualitatē adijcere, ſecūdum Bal. *in c.*1. *uerſ. item ſi vaſſallus, col. fi. de controu. inue ſtit.* quem referendo ſequuti ſunt Boer. *dec.*164. *nu.*13. cum allegatis per eum. Boſſ. *in tit. de confeſſ. nu.*31. & ante Boſ. Claud. Seyſſel. *in l. vt vim. nu.*81. *ff. de iuſt. & iur.* Vbi Bal. doctrinam defendit ab obiectionib. Iaſ. *in d. l. ut vim.* Gabr. *lib.*7. *concl.*19. *nu.*15. Pract. Conrad. *tit. de confeſſ. crim. num.*11. *in* 17 *limit. fol. mihi* 284. Maſcar. *de prob. li.*2. *conclu.*867. *nu.*6. Vbi alijs relatis teſtatur de communi. Seraphin. *de priuil. iuram. priuil.*135. *nu.*1. Sed niſi qualitatem adiectā probauerit, condemnādus eſt, quia poteſt iſto caſu talis confeſſio per fiſcum pro parte tantum acceptari, ſecundum Iaſ. *in l. ut uim. nu.*13. *uerſ. moueor per illud. ff. de iuſt. & iur.* Claud. Seyſſel. *in d. l. ut vim. nu.*81. *uerſ. ſed aduerte.* Maſcar. *de proba. lib.*2. *concl.*867. *nu.*5. vbi alios refert. Tho. Triuiſan. *deciſ. crim.*46. *nu.*29. *lib.*2.

Et ſic acceptata cōfeſſio ſufficit ad condēnandū in pœnā ordinariā, quicquid ſecus ſit, qñ qualitas adijcitur incōtinēti, ſecundū Clar. *in pract.* §. *fin. quaſ.*55. *ſub uerſic. forte poſſet & c. ibi, item intellige*

tellige. Vbi quod ita concludunt, & declarant communiter * Doctores, teſte Boet. *in d.deciſio.* 74.164.*nn.* 12.*& ſeq.& nu.*14.*in fine.* Maſcar.qui alios refert, *de probat.li.*2.*concl.*867. *nn.*5. Quamuis contrarium, quod immo iſto caſu pęna ordinaria imponi non poſſit, videatur de mente Iaſ. *in d.l.vt vim.nu.*13. *in prin. in ncto verſ. Tu tamen.* & ibi etiam Claud. Seyſell. *num.* 81. *& ſeq. ff. de iuſt.& iur.*

t *Confeſsionis factę in iudicio*. Quod inſtrumentum confeſſionis factę in iudicio, vel etiã inſtrumentum ſententiæ & actorum plenam faciat fidem, eſt certiſſimũ in iure, vt videre eſt apud Bal. *in l.fi.nn.*7.*uerſ.item eſt verum. C.de probat.* Salyc. *ibidem poſt nu.*4.*uerſ. et tunc, ant eſt inſtrumentum fori.* Adden.ad Salyc.*in l.contra negantem, num.*1. *ſub litera A, C. ad l.Aquil. ante med. addit.* Florian.de S.Petro *in l.*3.§.*diuus.il* 2.*nn.*1.*verſ.item hoc uernm.ff.de teſtib.* Saly.*in l.ſinguli, nn.*2. *uerſic.& hoc exemplificat.C.de accuſa.* Henric. Boyc.*in c.cum in eccleſiis.nn.*6.& ibi etiam Anan. *nu.*6.*in fi.* Feli.*nu.*9.*de maior.& obed.* Maſcar. *de probat.lib.*1. *concluſ.*460.*nu.*21.

Fam. Cent. I. V. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Agitur de Clerico Abbate, qui ad impediendam adeptionem poſſeſſionis ſuæ Abbatię, nomine Cameræ faciendę, recurſum habuit ad ſeculares iudices, & amplius Apoſtolicarum literarum exequutioni reſiſtentiam fecit. Agitur inquàm de probatione talis impedimenti, ac reſiſtentię, & illius pęna.

SVMMARIVM.

*Recurrens clericus ad curiam ſecularem, pro impedienda exequutione literarum Apoſtolicarum, eſt excommunicatus, dicitur committere ſacrilegium, caditque ab omni iure tam in petitorio, quam in poſſeſſorio; quod habere pratendit in beneficio, de quo agitur, nu.*1.

*Verba vniuerſalia geminata & prægnantia comprehendunt omnes caſus, etiam improprios, & inexcogitatos, nu.*2.

Perterrere facientes, concutientes, & comminantes partes agentes, notarios, exequutores, & ſubexecutores litterarum Apoſtolicarum, incidũt in excommunicationem Bullæ in cœna Domini, nu. 2.*in fine.*

*Teſtes duo ſufficiunt ad conuincendum reum, nu.*3.

*Paria ſunt quem eſſe confeßum vel conuictum.nu.*3.

*Teſtes deponentes de facto proprio magis probant, quàm deponentes de facto alieno.nu.*4.

*Teſtis approbatus à parte pro viro probo, & fide digno probat contra approbantem, etiam quod vnicus ſit.nu.*5.

*Teſtes ſingulares deponentes de diuerſo actu diuerſoque loco & tempore probant, quando actus ſunt iterabiles & tendunt ad eundem rei finem.nu.*5.*verſ.Vnde tanto magis.*

*Teſtis examinatus parte non citata, facit aliquam præſumptionem, nu.*6.

*Teſtes veriſimilia deponentes probant etiam quod alias inhabiles ſint.nu.*7.

*Impedimentum præſumitur præſtitum ab eo, cuius intererat illud præſtare.nu.*8.

*Corpus delicti in primis conſtare debet.nu.*9.

*Famulus delinquens ad Domini commoditatem, & vtilitatem, præſumitur deliquiſſe de illius ſcientia, conſenſu, & mandato, nu.*9.*Contra.nu.*10. *diſtinguo, vt dicto nu.*10.*& ſeq.*

*Teſtes inhabiles & patientes exceptiones admittuntur in probatione mandati. Item in probatione delicti occulti & difficilis probationis. Item in probatione criminis læſæ Maieſtatis.nu.*13.

*Præſumptiua probatio admittitur in delictis occultis & difficilis probationis.nu.*13.*in fine.*

*Dominus non prohibens ſuis famulis delictum ab ipſo commiſſum, præſumitur dediſſe mandatum ad delinquendum. num.*14.

*Ratificatio delicti habet vim mandati. nu.*15. *& in addit. littera a.verſ.*1.*&* 2.*vbi etiam remiſſiuè de materia.*

*Ratificatio delicti præſumitur, quando illud reſpicit vtilitatem ratificantis.nu.*15.

*Mandans delictum poſtquam eſt commiſſum, non tenetur, nec de mandato, nec de ratificatione. in additio. litera a. verſ.limita.*1.

*Delictum ratificari non poteſt, niſi fuerit commiſſum nomine ratificantis, & de materia in additione, litera a.verſ. limit.*2.

Ratificatio non habet locum in delictis, quæ per alium committi nequeunt, prout eſt adulterium. in addit. litera a. verſ.limita 3.

*Ratificatio delicti non datur, niſi prius conſtito de delicto ratificato.in addit.litera a.verſ.limita.*4.

*Famulus præſumitur deliquiſſe de mandato Domini, quando delictum eſt magnum & præparatum.nu.*16.

*Dolus præſumitur ex mendacio, & ex interpoſitione perſonæ. nu.*17.*declara, vt in addit.litera* b.

*Probatio ab effectu dicetur efficaciſſima.nu.*18.

*Impediens miniſtros, & executores iuſtitiæ in eorum executione, incurrit crimen læſæ Maieſtatis.nu.*19.

CONSILIVM XXVI.

1 ADSIT DEVS. Quod D.Simon impediuerit executionẽ litterarum Apoſt. in forma breuis expeditarum, pro capiẽda poſſeſſione Abbatiæ, de qua agit̃, nomine Cameræ, probat̃ per tres teſtes, imò conteſtes, qui fuerunt præsẽtes: ac de ꝓprio viſu & auditu immediatè deponũt, ꝙ idẽ D.Simon in cõtradictorio cũ ipſis teſtibus corã D. Regente in ciuitate Neapolis inſtetit, & obtinuit impediri executionẽ dictarũ litterarũ. Vnde non ſolũ cõtra ipsũ intrat pęna excõicationis, de qua *in c.nouerit, & in c.graue.de ſent.excõ.& legitur in bulla lecta in cœna Domini,* §. 16. cũ recurſus ad Curiã ſecularẽ ꝓhibitus ſit, *c.qualiter, & quando,* & ibi Doct.extra de iud.& ſic recurrẽs ſacrilegiũ cõmittere dicatur, Caiet. *in ſumma.in uerbo, excommunicatio, c.*30.*& ſeq.* ſed ẽt cecidit ab omni iure tã in petitorio, quã in poſſeſſorio, quod habebat, ſeu habere prętẽdebat in Abbatia ꝑdicta, ex cõſtitutione Innocẽtij VIII. *de qua in bullario, par.*1.*fol. mihi* 132. & eſt in ordine xiiij. illius Põtificis incip. officij noſtri, &c.

Et

2 Et aduertatur, quod bullæ prædictæ puniunt impedientes exequutionem literarũ Apoſtolicarũ, ſiue per ſe, ſiue per alium, ſiue publicè, ſiue occulrè, ſiue directè, ſiue indirectè, & demũ quo modo illas impediuerit, quę verba ſic geminata, prægnantia, & vniuerſalia tantam vim habent, vt comprehendant omnem caſum, in quo appareat de impedimento prædicto expreſsè, & indiſtinctè, etiã quod improprius, & inexcogitatus ſit. Natta *conſ.* 474. *nu.* 23. *ſeqq. lib.* 2. Cæph. *conſil.* 350. *nu.* 15. *& conſi.* 76. *nu.* 16. *& conſ.* 121. *nu.* 1. *ſeq. & conſi.* 53. *nu.* 22. *lib.* 1. Maſcar. *de proba. lib.* 3. *concluſ.* 1117. *nu.* 98. Ergo multo magis comprehendent D. Simonem, qui nõ indirectè, ſed directè, non per alium, ſed per ſeipſum, & nõ ſecretè, ſed publicè, earundem literarum exequutionem impediuit; & non ſolum impediuit, ſed etiam, prout ijdem teſtes optimè concludunt, egrediendo ex camera D. Regentis, minatus fuit D. Auditori Archiep. Beneuẽtano, qui dictarum literarum exequutionem procurabat, eidem dicendo hæc vel ſimilia verba, videlicet, &c..... Quare de directo intrat aliud caput bullæ prædictæ lectæ in cœna Domini, dum expreſſe comprehendit perterrefacientes, concutientes, & comminantes partes agentes, Notarios, exequutores, vel ſubexecutores dictarum literarum.

3 Stantibus modo depoſitionibus iſtorum etiã teſtiũ, concludentiſſimè ſuper literarũ Apoſtolicarũ exequutionis impedimento, vt ſupra, depo nentiũ, parum refert, quod D. Simõ in negatiua perſiſtat, quia tã in ciuilibus, quam in criminalibus ad conuincen. reum, duo teſtes ſufficiunt. *c. nullũ.* §. *ſed hoc. in fine* 2. *q.* 4. *c. in omni negotio, & in c. licet. extra de teſtibus. l. vbi numerus. ff. eod.* Spec. *in tit. de teſt.* §. *reſtat. in prin.* etiam quod ageretur de cõdemnando Epiſcopum, nedum Abbatem, ſeu Sacerdotem ſimplicem. gl. *in clem. Præſul.* 2. *q.* 4. Beto. *in c. at ſi clerici. nu.* 5. *& ſeqq.* & ibi et Dec. *nu.* 3. *extra de iud.* Nouell. *in pract. crim. in rubr. de teſtib. in materia criminali. nu.* 3. *fol. mihi* 140. Cacell. Cotta *in memor. uerſ. Papa an corrigatur.* Viu. *in com. opi. uerſ. teſtes duo ſufficiunt ad condemnandum.* Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 66. *uerſ. fi.* Et paria ſunt, quem eſſe cõfeſſum, vel conuictum, ẽt adhoc, vt poſſit in ordinariam pœnam condẽnari. *l. qui ſententiam. C. de pœnis. l. fi. C. de cuſtod. reorum.* Gandi. *in tit. de præſump. & indic. indubita. poſt nu.* 2. *uerſi. & primo videtur.* Gram. *deciſ.* 36. *ſub nu.* 61.

4 Sed in caſu noſtro, vltra iſtorum trium teſtiũ depoſitiones, quibus eo magis credẽdũ eſt, quia deponunt de eo, quod ipſimet fecerunt, & dixerunt corã D. Regente, & ſic de facto proprio, ad trad. per Marſ. *in pract.* §. *diligenter. nu.* 131. Cou. *var. q. c.* 33. *ſub nu.* 3. Cæph. *conſ.* 225. *nu.* 33. *lib.* 1. Boſſ. *in ti. de oppoſ. contra teſtes. nu.* 71. *in fine.* Beninten. *deciſ. Bonon.* 73. *ad finem.* Menoc. *de arb. q. li.* 2. *caſu* 99. *nu.* 11. Dec. *conſ.* 62. *n.* 53. *lib.* 2. Hippol. Rim. *cõſ.* 53. *n.* 127. *& conſ.* 44. *nu.* 74. *li.* 1. Habemus plures alias pbationes, & præſũptiones, quę (ni fallor) rẽ prorſus notoriã, & manifeſtã reddunt.

5 Primo habemus depoſitionẽ Sabatini, deponentis pariter, & de viſu, qualiter idẽ D. Simon ad effectum impediendi dictã exequutionẽ, confugit ad auxiliũ, & fauorẽ Marchionis Vici, & Marchionis Circelli, & vnà cum illis fuit, & alloquutus D D. Regentẽ & Capellanũ Maiorẽ, eos redarguit, & apud eos inſtetit, ne literis Apoſt. prædictis exequutionẽ cõcederent. Huic aũt Sabatino, cũ ſit approbatus ab aduerſario pro viro probo, & teſte fide digno, oĩno credẽdum eſt, ẽt ꝗ vnicus & ſolus eſſet, ſecundum Hippol. Rim. *conſi.* 209. *nu.* 29. *p.* 2. Vaſqu. *de ſucceſſ. creat.* §. 12. *nu.* 7. *ſeqq.* vbi loquitur etiam, quod teſtis tacitè approbetur, ſequitur Burſat. *conſ.* 20. *nu.* 23. *uerſ. tertio eadem met teſtis.* Menoc. *conſi.* 60. *nu.* 18. *p.* 1. Vnde tanto magis eſt illi credendum, iunctis de poſitionibus aliorum teſtium, qui etſi deponãt de diuerſo actu diuerſoque loco & tempore, nõ per hoc tamen dicuntur ſingulares, cũ tractetur de actu iterabili, & tendente ad eundem rei finẽ, ſecundum communem, de qua per Alex. de Neuo *in conſil.* 71. *ſub nu.* 9. Aym. *de antiq. temp. par.* 4. *Sed enim nu.* 11. Hippol. Rimin. *inter conſ. crim. di uerſ.* 85. *nu.* 8. 20. *&* 28. *uol.* 2. Ant. Gomez. *uar. reſol. tom.* 3. *c.* 12. *tit. de proba. delict. nu.* 12.

6 Secundo concurrit copia memorialis dati ab eodem d. Simone, ad effectum impediendi exequutionem dictarum literarum, iuncta Apocha Ioannis Donat. Roſij ſcribe, qui eiuſdem memorialis copiam authenticam prout requirebatᷣ, ſe non poſſe concedere, affirmat, ob inhibitionem eidem a ſuperioribus factam. Et licet iſte ſcriba, tanquam informiter, & ſine citatione partis examinatus, nõ videatur facere probationẽ, ad tex. *in l. ſi quando. C. de teſtibus.* negari tamen non poteſt, quin ſaltem faciat aliquam præſumptionẽ præmiſſis adminiculatiuam. Soc. *in conſi.* 162. *nu.* 11. *uerſ. confirmatur quia. lib.* 2. Gram. *deci.* 34. 33. Milet. *in repert. in verbo. teſtis. num.* 69. Burſ. *conſi.* 345. *ſub nu.* 29. Dec. *conſ.* 18. *nu.* 59. Caputa quen. *deciſi.* 208. *nu.* 8. *par.* 2.

7 Tertio coadiuuantur prędicta, ex propria cõfeſſione d. Simonis, qui & ſi particulariter neget, quod apud D. Regentẽ impediuerit exequutionẽ literarũ Apoſtolicarum, fatetur tamen, ſe tractaſſe cum eodem D. Regente, de manu rentione poſſeſſionis ſuæ prætenſæ Abbatiæ; Dum dicit; *Andai al Regente, per intendere, che coſa pretẽdeua l' Arciueſcouo de Beneuẽto; mi riſpoſe che gli era ſtato preſentato vn memoriale per parte dell' Arciueſcouo di Beneuento, per conto della mia Abbatia, & che l'haueua rimeſſa al Cappellano Maggiore.* Ex ficiã to magis veriſimilis redditur depoſitio dictorũ teſtium deponentium ſuper pręſtatione impedimenti facta per Domin. Simonem apud Regentem, cũ iam ipſe fateatur, ſe vt ſupra cum eodem Domin. Regente tractaſſe: teſtibus autem veriſimilia deponentibus, etiã quod inhabiles forent, plenè credendum eſſe, dicunt Aym. *conſilio* 27. *numero* 9. *lib.* 2. Nouell. *regula* 116. *in tertia fallen.* Pract. Conrad. *in titu. de teſtibus, rubr. per ſonas teſtium aggrediendo, ſub numero* 5. *verſic. vnum magis ſignandum. fol.* 74. *col.* 2. *in fine.* Gabr. *titu. de teſtib. li.* 1. *concl.* 20. *nu.* 4. Decian. *d. conſil.* 18. *nu.* 204. *li.* 1. Maſcard. *de prob. lib.* 3. *concl.* 1119. *nu.* 11.

8 Quarto concurrit ad præmiſſa; Nā quod exequutio literarum Apoſtolicarum fuerit apud iudices ſeculares impedita, in facto eſt certiſſimū, licèt prætendatur, de perſona impediente nō apparere; ideo ſubintrat iuris præſumptio, qđ impedimentum fuerit pręſtitum ab eo, cuius intererat impediri, iuxta tradita per Bar. *in l. fi. num. 5. uerſ. item illa res. ff. de quaſt.* Corrad. *in pract. crim. rubr. de negat. crim. & tormen. post nu. 20. uerſ. 7. quādo res ſubtracta.* cum alijs relatis per Campeg. *in tract. de teſtib. reg. 394. verſic. ſexto ille præſumitur.* Siue ergo teſtium depoſitiones, ſiue dicti Simonis confeſſionem, ſiue etiam iuris præſumptionem, & facti met qualitatem reſpiciamus, nō poſſumus, niſi dicere, qđ de impedimento exequutionis litterarum Apoſtolicarum prædictus d. Simon ex omni parte remanet conuictus; & conſequenter vltra excommunicationem cecidit ab omni prætenſo iure Abbatiæ, tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, tam in re, quam ad rem, & alias prout in bulla Innocentij VIII. de qua ſupra. Et hæc dicta ſufficiant, quo ad caput impedimenti exequutionis literarum Apoſtolicarum.

9 Veniamus modò ad caput reſiſtentiæ, factæ Vicario Archiepiſcopi Beneuentani, & alijs Clericis in illius ſocietate exiſtentibus, dū volebant vigore literarum Apoſtolicarum capere poſſeſſionem Abbatiæ; & quidem, quod talis reſiſtentia armata manu & ſolemniter fuerit facta a familiaribus, & hominibus d. Simonis, qui in Abbatia erant reconditi, non poteſt in dubium reuocari, cum de ea deponāt teſtes quamplures; & ſic pleniſſimè in primis dicitur conſtare de corpore delicti, iuxta tex. *in l. 1. §. item illud. ff. ad Syllan.* cum alijs per Boſſ. *in tit. de delict. num. 40.* Qđ aūt hæc reſiſtentia fuerit facta de ordine & mādato d. Simonis, probatur ex iuris præſumptione volente, quod factum ad Dñi commoditatē, & vtilitatem, præſumitur factum de illius ſcientia, conſenſu, & mandato, prout eſt tex. *in c. conſtitutus. il 1. in verſ. ſi quis autem de conſanguineis, & ibi in glo. in verb. veriſimile. extra de teſtibus.* fuit originalis doctrina Bar. *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi Pratori, nu. 19. in 10. qu. eſt. ff. de nou. oper. nuncia. & in l. 1. §. idem Labeo. ff. quod ui aut clam.* Roman. *cō ſil. 68. nu. 2. uerſ. iuris enim præſumptio eſt, & conſil. 152. nu. 4.* Imol. *in l. hæres meus. §. fi. uerſ. an autem impedimentum. ff. de conditio. & demonſtr.* Alex. *in l. 1. nu. 4. uerſ. puto opinionem Bartoli ueram. C. nemi. liceat potentio.* Marſ. *conſ. 3. num. 18. & ſeqq.* Natt. *conſ. 451. nu. 6. li. 3.* & eſt communis, vt per Bero. *in conſil. 118. nu. 27. lib. 3.* quem refert, & ſequitur Lancellot. *de attent. c. 1. nu. 80. & ſeq.*

10 Et licet non ignorē contra hanc Bartoli opinionem ſenſiſſe Bald. Anan. & alios relatos per Boſſ. *in titu. de manda. ad homicid. num. 39.* Nihilominus, omiſſa pro nunc diſcuſſione ſuper veritate prędictarum contrariarum opinionum, ſupplicatur aduerti, quod quando vltra conſanguinitatem, vel famulatum delinquentis concurrit aliqua alia præſumptio mandati, res tunc nullam prorſus habet difficultatem, & Bartoli opinionem contra Bal. præualere, vel faltē ſic poſſe eorum contrarias opiniones concordari, ſcripſerunt Rom. *in d. l. 1. §. ſi quis ipſi Pratori, nu. 8. ff. de nou. oper. nunci.* Abb. *in c. cum cauſam, nu. 19. de teſtibus.* Alexan. *conſ. 69. nu. 5. lib. 2.* Marſ. *d. conſil. 3. nu. 18. uerſ. & ſaltem hoc procedit.* Gram. *conſ. 8. nu. 3.* Petr. a Plach. *in Epith. delict. lib. 1. nu. 14. poſt nu. 4. verſ. quod ipſe veriſsimum intelligerem.*

11 Et ſic in propoſito vera & communis practica eſt, quod quando cum cōſanguinitate, vel famulatu concurrit vnica tantū præſumptio, etiā leuis, & violenta, tunc ſine dubio oritur ex ea indicium indubitatum ad torturam. Boſſ. *d. titu. de mandato, nu. 52.* At ſi non vnica, ſed plures concurrant pręſumptiones, non leues, ſed vrgentes, prout infra in caſu noſtro, eas cōcurrere mox demonſtrabo, & tunc ad punitionē illas ſufficere, ſenſiūt omnes pręfati Doctores, pręſertim Abb. *in d. c. cum cauſam, poſt d. num. 19.* Marſil. *d. conſi. 3. nu. 20. uerſ. quinimo prædicta, &c.* & non ſolum in pęnam extraordinariam, ſed etiam in ordinariā. Duen. *reg. 203. in prima limit. uerſ. quod tamen intelligo verum.* Petr. a Plach. *c. 14. num. 4.* vbi plures alios adducunt concordantes.

12 At in præſenti caſu, non præſumptiones, ſed concludentiſſimas teſtiū probationes in mediū adducam, ex quibus de mandato prædicto optimè apparebit; ſtatim enim mortuo Abbate, d. Simon poſuit armatos in cuſtodia Abbatiæ, cum expreſſo ordine, vt neminē ingredi illuc facerēt, & hoc deponūt vndecim teſtes. Rurſus poſt mortem Abbatis, quando d. Simon illinc ad mēſem diſceſsit ex Abbatia, & Neapolim profectus eſt, eoſdem homines ibidem armatos reliquit, repetito illius iuſſu, vt neminē illic ingredi ſinerent, ēt quod venirent nomine Archiepiſcopi Beneuentani, aut Papæ, & hoc reſpectiuè deponunt oēs præfati teſtes. Præterea antequam d. Simon ex Abbatia diſceſſerit, fecit claudere feneſtras & foramina ad hoc, vt nullus prorſus in eā ingredi poſſet, prout deponūt quinque teſtes, videlicet Michael, Antonius, Andreas, Baſilius, & Laurētius. Et idem D. Simon dum eſſet iterum Neapoli, per litteras ſcripſit Sebaſtiano Scantino, & Coſtantino Leoni, vt bene d. Abbatiam cuſtodirent, vt neminem illuc ingredi permitterent, prout deponunt quatuor teſtes, videlicet, Sabatinus, Antonius, Michael & Andreas. Et demū habita per d. Simonē notitia, quod ſui homines fecerunt reſiſtentiam prędictam, illam approbauit, & ratificauit per litteras ſcriptas pręfatis Sebaſtiano, & Coſtantino, prout deponunt quinque teſtes, videlicet, Sabatinus, Baſilius, Antonius, Andreas, & Michael.

13 Quare ex præmiſſis in primis dicitur, quod d. Simō vltra generalē iuris pręſumptionē, de qua ſupra, eſt apertè conuictus de mādato ad reſiſtēdum per teſtes; qui quidem teſtes etſi forſan aliquas paterētur exceptiones in eorum dictis, aut perſonis, prout uerius nullas patiūtur, adhuc tñ concludenter probant, & ipſum conuincūt. Tū quia agitur de probando mandato, quod de ſui natura eſt difficilis probationis, ſecundum Boſſ. *de indic. numero 155.* Hercul. *in tract. de negatiua. nu. 16.*

nu.16.& 17.Gab.tit.de teſtib.conclu.7.nu.3.lib.1. Bertaz.conſ.3.nu.27.& conſi.105.nu.8.& 9.Burſ. conſi.346.nu.11.lib.4. Tum etiam, quia facientes huiuſmodi reſiſtẽtias, nedum vigore bullarum Apoſtolicarum, dicuntur committere crimen lȩſæ Maieſtatis, verum etiam nec vlla iuris aut hominis fictione coadiuuantur. Quo caſu non ſolum inhabiles, ac minus idonei teſtes admittuntur, Abb.in c.1.poſt nu.5.verſic. fallit in crimine leſa Maieſtatis, lib.4.Bellin.conſ.43.nu.7.verſ.ad ſecunda, an ſindicus, Gram.conſi.1.27.& vot.3.num. 30.Burſat.cum ibi allegatis per eum in conſi.346.numero 17.lib.4.Maſcard.de probat.li.3.conclu.1386. num.8.& concluſ.462.nu.1.& ſequen.lib.1. Verum etiam præſumptiua, & minus plena probatio habetur pro plena, & concludenti probatione. Bal. in l.quicunque.num.25.C.de ſeru.fugit. Alex.conſi. 69.nu.1.& ſeqq.lib.2. Brun.de indic. & tortur.p.1. q.4.nu.7.verſ.item adde.Aym.conſi.73.num.19.& ſeq.Gram.conſi.22.nu.15.& ſeqq. Dec.in cap.licet cauſam.nu.12.in fine.de probat. Boer. deciſ.164.nu. 4.Clar.in pract.§.fin.q.20.verſ.ſcias tamen. Maſc. d.concluſ.462.nu.20.

14 Idẽ D.Simon conuictus exiſtit alia iuris præſumptione; quia ante reſiſtentiam factam ipſe notitiam habebat de expeditione breuis, pro capienda poſſeſſione Abbatiæ, cum (vt ſupra probaui in 1.capite) iam illius exequutionem impediuerit apud D.Regentem, & alios; quare debebat ſuis hominibus in Abbatia exiſtẽtibus, quibus iam ordinauerat, vt neminem illuc ingredi facerent, ordinem prȩdictum reuocare, & prohibere, ne vllam facerent reſiſtentiam. Hoc autem non fecit, nec prohibuit, ergo quicquid ab illis poſtea factum fuit, non ſolum de eius mandato, & conſenſu factum a iure præſumitur, Natta conſi.451.num.6.Clar.q.86.verſi.hinc infertur, & verſ.2.infertur.in fine. Menoch. de præſump.lib.5. præſump.27.n.21.iuncto nu.14.et 15. Verum etiam de reſiſtentia prædicta puniendus erit nõ aliter, ac ſi ipſe illam principaliter feciſſet. l. 2. ff. de noxal.& eſt communis, vt per Ant.Gomez.var.reſol.tomo 3.tit.de homic.nu.4.verſ. item adde. & tit. de crim.læſ.Maieſt.nu.8.verſ.quod tamen opin.

15 Tertio ſi, vt iam prædixi, D.Simon ratam habuit reſiſtentiam eius nomine factam, etiã quod nihil aliud in proceſſu contra ipſum appareret, ex hoc ſolum poteſt de mandato puniri, cũ vulgaris ſit in iure cõcluſio, quod ratificatio habet

a vim mandati[a] tam in ciuilibus, quàm etiam in criminalibus. l.1.§.ſed & ſi cum quis.ff.de vi, & vi armat.cap.1.de homicid.in 6. cap.ratihabitionem, & ibi gloſſ.de regul.iur.in 6.Oſaſc.deciſio.Pedemonta.138.numero 4.& 5.Capra concluſio.80.numero 62. & quando delictum tendit immediatè ad commodum, & vtilitatem alicuius, tunc in dubio præſumitur ratificatio, vt per Lancell. qui concordantes allegat in tractat. de attent. cap. 1. numero 80.

16 Quarto ſupplicatur aduerti, quod ſumus in magno, & præparato delicto, nempe in reſiſtentia facta officiali, & Commiſſario Papæ, & ſic in crimine læſæ Maieſtatis, quo caſu non eſt præſumendum, quod ad Domini commoditatem, ac vtilitatem, famuli in eorum perniciem de ſe ſolis, ſine expreſſo eiuſdem Domini mandato, tantum facinus committere voluerint. Aegid. deciſio.577.incip. etiamſi exequutio. Bero. quæſtio. 39.numero 4.& in d.conſi.118.per totum, præſertim num.23.lib.3.Lancellot.d.cap.1.de attent. a parte, numero 82.

17 Nec etiam omitto aſſertũ mandatum de manutenendo, curiæ ſȩcularis, procuratum a Domino Simone ſtatim mortuo Abbate, ſub ficto prætextu, quod ſuper poſſeſſione Abbatiæ moleſtaretur a Philippo Mugnato, qui tamen Philippus talia nunquam cogitauit, & erat ipſius amiciſſimus. Quare ex hoc mendacio, & quæſito colore, ac etiam ex hac perſonæ fictæ interpoſitio-

b ne[b], præſumitur, quod idem Dominus Simon ſe doloſè præparabat, ad futuram reſiſtentiam in caſu, in quo reſiſtendum eſſet, argumen. text. in l.vxor marito.ff.de donation.inter vir.& vxor.& in l.ſi is qui boni.ff.de acquir.en.hæredi. & in l.ſi quis affirmauerit.ff.de dolo.Aymon.conſi.282.nu.7.& conſi.122.num.10.verſic.7.non eſt dubium.Alberic. in l.dolum.num.3.verſic.item ex perſona alterius interpoſitione.C.de dolo malo.Ruyn.conſil.130.num. 2.lib.2.Mandel.conſi.97.nu.5.verſ.& potiſſimum. lib.1.Maſcar.de probat.lib.1.conclu.531.nu.173.& lib.2.concluſ.815.nu.43.

18 Sexto, effectus ipſe, & facti euidentia hȩc omnia bene demonſtrat. Nam homines armati ſemper ſteterunt in Abbatia, durante impedimento Curiæ ſȩcularis; illo autem ceſſante, & hoc deducto ad notitiam D.Simonis, qui tunc propterea cognoſcebat, non eſſe amplius reſiſtendum Eccleſiaſticæ poteſtati, ſtatim per literas mãdauit, vt cuſtodes inde amouerentur; quare quicquid antea ſequutum eſt, ipſo nõ prohibente, (prout poſtea prohibuit) de eius ordine, & mandato factum præſumitur, arguendo ab ipſo ſequuto effectu, cuius probatio dicitur ſenſitiua, & efficaciſſima, ad plene tradita per Euerard.in loco ab effectu.num.1.& ſeqq.

19 Concludo igitur, quod ſtantibus omnibus prædictis, cum D. Simon ſit etiam pluſquam ſufficienter conuictus de reſiſtentia, facta de eius ordine & mandato Commiſſario, & officiali Papæ, exequi volenti literas Apoſtolicas, non erit os in cȩlũ ponere, ſi dicatur, quod is puniri poſſit pœna crim. læſæ Maieſtatis, iuxta Bullam Sanctiſſimi Domini Noſtri Sixti Quinti, editã eius anno primo, & incip. Hoc noſtri Pontificatus initio.de qua in Bullario, par.2. fol.1375. ſub verſiculo, Duces quoque, in illis verbis, vel etiam quoſcũque Iudices, Miniſtros, aut exequutores iuſtitiæ in perquiſitione, captura, vel abductione, ac omnino in eorũ officij libera exequutione, ſiue in Vrbe, ſiue extra, vbique locorum impediuerint, ſiue verberauerint, vel inſequuti fuerint, aut concuſſerint, ſeu minus, vel alias perterrefecerint, aut ad arma conclamauerint, alioſque concitauerint, ſeu talia fieri mandauerint, & ita hæc timens dictus D. Simon quo ad pœnam criminalem, ſe compoſuit cum fiſco; & ſi rectè memini, ſoluit ſcuta mille, reſeruato par-

vi iure ciuiliter agendi ad priuationem Abbatię, propter recurſum & reſiſtentiam prædictam, pro ut poſtea etiam in ciuili iudicio per tres conſortes vigore dictæ bullæ Innocentiæ, fuit priuatus: Quare diſcant Clerici, preſertim, & Sacerdotes iuriſdictionẽ eccleſiaſticam ſpernere, & pro impedienda exequutione literarum Apoſtolicarum ad ſecularem iuriſdictionem confugere, quia vltra excommunicationem, quã incurrũt, & corporalis pœnæ periculum ſubeunt, & ſaltẽ aut ex gratia, aut ex compoſitione pecuniaria non effugiunt mulctam.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C. Rom.

ADDITIONES.

a *Ratificatio habet vim mandati*. Ad hanc materiam, an ſcilicet, & quando ratificatio in delictis habeat vim mandati, videas omnino, præter antiquiores, quos referunt, Ang. Aret. *conſ. crim. diuerſ. 74. num. 26. & ſeqq. lib. 1.* Corrad. *in pract. fol. mihi 325. nu. 8.* Petr. a Plach. *in Epitho. delict. lib. 1. c. 18. per totum.* Natt. *conſ. 395. §. fi. q. 87. verſ. Quæro nunquid.* Menoch. *de arbitr. quaſt. li. 2. caſu 352. nu. 17. & ſeq.* Honded. *conſi. 96. & conſil. 97. per totum in diſcurſu. lib. 2.*

b Regula ſit affirmatiua, quod ſcilicet ratificatio in delictis habet vim mandati. Capra *d. concl. 80. nu. 62.* Oſaſc. *deciſ. Pedem. 138. nu. 4. & in conſi. 64. nu. 19.* Rimin. iun. *conſi. 310. nu. 4. & ſeq. lib. 3.* apud quos vltra alios relatos in pręcedenti verſ. reperies iura & authoritates Doctorum hanc regulam comprobantium. Et hæc regula procedit etiam in vniuerſitate, de qua particulariter dixit D. meus Farinacius *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de delict. & pen. q. 24. ſub 4. ampli.*

Limita primo hanc regulam procedere, quando quis ſciuit delictum iam fuiſſe commiſſũ: ſecus ſi illud ignorãs mandat illud idem delictum fieri, quia tunc non obligatur, nec tanquã mandãs, quia iam delictum fuerat commiſſum: Nec tanquam ratificans, quia data ignorantia, excluditur ratificatio, vt in deciſ. Pedemon. 138. *nu. 9.* Menoch. *d. caſu 352. nu. 17.* Maſcar. *de probat. lib. 2. concluſ. 1012. nu. 3.*

Limita ſecundo, vt tunc demum ratihabitio ęquiparetur mandato, quando ſcilicet delictum eſt geſtũ nomine ratificantis, aliter ſecus; Quod enim nomine meo geſtum non eſt, ratificare nõ poſſum. Capra *d. concl. 80. nu. 63.* Oſaſc. *d. dec. Pedem. 138. num. 17. & 18. & 28.* vbi amplius, quod non ſolum requiritur delictum eſſe commiſſum nomine ratificantis, verum etiam eſt neceſſe, q̃d ratificetur, tanquam ſuo ipſius ratificantis nomine geſtum; & ibi etiam declaratur, quando delictum dicatur commiſſum nomine ratificantis; *conſi. 65. num. 35. & ſeq.* vbi de materia. Ad quam etiam vide Franc. Marc. *deciſ. 423. num. 25. et ſeq. par. 2.* vbi declarat ſufficere iſto caſu delictum fuiſſe commiſſum contemplatione alterius, licet non eius nomine. Quamuis contrarium, quod immo ratificare poſſit delictum geſtum non nomine ratificantis, voluerint aliqui relati in dicta deciſio. Pedemont. 138. *numero 8.* & videtur etiam ſenſiſſe Lancellot. *de attent. cap. 1. numero 64.* vbi dixit, quod licet regulariter ratificatio non operetur circa ea, quæ non ſunt geſta nomine ratificantis, per regulam *l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff. de negot. geſt. & cap. ratum, de regul. iur.* iſtud tamen procedit quoad alterius præiudicium; ſecus quoad præiudicium ratificantis, vt ibi per eum, qui concordantes allegat. Verum quia hæc procedunt in ciuilibus, ſecus in criminalibus, vt per Franc. Marc. *d. dec. 423. num. 25.* & per Oſaſc. *d. deciſio. Pedemont. 438. num. 18.* in diſcurſu; ideo non recedas a propoſita limitatione, cum qua concurrit etiam Hippol. Rim. *d. conſil. 310. nu. 34. lib. 3.*

Limita tertio in delictis, quæ non poſſunt per alium patrari, prout eſt adulterium, in quo propterea ratihabitio non æquipararur mandato, vt per Franc. Marc. *d. dec. 423. nu. 26.* & per Capr. *d. concl. 80. nu. 65. & 67. & ſeq.* vbi declarat, niſi adulterium committeretur nomine meo, nõ cauſa libidinis, ſed in vituperium alicuius, quia tunc poteſt a me ratum haberi.

Limita quarto, quia non poteſt tractari de ratificatione delicti, niſi prius cõſtet, illud delictũ fuiſſe cõmiſſum. Oſaſc. *d. conſil. 65. nu. 14. & ſeq q.*

b *Ex hac perſona ficta interpoſitione*. Propoſita hic per Dom. meum cõcluſio procedit; quando ſuppoſitio perſonæ fit in actu prohibito, & in præiudicium tertij, prout loquuntur iura præcitata: Secus in re non prohibita, & in actu, quem quis facit iuris ſui conſeruandi gratia: Tũc enim dolus non præſumitur. *l. & qui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt.* per quem text. ita expreſsè declarauit Alber. *in l. dolum, poſt num. 3. verſic. ſed contra. C. de dolo*: Et hinc eſt, quod hodie licitè videmus fieri emptiones prædiorum, cenſuum, ſocietatis, officiorum, & alios contractus licitos a perſonis non prohibitis in fauorem tertij, & de pecunijs alterius, ad cuius fauorem poſtea recognoſcitur bona fides per illum, qui nõ niſi in eo contractu nudum nomen habet, & tamen tales contractus debitam habent exequutionem, nec vllam in ſe continent doli præſumptionem, quod inde euenit, quia contractus ſunt liciti, & ex interpoſitione perſonæ nullum reſultat contrahentibus damnum.

Fam. Cent. V. I, D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Bulla Sixti Quarti, aſtringens conſanguineos & affines condemnatorum, ad emendum illorum bona, An comprehendat conſanguineos, & affines offenſos ab ipſo condemnato: & hinc multa declarantur, quæ reſpiciunt

ſpiciunt extenſionem, ſeu reſtrictionem conſtitutionis fauorabilis, vel odioſæ.

SVMMARIVM.

Oratio indefinita prolata à lege, æquiparatur orationi vniuerſali; & propterea vniuerſaliter intelligenda eſt. nu. 1. Quod quando verum ſit, & de materia. vide in addit. litera a.
Iura ſanguinis pacto partium, aut alio modo dirimi non poſſunt, num. 2.
Expreſsum dicitur illud, quod venit ex proprietate verborũ, & quod ex verbis infertur, nu. 2.
Oratio indefinita, an æquiparetur vniuerſali in materia probatoria. in addit. lit. a.
Oratio indefinita, an trahatur ad futura. in addit. lit. a.
Oratio indefinita æquipollet vniuerſali fictè, non autem verè. in addit. litera a.
Oratio indefinita non æquipollet vniuerſali in materia feudali. in addit. lit. a.
Oratio indefinita comprehendit etiam remedia extraordinaria. in addit. litera a.
Oratio indefinita æquiparatur vniuerſali collectiuè, nõ autem diſtributiuè. in addit. lit. a.
Oratio indefinita non æquipollet vniuerſali, quando agitur de præiudicio tertij. in addit. lit. a in fine.
Tacitum, an, & quando quid dicatur. in addit. litera b.
Expreſsum dicitur illud quod a iure præſumitur, & ſubintelligitur. in addit. litera b.
Expreſsum dicitur illud quod oculis legi poteſt. in addi. lit. b.
Expreſsum, an dicatur illud, quod ſub genere continetur. in addit. litera b.
Expreſsum dicitur illud, quod ex verbis infertur. in addi. lit. b.
Expreſsum dicitur illud, quod venit in neceſſariam conſequẽtiam. in addit. litera b.
Expſeſſum dicitur illud, quod colligitur ex relatione ad aliud. declara, vt in addit. litera b.
Expreſsum dicitur illud quod ſolet ſemper apponi in addit. litera b. in fine.
Expreſsum, an dicatur illud quod colligitur ex coniecturis. in addit. litera b. in fine.
Statutum dicitur fauorabile, & non odioſum, quando reſpicit publicam vtilitatem, ne delicta remaneant impunita, numero 3. contra nu. 7. Declara, vt in addit. litera c. in 7. & 8. concluſione.
Statutum, ſeu conſtitutio fauorabilis latè interpretanda eſt, num. 3.
Statutum, ſeu conſtitutio correctoria iuris communis dicitur odioſa. in addit. litera c. in concluſ. & nu. 8.
Statutum, ſeu conſtitutio contra naturalem æquitatem dicitus odioſa. in addit. litera c. in 2. concluſ.
Statutum, ſeu diſpoſitio per quam redimus ad ius commune, dicitur fauorabilis, & non odioſa. in addit. litera c. in 3. concluſ.
Statutum, ſeu diſpoſitio, per quam obuiatur fraudibus, dicitur fauorabilis. in addit. litera c. in 4. concluſ.
Statutum; ſeu conſtitutio mandans ſeruari iuramentum, dicitur fauorabilis, & è contradicitur odioſa, ſi tollit vires iuramenti. in addit. litera c. in 5. concluſ.
Statutum, ſeu diſpoſitio per quam imponimus finem litibus, dicitur fauorabilis. in addit. litera c. in 6. concluſ.
Statutum, ſeu diſpoſitio, an dicatur fauorabilis, vel odioſa, ſi ex vna parte continet odium, & ex alia fauorem. in addit. litera c, in 9. concluſ.
Extenſio de perſona ad perſonam in qualibet diſpoſitione regulariter non eſt facienda, niſi conſtitutio ſit fauorabilis, numero 4.
Extenſio conſtitutionis facienda eſt ad omnes caſus ſub illo comprehenſos ex proprietate verborum quamuis in uno maior ſit ratio, quàm in alio, nu. 5. vbi ampliatur etiam in ſeparabilibus, & odioſis.
Vniuerſalis oratio comprehendit omnes caſus etiam quod in vno, ſit maior ratio, quàm in alio, nu. 5. in fine.
Statutum, ſeu conſtitutio ſemper reſtringenda eſt, ne ſequatur iniquitas, num. 6.
Statutum, ſeu conſtitutio dicitur odioſa, uolens aliquem teneri, ex facto ſuorum inimicorum, nu. 6.
Afflictio non eſt addenda afflicto, nu. 6.
Statutum, ſeu conſtitutio pœnalis dicitur odioſa, & non fauorabilis, num. 7.
Statutum, ſeu conſtitutio volens vnum teneri pro delicto alterius, dicitur odioſa, & non fauorabilis, nu. 8.
Statutnm, ſeu conſtitutio ſemper interpretanda eſt, vt minus corrigat ius commune quàm ſit poſſibile, nu. 8. in fine.
Ratio eſt anima legis illamque ampliat, & reſtringit, numero 9.
Coniunctus, & beneuolus non præſumitur aliquid male cogitare contra ſuum coniunctum, & beneuolum, ſub numero 9.
Inimicus ſemper præſumitur mala cogitare de ſuo inimico, nu. 9. ad finem.
Conſtitutio, ſeu ſtatutum non extenditur de caſu ad caſum, vbi adeſt diuerſa ratio, nu. 9. in fine.
Statuentes ſemper cenſentur voluiſſe illud, quod interrogati veriſimiliter reſpondiſſent, nu. 10. in fine.
Contraria duo non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, nu. 11.
Verba clara non indigent declaratione, nu. 12.
Aequitat ſcripta præfertur rigori, poſt nu. 12.
Modus non curatur, dummodo habeatur effectus, numeso 12. in fine,
Oratio indefinita non æquiparatur vniuerſali in exorbitantibus, & correctorijs, numero 13. Declara, vt in additione litera d.
Verba ſunt impropriãda, ne ſequatur iniquitas, num. 4.
Odia reſtringenda ſunt, nu. 15.
Opinio quæ magis ſanet æquitati, ſemper amplectenda eſt, num. 16.

CONSILIVM XXVII.

1 ADSIT DEVS. Dubium mihi reſoluendum proponitur, an bulla Sixti Quarti, aſtringens conſanguineos, & affines condemnatorum, ad emendum illorũ bona, comprehendat etiam conſanguineos, & affines offenſos ab ipſo condemnato? Pro cuius ſolutione, prima facie videbatur affirmatiuè reſpõdendum. Primo, quia Bulla ſimpliciter, & indefinitè loquendo, mandat compelli affines, & conſanguineos, ad emendum bona confiſcata; ergo debet comprehendere tam conſanguineos amicos delinquentis, quam etiam inimicos, & offenſos, cum certi
a iuris ſit, indefinitam orationem [a] à lege prolatã tanquam vniuerſali æquiparatam, vniuerſaliter ẽt in omni caſu, & perſona intelligendam eſſe, ſecũdũ gl. *in c. vt circa. in prin.* & ibi Doct. *de elect. in 6.* Dec. *in l. 1. n. 12.* & ibi Cagnol. *nu. 9. ff. de reg. iur.* cum alijs per Couar. *var. reſol. li. 1. c. 13. nu. 8.*
2 Secundo, quia qualitas inimicitiæ, & offenſionis ſequutæ inter conſanguineos, non facit, quin adhuc verè, & propriè ſint conſanguinei, quia iura ſanguinis facto partiũ, aut alio modo tolli

tolli non poſſunt. *l. ius agnationis. ff. de pactis. l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur.* Ergo bulla comprehendit etiam conſanguineos amicos & offenſos, nõ aliter, ac ſi de illis expreſſam feciſſet mẽtionem, quia id quod venit ex proprietate verborum, &
b ex verbis infertur, dicitur expreſſum [b]. Aym. *de antiq. temp. par. 1. verſ. ampliatur nunc. nu.* 38. Rol. *conſ.* 27. *nu.* 34. *ſeqq. vol.* 4. Cæph. *conſil.* 74. *nu.* 20. *ſeq. & conſi.* 82. *nu.* 75. *vol.* 1. Menoch. *in l. fin. num.* 176. *ſ. q. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.*

3 Tertio bulla prædicta facta fuit ob publicam vtilitatem, ne condemnationes latę fruſtratorię reddantur, & vt delicta non remaneant impuni-
c ta, ideo fauorabilis [c] cenſenda eſt, & non odioſa, *l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil.* Bart. *in l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. Marſil. *in pract. §. agredior. nu.* 59. *ſeq. & in §. negligenter. nu.* 130. & ſi fauorabilis, ergo ad omnes conſanguineos extẽdenda, & latè interpretanda eſt, etiam quod iuris communis correctoria, ſiue exhorbirans ſit, Bal. *in l. qui ſe patris. nu.* 16. Rimin. *n.* 33. Caſtren. *nu.* 10. Alex. *n.* 11. *ac cæteri Doct. cõmuniter. C. vnde liberi.* Rolan. *conſi.* 72. *num.* 62. *ſeqq. vol.* 1. *& conſil.* 57. *nu.* 14. *ſeq. lib.* 4.

4 Quarto ſi, vt mox dixi, hæc conſtitutio fauorabilis eſt, ſubintrat cõcluſio, qđ licet alias extẽſio de perſona expreſſa ad non expreſſam, minimè concedatur, ad tradita per eundem Rolan. *in conſi.* 56. *nu.* 24. *vol.* 3. Mandel. *conſi.* 74 *n.* 2. Oſaſc. *deciſ. Pedem.* 23. *nu.* 48. vbi tamen conſtitutio fauorabilis eſt, trahitur etiam ad perſonam nõ expreſſam, vt bene probat Tiraq. qui concordãtes adducit *in l. ſi unquam. in verbo, libertis. num.* 62. *C. de reuocan. donat.* ergo multo magis in caſu noſtro debet trahi hæc bulla ad conſanguineos offenſos & inimicos, qui cum, vt ſupra probaui, verè & propriè conſanguinei dicantur, comprehenduntur ſub bulla non extenſiuè, & intenſiuè ex vi, & ſignificatione verborum.

5 Quinto & vltimo, ex pręmiſſis infertur, quòd licet forſan poſſet afferri aliqua ratio diuerſitatis inter cõſanguineos offenſos, & nõ offenſos, hæc tamen diuerſitas rationis non debet in propoſito impedire hanc extenſiuam interpretationem; quia ſi vtroque caſu ſunt æquè, & propriè conſanguinei, vt ſupra probaui, ergo lex de vtroque intelligenda eſt, etiam quod in uno maior ſit ratio, quàm in alio; ſic enim ſuadet verborum proprietas. *l.* 1. *§. ſi is qui nauem. verſ. in re igitur. ff. de exercitor. actio. l. nõ aliter. ff. de leg.* 3. Bertaz. *cõſ. crim.* 35. *nu.* 7. *lib.* 1. vbi ampliat etiam in pœnalibus, & odioſis, præſertim, cum, vt dixi, Bulla indefinitè, & vniuerſaliter loquatur; quo caſu diuerſitatis ratio minimè attenditur inter caſum, & caſum, cum ſatis ſit, quod lex ſimpliciter, & vniuerſaliter mandet. Dec. *conſil.* 5. *num.* 2. Neuiz. *conſi.* 19. *nu.* 1. Aym. *conſi.* 294. *nu.* 2. Cæphal. *conſi.* 29. *nu.* 1. *& conſi.* 138. *nu.* 11. *vol.* 1.

6 Verum his non obſtantibus, & re melius perpenſa, contrarium de iure multò uerius eſſe ſine dubio crediderim; & ad ita credendum, Primo moueor ex vulgari illa, ſed inconuincibili ratione, quòd omnis lex, ſtatutum, ſeu conſtitutio, quamuis generaliter, ſeu vniuerſaliter loquens, reſtringi tamen debet, ne ſequatur iniquitas, impietas, crudelitas, ſeu auſteritas, vt per Salyc. *in l.* 1. *nu.* 22. *verſ. limita. ff. de leg.* 1. Aym. *conſi.* 221. *nu.* 1. Oſaſc. *deciſ. Pedem.* 90. *nu.* 11. Cæphal. *conſ.* 111. *nu.* 6. *ſeq. lib.* 1. Tob. Non. *conſi.* 95. *nu.* 7. Sed quid auſterius eo, quod quis ex culpa, & facto ſuorũ inimicorum teneatur? *l. ſi merces. §. culpa. ff. loca.* Quid crudelius, aut magis impium, aut iniquũ, quàm addere afflictionem afflicto? *l. iam dementis. C. de Epiſc. audien.* Nihil certè, vt per Cæph. *conſ.* 336. *nu.* 35. *nu.* 3. vbi hoc dicit iniquiſſimũ, & impijſſimum. Menoch. *conſi.* 80. *nu.* 31. *lib.* 1. vbi hoc dicit iniquiſſimum, & peximi exempli. Hippol. Rimin. *conſi.* 18. *nu.* 151. *lib.* 1. vbi hoc impium, & inhumanum. Burſ. *conſ.* 277. *n.* 23. *li.* 3. vbi pariter hoc dicit valde iniquum; ergo ne conſanguineis offenſis vltra receptam offenſam, alia addatur afflictio, & cõſequẽter, ne reſultat iniquitas, impietas, & crudelitas, prout ex tali afflictione reſultare affirmant præallegati Doct. ad illos minimè conſtitutionem eſſe trahendã, concludendum eſt: aliter, non iuſtitiæ, ſed iniquitatis lex eſſet, quod non eſt dicendum.

7. Secundo moueor, quia hæc conſtitutio licèt reſpiciat publicã vtilitatem, non tamen per hoc dicitur fauorabilis; quia ſi talis conſequentia valeret, vtiq; omnes conſtitutiones, & omnia ſtatuta eſſent fauorabilia, cum nulla ſit cõſtitutio, ſeu ſtatutum, quod principaliter non ſit factum ob publicam vtilitatem, vt bene defendit, & pluribus comprobat Sarmien. *ſelect. interpreta. li.* 1. *c.* 12. *nu.* 5. *verſ. Deinde quamuis.* Menoc. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 1. *nu.* 30. *ſeq.* Tob. Non. *conſil.* 95. *nu.* 9. & licet eadem conſtitutio ſit facta, ne delicta remaneant impunita, nec etiam per hoc dicitur fauorabilis, quia ſi eadem conſequentia valeret, vtique etiam omnia ſtatuta pęnalia eſſent fauorabilia, & extendenda, cum ſemper ſint facta ad coercenda delicta, & tamẽ pœnales conſtitutiones, non fauorabiles, ſed odioſas eſſe, omnes exclamant, per tex. *in l. in interpretatione. ff. de pœnis, & in l. factũ ſuũ. §. in pœnalibus.* & ibi Dec. & alij. *ff. de reg. iur.* & bñ tradit Sarmiẽ. *d. c.* 12. *n.* 5. *et ſeq.*

8 Veritas eſt, quod noſtra bulla non fauorabilis, ſed odioſa reputatur, duplici ratione; Primo, quia per eam corrigitur ius commune, & ſic cõtra text. *in l. nec emere. C. de iur. deliberan.* omnis autem receſſus a iure communi odioſus eſt. *cap. quæ a iure communi, de reg. iur. in* 6. & in terminis adnotauit Caballin. *in additio. ad noſtram bullam inter conſtitu. Marchiæ. libro* 4. *cap.* 19. Item eſt odioſa, qui mandat vnum grauari ex delicto alterius; tales enim conſtitutiones odioſas eſſe, dubitandum non eſt. Rolan. *conſi.* 74. *nu.* 6. *ſeqq. vol.* 5. Menoch. *conſi.* 99. *nu.* 119. *libro* 1. Hier. Magon. *deciſ. Lucen.* 23. *numero* 1. *& numero* 8. 1. *par.* Tob. Non. *conſil.* 94. *numero* 11. *verſic.* 2. *reſpondetur, & conſil.* 95. *ſub numero* 2. *verſic. Tum etiam quia & num.* 6. *& num.* 10. vbi de communi. Si conſtitutio hæc odioſa eſt, & iuris communis correctoria, prout talem eſſe negari non poteſt, ergo reſtringenda, & ſemper interpretanda, vt minus

corrigat

corrigat ius commune, quàm ſit poſſibile, vt in d.reg quę a iure cõmuni.lib.6. Cęph.cõſ.277.nu.18.lib.2.Rolan.conſ.72.nu.35.ſeq.lib.3.Oſaſc.deciſ.Pedem.59.nu.12.ſeq. & dec.167.nu.19. & 22. Vnde ſat erit, illam verificari poſſe in caſu cõſãguineorum amicorũ, abſque eo quod trahatur ad conſanguineos inimicos offenſos.

9 Tertio in interpretatione bullarum, & conſtitutionum ſemper attendenda eſt illarum ratio, quia vt communiter dici ſolet, ratio eſt anima legis, illamq; ampliat, reſtringit, & declarat l.cum mulier, ff.ſolut.matri. o.l.cum pater. §. dulciſsimis, ff.de leg.2.Cæph.conſi.16.nu.7. & conſ.30.nu.35. li.1.Ratio iſtius bullę ea eſt, ne ſcilicet, condemnationes fruſtratorię reddantur, prout ſæpè euenit, cum homines retrahantur ab emptione bonorum confiſcatorũ, propter minas ipſorum delinquentiũ, vt clarè in ipſa bulla legitur. Iſtę minæ non ſunt excuſabiles, nec admittendæ in cõſanguineis amicis, & non offenſis, quia cum ſint aſtricti a bulla ad emendũ, nõ poſſunt dubitare de condemnato, quia in cõiunctum, & beneuolum non eſt præſumendum, quod quis aliquid mali cogitet, vel machinetur, cum nemo carnem ſuam odio habeat c.non aſtimemus.13.q.2.fol.mihi 125.Aymon.conſil.8.nu.13. & conſil.319.nu.6. Petr.a Plach.in Epithom.delict.c.2.nu.34.in fine. lib.1.ſecus in coniunctum offenſum, & inimicũ, quia ceſſante beneuolentia, cõiuncti quodammodo reputantur extranei; & de inimico oẽ malum cogitandum eſt, cum cõtra inimicũ ſemper mala cogitare præſumatur. l.inimicitia. ff. de his quibus,ut indign.l.3.§.non ſolum, ff.de adimen.lega. cum alijs per eundem Blanch.in tract.de indic.ad l.fin.ff.de quaſt.nu.9. Ergo ſtante diuerſitate rationis inter conſanguineos amicos, & inimicos, conſtitutio de vno caſu ad alium minimè trahi debet.c.ſi.de translat.pralat.Aym.conſ.6.nu.10.et 11.Tiraq.de ll.cõnub.gl.5.n.111.verſ.et generale eſt.

10 Quarto argumentor a veriſimili mente cõſtituentis, a qua omnis conſtitutio, & ſtatutum quãuis generale & vniuerſale, interpretationẽ, & reſtrictionem recipit.ad gl. in l.pactum tale. §. fin. & ibi notant omnes, ff.de pact. ſed ſic eſt, quod ſi Pontifex fuiſſet interrogatus de conſanguineis offenſis in ſpecie, veriſimiliter minimè eos compelli poſſe reſpondiſſet, ne vt ſupra probaui, de iniquitate, aut impietate redargueretur. ergo ſic, & nos eandẽ conſtitutionem intelligere debere, non aliter, ac ſi idem Pontifex ita declaraſſet, & expreſſiſſet; merito concludendum eſt, per prædicta; & quia etiam id, quod ueriſimiliter cõſtituentes interrogati reſpondiſſent, pro expreſſo haberi debet, ad plenè cumulata per Tiraq. in l.ſi vnquam.in prin.num.56.C.de renoc.donat. & de ll.connub.gl.5.nu.....c.11.Rolan.conſi.62.num.25. vol.3.vbi de communi.

11 Imò aduertatur, quod bulla noſtra videtᷣ clarè, & expreſsè hunc caſum declarare, quia eſt inducta non ſolum ad fauorem fiſci publici, ſed ẽt in fauorem partis offenſæ, dicitque, quod & ipſa pars offenſa poſſit cõpellere cõſanguineos condemnatorum ad illorum bona emendum; ergo quod & ipſi offenſi poſſint ad idẽ cõpelli, abſurdum eſt; quia ſi hoc admitteremus, eſſet dicere, quod vna & eadem perſona eſſet compulſor, & compulſus; & ſic clarè in vno, & eodem ſubiecto duo contraria. contra tex. in l. hæres a debitore, §.quod ſi ſtipulator, & in l.ſi quis pro eo, §.1. & in l.Vranius.ff.de fideiuſſ.

12 Quinto, & vltimo omnis difficultas videtur dirimi ex claris verbis Carpẽſis, poſitis poſt bullam Sixti, dum expreſsè dicit, in exactione harũ pęnarum, & condemnationum non eſſe attendendum literalem, & uerbalem rigorem ipſius bullæ, ſed ad dictam exactionẽ deueniri debere, quatenus mitius, ac benignius fieri poſſunt; quę cum clara ſint, nulla prorſus indigẽt declaratione, aut interpretatione, l.ille aut ille, ff.de leg.3.cũ vulg. Sed in caſu offenſionis ſequutę in conſanguineos multò æquius, & mitius eſt, aſtringere conſanguineos non offenſos, & amicos ad emẽdum bona condemnatorum, quàm offenſos, & & inimicos: immo iniquum & impium eſt, offenſos ad id aſtringere, vt ſupra probaui; ergo ita faciendum eſſe ex æquitate ab eadem bulla admiſſa, omninò cõcludendum eſt, per regulam, quod ęquitas ſcripta ſemper pręfertur rigori, l.placuit, C.de iudic.l.ſi tibi.ff.ſi cert.pet.l.in omnibus quidem, & ibi latè Dec.ff.de reg.iur. Præſertim in caſu noſtro, in quo ęque fiſco conſultum eſt, a quocunque conſanguineo bona redimantur; & ſic non remanet condemnatio fruſtratoria, prout bulla hoc præcipuè prohibere voluit. Nec debet fiſcus curare de modo, dummodo habeat effectum, l. quod conſtitutum, ff.ad municip.cum ſimilib.

13 Et ex his licet etiam bene ſint ſublata fundamenta in contrarium adducta, ſpecialius tamen illis reſpondendo, dico, nõ obſtare primã, & vltimam rationem, quæ ferè in idem incidũt. Nam licet Bulla loquatur ſimpliciter, & indefinitè, & licet etiã oratio indefinita æquiparetur vniuerſali regulariter, non tamen ſic eſt in exhorbitãtibus, & correctorijs[d], & vbi agitur de præiudicio tertij. Grat.conſi.16.nu.12. & conſi.122.n.17.li.1. Crot.conſ.94.ſub nu.26. Oſaſ.dec.Pedom.156.nu.21.prætereą ẽt quod, vt ſupra deduxi, ẽt qđ bulla loquereť ꝑ verba vniuerſalia, adhuc eſt reſtringenda, ne ſequaᷣ abſurditas, iniquitas, & impietas, prout ſequereᷣ, ſi afflictio adderetur afflicto.

d

14 Nec ẽt obſtat ſecunda ratio, nã fateor quod per inimicitias, & offenſiones ſequutas inter cõſanguineos, iura ſanguinis non tolluntᷣ, & quod tam amici quàm inimici cõſanguinei dicuntur; ſed reſpondetur, quod omnis conſtitutio interpretanda eſt, ne iniquitas ſequatur, & vt minus quàm ſit poſſibile, ius commune corrigat, etiam verba impropriando, vt ſupra probaui, & conſuluit Soci.iun.conſi.11.nu.12. & 13.lib.1.

15 Multo minus obſtat tertium & quartum fundamentum, quia vt ſupra probaui, bulla, de qua agitur, eſt odioſa, & nõ fauorabilis; ideo reſtringenda, non autem amplianda.c.odia, de reg.iur.in 6.cum ſimilibus.

16 Quibus ſic in iure firmatis, licet hãc vltimam opinionem veriorem eſſe, vnuſquiſq; iudicabit,

negari

negari tamen non poteſt, quin ſaltem res ſit dubia. Et in dubio ſemper illa opinio amplectenda eſt, quæ magis æquitati fauet, ſecundum magis communem Doctorum opinionem, de qua per Grat.*conſil.*68.*lib.*1.Neuizz. *in Silu.nupt.lib.*5.*li*-*mit.*4.*nu.*68.Iacob.Port.Imolen.*conſ.*42.*nu.*3.& poſt alios nouiſſimè teſtatur Ioſeph.Ludou. *deciſ.Lucen.*29.*nu.*84. 1.*par.* Et his paucis currenti ferè calamo ſcriptis,& Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D.meo morem geram,contentus ſum.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius.I.C.Rom.

ADDITIONES.

a *Indefinitam orationem*. Oratio indefinita regulariter æquiparatur vniuerſali, ſed quando hoc verum ſit,& de materia,vide latè declarantẽ Couar.*var.reſol.c.*13.*per totum.*

Sed præcipuè,an indefinita oratio æquiparetur vniuerſali in materia probatoria, vt puta in teſtibus,inſtrumentis, & ſimilibus, vide Iaſ.*in l.non hoc,n.*14.*C.Vnde cognati,*vbi facit cõcluſionẽ negatiuam.Marſ.*ſing.*171. Villalob. *in com.opin. litera L,nu.*23.Monticel.*in repe.teſtium.pag.*431.*col.*2.*uerſ.pen.& ſeq.*Ceſ.de Graſſ.*dec.*82.*nu.*13.

Et an oratio indefinita trahať ad futura, ponit Rol.*conſi.*80.*num.*51.*lib.*1.vbi etiam quod in materia feudali non æquipolleat vniuerſali.

Et quod indefinita oratio comprehendat remedia tam ordinaria,quã extraordinaria, ponit Petr.a Placha *in epith.delict.lib.*1.*cap.*1.*numero* 7.*ante finem,verſic. quarto his tandem prænotatis.fol. mihi* 17.*in fine.*

Et quod indefinita oratio æquipolleat vniuerſali collectiuè,non autem diſtributiuè,ponit idem Rolan.*conſi.*89.*nu.*15.*lib.*3.

Et quod indefinita oratio non æquipolleat vniuerſali,quando agitur de prę iudicio tertij,& de priuãdo quem iure ſuo, ponit Bero.*q.*47.*nu.*5.cum alijs allegatis per D.meum in hoc eodem *conſi.infra nu.*13.

b *Dicitur expreſſum.*Si ſcire volueris,an & quando,& quot modis dicatur expreſſum, videas omnino Tiraq.*de ll.connub.gl.*7.*per totum,in uerbo,expreſſum.nu.*81.*& omnib.ſeqq.*Vbi etiam in conſequentiam declaratur,quando quid dicatur tacitum.Bal.*in trac.de ſubſtit.in præfatione.nu.*5. Villalob.*in commu.opin.litera C,nu.*149. Aym. *de antiq.tempor.par.*1.*ſect.ampliatur nunc. num.* 41. vbi quod expreſſum dicitur illud, quod a iure præſumitur,& ſubintelligitur.Put.*deciſi.*184.*nu.*2.*li.*1. vbi quod expreſſum dicitur illud quod oculis legi poteſt,*ad l.*1.*in princ.*vbi Bat. & alij.*ff.de ijs, qui in teſtam.delen.*

Et an dicatur expreſſum id, quod ſub genere continetur,vide Tiraq.vbi ſupra.*nu.*81.*&* 86.*& ſeq.*Iac.Emilian.*conſ.*11.*dec.Pedem.*23.*nu.*42.

Et quod expreſſum dicatur id,quod ex verbo infertur,ſcripſit Aym. *de antiq. tempor. vbi ſupra num.*38.Exornat Roland.*conſi.*27.*nu.*34.*et ſeqq. lib.*4.*ampliat.* Cæphal. *conſi.*74.*num.*20.& 21. *& conſi.* 82.*nu.*75.*lib.*1.

Et quod expreſſum dicatur illud, quod venit in neceſſariam conſequentiam ponit Menoc.*de arbitrar.quæſt.lib.*2.*caſu* 276.*num.*28.*& in l.ſi.numero* 126.*& ſeq.C.de edict.diu.Adrian.tollen.* Vbi amplius quod expreſſum dicitur illud,quod virtualiter colligitur.Put.*deciſ.* 184.*nu.* 2.*lib.* 1. vbi declarat,quod expreſſum dicitur illud, quod reſultat ex verbis ſcriptis de neceſſitate, & non ex perſuaſione.

Et quod expreſſum dicatur illud, quod ex relatione ad aliud colligitur, ponit Aym.*de antiq. tempor.par.*1.*ſect.quæritur etiam in hac materia,nu.*22.*fol.mihi* 71.*à tergo* Oſaſc.*deciſ.Pedemont.*128.*nu.*1.*& ſeqq.& num.*15.Vbi declarat non procedere,quando aliquid requiritur pro forma.

Et quod expreſſum dicatur illud, quod ſolet ſemper apponi, ponit Couar. *variar.reſolut.li.*1.*cap.*15.*nu.*9.

Et an expreſſum dicatur id, quod colligitur ex coniecturis,uideas per Neuizz.*conſi.* 2.*numero* 40.& per Menoch.*de præſumpt.lib.*1.*quæſt.*45.*per totum.*

c *Fauorabilis.*Practicabilis, & quotidiana eſt illa materia,in qua diſcutitur, an & quando ſtatutũ,ſeu conſtitutio dicatur fauorabilis,vel odioſa: Ideo aliquantulum percurrenda,ad quam vltra infraſcriptas concluſiones,videas Doctores, & præcipuè Iaſonem *in l.qui exceptionem.ff. de cõdit.indeb.*Roman.*ſing.*39.*nu.*2. Mattheſ.*ſing.*10.*Et in addit.col. mihi* 21.*ſecundum paruam impreſſionem.*Marc.Mantuam *in cap.odia. de reg.iur.in* 6.Tiraq.*de retract.in præfatione.nu.*55.*uerſ.ex his autem.& in* §.30.*gl.*1.*num.*5.*& ſeq.* & aliquid per Cæphal.*in conſi.*35.*num.*35.*lib.*1.& pro pleniori cognitione firmandæ ſunt infraſcriptæ concluſiones.

Prima ſit concluſio,quod diſpoſitio cõtra ius commune dicitur odioſa,& nõ fauorabilis,quia vt dicunt Doctores, omnis receſſus a iure cõmuni eſt odioſus,ſecundum Tiraq.*de retract.in præfatione.num.*62.Aym.*de antiq.temp.par.*4.*in prin. nu.*42.*& ſeq.*Menoch.*de recuper. poſſeſſ. remed.* 1.*nu.*24.*& in l.ſi.nu.*38.*C.de edict.diu. Adrian.tollen.*

Secunda ſit concluſio,ꝙ diſpoſitio,ſeu conſtitutio eſt odioſa, non ſolum ſi fuerit correctoria iuris communis, ſed etiam ſi fuerit contra naturalem æquitatem,ſecundum Aym.*de antiq. tempor.par.*4.*ſect.materia iſta, nu.*61.& faciunt trad. per Virg,Boccac.*in conſtit.Marchia.gl.*6.*num.*80. vbi dixit,quod omnis diſpoſitio, quæ non conuenit æquitati, nec bonis moribus, nec legibus vel ſtatutis,dicitur odioſa.

Tertia ſit concluſio,quod ſicut diſpoſitio cõtra ius commune reputatur odioſa,ita etiam reputari debet fauorabilis, ſi per eam redimus ad ius commune, vt in conſil.crimin. *diuer.*124.*ſub numero* 14.*li.*1.*in folio.*& per Tiraquel. *de retract. in præfatione.num.*58.*& ſeq.*Vbi vide per Neuiz. *conſil.*2.*nu.*33.& Menoch.*in l.ſi.nu.*40.*C. de edict. diu. Adrian.tollen.*

Quarta ſit cõcluſio,quod diſpoſitio, per quã obuiatur fraudibus, dicitur fauorabilis, ex allegatis per Aym. *in ſuo conſil. ſeu tractatu de indemnitati.*

nitati.

*nitati mulierum.num.*8.*& de antiq.temp.par.*4.§.1.*nu.*136.cum alijs per Virg.Boccac.*in conſti. Marchiæ.glo.*6.*nu.*79.

Quinta ſit concluſio quod diſpoſitio fauens religioni, & obſeruationi iuramenti, dicitur fauorabilis, ſecundum Aym. vbi ſupra, *de indemni. mulierum,nu.*49. Steph.Lambertengh. *de contractib.eorum.&c.gl.*8.*nu.*84.*& nu.*92. Vbi èçontra, quod diſpoſitio tollens vires iuramenti, dicitur odioſa, & reſtringenda: quod quando verum ſit, bene declarat Virg.Boccac.*in conſti.Marchiæ. glo.*6.*num.*8.

Sexta ſit cõcluſio, quod diſpoſitio, per quam imponitur finis litibus, dicitur fauorabilis. Neuizz.*conſi.*5.*nu.*35.*deciſ.Pedem.*22.*nu.*8.

Septima ſit concluſio, quod diſpoſitio reſpiciens publicã vtilitatem, fauorabilis res putanda eſt: publicam autem vtilitatem dicitur recipere ſtatutum, ſi de ea in aliqua eius parte, & præſertim in præfatione, ſit mentio, ex allegatis per Sarmien.*lib.*1.*c.*12.*nu.*1.*& ſeqq.* qui tamen optimis rationibus hanc concluſionem improbat: cum videas.

Octaua ſit concluſio, quod cõſtitutio punies̃ delicta, reputatur fauorabilis, quando ſine ea delicta remanerent prorſus impunita; ſecus ſi punita remanent, ſed minori pęna: ſic enim colligit ex Couar. Menoch. Sarmien. & Tob. Non. in locis relatis hic per D. meum, *num.*7. Quibus addo Cæph.*in conſi.*140.*nu.*24.*li.*1. Vbi dixit, quod licèt diſpoſitio puniens delicta, dicatur fauorabilis, vbi tamen agitur de euitando pęnam, dicitur agi de fauore, & non de odio. Addo etiam Gig. *de crim.læſ.Maieſt.li.*3.*tit.*1.*nu.* 4. Vbi dixit quod lex quantumcunque fauorabilis, reputari debet odioſa, & non extendenda, quando in ea eſt appoſita pœna.

Nona ſit concluſio, quod ſtatutum, ſeu diſpoſitio partim fauorabilis, & partim odioſa, reputari debet fauorabilis; non autem odioſa; quod quando verũ ſit, & de materia, vide omnino Tiraq.*de retract.* in locis ſupra relatis, & *in tract. res inter alios acta.fol.*5.*à tergo.verſ.ex his ſit.ſecũdum paruam impreſſionem.* Rom.*conſi.*39.*nu.*2. Couar. *var.reſol.lib.*1.*c.*2.*ſub nu.*5.*ſub verſ.ſolet enim admonere.* Oſaſc.*deciſ.Pedem.*176.*nu.*14. Sarmien.*ſelect.interpr.li.*1.*c.*12.*nu.*2. Menoch.*de recuper.poſſ. remed.*1.*nu.*16.*&* 17.*& nu.*33.*& ſeq.* Ioſeph. Ludou.*deciſ.Lucen.*26.*nu.*23.*par.*1. Honded.*conſil.* 95.*nu.* 112.*lib.* 1. Apud quos hanc quæſtionem bene diſcuſſam, & declaratam reperies.

d *In exorbitantibus, & correctorijs.* Contrarium quod etiam in exorbitantibus oratio indefinita æquipollear vniuerſali, defendit Couar. *var.reſol.lib.*1.*c.*13.*nu.*8.*verſ.Quarto hinc patet.*

ARGVMENTVM.

Sententia in contumaciam lata contra capitaliter bannitum, & condemnatum, exequi non poteſt, quando bãnum nõ eſt nullum defectu citationum exequutorum in die feriato: & quando in eo non fuit bannito aſſignatus terminus ad comparendũ: & etiam quando in ſententia fuit impoſita pęna, non condigna delicto: & hinc etiam reſoluitur, quęnam ſit pęna rumpentis pacem, tam de iure communi, quám vigore Conſtitutionum Marchæ.

SVMMARIVM.

*Sententia contumacialis continens pœnam non condignam delicti, pro quo quis eſt bannitus, & condemnatus, exequi non poteſt, nu.*1.

*Confeſſio ficta non poteſt plus operari, quam vera, nu.*1.

*Sententia continens maiorem pœnam ea, quæ à iure impoſita reperitur, dicitur nulla ipſo iure, nu.*1.

*Sententia contumacialis nulla exequi non poteſt, nu.*1.*in fine.*

*Delictum non conſumatum de generali conſuetudine non punitur eadem pœna, etiam quod ſit atrociſſimum, & quod fuerit deuentum ad actum proximum, nu.*2.

*Bannum & contumacia inducit fictam confeſſionem reſpectu delicti principalis, nõ autem reſpectu qualitatum, nu.*2.

*Teſtis deponens de iudicio ſuo in ijs, quæ oculis corporeis percipi poſſunt, nihil probat, nu.*3.*in fine.*

*Pacis fractor vigore Conſtitutionis Marchiæ, non punitur pœna mortis, niſi in caſu vulneris, aut homicidij, num.*4.

*Quid de milite turbante pacem publicam, & alia ad materiam pœnæ frangentis pacem, tam publicam quam priuatam, num.*5.

*Statutum, ſeu conſtitutio puniens delictum, aliqua pœna, requirit eiuſdem delicti conſumationem, nu.*5.

*Citationes factæ in hebdomada ſancta, & in die feriato, ſunt nullæ, nu.*6.

*Citationes factæ in diebus Quadrageſimæ, & Paſchatis, an ſint validæ, nu.*7.

*Bannum latum in die feriato, eſt nullum, nu.*7.

*Bannum in contumaciam datum, ſine aſſignatione termini ad comparendum, eſt nullum, nu.*8.

*Bannum datum non ſeruatis terminis ſeruari ſolitis, eſt nullum, num.*8.

*Banno exiſtente nullo, omnia inde ſequuta nulla, & inualida reputantur, poſt nu.*8.

*Sententia in contumaciam lata in vim præcedentis banni nulli & inualidi, exequi non poteſt. nu.*8.*ad finem.*

*Bannum in contumaciam latum ex præcedentibus citationibus nullis, nullum reputatur, nu.*8.*in fine.*

*Obligatio ſub pœna vltimi ſupplicij in caſu fractionis pacis, non eſt valida, nu.*9.*in fine.*

*Pax ante ratificationem offenſi, non dicitur rupta, nu.*10.

CONSILIVM XXVIII.

1 ADSIT DEVS. Sententia capitalis lata in contumaciam contra Aemilium Sacconum, non poteſt de iure hodie contra ipſum captum exequutioni mandari, quia continet pęnam maiorem, & non condignam delicto per eũ commiſſo, vt in iſtis terminis latè ſcripſit Plot. viden. *inter conſil.crim.diuerſor.*72.*numero* 31.*& ſeqq.*

ſeqq. vol.2. Aym.conſ.941.num.23. vol.5. Becci. conſil.34.lib.1. Et nouiſſimè Flamin.Cartar. qui hos refert,& ſequitur in tract.de exeq.ſentent.capto bannito.cap.fin.nu.48.ſeqq. Vbi magis in termi nis loquitur,non obſtantibus conſtitutionibus Pij Quarti & Quinti, & ita alias obtinuit in facto. Tum quia iniquum eſt contumaci fictè con feſſo maiorem poſſe imponi pęnam quàm præſenti verè confeſſo , cum ficta confeſſio non debet plus operari,quàm vera; tum etiam quia ſententia continens maiorem pęnam ea, quæ a iure impoſita reperitur, dicitur nulla ipſo iure, & in totum , ſecundum communem, de qua teſtatur Ioan.de Cannario inter conſi.crim.diuerſ.in quarto,fol.33.nu.2.lib.1.refert,& ſequitur Clar. in pract.§.fi.qu.eſt.93.verſic. Quæro ſi iudex. Sententiã autem nullam minimè exequendam eſſe contra contumacem bannitum captum , dubitandum non eſt, per ea quæ ſcripſit Boſſ. in titu.de bann. nullis.in prin.& in ti.de nullit. aduerſ. ſenten.num. 10.Rolan.conſi.60.n.30.in fine.uol.2.Plot.d.conſ. 72.nu.14.ſeqq.Cæphal.conſi.770. num. 15. uol.5. Burſat.conſi.225.nu.165.li.2.cum alijs pluribus, qui poſſent adduci.

2 Quod in præſenti caſu pœna mortis non ſit condigna delicto per Aemilium patrato, facilè demonſtratur; Nam licet exonerauit Archibuſium animo occidendi Normiſinum, illũ tamen non vulnerauit,nec occidit;Vnde non ſequuto effectu homicidij,non poteſt homicidij ordinaria pœna imponi, per generalem cõſuetudinem totius mundi, volentem,affectum nõ puniti eadem pęna,effectu non ſequuto, etiã quod ſimus in atrociſſimis , ac etiam quod ſit deuentum ad actum proximum,vt pluribus oſtendit Gramm. deciſ.2.per totam, & deciſ.74. in diſcurſu & vot.8. Siluan.conſi.43.nu.20.lib.1.Hippol.Rimin.conſi. 327.nu.11.lib.3.Hier.Gabr.conſi.170.nu.1.lib.1. Ioſeph.Ludou.deciſ.Lucen.15.nu.30.& ſeq. Vbi teſtatur de magis communi opinione,& reſpondet contrarijs.Bertaz.conſi.158.nu.7.lib.1.

3 Qualitas Archibuſetti,de qua in ſẽtẽtia,quæ pęnã mortis in ſe habet, nõ eſt in Proceſſu probata; ideo non ſufficit eſſe contumacem condẽnatum,propter illam qualitatem, quia ficta con feſſio ex contumacia reſultans, vigore ſtatutorum, & Bullarum, intelligitur reſpectu delicti principalis, non autem reſpectu qualitatum aggrauantium, ſecundum communem, de qua per Gugliel.de Bened.in repet. c.Raynutius.par.2.in verbo,mortuo itaque teſtatore,num.168.uerſ. quarto aduertere debet iudex.Gram.conſi.1.n.56.poſt ſuas deciſiones.Curt.ſen.in l.2.§.quod obſeruari.ſub nu. 29.C.de iuram.calum.Gabr. Sarayn. in additio.ad Mattheſil.ſing.33.in fine,vbi de magis communi; Et quod qualitas Archibuſetti non ſit probata ex proceſſu,facilè dignoſcitur,quia de eo nullus teſtis deponit,niſi vnus, qui non de viſu, ſed de iudicio ſuo rationem reddit: quo caſu cum agatur de re cadente ſub ſenſu corporeo,& non ſub iudicio intellectus, nihil prorſus probat. Alex. conſil.132. num. 25. uerſic. Nam teſtis iudicare non debet,uol.5.Brun.conſil.crimin. diuerſ.115. numero 40.libro 2. in ſolio..,.. Oſaſch. deciſio. Pedemont. 122.numero 1. Maſcard. de probat. concluſio. 458. num.7.& 8.lib.1.

4 Altera qualitas fractionis pacis, quæ prætenditur rupta in caſu,de quo agitur, non poteſt inducere pęnam capitalem , nec de iure communi, nec vigore Conſtitutionum Marchię. Quę quidem conſtitutiones,vt videre eſt in illarum li.4. c.77.ſub rubr. de pœna ſingularis perſonæ rumpentis pacem,non imponit pęnam mortis violatori pacis,niſi vbi ſequutum eſt,vel vulnus, vel homicidium: ſed in caſu noſtro neutrum eſt ſequutum; Ergo conſtitutio nõ habet locum, cum clarum ſit in iure, quod conſtitutio pœnalis ſemper requirat delicti cõſumationem. Marſil.in l.qui falſam,nu.34.& ſeqq.ff.ad l.Cornel.de fal.Gram.deciſ.2.nu.11.ſeqq.& deciſ.74.nu.4.ſeqq.Boſſ. in tit. de homic.num.10.& 12.Matth.Gribal.in ſuis reg. crim.verſ.licet aliquando in maleficijs. Nouel.reg. 114.in ſeptima fallen.

5 De iure autem communi in milite turbante pacem publicam,eſt pęna mortis.l.fin.ff.de re militia.Io.Berber.in pract.par.1. rubr. 33. de violato. immunit.nu.3.Luc.de Pen.in l.unica,in 10.quæſt. nu.32. verſi. De iure vero antiquo Romanorum,&c. de pac. tenen. In alijs autem perſonis non militibus,non reperitur a iure ciuili indicta certa pęna,vt bene aduertit idem Luc.de Pen. in d.l.unica.d.num.32.verſ.Si quis tamen illum turbat. Ideo recurrendum eſt ad leges Federici de quibus in §. ſi quis hominem, & in §.§.ſeqq. de pace tenen. Et in §.ſi quis vero auſu temerario,& §.§.ſeqq.de pace iuram.firman.in vſibus feudorum, quæ leges iſto caſu,& ſi feudales ſint,erunt generaliter, & in omni caſu obſeruandæ, vt per Luc. de Penn. in loco citato,num.31.verſic.certè etiam prædictæ leges,&c. Ex quibus legibus extra caſum homicidij, non pœna mortis, ſed pecuniaria imponitur violatoribus pacis publicæ. Ergo & idem in violantibus ſecuritatem & pacem priuatam, prout argumento dictarum legum, hanc pœnam eo caſu non mortis, ſed arbitrariam & pecuniariam eſſe,ſcripſerunt Alber.in l.illicitas. §.ne potentiores, num.9.ff.de offic.Præſid.Afflict.in §. iniuria, nu. 1. ſeqq.d.tit.de pace iuram.firman.Gig.de crimin.laſ. maieſt.lib.1.tit.qualiter & a quibus crimin.laſ. Maieſt.committa.quæſt.33.numero 2. Petr.a Plach.in epith.delict.li.1.cap.7.numero 10.Iodoch.in pract. crim.c.108.rubr. de pacis, ac induciarum violatione. num.1.& ſeqq.

6 Et vltra præmiſſa,non video, quomodo poſſit tractari de exequutione prædictæ ſententiæ, cum etiam ſit euidenter nulla ex defectu citationum exequutarum, & reproductarum in hebdomada ſancta, videlicet in die Martis, Mercurij, Iouis,& Veneris,& ſic in die feriato, c.fin.extra de ferijs.l.omnes,& l.publicas,et ibi gl.1.C.eodẽ. quare eandem ſententiam,ſic,vt prætenditur,latam ex præcedẽtibus citationibus exequutis in diebus feriatis,minimè exequendam eſſe, in terminis bene conſuluit Bertaz. conſi. 146. numero 1.et nu.11.li.1. Vbi concordantes adducit, teſtatur de communi,&c.

Nec

Google

7 Nec obſtat ſi dicatur, quod etiam in quadraginta diebus quadrageſimæ, præcedentibus paſchalem ſolemnitatem, de conſuetudine proceditur in criminalibus, ad gl. *in l. quadraginta. C. de fer.* quam refert Clar. *in prac. §. fin. q. 50 verſ. pariter etiam*. Nã in facto ſupplicatur aduerti, quod bannum da-um Emilio, fuit latum poſt 40. dies quadrageſimæ, videlicet die 22. Aprilis 1585. & ſic ſequenti die poſt Paſcha. Qui dies cum feriatus ſit, *d. c. fi. de ferijs, & d. l. omnes. C. eodem*, neceſſario ſequitur, quod idem bannum ſit nullum & inualidum, ad text. *in l. dies feſtos, ibi, Præconis vox ſileſcat, C. de ferijs, & in c. placita. 15. q. 4.* Per quæ iura pariter in terminis ita notabiliter dixit Bal. *in d. l. dies feſtos. nu. 4. verſ. quarto nota.* vbi propterea teſtatur ex hoc capite ſe alias vidiſſe irritari quendam proceſſum, *& in l. ſi ea. nu. 16. in fi. verſi. Et an bannum. C. de ijs qui accuſ. non poſſ.*

8 Præterea bannum prædictum eſt nullum ex alio capite, quia ſcilicet fuit datum contra Emilium, nullo ſibi aſſignato termino ad comparendum, & ad ſe expurgandum a dicto bãno; Et ſic contra communem, & generalem practicam, de qua poſt alios, quos allegat Clar. *in q. 44. verſic. vnum tamẽ ſcias*, & plures adducit Flam. Cartar. *de exeq. ſententiæ, capto bannito. c. 1. nu. 427. et ſeqq.* Quo caſu cum in banno non ſint ſeruati termini, qui de iure, aut ſtylo ſeruari ſolent, ſi poſt bãnum capiaẽ reus, non põt contra ipſum executioni mãdari, vt per Villalob. *in ſuis com. opi. verbo abſens, nu. 10. verſ. vt poſſimus deuenire, &c. ad finẽ*, vbi teſtatur, ſe ita ſæpius practicaſſe, dum erat iudex. Nemini enim dubium eſt, banno exiſtente nullo, omnia inde ſecuta pariter nulla, & inualida reputari, ſecũdũ Ang. de malef. *in verbo, qui D. Iudex videns quod dicti inquiſiti non comparẽt. nu. 32.* Marſ. *in prac. §. poſtquam. nu. 36. & ſeq.* Rolan. *conſ. 94. nu. 13. ſeqq. vol. 3.* Cæph. *conſi. 770. nu. 15. vol. 5.* Et ſi bannum eſt nullum, ſententiam inde latam minimè exequendam eſſe, non obſtante quolibet ſtatuto, ſeu conſtitutione, volente, cõtra bannitum exequendas eſſe ſententias, nulla exceptione, ſeu defenſione audita, aperte dixerunt Rol. *d. conſi. 60. nu. 30. in fine. vol. 3.* Plot. *conſ. crim. diuerſ. 72. nu. 14. & ſeq. vol. 2.* Burſ. *conſ. 225. nu. 165. lib. 2.* Et inter alias nullitates, citationis inualiditatem in banno maximè cõſiderabilem eſſe, ſcripſerunt Boſſ. *in ti. de bann. nullit. in prin. et in tit. de cita. nu. 13. & ſeqq.* Cęph. *conſ. 304. nu. 17. li. 3.* Tiber. Decian. *conſ. 18. nu. 79. ſeqq. lib. 1.*

9 Sed omiſſis ijs nullitatibus, quę ſine dubio infringunt ſententiam prædictam, tamen ex alio capite, vt ſupra dixi, apparet, illam minimè exequendam, ſaltem quo ad pœnã vltimi ſupplicij, quæ nec inſpecto iure communi, nec vigore conſtitutionum Marchiæ, in præſenti caſu, pro prętẽſa pace rupta, poteſt eſſe capitalis. Nec obſtat, quod Emilius ſe obligauerit in inſtrumento pacis ad dictam pœnam vltimi ſupplicij, quia certum eſt, talem obligationem nõ valere, cum nemo ſit Dominus membrorũ ſuorũ. *l. liber homo. ff. ad l. Aquil.* Iodoch. *in pract. crimin. cap. 20. num. 4. & ſeqq.*

10 Et demũ, ſi, vt in facto mihi ſupponitur, Paulus Olomniſinus prætẽſus offenſus, nõ ratificauit pacẽ pro eo abſente factã, non põt eadẽ pax ante ſequutã illius ratificationẽ, dici rupta, Boſ. *in ti. de pace. nu. 27. in fine*, vbi teſtaẽ, ſe ita alias ſeruari feciſſe in cauſa cuiuſdã Iudæi, & eſt communis, licet aliqui cõtradixerint, vt patet ex relatis per Hercul. *in trac. de cauſ. de non offen. c. 15. nu. 5. ſeqq.* & ꝑ Nicol. Moron. *de fide treg. & pace, quæſt. 132. nu. 1. & ſeqq.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius. I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

Dubitatur, nunquid mulier inquiſita, quod in eius domo bannitum receptauerit, dicatur plenè cõuicta ex depoſitione duorum ſuorum filiorum impuberum, iuncta depoſitione famuli, & famulæ, in eadem domo inſeruientium, vnà cum depoſitione banniti receptati.

SVMMARIVM.

Impuberis teſtimonium regulariter in criminalibus non admittitur, num. 1.

Proximus pubertati doli capax admittitur ad teſtificandum tam in ciuilibus, quam in criminalibus, num. 2.

Teſtes impuberes, & omnes alij inhabiles admittuntur, & coguntur ad teſtificandum, ac etiam torquentur ſi veritatẽ dicere recuſant in crimine læſæ Maieſtatis, nu. 3.

Teſtes de domo, & de familia etiam impuberes, admittuntur ad probandum factum domeſticum, vt puta, quando in domo aliquis occiſus reperitur, nu. 4.

Teſtimonium impuberis admittitur, quando per alios veritas haberi non poteſt. nu. 5.

Impuberis teſtimonium non admittitur, quando proceditur ad inſtantiam accuſatoris: ſecus ſi per inquiſitionem, & ex officio, nu. 6.

Teſtes impuberes admittuntur ad probandũ factum, qđ æquè cadit in eorum ſenſum, ſicut in ſenſum maiorum, nu. 7.

Filius contra matrem, & ècontra cogi non poteſt ad teſtificandum, præterquam in crimine læſæ maieſtatis, vel vbi per alios veritas haberi non poteſt, nu. 8.

Filius deponens contra matrem, præſumitur verum adducere, nu. 8. ad finem.

Teſtis conuictus probans aliquid contra ſuum conuictum, maxime præſumitur verum dicere, nu. 8. in fine.

Teſtes duo ſufficiunt ad conuincendum delinquentem, nu. 9.

Conuictus teſtibus poteſt condemnari non aliter, ac ſi confeſſus eſſet, nu. 9. in fine.

Teſtes familiares & domeſtici probant facta domeſtica, n. 10.

Teſtes famuli deponentes contra eorum Dominos præſumuntur veritatem dicere, nu. 10. verſ. ſecundo quia.

Teſtis ſecundum dictum in tortura præualet primo dicto extra torturam, nu. 10. verſ. tertio quia.

Socij criminis recipiuntur in teſtes in crimine læſæ Maieſ. inducto a Bullis, propter receptationem bannitorum, n. 12.

Delicta occulta, & difficilis probationis admittunt præſumptiuam probationem, nu. 12 in fine.

CONSILIVM XXIX.

1 ADSIT DEVS. Dubitatur, nunquid mulier inquiſita, quod in eius domo bannitũ receptauerit, dicatur plenè cõuicta ex depoſitione duorum ſuorum filiorum impuberum, iũcta depoſitione famuli, & famulæ, in eadem domo inſeruientium, ac accedente etiam depoſitione banniti receptati? In qua quidẽ dubitatione requiſitus, vt pro veritate reſpondeam, non potui facere, quin contra mulierem meum proferrem votum; licet enim in criminalibus cauſis regulariter impuberis teſtimonium non recipiatur. l. 3. §. lege Iulia, ibi, quiuè impubes erit, & ibi gl. in verbo, in reum, & in verbo, impubes. ff. de teſtib. c. ſi teſtes. §. lege Iul. 4. quæſt. 3. Igne. in l. 1. §. impubes. nu. 26. 36. & 38. ff. ad Syllan. Gram. deciſ. 40. nu. 15. Marſil. in l. infans. nu. 41. verſ. quinimo nedum infans. ff. de ſicar. Blanc. de indic. nu. 346. Crot. de teſtib. par. 3. nu. 70. Hæc tamen regula habet plures declarationes, quæ ad caſum noſtrũ optimè applicãtur.

2 Et primò limitatur, vt non procedat in impubere proximo pubertati, qui cum a iure doli capax pręſumatur, ſicut per tex. in §. in ſumma. inſti. de oblig. quæ ex delict. naſc. & per tex. in l. excipiuntur. ff. ad Syllan. notant Igne. in d. l. excipiũtur. nu. 35. Ideo ipſum non ſolum in ciuilibus ad teſtificandum admitti, ſcripſit Io. Andr. in addi. ad Specul. in ti. de teſte. §. 1. nu. 34. litera g, in verbo, 20. annorum, & poſt eum Alber. de malet. in tract. de teſtib. c. 5. nu. 20. Maſcar. de proba. li. 3. concl. 1246. nu. 4. Sed etiam in criminalibus, expreſsè ſic voluit idem Igne. in d. l. excipiuntur. nu. 36. verſi. Dic prorius. iuncto nu. 37. vſque ad verſ. cuius teſtimoniũ, &c. Et ſi nõ ad plenam probationem, ſaltem ad aliqualem, ſecundum glo. in l. inuitis, in verbo, ſed nec pupillis. in fi. ff. de teſtib. Alber. de malet. d. c. 5. nu. 20. verſ. Pro hoc tamen. Lanfranch. de teſtib. nu. 1. verſ. aut ſi doli capax ſit. Dec. in l. 2. §. item impuberes. nu. 10. in 2. fallen. & ibi etiam Cagn. nu. 20. in fine. verſic. quando autem ſunt doli capaces. ff. de reg. iur. Maſcar. d. concl. 1246. nu. 5. & 6.

3 Secundo limitatur eadem regula in crimine læſæ Maieſtatis (in quod vigore Bullarum receptatores Bannitorum incurrũt) in tali enim crimine nedum impuberes, ſed omnes indiſtinctè admittuntur, coguntur, & torquentur, tex. ad literam in l. de minore. in prin. ff. de quæſt. gl. in l. inuitis. la 2. in verbo, ſed nec pupillis. verſi. fallit autem in crimine læſæ Maieſtatis. ff. de teſtib. Alber. in l. teſtimonium. num. 2. verſic. fallit in criminibus. ff. eodem. Ign. in l. 1. §. impubes. nu. 24. & poſt nu. 26. & num. 36. verſ. Prædicta autem in crimine læſæ Maieſtatis locum non habent. ff. ad Sylla. Dec. in l. 2. §. item impuberes. num. 10. verſic. & iſta concluſio fallit, & ibi etiam Cagnol. nu. 21. ff. de reg. iur. Campeg. de teſtib. reg. 113. in 4. fallen. Alber. de malet. d. c. 5. nu. 19. verſ. fallit in crimine læſæ Maieſtatis. Moncad. ad Crot. de teſtib. par. 3. nu. 70. litera y, in fine addi. verſ. prædicta limita. Gig. de crim. læſæ Maieſtatis. li. 2. rub. quemadm. & per quos crim. læſæ Maieſ. probetur, quæſt. 14. nu. 4.

4 Tertio dicta regula non procedit, quando agitur de probando factum domeſticum, quia tunc omnes de domo, & familia, etiam quod impuberes ſint, ad teſtificandum admittuntur; prout in caſu, in quo Dominus reperitur occiſus in domo, & neſcitur, a quo, ſcripſerunt Spe. in ti. de teſte. §. 1. nu. 34. in fine. verſ. ſed & pupillus. Alber. in l. in teſtimonium. nu. 2. verſic. fallit in criminibus. ff. de teſtibus. Nel. de teſtib. poſt nu. 21. verſ. maximè ſi Dominus dicatur a familia occiſus. Aufr. de reprob. teſt. nu. 57. verſ. Pupillus tamen; Et præter omnes melius Igne. in d. l. 1. §. impubes. nu. 39. verſ. ſi in hoc Senatuſconſulto, & in l. excipiuntur. num. 37. ff. ad Syllan. Prac. Conrad. rub. de teſtib. in verbo, minor. num. 70. fol. mihi 103. in 5. limitat. Maſcar. d. concl. 1246. num. 3.

5 Quarto & generaliter limitatur, quando ſumus in facto, cuius veritas difficilis eſt probationis, & per alios haberi nõ põt. Alb. in l. in teſtimonium. nu. 2. verſi. Et maximè ſi aliter veritas, &c. ff. de teſtib. Spec. in tit. de teſte §. 1. nu. 34. verſi. Accurſius tamen. Iaſ. in l. fin. num. 7. C. de his quib. vt indig. Marſil. in l. de minore. nu. 24. ſeqq. ff. de quæſt. et in l. infans. nu. 42. ſeqq. ff. ad l. Corn. de ſicar. & rurſus in pract. §. diligenter. num. 80. ſeqq. Crot. de teſtib. p. 3. nu. 71. & ibi Moncada in addit. litera y. Plot. de in lit. iuran. §. 54. nu. 31. Gram. conſi. 45. nu. 21. Carre. in pract. in tract. de indic. & tortu. §. vltimo an teſtis. nu. 16. Qui oẽs apertè dñt, ex dicto duorũ impuberũ plenã iſto caſu induci delicti probationẽ.

6 Quinto non omitto, quod quicquid aliàs ſit, vbi proceditur ad inſtantiam accuſatoris, prout loquitur tex. in l. in teſtimonium. ff. de teſtib. Vbi tamẽ iudex ex officio, & per inquiſitionem procedit, ei non interdicitur impuberis teſtimoniũ recipere, vt per Alber. poſt Guid. de Suzzar. quẽ allegat in l. in teſtimonium. num. 2. verſic. Tamen ſi iudex vult, & ibidem Florian. nu. 2. verſi. Et ideo ſit cautus Iudex. Iacobin. de S. Georg. etiam nu. 2. verſi. Tamen iudex proprio motu. ff. de teſtib. Ioan. And. in addit. ad Spec. in tit. de teſte. §. 1. nu. 34. lit. g. verſic. Per quod dicit. Ang. de maleſ. in verbo, comparuerunt dicti Inquiſiti, & negauerunt totum. nu. 13. ad finem. Marſil. in l. de minore, nu. 24. verſi. moueor per notabile verbum, & ibi etiam Blanch. 349. ff. de quæſtion. Brun. de indic. p. 1. q. 2. num. 17. Campeg. de teſtibus reg. 112. in 3. fallen. Decian. conſil. 18. nu. 56. lib. 1.

7 Sexto & demum, nec etiam omitto, quod factum, ſuper quo depoſuerunt iſti impuberes, eſt tale, quod ſic bene cadit in ſenſum, & intellectũ ipſius impuberis ſicut alterius teſtis, qui ſit maioris ętatis; agitur nempè de viſu perſonæ, multum benè cognitæ ab ipſis minoribus; Et ſic ceſſat omnino ratio impeditiua teſtimonij ipſius impuberis, quia ſcilicet quicquid videt, aut audit, ignorat, iuxta l. cum Prætor. §. non autem. ff. de iudi. & l. ſi. ff. de iur. & fact. ignor. & l. 1. ad finem. C. de falſ. Iſto enim caſu multum bene potuerunt cognoſcere bannitum receptatum, ideo eorum depoſitiones maximè attendi videntur, per ea quæ in propoſito ſcripſerunt Ioan. And. in addi. ad Specul. in tit. de teſt. §. 1. nu. 35. litera r. verſ. Ego ſaluo quod dixi &c. Igne. per illum tex. in l. excipiuntur.

Digitized by Google

piuntur.nu.36.verſi.ſed vltra,& poſt num.38.ff. ad Syllan. Alber.de malet.in tract.de teſtib.c.5.n.22. & 23. Moncada ad Crot.de teſtib. par.3. nu. 194. literis.S.S.verſi.item ſi materia ſuper qua teſtificatur. Felyn.in c.cum nobis.nu.9.verſ. quod autem eſt dictũ.extra de præſcrip. Campeg.de teſtib.reg.250. verſ.2.ſeq. Cagnol.in l.2.§.item impuberes. nu.20. verſ.hinc etiam.ff.de reg.iuris.

Septimò non eſt paruifaciẽda in iſtis teſtibus qualitas filiationis; Nã licet filius cõtra matrẽ, & ècontra, cogi ad ſe examinandũ non poſſit, & examinatus non probet.l.parentes.C.de teſtib. Alber.de malet.in tract.de teſtib.par.1.c.1.n.15. Ant. Gom.de delict.c.12.rub.de proba.delict.poſt nu.12. verſ.quod eſt verum, Hoc tñ non procedit in crimine lęſæ Maieſtatis, vel vbi per alios veritas haberi non poteſt.arg.tex.in l.minime.ff.de relig.& ſumpt.funer. facit gl.in l. id tamen. in verbo, Nã vt crimẽ.verſ.niſi in exceptis criminibus.ff.de accuſ.& in c.1.in verbo, Chriſtiani, extra de conuerſ. infidel. Item faciunt trad.per Gig.de crimi.læſ.Maieſ. qui accuſ.poſſ.q.8.& apertius ſcripſerunt idem Alber. de malet.in eodem tract.de teſtib.c.6.nu.31.ad fin. verſ.& quod plus eſt. Ant. Gom.d.rubr.de prob. delict.nu.34.ad fin.verſ.aduertendum. Maſc. de prob. li.1.concl.462.nu.9.& lib.2.concl.857.n.20.& 23. Et iſto caſu cum filius valde præſumatur diligere matrem, & cõtra eam falſum non dicere, cum nemo odio habeat carnem ſuam; iccirco tali teſtimonio magis, quã aliorũ credendum, indubitanter dici poteſt, ex trad.per Dec.in cõſ.163.nu. 11.verſ.& ad hoc accedit. Aym.conſ.6.n.62.& cõſ. 220.nu.9. Gabr.tit.de teſtib.concl.4.n.88.li.1. Bertaz.conſi.334.nu.5.lib.1. Hippol. Rimin.conſi.61. nu.28.& conſi.52.nu.117.lib.1.

9 Igitur cum in propoſita facti ſpecie habeamus duo teſtes de iure ſatis bene probantes, dicimus pariter, mulieres, de quibus in dubio, bene fore conuictas, cum ex dicto duorũ teſtium delinquẽtem plenè conuinci, probet tex.in c.nullam. §.ſed hoc.in fine.2.q.4. Bero.in c.at ſi clerici.nu.5.de indi. Viu.in com.opin.in veſ. teſtes duo ſufficiunt ad condemnandum. Clar.in pract.§.fi.q.66.verſi. Debes ẽt ſcire. & vbi quis eſt teſtibus cõuictus, non aliter condemnari poteſt, ac ſi eſſet confeſſus. l.qui ſententiam.C.de pœn.l.fin.C.de cuſtod.reorum.c.1.& c. primates.2.q.1.d.c.at ſi clerici.extra de iudic. Rota tit.de hæret.deciſ.4.alias 75.nu.3.in antiquis.

10 Et licet præmiſſa ſufficerent pro reſolutione dubij, adhuc tñ res vr̃ eſſe in tutiori portu ex depoſitione famuli, & famulæ, pariter in tormẽtis deponentium receptationem banniti, de quo agitur. Quorũ quidẽ depoſitio maximè ẽt in pręſenti caſu, attẽdenda eſt triplici ratione. Primo, quia deponũt de receptatione domi facta. Quo caſu familiares, & domeſtici tanquam magis informati, magis ẽt, quàm alij, probant. Alber.per illum tex.in l.conſenſu.nu.10.C.de repud. Boſſ.in ti. de oppoſ.contra teſt.num.93. verſ. & quid de ijs quæ fiunt in domo.& in ti.de indic.& tort.nu.164. Beninten.deciſ.Bonon.43.nu.4. Gabr.tit. de teſtib.conclu. 10.nu.33. Secundo, quia deponunt contra eorũ Dominas, cõtra quas ius non præſumit eos mẽtiri, vt reſolutũ fuit per Cappel. Tholoſ.deciſi.4. Idẽ Ricard. in l.etiam.nu.4.in fine.C.de teſtib. Maſcar.de prob.concl.758.nu.10. Tertio, quia in tormentis maximè teſtis depoſitio redditur veriſimilis, etiam quod primo loco contrarium dixiſſet. Bar.in l.eos.nu.2.& nu.4.ff.de falſ.& ibi etiam Marſ.nu.8.verſ.quandoq; teſtis variat. Abb.in c.cũ in tua.nu.9.verſ.ſed colligẽdo.extr. de teſtib. Aret. in c.per tuas.nu.35.col.fi.verſ.Aduerte tamen.extra de prob. Cępol.conſ.60.nu.17.ſeq. Boſſ.de oppoſ.cõtra teſtes, poſt nu.1.in 1.fallẽ.in prin.iuncto verſ.quo vero ad primam,& in tit.de tortur. teſtium.nu.20.

11 Nec refert, quod videanẽ ſocij criminis, quia in crimine læſæ Maieſtatis, prout eſt receptare bannitos, etiam ſocij criminis teſtimonium recipitur.c.nemini.15.q.3.c.1.extra de confeſſ. Boer. dec.319.nu.2. Capyc.dec.130.nu.57. Gig.de crim. læſ.Maieſ.li.2.tit.quomodo & per quos crim.læſ. maieſ.probe.q.7.nu.2. Ant. Gom.de delict.c.12.rub.de prob.delict.nu.16.verſ.Adde tamen. Menoch.de arbitr.lib.2.caſu 474.num.27. Vltra quod non ipſi receptarunt, ſed eorum Domina, cuius voluntati ipſi reſiſtere non valebant.

12 Et tandẽ concurrente etiam depoſitione banniti receptati, res adeò videtur clara, vt ſi lapides ipſius domus, in qua bannitus ipſe receptatus fuit, loqui poſsẽt, nõ vtiq; aliud, quã bãniti hãc receptationẽ, vndiq; reſonarent; & certè ſi in delicto tam occulto, & difficilis probationis nolumus admittere reũ eſſe conuictum ex depoſitione quinq; teſtiũ, nunq̃ dabitur caſus conuincendi, & condẽnandi delinquentes ſine cõfeſſione, & inanis erit illa regula, quod in delictis occultis, & difficilis probationis præſumptiua probatio habeatur pro vera & concludenti probatione, teſteſq; inhabiles reputentur integri & idonei, de qua poſt alios antiquiores Gab.in ti.de teſtib.concl.7.nu.3. Hercul.in tract.de nega.nu.16.& 17. Bertaz.conſ.3.nu.77.& conſ.105.num.8.& 9. Maſcar.de prob.li.1.concl.831.nu.35.ſeq.& conclu. 1124.nu.13.& li.3.concl.1359.nu.1.ſeqq. L.D.

Proſper Farinacius.I.C.Rom.

ARGVMENTVM.

Multa in hoc conſilio pertractãtur, quæ iniuriarum, & libelli famoſi materiam reſpiciunt: ſed multũ exactè diſcutitur, an, & quando veritas conuitii excuſet conuiciantem à pęna iniuriarũ, & libelli famoſi: & quid de libello famoſo in Eccleſia affixo, ſub ſpecie voti, cum inſcriptione tamen, & pictura, alterius infamiam, & delictum tangente, an prauo iniuriandi animo, an vero potius ſine dolo, & propter voti adimplementum affixus pręſumatur, pleniſsimè diſcutitur articulus: & etiam agitur, an ſit iniuria dicere alicui, tu produxiſti contra me falſos teſtes.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

Iniuria infertur, aut verbis, aut re, aut ſcripto. nu. 1.

Iniuria illata per ſcripturam, & per libellum famoſum grauiſſima eſt, nu. 1. & ſeq.

Iniuria, quæ re, aut verbis infertur, priuatum crimen eſt, nu. 1.

Iniuria ad libellum famoſum illata publici iudicij eſt, nu. 1.

Libelli famoſi pœna capitalis, num. 1. Vbi etiam, quod illius author efficitur inteſtabilis, & numero 10. & nu. 68. & num. 108. Quid autem vigore motus proprij Pij Quinti, nu. 13. & nu. 50. & nu. 57. in fi. & num. 74. & ſeqq. & nu. 81. & 82. & nu. 25. Vbi quod de iure ciuili pœna eſt arbitraria, & quandoque vltimi ſupplicij, iuxta facti, & perſonarum qualitates, & nu. 69. De iure autem Canonico huius criminis reus anathematizatur, & fuſtibus, ac verberibus cæditur, & nu. 36. Vbi quod fabricanti libellum famoſum imponitur eadem pœna, quam mereretur infamatus, ſi verum eſſet crimen ſibi in libello oppoſitum, & nu. 51, & nu. 71.

Libellum famoſum inueniens, & illum non lacerans, aut Curiæ præſentans, pœna libelli famoſi tenetur, nu. 1.

Scandali qualitas facit, vt crimen leue reputatur graue, nu. 2. & in addit. litera a,

Libellum famoſum affigens in Eccleſia, dicitur graue crimen committere, anathematizatur, & grauiſſimè punitur, nu. 3. & ſeqq. & alia in deteſtationem libelli famoſi in Eccleſia affixi. nu. 14. & nu. 17. & num. 26.

Anathema non niſi pro mortali crimine imponitur. nu. 3.

Sacrilegium committitur non ſolum ratione perſonæ, ſed etiã ratione loci. nu. 4.

Delinquentes in Eccleſia vltimi ſupplicij pœna afficiendi ſunt. nu. 5.

Appellatio non ſolum ſuſpendit, ſed etiam extinguit ſententiam. nu. 6. & nu. 55. vbi tamen, quod non obſtante appellatione aliqualiter præſumitur pro ea, ſed verius eſt, qđ per appellationẽ ſuſpenditur ſententia, ſed nõ extinguitur, ſed quod extinguat. n. 117. de materia in addit. lit. b

Libelli famoſi pœna tam de iure communi, quam vigore Bullæ Pij Quinti locum habet etiam, quod quis verum dixerit, ſi malo animo illud verum fuerit dictum, & etiam, quod expediat reipublicæ ſciri illud dictum. num. 7. & ſeqq. & nu. 12. & nu. 35. & nu. 58. & num. 80. & 81. & nu. 87. & nu. 104. & nu. 120. ſeqq. & num. 124. vbi ampliatur etiam de iure Canonico, & nu. 127. & nu. 137. & ſeqq. & nu. 208. ſeqq. Contra & præſertim de iure Canonico. nu. 36. in fine. & nu. 37. & num. 42. & nu. 47. & nu. 54. & nu. 137. ſeqq. & nu. 148. & num. 155. & num. 166. ſeqq. & nu. 175. ſeqq. & num. 192. & nu. 201. ſeqq. & nu. 203. & 216 ſeqq.

Iniuriarum actione tenetur etiam, quod quis verum dixerit, quando adeſt animus iniuriandi. nu. 8. & nu. 125. ſecus ſi ex aliqua cauſa fuerit dictum contrarium. num. 39. & ſeq. & malus præſumitur animus, quando ceſſat cauſa inferendi iniuriam, nec erat neceſſe dicere conuitium in iniuria contentũ. nu. 93. et num. 105. & num. 31. Contra quod veritas conuitij conuitiantem excuſet, præſertim quando conuitium expedit reipublicæ ſciri. nu. 47. 48. & 49. & nu. 54. & 104. & nu. 111. vbi de iniuria iudicialiter dicta. & nu. 154. & 156. vbi expreſſè etiam quod adſit animus iniuriandi. & nu. 157. vbi præſertim, quando improperatur delictum proueniens culpa iniuriati. et nu. 168. Vide in addit. litera n.

Libellus famoſus ſub ſpecie voti fabricatus, eò magis puniendus eſt, nu. 9. & nu. 18. & nu. 29. & ſeqq. & nu. 61. ſeqq. & nu. 70. & nu. 97. & ſub nu. 132. contra quod imò ſi ex voto aliquid ſcribatur, ſeu pingatur in tabella ipſius voti in infamiã alterius, quod voti qualitas excuſet. n. 39. & nu. 42. & ſeq. & nu. 46. & 48. & nu. 189. & nu. 194.

Libellus famoſus dicitur commiſſus per ſolam picturam in ignominiam alterius. num. 10. & 22. in fine. & nu. 73.

& nu. 112. declaratur nu. 188.

Producens falſos teſtes tenetur pœna falſi, num. 10. & 51. & nu. 100. in fine, & nu. 101. vbi declaratur, & num. 185. & ſeqq. vbi pariter declaratur.

Falſi crimẽ magis vituperat famam, & ſtatũ hominis, quam aliud crimẽ dũmodo ſciẽter illos produxerit; alias ſecus, & in facto ꝓprio præſumitur ſciẽtia, ibi. nu. 10. & 100.

Statutum diſponens ſuper iure communi, intelligitur ſemper aliquid addere, nu. 13.

Argumentum de maiori ad minus affirmatiuè eſt validiſſimum in iure, nu. 13.

Iniuria illata in præſentia plurium perſonarum dicitur atrox, nu. 15. Præſertim quando idem Clericus eſt indutus veſtibus ſacerdotalibus, nu. 16.

Iuramentum continens maleficium, ſeu crimen eſt ipſo iure nullum, nu. 18.

Iuramentum, quod non poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, ſeruandum non eſt, nu. 18.

Votum eſt de iure diuino, nu. 18.

Abſurda ſunt vitanda, num. 18.

Votum de aliqua re mala ſeruandum non eſt, nu. 18. & 29.

Iuratæ alicuius aſſertioni in his quæ conſiſtunt in animo, ſtandum eſt, nu. 19. Niſi contra talem aſſertionem adſit iuris præſumptio, d. nu. 19.

Iniuria præſumitur facta animo iniurandi, nu. 19. & 60. & n. 64. & 87. in fine, & nu. 91. 106. & 126. Contra, quod iniuriandi animus non præſumatur, nu. 53. & n. 202. verſ. tertio quia, præſertim quãdo quis aliquo errore vero, vel præſumpto excuſari poteſt, nu. 53. & 132. Vbi quod nũquam præſumitur animus iniuriandi, quando adeſt aliqua alia cauſa, & nu. 146. in fine, vbi quod præſumptio contraria tollitur per iuramentum, & nu. 147. vbi alia ad materiam.

Periuro nunquam amplius credendum eſt, neque propterea aliud iuramentum deferendum, nu. 21.

Libellus famoſus tunc dicitur factus, quando quis per ſcripturam à populo videndam alicuius famæ, & honori præiudicat, nu. 22. & 101.

Iniuriato defertur iuramẽtum ſuper æſtimatione iniuriarum, nu. 23. & in addit. litera d.

Libellus famoſus dicitur cõtinere in ſe verbalẽ offenſionẽ, n. 24

Periurus efficitur infamis. ſub nu. 24.

Clericum nedum percutiens, ſed etiam iniuria afficiens, dicitur excommunicatus, nu. 24. in fine.

Iniuria dicitur atrox, vel reſpectu loci, vel reſpectu perſonæ, n. 26. & nu. 112. in fine.

Clericum percutiens vltra excommunicationem, arbitraria pœna punitur, nu. 26. in fine.

Iniuria facta Abbati cenſetur facta Monaſterio, & Eccleſiæ, nu. 27.

Voti tabella non eſt licita, quando ex ea oriretur aliquod ſcandalum, aut ſuperioris contemptus, aut legibus aliqua fraus fieret, nu. 30.

Animus ſemper præſumitur prauus in ijs, quæ prohibita & illicita ſunt, nu. 30.

Iniuriandi animus præſumitur ex eo, quod illata iniuria non erat de neceſſitate actus, de quo agebatur, nu. 31. & 93. & nu. 105. & 132. vbi declaratur.

Inimicus ſemper præſumitur habere malum animum contra ſuum inimicum, nu. 32. & 92.

Veriſimile, quod non eſt, habet falſitatis imaginem. num. 33.

Notorium dicitur, quod conſtat ex actis. nu. 38.

Animus talis præſumitur, qualem verba demonſtrant, declara, vt nu. 40,

Iudex dicitur Miniſter Dei. nu. 42.

Cautio non dicitur rupta ex noua cauſa, & in dubio præſumitur noua cauſa. nu. 45. Contra quod noua cauſa non præſumatur, niſi prius illam præexiſtere probetur; & quod etiam probata non excuſet vigore bullarum Apoſtolicarũ. nu. 98. & in addit. litera h, & litera s, vbi de materia.

Iniuria

Digitized by Google

Iniuria non committitur ſine dolo, & malo animo iniuriandi, nu.46 79.& 132.

Iniuriarum actione non tenetur, qui aliquid facit pro honore Reipublicæ, nu.46.

Iniuriarũ actione non tenetur, quando quis alteri dicit, tu fuiſti punitus de falſo, nu.49.& 169.contra, nu.126.

Mandans non comprehenditur ſub ſtatuto loquente non in rē, ſed in perſonam, nu.50.& 74. Declara hanc concluſionē tribus modis, nu.75.76.77.& 82.

Falſi pœna hodie eſt bannum abſq; publicatione bonorũ, n.51.

Libelli famoſi pœna ceſſat, vbi etiam ceſſat dolus, nec ſufficit lata culpa, nu.52.& 79.vbi tamen, quod dolus iſte probatur coniecturis, de quibus ibi, & nu.91.& ſeqq. & nu.140.ſeqq.vbi adducuntur è contra aliæ coniecturæ excludentes iſto caſu dolum, & malum animum, de quibus etiam, nu.177.ſeqq.& nu.194.ſeqq.

Cauſa etiam iniuſta excuſat in crimine iniuriarum, nu.53.in fine, & in addit.litera m.

Teſtes duo dicentes ſe corruptos ad falſum deponendum, probant corruptionem, nu.56.ſed verius eſt, quod nec faciũt indicium, nu.83.& 68.etiam de conſuetudine d.nu.83. & præſertim quando in eorum examinibus ſunt varij, et periuri, nu.84.& 86.& nu.116.131.& 163.Verũ, quod tales teſtes de conſuetudine probent, vel ſaltem faciant indicium, nu.191.

Indicia ſola ſufficiunt ad probandum cauſam, propter quam quis vult excuſare ſe à dolo, & pœna, nu.56.Contra nu. nu.86.& 98.Vide in addit.litera n.

Iniuriarum pœna non ceſſat, etiam quod obiectum crimen ſit notorium, nu.59.præſertim ſi ſit notorium iuris, & non facti, nu.90.ſed contra, quod infamia notoria excuſet à pœna iniuriarum, nu.134.& in addit.lit.o.

Iniuriam facere dicitur, etiam quod quis faciat bonum, ſed malo animo, nu.60.

Iniuriarum actione tenetur, qui verbo lugubri vtitur in improperium amici ſui, nu.60.

Iniuriarum pœna habet locum, etiam quod iniuria fuerit dicta ad auriculam, nu.63.

Libelli famoſi pœna ad hoc, vt habeat locum, eſt neceſſaria illius maniſeſtatio, & publicatio, nu.65.Verum ēt non publicatus aliqua pœna punitur, nu.109.in fine.

Iniuriarum pœna habet locum, etiam quod iniurians proteſtetur, ſe citra iniuriam facere, nu.66.& 110. Declara, vt nu.149.ſeq.& nu.181.& 207.& in addit.litera q.

Conſuetudo delinquendi facit euadere pœnam non capitalem in capitalem ſaltem conſulto Principe, nu.67.& nu.72. nu.96.vbi etiam, quod conſuetudo delinquendi facit indicium, & nu.128.& in addit.litera l.

Pœna arbitraria poteſt extendi vſque ad mortem, quando delicti qualitates, & circumſtantia ita ſuadebant, nu.69.

Libellum famoſum fieri mandans, an teneatur eadem pœna, qua mandatarius, nu.50.57.& ſeqq.

Libelli famoſi pœna habet locum ēt contra dictantem, nu 78.

Dolus eſt difficilis probationis, ideo coniecturis probatur, nu. 79.& 178. vbi pariter dolum abeſſe probatur coniecturis, & in addit.litera ſ.vbi de materia.

Notorium eſt duplex, aliud iuris, & aliud facti; & notorium iuris non eſt propriè notorium, ſed notorium facti propriè notorium eſt, nu.90.

Iniuria præſumitur illata malo animo, quando excluditur neceſſitas dicendi conuitium in iniuria contentum, nu.93, & 31.& nu.105.& 132.vbi declaratur.

Mendacium, & falſa aſſertio facit præſumere dolum, & malum animum, nu.94.

Animus cognoſcitur ex præcedente tractatu, n.95. Itē dignoſcitur ex prætedētibus, & ex ſubſequētibus.n.114.in fi.

Iniuria dicitur, quando quis in alterum aliquod delictum improperat, ſiue in ſpecie, ſiue in genere, nu.100.& n.113.

Iniuria eſt dicere alicui, quod produxit falſas ſcripturas, ſeu falſos teſtes etiam quod non dicatur, quod ſcienter produxerit, nu.10.51, 100.112.& ſeqq.

Scientia præſumitur in facto proprio, nu.101.contra nu.129. ſeqq.& nu.160.& ſeqq.& nu.173.& nu.185, ſeqq.

Verba ſubſequentia demonſtrant animum præcedentem, num. 102.in fine.

Verba vulgari ſermone prolata, intelliguntur ſecundum communem loquendi vſum, nu.103, & nu.113.in fine.

Iniuriarum verba intelliguntur ſecundum communem loquendi vſum, nu.103.

Iniuria eſt dicere alicui, tu es bonus vir, tu es bona mulier, numero 103.

Vſus communis loquendi, ſi notorius ſit, Iudex poteſt de eo ſe extraiudicialiter informare, nu.107.in fine.

Verba clara non indigent interpretatione, nu.17.

Lex non tollitur per non vſum, ſed per contrarium vſum, qui debet probari per allegantem, num.107.& 108.in fine, vbi quod contrarius vſus non inducitur minori ſpacio decem annorum, de quo etiam, nu.127.vbi amplius.

Iniuria dicitur atrox, aut reſpectu facti, aut reſpectu perſonæ, aut reſpectu loci, nu.112.in fine, & nu.26.

Verba intelliguntur ſecundum mentem proferentis, num.114.

Appellatio non dicitur deſerta, niſi præcedente cauſa cognitione fuerit pronuntiatum ſuper deſertione, nu.118.contra nu.165.in fine.

Sententia lata ex præſumptionibus nunquam tranſit in iudicatum, nu.119.in fine.

Ruſticus non excuſatur in delictis, quia ſicut vadit ad Nemus, ita debet accedere ad Doctores pro conſilio, numero 122.in fine.

Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur, quando ex eo ſequeretur correctio legum, nu.124.ad finem, ſed regulariter eſt validiſſimum, nu.216.

Iniuria eſt dicere alicui, me tadet de tali condemnatoria contra te lata, ſub nu.126.contra nu.49.& nu.169.

Vſus communis loquendi probari debet per allegantem, num. 130.& 162.

Iniuria non eſt dicere alicui, tu falſum dicis.nu.130.

Verba, quæ poſſunt importare, & non importare iniuriam, in dubio iudicandum eſt, vt eam non importent, nu.130.

Conſuetudo etiam irrationalis excuſat, ſub nu.132.& 188.

Cauſa iniuſta excuſat a pœna iniuriarum, num.132.in fine, & nu.174.& 179.

Libellus famoſus non poteſt eſſe, vbi non datur actio iniuriarum, nu.133, 155, & 164.

Infamatus amplius infamari non poteſt, nu.134.

Conditione nō adimpleta ceſſat cōditionalis diſpoſitio, n.135.

Bannitus etiam quod habuerit gratiam, poteſt impune occidi, ſi de gratia fidem non facit aliter, quam per ſuam aſſertionem, nu.135.

Tollerantia banniti de facto ipſi non ſuffragatur, nu.135.in fi.

Animus probatur coniecturis, nu.139.& 170.Vbi præſertim in crimine iniuriarum.

Salutis ſuæ immemor nemo præſumitur, nu.140.

Nobiles non præſumuntur delinquere, nu.140.

Iniuria ſemel remiſſa in perpetuum cenſetur remiſſa. n.141.

Occidens bannitum ſuum inimicum præſumitur occidiſſe zelo Reipublicæ, & non propter inimicitiam, nu.141.

Animus iniuriandi cenſetur abeſſe in iudicio, nu.142.

Dolus non præſumitur ex actu licito, nu.143.

Præſumptiones ſpeciales, vincunt generales, nu.144.

Præſumptiones pro non delicto, & pro Reo excludunt præſumptiones exiſtentes pro delicto, & contra reum, nu.146.

Præſumptio delicti non oritur ex actu non fauorabile agenti, nu.147.

Reo ſemper eſt fauendum, & in dubio eſt abſoluendus, numero 147.& 187.

Proteſtatio declarat animum proteſtantis, nu.149.

Proteſtatio contraria facto, quando operetur, nu.150.

Geminatio magis declarat animum agentis, nu.149.

Opinio æquior, & benignior in dubio ſequenda eſt, nu.158.

Digitized by Google

Vtens falſo inſtrumento pœnæ falſi tenetur, nu. 161.

Proceſſus actorum, & cauſę facit plenã probationem, nu. 165.

Iniuria illata verbo ęquiparatur iniuriæ illatæ per ſcripturã, ſub num. 168.

Verba, & actus ſemper recipiunt interpretationem, vt excludatur delictum, nu. 173. & 187.

Pœna capitalis, vel corporalis ſine dolo non incurritur, n. 174.

Delicta regulantur ſecundum principalem intentionem agentis, num. 176.

Conſtitutiones, & bannimenta recipiunt interpretationem à iure communi, nu. 180.

Vtens falſo inſtrumento an, & quando poſſit interrogari, an velit eo vti tanquam bono, & legali ad hoc, vt de falſo puniri poſſit, nu. 185. & ſeqq.

Probatio vbi eſt dubia, reus abſoluendus, nu. 147. & 187.

Ius Canonicum ſeruandum eſt in terris eccleſię, ſub nu. 192.

Delictum non præſumitur, & in dubio ſemper actus interpretatur pro non delicto, nu. 194.

Faciens actum communiter licitum, excuſatur, licet ille actus in rei veritate ſit illicitus, nu. 195.

Aſſertioni alicuius iuratæ ſtandum eſt in iis, quæ dependent ab animo iurantis, nu. 197. Amplia, vt nu. 198.

Animus alicuius talis præſumitur, qualis eſſe debet aliorum ſimilia facientium, nu. 199.

Argumentum à rubrica eſt validum in iure, nu. 201.

Prohemium oſtendit mentem diſponentis, nu. 205.

Rubrica ſtatuti non perfecta attendi non debet, nu. 206.

Copia proceſſus etiam non petita dari debet perfecta, n. 206.

Expreſſum dicitur illud, quod ſub generalitate verborum continetur, nu. 213.

Expreſſum dicitur, quod ſub ratione legis expreſſa continetur, nu. 213.

Extenſio non dicitur fieri, ſed comprehenſio, quando ratio in diſpoſitione expreſſa militat in caſu, ad quem ſit extenſio, nu. 213. ad finem.

Oratio vniuerſalis verificatur in omni caſu etiam omnino, & etiam in eo, in quo eſt minor ratio, nu. 213. in fine.

Ignorantia iuris dubij excuſat in delictis, nu. 220.

Scandali timore, an reo ſint denegandæ defenſiones, in addit. lit. a. verſ. an autem ratione.

Scandali ratione multa conceduntur, multaque denegantur contra iuris regulas. in addit. lit. a. verſ. & generaliter.

Scandali ratione poteſt delinquens impunitus dimitti, in addit. litera a. verſ. & particulariter.

Scandali ratione non poteſt innocens condemnari. in addit. litera a. verſ. & an è contra.

Scandali ratione poteſt pœna accelerari. in addit. litera a. verſ. & an è contra.

Appellatio, an & quando conſeruet appellãtem in ſtatu, in quo erat ante ſententiam. in addi. lit. b. verſ. & in materia.

Iniurians tenetur iniuriato ad æſtimationem iniuriæ. in addi. litera d. in princ.

Iniuriarum æſtimatio fit per partem medio iuramento, in addit. lit. d. verſ. verum quomodo.

Iniuriarum æſtimatio facta per partem, taxanda eſt per iudicem. in addit. litera d. verſ. ſic pariter, ſed an iſto caſu taxatio iudicis debeat præcedere iuramentum, & æſtimationem partis, an vero è contra. ibidem in verſ. ſed an iuramentum, & ſeqq.

Clericum verbis iniurioſis afficiens, non incidit in excommunicationem, nu. 24. in fine, & in addit. litera e.

Iniuria facta Monaco ſeu alteri religioſo regulari, an cenſeatur facta monaſterio, ſeu Abbati, & an, & quando poſſit pro ea Abbas, & Monaſterium agere. vide in addi. lit. f.

Inimicitia an probetur ex cautione de non offendendo. in addit. litera g.

Cauſa noua an cenſeatur in fractione pacis, ſeu treguæ, vel cautionum de non offendendo. in addit. litera h.

Bulla Pij Quarti & Quinti volens cauſam nouam non excuſare in fractione pacis, treguæ, ſeu cautionis de non offendendo, quomodo intelligatur, & quas declarationes recipiat. in addit. litera i.

Culpa lata non æquiparatur dolo, quando agitur de pœna mortis ſeu corporali, & generaliter, quando lata culpa æquiparatur dolo, vide in addit. litera K.

Animus iniuriandi ſemper prę ſumitur, quando verba ſunt de ſe iniurioſa: ſecus ſi ſint indifferentia, poſſintque ad bonum, & ad malum ſemper trahi. in addit. litera l.

Cauſa ſeu credulitas iniuſta excuſans delinquentem, debet probari per allegantem, & quod fuerit ante delictum; immo non ſufficit probare exiſtentiam cauſę, ſed neceſſe eſt probare, quod quis ex illa cauſa motus fuerit, & crediderit non delinquere; ſed an iſto caſu debeat eſſe cõcludẽs, an verò admittantur cõiecturę, & quę, & an ſufficiat iuramentũ delinquentis, vide hęc omnia in addi. litera n.

Iniuria dicitur generaliter inferri, quando contra aliquem proferuntur verba, quibus obijcitur aliquid commiſſum contra bonos mores Ciuitatis, nu. 61. & in addit. lit. p.

Mentita data cum proteſtatione, ſaluo honore mentiti, nõ excuſat mentientem. in addit. litera q.

Teſtes, qui dicunt ſe falſum depoſuiſſe ad ſubornationem producentis eos, an faciant contra probibentem indicium ad torturam, in addit. litera f.

CONSILIVM XXX.

ABSIT DEVS. Annis ab hinc pluribus elapſis, contigit in Vrbe pulcher, & notabilis caſus: lis. n. ciuilis vertebatur inter quendam Nobilem Florentinum nomine I. ex vna, & Abbatẽ cuiuſdam Monaſterij nomine A. ex altera; in qua pro parte dicti Abbatis fuerũt examinati nonnulli teſtes, qui concludenter depoſuerunt; ſed poſtea a I. criminaliter de falſo accuſati, liberè depoſuiſſe falſum ad inſtãtiã, & ſubornationem dicti Abbatis, vnanimiter cõfeſſi ſunt. Abbas fuit carceratus, & tanquã conuictus condẽnatus; & dũ à condẽnatione pro eius parte pendebat appellatio, accidit, quod dictus I. affixit in quadam eccleſia tabellam depictam cum iudicibus, examinantibus, & torquentibus reos, & cũ inſcriptione, quod exiſtens idẽ I. ex miraculo liberatus a depoſitionibus falſorũ teſtium contra ipſum a prędicto Abbate inductorũ, hoc ideo in ſignum recuperatæ famæ, honoris, ac bonorũ, & ex voto tabellã prędictã affixit. Inde ſumpta occaſione Abbas querelauit I. coram Locumtenẽte Illuſtriſs. D. Auditoris Cameræ pro eo, quod contra ipſum ſub ſpecie voti libellum famoſum confecerit, & publicauerit: ipſoque I. carcerato fuit dubitatũ, an, & in quo ꝑdictus I. deliquerit. Et quia multa hinc inde emanarunt Aduocatorum, & iuris conſultorum reſponſa ſuper pluribus, ac diuerſis excitatis dubitationibus; Idcirco illa omnia ſeriatim ponenda eſſe exiſtimaui.

Primum reſponſum Cæſaris Luciani pro Fiſco, & Abbate contra I.

MVltis modis infertur iniuria, re videlicet, verbis, & ſcriptura: ſed ea, q̃ ſcriptura fit, nõnullas hẽt particulares prærogatiuas, q̃ nõ pertinẽt ad illas, quę re, vel verbis fiũt. Nã regulariter crimẽ iniuriarum, quod re, vel verbis committitur, non eſt publici iudicij, ſed continet priuati

quere-

querelam,vt *in l.iniuriarum.C.de iniur.* Sed ſi ſcriptum perpetratur, ad publicam accuſationē pertinet,& pęna eſt capitalis,vt *in l.vnica.C.de famo. lib.*& ibi habetur per omnes, vt per Azo. *in ſumma.C.de iniur.*Item ea iniuria, quæ re, vel verbis infertur in momento perficitur;ea vero, quæ fit ſcriptura, tractum habet ſucceſſiuum ; & ſemper dum ſcriptura permanet,ſucceſſiuè durat,& noua in eius lectura infertur iniuria ; & ex hoc alia ſequitur prærogatiua , quod qui talem inuenit ſcripturā,niſi eam laceret, vel Curiæ præſentet, in eādem pęnam incurrat,qua illius auctores tenentur,ſi illam manifeſtauerit, vt in d.l.vnica,legitur ad literam,quę oīa in reali,vel verbali iniuria ceſſant,cum non reperiatur iure cautū, quod quis puniatur,eo,quod manifeſtauerit,aliquem re,vel verbis eſſe iniuriatū : ſequitur ergo, quod grauiſſima,& atrociſſima eſt iniuria,quæ per ſcripturam infertur, quę ad publicum iudicium pertinet, & capite punitur, nedum ex diſpoſitione tex.*in d.l.vnica.C.de famoſ.libel.* ſed etiam de iure digeſtorū ex text.*in l.lex Cornelia.§.fi.ff.de iniur. & in l.ob carmen,in prin.ff.de teſtib.et in l.is cui.§.fi. ff.de teſtam.*ex quibus iuribus patet, talia cōmittentem inteſtabilem fieri,quę quidem iura canonizata ſunt 4.*q.3.c.fi.§.item ob carmē famoſum. & 5.q.1.c.ſi qui inuēti.§.ſi quis famoſū. cum ſimilibus*.

2 Quæ oīa magis punibilia ſunt ratione ſcanda
a li [a],quod exinde poſſet exoriri; Nam ex eo inimicitiæ, partialitates, homicidia, & alia facinora cauſati ſolent ; quo fit, vt crimen, quod alias eſt leue,grauiſſimū cenſeatur,vt dixit Bal.& Scrib. *in §.ſi quis quinque ſolidos.de pac.tenen.* & habetur per And.Barb.in addi.ad Bal. *in auth.ſed nouo iure.in verbo,enorme,C.de ſer.fugi.cum ſimilibus.*

3 Sed & ratione loci atrociora fiūt ; Nam & in conſilio elibertano ſtatutū fuit,vt qui dictos libellos in eccleſia poſuerit, anathematizetur , vt *in d.c.fin.in prin.5.q.1.* quæ quidem anathematis pœna ſecūdū Canones eſt grauiſſima,& excōicatione maior,cum nedū a fraterna ſocietate,ſed a corpore Chriſti,quod eſt eccleſia,omnino ſeparet.vt *3.q.4.c.fi.*eſt enim Anathema æternæ mortis damnatio,& non niſi pro mortali crimine imponēda,vt *in c.nemo epiſcoporum 11.q.3.* nec aliud ſit eccleſiæ, quod faciat , niſi iudici ſæculari tradere,vt notat *in c.cum non ab homine. de iud.* cum ſimil.Et ex his ſequit̄,quod in caſu, de quo agit̄, vbi in eccleſia dictus libellus in publica tabella , ad iniuriam proximi,eſt affixus,& appoſitus,grauiſſima pœna puniri debet,nedū ex qualitate iniuriæ,quæ libello,& ſcriptura illata eſt contra legitimas ſanctiones , ſed etiam ex qualitate loci , cum in eccleſia ſit affixa contra ſanctorum Patrum conſilia,& decreta.

4 Et cū ex tali libello, & loco non nihil importetur iniuriæ,nō vacat crimine ſacrilegij,capitali aīaduerſione ſimiliter digno,iuxta terminos *l. ſi quis in hoc genus. C.de epiſ.& cler.* Nā nedū rōne perſonæ,vel rei committitur ſacrilegiū, ſed ēt ratione loci,vbi quid in ſanctorū locorum iniuriā proſiluiſſe probatur,vt *in c.frater.17.q.4.*& habetur per Bal.*in l.3.C.de furt.*& per Bar.*in l.diuus.ff.*
ad l.Iul.pec.& facit text.*in l.aut facta.§.locus.ff.de*
5 *pœn.*Seruāda eſt.n.eccleſię debita reuerentia ſub pęna vltimi ſupplicij ,vt *in l.fi.C.de his qui ad eccl. confug.*Ac criminis Maieſtatis,vt *in l.2.eo.titu.*In tm̄,quod qui in eccleſia crimina cōmittunt,vltimo debent ſubiacere ſupplicio, ut *in l. denunciamus.C.eo.ti.* ergo cum hæc iniuria atrox, & enormis libello , & ſcriptura facta læſerit ēt eccleſiā , ubi præfata affixa ſunt, ad inſtar criminis Maieſtatis,ac ſacrilegij,puniri debet,per præallegata.

6 Nec dicatur impunè potuiſſe pręfata proferre tanq̃ uera,ſtāte ſnīa iudicū,de quibus ibi fit mētio,iuxta terminos text.*in l.eum qui nocētem.ff.de de iniur.*cū ſimil.quia exinde uera eſſe non demōſtratur,cū ſententia præfata per appellationem,
b quæ pendet,nedum ſit ſuſpēſa,ſed extincta [b], ut eſt tex.ad literam *in l.1.§.fi.ff.ad Turpil.* & ibi gl. & Bar. qui dicit ueritatem eſſe, quod in totū extinguatur; ergo pendēte appellatione prædicta, non potuit affirmare ea,quæ protulit,quēadmodum ibi ſententia, quæ per prouocationē eſt extincta,non excuſat accuſatorem a Turpilliano.

7 Et in omni euentu etiam,quod uerum eſſet,ꝙ in dicto famoſo libello protulit,nihilominus capite plectendus eſt,iuxta diſpoſitionem tex.*in d. l.vnica.C.de famoſ. libel.* quia licèt aliàs liceat in iudicio infamare nocētem; non tamen licet hoc facere extra iudicium per famoſum libellū, quia tunc,ēt ſi uerū eſſet id,quod in dicto libello continetur,& etiam,quod eſſet de his,quæ notificari Reipublicæ expediret,nihilominus capite puniri debet , quia id licuit per accuſationem corā iudice proferre, non autem extra iudicium per famoſum libellum,ut patet ex text. *in d.l.unica. de famoſ.libel.*& ibi gl. *in uerbo,ſane,* idem uoluit gl.*in d.l.eum qui nocentem. in uerbo, infamatum. ff. de iniur.*Et habetur pulchrè per Rom. *in conſ.96. col.2.poſt numerum 2.uerſ.ſecundo vero caſu,quando extra iudicium,&c.*ubi in proprijs terminis dicit,qđ iniuria ubi profertur extra iudicium in famoſo libello ēt,qđ ſit uera,proferens iniuriarū, ac ēt capitali pœna tenetur,per text.*in d.l.vnica.*

8 Quinimo & regula eſt, ꝙ ueritas conuicij nō eximit quē ab actione iniuriarum,ut dixit Fely. *in c.cum te.col.fi.uerſ.vltimo dum ponit,&c.de re iudi.*per tex.*in l.3.de off.Rect.prou.ibi,etiā ſi ueræ ſint voces,*quapropter cum in caſu,de quo agitur,nō poſſit dici, præfata eſſe prolata in iudicio, uel cā correctionis,nec ut alicui corporale,uel ſpirituale auferatur nocumentum , patet, quod puniri debet proferens ſecundum legum diſpoſitionē , ut ibi habetur per Fel.& latè per Ro. in loco præallegato ; Requiritur.n.ad hoc, ut quis eximatur ab actione iniuriarum,nedum ueritas conuicij,ſed ēt,ꝙ abſit libido,& uolūtas iniuriādi.arg. text.*in l.quiſquis.C.de poſtu.& in l.iuſtiſſimos.C.de off.rec.prou.& in l.3.quemad.teſt.aper.*Non dēt.n. quis alterius infamiam ſine cā detegere,quia ſatis eſt inhumanū, & iniurioſū , defectus noſtros detegi,ut *in l.2.C.quan.& quib.quar.p.li.10.*Et cū ex delictis conſideretur uoluntas,& non exitus, ut *in l.diuus.ad l.Corn.de ſic.*licet factum,uel dictū ſit uerum,uel utile in ſe,tamen ſi malo modo, &

animo fiat, punitur, vt *in c. relegantes.* 1. *q.* 5. Nam & Chriſtũ crucifigi, bonũ, & vtile fuit, quia per hoc redẽpti ſumus; ſed tñ facientes digne puniti ſunt, quia malo animo fecerunt, vt ibi dicit gl. & notat *extra de colluſ. ſeg. c.* 1. Deus enim cor interrogat, & non manum. 14. *q.* 5. *cap. ſi quid inueniſti,* nec conſiderat, quæ fiunt, ſed quo animo fiunt. 15. *q.* 6. *c.* 1. *in fine.* & illi, qui malo zelo mouẽtur, à denunciatione repelluntur, vt *in c.* I. *& A. de re iud. & in c. cum oporteat. de accuſ.* quanto magis repelli debent a diffamatione. Nam quod in vna domo agitur, in alia notificari non debet, vt *in c. ex merito.* 6. *q.* 1. Dicẽdus eſt enim talis, nõ correctot, ſed proditor. 2. *q.* 1. *c. ſi peccauerit.* Nec debet quis alijs detrahere, nec detrahentes audire, vt *in d. c. ex merito.* eſt. n. magna iniquitas detrahere, iuxta illud *Io. c.* 3. qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt; hinc, & in pſalmis legitur, detrahentẽ proximo ſuo, hũc perſequebar, & alias, aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſum filiũ matris tuæ ponebas ſcandalũ. Ex quibus omnibus patet, nec falsè, nec verè malo animo eſſe quem infamandũ. Quę omnia exabundanti dicta ſint, quia in caſu, de quo agitur, ſtante appellatione, quæ pendet, non poteſt dici eſſe vera, quæ oppoſita ſunt. Et cum tractetur de libello famoſo, indiſtinctè, & in omni caſu affigens capitaliter puniendus eſt, iuxta dictas gl. *in d. l. eum qui nocentẽ. de iniur. & in d. l. vnica. de famoſ. libell.* cum alijs, quæ ſupra allegata ſunt.

9 Et eò fortius puniri debet dictum flagitium, quia cum illuſione Dei, ac votorum, & gratiarũ actionum commiſſum eſſe videtur. Nam vt proximum de famoſo crimine infamaret, tabellam confinxit, in qua votum reddere, & gratias Deo agere ſimulauit, quaſi a maximo periculo liberatus ſit; & tamen ea erat differentia parua, & nullius momenti; ſed tamen cur nõ ſine alicuius denominatione ad pręfata proceſſit, ſed potius perſonam ex odio, & inimica intentione, & vera libidine infamandi nominauit? nam peius eſt, ſub ſpecie boni committere malũ, & per hipocriſim peccare, quàm manifeſtè, vt *in c. certè,* & ibi gl. *in verbo, malum.* 12. *q.* 1. Nam & diabolicũ eſt facere malum ſub ſpecie boni, cũ Diabolus bonũ agere dicatur, ſeductione tñ, vt eſt gl. *in verbo, dæmones, in c. ſi enim inquit. de pænit. diſt.* 2. ſat. n. perniciosũ eſt, ſub ſpecie pietatis impietatem operari, vt *in c. noſſe.* 30. *q.* 1. *& in c. excommunicamus.* §. *quia vero. de hæret. & in c. non putanda.* 1. *q.* 1. *& in c. neque enim ſi agris.* 14. *q.* 5. *& in c. ad apoſtolicam. de ſim. & in Cle.* 1. *in prin. & in cle. ſi. ver. nonnulla. de hæret.* & ibi latè per Card. & hinc eſt, ꝙ dixit Cicero *in li.* 2. *de off.* ꝙ totius iniuſtitiæ nulla capitalior, quã eorũ, qui cũ maximè fallant, id agũt, vt boni viri videantũ; Nã ſimulata æquitas duplex eſt iniquitas; vna, ꝙ facit malum, & alia ꝙ abutitur bono, vt dixit gl. *in cle.* 1. *in verbo, ſanctitatis. de Relig. do.* cum ſimil. Ergo in caſu, de quo agitur, nedũ iſte, de quo tractaṫ, capitaliter puniendus eſt, ex quo famoſum libellum contra proximum affixit, ſed & irremiſſibiliter puniẽdus eſt, quia illum in eccleſia, & in tabellis, vbi Deo gratiæ referri ſolẽt, appoſuit, ſub ſpecie pietatis, peſſima agẽs, ac vota, & eccleſiarum, ac Deum ipſum illudẽs; vnde huius rei punitio tanquam exemplaris, & inauditè prætermitti non debet. LAVS DEO.

Reſponſum Rinaldi Ptolomei in eadem cauſa pro Fiſco, & Abbate contra I.

10 ADSIT DEVS. Indubium eſt, I. incidiſſe in crimẽ authoris famoſi libelli, quoniam ſola pictura tendens ad ignominiã alterius, dr̃. & eſt famoſus libellus. Pari. de Put. *in ſuo tract. de ſind. fol.* 237. *nu.* 6. refert, & ſequitur Iul. Clar. *lib.* 5. *ſen.* §. *fi. q.* 68. *ver. libelli famoſi,* ſed inducere falſos teſtes ad auferẽdũ honorẽ, & bona alterius, eſt maxima ignominia, quia talis producẽs tenęretur pęna falſi, ſ. falſi teſtis. Menoch. *de arb. li.* 2. *cent.* 4. *caſu* 315. *nu.* 30. Quod quidem crimen falſi magis vituperat famã, & ſtatũ hominis, quam aliud crimen. Hipp. de Marſ. *in Rub. ff. de fal. col.* 3. *& ſeq.* cũ inductis per Boſſ. *in ſuo tract. crimi. in in tit. de fal. nu.* 12. merito ſequitur, dictã picturã cum dicta inſcriptione, verè eſſe famoſũ libellũ, ex quo tendit ad maximam ignominiã, & maximum dedecus Abbatis, quem in dicto famoſo libello aſſeritur induxiſſe falſos teſtes ad auferenda bona, & honorem authoris dicti libelli.

11 Pęna aũt iſtius delicti abſq; dubio de iure cõi eſt pęna capitis, vt eſt tex. expreſſus *in l. vnica. C. de famoſ. libel.* & vbi eſt caſus legis, nõ reſtat dubitationi locus, vt notabiliter tradit Bar. *in l. ancilla. C. de fur. n.* 3. & de tali pęna de iure cõi teſtatur idẽ Iul. Cl. *in uerſ. libelli famoſi. per tex. ĩ d. l. vnica.*

12 In quo eſt maximè animaduertendũ, *d. tex. in l. vnica,* procedere ẽt, ꝙ cõtẽta in dicto libello famoſo eſſent vera, & probari poſſent, vt firmauit Rom. *cõſ.* 96. *in* 2. *col.* cuius dictũ non habere contradicẽtẽ, teſtaṫ Boſſ. *in ti. de iniur. in* 5. *col. ſub nu.* 4. & probaṫ ex his, quæ tradit Fel. *in c. cũ te. de ſen. & re iud. in vltimis uerbis. ver. fallit quarto.* vbi dicit, tunc quem non teneri de iniuria, qñ dixerit veritatem in iudicio: ſecus extraiudicialiter, prout eſt in caſu noſtro, & prædictam diſtinctionẽ de iudicio, vel extra, ſequitur idem Boſſ. vbi ſup. referens Ang. *in d. l. vnica.* idem tenere; cum ergo non habeat contradicentem, abſque dubio ab ea in iudicando non eſt recedendum.

13 Et quamuis aliqui doctores teſtẽtur, dictam pęnam de conſuetudine non extendi vltra trimes, tñ in caſu, de quo agitur, vltra ius cõe, adeſt motus proprius Sanctiſſimi Domini noſtri, quo cauetur, huiuſmodi authores libelli famoſi plectendos eſſe pęna inducta de iure communi; quia de re ſi ſtatutũ diſponẽs ſuper iure cõi, intelligitur ei ſemper aliquid addere, Bar. *in l.* 2. *ff. de uſuc. & in l.* 4. §. *prætor att. de damn. inf.* cum ibi inductis per Alex. Dec. *conſ.* 356. *in fin.* refert, & ſequitur Par. *cõſ.* 45. *li.* 1. *nu.* 75. multo magis pręſeruabit inducta de iure cõi, arguẽdo de maiori ad minus affirmatiuè, qđ argum. eſt validiſſimũ in iure. Gozzad. *conſil.* 6. *num.* 51. *& conſil.* 92. *colum.* 3. *verſic. tertia concluſio.* Roland. à Valle *conſilio* 61. *lib.* 1.

lib.1.nu. 49. & quoniam quid facilius conſeruatur, quam de nouo inducatur. *l.patre furioſo.ff. de his,qui ſunt ſui vel alie.iur.cum vulg.*

14 Accedat, quod in caſu iſto iniuria eſt atrox, ex pluribus. Primo ratione loci, ad quem, vt eſt notorium, conuenit ferè Vrbs tota: frequẽtia enim plurium perſonarum inducit atrocem iniuriam. Cur. iun. *conſ.* 148. *nu.* 2. cum alijs per Menoch. *de arb.lib.2.cent.3.caſu* 263.*nu.*24.

15 Secundo, quia facta eſt in clericũ à layco, quinimò contra Prælatum habentem vſum mitræ, & bauili, & ſic contra perſonam eccleſiaſticã, & in dignitate cõſtitutam, de quibus ſcriptum eſt, nolite tangere Chriſtos meos, nam & in diuinis ſcripturis ſępe ſic appellantur. *c. ſacerdotibus.* 11. *q.*1. vbi expreſſe mandatur, illis non eſſe detrahẽdum: ac narratur, Conſtantinum iuſtiſſimũ Principẽ, libellos contra eccleſiaſticas perſonas à laicis eidem porrectos, in ignem proieciſſe, dicentemque eſſe indignum, vt ipſe iudicaret Deos, prout meminit Alex. *conſi.*8.*nu.*9.*lib.*1.

16 Tertio dicitur atrox iniuria, quia Abbas depictus eſt cum habitu Abbatiali, nam licet quælibet iniuria illata in clericum, nõ ſit atrox, tñ vbi eſſet inductus veſtibus ſacerdotalibus, omnis iniuria efficit̃ atrox. *L.atrocem.vbi Bal.no.C.de iniu.*

17 Preterea inquiſitor hęreticę prauitatis poteſt procedere contra I. qui dictam Tabellam apponendo in eccleſia, fecit expreſſe contra Euangelium, in quo dicitur, domus mea domus rationis vocabitur, ipſe autem fecit domum atrocis iniuriæ, & diffamationis contra perſonam in eccleſiaſtica dignitate conſtitutam. ſed perſiſtens in aliquo facto contra euangelium poteſt puniri vti hæreticus, Card.Zabar. *in clem.1.verſ.nos igitur, de ſumm. Trin.& fid. Cathol.* & quando non eſſet perſiſtentia, nihilominus eſt puniendus, vt ibi per Card.merito, &c.

18 Nec poteſt excuſari ex eo, ꝙ aſſerit ſe feciſſe ex voto, nam reſpondetur, ꝙ cum tale votum contineret crimen, & peccatum, vt ſupra dictũ eſt, nullo modo erat obligatoriũ, tum quia oẽ pactum omneuè iuramentum continens maleficium, ſeu crimen, eſt ipſo iure nullum. *l.iuriſgẽtiũ.* §. *ſi ob maleficiũ.ff.de pac.* vbi not. Bar. quẽ ibi cæteri ſequũtur in *c.nõ eſt obligatoriũ.de reg.iu.li.*6. Iaſ. *in l.ex ea parte.*§.*mulier ab eo.de ver.obl.nu.*5. Abb. per illum tex. *in c.cũ iuramẽto.de hom.* & DD. *in c.quintaualliis, & in c.neniẽs.ext.de iur. & in c.1.eo.tit.li.*6. & facit, qđ vulgo dici ſolet, iurm̃, qđ non pòt ſeruari ſine interitu ſalutis ęternæ, non eſſe ſeruãdum. *c. cũ contingat, ubi Are. & But.de iur.iu.* Tum ẽt, quia votũ eſt de iure diui. Abb. *in c.qđ ſuper.de voto, & vot.redẽp.nu.*12.*per tex.in c.licet.eo.tit.* Sed miſcere crimen in his, q̃ ſunt de iure diuino, nil aliud eſt, quam peruerſe agere, quia inducta ad vnũ finem, non debent operari contrarium effectum. *l.legata inutiliter.ff.de adim.leg.c.cũ dilectus. extr.de ord. cognit.* merito nõ poteſt excuſari, alioquin vnuſquiſq; erit excuſandus, qui ex voto dixerit ſe occidiſſe, vel aliud enorme commiſiſſe delictum, qđ eſt abſurdum, ergo vitandum. *l.nam abſurdum.ff. de bon.lib.* tradit Bart. *in l.quidam.*§.*ſi.de reb.dub.et in l.ſi mater.*§.1.*de vulg.& pupill.* & Patiſ. *conſ.*70. *lib.*3.*nu.*2.*& conſ.*72.*eo.lib.nu.*59.

19 Nec dicatur, quod in his, quæ conſiſtunt in aĩo, ſtandum eſt iur̃o eius, per inducta per Alex. *in l.1.*§.*per procuratorem,ff.de acqui.poſſeſſ.num.*4. quia illud dictum limitatur ibi per eundẽ Alex. vt non procedat, vbicunq; pręſumptio iuris eſſet contra iurantem: [c] at vbi tractatur de iniuria, eſt præſumptio, ꝙ ſit facta animo conuitij, Abb. *in d.c.cum te,de ſen. & re iud. in fin.col.per tex.in l.2. C.de off.rector.* refert, & ſequitur Boſſ. *in d.tit. de iniur.ſub nu.* 3. merito non eſt audiendus.

20 Accedat quod detegitur mendacium ex eo, ꝙ mihi pręſupponitur extra cauſam voti, etiã fuiſſe repertum alium libellum famoſum ab eodem factum contra Abbatem.

21 Præterea cũ ipſe iurauerit in cõtractu treguæ non inferre aliquã iniuriã, nec re, nec facto, nec verbis contra Abbatem, & poſtmodum deuenerit ad hmõi conficiendos famoſos libellos, vtiq; fecit contra eius iurm̃, & ſic eſt periurus: ſed vulgaris regula eſt, quod periuro nunquam amplius eſt credendum, nec deferendum, aut ſtandũ eius iuramento, niſi contra ſeipſum. gl. quæ quotidie ad id allegatur *in c.cum eccleſiis. de maior. & obed.* quam ſignandam, & menti tenẽdam teſtatur ibi Abb. *nu.*4. dicens, omnes pertranſire cum d.gl. ad quod inducit etiam tex. *in c.teſtimonium.de teſtib.* & eſt cõmunis opinio, vt patet ex trad. per Soc. *in conſi.*.136.*lib.*1.*ſub nu.*9. & per Iul.Clar. *in d.li.*5.§.*periurium.verſ.repellitur, & verſ.ſequ.* ergo eidem I. quantumcunq; aſſerenti, & iurãti ſe feciſſe ex voto, nõ eſt credendum, per ſupra deducta.

Ex quibus cum res ſit extra omnem dubitationem, ideo amplius non inſiſto. LAVS DEO.

Reſp. Proſp.Farinac. in ead.cauſa pro Fiſco, & Abbate contra I.

22 ADSIT DEVS. Quod iſte carceratus in libelli famoſi crimen inciderit, diſputatione non eſt opus. Nã clari iuris eſt, quod vbi quis per ſcripturam à populo vidẽdam, alicuius famæ & honori præiudicat, libellum famoſum conficere dicitur, text. *in l.1.*§. *ſi quis libellum,ff.de iniu. l.vnica. C. de famoſ. libell.* Plach. *in epithom. delict.cap.3.num.*3. Gomezi. *de delic.tit.de iniu.nu.*1. ideo cum ex pagella in eccleſia S. Saluatoris affixa, grauiter, & honorem, & famam Abbatis læſerit, cum nõ ſolum falſorum teſtium inductorem nominando, & cõſcribendo, ſed ẽt picturis exornando, dubiũ nõ eſt, quin pęna famoſi libelli puniendus ſit. Cla. *in prac.*§.*ſi.q.*68 *ver.libelli famoſi.*

23 Et conſequẽter nec ẽr dubitari oportet, quin ſuper talis iniuriæ æſtimatione [d] ſit eidem Abbati referendum iuramentum, idemq; carceratus ad iuratam ſummam perſoluendam condemnãdus, ad tex. vbi gl. & doct. *in* §.*pœna autem iniuriarum. inſtit. de iniur. & in l.iniuriarum æſtimatio.ff. eod.* cũ alijs cumularis per Plot. *in l.ſi quãdo.*§.45. *nu.*1.*C.unde vi.* Couar. *var.reſol.c.*11.*nu.*4.*in ſi.li.*1.

24 Multominus dubitandum eſt, quin teneatur

conuentionali pœna duorum millium ducatorũ, iuxta formam cautionis per ipſum præſtitæ, de nõ offendendo eundem Abbatem, nec facto, nec verbis infamatorijs; quod.n. per libellum famoſum dicatur facta verbalis offenſio, eſt tex. *in l. apud labeonem. §. conuitium, & §. ſeq. ff. de iniur. c. conſtitutionem, & c. vbi periculum, de ſent. excommu. in 6.* & poſt Rom. *conſil.* 378. *inc. quoad primum in prin.* expreſsè notat Plo. *d. §.* 46. *nu.* 4. & cõſequenter ẽt negari non poteſt, quin nõ obſeruando iuramẽtũ, de quo in inſtrumento prędictæ cautionis, inciderit in infamiã, & periuriũ, iuxta terminos *l. ſi quis maior. C. de tranſac.* imò, & in excõicationẽ, de qua in *c. ſi quis ſuadente diabolo.* 17. *q.* 4. ſi credimus Bar. *in l. aut facta in prin. ff. de pæn.* Ana. *in c.* 1. *de maledic. nu.* 5. & Felyn. *in c. non dubium. de ſent. excom.* volentibus, pœnam dicti canonis habere locum nedum in percutiente clericum, ſed etiã in illum iniuriante verbis cõtumelioſiſſimè.

25 Pęna autẽ libelli famoſi de iure canonico eſt, vt huius rei criminis anathematizetur, & fuſtib. ac verberibus carpiatur. *c. hi, qui, & c.* 2. *ultima. q.* 5. de iure autem ciuili eſt arbitraria. Aliquando enim fuſtigatͬ, aliquando in fune catenæ alligatur, & aliquando ad triremes tranſmittitur, ſecũdum Clar. *in d. verſ. libelli famoſi*, & ſi aliquãdo factũ, & perſonarum qualitas expoſtulabit, vltimo ſupplicio afficiendus eſt, teſte Plach. *in Epith. delict. c.* 3. *& ſeq.* & expreſsè cauetur in literis deſup editis per ſanctiſſimam memoriam Pij Quinti.

26 Quodaũt in præſenti caſu, & facti, & perſonarum qualitas pęna mortis expoſtulet, facile colligitur ex tex. expreſſo *in §. atrox. inſtitu. de iniur.* vbi iniuria dicitur atrox, vel reſpectu loci, vel reſpectu perſonæ. Reſpectu loci atrocitas hic cõſideratur, quia libellum famoſum affixit in Eccleſia, quo caſu in terminis intrat doctrina Ang. *in l. Lex Cornelia. §. ſi quis libellum, nume.* 3. *ff. de iniur. & in l. vnica. C. de famoſ. libell.* dicentis, debuiſſe de iure decapitari quendam, qui tempore ſuo po ſuerat ſcripturam infamatoriam in altare palatij Priorũ Ciuitatis, nõ deſcripto nomine alicuius, licet ex gratia talis pęna ſibi fuerit indulta, & cõuerſa in pęnã duorum millium ducatorum: quãto igitur magis talis pœna debet habere locum in caſu noſtro, in quo, & nomina, & cognomina infamatorum non ſolum ſcriptura, ſed etiam pictura ſpecificauit, faciunt etiam in propoſito tradita per Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 389. *nume.* 15. *& ſeq.* vbi quod licet regulariter percutiens clericum, vltra excommunicationem ſit extraordinaria pœna puniendus, ſi tamen in Eccleſia illum percuſſerit, pęna mortis ratione loci, in quo deliquit, afficiendus eſt.

27 Reſpectu autem perſonæ grauitas in iure euidenter apparet, quia non vni, ſed pluribus, non ignobili, ſed nobili, non laico, ſed Sacerdoti, & in ſacris conſtituto, non ſimplici Sacerdoti, ſed Prælato, & Abbati, facta reperitur. Vnde libere dici põt, quod ex tali libello non Abbati, ſed mo f naſterio,[f] & Eccleſiæ net illata dicatur. *c. cum de ſideres, §. ſi. de ſent. excom.* Gomez. *d. titu. de iniur. nu.* 6. *verſi. item etiã. cum ſimil.* debet igitur puniri huiuſmodi reus, non vti infamator priuati, ſed vt infamator Eccleſiæ, vel Monaſterij.

28 Poteſt & alia rõne talis iniuria reputari atrox, nam ſi illa dicitur atrox iniuria, quæ alicui vna vice tantum in pręſentia multarum perſonarũ illata eſt, ad tex. *in c.* 1. *& ibi Hoſtien. in princ. in verbo, multis.* Io. Andr. *poſt nu.* 1. Anchar. *num.* 1. *in fine, in* 3. *notab.* Abb. *num.* 1. Maria n. Soci. *num.* 7. & Io. de Anan. *num.* 3. *verſi. Nota quod conuitium. extra de maled.* Plach. *vbi ſupra c.* 6. *num.* 15. Gomez. *tit. de iniur. num.* 4. Menoch. *de arbitr. q. caſu* 263. *nu.* 24. Hęc vtiq; atrociſſima reputari debet, quæ publicè, continuatè, & omnibus de populo Eccleſiam ingredientibus, niſi via iuris prouiſum extitiſſet, patẽs erat, & pptuo infamiã decãtabat.

29 Et quod peius eſt, callidus iſte vir, ſed malè cõſultus deliberatus ſui veneni virus in Abbatem euomere, licẽt formidine pęnę aliquantulũ detẽtus, credens illam ſubterfugere, & ad ſe excuſandũ ſacra prophana immiſcuit, & huic ſuæ prauæ intẽtioni, mala malis addẽdo, adijcere quoq; voluit nomen voti, credens ſe propterea tutũ, quod ego puto nedum ipſum non excuſare, verum ẽt, & ex eo grauiter pęnam augeri debere; Votum enim, non de re mala, ſed alicuius boni, debet eſſe Deo facta promiſſio *c.* 2. *& c. literarum. extr. de voto.* Votiq; pagella, non ad proximi infamiam, ſed ad Dei omnipotentis gloriam, & in eius potentiæ ſignum, Eccleſijs affigi permittitur; Item pictura in Eccleſijs eſt permiſſa ad mala vitanda, & bona imitanda, non autem ad committendum libellum famoſum, vt per Troil. de Maluet. *in tract. de oblat. in* 1. *dub. nu.* 6. *verſ. ad allegata.*

30 Rurſus huiuſmodi oblationes, & voti pagellę non ſunt licitæ, & permiſſæ, quando ex eis ſcandalum oriri poteſt. *c. nihil cum ſcandalo. de præſcrip.* Maluet. *vbi ſup. in* 2. *dubio, nu.* 10. *in fi. & ſeq.* & generaliter, vbi ex oblationibus orireturcontemptus ſuperioris, & eius legibus, & cõſtitutionibus fieret fraus, tunc dicitur illicitum votum, & voti pagella non debet affigi, & contra facienti pęna mortis eſt infligenda, vt ibidem per Maluet. *in* 2. *dub. nu.* 12. *verſic. tertius eſt caſus.* Ideo cũ talis pictura ſub ficto nomine voti facta, ſit à ſacris legibus reprobata, & prohibita, non poteſt I. ſe ex eo aliquo pacto excuſare, ſub prætextu, quod idem fecerit, non animo infamandi, ſed ex voto, & deuotione, cũ in ijs, quę ſunt à iure prohibita, & illicita, animus prauus, & nõ bonus pręſumatur. glo. *in l. ſi non conuitij, vbi Doct. C. de iniur. c.* 1. *extra. de præſumpt.* Plot. *in d. l. ſi quando. nu.* 264. *C. vnde vi.* Cephal. *conſil.* 113. *nu.* 20. *vol.* 1.

31 Quod apertiſſimè colligitur etiã ex eo, quod ad eſſentiam ipſius voti, vel pagellę non erat neceſſarium exprimere nomen Abbatis, & eius figuram repræſentare, vnde eius nominis ſpecificatio, & perſonæ demõſtratio, malum ipſum animum, & deprauatam iniuriãdi intentionem demõſtrat, prout in his terminis libelli famoſi poſt Oltrad. *cõſ.* 53. & Rom. *cõſ.* 96. alios, quos allegat, conſiderat Couar. *var. reſol. c.* 11. *nu.* 6. *verſ.* 3. *ad præmiſſa, et verſ. tertiũ ex his apparet.* Plac. vbi ſup. *c.* 1. *nu.* 4. *verſ. præſumptiones, & conjecturæ.*

Quibus

32 Quibus etiam accedat inimicitia vehemēs, &
capitalis inter Abbatem,& I. inueterata, quę cō-
cludenter probatur, tum ex cautione de non of-
g fendendo,[g] Bertaz. *conſil.* 170. *nu.* 24. *in fine lib.* 1.
præſtita, quæ non ſolet, niſi inter inimicos dari.
Tum ex tot querelis per carceratum contra eun-
dem Abbatem in diuerſis temporibus porrectis;
ſicut enim in amico verſus amicum bonus præſu
mitur animus: ita è contra malus, & non bonus
erit prę ſumendus erga inimicum, ad glo. *in l.* 1. *ff.*
de ſicar. Aym. *conſi.* 8. *nu.* 13. Bal. *in l. fi. in* 20. *oppoſ.*
C. de hered. inſt. cum vulgar.

33 Concurrente præſertim tàm longo temporis interuallo decurſo à die depoſitionis prætenſorum teſtium falſorum vſque in præſens, ex cuius lapſu inueriſimile eſt, quod tale nunquam votũ fecerit; nam ſi tale votum fecit, cur tàm diu expectauit, quod illud anteà non notificauit? & ideò cum inueriſimilis ſit hæc excuſatio, debet vti habens imaginem falſitatis, reijci, & nõ admitti, ad plenè cumulata per Tiraq. *de reuoc. donat. pag. mihi* 41. *nu.* 37. *ſeqq.* 56. *ſeqq. in præfatione.*

34 Concludo ergo, quod cum iniuria in hoc libello famoſo habeat tot, tantaſque aggrauantes qualitates ita, quod meritò atrociſſima reputati debet, tum ratione loci, tum ratione perſonæ, tũ ratione voti, in quo fuit deſcripta, debeat omninò declarari, hunc reum in pęnam vltimi ſupplicij, iuxta formam prædictarum literarum Pij V. incidiſſe; & ſi aliter fiet, aperietur omnibus facilis via ad ſui libitum impunè ſub ſpecie voti libellos famoſos conficiendi; quod quidem erit abſurdiſſimum.

35 Nec dicat Reus, ipſum fore excuſandum, quia non falſum, ſed verum crimen obiecit: Nam talis defenſio ſibi parum proderit, tum quia crimē obiectum eſt falſiſſimum, & ſententia deſuper lata, fuit per appellationem ſuſpenſa; tum etiam, quia libelli famoſi crimē incurritur etiam, quod quis dixerit verum, Couar. *var. reſol. li.* 1. *c.* 11. *nu.* 8. Plac. *c.* 1. *lib.* 1. *nu.* 3. *ſeqq. & cap.* 3. *nu.* 4. Gomez. qui de communi teſtatur, *in tit. de iniur. num.* 1. & expreſsè cauetur in prædictis litteris Pij Quinti. Quare, &c. LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

Reſponſum incerti Conſulentis, & ſine nomine in eadem cauſa Pro I. contra Fiſcum, & Abbatem.

36 ADSIT DEVS. Conſtat, I. obtuliſſe votùm ſanctiſſimo Saluatori, & ipſa tabella eſt in actis in extractu, fol. 5. Sed quia in ſcriptione dictæ tabellæ narratur factum, cuius cauſa votum obtulit, Fiſcus prætendit, illum eſſe libellum famoſum, & fieri non debuiſſe, & propterea incidiſſe in pœnam vltimi ſupplicij, & confiſcationis bonorum, ac contrauentionis promiſſionis initæ die 27. Septembris 1567. de non offendendo, nec iniuriando, aut diffamãdo Abbatem, & propterea incurriſſe in pœnam ſcutorum duorum millium, de quibus in extractu fol. 120. Sed nihilominus videtur breuiter, I. in omnibus eſſe abſoluendum, & quoad pœnam legalem, videlicet libelli famoſi, vltra quòd non ſumus in caſu libelli famoſi, vt infrà oſtendemus, dico, quod nulla alia eſt pœna in dicto delicto niſi, vt conuiciatori infligatur eadem pœna, quæ infligenda eſſet infamato, ſi infamatus delicta commiſiſſet, quę in libello famoſo continentur, dicit gl. 1. *in fine*, & Petr. de Bell. pert. & Saly. *in l. unica. C. de famoſ. libel.* Bonif. de Vitellin. *in ſuo tract. de malef. tit. de famoſ. libell. num.* 5. *in fine*, ergo ſi vera ſunt, quę in dicto libello continentur, non eſt aliqua pęna infligenda, notat Boniſ. *vbi ſup. nu.* 3.

37 Verum, quia aliqui tenuerunt contrarium, videlicet, quod etiam vera exprimens in libello famoſo, teneatur actione iniuriarũ, & pro iſta opinione adſit motus proprius felicis recordationis Pij Papæ Quinti, de quo in extractu fol. 122. Ideò reſpondeo, quod eorum opinio poteſt habere locum, quando duo concurrunt, primum videlicet, quod adſit iniuria allegata animo iniuriandi. ſecundum quod per tale conuicium detegatur defectus infamati, Primum probatur *in l. ſi non conuicij. C. de iniurijs*; Secundum probatur *in l.* 2. §. 1. *verſic. quod enim. C. quando, & quibus quarta pars, lib.* 10. Et elicitur ex verbis dicti motus proprij ibi, alicuiuſque famæ, & honori, omnia etiam exprimendo, detraxerũt, ac ea, quæ coram nobis, vel alijs, vt ſupra ſecreto tractantur, reuelauerint, vt in extr. fol. 25. à tergo, & in tantum hoc eſt verum, vt ea potiſſimum ratione contrarium ſentientes, id dicãt, quia inhumanum, & iniurioſum eſt, defectus noſtros detegi, vt dicit Roma. qui Princeps eſt dictæ contrariæ opinionis *in ſuo conſil.* 96. *nume.* 6. & vtrumque ponit Grammat. *deciſio.* 37. *num.* 7. *& ſeq.* Sed in iſto caſu in I. nec animus iniuriandi, nec defectus Abbatis detegendi conſiderari poteſt, ex infraſcriptis.

38 Nam quod per hoc non detegatur, ſeu detrahatur famæ Abbatis, probo, quia quæ narrantur in dicta inſcriptione, ſeu voto, ſunt notoria, ex quo probantur ex actis, videlicet ex atteſtationibus ipſorum teſtium, de quibus dicta inſcriptio loquitur. Alex. *in l. exitus, nu.* 3. *de acqui. poſſe. & in conſi.* 59. *nu.* 17. *ad med. lib.* 4. Rip. *in l.* 4. §. *condemnatum, nu.* 15. 16. *de re iud.* Gram. *deciſ.* 36. *nu.* 36.

39 Et licet hoc ſufficiat ad abſolutionem, nihilominus dico, quod nec poteſt iſto caſu dici, quod adfuerit animus iniuriandi, quia iſtud admiſſum fuit cum cauſa, videlicet, voti, etiam extrà omnes rixas, & præſentiam ipſius Abbatis. Rom. *d. conſil.* 96. *numero* 4. *ad med. verſic. ſecundo, quia, vſque ad finem*, qui videtur decidere caſum noſtrum: vnde cum poſſit eſſe, quod id fecerit ad purã intentionem, & expreſſionem voti (prout verè fecit) id potiuſq; delictum excuſat, quàm præſumatur animus cõuiciandi, vnde pęna incurreretur. Gramm. qui allegat concordantes, *dec.* 56. *nu.* 17.

40 Nec obſtat, quod talis præſumatur animus, qualem verba demonſtrãt, quia talis regula multos habet intellectus, & limitationes, & inter alias iſta eſt, videlicet, quãdo verba proferuntur,

vel

vel proferri poſſunt cum aliqua cauſa adiuncta, prout hic, vbi adeſt cauſa voti, ita decidit Rom. *d.conſ.96.nu.4.ad med.uerſic. ſecundo, quia*, vſque ad finem, qui,vt ſupra dixi, caſum noſtrum attingit, & decidit in puris terminis falſitatis.

41 Accedit,quia iſto caſu multa ſunt,quæ oſtendunt animum I. alienum ab iniuriando, videlicet ante appenſionem tabellæ,immediatè voluit deuotè, & flexis genibus miſſam audire;eleemoſynas conferre in loco ſatis ab oculis inſpicientium longinquo, votum appendi litteris minutiſſimis;dicta verba in dicta tabella,ſeu voto ſcribi adeò, quod vix ab oculatiſſimo viro legi potuiſſent;eſt vir Nobilis,bonæ conditionis, & famæ, delicta nulla perpetrari ſolitus, nemini nociuus, & qui ſcit multa admiſſa per ſuum aduerſarium,non detecta,ſicut eſt detectum delictum, de quo in dicto voto; vnde ſi non votum, ſed libellum famoſum facere voluiſſet, apponi, & inſcribi feciſſet,& alia etiam contra ipſummet carceratum admiſſa,quæ hactenus non ita propalata ſunt,& latiſſimam tabellam,& litteras, & caracteres ab omnibus legibiles,& in commodiori loco ad illas inſpiciendum apponere potuiſſet;quę cum non fecerit, ſed vnam tantum cauſam veram,publicam, & notoriam in dicta tabella ſcribi fecerit litteris paruis,& in loco diſtāti poſita, ideò &c.

42 Vltimo non debet ex alio reprehendi I. quia cum vera Iudici edicere,ſit hominis,maximè laudabilis,& præmij digni, vt dixit text. *in l. unica. uerſic. ſi quis deuotionis. C. de famoſ. libell.* non minus id procedit, quando edicitur coram Deo optimo Maximo, nā ipſe eſt Iudex, & iudicium faciens omnibus iniuriā patientibus,Dauid 102. *& iterum* 145. & ipſe eſt Iudex vniuerſorum, imò Iudex, eſt Dei Miniſter 15. *q.* 1.*cap. ne is. &* 23. *q.* 5. *cap. non ſolum.* Pau. de Caſtr. *conſil.*380. *in princ.* Pariſ. Put. *de ſind. uerſic. Indices puras debent, d.nume.* 12. fol. 147. & Iudex iudicat, vt Deus,præſertim commiſſa ſibi cauſa ſummariè, Bal. *in l.ſcimus.in ſi.prin.C.de iur.delib.& in l.nemo. in ſi. C. de ſent.*

43 Nec debet aliquo modo haberi pro libello famoſo talis tabella; nam ſi ſic generaliter acciperemus,omnem ſcripturam, de aliquo malè geſtā continentem,eſſe libellum famoſum, vtique, & omnes hiſtoriæ,leges ciuiles,canonicæ, & monumenta quæcumque comburenda, & laceranda h eſſent, nam vix aliquod opus legi poteſt, quin contineat alicuius malè geſta,etiam virorum in dignitate eccleſiaſtica conſtitutorum, & profectò ſi legatur Decretalis Innocentij Tertij *in ca. inter dilect. de fid. inſtrum.* vbi multas falſitates, i & exceſſus narrat alterius Abbatis,& ſi legantur Euſebius,Theodoretus, Platina, & alij, vtiq. & ipſi,& legentes pœna capitis plectendi eſſent, niſi legentes illos lacerent,& comburent igni; ideò fateri oportet, quod ſicut in omnibus actionibus hominum, ita ad cognitionem iſtius delicti, neceſſe ſit rationem haberi,& inſpici locum,tempus,& perſonam;locus enim non eſt talis,vbi ea, quæ inſcribuntur,habeantur libelli famoſi;& locus loci tabellæ non recipit extēſionem pro narrandis iniurijs, & conuitijs, ſed pro narrationibus gratiarum factarum cum cauſę inſcriptione, vt etiam in multis alijs tabellis videri poteſt, & pro votis,& non pro conficiendis famoſis libellis,prout & hiſtorici malefacta etiam narrāt,pro conficienda hiſtoria, & non libello famoſo; & tempus non patitur, vt poſſit dici, I. expectaſſe ad hunc diem cōficere libellum famoſum, & apponere cauſam, & inſcriptionem facti tam antiqui etiam publici,& notorij,cum præſertim aliæ cauſæ etiam nouæ ſupereſſent, non ita publicæ; & tantum tempus fuit pro voto neceſſario expectarum, quia tunc ſententia lapſa eſt in rem iudicatam per curſum biennij à die latæ ſententię, quæ res iudicata pro veritate eſt, & perſona non eſt ſolita ſimilia, nec aliqua delicta perpetrare, præſertim infamatoria.

44 Et licet ex aduerſo fuerit conſideratus malus animus I. per id, quòd voluit in dicta tabella exprimere nomina propria,non obſtāte,quod Procurator ibi dixiſſet, quòd ſibi non placeret dicta inſcriptio, ſed quòd potius feciſſet ſimpliciter vim pro voto abſque expreſſione nominum; Nihilominus reſpōdeo,quod id nihil in ſumma eſt, quia vt ipſe I.deponit fol.250.ſibi videbatur nimis ſicca intentio dicti Procuratoris; & ipſe intendebat efficacius exprimere gratiam à Deo acceptam; & hoc etiam poſſe fieri putabat, quia alia conſimilia vota ſe vidiſſe memorabatur in templo beatæ Mariæ ſupra Mineruam,ac Populi, ac Conſolationis, necnon Annunciatæ Florentiæ,vt ipſemet bis dicit in ſuo conſtituto fol. 152.nec habebat ſuum Procuratorem pro Salamone,& quia etiam militant reſponſiones ſupra datæ videlicet, quia non pro hoc detrahebatur famæ Abbatis iam detectæ, vt ſupra: quinimò nec probatur iure, quod in tabellis votorum nō poſſit,aut non debeat cauſa vera, prout ſe habet, inſcribi,ideò,&c.& hoc quantum ad pœnam criminalem.

45 Reſtat videre, an ſaltem dici poſſit,I.incidiſſe in pœnam conuentionalem ſcutorum duorum millium, de qua fol. 120. rogatā die vigeſima ſeptima Septembris,1567.Et in hoc nullum eſt dubium,quia omnis obligatio,& contractus, & in ſpecie ruptionis treguæ,intelligitur, quatenus non adfuerit noua cauſa, & in dubio præſumitur. [h] Roman. *conſ.*183.*in fin.* Alexand. *conſ.* 115. *colum.* 2. *in princ.lib.*4. Ruin. *conſ.*10.*in fin. libro* 4. Deci. *conſ.*413. *nume.*10. latè Iaſ. *in l.qui ſeruum, col.* 1.*ff.de uerbor.oblig.* Tregua autem non dicitur rupta ad incurrendum pœnam conuentionalem, ſi offenſa fiat ex noua cauſa [i], prout nec pax, ex his, quę Dec. *conſil.*531. Corn. *conſil.* 42. *libro* 2. omnis enim obligatio intelligitur rebus ſic ſtantibus. Bar. *in l.quoties.§.ſi duo,num.*5. *de hared. inſtitu.* Affli. *deciſ.*328. *nume.*48. Rot.294. *nume.* 2. *in nouis*, ſed iſto caſu poſt dictam obligationem factam de anno 1563. inſurrexit iſta falſitas commiſſa de anno 1572. etſi ex noua cauſa; ergo,&c. LAVS DEO.

Reſponſum

Reſponſum Bernardini Biſcia in eadem cauſa pro I. contra Fiſcum, & Abbatem.

46 ADSIT DEVS. Iniuria non committitur ſine animo, & dolo *l. ſi non conuicij. C. de iniur. l. prima, §. primo, l. tertia, §. penult. & fin. cum l. ſequen. ff. de iniur.* adeo quod culpa non ſufficit. Bald. *conſil. 277. in cauſa. in prin. lib. 5.* cum alijs de quibus per Crauet. *conſil. 13. numero 2.* & eſt glo. *in l. magna. de verbor. ſignific.* ſequitur Bertrā. *conſil. 42. in fine lib. 6.* & vt dicit Veronen. *conſi. 70. numero 11.* requiritur quod quid fuerit factum animo iniuriandi; vnde cum id fecerit pro voto, & vt redderet gratias Altiſſimo, qui eum liberauit, nō poteſt in eo cadere animus iniuriandi. Qualitas enim facti tollit animum iniuriandi; nam ſi faciens pro honore Reipublicę etiam, quod aliū lædat, non tenetur actione iniuriarum, quia ceſſat præſumptio iniuriandi *l. quod Reipublica. ff. de iniur.* Dec. *conſi. 487. num. 54.* multo minus debet teneri faciens pro honore Dei, quia tunc plus ceſſat præſumptio iniuriandi, quia iſta præſumptio eſt fortior, & animus diſtinguit delictum, & tollit actionem iniuriarum. Oldrad. *conſil. 53. numero 3.*

47 Quod maximè procedit, ſi in voto non fuerit dictum, niſi id, quod per ſententiam fuit declaratum, & ſic quod falſi teſtes fuerunt inducti, vnde ſi illud ſit verum, cum ſit de criminibus, quæ intereſt Reipublicæ, vt publicentur, non poteſt cadere pęna iniuriarū, vt poſt Pet. & Cyn. tenet Barr. *in l. eum qui nocentem. ff. de iniur.* cuius opinionem dicit communem Alexan. *in l. tertia, colum. ſecunda. ff. de liber. & poſthum.* cum alijs per Boer. *conſil. 04. numero 36. verſic. teneo opinionem.* Gomez. *de delict. titu. de iniur. cap. 6. numero 2.* Dec. *inter conſi. crimin. Tolet. tomo 1. conſilio 102. numero 7.* Clar. *§. iniuria. verſic. item quæro, qui alios allegat.*

48 Veritas igitur delicti expreſſi, & locus, & cauſa exprimendi tollunt omnem animum iniuriādi, & ſic ceſſat pœna iniuriarum per ſupradicta: Nam plus faciendi cauſa, quam ipſum attenditur factum. Calder. *de heret. conſi. 3.* Crauet. *conſilio 202. in princ.* Et ſic non poteſt eſſe locus pœnæ de libellis famoſis; Primo, quia non poteſt iſte dici libellus famoſus, cum non fuerit factus animo iniuriandi, & doloſè, ſine quo non poteſt eſſe locus dictæ pęnæ. Secundo, quia quando continet veritatem, & eſt de delictis, quæ intereſt Reipublicæ, vt publicentur, vt falſum, ceſſat illa pœna. Pert. & Cyn. *in l. vnica. C. de famoſ. libell.* cum quibus dixi eſſe communem, poſt Bartol.

49 Et iſtud procedit, poſtquam de delicto quis fuit punitus; vnde poſſum dicere, Pro falſo tu fuiſti punitus, nec teneor pęna iniuriarum, vt de communi teſtatur Dec. *d. conſ. 102. nu. 7.*

LAVS DEO.

Reſponſum Auguſtini Lazarini in eadem cauſa pro I. contra Fiſcum, & Abbatem.

50 ADSIT DEVS. *Lex vnica. C. de famoſ. libel.* necnon *lex Cornelia. §. ſi quis librum. ff. de iniur.* loquuntur in perſonam, prout in eis videre licet; Ideò non poſſunt in I. locum habere, qui non ſcripſit, nec affixit tabellam, de qua agitur, ſed tantum mandauit. Vbi enim lex, ſeu ſtatutum loquitur, non in rem, ſed in perſonam, tunc mandans ſub eo non comprehenditur. Boer. *in l. ſed ſi vnius. §. ſeruos, numero 2. & ſeq. ff. de iniur.* Alexand. *conſil. 65. vol. 4.* & eſt communis, vt per Alexan. *in l. 1. numero 23. ff. de uerb. obligat.* Boſſ. *in tit. de pœn. numero 14.* Dec. *in reg. is damnum dat. de reg. iur. & in l. ſi quis id, quod. nu. 36. & ſeqq. ff. de iuriſd. omn. iud.* & ibi Iaſ. *nu. 36.* qui loquuntur non ſolum in ſtatuto, ſed etiam in ipſa lege, & in terminis libelli famoſi, ita concludit, & teſtatur de communi Plac. *lib. 1. c. 1. nu. 9. & 10.* vbi adducit rationem, & reſpondet ad contraria, & ab hac opinione in iudicando, & conſulendo non eſſe recedendum, dixit Clar. *quæſt. 89. verſic. ſed quæro. §. fin.*

51 Secundo Abbas in aſſerta tabella prætēditur infamatus de inductione falſorum teſtium, & ſic tenetur pęna falſi. Bal. *conſilio 106. in 2. dubio,* quem refert, & ſequitur Clar. *in §. falſum. uerſic. producens falſos teſtes, &c.* Pęna autem falſi hodie eſt bannum, & ceſſat bonorum publicatio. Vitellin. *in tit. de falſ. num. 3. uerſic. pœna autem falſi. & nu. 8. & in tit. de pœna falſificantis monetam, nu. 4. uerſi. ſed hodie.* Clar. *in d. §. falſum. uerſ. ſed quæro,* & ſic ipſe Abbas non potuiſſet puniri pęna capitali, quo ſtante non habet locum pœna d. l. vnicæ. prout dicit glo. 2. *in d. l. vnica. ibi, & hoc ſi tale continebatur, quod ſi verum eſſet, pœna capitalis erat imponenda,* & ita tenet etiam Ruyn. *conſi. 81. nu. 3. in fine. vol. 4. gl. in c. ſi quis. in uerbo, capitalis. 5. q. 1.* Cyn. Pett. & Ang. *in d. l. unica.* Plac. *lib. 1. cap. 3. uerſ. verum præmiſſarum.*

52 Tertio ad hoc, vt quis teneatur pœna libelli famoſi, requiritur, quod dolo malo libellum fecerit, & ediderit *d. l. lex Cornelia. §. ſi quis librum, ibi, dolone malo fecerit. ff. de iniur.* Plot. *conſ. crimin. 131. nu. 7. uol. 1. in magnis,* vbi hoc dicit comprobari, quia d. l. vnica, imponit pœnam capitalem, & vbi lex imponit pęnam capitalem, tunc dolus
K eſt neceſſarius, nec ſufficit lata culpa [k], vt ibi per eum, *num. 10. & 12.* ſed hic dolus ex aduerſo non probatur; meritò, &c.

53 Nec obſtat ſi dicatur, quod dolus regulariter præſumitur in iniuria, & conuicijs, *l. ſi non conuicij. C. de iniur.* Quia primo reſpondetur, quod quando poteſt capi alia coniectura, in dubio nō
I præſumitur animus iniuriādi [l]. Ruin. *d. conſ. 145. numero 10. lib. 3.* vbi allegat notata *in l. 1. C. ſi quis Imp. maledi. in uerbo, ab iniuria.* vbi gloſſ. exponit, ideſt iniurioſè, & ex animo, & ſic non ſufficit, quod reipſa verba ſint iniurioſa; ſed glo. copulatiuè requirit animum, & propoſitum iniuriādi, vt per

Digitized by Google

vt per Ruin. ibi, *num.14.& 15.ibidem,nu.16.*vbi quod quando quis aliquo errore vero, vel præſumpto excuſari poteſt, tunc iniuriandi animus non præſumitur;ſed in caſu noſtro excuſatur,tũ quia credidit ſententiæ, qua ſtãte id ſibi licitum fore credebat:Tũ ẽt,quia fecit ex voto:Ideo,&c.-

m & quælibet cauſa etiam iniuſta m,nec vera excuſat ab actione iniuriarum. Oldrad.*conſil.53.nu.3. verſi.imo quandoque*.

54 Quarto quando vera eſſent contenta in dicta tabella,I.nõ teneretur ad aliquam pœnam, prout dicit Cyn.*in d.l.vnica.C.de famoſ.libel.* vbi inquit, ita etiam tenuiſſe Petrum, & tenet Salyc. ibi,*verſ.& reſtringit ad caſum,et uerſ.niſi docueris*, & Archid.*in c.de prima.col.1.uerſ.nocentium.5.q.1.* vbi atteſtatur, ita etiam voluiſſe Vgon. & videtur tex.*in l.eum,qui nocẽtem.in prin.ff.de iniur. ibi, peccata nocentium nota eſſe, & oportere, & expedire*,& Spec.*in tit.de iniur.& damn.dat.col.3.uerſ.ſtẽ quod cantaſti,ibi,ita,quod ſum homo honeſtus*, & ita formaliter refert,& ſequitur Plot.*d.conſi.131.ubi nu. 6.* dicit, quod licet in terminis libelli famoſi adſint opiniones Doctorum contrariæ, tamẽ d. Gaudentius,pro quo ibi conſulebat,debebat excuſari a dolo,& ab omni pœna,propter criminis obiecti veritatem,cum crediderit Specul.Petro, Vgoni,Cyn.Salyc.& Archid.Iuriſtis,& Doctoribus Illuſtribus; ſubdens,hoc procedere etiam, quod cauſa credendi ſit fatua,& iniuſta. Quod autem I.verum dixerit, probatur ex depoſitionibus Alexandri, & Rutilij ex actis publicis, & ex ipſa ſententia,quæ faciunt notorium,*cap.fin. ex tr.de cohab.cleric.& mulier.*

55 Nec obſtat, quod ſententia dicitur ſuſpenſa per appellationem, & ipſis Alexãdro, & Rutilio deponentibus falſum depoſuiſſe, non credatur; Quia reſpondetur,primo quoad ſentẽtiã, quod licet ab ea ſit appellatum,tamen aliqualiter præſumitur.Præpoſ.*in rubr.de appel.col.24.uerſ.inſuper prædictus effectus.* Gabr.*in tit.de ſent.n.24.* quę præſũptio multos operaẽ effectus,*l.ſi inſtituta.§.de inofficioſo ff.de inoff.teſtam.*vbi operatur, quod pendente appellatione, ſint nihilominus ſubminiſtrãdæ expẽſæ litis uictori.Guid. Pap.*deciſ.561.* Alius eſt effectus ſequeſtrationis fructuum,vt in caſu *clement.1. de ſequeſtr.poſſ.& fruct.*& plures alios effectus ponit Innocen.*in c. ad petitionem.de accuſ.*& Abb.*in c.quoad conſultationem.de re iud.* Alci.*in tract.præſumpt.reg.3. præſump.9.nu.8.cum pluribus ſe qq.*

56 Et quoad Alexandrum,& Rutilium,quod ipſis deponentibus falſum depoſuiſſe, non credatur;Dico,quod cum ipſi ſint duo, dicuntur probare nedum ſemiplenẽ, ſed etiam plenẽ, quoad ipſam corruptionem, præſertim ſi deponant in tormentis,& concurrant adminicula.Boſſ.*in tit. de indic.numero 156.ibi,immo in contrarium.*Felin. poſt Bal.*in c.fin.de teſtib.cogen.*Iaſ.*in l.fin.in princ. ff.de condic.ob turp.cauſ.*& ita ſeruari de facto dixit Boſſ.vbi ſupra,& Clar.*in §.falſum.uerſ.ſubornans &c.*& licet etiam,vt præmittitur,ex præmiſſis ſententia,& depoſitionibus teſtium, reſultarent præſumptiones,& inditia,tamẽ in caſu iſto ſufficiũt, quia ad probandũ cauſam, ex qua quis vult ſe excuſare a dolo,& à pœna,ſola indicia ſufficiunt n.Alex.*conſi.115.num. 10. vſque ad finem. vol.5.*& in terminis de libello famoſo conſuluit Plot.*d.conſi.131.nu.114.* n

57 Non obſtat modo Bulla Pij Papæ Quinti, in qua etiam eos,qui vera expreſſerint,comprehendi voluit: Dicitur primo, quod dicta Bulla nunquã fuit vſu recepta,licet caſus euenerit, & prout alias in cauſa coram D.Gubernatore contra D.Nicolaum Tancredum de Monte Rubiano, cõtra quem oppoſitum fuit de dicta Bulla,inſtigante etiam Capitaneo Lactantio,& dicta bulla non fuit ſeruata,quia Nicolaus ſolum in pœnam exilij condemnatus fuit. Secundo Bulla loquitur in perſonam;& ideo nõ procedit in caſu noſtro per ſupradicta; Tertio non eſt perpetua,ſed temporalis,& ad vitam ipſius Pontificis reſtricta,vt patet ex illis verbis, *arbitrio noſtro irremiſſibiliter infligendis,&c.*Et ibi,*uel Dilecto filio noſtro Cardinali Ruſticuccio*, cuius auctoritas expirauit per mortem Pij Quinti.

LAVS DEO.

Reſponſum Hieronymi Gualterucij in eadem cauſa pro Fiſco, & Abbate contra I.

58 ADSIT DEVS. Excuſationes,quæ pro I. adducuntur,cum non eximunt a pœna cõponentis famoſum libellum,nec iniuriam;Nam quamuis in libellis famoſis per eum editis, verũ ſe dixiſſe profiteatur, eſto nihilominus, qđ hoc ſit verũ,attamen pœna componentis famoſum libellũ tenetur.Oldr.*in conſ.53.n.2.*Feli.poſt alios *in c.cum te,nu.23.de re iud.*& poſtremo reſpondit Ioachin.Miſinger.a nemine allegatus, *cõſi.7.nu. 29.*vbi multos adducens hanc communiorẽ ſententiam eſſe teſtatur,à qua in conſulendo,& iudicando non receditur,per notiſſima iura.

59 Nec minus excuſatur dicẽs ,crimina per eum imputata in Abbatem, notoria o eſſe, quoniam nemo eſt,qui dicat, quem adhuc viderim , quod lædens per famoſum libellum alicuius exiſtimationem,& famam,narrans crimina quantũcũq; notoria,excuſetur a pœna famoſi libelli, & iniuriarum; quoniam in hoc non conſideratur delictum infamati,ſed animus infamãtis,& iniuriãtis, qui vt excuſari valeat a pœna ab eo, volũtas, & libido iniuriandi de neceſſitate abeſſe debet. Miſinger.*d.conſi.7.nu.29.* o

60 Et de tali animo conſtare debet, quia etiam quis faciendo bonum malo animo, iniuriam facere dicitur,per tex.*in l.ſi ſeruus ſeruũ.§.& ſi puerum, & ibi gloſſ. in verbo, ſed iniuriarum. ff. ad l. Aquil.*& ibi Bald.quodcunque enim factum,aut dictum fuerit in infamiam alterius,animo iniuriandi feciſſe dicitur. *l. item apud Labeonem. §.generaliter.ff.de iniur.*per quem text.Ang.de Peruſ. *nu.1.*dicit, quod vtens veſte lugubri in improperium amici ſui,infamiam paſſi,iniuriarum actione tenetur,& allegata per informantẽ ex aduerſo in-

ſo in contrarium, loquũtur in diuerſis terminis; ideò ex eis malè inferĩ ad caſum noſtrum, vulg. *l. Papinianus exuli. ff. de minor.* cum alijs vulg.

61 Minus etiam excuſatur allegãs cauſam voti; Nam dato, quod poſſet dici ex cauſa voti hoc factum, non propterea ſequitur, quod puniri non debeat: quãuis.n. vouere licitum ſit, tamen contra bonos mores ciuitatis illicitum fuit, in tabella voti depingi facere nominatim perſonã Abbatis; & narrare quod idem Abbas falſos teſtes contra eum induxerit; & propterea cum pingere perſonam Abbatis, & dicere, quod falſos induxerit teſtes contra eum, ſit contra bonos mores ciuitatis (nullibi enim in Vrbe tale inuenietur votum) merito tabella prætenſi voti dicitur facta iniurioſè, & infamãdi gratia, & ad iniuriã Abbatis ſpectare. tex. eſt *in d. l. item apud labeonem. §. ait prætor, & §. ſed quod adijcitur, & §. idem ait, & §. cõnicium, & §. quod autem. ff. de iniur.* Ang. de Peru. *in d. l. apud labeonem. d. §. conuicium, num. 1. ff. eod.* Gram. *deciſ. 14. nu. 9.*

62 Comprobatur concluſio, quia ſub prætextu religionis, & voti, nõ debet aliquid illicitum, & à iure improbatum fieri: ideo ſub prætextu voti nõ potuit Abbas infamari, vt fecit iſte callidus, & verſutus vir, per notabilẽ tex. vidẽ. *in l. ſub prætextu. ff. de var. & extraor. crim.* gl. *in l. quod ſub prætextu. in verbo, obuiandum. C. de ſacroſanc. eccl.* gl. *in l. illicitas. §. illicita. in verbo, cõcutiẽdos. ff. de off. Præſid.* Gãdin. *in tract. de malef. tit. de extraor. crim. nu. 3.* & ſub prætextu elemoſynæ non debet illicitũ extorqueri. *c. non eſt putanda. 1. q. 1. c. 1. 2. 23. q. 2.* Ideò iſte bonus vir ſub prætextu pietatis, & voti, impietatem diffamationis nõ debuit aggredi, contra tex. *in c. noſce. 3. q. 1.* gl. *in c. generalis. in verbo, inſtitutũ, diſt. 54.* Malum.n. ſub ſpecie boni admitti nequaquam debet. *c. forte. 14. q. 5.* ſub prætextu virtutis ſæpè vitia admiſcentur. *c. ſæpe. 41. diſt.* prout in caſu, de quo agitur, factum fuit. Et propterea quamuis I. dicat ex voto feciſſe, non improbatur votum, ſed modus voti, quemadmodum inquit Greg. Pap. *in c. 1. extr. de colluſ. detegẽ.* Nã accuſator ibi in amicitiam cũ accuſato, cõuenerat, ſed per colluſionẽ; quare Papa ibi de amicitia lætatur, non de modo illo, quo in amicitiã conuenerunt; ideò præcipit contra eos inquiri, & puniri. gl. *in d. c. 1. in verbo. qualitas,* quæ gl. dat etiã exemplum de iudæis, qui Chriſtum Dominum Noſtrũ crucifixerunt, licet bonum, & vtile fuerit, quia fuimus redempti, tamen puniti fuerunt, quia malo animo, & malo modo fecerunt, vt latè in dicta gloſ. quam ſequitur, & refert Bologn. in ſubſcriptione *ad cõſ.* Io. de Anan. 44. eſt enim iniuria ex affectu facientis, vt ibi per eum.

63 Hinc eſt, quod quidã callidi, & verſuti delinquentes verba iniurioſa proferre conſueuerunt in modum cuiuſdã ratiocinij, diſſimulãtes aliud facere, ne actione iniuriarum teneantur, quẽadmodum de illo, qui alicui inimico ſuo in auricula iniuriam dicit, exemplificat Angel. *in d. l. item apud Labeonem. in d. §. ex his. ff. de iniur.* qui tales ſagaces appellat; Ideo licet votum ſimulauerit, tamen eius intentio fuit infamiam inferre Abbati, per ea, quæ dicta ſunt. Et conſequenter dicendum eſt ſine dubio, quod iſta cauſa voti fuit quidam quæſitus color & ſimulata pietas, & ſimulata Religio, quæ duplex eſt iniquitas, & dupliciter peccauit, quia infamando Abbatem malũ fecit, & bono abuſus fuit, ſ. eccleſia: quinimò quia ſpargens libellũ famoſum in eccleſia, vltra, quod Anathema eſt, dicitur Religionem inuertere. tex. *in c. ſi qui. 1. q. 1.* & notabiliter Balduin. *in tract. de famoſ. libel. fol. mihi* 15. quoniam & voti prætextu, & bonæ Religionis exquiſitis fraudibus, Deum, animam ſuam, & homines decipere, & illudere ſtuduit, contra tex. *in c. auaritia,* & ibi Gemin. *nu. 9. verſ. in ea. gl. de elect. in 6.* Idcircò iſte quæſitus color voti dicitur quædã ficta Religio, & ficta iuſtitia. *d. c. auaritiæ. §. cum itaque,* & per quæſitum iſtum voti colorem dicitur fraus facta legi, à cuius pęna per quæſitum colorẽ voti, non liberatur, per text. *in l. ſed Iulianus. in prin. ff. ad Macedo.* qm̃ per quæſitum colorem voti nõ immutatur facti veritas. Ang. *in conſi. 59. nu. 2. in fine.* & propterea I. qui iſto quæſito colore libellum compoſuit, & affixit, perinde fuit, ac ſi directum libellum cõpoſuiſſet, & ſimpliciter affixiſſet ſine illa expreſſione voti, per ea, quæ dicitur per Gemin. *in d. c. auaritiæ. nu. 9.*

64 Nec per tertiã excuſationẽ, quam in medium profert, quod, ſ. non animo iniuriandi, tabellam pingi, & affigi fecit, à pęna prædicta eximiẽ, qm̃ omne cõuiciũ, & omne delictum ſemper animo lædendi, & iniuriãdi factum dr̃. *l. ſi non conuicij. C. de iniur. l. 1. C. de ſicar.* vbi ſcribentes; nam quę ſui natura ſunt mala, malo aĩo facta dicuntur, per oẽs *d. l. ſi non conuicij.* Quinimò ſi eſſemus in dubio, à quo delictum, de quo agitur, commiſſum fuiſſet, ſtãte inimicitia capitali cum Abbate, dubio procul ipſe I. poſſet non ſolum torqueri, verum ẽt condemnari, ſecundum Calcan. *in conſil. 63. nu. 1. fere per tot.* Quanto magis igitur dicendum eſt, I. aĩo iniuriandi, & famã, & exiſtimationem Abbatis lędendi, feciſſe quicquid fecit, cum ipſe fateatur delictum, & de eiuſmodi inimicitia capitali conſtet, qm̃ inimicitia inducit inimicos ad detrahendum inimicis, & ad blaſphemiam eorundem. Mari. Socin. ſen. *in cap. Repellantur, nu-*
65 *mero 1. extr. de accuſat.* Quod ſine difficultate aliqua procedit in caſu noſtro, cum I. ſit ſolitus alios libellos famoſos contra eundem Abbatem componere, & publicare, & iniurijs illum afficere, etiã cõtra alios, vt mihi præſupponitur. Quo ſtante intrat regula, qui ſemel malus, &c. per notiſſima iura. Et cum ipſe I. alium cõpoſuerit librum, in quo multa facinora, & delicta etiam capitalia eiuſdem Abbatis congerit, quæ ſpectant ad eius infamiam grauiſſimam, & atrociſſimam iniuriam, & librum nõ ſolum compoſuit, verum & alij publicauerit, iuxta text. *in l. 1. §. ſi quis librum. ff. de iniur,* difficillimum puto, imò impoſſibile (de impoſſibilitate iuris loquor) niſi Principis gratia, & benignitate ſuccurratur, cũ à pœna *l. 1. C. de famoſ. libel.* defendi poſſe.

66 A qua quidem pęna non excuſatur, dicens, ſe in eodem libello tam ante, quam poſt, & in qua-

libet

libet parte illius, proteſtatum fuiſſe, ea non dicere, neque componere animo iniuriandi, vt præſupponitur, quoniam iniuria aliquem afficiens,
q ſiue proteſtatio q iſta præmittatur, ſiue ſequaē, non excuſatur à pœna; nam ſi præmittit proteſtationem, demum iniuria ſequatur, declarat nō habere animum ſaluandi honorem illius, quem infamat; etſi ſequatur proteſtatio, dr contraria facto, & nihil operatur; in his tamen, quæ extraiudicialiter fiunt, & hoc indiſtinctè procedit, vt declarat Panor. *in c. cum te. nu. 2.* latiſſimè, & plenius Sebaſt. Sap. *ibi in addi. ad Panor.* vbi dicit, ita concluſionem indiſtinctè procedere *extr. de iur. iur.* Guid. Pap. deciſ. 565. vbi dicit ita iudicatum fuiſſe, quæ refert Clar. *in §. iniuria. verſ. ſed pone*, * de communi atteſtans.

67 Quæ pœna ea ēt ratione augēda videtur, quoniam I. continuauit hanc fabricam, vt dixi, non ſolum contra Abbatem, verū ēt contra alios, nō ſolum ſemel, ſed bis, ter, & quater, vt præſupponitur; quare grauius puniendus, propter conſuetudinem delinquendi, & deprauatum animū ipſius. Delicta. n. propter eorum reiterationē, gra-
r uius puniuntur, ēt vſque ad mortem r incluſiuè, ēt quod per ſe delictum capitale non eſſet. Bart. *in l. 1. nu. 2. C. de ſuperexact. lib.* 10. Gl. *in c. 1. diſt. 5. de pœnit.* gl. *in l. ſeruos. in verbo, ſæpius, C. ad l. Iul. de vi publ.* & in fortioribus terminis Bar. *in l. ſi unus. §. pactus ne peteret. nu. 26. ff. de pact.* Clar. latè *in §. fin. q. 84. verſ. ſed hic incidenter*, quamuis ipſe dicat, in practica hanc opinionem receptā nō fuiſſe. Cui tamen obſtare videtur communis cōſuetudo, per quam quis propter reiterationem furti, trina vice commiſſi, moriatur, vt idem Clar. *in §. furtum. verſ. ſcias tamē verū.* Sed vt in iſto articulo meam ēt proferam ſententiam, cum ſint hinc inde opiniones, vt latè per Veronen. in Authen. *ſed nouo iure. C. de ſeru. fugit.* & per Iac. Bologn. *in repet. l. capitalium. §. famoſos. de pœn.* quoniā agitur de crimine graui, non ab re eſſe crederem, Principem cōſulere, quemadmodum in delicto iterato, & grauiori admonet Iaſ. *in §. ex maleficijs. nu. 16. inſtit. de action.* LAVS DEO.

Secundum reſponſum Proſperi Farinacij in eadem cauſa pro Fiſco, & Abbate contra I.

68 ADSIT DEVS. Si I. in libelli famoſi crimē incidiſſe conceditur, prout id negari non poſſe, ſatis abundè alias demonſtraui, & infra dicam, dubitandum non eſt, quicquid domini ex aduerſo ſcribentes in contrarium adducere conentur, quin præter alias ciuiles, & conuentionales pœnas, ſit vltimo ſupplicio afficiēdus. Verba. n. tex. *in l. vnica. C. de famoſ. libel.* volentis, huius criminis reum capitali pœna puniri debere, ſunt adeo clara, & aperta, vt nulla indigeant declaratione, aut interpretatione. *l. ille aut. §. cum in verbis, & l. non aliter. ff. de leg. 3.*

69 Quod ſi velimus tenere illorum opinionem, qui dixerunt, hanc pœnam hodie de conſuetudine eſſe arbitrariam, vt dixit poſt alios Suarez. *in addit.* ad Gomeſ. *de delict. in ti. de iniur. nu. 1. litera a*, adhuc tamen, ipſum non poſſe pœnam mortis aufugere, clariſſimè demonſtraē ex communi illa, & ab omnibus recepta ſentētia, qua cauetur, pœnam arbitrariam poſſe vſque ad mortē extendi, quando qualitates, & circunſtātiæ inducūt grauitatem, & atrocitatē, vt per Aym. *conſ.* 220. *nu.* 14. Caccialup. *conſ. crim. diuerſ.* 92. *n.* 12. *et ſeq. vol.* 1. Clar. *in pract. q.* 83. *uerſ. ſed quæro quando. in fine.* Menoch. *de arbitr. q. lib.* 1. *q.* 86. *nu.* 20.

70 Quod autē iniuria in libello famoſo, de quo agitur, propter diuerſas eius qualitates, reputanda ſit nedum grauis, & atrox, ſed etiam grauiſſima, & atrociſſima, colligitur primo ex qualitate ipſiuſmet iniuriæ, cum in pagella prætenſi voti nominet Abbatem inductorem falſorum teſtiū; in libello eundem appellat latronem, furem, homicidam, & hæreticum. Secundo reſpectu loci, quia in Eccleſia, vbi delicta acrius puniuntur. Tertio ratione perſonæ, quia ſacerdoti, & non ſimplici ſacerdoti illata eſt hæc iniuria, ſed Abbati, & in dignitate conſtituto. Quarto reſpectu modi, quia voluit vti Deo, & Eccleſia, ad committendum impune hoc libelli famoſi crimē, & ſub ſpecie boni, & per hippocriſiā malum, & delictum in maximum totius populi ſcādalū, commiſit, ex quibus hanc iniuriam in hoc libello famoſo iniectam, pro atrociſſima de iure reputari debere, ſatis clarè in alijs informationibus dedu ctum fuit; & propterea non repeto.

71 Et hinc ſequitur, quod admiſſa ēt pro vera altera opinione, quod videlicet tunc demū libelli famoſi pœna ſit capitalis, quando, ſ. obiectum crimen in libello eſſet capitale, alias ſecus, ad trad. per Ruyn. *conſ.* 81. *n.* 3. *in fine. uol.* 4. & alios ex aduerſo allegatos, dubiū non eſt, quin in caſu nrō pœna ſit capitaliſſima, cū ſi vera eſſent ea, quæ in inſcriptione libelli, & in pagella objiciūtur, ipſe Abbas nō ſemel, ſed millies eſſet decapitandus.

72 Et in omnem euentum dato, quod pœna libelli famoſi non ſit capitalis, immo nec corporalis, ſed ſolū pecuniaria, nihilominus, ex quo iſte carceratus idem delicti genus reiterauit, vt apparet, non ſolū ex pagella ſub ſpecie voti in Eccleſia affixa, ſed etiam ex alio libello ſatis amplo, & ligato per eundem in detractionem famę, & honoris ipſius Abbatis, & aliorum quamplurium virorum fabricato, necnon ex memoralibus per eum præſentatis, & penes eum repertis, ac etiam infinitis ſcartafolijs ſub ſpecie querelæ per eundem in actis Vicarij productis, in quibus nihil aliud vnquā curauit, niſi modo ſub vno, & modo ſub alio prætextu de Abbate obloqui, ipſum calumniari, & diuerſa capitalia crimina, licet falſo, obijcere; Neceſſario ſequitur, de nō capitali, pœnam fuiſſe effectam capitalem; & propterea ipſum morti tradēdum, ad communiter notata per Bar. Alex. & alios *in l. 1. C. de ſuperexacto. libro* 10. Marſil. *ſing.* 378. Gram. *uoto 9. num. 26. & ſeq.* cum alijs, de quibus per Gomez. *in titu. de furt. numero 9. verſic. his non obſtantibus*, vbi refutatis contrarijs ampliat prædictam opinionem procedere

cedere etiam, quod quis de primis delictis non fuerit punitus,ſeu condemnatus;ſiue igitur pęna libelli famoſi ſit capitalis,ſiue arbitraria, ſiue eadem cũ crimine obiecto,in caſu tamen,de quo agiť, debebit eſſe vltimi ſupplicij, ꝑ ſupradicta.

73 Quibus non obſtãt nouiter deducta per alios DD.ex aduerſo informantes;& primo ad illud, quod dicebant, quòd ex quo huic tabellæ non conuenit nomen libelli, propterea nec poſſit applicari diſpoſitio d.l.vnicæ, quæ loquiť de libellis,& non de tabellis; reſpondeť, quòd licet non conueniat nomen libelli, conuenit tamen eius effectus; nec curandum eſt de modo, quando effectus eſt idem; ſi enim pęna libelli famoſi teneť ille, qui ad alicuius infamiã in muro ſolas figuras depingit,vt poſt Parid.de Put. *in trac.de ſind.* traditur per Clar.qui eum allegat, & ſequitur *in pract.in* §.*f.q.68. verſic. libelli famoſi author, &c.* Cur non debet eadem pęna habere locum in caſu noſtro,in quo adeſt,& pictura, & ſcriptura.

74 Minus obſtat cõſideratio facta in verbis eiuſdem *l.vnica.C.famoſ.libell.*quod ex quo loquitur in perſonam, non poſſit propterea in mandante verificari,ad trad.per Plac.*in epithom. delict.lib.1. c.1.nu.9.&* 10.& Clar.*in* §.*f.q.89.verſi. ſed quaro, &c.* Iſtud.n.fundamentum pluribus modis tollitur:& primo dř quod quicquid ſit de iure,contrarium de conſuetudine ſeruatur, ſecũdũ quã, ſiue diſpoſitio loquatur in rem, ſiue in perſonã, ſemper verificatur ẽt in mandante, ſicuti teſtantur Gandin.Alber.& Car rer.relati per eundem Clar.*in d.verſ. ſed quaro.in fine*, à quibus ſi rectè cõſidereņ eius verba,nec ipſe diſſẽtit, nec Plac. in contrariam allegatus teſtať de contraria conſuetudine, imo & ſibi repugnando huic noſtræ opinioni,ſequendo Gãdin.vti veriori ſe ſubſcribit,*in c.15.nu.22.eo.lib.1.*prout videri poteſt.

75 [see margin above]

76 Secundo circum ſcripta hac conſuetudine,& communi obſeruantia,adhuc dicitur,quod tam ipſe Plac.quàm etiam Clar.& omnes ex aduerſo allegati,loquuntur in diſpoſitione ſtatutaria. ſi autẽ ſumus in diſpoſitione legis, prout eſt hæc, de qua agitur, & tunc, ſiue lex loquatur in rem, ſiue in perſonam, ſemper mandans ſub ea comprehendetur, prout ſic diſtinguẽdo tradit Saly. *in l.non ideo minus.quaſt.6.verſ.et quando diſponeret.iunctè verſic.ſin autem illius actus. C. de accuſa.* cum plenè cumulat.per Menoc.qui ita Clar. interpretatur,*in tract.de arbitr.quaſt.caſu* 353.*num.* 2.12.& 13.*lib.1.*

77 Tertio dicitur,quod quando in mandante vrget eadem,ſiue maior ratio,quæ in mandatario, & tunc ſimiliter diſpoſita in delinquente indiſtinctè procedunt etiam in mandante,quia ſtãte identitate rationis,non dicitur fieri extẽſio, ſeu interpretatio de caſu ad caſũ, ſed verè ac propriè dicitur ille caſus ſub diſpoſitione comprehẽſus. Pariſ.*conſi.32.nu.72.vol.1.* & *conſi.42.nu.15.vol.* 2.Aym.*conſil.186.nu.11.*Rolan. *conſil.72.nu.39.* & *ſeqq.vol.1.* ſed diſpoſitio d.l.vnicæ, procedit nõ ſolum in principali authore huius criminis, ſed etiam in legente & ſtatim non lacerante, vt Gomez.*de delict.tit.de iniur.nu.1.*& ita omnium conſenſu receptum eſſe, teſtatur Plac. *vbi ſupra c.3.ſub nu.3.lib.1.*quem ſequitur Clar.*in d.verſic. libelli famoſi.in fine.*Ergo multo magis debet procedere in mandante fieri libellum famoſum; qui mandans, non ſolum dicitur plus delinquere, quàm ipſe legens,& non lacerans, ſed pluſquam Mandatarius; nam mandatarius ſolus ipſe delinquit, Mandans autem facit delinquere alium. *gl.in l. Athletas.*§.*Pomponius. in verbo, in ſeruitute. ff.de his qui not.infam. & in c.gaudemus. de diuort.* ſtante igitur maioritate rationis,neceſſario concludẽdum eſt,quod diſpoſitio d.l.vnicæ, etiam, quod loquatur in perſonam, debeat etiam in mandantem verificari.

78 Quarto ſupradictis omnib.ceſſantibus,(prout reuera multum vrgent)adhuc credo,nos non eſſe in terminis cõſideratis per D.ex aduerſo ſcribentem,qui colorando ſupponit, I. ex quo non ſcripſit in tabella, eſſe ſolum mandantem, & nõ authorem criminis; & nihilominus contrarium eſt verius,quia cum ipſe talem ſcripturam dictauerit, ideo verè,& propriè author libelli famoſi nuncupať,& ſub diſpoſitione d.l.vnicæ,vti principalis,& non vti mãdans cõprehenditur. Plac. *d.c.3.nu.3.*Gom.*d.tit.de iniur.nu.1.*& expreſsè diſponitur in tex.d.l.vnicæ.

79 Multo minus obſtat altera illa concluſio,volens,iniuriam non cõmitti ſine animo iniuriandi.*l.ſi non conuitij. C. de iniur. l.1.*§.*1.l.3.*§.*pen.& fina.cum l.ſeq.ff.de iniur.*nec pęnam libelli famoſi capitalem poſſe imponi,quando non adeſt dolus.*l.lex Cornelia.*§.*ſi quis librum.ff.de iniur.* Plot. *conſi.crim.diuerſ.*131.*vol.1.* Nam reſpondetur, quod dolus eſt difficilis probationis,animuſque iniuriantis eſt quid latens in corde, nec poteſt per teſtes probari, quia ſoli Deo notus eſt. gl. *in l.2.ff.de interrog.actio.* Bal.*in l.ſi quis filio.*§.*eius.ff. de iniuſt.rup.teſtam.*Inno.*in c.ſuper hoc.de renunc.* Ideo ad probationem doli ſufficiunt coniecturæ,& præſumptiones, & illæ habentur pro vera, & concludenti probatione. Boer. *q.101.nu.3.&* 4.Iaſ.*conſil.144.col.3.lib.3.*Menoch.*de arb.quaſt. caſu 116.nu.21.lib.2.*Præſumptiones aũt,& cõiecturæ doli, & mali, ac deprauati animi I. ſũt plures. Primò vrget contra eũ illa generalis præſumptio,quod in delictis,& ijs quæ ſunt a iure prohibita,prout eſt infamare proximũ,dolus regulariter præſumitur. Secũdo,quia in iniuria,in dubio ſemper cõuitiãdi animus præſumitur. Tertio facit vehemens capitalis, & inueterata inimicitia, de qua in proceſſu. Quarto ſcartafolia per dictũ I.in actis Vicarij præſentata,in quibus ſę per ſub ſpecie querelæ,comparitionis,proteſtationis,& ſimiliũ,nihil aliud vnquã curauit,niſi Abbatem licet falſò, infamare, prout in eis videre licet. Quinto, quia idem I. ſemper homines perquiſiuit,& ſollicitauit ad iniuriãdum Abbatem,prout particulariter deprehenditur ex querela porrecta per Ioan. ſcripta tamen manu propria ipſius I.vbi adſunt hæc præciſa verba, *& hò inteſo da M.V.che l' Abbate ha tolto vna ſcrittura della filza,&c.* & tamen præfatus I. erat ille, qui hoc ſcribebat nomine. Sexto reiteratio eiuſdem delicti,

licti, quæ colligitur ex præſenti pagella, ex illo pulcherrimo, amplo, & ligato libello, de quo in proceſſu ex memoriali reperto tēpore, quo fuit carceratus. Septimò, quia in voto voluit exprimere nomen, & cognomen Abbatis, & illum figurare; & nihilominus in voto talis nominatio, & perſonæ demonſtratio non erant neceſſaria; ſufficiebat enim dicere, ex voto, prout omnes regulariter, qui vota faciunt, facere ſolēt, nec opus erat alia ſpecificatione. Octauo expreſſit nomen Abbatis, & non illorum, qui, vt ait, falſum depoſuerunt. Nonò ex mendacio, quod dicit in pagella, ſibi Abbatem voluiſſe pręiudicare in honore, & bonis, & nihilominus veritas eſt, quod inter eos non agebatur, nec de honore, nec de bonis, ſed ſolum de quadam tēporis dilatione, ſuper ſolutione ſcutorū quindecim. Decimò fuit conſultus a ſuo Procuratore, vt non exprimeret nomē Abbatis, & tamen contrarium ex odio, & eius mala intentione facere voluit. Ex quibus quātū de iure contra ipſum præſumēdū ſit ſuper dolo, & malo animo, iam dictū eſt in alijs informationibus, quas in propoſito videri ſupplicatur; & cū nihil ex aduerſo reſpōſum fuerit, quia reuera nihil releuans reſpōderi poteſt, propterea amplius non inſiſto. Et hinc etiam tollitur altera eius excuſatio, quod videlicet fecerit ex cauſa voti; nā ſtantibus ſupradictis coniecturis qualitas voti ipſum nedum non excuſat, ſed etiam delictum reddit grauius, & atrocius, vt ſupra dixi.

80 Vltimò nec etiam prodeſt huic carcerato excuſatio illa, quod verum dixerit, iuxta trad. per Cyn. & Salyc. *in l. vnica. C. de famoſ. libell.* cū alijs relatis per Plot. *conſi. crim. diuerſ.* 131. *vol.* 1. Hæc enim obiectio ſimiliter tollitur. Primo, quia pro * ut alias dixi, verior, & magis communis opinio Doctorum eſt, quod libelli famoſi pęna habeat locum, ſiue verum, ſiue falſum quis dixerit, ac ēt, quod ſimus in delictis, quæ intereſt Reipublicæ, vt publicentur, de qua teſtantur poſt alios Gomez. *in tit. de iniur. nu.* 1. Boſſ. *eod. tit. nu.* 4. *propè finem. ſub verſ. ſed certè credo.* Plac. *in epithom. delict. c.* 1. *lib.* 1. *nu.* 3. *& ſeqq.* & propterea parum eſt curandū de Plot. & aliorū opinione, poſtquā in cōtrarium eſt communis, quæ in iudicando ſeruanda eſt. Dicere aūt, quod iſte carceratus propter conuitij veritatem ſit excuſandus a pęna libelli famoſi, cum crediderit Doctoribus affirmātibus contra communem opinionem, iuxta Ploti conſiderationem, mihi abſurdiſſimū vr̄, quia ſi talis excuſatio eſſet admittenda, ſequeretur, quod in delictis puniendis cōis opinio nō attenderetur, & quod delinquens ſemper poſſet ſe excuſare, dicendo ſe crediđiſſe Doctoribus contra communem tenentibus, quod eſt penitus inconueniēs; nec mirandum eſt de eo quod contrarium ſine vlla ratione affirmauerit. Nam ipſe conſuluit pro amico, & pro iuris conſulto.

81 Præterea in caſu noſtro ceſſat omnis difficultas, nam habemus etiam præter ius commune Bullam Pij Quinti, clarè diſponentem contrarium eius, quod tenet Plot. quæ non eſt temporanea, prout D. ex aduerſo ſcribens ſubtiliter argumētatur, ſed perpetua, vt patet in verbis Rubricæ ibi, *ad perpetuam rei memoriam*, & in corpore ibi, *hoc perpetuo, & irrefragabili edicto*, quæ ſunt adeo clara, & expreſſa, vt argumentis, & ſubtilitatibus non ſit opus.

82 Et licet loquatur in perſonam, tñ ex quo concordat cū iure cōi, habet ēt locum in mandanre, vt post Salyc. *in l. nō ideo minus. q.* 6. *verſ. ſtē quādo diſponeretur. iūcto verſ. ſin aūt illius actus, &c. C. de accuſ.* trad. Menoch. *d. caſu* 353. *nu.* 12. *&* 13. *li.* 1. Præterq̄ quod, vt ſupra dixi, ſ. non mandans, ſed auctor libelli famoſi dici poteſt; & propterea ceſſat ſecūda conſideratio ex aduerſo facta, ſup prędicta Bulla Pij V. quæ, quod fuerit per cōtrariū vsū ſublata (vt ex aduerſo tertio loco ſupponitur,) negatur in facto, & probatione eſt opus.

83 Secundo dato ſine præiudicio, quod veritas conuitij conuitiantem excuſaret a libello famoſo, prout in contrarium eſſe magis communem opinionem, ſupra dixi, adhuc tamen neſcio videre, vnde aduerſarius huius prætenſæ veritatis probationem ſumere velit. Nam, vt alias dixi, quatenus attinet ad teſtes, qui dixerunt ſe falsū depoſuiſſe precibus Abbatis, certū eſt, quod eis in nihilo eſt credendum, nedum quo ad plenam probationem, ſed nec ēt quoad indicium ſecun- * dum communem, & magis cōem opinionem, de qua præter alios teſtantur Gozad. *conſi.* 2. *nu.* 21. Natt. *conſi.* 298. *in* 1. *dub. vol.* 2. Ruyn. *conſil.* 146. *&* 147. Cæph. *conſi.* 233. *&* 234. Rol. *conſi.* 16. *nu.* 17. *& conſi.* 73. *num.* 20. *vol.* 1. cum infiniris alijs, qui poſſent ad propoſitū cumulari, & hanc eandē opin. veriorem de iure teſtantur Boſ. & Clar. ex aduerſo allegati. Qui licet videantur teſtari, contrariū de conſuetudine ſeruari, nihilominus contra hanc conſuetudinem alias fuiſſe ſecundum communem iudicatum, dixit Rol. *d. cōſil.* 16. *in fine*, & Clar. expreſsè reprobat Hircou. *concl.* 38. *cent.* 4. *tom.* 2. *comm. opin.* Et nihilominus talis conſuetudo vera, erit ſolum intelligēda de conſuetudine Mediolani, vbi Boſſ. & Clar. verſati ſunt, non alterius loci. Hercul. *in tract. de negat. numero* 302. *verſic. quinto reſtringerem.* Couar. *de commu. opin. pag. mihi* 115. *à tergo, numero* 6. pręſertim Romæ, vbi nulla recipitur conſuetudo, niſi ſit conſenſu Apoſtolico confirmata. Iaſ. *in l. cunctos populos. numero* 52. *C. de Summ. Trinita. & fid. Cathol.*

84 Quod potiſſimū, & ſine vlla difficultate procedit in caſu noſtro, in quo non ſolum non concurrebant alia adminicula cum dicto illorum teſtium, licèt coutrarium ex aduerſo ſupponatur, verum etiā & ipſi a principio, & in pluribus examinibus interrogati de ſubornatore, ſemper in negatiua perſtiterunt, & deinde torti, illum nominarunt; quo caſu non ſecundæ depoſitioni factæ in tortura, ſed primæ ſtandum erit, prout in terminis de ſubornatis dixerunt Dec. *conſil.* 189. *num.* 8. Ruyn. *d. conſil.* 146. Cæphal. *d. conſil.* 233. *num.* 4. Natta. *d. conſi.* 298. Hircou. *d. concluſio.* 38. *cent.* 4. Roland. *d. conſi.* 16. *num.* 19. Quatenus igitur vera, & generalis ſit cocſuetudo, de qua per Clar. & Boſſ. erit ſolum intelligenda, quādo te-

ſtes

ſtes ſubornati, a principio ſubornātē nomināt: ſecus, qñ primo negāt, & deinde torti affirmant per ſupradicta; talis.n.conſuetudo, vti odioſa, & contra ius, nō erit extendenda, ſed a iure recipiet interpretationem, vt illi noceat in minus, quam ſit poſſibile. *l.2.cum ſua materia.C.de noxal.*

85 Quod vero attinet ad ſententiam contra Abbatē latam, alias ſimiliter in iure probaui, quod eſt per appellationem extincta, & licet pariat aliquos ſpeciales effectus, de quibus per Dominū exaduerſo ſcribentem, nō tamen operabitur, vt ex illa quis excuſetur faciēdo libellū famoſum; iuris enim effectus non ſunt per homines, niſi quatenus a lege expreſſi, multiplicandi.

86 Quibus denique non obſtat, quod licet tales teſtes, & ſententia non faciāt plenam probationem, facient tamen præſumptionem, quæ in caſu iſto ſufficiet ad probādum cauſam, quia I. vult ſe excuſare a dolo, iuxta ea, quæ tradit, & allegat Plot. *d.conſi.131.nu.114.* Nam, vt ſupra oſtēſum eſt, nedum non faciunt probationē, ſed nec præſumptionem, aut indicium, & in omnem euentū, quicquid dixerit Plot. veritas eſt, quod cauſa, qua quis ſe excuſando a dolo, dicit motum eſſe ad aliquid faciendum, non præſumptiuè, ſed plenè, & concludenter probari debet. Dec. *cōſ.452. nu.11.vol.3.* Rol. *cōſ.57.n.13.vol.1.* Tiraq. *de pœn. temper.cauſa 43.nu.9.* Matth. *in 1.tom.comm.opin. pag.346.col.2.verſi. licet qualibet.* Iaſ. *in l.quod te. nu.43.ff.ſi cert.pet.* Boſſ. *in tit.de decret. Mediolani. ſub nu.19.* Menoc. *in 3.remed.retin.poſſeſſ.nu.653.* qui communiter dicunt nedum cauſam eſſe plenè probandam, verum ēt probandum eſt, quod delinquens ex illa cauſa motus fuerit ad delinquendum. Quæ probatio erit in caſu noſtro impoſſibilis, ſtantibus in contrarium præſumptionibus, de quibus ſupra. Quare, &c.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

Tertium reſponſum Proſperi Farinacij in eadem cauſa pro Fiſco, & Abbate contra I.

87 ADSIT DEVS. Deducta per D. exaduerſo ſcribentem multum deuiant a veritate iuris, & facti. Dū.n. primo ſupponit, crimen libelli famoſi non cōmitti, qñ illata iniuria eſt vera, & notoria, illud eſt contra communem; imò, & magis cōmunem opinionē, de qua poſt alios teſtantur Ant. Gom. *in tit.de iniur.nu.1.* Boſſ. *ſub nu.4. eo.tit.* Plac. *in Epithom.deli.3.c.1.lib.1.nu.3.et ſeqq.* Et licet Roman. exaduerſo allegatus, *in conſ.96.* conetur excuſare illum, qui extraiudicialiter, ex cauſa correctionis veram in alterum protulit iniuriam, quaſi quod id fecerit cum cauſa, & ſine animo iniuriandi; nihilominus vbi iniuria eſt per libellum famoſum iniecta, prout in caſu noſtro, tunc ſiue quis verum dicat, ſiue falſum, ſemper, & indiſtinctè libelli famoſi reus capitali pœna puniendus eſt; nec poteſt ſe excuſare, quod id fecerit cauſa correctionis, & ſine animo iniuriādi, cum nō detur libellus famoſus ſine animo iniuriandi. gl. *in l.vnica.in verſ.ſine.C.de famoſ.libel. et in l.eum, qui nocentem.verſ.infamauit.ff.de iniur.* & pulchrè conſiderat idem Rom. *d.conſil.96.col. 2.poſt num. 2. verſic. ſecundo vero caſu quando extraiudicium.*

88 Secundo ſimiliter verū non eſt, quod Abbas falſos induxerit teſtes contra I. & ideo dato, & non conceſſo, quod veritas, & notorietas conuicij conuiciantem excuſaret, prout in cōtrarium eſſe magis cōem, ſupra proximè demonſtraui, adhuc tñ neſcio videre, quomodo talis prætēſa notorietas poſſit exaduerſo colorari, ne dicam deduci. Nā quatenus attinet ad depoſitiones Veralli, & Hilarij, qui examinati dixerūt, ſe falſum depoſuiſſe, ad inſtantiam dicti Abbatis, dicitur, quod non ſolum ex ijs nō inducitur notorium, verum etiam in nihilo ipſis credendū eſt, ſecundum magis communem, de qua per Corrad. *cōſ. 2.nu.21.* Natt. *conſ.298.in 1.dub.vol.2.* Ruin. *conſ. 146.& 147.* Cæphal. *conſil.233.& 234.* Roland. *conſ.16.nu.17.& conſ.73.nu.20.vol.1.*

89 Quo vero ad ſententiam contra Abbatem latam, licet vulgo dici ſoleat, quod ex ea inducatur notorium, id tamen debet intelligi, niſi fuerit appellatum; per appellationem enim ſententiæ vires, ſi non extingui, ſaltem ſuſpendi, nemo eſt, qui neget. *l.1.§.fin.ff.ad Turpil.* & plenè tradit Ant. Gom. *de delict.tit.de homicid.nu.69.* & in caſo noſtro ſententia prædicta nedum excuſationem non habuit, verū ēt fuit a Sanctiſſimo Domino Noſtro, qui de omnibus erat bene informatus, ſaltē tacitè reuocata; fuerat.n. in ea Abbas condemnatus ad permanēdum in Monaſterio arbitrio ſanctiſſimi, & sāctiſſimus noluit nedum monaſterium eligere, verum etiam ei priſtinam libertatem condonauit; fructus Abbatiæ reſtitui iuſſit; ipſūq; in Pontificali habitu ad publicam Corporis Chriſti proceſſionem admiſit; & in cauſa ulterius non procedi mandauit; quæ quidem non feciſſet, ſi falſos teſtes induxiſſet. Vnde cum hæc omnia ſint vera, publica, & notoria populo, merito dici poteſt, immo notorium eſſe, quod Abbas nullos induxerit falſos teſtes, non autem quod illos induxerit, vt falſo exaduerſo ſupponitur.

90 Et in omnem euentum, notorium eſt duplex, quoddam, quod vocāt notorium iuris, illud ſcilicet, quod reſultat ex actis & ſententia, & ſimilibus, & hoc quidem non eſt propriè notorium, quia non tranſgreditur perſonam iudicis, Notarij, & litigantium; Aliud vero eſt notorium facti, quando ſcilicet populus per ſenſum viſus, vel auditus fuerit teſtis eius, quod vel coram ipſo, vel maiori parte factum eſt, & iſtud eſt propriè notorium. Pariſ. *conſilio 1.numero 34.libro 1.* Clar. *in pract. quæſtio.9. in princip.* Gomez. *de delict. cap.1.num.41.* Vnde dato, quod notorietas delicti excuſaret authorem libelli famoſi, iſtud eſſet intelligendum, quando talis notorietas conſiſteret in facto ita, quod iam perueniſſet ad notitiam totius populi, vel maioris partis; & propterea per illum non detraheretur famæ, &

O honori

honori iniuriati, nec eius detegeretur dedecus; poſtquam erat publicum, & notorium apud om nes; ſed ſi ſumus in notorio iuris, puta reſultante ex actis, qđ vt dixi, ſoli iudici, & partibus notum eſt, prout notorietatem in iſto caſu vult ad uerſarius colorare, & tunc dicere, quod ſit licitū toti populo illud detegere, & per ſcripturam in Eccleſia publicare, & quod per hoc non detrahatur eius famæ, & honori, videtur prorſus ſine ratione dictum, & abſurdiſſimum.

91 Tertio ſimiliter decipit D. exaduerſo ſcribēs, dum quærit carceratum excuſare ex eo, quod libellū famoſum confecerit ſine animo iniuriandi; prauus enim, & obſtinatus eius animus ad iniuriādū apertiſſimè ex infraſcriptis deprehēdit. Et primo contra eū facit iuris illa ſpecialis præſumptio in materia iniuriarum, quod in dubio non bonus, ſed malus conuitiandi animus præſumitur. *gl. in l. ſi non conuicij, vbi etiam Doctor. C. de iniur.* Abb. *in c. cum te. de ſent. & re iud.* Boſſ. *in tit. de iniur. ſub nu. 3. per tex. in l. 2. C. de offi. rector.*

92 Secundo facit vehemens odium, quo ſemper proſequutus fuit ipſum Abbatem, & inimicitia capitalis inter eos exiſtens, quæ non ſolum probatur, vt alias dixi, ex cautione de non offenden do inuicē præſtita, quæ nō ſolet niſi inter odioſos, & inimicos præſtari; verum etiam de ea clarè apparet ex tot querelis per ipſum I. in diuerſis tēporibus contra Abbatem porrectis, & vſque in præſentem diem cōtinuatis, prout etiam ipſe in ſuis conſtitutis confeſſus eſt; vnde ſicut ratione amicitiæ bonus eſſet præſumendus animus, ita è conuerſo malus, & non bonus erit præſumēdus erga inimicum, ad tradita per glo. *in l. 1. ff. ad leg. Corn. de ſicar.* Bald. *in l. fi. in vigeſima oppoſ. C. de hæred. inſtit.* Aym. *conſi.* 8. *nu.* 13.

93 Tertio, malus eius animus detegitur ex eo, quod in pagella, quā ſub nomine voti in Eccleſia affixit, voluit exprimere nomen Abbatis, & illū, vt dicunt, de naturali retrahere cum Abbatiali habitu; quę quidem criminis ſpecificatio, & perſonæ demonſtratio, cū non eſſent neceſſaria, nec de eſſentia eius aſſerti voti, apertiſſimè malū ipſius animum, & deprauatam iniuriandi intentionem demonſtrat, prout in his terminis libelli famoſi poſt Oldrad. Rom. & alios, quos allegat, conſiderat Couar. *var. reſol. cap. 1. num. 6. verſi. 3. ad præmiſſa, & verſi. tertium ex his apparet.* Plac. *in Epithom. delict. cap. 1. num. 4. verſ. præſumptiones, & coniectura*, & eſt notabilis doctrina Maran. Soci. *in c. fi. n. 27. extr. de iniur.* Et augetur hæc præſum ptio; Nam poſtquam ſibi placuit in dicta pagella exprimere nomen Abbatis, qui nunquam nihil faſſus eſt, cur non expreſſit nomina teſtium, qui faſſi ſunt ſe falſum dixiſſe? Id certè non alia ratione factum veriſimiliter dici poteſt, niſi quia eius animus erat detrahendi famæ, & honori dicti Abbatis, qui ſibi erat odioſus, & inimicus; non autem illorum, cum quibus nullam habebat inimicitiam.

94 Quarto dolus, & malus animus elicit ex men dacio, quod in dicta pagella conſcripſit, dum dicit, *che l'Abbate hà indotto teſtimonij falſi in pregiudicio dell'honore, & della robba, &c.* & nihilominus veritas eſt, quod inter eos nō agebatur, nec de honore, nec de bonis; ſed ſolum de quadā par ua temporis dilatione ſuper ſolutione ſcutorū quindecim; iſtud igitur mendacium, & falſa aſſertio dolum, & malum animum præſumere facit. *l. ſi quis affirmauerit.* §. 1. & *l. eleganter.* §. *Idem Pomponius. ff. de dolo.* Ruin. *conſ. 29. n. 6. li. 1.* Blanc. *in tract. de indic. nu. 265.* Aym. *de antiq. temp. pag. mihi 86. ſub nu. 16. & 18. in partis in 1. par. ſect. vidimus & abunde, & conſi. 2. nu. 13.*

95 Quinto mala eius intentio probatur ex præcedente tractatu, & conſilio conſcribendi iſtum libellum famoſum, prout ipſe fatetur deſuper conſuluiſſe ſuum Procuratorem, in quo licet multum conſideret, tamen conſultus, vt non exprimeret nomen Abbatis, nō potuit ſe continere, quin malum animum oſtēdendo, illud exprimeret, & ſpecificaret. Ex quo quidem præcedente tractatu, & præmeditatione dubium non eſt, quod eius deprauata intentio iniuriandi Abbatem magis, ac magis detegatur per ea, quæ in ſimili traduntur per Alber. *in tractat. ſtatuto. par. 3. quæſt. 64.* Blanc. *de indic. num. 225.* Boſſ. *in titu. de homicid. num. 63.*

96 Sexto quid vlterius quærendum? Nonne I. alium ſcripſit libellum famoſum ſatis amplum, in detractionem famæ, & honoris, non ſolum ipſius Abbatis, ſed aliorū quamplurium Illuſtriū virorum? Illudque pluribus, & diuerſis perſonis oſtendit, & publicauit? Arguendo igitur a ſolitis, dubitandum non eſt, quod ex hac conſuetudine conſcribendi libellos famoſos, non ſolum ſit valde contra ipſū ſuper mala intentione procedēdum, ad plenè tradita per Brun. *conſil. crim. 115. nu. 7. & pluribus ſequentibus. tom. 2. in magnis.* Verum etiam vbi alias pęna libelli famoſi eſſet pecuniaria, prout reuera eſt capitalis, iſto tamen caſu ſaltem de iure debet ob frequentiam, & cōſuetudinem delinquendi eſſe mortis naturalis. Bart. Alex. & alij communiter *in l. 1. C. de ſuperexactio. lib. 10.* Marſil. *ſing.* 378. Gram. *voto nono, numero 26. ſequen.*

97 Quarto ex ſupradictis omnibus neceſſario infertur, parum huic inquiſito prodeſſe nouam illam, & excogitatam voti cautelam; Nam vt inquit Caietan. *in ſumma, in materia voti, capitulo ſecundo, verſiculo cum enim materia voti, &c.* Voti materia ſolummodo eſt bonum ſub præcepto, aut conſilio diuino contētum, alienumque eſt a voti materia omne illicitum, & omne id quod eſt contra conſilium diuinum. Ideo cum detrahere famæ, & honori alicuius, ſit de ſe illicitum, & contra conſilium, & præceptum diuinum, merito uoti nomen non meretur; & vbi uotum à vouente veſtitur malo fine, prout in caſu noſtro fecit I. cuius finis, & intentio erat infamare Abbatem, vt ſatis ſuperque ex ſupra narratis coniecturis demonſtratum fuit; tunc non ſolum non eſt votum, ſed peccatum, & vouendo, & implendo; iſto enim caſu, quis non dicitur vouere, ſed decipere homines, Deum, & Eccleſiam; efficiturq; author ſcandali,

Digitized by Google

dali,contempto voti,& reuerētiæ diuinæ,prout in propoſito hæc,& ſimilia tradit. Caiet. *vbi ſupra,c. 1.verſ.primo promittēdo opus,et c.3.in prin.* Et propterea cum ſacra profanis immiſcuerit, volueritq; Deo,& eius eccleſia vti,ad committendum hoc crimen libelli famoſi, ſtanteq; conſuetudine conficiendi ſimiles libellos, ac atrocitate iniuriæ in dicto libello appoſitæ, etiā reſpectu loci,& perſonæ,concludendum eſt, ipſū incurriſſe in pœnas conſtitutionis ſanctiſſimæ memoriæ Pij Quinti, videlicet mortis naturalis,& confiſcationis omnium bonorum.

98 Quinto quoad pœnam conuentionalem, quam ſubterfugere quærit aduerſarius ſub prętextu nouæ cauſæ,quod videlicet Abbas falſos contra ipſum induxerit teſtes;Reſpondetur primo, quod adhoc, vt noua cauſa excuſet, debet eſſe per allegantem plenè probata,nec aſſerenti ſe offendiſſe ex noua cauſa,aliquo pacto credēdum eſt,vt *in conſi.crimin.diuerſ.*150.*numero* 58. *volum.*1.Cæphal. *conſil.* 35. *numero* 1.*& pluribus ſeqq.volumine primo*, ſed cum non adhuc appareat,nec apparere poteſt,quod Abbas falſos induxerit teſtes, vt ſupra demonſtratum eſt, merito,&c. Et licet vulgo dici ſoleat, quod in dubio offenſa præſumitur facta ex noua cauſa,& non ex veteri, ad tradita per Roman.*conſi.*183. *in fine, & alios exaduerſo allegatos*, iſtud tamen debet intelligi, dummodo prius fuerit talis noua cauſa probata, alias ſecus, vt per Cæphal. *d. conſi.*35.*numero* 6.*& ſeqq.volum.primo*, Hercul.*de caut. de non offenden. capitulo decimotertio, numero octauo,& nono*; Vltra quod hodie vigore conſtitutionum ſanctæ memoriæ Pij Quarti, & Quinti, noua cauſa principalem offendentem non excuſat; ideo non eſt vlterius deſuper diſputandum. Quare,&c.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius.I.C.Rom.

Quartum reſponſum Proſperi Farinacij in eadem cauſa pro Fiſco, & Abbate contra I.

99 ADSIT DEVS. Quamuis ex iam dictis abundè credatur conſtare de delicto, & dolo I. carcerati propter libellum famoſum, de quo agitur, quia tamen adhuc per Dominum meum Iudicem excitantur infraſcripta dubia; Primò ſcilicet, an verba, & ſcriptura in tabella contineant iniuriam contra Abbatem ita,quod dici poſſit libellus famoſus: ſecundo, poſito, quod ſic,an ea, quæ continentur in ea,pròbentur eſſe vera. Tertiò,poſito, quod vera ſint, quæ opinio ſit magis communis, an illa, quæ vult, quod etiam, quod ſint vera, non liceat in famoſo libello; vel contraria,quando Reipublicæ expediret ſciri, etiam quod animo prauo id faciat. Quarto, an in caſu, de quo agitur, præſumatur animus prauus, ſtāte inimicitia,& alijs deductis in proceſſu. Quinto, poſito, quod I. de iure communi excuſetur, an intrent motus proprij,& bannimenta,prohibentia ſcribere vera. Sexto, quid dicendum de libro infamatorio ſub claue pœnes ipſum reperto,& cum proteſtationibus,de quibus in eo? in quo per decem annos continuo ſcripſit omnia conuicia, quæ excogitari poſſunt de ſceleſtiſſimo homine; & in quo etiam multa cōtinentur de Cardinalibus, Prælatis,& de præterito ſummo Pontifice,aſſerendo Abbatem ea ipſi dixiſſe; & ſic non poterat probare, quod Abbas dixerat, quem falſus fuit pluribus oſtendiſſe; Iccirco pro eorum ſolutione dicit, quòd

100 Prima pars propoſiti dubij nullam prorſus habet difficultatē; nam certiſſimi iuris eſt,quod vbicunque in alterum aliquod delictum in genere, ſiue in ſpecie cōmiſſum improperatur, tūc inferri dicitur iniuria.text.vbi gl.in verbo,*conuicium.in* §.*iniuria*,& ibi poſt alios Aret.*nu.*2.*inſti. de iniur.*Bar.*in l.turpia.in princ.ff. de leg.* 1.*& in l. his uerbis.*§.1.*ff.de hæred.inſti.*Fel.*in c. cum te.in fi. de re iud.*Sed ſic eſt,quod in pagella,de qua agit, hic carceratus vocauit Abbatem inductorē falſorum teſtium,nulli dubium, quod falſitatis crimen eidem obieciſſe dicitur,cū falſos teſtes producens,pęna falſi teneatur.*l.falſos.*vbi Bal. Angel.& Saly.*c.C.de falſ.*Ruyn.*conſi.*86.*numero* 3.*libro* 4. Merito iniutiam intuliſſe negari non poteſt, eo præſertim, quod per falſitatis obiectionem nedum grauis, ſed grauiſſima inducitur iniuria; quia nullum eſt delictum, quod magis famam,& honorem hominis vituperet,quam crimen falſi,quod veneficio,& homicidio deteſtabilius eſſe dicitur, ac pęnæ mortis ſimile reputatur, & ex eo homo ad nihilum inter homines deuenit,quia ſine fide,& cōſcientia viuere dicitur, & prout hæc,& ſimilia traduntur per Ang. *in auth.de nup.*§.*minorem.*Affl. *decif.vlt.nu.* 23. Caſtr. *conſ.*149.*col.*2.*vol.*2. Foller.*in pract.crim.pag.mihi* 187.*nu.*56.Boſſ.*in tit.de fal.nu.*12.Alex. Soatius *in conſi.crim.diuerſ.*117.*num.*10.*in fine.volum.*1.*in magnis*,& ideo quanto maior per iniuriam infamia irrogatur,eo grauior illa teputanda eſt; Et in terminis,quod irrogetur iniuria per eum, qui alteri dixit, tu produxiſti contra me teſtes, ſeu ſcripturas falſas,maximè ſi addantur illa verba, *per tormi la robba*, prout punctualiter accidit in caſu noſtro,videatur Riminal. Sen. *in conſil.*49. *num.*2.*vol.*1.quem referendo ſequitur Clat.*in* §. *iniuria.ſub prine.*

101 Ex,quibus infero, quod cum talis iniuria ſit illata per ſcripturam, & eam quidem perpetuo a populo videndam,dubitandum non ſit, quin famoſi libelli nomē mereatur, quia libellus famoſus,prout alias dixi,nihil aliud eſt,quàm iniuria per ſcripturam illata, vt exemplificando, tradit Plac.*in Epithom.delict.cap.*1.*n. mero* 1.*in fine.uerſ.* 2.*de iniuria,et cap.*3.*numero* 3. Ant.Gomez.*de delict. tit. de iniur. in princip. per text. in l.* 1.§.*ſi quis libellum,& in l.conſtitutionibus.ff. de iniur.* Accedēte præſertim in caſu noſtro,pictura, per quam ſolum libelli famoſi crimen, quem incurrere,tra ditur per Clar.poſt alios,quos allegat *in pract.q.* 68.*uerſ.libelli famoſi.*

102 Quibus non obſtat, quod ex quo non fuit dictum in tabella, Abbatem induxiſſe falſos teſtes ſcienter, propterea non poſſit dici obiectum delictum, aut iniuria, cum producens falſos teſtes, tunc demum teneatur pœna falſi, ſi id ſcienter fecerit; alias ſecus, ad tradita per Clar. *in §. falsũ. verſ. producens*, & in dubio ignorantia præſumitur potius, quàm ſciẽtia, vulgatis iuribus; Iſtud enim pluribus modis tollitur, & primo dicitur, quod ex quo teſtes fuerunt per Abbatem indu-
1 cti¹, nõ in facto alieno, vel ab ipſo ignorato, ſed in propriomet, vt in proceſſu apparet, ideo ſi teſtium depoſitio eſſet falſa, neceſſario, & Abbas delictum commiſiſſet, & vti ſubornator eſſet puniendus, ac in eo ſcientia pręſumeretur. *l. fi. ff. pro ſuo. l. quamuis. ff. ad Velleian.* & in producente falſos teſtes, ſeu ſcripturas, in facto proprio conſuluit Franc. de Cap. liſta *conſi. 31. inter conſil. crim. diuerſ. Ziletti nu. 8. vol. 1. in paruis*, quem referẽdo ſequitur Fer. Garziar. *in conſi. 123. nu. 1. inter conſil. eiuſdem Ziletti. volum. 1 in magnis*, cum alijs, de quibus per Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu 316. nu. 20. li. 2.* Non erat igitur neceſſaria expreſſio ſciẽtiæ, poſtquam eramus in caſu, in quo alio non docto, illa præſumitur.

103 Secundo reſpondetur, quod animus I. fuit prauus, & intentus ad Abbatem iniuriãdum, & illi delictum obijciendum etiam, quod de ſcientia mentionem non fecerit, vt paret ex eius confeſſione, de qua in primo conſtituto, vbi interrogatus, ſi præſumat cauſam ſuæ capturæ, Reſpondit, *Io non poſſo immaginarmi, che ſia ſtato pigliato per altro, ſe non per qualche truffa, falſa ſpia, & falſità, c'habbia fatto contro di me l'Abbate*, & vlterius interrogatus, *ch'è notorio, che l'Abbate ha commeſſo più falſità, come coſta per gl'atti del Vicario, & dell'Auditor della Camera*. Deinde ſpecificando aſſertas falſitates, inter alias ſpecificat falſitatem, de qua in tabella, dicẽdo hos teſtes fuiſſe ab Abbate ſubornatos, ideo non eſt dubitandum de eius mala intentione, & animo obijciendi crimen falſitatis, poſtquam ita ſe per eius propriam confeſſionem declarat; Verba enim ſubſequentia, qualis antea fuerit animus, demonſtrãdi vim habent. Curt. Iun. *conſi. 169. nu. 1.* Cæph. *conſi. 77. nu. 2. & conſil. 96. nu. 27.* Rolan. *conſil. 62. nu. 9. uol. 1.* cum ſimil.

104 Tertio conſidero, quod uerba, de quibus in tabella, cum fuerint vulgari ſermone lata, non ſecundum ſtrictam iuris interpretationem, ſed ſecundum vulgi communem vſum loquendi, intelligenda ſunt. Alex. *conſi. 21. nu. 11. lib. 3.* Cou. qui alios refert *uar. reſol. lib. 3. cap. 5. nu. 1. in fine*, & in materia propria iniuriarum traditur per Cardi. *in c. ex literis. in 3. notab. nu. 1. de conſuetud.* Neuizz. *in ſilua nup. li. 4. num. 76.* Socin. *conſi. 6. vol. 1.* Carauit. *ſuper ritu magna Curiæ nu.* 311. Plac. vbi *ſupra cap. 1. numero 13.* Clar. *in §. iniuria. in princ.* communiter concludentes, quod licet hæc verba, tu es bonus homo, tu es bona mulier, de iuris interpretatione nullã importent iniuriam, quia tamen in contrarium eſt communis loquendi vſus, ideo pro iniuria reputatur; & perinde ac ſi dixero, tu es cornutus, vel tu es meretrix; ſed ſi verum fateri volumus, nulli dubiũ, quod ſecundum communem loquendi vſum, iniuria eſt dicere alicui, induxiſti falſos teſtes contra me, cauſa auferendi bona, & honorem etiam, quod non apponat verbum, ſcienter, prout in terminis dixi præſupponere Riminal. *d. conſil. 49. nu. 2. uol. 1.* Ideo, &c. & cum talis communis loquendi vſus ſit apud omnes notorius, alia probatione non indigebit, ſed ſufficiat mihi illud modo allegaſſe, & poterit Dominus meus ſe de eo extraiudicialiter informare, vt dicit Socin. Iun. *conſil. 65. numero 4. lib. 1.* Aym. *conſi. 104. num. 9.* Cæph. *conſil. 85. num. 23. & ſequen. & conſil. 108. num. 16. & 17. uolum. 1.*

105 Quo vero ad ſecundam partem dubij, dixi, & repetere non eſt neceſſe, cum nihil releuans ex aduerſo in propoſito deducatur, quod falſum eſt, Abbatẽ falſos teſtes induxiſſe: & propterea non poteſt carceratus in iniurię ueritate ſe excuſare, poſtquam veritas eſt in contrarium. Sed admiſſo pro nunc ſine veritatis præiudicio, quod obiectũ crimen ſit verum, adhuc dico attingẽdo tertiam dubitationem, quod licet regulariter in delictis, quæ expedit Reipublicæ ſciri, veritas cõuicij conuiciantem excuſet, iuxta tex. & ibi Bar. *in l. eum qui nocentem. ff. de iniur.* Alex. *in l. 3. ff. de liber. et poſthu. nu. 6.* Abb. *in c. fi. nu. 5. de iniur.* Aret. *in §. iniuria. nu. 4. inſti. eod.* Dec. *inter conſil. crimin. Ziletti, tom. 1. conſi. 102. nu. 7.* Boer. *conſi. 4. num. 36. verſic. teneo opinionem*, & de communi poſt alios teſtatur Clar. *in §. iniuria. verſ. item quæro*; Nihilominus hæc communis opinio duobus modis limitatur. Primo, vt non procedat in libello famoſo, in quo ſiue quis verum, ſiue falſum dicat, ſemper capitalis imponitur pœna, tex. eſt ferè ad literã, qui ita ab infraſcriptis omnibus interpretatur *in l. unica. C. de famoſ. libell. ibi, ſanè, ſi quæ per libellum famoſum proſequendam putauerit ore proprio edicat, &c.* hoc clarè etiam ſentit ibi gloſſ. *in verbo, ſanè*, alia gloſſ. *in d. l. eum, qui nocentem. in uerſic. infamauit*, vbi quod veritas conuicij excuſat, ſi per ſolemnem accuſationem fuerit in iudicio deducta; ſecus ſi per libellum famoſum; & idem relatis diuerſis opinionibus, optimè diſtinguendo traditur per Ioann. Andr. *in additio.* ad Specul. *in titulo de iniur. & damn. dato, in princip. litera C, verſiculo, poſſet autem ſic ritè diſtingui.* Oldrad. *conſilio 53. numero ſecundo.* Roman. *conſilio 96. colum. ſecunda, poſt numerum ſecundum, verſicul. ſecundo vero caſu quando. extraiudicium, &c.* Abb. *in capitulo, cum te. numero 29*, & ibidem Felyn. *numero 23. de re iudic.* Couar. qui alios refert *var. reſolu. libro primo, numero ſexto, uerſic. 2. eadem ratione*, & in hac concluſione nullum reperijſſe contradictorem, dicit Boſſ. *in tit. de iniur. numero 4. prope finem*, & communem dixerunt Alexan. de Neuo, *in conſil. 82. numero 4. & 5.* Plac. *in Epithom. delict. cap. 1. num. 5. & cap. 3. num. 2. verſic. verum præmiſſa omnia.* Gomez. *d. tit. de iniur. nu. 1.* & magis communem teſtatur Ioachin. Miſing. *in conſi. 7. num. 29.*

106 Secundo prædicta opinio limitatur, vt non

pro-

Digitized by Google

procedat in iniuria prano animo illata, quia in ea veritas conuicij non excuſat. Faber *in d.§.iniur.nu.4.inſtit.de iniur.* Fel. Couar. Plac.& Alex. de Neuo ſupra proximè allegati. Gram. *deci.37. nu.6.& ſeqq.* licet enim Reipublicæ interſit, nocentium crimina nota eſſe, Nihilominus prauus iniuriantis,ac reuelantis animus rem prorſus efficit iniquam,*c.cum miniſter, & c.relegantes.23.q.5.l.2.C.quan.& quib.libro 10.l.3.C.de offic.Rector. Prouin.*

107 Quod autem in caſu,de quo agitur,iniuriãdi animus clariſſimè detegatur, & ſic deueniendo ad quartam dubitationem,ſatis in alijs informationibus ex pluribus præſumptionibus, & coniecturis deductum fuit; & propterea non repeto,præterquam etiam, quod ſumus in iniuria, in qua regulariter,niſi contrarium probetur,mala intentio præſumenda eſt potius,quam bona, ſecundum communem, de qua poſt alios teſtatur Clar.*in d.§.iniuria,verſ.quaro nunc*,& eſt tex. *in l.ſi non conuicij.C.de iniur.*

108 Et in omnem euentum deueniendo ad quintam partẽ dubij,inficiari non poteſt,quin ſecundum motum proprium ſanctiſſimę memorię Pij Quinti,pęna libelli famoſi incurratur,etiam per dicentem verum ; cuius verba ſunt tam clara, & aperta,vt nulla indigeant interpretatione. *l. ille aut ille,& l.non aliter.ff.de leg.3.cum ſimil.* Nec ſufficit dicere, quod talis conſtitutio nõ eſt vſu recepta; nam lex non per non vſum,ſed per cõtrarium tollitur vſum. Bart.*in §.& antea.in prohem. ffrorum.* Felyn.*in c.1.verſ.limita ſecundo. de tregua & pace.* Io.de Amic.*conſ.1.nu.43.et 44.*& qui iſtũ cõtrarium vſum allegar,probare tenetur.Corn. *conſ.15.col.4.verſ.praterea.vol.3.* Dec.*conſil.354. nu.9.& 649.col.2.verſ.non obſtat.*Natt.*conſil.575. nu.33.verſ.Reſpondeo,&c.vol.3.*

109 In caſu autem, de quo agitur,iſte contrarius vſus,nedum non eſt probatus, verum etiam impoſſibile eſt, vt probetur, per id, quod nuper vidimus obſeruatum in Nicolao Mazza de Cortona, qui licet eſſet ſacerdos, & in ſacris conſtitutus,fuit tamen ad triremes damnatus,vbi iam diem ſuum obijt, ex eo ſolum, quod apud eum fuerit repertum quoddam memoriale, fabricatum in detractionem honoris q.R.P.D.Honofrij Camaiani ; & in Vrſatto Fattiolo de Ancona, qui licet eum furoris, amoris, & nobilitatis cauſa multum excuſaret, fuit ſimiliter ad triremes tranſmiſſus,propter quaſdam cantilenas de eius mandato factas in vituperiũ cuiuſdam ſuæ Amaſiæ; & in illo infelici,& miſero puero annorum vix ſexdecim, qui Nurſiæ fuit morti traditus ex eo,quod ſimilem cantilenã contra D. Cãdidum Zitellum cõpoſuerit;& in Nicolao Franco,qui in decrepitatis ferè annis conſtitutus,ſurcis ſuſpenſus,in pectore inſcriptionem habebat; qua ſignificabatur, ipſum fuiſſe vltimo ſupplicio affectum, propter infamatorias cantilenas compoſitas cõtra Illuſtres perſonas. Vltra quod etiam ſatis Domino meo notum eſt, quod ad inducendum contrarium vſum, pro abrogatione alicuius cõſtitutionis, ad minus requirit curſus decem annorum, per ea, quæ tradit Gozad. *conſ. 23.nu.9.* Ruyn.*conſ.143.nu.24.uol.5.* Cæph.*conſ. 96.nu.21.* Rolan.*conſ.99.nu.....& ſeqq.uol.2.*& communem dixit Alex.*conſ.132.nu.1.vol.1.* fruſtra igitur diſputatur, an hæc conſtitutio ſit per non vſum ſublata, cum nõ ſint iam lapſi decem anni poſt eius publicationem.

110 Additur prædictis pro reſolutione vltimæ dubitationis,liber ille tam bene ligatus, & ſub tam fideli clauium cuſtodia retẽtus, prout in vltima parte dubij,in quo,quibus, & quantis irrogetur iniuria,ſatis in puncto demonſtratur,poſtquam ob eius turpitudinem ſanctiſſimo Domino Noſtro placuit illud nemini oſtẽdi; & quod talis ſit propriè libellus famoſus, nulla indiget demonſtratione,quia ſola illius rubrica id manifeſtiſſimè probat, abſque eo, quod habeatur cognitio eorum, quæ intus ſunt, per quæ non erubuit de Prælatis, Cardinalibus, ac diuerſis alijs illuſtribus perſonis famoſas ſibi confingere iniurias,& de Sanctiſſimo Pontifice Pio V. cuius ſanctitas, & bonitas etiam apud infideles notiſſima erat, ſolus ipſe obloqui auſus eſt ; quem libellum nedum pęnes ſe retinuit, & per decẽnium in odio, & mala intentione contra Chriſti pręcepta perſiſtens diuerſis additionibus illuſtrauit, ſed & illũ, quibuſdã Abbatis inimicis, & omnibus tunc carceratis in Curia de ſabellis,de anno 1573. de menſe Nouembris oſtendit,& publicauit; quærens etiam illum oſtendere Tullio eiuſdem Abbatis Leuiro,& fratri, qui illum legere, & videre noluerunt, prout hæc omnia cõſtant nedum ex confeſſione eiuſdem carcerati, ſed ex depoſitionibus prædictorum Tullij, & Nicolai, quorum examen,& antequam de eo I.interrogaretur,receptum fuit, ad quæ ſufficiat adduxiſſe Clar. *in pract.§.fi.q.68.verſ.libelli famoſi,* vbi etiam,quod talis libellus non fuiſſet publicatus,foret tamen huiuſmodi reus infamis catenæ alligandus, vt expreſsè diſponitur in præfata cõſtitutione Pij Quinti,volentis,pro libello famoſo capitalẽ eſſe imponendam pęnam ei, qui ſolum illum compoſuerit,dictauerit, ſcripſerit, exemplauerit, retinuerit,vel non lacerauerit.

111 Nec ipſum excuſant proteſtationes,de quibus in Rubrica libelli, quod ſcilicet non intẽdit Abbatem iniuria afficere, quia cum ſint contrariæ facto,in nihilo ſunt attendendæ.Bart.*in l.nõ ſolum.§.morte.numero 47.ff.de nou.oper.nunc.& in l.ſi quis extraneus.in prin.num.3.& ſeq.ff.de acqui. hared.* Guid.Pap.*deciſ.465.* Couar.*var.reſolu.lib. 1.c.11.num.1.* Clar.*in §.iniuria.verſi.ſed pone.* vbi de communi.

112 Minus releuat dicere, quod talem librum cõpoſuerit pro iudicis informatione ; iſte enim informandi modus per libellos famoſos punibilis eſt, præſertim, quia nec iudici, nec in iudicio alicuius delicta patefacere licet,niſi & uera ſint, & probari poſſint;tunc enim reuelans pręmium mœretur,aliter autem capitali pęna puniendus eſt.prout cantãt expreſſa verba *d.l.1.C.de famoſ. libell.* & ideo cum crimen, conuicia, & iniurias, de quibus in dicto libello I. ex ſuo proprio con-

finxerit capite, nec eas nũquam probauerit, nec probare poterit in æternum, non video quomodo illius legis pœnam aufugere poſſit.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius. I.C. Rom.

Secundum reſponſum Cæſaris Luciani in eadem cauſa pro Fiſco, & Abbate contra I.

113 ADSIT DEVS. Dũ primo quæſitũ fuit, an uerba, & pictura appoſita in tabella, contineant iniuriã cõtra Abbatẽ; & an dici poſſit libellus famoſus; proculdubio affirmatiuè reſpondendũ eſt. Nã hoc primo ex pictura arguiẽ, nam ſi figuraras gratias Deo referre volebat, ad quid neceſſe fuerat in tabella pingere Abbatẽ in veſte Abbatiali cũ vituperio, quod falſos teſtes induxerit, ad auferẽdum bona, & honorem ipſi I.? Huiuſmodi.n. picturæ dicũtur libelli famoſi, & eorũ pœna puniunẽ, vt notabiliter dixit Par. de Put. *in ſuo tract. de ſind. in verbo, iniuria officialis. c. 1. in fine.* vbi conſuluit pingentem eius Amaſiam nudam, & dictam picturã affigentẽ in locis publicis, (quia talis pictura erat libellus infamatorius) eſſe puniendũ ad opus publicũ in triremibus; Quãto ergo grauius puniẽdus eſt, qui Prælatum pinxit cũ verbis vituperij, ac in loco nedũ publico, ſed ẽt ſacro eam picturam affixit, cum atrox cenſeatur hæc iniuria, tam reſpectu facti, quam perſonæ, quàm etiam loci, iuxta terminos eorum, quæ habentur *in §. atrox. inſti. de iniur. & in l. atrocem. C. eodem. & in l. Prætor edixit. §. atrocẽ. cum ll. ſeqq. ff. eod. tit.* cum ſimil.

114 Itẽ ex verbis dicti libelli idem manifeſtè percipitur; nã quis negabit iniuriã Abbatis continere prefata verba in dicta tabella inſcripta, videlicet, quod Abbas prædictus, qui ibi pictus aderat, falſos teſtes induxerat, cauſa auferendi bona, ac honorem I.? Nullum.n. dubiũ eſt, crimẽ eſſe, falſos teſtes inducere gratia auferendi alicui honorem, & bona; Et qui crimen alicui impingit, ſibi iniuriã facere, negari non põt, vt *in l. item apud Labeonem. §. ſi quis libellos. ff. de iniur.* & ibi Bar. qui dicit, qđ propoſito libello cõtra aliquẽ, in quo cõtinetur delictũ, illa propoſitio eſt infamia, & iniuria in illũ, cõtra quẽ profertur: & dũ ex aduerſo ſubtilizatur, quod ibi nõ dr̃, quod ſubornauerit teſtes, ſed induxit; vnde ſi illi inducti dixerint falſum, non eſt Abbati imputandũ, ergo dicta verba non continent eius iniuriam; Reſpondetur; quod ibi nõ ſimpliciter dicitur, quod induxit teſtes, ſed quod falſos teſtes induxit, incipiẽdo ab illa dictione, falſos. Nec hoc ſimpliciter dicit, ſed ſubnectit, gratia auferẽdi ſibi bona, & honorem, quæ omnia vnica oratione dicta, negari non poteſt, maximam continere iniuriam; quod patet tam ex proprietate dictorum verborum, quàm etiam ex communi vſu loquendi, & vulgari dictorum verborum intelligentia, cum & quilibet cõmuniter hæc verba, quod quis falſos teſtes inducat in honoris, & bonorum alicuius perniciẽ, non poteſt aliter, quam iniurioſa arbitrari, & intelligere, & hæc verba in vulgus prolata, & in ꝑpatulo poſita, intelligenda eſſe, ſecundum communẽ vſum loquẽdi, vt *in c. quamuis.* & ibi Abb. *de verb. ſignif. & in l. vt Alpherius, & in l. in vulgari. & in l. Anniculus. ff. eod. tit. & in c. quanquam. 2. q. 7.* & habetur per Bar. *in rubr. ff. de nou. oper. nunc. nu. 6.* & ibi latè per Iaſ. qui tandem dicit, prædictam Bar. concluſionem eſſe communem; ergo nõ eſt dubitandum, quod ex communi vſu, & intelligentia, intelligitur iniuriati ille, cui improperatur, quod induxerit falſos teſtes in perniciẽ honoris, & bonorum alicuius.

115 Et quod hoc ex communi vſu loquendi, ac etiam ex proprietate verborum, iniurioſum eſt, cũ apertè criminoſum ſit, inducere falſos teſtes in alterius perniciem, & honoris, ac bonorum iacturam; ex alio demonſtratur prolatum, ſiue ſcriptum eſſe ea intentione, vt Abbas ex eo infamaretur, quia ipſe I. ſuper prædictis examinatus, dixit appoſuiſſe dictam tabellam ex eo, quod Abbas contra ipſum teſtes ad deponendum falſum ſubornauerat; ex qua depoſitione demõſtratur, quomodo ipſe intellexerit verba dictæ tabellæ, & qua intẽtione ea inſcripſerat; nam clarum eſt, quod etiam ſi ambigua eſſent dicta verba, ſecundũ intentionem proferentis intelligi deberent, vt *in l. ſi quis intentione. cum ſimil. ff. de iud.* & mẽs, & intentio ipſius proferentis ex præcedentibus, vel ſubſequentibus colligitur, vt notat gl. *in uerbo, animus,* & ibi Bar. *in l. fulcinius. §. quid ſit autem latitare. ff. quib. ex cauſ. in poſſ. ea. & in l. apud Celſum. in prin. in gl. in verbo, cauſa. ff. de dol. except.* & probatur *in l. fi. ff. de hered. inſti. et in l. qui filiabus. in prin. & in l. ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1.* & habetur per Bar. *in l. vxori. §. fi. ff. de leg. 3.* facit tex. *in l. 3. ff. de lib. & poſthu.* & gl. vlt. *in l. cũ proponebatur. ff. de leg. 2.* ac glo. *in l. triticum. in uerbo, cogitaueris,* quam ibi approbat Bar. *ff. de verb. oblig.* hoc idem voluit Alex. *in conſi. 127. in 4. vol. col. 4. uerſ. Accedat. nu. 15. & in conſ. 100. eod. vol. col. 3. nu. 10. verſ. primo pro ea, qua teſtatori dixit, & in conſilio 1. in 3. vol. nu. 30. 31.* & Dec. *in conſi. 336.* & Afflict. *in deciſ. 44. & deciſ. 319.* cum ſimil.

116 Ex quibus patet, quod cum poſt affixionem dictæ tabellæ præfatus affigens in iudicio depoſuerit eam affixiſſe, ex quo Abbas ſubornauerat teſtes ad deponendum falſum contra ipſum, ea verba in tabella deſcripta, quod Abbas induxerat falſos teſtes in præiudicium honoris, & bonorum ſuorum, intellexit, quod Abbas ad deponendum falſum eos ſubornauerat; & ſic de atroci crimine eum imputando, atrociter iniuriare voluerit, quæ omnia ex abundanti dicta ſunt, quia de per ſe ſola verba prædicta dicti Abbatis manifeſtam iniuriam cõtinent. Nam quis dubitare poteſt, quod ponere in propatulo tabellas, in quibus pictus eſt Abbas veſte Abbatiali, cum inſcriptione, quod Abbas ipſe induxit falſos teſtes, gratia auferendi ſibi bona, & honorem, non contineatur in ea ipſius Abbatis iniuria? Credo .n. quod eruditiſſimus D. meus in prædictis heſitare nõ poterit: & propterea concludendũ eſt, di

ctam

ctam tabellam famoſi libelli continere iniuriam in dictum Abbatem, quæ ex qualitatibus in primis informationibus latè dictis, maximæ conſiderationis eſſe debet.

117 Sed dum poſito, quod dicta tabella Abbatis contineat iniuriam, ſecundo dubitandum fuit, an ibi contenta probentur eſſe vera? Negatiuè reſpondendū eſſe exiſtimo, cum id nullibi in proceſſu appateat; nam licet illi duo teſtes infames, poſt multas variationes, & periuria, deponãt, ad Abbatis ſubductionem falſum depoſuiſſe, eis tñ nullatenus, neque ad indicium, credēdum eſt, vt voluit Dec. *in conſ.* 189. *poſt nu.* 8. Ruin. *conſ.* 146. *& 147. in 5. vol.* Rol. *in ſuo conſ.* 16. *nu.* 7. *li.* 1. Natt. *conſ.* 298. Boſſ. *in ti. de inquiſ. nu.* 42. & Iul. Clar. *in §. falſum. verſ. ſubornãs*, qui oēs, vt plurimū, teſtãtur de communi, & probatur ex text. aperto *in c. ſicut nobis, de teſtib.* cum ſimil. Quo fit, vt indubitatū ſit, ex dictis teſtibus periuris, & infamibus non poſſe dici probatam eſſe dictã ſubornationem, & conſequenter dici non poteſt, vti vera, eſſe probata contenta in dicta tabella. Nec obſtat, quod Boſſ. & Clar. dicunt, quod licet de iure tales teſtes, nec ad inquirendum ſufficiant, tñ conſuetudo obſeruat, vt ſufficiant ad inquirendum; Tum, quia ipſi non poſſunt teſtari, niſi de loco, vbi ipſi verſantur, quod hic locum non habet, iuxta gl. *in l. fi.* & ibi Cyn. *C. de temp. in integr. reſtit.* & text. *in l. ſi fundus. ff. de euict.* cum ſimil. & ſic illa conſuetudo non obſtat caſui noſtro; tum quia etiam ſi vera eſſet, non dicitur, quod dicti teſtes probant, ſed tantum, quod indicant ad inquirendum; & tamen lex non dicit, quod excuſatur ab iniuria, qui obijcit alteri crimen, de quo ex coniectura poteſt inquiri; ſed quod probet prolatam iniuriam eſſe. Namque, vt dictum eſt, ex dictis teſtibus non probatur.

118 Nec etiam prædictis obſtat ſententia, quæ prætenditur lata contra Abbatem, quia per appellationem eſt nedum ſuſpenſa, ſed extincta, vt eſt tex. ad literam *in l. 1. §. fi. ad Sen. Conſul. Turpil.* & ibi gl. & Bat. & eſt tex. formalis *in l. 2. in fine. ff. de pœn.* vbi tex. dicit, quod eum dicimus eſſe damnatum, qui non prouocauit; ſed ſi prouocet, nōdum damnatus dicitur. idem probatur *in l. ſciendū. §. ſi fundum. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. eleganter. §. 1. ff. de cōd. indeb. & in l. qui cū natu maior. §. accuſaſſe. ff. de bon. liber. & in l. ſi quis filio exheredato. §. hi aũt. ff. de inuiſt. rup. & nul. fact. teſta. cũ ſimil.* ex quibus patet, qđ nec ex probationibus, nec ex ſententia, a qua fuit prouocatum, dici poteſt, vt i vera, eſſe probata, quæ in dicto libello continentur.

119 Nec refragatur id, quod opponi audio, quod lapſa ſint tempora dictæ appellationis, quia hoc negatur; Nam appellatio interpoſita fuit in tempore: & ea, quæ dicuntur *in l. furt. ff. de infamib.* quæ ſimiliter fundat noſtram intentionem, loquuntur, vt ibi dicit gl. quando appellatio non eſt interpoſita in tempore, videlicet infra decem dies; ſed vbi legitimè appellatio eſt interpoſita de ſententia, vis fieri non debet; ſed ſi prætenderetur, lapſa eſſe fatalia, oportet, vt deſerta dici poſſit appellatio, ſequi interloquutionē, appellationem eſſe deſertam ex lapſu fatalium, quia ad proſequendum appellationem datur annus, & ex qualibet cauſa biennium, & ex vrgenti cauſa datur etiam triennium, & quadrienniū quandoq; : & proinde inoleuit practica, quod citetur appellans ad dicendum cauſã, quare non debet appellatio declarati deſerta ex lapſu fatalium, & eum audiri, antequam declaretur appellatio deſerta, vel expeditur commiſſio, vt conſtito de lapſu fatalium, vel de re iudicata, procedatur ad illius exequutionem; in quo pars citatur ad dicendum cõtra cõmiſſionem, quod idem eſt, ad hoc, vt appellans non fraudetur iure ſuo, & oſtendere poſſit ea, quæ ſibi competierunt, vel cõpetunt in proſequutione dictæ appellationis. Quibus nō factis, fruſtra exaduerſo figuratur, appellationē eſſe deſertã. hæc oĩa probantur *in Auth. ei, qui, & in Auth. ſeq. & ibi gl.* Bar. & Scriben. *C. de tēp. appel.* & eſt *deciſ.* Rotæ 424. *incip. Si a diffinitiua. in nou.* vbi expreſsè deciditur, qđ appellans eſt citãdus in negocio deſertionis, anteq̃ declaretur, appellationem eſſe deſertã, quia citatus forſan excuſabit deſertionē, propter legitima impedimēta, quæ habuit, qđ dicit ſibi licere de iure, p text. *in c. ex ratione. de appel.* cum ſimil. ergo nō pôt dici appellatio deſerta, niſi citato appellãte, declaratum ſit, appellationem eſſe deſertam; & qđ debeat pronunciari ſuper deſertione, præcedente partis petitione, eſt *deciſ.* Rotæ 690. *& 691. in antiq. & in deciſ. 5. ſimiliter in antiq.* vbi df, qđ ſtilus eſt, qđ appellans citetur ad docendū de diligētia in proſequendo, antequã ſuper deſertione pronuncietur; & qđ ſuper deſertione pronūciari debeat parte audita, in numerę sũt deciſionem; quapropter in caſu, de quo agitur, vbi nihil tale fuit pronunciatum, nec de eo fuit cognitum, nō poteſt dici, dictam appellationem eſſe deſertã, nec dictam ſententiam tranſiſſe in iudicatum.

120 Præterea dicta ſentētia nihil dicit de vera probatione dictæ ſubornationis contra Abbatem, nec lata eſt ad pęnam ordinariam ex veris probationibus, ſed tñ ad extraordinariã ex veris præſumptionibus, & cōiecturis, iuxta terminos eorum, quæ habentur per Scribentes *in c. afferte, & in c. quia veriſimile. de præſump.* & tamen dictæ cōiecturæ, nec præſumptiones extant, quæ iudicari potuiſſent ad extraordinariam condemnationē ſufficiētes, vt corã iudice appellationis demõſtrabitur; ſed tñ quomodocunq; ſit, non pôt dici ex prædicta ſententia, eſſe vera, quę in dicta tabella continentur, cum ea nō de veritate, ſed de præſumptione teſtetur; & nihilominus dicta ſētentia, vt ſupra dictum fuit, eſt per prouocationem ſuſpenſa, immo extincta. Nec dici poteſt ex lapſu temporum appellatio tranſiſſe in iudicatum, tam ex his, quæ ſupra probata fuerunt, quàm etiam, quia ſententia lata ex præſumptionibus, nunquã tranſir in rem iudicatam ex quocunque temporis lapſu, vt *in l. ſi qui adulteri. C. de adulter.* & habetur per Felyn. poſt alios *in capit. propoſuiſti. de probat.* & Hippoly. de Marſil. *in conſilio 7. numero* 38. qui de communi teſtantur, ergo nec ex teſtibus, nec ex ſententia dici po-

teſt probatum eſſe, quod contenta in dicta tabella ſint vera.

121 Dum vero tertio, poſito ſine veri præiudicio, quod vera ſint, quæ in dicta tabella continẽtur, quæſitũ fuit, quæ opinio ſit magis cõis, An illa, quæ vult, quod etiam, quod ſint vera, non liceat in famoſo libello; vel cõtraria etiam, quod Reipublicæ expediret ſcire, pręſertim, quãdo animo prauo id faciat; & an in caſu, de quo agitur, præſumatĩ animus prauus, ſtantibus deductis in proceſſu; Reſpõdendũ eſt, quod vera, & cõis opinio eſt, quod in famoſo libello extra iudicium nõ licet proferre illum verbum iniurioſum, ẽt, quod verum ſit, quod profertur; quæ opinio procedit, nulla facta diſcuſſione, quo animo tali modo iniuria proferatur, cũ nõ poſſit eo caſu, niſi prauus iudicari, & nihilominus in caſu, de quo agitur, prædicta fuiſſe prauo animo prolata, vel ſcripta, ex his, quę in proceſſu deducta ſunt, indubitãter apparet. Prædictis obſtare videbatur tex. *in l.eũ, qui nocentem. ff. de iniur.* vbi decernitur, iniuriarũ non teneri eum, qui nocentem infamauit, cũ expediat nota fieri peccata nocentium, & ibi Bart. diſtinguendo affirmat, quod vbi profertur cõtra aliquem iniuria, quæ vera exiſtens expedit Reipublicæ manifeſtari, iniurians minimè tenetur; quam diſtinctionem nonnulli Doctores ſequuti ſunt; ſed tamen præfatæ noſtrę cõcluſioni minimè obſtant, quia nec text. nec Bart. nec alij ſequaces loquuntur de his, quæ proferuntur extra iudiciũ in famoſo libello, ſed vbi verbaliter iniuria, & non per ſcripturam profertur: quia, vt alias dictum fuit, inter dictos caſus magna eſt differentia, quia iniuriarũ crimen, vbi aliter, quàm per libellum infertur, eſt crimen priuatum, vt *in l. iniuriarum. C. de iniur.* ſed vbi libellus famoſus contra aliquem affigitur, crimẽ publicum eſt, & capitale, vt *in l. vnica. C. de famoſ. libel.* & eſt gloſſ. *in d. l. iniuriarum*, & dixit Azo. *in ſumma eo. tit.* & habetur per omnes in dictis iuribus, Quapropter non eſt mirum, ſi vbi priuatus tãtum iuſtè, & ſecundum veritatem offenditur, cum vtilitate Reipublicæ, cui expedit nocentium peccata patefieri, ille ſic offendens in aliquo nõ tenetur; ſed vbi nedum priuatus, ſed ipſa Reſpublica ex publico crimine læditur, indiſtinctè talis offendens punitur, cum ille, qui vult delinquentium ſcelera per ſcripturã manifeſtare, hoc in iudicio agere poſſit, vt dixit Azo. *in ſumma. C. de famoſ. libell.* cum alijs, quæ ſuper d. l. ſcripta ſunt; & hinc eſt, quod Bar. & cæteri Scribentes, qui mouẽtur ex d. tex. *in l. eum, qui nocentem*, ad excuſandum iniuriantem, vbi vera protulit, vt patet ex eorum dictis, non loquuntur in famoſo libello publicè extra iudicium affixo; & propterea non mœrentur allegari in caſu noſtro.

122 Sed quod affigens famoſum libellum extra iudicium capitaliter puniatur, etiam, ſi vera dixit, probatur manifeſtè *ex d. l. vnica. C. de famoſ. libellis*, vbi text. indiſtinctè capite punit, nedum affigentem, ſed inuenientem, & non corrumpentem famoſum libellum; ſed ſi vera ſunt ea, quæ per famoſum libellum dicere putauerat, tribuit licentiam, vt nomen ſuum profiteatur. & in iudicio prædicta proponat, & vera eſſe demonſtret; ergo etiam vera non vult, quod per famoſum libellum extra iudicium propalentur; & hoc eſt, quod dicit ibi gl. *in uerbo, ſanè*, ubi notat, qđ non per famoſum libellum ſunt pandenda crimina, ſed per accuſationem ſolemnem. Idem apertius dicit gl. *in d. l. eum qui nocentem*, ubi mouetur per tex. *in d. l. vnica, de famoſ. libel.* Idem uoluit Ang. *in d. l. vnica. de famoſ. libellis*, ubi dicit, in iudicio permitti dicere uerum, ſi probetur; alias extra iudicium per libellum famoſum in publico, ſiue dicat verum, ſiue falſum, puniendus eſt pęna illius legis. Idem apertiſſimè uoluit Rom. *in conſi. 96. colum. 2. poſt num. 2. verſi. ſecundo vero caſu, quod extra iudicium*, ubi in particulari dixit, quod proferẽs aliquid iniurioſum extra iudicium in famoſo libello, licet ſit uerum, punitur pœna capitali, per tex. *in d. l. unica*, & ibi gl. idem uoluit Oldr. *in conſi. 53. col. 1. poſt num. 2. verſ. ſi extra iudicium.* ubi ſimiliter dicit in ſpecie, quod per libellum famoſum extra iudicium, etiam ſi ſit uerum, quod profertur, tenetur, & allegat d. l. unicã, & quod ibi notatur, & quod notatur *in d. l. eum qui nocentem*, idem dicit Io. And. *in addit.* ad Specul. *in tit. de iniur. & damn. dat. in prin. in addit. mag.* ubi in ſua plena diſtinctione affirmauit, teneri pœna l. unicæ, qui extra iudicium per libellum famoſũ contra aliquem dixit uerum: idem, quod per libellum famoſum etiam ſi dicat uerum, quis tenetur per tex. *in d. l. unica.* dixit ſequendo Ioan. Andr. per omnia Abb. *in c. cum te. colum. 9. poſt nu. 28. verſ. ſecundo caſu, aut ſit libellum. de re iud.* eadem ſequitur Felyn. *col. fin.* idem latè affirmauit Boſſ. *in tit. de iniur. vbi poſt nu. 4. uerſic. nec obſtat lex prima*, dixit, quod omnes tenẽt, teneri pęna famoſi libelli eum, qui dicit uerum in famoſo libello. & inferius *verſic. ſed in ſecundo membro, quando extra iudicium*, dicit, quod quis punitur per talem libellum etiam, quod probet eſſe uerum, & non reperit in hoc contradicentem. idem firmauit Couar. *in libro 1. var. reſolut. cap. 11. poſt numerum 6. uerſ. ſecundo eadem ratione deducitur*, ubi intelligit text. in d. l. unica, quod iubeat capitali pœna puniri eum, qui per famoſum libellum, & nõ per iuſtam delationem, alterius honorem læſerit, uera eius crimina manifeſtans, cum non per famoſos libellos homines publicè infamari, ſed per accuſationes ſceleratos ad iudicem deferre doceat. idem apertius uoluit Anton. Gomez. *in 3. tom. de delict. cap. 6. de iniur. nu.* 1. ubi dicit mortis pœna puniri eum, qui in famoſo libello improperat alicui delictum morte dignum; alias iudicis arbitrio extra ordinem punitur, & hoc ſiue uerum, ſiue falſum in dicto libello contineatur, quod communiter dicit affirmare Doctor. Idem dicit ſimiliter de communi teſtãdo Alex. de Neuo *conſ. 82. numero* 5. qui hoc concludit ex text. in d. l. unica, quæ punit conficientem libellum famoſum, etiam ſi dicat uerum, cum aliter ſi uelit conſulere ſuæ ſaluti ad accuſationem procedat; quod de iure canonico dicit omnino procedere, cum debeat ante publicationem præcedere

dere

dete ſecreta monitio, & charitatiua correctio, & eo non ſe corrigente, dicendũ eſt eccleſiæ, vt cõpellatur facere penitentiam, iuxta text. *in c. ſuper literis. & in c. cum oporteat. de accuſa.* Alias contra procedens tenetur iniuriatum. & hanc dicit eſſe communem opinionem, idem per omnia dixit Plac. *in epithom. delict. c. 1. nu. 5. verſ. id maximè pertinet analytica declaratio text. in l. 1. C. de famoſ. libell. & in c. 3. poſt nu. 2. verſ. verum permiſſa omnia contendũt*, vbi dicit pęna famoſi libelli puniri vel morte, ſi morte dignum crimen improperat, vel alias iudicantis arbitrio, ſiue verum dicat, ſiue falſum, qui libellum famoſum fabricat, per text. in gl. *in d. l. vnica.* ab omnibus Doctoribus communiter recepta cum alijs innumeris, qui ex prędictis haberi poterunt, ex quibus facilè colligitur, prout eorum pleriq; teſtantur, hanc eſſe cõmunem Doctorum opinionem, vbi de iniuria agitur, quę per famoſum libellum extra iudicium infertur; Nam licet ſcribentes dicant poſt Bart. *in d. l. eum qui nocentem*, quod nõ punitur, qui nocentem infamat ex eo, quod dicit verum, ſi manifeſtat id, quod Reipublicæ ſcire expedit. quam opinionem communem eſſe dixit Alex. *in l. 3. de lib. & poſthum.* tamen prædicti non loquuntur de iniuria, quæ per famoſum libellum infertur, & propterea non faciunt ad caſum noſtrum.

123 Ea verò, quæ dixit Plot. *in conſ. 130.* nullius debent eſſe cõſiderationis, cum ex eius dictis appareat contra veras iuris regulas pro Amico Doctore conſuluiſſe; Nam dum opinionem ponere conatur, quod in famoſo libello licet verum dicere, allegat Spec. *in tit. de iniur. & dam. dat. verſi. item quod ſum homo honeſtus*, qui dicit quod ſi talis non eſſet, actio non cõpeteret contra verum dicentẽ, per tex. *in l. eum qui nocentem*, & tñ ibi verbum nullũ de famoſo libello, & ſupra loquutus eſt de plurium iniuriarum ſpeciebus, & clarũ eſt debere intelligi ſecundum l. quam allegat, per iura vulgaria; ergo non loquitur in iniuria famoſi libelli, & dicit ẽt ibi Io. Andr. in addit. Item allegat Archid. *in c. de prima. 5. q. 1.* allegantem Hugonem, ſed idem Archid. ibi allegat Azo. dicentem, prædicta habere locum in libello porrecto in iudicio, & non vbi poneretur extra iudicium, & dicit, quod intellectum Azo. videtur ſequi *Io. 2. q. 1. c. ſi peccauerit. in fine.* & hoc reſpondet Archi. in qua opinione tanquam vltimo relata, permanere vr̃, iuxta ea, quæ dixit Bal. *in auth. ex teſtamento. in 1. col. de colla. cum ſimil.* Item allegat Salyc. in d. l. vnica, qui tñ ſi bene cõſideratur, nihil tale dicit: Nam licet in poſitione caſus cum diuidit, & ſummat dictũ tex. dicit, reum puniri, niſi docuerit vera eſſe, quę dixit; tñ nihil dicit, hoc eſſe de libello extra iudicium affixo; ſed intelligẽdus eſt, quod loquat̃ de libello porrecto in iudicio, prout loquitur tex. quem ſummat: Nã ibi dr̃, quod propoſita de alicujus crimine accuſatione, ſi probat, quod dicit, laudatur, alias punitur talione; ergo ita eſt intelligẽdum ſummarium, quod ponit Salyc. ne videatur ſummarium ponere text. contrariũ; ergo patet, quod Plot. non bene fundat id, quod pro Amico nititur, & nihilominus ipſe etiam non firmat pedes, dum refert veram opinionem eorum, qui dicunt, nec vera licere in libello extraiudiciali dicere, ſed intendit excuſare Amicum, quod fretus dicta opinione, licet nõ vera, deliquerit, & tamen hoc de iure non ſubſiſtit; Nam ſi quis delinquens contra communes Doctorum ſentẽtias excuſaretur, ob ſingulares opiniones raro crimina punirentur; & cum hæc ignorantia iuris dici poſſet, nec etiam Ruſticus excuſandus veniret, cũ debeat quemadmodum vadit ad nemus pro lignis, eodem modo accedere ad Doctorem pro conſilio, ſecundum ea, quæ poſt Bal. & alios habentur per Alex. & Iaſ. *in l. iuris ignorantia. C. qui admit. & in l. ſi quis id, quod. ff. de iuriſ. om. iud. & in l. fi. C. de iur. & fac. ignor.* cũ ſimil. ergo patet non eſſe attẽdenda eã, quæ Plot. conſuluit, ſed ſeruari debere cõem opinionẽ, vt non liceat etiam de his, quæ vera ſunt, aliquẽ in famoſo libello extra iudicium infamare.

124 Nec obſtat ſupradictæ concluſioni gl. *in §. iniuria. inſti. de iniur.* quia d. gl. loquens generaliter de iniuria, nullum verbum in ſpecie dicit de infamia, quæ fit in famoſo libello, de quo in d. l. vnica, probatur contrarium, & nihilominus eadem gl. *in d. l. unica, & in d. l. eum qui nocentẽ*, firmat cõcluſionem noſtram, & non eſt veriſimile, quod voluerit ſibimet ipſæ contrariari; & in omni euentu communis opinio eſt pro noſtra concluſione, de quo erat præſens dubium, vt ſupra fundatum fuit, ergo inficiari non poteſt.

125 Et ſi diceretur, quod licet ita ſit de iure ciuili, tamen ſecundum canones excuſatur, qui verum dicit in famoſo libello, ſecundum Io. And. *in addi.* ad Spec. *in ti. de iniur.* quem ſequitur Abb. *in c. cũ te. de re iud.* per ea, quę habentur *5. q. 4. in sũma.* Reſpondetur, quod nec etiam de iure canonico quis excuſatur in caſu prædicto, quicquid dicat Io. And. cum Abb. quia ẽt de iure prædicto non licet quem infamare per libellum extra iudiciũ ẽt de eo, quod eſt verum, vt eſt tex. *in c. ſi peccauerit. 2. q. 1.* & ibi gl. *in uerbo, proditor*, vbi patet nõ licere tibi publicè arguere eum, qui in te peccauit, ſed ſecretè ipſum debes corrigere, alias proditor eris, & non corrector; Ad quod cum gl. opponat ad tex. *in l. eum qui nocentem.* Reſpondet, illud intelligi, quando quis directè vult aliquem accuſare, & tex. *in c. 1. 5. q. 1.* licet nec ẽt apertè loquatur de libello, qui extra iudicium affigitur, tñ nõ exprimit, quod excuſetur, ſi uerum dixerit, ſed tantum dicit, quod ſi ſcripturam nõ probauerit, flagellabitur, ex quo tex. non licet ſumere argumẽtum a contrario ſenſu, quia reſultaret ex eo legũ correctio, videlicet nedum tex. *in d. l. vnica. C. de famoſ. libell. ſed & in d. cap. ſi peccaueris. 2. q. 1.* & triuialis concluſio eſt, quod non ſumitur tale argumentum, vbi reſultat iurium correctio, vt dicunt Scribentes *in l. 1. §. huius. ff. de off. eius cui ma. eſt iuriſd.* & præſertim Iaſ. *numero 37.* cum ſimil. & nihilominus quicquid dicant præfati ſcribentes, communis concluſio eſt, quod etiam de iure canonico non licet in famoſo libello cõtra aliquem vera exprimere extra iudicium, ut atteſtatur Alexan. de Neuo. *in d. conſi. 82.* ſupra allegato,

Digitized by Google

gato; quo fit, vt noſtra concluſio tam de iure ciuili, quàm de iure canonico firma remaneat; nec admittitur, qđ in temporalibus pœnis repræſentandis, non canones, ſed iura ciuilia ſeruātur, vt quotidie videmus in Vrbe, dū homicidæ, fures, & alij delinquentes puniuntur, qui ſecūdum canones nunquam morti traderentur, ſed alijs pęnis ſubijcerentur, & iam extare fertur Vrbis ſtatutū, quod iura ciuilia in pęnis ſeruari debeant; & tamen in omni euentu, vt dictum eſt, omni iure factum, de quo agitur, ſecundum communem concluſionem improbatur.

126 Et hęc omnia fortius dicenda ſunt, vbi prauo animo, & infamandi libidine prædicta facta ſūt: quo caſu indiſtinctè dicendum eſt, quem teneri, ſiue verū, ſiue falſum dicat, ſiue in libello famoſo, ſiue aliter extra iudicium, ita latè dixit Oldr. *in d. conſi.* 53. & Rom. *in d. conſil.* 96. & Io. Andr. *in d. addi. in tit. de iniur.* Abb. Fel. & alij *in d. c. cum te. de re iud.* Idem voluit Cou. *d. c.* 11. *poſt nu.* 6. *verſi. primum iniuriarum actione propoſita*, & latiſſimè Plac. *in d. c.* 1. *in ſua epithom. delict. num.* 4. *& ſeq.* & Ant. Gom. *in d.* 3. *to. de delict. c.* 6. *de iniur.* & Alex. de Neuo *in d. conſ.* 82. *n.* 5. & probatur manifeſtiſſimè ex text. *in l. iuſtiſſima. C. de off. Rector. Prouin. ibi, nā ſi vera voces fuerint, nec ad libidinem per clientelas effuſę. & in l.* 2. *C. quan. et quib. quar. par. li.* 12. vbi durum iudicatur, & inhumanum, noſtros defectus detegi. Nam non quid fit, ſed quo animo fiat, inſpicitur, vt *in c.* 1. *in fi.* 15. *q.* 6. & hinc eſt, qđ Deus non manus, ſed cor interrogat. 14. *q.* 5. *c. ſi quid inueniſti*, & alijs, vt in primis informationibus plenè dictum fuit, & habetur latiſſimè per Oldr. Io. Andr. Abb. Rom. & alios, qui ſupra allegati fuerunt. Ex quibus patet, indubitatam eſſe concluſionem, punibilem eſſe iniuriam, quæ prauo animo, & ex libidine infamandi profertur, quantumcunque veriſſima probetur.

127 Sed quod in caſu noſtro præſumatur animus prauus, & vera infamandi libido in appoſitione dictæ tabellæ, ex deductis in proceſſu negari nō poteſt, nam cum contineantur ibi iniurioſa verba contra Abbatē, vt ſupra demonſtratum fuit, animus iniuriandi ex iuris præſūptione præſumitur, ita, quod ſi non probatur contrariū, omnino tenēdum eſt, quod eo animo iniuria dicta ſit, vt eſt tex. & ibi gl. *in l. ſi non conuicij. C. de iniur.* & ita dicunt Oldr. Abb. Fel. Cou. & cæteri ſupra dicti ſcribētes in locis præallegatis, & hř ꝑ Ang. *in l. item apud. §. ſi quis libello. ff. de iniur. cum ſimil.* & cum ex coniecturis animus colligatur, ut ipſi dicunt, indubitatum eſt in caſu, de quo agit, manifeſtas adeſſe coniecturas, dictam tabellam ex infamādi libidine eſſe fabricatam, & affixam; nā quæ erat neceſſitas in ea nominare Abbatē, eūq; de naturali pingere cum habitu prælaturæ, in demonſtratione actus prædicti, vnà cum teſtibus, & iudicibus, & alijs, vt ex ea D. meus videre potuit, & ſi prędicta, qualia erant iam in iudicio, ac in actis ādērāt, cur in propatulo affigenda erāt? Quinimò ēt ſi in rem iudicatam tranſijſſet ſententia, non licebat improperare, vt dicit Ang. *in l. eũ ſtem. ff. de iniur.* qđ tenetur iniuriarum, qui dicit alicui damnato, me tędet de tali condemnatoria contra te lata, hoc modo reproperādo, & *in l. eũ, qui nocentem.* ſequēdo Dyn. & Ray. voluit, quod quamuis liceat alicui manifeſtare crimen nocentis, ſecundum illum tex. tamen ſi res erat in iudicio, & erat iudicata ita, quod non poſſit amplius accuſari, vel condemnari, nō licet illud amplius improperare, nec manifeſtare; alias tenetur iniuriarum, quia non animo manifeſtandi crimina amore Reipublicæ, cum iam detecta ſint, ſed infamandi libidine improperata cenſentur. Et in caſu prædicto ſtante qualitate negocij, & litigiis litibus, quæ inter eos verſæ ſunt, & inimicitijs, quæ inter eos verſantur, & conſuetudine, q̃ I. habet infamandi, & iniuriandi Abbatem, vt ex libro ampliſſimo per eum ſcripto, demōſtratur, cum alijs, quæ eruditiſſimus iudex conſiderare poteſt, eſſet de re certiſſima, & liquidiſſima dubitare, ſi hæſitaretur, præfatam tabellam alio animo, quā infamandi Abbatem eſſe affixam; ergo firma remanet in oībus noſtra concluſio, quod ſecundum communem omnium opinionem nō valet prædictum I. excuſari pœna famoſi libelli.

128 Et cum prædicta de iure communi ſint veriſſima, ex forma motus proprij felicis recordationis Pij V. ac bannimentorū ſiunt ita clariſſima, qđ nulla poſſunt tergiuerſatione inficiari, de quibus, an intrent in caſu noſtro, dum quarto quæſitū fuit, dubitari non poteſt; ibi. n. apertè diſponitur capitis, ac fortunarum oium pœnā in curriſſe, qui huiuſmodi libellos fabricauerit, leg erit, tenuerit, vel aliter tractauerit, ſiue vera, ſiue falſa contineant, quę oīa ſunt in viridi obſeruātia; nam nō multū eſt, quod uidimus morte punitū Nicolaū Francū Poetā eximiū, non ex alio, quā quia librum famoſū cōpoſuit, qui deſuper cauſā prædictam inſcriptam publicè tenebat, & alios duos nobiles uiros non ex alio niſi, quia illū legerunt, ad triremes condēnatos; & quatenus ex aduerſo opponitur, prædicta in uſu nō eſſe C. de quo ex prædictis demonſtratur cōtrariū, uel in deſuetudinem abijſſe; Reſpondetur, quod cum prædicta habeant legis uigorem, ēti demonſtrentur actus contrarij, cum iā ſeruari cępta ſint, ex illis dici non poteſt in deſuetudinem abijſſe; niſi de conſenſu ſuperioris abrogata eſſent; uel conſuetudine prædicta contraria fuiſſet per legitima tempora præſcripta, annorum uidelicet quadraginta, ut *in c. fi.* & ibi glo. Abb. & Scriben. *de conſuet.* & habetur latè per Felyn. poſt alios *in c.* 1. *de treug. & pac.* cum ſimil. uel ſi loquamur ſecundum ius ciuile, ſaltem requiritur, quod ſit decurſum longum tempus, uidelicet decenniū, poſtquam non ſeruari cœpta ſunt, ut dixit Bar. *in l. de quibus. num.* 3. *ff. de leg.* Nam oportet, quod iudex pluries iudicauerit, & decurſum ſit decennū; alias dici non poteſt, legem eſſe per conſuetudinem abrogatam, ut dixit ibi Bart. *col. penult. numero* 14. *verſic. quaero, quid ſi iudex pluries iudicauit*, cum ſimil. Ergo in caſu noſtro, cum poſtquam cœpta ſunt non ſeruari (ſi tamen tale cœptum eſt, quod non conceditur) decennium minimè ſit decurſum, negari non poteſt, dicta banna, &

Digitized by Google

na, & motum proprium eſſe in viridi obſeruantia, & locum habere in caſu noſtro.

129 Vltimo dum tandem quæſitum eſt, quid dicendũ ſit de libro ſub claue reperto pęnes ipſum cum inſcriptione, & proteſtatione, de quibus in eo, in quo infra ſpacium multorum annorũ ſcripſit conuicia, de quibus in intitulatione, & confeſſionibus, in quo etiam nonnulla cõtinentur de Cardinalibus, & Prælatis, & de præterito sũmo Pontifice, aſſerendo Abbatem ea ſibi dixiſſe, & de nonnullis ex prædictis alios infamatos fuiſſe, quem etiam aſſeruit, & faſſus fuit oſtendiſſe illis, de quibus in ſuis conſtitutis; Reſpondetur, nihil aliud dici poſſe, niſi quod ſit in aperto crimine omni pęna digniſſimo, tã ex reiteratione, & frequentia delinquendi, quę capite puniri facit etiam non capitalia crimina, vt *in l. vnica. C. de ſuperexact. lib. 10. & in l. capitalium. §. ſolent. ff. de pœn. & in l. omnes, C. de delat. eodẽ libro*, & habetur per Bartol. *in dict a l. vnica. in ſecundo not.* & ibi per Ang. *in addition.* & per eundem Bart. *in d. l. omnes*, & per Grammat. *in conſi. 17. num. 16. & voto decimoſeptimo. per totum.* Nam geminans delictũ non debet ſperare de venia, vt dixit Bald. *in l. tertia, C. de Epiſcop. Aud. numero quarto, cum ſimilibus*, quàm etiam ex deteſtabilitate dicti criminis. Nam fabricare famoſum librum, vel famoſas cãtilenas ad alterius iniuriam, eſt crimen grauiſſimum, quo quis capite punitur, & inteſtabilis fit, quo tenetur, qui compoſuit, vel qui ſcripſit, vel edidit, vt *in l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. ff. de iniur.* vbi annotatur, quod etiam ex lege duodecim tabularum talis iniuria capitalis erat, & eſt tex. *in l. ob carmen. ff. de teſtibus, & in l. is, cui. §. fin. ff. de teſtament.* cum ſimil. & in eo, qui fabricauit, non refert, an manifeſtauerit, vel non, ſcripturam infamatoriam, vt omnes dicunt *in d. l. unica. C. de famoſ. libell.* Nam iuxta text. dicunt, quod qui facit, vel qui inuẽtum libellum manifeſtat, punitur; ergo in inuentore requiritur manifeſtatio, non autem in faciẽte, & ita per dictam alterationem loquuntur ibi Bald. Angel. Oldofr. Salyc. & cæteri ſcribentes, & clarius Angel. *in d. l. lex Cornelia. §. fin. ff. de iniur.* qui dicit, quod ſcribens, dictans, & manifeſtans, vel alterum eorum faciens, capitaliter condemnatur; ergo iſte, qui dictum librum contumeliarum plenum compoſuit, quomodo dictas pœnas euitare poterit? Et fortius quia etiam alijs manifeſtauit, vt in puncto dicitur, quapropter eſt bis punibilis, primò ex compoſitione, ſecundo ex manifeſtatione; & cum etiam Principum, & Superilluſtrium perſonarum temerariè obloqui auſus fuerit, cogitet circumſpectus Dominus meus, quid agendũ ſit, Bartol. enim *in d. l. omnes. de delator.* qui mitiſſimi fuit ingenij, ſimilia, lingua prius, & deinde ſtatim capite punienda cenſuit; ego autem vellem, vt reſipiſceret, & tam per offenſum, quam per Curiam, Palinodia decantata, ſecum miſericorditer ageretur.

LAVS DEO.

Secundum reſponſum incerti conſulentis, & ſine nomine in eadem cauſa pro I. contra Fiſcum, et Abbatem.

130 ADSIT DEVS. Quo ad primam dubitationem, nunquid verba, & pictura in tabella appoſita, contineant iniuriam contra Abbatem, negatiuè omnino reſpondendum eſt. Nã primo ipſa verba, & eorum ſenſum inſpiciendo, nullo modo iniurioſa dici poſsũt: inquit enim, *hauendo l'Abbate indotti diuerſi falſi teſtimonij*, huc uſque nulla eſt iniuria, cum inducere falſos teſtes, niſi ſcienter inducantur, nullũ ſit delictum, nec ex eo quis dicatur falſarius, vt tradit poſt alios Clar. *in prax. crim. in §. falſum. num. 6.* Cum igitur ibi non dicatur, quod ſcienter induxerit, nulla ſibi infertur iniuria. Neque obſtat, quod ex aduerſo allegabatur, I. hoc voluiſſe intelligere, cum in ſua depoſitione dixerit, Abbatem ſubornaſſe dictos teſtes, quia hoc eſt omnino falſum in facto; quinimo in dicta eius confeſſione eadem verba repetijt, quæ in tabella ſunt appoſita, videlicet, quod teſtes dixerunt ſe fuiſſe ſubornatos a dicto Abbate, & non quod Abbas illos ſubornauerit; inquit enim, *li quali teſtimonij dopoi furono meſſi preggione, confeſſorno hauer detto il falſo per ſubornatione dell' Abbate.* ſed dato etiã, quod in dicta confeſſione dixiſſet, illos fuiſſe ſubornatos ab Abbate, nõ ideo ſequitur, quod hoc voluerit explicare in tabella; nam licet eius opinio fuerit, quod Abbas ſubornauerit dictos teſtes, nihilominus hæc opinio non facit eum teneri iniuriarum, poſtquam eam non explicauit in tabella: immo hinc manifeſtè elicitur cõiectura, quod ipſe hac tabella noluerit iniuria afficere Abbatem, quia iam ipſe exiſtimabat, eum cõtra ſe teſtes ſubornaſſe, immo iam ſciebat, dictos teſtes in tormentis in faciẽ Abbatis depoſuiſſe de illius ſubornatione, & tamen hoc tacuit in dicta inſcriptione, ſed ſolũ dixit eum induxiſſe, quod, vt ſupra diximus, nullam importat iniuriam; & ideo apertiſſimè conſtat, quod in dicta tabella nihil aliud intendebat, niſi ſui uoti cauſam citra illius iniuriam explicare.

131 Minus obſtat, quod licet ea verba de iure nõ inferant iniuriam, tamẽ cum ſecus ſit ſecundum communem loquendi vſum, ideo dici poſſunt iniurioſa, ex quo cum quis dicit, talem contra ſe induxiſſe falſos teſtes, communiter ſolet intelligi, quod doloſè induxerit. Quia reſpondetur primo, negando dictum communẽ loquendi vſum, quem qui allegat, probare debet. Io. de Anan. *in cap. 1. de fugit. numero 5. in fine.* Felyn. *in prohem. decretal. glo. 1. numero 17.* & plenè per Dec. *conſil. 472. num. 15.* immo in contrarium faciunt tradita per Iaſ. *in l. 3. num. 6. de lib. & poſthum.* Salyc. *in l. de tutel. numero 1.* & ibi Iacobi. de Sancto Geor. *numero 8. de in integr. reſt. minor.* vbi dicunt, quod hæc verba, tu falſum dicis, non ſunt iniurioſa, quia non intelligunrur, quod ex certa ſcientia, & ſic doloſè dixerit, quamquàm ſuperbi quidã,

& elati

& elati incontinenti illa aſſumant pro iniuria. Pręterea & ſecundo, eſto millies, quod hęc verba poſſent importare falſitatem cōtra Abbatem ex prætenſo vſu loquendi, cum tamen ex eorũ propria ſignificatione id inducente non importent, vtique iudicanda ſunt non continere falſum, ita in terminis concludit Alex. *conſi. 70. nu. 1. in fine. & conſi. 74. nu. 11. lib. 1.* & Hippol. de Marſ. *conſ. 7. nu. 21. & conſi. 51. nu.* 30. & ideo dicitur etiã, quod ſi verba poſſunt aliquo modo ſonare iniuriam, & non iniuriam, & eſt definiendum, an ſint iniurioſa, vel ne, iudicanda omnino ſunt, non eſſe iniurioſa. Bar. *conſi. 108. circa fin. 1. vol.* Riminal. *in l. fin. nu. 3. & 5. ff. quod quiſque iur.* Fel. *in c. cum te. in fin. de ſent. & re iud.* facit, quod tradit Aym. *conſi. 6. nu.* 41. vbi dicit, quod impropriari verba debẽt, etiam ſecundum fictionem, pro defenſione Rei in cauſa criminali; ergo tanto magis in caſu noſtro impropriè ſunt accipienda.

132 Subdit poſtmodum in fine dictæ inſcriptionis, *per gratia del Santiſsimo Saluatore &c. diſſero hauer commeſſo tal falſità à contemplatione di eſſo Abbate*, hæc ſimiliter nullam continent iniuriam Abbatis, quoniam ipſe non affirmat, quod Abbas ſubornauerit, ſed quod teſtes ita dixerunt, quos cum ſupra falſos appellaſſet, iam eis omnẽ ademit fidem contra Abbatem. quia teſtibus affirmantibus ſe falſum depoſuiſſe, nō creditur, vt eſt communis opinio de qua Dec. *conſil. 189. nu. 8. verſi. primo quia, & nu. 3.* Boſſ. *in tit. de Inqui. nu.* 42. Clar. §. *falſum. nu. 6.*

133 Secundo principaliter, dato etiam, quod dicta verba de ſui natura eſſent iniurioſa, adhuc in caſu noſtro dicendum eſt, non continere iniuriã contra Abbatem, cum non adfuerit dolus, & animus iniuriandi, qui ad iniuriam neceſſario requiritur. *l. illud. §. ſane. ff. de iniur.* vbi gl. concordãtes allegat. Cyn. Alber. & alij *in l. ſi non conuicij. C. eo.* & de communi teſtatur Soc. *conſil. 118. nu. 7. uol.* 1. Dolus autem, & animus iniuriandi nunquam præſumitur, vbicunque adeſt aliqua alia cauſa. Io. Andr. ad Spec. *tit. de iniur. in prin. in verbo, concipitur, verſ. aut illud conuicium*, & poſt alios Couar. *lib. 1. var. reſolu. c. 11. nu. 6.* Sed hic adeſt iuſtiſſima cauſa, nẽpè voti, ergo ex dicta cauſa, non ex aĩo iniurioſo, picturas, & verba in dicta tabella appoſita fuiſſe, præſumendũ eſt. Neq; obſtat, qđ Couar. in loco citato requirat, ad euitandam iniuriæ præſumptionem, illud ad vtilitatem negocij, (quod tractatur) pertinere: at verba, & picturæ nihil conferunt ad votũ abſoluendũ, cum potuerit ſine illis adimplere; quia primo reſpondetur, qđ immo, vt ita publicetur, & propalẽt voti cauſa, & bñficij a Deo accepti magnitudo. Nec facit quod cum potuerit ſine illis adimpleri, ea non debuerunt apponi; non. n. valet conſequentia, cũ vtroque modo votũ abſolui poſſit. Nullibi enim reperitur prohibitum, in huiuſmodi tabellis uoti ſui cauſam pingi, & inſcribi facere; qđ quidem omnino debet excuſare I. Secundo cũ I. animaduerterit hoc paſſim ab alijs obſeruari, nã aliqui pictura, prout videmus in omnibus eccleſiis, in huiuſmodi votorum tabellis, depingi ſolere inimicos, ſeu aggreſſores nudatis gladijs, & vouentes, vulnerantes, & non ideo dicuntur facere ad infamiam alicuius, quia principalis intẽtio attẽditur, quæ eſt Deo gratias referre: aliqui ſcriptura; quidam etiam vtraque ſimul ſui voti cauſam, & qualitatẽ exprimunt, ideo habuit ipſe iuſtam cauſam hæc faciẽdi. *l. quid ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de adil. edict.* & hęc conſuetudo quatenus etiam eſſet irrationabilis, illum omnino debet excuſare a dolo, culpa & pęna, ut tradit Corn. *in l. iuris ignorantia. nu. 8. C. qui admitt.* Caſſad. *ad reg. Cancel. deciſ. 49. nu. 4.* latiſſimè Petr. Roiz. *deciſ. 5. nu. 88. & ſeq.* cum alijs congeſtis à Gabr. *lib. 7. concl. 8. nu. 18. & ſeq.* vbi de communi teſtatur, de qua etiam Soarez. *in uerbo, dolus. nu.* 120. eo quidem maximè, quia facta Religionis gratia, excuſant facientem, Paul. de Caſtr. *in l. filiusfam. §. ult. ff. de procu.* & in proprijs terminis voti Hippol. de Marſi. *ſingul. ſuo* 149. Tertio eſto, etiam quod hæc non ſit neceſſaria, & iuſta cauſa ſcribendi, atque pingendi prædicta, nihilominus, qualis illa ſit, ſufficit ad excludendam doli, & animi iniurioſi præſumptionem, cum ad hoc quælibet cauſa etiam iniuſta, dummodo ſit colorata, ſufficiat. Io. And. ad Specul. *in prааlleg. tit. de iniur. in princ. in verbo, concipitur. verſ. propter quod.* tex. *in l. item apud Labeonem. §. ſi quis Aſtrologus. ff. eod. tit.* Alber. *in d. l. ſi non conuicij. in 4. col. in princ.* Rimin. *in d. l. fi. nu. 7. ff. quod quiſque iur.* Hippol. de Marſ. *conſi. 7. nu. 25. & 26. & conſ. 11. num. 10. & 11. & conſi. 51. nu. 29. & conſ. 62. num. 3.* Miſinger. *conſ. 19. nu. 2.* Boſſ. *in tit. de iniur. nu. 3. verſ. ſecundo fallit. & nu. 4. verſ. ſed contra*, & latiſſimè alios congerit Gabr. *d. lib. 7. concl. 8. in princ.* Vbi communem aſſerit.

134 Ex quibus etiam concluditur, quod dicta tabella non ſit libellus famoſus, vt proponitur in ſecunda parte primi dubij, cum ex ſupradictis ſatis apertè conſtet, nullã iniuriam continere, ſine qua non poteſt eſſe libellus famoſus. *l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. l. item apud Labeonem. §. ait Prætor. de iniur. l. vnica. C. de famoſ. libell.*

135 Præterea non poteſt eſſe libellus famoſus, ex quo Abbas iam erat publico iudicio damnatus, & infamatus, & ſic non poterat amplius infamari, vt eſt tex. & ibi no. *in l. 2. C. vt intra certum tempus.* Specul. *tit. de accuſat. §. 6. num.* 23. & libellus famoſus non poteſt dici, quando infamare non poteſt. *d. l. vnica. C. de famoſ. libell. & cap. qui in alterius famam. 5. q. 1.* cum ſimilibus, & pro hoc facit, quod qui publico iudicio de honore ſuo, & fama alicubi expoliatus eſt, nulla eſt iniuſtitia, eum vbique de eodem crimine infamare. Marti. ab Arpizqueta *in repet. c. inter uerba. 11. q. 3. concl. 6. coroll.* 67. Item in hac eadem cauſa in ſua informatione, tradit Sot. Segobien. *de iuſt. & iur. lib. 5. quaſt. 10. artic. 2. colum. 2. uerſic. hæ; tamen diſcordia.* & ratio eſt ſecundum ipſum, quia ille iure, publicoque præconio in pœnam mulctatus eſt ſua fama, atque adeo cuicũque facta eſt facultas ſcelus illud propalandi; vnde ſi licet de eo crimine in alia ciuitate, in qua quis vtitur bona fama, illum impunè infamare, multò magis licebit

in ea-

in eadem ciuitare, in qua fuit lata ſententia, quę nororiũ inducit. *l. emptorem. in princ. ff. de act. emp.* Fulgoſ. *in l. incerti iuris. nu. 8. C. de interdict.* Iaſ. *in l. ſi vero. §. ſi quis pro rei qualitate. num. 2. ff. qui ſatiſd. cog.*

136 Nec obſtat ſi dicatur, ab ea ſententia fuiſſe appellatum, quia quatenus de prætẽſa appellatione conſtet, illa fuit admiſſa cũ cõdirione, videlicet oratore in carceribus remanẽte, q̃ condirio, cum non fuerit adimpleta, nihil prodeſſe põt appellatio, iuxta tex. *in l. ſi ea. C. de cond. inſer.* gloſſ. *in l. in teſtamento, de cond. & demon.* cũ vulgar. Nec dicatur, quod non tenebatur huiuſmodi conditionem adimplere, cũ ex gratia Principis ſibi fuerit dicta conditio remiſſa, quia hoc nunquã cõſtitit; immo expreſſe negatur; & quatenus ẽt hodie conſtaret, nihil releuat, quia debebat huiuſmodi grariã, ſiue licentiam oſtendere, & intimare ante confectionem dictæ tabellæ. Nam cũ ſibi non cõſtiterit, habuit iuſtã cauſam exiſtimandi, ſententiam rranſitum feciſſe in iudicarum, & cõſequẽter omnino debet excuſari, vt in ſimili tradunt Doctores de bannito, qui etiam ſi habuerit gratiam, põt impunè occidi, ſi aliter non fecerit fidem de ipſa graria, etiamſi proteſtetur occidẽti ſe illam habere, vt de cõi teſtatur Cla. *§. homicidium. verſic. ſed quid ſi bannitus. nu.* 58. Menoch. *de arbit. iud. lib. 7. q. 90. num.* 34. Deci. *in l. qui cum alio. nu. 4. cum ſeq. de reg. iu.* Nec quicquam facit, ſi allegerur tollerantia Principis, & aliorum Superiorum, quia adhoc, vt tollerantia operetur, debet eſſe talis, vt apparear. Nec ſufficit ſola tollerantia, quæ apparet ex facto, vt per Abba. *in capitul. niſi eſſent. nu. 9. de praben. & dignit.* & in ſimili de bannito tradit Menoch. *d. q. 90. num.* 57. Et præterea reſpondetur, quia dicta ſñia ad inſtantiam Fiſci, & pro eo fuit lata, & ab ea nõ appellauit, & ſi quoad ipſum videtur tranſiſſe in iudicatũ, ergo nõ põt hodie Fiſcus cõtra I. de huiuſmodi appellatione opponere. *arg. l. Pompo. ff. de neg. geſt.* cũ ſimil. & hęc quoad primam dubitationẽ.

137 Quoad ſecundum verò quæſitum, an ea, quæ in dicta rabella continẽtur, probentur eſſe vera, de hoc non eſt dubirandũ; ſunt enim veriſſima: nã quod Abbas teſtes induxerit, patet ex productione articulorum, ſuper quibus etiam iurauit, omnia in eis contẽta, eſſe vera: quod autem fuerint falſi, ex eorum depoſitione, etiam in tormẽtis confirmata, liquidò apparet. Ad auferendum rem, & exiſtimationem I. patet ex lectura dictorum articulorum, in quibus cõtinetur, ipſum I. iniuſtè, iniquè, & indebitè petere, & exigere, ac ĩ prętericum exegiſſe fructus illius cenſus, de quo agebatur, cum precium illius realiter non perſoluiſſet, & qđ I. ſub bona fide deceperat Abbatẽ. Quare ſi dicta teſtium vera fuiſſent, qui pluſquã ſufficienter omnia in dictis articulis cõtẽta, depoſuerũt, ipſe I. & re ſua, & fama expoliatus fuiſſet: quod verò ex Dei beneficio, & Iudicum diligentia teſtes dixerint, ſe falſum depoſuiſſe cõtẽplatione, & intuitu Abbati, hoc pariter patet in actis ex copia examinum criminalium eorundẽ teſtium, qui etiam in tormentis in faciem Abbatis confirmarunt, ſe fuiſſe ab eo ſubornatos; & magis apparet diuinum auxilium, & beneficiũ intercessiſſe, ex quo dicti teſtes habebantur pro nobilibus, & probis viris, de quibus nulla videbatur ſuſpicio, quod tale facinus perpetrarent, & perpetratum ita facile detegerẽt, quod omnino deterrebat I. quando Deo votum emiſit.

138 Quę cum ita ſint, & probentur ex actis; inſpiciendũ eſt iuxta ſeriem propoſiti dubij, quæ opinio ſit magis communis, an illa, quæ vult, quod iniuria vera, quotieſcunq; Reipublicę intereſt, poſſit impunè ꝓpalari; vel cõtraria? de quo quidem non eſt dubitandum; nam ſi vel numerum ſpectemus, vel authoritatem Doctorum aſſerentium, iniuriam verã, ſi Reipublicę expedit, obijci, & exprobari poſſe etiam in libello famoſo, apparebit, huiuſmodi ſentẽtiam magis communiter approbari; nã pro ea eſt tex. expreſſus *can.* 1. 5. *q.* 1. & ibi firmar glo. & Archid. glo. *in §. primo,* quam ibi ſequitur Per. de Bellapert. Io. Platea *nu. 13. in fine, et* Emil. Fer. *inſt. de iniur.* Spec. *eo. tit. in princ. verſ. item quia cantaſti,* & ibi Io. And. *in add. in verbo, concipitur. verſ. 2. caſu.* Oldrad. *conſ.* 53. *nu.* 2. Abb. *in c. cum te. nu. 28. verſ. 2. caſu. de ſenten. et re iud.* Cy. qui refert Per. *in d. l. 1. C. de famoſ. libel.* vbi etiã Salyc. *in prin.* Ang. *in l. lex Cornelia. §. ſi quis librũ. ff. de iniur.* Alber. *in l. ſi non conuitij. C. eod. & in l. eum, qui. ff. eod.* Auffre. *in deci. Capell. Toloſ. 127. nu. 6. in fine.* Bonif. de Vital. *in tract. maleſ. tit. de libell. famoſ. nu. 4. &* 5. Cla. *q. 68. verſ. libell.* Hippol. Bonacoſſ. *inter communes opiniones criminal. in litera L. verſic. libelli,* qui oẽs ferè ſupra relati affirmant, hanc opinionẽ a canoniſtis teneri: vnde cum ſimus Romæ, vbi ẽt in temporalibus ius canonicũ obſeruarur, Bar. *l. priuilegia C. de ſacroſ. eccl. nu.* 2. Cec. *in cap. Eccleſia Sãctæ Mariæ. nu. 111. de conſt.* ab hac opinione in iudicando, non eſt recedendum: ſed daro etiam ſine veri præiudicio, quod hæc non eſſet magis cõis cõcluſio, & quod a iure ciuili minimè reciperetur, nihilominus propter numerum, & auctoritatẽ ſupradictorum Doctorum dictam opinionẽ ſequentium, dictus I. omnino excuſandus eſſet ꝓpter iuris obſcuritatem, vt per Card. *in cle. 1. ver. quæro. de vſur.* Fely. *in prohem. decretal. gloſ. 1. num. 2. verſ. & ideo.* Corn. *in l. iuris ignorantia. num. 7. C. qui admitt.* Bellamer. *deciſ. 755. nu.* 2. cum alijs late congeſtis per Corat. *in tract. de comm. opin. lib. 3. tit. 13. num.* 8. & latius deductum eſt in alijs informationibus.

139 Quod autem hæc prætenſa iniuria ſit de illis quæ Reipublicę expedit propalari, expreſſe tradit Bartol. *in l. eum qui. in prin. ff. eod.* Alex. *in l. 3. nume. 6. ff. de liber. & poſthum.* Arc. *in d. §. 1. inſtitut. eod.* Gramm. *deciſ. 37. num.* 2. Couarr. *d. lib. 1. cap. 11. nu.* 6.

140 Qui omnes ſupra relati dictam opinionẽ ſequuntur; & qui nõ diſtinguit, an illud prauo animo factum ſit, vel ne, nihil facit. Nã dato quod illa communis concluſio ſolum procedat, quando non prauo animo fiat, quod tamen expreſſe negatur, nihilominus ſuffragatur I. ex quo ipſe nullomodo poteſt dici habuiſſe prauum animũ,

vt in-

vt inferius ex pluribus coniecturis apparebit. Nam ea, quæ in animo conſiſtunt, per extrinſecas coniecturas probantur. *l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita.* Cyn. Alber. Fulgoſ. & alij *in d. l. ſi non conuieij. in prin.* Abb. *in cap. paſtoralis. §. cũ autẽ. nu. 4. de offic. deleg. cap. eccleſia. 2. nu. 12. de electio. cap. cum te. nu. 29. de re iud.* Mayner. *in l. nullus videtur. nu. 3. & in l. penul. nu. 2. de reg. iur.* coniecturæ autem plures ſunt, videlicet.

141 Primo, quia dicta tabella affixa fuit in eccleſia, vbi ſimilia vota affigi ſolent, non libelli famoſi: ſecunda qualitas loci, cum elegerit Eccleſiam obſcuram, & nõ admodum frequentatam, ad quam ipſa iamdiu deuotionis cauſa quotidie accedere ſolitus erat. Tertia apponi eam curauit in loco ſatis eminenti, vt à nemine verba legi potuiſſent. Quarta minutiſſimis literis dicta verba ſcribi fecit. Quinta, quia nomen ſuum appoſuit, quod fieri non ſolet in libellis famoſis. *cap. quidam maligni. V. q. 1.* Sexta, quia deuotè flexis genibus poſt miſſam auditam, quam ipſe celebrari fecerat, elemoſina Sacerdoti, & multis pauperibus erogata, dictam tabellam appendi curauit; quæ omnes coniecturæ apertiſſimè demonſtrant bonum animum I. ab omni iniurandi, & delinquendi cogitatione remotũ. Non eſt enim veriſimile, quod hæc prauo animo fieri poſſint, cum nemo præſumatur immemor ſaluris æternæ. *c. cum contingat. de iureiur.* & ibi Doctor. *in l. fina. C. ad l. Iul. repetund.* Gram. *deciſ. 56. num. 14.* Adde ẽt, quia I. eſt nobilis, bonę exiſtimationis, & famę, nunquã ſolitus delinquere, aut quemq̃ lædere, vt latiſſimè probarũ eſt, & pro nobilibus præſumendum eſt multum. Glo. *in c. illud. 40. diſtinct.* Aym. *conſi. 6. nu. 28.* & contra homines bonæ conditionis, & famæ ceſſat delinquendi pręſumptio. Aymon. *conſ. 21. nu. 9.* per ea, quæ ſcribit Bald. *in l. cunctos populos, col. 4. uerſ. quintũ exẽplum. C. de ſum. Trin. & fid. Cathol.*

142 Non obſtant coniecturæ exaduerſo adductæ, ad probandam malam intentionem I. quia ptima coniectura deducta ex præſenti inimicitia, falſa eſt in facto, vt conſtat per remiſſionem iniuriarũ ad inuicem factam ſuperiorib. annis; Iniuria enim ſemel remiſſa in perpetuum cenſetur remiſſa. Alc. *in tract. præſump. reg. 2. præſumpt. ult.* Lancell. *de offic. Prætor. §. 3. tit. de iureiur. nu. 33.* Ex parte verò I. poſt dictam remiſſionem nõ probatur, aliquam præceſſiſſe iniuriam contra Abbatem; & quod prætenſa memorialia contra ipſum Abbatem Sanctiſſimo, ſeu iudicibus porrecta, ea fecit ad ſui defenſionem à vexationibus, & moleſtijs ſibi ab Abbate illatis: & quatenus etiam adeſſet inimicitia, cum tamen eiuſmodi tabellam fecerit ex rationabili, & iuſta cauſa, nempè voti, non poteſt præſumi, quod ex cauſa inimicitiæ fecerit, per ea, quæ ſingulariter tradit Pet. Gerard. *ſin. 14. nu. 11. cum ſeq.* & M. Mantua. *in cap. quæ in eccleſiarum, nu. 35. de conſtit.* vbi dicunt, quod occidens bannitum, cum quo habebat capitales inimicitias, non præſumitur, quod occiderit cauſa inimicitiæ, ſed potius ad publicam vindictam; in delictis enim talis præſumitur animus, qualis eſſe debet. *l. merito. ff. pro ſoc.* & Mantua, *in loco citato,* & faciunt optimè notata per Bar. *in l. verum. ff. de furt. nu. 4.* Marſi. *in rubr. de fideiuſſo. nu. 48. cum ſeq.* & confirmatur hoc, quia ſemper ſumitur interpretatio excluſiua delicti. *l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt.* & faciunt, q̃ tradit Menoch. *lib. 1. de arbit. iud. q. 90. nu. 25.* Marſi. *conſ. 7. nu. 23. et 25. et in d. rub. de fidei. n. 47.*

143 Secunda cõiectura adducitur cõtra I. quod propria manu ſcripſerit quandam querelam nomine cuiuſdam della Gatta, contra Abbatem, allegando ſeipſum in teſtem, & alia id genus multa; ex quibus quidem quatenus conſtet vera eſſe, nõ poteſt elici prauus animus, cum fecerit ad defenſam, vel ſuam, vel querelantis. Et cum præſertim in iudicio fecerit, vbi prauus animus videtur abeſſe. *l. iniuriarum. ff. de iniur. l. vnica. C. de famoſ. libell.* Marian. Socin. *in c. ſi culpa. nume. 21. de iniur. & damn. dat.* & cum præſertim conſtet de remiſſione iniuriarum, vt ſupra dictum eſt.

144 Tertia coniectura ſumitur ex libro per I. cõſcripto, de quo dicemus inferius, quem, cum nõ prauo animo, nec ad effectum infamãdi fecerit, vt apertiſſimè demonſtrabitur, ſed ad ſui defenſionem, & animo ad Principem deferendi, nulla poteſt ex eo praui animi coniectura deſumi, cũ iſte ſit actus licitus, *ad l. Papinianus exuli. de minor. not. in c. ſemel malus, de reg. iur. in 6.*

145 Præterea omnes antedictę coniecturę, quatenus verę eſſent in facto, ſunt generales, illæ vero, quas ſupra retulimus ad fauorem I. *ſunt ſpeciales,* & ab ipſa re deſumptæ; & ideo excludunt illas generales, ad tex. *in c. 1. de reſcrip.* Bar. *in l. cũ de indebito. in prin. de probat.* Corn. *in l. non codicillum. nu. 3. et 4. C. de teſtam.* Mayner. *in l. contractus. nu. 82. de reg. iur.* Aym. *conſi. 258. nu. 21. vol. 2.*

146 Quarta coniectura cõtra I. adducitur, quod ipſe conſultus à Procuratore ſuo, ne deberet exprimere nomen Abbatis, id tamen expreſſit: Ad hoc reſpondetur, quod cum dictus Procurator ſolum dixerit, quod ſibi non placebat expreſſio nominum, cum tamen ipſe vellet explicare magnitudinem gratiæ à Deo receptæ, & cum alias multas ſimiles tabellas pluribus in locis vidiſſet cum expreſſione nominũ, & narratione totius facti, noluit ſequi opinionem illius, ſed purum factum explicare; augebat enim magnitudinem gratiæ, magnitudo periculi, quod ſibi imminebat ex perſonæ qualitate.

147 Quinta, quod tantummodo expreſſerit nomen Abbatis, & non teſtium, leuiſſima quidem eſt; non enim ad rem faciebat expreſſio nominũ ipſorum teſtium, quia ipſe fuit liberatus ab inſidijs Abbatis, qui eos induxerat ſuper articulis ab eo iuratis, & cui acquirebatur ius per talem depoſitionem.

148 Quæ oẽs ſupradictæ coniecturæ, & quæcunque aliæ, quæ in caſu noſtro poſſent exaduerſo deduci, tolluntur, & eliduntur per coniectutas, & præſumptiones pro I. facientes, cum præſertim hæ faueant Reo, & delictum excludant, illæ vero admittant, vt tradit Aym. *conſi. 8. nume. 7. & 9.* vbi dicit, quod ſemper illa præſumptio pręualet,

ualet, ex qua inducitur bonitas alicuius; & præſumptio faciens pro reo, eſt fortior præſumptione accuſatoris, vt in terminis noſtris voluit Burſat. *conſ.* 94. *nu.* 22. immo præfertur, etiã quod ſit par, vel in aliquo debilior, & inferior, per eundē Aym. *conſi.* 6. *nu.* 40. *cum ſeq.* Alex. *conſ.* 30. *col. fina. in* 2. *dub. lib.* 7. Abb. *in c. ex literis, de probat.* Glo. *in c. clerici.* 81. *diſt.* Accedit, quod coniecturę, & præſumptiones pro I. facientes, validātur ſuo dicto iurato, quod non fecerit animo iniuriandi, cui quidē ſtandum eſt, Marſ. *d. rub. de fideiuſſ. nu.* 40. Guid. Pap. *conſi.* 223. Miſing. *conſ.* 7. *nu.* 23. *&* 24. qui loquitur in pprijs terminis animi iniuriādi.

149 Præterea dato etiam, quod coniecturę exaduerſo deductæ, aliquid operari deberent, negari non poſſet, quin ex coniecturis ex parte I. conſideratis, cauſa redderetur dubia, & in tali dubio non eſſet pręſumendus animus iniuriandi. *l. item apud labeonem.* §. *ſi communem. ff. de iniu.* Alber. *in d. l. ſi non conuicij. in* 4. *col. poſt med.* cum præſertim verba in dubio præſumantur prolata in bonam partem. Glo. & Scriben. *in l.* 2. *C. de his quib. ut ind.* Aug. *in add.* ad Ang. *in tract. malef. in verbo, verba iniurioſa, nu.* 3. Ripa *in l. ſi. q.* 7. *nu.* 28. *C. de reuoc. donat.* & in dubio nunquam capitur præſumptio delicti ex actu, quem quis facit, niſi facienti ſit fauorabilis. Alex. *conſil.* 127. *nu.* 12. *lib.* 4. Aym. *conſ.* 8. *nu.* 4. Accedunt regulæ communes, quod reo ſemper eſt fauendum, præſertim contra Fiſcum, & præſertim in criminalibus. *l. non puto. ff. de iure fiſci, cum vulgar.* & dicitur *in l. abſentem, ff. de pan.* quod melius eſt nocētem abſoluere, quã innocentem condemnare, & plura tradit Marſil. *d. conſil.* 7. *nu.* 20. & pulcherrimè Aym. *d. conſ.* 5. *nu.* 128. Et cum ex ſupradictis dictus I. de iure communi omnino ſit abſoluendus, illud ſupereſt videre, an in caſu noſtro habeant locum motus proprij, & bannimenta?

150 Breuiſſimè reſpondetur, quod nullo modo locum habere poſſunt, quia cum ſolum augeāt, vel confirment pœnam a iure communi impoſitam, ſi de iure communi I. nullo modo venit puniendus, quia vt ſupra latiſſimè probatum eſt, dicta tabella nullam continet iniuriam, neque ad effectum infamandi fuit appenſa. & ideo dici nō poſſit libellus famoſus, vtique nec etiam ex conſtitutionibus, aut bannimentis pœnam mærebitur, iuxta trad. per Hippol. *conſ.* 7. *nu.* 15. *circa finē.* Neque obſtat, quod in dicta conſtitutione Pij Quinti dicatur, eos ad pœnam libelli famoſi teneri, qui in dictis libellis etiam vera expreſſerint, quia cum veniat tantummodo ad augēdum ius commune, & ſupra ſatis abundè probatum ſit, quod de iure communi, quotieſcunque dicitur verum, quod Reipublicæ intereſt detegi, præſertim non animo iniuriandi, nec diffamandi, non poteſt incurrere pœnam libelli famoſi, vtique ſecundum dictum ius commune debet interpretari. Hippol. *in loco praallegato.*

151 Vltimo vero quoad librum penes ipſum I. ſub claue repertum, quod ex eo puniri nō poſſit, apertiſſimè demonſtratur, cum non animo iniuriandi dictum librum compoſuerit, ſed ad ſui defenſionem, & ad effectum producendi in iudicio contra Fiſcum, vt patet ex illius proteſtatione, in inſcriptione dicti libri, quæ animum proteſtātis declarat. *l. ſi quis.* §. *hoc edicto. de relig. & ſumpt. funer. cum ſimil.* præſertim cum ſit repetita expreſſe in princip. dicti libri, quę geminatio magis declarat illius intentionem. Felyn. *in c. ſi cautio. de fid. inſtrum. nu.* 39. *cum ſeq.* Dec. *conſi.* 666. *num.* 4. Aym. *conſi.* 105. *num.* 3. *& conſ.* 201. *nu.* 42.

152 Neque obſtat, quod exaduerſo dicitur, illam proteſtationem, tanquam facto cõtrariam, proteſtanti non prodeſſe: illud enim procedit, quando ſcriptura, in qua proteſtatio apponitur, non poteſt, niſi in malam partem, accipi, & ita ſentit Bar. *in l. ſi extraneus, de acq. hared. cum ſimil.* ſecus vero, quando aliter poteſt intelligi, prout in caſu noſtro. Nam ipſe dictum librum confecit pro ſui defenſione, & animo iudicibus porrigendi pro eorum informatione; quo caſu prodeſt ſibi ſua proteſtatio, cum ex ea percipiatur, quæ fuerit illius intentio. Riminal. *in d. l. fin. nu.* 3. *ff. quod quiſque iur.* & Rub. Alexandrin. *in repet.* §. *morte. l. non ſolum. nu.* 359. *ff. de non. oper. nunc.* poſt Inno. Compoſtell. Ioan. And. Abb. & alios *in c. cum M. Ferrarien. de conſt.* vbi nouiſſimè Marc. Mantua de communi teſtatur, *nu.* 60. poſt Rip. *ibi. nu.* 96.

153 Præterea res ipſa demonſtrat, quæ fuerit illius intentio in dicto libro cõficiendo, cum nulli oſtenderit, niſi iudicibus pro eorum informatione, ſicuti poteſtatus fuerat; ex quo apparet, quod non habuit animum iniuriandi, ſeu diffamandi: ſi enim talem habuiſſet animũ iniurandi, ſeu diffamandi, dictũ librum publicaſſet; ſed imò nec ēt voluit illius copiam dare cuidam Alexandro Lario, qui tunc erat Abbatis inimicus, & pol licebatur velle contra Abbatē inueſtigare: quæ omnia apertiſſimè demōſtrant, validiſſimam eſſe illius proteſtationem, neque ad alium effectum dictum liberum compoſuiſſe, & illo vſum fuiſſe, niſi ad eum, quem in dicta proteſtatione poſuerat.

154 Ea vero, quæ dicuntur in dicto libro contineri, de præterito ſummo Pontifice, Cardinalibus, & Prælatis, aſſerendo, Abbatem ea de ipſo ſummo Pontifice, Cardinalibus, & Prælatis, ſibi dixiſſe, vtiq; nō ipſe de illis obloquitur, ſed Abbatem obloquentem accuſat; & ſic tale delictum Abbatis ſimul cũ alijs in eodem libro adnotauit.

155 Vlterius cum I. fecerit dictũ librum pro informatione iudicum, quibus oſtendit, & non ad effectum accuſandi, videtur eſſe quædā ſimplex denunciatio; & propterea ex eo nullo modo pœna calumniæ eſt puniendus, licet non probauerit, cum nominauerit teſtes de ſingulis exceſſibus in eo contentis informatos, ac etiam adnotauerit, in quibus officijs Notariorũ, & proceſſibus de huiuſmodi delictis poſſet inquiri, per ea, quæ tradit Ang. *in tract. malef. in verbo, necnon ad denunciationem. num.* 20. Aegid. Boſſ. *in tit. de denunc. num.* 14. Quare ex his omnibus apertiſſimè concluditur, I. omnino abſoluendum eſſe.

LAVS DEO.

Tertium

Digitized by Google

Tertium reſponſum incerti Conſulentis, & ſine nomine in eadem cauſa Pro I. contra Fiſcum, & Aabatem.

156 ADSIT DEVS. Attingendo ſolum ex propoſitis dubitationibus vnicã difficultatem, quæ forſan magis ſubſtantialis videtur; Dico, quod iniuria per dicentem verum non committitur, quando ſumus in delictis, quæ expedit Reipublicæ ſciri. *l. quod Reipublica, & l. eum qui nocentem. ff. de iniur.* vbi Bar. in prin. Azo. Cy. Ang. Hoſt. Bart. Abb. in locis allegatis per Briſcien. qui eos ſequitur *in ſuo reper. in verbo, iniuria. col. 3. verſ. ſi improperatur. & latius col. 4. verſic. quando alicui.* Cyn. *in l. ſi non conuitij. C. de iniur.* Afflict. *de pace iuramen. firman. verſic. iniuria punitur. num.* 75. Iaſ. qui alios cumulat, & ſequitur *in l. ſi pepererit. in princ. nu. 7. verſic. limita. ff. de lib. & poſthum.* Saly. *in l. ſi non es. C. de iniur.* Bal. *in §. 1. inſtit. de iniur.* Sozin. *conſi.* 118. *ſub nu. 1. uerſic. ſed in hac prima dubitatione. lib.* 1. & hanc communem opinionẽ eſſe teſtantur Alc. *in d. l. ſi pepererit. in prin. num. 6. in fi. & iterum in l. 3. nu. 6. ff. de liber. & poſthum.* Boer. *poſt conſuet. bitur. conſi. 1. & conſi. 4. nu. 33. uerſic. ſexta opinio fuit Petri, iuncto num. 36. ver. quod dicendum,* Villalob. *litera A nu.* 28. Clar. *in pract. §. iniuria. uerſ. Item quæro nunquid dicens.* Suarez. *in commun. opin. litera I. nu.* 85. & 86.

157 Et iſtam communem opinionem ſibi locum vendicare particulariter etiam in libello famoſo, dicit glo. *in §. 1. in uerbo, fieret. inſti. de iniur.* Fab. à Monteleone *in ſua prax. crim. arbitra. par. 4. num.* 1049. & de iure Canon. in puris terminis libelli famoſi, dicit Io. And. ad Specul. *in tit. de iniur. colum. 1. in fine.* Abb. poſt Hoſtien. & Io. And. *in c. fin. in fine. de iniur.* Felyn. *in c. dilecti filij. de excep.* & alij omnes, quos enumerat, & allegat Briſciẽ. *in d. ſuo repertor. in uerbo, iniuria, colu. 4. uerſic. quando alicui. & eſt tex. in c. qui in alterius, & ibi gloſ. 5. quæſt. 1. & c. 1. 2. & 3. ubi pariter glo 5. quæſt. 6.* quod quidem ius Canonicum, cum ſimus in terris eccleſiæ, ſeruandum eſt, & non ciuile. Facitque pro hac eadem opinione vrgens, & irrefragabilis ratio, quia ſi iniuria non committitur per dicentem verum, prout ſupra firmaui, ſecundum communes opiniones, quę non habent cõtradictorem, ergo nec etiam libellus famoſus, quia vbi non eſt locus actioni iniuriarum; conſequenter nec libelli famoſi. *l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. nu. 4. uerſic. ſi tamen, de iniur.* Vitel. *in tract. malef. tit. de famoſ. libell. num.* 3. ideo fatuum eſt dicere, quod veritas excuſat conuitiantem ab iniuria, ſecus autem à libello famoſo, quia (vt dixi) vbi non datur iniuria, ibi non dicitur libellus famoſus; & licet aliqui contrarium dixerint, parum eſt curandum de eorum opinione, poſtquã apparet de contraria ratione, & communi omnium ſententia, de qua ſupra.

158 Similiter contra tot auctoritates Illuſtrium Conſultorum, & legũ non habebit obſtare quędam aſſerta diſtinctio aliquorum, dum dicunt, ꝙ dicta communis opinio per tot auctoritates cõprobata, tunc vendicet ſibi locum, quando non animo prauo verba, aut ſcriptura extraiudicialiter fuerint prolata; alias ſi non bono animo, tũc etiam quod Reipublicę interſit propalari, & ſint vera, nihilominus habeat locum actio iniuriarũ: quia ſi recte aduertatur, iſta nõ eſt diſtinctio, ſed mera contrarietas ſupradictæ concluſioni facta, quia ſi bono animo verba prædicta debuiſſent proferri, non opus eſſet iuxta communes opiniones prædictas diſtinguere, an expediat eſſe notũ Reipublicæ, vel non; quia ſufficeret verum eſſe, quod obijcitur, pręter id, quod Reipublicæ intereſſet propalari, prout in cornuto, paupere, ceco, claudo, & ſimilibus, & ſic fruſtratorius eſſet tex. *in d. l. eum, qui nocentem. in prin.* dum aſſignans rationem deciſionis dicit, *peccata enim nocentium nota eſſe, & oportere, & expedire.* Idem pariter de tex. *in l. lex Cornelia. in fine ff. de iniu.*

159 Et ſi præmiſſis non obſtantibus, placebit adhærere dictæ opinioni cõtrariæ, quæ eſt inferior numero, & qualitate Doctorum, & deſtruit rationes per leges prædictas expreſſas, licet à communi opinione paternitatem veſtram nullo modo diſceſſuram putem, indiſtinctè à tot, tantiſque Doctoribus firmata; Placeat ſaltem iſtã ex aduerſo aſſertam diſtinctionem ſubdiſtinguere, videlicet, vt eo caſu non ſuffragetur veritas improperati conuicij extraiudicialiter, quantumcunque Reipublicę interſit, videlicet, quãdo cõcernit defectum abſque culpa cõuitiari, *vt in Baſtardo,* leproſo, & ſimilibus, & iſto caſu procedat diſtinctio exaduerſo aſſerta: in alijs verò caſibus prouenientibus ex defectu conuitiati, vt in fure, ſubornatore, & inductore teſtium falſorũ, & ſimilibus, procedat communis opinio, vt ſufficiat verum eſſe, quod improperatur, non obſtante, ꝙ extraiudicialiter fuerit cõuitium improperatũ, quam diſtinctionem firmant Io. Tab. *in d. §. 1. nume. 3. & 4. inſt. de iniur.* & pulchre Afflict. *de Pac. iuram. firman. c. 1. §. iniu. num.* 75. & 76.

160 Et ſaltem negari non poteſt, quod ſtante varietate, & dubietate opinionum, ſit adhęrendum huic noſtræ opinioni, tanquam æquiori, & benigniori, prout in re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minus iuſtius, quàm tutius dixit tex. *in l. proxime. ff. de his, quæ in teſtamen. delen.* Abb. & alij *in cap. 1. circa finem, de conſtitut.* Natt. *conſi.* 671. *in fine.*

LAVS DEO.

Reſponſum Vincentij Parentij in eadem cauſa pro I. contra Fiſcum, & Abbatem.

161 ADSIT DEVS. Multiplicitas dubiorum, & informationes lõgiſſimæ exaduerſo datæ, cogunt me præter ſtilum Curiæ longius ſcribere, breuitate tamen maiori, qua potero, ſingula capita perſtringam, his, quæ exaduerſo deducuntur, reſpondendo; & quoad primum

capur,

caput, q̃d pictura, & verba in tabella poſita, non cõtineant iniuriã contra Abbatẽ, ſatis oſtendit; Nã pictura ipſa nihil turpe cõtinet, cũ Abbas inhoneſtè depictus nõ fuerit, put erat in caſu Par. de Puteo, cũ ille ſuam Amaſiã nudã depinxerat.

162 Ex verbis autẽ nihil iniurioſum Abbati eſt imputandum, quia ea verba, *hauendo il Reuerendo Abbate, &c. indotti diuerſi falſi teſtimonij per leuare la robba, et la fama, &c.* nullius delicti in famia Abbatem efficiunt, quia nõ dicit in eis, quod Abbas induxerit dictos teſtes ſciens eſſe falſos; Non ſequitur.n. talis induxit falſos teſtes, ergo falſum cõmiſit, cũ requiratur, quod inducens, eos falſos eſſe ſciuerit, vt declarat Bal. *in l. fin. ſub nu.8. verſi. iſta gl. eſt notabilis. C. ſi minor ſe maior dixerit,* cum congeſtis per Iul. Clar. *in prax. crim. in uerbo, falſum. verſ. producens falſos teſtes, & verſ. tens dicto falſi teſtis*. cum ergo in dicta tabella nihil contineatur de ſcientia dicti Abbatis, dicta verba nullam inferunt iniuriam, per prædicta.

163 Nec verba illa, *per leuare la robba, & l'honore,* quicquam faciunt, quia ex inductione teſtiũ ſuper eo, quod I. vteretur falſo inſtrumẽto cenſus, ſciẽs id eſſe falſum, quia pecunias non ſoluiſſet, abſque dubio ipſi auferebantur bona, & honor, quia tunc diceretur falſum cõmittere, vt eſt tex. *in l. maiorẽ. C. de falſ.* cũ cõgeſtis per Iul. Clar. *d. §. falſum. verſ. utens falſo inſtrumẽto. ubi pœna falſi eſt deportatio cum publicatione bonorum. l. 1. §. fi. ad l. Cornel. de falſ.* Ideo cũ nõ expreſſerit in dictis verbis, quod Abbas ſciens dictos falſos teſtes ad faciendum condemnati I. de falſo induxerit, nõ poteſt dici, quod iniurioſum aliquid illi obiecerit, per præallegata; & in dubio verba interpretari debent, vt iniuriam non contineant, iuxta tradita per Aym. *conſ. 9. nu. 20.* cum ſimil.

164 Neq; poteſt interpretari, quod I. intellexerit, quod Abbas ſciẽter falſos teſtes induxerit ex his, quę exaduerſo dicunt, per eũ dici in ſuis cõſtitutis; quia hoc, quod exaduerſo dicitur, vt mihi aſſeritur, in dictis cõſtitutis nõ continetur; ideo aliter tñdere opus non eſt; prout ẽt minus quicquã facit, quod dr̃ de cõi vſu loquendi, quia vt communis vſus loquendi in aliqua materia allegari poſſit, requiritur, quod is plenè, & concludẽter probetur, vt declarat Bar. *in l. Labeo. ſub num. 6. & ſeq. de ſuppell. leg.* Aret. *in conſil.* 107. *paulo ante fin. verſ. ad ſeptimum,* & *conſ.* 159. *ſub nu.* 180. Franciſc. Niconit. *in repet. rubr. de nou. oper. nunc. num.* 246. Cum aũt nulla probatio facta ſit de hoc cõmuni vſu loquendi, nec credimus etiã in ea fieri poſſe, cum talem vſum cõmunem loquendi non adeſſe, certũ ſit apud omnes, nõ video, quomodo illa verba, de quibus in tabella, interpretari poſſint, vt iniuriam contineant, per prædicta.

165 Alia vero verba ſubſequentia, quod teſtes illi dixerint, falſum teſtimoniũ dixiſſe ad inſtãtiã Abbatis, nullũ penitus exprobrat delictũ Abbatis, cũ ex eo, quod illi teſtes id dixerint, non probetur, quod Abbas eos ad id dicẽdũ ſubornauerit, vt per Dec. *conſ.* 189. *n.* 9. *et conſ.* 134. *in* 1. *col.* Hippol. *in conſ.* 78. *n.* 11. *& ſeq. & nu.* 18. Gram. *conſ. crimin.* 46. *col. penul.* in fine, & exaduerſo Scribentes id etiam fatentur; ideo non poteſt dici, quod in dicta tabella aliquid ſcriptum ſit, quod delictum aliquod Abbati importet; & conſequenter nihil eſt in dicta tabella contra ipſum iniurioſum, excluſo dicto delicto, per ſupra deducta.

166 Quo fit, vt cũ iniurioſum aliquod non contineatur in dicta tabella, & libellus famoſus appellari non poſſit, cum ſolus libellus famoſus is dicatur, vt pęna libelli famoſi locũ ſibi uendicet, in quo aliquid iniurioſum continet, vt declarat gl. *in l.* 1. *in verbo, famoſum,* ubi alij omnes *C. de famoſ. libel.* eſt tex. *in c.* 1. 5. *q.* 1. *ibi, quod in alterius famam.* & propterea uidemus, quod in pęna famoſi libelli punitur etiam delinquẽs iniuriarum. *l. lex Cornelia. §. ſi quis librum,* vbi Bat. circa ptin. & omnes alij, *de iniur.* Bonif. de Vital. *in tract. de malef. in tit. de famoſ. libell. circa princ.* ex quo ergo dicta tabella nihil iniurioſum continet contra Abbatem, ſumus in caſu claro, quod ea non poteſt libellus famoſus cenſeri, per præallegata.

167 Quoad tertium dubium, an probentur uera ea, quæ in dicta tabella continentur, affirmatiuè reſoluendum eſt; nam quòd Abbas teſtes induxerit, conſtat ex ipſis articulis, in quibus ſunt teſtes nominati, & inducti, & articuli ſunt medio iuramenti ſpecificati; q aũt induxit, ad tollendũ honorem, & bona I. ſatis probatur, ex quo ex iſtis teſtibus inducebatur, quod I. uteretur inſtrumẽto falſo, ut ſupra dictum eſt. Quod teſtes ſint falſi, & dixerint, quòd depoſuerint ad inſtantiam Abbatis, ſatis probatur ex proceſſu, in quo dicti teſtes fuerunt condemnati; qui quidem proceſſus facit fidem contra omnes, quod ita fuerit factum, ſicut in eo continetur, ut declarant Barrol. *in l.* 2. *numero* 12. *C. de eden.* & ibi omnes alij. Cum ergo hoc ſolum nunc quæratur, an huiuſmodi teſtes fuerint falſi, & depoſuerint ſe dixiſſe, quod depoſuerunt ad inſtantiam Abbatis, & ſic ſolum quæratur de veritate huius facti, & non de effectu facti, an ſcilicet huiuſmodi teſtes probent contra Abbatem, ſatis prædictum factum uerificatur ex dicto proceſſu, per præallegata. Nec obſtat, quod dictum illorum teſtium non noceat Abbati, quia hoc non eſt neceſſarium pro uerificatione contentorum in tabella, cum in ea ſolum dicatur, quod teſtes dixerunt, non quod teſtes probent, ut dictum eſt. Ex quo ſequitur, quod nec ſententia, qua Abbas fuit condemnatus, eſt neceſſaria pro uerificatione contentorum in tabella, cũ ſolum in ea dicatur, quod teſtes erãt falſi, & dixerunt depoſuiſſe ad inſtantiam Abbatis, & hoc factũ ſatis uerificatur ex dicto proceſſu, quod ſufficit, cũ nõ agatur ad effectũ iſtius facti, ſed q̃d ita factũ fuerit, ut ſupra oſtenſum eſt. Vltra quod, ſi ſentẽtia neceſſaria eſſet, poſtquam ſunt lapſa fatalia appellationis, ea operatur rei ueritatem, etiamſi ſuper deſertione appellationis nihil fuerit iudicatum, ut habetur per Rot. de appell. *in nou. deciſione prima, ſub num.* 3. *& alijs ſeqq.* Vnde cum oſtendatur uerum, quod in tabella continetur, & id non contineat aliquod delictum Abbatis, iuris oſtenditur, in ea non contineri aliquid in-

iuriosum contra Abbatem, quod ſolum ſufficit pro liberatione I. ab omni pęna prætenſi famoſi libelli, per ſupra deducta.

168 Et quãuis ſtantibus præmiſſis, non eſſet opus aliquid reſpondere ad quartum dubiũ, quæ ſcillcet ſit magis communis opinio in hoc dubio, an ſit locus pœnæ famoſi libelli, vbi contenta in dicto libello vera probantur, & expedit Republicę ea ſciri, & publicari; attamen, vt omnibus ex partibus menti D. mei ſatisfaciam, dico, opinionem negatiuam eſſe magis cõmunem, ſi numerentur, & ponderentur dicta Doctorum. In primis eam tenet gl. *in §. 1. in verbo, fieret, inſtit. de iniur.* Petr. de Bellapert. *in l. 1. C. de famoſ. libel.* Cyn. *in eodem loco*, Salyc. etiam, *dum ponit ſummarium eiuſdem legis in prin. ibi, tertio, quod de pœna dixerat.* vbi clarè loquitur. Archid. *in d. c. 1. ibi, adde hoc totum. 5. q. 1.* Bellam. *ibidem ſub nu. 1. ad fin. & ſeq.* vbi hoc idem Laurentius tenet, Bonif. de Vital. *de malef. in tit. de famoſ. libell. nu. 3.* Ang. *in l. lex Cornelia §. ſi quis librum. ſub nu. 4. verſ. ſi tamẽ ipſe valet oſtendere. de iniur.* Et de iure canonico idem aſſerit Io. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de iniur. & damn. dat. in prin. in addit. ſuper litera b, circa med. verſ. canones excuſantur.* Abb. *c. cum te. ſub nu. 28. verſ. ſecundo caſu, ibi, ſecundum Canones excuſatur. de re iud.* Io. Bapt. Plot. *inter conſ. crim. vltimo loco collecta in 1. lib. cõſil. 131. nu. 5.* & eſt tex. qui cauillari non poteſt *in c. 1. incip. qui in alterius. 5. q. 1.*

169 Auctoritas autem iſtorum vndecim Doctorum præualere debet auctoritatibus ex aduerſo, deductis. Nam dum primo loco adducitur gl. *in l. eum qui nocentem. de iniur.* dico, quod ea non debet haberi in conſideratione, ex quo contrarium tenuit *in d. §. 1. inſtit. de iniur.* Ang. *in l. vnica. C. de famoſ. libel.* non meretur allegari, cum cõtrarium tenuerit *in d. §. ſi quis librum.* Azzo. *de famoſ. libel.* bene dicit, quod qui proponit libellum in iudicio, ſi probet, excuſatur, quod & nõ admittimus; ſed non dicit, quod ſi extra iudicium proponit, & probet verum, quod puniatur; ideo in hoc propoſito non meretur allegari, & cõſequenter eius opinio non eſt contraria ei, quod tenuit Laurentius Vgo, Archid. & Aegid. *in d. c. de prima*, ex quo nihil dicit de pęna probantis veritatem contentorum in libello, extraiudicialiter dato, Boſſ. *in tit. de iniur. ſub nu. 4. paulo ante fin. uerſ. ſed in ſecundo membro.* refert Abb. *in d. c. cum te*, qui ſecũdum canones tenet contrariũ. Vnde cum conſtet de relato, magis ei ſtatur, quam referẽti, iuxta trad. per Dec. *in conſi. 63. ſub nu. 6.* remanet igitur tantum Rom. *in conſi. 96.* Oldr. *in conſi. 53.* Couar. *li. 1. uar. reſol. c. 11. ſub num. 6. uerſ. 2.* Alex. de Neuo. Gom. & Plac. qui in totum sũt numero ſex, & vt plurimũ ſunt moderni, quorũ auctoritati præualere debent Petr. de Bellaper. Cyn. Salyc. Laurẽ. Vgo, Archi. Aegid. Bonif. de Vital. Io. And. Abb. & Plot. qui ſunt numero decem, excluſis Ang. & gl. qui etiam contrarium dixerunt, cum pro hac parte ſunt antiquiores Doctores, & in maiori numero, & pro eis eſt tex. *in d. c. 1. 5. q. 1.*

170 Et hæc opinio comprobatur, quia tenentes contrariam opinionẽ, mouentur ex eo, qđ extra iudicium non liceat alicui aliquid iniurioſũ opponere, ẽtſi verum ſit; quę opinio cõiter damnatur, vbicunque Reipublicæ expedit id ſciri, vt declarat Bar. *in d. l. eum qui nocentem. de iniur.* & hãc opin. approbat Couar. *d. c. 11. n. 6.* cõmunemq; dicit Boer. *in conſ. 4. ſub nu. 33. uerſ. ſexta opinio fuit Petri, iuncto nu. 36. uerſ. quid dicẽdũ*, Villal. *de com. opin. ſuper litera A, nu. 28.* Iul. Clar. *in prax. crim. in §. iniuria. penul. pag. uerſ. item quæro, nunquid dicens.* Alex. *in addi. ad Bar. in d. l. eũ, qui nocentem*, & hinc ſequit, quod opinio tenentiũ cõtrariũ, ſ. q̃ ẽt vbi probatur veritas, adhuc ſit locus pęnæ libelli famoſi, limitari ſaltem debet eo caſu, quo cõtenta in libello famoſo expedit Reipublicæ ſciri. Nam cum ita ſit cõis opinio omniũ, quod id, quod dicitur ẽt extra iudicium, ſi verum ſit, & expediat Reipublicæ ſciri, pęna iniuriarũ locum non habeat, vt habetur per ſupra allegatos Doct. nõ video rõnem diuerſitatis, cur ẽt id nõ permittatur in iniuria prolata in ſcriptura, cũ idẽ ſit, aliquem verbo iniuria afficere, vel ſcriptura, ut optimè declarat Rom. vidẽdus *in conſ. 378. in 1. dub.* Plot. *d. conſ. 131. nu.* 18. Ideo cũ ſolũ hoc cõſideretur ad excuſandũ iniuriã inferẽtẽ, q̃ expediat Reipublicæ, id qđ dicitur, ſciri, non uidetur ratio diuerſitatis, cur magis excuſetur hoc voce exprimens, quã ſcriptura, cũ utraq; dicatur iniuria verbalis, vt per Doctores pręallegatos; & ſic cõcludo, opinionẽ tenentiũ pœnã libelli famoſi habere locũ ẽt in vera dicente, nullo modo procedere eo caſu, quo id ſciri Reipublicę expedit, p̃ *ſupra deducta*; cũ. n. in hoc quarto dubio præſupponatr expedire Reipublicæ, qđ cõtenta in tabella ſcirentur, ſumus in caſu claro, qđ nõ eſt locus alicui pęnæ, & in hoc nullã eſſe cõtradictionẽ, p̃ pręallegata.

171 Nec obſtat id, quod dicit Ang. ex aduerſo allegatus, q̃ vbicunq; aliquis fuit cõdemnatus de aliquo delicto, id delictũ alicui nõ põt obijci ſine iniuria, quia condẽnatus nõ põt amplius accuſari, quia contrariũ dicit Bar. *in d. l. eum qui nocentem*, ubi loquitur in eo, qui fuit mitratus, & ſic condemnatus cũ exequutione cõdẽnationis; & hoc oſtẽditur, quia ẽt ſi de eo, quod expedit Reipubl. ſciri quis nõ poſſit accuſari, ſi id opponat, & uerũ ſit, nõ eſt locus pęnę iniuriarũ, ut per Cy. *in l. ſi non conuicij. col. antepen. ſub nu. 11. paulo ante finem, verſ. primo caſu. C. de iniur.* quem oẽs Doctores ſequũtur, ut per Boer. in loco ſupra allegato; ideo cũ in caſu noſtro præſupponatur expedire Reipublicę ſciri, quod cõtinebatur in tabella, nõ poteſt eſſe locus pęnæ iniuriarum, nec libelli famoſi per prædicta. Neque eſt bona ratio, de iure diuino non debet quis detegere uitium alterius ita, ut faciens committat peccatum, ergo ẽt iniuriarum tenetur, quia hoc argumentum non procedit, ut per Couar. *d. c. 11. verſi. ſextum.*

172 Ad id uero, quod dicitur, quod prauo animo, & ex libidine iniuriandi I. huiuſmodi tabellã fecerit, & affixerit; facile reſpondetur, quod cum animus iniuriandi tollatur ex coniecturis, ut per Abb. *cap. cum te. ſub numero 20.* ubi Felyn. *circa fin. de re iudic.* ſatis cognoſcitur, quod I. non habuit animum iniuriandi, ſtante rei ueritate; &

quod

Digitized by Google

quod ſatisfaciendo voto id fecit; Non eſt.n.veriſimile, quod ſi habuiſſet animũ iniuriandi, tabellam hanc poſuiſſet ex cauſa voti, & in Eccleſia, cum nemo præſumatur immemor ſalutis æternę. *l.fi.C.ad l.Iul.repetund.* Alciat.*de præſumpt.* 3.*reg.præſumpt.*4. prout oſtenderet immemorem eſſe, ſi alteri iniuriam facere voluiſſet, dũ animæ ſuæ in explendo voto conſulere volebat. Vnde cũ adſit cauſa voti,& veritas facti, ceſſat animus iniuriandi, vt per Abb.*d.c.cum te.nu.*29.& ibi Felyn.*circa fin.de re iud.*cum ſimilibus.

173 Quantum attinet ad vltimum dubium de libro, in eo non poteſt cadere aliqua pœna libelli famoſi, quia cum ille liber fuerit factus,& exhibitus in iudicio, iudicibus, & notarijs duntaxat, ceſſat pęna libelli famoſi, vt habetur *in d.l.*1.*C.de libel.fam.*& volunt oẽs Doctores exaduerſo allegati, ideo ſuper tali libro nulla eſt vis facienda.

174 Nec poteſt eſſe locus conſtitutioni Pij V.cõtra authores libellorum famoſorum, tũ quia ea loquitur de libellis conſcriptis in infamiam alicuius, quod minimè conuenit tabellæ, de qua agitur, cum in ea nihil, quod infamia Abbatem afficiat, contineatur, vt ſupra oſtenſum eſt; vt autem ſit locus alicui diſpoſitioni pœnali, qualitatem in ea appoſitam verificari, neceſſe eſt. Io.Andr.*in c.*1.*de homic.in* 6.Pariſ.*conſi.*49.*n.*20.*in* 3.Tũ etiam quia cum huiuſmodi conſtitutio veniat augendo pęnas a iure communi ſtatutas, ab ipſo iure communi interpretationem recipere debet, vt eſt text. *in l.* 2. *C. de noxalib.* & ibi omnes not. Hipp.*conſ.*7.*nu.*15.*circa finem,et ſeq.* Cum autem in caſu, quo expedit Reipublicę aliquid ſciri, ceſſet pęna iniuriarum, & libelli famoſi, vt ſupra oſtenſum eſt, ceſſare etiam debet pęna dictæ conſtitutionis, ſecundum ius commune interpretandæ, per prꝫallegata; ideo non eſt locus alicui pęnæ contra I.ratione dictarum tabellę,& libri per ſupra deducta.

LAVS DEO.

Reſponſum Hieronymi Gabrielij in eadem cauſa pro I. contra Fiſcum, & Abbatem.

175 ADSIT DEVS. Quoad primum dubium verba tabellæ hæc ſunt, *Hauendo, &c. indotti diuerſi teſtimonij falſi per leuare la robba, et l'honore a I.per gratia del Santiſſimo Saluatore, &c. diſfero hauer commeſſo tal falſità a contemplatione di eſſo Abbate.* Illa igitur dictio, falſi, poteſt intelligi, non quod Abbas eos induxerit, vt falſum dicerent, ſed quia ex euentu iam apparuerant falſi; ideirco quoad Abbatẽ præſupponitur inductio ſola variorum teſtium; illa autem verba, *per leuar gli, &c.*denotant effectum, qui ſequebatur ex inductione teſtium, niſi detecta eſſet falſitas. Nam dictio, vt, pro modo perſepè capitur, veluti in euangelijs, vt impleretur ſcriptura; idcirco cõcluditur, quod cum tabella his verbis, *diſfero hauer commeſſo tal falſità a contemplatione di detto Abbate,* nõ dicat, a ſubornatione, ſed a contẽplatione *di detto Abbate*, ideo non requirit ſcientiam Abbatis. Hæc vero interpretatio capienda eſt, quia verba,& actus ſemper, ſi quo modo poteſt, ita interpretanda ſunt, vt excludatur delictum. Dec. *conſi.*189.*col.*2.*nu.* 5.Rom.*conſi.*353.*in fine.* Alex. *conſi.*128.*nu.*4.*vol.*4.Iaſ.*in l.non ſolum.*§.*ſciendum.de non.oper.nunc.in fine.*Hippol.*in pract.* §.*diligenter.nu.*190.Marian.iun.*conſil.*39.*nu.*73.*vol.*2.Iaſ. *conſi.*153.*nu.*3.*vol.*2.

176 Quoad ſecundum non eſt dubiũ, quod concluſio tabellæ, quod,ſ.teſtes dixerint ſe falsũ depoſuiſſe contemplatione Abbatis, eſt uera, & uerum pariter eſt, qđ Abbas induxit hos teſtes; immo ad effectũ, de quo agitur, ut euitetur delictũ, & pęna, uerum etiam eſt, quod Abbas illos ſcienter induxit; nam quamuis teſtibus ipſis non habeatur plena fides, *c.ſicut,de teſtib.*tamen, quia nõ ſolum ipſi teſtes, ſed ẽt Abbas condemnatus fuit pro opinione I.verum id erat; quæ opinio hoc caſu ſpectanda eſt, qm̃ excludit dolũ, ſine quo non incurritur pęna libelli famoſi. *l.lex Cornelia.*§.*fin. de iniur.et inſti.eod.*§.1.& in uniuerſum explorari iuris eſt, pęnam capitalem, uel corporalẽ ſine dolo non incurri.*l.cum ãnt.*§.*excipitur. de adil. actio.* Ang.*in l.pagij.C.de plag.* Veronen.*conſi.*34.*nu.*27. Doct.omnes *in l.ſi quis maior.C.de tranſ.*latè Hippol.*in l.de minore.nu.*33.*de quæſt.* Dolũ aũt excludit quæuis cauſa ẽr iniuſta.gl. Ang. & alij *in l.*1. *& d.l.plagij.C.de plagiar.* Paul.*conſ.*371.*col.fi.uol.*1. in terminis Soc.*conſi.* 118.*nu.*7. qui hoc fatetur uerum in extraiudicialibus,& Boſſ.*de iniur.col.*3. & latè Hippol.*in d.l.de minore.nu.*83.de q. Immo reſpectu Fiſci, cuius fauore lata eſt ſententia, quãuis Abbas appellauerit, uerum eſt, quod Abbas ſciẽter induxit falſos teſtes, quia Fiſcus acquieuit ſententiæ pro ſe latæ, nec põt eam impugnare; & de intereſſe Fiſci hoc loco agimus; imò reſpectu ẽt Abbatis, quatenus de iniuria, quã prætendit, tractaretur, expectandus eſſet finalis exitus iudicij, nec antea poſſet damnari I.*l.ſi quidẽ. C.de iniur.* Ex quibus puro ad effectum, de quo agitur, ut ſcilicet euitetur pœna, non poſſe negari, quin tabella uerum contineat.

177 Quoad tertium, an ſufficiat famoſum libellum uerum continere, ad euitandam illam pęnã, quamuis de iure ciuili gl.ſint contrariæ, & Doctores uarij, ſiquidem, quod tunc euitetur pœna famoſi libelli, notat glo.*in* §.1.*inſtit.de iniur.* Petr.& Cyn.*in l.*1.*C.de famoſ.libell.*gloſ.& Doctor. 5.*q.*1.in ſumma, tñ communis opinio eſt, quod de iure Canonico pęna famoſi libelli non incurratur ab eo, qui uerum ſcribit, per text. clarum in *cap.*1. 5.*q.* 1.& ita fatentur etiam illi, qui uolunt iure ciuili ueritatem non excuſare. Oldrad.*conſil.* 53.*col.penul.*Ioan. Andr.ad Specul. *tit.de iniur. in princ.in uerbo,conſcriptur.* Abb.*in cap.cum te.numero* 28.*de re ind.* Nec refert, quod ius canonicum conforme Euangelio cõſulat, ut fratrem occulte, & fraterne admoneamus. *Canon ſi peccauerit.* 2.*q.*1. quia non propterea decernit, eũ, qui per libellum manifeſtat aliquem delinquentem, eſſe puniendum, quando delictum eſt uerũ,& huiuſmodi, de quo quis accuſari poſſit; tũc enim dicitur inter-

teſt probatum eſſe, quod contenta in dicta tabella ſint vera.

121 Dum vero tertio, poſito ſine veri præiudicio, quod vera ſint, quæ in dicta tabella continẽtur, quæſitũ fuit, quæ opinio ſit magis cõis, An illa, quæ vult, quod etiam, quod ſint vera, non liceat in famoſo libello; vel cõtraria etiam, quod Reipublicæ expediret ſcire, pręſertim, quãdo animo prauo id faciat; & an in caſu, de quo agitur, præſumatĩ animus prauus, ſtantibus deductis in proceſſu; Reſpõdendũ eſt, quod vera, & cõis opinio eſt, quod in famoſo libello extra iudicium nõ licet proferre illum verbum iniurioſum, ẽt, quod verum ſit, quod profertur; quæ opinio procedit, nulla facta diſcuſſione, quo animo tali modo iniuria proferatur, cũ nõ poſſit eo caſu, niſi prauus iudicari, & nihilominus in caſu, de quo agitur, prædicta fuiſſe prauo animo prolata, vel ſcripta, ex his, quę in proceſſu deducta ſunt, indubitãter apparet. Prædictis obſtare videbatur tex. *in l. eũ, qui nocentem. ff. de iniur.* vbi decernitur, iniuriarũ non teneri eum, qui nocentem infamauit, cũ expediat nota fieri peccata nocentium, & ibi Bart. diſtinguendo affirmat, quod vbi profertur cõtra aliquem iniuria, quæ vera exiſtens expedit Reipublicæ manifeſtari, iniurians minimè tenetur; quam diſtinctionem nonnulli Doctores ſequuti ſunt; ſed tamen præfatæ noſtrę cõcluſioni minimè obſtant, quia nec text. nec Bart, nec alij ſequaces loquuntur de his, quæ proferuntur extra judiciũ in famoſo libello, ſed vbi verbaliter injuria, & non per ſcripturam profertur: quia, vt alias dictum fuit, inter dictos caſus magna eſt differentia, quia iniuriarũ crimen, vbi aliter, quàm per libellum infertur, eſt crimen priuatum, vt *in l. iniuriarum. C. de iniur.* ſed vbi libellus famoſus contra aliquem affigitur, crimẽ publicum eſt, & capitale, vt *in l. vnica. C. de famoſ. libel.* & eſt gloſſ. *in d. l. iniuriarum,* & dixit Azo. *in ſumma eo. tit.* & habetur per omnes in dictis iuribus, Quapropter non eſt mirum, ſi vbi priuatus tãtum iuſtè, & ſecundum veritatem offenditur, cum vtilitate Reipublicæ, cui expedit nocentium peccata pateſieri, ille ſic offendens in aliquo nõ tenetur; ſed vbi nedum priuatus, ſed ipſa Reſpublica ex publico crimine læditur, indiſtinctè talis offendens punitur, cum ille, qui vult delinquentium ſcelera per ſcripturã manifeſtare, hoc in iudicio agere poſſit, vt dixit Azo. *in ſumma. C. de famoſ. libell.* cum alijs, quæ ſuper d. l. ſcripta ſunt; & hinc eſt, quod Bar. & cæteri Scribentes, qui mouẽtur ex d. tex. *in l. eum, qui nocentem,* ad excuſandum injuriantem, vbi vera protulit, vt patet ex eorum dictis, non loquuntur in famoſo libello publicè extra iudicium affixo; & propterea non mœrentur allegari in caſu noſtro.

122 Sed quod affigens famoſum libellum extra iudicium capitaliter puniatur, etiam, ſi vera dixit, probatur manifeſtè *ex d. l. vnica, C. de famoſ. libellis,* vbi text. indiſtinctè capite punit, nedum affigentem, ſed inuenientem, & non corrumpentem famoſum libellum; ſed ſi vera ſunt ea, quæ per famoſum libellum dicere putauerat, tribuit licentiam, vt nomen ſuum profiteatur, & in iudicio prædicta proponat, & vera eſſe demonſtret; ergo etiam vera non vult, quod per famoſum libellum extra iudicium propalentur; & hoc eſt, quod dicit ibi gl. *in uerbo, ſanè,* ubi notat, qđ non per famoſum libellum ſunt pandenda crimina, ſed per accuſationem ſolemnem. Idem apertius dicit gl. *in d. l. eum qui nocentem,* ubi mouetur per tex. *in d. l. vnica, de famoſ. libel.* Idem uoluit Ang. *in d. l. vnica. de famoſ. libellis,* ubi dicit, in iudicio permitti dicere uerum, ſi probetur; alias extra iudicium per libellum famoſum in publico, ſiue dicat verum, ſiue falſum, puniendus eſt pęna illius legis. Idem apertiſſimè uoluit Rom. *in conſi. 96. colum. 2. poſt num. 2. verſ. ſecundo vero caſu, quod extra iudicium,* ubi in particulari dixit, quod proferẽs aliquid iniurioſum extra iudicium in famoſo libello, licet ſit uerum, punitur pœna capitali, per tex. *in d. l. unica,* & ibi gl. idem uoluit Oldr. *in conſi. 53. col. 1. poſt num. 2. verſ. ſi extra iudicium.* ubi ſimiliter dicit in ſpecie, quod per libellum famoſum extra iudicium, etiam ſi ſit uerum, quod profertur, tenetur, & allegat d. l. unicã, & quod ibi notatur, & quod notatur *in d. l. eum qui nocentem,* idem dicit Io. And. *in addit.* ad Specul. *in tit. de iniur. & damn. dat. in prin. in addit. mag.* ubi in ſua plena diſtinctione affirmauit, teneri pœna l. unicæ, qui extra iudicium per libellum famoſũ contra aliquem dixit uerum: idem, quod per libellum famoſum etiam ſi dicat uerum, quis tenetur per tex. *in d. l. unica.* dixit ſequendo Ioan. Andr. per omnia Abb. *in c. cum te. colum. 9. poſt nu. 28. verſ. ſecundo caſu, an ſit libellum. de re iud.* eadem ſequitur Felyn. *col. fin.* idem latè affirmauit Boſſ. *in tit. de iniur. vbi poſt nu. 4. uerſic. nec obſtat lex prima,* dixit, quod omnes tenẽt, teneri pęna famoſi libelli eum, qui dicit uerum in famoſo libello. & inferius *verſic. ſed in ſecundo membro, quando extra iudicium,* dicit, quod quis punitur per talem libellum etiam, quod probet eſſe uerum, & non reperit in hoc contradicentem. idem firmauit Couar. *in libro 1. var. reſolut. cap. 11. poſt numerum 6. uerſ. ſecundo eadem ratione deducitur,* ubi intelligit text. in d. l. unica, quod iubeat capitali pœna puniri eum, qui per famoſum libellum, & nõ per iuſtam delationem, alterius honorem læſerit, uera eius crimina manifeſtans, cum non per famoſos libellos homines publicè infamari, ſed per accuſationes ſceleratos ad iudicem deferre deceat. idem apertius uoluit Anton. Gomez. *in 3. tom. de delict. cap. 6. de iniur. nu.* 1. ubi dicit mortis pœna puniri eum, qui in famoſo libello improperat alicui delictum morte dignum; alias iudicis arbitrio extra ordinem punitur, & hoc ſiue uerum, ſiue falſum in dicto libello contineatur, quod communiter dicit affirmare Doctor. Idem dicit ſimiliter de communi teſtãdo Alex. de Neuo *conſ. 82. numero 5.* qui hoc concludit ex text. in d. l. unica, quæ punit conficientem libellum famoſum, etiam ſi dicat uerum, cum aliter ſi uelit conſulere ſuæ ſaluti ad accuſationem procedat; quod de iure canonico dicit omnino procedere, cum debeat ante publicationem præce-

dere

Digitized by Google

dere ſecreta monitio,& charitatiua correctio, & eo non ſe corrigente,dicendũ eſt eccleſiæ, vt cõpellatur facere pœnitentiam,iuxta text.*in c.ſuper literis.& in c.cum oporteat. de accuſa.* Alias contra procedens tenetur iniuriarum. & hanc dicit eſſe communem opinionem, idem per omnia dixit Plac.*in epithom.delict.c.1.nu.5.verſ.id maximè pertinet analytica declaratio text.in l.1.C.de famoſ.libell.& in c.3.poſt nu. 2. verſ. verum permiſſa omnia contendũt,*vbi dicit pœna famoſi libelli puniri vel morte, ſi morte dignum crimen improperat, vel alias iudicantis arbitrio, ſiue verum dicat, ſiue falſum,qui libellum famoſum fabricat, per text. in gl.*in d.l.vnica.* ab omnibus Doctoribus communiter recepta cum alijs innumeris, qui ex prædictis haberi poterunt, ex quibus facilè colligitur, prout eorum pleriq; teſtantur,hanc eſſe cõmunem Doctorum opinionem,vbi de iniuria agitur,quę per famoſum libellum extra iudicium infertur; Nam licet ſcribentes dicant poſt Bart. *in d.l.eum qui nocentem,*quod nõ punitur,qui nocentem infamat ex eo, quod dicit verum,ſi manifeſtat id,quod Reipublicæ ſcire expedit.quam opinionem communem eſſe dixit Alex. *in l. 3.de lib.& poſthum.*tamen prædicti non loquuntur de iniuria, quæ per famoſum libellum infertur, & propterea non faciunt ad caſum noſtrum.

123 Ea verò,quæ dixit Plot.*in conſ.*130. nullius debent eſſe cõſiderationis,cum ex eius dictis appareat contra veras iuris regulas pro Amico Doctore conſuluiſſe;Nam dum opinionem ponere conatur, quod in famoſo libello licet verum dicere,allegat Spec.*in tit.de iniur. & dam.dat. verſ. item quod ſum homo honeſtus,* qui dicit quod ſi talis non eſſet, actio non cõpeteret contra verum dicentẽ,per tex.*in l.eum qui nocentem,*& tñ ibi verbum nullũ de famoſo libello, & ſupra loquutus eſt de plurium iniuriarum ſpeciebus, & clarũ eſt debere intelligi ſecundum l.quam allegat,per iura vulgaria; ergo non loquitur in iniuria famoſi libelli,& dicit ẽt ibi Io.Andr.in addit. Item allegat Archid.*in c.de prima.5.q.1.*allegantem Hugonem,ſed idem Archid.ibi allegat Azo.dicentem, prædicta habere locum in libello porrecto in iudicio,& non vbi poneretur extra iudicium,& dicit,quod intellectum Azo. videtur ſequi *Io.2.q. 1.c.ſi peccauerit.in fine.* & hoc reſpondet Archi.in qua opinione tanquam vltimo relata, permanere vſ,iuxta ea,quæ dixit Bal.*in auth.ex teſtamento.in 1.col.de colla.cum ſimil.* Item allegat Salyc.in d.l.vnica,qui tñ ſi benè cõſideratur,nihil tale dicit: Nam licet in poſitione caſus cum diuidit,& ſummat dictũ tex,dicit,reum puniri, niſi docuerit vera eſſe,quę dixit;tñ nihil dicit,hoc eſſe de libello extra iudicium affixo;ſed intelligẽdus eſt, quod loquaẽ de libello porrecto in iudicio,prout loquitur tex.quem ſummat: Nã ibi dr, quod propoſita de alicuius crimine accuſatione,ſi probat,quod dicit, laudatur, alias punitur ratione; ergo ita eſt intelligẽdum ſummarium,quod ponit Salyc. ne videatur ſummarium ponere texr. contrariũ; ergo patet,quod Plot.non bene fundat id, quod pro Amico nititur, & nihilominus ipſe etiam non firmat pedes, dum refert veram opinionem eorum,qui dicunt, nec vera licere in libello extraiudiciali dicere,ſed intendit excuſare Amicum, quod fretus dicta opinione,licet nõ vera,deliquerit, & tamen hoc de iure non ſubſiſtit; Nam ſi quis delinquens contra communes Doctorum ſentẽtias excuſaretur, ob ſingulares opiniones raro crimina punirentur; & cum hæc ignorantia iuris dici poſſet, nec etiam Ruſticus excuſandus veniret, cũ debeat quemadmodum vadit ad nemus pro lignis,eodem modo accedere ad Doctorem pro conſilio,ſecundum ea,quæ poſt Bal.& alios habentur per Alex.& Iaſ.*in l.in lauris ignorantia.C.qui admit.& in l.ſi quis id,quod.ff. de iuriſ.om.iud.& in l.f.C.de iur.& fac.ignor.* cũ ſimil.ergo patet non eſſe attẽdenda ea, quæ Plot. conſuluit, ſed ſeruari debere cõem opinionẽ, vt non liceat etiam de his, quæ vera ſunt,aliquẽ in famoſo libello extra iudicium infamare.

124 Nec obſtat ſupradictæ concluſioni gl.*in §.iniuria.inſti.de iniur.* quia d.gl.loquens generaliter de iniuria,nullum verbum in ſpecie dicit de infamia,quæ fit in famoſo libello, de quo in d.l.vnica,probatur contrarium, & nihilominus eadem gl.*in d.l.unica,& in d.l.eum qui nocentẽ,* firmat cõcluſionem noſtram, & non eſt veriſimile, quod voluerit ſibimet ipſæ contrariari; & in omni euentu communis opinio eſt pro noſtra concluſione,de quo erat præſens dubium, vt ſupra fundatum fuit,ergo inficiari non poteſt.

125 Et ſi diceretur,quod licet ita ſit de iure ciuili, tamen ſecundum canones excuſatur,qui verum dicit in famoſo libello,ſecundum Io.And.*in addi.*ad Spec.*in ti.de iniur.* quem ſequitur Abb.*in c. cũ te.de re iud.*per ea,quę habentur *5.q.4.in ſũma.* Reſpondetur, quod nec etiam de iure canonico quis excuſatur in caſu prædicto, quicquid dicat Io.And. cum Abb. quia ẽt de iure prædicto non licet quem infamare per libellum extra iudiciũ ẽt de eo,quod eſt verum,vt eſt tex.*in c.ſi peccauerit.2.q.1.* & ibi gl.*in uerbo,proditor,*vbi patet nõ licere tibi publicè arguere eum,qui in te peccauit, ſed ſecretè ipſum debes corrigere,alias proditor eris,& non corrector; Ad quod cum gl.opponat ad tex.*in l.eum qui nocentem.* Reſpondet,illud intelligi,quando quis directè vult aliquem accuſare,& tex.*in c.1.5.q.1.*licet nec ẽt apertè loquatur de libello,qui extra iudicium affigitur,iñ nõ exprimit,quod excuſetur,ſi uerum dixerit,ſed rantum dicit,quod ſi ſcripturam nõ probauerit,flagellabitur,ex quo tex.non licet ſumere argumẽtum a contrario ſenſu,quia reſultaret ex eo legũ correctio,videlicet nedum tex. *in d.l.vnica. C. de famoſ.libell.ſed & in d.cap.ſi peccauerit,2.q.1.*& triuialis concluſio eſt, quod non ſumitur tale argumentum, vbi reſultat iurium correctio, vt dicunt Scribentes *in l. 1. §. huius.ff. de off. eius cui ma.eſt iuriſd,*& præſertim Iaſ.*numero* 37. cum ſimil.& nihilominus quicquid dicant præfati ſcribentes,communis concluſio eſt, quod etiam de iure canonico non licet in famoſo libello cõtra aliquem vera exprimere extra iudicium,ut atteſtatur Alexan.de Neuo.*in d.conſi.*82. ſupra allegato,

gato; quo ſit, vt noſtra concluſio tam de iure ciuili, quàm de iure canonico ſirma remaneat; nec admittitur, qđ in temporalibus pœnis repræſentandis, non canones, ſed iura ciuilia ſeruātur, vt quotidie videmus in Vrbe, dū homicidæ, ſures, & alij delinquentes puniuntur, qui ſecūdum canones nunquam morti traderentur, ſed alijs pęnis ſubijcerentur, & iam extare fertur Vrbis ſtatutū, quod iura ciuilia in pęnis ſeruari debeant; & tamen in omni euentu, vt dictum eſt, omni iure factum, de quo agitur, ſecundum communem concluſionem improbatur.

126 Et hęc omnia fortius dicenda ſunt, vbi prauo animo, & infamandi libidine prædicta facta sūt: quo caſu indiſtinctè dicendum eſt, quem teneri, ſiue verū, ſiue falſum dicat, ſiue in libello famoſo, ſiue aliter extra iudicium, ita latè dixit Oldr. *in d. conſi.* 53. & Rom. *in d. conſil.* 96. & Io. Andr. *in d. addi. in tit. de iniur.* Abb. Fel. & alij *in d. c. cum te. de re iud.* Idem voluit Cou. *d. c.* 11. *poſt nu.* 6. *verſi. primum iniuriarum actione propoſita*, & latiſſimè Plac. *in d. c.* 1. *in ſua epithom. delict. num.* 4. *& ſeq.* & Ant. Gom. *in d.* 3. *to. de delict. c.* 6. *de iniur.* & Alex. de Neuo. *in d. conſ.* 82. *n.* 5. & probatur manifeſtiſſimè ex text. *in l. iuſtiſſima. C. de off. Rector. Prouin. ibi, nā ſi vera voces fuerint, nec ad libidinem per cliētelas effuſe. & in l.* 2. *C. quan. et quib. quar. par. li.* 12. vbi durum iudicatur, & inhumanum, noſtros defectus detegi. Nam non quid ſit, ſed quo animo fiat, inſpicitur, vt *in c.* 1. *in ſi.* 15. *q.* 6. & hinc eſt, qđ Deus non manus, ſed cor interrogat. 14. *q.* 5. *c. ſi quid inueniſti*, & alijs, vt in primis informationibus plenè dictum fuit, & habetur latiſſimè per Oldr. Io. Andr. Abb. Rom. & alios, qui ſupra allegati fuerunt. Ex quibus patet, indubitatam eſſe concluſionem, punibilem eſſe iniuriam, quæ prauo animo, & ex libidine infamandi profertur, quantumcunque veriſſima probetur.

127 Sed quod in caſu noſtro præſumatur animus prauus, & vera infamandi libido in appoſitione dictæ tabellæ, ex deductis in proceſſu negari nō poteſt, nam cum contineantur ibi iniurioſa verba contra Abbatē, vt ſupra demonſtratum fuit, animus iniuriandi ex iuris præſūptione præſumitur, ita, quod ſi non probatur contrariū, omnino tenēdum eſt, quod eo animo iniuria dicta ſit, vt eſt tex. & ibi gl. *in l. ſi non cōuicij. C. de iniur.* & ita dicunt Oldr. Abb. Fel. Cou. & cæteri ſupra dicti ſcribētes in locis præallegatis, & hř ꝑ Ang. *in l. item apud. §. ſi quis libello. ff. de iniur. cum ſimil.* & cum ex coniecturis animus colligatur, ut ipſi dicunt, indubitatum eſt in caſu, de quo agiť, manifeſtas adeſſe coniecturas, dictam tabellam ex infamādi libidine eſſe fabricatam, & affixam; nā quæ erat neceſſitas in ea nominare Abbatē, eūq; de naturali pingere cum habitu prælaturæ, in demonſtratione actus prædicti, vnà cum teſtibus, & iudicibus, & alijs, vt ex ea D. meus videre potuit, & ſi prędicta, qualia erant iam in iudicio, ac in actis aderāt, cur in propatulo affigenda erāt? Quinimò ēt ſi in rem iudicatam tranſijſſet ſentētia, non licebat improperare, vt dicit Ang. *in l. ne ſtem. ff. de iniur.* qđ tenetur iniuriarum, qui dicit alicui damnato; me tędet de tali condemnatoria contra te lata, hoc modo reproperādo, & *in l. eū, qui nocentem.* ſequēdo Dyn. & Ray. voluit, quod quamuis liceat alicui manifeſtare crimen nocentis, ſecundum illum tex. tamen ſi res erat in iudicio, & erat iudicata ita, quod non poſſit amplius accuſari, vel condemnari, nō licet illud amplius improperare, nec manifeſtare; alias tenetur iniuriarum, quia non animo manifeſtandi crimina amore Reipublicæ, cum iam detecta ſint, ſed infamandi libidine improperata cenſentur. Et in caſu prædicto ſtante qualitate negocij, & lōgiſſimis litibus, quæ inter eos verſæ fuerunt, & inimicitijs, quæ inter eos verſantur, & conſuetudine, q̄ I. habet infamandi, & iniuriandi Abbatem, vt ex libro ampliſſimo per eum ſcripto, demōſtratur, cum alijs; quæ eruditiſſimus iudex conſiderare poteſt, eſſet de re certiſſima, & liquidiſſima dubitare, ſi hæſitaretur, præfatam tabellam alio animo, quā infamandi Abbatem eſſe affixam; ergo firma remanet in oībus noſtra concluſio, quod ſecundum communem omnium opinionem nō valet prædictum I. excuſari pœna famoſi libelli.

128 Et cum prædicta de iure communi ſint veriſſima, ex forma motus proprij felicis recordationis Pij V. ac bannimentorū fiunt ita clariſſima, qđ nulla poſſunt tergiuerſatione inficiari, de quibus, an intrent in caſu noſtro, dum quarto quæſitū fuit, dubitari non poteſt; ibi. n. apertè diſponitur capitis, ac fortunarum oīum pęnā in curriſſe, qui huiuſmodi libellos fabricauerit, leg erit, tenuerit, vel aliter tractauerit, ſiue vera, ſiue falſa contineant, quę oīa ſunt in viridi obſeruātia; nam nō multū eſt, quod uidimus morte punitū Nicolaū Francū Poetā eximiū, non ex alio, quā quia librum famoſū cōpoſuit, qui deſuper cauſā prædictam inſcriptam publicè tenebat, & alios duos nobiles uiros non ex alio niſi, quia illū legerunt, ad triremes condēnatos; & quatenus ex aduerſo opponitur, prædicta in uſu nō eſſe C. de quo ex prædictis demonſtratur cōtrariū, uel in deſuetudinem abijſſe; Reſpondetur, quod cum prædicta habeant legis uigorem, ēt ſi demonſtrarentur actus contrarij, cum iā ſeruari cępta ſint, ex illis dici non poteſt in deſuetudinem abijſſe, niſi de conſenſu ſuperioris abrogata eſſent; uel conſuetudine prædicta contraria fuiſſet per legitima tempora præſcripta, annorum uidelicet quadraginta, ut *in c. fi.* & ibi glo. Abb. & Scriben. *de conſuet.* & habetur latè per Felyn. poſt alios *in c.* 1. *de tregu. & pac.* cum ſimil. uel ſi loquamur ſecundum ius ciuile, ſaltem requiritur, quod ſit decurſum longum tempus, uidelicet decenniū, poſtquam non ſeruari cœpta ſunt, ut dixit Bar. *in l. de quibus. num.* 3. *ff. de leg.* Nam oportet, quod iudex pluries iudicauerit, & decurſum ſit decenniū; alias dici non poteſt, legem eſſe per conſuetudinem abrogatam, ut dixit ibi Bart. *col. penult. numero* 14. *verſic. quæro, quid ſi iudex pluries iudicauit*, cum ſimil. Ergo in caſu noſtro, cum poſtquam cœpta ſunt non ſeruari (ſi tamen tale cœptum eſt, quod non conceditur) decennium minimè ſit decurſum, negari non poteſt, dicta banna, &

na, & motum proprium eſſe in viridi obſeruantia, & locum habere in caſu noſtro.

129 Vltimo dum tandem quæſitum eſt, quid dicendũ ſit de libro ſub claue reperto penes ipſum cum inſcriptione, & proteſtatione, de quibus in eo, in quo infra ſpacium multorum annorũ ſcripſit conuicia, de quibus in intitulatione, & confeſſionibus, in quo etiam nonnulla cõtinentur de Cardinalibus, & Prælatis, & de præterito ſũmo Pontifice, aſſerendo Abbatem ea ſibi dixiſſe, & de nonnullis ex prædictis alios infamatos fuiſſe, quem etiam aſſeruit, & falſus fuit oſtendiſſe illis, de quibus in ſuis conſtitutis; Reſpondetur, nihil aliud dici poſſe, niſi quod ſit in aperto crimine omni pœna digniſſimo, tã ex reiteratione, & frequentia delinquendi, quę capite puniri facit etiam non capitalia crimina, vt *in l. vnica. C. de ſuperexact. lib. 10. & in l. capitalium. §. ſolent. ff. de pœn. & in l. omnes, C. de delat. eodẽ libro*, & habetur per Bartol. *in dicta l. unica. in ſecundo not.* & ibi per Ang. *in addition.* & per eundem Bart. *in d. l. omnes*, & per Grammat. *in conſi. 17. num. 16. & voto decimoſeptimo per totum.* Nam geminans delictũ non debet ſperare de venia, vt dicit Bald. *in l. tertia, C. de Epiſcop. Aud. numero quarto, cum ſimilibus*, quàm etiam ex deteſtabilitate dicti criminis. Nam fabricare famoſum librum, vel famoſas cãtilenas ad alterius iniuriam, eſt crimen grauiſſimum, quo quis capite punitur, & inteſtabilis ſit, quo tenetur, qui compoſuit, vel qui ſcripſit, vel edidit, vt *in l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. ff. de iniur.* vbi annotatur, quod etiam ex lege duodecim tabularum talis iniuria capitaliserat, & eſt tex. *in l. ob carmen. ff. de teſtibus, & in l. is, cui. §. fin. ff. de teſtament.* cum ſimil. & in eo, qui fabricauit, non refert, an manifeſtauerit, vel non, ſcripturam infamatoriam, vt omnes dicunt *in d. l. vnica. C. de famoſ. libell.* Nam iuxta text. dicunt, quod qui facit, vel qui inuẽtum libellum manifeſtat, punitur; ergo in inuentore requiritur manifeſtatio, non autem in faciẽte, & ita per dictam alterationem loquuntur ibi Bald. Angel. Oldofr. Salyc. & cæteri ſcribentes, & clarius Angel. *in d. l. lex Cornelia. §. fin. ff. de iniur.* qui dicit, quod ſcribens, dictans, & manifeſtans, vel alterum eorum faciens, capitaliter condemnatur; ergo iſte, qui dictum librum contumeliarum plenum compoſuit, quomodo dictas pœnas euitare poterit? Et fortius quia etiam alijs manifeſtauit, vt in puncto dicitur, quapropter eſt bis punibilis, primò ex compoſitione, ſecundo ex manifeſtatione; & cum etiam Principum, & Superilluſtrium perſonarum temerariè obloqui auſus fuerit, cogitet circumſpectus Dominus meus, quid agendũ ſit, Bartol. enim *in d. l. omnes. de delator.* qui mitiſſimi fuit ingenij, ſimilia, lingua prius, & deinde ſtatim capite punienda cenſuit; ego autem vellem, vt reſipiſceret, & tam per offenſum, quam per Curiam, Palinodia decantata, ſecum miſericorditer ageretur.

LAVS DEO.

Secundum reſponſum incerti conſulentis, & ſine nomine in eadem cauſa pro I. contra Fiſcum, et Abbatem.

130 ADSIT DEVS. Quo ad primam dubitationem, nunquid verba, & pictura in tabella appoſita, contineant iniuriam contra Abbatem, negatiuè omnino reſpondendum eſt. Nã primo ipſa verba, & eorum ſenſum inſpiciendo, nullo modo iniurioſa dici poſsũt: inquit enim, *hauendo l'Abbate indotti diuerſi falſi teſtimonij*, huc uſque nulla eſt iniuria, cum inducere falſos teſtes, niſi ſcienter inducantur, nullũ ſit delictum, nec ex eo quis dicatur falſarius, vt tradit poſt alios Clar. *in prax. crim. in §. falſum. num. 6.* Cum igitur ibi non dicatur, quod ſcienter induxerit, nulla ſibi infertur iniuria. Neque obſtat, quod exaduerſo allegabatur, I. hoc voluiſſe intelligere, cum in ſua depoſitione dixerit, Abbatem ſubornaſſe dictos teſtes, quia hoc eſt omnino falſum in facto; quinimo in dicta eius confeſſione eadem verba repetij t, quæ in tabella ſunt appoſita, videlicet, quod teſtes dixerunt ſe fuiſſe ſubornatos a dicto Abbate, & non quod Abbas illos ſubornauerit; inquit enim, *li quali teſtimonij dopoi furono meſſi preggione, confeſſorno hauer detto il falſo per ſubornatione dell' Abbate.* ſed dato etiã, quod in dicta confeſſione dixiſſet, illos fuiſſe ſubornatos ab Abbate, nõ ideo ſequitur, quod hoc voluerit explicare in tabella; nam licet eius opinio fuerit, quod Abbas ſubornauerit dictos teſtes, nihilominus hæc opinio non facit eum teneri iniuriarum, poſtquam eam non explicauit in tabella: immo hinc manifeſtè elicitur cõiectura, quod ipſe hac tabella noluerit iniuria afficere Abbatem, quia iam ipſe exiſtimabat, eum cõtra ſe teſtes ſubornaſſe, immo iam ſciebat, dictos teſtes in tormentis in faciẽ Abbatis depoſuiſſe de illius ſubornatione, & tamen hoc tacuit in dicta inſcriptione, ſed ſolũ dixit eum induxiſſe, quod, vt ſupra diximus, nullam importat iniuriam; & ideo apertiſſimè conſtat, quod in dicta tabella nihil aliud intendebat, niſi ſui uoti cauſam citra illius iniuriam explicare.

131 Minus obſtat, quod licet ea verba de iure nõ inferant iniuriam, tamẽ cum ſecus ſit ſecundum communem loquendi vſum, ideo dici poſſunt iniurioſa, ex quo cum quis dicit, talem contra ſe induxiſſe falſos teſtes, communiter ſolet intelligi, quod doloſè induxerit. Quia reſpondetur primo, negando dictum communẽ loquendi vſum, quem qui allegat, probare debet. Io. de Anan. *in cap. 1. de ſagit. numero 5. in fine.* Felyn. *in prohem. decretal. glo. 1. numero 17.* & plenè per Dec. *conſil. 472. num. 15.* immo in contrarium faciunt tradita per Iaſ. *in l. 3. num. 6. de lib. & poſthum.* Salyc. *in l. de tutel. numero 1.* & ibi Iacobi. de Sancto Geor. *numero 8. de in integr. reſt. minor.* vbi dicunt, quod hæc verba, tu falſum dicis, non ſunt iniurioſa, quia non intelliguntur, quod ex certa ſcientia, & ſic doloſè dixerit, quamquàm ſuperbi quidã,

& elati

& elati incontinenti illa aſſumant pro iniuria. Preterea & ſecundo, eſto millies, quod hęc verba poſſent importare falſitatem cõtra Abbatem ex prætenſo vſu loquendi, cum tamen ex eorũ propria ſignificatione id inducente non importent, vtique iudicanda ſunt non continere falſum, ita in terminis concludit Alex. *conſi. 70. nu. 1. in fine. & conſi. 74. nu. 11. lib. 1.* & Hippol. de Marſ. *conſ. 7. nu. 21. & conſi. 51. nu. 30.* & ideo dicitur etiã, quod ſi verba poſſunt aliquo modo ſonare iniuriam, & non iniuriam, & eſt definiendum, an ſint iniurioſa, vel ne, iudicanda omnino ſunt, non eſſe iniurioſa. Bar. *conſi. 108. circa fin. 1. vol.* Riminal. *in l. fin. nu. 3. & 5. ff. quod quiſque iur.* Fel. *in c. cum te. in fin. de ſent. & re iud.* facit, quod tradit Aym. *conſi. 6. nu. 41.* vbi dicit, quod impropriari verba debẽt, etiam ſecundum fictionem, pro defenſione Rei in cauſa criminali; ergo tanto magis in caſu noſtro impropriè ſunt accipienda.

132 Subdit poſtmodum in fine dictæ inſcriptionis, *per gratia del Santiſsimo Saluatore &c. diſſero hauer commeſſo tal falſità à contemplatione di eſſo Abbate*, hæc ſimiliter nullam continent iniuriam Abbatis, quoniam ipſe non affirmat, quod Abbas ſubornauerit, ſed quod teſtes ita dixerunt, quos cum ſupra falſos appellaſſet, iam eis omnẽ ademit fidem contra Abbatem, quia teſtibus affirmantibus ſe falſum depoſuiſſe, nõ creditur, vt eſt communis opinio de qua Dec. *conſil. 189. nu. 8. verſi. primo quia, & nu. 3.* Boſſ. *in tit. de Inqui. nu. 42.* Clar. §. *falſum. nu. 6.*

133 Secundo principaliter, dato etiam, quod dicta verba de ſui natura eſſent iniurioſa, adhuc in caſu noſtro dicendum eſt, non continere iniuriã contra Abbatem, cum non adfuerit dolus, & animus iniuriandi, qui ad iniuriam neceſſario requiritur. *l. illud. §. ſane. ff. de iniur.* vbi gl. concordãtes allegat. Cyn. Alber. & alij *in l. ſi non conuicij. C. eo.* & de communi teſtatur Soc. *conſil. 118. nu. 7. uol. 1.* Dolus autem, & animus iniuriandi nunquam præſumitur, vbicunque adeſt aliqua alia cauſa. Jo. Andr. ad Spec. *tit. de iniur. in prin. in verbo, concipitur. verſ. aut illud conuicium*, & poſt alios Couar. *lib. 1. var. reſolu. c. 11. nu. 6.* Sed hic adeſt iuſtiſſima cauſa, nẽpè voti, ergo ex dicta cauſa, non ex aĩo iniurioſo, picturas, & verba in dicta tabella appoſita fuiſſe, præſumendũ eſt. Neq; obſtat, qđ Couar. in loco citato requirat, ad euitandam iniuriæ præſumptionem, illud ad vtilitatem negocij, (quod tractatur) pertinere: at verba, & picturæ nihil conferunt ad votũ abſoluendũ, cum potuerit ſine illis adimplere; quia primo reſpondetur, qđ immo, vt ita publicetur, & propalet̃ voti cauſa, & bñficij a Deo accepti magnitudo. Nec facit quod cum potuerit ſine illis adimpleri, ea non debuerunt apponi; non. n. valet conſequentia, cũ vtroque modo votũ abſolui poſſit. Nullibi enim reperitur prohibitum, in huiuſmodi tabellis uoti ſui cauſam pingi, & inſcribi facere; qđ quidem omnino debet excuſare I. Secundo cũ I. animaduerterit hoc paſſim ab alijs obſeruari, nã aliqui pictura, prout videmus in omnibus eccleſiis, in huiuſmodi votorum tabellis, depingi ſolere inimicos, ſeu aggreſſores nudatis gladijs, & vouentes, vulnerantes, & non ideo dicuntur facere ad infamiam alicuius, quia principalis intẽtio attẽditur, quæ eſt Deo gratias referre: aliqui ſcriptura; quidam etiam vtraque ſimul ſui voti cauſam, & qualitatẽ exprimunt, ideo habuit ipſe iuſtam cauſam hæc faciẽdi. *l. quid ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edict.* & hęc conſuetudo quatenus etiam eſſet irrationabilis, illum omnino debet excuſare a dolo, culpa & pęna, ut tradit Corn. *in l. iuris ignorantia. nu. 8. C. qui admitt.* Caſſad. *ad reg. Cancel. deciſ. 49. nu. 4.* latiſſimè Petr. Roiz. *deciſ. 5. nu. 88. & ſeq.* cum alijs congeſtis à Gabr. *lib. 7. concl. 8. nu. 18. & ſeq.* vbi de communi teſtatur, de qua etiam Soarez. *in uerbo, dolus. nu. 120.* eo quidem maximè, quia facta Religionis gratia, excuſant facientem, Paul. de Caſtr. *in l. filiusfam. §. vlt. ff. de procu.* & in proprijs terminis voti Hippol. de Marſi. *ſingul. ſuo* 149. Tertio eſto, etiam quod hæc non ſit neceſſaria, & iuſta cauſa ſcribendi, atque pingendi prædicta, nihilominus, qualis illa ſit, ſufficit ad excludendam doli, & animi iniurioſi præſumptionem, cum ad hoc quælibet cauſa etiam iniuſta, dummodo ſit colorata, ſufficiat. Io. And. ad Specul. *in præalleg. tit. de iniur. in princ. in verbo, concipitur. verſ. propter quod.* tex. *in l. item apud Labeonem. §. ſi quis Aſtrologus. ff. eod. tit.* Alber. *in d. l. ſi non conuicij. in 4. col. in princ.* Rimin. *in d. l. ſi. nu. 7. ff. quod quiſque iur.* Hippol. de Marſ. *conſi. 7. nu. 25. & 26. & conſ. 11. num. 10. & 11. & conſi. 51. nu. 29. & conſ. 62. num. 3.* Miſinger. *conſ. 19. nu. 2.* Boſſ. *in tit. de iniur. nu. 3. verſ. ſecundo fallit. & nu. 4. verſ. ſed contra*, & latiſſimè alios congerit Gabr. *d. lib. 7. concl. 8. in princ.* Vbi communem aſſerit.

134 Ex quibus etiam concluditur, quod dicta tabella non ſit libellus famoſus, vt proponitur in ſecunda parte primi dubij, cum ex ſupradictis ſatis apertè conſtet, nullã iniuriam continere, ſine qua non poteſt eſſe libellus famoſus. *l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. l. item apud Labeonem. §. ait Prætor. de iniur. l. vnica. C. de famoſ. libell.*

135 Prætera non poteſt eſſe libellus famoſus, ex quo Abbas iam erat publico iudicio damnatus, & infamatus, & ſic non poterat amplius infamari, vt eſt tex. & ibi no. *in l. 2. C. vt intra certum tempus.* Specul. *tit. de accuſat. §. 6. num.* 23. & libellus famoſus non poteſt dici, quando infamare non poteſt. *d. l. vnica. C. de famoſ. libell. & cap. qui in alterius famam. 5. q. 1.* cum ſimilibus, & pro hoc facit, quod qui publico iudicio de honore ſuo, & fama alicubi expoliatus eſt, nulla eſt iniuſtitia, eum vbique de eodem crimine infamare. Marti. ab Arpizqueta *in repet. c. inter uerba. 11. q. 3. concl. 6. coroll. 67.* Item in hac eadem cauſa in ſua informatione, tradit Sot. Segobien. *de iuſt. & iur. lib. 5. quæſt. 10. artic. 2. colum. 2. uerſic. hac tamen diſcordia.* & ratio eſt ſecundum ipſum, quia ille iure, publicoque præconio in pœnam mulctatus eſt ſua fama, atque adeo cuicũque facta eſt facultas ſcelus illud propalandi; vnde ſi licet de eo crimine in alia ciuitate, in qua quis vtitur bona fama, illum impunè infamare, multò magis licebit

in ca-

in eadem ciuitate,in qua fuit lata ſententia,quę notoriũ inducit. *l.emptorem.in prin.ff.de act. emp.* Fulgoſ.*in l.incerti iuris.nu.*8.*C.de interdict.* Iaſ.*in l.ſi vero.§.ſi quis pro rei qualitate.num.* 2. *ff. qui ſatiſd.cog.*

136 Nec obſtat ſi dicatur,ab ea ſententia fuiſſe appellatum, quia quatenus de prætẽſa appellatione conſtet,illa fuit admiſſa cũ cõditione, videlicet oratore in carceribus remanẽte, q̃ conditio, cum non fuerit adimpleta,nihil prodeſſe põt appellatio,iuxta tex.*in l.ſi ea.C. de cond.inſer.* gloſſ. *in l.in teſtamento,de cond.& demon.*cũ vulgar.Nec dicatur, quod non tenebatur huiuſmodi conditionem adimplere,cũ ex gratia Principis ſibi fuerit dicta conditio remiſſa, quia hoc nunquã cõſtitit;immo expreſſe negatur; & quatenus ẽt hodie conſtaret, nihil releuat, quia debebat huiuſmodi gratiã,ſiue licentiam oſtendere, & intimare ante confectionem dictæ tabellæ.Nam cũ ſibi non cõſtiterit,habuit iuſtã cauſam exiſtimandi, ſententiam tranſitum feciſſe in iudicatum,& cõſequẽter omnino debet excuſari, vt in ſimili tradunt Doctores de bannito,qui etiam ſi habuerit gratiam, põt impunè occidi, ſi aliter non fecerit fidem de ipſa gratia,etiamſi proteſtetur occidẽti ſe illam habere,vt de cõi teſtatur Cla. §.*homicidium.verſic.ſed quid ſi bannitus.nu.* 58. Menoch. *de arbit.iud.lib.*7.*q.*90.*num.*34. Deci.*in l.qui cum alio.nu.*4.*cum ſeq. de reg. iu.* Nec quicquam facit, ſi allegetur tollerantia Principis,& aliorum Superiorum, quia adhoc, vt tollerantia operetur, debet eſſe talis,vt appareat.Nec ſufficit ſola tollerantia,quæ apparet ex facto,vt per Abba.*in capitul.niſi eſſent.nu.*9.*de praben.& dignit.*& in ſimili de bannito tradit Menoch.*d.q.*90.*num.*57.Et præterea reſpondetur, quia dicta ſnĩa ad inſtantiam Fiſci,& pro eo fuit lata, & ab ea nõ appellauit,& ſi quoad ipſum videtur tranſijſſe in iudicatũ,ergo nõ põt hodie Fiſcus cõtra I. de huiuſmodi appellatione opponere. *arg. l. Pompo.ff.de neg. geſt.* cũ ſimil.& hęc quoad primam dubitationẽ.

137 Quoad ſecundum verò quæſitum,an ea, quæ in dicta tabella continẽtur,probentur eſſe vera, de hoc non eſt dubitandũ; ſunt enim veriſſima: nã quod Abbas teſtes induxerit, patet ex productione articulorum,ſuper quibus etiam iurauit, omnia in eis contẽta,eſſe vera: quod autem fuerint falſi,ex eorum depoſitione, etiam in tormẽtis confirmata,liquidò apparet. Ad auferendum rem,& exiſtimationem I. patet ex lectura dictorum articulorum, in quibus cõtinetur, ipſum I. ĩniuſtè,iniquè,& indebitè petere, & exigere,ac ĩ prętcritum exegiſſe fructus illius cenſus, de quo agebatur,cum precium illius realiter non perſoluiſſet, & q̃d I. ſub bona fide deceperat Abbatẽ. Quare ſi dicta teſtium vera fuiſſent,qui pluſquã ſufficienter omnia in dictis articulis cõtẽta, depoſuerũt,ipſe I.& re ſua, & fama expoliatus fuiſſet:quod verò ex Dei beneficio, & Iudicum diligentia teſtes dixerint,ſe falſum depoſuiſſe cõtẽplatione,& intuitu Abbati, hoc pariter patet in actis ex copia examinum criminalium eorundẽ teſtium, qui etiam in tormentis in faciem Abbatis confirmarunt, ſe fuiſſe ab eo ſubornatos; & magis apparet diuinum auxilium, & beneficiũ interceſſiſſe, ex quo dicti teſtes habebantur pro nobilibus, & probis viris, de quibus nulla videbatur ſuſpicio, quod tale facinus perpetrarent, & perpetratum ita facile detegerẽt, quod omnino deterrebat I. quando Deo votum emiſit.

138 Quę cum ita ſint, & probentur ex actis;inſpiciendũ eſt iuxta ſeriem propoſiti dubij, quæ opinio ſit magis communis,an illa, quæ vult,quod iniuria vera, quotieſcunq; Reipublicæ intereſt, poſſit impunè ꝓpalari;vel cõtraria? de quo quidem non eſt dubitandum; nam ſi vel numerum ſpectemus,vel authoritatem Doctorum aſſerentium,iniuriam verã,ſi Reipublicę expedit, obijci,& exprobari poſſe etiam in libello famoſo, apparebit, huiuſmodi ſentẽtiam magis communiter approbari;nã pro ea eſt tex. expreſſus *can.* 1. 5.*q.*1.& ibi firmat glo.& Archid.glo. *in* §.*primo,* quam ibi ſequitur Pet. de Bellapert. Io. Platea *nu.*13.*in fine,et* Emil.Fer.*inſt.de iniur.*Spec.*eo.tit. in princ.verſ. item quia cantaſti*, & ibi Io. And. *in add.in verbo,concipitur.verſ.*2.*caſu.* Oldrad.*conſi.* 53.*nu.*2.Abb.*in c.cum te.nu.*28.*verſ.*2.*caſu. de ſenten.et re iud.* Cy.qui refert Pet.*in d.l.*1.*C.de famoſ. libel.*vbi etiã Salyc.*in prin.* Ang. *in l.lex Cornelia. §.ſi quis librũ.ff.de iniur.* Alber. *in l.ſi non conuitij. C.eod.& in l.eum,qui.ff.eod.* Auffre. *in deci. Capell. Toloſ.*127.*nu.*6.*in fine.*Bonif.de Vital.*in tract.maleſ.tit.de libell.famoſ.nu.*4.*&* 5. Cla. *q.*68.*verſ. libell.* Hippol. Bonacoſſ. *inter communes opiniones criminal. in litera L. verſic. libelli*, qui oẽs ferè ſupra relati affirmant, hanc opinionẽ a canoniſtis teneri: vnde cum ſimus Romæ, vbi ẽt in temporalibus ius canonicũ obſeruatur, Bar.*l.priuilegia C.de ſacroſ.eccl.nu.*2.Cec.*in cap. Eccleſia Sãcta Maria.nu.*111.*de conſt.* ab hac opinione in iudicando,non eſt recedendum:ſed dato etiam ſine veri præiudicio, quod hæc non eſſet magis cõis cõcluſio, & quod a iure ciuili minimè reciperetur, nihilominus propter numerum, & auctoritatẽ ſupradictorum Doctorum dictam opinionẽ ſequentium,dictus I. omnino excuſandus eſſet ꝑpter iuris obſcuritatem,vt per Card.*in cle.*1. *ver. quæro.de vſur.* Fely.*in prohem.decretal.gloſ.*1.*num.* 2.*verſ.& ideo.* Corn.*in l.iuris ignorantia. num.*7.*C. qui admitt.* Bellamer.*deciſ.*755.*nu.*2.cum alijs late congeſtis per Corat.*in tract.de comm. opin. lib.* 3.*tit.*13.*num.*8.& latius deductum eſt in alijs informationibus.

139 Quod autem hæc prætenſa iniuria ſit de illis quæ Reipublicę expedit propalari, expreſſe tradit Bartol.*in l.eum qui.in prin.ff.eod.* Alex.*in l.*3. *nume.*6.*ff.de liber.& poſthum.* Arc. *in d.* §. 1. *inſtitut.eod.* Gramm.*deciſ.*37.*num.*2.Couarr. *d.lib.* 1. *cap.*11.*nu.*6.

140 Qui omnes ſupra relati dictam opinionẽ ſequuntur;& qui nõ diſtinguit,an illud prauo animo factum ſit,vel ne, nihil facit. Nã dato quod illa communis concluſio ſolum procedat, quando non prauo animo fiat, quod tamen expreſſe negatur, nihilominus ſuffragatur I. ex quo ipſe nullomodo poteſt dici habuiſſe prauum animũ,

vt in-

Digitized by Google

vt inferius ex pluribus coniecturis apparebit. Nam ea, quæ in animo conſiſtunt, per extrinſecas coniecturas probantur. *l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita.* Cyn. Alber. Fulgoſ. & alij *in d. l. ſi non conuicij. in prin.* Abb. *in cap. paſtoralis. §. cũ autẽ. nu. 4. de offic. deleg. cap. eccleſia. 2. nu. 12. de electio. cap. cum te. nu. 29. de re iud.* Mayner. *in l. nullus videtur. nu. 3. & in l. penul. nu. 2. de reg. iur.* coniecturæ autem plures ſunt, videlicet.

141 Primo, quia dicta tabella affixa fuit in eccleſia, vbi ſimilia vota affigi ſolent, non libelli famoſi: ſecunda qualitas loci, cum elegerit Eccleſiam obſcuram, & nõ admodum frequentatam, ad quam ipſa iamdiu deuotionis cauſa quotidie accedere ſolitus erat. Tertia apponi eam curauit in loco ſatis eminenti, vt à nemine verba legi potuiſſent. Quarta minutiſſimis literis dicta verba ſcribi fecit. Quinta, quia nomen ſuum appoſuit, quod fieri non ſolet in libellis famoſis. *cap. quidam maligni. V. q. 1.* Sexta, quia deuotè flexis genibus poſt miſſam auditam, quam ipſe celebrari fecerat, elemoſina Sacerdoti, & multis pauperibus erogata, dictam tabellam appendi curauit; quæ omnes coniecturæ apertiſſimè demonſtrant bonum animum I. ab omni iniurandi, & delinquendi cogitatione remotũ. Non eſt enim veriſimile, quod hæc prauo animo fieri poſſint, cum nemo præſumatur immemor ſaluris æternæ. *c. cum contingat. de iureiur.* & ibi Doctor. *in l. fina. C. ad l. Iul. repetund.* Gram. *deciſ. 56. num. 14.* Adde ẽt, quia I. eſt nobilis, bonę exiſtimationis, & famę, nunquã ſolitus delinquere, aut quemq̃ lædere, vt latiſſimè probatũ eſt, & pro nobilibus præſumendum eſt multum. Glo. *in c. illud. 40. diſtinct.* Aym. *conſi. 6. nu. 28.* & contra homines bonæ conditionis, & famæ ceſſat delinquendi pręſumptio. Aymon. *conſ. 21. nu. 9.* per ea, quæ ſcribit Bald. *in l. cunctos populos, col. 4. verſ. quintũ exẽplum. C. de ſum. Trin. & fid. Cathol.*

142 Non obſtant coniecturæ exaduerſo adductæ, ad probandam malam intentionem I. quia prima coniectura deducta ex præſenti inimicitia, falſa eſt in facto, vt conſtat per remiſſionem iniuriarũ ad inuicem factam ſuperiorib. annis; Iniuria enim ſemel remiſſa in perpetuum cenſetur remiſſa. Alc. *in tract. præſump. reg. 2. præſumpt. vlt.* Lancell. *de offic. Prætor. §. 3. tit. de iureiur. nu. 33.* Ex parte verò I. poſt dictam remiſſionem nõ probatur, aliquam præceſſiſſe iniuriam contra Abbatem; & quod prætenſa memorialia contra ipſum Abbatem Sanctiſſimo, ſeu iudicibus porrecta, ea fecit ad ſui defenſionem à vexationibus, & moleſtijs ſibi ab Abbate illatis: & quatenus etiam adeſſet inimicitia, cum tamen eiuſmodi tabellam fecerit ex rationabili, & iuſta cauſa, nempè voti, non poteſt præſumi, quod ex cauſa inimicitiæ fecerit, per ea, quæ ſingulariter tradit Pet. Gerard. *ſin. 14. nu. 11. cum ſeq.* & M. Mantua. *in cap. quæ in eccleſiarum, nu. 35. de conſtit.* vbi dicunt, quod occidens bannitum, cum quo habebat capitales inimicitias, non præſumitur, quod occiderit cauſa inimicitiæ, ſed potius ad publicam vindictam; in delictis enim talis præſumitur animus, qualis eſſe debet. *l. merito. ff. pro ſoc.* & Mantua, *in loco citato*, & faciunt optimè notata per Bat. *in l. verum. ff. de furt. nu. 4.* Marſi. *in rubr. de fideiuſſo. nu. 48. cum ſeq.* & confirmatur hoc, quia ſemper ſumitur interpretatio excluſiua delicti. *l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt.* & faciunt, q̃ tradit Menoch. *lib. 1. de arbit. iud. q. 90. nu. 25.* Marſi. *conſ. 7. nu. 23. et 25. et in d. rub. de fideiuſ. n. 47.*

143 Secunda cõiectura adducitur cõtra I. quod propria manu ſcripſerit quandam querelam nomine cuiuſdam della Gatta, contra Abbatem, allegando ſeipſum in teſtem, & alia id genus multa; ex quibus quidem quatenus conſtet vera eſſe, nõ poteſt elici prauus animus, cum fecerit ad defenſam, vel ſuam, vel querelantis. Et cum pręſertim in iudicio fecerit, vbi prauus animus videtur abeſſe. *l. iniuriarum. ff. de iniur. l. vnica. C. de famoſ. libell.* Marian. Socin. *in c. ſi culpa. nume. 21. de iniur. & damn. dat.* & cum præſertim conſtet de remiſſione iniuriarum, vt ſupra dictum eſt.

144 Tertia coniectura ſumitur ex libro per I. cõſcripto, de quo dicemus inferius, quem, cum nõ prauo animo, nec ad effectum infamãdi fecerit, vt apertiſſimè demonſtrabitur, ſed ad ſui defenſionem, & animo ad Principem deferendi, nulla poteſt ex eo praui animi coniectura deſumi, cũ iſte ſit actus licitus, *ad l. Papinianus exulẽ. de minor. not. in c. ſemel malus, de reg. iur. in 6.*

145 Præterea omnes antedictę coniecturę, quatenus verę eſſent in facto, ſunt generales, illæ vero, quas ſupra retulimus ad fauorem I. ſunt ſpeciales, & ab ipſa re deſumptæ; & ideo excludunt illas generales, ad tex. *in c. 1. de reſcrip.* Bat. *in l. cũ de indebito. in prin. de probat.* Corn. *in l. non codicillum. nu. 3. et 4. C. de teſtam.* Mayner. *in l. contractus. nu. 82. de reg. iur.* Aym. *conſi. 258. nu. 21. vol. 2.*

146 Quarta coniectura cõtra I. adducitur, quod ipſe conſultus à Procuratore ſuo, ne deberet exprimere nomen Abbatis, id tamen expreſſit: Ad hoc reſpondetur, quod cum dictus Procurator ſolum dixerit, quod ſibi non placebat expreſſio nominum, cum tamen ipſe vellet explicare magnitudinem gratiæ à Deo receptæ, & cum alias multas ſimiles tabellas pluribus in locis vidiſſet cum expreſſione nominũ, & narratione totius facti, noluit ſequi opinionem illius, ſed purum factum explicare; augebat enim magnitudinem gratiæ, magnitudo periculi, quod ſibi imminebat ex perſonæ qualitate.

147 Quinta, quod tantummodo expreſſerit nomen Abbatis, & non teſtium, leuiſſima quidem eſt; non enim ad rem faciebat expreſſio nominũ ipſorum teſtium, quia ipſe fuit liberatus ab inſidijs Abbatis, qui eos induxerat ſuper articulis ab eo iuratis, & cui acquirebatur ius per talem depoſitionem.

148 Quæ oẽs ſupradictæ coniecturæ, & quæcunque aliæ, quæ in caſu noſtro poſſent exaduerſo deduci, tolluntur, & eliduntur per coniecturas, & præſumptiones pro I. facientes, cum præſertim hæ faueant Reo, & delictum excludant, illæ vero admittant, vt tradit Aym. *conſi. 8. nume. 7. & 9.* vbi dicit, quod ſemper illa præſumptio pręualet,

Digitized by Google

ualet, ex qua inducitur bonitas alicuius; & præſumptio faciens pro reo, eſt fortior præſumptione accuſatoris, vt in terminis noſtris voluit Burſar. *conſ.94.nu.22.* immo præfertur, etiã quod ſit par, vel in aliquo debilior, & inferior, per eundẽ Aym. *conſi.6.nu.40.cum ſeq.* Alex. *conſ.30.col. fina. in 2.dub.lib.7.* Abb. *in c.ex literis, de probat.* Glo. *in c.clerici.81.diſt.* Accedit, quod coniecturę, & pręſumptiones pro I. facientes, validãtur ſuo dicto iurato, quod non fecerit animo iniuriandi, cui quidẽ ſtandum eſt, Marſ. *d.rub. de fideiuſſ. nu.40.* Guid.Pap. *conſi.223.* Miſing. *conſ.7.nu.23.& 24.* qui loquitur in ꝓprijs terminis animi iniuriãdi.

149 Præterea dato etiam, quod coniecturę exaduerſo deductæ, aliquid operari deberent, negari non poſſet, quin ex coniecturis ex parte I. conſideratis, cauſa redderetur dubia, & in tali dubio non eſſet pręſumendus animus iniuriandi. *l.item apud labeonem.§.ſi communem. ff. de iniu.* Alber. *in d.l.ſi non conuicij.in 4.col. poſt med.* cum præſertim verba in dubio præſumantur prolata in bonam partem. Glo. & Scriben. *in l.2.C.de his quib.ut ind.* Aug. *in add.* ad Ang. *in tract. malef. in verbo, verba iniurioſa, nu.3.* Ripa *in l.ſi.q.7.nu.28.C.de revoc.donat.* & in dubio nunquam capitur præſumptio delicti ex actu, quem quis facit, niſi facienti ſit fauorabilis. Alex. *conſil.127.nu.12. lib.4.* Aym. *conſ.8.nu.4.* Accedunt regulæ communes, quod reo ſemper eſt fauendum, præſertim contra Fiſcum, & præſertim in criminalibus. *l.non puto. ff. de iure fiſci, cum vulgar.* & dicitur *in l.abſentem. ff. de pen.* quod melius eſt nocẽtem abſoluere, quam innocentem condemnare, & plura tradit Marſil. *d.conſil.7.nu.20.* & pulcherrimè Aym. *d.conſ.15.nu.128.* Et cum ex ſupradictis dictus I. de iure communi omnino ſit abſoluendus, illud ſupereſt videre, an in caſu noſtro habeant locum motus proprij, & bannimenta?

150 Breuiſſimè reſpondetur, quod nullo modo locum habere poſſunt, quia cum ſolum augeãt, vel confirment pœnam a iure communi impoſitam, ſi de iure communi I. nullo modo venit puniendus, quia vt ſupra latiſſimè probatum eſt, dicta tabella nullam continet iniuriam, neque ad effectum infamandi fuit appenſa. & ideo dici nõ poſſit libellus famoſus, vtique nec etiam ex conſtitutionibus, aut bannimentis pœnam mærebitur, iuxta trad. per Hippol. *conſ.7.nu.15.circa finẽ.* Neque obſtat, quod in dicta conſtitutione Pij Quinti dicatur, eos ad pœnam libelli famoſi teneri, qui in dictis libellis etiam vera expreſſerint, quia cum veniat tantummodo ad augẽdum ius commune, & ſupra ſatis abundè probatum ſit, quod de iure communi, quotieſcunque dicitur verum, quod Reipublicæ intereſt detegi, præſertim non animo iniuriandi, nec diffamandi, non poteſt incurrere pœnam libelli famoſi, vtique ſecundum dictum ius commune debet interpretari. Hippol. *in loco præallegato.*

151 Vltimo vero quoad librum penes ipſum I. ſub claue repertum, quod ex eo puniri nõ poſſit, apertiſſimè demonſtratur, cum non animo iniuriandi dictum librum compoſuerit, ſed ad ſui defenſionem, & ad effectum producendi in iudicio contra Fiſcum, vt paret ex illius proteſtatione, in inſcriptione dicti libri, quæ animum proteſtãtis declarat. *l.ſi quis. §. hoc edicto.de relig. & ſumpt. funer. cum ſimil.* præſertim cum ſit repetita expreſſe in princip. dicti libri, quę geminatio magis declarat illius intentionem. Felyn. *in c.ſi cautio. de fid.inſtrum.nu.39. cum ſeq.* Dec. *conſi.666.num.4.* Aym. *conſi.105.num.3.& conſ.201.nu.42.*

152 Neque obſtat, quod exaduerſo dicitur, illam proteſtationem, tanquam facto cõtrariam, proteſtanti non prodeſſe: illud enim procedit, quando ſcriptura, in qua proteſtatio apponitur, non poteſt, niſi in malam partem, accipi, & ita ſentit Bar. *in l.ſi extraneus, de acq. hæred. cum ſimil.* ſecus vero, quando aliter poteſt intelligi, prout in caſu noſtro. Nam ipſe dictum librum confecit pro ſui defenſione, & animo iudicibus porrigendi pro eorum informatione; quo caſu prodeſt ſibi ſua proteſtatio, cum ex ea percipiatur, quæ fuerit illius intentio. Riminal. *in d.l.fin.nu.3.ff.quod quiſque iur.* & Rub. Alexandrin. *in repet. §. morte. l.non ſolum.nu.359.ff.de nou.oper.nunc.* poſt Inno. Compoſtell. Ioan.And. Abb. & alios *in c.cum M. Ferrarien. de conſt.* vbi nouiſſimè Marc. Mantua de communi teſtatur, *nu.60.* poſt Rip. *ibi.nu.96.*

153 Præterea res ipſa demonſtrat, quæ fuerit illius intentio in dicto libro cõficiendo, cum nulli oſtenderit, niſi iudicibus pro eorum informatione, ſicuti poteſtatus fuerat; ex quo apparet, quod non habuit animum iniuriandi, ſeu diffamandi: ſi enim talem habuiſſet animũ iniurandi, ſeu diffamandi, dictũ librum publicaſſet; ſed imò nec ẽt voluit illius copiam dare cuidam Alexandro Lario, qui tunc erat Abbatis inimicus, & pollicebatur velle contra Abbatẽ inueſtigare: quæ omnia apertiſſimè demõſtrant, validiſſimam eſſe illius proteſtationem, neque ad alium effectum dictum liberum compoſuiſſe, & illo vſum fuiſſe, niſi ad eum, quem in dicta proteſtatione poſuerat.

154 Ea vero, quæ dicuntur in dicto libro contineri, de præterito ſummo Pontifice, Cardinalibus, & Prælatis, aſſerendo, Abbatem ea de ipſo ſummo Pontifice, Cardinalibus, & Prælatis, ſibi dixiſſe, vtiq; nõ ipſe de illis obloquitur, ſed Abbatem obloquentem accuſat; & ſic tale delictum Abbatis ſimul cũ alijs in eodem libro adnotauit.

155 Vlterius cum I. fecerit dictũ librum pro informatione iudicum, quibus oſtendit, & non ad effectum accuſandi, videtur eſſe quædã ſimplex denunciatio; & propterea ex eo nullo modo pœna calumniæ eſt puniendus, licet non probauerit, cum nominauerit teſtes de ſingulis exceſſibus in eo contentis informatos, ac etiam adnotauerit, in quibus officijs Notariorũ, & proceſſibus de huiuſmodi delictis poſſet inquiri, per ea, quæ tradit Ang. *in tract.malef.in verbo, necnon ad denunciationem.num.20.* Aegid.Boſſ. *in tit. de denunc.num.14.* Quare ex his omnibus apertiſſimè concluditur, I. omnino abſoluendum eſſe.

LAVS DEO.

Tertium

Tertium reſponſum incerti Conſulentis, & ſine nomine in eadem cauſa Pro I. contra Fiſcum, & Aabatem.

156 ADSIT DEVS. Attingendo ſolum ex propoſitis dubitationibus vnicã difficultatem, quæ forſan magis ſubſtantialis videtur; Dico, quod iniuria per dicentem verum non committitur, quando ſumus in delictis, quæ expedit Reipublicæ ſciri. *l. quod Reipublica, & l. eum qui nocentem. ff. de iniur.* vbi Bar. in prin. Azo. Cy. Ang. Hoſt. Bart. Abb. in locis allegatis per Briſcien. qui eos ſequitur *in ſuo reper. in verbo, iniuria. col. 3. verſ. ſi improperatur. & latius col. 4. verſic. quando alicui.* Cyn. *in l. ſi non conuitij. C. de iniur.* Afflict. *de pace iuramen. firman. verſic. iniuria punitur. num. 75.* Iaſ. qui alios cumulat, & ſequitur *in l. ſi pepererit. in princ. nu. 7. verſic. limita. ff. de lib. & poſthum.* Saly. *in l. ſi non es. C. de iniur.* Bal. *in §. 1. inſtit. de iniur.* Sozin. *conſi. 118. ſub nu. 1. verſic. ſed in hac prima dubitatione. lib. 1.* & hanc communem opinionẽ eſſe teſtantur Alc. *in d. l. ſi pepererit. in prin. num. 6. in fi. & iterum in l. 3. nu. 6. ff. de liber. & poſthum.* Boer. *poſt conſuet. bitur. conſi. 1. & conſi. 4. nu. 33. verſic. ſexta opinio fuit Petri, iuncto num. 36. ver. quod dicendum,* Villalob. *litera A nu. 28.* Clar. *in pract. §. iniuria. verſ. Item quaero nunquid dicens.* Suarez. *in commun. opin. litera I. nu. 85. & 86.*

157 Et iſtam communem opinionem ſibi locum vendicare particulariter etiam in libello famoſo, dicit glo. *in §. 1. in verbo, fieret. inſti. de iniur.* Fab. à Monteleone *in ſua prax. crim. arbitra. par. 4. num. 1049.* & de iure Canon. in puris terminis libelli famoſi, dicit Io. And. ad Specul. *in tit. de iniur. colum. 1. in fine.* Abb. poſt Hoſtien. & Io. And. *in c. fin. in fine. de iniur.* Felyn. *in c. dilecti filij. de excep.* & alij omnes, quos enumerat, & allegat Briſciẽ. *in d. ſuo repertor. in verbo, iniuria, colu. 4. verſic. quando alicui. & eſt tex. in c. qui in alterius, & ibi gloſ. 5. quaeſt. 1. & c. 1. 2. & 3. ubi pariter glo 5. quaeſt. 6.* quod quidem ius Canonicum, cum ſimus in terris eccleſiæ, ſeruandum eſt, & non ciuile. Facitque pro hac eadem opinione vrgens, & irrefragabilis ratio, quia ſi iniuria non committitur per dicentem verum, prout ſupra firmaui, ſecundum communes opiniones, quę non habent cõtradictorem, ergo nec etiam libellus famoſus, quia vbi non eſt locus actioni iniuriarum; conſequenter nec libelli famoſi. *l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. nu. 4. verſic. ſi tamen, de iniur.* Vitel. *in tract. malef. tit. de famoſ. libell. num. 3.* ideo fatuum eſt dicere, quod veritas excuſat conuitiantem ab iniuria, ſecus autem à libello famoſo, quia (vt dixi) vbi non datur iniuria, ibi non dicitur libellus famoſus; & licet aliqui contrarium dixerint, parum eſt curandum de eorum opinione, poſtquã apparet de contraria ratione, & communi omnium ſententia, de qua ſupra.

158 Similiter contra tot auctoritates Illuſtrium Conſultorum, & legũ non habebit obſtare quędam aſſerta diſtinctio aliquorum, dum dicunt, ꝙ dicta communis opinio per tot auctoritates cõprobata, tunc vendicet ſibi locum, quando non animo prauo verba, aut ſcriptura extraiudicialiter fuerint prolata; alias ſi non bono animo, tũc etiam quod Reipublicę interſit propalari, & ſint vera, nihilominus habeat locum actio iniuriarũ: quia ſi recte aduertatur, iſta nõ eſt diſtinctio, ſed mera contrarietas ſupradictæ concluſioni facta, quia ſi bono animo verba prædicta debuiſſent proferri, non opus eſſet iuxta communes opiniones prædictas diſtinguere, an expediat eſſe notũ Reipublicæ, vel non; quia ſufficeret verum eſſe, quod obijcitur, pręter id, quod Reipublicæ intereſſet propalari, prout in cornuto, paupere, ceco, claudo, & ſimilibus, & ſic fruſtratorius eſſet tex. *in d. l. eum, qui nocentem. in prin.* dum aſſignans rationem deciſionis dicit, *peccata enim nocentium nota eſſe, & oportere, & expedire.* Idem pariter de tex. *in l. lex Cornelia. in fine ff. de iniu.*

159 Et ſi præmiſſis non obſtantibus, placebit adhærere dictæ opinioni cõtrariæ, quæ eſt inferior numero, & qualitate Doctorum, & deſtruit rationes per leges prædictas expreſſas, licet à communi opinione paternitatem veſtram nullo modo diſceſſuram putem, indiſtinctè à tot, tantiſque Doctoribus firmata; Placeat ſaltem iſtã ex aduerſo aſſertam diſtinctionem ſubdiſtinguere, videlicet, vt eo caſu non ſuffragetur veritas improperati conuicij extraiudicialiter, quantumcunque Reipublicę interſit, videlicet, quãdo cõcernit defectum abſque culpa cõuitiati, *vt in Baſtardo,* leproſo, & ſimilibus, & iſto caſu procedat diſtinctio exaduerſo aſſerta: in alijs verò caſibus prouenientibus ex defectu conuitiati, vt *in fure,* ſubornatore, & inductore teſtium falſorũ, & ſimilibus, procedat communis opinio, vt ſufficiat verum eſſe, quod improperatur, non obſtante, ꝙ extraiudicialiter fuerit cõuitium improperatũ, quam diſtinctionem firmant Io. Tab. *in d. §. 1. nume. 3. & 4. inſt. de iniur.* & pulchre Afflict. *de Pac. iuram. firman. c. 1. § iniu. num. 75. & 76.*

160 Et ſaltem negari non poteſt, quod ſtante varietate, & dubietate opinionum, ſit adhęrendum huic noſtræ opinioni, tanquam æquiori, & benigniori, prout in re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minus iuſtius, quàm tutius dixit tex. *in l. proxime. ff. de his, quæ in teſtamen. delen.* Abb. & alij *in cap. 1. circa finem, de conſtitut.* Natt. *conſi. 671. in fine.*

LAVS DEO.

Reſponſum Vincentij Parentij in eadem cauſa pro I. contra Fiſcum, & Abbatem.

161 ADSIT DEVS. Multiplicitas dubiorum, & informationes lõgiſſimæ exaduerſo datæ, cogunt me præter ſtilum Curiæ longius ſcribere, breuitate tamen maiori, qua potero, ſingula capita perſtringam, his, quæ exaduerſo deducuntur, reſpondendo; & quoad primum

caput,

caput, qđ pictura, & verba in tabella poſita, non cōtineant iniuriā contra Abbatē, ſatis oſtendit; Nā pictura ipſa nihil turpe cōtinet, cū Abbas inhoneſtè depictus nō fuerit, ꝓut erat in caſu Par. de Puteo, cū ille ſuam Amaſiā nudā depinxerat.

162 Ex verbis autē nihil iniurioſum Abbati eſt imputandum, quia ea verba, *hauendo il Reuerendo Abbate, &c. indotti diuerſi falſi teſtimonij per leuare la robba, et la fama, &c.* nullius delicti infamia Abbatem efficiunt, quia nō dicit in eis, quod Abbas induxerit dictos teſtes ſciens eſſe falſos; Non ſequitur.n. talis induxit falſos teſtes, ergo falſum cōmiſit, cū requiratur, quod inducens, eos falſos eſſe ſciuerit, vt declarat Bal. *in l. fin. ſub nu. 8. uerſi. iſta gl. eſt notabilis. C. ſi minor ſe maior dixerit,* cum congeſtis per Iul. Clar. *in prax. crim. in uerbo, falſum. verſ. producens falſos teſtes, & uerſ. utens dicto falſi teſtis.* cum ergo in dicta tabella nihil contineatur de ſcientia dicti Abbatis, dicta verba nullam inferunt iniuriam, per prædicta.

163 Nec verba illa, *per leuare la robba, & l'honore,* quicquam faciunt, quia ex inductione teſtiū ſuper eo, quod I. vteretur falſo inſtrumēto cenſus, ſciēs id eſſe falſum, quia pecunias non ſoluiſſet, abſque dubio ipſi auferebantur bona, & honor, quia tunc diceretur falſum cōmittere, vt eſt tex. *in l. maiorē. C. de falſ.* cū cōgeſtis per Iul. Clar. *d. §. falſum. uerſ. utens falſo inſtrumēto. ubi pœna falſi eſt deportatio cum publicatione bonorum. l. 1. §. ſi ad l. Cornel. de falſ.* Ideo cū nō expreſſerit in dictis verbis, quod Abbas ſciens dictos falſos teſtes ad faciendum condemnari I. de falſo induxerit, nō poteſt dici, quod iniurioſum aliquid illi obiecerit, per præallegata; & in dubio verba interpretari debent, vt iniuriam non contineant, iuxta tradita per Aym. *conſi. 9. nu. 20.* cum ſimil.

164 Neq; poteſt interpretari, quod I. intellexerit, quod Abbas ſciēter falſos teſtes induxerit ex his, quę exaduerſo dicunť, per cū dici in ſuis cōſtitutis; quia hoc, quod exaduerſo dicitur, vt mihi aſſeritur, in dictis cōſtitutis nō continetur; ideo aliter rńdere opus non eſt; ꝓut ēt minus quicquā facit, quod dř de cōi vſu loquendi, quia vt communis vſus loquendi in aliqua materia allegari poſſit, requiritur, quod is plenè, & concludēter probetur, vt declarat Bar. *in l. labeo. ſub num. 6. & ſeq. de ſuppell. leg.* Aret. *in conſil. 107. paulo ante fin. uerſ. ad ſeptimum,* & *conſ. 159. ſub nu. 180.* Franciſc. Niconit. *in repet. rubr. de nou. oper. nunc. num. 246.* Cum aūt nulla probatio facta ſit de hoc cōmuni vſu loquendi, nec credimus etiā in ea fieri poſſe, cum talem vſum cōmunem loquendi non adeſſe, certū ſit apud omnes, nō video, quomodo illa verba, de quibus in tabella, interpretari poſſint, vt iniuriam contineant, per prædicta.

165 Alia vero verba ſubſequentia, quod teſtes illi dixerint, falſum teſtimoniū dixiſſe ad inſtātiā Abbatis, nullū penitus exprobrāt delictū Abbati, cū ex eo, quod illi teſtes id dixerint, non probetur, quod Abbas eos ad id dicēdū ſubornauerit, vt per Dec. *conſ. 189. n. 9. et conſ. 134. in 1. col.* Hippol. *in conſ. 78. n. 11. & ſeq. & nu. 18.* Gram. *conſ. crimin. 46. col. penul.* in fine, & exaduerſo Scribentes id etiam fatentur; ideo non poteſt dici, quod in dicta tabella aliquid ſcriptum ſit, quod delictum aliquod Abbati importet; & conſequenter nihil eſt in dicta tabella contra ipſum iniurioſum, excluſo dicto delicto, per ſupra deducta.

166 Quo fit, vt cū iniurioſum aliquod non contineatur in dicta tabella, & libellus famoſus appellari non poſſit, cum ſolus libellus famoſus is dicatur, vt pęna libelli famoſi locū ſibi uendicet, in quo aliquid iniurioſum continet, vt declarat gl. *in l. 1. in verbo, famoſum,* ubi alij omnes *C. de famoſ. libel.* eſt tex. *in c. 1. 5. q. 1. ibi, quod in alterius famam.* & propterea uidemus, quod in pęna famoſi libelli punitur etiam delinquēs iniuriarum. *l. lex Cornelia. §. ſi quis librum,* vbi Bar. circa prin. & omnes alij, *de iniur.* Bonif. de Vital. *in tract. de malef. in tit. de famoſ. libell. circa princ.* ex quo ergo dicta tabella nihil iniurioſum continet contra Abbatem, ſumus in caſu claro, quod ea non poteſt libellus famoſus cenſeri, per præallegata.

167 Quoad tertium dubium, an probentur uera ea, quæ in dicta tabella continentur, affirmatiuè reſoluendum eſt; nam quòd Abbas teſtes induxerit, conſtat ex ipſis articulis, in quibus ſunt teſtes nominati, & inducti, & articuli ſunt medio iuramenti ſpecificati; ꝙ aūt induxit, ad tollendū honorem, & bona I. ſatis probatur, ex quo ex iſtis teſtibus inducebatur, quod I. uteretur inſtrumēto falſo, ut ſupra dictum eſt. Quod teſtes ſint falſi, & dixerint, quòd depoſuerint ad inſtantiam Abbatis, ſatis probatur ex proceſſu, in quo dicti teſtes fuerunt condemnati; qui quidem proceſſus facit fidem contra omnes, quod ita fuerit factum, ſicut in eo continetur, ut declarant Bartol. *in l. 2. numero 12. C. de eden.* & ibi omnes alij. Cum ergo hoc ſolum nunc quæratur, an huiuſmodi teſtes fuerint falſi, & depoſuerint ſe dixiſſe, quod depoſuerunt ad inſtantiam Abbatis, & ſic ſolum quæratur de veritate huius facti, & non de effectu facti, an ſcilicet huiuſmodi teſtes probent contra Abbatem, ſatis prædictum factum uerificatur ex dicto proceſſu, per præallegata. Nec obſtat, quod dictum illorum teſtium non noceat Abbati, quia hoc non eſt neceſſarium pro uerificatione contentorum in tabella, cum in ea ſolum dicatur, quod teſtes dixerunt, non quod teſtes probent, ut dictum eſt. Ex quo ſequitur, quod nec ſententia, qua Abbas fuit condemnatus, eſt neceſſaria pro uerificatione contentorum in tabella, cū ſolum in ea dicatur, quod teſtes erāt falſi, & dixerunt depoſuiſſe ad inſtantiam Abbatis, & hoc factū ſatis uerificatur ex dicto proceſſu, quod ſufficit, cū nō agatur ad effectū iſtius facti, ſed qđ ita factū fuerit, ut ſupra oſtenſum eſt. Vltra quod, ſi ſentētia neceſſaria eſſet, poſtquam ſunt lapſa fatalia appellationis, ea operatur rei ueritatem, etiamſi ſuper deſertione appellationis nihil fuerit iudicatum, ut habetur per Rot. de appell. *in nou. deciſione prima, ſub num. 3. & alijs ſeqq.* Vnde cum oſtendatur uerum, quod in tabella continetur, & id non contineat aliquod delictum Abbatis, iuris oſtenditur, in ea non contineri aliquid in-

Digitized by Google

iuriosum contra Abbatem, quod ſolum ſufficit pro liberatione I. ab omni pęna prætenſi famoſi libelli, per ſupra deducta.

168 Et quãuis ſtantibus præmiſſis, non eſſet opus aliquid reſpondere ad quartum dubiũ, quæ ſcilicet ſit magis communis opinio in hoc dubio, an ſit locus pœnæ famoſi libelli, vbi contenta in dicto libello vera probantur, & expedit Republicę ea ſciri, & publicari; attamen, vt omnibus ex partibus menti D. mei ſatisfaciam, dico, opinionem negatiuam eſſe magis cõmunem, ſi numerentur, & ponderentur dicta Doctorum. In primis eam tenet gl. *in §.1. in verbo, fieret, inſtit. de iniur.* Petr. de Bellapert. *in l.1. C. de famoſ. libel.* Cyn. *in eodem loco*, Salyc. etiam, *dum ponit ſummarium eiuſdem legis in prin. ibi, tertio, quod de pœna dixerat.* vbi clarè loquitur. Archid. *in d.c.1. ibi, adde hoc totum. 5.q.1.* Bellam. *ibidem ſub nu.1. ad fin. & ſeq.* vbi hoc idem Laurentius tenet, Bonif. de Vital. *de malef. in tit. de famoſ. libell. nu.3.* Ang. *in l. lex Cornelia §. ſi quis librum, ſub nu.4. verſ. ſi tamẽ ipſe valet oſtendere. de iniur.* Et de iure canonico idem aſſerit Io. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de iniur. & damn. dat. in prin. in addit. ſuper litera b, circa med. verſ. canones excuſantur.* Abb. *c. cum te. ſub nu.28. verſ. ſecundo caſu, ibi, ſecundum Canones excuſatur. de re iud.* Io. Bapt. Plot. *inter conſ. crim. vltimo loco collecta. in 1. lib. cõſil. 131. nu.5.* & eſt tex. qui cauillari non poteſt *in c.1. incip. qui in alterius. 5.q.1.*

169 Auctoritas autem iſtorum vndecim Doctorum præualere debet auctoritatibus ex aduerſo, deductis. Nam dum primo loco adducitur gl. *in l. eum qui nocentem. de iniur.* dico, quod ea non deber haberi in conſideratione, ex quo contrarium tenuit *in d.§.1. inſtit. de iniur.* Ang. *in l. vnica. C. de famoſ. libel.* non meretur allegari, cum cõtrarium tenuerit *in d.§. ſi quis librum.* Azzo. *de famoſ. libel.* bene dicit, quod qui proponit libellum in iudicio, ſi probet, excuſatur, quod & nõ admittimus; ſed non dicit, quod ſi extra iudicium proponit, & probet verum, quod puniatur; ideo in hoc propoſito non meretur allegari, & cõſequenter eius opinio non eſt contraria ei, quod tenuit Laurentius Vgo, Archid. & Aegid. *in d.c. de prima*, ex quo nihil dicit de pęna probantis veritatem contentorum in libello, extraiudicialiter dato, Boſſ. *in tit. de iniur. ſub nu.4. paulo ante fin. verſ. ſed in ſecundo membro.* refert Abb. *in d.c. cum te*, qui ſecũdum canones tenet contrariũ. Vnde cum conſtet de relato, magis ei ſtatur, quam referẽti, iuxta trad. per Dec. *in conſi.63. ſub nu. 6.* remanet igitur tantum Rom. *in conſi.96.* Oldr. *in conſi.53.* Couar. *li. 1. var. reſol. c.11. ſub num.6. verſ.2.* Alex. de Neuo. Gom. & Plac. qui in totum ſũt numero ſex, & vt plurimũ ſunt moderni, quorũ auctoritati præualere debent Petr. de Bellaper. Cyn. Salyc. Lauré. Vgo, Archi. Aegid. Bonif. de Vital. Io. And. Abb. & Plot. qui ſunt numero decem, excluſis Ang. & gl. qui etiam contrarium dixerunt, cum pro hac parte ſunt antiquiores Doctores, & in maiori numero, & pro eis eſt tex. *in d.c.1.5.q.1.*

170 Et hæc opinio comprobatur, quia tenentes contrariam opinioñe, mouentur ex eo, qđ extra iudicium non liceat alicui aliquid iniurioſũ opponere, ẽtſi verum ſit; quę opinio cõiter damnatur, vbicunque Reipublicæ expedit id ſciri, vt declarat Bar. *in d.l. eum qui nocentem. de iniur.* & hãc opin. approbat Couar. *d.c.11. n.6.* cõmunemq; dicit Boer. *in conſ.4. ſub nu.33. verſ. ſexta opinio fuit Petri, iuncto nu.36. verſ. quid dicẽdũ*, Villal. *de com. opin. ſuper litera A, nu.28.* Iul. Clar. *in prax. crim. in §. iniuria. penul. pag. verſ. item quæro, nunquid dicens.* Alex. *in addi. ad Bar. in d.l. eũ, qui nocentem*, & hinc ſequit, quod opinio tenentiũ cõtrariũ, ſ. ꝙ ẽt vbi probatur veritas, adhuc ſit locus pęnæ libelli famoſi, limitari ſaltem debet eo caſu, quo cõtenta in libello famoſo expedit Reipublicæ ſciri. Nam cum ita ſit cõis opinio omniũ, quod id, quod dicitur ẽt extra iudicium, ſi verum ſit, & expediat Reipublicæ ſciri, pęna iniuriarũ locum non habeat, vt habetur per ſupra allegatos Doct. nõ video rõnem diuerſitatis, cur ẽt id nõ permittatur in iniuria prolata in ſcriptura, cũ idẽ ſit, aliquem verbo iniuria afficere, vel ſcriptura, ut optimè declarat Rom. vidẽdus *in conſ.378. in 1. dub.* Plot. *d. conſ.131. nu.18.* Ideo cũ ſolũ hoc cõſideretur ad excuſandũ iniuriã inferẽtẽ, ꝙ expediat Reipublicæ, id qđ dicitur, ſciri, non uidetur ratio diuerſitatis, cur magis excuſetur hoc voce exprimens, quã ſcriptura, cũ utraq; dicatur iniuria verbalis, vt per Doctores prę allegatos; & ſic cõcludo, opinionẽ tenentiũ pœnã libelli famoſi habere locũ ẽt in vera dicente, nullo modo procedere eo caſu, quo id ſciri Reipublicę expedit, ꝑ ſupra deducta; cũ.n. in hoc quarto dubio præſupponatr expedire Reipublicæ, qđ cõtenta in tabella ſcirentur, ſumus in caſu claro, qđ nõ eſt locus alicui pęnæ, & in hoc nullã eſſe cõtradictionẽ, ꝑ prę allegata.

171 Nec obſtat id, quod dicit Ang. ex aduerſo allegatus, ꝙ vbicunq; aliquis fuit cõdemnatus de aliquo delicto, id delictũ alicui nõ põt obijci ſine iniuria, quia condẽnatus nõ põt amplius accuſari, quia contrariũ dicit Bar. *in d.l. eum qui nocentem*, ubi loquitur in eo, qui fuit mitratus, & ſic condemnatus cũ exequutione cõdẽnationis; & hoc oſtẽditur, quia ẽt ſi de eo, quod expedit Reipubl. ſciri quis nõ poſſit accuſari, ſi id opponat, & uerũ ſit, nõ eſt locus pęnę iniuriarũ, ut per Cy. *in l. ſi non conuicij. col. antepen. ſub nu.11. paulo ante finem, verſ. primo caſu. C. de iniur.* quem oẽs Doctores ſequuntur, ut per Boer. in loco ſupra allegato: ideo cũ in caſu noſtro præſupponatur expedire Reipublicę ſciri, quod cõtinebatur in tabella, nõ poteſt eſſe locus pęnæ iniuriarum, nec libelli famoſi per prædicta. Neque eſt bona ratio, de iure diuino non debet quis detegere uitium alterius, ita, ut faciens committat peccatum, ergo ẽt iniuriarum tenetur, quia hoc argumentum non procedit, ut per Couar. *d.c.11. verſi. ſextum.*

172 Ad id uero, quod dicitur, quod prauo animo, & ex libidine iniuriandi I. huiuſmodi tabellã fecerit, & affixerit; facile reſpondetur, quod cum animus iniuriandi tollatur ex coniecturis, ut per Abb. *cap. cum te. ſub numero 20.* ubi Felyn. *circa fin. de re iudic.* ſatis cognoſcitur, quod I. non habuit animum iniuriandi, ſtante veritate; &

quod

quod ſatisfaciendo voto id fecit; Non eſt.n.veriſimile, quod ſi habuiſſet animũ iniuriandi, tabellam hanc poſuiſſet ex cauſa voti, & in Eccleſia, cum nemo præſumatur immemor ſalutis æternę. *l.fi.C.ad l.Iul.repetund.* Alciat.*de præſumpt.* 3.*reg.præſumpt.*4. prout oſtenderet immemorem eſſe, ſi alteri iniuriam facere voluiſſet, dũ animæ ſuæ in explendo voto conſulere volebat. Vnde cũ adſit cauſa voti, & veritas facti, ceſſat animus iniuriandi, vt per Abb.*d.c.cum te.nu.*29. & ibi Felyn.*circa fin.de re ind.*cum ſimilibus.

173 Quantum attinet ad vltimum dubium de libro, in eo non poteſt cadere aliqua pœna libelli famoſi, quia cum ille liber fuerit factus, & exhibitus in iudicio, iudicibus, & notarijs duntaxat, ceſſat pęna libelli famoſi, vt habetur *in d.l.*1.*C.de libel.fam.*& volunt oẽs Doctores ex aduerſo allegati, ideo ſuper tali libro nulla eſt vis facienda.

174 Nec poteſt eſſe locus conſtitutioni Pij V. cõtra authores libellorum famoſorum, tũ quia ea loquitur de libellis conſcriptis in infamiam alicuius, quod minimè conuenit tabellæ, de qua agitur, cum in ea nihil, quod infamia Abbatem afficiat, contineatur, vt ſupra oſtenſum eſt; vt autem ſit locus alicui diſpoſitioni pęnali, qualitatem in ea appoſitam verificari, neceſſe eſt. Io.Andr.*in c.*1.*de homic.in* 6. Pariſ.*conſi.*49.*n.*20.*in* 3. Tũ etiam quia cum huiuſmodi conſtitutio veniat augendo pęnas a iure communi ſtatutas, ab ipſo iure communi interpretationem recipere debet, vt eſt text. *in l.* 2. *C. de noxalib.* & ibi omnes not. Hipp.*conſ.*7.*nu.*15.*circa finem, et ſeq.* Cum autem in caſu, quo expedit Reipublicę aliquid ſciti, ceſſet pęna iniutiarum, & libelli famoſi, vt ſupra oſtenſum eſt, ceſſare etiam debet pęna dictæ conſtitutionis, ſecundum ius commune interpretandæ, per præallegata; ideo non eſt locus alicui pęnæ contra I. ratione dictarum tabellę, & libri per ſupra deducta.

LAVS DEO.

Reſponſum Hieronymi Gabrielij in eadem cauſa pro I. contra Fiſcum, & Abbatem.

175 ADSIT DEVS. Quoad primum dubium verba tabellæ hæc ſunt, *Hanendo, &c. indotti diuerſi teſtimonij falſi per leuare la robba, et l'honore a I. per gratia del Santiſſimo Salnatore, &c. diſſero hauer commeſſo tal falſità a contemplatione di eſſo Abbate.* Illa igitur dictio, falſi, poteſt intelligi, non quod Abbas eos induxerit, vt falſum dicerent, ſed quia ex euentu iam apparuerant falſi; idcirco quoad Abbatẽ præſupponitur inductio ſola variorum teſtium; illa autem verba, *per leuargli, &c.* denotant effectum, qui ſequebatur ex inductione teſtium, niſi detecta eſſet falſitas. Nam dictio, vt, pro modo perſepè capitur, veluti in euangelijs, vt impleretur ſcriptura; idcirco cõcluditur, quòd cum tabella his verbis, *diſſero hauer commeſſo tal falſità a contemplatione di detto Abbate*, nõ dicat, a ſubornatione, ſed a contẽplatione *di detto Abbate*, ideo non requirit ſcientiam Abbatis. Hæc vero interpretatio capienda eſt, quia verba, & actus ſemper, ſi quo modo poteſt, ita interpretanda ſunt, vt excludatur delictum. Dec. *conſi.*189.*col.*2.*nu.* 5. Rom.*conſi.*353.*in fine.* Alex. *conſi.*128.*nu.*4.*vol.*4. Iaſ. *in l.non ſolum.§.ſciendum.de non.oper.nunc.in fine.* Hippol. *in pract.§.diligenter.nu.*190. Marian.iun.*conſil.*39.*nu.*73.*vol.*2. Iaſ. *conſi.*153.*nu.*3.*vol.*2.

176 Quoad ſecundum non eſt dubiũ, quod concluſio tabellæ, quod, ſ. teſtes dixerint ſe falsũ depoſuiſſe contemplatione Abbatis, eſt uera, & uerum pariter eſt, qđ Abbas induxit hos teſtes; immo ad effectũ, de quo agitur, ut euitetur delictũ, & pęna, uerum etiam eſt, quod Abbas illos ſcienter induxit; nam quamuis teſtibus ipſis non habeatur plena fides, *c.ſicut, de teſtib.* tamen, quia nõ ſolum ipſi teſtes, ſed ẽt Abbas condemnatus fuit pro opinione I. verum id erat; quæ opinio hoc caſu ſpectanda eſt, q̃m excludit dolũ, ſine quo non incurritur pęna libelli famoſi. *l.lex Cornelia.§.fin. de iniur.et inſti.eod.*§.1.& in uniuerſum explorati iuris eſt, pęnam capitalem, uel corporalẽ ſine dolo non incurri. *l.cum aũt.§.excipitur. de ædil. actio.* Ang.*in l.pagij.C.de plag.* Veronen.*conſi.*34.*nu.*27. Doct.omnes *in l.ſi quis maior.C.de tranſ.* latè Hippol.*in l.de minore.nu.*33.*de quæſt.* Dolũ aũt excludit quæuis cauſa ẽt iniuſta.gl. Ang. & alij *in l.*1. *& d.l.plagij.C.de plagiar.* Paul.*conſ.*371.*col.fi.vol.*1. in terminis Soc.*conſi.* 118.*nu.*7. qui hoc fatetur uerum in extraiudicialibus, & Boſſ.*de iniur.col.*3. & latè Hippol.*in d.l.de minore.nu.*83.de q. Immo reſpectu Fiſci, cuius fauore lata eſt ſẽtẽtia, quãuis Abbas appellauerit, uerum eſt, quod Abbas ſciẽter induxit falſos teſtes, quia Fiſcus acquieuit ſententiæ pro ſe latæ, nec põt eam impugnare; & de intereſſe Fiſci hoc loco agimus; imò reſpectu ẽt Abbatis, quatenus de iniuria, quã prætendit, tractaretur, expectandus eſſet finalis exitus iudicij, nec antea poſſet damnari I. *l.ſi quidẽ.C.de iniur.* Ex quibus puto ad effectum, de quo agitur, ut ſcilicet euitetur pœna, non poſſe negari, quin tabella uerum contineat.

177 Quoad tertium, an ſufficiat famoſum libellum uerum continere, ad euitandam illam pęnã, quamuis de iure ciuili gl. ſint contrariæ, & Doctores uarij, ſiquidem, quod tunc euitetur pœna famoſi libelli, notat glo.*in §.*1.*inſtit.de iniur.* Petr.& Cyn.*in l.*1.*C.de famoſ.libell.* gloſ. & Doctor. 5.*q.*1.in ſumma, tñ communis opinio eſt, quod de iure Canonico pęna famoſi libelli non incurratur ab eo, qui uerum ſcribit, per text.clarum in *cap.*1.5.*q.* 1.& ita fatentur etiam illi, qui uolunt iure ciuili ueritatem non excuſare. Oldrad.*conſil.*53.*col.penul.* Ioan.Andr.ad Specul. *tit.de iniur.in princ.in uerbo, concipitur.* Abb.*in cap.cum te.numero* 28.*de re ind.* Nec refert, quod ius canonicum conforme Euangelio cõſulat, ut fratrem occulte, & fraterne admoneamus. *Canon ſi peccauerit.* 2.*q.*1. quia non propterea decernit, eũ, qui per libellum manifeſtat aliquem delinquentem, eſſe puniendum, quando delictum eſt uerũ, & huiuſmodi, de quo quis accuſari poſſit; tũc enim dicitur inter-

eſſe Reipublicæ, vt manifeſtum fiat, vt declarat Abb. *in c. fin. de iniur. num.* 28. Alex. de Neuo *conſ.* 82. *num.* 48. Socin. *conſ.* 118. *col.* 1. *vol.* 1.

178 Et hæc opinio vera eſt, & communis, etiam de iure ciuili, quando libellus non editur principaliter ad infamiam, ſed ob aliam cauſam, Boſſ. *de iniur. num.* 3. *colu.* 3. Felyn. *in d. c. cum te. in fine. de re iud.* Alexand. de Neuo *d. conſ.* 82. *col.* 3. dum vult, eodem modo incurri pœnam famoſi libelli, quo committitur, vt quis contra eum agere iniuriarum poſſit. Cum igitur in caſu noſtro principalis cauſa edendi tabellam, fuerit ſatisfacere voto, & ſic facere rē licitam, & I. verū ſcripſerit, non poteſt dici incurriſſe pœnam famoſi libelli, quamuis in conſequentiā videretur Abbas iniuria affici. *l. eum qui.* §. 1. *de iniur.* Etenim in delictis principalis intētio inſpicitur, nec punitur quis, licet delinquat, qui credit ſe non delinquere. *l. itē apud labeonem.* §. *ſi quis Virgines. de iniur. l. diuus, vbi Bart. de ſicar.* Paul. *conſ.* 199. *col.* 2. *vol.* 1. Goz. *conſ.* 61. *nu.* 14. Rom. *in l.* 1. §. *occiſorum. col.* 2. *ad Sillan.* Cum igitur principalis intentio fuerit ſatiſfacere voto, & ſaltem opinioni maximè probabili ipſius I. videlicet, ꝙ id, quod propter alium finē ſcribebatur de Abbate, eſſet verū, & Fiſcus illud habuerit pro vero, nec appareat, qđ non ſit verū, videtur omnino I. tutus à pœna famoſi libelli.

179 Non obſtat, quod conſtet de odio, & maleuolentia I. erga Abbatem, & quod aliquo malo animo ſit, veritas non excuſet. Abb. Fely. *in d. c. cum te.* Couar. qui alios citat *lib.* 1. *var. reſol. cap.* 11. *nu.* 6. quoniam non ſufficit, ad hoc, vt dicatur actus factus malo animo, cōſtare de odio, niſi ēt de tempore, & modo; vt tunc, qñ ſit actus, is malus animus aduerſus præſentem percipiatur; & ita loquuntur Doctores; ſed quando tempore actus, malus animus aliter, quàm ex odio procedi percipitur, tunc actus cēſetur ſine animo iniuriandi factus, quando principalis intentio alia fuit. Bald. *in l. ſi pradium. C. de ædil. actio.* Marian. *d. conſ.* 39. cum alijs ſupra adductis: ex odio enim oritur ſolum præſumptio quædam, quæ non ſufficit ad probandum malum animum, quem probare oportet eum, qui id aſſerit: & eò minus ſufficit huic caſui, in quo multæ coniecturę adſunt, excludentes intentionem infamandi Abbatem, nempe quod antea dixerat de voto facto, quod viderat alias ſimiles tabellas affixas; quod ſciebat ſe cum iuramento promiſiſſe ſub graui pęna, nec etiam verbali iniuria, Abbatem afficere, cui non eſt credendum voluiſſe contrauenire; & alię multæ, quæ ſine dubio ſuperant illam, quæ ex odio ſolo colligitur, ad *l. diuus. de in integr. reſtit. c. literas. de præſumpt.*

180 Nec poteſt negari, quin de cauſa appareat, & coniecturis excludentibus dolum, & animum, & conſilium, infamiam, & iniuriam inferendi, maxime quia ſufficit aliquo modo, & præſumptionibus, & veriſimili, id colligi. Alex. *conſ.* 92. *in vol.* 1. 53. *nu.* 3. *vol.* 3. 115. *nu.* 10. *vol.* 4. Ang. *conſ.* 288. *nu.* 10. Curt. *in l. quod te. ſi cer. pet. n.* 12. Iaſ. *in l. non ſolum.* §. *ſciendum. col. penul. de oper. nou. nunciat.*

181 Nec obſtat, quod potuerit ſine pictura, & nō expreſſo nomine Abbatis, ſatisfacere voto, quia id concedimus; ſed dicimus, factum hoc dolo carere, nec cadere in aliquam ſpeciē delicti; & propterea concludimus, non poſſe vllo modo dici eſſe puniendum I. pœna famoſi libelli; nec dici poſſe iniuria affeciſſe Abbatem, quoniam illius principalis intentio non fuit infamare, vel iniuria afficere Abbatem, & ſine dubio dolo caruit, quem requirit etiam iniuria. Bal. *conſ.* 277. *uol.* 5. à quo non poteſt dici, quin excuſetur, ex cauſis prędictis, cum quęlibet cauſa ſufficiat. Boſſ. *in tit. de iniur. num.* 3. *& col.* 3. Paul. *d. conſ.* 375. *col. fin.* Iaſ. 153. *vol.* 2. cum alijs ſupra adductis. Idcirco cum ſecluſo dolo factum non cadat in delictum, nulla pœna etiam affici poteſt.

182 Ex his patet, non intrare nec motum proprium nec bannimenta; primo ex lectione liquet fuiſſe ſpecialia, & cum conditionibus expiraſſe. Secundò, quia diſtinguntur, & limitantur ſecundum diſpoſitionem iuris. *cap. cum dilectus. de conſue. l. ſciendum. in princip. qui ſatiſd. cog. l.* 2. *C. de noxa.* vt ſcilicet veritas ſola non excuſet, ſi principaliter animo iniuriandi, & dolo libellus conſcriptus ſit, ſine aliqua alia cauſa; hoc vero caſu principalis intentio fuit diuerſa; nam adfuit aliqua cauſa, & dolus abfuit, & ſic ſatisfactum eſt quarto dubio.

183 Quod atinet ad vltimum, & ſic, an propter librum, in quem congeſſit crimina Abbatis, & illum iudicibus, & iuſtitiæ miniſtris oſtendit, poſſit pœna famoſi libelli puniri; Reſpondendum etiam puto negatiue, quia ex proteſtatione non ſola, ſi quidem ſola non ſufficeret, Soci. *d. conſil.* 118. ſed iuncta cum ſucceſſu, qui animum declarat, ad *l. quadam. de reb. dub. l. ſed Iulianus.* §. *proinde ad Macedonia.* ſi quidem illum non edidit, ſed miniſtris iuſtitię oſtendit; apparet, non ad infamiam, neque in contumeliam Abbatis ſcripſiſſe, ſed vt ad iudicum notitiam eius delicta deduceret, ad vtilitatem publicam, & contra eum inquirerent, qua de re eſt potius laudandus, quàm condemnandus. *d. l. prima, C. de famoſ. libell.*

184 Nec obſtat, quod ille tex. loquatur, quando via ordinaria accuſationem inſtituit, quia quāuis id magis laudet, & ſuadeat ibi Imperator, tamen ad effectum, vt pœna euitetur, vt que iniuria Abbati facta, dici nequeat, ſatis eſt abeſſe dolum, & ſcripturam aliqua alia de cauſa factam eſſe, & alio conſilio; & propterea non poſſe aliquo modo tractari de famoſo libello, qui non conuenit ei ſcripturæ, quæ ſit, vt iudicibus detur, vt de delicto alicuius notitiam habeant, in qua verſatur maxima vtilitas Reipublicæ; & ſic reſpectu pœnæ famoſi libelli eadem ratio excuſat eum, qui accuſat, & eum, qui per eam ſcripturam crimina ad notitiam iudicum deducit, vt facillimè percipitur ex præmiſſis.

185 Nec refert, quod is, qui accuſat, non excuſetur à pœna famoſi libelli, niſi probet, delicta eſſe vera, *dicta l. prima,* quia eo caſu accuſator, qui non probat, non punitur pœna famoſi libelli, quia eiuſmodi ſcripturæ famoſi libelli

non

non ſunt, quia aliam ob cauſam, quàm propter infamiam concipiunt, ſed punitur vti calumniator, *iuxta l.fin. C.de accuſat. vt in d.l.1. C.de famoſ.libell.declarant gl.& Doct.* à qua tamen pœna multæ, & leues etiam cauſæ excuſant I.l.1.§.1.*ad Turpillia.* vbi omnes Doctores, & quam pœnam quamuis incurrant accuſatores, tamen minimè incurrunt, qui non accuſant, ſed crimina ſuggerunt iudicibus, & probationes, quas poſſunt, prębent, eoſq; inſtruunt, quos non eſſe aliqua pæna dignos, not. Doct.*in l.1.C.de calumn.* & vſus iudiciorum, & mos inueteratus iudicum, qui de criminibus ius dicunt, planè oſtendit.

186 Concludo igitur, I.eſſe à pœna famoſi libelli ſine aliquo dubio abſoluendum, iniuriaque ſe affectum Abbatem dici non poſſe, & propterea non eſſe commiſſam pęnam conuentionalē, imò neq; vti calũniatorem pęna vlla affici poſſe, quia non accuſauit, ſed crimina iudicibus nota fecit, & ſe probationibus inſtruxit. de quo vltimo ſi amplius dubitabitur, quod non credo, poterit alias latius ſcribi, nunc ſatis, ſuperque oſtendiſſe eſſe abſoluendum I. à pœna tam famoſi libelli, quàm conuentionalis. LAVS DEO.

Secundum reſponſum Auguſtini Lazzarini in eadem cauſa pro I. contra Fiſcum, et Abbatem.

187 ADSIT DEVS. Concluſiuè procedēdo, quoad primum negatiuè reſpondendum eſt, quia verba prædicta *per hauer indotti teſtimonij falſi*, non continent delictum ſaltem punibile, neq; etiam infamiã. Nam multi inducunt teſtes pro bonis, & legalibus, qui in eorum depoſitionibus poſtea reperiuntur falſi. Non propterea inducens illos puniri poteſt, niſi poſt publicationē ipſorum appareat falſum dixiſſe, & iſto caſu etiam non tenetur, ſi non vtatur, vel dixerit ſe velle vti, vt declarat Bar.*in l.Dinus.nu.2.ibi, idē dico de atteſtationib.ff.de falſ.*& hinc etiam eſt, qđ producens inſtrumētum falſum, non committit falſum, nec de falſo tenetur, niſi duobus concurrentibus; Primo, quod vtatur falſo inſtrumento in iudicio; Secundo, quod probetur, quid ipſe falſificauerit, vel ſcienter vſus fuerit. Abb.*in c.inter dilectos.nu.4.de exceſſ. Prælat.* Lanfran.*in c.quoniã contra.§.inſtrumentũ producentes.n.54. verſ.quæro vlterius.de prob.*& ignorantia præſumitur, ſi poſt obiectionē falſitatis deſiſtat ab vſu illius, vt per Doctores prædictos Clar.*in §.falſum.in verſ.producēs*, dicit, quod producens falſum inſtrũm, dicitur falſum committere, quando ſciebat illud eſſe falſum; ſi enim ex ſola inductione teſtiũ, qui falſum depoſuerunt, quis falſum committeret, vel alias delinqueret, vtiq; vſus non requireretur; & ſi alias diceretur, fruſtra etiam fieret illa interrogatio, & reſponſio, quæ paſſim in iudicijs ſeruantur, vt producens inſtrumentum, vel inducens teſtes, interrogetur, & pręciſè reſpondeat, An velit vti pro bonis, de qua per Bart. *in d.l. Dinus.ff. de fal.* cum autem ex ſola inductione falſum nō committatur, ergo non poteſt dici, quod quis dicendo alteri induxiſſe falſos teſtes, dicatur in iniuriam, vel infamiam inferre.

188 Et ad tollendum omnem difficultatem dicitur, quod ex quo non dixit, Abbatem falſos articulos induxiſſe, quo caſu præſumitur ſcientia, ſed tm̃ falſos teſtes ĩduxiſſe, ex quo nō dixit ſciēter, ꝑſumēdũ nō eſt, teſtes ad falſum deponendũ induxiſſe, ad effectũ, vt dicatur deliquiſſe, & ita in terminis concludit Bart. *in l.ſi aduerſarius, in fine.C.de fid.inſtrumen.& in l.ſi falſos. C.de falſ.* & in tantum requiritur ſcientia, quod ad aliquem puniendum, non ſufficit inductio falſorum teſtium, nec depoſitionum illorum vſus, quia iſto caſu non dicitur delictum conſumatum, ſed id fieri; niſi poſt admonitionem, quòd aduerſarius intendit redarguere teſtes de falſo, ille declarauerit illis pro bonis vti velle Sal.*in l.ſi falſos.in prin. et ibi Doct.C.de falſ.* Et in tm̃ etiã requiritur dura, & aperta huiuſmodi ſcientia, quod huiuſmodi declarationem facere non poteſt, ſiue non tenetur, niſi poſt publicatas atteſtationes eorũdem. Bar.*in d.l.dinus, & in d.l.ſi aduerſarius. C.de fid.inſtru.ibi, quando apertis teſtib.reperitur, quod aliquis.* Afflic.*deciſ.189.facta publicatione.* Fulg.*cōſ.177. publicato proceſſu.* Nã ſi ad effectum iniuriãdi Abbatem, voluiſſet I. huiuſmodi tabellam ponere, in ea annotaſſet, quod teſtes ſubornauit, prout ſubornaſſe ab illis ſibi dictum fuit, & de quo ipſe ſcientiam habebat, prout deſuper examinatus confitetur, quia iſto caſu per ſolam ſubornationem, quæ ſcientiam, & proprium factum præſupponit, delictum conſumatur, ac ex ea ſolum quis punitur, & ſic dicitur infamari, & in tantum hoc eſt verum, quia non requiritur monitio, nec declaratio, quod illis teſtib. vti nolit. Sal.*in d.l.ſi falſos.in fi.C.de falſ.* Clar.*in §.falſũ.verſ.ſubornãs aũt.*

189 Nec obſtant illa verba, *per leuare l'honore, & la robba* ad I. quia hoc erat occaſionaliter ideſt, quod ex depoſitione ipſorum teſtiũ hoc cauſabatur, ſed non quod Abbas ſcienter falſos teſtes induxerit ad hunc effectum, & iſta interpretatio capi, & admitti debet, ad excludendum delictum, tam reſpectu Abbatis, vt non præſumatur adhoc induxiſſe falſos teſtes, quã reſpectu ipſius I. ne incidat in delictũ, & ſemper capi debet omnis interpretatio, vt delictum excludatur Gabr. *latè lib.7.concluſ.2. in princ.* etiam ſi impropria eſſet iſta interpretatio Gabriel. *ibidem nume.*10. Et poſito etiam, quod prædicta eſſent dubia, & quod reciperēt prædictam, vel aliam interpretationem, & quod I. potuerit facere tabellam pro voto, & ſic in caſu licito, vel ad effectum iniuriandi, & ſic in caſu non licito, cum ſimus in cauſa criminali, in qua pro parte Fiſci requiruntur probationes luce meridiana clariores *l. fin. C. de probat.* ſequitur, quod I. ex præmiſſis condemnari non poſſit, quia iſto caſu probatio Fiſci remaneret offuſcata, & obnubilata taliter, quod ſequi debet abſolutio ipſius rei Corn.*conſi.134. in cauſa Gaſparis.colum.fin.vol.4.* Iaſ. poſt Bart.*in l.non ſolum.§. ſciendum.colum.2. ff. de non.oper. nunc.* & hoc eo maximè procedit, quãdo proba-

tio actoris, & ſic Fiſci, redditur dubia ex ſe abſq; eo, quod ex probatione rei obnubiletur, vel dubia reddatur Felyn. *in cap. in præſentia. nu. 22. extra de probat.*

190 Et quod dicitur de verbis in tabella appoſitis, à fortiori dicẽdum de pictura in ea appoſita, cum fecerat ea, quæ alij facere conſueuerunt, quod ſcilicet in tabella depingi faciũt perſonas inſultantes, & vulnerantes, ac aliàs delinquẽtes, necnon iudices torquentes, vel aliàs grauantes, vt hoc notum eſt omnibus; quæ conſuetudo, & quod per alios id fieri ſolet, excuſat ipſum I. etiã ſi talis conſuetudo eſſet mala, & cõtra prohibita a iure diuino, vt dicit Bart. loquens in vſura *in l. quis ſit fugitiuus. §. apud labeonem, ff. de adil. edic.* & Aym. latè *conſi. 6. nu. 105. cum ſeqq.*

191 Et quod hmõi tabella non ſit libellus famoſus, demonſtratur, quia nõ in forma libelli, & ad edendum libellũ famoſum, ſed pro voto, & illius adimplemento, fecit; hęc. n. fuit illius principalis intentio, & ita ipſe declarat fol. 17. & clarum eſt de iure, quod ẽt quando quis inquiſitus hẽt prę ſumptionẽ iuris cõtra ſe, ſtatur aſſertioni ipſius rei inquiſiti, affirmantis ſe ad hunc effectũ feciſſe actũ, de quo agitur, ſi huiuſmodi aſſertio adiuuetur aliquibus mediocribus coniecturis. Aret. *cõſ. 80. nu. 6.* Natt. *conſ. 499. nu. 13.* Coniecturæ aũt, & præſumptiones, q fecerit ad hunc effectum, ſcilicet pro voto, ſunt, quia iam cõſtat ipſum litem habuiſſe, & in qua tractabatur de eius honore, & bonis, & quod illa pendẽte, reperiebatur poſitus in maximo diſcrimine, & cõſtat etiam fuiſſe per ſentẽtiam liberatum, & quod tabella fuit edita, & affixa in loco ſolito pro votis affigi, & in forma voti obtenti, non autem in forma libelli famoſi, prout etiam ita declarat idem I. & quod ex pluribus alijs nõ poteſt dici libellus famoſus, ex quo cum eius aſſertione, non ſolum mediocres, ſed vehementes adducũtur cõiecturæ, & prę ſumptiones: ideo ſequitur, qđ eius aſſertioni ſtari debeat, pro quo etiam facit, quod cũ quilibet actus diiudicatur ex principali propoſito. *l. ſi quis nec cauſam. in prin. & l. rogaſti. in prin. ff. ſi cert. pet.* etiã ſequitur, quod id attendi debet, non autẽ, quod poſſit iudicari libellus famoſus, prout in ſimili dicitur, quod ſi eſt impoſita pœna contra turbãtem Prælatum, & vnus committat delictum, ex quo ſequitur ſecundariò turbatio ſtatus, ille incidit in talem pęnam, quia principaliter non tendebat hoc eius propoſitũ Alex. *conſ. 1. n. 33. vol. 3.*

192 Ex pluribus etiam alijs non poteſt dici libellus famoſus, Primò, quia in tali libello non ſolet apponi nomen edentis, ſeu cõficientis, prout eſt appoſitũ hic. Secũdò ſolet libellus ad infamiam affigi in plateis, & locis magis frequentatis, vt videatur, & in hoc anno Iubilei appoſitus fuiſſet in columnis alicuius Portæ Sanctæ, prout conſiderat Ang. *in l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. ff. de iniur. ibi, puta in vna colũna in Platea*, & hoc factum non fuit, ſed appoſitus fuit in Eccleſia parua, in loco obſcuro, alto, & eminenti, adeò vt vix legi poſſit, vt dicit Pictor teſtis Curiæ. Tertiò, qa diuerſis nominib. appellãtur tabella, & libellus *l. ſi idẽ. C. de codic.* Quartò, quia ad eſſentiam libelli requiritur, quod contineat iniuriam. *l. vnica. C. de libell. famoſ. in fine ibi, alterius opinionem non lædat. l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. ibi, ad infamiam alterius. ff. de iniur.* ſed vt dictum fuit in principio, dicta verba non continent iniuriam, merito, &c.

193 Quoad ſecundum dubiũ dicitur, quod dicta in tabella ſunt vera, prolata tamen pro voto, & non pro libello ad effectum iniuriandi; Nam verum eſt, Abbatem induxiſſe teſtes, qui confeſſi fuerunt falſum depoſuiſſe, contemplatione eiuſdem Abbatis, qui teſtes hoc probant cõtra Fiſcũ, qui illos contra Abbatem induxit, & cuius Fiſci cauſa nunc agitur: probant ẽt, & verificant huiuſmodi factum, omiſſo illo articulo, an probent contra Abbatem, cum etiam hodie de conſuetudine, vt atteſtatur Boſſ. & Clar. probent teſtes, præſertim quando ſunt plures contra ſubornantem, & quæ cõſuetudo ſeruatur ẽt in Curia, prout in cauſa Pampilonen. contra D. Doctorem Roldam, qui fuit condemnatus per tres conformes à Magnificis DD. Locũtenẽtibus Gubernatoris, Auditoris Camerę, & Vicarij ex eo, quod duo teſtes per eũ in Rota examinati depoſuerũt fuiſſe ab eo ſubornatos, vel ſaltem faciunt indicium ad torturam, vt pluries ſeruatũ fuit in Curia, & hoc eſt etiam de iure, & adhoc poſſent plures Doctores allegari, relati per Boſſ. *in ti. de indi. nu. 156.* & hoc Magn. D. Fiſcalis, qui in dies dicit, & allegat huiuſmodi teſtes probare cõtra corrũpentes, & ſubornãtes, nõ negabit, prout hucuſq; non negauit, & hoc etiam conceditur in puncto.

194 Quo ſtante, dicitur verior, & cõmunior opinio, quod qñ dicta in libello ſunt vera, & ea ſciri intereſt Reipublicæ, liceat ẽt in famoſo libello dici. Nam intereſt Reipublicę ſciri aliquẽ eſſe falſarium. Bar. *in l. eum, qui nocentem. in prin. ff. de iniur.* Alexand. *in l. & ſi pepercerit. num. 6. ff. de lib. & poſth.* & quod iſta ſit verior, & cõmunior opinio, demonſtratur ex numero, & qualitate Doctorũ, qui deſcribuntur, & nominantur per alios excellentes dños, pro hac parte ſcribentes, & quod iſta opinio ſit verior, & quod de iure canonico ita teneatur, nullus eſt, qui hoc neget. Cum autẽ nos ſimus in terris Eccleſiæ, imò in Vrbe capite totius Eccleſiæ, non eſt dubitandum, quin iſta opinio ſit tenenda, & ſeruanda, etiã ſi eſſemus in foro ſeculari. c. *ſi duob. ĩ fi. de appell. & ibi Abb. & Dec. nu. 6.* qui dicunt, quod etiã in terris, quę nõ ſunt de tẽporali iuriſdictione Eccleſiæ, debent ſeruari Canones, ẽt inter Laicos. Et ſi diceretur, quod ꝑ alia parte ſint numero plures Doctores, negat̃. Dr̃ inſuper, quod tenentes hãc partẽ, ſunt maiores põdere, & qualitate, prout ſunt Cy. Pet. Ang. Arch. Spec. Io. And. Saly. Abb. Aug. Albe. & alij, quo caſu eorũ opinio tenẽda eſt, per tex. *in l. 1. §. ſed neq; ex multitudine Auctorũ. ff. de vet. iur. enucl.*

195 Secundo reſpondetur, quod ẽt dato, quod duo, vel tres Doctores tantum hãc opinionẽ tenerent, I. excuſari debet, tũ ex eo, quod ſi iſti Doctores crediderunt, hãc eſſe verã opinionẽ, multo magis potuit dictus I. iuriũ ignarus id credere; & ideo excuſari debet, & ad ipſum excuſandum

hoc

hoc ſufficit, prout in terminis argumentatur Plot. *in conſ.* 131. *nu.* 6.

196 Et eo magis prædicta concluſio procedit, quia hæc dicta vel facta non fuerunt animo prauo; demonſtratur primo, quia dicendo hæc animo prauo facta, includeretur delictũ, & animus delinquendi; ſed delictum non præſumitur. *l. merito. ff. pro ſoc.* nec animus delinquendi. Dec. *conſ.* 234. *nu.* 5. & iſte actus, qui poteſt ſe habere ad votum, & ſic ad bonum, & etiam ad iniuriam, & ſic ad malum, in bonam partem, & ſic pro voto, interpretari, & intelligi debet. Bal. *in l.* 1. *col.* 4. *nu....* *C. de ſeru. fugit.* Bar. *in l. non ſolum.* §. *ſed vt probari. ff. de nou. oper. nunc.*

197 Secũdo, quia iſte actus affigendi tabellas in Eccleſijs, communiter reputatur licitus; & quãdo quis facit actum, qui communiter licitus reputatur, licet in veritate ſit illicitus, excuſatur. Bart. *in l. quis ſit fugitiuus.* §. *apud Labeonem.* & ibi Alex. in Apoſtil. & Salyc. *ff. de adil. edict.* Iaſ. *conſ.* 153. *col.* 4. *verſ. ſeptimo facit. lib.* 4. Grat. *conſil.* 49. *num.* 12. *lib.* 2.

198 Tertio iſte prauus animus iniuriandi, & delinquendi, a iure non præſumitur, vbi alia coniectura præſumi pōt; & q̃n excuſari pōt aliquo errore vero, vel præſumpto, talis animus non præſumitur. Ruin. *conſ.* 145. *abſque multiloquio. nu.* 16. *vol.* 5. ſed in caſu noſtro non ſolum pōt capi alia coniectura, & huiuſmodi caſus pōt excuſari aliquo calore, ſed dr̃ de hoc euidenter, & ex ipſo facto apparere, cũ affixerit tabellam in forma voti.

199 Quarto quod hoc non fecerit animo prauo, & hoc ſit quid dependens ab animo, ſtari debet eius declarationi. *l. labeo. ff. de ſuppel. leg.* & nulla maior habetur declaratio, & certitudo mẽtis, & voluntatis noſtræ, q̃ illa, quæ verbis expreſſa eſt. Pariſ. *conſ.* 131. *nu.* 20. *vol.* 1. ſed I. medio iuramẽti declarauit, non aĩo iniuriandi, ſed pro explendo, & adimplendo voto id feciſſe, Merito, &c.

200 Quinto, & eò maximè ſtari debet dictæ declarationi, & dicendum eſt, hæc pro uoto, & nõ animo prauo facta fuiſſe, ex eo, quod vltra præmiſſa, plura concurrunt; primo, quia I. fol. 21. & 92. medio iuramenti ita teſtificatus fuit, quod pro voto I. fecit, & quod hoc ſibi ita declarauit, vt fol. 92. ibi, *M. I. diſſe, ehe fece queſto voto quando litigaua con l'Abbate per conto di quelli teſtimony;* Secũdo, quia veritas eſt, quod in lite tractarum fuit de maximo præiudicio, & honore ipſius I. adeo, quod ueriſimiliter potuit voucre, ꝑut alij communiter in ſimilibus vouere ſolent. Tertio concurrunt etiam alia ſuperius dicta in demonſtrando, tabellam non eſſe libellum famoſum.

201 Sexto principaliter facit, quod notãter dixit Bal. *in conſ.* 155. *reperitur. uol.* 3. quod talis præſumitur animus alicuius, qualis eſſe debet aliorũ ſimilia facientium; ſed alij ſimilia facientes, ſcilicet tabellas in Eccleſia pro votis affigentes, non ſolent habere prauũ animum, ita nec etiam præſumi debet in dicto I.

202 Vlterius, & ſeptimo loco ad excluſionẽ ipſius praui animi, conſiderandum eſt, quod tam Couar. *var. reſol. lib....c.* 11. *nu.* 6. quã Petra Plac. *lib.* 1. *c.* 1. *nu.* 4. videntur conſiderate prauitatem animi ex quodam calore intenſo malignandi, & quando abſq; vlla cauſa hæc dicta fuerint: ſed in caſu noſtro ex prædictis, quia datur cauſa hęc, videtur ceſſare, merito, &c. Et inſuper præfati Doctores non loquũtur de pęna famoſi libelli, ſed tantum iniuriarũ; & quando dicta in tabella ex aliqua cauſa excuſari nõ poſſent; ſed in caſu noſtro nõ ſolum ex cauſa legitima excuſantur, ſed demonſtratur contrarium eſſe verius. Et ſic ex prędictis vr̃ clarè cõcludi, quod de iure cõmuni, vt in puncto dicitur, I. in totum excuſari debet.

203 Sed vlterius, & quod non intrẽt motus proprij, & aſſerta bannimenta, dicitur primo, quod prædictæ oẽs diſpoſitiones allegãtur pro libellis famoſis; ſed in caſu nr̃o non datur libellus famoſus, vt ſupra dictũ eſt; merito, &c. Secũdo quoad motũ propriũ Pij V. vbi videtur maior difficultas, per illa verba in eo appoſita, videlicet, *vera & exprimendo*, dicitur, qđ dictus motus proprius nihil cõe habet cum caſu noſtro, & aliquo pacto non intrat; & hoc principaliter, quia dictus motus proprius loquitur, & editus fuit contra ſcribentes monita, vulgo *detti gli auiſi*, vt dicitur in Rubrica illius, ibi, *contra ſcribentes exemplantes monita*, vulgo *detti gli auiſi, & ritorti*, & argumentum ab ipſa rubrica validum eſt in iure. *l.* 1. & ibi Doct. *ff. ſi cer. pet. l.* 1. *circa fin. C. ne fideiuſſ. dot. dentur*, & quæ Rubrica materiam nigri demonſtrat. Io. de Imol. *in rubr. ff. de verb. oblig.*

204 Secundo demonſtratur ex illis verbis in dicto motu proprio appoſitis ibi, *ſub quodam ficto colore quarundam literarum incerto auctore ſcriptarum*, & per illa verba ibi, *nec literas monitorium appellatas literas de auiſi*, & ibi, *de futuris ſucceſſibus*, & ibi, *ſecreto tractãtur*, & pluribus alijs locis, quæ verba conuenire, & adaptari non poſſunt caſui noſtro, & de ſe patet, & cui non conueniunt verba legis, nec cõuenit illius diſpoſitio. *l. ſi ſeruum*, §. *non dixit Prætor. ff. de acquir. hæred.*

205 Non obſtant illa verba ibi, *nec præſumas libellos famoſos, &c.* & ſic, qđ vr̃ comprehendere libellos famoſos, quia dr̃ primo, qđ dicta tabella non dr̃ libellus famoſus, ſed votũ, vt ſupra dictũ eſt. Secundo, quia ibi, dũ dicit̃ de libellis famoſis, intelligit̃ de prædictis literis, vt ipſemet motus ꝑprius declarat ibi, *ſimiles libelli, litera, ſiue ſcriptura*, & ibi, *quod in hmõi libellis, literis, ſiue ſcripturis*, & ſic dum motus proprius loquit̃ de libellis, idẽ met intelligit, & declarat de literis monitoriorũ, *auiſi*, nũcupatis. Tertio quia dictus motus ꝑprius loquit̃ per hmõi verba videlicet, *talia præſumentes*, & ibi, *tam nefarias præſumptiones*, dicit̃, quod licet dolus, & animus iniuriandi præſumi poſſet, tñ q̃n lex utitur iſtis uerbis, præſumentes, & præſumptores, agens ad pœnã iniuriæ, debet probare dolum, & aĩum iniuriãdi, & qđ iniuria dolo facta fuerit. Fel. *in c. quoniam cõtra. nu.* 11. *de proba.* Marſ. *ſing.* 287. *tetigi tibi alias.* Plot. qui plures alios allegat *in l. ſi quando. nu.* 22. *ff. de iur. ſur. fol.* 13. Quarto, quia dictus motus proprius uidetur temporalis, dum diſponit, quod huiuſmodi ſcripturæ conſignentur Illuſtriſſimo Cardi-

vt inferius ex pluribus coniecturis apparebit. Nam ea, quæ in animo conſiſtunt, per extrinſecas coniecturas probantur. *l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milita.* Cyn. Alber. Fulgoſ. & alij *in d. l. ſi non conuicij in prin.* Abb. *in cap. paſtoralis. §. cũ autẽ. nu. 4. de offic. deleg. cap. eccleſia. 2. nu. 12. de electio. cap. cum te. nu. 29. de re iud.* Mayner. *in l. nullus videtur. nu. 3. & in l. penul. nu. 2. de reg. iur.* coniecturæ autem plures ſunt, videlicet.

141 Primo, quia dicta rabella affixa fuit in eccleſia, vbi ſimilia vota affigi ſolent, non libelli famoſi: ſecunda qualitas loci, cum elegerit Eccleſiam obſcuram, & nõ admodum frequenratam, ad quam ipſa iamdiu deuotionis cauſa quotidie accedere ſolitus erat. Tertia apponi eam curauit in loco ſatis eminenti, vt à nemine verba legi potuiſſent. Quarra minutiſſimis literis dicta verba ſcribi fecit. Quinta, quia nomen ſuum appoſuit, quod fieri non ſolet in libellis famoſis. *cap. quidam maligni. V. q. 1.* Sexta, quia deuotè flexis genibus poſt miſſam audiram, quam ipſe celebrari fecerat, elemoſina Sacerdoti, & multis pauperibus erogata, dictam tabellam appendi curauit; quæ omnes coniecturæ apertiſſimè demonſtranr bonum animum I. ab omni iniurandi, & delinquendi cogitatione remotũ. Non eſt enim veriſimile, quod hæc prauo animo fieri poſſint, cum nemo præſumatur immemor ſalutis æternæ. *c. cum contingat. de iureiur.* & ibi Doctor. *in l. fina. C. ad l. Iul. repetund.* Gram. *deciſ. 56. num. 14.* Adde ẽt, quia I. eſt nobilis, bonę exiſtimationis, & famę, nunquã ſolitus delinquere, aut quemq̃ lædere, vt latiſſimè probatũ eſt, & pro nobilibus præſumendum eſt multum. Glo. *in c. illud. 40. diſtinct.* Aym. *conſi. 6. nu. 28.* & contra homines bonæ conditionis, & famæ ceſſat delinquendi pręſumptio. Aymon. *conſ. 21. nu. 9.* per ea, quæ ſcribit Bald. *in l. cunctos populos, col. 4. verſ. quintũ exẽplum. C. de ſum. Trin. & fid. Cathol.*

142 Non obſtanr coniecturæ exaduerſo adductæ, ad probandam malam intentionem I. quia prima coniectura deducta ex præſenti inimicitia, falſa eſt in facto, vt conſtat per remiſſionem iniuriarũ ad inuicem factam ſuperiorib. annis; Iniuria enim ſemel remiſſa in perpetuum cenſetur remiſſa. Alc. *in tract. præſump. reg. 2. præſumpt. vlt.* Lancell. *de offic. Prætor. §. 3. tit. de iureiur. nu. 33.* Ex parte verò I. poſt dictam remiſſionem nõ probatur, aliquam præceſſiſſe iniuriam contra Abbatem; & quod prætenſa memorialia contra ipſum Abbatem Sanctiſſimo, ſeu iudicibus porrecta, ea fecir ad ſui defenſionem à vexationibus, & moleſtijs ſibi ab Abbate illatis: & quatenus etiam adeſſet inimicitia, cum tamen eiuſmodi tabellam fecerir ex rationabili, & iuſta cauſa, nempè voti, non poteſt præſumi, quod ex cauſa inimicitiæ fecerit, per ea, quæ ſingularirer tradir Pet. Gerard. *ſin. 14. nu. 11. cum ſeq.* & M. Mantua. *in cap. quæ in eccleſiarum, nu. 35. de conſtit.* vbi dicunt, quod occidens bannitum, cum quo habebar capitales inimicitias, non præſumitur, quod occiderit cauſa inimicitiæ, ſed potius ad publicam vindictam; in delictis enim talis præſumitur animus, qualis eſſe debet. l. *merito. ff. pro ſoc.* & Mantua, *in loco citato*, & faciunt optimè notata per Bar. *in l. verum. ff. de furt. nu. 4.* Marſi. *in rubr. de fideiuſſo. nu. 48. cum ſeq.* & confirmatur hoc, quia ſemper ſumitur interpreratio excluſiua delicti. *l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt.* & faciunt, q̃ tradit Menoch. *lib. 1. de arbit. iud. q. 90. nu. 25.* Marſi. *conſ. 7. nu. 23. et 25. et in d. rub. de fideiuſſ. n. 47.*

143 Secunda cõiectura adducitur cõtra I. quod propria manu ſcripſerit quandam querelam nomine cuiuſdam della Gatta, contra Abbatem, allegando ſeipſum in teſtem, & alia id genus multa; ex quibus quidem quatenus conſtet vera eſſe, nõ poreſt elici prauus animus, cum fecerit ad defenſam, vel ſuam, vel querelantis. Et cum pręſertim in iudicio fecerir, vbi prauus animus videtur abeſſe. *l. iniuriarum. ff. de iniur. l. vnica. C. de famoſ. libell.* Marian. Socin. *in c. ſi culpa. nume. 21. de iniur. & damn. dat.* & cum præſertim conſtet de remiſſione iniuriarum, vt ſupra dictum eſt.

144 Tertia coniectura ſumitur ex libro per I. cõſcripro, de quo dicemus inferius, quem, cum nõ prauo animo, nec ad effectum infamã di fecerit, vt apertiſſimè demonſtrabirur, ſed ad ſui defenſionem, & animo ad Principem deferendi, nulla poteſt ex eo praui animi coniectura deſumi, cũ iſte ſit actus licirus, *ad l. Papinianus exul. de minor. not. in c. ſemel malus, de reg. iur. in 6.*

145 Præterea omnes antedictę coniecturę, quatenus verę eſſent in facto, ſunt generales, illæ vero, quas ſupra retulimus ad fauorem I. ſunt ſpeciales, & ab ipſa re deſumptæ; & ideo excludunt illas generales, ad tex. *in c. 1. de reſcrip.* Bar. *in l. cũ de indebito. in prin. de probat.* Corn. *in l. non codicillum. nu. 3. et 4. C. de teſtam.* Mayner. *in l. contractus. nu. 82. de reg. iur.* Aym. *conſi. 258. nu. 21. vol. 2.*

146 Quarta coniectura cõtra I. adducirur, quod ipſe conſultus à Procuratore ſuo, ne deberet exprimere nomen Abbatis, id tamen expreſſit: Ad hoc reſpondetur, quod cum dictus Procurator ſolum dixerit, quod ſibi non placebat expreſſio nominum, cum ramen ipſe vellet explicare magnitudinem gratiæ à Deo receptæ, & cum alias mulras ſimiles tabellas pluribus in locis vidiſſet cum expreſſione nominũ, & narratione totius facti, noluit ſequi opinionem illius, ſed purum factum explicare; augebat enim magnirudinem gratiæ, magnitudo periculi, quod ſibi imminebat ex perſonæ qualitate.

147 Quinta, quod tantummodo expreſſerit nomen Abbatis, & non teſtium, leuiſſima quidem eſt; non enim ad rem faciebat expreſſio nominũ ipſorum teſtium, quia ipſe fuit liberatus ab inſidijs Abbatis, qui eos induxerat ſuper articulis ab eo iuratis, & cui acquirebatur ius per talem depoſirionem.

148 Quæ oẽs ſupradictæ coniecturæ, & quæcunque aliæ, quæ in caſu noſtro poſſent exaduerſo deduci, tolluntur, & eliduntur per coniecturas, & præſumptiones pro I. facientes, cum præſertim hæ faueant Reo, & delictum excludant, illæ vero admittant, vt tradit Aym. *conſi. 8. nume. 7. & 9.* vbi dicit, quod ſemper illa præſumptio pręualet,

Digitized by Google

ualet, ex qua inducitur bonitas alicuius; & præſumptio faciens pro reo, eſt fortior præſumptione accuſatoris, vt in terminis noſtris voluit Burſat. *conſ.94.nu.* 22. immo præfertur, etiã quod ſit par, vel in aliquo debilior, & inferior, per eundẽ Aym. *conſi.6.nu.40.cum ſeq.* Alex. *conſ.30.col. fina. in 2.dub.lib.7.* Abb. *in c.ex literis, de probat.* Glo. *in c.clerici.* 81. *diſt.* Accedit, quod coniecturę, & pręſumptiones pro I. facientes, validãtur ſuo dicto iurato, quod non fecerit animo iniuriandi, cui quidẽ ſtandum eſt, Marſ. *d.rub. de fideiuſſ. nu.40.* Guid.Pap. *conſi.223.* Miſing. *conſ.7.nu.23. & 24.* qui loquitur in ꝓprijs terminis animi iniuriãdi.

149 Præterea dato etiam, quod coniecturę exaduerſo deductæ, aliquid operari deberent, negari non poſſet, quin ex coniecturis ex parte I. conſideratis, cauſa redderetur dubia, & in tali dubio non eſſet pręſumendus animus iniuriandi. *l.item apud labeonem.§.ſi communem.ff. de iniu.* Alber. *in d.l.ſi non conuicij.in 4.col.poſt med.* cum præſertim verba in dubio præſumantur prolata in bonam partem. Glo.& Scriben. *in l.2.C.de his quib.ut ind.* Aug. *in add.* ad Ang. *in tract.malef. in verbo, verba iniurioſa, nu.3.* Ripa *in l.ſi.q.7.nu.28.C.de renoc.donat.* & in dubio nunquam capitur præſumptio delicti ex actu, quem quis facit, niſi facienti ſit fauorabilis. Alex. *conſil.127.nu.12. lib.4.* Aym. *conſ. 8. nu. 4.* Accedunt regulæ communes, quod reo ſemper eſt fauendum, præſertim contra Fiſcum, & præſertim in criminalibus. *l.non puto. ff. de iure fiſci, cum vulgar.* & dicitur *in l.abſentem. ff. de pan.* quod melius eſt nocẽtem abſoluere, quam innocentem condemnare, & plura tradit Marſil. *d.conſil.7.nu.20.* & pulcherrimè Aym. *d.conſ.15.nu.128.* Et cum ex ſupradictis dictus I. de iure communi omnino ſit abſoluendus, illud ſupereſt videre, an in caſu noſtro habeant locum motus proprij, & bannimenta?

150 Breuiſſimè reſpondetur, quod nullo modo locum habere poſſunt, quia cum ſolum augeãt, vel confirment pœnam a iure communi impoſitam, ſi de iure communi I. nullo modo venit puniendus, quia vt ſupra latiſſimè probatum eſt, dicta tabella nullam continet iniuriam, neque ad effectum infamandi fuit appenſa. & ideo dici nõ poſſit libellus famoſus, vtique nec etiam ex conſtitutionibus, aut bannimentis pœnam incurrebitur, iuxta trad. per Hippol. *conſ.7.nu.15.circa finẽ.* Neque obſtat, quod in dicta conſtitutione Pij Quinti dicatur, eos ad pœnam libelli famoſi teneri, qui in dictis libellis etiam vera expreſſerint, quia cum veniat tantummodo ad augẽdum ius commune, & ſupra ſatis abundè probatum ſit, quod de iure communi, quotieſcunque dicitur verum, quod Reipublicæ intereſt detegi, præſertim non animo iniuriandi, nec diffamandi, non poteſt incurrere pœnam libelli famoſi, vtique ſecundum dictum ius commune debet interpretari. Hippol. *in loco præallegato.*

151 Vltimo vero quoad librum penes ipſum I. ſub claue repertum, quod ex eo puniri nõ poſſit, apertiſſimè demonſtratur, cum non animo iniuriandi dictum librum compoſuerit, ſed ad ſui defenſionem, & ad effectum producendi in iudicio contra Fiſcum, vt patet ex illius proteſtatione, in inſcriptione dicti libri, quæ animum proteſtãtis declarat. *l.ſi quis. §. hoc edicto.de relig. & ſumpt. funer. cum ſimil.* præſertim cum ſit repetita expreſſe in princip. dicti libri, quę geminatio magis declarat illius intentionem. Felyn. *in c.ſi cautio. de fid.inſtrum.nu.39.cum ſeq.* Dec. *conſi. 666.num.4.* Aym. *conſi.105.num.3.& conſ.201.nu.42.*

152 Neque obſtat, quod exaduerſo dicitur, illam proteſtationem, tanquam facto cõtrariam, proteſtanti non prodeſſe: illud enim procedit, quando ſcriptura, in qua proteſtatio apponitur, non poteſt, niſi in malam partem, accipi, & ita ſentit Bar. *in l.ſi extraneus, de acq. hared. cum ſimil.* ſecus vero, quando aliter poteſt intelligi, prout in caſu noſtro. Nam ipſe dictum librum confecit pro ſui defenſione, & animo iudicibus porrigendi pro eorum informatione; quo caſu prodeſt ſibi ſua proteſtatio, cum ex ea percipiatur, quæ fuerit illius intentio. Riminal. *in d.l.fin.nu.3.ff.quod quiſque iur.* & Rub. Alexandrin. *in repet. §. morte. l.non ſolum.nu.359.ff.de nou.oper.nunc.* poſt Inno. Compoſtell. Ioan.And. Abb.& alios *in c.cum M. Ferrarien. de conſt.* vbi nouiſſimè Marc. Mantua de communi teſtatur, *nu.60.* poſt Rip. *ibi. nu. 96.*

153 Præterea res ipſa demonſtrat, quæ fuerit illius intentio in dicto libro cõficiendo, cum nulli oſtenderit, niſi iudicibus pro eorum informatione, ſicuti proteſtatus fuerat; ex quo apparet, quod non habuit animum iniuriandi, ſeu diffamandi: ſi enim talem habuiſſet animũ iniurandi, ſeu diffamandi, dictũ librum publicaſſet; ſed imò nec ẽt voluit illius copiam dare cuidam Alexandro Lario, qui tunc erat Abbatis inimicus, & pollicebatur velle contra Abbatẽ inueſtigare: quæ omnia apertiſſimè demõſtrant, validiſſimam eſſe illius proteſtationem, neque ad alium effectum dictum liberum compoſuiſſe, & illo vſum fuiſſe, niſi ad eum, quem in dicta proteſtatione poſuerat.

154 Ea vero, quæ dicuntur in dicto libro contineri, de præterito ſummo Pontifice, Cardinalibus, & Prælatis, aſſerendo, Abbatem ea de ipſo ſummo Pontifice, Cardinalibus, & Prælatis, ſibi dixiſſe, vtiq; nõ ipſe de illis obloquitur, ſed Abbatem obloquentem accuſat; & ſic tale delictum Abbatis ſimul cũ alijs in eodem libro adnotauit.

155 Vlterius cum I. fecerit dictũ librum pro informatione iudicum, quibus oſtendit, & non ad effectum accuſandi, videtur eſſe quædã ſimplex denunciatio; & propterea ex eo nullo modo pœna calumniæ eſt puniendus, licet non probauerit, cum nominauerit teſtes de ſingulis exceſſibus in eo contentis informatos, ac etiam adnotauerit, in quibus officijs Notariorũ, & proceſſibus de huiuſmodi delictis poſſet inquiri, per ea, quæ tradit Ang. *in tract.malef.in verbo, necnon ad denunciationem.num.20.* Aegid.Boſſ. *in tit. de denunc.num. 14.* Quare ex his omnibus apertiſſimè concluditur, I. omnino abſoluendum eſſe.

LAVS DEO.

Tertium reſponſum incerti Conſulentis, & ſine nomine in eadem cauſa Pro I. contra Fiſcum, & Aabatem.

156 ADSIT DEVS. Attingendo ſolum ex propoſitis dubitationibus vnicā difficultatem, quæ forſan magis ſubſtantialis videtur; Dico, quod iniuria per dicentem verum non committitur, quando ſumus in delictis, quæ expedit Reipublicæ ſciri. *l. quod Reipublicæ, & l. eum qui nocentem. ff. de iniur.* vbi Bar. in prin. Azo. Cy. Ang. Hoſt. Bart. Abb. in locis allegatis per Briſcien. qui eos ſequitur *in ſuo reper. in verbo, iniuria. col. 3. verſ. ſi improperatur. & latius col. 4. verſic. quando alicui.* Cyn. *in l. ſi non conuitij. C. de iniur.* Afflict. *de pace iuramen. firman. verſic. iniuria punitur. num. 75.* Iaſ. qui alios cumulat, & ſequitur *in l. ſi pepererit. in princ. nu. 7. verſic. limita. ff. de lib. & poſthum.* Saly. *in l. ſi non es. C. de iniur.* Bal. *in §. 1. inſti. de iniur.* Soz in *conſi. 118. ſub nu. 1. uerſic. ſed in hac prima dubitatione. lib. 1.* & hanc communem opinionē eſſe teſtantur Ale. *in d. l. ſi pepererit. in prin. num. 6. in fi. & iterum in l. 3. nu. 6. ff. de liber. & poſthum.* Boer. *poſt conſuet. bitur. conſi. 1. & conſi. 4. nu. 33. uerſic. ſexta opinio fuit Petri, iuncto num. 36. ver. quid dicendum,* Villalob. *litera A nu. 28.* Clar. *in pract. §. iniuria. uerſ. Item quæro nunquid dicens.* Suarez. *in commun. opin. litera I. nu. 85. & 86.*

157 Et iſtam communem opinionem ſibi locum vendicare particulariter etiam in libello famoſo, dicit glo. *in §. 1. in uerbo, fieret. inſti. de iniur.* Fab. à Monteleone *in ſua prax. crim. arbitra. par. 4. num. 1049.* & de iure Canon. in puris terminis libelli famoſi, dicit Io. And. ad Specul. *in tit. de iniur. colum. 1. in fine.* Abb. poſt Hoſtien. & Io. And. *in c. fin. in fine. de iniur.* Felyn. *in c. dilecti filij. de excep.* & alij omnes, quos enumerat, & allegat Briſciē. *in d. ſuo repertor. in uerbo, iniuria, colu. 4. uerſic. quando alicui. & eſt tex. in c. qui in alterius, & ibi gloſ. 5. quæſt. 1. & c. 1. 2. & 3. ubi pariter glo. 5. quæſt. 6.* quod quidem ius Canonicum, cum ſimus in terris eccleſiæ, ſeruandum eſt, & non ciuile. Facitque pro hac eadem opinione vrgens, & irrefragabilis ratio, quia ſi iniuria non committitur per dicentem verum, prout ſupra firmaui, ſecundum communes opiniones, quę non habent cōtradictorem, ergo nec etiam libellus famoſus, quia vbi non eſt locus actioni iniuriarum; conſequenter nec libelli famoſi. *l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. nu. 4. uerſic. ſi tamen, de iniur.* Vitel. *in tract. malef. tit. de famoſ. libell. num. 3.* ideo fatuum eſt dicere, quod veritas excuſat conuitiantem ab iniuria, ſecus autem à libello famoſo, quia (vt dixi) vbi non datur iniuria, ibi non dicitur libellus famoſus; & licet aliqui contrarium dixerint, parum eſt curandum de eorum opinione, poſtquā apparet de contraria ratione, & communi omnium ſententia, de qua ſupra.

158 Similiter contra tot auctoritates Illuſtrium Conſultorum, & legū non habebit obſtare quędam aſſerta diſtinctio aliquorum, dum dicunt, quod dicta communis opinio per tot auctoritates cōprobata, tunc vendicet ſibi locum, quando non animo prauo verba, aut ſcriptura extraiudicialiter fuerint prolata; alias ſi non bono animo, tūc etiam quod Reipublicę interſit propalari, & ſint vera, nihilominus habeat locum actio iniuriarū: quia ſi recte aduertatur, iſta nō eſt diſtinctio, ſed mera contrarietas ſupradictæ concluſioni facta, quia ſi bono animo verba prædicta debuiſſent proferri, non opus eſſet iuxta communes opiniones prædictas diſtinguere, an expediat eſſe notū Reipublicæ, vel non; quia ſufficeret verum eſſe, quod obijcitur, pręter id, quod Reipublicæ intereſſet propalari, prout in cornuto, paupere, ceco, claudo, & ſimilibus, & ſic fruſtratorius eſſet tex. *in d. l. eum, qui nocentem. in prin.* dum aſſignans rationem deciſionis dicit, *peccata enim nocentium nota eſſe, & oportere, & expedire.* Idem pariter de tex. *in l. lex Cornelia. in fine ff. de iniu.*

159 Et ſi præmiſſis non obſtantibus, placebit adhærere dictæ opinioni cōtrariæ, quæ eſt inferior numero, & qualitate Doctorum, & deſtruit rationes per leges prædictas expreſſas, licet à communi opinione paternitatem veſtram nullo modo diſceſſuram putem, indiſtinctè à tot, tantiſque Doctoribus firmata; Placeat ſaltem iſtā ex aduerſo aſſertam diſtinctionem ſubdiſtinguere, videlicet, vt eo caſu non ſuffragetur veritas improperati conuicij extraiudicialiter, quantumcunque Reipublicę interſit, videlicet, quādo cōcernit defectum abſque culpa cōuitiati, vt in Baſtardo, leproſo, & ſimilibus, & iſto caſu procedat diſtinctio ex aduerſo aſſerta: in alijs verò caſibus prouenientibus ex defectu conuitiati, vt in fure, ſubornatore, & inductore teſtium falſorū, & ſimilibus, procedat communis opinio, vt ſufficiat verum eſſe, quod improperatur, non obſtante, quod extraiudicialiter fuerit cōuitium improperatū, quam diſtinctionem firmant Io. Tab. *in d. §. 1. nume. 3. & 4. inſt. de iniur.* & pulchre Afflict. *de Pac. iuram. firman. c. 1. §. iniu. num. 75. & 76.*

160 Et ſaltem negari non poteſt, quod ſtante varietate, & dubietate opinionum, ſit adhęrendum huic noſtræ opinioni, tanquam æquiori, & benigniori, prout in re dubia benigniorem interpretationem ſequi, non minus iuſtius, quàm tutius dixit tex. *in l. proxime. ff. de his, quæ in teſtamen. delen.* Abb. & alij *in cap. 1. circa finem, de conſtitut.* Natt. *conſi. 671. in fine.*

LAVS DEO.

Reſponſum Vincentij Parentij in eadem cauſa pro I. contra Fiſcum, & Abbatem.

161 ADSIT DEVS. Multiplicitas dubiorum, & informationes lōgiſſimæ ex aduerſo datæ, cogunt me præter ſtilum Curiæ longius ſcribere, breuitate tamen maiori, qua potero, ſingula capita perſtringam, his, quæ ex aduerſo deducuntur, reſpondendo; & quoad primum caput,

caput,qđ pictura, & verba in tabella poſita,non cōtineant iniuriā contra Abbatē,ſatis oſtendi; Nā pictura ipſa nihil turpe cōtinet,cū Abbas inhoneſtè depictus nō fuerit, put erat in caſu Par. de Puteo,cū ille ſuam Amaſiā nudā depinxerat.

162 Ex verbis autē nihil iniurioſum Abbati eſt imputandum,quia ea verba, *hauendo il Reuerendo Abbate,&c. indotti diuerſi falſi teſtimonij per leuare la robba,et la fama,&c.* nullius delicti infamia Ab batem efficiunt,quia nō dicit in eis,quod Abbas induxerit dictos teſtes ſciens eſſe falſos;Non ſequitur.n.talis induxit falſos teſtes, ergo falſum cōmiſit,cū requiratur,quod inducens, eos falſos eſſe ſciuerit,vt declarat Bal.*in l.fin.ſub nu.8.verſi. iſta gl.eſt notabilis.C.ſi minor ſe maior dixerit,* cum congeſtis per Iul.Clar.*in prax.crim. in uerbo, falſum.verſ.producens falſos teſtes, & uerſ.ntens dicto falſi teſtis.* cum ergo in dicta tabella nihil contineatur de ſcientia dicti Abbatis,dicta verba nullam inferunt iniuriam,per prædicta.

163 Nec verba illa, *per leuare la robba, & l'honore,* quicquam faciunt, quia ex inductione teſtiū ſuper eo,quod I. vteretur falſo inſtrumēto cenſus, ſciēs id eſſe falſum, quia pecunias non ſoluiſſet, abſque dubio ipſi auferebantur bona,& honor, quia tunc diceretur falſum cōmittere, vt eſt tex. *in l.maiorē.C.de falſ.*cū cōgeſtis per Iul. Clar.*d.§. falſum.uerſ.utens falſo inſtrumēto.ubi pœna falſi eſt deportatio cum publicatione bonorum.l.1.§.ſi ad l.Cornel.de falſ.*Ideo cū nō expreſſerit in dictis verbis, quod Abbas ſciens dictos falſos teſtes ad faciendum condemnari I.de falſo induxerit, nō poteſt dici, quod iniurioſum aliquid illi obiecerit, per prællegata; & in dubio verba interpretari debent,vt iniuriam non contineant, iuxta tradita per Aym.*conſ.9.nu.*20.cum ſimil.

164 Neq; poteſt interpretari, quod I. intellexerit,quod Abbas ſciēter falſos teſtes induxerit ex his,quę exaduerſo dicunt,per eū dici in ſuis cōſtitutis; quia hoc,quod exaduerſo dicitur, vt mihi aſſeritur,in dictis cōſtitutis nō continetur; ideo aliter rndere opus non eſt; prout ēt minus quicquā facit, quod dr̄ de eōi vſu loquendi, quia vt communis vſus loquendi in aliqua materia allegari poſſit,requiritur,quod is plenè,& concludēter probetur,vt declarat Bar. *in l.Labeo.ſub num.6. & ſeq.de ſuppell.leg.* Aret. *in conſil.* 107.*paulo ante fin.uerſ.ad ſeptimum,*& *conſ.*159.*ſub nu.*180.Fran ciſc. Nicomt. *in repet. rubr.de non. oper.nunc.num.* 246. Cum aūt nulla probatio facta ſit de hoc cōmuni vſu loquendi, nec credimus etiā in eo fieri poſſe, cum talem vſum cōmunem loquendi non adeſſe,certū ſit apud omnes,nō video,quomodo illa verba, de quibus in tabella, interpretari poſſint,vt iniuriam contineant,per prædicta.

165 Alia vero verba ſubſequentia, quod teſtes illi dixerint ,falſum teſtimoniū dixiſſe ad inſtātiā Abbatis, nullū pęnitus exprobrāt delictū Abbati,cū ex eo,quod illi teſtes id dixerint,non probetur, quod Abbas eos ad id dicēdū ſubornauerit, vt per Dec.*conſ.*189.*n.*9.*et conſ.*134.*in* 1.*col.*Hippol.*in conſ.*78.*n.*11.*& ſeq.& nu.*18.Gram.*conſ.crimin.*46.*col.penul.*in fine, & exaduerſo Scribentes id etiam fatentur; ideo non poteſt dici, quod in dicta tabella aliquid ſcriptum ſit,quod delictum aliquod Abbati importet;& conſequenter nihil eſt in dicta tabella contra ipſum iniurioſum, excluſo dicto delicto,per ſupra deducta.

166 Quo fit, vt cū iniurioſum aliquod non contineatur in dicta tabella, & libellus famoſus appellari non poſſit, cum ſolus libellus famoſus is dicatur,vt pęna libelli famoſi locū ſibi uendicet, in quo aliquid iniurioſum continet, vt declarat gl.*in l.*1.*in verbo,famoſum,*ubi alij omnes *C.de famoſ.libel.*eſt tex.*in c.*1.5.*q.*1.*ibi,quod in alterius famam.*& propterea uidemus,quod in pęna famoſi libelli punitur etiam delinquēs iniuriarum. *l.lex Cornelia.§.ſi quis librum,*vbi Bar.circa prin.& omnes alij,*de iniur.*Bonif.de Vital. *in tract. de malef. in tit.de famoſ.libell.circa princ.* ex quo ergo dicta tabella nihil iniurioſum continet contra Abbatem, ſumus in caſu claro, quod ea non poteſt libellus famoſus cenſeri,per prællegata.

167 Quoad tertium dubium, an probentur uera ea,quæ in dicta tabella continentur, affirmatiuè reſoluendum eſt; nam quòd Abbas teſtes induxerit,conſtat ex ipſis articulis,in quibus ſunt teſtes nominati, & inducti, & articuli ſunt medio iuramenti ſpecificati; q̄ aūt induxit,ad tollendū honorem, & bona I. ſatis probatur, ex quo ex iſtis teſtibus inducebatur, quod I. uteretur inſtrumēto falſo,ut ſupra dictum eſt. Quod teſtes ſint falſi,& dixerint,quòd depoſuerint ad inſtantiam Abbatis, ſatis probatur ex proceſſu, in quo dicti teſtes fuerunt condemnati; qui quidem proceſſus facit fidem contra omnes, quod ita fuerit factum, ſicut in eo continetur, ut declarant Bartol.*in l.*2.*numero* 12.*C.de eden.*& ibi omnes alij. Cum ergo hoc ſolum nunc quæratur, an huiuſmodi teſtes fuerint falſi, & depoſuerint ſe dixiſſe, quod depoſuerunt ad inſtantiam Abbatis, & ſic ſolum quæratur de veritate huius facti, & non de effectu facti, an ſcilicet huiuſmodi teſtes probent contra Abbatem,ſatis prædictum factum uerificatur ex dicto proceſſu, per prællegata. Nec obſtat, quod dictum illorum teſtium non noceat Abbati, quia hoc non eſt neceſſarium pro uerificatione contentorum in tabella, cum in ea ſolum dicatur, quod teſtes dixerunt, non quod teſtes probent, ut dictum eſt.Ex quo ſequitur,quod nec ſententia,qua Abbas fuit condemnatus,eſt neceſſaria pro uerificatione contentorum in tabella,cū ſolum in ea dicatur,quod teſtes erāt falſi, & dixerunt depoſuiſſe ad inſtantiam Abbatis, & hoc factū ſatis uerificatur ex dicto proceſſu,quod ſufficit,cū nō agatur ad effectū iſtius facti, ſed qđ ita factū fuerit, ut ſupra oſtenſum eſt. Vltra quod,ſi ſententia neceſſaria eſſet, poſtquam ſunt lapſa fatalia appellationis, ea operatur rei ueritatem, etiamſi ſuper deſertione appellationis nihil fuerit iudicatum, ut habetur per Rot. de appell. *in non. deciſione prima, ſub num.*3.*& alijs ſeqq.* Vnde cum oſtendatur uerum, quod in tabella continetur, & id non contineat aliquod delictum Abbatis, iuris oſtenditur, in ea non contineri aliquid iniurioſum

P iurioſum

iurioſum contra Abbatem, quod ſolum ſufficit pro liberatione I. ab omni pęna prætenſi famoſi libelli, per ſupra deducta.

168 Et quãuis ſtantibus præmiſſis, non eſſet opus aliquid reſpondere ad quartum dubiũ, quæ ſcillicet ſit magis communis opinio in hoc dubio, an ſit locus pœnæ famoſi libelli, vbi contenta in dicto libello vera probantur, & expedit Republicę ea ſciri, & publicari; attamen, vt omnibus ex partibus menti D. mei ſatiſfaciam, dico, opinionem negatiuam eſſe magis cõmunem, ſi numerentur, & ponderentur dicta Doctorum. In primis eam tenet gl. *in* §. 1. *in verbo, fieret, inſtit. de iniur.* Petr. de Bellapert. *in l.* 1. *C. de famoſ. libel.* Cyn. *in eodem loco,* Salyc. etiam, *dum ponit ſummarium eiuſdem legis in prin. ibi, tertio, quod de pœna dixerat.* vbi clarè loquitur. Archid. *in d. c.* 1. *ibi, adde hoc totum.* 5. *q.* 1. Bellam. *ibidem ſub nu.* 1. *ad fin. & ſeq.* vbi hoc idem Laurentius tenet, Bonif. de Vital. *de maleſ. in tit. de famoſ. libell. nu.* 3. Ang. *in l. lex Cornelia* §. *ſi quis librum, ſub nu.* 4. *verſ. ſi tamẽ ipſe valet oſtendere. de iniur.* Et de iure canonico idem aſſerit Io. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de iniur. & damn. dat. in prin. in addit. ſuper litera* b, *circa med. verſ. canones exequuntur.* Abb. *c. cum te. ſub nu.* 28. *verſ. ſecundo caſu, ibi, ſecundum Canones excuſatur. de re iud.* Io. Bapt. Plot. *inter conſ. crim. vltimo loco collecta in* 1. *lib. cõſil.* 131. *nu.* 5. & eſt tex. qui cauillari non poteſt *in c.* 1. *incip. qui in alterius.* 5. *q.* 1.

169 Auctoritas autem iſtorum vndecim Doctorum præualere debet auctoritatibus ex aduerſo, deductis. Nam dum primo loco adducitur gl. *in l. eum qui nocentem. de iniur.* dico, quod ea non debet haberi in conſideratione, ex quo contrarium tenuit *in d.* §. 1 *inſtit. de iniur.* Ang. *in l. vnica. C. de famoſ. libel.* non meretur allegari, cum cõtrarium tenuerit *in d.* §. *ſi quis librum.* Azzo. *de famoſ. libel.* bene dicit, quod qui proponit libellum in iudicio, ſi probet, excuſatur, quod & nos admittimus; ſed non dicit, quod ſi extra iudicium proponit, & probet verum, quod puniatur; ideo in hoc propoſito non meretur allegari, & cõſequenter eius opinio non eſt contraria ei, quod tenuit Laurentius Vgo, Archid. & Aegid. *in d. c. de prima,* ex quo nihil dicit de pęna probantis veritatem contentorum in libello, extraiudicialiter dato, Boſſ. *in tit. de iniur. ſub nu.* 4. *paulo ante fin. verſ. ſed in ſecundo membro.* refert Abb. *in d. c. cum te*, qui ſecũdum canones tenet contrariũ. Vnde cum conſtet de relato, magis ei ſtatur, quam referẽti, iuxta trad. per Dec. *in conſi.* 63. *ſub nu.* 6. remanet igitur tantum Rom. *in conſi.* 96. Oldr. *in conſi.* 53. Couar. *li.* 1. *uar. reſol. c.* 11. *ſub nu.* 6. *uerſ.* 2. Alex. de Neuo. Gom. & Plac. qui in totum ſũt numero ſex, & vt plurimũ ſunt moderni, quorũ auctoritati præualere debent Petr. de Bellaper. Cyn. Salyc. Laurẽ. Vgo, Archi. Aegid. Bonif. de Vital. Io. And. Abb. & Plot. qui ſunt numero decem, excluſis Ang. & gl. qui etiam contrarium dixerunt, cum pro hac parte ſunt antiquiores Doctores, & in maiori numero, & pro eis eſt tex. *in d. c.* 1. 5. *q.* 1.

170 Et hæc opinio comprobatur, quia tenentes contrariam opinionẽ, mouentur ex eo, qđ extra iudicium non liceat alicui aliquid iniurioſũ opponere, & ſi verum ſit; quę opinio cõiter damnatur, vbicunque Reipublicæ expedit id ſciri, vt declarat Bar. *in d. l. eum qui nocentem. de iniur.* & hãc opin. approbat Couar. *d. c.* 11. *n.* 6. cõmunem q; dicit Boer. *in conſ.* 4. *ſub nu.* 33. *uerſ. ſexta opinio fuit Petri, iuncto nu.* 36. *uerſ. quid dicẽdũ,* Villal. *de com. opin. ſuper litera A, nu.* 28. Iul. Clar. *in prax. crim.* §. *iniuria. penul. pag. uerſ. item quaro, nunquid dicens.* Alex. *in addi. ad Bar. in d. l. eũ, qui nocentem,* & hinc ſequitur, quod opinio tenentiũ cõtrariũ, ſ. q & vbi probatur veritas, adhuc ſit locus pęnæ libelli famoſi, limitari ſaltem debet eo caſu, quo cõtenta in libello famoſo expedit Reipublicæ ſciri. Nam cum ita ſit cõis opinio omniũ, quod id, quod dicitur & extra iudicium, ſi verum ſit, & expediat Reipublicæ ſciri, pęna iniuriarũ locum non habeat, vt habetur per ſupra allegatos Doct. nõ video tõnem diuerſitatis, cur & id nõ permittatur in iniuria prolata in ſcriptura, cũ idẽ ſit, aliquem verbo iniuria afficere, vel ſcriptura, ut optimè declarat Rom. videdus *in conſ.* 378. *in* 1. *dub.* Plot. *d. conſ.* 131. *nu.* 18. Ideo cũ ſolũ hoc cõſideretur ad excuſãdũ iniuriã inferẽtẽ, q expediat Reipublicæ, id qđ dicitur, ſciri, non uidetur ratio diuerſitatis, cur magis excuſetur hoc voce exprimens, quã ſcriptura, cũ utraq; dicatur iniuria verbalis, vt per Doctores pręallegatos; & ſic cõcludo, opinionẽ tenentiũ pœnã libelli famoſi habere locũ & in vera dicente, nullo modo procedere eo caſu, quo id ſciri Reipublicę expedit, p ſupra deducta; cũ. n. in hoc quarto dubio præſupponatẽ expedite Reipublicæ, qđ cõtenta in tabella ſcirentur, ſumus in caſu claro, qd nõ eſt locus alicui pęnæ; & in hoc nullã eſſe cõtradictionẽ, p pręallegata.

171 Nec obſtat id, quod dicit Ang. ex aduerſo allegatus, q vbicunq; aliquis fuit cõdemnatus de aliquo delicto, id delictũ alicui nõ põt obijci ſine iniuria, quia condẽnatus nõ põt amplius accuſari, quia contrariũ dicit Bar. *in d. l. eum qui nocentem,* ubi loquitur in eo, qui fuit mitratus, & ſic condemnatus cũ exequutione cõdẽnationis; & hoc oſtẽditur, quia & ſi de eo, quod expedit Reipubl. ſciri quis nõ poſſit accuſari, ſi id opponat, & uerũ ſit, nõ eſt locus pęnę iniuriarũ, ut per Cy. *in l. ſi non conuicij. col. antepen. ſub nu.* 11. *paulo ante finem, verſ. primo caſu. C. de iniur.* quem oẽs Doctores ſequũtur, ut per Boer. in loco ſupra allegato; ideo cũ in caſu noſtro præſupponatur expedire Reipublicę ſciri, quod cõtinebatur in tabella, nõ poteſt eſſe locus pęnæ iniuriarum, nec libelli famoſi per prædicta. Neque eſt bona ratio, de iure diuino non debet quis detegere uitium alterius, ita, ut faciens committat peccatum, ergo & iniuriarum tenetur, quia hoc argumentum non procedit, ut per Couar. *d. c.* 11. *verſi. ſextum.*

172 Ad id uero, quod dicitur, quod prauo animo, & ex libidine iniuriandi I. huiuſmodi tabellã fecerit, & affixerit; facile reſpondetur, quod cum animus iniuriandi tollatur ex coniectura, ut per Abb. *cap. cum te. ſub numero* 20. ubi Felyn. *circa fin. de re iudic.* ſatis cognoſcitur, quod I. non habuit animum iniuriandi, ſtante rei ueritate; &

quod

Digitized by Google

quod ſatisfaciendo voro id fecit; Non eſt.n.veriſimile, quod ſi habuiſſet animũ iniuriandi, tabellam hanc poſuiſſet ex cauſa voti, & in Eccleſia, cum nemo præſumatur immemor ſalutis æternę. *l.fi.C.ad l.Iul.repetund.* Alciat.*de præſumpt.3.reg.præſumpt.*4. prout oſtenderet immemorem eſſe, ſi alteri iniuriam facere voluiſſet, dũ animæ ſuæ in explendo voto conſulere volebat. Vnde cũ adſit cauſa voti, & veritas facti, ceſſat animus iniuriandi, vt per Abb.*d.c.cum te.nu.*29. & ibi Felyn.*circa fin.de re iud.*cum ſimilibus.

173 Quantum attinet ad vltimum dubium de libro, in eo non poteſt cadere aliqua pœna libelli famoſi, quia cum ille liber fuerit factus, & exhibitus in iudicio, iudicibus, & notarijs duntaxat, ceſſat pęna libelli famoſi, vt habetur *in d.l.*1.*C.de libel.fam.*& volunt oẽs Doctores ex aduerſo allegati, ideo ſuper tali libro nulla eſt vis facienda.

174 Nec poteſt eſſe locus conſtitutioni Pij V. cõtra authores libellorum famoſorum, tũ quia ea loquitur de libellis conſcriptis in infamiam alicuius, quod minimè conuenit tabellæ, de qua agitur, cum in ea nihil, quod infamia Abbatem afficiat, contineatur, vt ſupra oſtenſum eſt; vt autem ſit locus alicui diſpoſitioni pęnali, qualitatem in ea appoſitam verificari, neceſſe eſt. Io.Andr.*in c.*1.*de homic.in* 6.Pariſ.*conſi.*49.*n.*20.*in* 3.Tũ etiam quia cum huiuſmodi conſtitutio veniat augendo pęnas a iure communi ſtatutas, ab ipſo iure communi interpretationem recipere debet, vt eſt text. *in l.* 2. *C. de noxalib.* & ibi omnes not. Hipp.*conſ.*7.*nu.*15.*circa finem, et ſeq.* Cum autem in caſu, quo expedit Reipublicę aliquid ſciri, ceſſet pęna iniuriarum, & libelli famoſi, vt ſupra oſtenſum eſt, ceſſare etiam debet pęna dictæ conſtitutionis, ſecundum ius commune interpretandæ, per præallegata; ideo non eſt locus alicui pęnæ contra I. ratione dictarum tabellę, & libri per ſupra deducta.

LAVS DEO.

Reſponſum Hieronymi Gabrielij in eadem cauſa pro I. contra Fiſcum, & Abbatem.

175 ADSIT DEVS. Quoad primum dubium verba tabellæ hæc ſunt, *Hauendo, &c. indotti diuerſi teſtimonij falſi per leuare la robba, et l'honore a I. per gratia del Santiſſimo Salnatore, &c. diſſero hauer commeſſo tal falſità a contemplatione di eſſo Abbate.* Illa igitut dictio, falſi, poteſt intelligi, non quod Abbas eos induxerit, vt falſum dicerent, ſed quia ex euentu iam apparuerant falſi; idcirco quoad Abbatẽ præſupponitut inductio ſola variorum teſtium; illa autem verba, *per leuar gli, &c.* denotant effectum, qui ſequebatur ex inductione teſtium, niſi detecta eſſet falſitas. Nam dictio, vt, pro modo perſepè capitur, veluti in euangelijs, vt impleretur ſcriptura; idcirco cõcluditur, quòd cum tabella his verbis, *diſſero hauer commeſſo tal falſità a contemplatione di detto Abbate,* nõ dicat a ſubornatione, ſed a contẽplatione *di detto Abbate*, ideo non requirit ſcientiam Abbatis. Hæc vero interpretatio capienda eſt, quia verba, & actus ſemper, ſi quo modo poteſt, ita interpretanda ſunt, vt excludatur delictum. Dec. *conſi.*189.*col.*2.*nu.* 5.Rom.*conſi.*353.*in fine.* Alex. *conſi.*128.*nu.*4.*vol.*4.Iaſ. *in l.non ſolum.*§.*ſciendum.de nou.oper.nunc.in fine.*Hippol. *in pract.* §.*diligenter.nu.*190.Marian.iun.*conſil.*39.*nu.*73.*vol.*2.Iaſ. *conſi.*153.*nu.*3.*vol.*2.

176 Quoad ſecundum non eſt dubiũ, quod concluſio tabellæ, quod, ſ. teſtes dixerint ſe falsũ depoſuiſſe contemplatione Abbatis, eſt uera, & uerum pariter eſt, qđ Abbas induxit hos teſtes; immo ad effectũ, de quo agitur, ut euitetur delictũ, & pęna, uerum etiam eſt, quod Abbas illos ſcienter induxit; nam quamuis teſtibus ipſis non habeatur plena fides, *c.ſicut, de teſtib.* tamen, quia nõ ſolum ipſi teſtes, ſed ẽt Abbas condemnatus fuit pro opinione I. verum id erat; quæ opinio hoc caſu ſpectanda eſt, qm̃ excludit dolũ, ſine quo non incurritur pęna libelli famoſi. *l.lex Cornelia.*§.*fin. de iniur.et inſti.eod.*§.1.& in uniuerſum explorati iuris eſt, pęnam capitalem, uel corporalẽ ſine dolo non incurri. *l.cum aũt.*§.*excipitur. de adil. actio.* Ang.*in l.pagij.C.de plag.* Veronen.*conſi.*34.*nu.*27. Doct.omnes *in l.ſi quis maior.C.de tranſ.* latè Hippol.*in l.de minore.nu.*33.*de quæſt.* Dolũ aũt excludit quæuis cauſa ẽt iniuſta.gl. Ang. & alij *in l.*1. *& d.l.plagij.C.de plagiar.* Paul.*conſ.*371.*col.fi.uol.*1. in terminis Soc.*conſi.* 118.*nu.*7. qui hoc fatetur uerum in extraiudicialibus, & Boſſ.*de iniur.col.*3. & latè Hippol.*in d.l.de minore.nu.*83.de q. Immo reſpectu Fiſci, cuius fauore lata eſt ſentẽtia, quãuis Abbas appellauerit, uerum eſt, quod Abbas ſciẽter induxit falſos teſtes, quia Fiſcus acquieuit ſententiæ pro ſe latæ, nec põt eam impugnare; & de intereſſe Fiſci hoc loco agimus; imò reſpectu ẽt Abbatis, quatenus de iniuria, quã prætendit, tractaretur, expectandus eſſet finalis exitus iudicij, nec antea poſſet damnari I. *l.ſi quidẽ. C.de iniur.* Ex quibus puto ad effectum, de quo agitur, ut ſcilicet euitetur pœna, non poſſe negari, quin tabella uerum contineat.

177 Quoad tertium, an ſufficiat famoſum libellum uerum continere, ad euitandam illam pęnã, quamuis de iure ciuili gl. ſint contrariæ, & Doctores uarij, ſiquidem, quod tunc euitetur pœna famoſi libelli, notat glo.*in* §.1.*inſtit.de iniur.* Petr.& Cyn.*in l.*1.*C.de famoſ.libell.*gloſ. & Doctor. 5.*q.*1.in ſumma, tñ communis opinio eſt, quod de iure Canonico pęna famoſi libelli non incurratur ab eo, qui uerum ſcribit, per text.clarum in *cap.*1.5.*q.* 1.& ita fatentur etiam illi, qui uolunt iure ciuili ueritatem non excuſare. Oldrad.*conſil.*53.*col.penul.*Ioan.Andr.ad Specul. *tit.de iniur. in princ.in uerbo, concipitur.* Abb.*in cap.cum te.numero* 28.*de re iud.* Nec refert, quod ius canonicum conforme Euangelio cõſulat, ut fratrem occulte, & fraterne admoneamus. *Canon ſi peccaueris.* 2.*q.*1. quia non propterea decernit, eũ, qui per libellum manifeſtat aliquem delinquentem, eſſe puniendum, quando delictum eſt uerũ, & huiuſmodi, de quo quis accuſari poſſit; tũc enim dicitur inter-

non ſunt, quia aliam ob cauſam, quàm propter infamiam concipiunt, ſed punitur vti calumniator, *iuxta l. fin. C. de accuſat. vt in d. l. 1. C. de famoſ. libell. declarant gl. & Doct.* à qua tamen pœna multæ, & leues etiam cauſæ excuſant *l. 1. §. 1. ad Turpillia.* vbi omnes Doctores, & quam pœnam quamuis incurrant accuſatores, tamen minimè incurrunt, qui non accuſant, ſed crimina ſuggerunt iudicibus, & probationes, quas poſſunt, ptębent, eoſq; inſtruunt, quos non eſſe aliqua pœna dignos, not. Doct. *in l. 1. C. de calumn.* & vſus iudiciorum, & mos inueteratus iudicum, qui de criminibus ita dicunt, planè oſtendit.

186 Concludo igitur, I. eſſe à pœna famoſi libelli ſine aliquo dubio abſoluendum, iniuriaque ſe affectum Abbatem dici non poſſe, & propterea non eſſe commiſſam pęnam conuentionalē, imò neq; vti calūniatorem pęna vlla affici poſſe, quia non accuſauit, ſed crimina iudicibus nota fecit, & ſe probationibus inſtruxit, de quo vltimo ſi amplius dubitabitur, quod non credo, poterit alias latius ſcribi, nunc ſatis, ſuperque oſtendiſſe eſſe abſoluendum I. à pœna tam famoſi libelli, quàm conuentionalis. LAVS DEO.

Secundum reſponſum Auguſtini Lazzarini in eadem cauſa pro I. contra Fiſcum, et Abbatem.

187 ADSIT DEVS. Concluſiuè procedēdo, quoad primum negatiuè reſpondendum eſt, quia verba prædicta *per hauer indotti teſtimonij falſi*, non continent delictum ſaltem punibile, neq; etiam infamiā. Nam multi inducunt teſtes pro bonis, & legalibus, qui in eorum depoſitionibus poſtea reperiuntur falſi. Non propterea inducens illos puniri poteſt, niſi poſt publicationē ipſorum appareat falſum dixiſſe, & iſto caſu etiam non tenetur, ſi non vtatur, vel dixerit ſe velle vti, vt declarat Bar. *in l. Diuus. nu. 2. ibi, idē dico de atteſtationib. ff. de falſ.* & hinc etiam eſt, qđ producens inſtrumētum falſum, non committit falſum, nec de falſo tenetur, niſi duobus concurrentibus; Primo, quod vtatur falſo inſtrumento in iudicio; Secundo, quod probetur, quid ipſe falſificauerit, vel ſcienter vſus fuerit. Abb. *in c. inter dilectos. nu. 4. de exceſſ. Prælat.* Lanfran. *in c. quoniā contra. §. inſtrumentū producentes. n. 54. verſ. quaro vlterius. de prob.* & ignorantia præſumitur, ſi poſt obiectionē falſitatis deſiſtat ab vſu illius, vt per Doctores prædictos Clar. *in §. falſum. in verſ. producēs*, dicit, quod producens falſum inſtrm, dicitur falſum committere, quando ſciebat illud eſſe falſum; ſi enim ex ſola inductione teſtiū, qui falſum depoſuerunt, quis falſum committeret, vel alias delinqueret, vtiq; vſus non requireretur; & ſi alias diceretur, fruſtra etiam fieret illa interrogatio, & reſponſio, quæ paſſim in iudicijs ſeruantur, vt producens inſtrumentum, vel inducens teſtes, interrogetur, & pręciſè reſpondeat, An velit vti pro bonis, de qua per Bart. *in d. l. Diuus. ff. de fal.* cum autem ex ſola inductione falſum nō committatur, ergo non poteſt dici, quod quis dicendo alteri induxiſſe falſos teſtes, dicatur in iniuriam, vel infamiam inferre.

188 Et ad tollendum omnem difficultatem dicitur, quod ex quo non dixit, Abbatem falſos articulos induxiſſe, quo caſu præſumitur ſcientia, ſed tm̄ falſos teſtes īduxiſſe, ex quo nō dixit ſciēter, pſumēdū nō eſt, teſtes ad falſum deponendū induxiſſe, ad effectū, vt dicatur deliquiſſe, & ita in terminis concludit Bart. *in l. ſi aduerſarius, in fine. C. de fid. inſtrumen. & in l. ſi falſos. C. de falſ.* & in tantum requiritur ſcientia, quod ad aliquem puniendum, non ſufficit inductio falſorum teſtium, nec depoſitionum illorum vſus, quia iſto caſu non dicitur delictum conſumatum, ſed id fieri; niſi poſt admonitionem, quòd aduerſarius intendit redarguere teſtes de falſo, ille declaraueritillis pro bonis vti velle Sal. *in l. ſi falſos. in prin. et ibi Doct. C. de falſ.* Et in tm̄ etiā requiritur dura, & aperta huiuſmodi ſcientia, quod huiuſmodi declarationem facere non poteſt, ſiue non tenetur, niſi poſt publicatas atteſtationes eorūdem. Bar. *in d. l. diuus, & in d. l. ſi aduerſarius. C. de fid. inſtru. ibi, quando apertis teſtib. reperitur, quod aliquis.* Afflic. *deciſ. 189. facta publicatione.* Fulg. *cōſ. 177. publicato proceſſu.* Nā ſi ad effectum iniuriādi Abbatem, voluiſſet I. huiuſmodi tabellam ponere, in ea annotaſſet, quod teſtes ſubornauit, prout ſubornaſſe ab illis ſibi dictum fuit, & de quo ipſe ſcientiam habebat, prout deſuper examinatus confitetur, quia iſto caſu per ſolam ſubornationem, quæ ſcientiam, & proprium factum pręſupponit, delictum conſumatur, ac ex ea ſolum quis punitur, & ſic dicitur infamari, & in tantum hoc eſt verum, quia non requiritur monitio, nec declaratio, quod illis teſtib. vti nolit. Sal. *in d. l. ſi falſos. in fi. C. de falſ.* Clar. *in §. falſū. uerſ. ſubornās aūt.*

189 Nec obſtant illa verba, *per leuare l'honore, & la robba* ad I. quia hoc erat occaſionaliter ideſt, quod ex depoſitione ipſorum teſtiū hoc cauſabatur, ſed non quod Abbas ſcienter falſos teſtes induxerit ad hunc effectum, & iſta interpretatio capi, & admitti debet, ad excludendum delictum, tam reſpectu Abbatis, vt non pręſumatur adhoc induxiſſe falſos teſtes, quā reſpectu ipſius I. ne incidat in delictū, & ſemper capi debet omnis interpretatio, vt delictum excludatur Gabr. *latè lib. 7. concluſ. 2. in princ.* etiam ſi impropria eſſet iſta interpretatio Gabriel. *ibidem nume. 10.* Et poſito etiam, quod prædicta eſſent dubia, & quod reciperēt prædictam, vel aliam interpretationem, & quod I. potuerit facere tabellam pro voto, & ſic in caſu licito, vel ad effectum iniuriandi, & ſic in caſu non licito, cum ſimus in cauſa criminali, in qua pro parte Fiſci requiruntur probationes luce meridiana clariores *l. fin. C. de probat.* ſequitur, quod I. ex præmiſſis condemnari non poſſit, quia iſto caſu probatio Fiſci remaneret offuſcata, & obnubilata taliter, quod ſequi debet abſolutio ipſius rei Corn. *conſi. 134. in cauſa Gaſparis. colum. fin. vol. 4.* Iaſ. poſt Bart. *in l. non ſolum. §. ſciendum. colum. 2. ff. de nou. oper. nunc.* & hoc eo maximè procedit, quādo proba-

tio actoris, & ſic Fiſci, redditur dubia ex ſe abſq; eo, quod ex probatione rei obnubiletur, vel dubia reddatur Felyn. *in cap. in præſentia.nu.22.extra de probat.*

190 Et quod dicitur de verbis in tabella appoſitis, à fortiori dicẽdum de pictura in ea appoſita, cum fecerat ea, quæ alij facere conſueuerunt, quod ſcilicet in tabella depingi faciũt perſonas inſultantes, & vulnerantes, ac aliàs delinquẽtes, necnon iudices torquentes, vel aliàs grauantes, vt hoc notum eſt omnibus; quæ conſuetudo, & quod per alios id fieri ſolet, excuſat ipſum I. etiã ſi talis conſuetudo eſſet mala, & cõtra prohibita a iure diuino, vt dicit Bart. loquens in vſura *in l. qui ſit fugitiuus.§.apud labeonem, ff.de adil.edic.* & Aym. latè *conſi.6.nu.105.cum ſeqq.*

191 Et quod hmôi tabella non ſit libellus famoſus, demonſtratur, quia nõ in forma libelli, & ad edendum libellũ famoſum, ſed pro voto, & illius adimplemento, fecit; hęc.n. fuit illius principalis intentio, & ita ipſe declarat fol. 17. & clarum eſt de iure, quod ẽt quando quis inquiſitus hẽt preſumptionẽ iuris cõtra ſe, ſtatur aſſertioni ipſius rei inquiſiti, affirmantis ſe ad hunc effectũ feciſſe actũ, de quo agitur, ſi huiuſmodi aſſertio adiuuetur aliquibus mediocribus coniecturis. Aret. *cõſ. 80.nu.6.* Natt. *conſ.499.nu.13.* Coniecturæ aũt, & præſumptiones, ꝙ fecerit ad hunc effectum, ſcilicet pro voto, ſunt, quia iam cõſtat ipſum litem habuiſſe, & in qua tractabatur de eius honore, & bonis, & quod illa pendẽte, repetiebatur poſitus in maximo diſcrimine, & cõſtat etiam fuiſſe per ſentẽtiam liberatum, & quod tabella fuit edita, & affixa in loco ſolito pro votis affigi, & in forma voti obtenti, non autem in forma libelli famoſi, prout etiam ita declarat idem I. & quod ex pluribus alijs nõ poteſt dici libellus famoſus, ex quo cum eius aſſertione, non ſolum mediocres, ſed vehementes adducũtur cõiecturæ, & præſumptiones: ideo ſequitur, qđ eius aſſertioni ſtari debeat, pro quo etiam facit, quod cũ quilibet actus diiudicatur ex principali propoſito. *l.ſi quis nec cauſam.in prin.& l.rogaſti.in prin.ff.ſi cert.pet.* etiã ſequitur, quod id attendi debet, non autẽ, quod poſſit iudicari libellus famoſus, prout in ſimili dicitur, quod ſi eſt impoſita pœna contra turbãtem Prælatum, & vnus committat delictum, ex quo ſequitur ſecundariò turbatio ſtatus, ille incidit in talem pęnam, quia principaliter non tendebat hoc eius propoſitũ Alex. *conſ.1.n.33.vol.3.*

192 Ex pluribus etiam alijs non poteſt dici libellus famoſus, Primò, quia in tali libello non ſolet apponi nomen edentis, ſeu cõficientis, prout eſt appoſitũ hic. Secũdò ſolet libellus ad infamiam affigi in plateis, & locis magis frequentatis, vt videatur, & in hoc anno Iubilei appoſitus fuiſſet in columnis alicuius Portæ Sanctæ, prout conſiderat Ang. *in l.lex Cornelia.§.ſi quis librum.ff.de iniur.ibi, puta in vna colũna in Platea,* & hoc factum non fuit, ſed appoſitus fuit in Eccleſia parua, in loco obſcuro, alto, & eminenti, adeò vt vix legi poſſit, vt dicit Pictor teſtis Curiæ. Tertiò, qa diuerſis nominib. appellãtur tabella, & libellus *l.ſi idẽ.C.de codic.* Quartò, quia ad eſſentiam libelli requiritur, quod contineat iniuriam. *l.vnica.C.de libell.famoſ.in fine ibi, alterius opinionem non lædat.l.lex Cornelia.§.ſi quis librum. ibi, ad infamiam alterius. ff. de iniur.* ſed vt dictum fuit in principio, dicta verba non continent iniuriam, merito, &c.

193 Quoad ſecundum dubiũ dicitur, quod dicta in tabella ſunt vera, prolata tamen pro voto, & non pro libello ad effectum iniuriandi; Nam verum eſt, Abbatem induxiſſe teſtes, qui confeſſi fuerunt falſum depoſuiſſe, contemplatione eiuſdem Abbatis, qui teſtes hoc probant cõtra Fiſcũ, qui illos contra Abbatem induxit, & cuius Fiſci cauſa nunc agitur: probant ẽt, & verificant huiuſmodi factum, omiſſo illo articulo, an probent contra Abbatem, cum etiam hodie de conſuetudine, vt atteſtatur Boſſ. & Clar. probent teſtes, præſertim quando ſunt plures contra ſubornantem, & quæ cõſuetudo ſeruatur ẽt in Curia, prout in cauſa Pampilonen. contra D. Doctorem Roldam, qui fuit condemnatus per tres conſormes à Magnificis DD. Locũtenẽtibus Gubernatoris, Auditoris Cameræ, & Vicarij ex eo, quod duo teſtes per eũ in Rota examinati depoſuerũt fuiſſe ab eo ſubornatos, vel ſaltem faciunt indicium ad torturam, vt pluries ſeruatũ fuit in Curia, & hoc eſt etiam de iure, & adhoc poſſent plures Doctores allegari, relati per Boſſ. *in ti.de indi. nu.156.* & hoc Magn. D. Fiſcalis, qui in dies dicit, & allegat huiuſmodi teſtes probare cõtra corrũpentes, & ſubornãtes, nõ negabit, prout hucuſq; non negauit, & hoc etiam conceditur in *puncto.*

194 Quo ſtante, dicitur verior, & cõmunior opinio, quod qñ dicta in libello ſunt vera, & ea ſciri intereſt Reipublicæ, liceat ẽt in famoſo libello dici. Nam intereſt Reipublicę ſciri aliquẽ eſſe falſarium. Bar. *in l.eum, qui nocentem. in prin.ff.de iniur.* Alexand. *in l.& ſi pepercerit.num.6.ff.de lib.& poſth.* & quod iſta ſit verior, & cõmunior opinio, demonſtratur ex numero, & qualitate Doctorũ, qui deſcribuntur, & nominantur per alios excellentes dños, pro hac parte ſcribentes, & quod iſta opinio ſit verior, & quod de iure canonico ita teneatur, nullus eſt, qui hoc neget. Cum autẽ nos ſimus in terris Eccleſiæ, imò in Vrbe capite totius Eccleſiæ, non eſt dubitandum, quin iſta opinio ſit tenenda, & ſeruanda, etiã ſi eſſemus in foro ſeculari. *c.ſi duob.ĩ fi.de appell.& ibi Abb.& Dec. nu.6.* qui dicunt, quod etiã in terris, quę nõ ſunt de tẽporali iuriſdictione Eccleſiæ, debent ſeruari Canones, ẽt inter Laicos. Et ſi diceretur, quod pro alia parte ſint numero plures Doctores, negat. Dr inſuper, quod tenentes hãc partẽ, ſunt maiores põdere, & qualitate, prout ſunt Cy. Pet. Ang. Arch. Spec. Io. And. Saly. Abb. Aug. Albe. & alij, quo caſu eorũ opinio tenẽda eſt, per tex. *in l.1.§. ſed neq; ex multitudine Auctorũ. ff.de vet.iur.enucl.*

195 Secundo reſpondetur, quod ẽt dato, quod duo, vel tres Doctores tantum hãc opinionẽ tenerent, I. excuſari debet, tũ ex eo, quod ſi iſti Doctores crediderunt, hãc eſſe verã opinionẽ, multo magis potuit dictus I. iuriũ ignarus id credere; & ideo excuſari debet, & ad ipſum excuſandum

hoc

hoc ſufficit, prout in terminis argumentatur Plot. *in conſi. 131. nu. 6.*

196 Et eo magis prædicta concluſio procedit, quia hæc dicta vel facta non fuerunt animo prauo; demonſtratur primo, quia dicendo hæc animo prauo facta, includeretur delictũ, & animus delinquendi; ſed delictum non præſumitur. *l. merito. ff. pro ſoc.* nec animus delinquendi. Dec. *conſ. 234. nu. 5.* & iſte actus, qui poteſt ſe habere ad votum, & ſic ad bonum, & etiam ad iniuriam, & ſic ad malum, in bonam partem, & ſic pro voto, interpretari, & intelligi debet. Bal. *in l. 1. col. 4. nu.... C. de ſeru. fugit.* Bar. *in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de nou. oper. nunc.*

197 Secũdo, quia iſte actus affigendi tabellas in Eccleſijs, communiter reputatur licitus; & quãdo quis facit actum, qui communiter licitus reputatur, licet in veritate ſit illicitus, excuſatur. Bart. *in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem.* & ibi Alex. in Apoſtil. & Salyc. *ff. de adil. edict.* Iaſ. *conſ. 153. col. 4. verſ. ſeptimo facit. lib. 4.* Grat. *conſil. 49. num. 12. lib. 2.*

198 Tertio iſte prauus animus iniuriandi, & delinquendi, a iure non præſumitur, vbi alia coniectura præſumi põt; & qñ excuſari põt aliquo errore vero, vel præſumpto, talis animus non prȩſumitur. Ruin. *conſ. 145. abſque multiloquio. nu. 16. vol. 5.* ſed in caſu noſtro non ſolum põt capi alia coniectura, & huiuſmodi caſus põt excuſari aliquo calore, ſed dr̃ de hoc euidenter, & ex ipſo facto apparere, cũ affixerit tabellam in forma voti.

199 Quarto quod hoc non fecerit animo prauo, & hoc ſit quid dependens ab animo, ſtari debet eius declarationi. *l. labeo. ff. de ſuppel. leg.* & nulla maior habetur declaratio, & certitudo mẽtis, & voluntatis noſtrȩ, q̃ illa, quæ verbis expreſſa eſt. Pariſ. *conſi. 131. nu. 20. vol. 1.* ſed I. medio iuramẽti declarauit, non aĩo iniuriandi, ſed pro explendo, & adimplendo voto id feciſſe, Merito, &c.

200 Quinto, & eò maximè ſtari debet dictæ declarationi, & dicendum eſt, hæc pro uoto, & nõ animo prauo facta fuiſſe, ex eo, quod vltra præmiſſa, plura concurrunt; primo, quia I. fol. 21. & 92. medio iuramenti ita teſtificatus fuit, quod pro voto I. fecit, & quod hoc ſibi ita declarauit, vt fol. 92. ibi, *M. I. diſſe, che fece queſto voto quando litigaua con l'Abbate per conto di quelli teſtimonij;* Secũdo, quia veritas eſt, quod in lite tractarum fuit de maximo præiudicio, & honore ipſius I. adeo, quod veriſimiliter potuit vouere, ꝑut alij communiter in ſimilibus vouere ſolent. Tertio concurrunt etiam alia ſuperius dicta in demonſtrando, tabellam non eſſe libellum famoſum.

201 Sexto principaliter facit, quod notãrer dixit Bal. *in conſi. 155. reperitur. vol. 3.* quod talis prȩſumitur animus alicuius, qualis eſſe debet aliorũ ſimilia facientium; ſed alij ſimilia facientes, ſcilicet tabellas in Eccleſia pro votis affigentes, non ſolent habere prauũ animum, ita nec etiam præſumi debet in dicto I.

202 Vlterius, & ſeptimo loco ad excluſionẽ ipſius praui animi, conſiderandum eſt, quod tam Couar. *var. reſol. lib.... c. 11. nu. 6.* quã Petra Plac. *lib. 1. c. 1. nu. 4.* videntur conſiderare prauitatem animi ex quodam calore intenſo malignandi, & quando abſq; vlla cauſa hæc dicta fuerint: ſed in caſu noſtro ex prædictis, quia datur cauſa hȩc, videtur ceſſare, merito, &c. Et inſuper præfati Doctores non loquũtur de pȩna famoſi libelli, ſed tantum iniuriarũ; & quando dicta in tabella ex aliqua cauſa excuſari nõ poſſent; ſed in caſu noſtro nõ ſolum ex cauſa legitima excuſantur, ſed demonſtratur contrarium eſſe verius. Et ſic ex prȩdictis vr̃ clarè cõcludi, quod de iure cõmuni, vt in puncto dicitur, I. in totum excuſari debet.

203 Sed vlterius, & quod non intrẽt motus proprij, & aſſerta bannimenta, dicitur primo, quod prædictæ oẽs diſpoſitiones allegãtur pro libellis famoſis; ſed in caſu nr̃o non datur libellus famoſus, vt ſupra dictũ eſt; merito, &c. Secũdo quoad motũ propriũ Pij V. vbi videtur maior difficultas, per illa verba in eo appoſita, videlicet, *vera ẽt exprimendo,* dicitur, qđ dictus motus proprius nihil cõe habet cum caſu noſtro, & aliquo pacto non intrat; & hoc principaliter, quia dictus motus proprius loquitur, & editus fuit contra ſcribentes monita, vulgo *detti gli auiſi,* vt dicitur in Rubrica illius, ibi, *contra ſcribentes exemplantes monita,* vulgo *detti gli auiſi, & ritorti,* & argumentum ab ipſa rubrica validum eſt in iure. *l. 1.* & ibi Doct. *ff. ſi cer. pet. l. 1. circa fin. C. ne fideiuſſ. dot. dentur,* & quæ Rubrica materiam nigri demonſtrat. Io. de Imol. *in rubr. ff. de verb. oblig.*

204 Secundo demonſtratur ex illis verbis in dicto motu proprio appoſitis ibi, *ſub quodam ficto colore quarundam literarum incerto auctore ſcriptarum,* & per illa verba ibi, *nec literas monitorium appellatas literas de auiſi,* & ibi, *de futuris ſucceſſibus,* & ibi, *ſecreto tractãtur,* & pluribus alijs locis, quæ verba conuenire, & adaprati non poſſunt caſui noſtro, & de ſe patet, & cui non conueniunt verba legis, nec cõuenit illius diſpoſitio. *l. ſi ſeruum, §. non dixit Prator. ff. de acquir. hæred.*

205 Non obſtant illa verba ibi, *nec præſumãt libellos famoſos, &c.* & ſic, qđ vr̃ comprehendere libellos famoſos, quia dr̃ primo, qđ dicta tabella non dr̃ libellus famoſus, ſed votũ, vt ſupra dictũ eſt. Secundo, quia ibi, dũ dicit̃ de libellis famoſis, intelligit̃ de prædictis literis, vt ipſemet motus ꝓprius declarat ibi, *ſimiles libelli, literæ, ſiue ſcripturæ,* & ibi, *quod in hmõi libellis, literis, ſiue ſcripturis,* & ſic dum motus proprius loquit̃ de libellis, idẽmet intelligit, & declarat de literis monitoriorũ, *auiſi,* nũcupatis. Tertio quia dictus motus ꝓprius loquit̃ per hmõi verba videlicet, *talia præſumentes,* & ibi, *tam neſarias præſumptiones,* dicit̃, quod licet dolus, & animus iniuriandi præſumi poſſet, tñ qñ lex utitur iſtis uerbis, prȩſumentes, & præſumptores, agens ad pœnã iniuriæ, debet probare dolum, & aĩum iniuriãdi, & qđ iniuria dolo facta fuerit. Fel. *in c. quoniam cõtra. nu. 11. de proba.* Marſ. *ſing. 287. contigit tibi alias.* Plot. qui plures alios allegat *in l. ſi quando. nu. 22. ff. de iur. iur. ſol. 13.* Quarto, quia dictus motus proprius uidedetur temporalis, dum diſponit, quod huiuſmodi ſcripturæ conſignentur Illuſtriſſimo Cardi-

nali Ruſticuccio; & quod pœna augeatur arbitrio ipſius Pij Quinti, vt ibi, arbitrio noſtro, & non dicit, ſucceſſorum noſtrorum. Et quoad illa verba, *etiam vera exprimendo*, dicitur, quod procedit quoad dictas literas, *gli auiſi*, nuncupatas, & intelligi etiam debent præterquam, vbi agitur, quando Reipublicæ interſit id ſciri, per ſupradicta.

206 Nec obſtant bannimenta Planteſij deſuper, vt dicitur, facta, quia per illius mortem, & finem officij euanuerunt, & quæ ſpecialiter renouata non fuerunt per alios Gubernatores; Et inſuper loquitur de libellis famoſis, & debet intelligi ita de iure communi, vt inferius dicetur; & loquuntur etiam per dicta verba, pręſumat, vel audeat, in quibus ex aduerſo debet probari dolus, & animus iniuriandi per ſupradicta.

207 Alius motus proprius Sanctiſſimi Domini Noſtri Gregorij XIII. loquitur ſimiliter de ſupradictis literis, *gli auiſi*, nuncupatis, & contra dictarum literarum fabricatores, vt ibi in Rubrica contra famigeratores, & menantes, & hoc oſtenditur etiam ex ipſo prohemio, vt ibi, *ſed noua etiā in dies*, & ibi, *ſecta quadam emerſerit hominum curioſorum, qui quaecunque de publicis, priuatiſq; negotijs*, & ibi, *tam artem quaſi quandam*, & prohemiū cauſam finalem diſpoſitionis, & mentem diſponentis oſtendit. *l. 1. ff. ad Maced. l. fin. ff. de hæred. inſtit.* & ex alio non comprehēdit caſum noſtrū, quia loquitur de confectis ab incerto auctore, & ex pluribus alijs in eo deſcriptis.

208 Quo vero ad librum, in quo dicitur ſcripta multa ad infamiam aliorū, dicitur primo in huiuſmodi iudicio nō poſſe de pęna contra ipſum agere I. ex quo non potuit ſe defendere, cum copia contentorum in eo ſibi tradita non fuerit, & quæ ante condēnationem etiam non petita tradi debet, ſiue conuictus, ſiue confeſſus ſit, & ita formaliter dicit Clar. §. *fin. q. 49. verſ. ſed nunquid tenetur*, vbi loquitur, an ſit danda ante condemnationem, & licet fuerit ſolum tradita quoad rubricam, tamen ipſa Rubrica, cū non ſit perfecta, & loquatur generaliter, attendi non debet, pręſertim quoad poenam imponendam, per ea, quæ dicit Bal. *in rubr. C. an ſeruus ex ſuo facto.* gl. in rubr. *ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſ. fue.* Fel. *in rubr. vt lit. non conteſt.*

209 Secundo, I. ſcripſiſſe hmōi librū cum expreſſa proteſtatione reiterata, tā in principio, quam paulò poſt principiū, quod nō animo iniuriādi, & quo ad effectum, de quo ibi, ſcripſit; quæ proteſtatio præcedens actui ſequenti facit, vt actus ſequens nihil operetur. *l. qui in aliena. §. celſus*, & ibi Bar. *ff. de acquir. hær.* Nec obſtat, ſi dicatur, qd. proteſtatio, qñ eſt contraria facto, non releuat proteſtantē. Doct. *in c. cum M. Ferrarien. de conſti.* Quia reſpondetur primo, quod qñ actus cōtrarius dependet ſolum a facto, & uoluntate proteſtantis, licet ſit cōtraria facto, tñ releuat, & actus ſequens nihil operatur. Alex. *conſil. 7. col. fin. verſi. Nec etiam obſtat, quod actus, vol. 4.* Secundo reſpōdetur, quod, ex quo proteſtatio incontinenti, & nō ex interuallo facta fuit, ſimiliter releuat. Bar. *in d. l. qui in aliena. §. celſus. nu. 5. ff. de acquir. hæred.* ſed in caſu noſtro huiuſmodi proteſtatio facta fuit in actu, qui dependet ſolum a facto, & volūtate ipſius proteſtantis, merito, &c. Tertio principaliter conſiderandū eſt, quod videtur conſtituere differentiam inter libellum famoſum, & librum ad infamiam alterius factum, ac ēt conſtituere diuerſam pęnam. Nā de libello famoſo, & illius pęna loquitur text. *in l. unica. C. de libel. fam.* quæ imponit pęnam capitalē. & de libro loquitur text. *in l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. ff. de iniur.* & imponit ſolum pęnam pro libello ad infamiam alterius facto, ſecundum quod ille ſit inteſtabilis; & ſic contra I. quando alia ceſſarent, nō poſſet tractari, niſi de huiuſmodi pęna, quod ſit inteſtabilis. Quarto, quia I. dictum librum fecit pro ſe defendendo, & ad effectum tractandi in iudicio, & ſolum iudicibus oſtēdit, & alijs denegauit; quo caſu dicitur dediſſe operam rei licitæ, & de eo puniri non poſſe.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius. I. C. Rom.

Quintum reſponſum Proſperi Farinacij in eadem cauſa pro Fiſco, & Abbate contra I.

210 ADSIT DEVS. Tractabo ſolum, quæ opinio ſit magis cōmunis, an ea, quę vult, veritatem conuicij excuſare auctorem libelli famoſi, an vero contraria; & quidem hæc diſputatio in duas partes diſtinguenda eſt; Primo, quid de iure canonico; ſecundo, quid de iure ciuili. Si loquamur de iure canonico, & tunc dico, quod licet Abb. *in c. cū te. ſub nu. 20. verſ. ſecūdo caſu ibi, ſecūdū canones excuſātur. de re ind.* Oldr. *cōſ. 59. n. 2.* Io. And. *in addi.* ad Spec. *in tit. de iniur. et damn. dato.* Alber. *in l. ſi non conuicij. C. de iniur.* & Capel. Toloſ. *deciſ. 527. nu. 6.* ex aduerſo allegati, videātur annuere, opinionem affirmatiuam placere Canoniſtis, per text. *in c. 1. incip. qui in alterius. 5. q. 1.* vbi etiam Archid. & Bellam. Nihilominus communis opinio eſt in contrarium, vt teſtatur Alex. de Neuo. *in conſi. 82. nu. 5.* & Clar. *in §. iniuria. verſ. item quæro nunquid in fine.* & ante eos Felyn. *in d. c. cum te. nu. 23. de re iud.* & eſt textus expreſſus *in c. ſi peccauerit. 2. q. 1.* vbi ēt gl. in verbo, *proditor*, & ideo cum habeamus textū, & Doctores, qui de communi teſtantur, non eſt ulterius deſuper amplius diſputādum. Nec aliquid facit tex. *in d. c. qui in alterius exemplo*, allegatus, quia id, ad quod allegatur, non probat, nec ad id probandum, poteſt in eo ſumi argumentum a contrario ſenſu, quia tale argumentum non poteſt ſumi, vbi ſequitur correctio alterius legis, vt per Iaſ. *in l. 1. §. huius. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſd. nu. 37.* prout in caſu noſtro ſequeretur correctio, nedum text. *in d. c. ſi peccauerit. 2. q. 1.* ſed etiam *l. vnica. C. de famoſ. libel.* de qua infra dicetur.

211 Et in omnem euentum, admiſſo, quod de iure canonico veritas cōuicij excuſaret auctorem libelli famoſi, erit tamen ſine dubio, & de neceſ-

ſitate

ſitate eadem opinio limitāda, vt non procedat, quando prauo animo, & mala intentione id factum fuerit, quia prauus iniurantis animus rem alias æquam, prorſus efficit iniquam. *c. cum miniſter, & c. relegantes. 23. q. 5.* Nō enim id, quod fit, ſed quo animo id fiat, præſertim de iure Canonico, inſpicitur. *c. 1. in fine. 15. q. 6.* Deuſque non manum, ſed cor interrogat. *14. q. 5. c. ſi inueniſti*, & ita in terminis concluditur per Couar. Plac. & Gomez. in locis infra proximè allegandis. Et ſi diceremus, quod ſiius canonicū permitteret, quem prauo animo, & mala intentione contra alterū famoſum libellum componere, & quod eum excuſaret veritas conuicij, vtique eſſet nutritiuum peccati mortalis, quod eſt abſurdiſſimum, nec vllo pacto dicendum: an autem I. bono, vel malo animo libellum iſtum famoſum compoſuerit, ex præſumptionibus hinc inde deductis, rectiſſimè D. meus percipiet, quas in propoſito repetere nō eſt neceſſe, poſtquàm ſæpè ac ſæpius in alijs informationibus fuerunt deſcriptæ.

212 Si vero loquimur de iure ciuili, & tunc pro opinione affirmatiua ex aduerſo deducuntur infraſcriptæ auctoritates, videlicet gloſſ. *in §. 1. in verbo, fieret, inſtit. de iniurijs.* vbi Io. de Platea, Aemil. Ferret. & Petr. de Bellapert. Idem Petr. *in l. vnica. C. de famoſ. libell.* Specul. *in tit. de iniu. in prin. verſi. item quod cātaſti.* Cyn. *in l. vnica. C. de famoſ. libell.* & ibidem Salyc. Ang. *in l. lex Cornelia. §. ſi qs librum. ff. de iniur.* Vitellin. *de malef. tit. de libell. famoſ. num. 4. & 5.* Clar. *in pract. q. 68. verſ. libelli, in princ.* Bonacoſſ. *inter commun. opi. crim. verſi. libelli.* Plot. *conſi. crim. diuer. 131. nu. 5. vol. 1.*

213 Quibus reſpondendo dicitur, quod glo. *in §. 1. inſtit. de iniur. in verbo, fieret*, non præciſe loquitur de libello famoſo, ſed generaliter de iniuria; ſpecialiter autē de libello famoſo, contrarium dixit *in l. vnica. C. de famoſ. libell. in verbo, ſanè, & in l. eum, qui nocentem. in verbo, diffamare. ff. de iniur.* Bellapert. *in d. §. 1. num.* 10. nullum quidem verbum facit de libello famoſo, ſed generaliter ſolū loquitur de iniuria, ideo non facit ad dubium. Idem Bellaper. *in l. 1. C. de famoſ. libell.* dicit contrariū eius, ad quod allegatur. Spe. *in tit. de iniur. in prin. in verſi. item quod cantaſti.* allegat tex. *in d. l. eum, qui nocentem*, qui loquitur, & intelligitur de iniuria, nō autem de libello famoſo, vt ibi declarat gl. & ideo idem Spec. qui, vt ſupra, loquutus fuit de diuerſis iniuriarum generibus, debet intelligi ſecundum legem, quam allegat, & ſic de iniuria, non autem de libello famoſo. Salyc. *in l. vnica. C. de famoſ. libell.* licet in poſitione caſus ſummando, & diuidendo tex. dicat reū puniri, niſi docuerit vera eſſe ea, quæ dixit; eſt tn̄ intelligēdus, vt loquatur, nō de libello extra iudiciū porrecto, ſed de libello porrecto in iudicio, prout loquitur tex. quē ipſe ſummat, & declarat ibi glo. *in verbo, ſanè*, Ang. *in l. lex Cornelia. §. ſi quis librum ff. de iniur.* nullam facit fidem, quia eſt ſibi textus contrarius *in l. vnica. C. de famoſ. libell.* Bonif. Vitellin. *in tit. de libell. famoſ. num. 3.* non loquitur de libello famoſo, ſed generaliter de iniuria, & allegat tex. *in d. l. eum qui nocentem.* qui vt ſupra dixi, limitatur in libello famoſo. Cla. *in pract. q. 68. verſic. libelli, in prin.* & Bonacoſſ. qui eum refert *in ſuis commun. opin. crim. verſic. libell.* ſimpliciter dicunt, quod componens contra veritatem libellum famoſum, capite punitur: ſed quid ſi ſecundum veritatem? nihil dicunt: ſumere autem argumentum iſto caſu in dictis Doctorum à contrario ſenſu, eſt inconueniens, maximè ad correctionem legum, vt alias dixi.

214 Remanet ergo pro affirmatiua opinione Io. de Platea. *inſtit. de iniur. §. 1. num. 8. & 15.* Aemil. Ferret. ibidem, quem non vidi, ſi hoc dicat. Cyn. *in l. vnica. C. de famoſ. libell.* Plot. *conſ. crim. diuerſ. 131. nu. 5. vol. 1.*

215 Pro cōtraria autem opinione habemus tex. qui cauillari non poteſt, *in l. vnica. C. de famoſ. libell. ibi, ſanè ſi qua per libellum famoſum proſequenda putauerit o re proprio*, ibidem glo. *in verbo*, ſanè. alia glo *in l. eum, qui nocentem. in verbo, infamauit. ff. de iniur.* Ang. *in l. vnica. C. de famoſ. libell.* Rom. *conſi. 96. col. 2. poſt nume. 2. verſ. ſecundo vero caſu.* Oldrad. *conſi. 54. col. 2. verſi. ſi extra iudicium.* Io. Andr. *in add.* ad Specul. *tit. de iniur. in princ.* Azzo. *in ſumma. C. de famoſ. libell.* Bellaper. *in l. 1. C. de famoſ. libell.* Alber. *in l. ſi non conuicij. columna tertia, verſiculo, ſi extra iudicium. de iniu.* Deciſ. Toloſ. *127. numero ſexto, verſi. nunc redeo.* Abb. *in capitulo, cum te. colum. ſecunda, num. 28. verſi. ſecundo caſu. de re iud.* vbi, & Felyn. *colum. fina.* Couarr. *var. reſol. libro primo, capitulo undecimo, nu. 6. verſi. ſecunda eadem ratione.* Boſſ. *tit. de iniur. nu. quarto, propè fin.* vbi quod in hoc omnes conueniunt. Gomez. *de delict. tit. de iniur. num. 1. propè fi.* vbi de communi, Alex. de Neuo *conſi. 82. num. 5.* vbi de communi. Plac. *in Epithom. delict. capitulo primo, num. 5. verſi. ad id maximè pertinet, & capitulo tertio, numero ſecundo, verſi. Verum præmiſſa omnia*, vbi de communi. Ioacchin. Miſing. *conſi. 7. num. 29.* vbi de magis communi. Ex quibus dubitandum non eſt, quin iſta contraria opinio ſit magis communis, & verior, Tum quia Doctores eam ſequentes, ſunt maiores numero, pondere, & menſura; Tum etiam, quia pro ea adſunt quinque, videlicet Boſſ. Gomez. Plac. Alexand. de Neuo, & Ioachin. qui omnes teſtantur de communi, & magis communi opinione, quibus, an ſit magis credendum, quam Dominis ex aduerſo informantibus, & contrarium aſſerentibus, optimè Dominus meus iudicabit; & ideo ab ea nullo pacto in iudicando recedendum eſt; quæ non ſolum, vt dixi, procedit de iure ciuili, ſed etiam de iure Canonico, licèt in caſu noſtro, vbi agitur de pœna capitali imponenda, & ſumus in foro contentioſo, & non pœnitentiali, parum eſt curandum de iure Canonico, etiam quod ſimus in terris Eccleſiæ per ea, quæ in ſua doctiſſima informatione D. Cæſar Lucianus latè deduxit.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

Quar-

Quartum reſponſum incerti Conſulentis, & ſine nomine in eadem cauſa Pro I. contra Fiſcum, & Abbatem.

216 ADSIT DEVS. Quoniam veritas nimis altercando euertitur, & iam in eadẽ cauſa ad fauorem I. ſatis abunde ſcriptum fuit, nõ eſt opus illa iterum in dubium reuocare, quæ optimis, ac validiſſimis rationibus firmata fuerunt, quibus quidem nihil releuans reſpõdetur, nec reſponderi poteſt; illud ſolum nunc attingã, eam ſententiã crebriori calculo approbare, quæ
u habet, quod iniuria vera, [u] & quæ Reipublicę ſciri expediat, poſſit impune propalari, etiam per libellum famoſum; quod quidem licet etiam iam à tot primi nominis Aduocatis firmatum fuerit, nihilominus, vt domino meo tollatur labor in euoluendis libris, rem paulò fuſius explicabo. In primis igitur pro hac communi, & veriſſima cõcluſione, eſt tex. de iure ciuili expreſſus *in l. eum, qui nocentem. ff. de iniur.* qui generaliter, & indiſtinctè inquit, *eum, qui nocentem infamauit, non eſſe bonum, & aequum, ob eam rem condemnari*, & huius aſſertionis I.C. rationem magis vniuerſalem affert dicens, *peccata enim nocentium nota eſſe, & oportere, & expedire*, quæ ratio mens eſt, & anima legis, vt docet Alciat. *in l. nominis, & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verborum ſignificat.* & Rugger. *de iur. interpret. par. 5. nu. 18. & par. 6. nu. 30.* & propterea, cum tam verba, quàm mens, & intentio legis illius verificentur, tam ſi per famoſum libellum delicta nocentium propalentur, quam ſine, vtique, ſi etiam admittamus, nos eſſe in libello famoſo, habemus legem expreſſam, iniquum eſſe, I. ob eam rem, condemnari, cum expreſſerit verum, vt aliàs probatum fuit: nã, & illud, quod ſub generalitate legis continetur, dicitur eſſe in lege expreſſum. *l. fin. ff. quod cum eo.* Bart. & Doct. *in l. 1. ff. de vulg.* Zaſ. *conſ. 18. num. 26. libro 2.* Dec. *conſ. 5. in fine*, cum alijs congeſtis per Tiraquel. *in tract. lignag. §. 1. gl. 7. num. 201. cum ſeq.* & plene Vaſquez. *de ſucceſſ. progreſſ. libro 2. §. 11. num. 27.* & quod in ratione legis expreſſæ includitur, dicitur in l. expreſſum. *l. prætor ait. §. 1.* & ibi Bartol. & alij. *ff. de oper. nou. nunc. l. his ſolis. C. de reuoc. donat. in princ. inſtit. de leg. patr. tutel.* & ideo tunc non dicitur fieri extenſio, cum caſus ille dicatur incluſus, vt late per Io. de Anan. *in c. cum ſit Romana. de ſimon. nume. 1.* Bal. *in d. l. his ſolis.* Iaſ. *in auth. quas actiones. num. 17. C. de ſacroſanct. eccl.* Nonius *in §. ſed cum aliquis. num. 3. de teſtam.* Immo plus dicitur, quod oratio vniuerſalis in omnem caſum verificari debet, etiam in minimo. Dec. *conſil. 11. num. 2. in princip.* & in eo, in quo minor adeſt ratio. Decian. *conſ. 5. num. 2.* cum alijs adductis per Tiraq. *in l. ſi vnquam. in præfationibus, num. 118. C. de reuoc. donat.*

217 Ex quibus apparet, quod reſtrictio gloſſ. ibi *in verbo, infamauit*, prorſus reijcienda eſt, cum ſit omnino contra verba, & mentem illius legis, & eo quidem maxime, quia ipſamet gloſ. ſibi cõtraria, & Doctores infra citandi, ita hanc legem interpretati ſunt. Neque obſtat, quod dicta glo. mouetur per *l. vnicam. C. de famoſ. libell.* quia immo ille quoque contextus contrarium probat, & noſtram confirmat ſententiam, vt Cyn. Saly. & alij ibi tradunt, & patet ex illis verbis, *quæ per libellum famoſum*, & ibi, *aſſertionibus ſuis veri fides fuerit opitulata, &c.* quorum verborum ſcilicet omnino ſenſus eſt, quod cum regulariter in libellis famoſis non cõſueuit apponi nomen auctoris, ſi quis eſt publicæ ſalutis amator, nomen ſuum profiteatur, & abſque vlla trepidatione accedat, & ore proprio edicat, quæ per libellum famoſum proſequutus eſt; ſciens, quod, ſi aſſertionibus ſuis veri fides fuerit opitulata, laudem, & prĕmium conſequetur; & ſic omnino probat intentionem noſtram contra glo. ibi, cuius intellectus nullo modo poteſt admitti, vt primo probatur ex verbis ſequentibus dicti tex. vbi dicit, *ſin verò minime hæc vera oſtenderit, capitali pœna punietur*, quę quidem verba nullo modo verificari poſſunt in eo, qui in iudicio alium accuſat. Nam eo caſu, ſi non probat, non capitali pœna punitur, ſed ſimili ſupplicio, iuxta *l. fin. cum ſim. C. de accuſ.* & tradit Boſſ. *titu. de accuſat. num. 17.* dum in fine ſubdit tex. *huiuſmodi autem libellus alterius opinionem non lædat*. Ex quibus verbis apparet, quod neceſſario intelligendum eſt de famoſo libello iam compoſito, non autem de falſa accuſatione in iudicio facta, quæ nullo modo dicitur famoſus libellus, ſed calumnioſa accuſatio, vel denunciatio. *tot. tit. de accuſ. & ad ſen. conſul. Turpill.* & ideo cum in hac vltima parte diſtinctionis, quando non probatur, proculdubio non loquatur in eo, qui falſo accuſat, ſed in eo, qui falſo libellum famoſum componit, omnino conuincitur, quod etiam in primo membro dictæ diſtinctionis, quã do probat, loquatur in iiſdem terminis, cum ex eo, quod ſequitur, demonſtretur, & declaretur, qualis fuerit intentio in præcedentibus. *l. ſed Iulianus, §. perinde ad* Maced. Dec. *cõſ. 11. n. 1. in fine.*

218 Et pro hac item ſententia, ſi vltra leges expreſſas, auctoritates quærimus, eſt in primis glo. *inſtitut. de iniur. in verbo, fieret.* dicitur enim in eo contextu, *ſi quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmen, vel hiſtoriam ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolove, malo fecerit, quo quid eorum fieret*, gloſſ. ibi inquit, *niſi nocens erat*, nam peccata nocentium nota fieri expedit. *l. eum, qui*, & ſic ſi gl. refertur, prout omnino debet, propter illa verba, *quod quid eorum fieret*, ad omnia, quæ ſuperius dicta ſunt in textu, non potuit quidem certè hãc expreſſius firmare opinionem. Idem ibi expreſſius tradit Ioan. de Platea, *num. 8. & num. 13. in fine*, Petr. de Bellapert. *num. 10.* vbi reiecta opinione glo. *in d. l. eum, qui*, ita ipſe diſtinguit, quod ſi delictũ, quod exprobatur, eſt huiuſmodi, quod ab alio poſſit accuſari, non tenetur, ſi ſit verum quia tunc expedit Reipublicæ; aliàs ſecus. Idem Petr. *in d. l. vnica. C. de famoſ. libell.* & Emil. Ferret. *in d. §. 1.* qui interpretando illa verba text. ſi quis ad infamiam alicuius libellum, &c. inquit, ſed hæc ita demum puniũtur, ſi innocentem infamauerit,

famauerit,

Digitized by Google

famauerit, nam peccata nocentiũ nota eſſe oportet,& expedit. Paul. *in l. eum qui. ff. eod.* Cyn. quoque apertè hoc firmat *in l. vnica. C. de famoſ. libel.* vbi etiam Pet. refert, Alber. ibidem, licet nihil expreſſe dicat, cum tamen remittat ſe *ad 5. q. 1. vbi in c. 1.* hæc expreſſe probatur ſentẽtia, vt inferius videbimus, intelligendus eſt, ſecundum iura ab eo allegata, iuxta illud Bar. *in l. non ſolum. §. ſi liberationi. ff. de liber. leg.* & ante ipſum adnotauit Ioa. Andr. *in c. cum Nuncius, de teſtib.* & iſtos Doctores facere numerum incõmuni tradit poſt alios Corrat. *de commu. opi. li. 1. tit. 6. nu. 141.* Cum prĕſertim hanc ſententiam expreſſe teneat idem Alber. *in l. ſi non conuitij, vbi dicit hanc opinionem placere Canoniſtis, & in l. eũ qui. ff. eo.* vbi remittit ſe ad ea, quæ tradit *in l. ſi non conuitij,* Saly. *in d. l. vnica,* duobus in locis hanc ſequitur opinionem, Primo, in eius principio, textum qui de pœna dixerat, limitat,& reſtringit ad caſum, in quo de carmine famoſo ſcripta vera eſſe non probauerit: ſecundo nume. 1. ait, qui famoſum carmen de aliquo inuenerit, illud pandere non debet, aliàs punitur pœna capitali; niſi docuerit vera eſſe, quæ dixit, vel pandit. *Ang. in d. l. eum qui. num. 3. verſ. in gl. ibi, & in l. lex Cornelia. §. ſi quis librum. nu. 4. verſi. ſi tamen. ff. eo. de iniur. & in l. vnica. C. de famoſ. libel.* vbi ponit regulã, quod nõ liceat per libellum famoſum iniuriare; quam limitat ſecũdum diſtinctionem à ſe traditam *in l. ſi non conuitij. C. de iniur.* in qua ſe remittit ad ea, q̃ dixit *in l. 3. C. eo.* vbi dicit, quod aut diffamatio eſt falſa, & tenetur: aut eſt vera,& tunc, ſi Reipublicæ intereſt ſciri, non tenetur;& hanc aſſerit eſſe veritatem; & ſic ſemper hanc tenet opinionem, licet falſo allegatur pro contraria in d. l. vnica, Boniſac. *de Vitell. in tract. de maleſ. in tit. de libell. famoſ.* proponens in principio, qua pœna ſit feriẽdus author libelli famoſi, *ſub num. 3.* inquit, ſi autem quis infamat aliquem de eo, quod ipſe deliquit, non tenetur iniuriarũ, *vt ff. eo. l.* eum, qui nocentem,& ſubdit *nu. ſeq.* Itẽ punitur criminaliter, qui famoſum libellũ falſo fecerit ad alicuius infamiã, quia capite punitur; & ſic ſentit, quod in vera exprimente per libellũ famoſum, vtraque pœna, ciuilis nempe, & criminalis, ceſſat, quã ſupra dixerat dari auctoribus falſi libelli, Plot. *inter conſi. crim. diuerſ. 131. nu. 5. lib. 1.* Iul. Clar. *in pract. crim. q. 66. verſi. libelli,* vbi inquit, libelli famoſi auctor, qui fabricatus ſit de alio ad eius infamiam contra veritatem, punitur pœna capitali l. vnicæ. Idem dicit Hippol. Bonacoſſ. *inter commu. opi. crim. verſic. libelli.*

219 Pro hac eadem ſententia eſt tex. expreſſus de iure canonico, qui cauillari nõ poteſt, *in c. 1. 5. q. 1.* vbi Adrianus Papa ſcribens dicit, qui in alterius famam publicè ſcripturã, aut verba cõtumelioſa confixerit,& repertus ſcripturã non probauerit, flagelletur; ergo à contrario ſenſu, ſi vera probauerit, non punietur; quod quidem argumentum eſt fortiſſimum, frequens,& vtiliſſimum. *l. 1. §. huius rei. ff. de off. eius, cum ſimil. & eſt gl. notabilis in l. in teſtamento. §. mulieri. ff. de teſt.* quę dicit, ſenſum contrarium pro lege accipi ita, quod illud, quod venit à contrario ſenſu, haberĩ perinde, ac ſi eſſet expreſſum in lege, vel canone, quam gl. ſequunĩ, & extollunt ibi Bal.& Paul. de Caſt.& alij, quos plene refert Euerardus in loco à contrario ſenſu,& hoc etiam ibi glo. *tam in principio quæſtionis, quam in d. cap. 1.* paſſim affirmat, adducens text. *in d. l. eum, qui,*& hoc idem in principio dictæ quæſtionis firmat Archidiacon. *verſi. adde hoc totum,* Vgo, Laur. Bellamer. *ſub num. 2. ad fin. & ſeq.* Specul. *titul. de iniur. in princ. verſic. item quia cantaſti, & ibi in addit.* Iohan. *in verbo, concipitur. verſicul. ſecundum canones excuſatur.* Oldrad. *conſilio 53. colum. 1.* qui firmat hoc placere Canoniſtis. Abb. *in c. cum te. ſub nume. 28. verſic. ſecundo caſu. ibi, ſecundum canones excuſatur.* de re iud. Aufrer. ad Capell. Toloſ. *deciſ. 125. num. 6. in fine.* Lancell. *de duello, p. 1. concl. 20. nu. 1.* vbi dicit Io. And. opinionem veriorem, & magis approbatam, & omnes fere ſupra relati dicunt hanc opinionem veriorem,& magis approbatam.

220 Neque obſtat, dum ex aduerſo dicitur, quod immo etiam de iure canonico ſola veritas conuitij non eximit quẽ ab actione iniuriarum, ſecundum communem opinionem, relatam ab Alexandro Neuo *conſil. 82. numero 5. & alijs,* pro qua allegatur tex. *in cap. ſi peccauerit. 2. q. 1.* & ideo non licet arguere à contrario ſenſu, *in d. c. 1. 5. q. 1.* ne ſequatur correctio text. in d. c. ſi peccauerit, quia reſpondetur primo, quod tex. in d. cap. ſi peccauerit, loquitur, quando quis occultum delictum, & ſolum ſibi notum, corã omnibus patefacit, vt apparet ex illis verbis, quia enim ſecretum,& ibi, nã ſi ſolus noſti,& ibi, vt ab altero neſciatur,& ibi, nemo alius illum nouit,& per totum, ſecus autẽ, cum delictum omnibus, vel pleriſque notum propalatur, vt ibidem expreſſe decidit ille tex. ex illis verbis, ergo corripienda ipſa ſunt coram omnib. quæ peccantur coram omnibus, & confirmatur per tex. *in c. 1. de pœnit. & remiſſ.* & ſcripſit D. Paulus, *1. ad Timoth. cap. 5.* & ita etiam limitat,& declarat hunc tex. Gundiſal. *in tractat. de hær. q. 10. num. 6.* & propterea cum Abbas non occulte peccauerit, ſed palam, & in iudicio, cuius delictũ eſt notorium propter ſententiam, licuit I. illud publice propalare ſecundum dicti capituli deciſionem,& ſic non modo nihil vrget ille contextus, & communis opinio, quæ fundatur in eo, quod immo apertiſſime pro noſtra militat ſententia.

Secunda hæc diſcordia inter vtrumque textũ & Doctores facile ſedari poteſt, ea adhibita diſtinctione, qua & multæ aliæ componuntur diſcordiæ,& antimoniæ in iure Canonico per Doctores infra citandos, nam aduertẽdum eſt, quod Canonum, ſiue decretorum duplex eſt genus, vnum quidem eorum, quæ inſtituta ſunt de iure diuino, alterum eorum, quę iure humano inſtituta ſunt,& poſitiuo, vt poſt D. Thom. tradit Cardin. Sancti Sixti *de poteſtate eccleſiæ, libro 3. capit. 54. circa finem, & capit. 57. in reſponſione ad nonum argumentum.* & hinc dicunt Doctores, quod duplex eſt forus iuris Canonici, alter quidẽ contentioſus, vel exterior, alter verò intrinſecus, vel conſcientiæ, ſecundum Anton. de Butr. *in ca. inquiſitioni. de ſent. excommunic.* Abb. *in c. 1. nume. 9. verſi.*

verſ. & hæc procedunt. de reſt. ſpol. & in c. ad audientiã. nu. 2. de homic. Felyn. *in c. 1. nu. 41. verſi. ex his rationib. de conſtit. & in c. nouit. nu. 6. verſi. ergo ex prædictis. de iud. & in d. c. inquiſitioni. nu. 2.* Andr. Iſer. *in c. 1. §. ſi verò voluerit. nu. 7. in fi. de capitan. qui cur. vend.* Laur. de Rodulph. *in c. conſuluit. in ult. notab. de uſur.* Andr. ab Exea. *in c. 1. n. 248. de conſt.* Caſſ. *in conſue. Burgũ. rub. 4. §. 23. gl. 1. nu. 45.* & eſt cõis opinio, de qua reſtatur Lud. Gom. *in c. 2. in prin. nu. 21. ubi etiam nu. 32. hoc latè confirmat. de conſt. in 6.* & ideò dicimus, quod tex. *in d. c. ſi peccauerit*, & Doctores ex aduerſo allegati, qui in eo ſe fundant, intelligẽdi ſunt in foro, in quo nos verſamur iudiciali, & contentioſo ſecundum ius poſitiuum, & ideò ſibi inuicem non aduerſantur.

221 Et ſupradicta diſtinctio procedit etiã, ſi lex non diſtinguat, dummodo ſubſit ratio diſtinguendi, vt plenè tradit Andr. ab Exea. *in d. c. 1. nu. 286. verſ. & hac ampliatio. de conſti.* & eſt cõis opinio, vt patet ex his, quæ tradit Dec. *in c. 1. nu. 38. de off. deleg.* ſed hic adeſt manifeſta rõ diſtinguendi, cũ tex. *in d. c. ſi peccaueris.* ſit deſumptus ex Auguſt. verbis in Homelia de pœnitentia, vt patet ex inſcriptione illius, qui verba Euangelij, & Saluatoris Chriſti recenſet ex Matth. *c.* 18. & propterea ſecũdum diuini iuris præcepta, & charitatis, debent intelligi, vt etiã expreſsè colligitur, ibi, ac charitate præditi eſſe debemus, & tradit expreſſe ibi Archid. *columna 2. in fine, tex. verò in d. cap. 1. 5. quæſt.* 1. intelligendus eſt in foro contentioſo, quia ſunt verba Adriani ſummi Pontificis reſcribentis in hoc foro, vt patet ibi, ſi non probauerit, & ibi, flagelletur. & ratio differentiæ inter vtrumque forum illa eſt, quia cum forus exterior reſpiciat ſolum humanæ ſocietatis conſeruationem, & publicam vtilitatem, & publicè expędiat, peccata nocẽtium palam fieri, propterea non punit eum, qui vera aliorum delicta manifeſtat; ſed ſecus eſt in interiori foro animæ, cuius præcipua intentio, & ſollicitudo eſt dirigere homines ad ſalutem; & ſic nulla eſt contrarietas, quia diuerſitas fori ex cauſa diuerſificat iudiciũ, vt tradit Calder. *in proœm. decretal. in 4. quæſtio.* & Imol. *ibidem, in verbo, Rex pacificus, in fine principij.* Neq; ex hoc dicatur, quod ius Canonicum peccatum nutriat, quia hoc eſt omnino falſum. Nam ius Canonicum hoc fieri expreſſe prohibet in d. c. ſi peccauerit, quia reſpicit legem diuinam, quæ non ſolum datur populo, ſed omnibus virtuoſis, & ideò nihil admittit, quod ſit virtuti contrarium, ſed text. *in d. cap. 1. 5. quæſt. 1.* qui loquitur ſecundum legem humanam, quæ cum detur populo, in quo ſunt multi à virtute deficientes, non põt prohibere quicquid eſt contra virtutem, ſed ſufficit, vt prohibeat ea, quę deſtruunt humanum conuictum, alia vero habeat quaſi licita, nõ quidem quia approbet, ſed quod non punit, per ea, quæ tradit poſt D. Thom. 2. 2. *quæſt. 77. artic. 1. verſ. ad primum argumentum* Cepoll. *in tractat. de ſimulat. contract. numero* 23. non enim omnia, quæ à lege non puniuntur, dicuntur à lege approbari, vt eſt text. *in cap. hac ratione, 32. quæſt. 1. & gloſſ. in cap. omnis. 3. diſtinct.* quæ communiter recipitur ſecundum Martinum Nauarr. *in ſua apolog. quæſt. 1. monito. 51. numero 3. & latius in capitu. qualitas, numero 42. de pœnit. diſtinct. 5.*

222 Quibus ſtantibus, proculdubio aſſerendum eſt, ab hac opinione minimè recedendum eſſe, cum ſit communis, & ferè ab omnibus recepta ſententia, nihil repugantibus, qui ex aduerſo allegantur. Quia primo ad text. *in l. unica. C. de famoſ. libell.* reſpondetur, quod probat contrarium, vt ſupra dictum eſt, ex opinione Petr. Cyni, & aliorum. *ad gloſſ. ibi, & in l. eum, qui nocentem*, dicimus, quod non męretur allegari, ex quo contrarium tenuit in d. §. 1. Ang. *in d. l. unica.* contrarium probat eius, ad quod allegatur, vt ſupra dictum eſt, Io. Andr. Alberi. Abb. Deciſ. Tholoſ. contrarium probãt, & pro noſtra ſententia omnino faciunt, quia ipſi omnes referunt duas opiniones, & cum neutram expreſsè approbent, dicendum eſt, non in primo, ſed in vltimo loco relatam ſententiam, quæ eſt noſtra, reſidere, *per gloſſ. fina. in l. qui filium. §. fina. ad Trebell.* Bartol. *in l. bona fidei. nume. ſecundo, ff. depoſ.* cum vulg. Azzo. benè dicit, quod qui proponit libellum famoſum in iudicio, ſi probet, excuſatur, quod & nos admittimus, ſed nõ dicit, quod ſi extrà iudicium proponit, & probat verum, quod puniatur, ideo non męretur allegari, ex quo nihil dicit de pęna probantis veritatem contentorũ in libello extra iudicialiter dato. Boſſ. refert Abb. *in d. cap. cum te*, qui ſecundum canones tenet contrarium, vndè cum conſtet de relato, magis ei ſtatur, quàm referenti, ad trad. per Dec. *conſi. 63. numero 6.* Et dum dicit, quod in hoc omnes cõueniunt, intelligendum eſt de iure ciuili; quod tamen falſum eſt, vt ex pręmiſſis apparet. Felyn. quidem proponit regulam, quod conuitij veritas non excuſat: ſed illam declarat, & limitat non procedere, quando ex tali veritate conſequitur Reſpublica commodum, prout eſt in caſu noſtro, & ideo facit pro noſtra ſententia, & auget numerũ pro parte noſtra relatorum. Quare ſuperſunt tantum in contraria opinione Oldrad. Rom. Couarru. Alex. de Neuo, Gomez. Placa, & Miſinge. qui ſunt numero ſeptem, & plerique moderni, & propterea nullo modo præferendi tot, ac tantis ſupra pro noſtra concluſione allegatis auctoribus, qui dempta gl. *in d. §. 1.* quæ contrarium tenet *in l. eum, qui, & in l. unica*, & Oldrad. *in d. conſil.* 53. ſuperſunt nobis vigintiquatuor, & ſic ſuperamus aduerſarios in decem, & ſeptem pondere, & auctoritate Illuſtrib. quare nihil dubij ſupereſt, quod hæc communior, & verior ſententia eſt.

223 Sed dato etiam citra veri pręiudicium, quod hæc non eſſet magis communis opinio, cum tamen ſit adeo controuerſa, & tantorum Doctorum opiniones, hinc indè referãtur, excuſari omnino debet I. in hoc caſu, etiam ſi non eſſet ſequutus veriorem ſententiam, per ea, quæ in alia informatione deduximus, quibus nũc addimus Andr. ab Exea *in d. cap. 1. numero 299. de conſtitu.* vbi alios citat, & Mandoſ. *ad reg. Cancell. reg. 18. quæſt. 2. numero 2.* vbi de communi teſtatur. &

Menoch.

Digitized by Google

Menoch. *de arbitr. iud. quæſt.* 53. *numero* 9. vbi dicit, ignorantiam iuris dubij excuſare, ſicut ignorantiam facti, & hoc comprobatur, quia in his etiam, quæ ad fidem pertinent, & ſunt inter Doctores, & Theologos controuerſa, licet ante determinationem Eccleſiæ illam, vel illam partem ampleti; quod eſſe ab omnibus Theologis approbatum, refert Martinus Nauarr. *in cap. ſi quis autem. nu.* 48. *de pœniten. diſtin.* 7. *per tex. in c. damnamus. de Sum. Trin.*

LAVS DEO.

Iſta cauſa fuit multum ventilata, & tandem illius iudex, qui fuit Fabius Menichinus de Colle Veteri, Vir certè integerrimus, & ſapientiſſimus, condemnauit carceratum ad æſtimonem iniuriæ Abbatis, & ad ſoluendum Fiſco ſcutorũ duo millia, cum cominatione, quòd niſi ſolueret infra tantum tempus, tranſmitteretur ad Arcem Ciuitatis Hoſtiæ, prout ipſo non ſoluente trãſmiſſus fuit, & ibi propter aeris malignitatem diem ſuum obijt.

ADDITIONES.

a **S**Candali. Quod delicta ratione ſcandali, & mali exempli ſint grauiora, & magis punibilia, probauit idem D. meus Farinac. *in ſua pract. crim. tit. de delict. & pœn. q.* 18. *nu.* 65.

An aũt ratione timoris ſcandali ſint Reo denegãdæ defenſiones, præſertim in deprehenſo in crimine notorio, aut in fragranti, ſcripſit idẽ D. meus Farin. *vbi ſupra q.* 21. *nu.* 73. 74. *et* 144. *et* 145.

Et generaliter, quod ratione ſcandali multa concedantur, multavè denegentur contra iuris regulas, Felyn. *in c. nihil. nu.* 2. *de reſcrip.* Tiraq. *de pœn. ſemper. cauſ.* 46. Nouell. *reg.* 205. vbi latè. Menoch. *de recup. poſſ. remed.* 1. *num.* 319. *& ſeqq.* apud quos cũ allegaris per eos reperies huius cõcluſionis plures illationes, declarationes, & exempla.

Et particulariter, quod ratione ſcandali euitandi poſſit delinquens impunitus dimitti, voluit idem Tiraquel. *d. cauſ.* 46. *num.* 1. *& nu.* 3. per tex. *in l. qui cædem. ff. de ſicar.* glo. *in c. ſi ergo. in verbo clamoribus.* 8. *q.* 1. tex. *in c. vnuſquiſque.* & ibi ĩt glo. 22. *quæſt.* 3. licet in contrarium, quod immo ratione ſcandali euitandi delinquens non poſſit impunè dimitti, ibidem per Tiraq. allegat. *nu.* 4. *in l. decurionum. C. de pœn.*

Et an ècontra ratione ſcandali euitandi poſſit innocens condemnari, dic, quod non, licet bene poſſit pœna accelerari, vt per Tiraq. *d. cauſ.* 46. *num.* 2. & eſt communis, vt per Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 8. *verſ. ſed nunquid. in fin.*

b *Extincta.* Controuerſia eſt inter Doctores, an appellatio extinguat ſententiam, an vero tantum ſuſpendat eius effectus, in qua materia vide Diaz. *reg.* 37. *pract.* Corrad. *in tit. de appell. nu.* 21. Villalob. *in commun. opin. in verbo, appellatio. num.* 112. 113. *&* 125. Deciſ. Pedem. 5. *nu.* 5. Vbi quod extinguit, vel ſaltem quod ſuſpendit. Ant. Gomez. *de delict. tit. de homicid. nu.* 69. vbi plura adducit, ad probandum, quod extinguat. Sed dubitat de hoc ibi Suarez. *in addit. litera M.* vbi etiam de materia remiſſiuè, & deinde reprobat in propoſito differentiam, quæ fit ab aliquibus Doctoribus inter cauſas ciuiles, & criminales. Lancell. *in tract. de attenta. cap. in præfat. num.* 108. *& ſeqq.* vbi multa adducit pro, & contra, & poſtea reſoluit, quod quatenus appellatio reſpicit futura, non extinguit, ſed ſuſpẽdit ſententiam: quatenus vero reſpicit præterita, extinguit in totum, & hanc diſtinctionem dicit communem ex Corrad. & Villalob. in locis præcitatis.

Et in materia traditur alia concluſio, quod ſcilicet appellatio conſeruat appellantem in ſtatu, in quo erat ante ſententiam. *l.* 1. *ff. nihil nouar. appell. pẽden. l. ſciendum. ff. de appell. recip. l. appellatione. C. de appell.* Verum quia hæc concluſio habet in ſe plures illationes, & declarationes, te remitto de illis ad eundem Lancell. *in tract. de attenta. cap.* 12. *in præfat. nu.* 48. *& ſeqq.*

c *Iurantem.* Veriſſimam credo hanc concluſionem, immo & magis cõmuniter receptam, quod ſcilicet iuratæ alicuius aſſertioni nõ credendum ſit, quando illi reſiſtit aliqua præſumptio, & præſertim iuris, ad cuius comprobationem vide plu ribus comprobantem Menoch. *de recuper. poſſeſ. in* 16. *remed. nu.* 35. *& ſeqq. & de arbitr. q. lib.* 2. *caſ.* 186. *num.* 7. *& caſ.* 298. *num.* 6. *& latius in tract. de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 77. quem omninò videas vltra infraſcripta in hac materia. Riminal. *inter conſil. crim. diuer. conſi.* 83. *nu.* 8. *lib.* 2. & inter ead. cõſ. Lauren. ab Oca *conſi.* 63. *num.* 19. *& ſeqq. eod. lib.* 2. Lamberteng. *in tract. de contract. eorum, &c. glo.* 1. *nu.* 85. *& ſeqq.* vbi plures alij antiquiores adducũtur concordãtes. Maſcar. *de probat. lib.* 1. *concl.* 94. *nu.* 20. Et licet contra hanc concluſionem videatur facere Deciſ. Pedem. 71. *nu.* 29. vbi videtur teſtari de communi opinione, præſertim quando iurans eſt vir bonæ famæ, vt *in ead. Deciſ.* Pedem. 101. *nu.* 2. Ego tamen à prima opinione, vt dixi, magis communiter recepta, nunquam in iudicando diſcederem, etiam quod iurans eſſet bonæ famæ; niſi aliæ concurrerent præſumptiones pro ipſa aſſertione, prout in ſpecie voluit Lambert. *vbi ſupra d. gloſ.* 1. *num.* 182. *& ſeqq.* Immo eſt generale, & regulare, quod nunquam aſſertioni alicuius iuratæ credatur, niſi is fuerit bonæ famæ, & non leuis vitæ, vt per eundem Maſcar. *d. concluſ.* 94. *num.* 28. Bene crederem, contrariam opinionem poſſe procedere, vel quando agitur de modico præiudicio, prout voluit Tiraq. *in tract. de iud. in reb. exig. pag. mihi* 30. *in paru. impreſ. verſi. hinc eſt*; Vel quando aſſertio iurata, eſſet alijs coniecturis adiuuata, quia tunc in cõcurſu præſumptionum iuramentum præualet, vt per Cardin. Alban. *conſi.* 14. *num.* 7. nec diſſenrit Lamberteng. *vbi ſupra glo.* 1. *ſub eod. nu.* 182. vbi *num.* 190. dicit, remitti iudicis arbitrio, quænam iſto caſu coniecturæ ſufficiant.

d *Extimatione.* Quod iniurians teneatur iniuriato ad æſtimationem iniuriæ, non habet difficultatem, quia iura ſunt aperta, voluit Hoſtien. *in ſumma, de maled.* §. *qui vero æqualibus, in princip.* eſt tex. *in l. conſtitutionib. in fine. ff. de iniur.* qui

loquitur

loquitur etiam in actione ciuili oriente ex l. Cornel. in illis caſibus, de quibus *in l. lex Cornelia. ff. eod.* item eſt tex. *in §. pœna autem, verſic. ſed poſtea, & §. in ſumma. inſtitut. eod.* Hoſtien. *in capit. cum te, nume. 4. in verbo, iniuriarum actione. verſ. & agitur. de re iud. &* ibi etiam Io. And. *poſt. num. 2.* Ant. de Butr. *nume. 4.* Abb. *nume. 23.* & Alex. de Neuo *nu. 10.* eſt etiam tex. *in c. olim,* & ibi præſertim Maria. Socin. *nu. 21. extra de iniur.* Adden. ad Beluiſ. *in pract. lib. 1. cap. 3. rub. de iniur. nu. 76. in verbo, ciuiliter.* Marant. *in Spec. par. 4. in prin. nu. 5. verſ. dicitur autem magis ciuiliter.* Boſſ. *in tit. de iniur. nu. 2.*

Verum quomodo ſit facienda iſta æſtimatio, laborant Doctores, quod ſit facienda ſecundum tempus factæ iniuriæ, non autem ſecundum tempus æſtimationis. tex. eſt ad literam *in l. iniuriarum æſtimatio. ff. de iniur.* Salyc. *in l. 4. nume. 4. ſub verſ. quaro tunc, ibi, & debet iurare de præterito.* Fel. *in c. cum te. poſt nu. 17. de re iud.* Azzo. *in ſumma de iniur. nu. 15. in fine.* Hoſtien. *in ſumma eod. tit. nu. 7. & §. & inquantum, ante med. verſ. quia ſemper eſt relatio ad tempus*, quo facta fuit. Cirill. *in ſumma Crim. rub. 24. §. fi. nu. 3. verſ. qua quidẽ iniu. fol.* 100.

Quod enim pars debeat ſuã iniuriam æſtimare remedio iuramento, pariter non habet difficultatem, prout voluerunt glo. *in §. pœna autem. in verbo, æſtimauerit. inſtit. de iniur.* Ioan. Fabe. *in §. ſed, & lex Cornelia. nume. 3. poſt med. inſtitut. eod.* vbi teſtatur de vſu cauſarum, & communi opinione Doctorum, & Gloſarũ, quod ſcilicet pars debet non ſolum æſtimare, ſed etiam iurare. Maria. Socin. *in c. olim. nu. 25. extr. de iniur.* Vbi reprobato Bar. *in l. iniuriarum æſtimatio. ff. de iniur.* teſtatur ita ſemper vidiſſe obſeruari, & quod communis conſuetudo eſt contra Bar. Pract. Beluiſ. *lib. 1. c. 3. rub. de iniur. nu.* 82.

Sic pariter, quod Iudex non debet ſtare huic æſtimationi partis, ſed quod ipſe ſuo arbitrio æſtimatam à parte iniuriam taxare debeat, communiter receptum eſt, vt voluerunt Cyn. *in l. ſi non conuicij. num. 13. in 9. quæſtione, & nume. 19. in 15. q.* & ibi etiam Alberic. *num. 16. C. de iniur.* eſt tex. expreſſ. *in §. pœna autem. verſ. ſed poſtea,* & ibi glo. *in verbo, æſtimauerit.* Io. Fab. *num. 1. in fine.* Nicaſ. *nu. 4. & num. 5.* & Aret. *in princ. inſtit. eod.* Salicet. *in l. 4. nu. 4.* & ibi etiam Io. Fab. *num. 7. C. eod.* Bar. *in l. iniuriarum æſtimatio. num. 2. ff. eod.* Item Ioan. Fabe. *in §. ſed & lex Cornelia. poſt nume. 3. verſ. poteſt enim dicere. inſtitut. de iniur.* Ange. *in l. item apud Labeonem. §. ſi quis ſeruo. nume. 5. ff. eod.* Hoſtien. *in ſumma de maled. §. qui vero æqualibus. in prin.* Felyn. *in cap. cum te. poſt num. 16. de re iud.* Marian. Socin. *in cap. olim. num. 25. extr. de iniur.* Specul. *in tit. de iniur. §. 1. poſt nu. 7.* Maran. *de ord. iudic. par. 4. in princip. num. 6.* Soc. *conſ. 146. nume. 25. in fine. verſ. circa quartam, & vltimam quæſtionem. lib. 1.* Iodoc. *in pract. crim. cap. 135. num. 3.* Cirill. *in ſumma crim. rub. 24. §. fina. nume. 3. verſ. ideo Prætores. fol.* 100.

Sed an Iuramentum partis debeat præcedere taxationem Iudicis, an vero è contra, in hoc videtur ſtare difficultas. Vna enim fuit opinio, e
quod iuramentum debeat præcedere taxationẽ, & ſic quod pars debeat prius iurare, quanti æſtimet ſuam iniuriam, & poſtea iudex taxat quãtitatem æſtimatam, & iuratam, ſecundum Cyn. *in l. ſi non conuicij. num. 19.* & ibi etiam Alberic. *numero 16. C. de iniur.* Ioan. Fab. *in §. pœna autem numero 1. in fine. inſtitu. eod. & in §. ſed & lex Cornelia pariter. numero 1. in fine. inſtit. eod.* Vbi quod ita tenent Doctores ſuo tempore moderni, *& num. 3. in fine,* Aret. *ibidem nume. 2.* & eſt de mente Bar. *in l. iniuriarum æſtimatio. num. 2. ff. eod.* Abb. *in c. cum te. nu. 23. verſic. & æſtimabitur iniuria. de re iud.* & Alexand. de Neuo *nume. 11.* vbi ad hoc allegat gloſſ. *in c. ſi Canonici. in verbo, &* iniurijs, de offic. ordinar. Pract. Bleuiſ. *lib. 1. c. 3. rub. de iniur. nume.* 82. Roman. *conſ. 146. num. 15. in fine. lib. 1.* Iodoc. *in pract. crim. cap. 135. num. 3.*

Altera fuit opinio, quod iuramentum partis præſtetur poſt taxationem iudicis, & ſic quod primo loco pars æſtimat iniuriam ad certam quãtitatem, deinde iudex taxat æſtimatam, & poſt iudicis taxationem, pars iurat vſque ad taxatam quantitatem à iudice, ſecundum Salycet. *in l. 4. numero 4. C. de iniur.* Aret. *in §. pœna autem: poſt numero ſecundo, verſic. ſicut etiam dicimus, inſtitut. eod. per l. ſancimus. cum authent. ibi poſita. C. de iudic.* Vbi in ſimili loquitur de taxatione expenſarum Ioan. Fabe. *in d. l. ſi non conuicij. poſt numer. 8. verſicu. item iudex.* Felyn. *in cap. cum te. num. 6. verſic. adde etiam. de re iud.* Et pro hac opinione videtur tex. *in cap. olim. in fine, & ibi gloſſ. in verbo, taxatione,* & Marian. Socin. *numero 23. verſicu. & volunt aliqui. ext. de iniur.* Hoſtien. *in ſumma de iniur. numero 7. §. & inquantum. in princ. verſic. inde eſt.* Marant. *de ordin. iud. par. 4. in princip. numer. 6.* Vbi quod primo pars extimat, ſecũdo iudex æſtimationem taxat, tertio dat iuramentum ſuper quantitate taxata; & quarto condemnat ad ſummã taxatam, & iuratam. Bonif. de Vitellin. *in tit. de iniu. nu. 38.* Rot. *in tit. de iniur. & damna. dat. deciſ. 1. aliàs 152. in nouis, & deciſ. 4. num. 1. & nu. 2.* Vbi bene declarat, & reſpondet illis, qui dixerũt, quod iuramẽtum debet præcedere taxationem, diſtinguendo taxationem, & illius modũ: & debet iudex hoc facere cum cauſa; ſecus autem ſine cauſa, vt per eandem Rotam *eo. tit. deciſ. 4. in fine.* Plot. *de in lit. iuran. §. 46. nu. 1.* Foller. *in pract. cri. canon. c. 33. nu. 153.*

Et retenta iſta vltima opinione, nunquid poſſit iudex poſt taxationem ab ipſo factam, & iuramẽtum partis ſuper ſumma taxata præſtitum, iniuriantem condemnare in minori, quàm ea, quæ fuit per partem iurata? videtur quod non, ſecundum Bonif. de Vitellin. *in tit. de iniur. nume. 38.* cuius contrarium videtur voluiſſe Rota *in titul. de iniur. & damn. dat. nouis. deciſ. 1. aliàs* 152. Pro reſolutione dicas, quod poteſt iudex hoc facere cum cauſa, ſecus autem ſine cauſa, vt per eamdẽ Rot. *eo. tit. deciſ. 4. in fine*, prout hæc omnia bene deducit P. meus Farinac. *in tit. de var. & extraor. crimin. q. 105. in ſpect. 2.* vbi alia plura reperies in materia æſtimationis iniuriarum.

Contumelioſis. Iſta opinio Anan. communiter reprobatur, ſicuti poſt alios, quos allegat, anti-

quiores,

quiores, bene congeſſit Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in pract. cri. can. c. 66. alias 60. rub. de maled. litera A.

f *Monaſterio*. An iniuria facta Monaco, & Religioſo regulari, cẽſeatur facta monaſterio, & Abbati, & an ꝓ ea poſſit Abbas agere, vide Ang. in l. 1. §. item aut. nu. 1. ff. de iniur. vbi, concludit, quod ad emendationem dãni ciuiliter, Abbas ſine mãdato agere non põt; aliter aũt põt, ſi iniuria fuerit Monaco illata in contemptum Abbatis, vel Monaſterij. Io. Fab. in §. patitur. num. 2. inſtit. eod. vbi quod pro iniuria facta Monaco, monaſterium agit nomine proprio, quia immo nomine Monaci iniuriarũ actio non naſcitur, vt ibi per eum, quod idẽ voluit Bonif. de Vitellin. in tit. de iniu. nu. 37. Nicaſ. in d. §. patitur. num. 3. Vbi quod immo Abbas non põt agere pro iniuria Monachi, niſi in ſui cõtumeliam facta ſit. Io. Fab. in §. ſeruis, inſtit. eod. nu. 1. vbi quod Abbas põt agere pro iniuria ẽt leui facta ſuo Religioſo, ad idem Iodoc. in pract. cri. c. 137. nu. 10. Marian. Soc. in c. olim. nu. 15. verſic. item pro iniuria facta Monaco. extra de iniur. vbi quod Abbas, & monaſterium poſſunt agere pro iniuria facta ſuo Monaco, niſi Monacus eſſet in ſtudio de licentia Abbatis, vel Abbas degeret in lõginquis partibus. Pract. Beluiſ. lib. 1. c. 3. rub. de iniu. nu. 64. & ſeq. vbi quod Monaci non poſſunt remittere iniurias quoad actionem natam monaſterio, ſecus autẽ quoad ſuam perſonam, & nu. 66. vbi amplius, quod ẽt, quod Monacus remiſerit iniuriam ſibi illatam, poteſt ipſemet Monacus agere nomine monaſterij, & pro illius intereſſe.

g *Cautionem de non offendẽdo*. Inimicitia an probetur ex cautione de non offendendo, res non tranſit ſine difficultate, & multi tenuerunt contrariũ eius, quod hic præſupponitur per D. Cõſulentem, inter quos præcipuè fuerunt Maluaticen. inter conſi. crim. diuer. conſi. 110. nu. 27. lib. 1. Hippol. Rimin. conſi. 88. nu. 17. lib. 1. Eugen. conſi. 27. num. 22. etiam lib. 1. Ideo pro reſolutione vide eundem D. meum Farinac. tit. de indic. & tortur. q. 49. nu. 121. & ſeqq.

h *Præſumitur*. Aduerte, ne decipiaris in hac propoſitione; licet enim dici ſoleat, quod in fractione pacis, ſeu treguæ cauſa noua præſumatur; & ꝙ non ex antiqua, ſed ex noua cauſa pręſumatur rupta, Thob. Non. inter conſil. crimin. diuer. conſil. 152. numero 13. verſi. nec etiam dicatur. lib. 1. & inter ſua conſilia, conſil. 96. numero 16. & conſil. 108. num. 19. poſt Bal. Pariſ. & Soc. iun. in locis per eũ relatis, cum alijs per Nicol. Moron. in tract. de fid. tregu. & pac. q. 10. numero 4. Secundum antiquam impreſſionem. Nouell. in pract. crimin. cap. fina. nu. 29. Herculan. in tract. de caut. de non offenden. capit. 13. numero 7. & cap. 47. numero 27. & ſeqq. Benintend. deciſ. Bonon. 65. nu. 20. Maſcar. de probat. concl. 1131. num. 38. & concl. 1157. num. 1. & ſeqq. Honded. conſil. 97. num. 30. lib. 1. apud quos plures alios reperies concordantes: Hęc tamen concluſio procedit, quãdo iam apparet etiam de noua cauſa vltra antiquam; & ſic quãdo eſt probatum aliquod factum de nouo, ex quo veriſimiliter offendens potuit moueri; tunc enim pax, & cautio præſumitur rupta potius ex noua, quam ex antiqua cauſa. Vnde ſecus ſi alia non apparet cauſa, quam antiqua; ſic enim apertè declarãdo dixerunt Nicol. Moron. d. q. 10. nume. 7. & q. 44. nume. 12. Aduocati Marchian. inter conſi. crimin. diuer. conſi. 150. numero 58. & ſeqq. lib. 1. Cepha. conſi. 35. num. 6. & ſeqq. & fere per tot. lib. 1. Vulpel. de pac. q. 47. vbi teſtatur de communi opinione. Herculan. de caut. d. c. 13. nu. 8. & 9. Maſcar. d. concl. 1157. nu. 64. & ſeq. poſt alios plures, quos allegat, antiquiores.

i *Noua cauſa*. Tritiſſima eſt apud omnes concluſio, quod offenſione ſequuta ex noua cauſa, nec pax, nec cautio de non offendendo rupta dicitur, ſicut poſt alios relatos antiquiores, teſtantur Soc. Iun. conſi. 103. nume. 7. lib. 3. Herculan. de caution. cap. 13. nu. 1. & ſeqq. Nicol. Moron. de fid. tregu. & pac. quaſt. 9. ſecundum antiquam impreſſionem. Aduocati Marchian. inter conſi. cri. diuer. lib. 1. conſ. 150. nume. 44. & ſeqq. Cephal. conſi. 35. num. 1. & ſeqq. lib. 1. Thob. Non. conſi. 96. num. 15. & conſi. 108. nume. 17. Vulpell. de pace, quaſt. 45. Maſcar. de probat. concl. 1131. nu. 27. et concl. 1157. num. 6. & ſeq. Beniutend. deciſ. Bonon. 65. nume. 2. Duen. reg. 16. in 2. limitat. Clar. in pract. §. fina. q. 47. verſ. quaro nunc, & vide ibidem relatos per Baiard. num. 49. & ſeqq.

Verum quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur in Vrbe, & ſtatu Eccleſiaſtico, vigore Bullæ Pij Quarti, & eſt conſtitutio 128. & Pij Quinti, & eſt conſtitutio decima, quibus conſtitutionibus prohibetur, poſſe nouam cauſam allegari in fractione pacis, tregu, & cautionis de nõ offendendo. Sed ſi huiuſmodi conſtitutiones ſic ſimpliciter, & generaliter intelligerentur, eſſent vtique iniquæ, nedum irrationabiles; & propterea plures declarationes, & limitationes ad eas videas per Herculan. in tract. caut. de non offenden. c. 13. nu. 5. & cap. 51. nu. 20. & ſeqq. Maſcar. de probat. concl. 1157. nu. 51. & ſeqq. & concl. 1131. num. 37. Hieron. Magon. deciſ. Lucen. 100. num. 20. & ſeqq. Honded. conſi. 97. nu. 36. et ſeqq. Thob. Non. conſi. 110. nu. 9. & 10. & conſi. 111. nu. 14.

K *Lata culpa*. Veriſſima eſt concluſio, quod lata culpa non æquiparatur dolo, quando agitur de pœna mortis, & de capitali delicto, hoc enim probat tex. in l. in lege Cornelia. dum dicit, ne in hac lege culpa lata pro dolo accipiatur, & ibi gloſſ. in verbo, culpa lata. Bart. Alber. Ang. & Marſil. ff. de ſicar. Odoffr. in l. in actionibus. num. 2. verſic. item fallit. & ibi etiam Bald. colum. 2. verſic. interdum de genere pœnæ. Iaſ. num. 27. Dec. numero 19. ff. de in lit. iuran. Claud. Seyſel. in l. 1. nu. 32. ff. de legibus vbi quod ita communiter cõcluditur per Doct. Alciat. in l. magna. numero 3. verſic. quod ego verum. ff. de verb. ſignific. Cagnol. in l. contractus. ſub num. 9. verſi. item aduerte. ff. de reg. iur. Dec. in cap. 1. nu. 30. in 1. lect. de conſtit. Marſil. conſi. 67. numero 40. & ſeq. Cepoll. conſi. 33. numero 5. vbi de communi, & conſi. 41. nu. 9. Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 14. numero 5. vbi poſt Bart. in l. in lege Cornelia. ff. de ſicar. quem allegat, dixit, nullam eſſe legem, quæ culpam

culpam morte puniat. Marant. in Spec. in 4. par. in princ. nume. 58. ad finem. Villalob. in commun. opinio. litera I. nu. 6. vbi de communi. Ant. Gomez. de delict. cap. 3. tit. de homicid. nu. 15. Clar. in pract. §. fin. q. 84. in prin. ibi, & loquendo de pœna mortis, vbi de communi. Franc. Becci. conſil. 51. nume. 6. Cephal. conſi. 76. nu. 71. lib. 1. Menoch. de arbitr. q. lib. 2. caſu 324. nu. 11.

Et etiam, quod non agatur de pœna mortis, ſed de pœna corporali, lata culpa non ęquiparatur dolo, ſecundum glo. in l. in actionibus, in verbo, non etiam ob culpam, & ibi Bald. colum. 2. verſic. item fallit in pœnis corporalibus. Iaſ. num. 26. Dec. num. 19. ff. de in lit. iuran. Bart. in l. quod Nerua. nu. 20. verſ. primo enim dicit, & verſi. aut loquimur in actionibus, ſeu accuſationibus. ff. depoſ. idem Bart. in l. 1. §. 1. num. 1. & 2. verſ. idem ſi tractatur de pœna corporali. ff. ſi quis teſtam. liber. & in l. in lege Cornelia. in ſummario, & nu. 1. ff. de ſicar. Pau. de Caſt. in l. 1. nu. 9. verſ. quoniam in corporalibus pœnis. ff. de legib. Marſil. in l. in lege Cornelia. per illum tex. in ſummario, & nu. 1. & ſeqq. & in l. lege Cornelia, l. 2. §. cum quidam, nu. 3. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Cagn. in l. contractus. ſub num. 8. & 9. ff. de reg. iur. Salyc. in l. 1. num. 6. C. de ſicar. & in l. 1. nu. 5. verſ. ſecundo caſu. C. depoſ. vbi teſtatur de communi opinione. Ant. de Butr. in cap. 2. poſt nu. 9. & ibi etiam Imol. col. 2. in princ. num. 12. ad med. verſ. idem ſi imponat pœnam afflictiuam perſonæ. Felyn. poſt nu. 4. Abb. nume. 6. ante med. verſ. idem eſt dicendum. Mant. nu. 40. vbi reſpondet contrarijs. Bero. num. 37. de conſtit. Ang. de maleſ. in verbo, ſcienter, & doloſè. nu. 1. & 4. & ibi Auguſt. in addit. in princ. Firman. in repertorio, verbo, culpa lata, nu. 21. Cępoll. caut. 2. num. 12. Marſil. conſil. 67. nu. 40. & ſeq. Cępoll. conſi. 33. nume. 5. vbi de communi. Diaz reg. 540. vbi de communi. Blanch. in pract. §. viſis indicijs, num. 137. fol. mihi. 56. vbi alij referuntur concordantes. Capr. concl. 78. nu. 36. vbi quod ita communiter tenetur. Matth. in ſuis reg. crim. verſic. 2. incip. vbicunque agitur de imponenda pœna corporis afflictiua, inter commun. opin. tom. 1. fol. mihi 344. in antiq. impreſſ. Ant. Gomez. var. reſol. tom. 3. cap. 3. rub. de homicid. nu. 16. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 83. in princ. vbi etiam de communi ex Cæpoll. & Marſil. in locis præcitatis. Cæpha. conſ. 76. nu. 71. lib. 1. Burſat. conſi. 77. nu. 14. vbi de communi, & conſi. 92. nu. 8. eod. lib. 1.

Verum generaliter, an, & quando lata culpa æquiparetur dolo, vide latiſſimè tractantē more ſuo D. meum Farinac. in tit. de pœn. temper. nondū impreſſ. q. 87. nu. 1. & ſeqq. vnde hæc parua ſūpta.

L. Animus iniuriandi. Fallitur hic D. ſcribens, dū credit ex verbis ſui natura iniurioſis, nō præſumi malum iniuriandi animum, quia in cōtrarium adeſt communis opinio, quæ probatur expreſsè ex l. ſi non conuicij. in princip. C. de iniur. in illis verbis, probare potes, ſumpto inde argumento à contrario ſenſu, & ibi hoc annotarunt gl. in verbo, probare, Butrig. in 2. notab. & in verſ. oppono, quod qui dolum, &c. Bellapert. in princ. Cyn. numero ſecundo verſ. ad legem iſtam, & ibi in addit. litera A, Bal. in ſummar. Salyc. num. 1. in princ. & in 1. oppoſit. Ang. nu. 3. & Io. Fab. num. 4. in fine, & nu. 5. Felyn. in c. cuncta. nu. 18. verſ. & omne verbum, de ſentent. & re iud. Doct. Baerch. in add. ad Belui. in pract. lib. 1. cap. 3. rub. de iniur. nu. 5. in verbo, probare tenetur. Aug. in addit. ad Ang. de maleſ. in glo. verba iniurioſa, num. 3. Rom. conſi. 96. num. 4. & ibi Mandoſ. in addit. littera B. Bonif. de Vitellin. in tit. de iniur. num. 44. Soc. conſi. 146. poſt nu. 7. lib. 1. vbi quod ita communiter concludunt omnes. Iodoc. in pract. crim. c. 137. nu. 14. in fine.

Bene verum eſt, quod quādo verba non ſunt de ſui natura iniurioſa, ſed puta indifferentia, poſſuntque eſſe dicta ad bonum, & ad malū ſenſum, & ſic cum animo iniuriandi, & ſine eo, tunc vtique malus animus non præſumitur, & probādus eſt per allegātem ſecundum Alb. in l. iniuriarum actio. in princ. nu. 1. & in §. ſi quis per iniuriam, & in l. item apud Labeonem. §. ſi communem per iura prædicta. ff. de iniu. & benè etiam declarat Io. Fab. in l. ſi non conuicij, nu. 5. C. de iniur. vbi idem, quando verba prolata de ſe non ſunt iniurioſa, vt puta hyronicè dicta, & in §. fi. nu. 5. inſtit. eod. Azzo. in ſumma de iniur. nu. 4. in fine, vbi ponit ſeptē caſus, in quib. animus iniuriandi non præſumitur, ſed oſtēdi debet. Belu. in pract. lib. 1. c. 3. tit. de iniu. nu. 7. in fine, iuncto num. 8. verſ. vt ſic iniur. Aug. in add. ad Ang. de maleſ. in glo. verba iniurioſa, nu. 3.

M. Cauſa etiam iniuſta. Quod in crimine iniuriarum excuſat cauſa nedū iuſta, ſed etiam iniuſta, voluerunt Bart. in l. fin. num. 7. ff. de hæred. inſt. Cæpoll. conſi. crim. 70. num. 13. Boer. conſi. 4. num. 43. Aym. conſi. 9. num. 36. & conſi. 13. nu. 2. ex quorum dictis colligitur, excuſari ab iniuria eum, q protulit verba iniurioſa in aliquem, de quibus vel erat publica fama, vel eadē audiuerit ab amicis, coniunctis, ſeu alijs fide dignis viris, refert, & ſequitur Claud. ad Bertaz. conſi. 175. ſub litera A, & plenè proſequitur Ioan. Petr. Surd. deciſ. Mantuan. 89. nume. 22. in fine, & num. 28. etiam in fine, ſed certè iſtis caſibus cauſa, & credulitas poteſt dici potius iuſta, quam iniuſta; quam quidem iuſtam cauſam ab iniuria excuſare, dubitandum non eſt, ſicut poſt Oldrad. & Barbat. in locis prę citatis, tradit idem Claud. in loco præallegato, & Io. Petr. Surd. qui alios refert, & plenè hanc concluſionem probat deciſ. Mantuan. 89. nume. 22. ſeqq. vſque ad nume. 29. Verum quod cauſa etiam iniuſta, &c. excuſet ab iniuria, ſcripſerunt magis explicitè Anto. Gomez. var. reſol. tom. 3. capit. 6. rub. de iniur. num. 2. verſic. aduertendum tamen, vbi alijs relatis, teſtatur de communi opinione, & ante eum Io. And. ad Specul. in tit. de iniur. in princip. in verbo, concipitur, ante finem. verſ. propter quod. Alex. conſi. 212. num. 4. in fine. verſ. item iſte teſtis, & nume. 5. in princ. lib. 2. Ruin. conſi. 145. nu. 16. lib. 5. vbi quod ad excuſandum ab iniuria, ſufficit error verus, vel præſumptus. Oldrad. conſi. 53. num. 3. verſic. immo quandoque. Aym. conſi. 386. nu. 20. Boſſ. in tit. de iniur. nume. 3. in fin. & num. 4. verſ. & ideo fortè, &c. Put. deciſ. 52. nume. 2. lib. 3. Io. Petr. Surd. d. deciſ. Mantuan. 89. num. 22. & num. 27. ante finem.

N. Sufficiant. In hac materia ſcias, quod cauſa, ſeu

Digitized by Google

ſa, ſeu credulitas excuſans delinquentem, debet probari per allegantem, alias non ſuffragatur, ſecundum Barto. *in l.* 1. §. *non autem, ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſ. fuer.* Corn. *conſil.* 280. *num.* 6. *verſ. ita etiam, lib.* 4. Dec. *conſ.* 452. *nu.* 11. vbi amplius, quod probandum eſt, cauſam prædictam fuiſſe ante delictum, quod & idem voluit Rolan. *conſi.* 57. *nu.* 13. *lib.* 1. Gomez *in* §. *ex maleficijs, nu.* 24. *inſtit. de action.* Aym. *conſ.* 254. *nu.* 4. Gabr. *lib.* 7. *concl.* 8. *nu.* 63. Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 60. *verſ. ſed hic quæro.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 5. *nu.* 60. Honded. *conſi.* 35. *nu.* 55.

Immo non ſufficit probare exiſtentiam cauſæ, ſed etiam neceſſe eſt probare, quod quis ex illa cauſa motus fuerit, & crediderit non delinquere; aliter enim dolus præſumitur, nec allegata cauſa excuſabit, Iacob. Butrig. *in l. plagij, la ſecunda, colum.* 2. *verſic. non tamen apparet, quod hoc crediderit, C. ad leg. Flau. de plagiar.* vbi propterea dixit, neceſſe eſſe eum, qui vult ſe excuſare ex credulitate, ſiue iuſta, ſiue iniuſta probare aliquid, quod veriſimile ſit, cum ſic crediſſe, Gom. *in* §. *ex maleficiis, poſt nu.* 32. *inſti. de act.* Alex. *conſ.* 103. *num.* 13. *verſ. & dato quod, lib.* 1. Cur. ſen. *conſil.* 55. *nu.* 12. Aym. *conſ.* 254. *nu.* 4. *verſ. & ſi dicatur,* Cagn. *in l. quod te, nu.* 5. *ff. ſi cert. pet.* Mayner. *in l. ferè in omnibus, nu.* 20. *in fi. ff. de reg. iur.* Tiraq. qui alios refert, *de pæn. temper. cauſa* 43. *nu.* 9. Gabr. *li.* 7. *concl.* 8. *n.* 66. vbi pariter alios refert *nu.* 71. vbi & alijs relatis, facit concluſionem, quod potius præſumitur dolus, quam quod quis ſit motus ex iniuſta cauſa, Clar. *in prac. d. q.* 60. *eod verſ. ſed hic quæro,* poſt Alex. & Blanch. in locis per eum citatis, Menoch. *de retinen. poſſ. remed.* 3. *nu.* 653. *& de recuperan. remed.* 9. *nu.* 46. Bertaz. *conſ.* 375. *poſt num.* 25. *lib.* 2. Honded. *conſ.* 35. *nu.* 56. *ſeq. & conſil.* 105. *nu.* 33. *& nu.* 37. o

Sed an iſta cauſa ſit bene probanda, an vero ſufficiat præſumptiua probatio, dicas, quod licet aliqui dixerint, cauſam hanc plenè probandam eſſe, ut per Iacob. Port. *in conſ.* 96. *num.* 25. vbi tamen non dicit, quod ſit reprobanda, ad quod ſit legitimè probanda, & per teſtes omni exceptione maiores; magis tamen communiter receptum eſt, ad huius cauſæ iuſtificationem, ſufficere ſemiplenam probationem, ſecundum Alex. *in cõſi.* 115. *n.* 5. *lib.* 4. Io. de Amicis *conſ.* 85. *n.* 9. Cur. iun. qui tamen loquitur in probatione iuſtæ cauſæ, *in conſ.* 132. *nu.* 11. *verſ. quinimò dixit.* Alex. *in conſ.* 34. *nu.* 8. Aym. *conſ.* 254. *nu.* 5. *& conſ.* 386. *num.* 20. Gab. *d. concl.* 8. *num.* 64. Hercul. *de negat. nu.* 7. Menoch. *d. remed.* 5. *recuper. poſſ. nu.* 60. *in fi.* Bertaz. *cõſil.* 11. *nu.* 21. *& conſ.* 38. *nu.* 11. *& conſil.* 275. *nu.* 18. p Fran. Becc. *conſ.* 4. *n.* 18. *& conſ.* 78. *numero* 19. Plot. *inter conſil. crim. diuer. tom.* 1. *conſil.* 131. *numero* 14. Burſat. *conſil.* 152. *numero* 32. *libro* 2. Honded. *conſ.* 105. *num.* 26.

Et propterea cauſam prædictam poſſe coniecturis probari, dummodo tamen ſint vehementes, voluerunt Claud. Bertrand. *regu. crim.* 81. *nu.* 2. Matth. *in ſuis regul. criminal. verſic. licet qualibet iniuſta, fol. mihi* 346. *colum.* 2. *inter commun. opin. tomo* 1.

Sic etiam quod quis motus fuerit ex illa cauſa, ſeu credulitate, probari coniecturis, & veriſimilitudinibus, euidentibus tamen, ſeu vehementibus, ſcripſerunt Boſſ. *in titulo de decret. Mediolanen. ſub numero* 19. poſt Aretin. & Alex. quos allegat Tiraquel. *de pæn. temperan. cauſa* 43. *numero* 9. refert eum Bertazol. *conſilio vndecimo, poſt numerum uigeſimum, & conſilio* 417. *num.* 32. Honded. *conſilio* 105 *numero* 33. *& numero* 37. vbi videtur conſentire probabilibus cõiecturis. Bruno. a Sole *in ſuo Compend. iur. verſic. credulitas, & cauſa, folio* 56. *col.* 2. ex Bart. Angel. & alijs ibi per eum allegatis.

Et inter alias coniecturas, ea ſufficiens videtur, quando quis ante delictum expreſsè coram teſtibus declarauit, ſe ſic agere uelle ex aliqua cauſa, Gabriel. *lib.* 7. *concl.* 8. *nu.* 67. ex Aym. in loco per eum citato.

Immo & id probari per iuramentum delinquentis, videtur de mente Angeli *in l. plagij, la ſecunda, num.* 1. *ad medium, verſic. ſed qualiter probabitur, & poſt medium, verſic. modo ſi ſtatutum, & poſt num.* 2. *verſic. ſi tamen cautus, C. ad leg. Flau. de plagiar.* Gabriel. *libro* 7. *concluſ.* 8. *numero* 65. 68. *& 69.* ubi tamen declarat, niſi contra iuramentũ adſit iuris præſumptio, Bertazol. *conſi.* 11. *nu.* 21. poſt Alexand. Curt. Ioan. de Amic. & Alciat. in locis per ipſum citatis, Honded. *conſil.* 105 *numero* 36. *& ſequenti.* vbi tamen etiam vltra iuramentum videtur requirere concurſum aliquarum cõiecturarum, ex allegatis per eum, prout etiam ita videtur de mente Ang. & Gabr. in locis proximè citatis.

Notoria. Immo quando iniuria illata continet aliquod vitium, quod erat notorium, tunc iniurians tenetur, etiam quod illud vitium alias expediret Reipublicæ ſciri; Tunc enim non poteſt dici, quod Reipublicæ expediebat hoc ſcire, cum iam ſcitetur, & eſſet notorium, ſecundum Angel. *in l.* 3. *C. de iniur.* vbi ponit exemplum in monacho, quem eſſe apoſtatam, notorium erat; vel in eo, quem pariter de furto, uel homicidio condemnatum eſſe, notoriè conſtabat; Tunc enim ſi diffamatio continet prædicta notoria delicta, non poteſt dici ad alium finem diffamationem proceſſiſſe, niſi contumeliæ. Conſtat autem, auctoritate propria nemini in ferendam iniuriam, quæ non poteſt producere aliquem horum effectuum, niſi cõtumeliæ, *l. nullus. C. de iudic.* quod & voluit idem Ang. *in l. eum qui, nu.* 1. *ff. eod.* ea ratione, quia ſententia, & condemnatio producit notorium iuris.

Mores. Veriſſima, & generalis eſt concluſio, quod iniuria dicitur inferri, quando contra aliquem proferuntur verba, quibus dicitur aliquid commiſſum contra bonos mores Ciuitatis; talia enim uerba iniurioſa reputari, ſcripſerunt Ioann. de Anan. poſt Barto. quem allegat, *in cap.* 1. *poſt numerum* 5. *extra de maledic. & eſt text. in l. item apud Labeonem,* §. *ait Prætor, & §. ſequen. & §. meminiſſe autem, in fine, ff. de iniur.* vbi etiam declarat, quando quid dicatur factũ, aut dictum contra bonos mores, Bart. *in d.* §. *ait Prætor. num.*

Digitized by Google

5.Ang.*in d.l.item apud Labeonem.§.idem ait*, vbi illud dicitur factum contra bonos mores, quod repugnat bonis moribus ciuitatis, Glo.*in c.cum te. verb.minimè, verſ.item illud, ext. de re iud.* vbi amplius, quod iniuria non dicitur, niſi contineat quid factũ, aut dictũ cõtra bonos mores. Et ita etiam hoc idẽ tradiderunt ibi Hoſt.*nu.*11.Fel.*nu.*18.*ad med.*& Alex.de Neuo *nu.*26.Rom.*conſ.*97.*nu.*1. Socin.*conſ.*146.*in prin.& nu.*1.*& ſeq. in diſcurſu. lib.*1.Gram.*deciſ.*14.*nu.*9.

q *Proteſtatio.* Veriſſima eſt concluſio, quod proteſtatio non facit, quin inirians actione iniuriarum teneatur, ſecundum Alberi.*in l.item apud Labeonem.§.idem ait, nu.*2.*ff.de iniur.* vbi bene comprobat, & reſpondet contrarijs, Soci.*conſ.*118.*nu.*5. *in fi.li.*1.vbi de communi. Couar.*variar.reſol.li.*1. *cap.*11.*num.*1.

Et de mentita data cum proteſtatione, ſaluo honore mentiti, quod pariter mentientem non excuſet, ſcripſerunt Alexan.in addit.ad Bart.*in l.item apud Labeonem, nu.*3.*lit.*c,*in verb.tu mentiris*, & ibi etiam Pomat.*lit.* i, *ff. de iniur.* vbi alij referuntur concordantes, Alber.*in l.quæ omnia, nu.*2. *verſ.ſed quid ſi dixit.ff.de procurat.* Iaſ.*in l.vt vim, nu.*37.*verſ.etiam ſi diceretur, ff.de iuſt.& iur.* & ibi etiam Claud.Seiſel.*in* 2.*lectu.num.*125.*verſ.tertio intelligebat.* Vbi quod ita eſt de mẽte Doctorum, Bolognet.*nu.*94.*verſ.ſed ego puto, in fi.* Addent.ad Beluiſ.*in pract.lib.*1.*c.*3.*rub.de iniur.nu.*17.*in verb. tu mentiris*, Boer.*conſ.*4.*nu.*24. Soc. iun.*conſi.*122. *nu.*11.*lib.*2.Couar.*var.reſol.lib.*1.*c.*11.*nu.*1. Petr. a Plac.*in Epitho.delict.lib.*1.*cap.*1.*numero* 11.*folio* 23.Pract.Corrad.*tit.de iniurian.nu.*4. *verſ.item ſi dicatur.fol.mihi* 403.

r *Mortem.* Iſta concluſio, quod imponatur pœna capitalis propter conſuetudinem delinquendi, non tranſit ſine difficultate. Ideo de illius veritate, & materia, vide regulas cum ſuis ampliationibus, & limitationibus, poſitas per D.meum Fari. *in tit.de pœn.temper.q.*23.*per totum.*

ſ *Doli.* Communiter receptũ eſt, dolum eſſe difficilis probationis; & propterea præſumptionibus, & coniecturis probari. Sic.n.cõiter not.oẽs *in l.dolum*, & ibi præſertim Io.Sicar.*nu.*4.*verſ.ratio aũt.C.de dolo*, eſt ẽt tex.*in c.*2.*de renunciat.in* 6. Pau.de Caſt.*in l.quod Nerua, nu.*3.*ff. depoſ.* Purp. *in l.*1.*n.*128.*ff.ſi cer.pet.* Abb.*in c.ſi aũt, nu.*4. & ibi ẽt Fel.*nu.*1.*&* 2.& Dec.*nu.*6.*& nu.*11.*de reſcript.* Boer.*deciſ.*100.*nu.*3.*& ſeq.* Corn.*conſi.*140.*nu.*9. *lib.*2.Neuiz.*conſ.*22.*nu.*47.Ruy.*conſ.*...*nu.*10.*li.*1. Pariſ.*conſ.*75.*nu.*31.*li.*1.*& conſ.*78.*n.*23.*li.*4.Hercul.*de negat.nu.*275.*in fin.* Io.Bapt. Lup.*de uſur. comment.*2.§.1.*num.*51.Maſc. qui alios plures refert, *de proba.li.*1.*concl.*530.*nu.*1.*ſeqq.* Menoc.qui etiam alios refert, *de præſump.lib.*1.*q.*58.*nu.*10.*& lib.*5.*præſumpt.*3.*nu.*42.*ſeqq.& in* 3.*remed.retinen. poſſeſſ.nu.*617.*in fine.*

Et ad probandum dolum non ſolum admittuntur præſumptiones iuris, ſed etiam hominis, ſecundum Menoch.*de præſumpt.lib.*1.*q.*58.*num.*20.ſequitur poſt Gloſ. Corn. Socin. & Alexan. in locis per eum citatis, & adducit rationẽ, quia certum eſt, doli coniecturas arbitrio iudicis remitti. Ergo intelligendum eſt de coniecturis hominis, non autem legis, quia coniecturæ legis arbitrio iudicis non relinquuntur, cum ea, quæ lege determinata ſunt, arbitraria dici non poſsĩt, prout idem Menoch. probauit *in tractat. de arbitrar.quæſt.*14.*numero* 2.& præſumptiones, coniecturaſque iudicium non eſſe in lege ſcripta, dixit Bal.*in rubr. de præſumpt.numero* 3. Quamuis contrarium ſcripſerit Virg.Boccac. *in Conſtitu. Picen. glo.*8.*ſub numero* 282.*poſt medium*, vbi dicit, quod nec etiam ad reſcindendum contractum, ſufficiunt coniecturæ hominis, prout hæc omnia bene deduxit Dominus meus Farinacius *in titu. de pœn.temper an.quæſt.*89.*numero* 16.*& ſeqq.* vbi latiſſimè more ſuo pertractat probationem doli, & fraudis.

t *Inducti*, Quando teſtes falſi fuerunt in facto proprio producti, & inducti a parte, tunc licet alias diſputent Doctores, an faciant indicium ad torturam, iſto tamen caſu indicium facere, ſcripſit idem D.meus Farin.*in tit.de indic.et tortur.q.*45.*nu.*35.*& ſeqq.* quem videas omnino declarantem hanc dubitationem.

u *Iniuria vera.* Quia omnes iſti conſulentes valde inter ſe controuertunt, in diſcuſſione iſtius articuli, an ſcilicet, & quando ueritas illati conuicij in iudicio, vel extra, verbo, aut in ſcriptis, conuiciantem excuſet; Idcirco non abre putaui, hic referre, & reſcribere tredecim, & inter ſe varias, & diſſonantes Doctorum opiniones, & optimè quidem diſtinctas per D. meum Farinac. *in titu. de uar. & extraordinar. crimin. nondum impreſſo. quæſt.*105.*inſpect.*5.apud quem etiam reperies realem, & veram tantæ dubitationis reſolutionem. Vna fuit opinio, quod ueritas conuicij conuiciantem excuſet, pro qua videtur text.*in l.*3.*C. de iniur.* vbi quod ille, cui fuit dictum, quod eſt delator, ſi delator non eſt, poteſt contra ſic dicẽtem iniuriarum iudicium experiri; ergo ſumpto ibi argumento a contrario ſenſu, ſi uerè delator eſt, talem actionem non habet, prout ſic arguendo aduertit ibidem Angel.*in princip.* & ante eum Butrigar.*in Summario*, & Ioan.Fab.*poſt numerum ſecundum*, facit etiam text.*in l.eum qui nocentem, ff.eodem*, dum ibi dicitur, *eum, qui nocentem infamauit, non eſſe bonum, & æquum ob eam rem cõdemnari*, & ibi Gloſſ.*in uerbo, infamauit*, Bellapert. *in l.ſi non conuicij, colum.*2.*in princip.verſic. item dicit*, vbi affirmat, quod ita communiter tenetur, *C.de iniur.* Et pro hac opinione facit Angel. *in l. item apud, §.interdum, numero primo, ff. de iniur.* quod ſcilicet iniuriarum actione non tenetur is, qui perſonam re vera infamem aliqua infamatoria iniuria afficit. Addo pro hac eadem opinione Gloſſ.*in §.iniuria autem, in uerbo, fieret. Inſtitut. de iniur.* Azo. *in Summa de iniur. numero* 14. Speculat.*in tit.de iniur.§.primo, numero tertio, verſic.item quod ſum homo honeſtus*, Præpoſit. Alexandri. *in cap.*1.*in princip. in ſecunda notab. quinta, quæſt. prima.* Pract.Beluiſ.*libro primo, capit.*3.*rubr. de iniur. numero* 57. *& ſequentib.* Auguſt. ad Angel. *de maleſic.in gloſſ. uerba, iniurioſa, numero* 3.*in fine*, ex Anchar.quem allegat *in conſilio* 327. Bonifac.

de

de Vitallin. in tit. de iniur. nu. 12. in fine, uerſ. ſi autẽ uerum eſſet. Plot. conſil. crim. diuerſ. 131. nu. 5. lib. 1. Pract. Conrad. tit. de iniurian. nu. 24. verſ. decimotertia ceſſat actio.

Secunda & præcedenti contraria fuit opinio, quod immo ueritas cõuicij nõ eximat iniuriantem a pęna iniuriarũ, pro regula firmat Felyn. in c. cum te, in fin. de ſenten. & re iud. Diaz. reg. 784. in prin. Iodoch. in prac. crim. c. 136. num. 1. Miſinger. conſ. 7. num. 29. vbi audet teſtare de communiori Doctorum opinione; ſed loquitur, quãdo malo animo illata eſt iniuria, Boſſ. in tit. de iniur. nu. 35. verſ. quoad primam quæſtionem, Pract. Conrad. in tit. de iniurian. nu. 4. verſ. item amplia, fol. 403.

Tertia eſt opinio Hoſtienſ. in ſumma de iniur. §. contra quos, uerſ. illud etiam, ex cuius dictis colligunt Doctores, quod ſi iniuria cõtinet aliquid turpe, proueniẽs culpa iniuriati, & tunc iniuriãs non teneatur, ſi uerum dicit, vt puta quando improperatur delictum ab iniuriato cõmiſſum; ſecus vero ſi cõtineat id, quod ſine iniuriati culpa accidit, prout ſi dicatur ꝙ eſt baſtardus; ſic enim Hoſtienſem eo loci diſtinguere voluiſſe, ſcripſit Alber. in l. ſi non conuicij, nu. 9. uerſ. Hoſtien. in ſumma, C. de iniur. licet eam ſequuti non fuerint Ioã. Fab. in l. 3. C. de iniur. Abb. in c. cum te, nu. 76. in fin. uerſ. quarta fuit quorundam opinio, & nu. 27. Ioan. Andr. in addi. ad Spec. in prin. in additione magna, verſ. alij diſtinguunt in 4. opinione, Oldr. conſil. 53. nu. 1. in prin. Rom. conſ. 96. n. 1. in 2. opinione, Boer. conſ. 4. num. 22. Ludou. Bologn. in addi. ad Anan. conſ. 44. in 2. opinione.

Quarta eſt opinio, quod iniuriarum pęna nõ habet locum, quando quis dicit uerum, ſi iniuria contineat aliquod factum punibile, & pro quo iniuriatus accuſari poteſt, quia tũc intereſt Reipublicę, delicta punire, vtputa ſi quis alteri diceret, Tu es homicida, latro, & ſimilia; ſecus autem, quando iniuria continet factum nõ accuſabile, & non punibile, quia tunc inhumanũ eſt alienos defectus detegere; vtputa ſi dixero, Tu es pauper ſcabioſus, & ſimilia, ſecundum Bellapert. in l. ſi nõ conuicij, col. 2. verſ. unde diſtingue, & iſta diſtinctio fuit etiam Dyni, ſicut teſtatur Cyn. ibid. nu. 12. verſ. dicunt quidam moderni, &c. ſequitur Bellaper. in §. 1. nu. 10. inſti. de iniur. Et hanc diſtinctionem licet eam ſequuti non ſint, retulerunt Cyn. d. l. ſi non conuicij, nu. 12. verſ. dicunt quidam moderni, Alberi. ibid. nu. 9. verſ. dicunt quidam, Abb. in d. c. cum te, num. 28. uerſ. ſextam opinionem, de re iud. Marian. Socin. in c. ſi. num. 25. verſ. aduerte tamen, extra de iniur. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de iniur. in prin. in additione magna, uerſ. Dynus aliis verbis utens, in ſexta opinione per eum relata, Boer. conſil. 4. num. 33.

Quinta fuit opinio, quod ueritas illatæ iniuriæ excuſet iniuriantem, quando improperatur aliquod delictũ, quod propalari Reipublicæ expediat; ſecus autem, ſi improperatum delictũ nõ expediat Reipublicæ ſciri. Sumitur hæc diſtinctio ex textu in l. eum qui nocentem. in illis uerbis, Peccata enim nocentium nota eſſe, & oportere, & expedire. ff. de iniur. Et voluerunt Bellaper. in l. ſi non conuicii, colum. 2. uerſ. unde diſtingue, C. de iniur. vbi Cyn. in ead. l. ſi non conuicii, num. 12. in 8. quæſt. vbi quod quando improperatur aliquid, quod expedit Reipublicæ ſciri, ſiue de eo quis poſſit accuſari, ſiue etiam quod non poſſit accuſari; & tunc vtroque caſu, ſi verum dicatur, iniuriarum actio non datur; ſecus vero, quando improperatur aliquid, quod non intereſt Reipublicæ ſciri, prout eſt qñ quis vocat claudum, uel mancum, & cum diſtinctione Cyni ſic generaliter intellecta, & ampliata per eum, pertranſeunt Angel. in l. ſi non as, C. de iniur. vbi primum diſtinctionis caput exẽplificat in eo, qui alteri dicit, quod eſt leproſus, excommunicatus, latro, ſpurius, aut infamis. Secundum vero diſtinctionis caput exemplificat in eo, q alteri dicit, Zoppo, cieco, cornuto, & ſimilia. Et ita reiectis aliorum opinionibus, dicit eſſe tenendũ, inferens propterea ꝙ primo caſu auctor in libello debet adijcere, ꝙ diffamatio nõ eſt vera; in ſecundo autem non. Et pro hac eadem diſtinctione cum ſuis exemplis, vide etiam Bart. in l. eum qui nocentem, & ibi etiam Ang. nu. 1. & 2. ff. eod. Adden. ad Bar. ibi lit. b, vbi alij referuntur cõcordantes, & eundem Angel. in l. lex Cornelia. §. ſi quis liberum. nu. 4. ff. eod. Saly. in l. 3. & ibi Addent. lit. a, in verbo, expedit Reipublica, C. eod. Io. Fab. ibidem, nu. 3. & Inſtit. eod. §. iniuria autem, num. 4. vbi quòd ita conſueuerunt dicere DD. Aret. ibidem etiam nu. 4. & Nicaſ. nu. 4. Abb. in c. cum te, nu. 27. in uerſ. quinta fuit opinio, et nu. 28. Anan. nu. 3. in fi. Felyn. in c. cum te, nu. 18. in fi. in 2. & 3. fallen. de ſententi. & re iud. Abb. in c. ſi. nu. 5. uerſ. aut dico uerum, extr. de iniur. Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de iniur. in princ. uerſ. alii aliter diſtiguunt, in 5. opinione, Oldrad. conſ. 53. num. 1. col. 1. poſt prin. Roman. conſ. 96. nu. 2. in 4. opinione, Grammat. deciſ. 37. nu. 1. & 2. Boer. conſ. 4. nu. 33. uerſ. ſexta opinio, & nu. 36. verſic. quid dicendum. Vbi non ſolum teſtatur de communi, ſed etiam quòd in hoc omnes Doctores conueniunt, & nu. 46. et ſeqq. vbi reprobat DD. tenentes contrarium, nu. 50. & ſeqq. omnibus, vbi ponit in ſpecie, quæ ſint delicta, quæ ſciri, & nota eſſe Reipublicæ, expediat. Ludou. Bologni. in addit. ad Anan. in conſil. 44. uerſ. alia fuit opin. Socin. conſ. 118. nu. 1. col. 2. verſ. ſed in hac prima dubitatione, lib. 1. & conſil. 146. num. 6. eod. lib. 1. Ignat. Lopez. in addit. ad Diaz. in Pract. crim. canon. c. 66. alias 60. rubr. de maledicis, lit. c, Iodoch. in Pract. crim. c. 136. nu. 4. Boſſ. in tit. de iniur. nu. 3. Petr. a Plac. in Epith. delict. c. 1. nu. 3. vbi de communi, Fab. a Montelion in Praxi arbitr. par. 4. q. 9. nu. 42. fol. 366. Ant. Gomez. de delict. c. 6. rub. de iniur. nu. 2. uerſ. dubium tamen.

Sexta eſt opinio præcedentis opinionis declaratoriæ, ꝙ iniurians tenetur actione iniuriarum, etiam ꝙ dicat verũ, & etiam ꝙ iniuria contineat vitia, quæ Reipublicæ expediat nota eſſe; & etiã ꝙ proueniant culpa iniuriã paſſi; & ꝙ de illis poſſit accuſari, idem iniuriã paſſus, ſi animo iniuriãdi ipſum uitiũ improperauerit, Poma. in addit. ad Bar. l. eum qui nocentem, lit. a, uerſ. quando uero obiicitur, ff. de iniur. Alber. in l. ſi non conuicii. num. 10. uerſ. ſed ſi dicat, C. de iniur. ponderando tex. in l. iu-

ſiſſimos, C. de offic. queſto. in illis verbis, Nam ſi vera voces ſint, nec ad libidinem effuſa; ex quibus nõ ſolum veritatem conuicij iniuriantem excuſare, ne iniuriarum actione teneatur iniuriãs, niſi etiam iniurianti voluntas abſit, apertiſſimè in eo text. probari uidetur. Item facit tex. *in cap. cum te, de re iud.* & per illum tex. hoc ibidem adnotarũt Abb. *num. 1. in 1. notab. & num. 26. verſic. p ima opinio, & numero 29. verſic. in præcedentibus enim, iuncto verſic. ſed in hoc vltimo caſu.* Felyn. *numero 18. in fine. verſic. ratio iſtorum caſuum, &c.* & Alexan. de Neuo *numero 3.* Hoſtienſ. *in capit. fin. numero 4. in fine, uerſic. ſin autem hoc dicit ad infamandum, & numero quinto, verſic. ſi ergo hoc dicatur ad infamandum. extra de iniur.* & ibi etiam Ioan. Andr. *ſub numero 5.* Anton. de Butr. *poſt numerum primum,* & Marian. Socin. *nu. 21. uerſic. aut quis & numero 22. verſ. & hoc caſu. iuncto verſi. aut ſolum dixit.* Ioan. Andr. *in addit.* ad Specul. *in tit. de iniur. in princip. in additio. magna, pariter in princip. & in prima opinione Hoſtienſ. & in fine dictæ additionis. uerſic. in ſecundo membro.* Oldrad. *conſilio 95. numero 2. in fine. & numero 3.* in diſcurſu *& num. 4. & ſeq.* Doctor Baert. *in additio.* ad Beluiſ. *in pract. libro 5. cap. 3. rubric. de iniur. numero 57. in uerſic. non ſic in illa perſona,* Roman. *conſ. 96. num. 3. & ſeqq.* vbi latè Grammat. *deciſ. 37. per totam,* Ludou. Bologni. *in additio.* ad Anan. *conſil. 44. ad finem, verſi. his ſic præmiſſis.* Diaz. *in pract. crimin. canon. cap. 66. alias 60. rubr. de maledicis, numero 6. uerſ. et ſiue uerum dixerit, ſiue falſum,* & ibi Ignat. Lopez *in additio. lit. c,* teſtatur de communi, ex Cutt. Iuniore, quem allegat *in l. fin. num. 30. ff. quod quiſque iuris,* ac etiam teſtatur, hanc opinionem in forenſibus controuerſijs receptam eſſe, licet Regia Hiſpaniarum lex plurimum refragatur, vt ibi per eum, Alex. de Neuo *conſ. 82. nu. 4. et 5.* vbi de communi, Aufret. *in addit.* ad Capell. Tholoſ. *deciſ. 127. nu. 8.* Vrſil. *in addit.* ad Affiict. *deciſ. 206. num. 3.* Boſſ. *in tit. de iniur. numero 3. uerſ. & de alio,* Couar. *uariar. reſol. lib. 1. cap. 11. poſt numerum 6. uerſic. ego quidem primum animaduerto, iuncto uerſic. primum iniuriarum actione propoſita, &c.* Petr. a Plac. *in Epithom. delict. lib. 1. cap. 1. numero 3. uerſic. credo igitur, ſ lio 14. in princ. & numero 4. fol. 15.* Quamuis contrarium, quod ſcilicet non teneatur propalans vltra, quæ Reipublicæ intereſt ſciri, etiam quod animo iniuriandi id fecerit, voluit Bellapert. *in l. ſi non conuicij, col. 2. uerſ. ergo etiam ſi uerum ſit, iuncto uerſic. unde diſtinguo, & uerſic. item quod dixi. C. de iniur.* Azo. *in ſumma de iniur. nu. 14.* vbi generaliter dicit, quod iniurians animo iniuriandi, non tenetur, quando dixit verum.

Septima eſt opinio, quæ ex præcedẽti opinione infertur, quod quando iniuria illata continet aliquod vitium, quod erat notorium, tunc iniurians tenetur, etiam quod illud vitium alias expediret Reipublicæ ſcire: Tunc enim non poteſt dici, quod Reipublicæ expediebat hoc ſcire, cum iam ſciretur, & eſſet notorium ſecũdum Angel. *in l. 3. C. de iniur.* ubi ponit exemplum in monacho, quem eſſe apoſtatam, notorium erat; vel in eo quem pariter de furto, vel homicidio cõdemnatum eſſe, notoriè conſtabat; Tunc enim ſi diffamatio contineret prædicta notoria delicta, non poteſt dici ad alium finem diffamationem proceſſiſſe, niſi contumeliæ. Conſtat autem, authoritate propria nemini inferendam iniuriam, quæ nõ poteſt producere aliquem bonum effectum, niſi contumeliæ, *l. nullus. C. de iudicijs,* quod & voluit idem Ang. *in l. eum qui. nu. 1. ff. eodem,* ea ratione, quia ſententia, & condemnatio producit notorium iuris.

Octaua eſt opinio, & illa quidem declaratoria ſextæ præcedẽtis opinionis, quod iniuriarũ pœna habet locum, etiam quod iniuria ſit vera, & etiã quod expediat Reipublicæ illam ſciri, quando iniuriam protulit ſine vlla cauſa (vt puta in rixa) ſecus autem ſi cum aliqua cauſa. Primò enim caſu uidetur adeſſe animus iniuriandi. Secundo vero caſu videtur abeſſe ſecundũ Pomat. *in addit.* ad Bart. *in l. eum qui nocentem, lit. a, uerſic. ſi uero non habet cauſam, ff. de iniur.* Hoſtienſ. *in ſumma de iniur. & damno dat. §. contra quos, uerſic. niſi hoc dicas ex cauſa,* vbi cauſam exemplificat, quando iniuria infertur per viã exceptionis ſeu oppoſitionis iudicialis. Et ita etiam voluit, & exemplificat Alber. *in l. ſi non conuicij, num. 9. poſt med. uerſic. ſi ex cauſa, & numero 10. uerſ. ſed ſi dicat conuicium ſine cauſa, C. de iniur.* & ibi etiam cauſam exẽplificat, quando infertur conuiciũ cauſa correctionis, vel coram ſuperiore, vt puniatur; vel vt ab hominibus euitetur, ne illis afferat aliquod nocumẽtum corporale, uel ſpirituale. Abbas *in cap. cum te, numero 28. in fi. uerſic. primo caſu, & num. 29. de re iud.* & ibi etiam Felyn. *nu. 18. in fi. in 1. fallen.* Hoſt. *in cap. fin. num. 4. in fin. ibi, Nec dicendi iuſtam cauſam habet, & num. 5. ſub verſi. ſi ergo, &c. ext. de iniur.* & ibi etiam Ioan. Andr. *ſub nu. 5.* Ant. de But. *ſub num. 1.* & Marian Socin. *nu. 22. uerſ. tertio caſu,* Ioan. And. in addi. ad Spec. *in tit. de iniur. §. 1. in additi. magna, poſt med. uerſi. ſi ſine libello,* Oldrad. *conſ. 53. nu. 2. uerſic. ſi ex cauſa, & nu. 3.* vbi etiam ipſi bene hanc diſtinctionem exemplificant, Roman. *conſ. 93. nu. 6. col. 2. uerſic. ſi uero ſine libello,* Grammat. *deciſ. 37. numero 6. & ſeqq. et num. 13. in fine,* quod ita fuit deciſum in illa curia communi omniũ voto, cum fuerit condẽnatus ad exilium quidam Carolus Mormelis, nobilis Neapolitanus, quod ſine cauſa, & in rixa dixerat Leonardo de Ligotio, quod erat ſpurius, & filius pediſſeq; meretricis, quãuis uerum dixerit, Diaz *reg. 784. in 1. 2. & 3. fallen.* vbi declarat, & exemplificat, quãdo iniuria dicatur facta ex cauſa excuſabili, talei per Boet. *conſ. 4. nu. 35. & 36.* Alex. de Neuo *conſ. 82. num. 4. et 5.* vbi de communi. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholoſ. *deciſ. 127. num. 7. & ſeqq.* Boſſ. *in tit. de iniur. nu. 3. uerſ. ſecundo fallit,* Couar. *uariar. reſolut. lib. 1. numero 6. uerſ. tertio ad præmiſſa, &c. & d. num. 6. poſt med. uerſ. ſextum iuris eſt apertiſſimum, & eod. nu. 6. in fi. uerſ. ſeptimum apparet, &c.* Vbi tamen quod nec iuſta cauſa excuſat iniuriantem ab actione iniuriarum, quando praua intentione iniuria illata eſt. Petr. a Plach. *in Epith. delict. lib. 1. c. 1. num. 3. uerſ. ſecundo conueniri poſſet, fol. mihi 14. poſt med. & num. 4. uerſ. tertio*

tio apparet,fol.15. refert verba Couat. in locis præcitatis.

Nona eſt opinio (& iſta quidẽ reſpicit ſolum inniuriã in iudicio illatã) quod iudicialiter accuſans,& in accuſatione accuſatũ infamans,ſi vera dixerit,non ſolũ non punitur,ſed etiam prẽmiũ & laudem meretur: ſecus autem,ſi non uera propoſuerat,text.ad litteram in l.1.§.ſanè,& in §.fin vero,& ibi Glo.in verbo.ſanè,Iaco.Butrig. in ſum. C.de famoſis libellis. Item Gloſ. in l. eum qui nocentem,in verbo,infamauit,ff.de iniur. Alexand. in l.ſi quidam,& ibi Gl.in uerbo,ſi perſeueret,et in uerbo,receſſit,C.eod. Alberic.in l.ſi non conuicij,nu.1.C. de iniur.in verſic.Nota quod fides ueri,& nu.9.uerſ. alij dicunt,& verſi.D.Oldr.& ibi etiam Cyn.num. 12.verſ.alij dicunt quod licet,Hoſt.in ſum.de iniur. & damno dat.§.contra quos.verſic. quod ſi vocis. vbi ponit exemplum,quando quis obijcit infamiam alicui promouendo, vel agenti ad hæreditatem tanquam legitimo,opponit quod eſt ſpurius.Io. Fab.in l.3. numero 3,verſic.& hoc niſi in iudicio. C. de iniur. Abb.in cap.cum te.numero 26.verſic.tertia fuit opinio.& numero 28.verſic.ipſe vero.de re indic. & ibi etiam Felyn.numero 18.in fine.in 4.fallent. Hoſtien.in cap.fina.numero 4.uerſic. quid ſi aliquis. extra de iniur. & ibi etiam Ioan. Andr. numero 5. Anton.de Butt.numero primo,Abb.num.5.& Marian.Socin.numero 20.verſic.primo caſu. & numero 21.& numero 23.verſ.circa ſecundum.Ioan. Andr.ad Specul. in titu.de iniur.in princ.in additione magna.verſic.gloſſ.2.in 3.opinione.& iterum infra. verſic.poſſet autem ſic ritè diſtingui.Oldrad. conſilio 53.poſt numerum primum.col.1.in princip.& colum. 2.numero 2.uerſi.ſi in iudicio.Azzo.in ſumma de libellis famoſis.numero 2.in fine. Auguſt.ad Ang. de maleſ.in gloſſ.uerba iniurioſa.numero 3.in fine. Roman.conſ.96.num.1.in prima opinione.& numero 2. in 3.opinione,& d.numero 2.in 5.opinione ipſius Romani.uerſ.primo caſu. Addent.ad Capell.Tholoſ. deciſio.410.numero 2. Vbi quod ita communiter tenetur. Diaz.regul.784.in 4.fallent.Boer.conſi.4. num.34.& nu.37.vbi de commun.Socin. 118.numero 4.& 5.lib. 1. Vbi late comprobat hanc concluſionem,& loquitur etiam in accuſatione ciuili pro intereſſe partis. Aufret.in addit. ad Capell. Tholoſ.deciſ.127.n.4.& 5.Boſſ.in tit. de iniur.nu. 3.uerſ.& hanc concluſionem.& d.nu.3.in fine.uerſ. aduerte tamen.

Sic & excipiens contra teſtes,actorem,vel accuſatorem, ipſos infamando, pariter iniuriarum actione tenetur, ſi infamatoriam exceptionẽ nõ probauit : ſecus vero,ſi illam probauit (quamuis aliquis dixerit vtroque caſu non teneri) ſecundum Alber.in l.ſi non conuicij.numero 11.verſiculo, quid ſi opponitur in modum exceptionis. & numero 12.& ibi etiam Salycet. colum.fina.in fine. numero 6.C.de iniur.Ioã.Fab.in §.iniuria autem.ſub numero 3.in fine.in Inſtitut.eod. Anchar.in cap.cum dilecto. numero 2.& ſeqq. de ordine cognitionum. vbi ſic ad partes diſputato articulo, hanc firmat concluſionem,& reſpondet contrarijs. Abb.in c.cum te. numero 28.uerſic.ſiue excipiendo.de re iud.Hoſtien. in cap.fin.numero 4.uerſic.idem eſt ſi hoc faciat excipiendo.extra de iniur.& ibi etiam Ioan.Andr.poſt numerum quintum.Ant.de Butt.poſt num.1. Abb. numero 5.uerſ.idem ſi repellam te a teſtimonio,& Marian.Socin. numero 2.uerſic.& idem dicendum eſt. & numero 25.uerſ.& hoc procedit etiam. Ioan. Andr.in addit.ad Specul.in tit.de iniur.in princ. in additione magna.uerſic. & hoc intelligo. ſiue agendo, ſiue excipiendo.Oldrad.conſil.53. numero 6. & omnibus ſeqq. Vbi latè comprobat, refert contraria,& illis reſpondet. Pract.Beluiſ.lib.1.cap.6.numero 4. & numero 7. Auguſtin.ad Ang.de maleſ.in glo. uerba iniurioſa.numero 4.Idem Ang. de maleſ. ibidem. numero 16.Quamuis Salyc. ibidem allegatus per Auguſtin. in addit. contrarium dixerit. Addent. ad Capell.Tholoſ. deciſ.410. numero 2.uerſic. ſed quid pone aliquis. vbi quod ita communiter tenetur.Boer.conſil.4.num.21.22.& 23.& num.37.& 38.Vbi relatis & reprobatis contrarijs hanc opinionem teſtatur communem,& loquitur non ſolum in excipiente contra teſtes,ſed etiam in excipiente contra illum, qui intendit promoueri ad aliquod officium, vel dignitatem. Socin. conſilio 118.numero 4.& 5.per totum.li.1. Vbi latè cõprobat.& conſi.146.numero 9.num.11.& ſeq.eod.lib.1. Iodoch.in pract.crimin.cap.136.num.2.& ſeq.Aufrer.in addit.ad Capell.Tholoſ.deciſ.127.numero 6.Boſſ.in tit.de iniur.nu.4.poſt prin.uerſ.ſed aduerte. vbi quod ita loquuntur Doctores, & quod propterea errauit Iaſ.qui dixit in l.ſi.ff.quod quiſque iuris, Doctores tenere contrarium,videlicet, quod non teneatur proponens exceptionem infamatoriam, etiam quod illam non probauerit; & licet poſtea pro defenſione Iaſonis multa adducat, fatetur tamen contra eum eſſe communẽ opinionem, prout etiam eam communem teſtatur ibidem num.21.Pract.Conrad. tit.de iniuria. numero 16.fol.406.in fine.Villalob. in commun.opinio.litera A,num.29.

Quamuis de conſuetudine Franciæ excipientem non puniri,etiam quod famoſam exceptionem propoſitam non probauerit, teſtetur idem Boer.d.conſi.4.num.49.

Et quamuis etiam excipiens non fuerit pertinax in probando,quod tunc excuſandus ſit,multũ ſibi æquũ videri dixerit Additionator ad Capell.Tholoſ.deciſ.410.nu.2.uerſ.ſed pone alios:

Decima eſt opinio, & illa quidem reſtricta ad iniurias,illatas per preces,ſeu memorialia Principi, ſeu ſuperiori porrecta; quod Principi porrigens memoriale,in quo aliquẽ infamet, iniuriarum actione tenetur,text.in l.item apud labeonem. §.ſi quis libello. ff. de iniur. dum ibi dicitur, ſi quis libello dato vel Principi,vel alij famam alienam infeſtatus fuerit,iniuriarum erit agendum,ut Papinianus ait.Socin.conſi.118.numero 5.col.3.in fi. uerſ.hoc idem probat tex. Vbi loquitur,quando cõtenta in memoriali Principi porrecto, non probantur.lib.1. ſecus autem ſi probentur, ſecũdum Boſſ.in tit.de iniur.nu.4.poſt princ.uerſ.ſed dic,iuncto uerſi.ſed aduerten.Pract.Conrad.tit.de iniuriã. nu.15.in fine.uerſ.& dic,fol.406.

Decimaprima eſt opinio & illa ẽt reſtricta ad libellũ famoſum,quod libelli famoſi pęna habet

locum, etiam quod quis in eo votum dixerit. tex. in l. 1. C. de famoſ. libell. Vbi verum dicens in libello iudicialiter porrecto, non tenetur: ſecus ſentiens, ſi in libello famoſo extraiudicialiter publicato, & ibi gl. in verbo, ſanè. Iacob. Butrig. in ſummar. Bald num. 1. & voluerunt Bellapert. in l. ſi nõ conuicij. col. 2. verſic. item quod dixi. C. de iniur. Alberic. ibidem nu. 9. poſt med. verſic. ſcientia iudicum. Abb. in c. cum te. nu. 29. ad finem. verſ. 2. caſu, & nu. 29. etiam in fine. de re iud. Io. Andr. in addi. ad Spec. in tit. de iniur. in prin. in addit. magna. verſ. 20. caſu, aut ſit per libellum famoſum. Oldr. conſi. 53. num. 2. verſi. ſi per libellũ. Azzo. in ſumma de famoſis libellis. nu. 2. in fine. Roman. conſi. 96. nu. 2. col. 2. verſ. ſecundo vero caſu. Alex. de Neuo. conſi. 82. num. 5. ad med. verſ. allegat etiam. Boſſ. in ti. de iniur. nu. 4. poſt priu. verſ. Nec obſtat l. 1. C. de famoſ. libel. Vbi quod ita dicunt omnes, & d. nu. 4. ante finẽ. verſ. aduerte tamen. vbi dixit, in hoc nõ reperiſſe contradicentem. Couar. var. reſol. li. 1. c. 11. n. 6. circa med. verſ. 2. eadem ratione. Petr. a Plac. in Epithom. delict. li. 1. cap. 1. nu. 5.

Contrarium videtur voluiſſe Spec. in titul. de iniur. §. 1. numero 3. verſic. item quod cantaſti. iuncto verſic. item quod ſum homo honeſtus. Angel. in l. lex Cornelia. §. ſi quis liberum. numero quarto, verſic. ſi tamen ipſe vellet oſtendere ſe dixiſſe verum, ff. de iniur. Vbi tamen loquitur, qñ expedit Reipublicæ ſciri, & probari conuicium deſcriptum in libello famoſo. & in l. eum qui nocentem. in princ. numero 3. ff. eodem. videtur de mente Petri de Bellapert. in l. 1. C. de famoſis libellis, aliter intelligendo illum text. quam intellexerint gloſſ. & alij pręcitati Doctores, videlicet, quod ſi is, qui fecit famoſum libellum, dicat, ſe dixiſſe verum, & hoc probet ſolemniter, non puniendus, ſed laudandus eſt, vt ibi per eum, cuius opinionem dixit veriorem Cyn. ibidem; Nec diſſentire videtur Angel. pariter numero 1. Vbi licet faciat concluſionem, quod ſcribens famoſam cantilenam contra aliquem, teneatur pœna illius legis, ſiue dicat verum, ſiue falſum, hoc tamen videtur limitare, niſi ea quæ ſunt deducta in libello famoſo, deducat in iudicio, & probet. Salyc. in princip. et numero 1. Addo pro eadem cõtraria opinione Bonifac. de Vitellin. in titu. de iniur. numero 12. & in titu. de libell. famoſ. numero 1. verſic. ſi verum non erat. iuncto numero 3. Plot. conſil. crimin. diuerſ. 131. numero 5. & ſeqq. lib. 1. Vbi amplius dicit numero 14. ſufficere, vt contenta in libello famoſo probentur per vnum teſtem, & quod alij Doctores contrarium voluerint, videlicet, veritatem conuicij non excuſare a pœna libelli famoſi; excuſandus tamen eſt adhuc is, qui vera dixit in libello famoſo, credens ſe ſic facere poſſe, fretus authoritate Doctorum, qui hanc contrariam tenent opinionem, & in hac opinione reſidere videtur Boer. conſilio 4. numero 35. iuncto numero 46. & ſeqq. quando tamen agitur de conuicio, quod Reipublicæ expediat ſciri, & notum eſſe, Iodoch. in pract. criminal. capit. 126. numero quarto, Bonifac. de Vitellin. in titulo de famoſ. libell. numero tertio, & videtur de mente Petri de Bellapert. in §. 1. numero nono, ad finem, numero decimo, inſtitut. de iniur. vbi tamen loquitur, quando libellus famoſus continet delictum, de quo quis accuſari poteſt. Emil. Ferret. ibidem, & Ioann. de Platea numero octauo, & numero decimotertio, in fine, vbi pariter loquitur, quando libellus famoſus continet delicta, quæ ſciri Reipublicæ expediat. Lancillot. in tractat. de duell. concluſi. vigeſima, numero primo, Bonacoſſ. in commun. opin. crim. par. 1. verſic. libelli famoſi author. folio 18. colum. prima. in fine, & videtur de mente Clari in pract. fin. quæſtio. 68. numero 26. verſic. libelli famoſi author, ſumpto ex eius dictis, argumento a contrario ſenſu. Et hæc contraria opinio videtur procedere de iure Canonico, & Canoniſtis placere, ſcripſerunt Alberic. in d. l. ſi nõ conuicij. numero nono, poſt med. verſi. canoniſta tamen. Fab. de Monte Leon. in pract. arbitrar. fol. mihi 323. numero 1049. verſicu. niſi vellet probare. Alber. in capit. cum te. numero 28. ad finem, poſt verſic. ſecundo caſu, & c. de ſenten. & re iudic. Ioan. Andr. in additio. ad Specul. numero 2. colum. 2. verſic. aliqui tamen. Aufrer. ad deciſio. Tholoſ. 127. numero ſexto, in fine. Et probatur in cap. primo, & ſecundo, quinta quæſtio. 1. & ibi gloſſ. in d. capitulo primo, in verbo, de prima, & in verbo, incurrere, & ibi etiam Archidiac. numero primo, et ſecundo. Vbi tamen refert contrarias antiquorum opiniones Turrecrem. in capit. de prima, & in d. capitulo primo, in cip. qui in alterius. ead. cauſ. quinta, quæſtion. prima, in diſcurſu, & in d. capit. 2. Vbi ſæpius hanc firmat opinionem, prout etiam eam firmat Præpoſ. Alexandrin. in d. cap. primo, & ſecundo, Bellapert. in d. cap. de prima. Vbi refert dicta per Archidiac. colere.

Duodecima eſt opinio, quod licet prouocatus inferendo aliam iniuriam, non euadat pœnam, ſi tamen illata iniuria a prouocato vera ſit, tunc nullo modo punitur, propter pręcedentem prouocationem, ſecundum Marian. Socin. in caput. fina. numero vigeſimoſeptimo, in fine, extra de iniur. & latius per Bolognet. in l. vt vim. numero 94. ſub verſic. ſed ego puto. Vbi bene comprobat hanc concluſionem, & verſiculo ſecundo caſu. ff. de iuſt. & iur. Vbi icciro præſumetur in dubio, quod vnuſquiſque dicat falſum, & propterea oportebit, quod vterque probet dictum, ſolum faciunt ſcripta per Beluiſ. in pract. libro primo, capitulo tertio, rubr. de iniur. numero 22. Vbi dixit quod non datur actio iniuriarum contra ſecundum iniuriantem, quando is iniuriam intulit ad propulſandum primam iniuriam, prout videtur facere, quando dicit verum; quo caſu non creditur primo iniurianti, prout conſiderauit Bolognet. in loco præcitato. Vrſil. in addit. ad Afflict. deciſ. ... numero decimotertio, Vbi dicit ſe habuiſſe de facto in quadam cauſa, in qua quidam Fabius Dulcius prouocatus, dixit ſuo Procuratori, quod erat traditor, ex quo demonſtrauerat ſuos articulos parti aduerſæ; Et quia verum dixerat, fuit per ſacrum Conſilium abſolutus, quamuis per plures ſententias fuerat condemnatus in pęnam ſcutorum ducentorum.

Decimatertia eſt opinio, quod de iure Canonico

nico iniurians tenetur indiſtinctè, etiam quod verum dixerit, extraiudicialiter tamen, & illud quod dicit, interſit Reipublicæ ſciri: Et hoc, quia extraiudicialiter infamando, uidetur habere iniuriandi intentionem, quæ facit quem iniuriarum pœna teneri. Et etiam, quia prius ſemper charitatiua monitio præcedere debet, ſecundum Ioann. Fab. *in §. iniuriæ autem. poſt numerum quartum, inſtitu. de iniur.* Vbi quod ita dicunt Doctores iuris Canonici. & ita etiam atteſtatur Nicaſ. *ibidem numero quarto*. Ignat. Lopez. *in additio.* ad Diaz. *in pract. crimin. Canonica, cap. 66. alias 60. rubr. de maledicis, litera C. uerſic. illud equidem*, vbi non ſolum teſtatur de communi opinione, ſed etiam, quod hoc eſt expeditiſſimum de iure Pontificio, & propterea non vulgariter notandum in Tribunalibus Eccleſiaſticis. Alexan. de Neuo *conſi. 82. nu. 4. & 5.* Vbi de communi, prout etiam illum refert Clar. *in pract. §. iniuria. num. 16. uerſic. item quæro. in fine.*

Fam. Cent. V. I, D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

De pace, ſeu cautione de non offendendo, quando dicatur rupta per offenſionem à familia paciſcentis, vel eiuſdem paciſcentis familiæ: an etiam rupta dicatur per minas, per illationem metus, per verba iniurioſa, per offenſionem cum liuore, ſeu per aliam leuem offenſionem. Quando à pœna pacis, aut cautionis ruptæ excuſet noua cauſa, & quæ: Et nonnulla etiam de teſtium inhabilium fide ac probatione.

SVMMARIVM.

Pax dicitur rupta per percuſſionem, in qua fuit inflictus liuor, dolor, vel tumor, nu. 1.

Cautio de non offendendo dicitur rupta ex leui offenſa, & percuſſione, quando ſimpliciter eſt promiſſum non offendere abſque eo quod dicatur in perſonam, nu. 1. verſ. & in præſenti caſu.

Pax dicitur rupta per ſolam illationem metus, & per ſolas minas, nu. 1. verſ. verum etiam.

Pax dicitur rupta per ſolam iniuriam verbalem, num. 1. in fine vbi ibidem de promiſſione de non offendendo ſimpliciter præſtita.

Offenſio perſonalis tunc proprie dicitur, quando vel tangitur corpus, vel res corpori cohærens, nu. 2. in fine.

Familiæ verbum plures habet ſignificationes, nu. 3.

Familiæ appellatione non continetur fœmina, quando ſumus in materia, in qua conſideratur ſanguinis coniunctio, vt puta in legatis, fideicōmiſſis, et alijs vltimis voluntatibus.

Familiæ appellatione continentur etiam extranei, & ſeruientes in eadem domo, ſub vno capite, & ſub vno patrefamilias exiſtentes, nu. 3. verſi. ſi vero.

Familiæ appellatio extenditur ad omnes coniunctos, amicos, & familiares in eadem domo ſub vnius regimine commorantes, nu. 4.

Cautio de non offendendo non dicitur ſublata per pacem ſubſecutam, nu. 5. & in addit. litera a. Vbi de materia.

Pax dicitur rupta per offenſionem factam fœminæ comprehenſæ in pace, nu. 5. in fine.

Pax an dicatur rupta per offenſionem factam vni de familia paciſcentis. nu. 6.

Iniuria facta vni de familia, vel domo, cenſetur facta Domino Domus, nu. 6. verſi. 2. reſpondetur.

Teſtes inhabiles, & præſertim minores, non admittuntur ad probandum ea, quæ geſta ſunt in via publica, quamuis ex accidenti in illo actu alij teſtes non interuenerint, nu. 7.

Teſtes inhabiles, & minores plenè probant ea, quæ geſta ſunt in loco ſolitario & abdito, num. 7. verſic. reſpondetur primo.

Teſtes inhabiles quando non ſint admittendi ſine tortura, numero 8.

Acclamatio de neceſſitate inſultum præſupponit, nu. 10.

Indicium oritur indubitatum contra corrixantem, quando rixa finita aduerſarius aliter reperitur vulneratus, num. 10. verſi. & vbi inter duos.

Cautio de non offendendo, non dicitur rupta ex noua cauſa, quæ dicitur producta ex omni offenſione prouocante ad iram, nu. 11. declara, vt nu. 12.

Cauſa iniuſta, & lenis excuſat à pœna cautionis ruptæ, nu. 11. contra nu. 12.

Cauſa noua præſumitur in cautione rupta de non offendendo, nu. 11. contra, nu. 14.

Cauſa iniuſta non excuſat in actu à iure naturali, vel ciuili Notario prohibito, nu. 13.

Offenſio non dicitur ea ſola quæ ad iram prouocat, niſi etiam punibilis ſit, nu. 15.

CONSILIVM XXXI.

ADSIT DEVS. Quod pax & promiſſio de
1 non offendendo, per percuſſionem, in qua inflictus fuerit, uel liuor, vel dolor, uel tumor, prout contingit in percuſſione illata per Dominum Petrum Peregrinum D. Fauſtinę de Fabijs, rupta dicatur, ut in terminis ſufficiat allegare Herculan. *in tractat. de caut. de non offendendo, cap. 26. numero 6. & ſeq. & cap. 27. numero 18. In pluribus locis in diſcurſu*, ubi loquitur in fortioribus terminis, etiam in percuſſione facta manu tacita, uel pugno; in pręſenti caſu ſupplicatur aduerti, quia res caret difficultate. Nā quidquid alias diſputent Doctores, an, & quæ requiratur offenſa, ut dicatur rupta promiſſio de non offendendo, quando promiſſum eſt non offendere perſonam tantum; ubi tamē ſumus in ſimplici promiſſione de nō offendēdo, & in ſimplici pace, prout eſt hæc, de qua agitur, in qua nulla facta eſt mentio de offenſione in perſonam, tunc non ſolum ex leui offenſa & percuſſione dicitur rupta pax, & cautio reſpectu principalis paciſcentis, ſecūdū Vulpell. qui ſic diſtinguendo contrarijs reſpondet *in ſuo tractat. de promiſſ. de non offenden. q. 101. per totam & reſponſo 51. numero 6.* Verum etiam ſola metus illatio & ſolæ minę ſufficiunt ad rumpendum pacem, ut per Angel. *in l. ſi cum exceptione. §. ſatis. ſub num. 2. ff. quod met. cauſ.* Marſil. *in ſingul. 337. in fine, & in l. ſi qui cum telo. numero 21.*

ff.de ſicar.& in l.1.in princip.numero 50.*ff.de quæſt.* Pariſ.*conſi.*165.*nu.*3.*&* 22.*libro* 4.Hercul.*de caut. cap.*26.*numero* 14.Nicol.Moron.*in tractat.de fid. tregu.& pac.queſtio.*172.*numero* 13.*in nouis, alias q.*46.*num.*25 *in antiquis.* Perrin.Bel.*de re mil.pag. mihi* 136. *a tergo.numero.*52.*in fine.* Thob. Non. *conſ.*111 *numero* 18.*lib.*1.Et quod plus eſt,ex ſola iniuria verbali, pacem, ſeu ſimplicem promiſſionem de nõ offendendo dici ruptam, poſt Bar. *in l.licitatio.§.quod illicite.ff.de publi.* cum alijs per eum allegatis, pulchre defendit idem Vulpell. *in d.tractat.de promiſſ.de non offenden.quæſtio.*91.*numero* 5.*& ſeqq.* nec diſſentit Cæphal.*in conſi.*190. *per totum.vol.*2.

2 Si igitur pax & cautio ſimpliciter præſtita de non offendendo,ruptæ dicuntur per ſolam metus illationem, per ſolas minas,& per ſolas iniurias verbales, vt præfertur, multo magis cenſeri debet rupta pax & cautio in præſenti caſu, in quo (vt ex actis apparet, & quatenus non plene conſtet,facilis mihi ſupponitur probatio)nõ ſolum interuenerunt minæ,& verbales iniuriæ,ſed etiam perſonalis offenſio,quę tunc propriè dicitur, quando, vel tantum corpus, vel res corpori cohærens.*l.ſed & quæſtionis. in princ.* & ibi Bar. *numero* 1.format contrarium,& illud reſoluit.*ff. de iniur.*idem Bar.*in d.§.quod illicite.verſic. Quandoque offenſa dicitur.* Hoſtienſ.*in ſumma de iniur. numero* 7.*§. & in quantum. verſic.& notandum.* Bonif.de Vitallin.*in ti.de iniur.numero* 42.*in fine. verſic.& non ſolum.* Anchar.*in cap.nuper.de ſenten. excom.* Alex.*conſil.* 36. *Viſa inquiſitione.col.*2.*lib.*1. Vulpell.*d.q.*91.*nu.*1.

3 His ſtantibus, non obſtant exaduerſo latè & ſubtiliter conſiderata per DD. ſcribentes, quia dum primo dicitur,quod D.Fauſtina cum ſit fęmina ſocrus D.Galathæi,ideo nõ dicitur de eius familia, vel domo, & per conſequens non comprehenſa in inſtrumento pacis, diſtinguendum eſt,quod verbum,familia,plures habet ſignificationes, vt bene aduertunt dicti exaduerſo informantes,*ex l.pronunciatio.§.familia. ff.de verbor.ſignifica.* Quando enim refertur in materia, in qua conſiderabilis eſt ſanguinis coniunctio, vt puta in legatis, fideicommiſſis, & alijs ultimis uoluntatibus, & tũc verum eſt, quod illius appellatione fœmina non continetur, & in ijs terminis loquitur; Corneus exaduerſo allegatus *in conſilio* 214.*numero* 3.*& ſeq. uol.*2.*& conſil.* 26. *numero* 3. *& conſil.*41.*nu.*5.*& ſeqq.uol.*4. Si vero nomen familiæ refertur in materia indifferenti, & in qua ſanguinis coniunctio non ita conſideretur ſicut in vltimis uoluntatibus, & tunc comprehendit non ſolum agnatos,cognatos,affines,& quomodolibet cõiunctos, ſed etiam extraneos,& etiam ſeruientes; dummodo in eadem domo ſub uno capite, & ſub vno patre familias commorentur; ſic enim aperte probat tex.*in d.§.familia, ibi, quæ ſunt ſub unius poteſtate, &c. & ibi, communiter in domo D. Galathæi, qui dicta Domus & caput eſt & regimen habet,* vt patet in libris vniuerſitatis in quibus conſtat gabellas, & collectas ab ipſo exigi tanquam Domino Domus;merito dę illius familia iudicari debet,per text. *in d.§.familiæ,* & conſequenter in inſtrumento pacis comprehenſa.

4 Nec obſtat dicere, quòd ex quo Donna Fauſtina eſt ſocrus D.Galathæi,eãq; D. Galathæus debeat habere loco matris, & reuerenter tractare,*§.ſocrum.inſti.de nuptijs,* cũ alijs allegatis, ideo non ſit de ſeruientibus D.Galathæi, nec de eius familia. Non enim valet conſequentia,nõ eſt dę inſeruientibus,ergo non eſt de familia, quia familiæ appellatio extenditur non ſolum ad ſeruientes,ſed etiam ad omnes coniunctos,amicos, & familiares in eadem domo ſub unius regimine commorantes,etiam quod non ſeruiant, *d.§.familiæ,* & ibi cõmuniter per Doctores, & hoc non habet difficultatem; prout nec etiã obſtat,quod dominium Domus, in qua habitant dicti Galatheus & Fauſtina,ſpectat ad D.Fauſtinam,& nõ ad D.Galathæum; & ſic D. Fauſtina recepit in eius domo D.Galathæum, non autem ècontra; Quia vt mihi ſupp.hoc in facto,verum non eſt, cum dimidia dictæ Domus ſit D. Galathæi dotalis, altera autem dimidia ſit filiorum quõdam Antonij Peregrini,& hæc ſit prima reſponſio ad hanc primam obiectionem.

5 Reſpõdetur,quòd dato ꝙ D.Fauſtina,tanquã non exiſtens de domo uel familia D. Galathæi, non eſſet comprehenſa in inſtrumẽto pacis(prout certe contrarium uerius eſt) negari tamen nõ poteſt,quin ſit comprehẽſa in cautione ante pacẽ per d.Petrũ præſtita,de non offendẽdo,ſeu offendere faciendo ipſum D.Galathæum, eiuſque affines,& conſanguineos vſque ad quartum gradum;quę cautio cum nullo pacto ſublata cenſea
a tur per ſubſecutã pacem [a],vt per Hercula.*de caut. de non offenden.cap.*9.*num.*11.& per Vulpel.*de pace.q.*30.*per totam,*ideo per offenſionem factam affini fœminæ,ruptam eſſe,tradit idem Hercul.*cap.* 17.*num.*13.*in fine.*

6 Dum autem ſecundo opponitur,quòd ex quo in inſtrumẽto pacis eſt facta mentio illorum de familia & domo,non paſſiuè,quòd ſcilicet nõ offendãtur,ſed tãtum actiuè, quòd ſcilicet non offendãt,ideo per offenſionem factam d.Fauſtinę, tanquã paſſiuè non comprehenſæ in inſtrumento pacis,pax non dicatur rupta,ad tradita ꝑ Vulpel.*in tract.de non offendendo.q.*80. cum alijs allegatis; pariter duplici modo reſpondetur; & primo,quòd ſi bene conſiderentur verba inſtrumẽti,pax non ſolum dicitur inita reſpectu D.Petri, & D.Galathæi,ſed etiam reſpectu omnium de vtriuſque familia & domo, cum hinc inde remittantur offenſæ,non ſolũ receptæ a D.Galathęo, & D.Petro, ſed etiã ab alijs, qui ſunt de utriuſq; familia & domo: vnde ſubſequens generalis promiſſio de non contrauenĩẽdo paci prędictæ quacunque cauſa vel ratione,nulli dubium,quod dicitur rupta per offenſam factã illis de familia & domo,poſtquam,vt dixi, etiam cum illis particulariter eſt inita pax, per remiſſionem ad inuicem factã iniuriarum,& remiſſionũ. Secundo reſpondetur,quod dato millies, quod in inſtrumẽto pacis non eſſet facta mẽtio paſſiuè eorum, qui ſunt

de

de familia vel domo paciſcentium, adhuc tamen tacite videtur in eo comprehenſa: cum.n. iniuria facta vni de familia vel domo, cenſeatur facta Domino Domus, gloſſ. & Bal. in l. ſi quis homicidij. C. de annon. Alexand. in add. ad Bart. in l. item apud Labeonem. §. ſi quis ſeruo. ff. de iniur. Albc. in eadem l. item apud Labeonem. §. ſi vſumfructum. numero 1. Petr. à Plac. in epit. delict. lib. 1. capit. 5. numero 15. ideo pariter per offenſionem factam vni de familia principalis paciſcentis, cenſeatur rupta cautio, de non offendendo ipſum paciſcentem. etiam quod non fiat mentio paſſiua de illis, qui ſunt de eius domo vel familia, vt per Fabrũ in l. denunciamus. C. de ijs qui ad Eccleſ. confug. Aufrer. in add. ad deciſ. Tholoſ. 498. Petrus a Placha in epitom. delict. cap. 7. nu. 10. in fine. Menoch. de arbitr. q. caſu 335. num. 4. cent. 4. lib. 2.

7 Dum Tertio prętenditur nõ eſſe probatam aſ fectionẽ, de qua agitur, ex eo quod impuberes illi deponũt de geſtis in via publica, in qua licet ex accidenti caſu non interuenerint alij teſtes, quia tamen potentia poterãt alij teſtes habiles interuenire, ideo inhabiles, & præſertim minores, nõ admittuntur, iuxt. tex. in l. teſtimonium. ff. de teſtibus. Marſil. in l. infans. ſub nume. 31. ff. de ſicar. cum alijs adductis; Reſpõdetur primo, quod in facto verum non eſt, quod teſtes deponant de geſtis in via publica, ſed de geſtis intus domum D. Fauſtinæ, quo caſu cũ ratione loci ſolitarij & abditi actus dicatur difficilis probationis, vt per Thob. Non. in conſi. 121. nu. 24. tunc impuberes plenam faciunt probationem. Alber. in d. l. teſtimonium. ff. de teſtibus. Marſil. in pract. §. diligenter. numero 80. & ſeqq. & in l. de minore. in princip. numero 45. & 49. & in l. infans. numero 35. & 37. ff. de ſicar. Diaz. Regula 465. in prima limitatione. Carer. in pract. de indic. & tortur. §. vltimo an teſtis, num. 16. fol. mihi 67.

8 Nec eſt verũ, quod iſto caſu inhabiles nõ admittantur ſine tortura, iuxta trad. per Gram. ex aduerſo citatum, in conſi. fina. in fine, quia Grammatic. loquitur in teſtib. inhabilibus nõ ratione ętatis, ſed ratione infamię, quia ad purgandũ defectus famæ & ſtatus, bene concedo, quod teſtes poſſint torqueri, ad Alex. in l. ex libero, ff. de quæſtio. prout illum refert Ioan. Mar. Monticell. ex aduerſo alleg. in repertorio teſtium, pagina 119. colum. 2. verſi. 2. At quod propter defectum ætatis teſtes impuberes torqueantur in caſu, quo veritas aliter haberi non poteſt, credo in iure non probari, cum iſto caſu, nec etiam ſi vri rei examinarentur, torqueri poſſunt. l. prima. §. impuberes. ff. ad Sillan. l. de minore. in princ. ff. de quæſt.

9 Et eo magis iſti impuberes plene probãt, quia D. Galathęus eſt ſolitus, vt mihi ſupponitur, manus in fœminas inijcere, & percutere; quo caſu ſubintrant iuris præſumptiones, quod ſemel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali. & ſucceſſiue ſuccedit alia communis concluſio, quod teſtes alias inhabiles, plene probãt, quando deponunt pro eo, pro quo vrget iuris præſumptio. Anchar. in cap. per tuas. num. 4. de ſimon. Aym. conſi. 6. nume. 66. Cotrad. in pract. folio mihi 74. num. 5. verſi. vnum magis ſignandum. Nõuell. reg. 156. in 3. fallen.

10 Reſpondetur ſecundo, etiam circunſcripto dicto iſtorum teſtium, quod inſultus & percuſſio per D. Galathęum D. Fauſtinæ illata, probatur et per illos teſtes, q audita acclamatione D. Fauſtinæ ad rumorẽ currentes, inuenerunt D. Galathęum cum ipſa altercãtem, & finita altercatione, eam percuſſam cum tumore, ſeu liuore viderunt: acclamatio enim de neceſſitate inſultum præſupponit. glo. in l. capite 5. in fine. ff. de adulter. Bar. in l. 1. nume. 7. C. vnde vi. Cępo. conſil. crim. 29. num. 8. & 9. Alciat. de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 39. nume. 12. Et vbi inter duos altercantes vnus reperitur percuſſus vel vulneratus, vulnus præſumitur illatum ab altero altercãte, etiam quod teſtes de vulnere ſeu percuſſione non deponant: & iſta ſola præſumptio facit indicium indubitatum ſufficiens ad condemnandum. Saly. in l. fin. C. de probat. Brun. de indic. prima par. quæſt. 4. num. 6. in fine. & ſeq. Caſon. de indic. tracta. 10. capitu. primo, rub. de indic. per viſum. nume. 1. & ſeq. Marſil. in l. repet. numero 29. ff. de quæſt. & in rub. de probat. num. 334. Blanch. ad l. fin. ff. de quæſt. num. 305. Vnde ex omnibus prædictis ſimul iunctis, quin ſaltem ſit probata offenſio, de qua agitur, nullus credo dubitationi locus ſit.

11 Dũ Quarto & vltimo ad hoc, vt D. Galathęus a pace rupta excuſet, allegatur noua cauſa, quod ſcilicet fuerit aqua madeſactus a Do. Fauſtina, cum iſto caſu non ſolum ſufficiat offenſio quælibet prouocans ad iram, etiam non punibilis, vt per Bart. in l. 1. num. 2. ff. de ijs quibus, vt indign. & Caſtren. in conſi. 255. volum. 2. ſed etiam ſufficiat quælibet cauſa iniuſta & leuis, ad Alex. conſil. 19. col. 1. vol. 1. Aug. Bero. conſi. 185. num. 14. vol. 2. in dubioque ſemper noua cauſa præſumatur, Soc. Iun. conſ. 75. nu. 7. vol. 3. cum alijs ex aduerſo deductis; multipliciter reſponderi poteſt.

12 Primo enim dicitur, quod non eſt ita abſolute in iure verum, quod quælibet cauſa etiam iniuſta, & leuis, ſufficiat ad excuſandum quem à pace rupta, ſaltem quo ad pœnam conuentionalem, à qua certum eſt, cauſam iniuſtam non excuſare, vt per Cagnol. in l. quod te. nu. 42. ff. ſi cert. pet. Paul. de Caſtr. in conſi. 295. viſo ſupra ſcripto pun. 10. colu. 1. numero 1. verſ. Id. o fuit in culpa. lib. 1. Donin. Quirin. conſi. crim. diuer. 26. numero 22. lib. 2. Et quod nec etiam excuſet à pœna legali ruptæ pacis, latè defendit collegium Maceratenſe, inter conſilia crim. diuer. 150. numero 51. & ſeqq. vol. 1. vbi reſpondet contrarijs, concordantes allegat, & teſtatur de veriori opinione, prout etiã hanc vti veriorem tenet, & defendit Vulpell. in tractat. de pace. quæſt. 48. per totum. Vbi quod non quælibet cauſa iniuſta ad iram prouocans, ſufficit, niſi etiam ſit probabilis. Cauſa enim affectata, & non veriſimilis, minimè excuſat à pace rupta. Moron. de fid. treg. & pac. quæſt. 123. nume. 6. ſeqq. Hercul. à ocaus. capit. 47. num. 26. ſeq. Clar. in pract. quæſt. 47. ſub verſic. Quæro nunc. Ergo non quælibet iniuſta ſufficit.

13 Secundo dicitur, quod quatenus verũ ſit cau-

ſam iniuſtā excuſare à pace rupta, id ſanè intelligendum eſt, quādo ſumus in actu, qui non ſit de genere prohibitorum, vel à iure naturali, vel à ciuili nororioi alias ſecus, Salyc. *in l. Senatus. nu. 3. ff. de his qui ſibi adſcribi.* Tiraq. *de pœn. tempor. cauſa 43. nume. 13.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 30. nume. 6.* & in terminis pacis ruptæ tradit Vulpell. *d. q. 48. num. 9. & conſil. 88. nume. 5. & conſi. 36. num. 10*, Moton. *de fide treg. & pac. q. 114. num. 1. & 7.* ſed percuſſio illata D. Fauſtinæ, tanquam perſonalis iniuria, eſt prohibita ab vtroq; iure, vt per Cæpol. *in conſi. crim. 21. num. 3* t. Ergo in ea cauſa iniuſta non excuſat.

34 Tertio dicitur, quod pariter non eſt verum in iure, quod in dubio, alio nō docto, offenſio præſumatur facta ex noua cauſa. Nam quicquid dixerit in contrarium Soc. Iun. ex aduerſo allegatus, veritas eſt, quod in dubio noua cauſa non præſumitur; & quod eam allegans, concludenter probare debet, ſecundum Bald. *in l. ſi prædium. nu. 17. C. de æd. l. edic.* Rom. *conſi. 183. in fine.* Parif. *conſil. 165. num. 26. volum. 4.* Vulpell. *in tract. de pace, quaſt. 47. nu. 1.* vbi teſtatur de communi opinione, Cæpha. *conſi. 35. nu. 6. ſeqq. vol. 1.* Colleg. Maceraten. *d. conſ. crim. diuer. 150. num. 58. vol. 1.* Moron. *de fide treg. & pac. q. 113. num 4. & 14.*

35 Quatto dicitur, quod ad hoc, vt noua cauſa excuſet, debet prouenire non ſolum à facto aduerſarij iniuſto & illicito, vt latè per eūdem Colleg. Maceraten. *d. conſi. 150. nume. 49. & ſeqq.* ſed etiam punibili. Non enim dicitur offenſio ea ſola, quæ ad iram prouocat, niſi etiam punibilis ſit, ita expreſsè dixit Bart. melius ſentiens, & declarans, *in l. licitatio. §. quod illicite. numero 4. ff. de public. & in l. ſi ſtipulatus, §. Griſogonus. ff. de verbo. obliga.* Anchar. *in cap. ſi clericus, in fine, de ſenten. excommun.* Corn. *conſi. 51. volum. 1.* prout hos refert, & ſequitur Vulpell. *de promiſſ. de non offenden. quaſt. 90.* vbi teſtatur de receptiori opinione. Moron. *de fide & c. q. 123. num. 2.* Cum itaque D. Galathæus non probauerit, vt audio, quod D. Fauſtina madefecerit ipſum aqua oliuarū; quinimò ex aduerſo probetur, quod licitum eſt in Terra Somnini, abſq; aliquo pœnarum incurſu, aquam oliuarum in via publica proijcere; vtique nulla poteſt dici facta D. Galathæo per D. Fauſtinam offenſio, quæ vel illicita ſit, vel pœnam mereatur, ideo etiam ceſſat allegatio & excuſatio nouæ cauſæ, per prææallegata.

36 Quinto & vltimo videtur ceſſare omnes amaritudines ex breue Leonis, de quo in cōſtitutionibus Matchiæ, volente, nouam cauſam allegari non poſſe. Nam quicquid forſan diſputando dici poſſit, an motus proprij fæ. record. Pij Quarti, & V. ſeruari debeāt in Terra Somnini, prout ex aduerſo D. ſcribens probare conatur, de conſtitutionibus tamen Matchiæ, quod ibi ſeruentur, nullam credo eſſe dubitationem ideo fruſtra diſputatur, an adſit noua cauſa, poſtquam vigore dicti breuis, etiam quod adeſſet, non excuſat. Concludo ergo, quod D. Galathæus videatur per prædicta puniendus, nedum pœna conuentionali pacis, & promiſſionis, de non offendendo, ruptæ, ſed etiam legali, & locali dictarum cōſtitutionum Matchiæ, de quibus per Vulpell. *in conſi. 2. nu. 3.* ſaluo ſemper, &c.

ADDITIONES.

a *Per ſubſequentem pacem.* Contrariū quod immo per ſubſequutam pacem præcedens cautio de non offendendo, cenſeatur extincta, conſulendo tenuit Bero. *in conſi. 205. num. 13. & ſeq. lib. 3.* Nicol. Moron. *de fide treg. & pac. quaſt. vltima, ſecundum vltimam impreſſionem.* vbi in fine dixit, ita videri de conſuetudine ſeruari, latiſſime defendit Hier. de Monte *q. 189. per totam in diſcurſu*, & ſequitur Mat. Ant. Eugen. *in conſil. 82. num. 9. & nu. 35.* ex quibus facta numeratione Doctorum, licet forſan dici poſſet, hanc contrariam opinionem eſſe magis communiter receptam, verior tamen ſine dubio eſt opinio hic firmata, quam etiam D. meus Farinac. latè defendit *in ſua practica criminali, par. 2. in titu. de var. & diuer. ſcriminibus. quaſt. 107. par. 1. in quaſt. 12.* Duplici potiſſimum ratione ductus. Primo, quia per ſubſequentem contractum nunquam cenſetur facta nouatio, niſi fuerit expreſsè dictum. *l. fina. C. de nouat.* Secundo, quia per præſtitam cautionem, in qua Fiſco applicatur, dicitur eidem Fiſco ius quæſitum; ideo ſine eius conſenſu illud tolli non poteſt: ex quibus rationibus concludēdum eſt, per ſubſecutam pacem non tolli præcedentem cautionem, non ſolum quando in contractu pacis partes expreſsè illam non caſſarunt (quo caſu illa eo magis videtur in ſuo robore permanere, quia ſi partes voluiſſent caſſare, hoc vtique dixiſſent, *l. 1. §. ſin autem. C. de caducis tollen. capit. ad audientiam, in fine de decimis,*) ſed etiam quod expreſsè in ipſa pace fuerit derogatum dictæ cautioni. Non enim partes cum iſtis priuatis cautionibus poſſunt iuribus Fiſci præiudicare, prout in ſpecie ampliauit Vulpell. *in tract. de pace. q. 30. num. 3.* Vbi concluſionem inconcuſſam exiſtimat.

Et licèt prædicta de iure bene procedant, aduerte in primis, quòd licet per pacem non ſit ſublata cautio, ſi tamen poſt pacem vna pars offendat aliam, præſumitur offenſio facta, non ex antiqua, quæ iam per pacem ſopita eſt, ſed ex noua cauſa, ſecundum Hercul. *in tracta. de caut. de non offen. d. c. 9. nume. 12.* & etiam voluit Marc. Ant. Eugen. *d. conſ. 82. nu. 35. & ſeq.* Vbi ampliat ēt ſtāte cōſtitutione, qd noua cauſa allegari nō poſſit, & ita ſępius apud ipſum ſeruatum fuiſſe, teſtatur.

Aduerte ſecūdo, quod licet pariter cautio nō cenſeatur ſublata per ſubſequentem, poteſt tamen iudex, ſtante pace, mandare, vt ipſa cautio caſſetur, vel habeatur pro caſſa, ſi ita ſibi videbitur; & in propoſito tunc demū arbitrabitur, cautionem eſſe caſſandam, ſi odij, & inimicitiæ tancorē ceſſaſſe exiſtimauerit; ſecus, ſi alĭter. ita colligitur ex traditis p Herc. *de caut. de nō offen. d. c. 9. num. 9. & 10. & nu. 14. verſ. Quamobrem.* vbi amplius, quod in dubio facta pace, præſumitur ceſſare timor ſcandali.

Aduerte

Aduerte tertio, quod ſi iudex requiſitus caſſare cautionem, recuſaret illam caſſare ſine iuſta cauſa, adhuc habetur pro caſſa, quo ad partem, ſi credendum eſt Herculano *de caut. de non offen. d. cap. 9. num. 14. in fine. verſic. plane.* de cuius dicto valde dubito, & verius crederem, & etiam tutius à tali genere, denegatione, ſeu recuſatione eſſe appellandum.

Aduerte quarto, quod iudex nõ poteſt ex officio, & parte non petente, cautionem caſſare, quamuis pax ſequuta ſit; ſed neceſſe eſt, vt petatur; & non ſufficit vnius partis inſtantia, altera recuſante, ſed neceſſarius eſt vtriuſq; partis conſenſus, ſecundum Hercul. *in tract. de caut. de non offen. d. c. num. 11. verſ. iudex autem, & num. 14. vbi huius concluſionis rationes affert.*

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

De mandante aliquem baſtonari, an teneatur pęna mortis ſi baſtonatus moriatur: & de pluribus qualitatibus aggrauantibus delictum: ex quibus pęna arbitraria poteſt extendi vſque ad mortem.

SVMMARIVM.

Mandans aliquod illicitum, ſi ex mandato homicidium ſequatur, mandans tenetur de occiſo, & pœna mortis, nu. 1. & in addit. litera. a *vbi de materia.*

Mandans an excuſetur ex eo quod mandatarius exceſſit fines mandati, in addit. litera. a *vbi formantur plures concluſiones.*

Mandans aliquem vulnerari, an teneatur de occiſo, & pœna ordinaria, ſi vulneratus moriatur. in add. litera. a *verſic. 1. & 2.*

Mandans aliquem vulnerari in facie, non tenetur de exceſſu, ſi mandatarius occidat. in addit. litera. a *in 2. concluſione.*

Animus occidendi cognoſcitur ex parte corporis læſa. in addit. litera. a *in 2 concluſ.*

Mandans aliquem percuti ſeu vulnerari cum enſe, gladio, aut alio inſtrumento ad occidendum apto; ſi mandatarius occidat, tenetur de occiſo, quia debebat pręcogitare quod ex percuſſionibus cum illis armis facile ſequi poterat mors. in addit. litera. a *in 3. & 4. concluſione, vbi ampliatur etiam quod mandans expreſſè fuerit proteſtatus mandatario ne occideret, ſed tantum vulneraret.*

Mandans aliquem percuti cum alapa, baculo, aut alio inſtrumento ad occidendum non apto, ſi mandatarius cum dicto inſtrumento occidat, tenetur mandans de occiſo, nu. 1. & ſeqq. ſed contrarium videtur verius, vt in add. lit. a *in 3. concluſione, in verſ. ſi vero mandat quis, &c.*

Mandans aliquem vulnerari cum paruo cultello non apto ad occidendum, non tenetur de homicidio ſequuto, ſi vulneratus occidat. in add. litera. a *in 3. concl. poſt verſic. Si vero mandat quis, &c,*

Animus occidẽdi non præſumitur in percuſſione facta cum baculo quamuis in capite, & iteratis vicibus in add. lit. a *in tertia concluſione, in fine, quamuis contra, nu. 2.*

Mandans ingredi poſſeſſionem, non tenetur de homicidio ſequuto in ingreſſu. in add. litera. a *in quinta concluſione.*

Mandans fęminam rapi, non tenetur de homicidio in actu raptus ſequuto. in addi. litera. a *in ſexta concluſione.*

Dans operam rei illicitæ non tenetur de eo quod ſequitur, quando illa re ſillicita non erat præordinata ad id quod ſequutum fuit. in additione litera. a *in ſexta concluſione.*

Ingrediens domum, vt ſtuprum committat, non tenetur de furto ſequuto, propter apertas ianuas ſic relictas à ſtupratore. in additione litera. a *in ſexta concluſione in fine.*

Mandans non tenetur de exceſſu, quando erat in poteſtate mandatarij ſeruare fines mandati, & non ſeruauit; ſecus ſi nõ erat in poteſtate mandatarij ſeruare mandatum. in add. litera. a *in ſeptima concluſione.*

Animus occidendi inſpicitur ex genere armorum, nu. 2.

Mandans aliquem baſtonari in humeris & brachijs, non tenetur de homicidio, ſi mandatarius in capite percutiat, nume. 3. & in addit. litera. a *in ſeptima concluſione, in fine vbi idem ſi quis mandat aliquem vulnerari in cruribus, & mandatarius vulneret in capite.*

Mandans aliquem percuti extra prętorium, non tenetur, ſi mandatarius percuſſit in Prætorio, nu. 3.

Mandans aliquem percuti cum virgis, & leui baculo non tenetur, ſi mandatarius percutiat cum baſtono, num. 3. & ſeqq.

Pęna arbitraria poteſt extendi vſque ad mortem, quando in delicto concurrunt tot qualitates aggrauantes, vt ad ſic arbitrandum iudex animum ſuum promoueat. numero 6.

Pęna augetur ratione perſonæ offenſæ, vt puta quia ſit publica perſona, & non priuata, nu. 7. Idem ſi fuerit Reipublicæ vtilis, aut valde in arte ſua perita, nu. 8.

Pęna augetur ex qualitate perſonæ offendentis, vt puta ſi fuerit perſona publica, quæ propterea eſt acrius punienda, quàm priuata, nu. 9.

Pęna augetur propter cauſam, ex qua quis motus fuit ad delinquendum, num. 10.

Pęna augetur ratione temporis commiſſi delicti de nocte, nume. 11.

Proditor acrius punitur, nu. 12.

Lenocinij crimen grauiſſimum eſt, nu. 13. Immo grauius adulterio d. nu. 13.

Pęna augetur ratione ſcandali, & mali exempli, nu. 14.

CONSILIVM XXXII.

Reſponſum Ioannis Iacobi Panici, tunc Procuratoris Fiſcalis.

1 ADSIT DEVS. Quod Guglielmus Curſor mortis pęna afficiendus veniat, ob ſequutam mortem Petri Aloyſij Curſoris ex ſuo mandato, moueor primo, quia certiſſima eſt iuris concluſio, quod mandans aliquod illicitum, ſi ex mandato ſequatur homicidium, de
a occiſo [a] ordinaria pœna tenetur, etiam quod occidendi animum non habuerit, ita per text. *in l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iuliam. de vi. & l. ſi quis aliquid. §. qui arbortionis. ff. de pœnis; & in l. 1. §. ex incendio, & in l. ſi quis ædes, & in l. penul. ff. de incen. rui. & naufra.* & per text. *in cap. fina. de homicid. in 6.* in puris terminis mandati concludit Cæpol. *conſil. crimin. 34. num. 53. 54. & 64.*

Ioan.

Ioan. Mar. Monticell. *in ſua pract. crimin. reg.* 7. *num.* 51.

2 Secundo moueor, quia an mandans teneatur, vel non teneatur de homicidio, potiſſimum inſpicitur genus armorum, quo mandatum eſt aliquem percuti, ita communiter tradunt Doctores *in l.* 1. *§. diuus Adrianus. verſicu. ſi claua. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & in cap. ſignificaſti. il ſecundo, ibi, ratione inſtrumenti, &c. extra de homicid.* ſed ex percuſſionibus cũ baſtono in caput, præſertim illatis, non minus poteſt ſequi mors, quàm ex vulneribus, vt per Bart. *in d. §. diuus. in fine.* Carer. *in pract. in tracta. de homicid. §. homicidij autem. nume ro* 59. Socin. *conſil.* 178. *in princip. verſic.* 2. *eadem concluſio, lib.* 2. latè Octau. Vulpell. *conſil.* 126. *numero* 27. *&* 28. *volum.* 1. & poſt cum nouiſſimè Ioſeph. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 93. *numero* 27. Ergo mandans ſimpliciter baſtonari, non adiecta proteſtatione, ne in caput percutiat, ſi ex baſtonatis homicidium ſequatur, de homicidio tenetur; Nec excuſatur, dicens, quod non putabat baſtonari in capite, quia cum percuſſiones non dentur ad menſuram; debebat id putare, cogitare, & præcauere. *d. cap. fina. de homicid. in* 6. Bald. *in l. cum mandati. in fine. C. manda.* Cæpol. *d. conſil.* 34. *ſub num.* 59.

3 Tertio & magis in ſpecie diſtinguo ſic, ſi quis mandat aliquẽ ligno percuti in humeris, & brachijs, vnde non poteſt ſequi veriſimiliter mors, vt in caſu, in quo conſuluit Paris. *in conſil.* 161. *nume.* 14. *&* 17. *vol.* 3. & tunc ſi mandatarius percutiat in capite, mandans nõ tenetur de occiſo, quia mandatarius exceſſit fines mandati. Item ſi quis mandet percuti extra prætorium, & mandatarius percutiat in prætorio, vt exẽplificat Bald. *in l. non ideo minus. numero.* 34. *C. mandati.* cum alijs relatis per Ioann. Mar. Monticell. *in pract. crim. d. reg.* 7. *nume.* 63. Item etiam ſi quis mandet aliquem percuti cum virgis & leui baculo, ſeu ligno, mãdatarius autem percutiat cum baſtono, prout exemplificat Menoch. *in tract. de arbitr. q. caſ.* 352. *nume.* 3. *lib.* 2. ijs inquam caſibus, mandans non tenetur de occiſo, duplici ratione; Primo, quia mandatarius exceſſit fines mãdati; Secundò, quia mandatarius ex mandato non potuit veriſimiliter mortem futuram cogitare; vnde ſecus in eo, qui ſimpliciter mandauit quem baſtonari. Si enim ex baſtonatis mors ſequatur, non excuſatur mandans, quod mandatarius exceſſerit fines mandati, quia quod ſibi mandatum fuit, fecit; minus excuſatur, quod poterat veriſimiliter mortem cogitare, quia cum, vt dixi, & quotidie nos experientia docet, ex baſtonatis ſæpius inferatur mors, debebat mandans id cogitare, & præcauere, vt dicit tex. *in d. c. fin. de homicid. in* 6.

4 Quarto quod licet mandans quem percuti cũ fuſtibus, ſeu baculo ſimpliciter, vel etiam ſic occidẽs, de homicidio, & illius pena ordinaria teneatur, non eſt tamen ſic in mandante, ſeu occidente leui ligno, aut baculo, vt fuit de mente Felyn. *in d. c. ſig. ſicaſti, nume.* 12. *verſic. Et propter iſtum tex. . nſi . .* ubi poſt Bar. & Ang. *in l. æquos. C. de cur ſu publico, lib.* 12. concludit, quod percutiens conductum equum cum fuſtibus, & baculo, tenetur de occiſo equo; ſecus ſi percuſſiſſet eum virgis, & leui baculo, facit tex. *in §. item lex Cornel. inſtit. de publ. iudic.* Vbi quod lege Cornelia de ſicarijs tenetur non ſolum ambulans cum ferro animo occidendi, ſed etiam ambulans cum ligno & baculo, quia tali appellatione etiam lignum continetur, & magis in terminis videtur text. apertus *in l.* 1. *in cip. ſi virgis & loris. C. de emenda. ſeruo.* vbi quod corrigens ſeruum cum virgis, & loris, non tenetur de occiſo, ſecus ſi cum fuſte & ferro.

5 Licet ergo aliqui Doctores relati, præter alios Ant. Gomez. *de delict. titu. de homicid. numero* 8. ſimpliciter dixerint, ex percuſſionibus cum baculo non præſumi animum occidendi; & licet etiã aliqui alij relati per Clar. *in pract. fina. quæſt.* 89. *ſub verſi. Pone aliquis,* dixerint, pariter mandantẽ aliquem baculo percuti, nõ teneri de homicidio, ſi percuſſus moriatur, eorum tamen opinio, quæ forſan communis eſt, neceſſariò per prædicta intelligenda eſt, vel adiecta proteſtatione, ne in capite percuſſiones inferantur, vel melius vt virgis & leui baculo, iux. tex. *in d. l.* 1. *C. de emend. ſeruor.* alioquin eorum opinio apertè erronea, & falſa eſſet, vt docet Ant. Gomez. videndus *d. tit. de homicid. nu.* 18.

6 Sed dato etiam, quod mandans aliquem baculo percuti, non ordinaria, ſed arbitraria pœna & iniuriarum, pro motu iudicis, teneatur, non tamen erit inconueniens, in præſenti caſu mortis pœnam imponere, quia etiam pœna arbitraria, & iniuriarum poteſt extẽdi ad mortem, quando concurrunt in delicto tot qualitates aggrauantes, vt ad id arbitrandum iudex facile animum ſuum promoueat, ſecundum communiter, & ab omnibus receptam opinionem, de qua teſtantur Aym. *conſil.* 220. *numero* 14. *& conſil.* 224. *numero* 2. *verſic.* 2. *aduertendum.* Grammat. *conſil.* 39. *numero* 8. Anto. Gomez. vbi ſupra *tit. de iniur. num.* 8. Clar. *in pract. §. fina. quæſt.* 83. *verſicu. ſed quæro quando.* Hippol. Riminal. *conſil.* 327. *numero* 15. *ſeqq. & conſi.* 245. *num.* 7. *lib.* 3. Ioſeph. Lodou. *deciſ.* 15. *nu.* 17. *ſeq.* 1. *par.*

7 Concurrit autẽ in præſenti homicidio, & mãdato, prima aggrauans qualitas ex perſona offenſa, & occiſa, quæ nõ priuata, ſed publica erat, & Curſor Sãctiſſimi, cuius authoritas, dignitas, & prærogatiua quanta ſit, Curſorum priuilegia clarè oſtendunt: & ratione perſonæ offenſæ pœnam augendam, dicit tex. *in l. aut facta. § perſona. ff. de pœnis.* latè Luc. de Penn. *in l. vnica. col.* 4. *circa med. verſic. Item attendenda eſt perſona, &c. C. de collen. Illiric. lib.* 11. & quod magis puniatur perſona publica, quàm priuata, probat tex. *in l. omne delictum. §. qui commilitonem. ff. de re milit.* Cæpoll. *d. conſi. crimin.* 34. *nume.* 61. Carer. *in pract. in tract. homicid. §. circa igitur tertium, quibus ex cauſis pœna augeatur, nu.* 15.

8 Secunda qualitas aggrauans ſumitur, quia non ſolum occiſus, vt dixi, erat perſona publica, & Curſor, ſed magis vtilis publico, quam cæteri Curſores; erat enim particulariter Curſor ſanctiſſimæ

ctiſſimæ Inquiſitionis; ſacræ Rotæ, & publici Gymnaſij: Vnde quo vtilior erat publica eius opera, eò magis in ipſum offendentem eſt augenda pœna. Carer. *vbi ſupra num.* 19. & patet tangibili ratione, quia ſicut aliquando iudex poteſt delinquenti mortis pœnam indulgere, & aliam mitiorem, quando eſt valde in ſua atte peritus, & Reipublicæ vtilis, ad plenè tradita per Petr. à Plach. *in Epith. delict. cap. 33. per tot.* Clar. *in pract. quaſt. 60. verſic. pariter etiam.* ita èconuerſo debet poſſe augere pœnam in eo, qui ſic peritum, & Reipublicæ vtilem opprimi iuſſerit.

9 Tertia ſumitur qualitas ex perſona ipſius offendentis, qui pariter & ipſe Curſor & publica [a] perſona erat; vnde acrius puniendus, quam priuata. Luc. de Penn. *in d. l. 1. colum. 3. ad finem. verſ. perſona, &c.* Tiraq. *de pæn. temperan. cau.* 28. *num.* 18. *ſeq.* Foller. *in pract. crim. canon. cap.* 16. *num.* 10. Carer. *vbi ſupra ſub nu.* 18. *in fi. verſic. ſic & ratione offendentis, pag. mihi* 249. *a tergo.*

10 Quarta qualitas oritur ex illicita cauſa, qua motus fuit Gulielmus ad ita mãdandum id committi, quia ipſe occiſus fuit Petrus Aloyſius deputatus Rotæ Bidellus à DD. Auditotibus; qđ quidem ei non contingiſſet, ſi ſe bene in ſuo officio geſſiſſet; videtur enim hæc iniutia quodammodo ipſi Rotæ illata; & propter cauſam pęnam augeri, probat tex. *in d. l. aut facta. §. cauſa.* Luc. de Penn. *in d. l. 1. C. de collon. Illiric. lib.* 11. *colum. 2. poſt med. verſi. cauſa enim.*

11 Quinta ex tempore patrati delicti deducitur qualitas, illud aggrauans, quia ſcilicet noctis tẽpore fuit commiſſum; quo caſu acrius punitur, quam, ſi de die. *d. l. aut facta. §. tempus, & alijs. ff. de pœnis. l. 1. & 2. ff. de probatio.* Bal. *in l. non minorem. C. de tranſact.* Tiraq. *de pœnis cau.* 57. *num.* 4. & 5. Gramat. *conſi.* 17. *nu.* 3. & 4. Cyrill. *in ſumma crim. in 2. partic. §. noto, nu. 2. & ſeq.*

12 Sexta colligitur qualitas ex eo, quod Guglielmus in ſuis conſtitutis fatetur, quod fingebat ſe Petri Aloyſij amicum; vnde illum poſtea offendendo dicitur proditor, & acrius puniendus. Couarr. *variar. reſol. lib. 2. cap. vlt. num.* 7. Menoch. *de arbitrar. queſt. caſu* 361. *nu.* 24. *ſeq. lib.* 2. *& ſeq.* 90 *nu.* 49. *ſeq. lib.* 1.

13 Septima eſt qualitas aggrauans, quia Guglielmus pro præmio illi ſicario, & mandatario promiſit lenocinium; quod crimen quam grauiſſimum ſit, videas Corrad. *in pract. pag.* 377. *num.* 1. *ſeqq.* Et ſi promiſſio pecuniæ, quæ de ſe delictum non eſt, ſed facit delictum magis atrox, vt *in l. Cicero. ff. de pæn. & in cap. 1. de homicid. in 6.* multo magis debet reddi atrox delictum ratione promiſſi lenocinij, quo de per ſe eſt delictum & grauiſſimum; immo maius, quàm adulterium, teſte Dec. *in cap. quia quæſitum, colum.* 10. *in fine. verſic. in 4. caſu principali, nu.* 78.

14 Ex quibus omnibus cum negari non poſſit, delictum iſtum fuiſſe mali exempli, ideo illius ratione multò magis pœnam eſſe augendam, plenè tradit Carer. *in pract. vbi ſupra, nume.* 27. *pag. mihi* 250. Siue igitur de iure mandans aliquem baculo percuti, percuſſo occiſo, teneatur pœna ordinaria homicidij, prout verius credo, ſiue potius pœna arbitraria, ex incuria, adhuc tamen non video, quomodo ex tot aggrauantibus prędictis qualitatibus poſſit reus iſte mortis pęnam aufugere.

LAVS DEO.

Non obſtantibus præmiſſis iſte pauper Curſor fuit ad triremes tranſmiſſus.

ADDITIONES.

a **D***E Occiſo.* Materia iſtius Conſilij continet pœnam mandantis, quando mandatarius exceſſit mãdatum, in qua pro illius reſolutione, proponendę ſunt aliquę propoſitiones, quarum prima eſt, quod ſi aliquis mandat alterum ſimpliciter vulnerari, nõ adiecto inſtrumento, cũ quo vulnus inferri debeat, & mandatarius illum occidat, tenetur mandans pœna ordinaria homicidij ſecundum communem, de qua per Anto. Gomez. *in titu. de homicid. numero* 18. *in fine.* Clar. *in pract. §. fin. quæſt.* 89. *verſic. ponè aliquis.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. caſu* 352. *numero* 2. *& ſeq. lib.* 2. Monticell. *reg. crim.* 7. *nume.* 58. *& ſeq.* Relati per Brunor. à ſole, quos tamen ipſe non ſequitur, *in quaſt. 34. num. 44. in princ. iuncto verſic. contrarium tenuit, &c.* Apud quos plures alios reperies relatos concordantes Doctores.

Sed contrarium, quod iſto caſu non poſſit imponi pœna ordinaria homicidij, dixit magis cõmunem opinionem Matth. Griſald. *in ſuis regulis criminalibus in verſic. mandans aliquem tantum percuti, inter commun. opin. diuerſo. tom. 1. fol. mihi* 345. *colum. 2. in fine.* Vbi & alij referuntur Doctores idem tenentes. Hiero. de Monte *quæſt.* 16. *numero* 16. Vbi quod iſto caſu mandans punitur pœna exilij. Monticell. *reg. crim. 7. ſub numero* 12. Vbi ampliat hanc contrariam opinionem, etiam in mandante alicui membrum mutilari (Quamuis in hac ampliatione contrarium dixerit, *num.* 62.) Burunor. a ſole. *d. q. 34. num. 44. verſi. in mandante autem, & nu.* 46. Vbi alijs relatis pariter teſtatur de magis communi opinione. *

Secunda ſit concluſio, quod mandans aliquẽ ſfriſari, ſi occidatur, mandans non tenetur pęna ordinaria. Clar. *d. quæſt. 89. eodem verſicu. pone aliquis.* Menoch. *d. conſil.* 352. *ſub numero* 2. *& ſeqq.* Ant. Galeat. Maluaticen. *conſi. crim. diuerſ.* 111. *per tot. lib.* 1. Et facit pro hac concluſione alia cõcluſio, quæ vult, quod ex parte corporis læſa dignoſcitur animus occidendi, de qua *in cap. ſignificaſti. il 2. & ibi communiter omnes, extra de homicid.* Et de vulnere illato in faciem, expreſſe loquitur Maſcard. *de probat. lib. 2. concluſio.* 864. *numero* 16.

Tertia eſt concluſio, quod ſi quis mandat aliquem percuti ſeu vulnerari cum inſtrumẽto, apto ad occidendum, vt puta enſe, & tunc ſequuto homicidio, mandans tenetur pęna ordinaria. Petr. a Plach. *in Epith. delict. lib. 1. c. 15. num. 3. fol. mihi* 237. Anto. Gomez. *d. tit. de hom. nu.* 18. *in fine.*

ne. Monticell. *d. reg. crimin. 7. numero 62.*

Si vero mandat quis aliquem percuti, ſed cũ inſtrumento non apto ad occidendum, vt puta, alapa, baculo, aut ſimili, & tunc non eſt imponẽda pęna ordinaria homicidij, homicidio ſequuto, ſecũdum magis communem opinionem Doctorum, de qua per Clar. Menoch. & Anto. Gomez. *in locis præcitatis*, & per Monticell. *d. regul. criminis. num. 17. & num 63. & ſeq.* Vbi idem ſi quis mandauit vulnerari cũ paruo cultello, non apto ad occidendum, quicquid in contrarium hic D. Cõſultor, pro ſui officij fiſcalatus debito, defendere conetur; & quamuis etiam Ant. Gomez *in loco præcitato*, pulchrè contra communem defendat, etiam iſto caſu forè imponendam pęnã ordinariam; tñ pro communi maximè facit *votum* Gramm. 23. Vbi refert mitiori pœna fuiſſe punitam quandam mulierem, quæ cum baculo iteratis percuſſionibus ſuam ancillam etiam prægnantem occidit: & ſic benè probat non præſumi animum occidendi in percutiente cum baculo, ita nec etiam præſumi debet in mandante cũ baculo percuti, quamis in capite ſequatur percuſſio: præſumptio enim leuitatis armorum fortior videtur præſumptione partis corporis læſę, ſecundum Marſi. *in l. 1. num. 58. ver. confirmo hanc opinionem. C. de ſicar. in l. 1. §. diuus, nu. 37. verſ. alia etiam ratione. ff. eodem.*

Quarta eſt concluſio præcedentis Tertiæ cõcluſionis ampliatiua, quod ſi quis mãdat aliquẽ percuti, aut vulnerari cũ inſtrumento, ſeu armis ad occidendum aptis, & tũc ſi ex percuſſione aut vulnere, ſequatur mors vulnerati, mandans tenetur pœna ordinaria, quamuis mandatario inhibuerit, ne occidat, ſecũdum cõmunem, de qua alijs relatis teſtatur Anto. Gomez, vbi ſupra *d. tit. de homic. numero* 18. *verſic. quarto facit notabile fundamentum*, & tradidit Monticell. *d. reg. crim. 7. nume.* 60. Et in propoſito vide Brunor. a ſole *d. q. 34. num.* 47. Vbi an credatur mandanti, aſſerenti, ſe nõ mandaſſe occidi, ſed tãtũ vulnerari.

Quinta eſt concluſio, quod ſi quis mandat aliquid, quod de ſe non eſt delictum, vt puta ſi quis mandat ingredi poſſeſſionẽ, & in ingreſſu ſequatur homicidium, tunc mandans non tenetur pęna ordinaria, ſecundum Cæpoll. *in conſi. 36. num. 4. iuncto num. 6. in fine. & ſeq.* Marſil. *conſil. 67. nu. 34. & ſeq* Caret. *in pract. crim. in tract. de hom. §. circa tertium de cauſis excuſantibus, nu.* 44. Monticel. *d. reg. crim. 7. nu.* 105.

Sexta eſt concluſio, quod ſi quis mandat aliquod delictum, non tamen de ſe ordinatum ad homicidium, prout in eo, qui mandat, fęminam rapi libidinis cauſa, ſi ex raptu homicidiũ ſequatur, mandans de eo non tenetur, licet bene teneatur de raptu, ſecundum Bar. Alex. Aret. Gramm. & Caret. in locis relatis per Petr. a Plach. *in Epitho. delict. lib. 1. cap. 15. nu.* 20. & per Monticell. *d. reg. crim. 7. num.* 52. *&* 65. Et eſt ratio, quia dans operam rei illicitæ, nõ tenetur de eo, quod ſequitur, quando illa res illicita non erat præordinata ad id, quod ſequutum fuit, ſecundum Bar. *in l. diuus. la 2. in fine. ff. de ſicar.* Aret. *conſil. 146. nume.* 8. Aym. *conſ. 8. num. 29.* Boſſ. *in tit. de homic. num. 74.* Vbi de materia, & *nu. 93.* Menoch. *de præſump. li. 5 præſump. 3. num.* 138. Claud. ad Bertazz. *conſil. 299. litera A. verſ. ſed caſus.* Burſat. *conſil. 134. nu. 22. & 24.* Et facit tex. *in l. verum, la 2. ff. de fur.* Per quem tex. notant ibi Doctores, quod ingrediens domum vt ſtuprum committeret, ſi ianuis apertis, ingredientur fures, & furtum cõmittant, non tenetur primus ingrediens libidinis cauſa, ad furtum non præordinata, de furto ſequuto, de qua re vide omnino deciſ. Pedemont. 104. *num. 8. verſic. Nec nocet tex.* & Ioſeph. Ludou. *deci. lucen. 61. ſub nu. 7.*

Septima eſt concluſio, & illa quidem generalis, quod ſi quis mãdat delictum, ob quod vel ex eius qualitate, vel ex genere armorum, quo mandatum eſt, illud fieri, non poteſt à communiter accidentibus ſequi mors, & ſic erat in poteſtate mandatarij ſeruare fines mandati, & tunc de exceſſu non tenetur mandans; ſecus ſi non erat in poteſtate mandatarij ſeruare mandatum, ſecundum Monticel. qui alios refert concordantes *d. reg. crim. 7. num. 51. & ſeq. & nume. 58. & ſeqq.* Vbi *nume. 62.* ex hoc infert, quod ſi quis mandat aliquem vulnerari in cruribus, & ille vulneret in capite, & vulneratus moriatur, non tenetur mandans de exceſſu.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

In hoc conſilio plura tractantur in materia Raptus, ad hoc, vt illius pęna ordinaria ſuccedat: quæ requirantur, & pręcipue, An, & quæ raptæ mulieris inhoneſtas rapientem excuſet: per quem, & quomodo probanda: quando, & quot modis à pęna raptus quis excuſetur.

SVMMARIVM.

Raptus dicitur committi eo ipſo, quod quis libidinis cauſa de loco ad locum mulierem ducit, abſque eo, quod rapiens domum raptæ ingrediatur, ſeu penes illius muros expectet. nu. 1.

Mulier ſemper præſumitur rapta cauſa libidinis, niſi ſit turpis, aut vetula. nu. 2. & in additionibus litera. b

Raptus committitur etiam, quod mulieri non ſit illata vis, ac etiam, quod ipſamet conſenſerit ſe rapi. num. 3. dummodo non adſit conſenſus eorum, in quorum domo rapta fuit videlicet parentum, fratrum, & aliorum ſimilium. nume. 4. Contra, quod ſine violentia raptus non dicatur committi. num. 39. ad finem, & num. 44. & num. 55. vbi de muliere ſponte aufugiente, & num. 62. & quod immo requiratur non ficta, & interpretatiua violentia, ſed vera aut in perſonam rapta, aut parentum, vel alterius, in cu-

ius

ius cuſtodia rapta deſinebatur. num. 42. & licet ſufficiat ſeductio, nume. 40. & num. 45. cuius contrarium uidetur verius num. 46. hoc tamen intelligitur, dummodo fuerit fraudulenta, deceptoria, & falſis promiſſionibus compoſita, aliter ſecus, nu. 41. & nu. 46.

Teſtis vnicus non probat plenè. nu. 5.

Copula carnalis probatur præſumptionibus, quando agitur ciuiliter, ſecus vbi agitur criminaliter. num. 6. & 7. etiam, quod agatur ad defenſionem Rei.

Inhoneſtas mulieris probanda eſt plenè, non autem præſumptiue. nu. 6. 7. & 44. in fine contra, quod ſufficiat præſumptiua probatio ad excuſationem rapientis nu. 32. 51. & ſeq. vbi amplius, quod inhoneſtas probatur per teſtes ſingulares, & nu. 53. vbi etiam, quod probatur teſtibus deponentibus de eorum credulitate, & nu. 54. vbi, quod probatur teſtibus deponentibus de auditu.

Defenſio Rei probari debet non præſumptiuè, ſed cõcludenter, quando ſumus in criminibus exceptis, nu. 7. Contra nu. 54. vbi quod ſufficit leuior probatio per coniecturas per teſtes de auditu, & de eorum iudicio, & credulitate.

Raptus crimen eſt exceptum. nu. 8.

Inhoneſtas mulieris ad hoc, vt quis excuſetur à raptu, probanda eſt per Reum, et non per fiſcum eſt probanda honeſtas. num. 9. Contra nu. 50. Diſtingue, vt in add. litera. c *vbi referuntur Doctores contrarium tenentes.*

Raptus pęna non habet locum in rapiente mulierem inhoneſtam, dummodo inhoneſtas ſit meretricia. num. 10. Contra, quod non habeat locum etiam, quod inhoneſtas non ſit meretricia, & quod ſola animi inhoneſtas ſufficiat. nu. 30. & num. 97. vbi quod ſufficit mulierem fuiſſe prius ab alio cognitam, & nu. 48. & ſeq. nu. 60. & 61. & in addit. litera. d

Raptus committitur etiam rapiendo mulierem inhoneſtam ſi tempore raptus ſtabat in domo aliena, ex qua fuerit rapta inuitis ibidem exiſtentibus, nu. 11. Contra nu. 31. & in add. litera. e

Inhoneſtas mulieris ad hoc, vt quis excuſetur à pęna raptus, probanda eſt tempore raptus, non autem antea, num. 12. & ſeq. Declara, vt in add. litera. f

Qualitas ſiue incluſiua, ſiue excluſiua delicti ſemper eſt probanda tempore delicti num. 13. & 14. in fine, vbi etiam, quod non præſumptiuè, ſed plenè probanda eſt.

Mulier iudicatur honeſta, vel inhoneſta ex habitu, inceſſu, conuerſatione, & loco. nu. 14.

Minor non excuſatur in delictis carnis nume. 15. Vbi etiam quod minor ætas nunquam excuſat, niſi in minore quatuordecim annorum contra prædicta num. 64. & 65. Vbi quod immo iudex non ſolum poteſt, ſed tenetur minuere pęnam, & num. 66. Vbi quod iſto caſu non poteſt imponi niſi pęna pecuniaria, quod an verum ſit, vide infra in addit. litera. x *& litera.* g *& litera.* h *vbi quod in delictis carnis minor ætas facit minuere pęnam etiam, quod quis ſit maior quatuordecim annorum.*

Nobiles puniuntur mitius in arbitrarijs, ſecus in pęnis certis, & à iure determinatis, in quibus puniuntur ſolum mitius circa qualitatem pęnæ, ſed non circa quantitatem num. 16. ſed quod nobiles regulariter mitius puniantur, nu. 67. de materia vide in addit. litera. i

Raptus pęna habet locum etiam, quod mulier rapta ſit vilis nume. 17. Contra nume. 57. Declara, vt in addit. litera. K

Quilibet dictio, eſt vniuerſalis, & comprehendit omnes perſonas, cuiuſcunque gradus, ſtatus, conditionis ve ſint. nume. 18.

Amoris ardor non excuſat à crimine raptus nu. 19. Contra in addit. litera. l *vbi de materia.*

Præſumptio cedit veritati. nu. 50.

Pater repræſentando filium, an faciat, vt non poſſit imponi pęna ordinaria. num. 21. & num. 63. de materia vide in addit. litera. m

Carcer diuturnus, an faciat minuere pęnam. num. 22. & nume. 66.

Scalas apponens de nocte ad feneſtram alicuius, pœna capitali plectendus eſt, numero 23. contra, quod non ſit pęna capitalis, ſed arbitraria. nume. 39. & 58. & in additione litera. m

Torqueri poteſt Reus confeſſus, aut conuictus pro habendis qualitatibus aggrauantibus delictum. nu. 23.

Fuga ſocij criminis facit inditium ad torturam contra alium ſocium. num. 24. contra in additione litera. o

Fama vehemens de ſe ſola facit inditium ad torturam. numero 25.

Teſtis vnus de viſu iunctis adminiculis inducit plenam probationem in materia difficilis probationis. nu. 26.

Teſtes de auditu licet non probent plenè, faciunt tamen præſumptionem. numero 27. quod quando verum ſit, vide in addit. litera. p

Subornatio teſtium præſumitur facta de mandato eius, ad cuius vtilitatem teſtes depoſuerunt. num. 29.

Mendacium de ſe ſolum facit inditium ad torturam. num. 28. & in add. litera. q *vbi de materia.*

Teſtes de auditu probant copulam, & commixtionem carnalem. nu. 33. & ibi in add. litera. ſ

Teſtis, qui habet notam vocem, probat, excepto teſtamento. nume. 34.

Teſtes ſemper cenſentur conteſtes, quando poſſunt eſſe conteſtes. nu. 35.

Teſtis vnius de certa ſcientia iunctus cum præſumptione facit plenam probationem. nu. 36.

Præſumptiones plures coniunguntur ad faciendam plenam probationem in materia difficilis probationis, numero 37. quod an verum ſit, & quando, vide ibi in addit. litera. t

Inhoneſtas matris arguit inhoneſtatem filiæ. nu. 38.

Nobiles cauſas ſuas criminales dicunt extra carceres. numero 43.

Honeſtas dicitur quaſi honoris ſtatum conſeruans, & eſt virtus contraria turpitudini, mulierque habens mentem corruptam, etiam ſi corpore fuerit intacta, non dicitur honeſtè viuere. nu. 49.

Teſtes ſingulares probant inhoneſtatem mulieris. numero 52.

Teſtes de credulitate probant inhoneſtatem mulieris. numero 53.

Interrogatoria iudicis probant ad fauorem inquiſiti. numero 56.

Raptus pœna ordinaria non imponitur, vbi mulier rapta non fuit carnaliter cognita, numero 59. & ibi litera. u *vbi materia.*

Raptus non committitur, vbi non adeſſet tranſductio de vno loco ad alium; & propterea non ſufficit, quod gratia commodioris vſus quis amoueat puellam de vna Camera ad aliam, ſed requiritur diuerſitas loci in totum. in addit. litera. a

Inhoneſtas mulieris, & eius meretricia vita, quando, & ex quibus actibus probetur. in additione litera. z

CONSILIVM XXXIII.

ADSIT DEVS. In hac cauſa prætenſi raptus, per fiſcum mota contra Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Ducem, potiſſimum fiebat fundamentum in propria illius cõfeſſione, dum dicit in ſumma, quod ſciens ipſe, etiam præcedenter in ſtatu cum Iulia, quæ prætenditur rapta, eandem Iuliam egreſſuram ex domo ſui Domini, aſſociatus à quatuor, ſeu quinque hominibus, enſibus armatis, illam propè di-ctam

ctam domum in platea illorum de Gabrielis expectans,exgreſſa Rheda,ſeu curru, accepit, & ſecum conduxit; ex qua quidem confeſſione dicebat idem fiſcus, ſe non videre, quomodo poſſit
1 effugere ordinariam pœnam raptus,cum ad eius eſſentiam non ſit neceſſe, rapientem ingredi domum raptæ,nec minus, quod pęnis muros dictæ domus rapiens expectet, ſed eo ipſo, quod quis
a libidinis cauſa de loco ad locum [a] mulierem cōducit, ſtatim dicatur raptum committere, teſte Claro,ſic poſt alios, definiente raptum, *in pract. crim.§.raptus, in princip.* Iodoc. *in ſua pract.tit.de rapt.numero* 2.& niſi mulier ſit turpis,vel vetula,
b libidinis [b] cauſa præſumitur rapta, alio non docto,ad tradita per Carer. *in pract.crim. in tract. de hom.poſt 10.excuſationem.§.2.caſu.nu.* 12.

3 Committitur enim raptus, & hæc eſt vera, & communis opinio,etiam,quod mulieri non ſit illata vis,ac etiam, quod ipſamet conſenſerit ſe rapi,*vt in l.vnica.§. pœnas autem.verſicu. eſt huic pœna,& §.ſeqq.ac ibidem* Alber.*numero 7.verſ. oppono quod voluntas mulieris,& num.17.verſi.ſed qualiter poſſunt rapi volentes C. de rapt. virg.* item eſt tex.*in l.raptores.in fine,verſi.vt huic pœna,*vbi etiā idem Alber.*numero 6.& 7.* vbi reprobatis Guid. de Suzzar. & Gandin. contrarium aſſerentibus, ita per Oldra.dicit communiter teneri. *C. de epiſ. & cler.* Mattheſil.*ſing. 99.ver.nota tex.* Corrad. *in pract.titul.de raptor.nume.8.pag.* 371. Clar. qui pariter poſt Alber. vbi ſupra de communi teſtatur,*in d.§.raptus. verſ. adde quod,* vbi amplius dicit, quod ita alias declarauit Senat. Mediolan. in cauſa raptus filię cuiuſdam Cauponis.Iodoc. *in d.tit.de rapt.nu.3.& 4.*vbi affirmat hoc eſſe habendum pro indubitato.

Et ſtante præfata concluſione,ſic,vt ſupra,auctoritate tot Doctorum communi conſenſu, & Iudicum obſeruantia firmata, licet parum eſſet curandum de opinione illorum, qui præfata nō reſpicietes, moti ſolum vulgari illa ſignificatione verbi raptus,quod vim in ſe continere præſefert, raptum ſine violentia non committi, dixerunt;adhuc tamen eorum obiectioni ſatisfaciendo, eorundem opinio declarari, & diſtingui poteſt in hunc modum, quod aut mulier rapta,nec parentes,nec maritū,nec fratres habebat,& tunc
4 ſi paſſa fuerit ſe rapi, nō poſſit de raptu tractari, quaſi nulli dicatur facta vis:at ſi in poteſtate parentum ſit, vel in aliorum domo reperiatur, & tunc licet ipſi, ſtante eius conſenſu, vis illata nō dicatur, bene tamen dicitur facta violentia parentibus, vel alijs, in quorum poteſtate permanebat,ſic pulchre declarat tex. *in cap. de rapt. 36. quaſt.1.*Alber.*in d.l.raptores.num.7.verſ.item quoniam maior ſit iniuria propinquis, & etiam ſi eis violenta.C.de epiſc.& cler.* Abb. omnino videndus *in cap.cum cauſa. num.4.de rapt.* vbi in ſpecie declarat, etiam parentibus ignorantibus, & abſentibus,violentiam fieri, ſequitur poſt multa Boſſ. *in tit.de rap.nu.16.*Clar.*in d. verſ. adde quod.in fine ibi,cōtra voluntatem ſuorum,&c.* Carer. pariter videndus *in d.§.ſecundo caſu.num.7.* Marſil.*in d.l. vnica.num.16.& 17.C.de rapt.virg.* Vnde cum Iulia haberet patrem, qui quanto fuerit ex hoc caſu dolore affectus,ſatis examinati teſtes probāt & cum etiam permanſerit in domo Nobilium,& honeſtiſſimarum perſonarum, quibus quantum pariter hæc ſeductio diſplicuerit, omnes ſciunt, negari non poteſt, ipſis vim factam, & per conſequens ordinariam raptus pœnam ſubintrare, per prællegata,& per almæ Vrbis ſtatutum, qđ omnes difficultates tollit.*in lib.2.cap.51.in princi. ibi,vel inuitis parentibus puellas, aut pueros abduxerit.*

Quibus non obſtat dicere, quod ſtāte inhoneſtate dictæ Iuliæ,quæ aliàs vt aſſeritur,paſſa fuit ſe carnaliter cognoſci,non poſſit vllo pacto tractari de pœna raptus ordinaria; hæc enim obiectio,in qua tota vis huius cauſæ conſiſtere videtur,pluribus modis tollitur; & primo dicitur,nō eſſe concludenter probatum prætenſum Iuliæ
5 ſtuprum ex dicto Cæſaris de Piſis, quia eſt vnicus,& ſingularis.*l.iurisiurandi.C.de teſtib.c.cum a nobis.eod.tit.*Nec deponit de viſu prætenſæ copulæ carnalis,ſed tantum de auditu oſculorū, & aliarum prætenſarum tergiuerſationum, & valde ſuſpectus reddatur de falſo, cum dicat eam cognouiſſe de nocte ſine lumine,cum eſſet valde obſcurum,& inuerſimilem reddat rationem, quomodo dictam Iuliam ad vocem cognouerit; vltra quod eius teſtimonium non eſt ſufficiens, cum participem ſe faciat prætenſi criminis, ab equite Bauerio,vt aſſeritur, commiſſi. *l. quoniam liberi. C.de teſtibus.l.fina. C. de accuſat.* Alex.*conſilio 57. in princip.volum.1.* alijque reſtes ad defenſionem examinati,nullam dictæ Iuliæ inhoneſtatē probant, quia ſunt ſingulares, & deponunt de quibuſdam remotis,& patiūtur plures exceptiones, vt ex depoſitionibus eorundē videri poteſt:quinimò maior pars ipſorum deponunt, nunquàm vidiſſe ſupradictam Iuliam aliquos actus inhoneſtos facere,& qui non conuenirent honeſtiſſimæ mulieri.

Et licet in probando copulam carnalem,quæ directè probari non poteſt,admittatur probatio indirecta per præſumptiones, & per actus præparatorios ad dictam copulam,nihilominus hęc
6 concluſio procedit ſolum, vbi agitur ciuiliter,ſecus vbi criminaliter,ad Bart.*in l.cap. quinto.num. 2.verbo,nota ergo.ff.de adulter.* Corn.*conſil.191.in fin.lib.4.* Matth.*ſing.129.* Aym. *conſil. 205.nume. 20.& ſeq.* Menoch.*caſu 31.nume. 25.lib. 1.* etiam ad defenſionem rei,quia illud, quod communiter tradunt ſcribentes, ad exculpationem, & defenſionem inquiſiti, admitti teſtes ſingulares ſocios,complices,& alios inhabiles, declaratur nō procedere in criminibus exceptis,in quibus etiā, quòd agatur de fauore defenſionis, probationē
7 debere eſſe concludentem, & ex teſtibus habilibus,& idoneis, traditur per tex.*in cap.fin.extra de teſtibus* poſt Crot.*in tract.de teſtibus.numero* 104. tradit apertè Gig.*de crim.leſ.maieſt. lib. 2.tit.quomodo, & per quos crimen læſa maieſtatis probetur.*
8 *quaſt.17.*& raptus crimen, eſſe crimen exceptū, poſt Marſi.& alios, quos allegat, tradit pariter Cotrad.*in prax.tit.de rapt.nume.5.* Non probata

itaque

ita que copula,& inhoneſtate, pro parte Illuſt.&
c Excell. Ducis, prout probare debebat [c] ad Boſſ.
in tit. de plurib. viol. *nu.65.verſ.* practica tamen
eſt, fruſtra illius colore excuſatio quæſitur.
Secũdo dr̄, ꝙ adhoc, ut ꝑꝑ inhoneſtatem mu-
lieris raptę, pęna raptus ordinaria non habeat lo
cũ, non ſufficit quęlibet inhoneſtas, prout ẽt nec
ſufficit probare, mulierẽ alias fuiſſe ſtupratã, niſi
10 ẽt probetur inhoneſtas meretricia, [d] & quod vti
d meretrix ſui copiã fecerit; ſicenim de meretrice
intellexit gl. *in d.l.unica.in princ.in verbo, honeſta-
rum.ibi, ſecus eſt in meretrice, &c.* vbi Albe. *nu.10.
verſ.quid in meretrice.* Bal. *col.fi.verſ.uenio ad qq.* C.
de rapt. virg. Caſtr. *in d.l.raptores, nu.2.verſ.quæro
vtrum lex iſta habeat locum in eo, qui rapuit meretri
cem.C.de epiſ.& cler.* Carer. *in pract.in tract. de ho-
mic.poſt 10.excuſatio.§.hinc nata occaſione, nume.8.
ver. ſed quid ſi rapiatur meretrix.* Viu. *in commun.
opi.verbo, raptor.verſ. ſed præfata non habent locum
in meretrice,* Clar. *in d.§.raptus.verſ.quæro nũquid,*
vbi loqritur de publica meretrice. Iodoc. *d.tit.de
rapto.nu.10.verſ.nam in meretricibus,* vbi exẽplifi-
cat in mulieribus, quæ proſtituerunt ſe, quæſtus
gratia. Marſi. *in d.l.unica. nu. 19.ibi, inhoneſtæ mu-
lieres, & ſic meretrices.* Menoch. *de arbitr. iud. caſu*
291. vbi nu.7. exemplificat in ea, quæ pluries pre
tio ſe proſtituendo plures admiſit; & quicquid
alij aliter dicant, non eſt recedendum ab hac opi
nione, quam ſequitur, & cõem dixit Boſ. *in tit. de
rap.mulier.nu.1.ibi, niſi ſint meretrices, & latius.nu.*
10. vbi tandem cõcludit, quod ſi tenere velimus
eorum opinionẽ, qui contra cõem dixerunt, ra-
ptum non committi in muliere ſemel ſtuprata,
erit tñ adhuc declaranda, vt procedat, qñ ſtuprũ
fuit commiſſum non ſecretè, ſed publicè, more
meretricio ſine verecundia, & taliter, ꝙ licet ex
eo non poſſet dici meretrix, poſſit tñ dici, quod
arti meretriciæ initium dederit; & ita in Senatu
Mediol. teſtatur nunꝗ audiuiſſe fieri fundamen
tum ſuper mulieris inhoneſtate, niſi fuerit mere
tricia; & propterea Io. Fab. *in §. ſoror. inſtit.de in-
off.teſt.* eleganter dicit, quod ſi mulier amore ca-
pta copiam amanti faciat, non propterea dicitur
meretrix, & latè proſequitur Menoch. *de arbitr.
iud.cent.4.caſu 328.per totum.*
Tertio reſpõdetur, ꝙ Doctores in materia ſe-
11 quentes, ſi uideantur, non dicunt, pęnam raptus
nõ habere locum in muliere ſemel carnaliter co-
gnita ex eo, ꝙ de iure raptus cũ ea non cõmittat̃,
ſed quia non præſumitur vis illata illi mulieri, ꝗ
alias paſſa eſt ſe carnaliter cognoſci, & ſemel co-
gnita præſumitur, ut ipſi dicunt, voluntariè ac-
ceſſiſſe; ergo ubi mulier habet parẽtes, & eſt in al
e terius poteſtate, [e] ceſſat præſumptio nõ exiſtẽtis
violentię, quia ſatis per raptũ dr̄ facta uis parẽti
bus, non mulieri, eiuſq; cõſenſus nõ attendit̃, &
raptus dr̄ cõmiſſus ſaltem reſpectu dictorũ parẽ-
tum, per ſuperius allegata, quæ hic non repeto.
Quarto dato demum, ꝙ pręfata oĩa ceſſarent,
prout fortiter vrgeri indubitãter creditur, qua-
liſcunq; ex aduerſo ad excuſationẽ pœnæ raptus
ſupponatur inhoneſtas, ſiue meretricia, ſiue nõ,
12 illa vtiq; probanda erat, non per bienniũ ante ra
f ptũ, vt ex aduerſo ſupponitur, ſed tꝑe raptus, [f] &
delicti, prout probata nõ fuit, ſic mihi ꝓbat Bal.
*in d.l.vnica. col.1. uerſ. qñ inſpicitur qualitas, quæ
inerat tꝑe delict.* Iodoc. *d.tit. de rapt. nu.10.* vbi ꝙ
iſto caſu lex non reſpicit vitã p̃teritã, ſed p̃ſentẽ
dũtaxat, hoc eſt qualitatẽ tꝑe raptus. Carer. vbi
ſup. *n.11.* vbi in *d.l.unica,* inſpicit̃ qualitas delicti
tꝑe delicti. Marſ. *in d.l.unica, nu.116.ibi, qñ ſuffi-
cit tempore raptus eã honeſtã eſſe,* & generale eſt, ꝙ
13 qualitas ſiue incluſiua, ſiue excluſiua delicti, ſẽ-
per eſt probanda tꝑe delicti. Pariſ. *conſ.62.nu.37.
& conſ.36.num.33.vol.4.cũ ſimil.* Nec dicat̃, ꝙ iſto
caſu de p̃terito ſit p̃ſumendũ in p̃ſens per regulã
ſemel malus, quia iſta regularis p̃ſumptio ceſſat
in terminis noſtris ꝑ ea, ꝗ in ſpecie differit Car.
vbi ſup.nu.12. Marſ. *d.num.19. uerſ.aut dubitatur,*
vbi, ꝙ qñ ſumus in dubio, an mulier ſemel inho-
neſta, fuerit honeſta tꝑe raptus, tũc id iudicat̃ ex
14 eius habitu, inceſſu, cõuerſatione, & loco, vbi ra
pta reperiebatur; ſed hæc Iulia tꝑe raptus incede
bat honeſto habitu, & decenti, cũ nobilibus per-
ſonis uerſabatur, & permanebat; imò ut deponit
vxor d.N. de Frangipanis erat in eius domo ten
ta, & reputata uti nobilis, ideo nõ inhoneſta, ſed
p̃ſumenda eſt honeſta. Et in oẽm euentũ, quate-
nus ẽt vellemus eã p̃ſumere inhoneſtã de p̃teri-
to in pñs ꝑ d. regulã ſemel malus, adhuc dr̄, ꝙ ta-
lis pręſumptio nõ ſufficit, quia dicta qualitas nõ
p̃ſumptiuè, ſed plenè, & ſpecificè ꝓbãda eſt, poſt
alios Card. Alb. *conſi.14.num.13.* Rolan. *conſi.11.
nu.35.uol.3.& eſt deciſ.* Lucen. 52. *nu.28.par.* 1.
Ad ea vero, ꝗ de minorando pęnã expluribus
cauſis deduci poſſent, facilis eſt rñſio, ut dicebat
tũc fiſci Procurator, qui erat Ioan. Iacobus Pani
15 cus Maceratenſis; nã ad caput minoritatis repli-
g cabat, ꝙ in delictis carnis [g] adultus maior qua-
tuordecim annor. nõ excuſatur, eſt *deciſ.* Lucen.
17. *nu.68.cum ſeq.1.par.nec lex, auxilium.§.in deli-
ctis ff.de mino.* procedit in minore [h] uigintiquin-
h que, ſed in minore quatuordecim, prout intelle-
xiſſe vr̄ *in l.more.ff.de acq.hær.* & facit tex. in l. ex-
cipiuntur, in fi. ff. ad Syll. & ad contraria egre-
giè reſpondet Vulpell. *reſpon.* 101. Innocentia.n.
purgandi crimen in adulta ætate, defendi conue
nit. *l.ſi quis te reum.C.ad l.Cornel.de ſicar.*
i Et dum adducitur ẽt nobilitas, [i] dr̄, quod illa
prodeſt in arbitrarijs, ſecus in pęnis certis, & à iu
16 re determinatis, ut poſt Bal. & Saly. *in l.nemo.C.
de ſacroſ.eccl.* trad. Foller. *in pract.crim.can.cap.16.
nu.181.* niſi velimus dicere, quod ẽt in pęnis à iu-
re determinatis, nobilis mitius punitur citra ge-
nus mortis, quia vbi ignobilis ſuſpẽderetur, no-
bilis decapitatur, teſte Bar. qui ſic dicit ſeruari in
Italia *in l.deſertorem.ff.de re milit.* refert, & ſequi-
tur Gig. *de cri.leſ.maieſt.lib.2.tit.de pæn.q.1.n.* 12.
17 Dũ adducitur vilitas [k] Iuliæ, præterquã, ꝙ ꝓ-
K ut dictum eſt, nõ vilis, ſed nobilis reputatur, tex.
in d. l. vnica. C. de rap.virg. non facit diſtinctio-
nem perſonarum, ſed loquitur generaliter per di
ctionem, quarumlibet, quę dictio eſt vniuerſalis;
& propterea cõprehendit oẽs fęminas cuiuſcũq;
18 gradus, ſtatus, cõditionis ve ſint, vulg. *l.Iulianus
ff.de leg.3.l.1.§.generaliter.ff.de leg.præſtan.cum*

vulgar. Immo *d.l. vnica*, quoad pęnam mortis, ha
bet etiam locũ in ſerua, & in ancilla, quod plus
eſt, vt legitur in eo contextu.
19 Dum verò adducitur ardor amoris, dr̃, quod
l ille pariter non excuſat in delictis carnis, præſer
tim in crimine raptus, qui non, niſi ex irrationa-
bili amore, & libidine, vt plurimũ proficiſcitur;
& ſi aliter diceremus, nũquàm raptus puniretur
pœna ordinaria, quia ſemper raptus præſuppo-
nit libidinis, & amoris cauſam.
20 Et dum adducitur præſumptio innocentię, ex
ſpontaneę conſtitutione reſultãs, dicitur, quod
ſtante veritate delicti probata, ut dixi, ex eius cõ
feſſione, præſumptio cedit veritati. *l. ſi qui adul-
terij. C. de adult. & l. fina. in princip. ff. quod met. cauſ.*
cum concord.
21 Cum uerò ſit fundamentũ in pręſentatione[m]
m facta per illuſtriſs. Cardinalem, ſatis reſpondet
Clar. *in pract. crim. q. 60. verſ. ſolet etiam dici.*
22 Et dũ poſtremò adducit diurnus carcer, omiſ-
ſis alijs reſponſionibus, dr̃, quod hoc de facto nõ
ſeruatur in atrocibus, & clarè patet omnibus; &
negatur, carcerem poſſe dici diutinũ, qui non du
rauit per annũ; & tamen ad inducẽdum iſto caſu
diuturnitatem, requiritur curſus plurium anno-
rum, non duorum menſium, ad tradita in ſimili-
bus *in l. ſi diutino. cum ibi notat. ff. de pœn.*

Et poſtremò in oẽm euentũ dato, & non con-
ceſſo, ꝙ in caſu, de quo agitur, tractari deberet de
pęna arbitraria, ut ex aduerſo prætẽditur, adhuc
pęna mortis veniret imponenda, per ea, q̃ tradit
Mattheſ. *ſing.* 101. ob qualitates aggrauãtes, vi-
delicet ob ſubornationẽ Alexãdri fratris, & Mu
tij Patris Iuliæ ob hominũ armatorũ cõuenticu
n lã, & appoſitionem ſchalæ [n] ad feneſtrã Nobilis
23 Viri, noctis tp̃e, ob quã ſolã qualitatem capita-
lis pęna induci deberet, ſecundũ Bal. *in l. fin. circa
finem. ff. de rer. diuiſ.* quem ſequuti ſunt Alex. *in
§. ſanctæ quoq; in tit. eod.* & Gram. *deciſ. 36. nu. 13.*
de quibus qualitatibus delictũ aggrauãtibus vr-
gent contra Excell. D. Ducem violentiſſima, &
forſan ẽt indubitata indicia, ex quibus remanet
conuictus, vel ſaltem grauiter ad torturã indicia
tus, vt infra demonſtrabitur; & propterea quate
nus de dictis qualitatibus nõ videatur cõuictus,
quod non creditur, erit ſuper prædictis qualitati
bus delationum. ſ. armorum prohibitorũ, quę in
hmõi delictis perpetrandis deferri ſolent, & alijs
cõplicibus, & vt ſuper his ẽt dicatur confeſſus, &
conuictus reiteratis uicibus torquendus, ſine p̃-
iudicio cõfeſſatorũ, & probatorũ, ut quotidie in
ſimilib. fieri conſueuit, Cæpol. *conſ. cri. 32. nu. 19.*
Boſſ. *in tit. de indic. & conſider. ant. tortur. num.* 30
Ant. Gomez. *tit. de delict. cap. 13. nu. 20.*

Quod aũt ſuper pręmiſſis, & alijs plurib. qua-
litatibus, de quibus in proceſſu, adſint clariſſima,
& indubitata, Primò ſe offert fuga omniũ cõpli-
cum, qui interuenerunt in ipſo raptu. Item, & fu
ga duarum ancillarum D. Frangipani, quæ om-
nes poterant veriſimiliter dicere veritatem, & ad
eam occultandam præſumendum eſt, quod fugã
ſibi hoc mãdãte Excell. D. Duce procurauerint,
prout etiam ex proceſſu apparet, eũdem Ducem
pecunias, & equum dediſſe Alexandro fratri Iu-
liæ, & eum Florentiam verſus miſiſſe, vbi ſubin-
trat communis Doctorum concluſio, quod fu-
o ga ſociorum [o] inquiſiti faciat indicium contra
24 ipſum inquiſitum. Gram. *deciſ. 11. num. 14. & de-
ciſ. 14. num. 4. & deciſ. 42. num. 13. & conſ. 17. nu. 19.*
Alex. *conſi. 65. nume. 10. verſi. etiam. vol. 1. & conſi.
41. col. fi. vol. 2. & conſi. 90. crim. diuerſ. num. 17. vol.
2. in fol.* vbi de communi.

Secundo ſuccedit vehemens illa fama proba-
ta pluſquam per decem honeſtos viros, deponen
tes publicè per Vrbem dici, Iuliam aufugiſſe per
feneſtras cum ſchalis cum dicto Excellent. Duce
25 Galleſij, quæ vehemens fama clarius eſt, quod
de ſe ſola facit indicium ad torturam. Gram. *de-
ciſ. 34. nu. 53.* Marſil. *in pract. §. diligenter. num.* 19.
Duen. *reg. 301. in 1. limit.* Menoch. *de arb. iud. lib. 2.*

Tertio adeſt depoſitio Magnifici D. Ioſeph te
ſtantis ſe vidiſſe perſonam ea nocte deſcenden-
tem ex ſchala per feneſtram, quę depoſitio de vi-
26 ſu, & certa ſcientia, iunctis depoſitionibus alio-
rum teſtium, deponentium de adminiculis, & di
centium, ſe vidiſſe in eadem feneſtra filos cordę,
& ſignum ſchalæ, & deſcenſus, non eſt inconue-
niẽs, quod in materia difficilis probationis, pro-
ut eſt delictum de nocte commiſſum, inducãt ple
nam probationem pręmiſſæ qualitates ſchalarũ,
& deſcenſus per feneſtram, iuxta trad. per Pariſ.
conſi. 57. nu. 24. & 25. vol.... accedente præſertim
vehementi fama, de qua ſup. Rimin. *inter conſil.
crim. diuerſ. conſi. 84. nu. 18. tom. 2. in fol.*

Quarto non parum vrgent dicta aliorum te-
ſtium deponentiũ de auditu à Cecilia, & à Ioan-
na, quod ipſa Iulia aufugerat, vt ſupra, cum di-
27 cto D. Duce, qui teſtes de auditu licet non pro-
p bent, tamen faciunt præſumptionem. [p] Roland.
conſi. 84. num. 16. vol. 2. Menoch. *de arbitr. iud. cap.
475. num. 5. cum ſeq. lib. 2.* vbi quod iſta præſum-
ptio transfert in aduerſariũ onus probandi con-
trarium, præſertim in caſu difficilis probationis.
Gozzad. *conſi. 79. num. 11.* Brun. *conſi. crim. diuerſ.
115. num. 23. tom. 2. in fol.* vbi, quod ſi teſtes de au
ditu ſunt duo, faciunt indicium ad torturam.

Quinto idẽ Eccel. D. Dux in multis reſpon-
det inueriſimilia, & in pluribus eſt varius, & ſibi
cõtrarius. Primo. n. dicit, quod die ſabbati Iulia
diſceſſit de Vrbe, & quod ab ea nocte, in qua au-
fugit, eam amplius non vidit; & tñ per depoſitio
nes duorum Aurigarum, & Ioannis Paradiſi cõ-
ſtat, ꝙ eam retinuit in ſuo Palatio vſq; ad ſequẽ-
tẽ diẽ Mercutij. Dicit ſecundo, Alexandrum fra
trem Iuliæ nocte ſequenti raptũ ſecũ fuiſſe, dum
expectabat Iuliã egreſſurã è domo ſui Dñi, & tñ
ex depoſitionib. Mutij Pr̃is, & Settimiæ ſororis
Alexandri, conſtat, quod eo tp̃e reperiebatur in
lecto domi ſuæ. Dicit tertio, quòd ipſe pauloan-
te raptã cognouit carnaliter Iuliam, & in domũ
eius Dñi ingreſſus fuit per quandam portulam,
& tñ ex depoſitionibus trium peritorum appa-
ret illam portulam per menſem, & vltra ante ra-
ptũ, nunq̃ fuiſſe apertam. Dicit quarto, ꝙ Iulia
poſt fugã iuit domũ Patris, & tñ Pater, & alij te-
28 ſtes deponunt cõtrariũ, & omiſſis alijs, ſicut di-
cunt

Digitized by Google

q cũt Doctores, vnũ ſolũ mendaciũ [q] facit indiciũ
ad torturã, qñ reſpicit ſubſtantiã negocij. Boer.
deciſ.164.nu.29.par.1. Foller. *in pract.crim.in verbo, ad defenſam, nu.5.* vbi de communi. Boſſ. *tit.de*
indic.nu.36. vbi qđ in practica ita ſeruatur. Rol. à
Vall. *conſi.15.nu.9.vol.4.* Multomagis facient in-
dicium multa mendacia ſimul iuncta.

Sexto ex præmiſſis infertur, qđ cũ ex proceſſu
clarè cõſtet, Patrẽ, & fratrẽ Iuliæ requiſitos fuiſ-
ſe, ut deberent ad exculpationẽ Excell. D. Ducis
dicere, ipſos cõſenſiſſe, & pñtes fuiſſe raptui; nõ
ſolũ oritur contra D. Ducẽ præſumptio delicti,
29 ſed ẽt, qđ talis ſubornatio fuit facta de eius man
dato, per tradita per Boſſ. *in tit.de ĩdic.n.63.* Bero.
conſ.118.nu.27.lib.3. Lancel. *de attentat.c.1.nu.80.*
cũ ſeq. quare nihil ſupereſſe vr̃ impedimẽti, quin
idẽ Illuſt. & Excell. D. Dux torqueri non debeat
pro vlteriori ueritate, & poſt torturã, ſiue ſubſti
neat, ſiue nõ, cõdẽnari in pęnã raptus ordinariã.

Verũ præmiſſis pro parte fiſci ſubtiliter addu-
ctis, non obſtantibus, pęnę raptus locũ non eſſe,
multo uerius per alios Iuriſconſultos, & conſu-
lentes, & præcipuè per Burſat. tunc in Vrbe de-
gentẽ, cuius conſilium eſt in ordine 45. lib. 4. pro
veritate concluſum fuit, ex eo præſertim, ꝙ pro-
30 batũ fuerat, prædictã Iuliam, q̃ aufugit, non eſſe
perſonã honeſtã, prout requirit tex. *in d.l.1.C.de*
rapt. virg. Nec requirĩ, prout ex aduerſo creditĩ,
ꝙ mulier abducta ſit meretrix, & meretricio mo-
re viueret, ſed ſatis eſt, qđ probetur, ꝙ fuerit in-
honeſta, & inhoneſtè viueret, ẽt cũ aliquibus ſe-
cretè actus inhoneſtos faciendo, prout declarat
Pau. de Caſt. *in conſ.272.lib.2.* quem ſequuntur
Aug. *in add.* ad Ang. *in trac.de malef.in ver.che hai*
adulterata la mia donna.ſub nu.16. Cæpol. *in conſ.*
crim.57.1.2.& 3.col. Afflict. *in conſt.Regni.in verſ.*
ſi quis rapere, nu.11. Boer. *q.317.nu.8.* Marſil. *ſing.*
74.& in l.maritus.ſub nu.48.de quæſt.& in rubr.de
fideiuſſ.num.175. Alcia. *in tract.præſump.in reg.2.*
præſump.9.& conſi.21.ſub num.6.lib.7. Rimin.ſen.
conſi.17.nu.20. & Gram. *deciſ.fi.nu.2.* Cæph. *conſ.*
240.n.26. quia cum ille tex. in d.l. requirat, quòd
abducta ſit honeſta, ſequitur, ꝙ ea, q̃ ẽt ſecretè cũ
alijs honeſtatẽ non ſeruauit, non eſt de mulieri-
bus cõprehenſis *in d.l.1.* vt per prædictos Docto
res, & iſto caſu ẽt ſufficeret, quod ſoluſmet, qui
abduxit eã, prius ſtupraſſet, vt optimè declarat
Cępol. *d.conſ.57.* vbi ſupra, ſtuprumq; cum mulie
31 re, quæ non honeſtè viuit, ẽt ſi maneat in domo
aliena, non eſt punibile. Alci. *d.conſ.21.nu.3.* Ale.
conſ.13.nu.5.li.7. Gram. *deciſ.fi.nu.6.* & paria sũt,
inhoneſta mulier, & meretrix. Alc. *d.conſil.13.nu.*
5.lib.7. Gram. *d.deciſ.vlt.nu.6.* vbi igitur proba-
tur de inhoneſtate mulieris, ceſſant pęnæ propo
ſitæ cõtra abducentes honeſtas mulieres etiam,
quod non probetur, quod meretricio more viue
rent per ſupra allegata.

r Huiuſmodi aũt inhoneſtas, [r] licet probãda ſit,
prout fiſcus contẽdit, ſatis tñ eſt, quod probetur
indicijs, & p̃ſumptionib. Rom. *conſ.91.nu.6.* Soc.
iun. *conſ.32.volu.2.* Rolan. *conſ.50.vol.1.* Burſat.
32 *conſ.69.nu.10.& ſeqq.vol.1.* rum ex eo, quia inho
neſtatis actus ſolẽt cõmitti ſolũ in ſecreto, iuxta
tradita *in c.tertio loco.de præſum.& in c.præterea.de*
teſtib. Pari. *conſ.54.nu.62.in 4.* tũ ẽt, q̃a ſufficit iſto
caſu, qđ ꝓbet̃ inhoneſtas aĩ mulieris, prout opti
mè declarat Pariſ. *conſ.160.n.26.& ſeq.in 4.* tũ, &
demũ, q̃a hic agit̃ ad excuſationẽ, & defenſionẽ
inq̃ſiti, & nõ principaliter ad puniẽdũ mulierẽ,
vt optimè declarat Cęph. *in d.conſ.140.ſub n.26.*

Et quod plenè, & ſufficiẽter probata ſit inho-
neſtas huius mulieris, apparet ex depoſitione
Cæſaris teſtis de certa ſcientia rei venereæ cum
Equite Baueria, & quod ingreſſus fuit domum
cum Equite Baueria, quodque Iulia aperto ho-
ſtio domus ipſius, & eques inuicem amplexati,
& deoſculantes intrarunt quãdã Cameram, eoſ-
que ipſe teſtis audiuit oſculantes, & commiſcen
33 tes; talis.n. teſtis, qui deponit de auditu co mmi-
ſ xtionis [s] ſimul cum geſtis complexibus, ple-
nè probat copulam, quando non agitur de ſepa-
ratione matrimonij, vt eſt tex. *in c.p̃terea.in ver.*
de auditu. vbi Abb. *ſub nu.4.* & Fely. *circa fi.de teſti*
bus, & oẽs cõcludũt cũ teſtib. ſufficere probatio-
nes violẽtas, prout ſunt complexus & oſcula ad
ſufficientem probationem ẽt ſine fama, præſer-
tim cum idem teſtis haberet notam vocem equi-
tis, quẽ audiuerat pluries loqui; quo caſu ſubin-
34 trat cõis opinio, ꝙ excepto teſtimonio teſtis, q
habet vocem notã, probat, iuxta tex. *in l.in ſum-*
ma.§.idem labeo.de aq.plu.arc. habetur per Felyn.
in d.c.præterea.ſub nu.4.

Cũ hoc teſte de certa ſcĩa, cõcurrit ẽt dictum
Vincentij, qui dicit, ꝙ vidit equitẽ ingredi de no
cte in domũ, vbi erat ipſa Iulia, & põt eſſe conte-
ſtis cum Cæſare, ex quo deponit, ꝙ fuit ẽt ante
tp̃s Natiuitatis Dñi noſtri, ex illa regula, ꝙ qñ
35 teſtes pñt eſſe conteſtes, ſemper cenſentur con-
teſtes. Alex. *conſi.47.col.2.poſt med.lib.2.* Aym. *cõſ.*
78.nu.9. & nõ inconuenit, quod unus teſtis, qui
deponit de certa ſcĩa, coniũgatur cum alio teſte,
qui deponit de aliquo alio, quod reddat integrã
probationem in hac maximè materia difficilis
probationis, iuxta tradita per Pariſ. *conſi.57.nu.*
24.& 25.in 1. Cum ergo habeamus vnũ teſtẽ de
ſcĩa copulę, vt ſupra oſtenſum eſt, & duos teſtes,
qui viderunt ingredi illã domũ, in qua erat Iu-
lia noctis tempore, dato ſigno ſibi Iuliæ, quod
quidem inducit præſumptionem copulæ, vt per
Pariſ. loco ſupradicto, ſumus in caſu claro, quod
vnus teſtis de certa ſcientia, iunctus cum præ-
ſumptione, facit plenam probationem, iuxta tra
dita per Aym. *conſ.35.ſub num.36.*

De eodẽ ingreſſu deponit ẽt Iulius Gallico-
nus, qui licet non deponat de viſu, tamen de au-
ditu a D. Alphonſo, qui ſimul cum Equite ingre
diebatur, & teſtes de auditu faciunt præſumptio
nem. Dec. *conſi.272.nu.3.* quæ pręſumptio ex hoc
teſte etiam fit maior, quia deponit, quod eques
ingrediebatur uiculum, & teſtis remanebat in ca
pite uiculi, ad cuſtodiendum locum; quod fieri
non ſolet, niſi quãdo aliquis vult ingredi aliquã
domum, in qua poſſet eſſe aliquod periculũ: Ac-
cedente etiam dicto Fauſti, qui ſimiliter deponit
de auditu, quod eques ingreſſus fuit domum Iu-
liæ, & deponit de certa ſcientia de plurib. allo-

quutionibus ſecretis etiam de nocte cum dicta
Iulia, quæ colloquutiones ſecretæ ſunt præpara
toriæ ad Venerẽ, iuxta illud viſus, & colloquiũ.
Et vlterius cõcurrunt plures teſtes de amore
inter Iuliã, & equitem, & ẽt de literis amatorijs,
quæ omnia ẽt ſunt indicia ad Venerẽ, vt per Pa-
riſ. *conſi.24.num.64. & conſ.59.num.21.in* 4. Vnde
cum habeamus plures præſumptiones, & admini
cula, quod inter equitem, & Iuliam fuerit cogni
37 tio carnalis, in hac materia difficilis probationis
plurium præſumptionum concurſus ſufficit pro
t plena probatione,[t] iuxta tradita per Aym. *conſi.*
73. *ſub nu.* 19. & volunt etiam Doctores ſupra al
legati, qui conſiderant, quod ſupradicta omnia
reddunt hanc mulierem parũ honeſtã, cũ ſimiles
colloquutiones ſecretè de nocte, & ſimiles amo-
res nõ cõueniãt honeſtis mulierib. vt ibi per eos.
Et vltra conuerſationem parum honeſtam cũ
equite Baueria, Fauſtus, & alij teſtes deponunt
de ſimili amore, & ſecreta colloquutione cum
alio equite Bonauentura Religionis Militenſis,
& etiam cum D. Baldaſſare de Comitibus, qui aſ
ſerit ipſam fuiſſe contentam recipere literas ama
torias, & cum D. Alexandro, qui manebat in do
mo D. Oratoris Sabaudiæ, cui faciebat ſigna
cum manibus, quæ omnia ſine dubio non conue
niunt honeſtis mulieribus: Et ſimiliter Florius,
& Lazarus deponunt, quod ſola incedebat in
curru, & ad vineam ſola colloquuta fuit cum il-
lo Nobili, quæ ſimiliter non conueniunt hone-
ſtis mulieribus vnde cum inhoneſtas comprehẽ-
datur ex ſignis, quæ ſolum denotent animum pa
rum honeſtum mulieris, vt per Pariſ. *d. conſ.* 160.
nu. 26. *& ſeq. in* 4. ſumus in caſu claro, quòd ſatis
probatur inhoneſtas ipſius Iuliæ per ſupradicta.
Et adiuuatur p̃dicta inhoneſtas ex alijs duo-
bus teſtibus, qui deponunt de parum bona ſama
matris, & aliarum ſororum eiuſdem Iuliæ, cum
in domo Matris tempore Pij Quarti paſſim au-
lici domeſticè conuerſabantur; non eſt autem
38 dubium, quòd ex inhoneſtate Matris coadiuua
tur probatio inhoneſtatis filiæ. Cæphal. *d. conſil.*
140 *num.* 30. quæ etiam teſtibus Fiſci comprobã
tur, dum dicit, ꝙ frater Iuliæ duxit meretrices in
domum, vt ſimul ſtarent cum ſororibus Iuliæ, ꝙ
non conſueuit fieri inter honeſtas mulieres, qua
ſtante inhoneſtate, non eſt dubium, quòd non
eſt locus pęnæ *d. l.* 1. *C. de rap. virg.* per ſupradicta.
Pro appoſitione ſchalę, cum de ea nihil probe
tur releuans, non eſt vlterius inſiſtendum, & in
omnem euentum, cum ſolum poſſit prætendi ex
39 hoc facto appoſitionis ſchalæ pęna iniuriarũ, in
ea non poteſt conſiderari, niſi pęna extraordina
ria pro modo facti, & qualitate perſonarum, &
in iſtis arbitrarijs magis communis eſt opinio,
quod non poſſit imponi pœna corporalis, vt per
Grammat. *conſi.* 48. *ſub nu.* 2. Iul. Cla. *in prax. cri.*
§. *fi. q.* 83. *ver. ſed quæro.*
Et præterea dico, quod ex alio capite de pęna
raptus cõtra Illuſ. D. Carceratũ tractari nõ põt,
ſi quidem in facto nulla pęnitus violẽtia interue
nerit, ſine qua raptus nõ cõmittitur. Boni. de Vi
tell. *in tit. de rapt. in prin.* Iodoc. *eod. tit. nu.* 2. Marſ.
in l. vnica. nu. 14. *C. de rap. Virg.* cum late congeſtis
per Gill. de Crem. *in conſ.* 40. *col.* 2. *&* 3. *li.* 1. *diuerſ.*
crim. ſicuti enim raptus dicitur committi, quan-
do puellæ renitenti flos virginitatis eripitur, per
tex. *in c. de raptoribus* 36. *q.* 1. ita etiam ceſſat, vbi
concurrit libera voluntas, & cõſenſus mulieris.
Pariſ. 170. *nume.* 7. & hoc eò magis locum habet
in caſu noſtro, in quo mulier non ſolum nudum
præſtitit conſenſum, ſed totum perfecit, prout
alias cum alijs ſuis Amatorib. facere ſolita fuit,
vt ex proceſſu colligitur.
40 Nec dicatur, ad raptum ſufficere ſeductionẽ,
ex qua interpretatiua reſultat violentia, per tex.
& ibi Doct. *in d. l. vnica.* §. *fi. verſ. ſiue volentibus ſi-*
ue nolentib. &c. quia pluribus modis reſpõdetur,
& primo negatur de aliqua ſeductione conſtare,
& in dubio inſpecta cõditione perſonæ, vt infra
dicetur, nõ pręſumitur, imò tm̃ abeſt, ꝙ dicta mu
lier fuerit à Duce ſeducta, ꝙ imò potius ipſa per
impoſturã, & malas artes Ducẽ ſeduxerit, vt ex
ipſo facto manifeſtè deprehenditur, manu palpa
tur, & oculis cernitur. Secundo dr̃, ꝙ ſeductio ita
demum effectũ pręfatũ operatur, ſi fuerit fraudu
41 lenta, & deceptoria, nẽpe falſis promiſſionib. cõ
poſita. Marſil. *in conſi.* 61. *nu.* 21. *lib.* 1. & latè poſt
alios tradit Crem. *conſi.* 40. *nu.* 4. *& ſeq.* ꝙ non eſt
dicẽdum in caſu noſtro, cum ex ſolutione in no-
tabili, pecuniarum ſumma, omnis fraus, & dece-
ptio ex parte Ducis excludatur, ex parte verſu-
tæ, & ſagacis mulieris includatur.
Tertio r̃ndetur, ꝙ ad committendũ raptũ non
ſufficit ficta, & interpretatiua, ſed oĩno *vera* ſ ali
42 qua perſona tequititur violentia, ſi nõ mulieris,
ſaltem parentum, vel alterius, ſub cuius cuſtodia
detinetur, prout ẽt ex aduerſo Fiſcus admittit, &
eſt tex. *ſing. in d. c. de rap.* §. *puella in fine* 36. *quæſ.* 1.
Matth. *ſing.* 99. *nota tex. &c. ante finem*, quã con-
cluſionem multis comprobat iuribus, & argumẽ
tis ad declarationẽ *d. l. vnic. C. de rap. Virg.* Cre-
mon. *in ſup. cit. conſ.* 40. *nu.* 7. *&* 8. tunc enim mu-
lieris conſenſus non attenditur, quando parenti
bus, ſeu alijs reſiſtẽtib. vis infertur: ſed cũ in caſu
noſtro ceſſet ab oĩ parte, non ſolũ violẽtia, verũ
ẽt oĩs querela, & reclamatio, & rõnabiliter, ſi qui
dẽ ex tali fuga nullũ Parẽtes detrimẽtũ ſẽſerint,
ſed lucrũ dotis pro filia ignobili, nobili uiro ma-
trimonio copulanda, reportauerint, merito, &c.
Vnde ex prædictis indubitata ſolidatur cõclu
ſio, ꝙ dictus carceratus ab omni tam raptus, quã
ſtupri pęna veniat penitus abſoluendus; & ſi q̃
leuẽ, aut modicã, pro participatione dictæ fugæ,
& carnali cognitione forſan habita cũ dicta An-
cilla fugitiua, meruiſſet diuina caſtigatione, ſatis
ei eẽt, panẽ ad pęnitudinis ignẽ cõcoctũ comede
re, p̃ſertim inſpecta iuuenili ętate, amoris ĩſania,
ex veneficio ſirenis cãtu cõtracta, nobilitate, &
prõpta eius obediẽtia, per ſpontaneã ad nutũ Sã
ctiſſimi comparitionẽ deuotè exhibita, p̃ut ita
his oĩb. recte conſideratis, per Ill. D. V. nõ minus
timorata cõſcientia, & integritate q̃ doctrina p̃-
ſtãtiſſimũ iuſtitia ſic exigẽte, fieri, & pronũciari
cũ liberatione interim à carcerę, cum iam de eius
conſtet innocentia, ſicut tã de iure, quam de cõ-
ſuetudine,

Digitized by Google

43 ſuetudine,prçſertim in cauſis Nobiliũ,quotidie
ſeruatur,vt poſt alios atteſtaẽ Marſi. *in ſing.387.*
licet,&c. & exempla in Romana Curia ſunt ſatis
nota,inſtatur,& ſupplicatur,&c. LAVS DEO.
Proſper Farinacius.I.C.Rom.

Reſponſum Auguſtini Lazzarini in eadem cauſa pro Duce contra Fiſcum.

ADSIT DEVS. Vltra dicta per alios DD.
ſcribentes,Illuſtr.& Excell. Ducem eſſe in
caſu abſolutionis,moueor ex pluribus;& primo,
44 quia crimen raptus ex vi vocabuli,requirit vio-
lentiam, prout in terminis dicunt Ang. & Paul.
de Caſt.*in l.ſed eximendi. in prin. ff.ne quis eũ, qui*
in ius vocatus; ſed in caſu noſtro non ſolum non
probatur aliqua violẽtia, ſed ex ꝓceſſu informa
tiuo reſultat, & probatur voluntaria fuga eiuſ-
dem Iuliæ,vt inferius etiam dicetur; meritò,&c.
Nec obſtat ſi dicatur,quod ad inducendam vio
lentiã ſufficiat, quod quis ſeducat mulierẽ blan-
45 dis verbis,vel cũ promiſſionibus, ſeu ẽt cũ pecu-
nijs *l.unica.uerſ.& huic pæna.C.de rapt.Virg.* quia
dr̃ primo,quod non conſtat de aliquib. præcedẽ
ribus uerbis, promiſſionibus, vel dationibus; &
46 poſito,quod conſtarẽt hmõi promiſſiones, ver-
ba debent eſſe doloſa,& fraudulenta.Aug. *in d.l.*
unica, nu. 5. Tertio, quia ẽt iſto caſu non dr̃ quis
rapuiſſe ẽt cum dictis uerbis, niſi interueniat ẽt
violentia,vt dixit Ang.*in d.l.ſed eximẽdi.* & Mar
ſil.*in d.l.unica.*poſt Ang.*in d.l.ſed eximendi.*dicit,
& hinc eſt,qđ cautus dẽt eſſe ille,qui accuſat ali-
quẽ de raptu, vt ſꝑ deducat neceſſario cõcluden
ter uiolentiã;aliàs ſuccũberet,& hinc dixit Boſſ.
*in tit.de rapt.mulier.nu.*15.ꝗ licèt raptus dicaẽ me
diantib.dolis,& ſollicitationibus, ſubdit tñ ipſe
per iſta verba,videlicet,vt uerum fatear,hoc eſſe
falſum,quia ſi ita diceremus,poſſet capi,& puni-
ri vniuerſus ferè Mundus.

Secundo ceſsat crimen raptus, qñ mulier,ꝗ dr̃
47 rapta,fuit ab alijs per prius cognita.Boſſ.*de plu-*
*ribus violentijs.nu.*69. quia nõ p̃ſumiẽ, quod quis
ꝑ vim rapuerit illã,ꝗ alteri cõſenſerat.Marſ.*ſing.*
74.circa med. Grã.*deciſ.*107 *nu.*5.poſt Marſ.*conſ.*
*47.et in l.maritus.in fi.ff.de q.*quos ipſe ibi allegat,
& dicit Carrer.*in ſua pract.§.circa quartã.nu.*283.
quod ſiue ab alio, ſiue ab ipſo raptore aliàs co-
gnita fuit,ceſſat raptus, qa vis nõ p̃ſumiẽ,& plu-
res ad hoc allegat. Quod aũt Iulia fuerit ꝑ prius
ab alijs carnaliter cognita,deponit D.Flori9 fol.
28.de auditu,& quod cognita fuerit ab Alphõſo
Palatonio, & equite Bauerio, dicit Iulius Galli-
conico de auditu ab ipſo Alphõſo fol.54.& Illu.
D.Baldaſſar de Comitibus ex cõfeſſione equitis
Bauerij,qui teſtes de auditu in caſu iſto probãt,
vt inferius dicetur, & vr̃ ẽt probari cõcludenter,
attẽta facti qualitate ex depoſitione Cæſaris de
Piſis,qui fol.204. dicit aſſociaſſe, & vidiſſe dictũ
equitẽ,& D. Alphonſum de nocte introiuiſſe in
domũ per portã apertã a Iulia, & fol.214. dicit,
detto Caualiere ſe ritiraua da bãda in q̃lla medeſima
ſtãza cõ Giulia,& li ſi chiauauano cred'io,et ſe ritira
uano in vn cãtone,& li ſi braccianano, et ſi sẽtino bac
ciare,& audiuit,Iuliã dixiſſe eqti, *forſante*, ex cã,
prout eques ipſi retulit, qa tetigerat illius annũ.

Tertio ad eſſentiã criminis raptus requiritur,
48 quod mulier,ꝗ dr̃ rapta,honeſtè viueret;& ſic in
muliere ſoluta inhoneſtè uiuente,ceſſat raptus,
vt demõſtratur ex *d.l.unica. de rapt.uirg. in primis*
verbis ibi, raptores uirginũ honeſtarum, & ita dixit
Pau.de Caſt.not.& uiden.*conſ.272. quæritur uiſo*
per totũ.uol.2.per tex.in l. qui adulteriũ. cũ ibi nota-
tis. C. de adulter. Et ibi ſubdit plus vr̃ uelle *glo. in*
*d.l.unica.in prin.*licet in nupta, ẽt inhoneſtè viuẽ
te,cõmittatur adulteriũ punibile,non ſic cõmit-
titur crimẽ raptus,in quo requiritur honeſtas in
muliere; & quod in ſoluta requiraẽ honeſtas,di-
xerunt ẽt Marſ.*d.l.unica.num.* 13.& Rimin.*conſi.*
*17 .nu.20.uol.*1.& ibi,quod rapiens,& cognoſcẽs
mulierẽ inhoneſtè uiuentẽ, nõ uenit puniẽdus,
& hoc procedit ẽt in muliere ſemel ab alio tacta,
uel oſculata,ut per Marſil. *in d.l.unica, num.* 13.
49 Honeſtas aũt dr̃ quaſi honoris ſtatum conſer
uans,& eſt virtus contraria turpitudini. Archid.
in c.erit aũt lex.4. diſt. in princ. & honeſtè uiuere,
eſt in ſe nihil turpitudinis habere.Pariſ.*cõſ.9. nu.*
33.uol.2. Quinimò mulier,quæ hẽt mentẽ corru
ptam,etiãſi corpore fuit intacta, non dr̃ honeſtè
viuere,imò adultera.Alex.*conſi.77. nu.1.uol.7.* &
idẽ dixit Pariſ.*conſ.160.num.22.uol.4.* & facit ad-
hoc tex.notabilis *in cap.nec ſolo.32.q.5.* cuius ver
ba formalia ſunt hæc, nec ſolo affectu, & tactu,
ſed aſpectu quoq; apperitur,& appetit concupi-
ſcentia fęminarum; Nec dicatis,vos aĩos habere
pudicos,ſi habeatis oculos impudicos,qa impu-
dicus oculus impudici cordis eſt nuntius, & ſe ſi-
bi inuicẽ,ẽt tacente lingua, cõſpectu mutuo cor
dis nunciãt impudica; & ſecundũ cõcupiſcentiã
carnis alterutro delectãtur ardore,& in tactis ab
immunda violatione corporib. fugit caſtitas ip-
ſa de moribus,& in c.ſeq. dr̃, qui viderit mulierẽ
ad concupiſcendũ eam,iam mœchatus eſt in cor-
de ſuo,quia etiã ſolo uiſu, cum turpiter innupta
cõcupiſcitur, adulterium perpetratur, & ita etiã
hos textus deſcribit Alex.*in d.c.conſ.77.*
50 Dubium tñ vr̃, cui incũbat onus probãdi ho-
neſtatẽ,uel inhoneſtatẽ prætenſæ raptæ;& clarũ
eſt ex cõi omniũ opinione, quæ non habet con-
tradictorẽ,ꝙ Fiſco agẽti pro raptu,incũbat onus
probandi,Iuliã tunc fuiſſe honeſtę vitæ.Veron.
*conſ.57.nu.7.uerſ.poſtremo.*Marſil.legendo,& cõ-
ſulendo,ut *in l.ſi quis ne q.nu.137.ff.de q.in rub. de*
probat.nu.442.ſing.187.ante finem,et in conſ.96.&
*conſ.38.*Plot.*in l.ſi quãdo,n.355.& ſecundum aliã*
*impreſſionẽ.§.8.nu.2.& 3.C.unde vi.*add.ad Cror.
*in tract.de teſtib.n.394.in fi.*Rim.*d.conſ.17.nu.16.*
Cęph.*conſ.206.n.7.conſ.8.n.7.& 8.conſ.377.n.9.*
conſ.350.n.24.conſ.504.nu.24.& conſ.601.nu.10.
Rolan.poſt plures alios,quos allegat,*conſ.84.n.*
*10.uol.3.*Burſ.*conſ.69.nu.4.*Vulpcil.*conſ.61.nu.5.*
*& ſeq.*Bertaz.*conſi.50.nu.* 1. qui ſupradictos om-
nes refert,& atteſtatur non ſolũ de cõi,ſed quod
iſta concluſio nullum habet contradictorem: cũ
autem Fiſcus id non probauerit, ſequitur,quod
inculpatus de raptu abſolui debet, & dicit idem
Burſat.poſt alios,quos allegat,*d.conſ.69.num.4.*
Comprobatur hoc tam ex eo,quod iſta qualitas

honeſtat is mulieris non naſcitur cũ muliere, nec pſumitur, pſertim, qñ agitur de piudicio alterius. Bertaz. d. conſ. 50. nu. 10. & ẽt ex eo, quod agitur criminaliter; quo caſu ẽt ceſſat præſumptio, & probari debet. Rolã. conſ. 12. in 2. vol. diuerſ. in fol.

Et licet, vt demõſtratum eſt, Fiſco incumbat onus id probandi, & Fiſcus aliter non probauerit, & ſic Reus abſolui debeat per ſupradicta, tamen pro parte D. Ducis, ad tollendum omne dubium, fuit probata in honeſtas ipſius Iuliæ; & ſic quatenus eſſet præſumptio honeſtatis, veritas tamen præfertur præſumptioni. l. fin. ff. de probat. Et qũo dicat̃ pbata inhoneſtas, præmittendo, ꝙ
51 inhoneſtas probatur ex indicijs, præſumptionibus, & coniecturis, vt in terminis dicunt Veron. d. conſi. 57. nume. 8. Pariſ. d. conſi. 160. num. 28. ver. licet enim, dicitur inquam probata inhoneſtas per teſtes formiter examinatos, deponẽtes reſpectiue vidiſſe, illam facere actus inhoneſtos, non conuenientes honeſtæ mulieri; audiuiſſe oſculari; vidiſſe homines de nocte ad illam acceſſiſſe, ac ſolam cum ſolo loquentem, amorem cum pluribus feciſſe, & hoc dicitur ſufficere ad probandũ inhoneſtatem mulieris; cum de neceſſitate non ſit probandum certum factum in ſpecie, ſed in genere, mulierem eſſe inhoneſtę vitę, & teſtes ſingu
52 lares ſufficiant, quorum vnus probet de vna re inhoneſta, alius de alia, vel quod viſa fuit deridere iuuenes, vel viſa in rebus Venereis, vel ſola cũ ſolo oſculante, vel tangente, prout docet Alex. ponens dicta media conſi. 13. nu. 23. vol. 7. ita etiã tenuit Bald. conſi. 207. quia dicta domina. vol. 4. & iſta eſt cõmunis opinio, prout atteſtatur Gram. d. deciſ. vlt. num. 9. Nam cum agatur de probanda impudicitia, ſeu inhoneſtate mulieris, ſolent ſufficere qualeſcunque probationes, etiam pręſumptiuę, præſertim, quando non agitur ad diſſolutionem matrimonij c. literis. cap. tertio loco. de præſump. & dixit Fel. in c. præterea. nume. 3. de teſtibus, quod admittuntur indicia latiora, & Abb. in d. c. tertio loco. colu. 1. dicit inter cætera, quod aſſertio
53 teſtium credentium, quod ita ſit, multum operatur; & cum probatio copulæ carnalis illicitæ, ſit de actibus, qui clam fieri ſolent, dicuntur ſufficere qualeſcunque probationes. Alex. conſil. 64. col. fi. vol. 1. conſil. 53. vol. 2. conſil. 90. vol. 6. refert, & ſequitur Iacob. Alban. conſi. 25. num. 4. & 7. Nam
54 cũ agatur de probanda innocentia, & non vt inhoneſtas puniatur, leuior probatio requiritur, coniecturæ ſufficiunt, teſtes de auditu, & de iudicio, & credulitate pbãt. Cęphal. conſ. 140. nu. 10. & num. 27. 28. & 29. poſt Dec. conſ. 458. & 469. & Grã. conſ. 56. n. 31. et col. 169. n. 8. & alios quos idẽ Cæph. n. 10. allegat, & rõ ſm̃ Cæph. ibi n. 11. et 12. quia agitur de probanda innocentia, & de damno vitando contra Fiſcum, de lucro tractantem.

Quarto ceſſat pœna raptus ex eo, quod Iulia voluntariè diſceſſit, & aufugit, quę volũtaria fu
55 ga probatur per teſtes Fiſci, quod ipſamet eadẽ nocte comptam ſe fecit, etiam lauando corpus, & proijciendo cordulam ex feneſtra, & quod noluit cenare; & demõſtratur etiam ex pluribus interrogatorijs per fiſcum factis, quæ interrogatoria, cũ hodie ſuccedãt loco inquiſitionis, pbant;
56 & eiſdẽ verbis iudicis interrogantis ad fauorem inqſiti, ſtat̃. Bero. conſ. 173. n. 23. vol. 3. & Bertaz. in conſ. 222. nu. 2. vbi alios ad hoc allegat, qua voluntate ſtãte, hodierna die ceſſare crimẽ raptus, dixit in terminis Pariſ. conſ. 170. nu. 4. vol. 4. & dicit hoc tradi p oẽs in c. cũ cauſa. ext. de rap. & in d. l. vnica. C. eo. ti. & ita dicit tex. in d. c. cũ cauſa. ibi, cũ habueris mulieris aſſenſum, & dixit Barb. cõſ. vlt. n. 1. vol. 2. ꝙ licet crimen raptus cõmittatur ẽt in volente, d. l. vnica, tñ hoc ſublatũ eſt de iure Canonico, per tex. in d. c. cũ cauſa, & rõ eſt, quia volenlẽti, & conſentiẽti nõ fit iniuria, l. cũ donationis. C. de tranſ. Alciat. in terminis noſtris in conſ. 21. n. 6. lib. 7. Illa. n. dr̃ rapi, q̃ per vim trahitur, cum rapina violentiã comitetur, ſm̃ Bald. in d. l. ſed eximendi. ff. ne quis eum, qui in ius vocatus. Nec põt dici rapta, quę ſe volẽs rapienti expoſuit. c. lex illa. 27. q. 2. & ita dicit Catald. de Boncompag. conſi. 59. num. 27. in 1. vol. diuerſ. parua impreſſ. & in hoc videndus eſt Giliol. de Cremon. conſil. 40. per tot. volum. 2. conſ. diuerſ. dicta paruæ impreſſionis, vbi in caſu monialis dicit, quod quando non fuit illata vis mulieri, patri, vel fratribus, qui erant abſentes, etiam ſi adducẽs eſſet armatus cum ſocijs ex eo, quod adhoc non erant armati, ſed ſoliti arma deferre, ceſſat crimen raptus, & illius pœna.
57 Quinto ceſſat crimen raptus, & impunitas carnalis cognitionis ſtante vilitate eiuſdem Iuliæ, & parẽtum, prout credimus probatũ, & ꝙ ipſa Iulia tempore aſſerti raptus, ſeu verius voluntariæ fugæ, erat ancilla; & hinc eſt, ꝙ Ang. in l. ſi quæ ill. C. ad Orficianum, loquẽs de iſtis fantcolaſtribus, modo vnã domum, modo aliã domum ingrediẽtibus, dicit, qđ cognitio non dr̃ punibilis, refert, & ſequit̃ Pariſ. conſ. 160. n. 10. vol. 4. & Gram. poſt Ang. in d. deciſ. vlt. nu. 7. dicit non debere puniri ſcholares habentes acceſſum ad iſtas mulieres, q̃ fanteſchæ vulgò appellantur, licet ſint liberæ.

Nec obſtat, ꝙ dr̃ de ſchala, & ꝙ Iulia per ſchalã deſcẽderit, quia hoc nihil ad D. Ducẽ, qui ſcalã nõ appoſuit, non ſubminiſtrauit, nec apponi, & ſubminiſtrari mãdauit, ſed Iulia, quæ aufugit, & aufugere procurauit, vt dictum eſt, cum ſchala
58 deſcẽdere voluerit. Secundo, qñ ſchala apponit̃ cã libidinis in muliere nõ caſta, agitur ſolũ de pęna iniuriarũ, Bal. in l. fi. n. 3. ff. de rer. diuiſ. per tex. in l. verũ. ff. de furt. & hodie appoſitio ſchalæ cõſideretur ſolũ ad aggrauãdũ principale delictum, & ſic raptũ, prout dicit Clar. §. fi. q. 68. verſ. Aſcendẽs, ſed cũ rapt⁹ ceſſet, ceſſate ẽt dr̃ qualitas ſchalæ, cũ non poſſit aggrauare raptũ, qui nõ exiſtit.

Sexto, & quatenus ẽt eadẽ Iulia fuiſſet honeſta, prout non erat, & inhoneſtas nõ fuiſſet probata, prout fuit, cũ tñ non probetur, quod tunc
u Iulia eſſet virgo, & quod ſtuprata fuit ᵘ à D. Du
59 ce, adhuc pęna ordinaria puniri non poſſet, ſed tñ pœna extraordinaria, ita dixerũt Ang. in d. l. vnica. num. 6. Anan. in c. vlt. col. pen. de rap. Veron. d. conſi. 59, in fine. Dec. conſi. 234. colum. pen. Marſil. conſ. 105. Carrer. in pract. §. circa quartum. numero 285. & etiã alij, quos refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. Iudic. caſu 360. nu. 30. & 31.

Cum autẽ dicta Iulia eſſet inhoneſta, ab alijs
per prius cognita, & etiam ab ipſo D. Duce, ẽt
præſuppoſito aſſerto raptu, qui penitus in caſu
noſtro ceſſat per ſupradicta, tunc contra ipſum
60 D. Ducem non poſſet tractari de pęna raptus or
dinaria, ita dixit Paul. de Caſtr. *in d. conſ. 272. vol.*
2. Gram. *d. deciſ.* 107. *nu.* 5. *ubi num.* 6. ſubdit, quod
de coitu non violẽto habito cũ muliere non nu-
61 pta, q̃ nomen honeſtæ mulieris non retinet, iudi
candus eſt, prout de coitu habito cũ meretrice,
& Marſil. *in l. Maritus nu.* 46. dicit, qđ ſtatutum
loquens, quod rapiẽs mulierem ſolutã puniatur
pęna capitis, nõ hẽt locum in rapiente mulierẽ,
quæ ſemel ab alio fuit tacta, vel quam alius oſcu
latus eſt; qa tunc non præſumitur rapta per vim,
& contra eius voluntatem. Marſi. *d. ſing.* 74. *circa*
med. Ioſeph. Fontanell. *conſ.* 97. *num.* 37. *in* 2. *vol.*
conſ. parua impreſ. Quod fortius procedit in caſu
noſtro, cum ptobata fuerit voluntas eiuſdem Iu
liæ, & Menoch. *de arb. iud. caſu* 291. *nu.* 2. & 3. cõ-
cludit, quod rapiens mulierem inhoneſtæ vitæ,
ſecũdum magis receptam, & veram opinionem,
pęna extraordinaria iudicis arbitrio punitur, &
ad hoc allegat Bal. *in l. fi. ff. de rer. diuiſ.* Marſil. Di
dac. & plures alios, vt ibi per eum, & ſic p̃ſuppoſi
to raptu commiſſo in pſonam mulieris inhone-
ſtæ, nõ põt tractari, niſi de pęna extraordinaria,
& ſic ſolum de pęna non corporis afflictiua, Ga-
br. *lib.* 7. *crim. concl.* 14. *nu.* 8. & ſic niſi de pęna pe-
cuniaria, vt declarat Soc. *conſ.* 104. *in fine vol.* 1.

Quæ pęna extraordinaria minorari etiam de-
62 bet, ex pluribus; & primo, qa dicta Iulia nõ fuit
rapta, ſed conſenſit, & volũtariè acceſſit, vt ſupra
dictum fuit, & in hoc vr̃ intrare, quod dicit Bart.
in l. 2. *nu.* 7. *ff. de duob. reis*, quod ſi articulatũ fuit
q̃ Titius cognouit Seiam violenter, quod iſtud
aduerbium, volenter, poteſt intelligi etiam paſſi
ue, hoc eſt de violentia illata ipſi Titio, per quã
compulſus eſt hoc facere; & ſic, quod D. Dux me
diantibus illicitis actibus, illicito amore, ac illici
tis medijs, fuerit ad id per Iuliam inductus.

Secũdo, quia idem D. Dux ſponte, ac in carce
63 rib. poſitus, & oblatus fuit per Illuſt. & Reue. D.
Card. quo caſu, vel in totũ ipſe venit liberãdus,
vel ſaltẽ pęna minoranda, *vt in cautela* 1. Veron.
vt ibi late per eũ, & ita ẽt tenuit Menoch. *de arb.*
iud. caſu 347. *in fine.* Aym. *cõſ.* 309. *nu.* 3. vbi dicit,
quod debet liberari, vel ſaltẽ in exilium mitti, &
ita etiam tenuerunt Salic. *in l. propter inſidias. C.*
qui accuſ. non poſſ. Fel. *in c. accuſaſti. nu.* 13. *de accuſ.*
Marſi. *in l.* 1. §. *ad quæſtionem, nu.* 16. *ff. de q.* & plu-
res alij, quos allegat Menoch. *in d. caſu* 347.

Tertio, cum D. Dux natus fuerit decimanona
64 Aprillis 1566. & ſic minor annis viginti, tunc ẽt
reſpectu huius ætatis, pęna minorari debet; & ita
eſt cõis opinio omniũ. gl. *in l. impunitas. C. de pœn.*
Doctor. *in l. auxilium.* §. *in delictis, ff. de minor. et in*
l. 1. *C. ſi aduerſ. delict.* Marſi. *ſin.* 628. & plures alij,
quos allegat Sfor. Odd. *in tract. de reſtĩ. in integ. in*
2. *p. q.* 80. *art.* 9. *nu.* 72. *verſ. in contrarium eſt commu*
nis, & ibi loquitur ĩ minore vigintiquinq; annis,
& maiore quatuordecim. & ibi *nu.* 73. *cum ſeq.* al-
legat plures rõnes videndas, quę multũ conferũt
65 ad caſum noſtrũ. Nec erit dubitandũ, an Iudex
in caſu hmõi teneatur minorare hanc pęnã, quia
cõis concluſio eſt, q̃ tenetur, vt dicit Sfort. *in d.*
art. 9. *nu.* 73. & ad hoc allegat Foller. *in pract. Can.*
in 2. *p. uer. omnibuſq; recte penſatis*, & alios, vt ibi p
eum. & cũ teneatur, & poſſit dubitari, q̃ pęnã ita
minorandã imponere debeat, dr̃, qđ cõis opinio
eſt, qđ quoties pęna veniret imponenda corpo-
66 ris afflictiua, pp dictã minorẽ ætatẽ, pecuniaria
tñ imponi dẽt. Marſ. *conſ.* 30. *nu.* 20. *conſi.* 39. *nu.*
59. Gram. *deciſ.* 23. *nu.* 12. Soc. iun. *conſ.* 117. *nu.* 38.
lib. 3. Rolan. a Vall. *conſ.* 51. *nu.* 41. *lib.* 1. *et conſ.* 77.
num. 9. *uer.* 8. *lib.* 3.

Quarto minorari debet pęna ex lõga carcera-
tione D. Ducis, cũ maxima corpotis, & perſonæ
afflictione, & incommodo. gl. & Doct. *in l. ſi diu-*
tino. ff. de pæn. Rober. Marant. *de ord. Iud. in* 7. *par.*
princip. nu. 101. Gramm. *conſ.* 63. *nu.* 5.

67 Quinto ex nobilitate ipſius D. Ducis, propter
quã nobilitatẽ pęna ſimiliter mitigari dẽt, Grã.
deciſ. 23. *nu.* 10. & *deciſ.* 32. Couar. *lib.* 2. *var. reſol.*
c. 9. *nu.* 4. *fol.* 507. Foller. *in d. pract. canon. in* 2. *par.*
Rub. omnibuſq; diligenter pẽſatis, nu. 11. Luc. de Pẽ.
in l. 2. *C. de deſer. lib.* 12. & *in l. nobilioris, in* 2. *priuile.*
C. de dignit. eod. lib. & eſt tex. *in l. ſplendidioris. C. de*
diuer. offic. eod. lib. 12.

Cum autem tractetur de pęna extraordinaria
moderanda, & vnica tantum cauſa ſufficiat, ad
minorãdum pęnam; & in caſu, de quo agitur, de-
ducantur quinque legitimæ cauſæ, & vnaquæq;
cauſa debeat intelligi cum effectu aliquid operã
di, ſequitur, quod pęna taliter eſt moderanda, vt
ad nihilum, vel ad modicum reducatur, & ita ſpe
ratur exequi à D. V. Illuſtriſſima Iudice iuſtiſſi-
mo, & doctiſſimo. LAVS DEO.

Reſolutio huius cauſæ fuit poſita per Burſatt. in conſ.
445. in fine, quia ſcilicet Dux fuit relaxatus cum pœ
na ſcutorum duorũ millium, in pios vſus, arbitrio
Sanctiſſimi, erogandorum, ac etiam ipſi iniuncto
interuiendi proprijs ſumptibus & expenſis per Biẽ-
nium pro Generali Duce, & Gubernatore in Ciui-
tate Auinioni.

ADDITIONES.

a Locum. Ergo vbi nõ adeſt trãſductio de loco
ad locũ, raptus crimẽ nõ intrat; & p pea nõ
ſufficit, q̃ gr̃a cõmodioris vſus q̃ puellã moueat
de vno loco ad aliũ, puta de vna Camera ad aliã,
ſed reqrĩ loci diuerſitas in totũ, vt p Maſcar. *de*
pba. cõcl. 1253. *n.* 20. *et ſeqq.* & ĩ ſpecie in caſu hui⁹
conſilij, vide bene & reſpondentẽ, & declarantẽ
Burſ. *conſ.* 445. *nu.* 39. *et ſeqq. li.* 4. Hõded. *conſ.* 98.
n. 1. *et n.* 25. *li.* 1. Dec. *trac. cri. t.* 2. *li.* 8. *rapt⁹ qd. n.* 31.

b *Libidinis.* Ergo vbi mulier non fuit rapta cau-
ſa libidinis, prout eſt, quando rapitur mulier ve-
tula, & antiqua inepta ad Venerem, tunc non di
citur cõmitti raptus, ſed pręſumitur ex alia cauſa
rapta. Carer. *in pract.* §. *homicidium. nu.* 289. Maſc.
concl. 1253. *nu.* 33. & 34.

c *Debebat.* Pro hac opinione Boſſij addo Ste-
phan. Lambert. *in tract. de contract. eor. &c.* gloſſ.
ſua. nu. 4. *iuncta nu.* 50. vbi in ſpecie reprobat Cæ-

poſt. in d. conſi. 57. Nec diſſentit Patiſ. in conſ. 160. nu. 28. Verum pro contraria opinione, quod immo iſta qualitas inhoneſtatis ſit probanda per fiſcum vltra allegatos nu. 50. Addo Andr. Saly. de pace publica. c. 13. nu. 7. li. 1. & Bertaz. in conſ. 50. li. 1. per totum, vbi alios refert concordantes, teſtatur de communi, & reſpondet cõtratijs; & in hac contrarietate cõſidera ſi poſſet dici, quod prima opinio procedat, quando qualitas inhoneſtatis requiritur a iure communi. Secunda aũt, qñ requiritur a ſtatuto, prout diſtinguit Maſc. de proba. li. 3. concl. 1248. nu. 18. & ſeq. vbi etiam dat alias diſtinctiones, quas ibi videas per eum. Sed quod imò indiſtinctè & omni caſu ſit probanda per inquiſitum, vide late conſulentem Laderc. Imol. in conſi. 183. lib. 1. per totum, vbi etiam multa bona in materia.

d *Meretricia.* Hæc concluſio vltra inferius tradita in conſilio, expreſſe reprobatur per Burſ. in d. conſi. 145. nu. 47. & ſeqq.

e *Poteſtate.* Videtur cõcludere D. Fiſcalis, quod raptus dicitur etiam committi in muliere inhoneſta, quãdo illa rapitur ex aliena domo inuitis parentibus, aut aliis ibidem exiſtentibus, quod Burſ. in conſ. 445. nu. 48. verſ. ad tertium, & nu. 49. non admittit quoad pęnam ordinariam.

f *Tẽpore raptus.* Iſta concl. declarat̃, ſeu potius reprobatur per Burſ. in conſi. 445. nu. 50. & ſeq. li. 4.

g *In delictis carnis.* Verior eſt opinio, quod etiã in delictis carnis minor ætas faciat minuere pœnam, etiam in maiore quatuordecim annorum, dummodo ſit minor 25. licet bene verũ ſit, quod non excuſet in totum, ſecundum Alberic. in l. auxilium. §. in delictis. nu. 3. ff. de minor. Odd. de reſtit. in integ. par. 2. q. 81. n. 1. & ſeqq. & poſt nu. 19. et 20. Franc. Calax. in repet. l. ſi curatorem. in verbo, uel aduerſarij dolo. C. de reſti. in integ. Et licet contrarium videatur de mente gl. in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndũ. in uerbo, et ſi ſubueniatur, uerſ. ſi uero criminaliter. ff. de minor. & in d. §. in delictis. in verbo, atrocioribus, per illum tex. in illis verbis, vtique nulla deprecatio adulterij pœna eſt, &c. Primam tñ opinionẽ veriorem eſſe, communiter receptum eſt per Doct. cum in crimine ſodomiæ, quod atrociſſimum eſt inter delicta carnis, minorem 25. annorũ mitius puniendum eſſe, ſcripſerunt Soc. iun. conſ. 7. li. 3. Hipp. Riin. conſ. crim. diuer. 135. nu. 18. tom. 1. Menoch de arbit. q. li. 2. caſu 286. nu. 18. & caſus 329. nu. 5. Rolan. conſil. 77. nu. 9. verſ. ſextodecimo accedit. lib. 7. Et ſi etiam in hoc ſodomiæ crimine contrarium voluerit Gramma. in conſt. Regni, tit. de reſtit. minor. num. 7. in fine. Bombin. conſil. 65. prout illum refert Bonacoſſ. in commun. opinio. par. 1. verſ. ſodomitæ puniuntur. fol. 71. col. 1. Et cum hac contraria opinione concordat etiam conſtitutio Marchiæ lib. 4. cap. 69. ſed circumſcripta dicta conſtitutione, nulli dubium, quod de iure communi, & verior, & magis communis eſt opinio illa, quæ etiam in delictis carnis fauet minoritati, ad minorandum pœnam.

h *Minore.* Falſa eſt concluſio, quod ſcilicet in delictis minor 25. annorum non puniatur mitius, quia immo regula eſt in contrarium, quæ probauit in l. ferè in omnibus, & ibi præſertim Dec. nu. 1. in 1. not. & nu. 3. verſ. & idem eſt dicendum in minoribus 25. annis, & ibi etiam Gabr. Mayner. nu. 10. ff. de reg. iur. & de communi teſtatur Petr. a Plac. in epith. delict. c. 32. nu. 11. Clar. in prac. §. fi. q. 60. in prin. Rol. cõſ. 77. per tot. lib. 3. Odd. de reſt. in integr. par. 2. q. 80. nu. 72. & ſeqq. & latiſſimè comprobat D. meus Farin. in tit. de pœn. temper. nõdum impreſ. q. 92. nu. 41. Vbi alios plures & antiquiores, & recentiores refert Doctores, reprobando Vulpell. in loco per Conſultorem allegato.

i *Nobilitas.* Nobilitas, an, & quando faciat in delictis minuere pęnam, vide regulam cum ampliationibus, & limitationibus, poſitam per D. meũ Farin. in tit. de pœn. temper. nondum impreſſ. in q. 98. nu. 93. & ſeqq.

K *Vilitas Iulia.* In crimine raptus crederem, quod vilitas non excuſet rapientem, ſaltem a pœna extraordinaria, quicquid dicatur in hoc eod. cõſi. infra nu. 57. ſed circumſcripto raptu in ſtupro, Doctores uidentur tenere illud eſſe impunibile, per tex. in l. qua adulterium, & ibi glo. in verbo, adulterium. C. ad leg. Iul. de adulter. Bal. conſ. 206. nu. 1. li. 3. Socin. conſ. 148. nu. 4. & nu. 6. Natt. conſ. 421. nu. 12. Thob. Non. conſ. 53. n. 10. et nu. 36. Ioſeph. Ludou. deciſ. Lucen. 61. nu. 13. & ſeq. & tamẽ nec hoc etiam crederem admittendum, quoad omnẽ pęnam, ſed tantum quoad pœnam ordinariam.

l *Amoris.* Verius eſt, quod ardor amoris faciat ẽt mitigare pęnam in delictis carnis; nec eſt bona ratio, quod alioquin nunquam delicta carnis punirentur, cum ſemper ex amore proueniant, per id, quod in ſimili videmus de oſculante puellam in via publica, cum aliquatenus parcendum eſſe, exemplo Piſiſtrati Atheniẽſium Tirãni, ſcripſit Valer. Max. li. 5. rer. memor. c. 1. quem refert Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 4. in fi. nu. 5. & extat deciſ. Afflicti 276. & poſtea Ludo. Piguer. deciſ. crim. 7. per totã, prout pariter amorem excuſare ab infamia, & meretricio, ſcripſit Io. Fab. in §. ſoror. inſti. de inoff. teſtam. loquitur Menoc. de arb. q. li. 2. caſu 328. nu. 3. & ſeq. prout hæc, & alia quamplura in iſta materia excuſationis propter amoris ardorem, latiſſimè more ſuo deduxit D. meus Farin. in tit. de pœn. temper. q. 98. nu. 77. & ſeq.

m *Præſentatione.* Quicquid de iure dicant Doctores in hac materia, in practica difficile eſt obtinere diminutionem pœnæ, propter pręſentationem carcerari factam a patre, & contrarium ſeruari ſcripſit Rayner. de Forliu. in l. milites agrum. §. deſertorem. ff. de re milit. Cæpoll. caut. 1. in fin. vbi tamen loquitur in crimine læſæ Maieſtatis, Caret. in pract. crim. in tract. de homicid. & aſſaſin. §. nona quæro, numero 16. folio mihi 103. & in §. circa itaque ſecundum. numero 11. in fine. Menoch. de arb. q. li. 2. caſu 347. nu. 4. Vbi refert Clar. allegatũ hic in conſil. Verum ad hæc vide regulam cũ ſuis ampliationibus, & limitationibus, poſitam per D. meum Farinac. in tract. de pœn. temp. q. 98. cauſa 18. nu. 174. & ſeqq. vbi præſertim nu. 172. dicit, ſe nunquam habuiſſe hũc caſum in practica; ſed ſi cõtigeret, crederet male facere iudicem, qui pęnam non minueret, ſaltem Principe in conſulto.

n *Scala.* Vide in materia, quæ dixit D. meus Farinac. *in ſua pract. crim. par. 1. in tit. de delict. et pœn. q. 20. nu. 145.*

o *Fuga ſociorum.* An fuga ſocij criminis faciat indicium ad torturam cõtra alium ſocium, eſt articulus controuerſus, vt videre eſt apud D. meum Farinac. *in ſua pract. crim. in tit. de indic. & tortur. num. 21. & ſeqq.* vbi referuntur Doctores hinc inde contrarij, & poſtea relatis aliorum diſtinctionibus ipſe ſuam proponit ſententiam, & addo Honded. *in conſi. 97. nume. 32. & ſeqq. & conſi. 87. nu. 148. & ſeqq.* vbi loquitur in aſſerto mandatario contumace, & in contumaciam condemnato, dicitque, quod non facit indicium cõtra prætenſum mandantem, & quod contraria ſententia communiter reprobatur.

p *Præſumptionem.* An teſtimonium de auditu faciat præſumptionem, vel ne, diſtingue, aut ſumus in ciuilibus, aut in criminalibus; ſi in ciuilibus, & tunc nulli dubium, quod faciat aliquam præſumptionem ſecundum omnes: ſed an hæc præſumptio transferat onus probandi contrarium in aduerſarium? Doctores varij fuerunt; ſed magis communis opinio eſt, quod non; ſi verò in criminalibus, & tunc verior eſt opinio, qd non faciat præſumptionem, nec indicium, præſertim ad torturam, licet hæc opinio non tranſeat ſine contradictoribus, prout hæc omnia benè videre poteris apud D. meum Farinac. *in ſuo tract. de teſtib. q. 49. num. 4. & ſeqq. vſque ad nume. 17. & nu. 32. & ſeqq. vſque ad nu. 31.*

q *Mendacium.* Mendacium an, & quando faciat indicium ad torturam, vide regulam cum ſuis ampliationibus, & limitationibus, poſitam per D. meum Farinac. *in ſua pract. crim. par. 1. in tit. de indic. & tortur. q. 52. num. 1. & ſeqq.*

r *Inhoneſtas.* Inhoneſtas, ſeu meretricia mulieris vita quomodo, & ex quibus actibus probetur, vide Bald. *in l. data opera, colum. 12. verſi. poteſt poni aliud, C. qui accuſ. non poſſ. & in l. neq; natales, col. 1. C. de probat.* Mattheſ. *ſing. 101.* Boſſ. *in titu. de plurib. violent. num. 68.* Franc. Marc. *quæſt. 899. nu. 11. fol. mihi 302.* Natta *conſil. 206. ad fin.* Rolan. *conſil. 74. num. 18. & ſeqq. volum. 1.* Pariſ. *conſ. 160. per tot. vol. 4.* Tiraq. *de legib. connub. pag. 284. nume. 34.* Cæphal. *conſil. 140. nume. 27. & ſeqq. volum. 1.* Alexand. *conſi. 13. lib. 6.* Hippol. Rim. *conſi. 274. lib. 3.* Soc. Iun. *conſi. 99. num. 28. vol. 2.* Monticell. *in repert. teſt. pag. mihi 370. reg. 10. nu. 4.* Decia. *in tract. crim. tom. 2. lib. 8. tit. raptus quid, nu. 10. & 16.* & Maſcar. *concluſ. 63. lib. 1. & concl. 452. nume. 12. & concl. 810. num. 19. & concl. 981. num. 3. & concl. 1163. num. 19. 20. & 25.* Et quod etiam inhoneſtas, & meretricia vita probetur per teſtes ſingulares, adeas D. meum Farinac. *in tract. de teſt. tit. oppoſ. contr. dict. teſt. q. 64. num. 223.*

ſ *Commixtionis.* Si vis ſcire, an, & quãdo copula carnalis probetur per teſtes deponentes de auditu ſuper commixtionibus, oſculis, tergiuerſationibus, & ſimilibus, vide regulam cum ampliationibus, & limitationibus, poſitam per D. meum Farinac. *in ſuo tract. de teſt. q. 69. nu. 197. & ſeqq.*

t *Plena probatione.* In delictis occultis, & difficilis probationis, poſſe quem cõdemnari ex præſumptionibus, & indicijs, ſcripſerunt Bald. *in l. quicunque, numero 25. C. de ſeru. fugit.* Alex. *conſil. 69. numero primo ſeqq. libro 2.* Brun. *de indic. & tortur. par. 1. quæſt. 4. numero 7. verſ. item adde,* Aym. *conſi. 73. numero 19.* Gram. *conſi. 22. num. 14.* ſequitur Marſil. *conſi. 44. numero 8. ſeqq.* Caret. *pract. in 2. tract. de indic. & tortur. §. in tex. ergo, ibi, argumentis conuictus, numero 2.* Nouell. *reg. 160. in 3. fallen.* vbi refert ad occultationem, ſeu lacerationem ſcripturarum, *& reg. 162. in princip. & in 2. fallen.* Herculan. *de nega.* qui tamen in ciuilibus loqui videtur, *nume. 309. & 317.* Petraſ. *ſing. 8. in princip.* vbi teſtatur de communi, Pariſ. *conſ. 57. numero 33. & ſeqq. conſi. 75. num. 16. ſeqq. lib. 1.* Iuſtin. Bonderan. *conſ. crim. diuerſ. 54. nume. 34. ſeqq. libro 2.* Paul. Meren. *inter eadem conſilio 90. numero 27. ſeqq. eod. lib. 2.* Matth. *in ſuis reg. crim. verſ. in criminibus occultis, fol. mihi 346. colum. 1. inter commun. opi. diuer. lib. primo* deciſ. Pedem. *72. nu. 1.* vbi alij referuntur, Monticell. *reg. crim. 11. nu. 18. & 19.* vbi alij referuntur, Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 20. verſ. ſcias tamen, ad fin. ibi, alij vero dicunt, &c.* vbi quod ita communiter tenetur, ex Caret. in loco per eum citato, & quod ita apud eum ſeruatur, Ioſeph. Ludou. *concl. 45. in 6. amplia.* Euge. *conſil. 27. num. 12.* Maſcard. *de prob. lib. 1. concl. 496. num. 4. & concl. 459. nu. 16. & concl. 461. nu. 10. verſi. limita concluſionem, et lib. 2. concl. 830. nu. 4. & 7.* vbi alios plures refert concordantes, *& lib. 3. concl. 1386. nu. 4. ſeqq.*

Sic & pariter imperfectas probationes, ac præſumptiones coniungi ad condemnandum in criminibus occultis, & difficilis probationis, ſcripſerunt Roman. *conſi. 7. num. 3.* Marſil. *conſil. 44. num. 10.* Aym. *conſi. 73. num. 19. ſeq.* Pariſ. *conſi. 57. num. 36. ſeqq. & conſ. 74. num. 20. ſeqq. lib. 1.* Alex. *conſi. 24. num. 42. lib. 2.* Grat. *conſi. 104. nu. 15. ſeq. lib. 1.* Gabriel. *lib. 1. tit. de probat. concl. 1. nu. 30. & 32.* Brunor. à Sole *in ſuo conſi. crim. num. 7.* Nicol. Moron. *de fid. treg. & pac. q. 186. ſub nume. 7.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 40. nu. 13.*

Et licet contrarium, quod immo etiam in criminibus occultis, & difficilis probationis, non poſſit ſequi condemnatio, ex præſumptionibus, & coniecturis, defendat Boſſ. qui contrarijs reſpondet, *in titu. de coniect. numero 46. & ſeqq.* poſt Dec. quem allegat *in cap. porrecta, colum. 1. de confirma. vtil. vel inutil. & in conſi. 149. colum. 1.* quod & apertius ſcripſit Præpoſit. *in cap. is qui fidem, num. 4. de ſponſal.* prout illum refert Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 58. num. 18.* Bertaz. *conſil. 41. numero 21. ſeqq. lib. 1.* licet ſecus dicat in ciuilibus. Maſcard. *de probat. lib. 3. concl. 1220. nume. 14.* vbi videtur reſidere cũ Boſſ. in loco præcitato, quicquid in contrarium dixerit Clar. *in q. 20. verſic. ſcias tamen, in fine.*

Tu tamen non recedas à propoſita opinione, quæ ſicut magis cõmuniter recepta eſt, ita etiam eſt verior; & Deci. in contrarium allegatus per Boſſ. in loco præcitato, non loquitur in indicijs, ſeu præſumptionibus; ſed in ſuſpicionibus, quæ minus ſunt, quàm indicia, ſeu præſumptiones,

prout

Digitized by Google

prout benè aduertit Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 58. *num.* 19. Verum prædicta concluſio declaratur duobus modis; Primo, dummodo indicia, & præſumptiones ſint indubitatæ. Secundo, vt procedat quoad pœnam extraordinariam; ſecus quoad ordinariam, prout benè declarat D. meus Farinac. *in tit. de reo confeſſo, & conuicto, nondum impreſſo, q.* 86. *num.* 33. *& ſeqq.*

u *Fuerit*. In crimine raptus, ſi mulier rapta non fuerit cognita, an poſſit imponi pęna ordinaria, vltra Doctores hic allegatos, adde Cæpoll. *in Authen. ſed nouo iure, numero* 91. *C. de ſeru. fugit.* Cuma. *conſi.* 96. Clar. *in Pract. §. raptus, verſic. ſed quid ſi ille*, & ibi relatos per Baiar. *nu.* 22. Ludou. Peguer. *deciſ. crimin.* 7. *per totum*, Gabr. Caſat. & alios *conſil. crim. diuer. conſi.* 59. *lib.* 2. *num.* 11. *pract.* Conrad. *lib.* 1. *cap.* 9. *tit. de raptor. fol. mihi* 372. *nu.* 11. Maſcar. *de probat. concl.* 1253. *nu.* 21. 35. *et ſeqq.* Decia. *tract. crim. tom.* 2. *lib.* 8. *tit. raptus quid, num.* 33. *& ſeqq.* vbi conſtituit plures caſus.

x *Pecuniaria*. Quod non poſſit imponi pœna corporalis, quando propter minorem ætatem receditur à pœna ordinaria, non tranſit ſine difficultate, quia contrarium verius credidit Fulg. *in conſi.* 157. *colum. antepen. verſic. quibus ex omnibus*, vbi hoc admittit ſtante atrocitate delicti, in quo conſuluit, videlicet in furtis reiteratis, & cum fractura, prout etiam in ſimilibus furibus famoſis hoc idem admittit Caccialup. *conſ. crim. diuer.* 95. *num.* 3. *&* 20. *tom.* 1. Sfort. Odd. *de reſtit. in integr. d. quaſt.* 80. *nu.* 97. vbi de pœna carceris, & triremium, Bertazol. *conſil.* 118. *in fine*, vbi de homicida annorum 18. qui fuit damnatus ad triremes arbitrio Principis. Oſaſc. *deciſ. pedem.* 69. *nume.* 9. vbi quod fuit fuſtigata, & in perpetuum exilium damnata quædam mulieτcula, quæ partum in latrinam effuderat, Hipp. Rim. *conſil.* 244. *nume.* 30. *lib.* 3. vbi & hanc admittit opinionem in delictis iteratis, Ludou. Peguer. *deciſ. crim.* 24. *nume.* 23. vbi quod apud eum fuit fuſtigatus, & poſtea ad triremes per quinquennium tranſmiſſus quidam, qui in Eccleſia furtum commiſerat modici valoris, & idē in ſacrilego, cui & fuit amputata manus, non obſtante minori ætate, iudice Bertachino in loco per cū relato, teſtatur Cla. *in §. ſacrilegium, verſ. ſed quæro quæ ſit pœna*.

Quod & idem procedere in impuberibus, doli capacibus, & pubertati proximis, facere videtur tex. *in §.* 1. *inſtit. quibus mod. tute. fini.* vbi dicitur, quod deportatio pupilli facit finire eius tutelam; ergo pupilli deportari poſſunt, prout illum tex. ſic ponderarunt, & in illis terminis voluerunt Igne. *in l.* 1. *§. impubes, num.* 5. *ff. ad Sillan.* Io. de Anan. *in cap.* 1. *nume.* 11. *verſic. colligit etiam, &c. de delict. puer or.* Aldobrand. *in §. idem, num.* 4. *Inſtit. quibus mod. tut. finia.* Carer. *in pract. crimin. in* 2. *tract. de homicid. §. circa quartum, numero* 4. vbi de condemnatione ad triremes; nec diſſentire videtur Clar. *in pract. §. fi. quaſt.* 60. *ſub princip. ibi, ſed in omnem caſum, &c.* vbi negat proximis pubertati poſſe imponi pœnam mortis, ſeu mutilationis membri; tacitè ſentiens, alias pœnas corporales poſſe inſligi, & præſertim fuſtigationis, prout teſtatur, ſe ſic vidiſſe ſeruatum in crimine ſodomiæ in quibuſdam pueris, Simoncell. *de decre. lib.* 2. *tit.* 6. *inſpect.* 4. *verſ. item pupillus*, vbi notabiliter dixit, quod proximus pubertati punitur in corpore, non in pecunia, Zaſ. quem allegat *in l. is qui bonis, num.* 29. *ff. de verb. oblig.* quamuis hodie tanta ſit hominum auaritia, vt totum contrarium nedum in minoribus, ſed etiam in maioribus ſeruetur. Et propterea ſi vis ſcire, quid in hac contrarietate ſit dicendum, & quid in Vrbe ſeruetur, vide D. meum Farinac. *in tit. de pœn. temp. q.* 62. *nu.* 171.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

De pluribus indicijs in materia Deturpationis feneſtrarum.

SVMMARIVM.

Mandans moleſtari non poteſt, niſi conſtet de mandatario, nu. 1. *& in addit. lit.* a *vbi de materia.*

Teſtes à Fiſco producti probant contra Fiſcum, nu. 2.

Iudicium remotum probari debet per duos teſtes, & conteſtes, num. 3.

Teſtes deponentes de facto nocturno dicuntur, ſuſpecti de falſo, niſi adyciant, quod cęlum albeſcebat, vel luna lucebat, nu. 4. *& in addit. lit.* b *vbi de materia.*

Teſtes, qui de nocte dicunt aliquem cognouiſſe ad vocem, an probent, num. 4. *& nume.* 13. *& in addit. lit.* c *vbi de materia.*

Confeſſio ſuper delicto debet eſſe ſpontanea, & libera, & non per modum loquendi, & ex leuitate conſilij emanata, nu. 5. *& in addit. lit.* d *vbi amplius quod confeſſio debet eſſe explicita, & clara; non autem dubia, & æquiuoca.*

Confeſſio non facta coram Iudice non poteſt dici iudicialis, nu. 5. *in fine.*

Confeſſio extraiudicialis leuiter emanata, non eſt attendenda, num. 5.

Confeſſio erronea probato errore concidit, nu. 6.

Confeſſio dubia declaratur per confitentem, ibid.

Singula quæ non proſunt, multa collecta iuuant, ad torquendum. Declara vt nu. 7. *& in addit. lit.* e

Iudicia ad torturam debent eſſe legitima, & à iure approbata, nume. 7.

Probatio præſumptiua admittitur in delictis occultis, & difficilis probationis, nu. 8.

Inimicitia capitalis oritur ex iniurijs, & minis, num. 9.

Inimicitia capitalis facit indicium ad torturam, quando nemo alius imputatur de delicto, ibid. in fine.

Minæ probata cauſa minarum faciunt indicium ad torturam, & iuncta inimicitia ſufficiunt ad condemnandum, nume. 10.

Minæ probantur per teſtes ſingulares, nu. 11.

Teſtes deponentes ſe aliquem cognouiſſe ad vocem, quam notam habent, admittuntur in probatione actus inter viuos, & etiam in criminalibus, numero 13. *Vbi etiam quod faciunt indicium ad torturam, cōcurrentibus adminiculis.*

Probatio per euidentiam loci, aut facti eſt alijs probationibus certior, & fortior, nu. 14.

Fama ſola facit indicium ad torturam in delictis occultis,

tis, & difficilis probationis, & iunctis adminiculis ſufficit ad condemnandum, nu. 15.
Variationes, & mendacia ſi plura ſint, faciunt indicium ad torturam, etiam quod non ſint ſubſtantialia, num. 16.

CONSILIVM XXXIV.

1 ADSIT DEVS. Prima facie videtur dicẽdum, in hac cauſa deturpationis feneſtrarũ, inquiſitos eſſe in caſu abſolutionis; Nam
prout eorum defenſor dicebat, aut D. Lęlius impedit D. Aſcanium, & alios, quod deturpartionem parietis fecerint fieri ab extra; & tunc dico,
quod non datur actio mandati contra Aſcaniũ,
a & alios, niſi conſtet de mandatario, [a] doctrina
eſt Bart. *in l. ſi is qui. § ſi tu Titium, numero 2. ff.* de
furt. Et adeo eſt impeditum exercitium iuriſdictionis in procedendo, vt omnia corruant, Anchar. *conſil. 216. incip. Nos Barthol. de Salyc. in fin.*
Bart. ſequitur Pariſ. *conſi.* 171 *nume.* 10. *volum.* 4.
Marſil. *conſi.* 49. cui ſe ſubſcripſit Ruyn. Matth.
in conſtit. terminum vitæ, de homicid. puniendis, numero 26. qui ſequitur Bart. & Anchar. vbi ſuprà,
Boſſ. *tit. de delict. numero* 34. *vſq; ad numerum* 42.
Foller. *in Praxi crimin. verbo, capiat informationem, num.* 18. *&* 59. *cum pluribus, quæ poſſent deduci.* Dum ergo non conſtet, quis fuerit mandatarius, non poteſt agere, nec moleſtare Aſcaniũ,
& alios de aſſerto mandato dictæ deturpationis,
quando eſt impeditum exercitium iuriſdictionis in procedendo.

2 Si verò aduerſus ipſos proponitur querela, quod deturpauerint dictos parietes, proijciendo ſpurcitiem in illos ex feneſtris eorum domus, in conſpectu feneſtrarum deturpatarum exiſtentium; & tunc dico, quod hoc nullatenus probatur, ſiquidem teſtes informatiui extent, qui deponunt circa horam ſeptimam noctis, in quo delictum factum præſupponitur, audiuiſſe multos homines in ſtrata obſtrepentes, & fugientes. Quibus quidem teſtibus idem Fiſcus ſtare tenetur, quoniam induxit. Socin. Iun. *conſil.* 69. *colum.* 2. *volum.* 1. Pariſ. *conſi.* 88. *col.* 2. *vol.* 3. Aym. *conſi.* 69. *colum.* 1. *in fine*, ſequitur Gabriel. qui dicit hanc partem eſſe veram, & communem, de teſtibus, *concl.* 1. *nume.* 14. ſequitur Noni. *conſil.* 99. *num.* 10. *&* 18. Cæphal. *conſi.* 82. *nu.* 47 *lib.* 1. Burſ. *conſ.* 20. *nume.* 23. *volum.* 1. Merito ergo cum habeamus indicia delicti plenè probantia, & inuehentia contra eos, qui erant foris, fruſtra quærimus vexare innocentes viros.

3 Nec obſtant leuia quædam, quæ afferuntur contra Aſcanium, & matrem, nempè dictum cuiuſdam Sellarij aſſerentis; *Doppo il monitorio la detta Delia è ſtata diece volte nella mia Bottega, dicendo che il figliuolo l'hauea ſapato, & hà brauato, & minacciato contra detto Lelio, che cercaua di cauarli di caſa, con dire gl'hauerebbe tirate dell' Archibugiate, & che non ſe voleuano partire, & gli farò ſcherzo, che non gli piacerà, & doppo il monitorio hà brauato di nouo, & particularmente queſta ſettimana paſſata.* Quia iſte teſtis tantummodo deponit de indicio remoto, hoc eſt de minimis; & iuris concluſio firmiſſima eſt, quod quando eſt indicium remotum, ſeu adminiculum, vt habeatur eius aliqua ratio, debet probari p duos teſtes de tempore, & loco concordes. Io. de Amicis *in conſi.* 127. *num.* 10. qui dicit indubitatam eſſe iuris concluſionem, quam ſequuntur communiter Doctores, Soc. *conſi.* 54. *nu.* 2. *lib.* 4. Boer. *deciſ.* 163. *num.* 3. ſequitur Iul. Clar. *q.* 22. *in princ. & in verſic. aut vero teſtis non deponit de viſu.* Et cum tam Aſcanius, quam mater negauit dictum Sellarij, & ſit tantum dictum vnius, iam apparet, ipſum non facere indicium ad torturam, quod eſt indubitati iuris.

4 Non obſtat dictum Melangularij, & vxoris, aſſerentium ſe illa nocte, qua delictum cõmiſſũ dicitur, audiuiſſe Deliam acclamãtem in domo, & commonefacientem filium, & alios, ne obſtreperent; quoniam poſſet dici illud, quod dixit Oldradus de duobus teſtibus deponentibus coram
b ſe de facto nocturno, [b] quod erant falſi, ex quo
non dicebant albeſcente cœlo, vel luna lucente vidiſſe, idcirco eos crimine falſi reputauit, Ang. *in conſi.* 194. *viſis proceſſibus, colum.* 2. Bart. *in tract. de teſtib. verbo, Titium eſſe, vel fuiſſe*, Bald. *in c. Areteuſa, colum.* 1. *de ſtatu hominum*, Ang. *in l. ſi cum exceptione, §. in hoc. ff. quod metus cauſa.* Statim enim quod teſtis vult deponere de facto nocturno, nõ creditur, & incidit in falſum, Rolan. *conſi.* 7. *num.* 24. *cum ſeqq. vol.* 1. Vnde cum per approximatio-
c nem eorum, qui notam haberẽt vocem [c] Deliæ,
teſtes dicant de facto nocturno, eis non creditur in criminalibus, Io. ab Imola *in l.* 2. *§. idem Labeo ait, col.* 2. *verſ. item pro hac parte facit, de aqua pluui. arcenda*, quẽ ſequitur Fel. *in c. præterea, nu.* 4. *de teſtib.* Calephat. *in conſi.* 86. *nu* 40. *lib.* 1. *diuer. crimi. parua impreſſionis*, ſequitur Rol. *in conſ.* 3. *num.* 44. *vol.* 3. Et quod non probent, vbi agitur de condemnando, aut de torquendo, ſequitur Boſſ. *in tit. de indic. & conſiderat. ante tortur. nu.* 173. *verſ. fateor quod concludunt in ciuilibus.* Burſ. *in conſ.* 34. *nu.* 10. *vol.* 1. Et pro hac opinione fuiſſe iudicatũ, dicit Cotta *Memorial. teſtis deponentis, quod factũ eſt de nocte*, & ſequitur Clar. *q.* 21. *verſ. ſed quid ſi teſtis nõ viderit*: nã quando nõ teſtis eſt vna, & eadem cum dicto, vt ſi dixerit; ſcio, quia audiui vocem illius, & erat ſibi benè nota, nõ probat, quia audite mulierem acclamantem, de facile potuit decipi. Et ideò neceſſe habuit teſtis dicere aliam rationẽ, aliàs non probat, vt eſt ſingulare dictũ Aym. *conſ.* 7. *nu.* 4. *& conſ.* 99. *num.* 8. *et* 9. qui dicit, quod de facili poſſunt decipi; vnde nullatenus probat, Grammat. *in conſi.* 45. *nu.* 7.

5 Non obſtat, quod dicitur, Aſcanium confeſſum fuiſſe in actu exequutionis, dum ducebatur captiuus, dictum delictum commiſiſſe, hoc modo, videlicet; *O Dio, ò Dio ſe hò fatto il male io, perche vogliono caſtigare la mia madre, & ſorelle*, vt deponit Capitaneus Hieronymus, & alius exequutor; quoniam reſpondetur, illam non eſſe
d confeſſionem [d] emanatam ſuper delicto ſponte,
& libere, iuxta tradita per Doctores, præſertim Boſſ. *in tit. de confeſſ. in princ.* & per Clar. *in quæſt.* 55. *verſic. unum tamen ſcias*, per Boer. *in capit. at ſi clerici, in princip. nume.* 142. *de indic.* Sed fuit quidam modus loquendi ex leuitate conſilij adductus,

ctus; Nam cum eſſent ductæ captiuæ in carceribus eiuſdem Aſcanij ſorores, & mater, & cum haberet etiã notitiam, quod D. Lælius obtinuerat mandatum de capiendo dictum Aſcaniũ, ſciens innocentiam ſororis, & matris, & ſui; ideo dum cõducebatur, dixit; *O Dio, o Dio, ſe ho fatto il male io, perche vogliono caſtigar la mia madre, & ſorelle.* Nam non dixit illa verba; *Se ho fatto il male io*: ex eo quod deliquerit, ſed dixit ad oſtendendã innocentiam ſororum, & matris. Nam aduerſarius dũ vult imputare huius criminis ſocios, & participes, fuiſſe oẽs de domo, cõparatiuè, mulieres, verba illa effudit, q̃ nõ aliter verã confeſſionem inducunt, ex quo nõ adciat iudex, nec extraiudicialẽ, de qua loquit̃ Bar. poſt gl. ibi *in l. cap. 5. ff. de adulterijs.* & plenè per Boſſ. *in tit. de confeſſ.* Ideo iudex debet animaduertere, vt non ſit leuiter facta huiuſmodi confeſſio, quæ non eſt attendenda, vt declarat Boſſ. *in tit. de confeſſ. nu. 2.*

6 Quinimo ſtatim declaratur ab ipſo cõſtituto, quonã pacto illa uerba fuerint prolata, an confitendo delictũ, an uero cõparatiuè ad ſorores, & matrem; nã dicit interrogatus, an dixit illa verba Birroarijs, reſpondit, *Se li Scarſi imputano a me ſimil delitto, & ch'io ſia ſtato, ch'hanno a far loro.* & ſic vbi aliqua ſuſpicio eſſet contra ipſum confitẽtem; tamen conſtito de errore, prout conſtat in caſu, de quo agitur, non eſſet attẽdenda; & ideo probato errore, concidit confeſſio. Boſſ. *in tit. de confeſſ. nu. 35.* qui dicit, cõfeſſionẽ non perimi, ſed declarari; cum ergo ipſemet Aſcanius hanc confeſſionem declarauerit, & declaratio perſiſtat, ſequitur, quod nullatenus facit indicium. Clar. *d. q. 55. verſi. ſed pone quod Reus, verbo, bene poteſt Reo excuſare, &c.* Præſertim, quia, vt dixi, ſupra per teſtes illos informatiuos conſtat, delictum fuiſſe commiſſum *in ſtrada publica* a uiatoribus, conſequenter Aſcanius, ſorores, & Mater ſunt immunes, & omni prorſus ſuſpicione carentes.

7 Nec obſtat regula legis ſecundæ, de excuſat. Tuto. quæ non probant ſingula, multa collecta iuuant, præſertim, cũ agitur de torquẽdo, vt declarat Gabr. *concl. 1. num. 27. de probat.* quia illud

e procedit in probationibus imperfectis, [c] tendentibus ad eundem finem & effectum, & habentib. cauſas collegiatas, alioquin regulæ nõ eſt locus, declarat Alex. *conſi. 24. nu. 41. ver. non obſtat quod in criminalib. non iungantur probationes. uol. 1.* Cec. *in c. cum cauſam. nu. 32. verſ. 2. limitatur non habere locum in criminali.* Pariſ. *in conſ. 69. num. 43. uol. 4.* & eſt ratio, quia indicia, quę præcedunt torturã, debent eſſe certa & legitima, & conformia iuri, & ab ipſo approbata, non ex ceruice iudicis deſcendentia, ut uoluit poſt Bald. Rom. & Alex. Iaſ. *in l. milites. C. de milit. teſtam.* Brun. *de indic. in fine tractatus.* Hippol. *conſi. 15. num. 17.* Pariſ. *conſi. 151. nume. 14. & 15. volum. 4.* & tradit nouiſſime *deciſ.* Pedem. *79. nu. 56. & 57.* Quare cum ſupradicta indicia non poſſint coniungi nec reintegrari in vnam ſpeciem probationis, ſequitur quod tãq̃ diuerſa ſe ipſa lacerant, & diuidũt, & cõſequenter nõ poterũt cumulari ad effectũ torturę, & ita Aſcanius remanet abſq; indicijs conſiderabilib.

8 Verum præmiſſis non obſtantibus, eſt maxime aduertendum, quod cõtra Aſcanium vrgent plura, quæ ipſum nedum indiciatum, ſed penitus conuictum, reddunt, cum ſimus in delicto noctis tempore patrato, in quo tanquã difficilis ſit probatio, præſumptiones, & indicia nedũ ſufficiũt, & coniuguntur ad torquendum, ſed etiã ad cõdemnandum, ſecũdum communem Doctorum concluſionem, de qua per gl. *in l. cum exceptione, §. in hac, ff. quod met. cauſ.* Brun. *de indic. 2. par. q. 7.* Gram. *vot. 21. nu. 4. & ſeq. & conſ. 17. nume. 3. & 4.* Boer. *deciſ. 86. num. 6.* Menoch. *de arb. q. lib. 2. caſu 116. nu. 14. centur. 2.*

9 Primo enim contra eundem vrgent, vt deponũt plures teſtes, odium & inimicitia orta ex monitorio de euacuando, facto ad inſtantiam D. Lelij inquiſito, & ſororibus, propter earum inhoneſtam vitam, quod monitorium ut ipſe Aſcanius in ſuis conſtitutis fatetur, multum ęgre tulit, dicens; *Et io hebbi a male che detto Lelio mi habbia mãdato detto monitorio che mi partiſſe di caſa per riſpetto delle mie ſorelle Zitelle,* iunctis iniurijs, & minis occaſione dicti monitorij in eundem Aſcaniũ p ipſum D. Lelium illatis, prout pariter idem Aſcanius fatetur dicens; *Et il detto Lelio era alla fineſtra, & con parole ingiurioſe mi diſſe, forfante manigoldo ti farò dar tante baſtonate quante ne potrai portare, & molte altre parole inginrioſe occorſero fra di noi, dicendomi ancora infame, vituperoſo, & ſuergognato*: Ex quib. monitorij iniurijs & minis & grauẽ & capitalẽ ortã eſſe inter eos inimicitiã, dubitãdũ nõ eſt, ad trad. p Gram. *vot. 5. et 6. et conſ. 52. ſub n. 8.* late Blanch. *de indi. ad l. fi. nu. 100. 104. & ſeq. ff. de q.* Rolan. *conſ. 24. nu. 38. lib. 1. & conſ. 64. nu. 30. & ſeqq. lib. 2.* Ant. Gomez. *tit. de probat. delict. ſub nu. 14.* & capitalẽ inimicitiã in occultis, & qñ nemo alius de delicto imputatus eſt, ſufficere ad torturã, dixit Clar. *in pract. q. 21. ſub verſ. inimicitia, propè finem,* vbi quod ita vidit ſeruari.

10 Secundo è conuerſo vrgent minæ, poſt dictũ Monitorium per Aſcanium in Lelium illatæ, de quibus deponunt Angelus Sellarius, dum dicit, *Doppo il monitorio Delia è ſtata due uolte nella mia Bottega dicendo che il figliolo l'hauea ſaputo, & ha brauato, & minacciato contra detto Lelio che cercaua di cauarli di caſa con dire che gl'haurebbe tirate delle archibugiate & che non ſi uoleuano partire & gli farò vn ſcherzo che non gli piacerà, & doppo il monitorio ha brauato di nouo, & particolarmente queſta ſettimana paſſata, & Eliſabetta* altera teſtis dicit, *Et Aſcanio riſpoſe a Lelio molto in collera, fatte quel che potete per giuſtitia, & ſe coſa mi farete indegna, io me ne reſentirò, & di poi che il detto Aſcanio vſcì fuora brauando, diſſe baſta, le parole che ha detto Lelio, ſaranno cauſa che lo voglio ſuergognare in eterno, brauando ancora d'altre parole.* Quæ quidem minæ, probata cauſa minarum, quòd ad torturam ſufficiant, tradit Clar. *in d. quæſt. 21. verſic. minæ. in fine.* Vbi quod ita Senatus mandat ſeruari, & quod minæ iuncta præcedente inimicitia & delicto, nõ ex interuallo ſequuto, vt in caſu noſtro, ſufficiant, non ſolum ad torquendum, ſed etiam ad condemnandum, traditur per Calcan. *in conſi. 63.*

ſil.63.colum.3.nume. 2. Aym.*conſ.35.Ex pluribus concludendum eſt. numero 4. verſicu. quinimo iſtis tribus, &c. lib.* 1. Et nouiſſime ſequitur Ioſeph Maſcard.*in ſuo tract.de probat.concluſ.496.nu.17. volum.1.*

11 Nec uerum eſt, quod in caſu noſtro, vt ex aduerſo D. ſcribens opponit, minę non ſint probatæ, niſi per vnum teſtẽ, quia vt prædixi, duo ſunt teſtes, qui de dictis minis deponunt; & licet forſan non ſint conteſtes in loco & tempore, hoc tamen nihil refert, quin ſingularitas teſtium non nocet in probatione minarum, vt poſt Gram. *in deciſ.5.num.*14. tradit Gabr.*concluſ.2.num.56.in tit.de teſtibus.lib.*1.

12 Tertio ſortiter etiam vrget rumor ille inſolitus circa ſeptimam horam noctis, in qua delictũ fuit perpetratum, in domo inquiſitorum factus, de quo deponit Niculaus Melangularius dicens *Queſta notte ſu le ſette hore in circa hò inteſo vn gran rumore in caſa di Aſcanio, & Delia ſua madre, & particolarmente inteſe gridare che fate, che fate, non fate rumore, & perche io ſtò ſotto la caſa ho inteſo queſto per la verità ſentendo gridare, & fare rumore da baſſo per le ſcale;* Et idem etiam deponit Lucia vxor dicti Nicolai dicens. *Io sò che lunedi a notte ſu le ſette hore ſenti vn gran fracaſſo nella caſa ò appartamento di ſopra doue ſtanno madonna Delia con tre figliole grande, & il figliuolo Aſcanio, qual rumore, & fracaſſo per eſſer io vecchia e ſtando male alletto non ſenty troppo bene, ma per il gran rumore che ſi facena io mi ſuegliai che ſi ſuegliò anco mio marito, & detto rumore non è ſtato mai così fuori che quella ſera.*

13 Nec etiam verum eſt vt ex aduerſo D. ſcribes pariter opponit, quod dicti teſtes redduntur ſuſpecti, ex quo deponunt de actu nocturno abſq; eo quod luna luceret vel lumen adeſſet; ceſſat enim oppoſitio, quia nõ deponũt de viſu, ſed de auditu. Qui auditus poteſt percipi, etiam nulla exiſtente luna. Prout nec etiam verum eſt quod eiſdem teſtibus non plenè credatur in criminalibus, cum deponant de auditu per notam vocem loquentis, abſque eo quod loquentem viderint, ad trad. per Imol. Fely. Rolan. Boſſ. & alios ex aduerſo allegaros, quia in contrarium eſt regula iuris communis, quod videlicet actus inter viuos probentur per teſtes, ſic deponentes de auditu ꝑ notam vocem loquentis, vt videre eſt apud gloſ. Bar. Cynum, Bald. Alexand. Ioan. And. & alios, quos in propoſito cumulat Menoch. *de arbit. q. lib.2.caſu 475.num.16.& ſeqq.cent.* 2. Vbi *nume.* 19. ampliat id etiam procedere in criminalibus; Et licet Roland. & alij ex aduerſo allegari dixerint, iſtos teſtes non facere indicium ad torturã, cum eis aliquantulum de fide diminuatur ex eo, quod voces hominum ſępiſſime fallantur, & mutentur. Vbi tamen cum dicto horum teſtium cõcurrit aliqua veriſimilitudo vel adminiculũ, ꝓpter ꝙ nõ ita faciliter teſtis à voce decipi poſſit, tunc quod plenè credatur, dubitandum non eſt, vt per Clar. ex aduerſo allegatum *in pract.q.21. verſic.ſed quid ſi teſtis;* Vbi quod ita firmant Doctores vbique, & per Menoch.*d.caſu 475.nu.* 18. *& nu.* 22. Vbi quod iudicis arbitrio relinquitur, a quale ſit iſto caſu ſufficiens adminiculum; & in caſu noſtro, quod iſti teſtes veriſimiliter decipi non potuerint, apertiſſimè deducitur, ex eo quia deponunt de rumore nocturno, facto in domo ipſorum inquiſitorum, in qua non; niſi ipſi inquiſiti, veriſimiliter rumorem facere poterant, ideo optimè probant & concludunt.

14 Quarto & fortius vrget euidentia loci, & facti, & delicti ꝑpetrati feneſtrarũ aſpectus, & qualitas ictuum, qui vt plures teſtes deponunt, & vt audio, etiã D. meus optimè vidit, & cõſiderauit, non potuerunt deorſum ex via uenire, ſed neceſſe eſt, vt prouenerint ex præeminenti domo aduerſariorũ; quę quidem loci & facti euidentia, cęteris alijs probationibus certior & fortior eſt, ad trad. per gl. *in c.ad noſtram.il 2.in uerbo, requiris.de iure iuran.* Azo.*in ſumma in rub.C.eo.tit.* Bald.*in l. contra negantem.C. ad l. Aquil. Et in l.1. C.ſi adverſ. liber. Et in l.pen.C.de pericu.tut.* cum alijs per Marſ. *in l.1.§.ſi ſeruum.ff.de q.* Et nouiſſime per D. Ioſephũ Maſ.*in ſuo trac.de prob cõcl.8.n.1.et ſeqq.vol.1.*

15 Quinto contra inquiſitos vrget fama in vicinia, de qua deponit Angelus Sellarius, dũ dicit, *Ma per il vicinato ſi dice che ſiano ſtate dette donne, & Aſcanio Viterbeſe per il diſparere che è tra di loro. Et Diono ra* altera teſtis dum pariter dicit, *& l'ho inteſo per il vicinato che le Caraſelle ſono ſtate tirate dalle fineſtre di Delia, & Aſcanio ſuo figliolo, & Iohanna* altera teſtis dum etiam dicit. *Et ſi preſume che Aſcanio habbia fatto quella inchioſtratura nelle fineſtre di madonna Lauinia, quale è gentil donna da bene in queſta contrada, tutti la tengono come madre;* Quæ quidem fama etiam de ſe ſola facit indiciũ ad torturam in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, vt per Boſſ.*in tit.de part. ſuppoſit.nu.* 20. Et per Clar.*in pract.q.21.verſ. fama ſola.in fi.* & iuncto aliquo alio adminiculo ſufficit ad cõdemnandum, vt per Grammat.*conſ.57.nu.17. & & deci.42.nu.12.* Conrad. *in pract.pag.142.col.in 4.limitatione.* Menoch.*de arbit.q.caſu 89.num.93. lib.1.centur.*1. Ioan. Mar. Monticel.*in ſua pract. crim.reg.11.num.12.18.&* 19. Vbi in ſpecie etiam loquitur in delictis commiſſis de nocte.

16 Sexto non omitto mendacia, & variationes inter Aſcanium, matrem & ſororem tã circa tempus, quo iuerũt ad dormiendũ, quã circa tempus quo de mane ſurrexerunt in die cõmiſſi delicti; quæ cum plura ſint, & breuitatis cauſa hic nõ referſt, etiã qđ non tangerent ſubſtãtiam negotij, prout re vera tangunt, faciunt tñ indiciũ ad torturam. Alex.*conſi.153.lib.5.* Ruy.*conſi.149.num. 150.pariter vol.5.* Boſſ.*in tortur.reorũ nu.27.ſeqq.*

Poſſem vltimo loco multa alia afferre contra dictos inquiſitos, ex Proceſſu met reſultãtia, pręſertim de inhoneſto eorum viuere, & ęxtraiudiciali Aſcanij confeſſione: ſed quia ex pręmiſſis ſatis ſuperque credo probatum delictum; ideo vlterius non iuſiſto.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

M*Andatario.* An procedi poſſit contra mandantem, non conſtito de mandatario; nemo eſt qui materiam melius explicet cum ſuis amplia-

Google

ampliationibus & declarationibus, quam Dom. meus Farinac. *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de inquiſ. q. 3. per totam.*

b *De facto nocturno.* Teſtes de facto nocturno deponentes, quid & quantum probent, quomodo deponere debeant, & an ad probandum factum nocturnum admittantur inhabiles, vide quæ diſtincto ordine poſuit D. meus Farinac. *in tract. de teſtib. q. 62. nu. 33. & ſeqq.*

c *Notam haberent vocem.* Vide quæ in propoſito dixit D. meus Farin. *in tract. de teſtib. d. q. 62. num. 45. & ſeqq.* Vbi quod admittitur teſtimonium eorum, qui de nocte dicunt, ſe aliquẽ cognouiſſe ad vocem, quam notam habent, non tamen dicũtur omni exceptione maiores. Et propterea non faciunt indicium ad torturam, ſecundum ueriorem opinionem. Quamuis alij ibi per eum relati contrarium dixerint.

d *Confeſſionem.* Confeſſio iſtius inquiſiti prout hic exemplificatur, non eſt pura, ſed conditionalis, & qui ſub conditione aliquid fatetur, non dr̃ pure, & libere fateri; & tamen confeſſio ad hoc, vt confitenti noceat, debet eſſe, non conditionalis, ſed pura, & libera, clara, & expreſſa, non autẽ dubia, incerta, tacita, vel implicita, prout optimè comprobat Dom. meus Farin. *in ſua pract. cri. par. 2. in tit. de reo confeſſ. & conuict. nõdum impreſ. q. 81. nume. 32.* Immo debet etiam eſſe ſpecifica, continens locum, & tempus commiſſi delicti, nõ autem generica & informis, vt ibi per eum, *nu. 31.*

e *Imperfectis.* Concluſio hic per conſultorem firmata, bene procederet, quando ageretur de condemnando aliquem; tunc enim ueriſſimum eſt, quod plura imperfecta in ſuo genere non plene probata, non coniunguntur; ſed ad effectum torquendi, & præſertim in delictis occultis, contrarium eſt uerius, & in facto ſeruatur, concurrentibus tamen illis tribus requiſitis, poſitis per Dominum meum Farinac. *in ſua pract. crim. par. 1. titu. de Indic. & tortur. quæſt. 37. num. 48.* Et pro hac contraria opinione adduco Grammat. *deciſ. 34. nume. 35.* Soc. *conſil. 54. numero 2. & 3. lib.* .... Gig. *de crimin. læſæ maieſt. lib. 2. titul. quomodo, & per quos crimen læſæ maieſt. probetur. quæſt. 25. nume. 3.* Boſſ. *in titul. de partu ſuppoſ. nume. 36. verſic. Item aduertatur.* Theſaur. deci. Pedemon. 24. *in fine.* Pau. Granut. Theorem. 23. *num.* 14. Arnal. Albert. *de agnoſcen. aſſert. cathol. & hæret. q. 26. nu. 2. & ſeq.* Menoch. *de præſump. lib. 2. q. 91.*

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

Duo præcipuè in hoc conſilio enucleantur, Vnum, quod reſpicit admiſſionẽ Procuratoris, ſeu defenſoris pro abſente contumace in cauſis criminalibus: alterum, quod reſpicit impunitatem homicidij, commiſſi ad neceſſariam defenſionem, & in vtroque caſu plura notanda, & practicabilia explicantur.

SVMMARIVM.

Procurator poteſt interuenire pro abſente contumace, quando contra ipſum vigore ſtatuti poteſt procedi ad ſententiã diffinitiuam. num. 1. 3. & 6. quod quando verum ſit, vide in addit. litera. a

Iudex ex officio inquiſiti innocentiam, & defenſionem inueſtigare debet, ſupplendo de facto, & teſtes examinando. nume. 2. & in addit. lit. b

Defenſor, & inſtructor innocentiæ admittitur pro abſente contumace citato. nume. 4. & 5. de materia, in addit. lite. c *& litera.* d

Pater pro ſuo intereſſe poteſt comparere pro ſuo filio abſente, & citato ſub nume. 6. quod quando verum ſit. in addit. litera. e

Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia nu. 7.

Dolus ſemper requiritur, quando ſtatutum pro aliquo delicto imponit pœnam corporalem. ſub num. 7. & in addit. lit. f *vbi de materia.*

Defenſio probatur per teſtes de credulitate. nu. 8.

Defenſio probatur per teſtes inhabiles. num. 8. & in add. lit. g

Reus in dubio abſoluendus etiam quod probationes Fiſci in aliquo excedant ſuas probationes. nume. 9. & nu. 38.

Animus bonus, & bona voluntas probatur ex coniecturis, ſub num. 10.

Defendere ſe, & vim vi repellere omnes leges, omniaque iura permittunt, nu. 11.

Prouocatus ſi voluit ſe vlciſci, venia dignus eſt. nu. 12.

Aggreſſus, & in periculo vitæ conſtitutus, ſi occidat aggreſſorem, non tenetur. poſt nu. 12.

Auctor ſiue inceptor rixæ ſemper dicitur eſſe in culpa. numero 13.

Rixæ inceptor non dicitur, qui ira aliquid facit, ſed qui ad irã prouocat. nu. 14.

Animus malus colligitur ex delatione armorum noctis tempore. nu. 15.

Occidere quis poteſt illum, qui contra ſe armatus venit, nu. 16. & nu. 20.

Percutere poſſum illum, qui eſt in actu percutiendi m. e numero 17.

Aggreſſor præſumitur ille, qui eſt aſſociatus, nu. 18.

Aggreſſor præſumitur ille, qui fortior, & potentior eſt. nume. 19.

Prouocatus, & inſultatus quicquid facit, ad eius defenſionem facere præſumitur. nume. 21. & in addit. litera h *vbi de materia.*

Homicidium, vt dicatur factum ad defenſionem, ſufficit probabiliter dubitare de offenſione. nu. 22.

Homicidium dicitur factum ad neceſſariam defenſinoem non ſolum, quando ſubeſt periculum mortis, ſed etiam quando imminet periculum alicuius iniuriæ perſonalis, num. 23.

Mentita facit, vt mentiens dicatur Author rixæ, num. 24. & in add. lit. l

Culpa vbi præcedit caſum, tenetur ille, qui fuit in culpa. numero 25.

Mentita data ad propulſandum iniuriam, non eſt punibilis, nu. 26. quod quando verum ſit. vide ibi in add. lit. l

Iniuriam verbalem cum alia verbali iniuria, propulſare licet, num. 27. declara vt in add. lit. m

Mentitus non poteſt mentientem vulnerare. nu. 28.

Digitized by Google

Inſultatus non tenetur aufugere, nu. 29. & 30. & in add. lit. n vbi de materia.
Homicidium etiam factum ad defenſionem, punitur ſi fuit exceſſum in defenſione. num. 31. vbi declaratur, quomodo hoc procedat. & nu. 32. & 33.
Inſultatus non habet ſtateram in manibus ad effectum ponderandi ictus, & percuſſiones. nu. 32.
Excedens modum inculpatæ tutelæ punitur, quando poterat ſe tueri aliter, quam percutiendo aggreſſorem, & quando non erat in diſcrimine vitæ cõſtitutus, aliter ſecus, n. 33.
Percutiens aliquem pluribus ictibus, cenſetur feciſſe ad vindictam. nu. 33. in fine.
Iudex quandocunque ſibi conſtat de innocentia inquiſiti, non poteſt reum condemnare. nu. 34. in fine. Sed an teneatur examinare teſtes ſibi nominatos a defenſore, ſeu Inſtructore Innocentiæ. vide ibidem in add. lit. o
Teſtes debent examinari coram Iudice. nu. 35.
Teſtes non dicuntur ſingulares, ſi conueniunt in effectu, & in ſubſtantia, licet diſcordent in verbis. nu. 36.
Defenſio probatur coniecturis. nu. 36. in fine.
Teſtes non repetiti, quãdo fuerunt examinati pro Curiæ informatione, non probant. nu. 37. & 38.

CONSILIVM XXXV.

Reſponſum Ioannis Ayolæ de Maſſa Lunen. Sarzanen. Dioc.

7 Præterea, ſi, vt cauetur ex verbis ſtatuti *c.* 27. *lib.* 2. ad hoc vt pax rupta dicatur, ſola armorum euaginatio ſufficit, múlto magis debet ſufficere directio archibuſij, & emiſſio canis, quæ nihil aliud poſt ſe expectabat, niſi exonerationem, & iſte caſus directionis archibuſij & emiſſionis canis debet in ſtatuto haberi pro expreſſo, quia ſi de eo fuiſſent interrogati ſtatuẽtes, idem & multò magis veriſimiliter ſtatuiſſent, quod ſtatuerunt de eductione & euaginatione enſis. gl. *in l. tale pactum. §. fina. ff. de pact.* Socin. iun. *conſilio* 1. *num.* 157. *& conſil.* 128. *num.* 17. *vol.* 1. Rolan. *conſ.* 62. *nu.* 25. *vol.* 3.

8 Dicere autem, prout ex aduerſo dicitur, quod rota archibuſij non erat deuoluta, nec archibuſium erat puluere & pila oneratum, eſt prorſus inueriſimile, & contra id quod communiter fieri ſolet; nunquam enim ſolet emitti canis ſuper rota, quin rota ſit deuoluta, & archibuſium oneratum; vnde aduerſario cõtrarium aſſerenti & inſolitum, ac inueriſimile allegãti, incumbit onus probandi, etiam quod in negatiua conſiſtat. *l. ei qui. ff. de probat. l. in exceptionibus. ff. eod.* Aym. *de antiquit. tempor.* 2. *par. num.* 46. *&* 47. *pag. mihi* 111. Cæphal. *conſi.* 85. *nume.* 38. *& ſeqq. vol.* 1. Hercul. *in tracta. de negat. num.* 4. & præſertim quod habemus vnum teſtem ſcilicet Ioſephum Barbitonſorem, qui dicit, quod archibuſium erat oneratum, vt in proceſſ. ſol. 3.

9 Sed hæc vltima ſint dicta ex abundanti, quia etiam circumſcripto ſtatuto, ac etiam quod rota archibuſij non eſſet deuoluta, nec archibuſium oneratum, adhuc tamen per ſolas minas & ſimplicem metus illationem, de iure communi pax dicitur rupta, per ſupra allegatos, quibus addo Nicol. Moron. *in tract. de fide treg. & pace q.* 172. *nume.* 13. *&* 14. Vbi quod ita alias iudicauit ipſe in ciuitate Firmana.

10 Multominus debet excuſari aduerſarius ex eo quod dicat ſe habuiſſe iuſtum timorem, ex quo viderat Ioannem Baptiſtam cum duobus ſocijs enſibus armatum, & deambulantẽ; Nam reſpondetur quod pręterquam quod ipſe non fuit motus ex allegato iuſto timore, ſed quia Ioannes Baptiſta reſpiciebat in feneſtras illarum fęminarum Buſchetti, vt deponit idem Ioſeph. Barbitõſor *d. fol.* 3. Adhuc tamen ſola hæc deambulatio cum hominibus armatis non inducit iuſtam cauſam rumpendi pacem: præſertim quando deambulatio fit ante domum ipſorum deambulantiũ propinquam domui aduerſarij prout in caſu noſtro, ſic in terminis reſpondet Marſil. pariter videndus *conſi.* 21. *nu.* 29. *& ſeqq. & melius in nu.* 36. *& ſeqq. vſque ad nu.* 40.

11 Imò & quod plus eſt, dicitur, quòd etiã quod Ioãnes Baptiſta ſic armatus minatus eſſet offendere aduerſarium, prout non eſt minatus, ſi tamen id non feciſſet in actu percutiendi, non poterat ipſe aduerſarius ex ſolis minis de offendendo, aliquem iuſtum timorẽ allegare, vt poſt alios tradit Petr. Duen. *reg.* 192. *in* 4. *ampliatione. ſub verſi. quam ampliationem veram intelligo, &c. ibi: ſecundo intellige, &c.* Petr. a Plach. *in Epith. delic. lib.* 1. *c.* 28. *ſub nu.* 18.

12 Quod autem idem carceratus veniat puniendus pœna delationis archibuſetorum, credo pariter modicam habere difficultatẽ, cum deſuper cõuictus reperiatur per duos teſtes, videlicet Ioſephum, & Lauram, vt in proceſſ. *fol.* 2. *a tergo, & fol.* 21. *a tergo & ſeq.* & paria ſunt quem eſſe confeſſum, vel conuictum, ad effectum vt ordinaria pœna condemnari poſſit, ſicuti in practica ſeruari nouiſſimè teſtatur Modernus D. Ioſeph. Ludou. *in deciſ. Lucen.* 13. *num.* 60. 1. *par.* Teſtes enim duo plenè probant tam in ciuilib. quàm in criminalibus. *l. vbi numerus. ff. de teſtib. c. in omni. extra eodẽ.* Dec. *in l. iuris ignorantia. nu.* 24. *C. qui admitti.*

13 Nec obſtat allegata exceptio inimicitiæ inter inquiſitum & barbitonſorem, quia ſi Antonius morabatur in eius domo, neſcio, quomodo poſſent dici inter ſe inimici; & tamen exceptio inimicitiæ per opponentem probari debet in ſpecie euidenter, & manifeſtè. Iaſ. *in l. Titia, nu.* 11. *ff. de legat.* 1. Gram. *deciſ.* 34. *& deciſ.* 86. *nu.* 5.

14 Nec etiam obſtat, quod altera teſtis, Laura ſcilicet, ſit mulier, nam in criminalibus de iure ciuili teſtis mulier non repellitur. *l. ex eo. ff. de teſtib.* Ant. Gomez. *tit. de probat. delict. num.* 13. Michael Craſſ. *in commun. opin. lib.* 2. *c.* 17. *q.* 9. Clar. *in pract. §. fi. q.* 24. *verſi. Quaro igitur.*

15 Præſertim in delatione archibuſetorum, quæ cum, vt omnes ſciunt, ſoleant ſecretè deferri, & ſic difficile ſit illorum delationem probare, ideo admittuntur etiam teſtes fœminæ, & aliàs inhabiles. Corſett. *ſing. verbo, mors.* Rolan. *conſi.* 3. *nu.* 5. *vol.* 3. Clar. *in pract. q.* 24. *verſ. ſciendum.* Io. Mar. Monticell. *in repert. teſtium. pag.* 41. *col.* 1. *verſ.* 6. *& pag.* 74. *col.* 1. *verſ.* 3. *& pag.* 355. *col.* 2. *verſ. ſecundo.*

16 Et cum deferẽtes archibuſeta incidant in cri. læſ. maieſt. vt cauetur in conſtitutione Pij IV. dubium non eſt, quod fęminarum depoſitiones concludenter probant tale delictum. *l. in quæſtionibus.* vbi Bar. *ff. ad l. Iul. maieſt.* Alberic. *in l. famoſi. ff. eod.* Crot. *in tract. de teſtib. nu.* 17. Gig. *de crim. læſ. maieſt. lib.* 2. *tit. quomodo & per quos crimen læſæ maieſt. probetur. q.* 6. *nu.* 5. *&* 6.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Inter ciuitates.* Non eſt dubium, quod tex. *in cap.* 1. *de pace tenen. & in ca.* 1. *de pace iuram. firman.* loqui vidẽtur in violatoribus pacis publicę, vt puta inter duas Ciuitates aut inter duo Caſtra: At tamen idem eſſe in violatoribus pacis initę inter ſingulares perſonas, expreſſe voluit Bald. *in d. c.* 1. *num.* 1. *in fine. de pace tenen.* ſequitur Vulpell. *in tract. de pace*, quæ hodie ſubſequitur poſt illatas iniurias, & quæ reconciliatio appellatur (licèt benè videatur requirere quod eadem pax ſit iuramento firmata, alias ſecus) & eſt de mente Alberici *in tract. de ſtatut. p.* 1. *q.* 51. quem refert Marſ. *in rub. ff. de fideiuſſorib. ſub q.* 29. *num.* 243. dum diſputant,

ſputant, an fideiuſſor pro obſeruatione pacis datus, teneatur ad pœnas, de quibus tenetur principalis, iuxta tex. *in l. fina. ff. de re milit. & in c. 1. de pace tenen. in vſib. feudor.* ſentientes dictas pœnas procedere, etiam in pacibus priuatorum. ſic & iura prædicta ad priuatæ pacis violationis pœnam, ponderat Melch. de Facin. *conſil. crim. diuerſ. 78. nu. 38. iuncto nu. 42. lib. 1. in 4.*

b **Minans**. Quod per minas & manus eleuationem, etiam non ſequuta percuſſione, iniuria inferatur, allegatur hic tex. ad literam *in d. l. apud Labeonem. §. 1. ff. de iniur.* cuius text. verba referre placuit; *ſi quis (inquit ibi Iuriſconſultus) pulſatus quidem non eſt, verum manus aduerſus eum leuata, & ſæpe perterritus eſt, quaſi vapulaturus, non tamen percuſſus, vtili iniuriarum actione tenetur.* Et per iſtum tex. hanc concluſionem firmarunt ibi Angel. Hoſt. *in ſumma de iniur. §. contra quos. in fine. nume. 6. etiam in fine. verſic. & contra ipſum.* Bonif. de Vitelin. *tit. de iniur. nume. 48.* Boer. *conſil. 4. num. 16.* Iodoch. *in pract. crimin. cap. 137. nume. 2.* Vbi de minantibus & geſtantibus vibrare lapides, baculum, cultrum, aut ſimilia arma. Petr. a Plach. *in Epith. delict. lib. 1. cap. 6. poſt nume. 1. & nu. 2.* Vbi & idem de habente in manibus cultellum, aut baculum, & cum eo minante, ad quæ vide etiam Conrad. *in pract. titu. de iniuriantibus nume. 11. ad finem. verſicu. item iniuriam facit fol. 405.* Anto. Gomez. *de delict. capit. 5. rubr. de iniur. poſt nume. 3. verſicu. & adde quod licet.* Baiard. ad Clar. *in §. iniuria. nume. 1. & nume. 2.* Vbi de retinente equum freno, quod dicitur perſonaliter offendere equitantem, quamuis illum non percutiat, ex Vulpell. quem allegat *in tracta. de pace quæſt. 92.* Viui. *deciſ. 368. num. 3.* Theſaur. *deciſ. Pedemont. 229. num. 3.* Vbi quod ſola manus eleuatione dicitur inferri iniuria.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

De receptante bannitos, quando pro receptatione puniri poſſit, non conſtito præſertim, quod receptati eſſent banniti: Et quod receptans bāni ſciētiam haberet: Et de pluribus indicijs ex quibus in propoſita facti ſpecie Fiſcus ad torturā deuenire prētēdebat.

SVMMARIVM.

Receptare homines de ſe delictum non eſt, quia natura docet, vt vnuſquiſque alteri ſubſidium præbeat, nu. 1.

Delictum vbi non eſt, ibi pœna non cadit, nec Iudex procedendo iuriſdictionem habet, nu. 1.

Qualitas tribuens iuriſdictionem procedendi, imprimis, & ante omnia probanda eſt, antequam Iudex procedat, nu. 1. in fine, & num. 11.

Qualitatum tres ſunt ſpecies, vna ſcilicet, quæ aggrauat delictum, altera quæ diuerſificat delictum, & altera, quæ producit, ſeu infert delictum. nu. 2.

Qualitas aggrauans delictum, ſeu delictum inferens in primis, & ante omnia probanda eſt à Fiſco, vt illius pœnæ locum habeant, nu. 2.

Fiſco non probante, reus abſoluendus eſt, nu. 1. in fine.

Receptans bannitum non poteſt puniri de receptatione, niſi prius conſtet de banno receptati, num. 1. & ſeq. & num. 14. Vbi amplius quod debet conſtare de banno tempore receptationis.

Regula, non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, poſt num. 3.

Bannitus, qui non eſt hodie, nec etiam de præterito præſumitur bannitus, niſi probetur ſemel bannitum fuiſſe, nu. 3.

Status perſonarum non præſumitur mutatus, nu. 3.

Præſumitur de præſenti in præteritum, nu. 3.

Bonus quilibet præſumitur, & non malus, nu. 3. poſt med.

Præſumptiones habens contra ſe, debet contrarium probare pluſquam ſufficienter, nu. 3. in fine.

Teſtis curiæ etiam quod vnicus ſit plene probat contra curiā, præſertim ſi deponat in tortura, nu. 4.

Depoſitio facta in tortura præſumitur vera, nu. 4. in fine.

Mutatio nominis eſt delictum & punitur pœna falſi. nume. 5.

Falſitas, & delictum non præſumitur, nu. 5.

Teſtis de credulitate plene probat contra producentem, nu. 5. in fine. Vbi etiam idem ſi deponat de auditu & in addit. litera a *Vbi declaratur.*

Receptans contumaces & latitantes pro aliquo leui delicto, non tamen bannitos & condemnatos capitaliter non punitur, num. 6.

Bannum quod hodie contumacibus datur, dicitur ſententia diffinitiua, & non interlocutoria, nume. 6. verſic. bannum enim.

Sententia diffinitiua requirit ſcripturam, nu. 6. in fine.

Bannum non probatur niſi per ſcripturam, nu. 6. in fine.

Receptans bannitum ignorans illum eſſe bannitum, ſed tantum ſuſpicans, non eſt puniendus, niſi receptatus eſſet in albo communis bannitorum deſcriptus, vel eſſet notorium, & publica fama, quod erat bannitus, num. 7. & nu. 15. vbi de materia, & ampliatur etiam quod receptatus eſſet bannitus pro crimine læſæ maieſtatis, & quod in dubio præſumitur ignorantia.

Teſtimonium parte non citata receptum, habetur pro non teſtimonio, num. 8.

Præſumptio excluſiua delicti tollit præſumptionem incluſiuam, num. 9.

Præſumptio minoris delicti ſemper eſt, nu. 10.

Qualitas probanda eſt, non per præſumptiones & coniecturas, ſed plenè & concludenter, præſertim in criminalibus, & vbi agitur de puniendo, nu. 11.

Corpus delicti non per præſumptiones & coniecturas, ſed plene & concludenter probandum eſt. nu. 11. in fine.

Præſumptio mala oriens ex regula ſemel malus, non eſt ſufficiens ad torturam, niſi alia concurrant. nu. 12.

Tortura non poteſt inferri, vbi non conſtat de corpore delicti. num. 12.

Vulnerans aliquem non poteſt capitaliter condemnari & bānniri, niſi in euentum mortis, etiam quod habuiſſet animum occidendi. num. 13.

Receptans bānitum vt puniatur, neceſſe eſt non ſolum quod receptatus ſit bannitus, ſed quod taliter ſit bannitus, vt non potuerit receptari. nu. 13. in fine.

Receptans bannitum non doloſe nec ad malum finem, non punitur. numero decimoſexto, declara vt in additione litera. b

Dolus

Dolus faciens actum illicitum, debet in ſpecie probari, nu. 16. verſ. & vbi factum.

Confeſsio qualificata non poteſt ſcindi, quando de delicto confeſſato aliunde non conſtat, num. 16. declara, vt in addit. littera C.

Ignorantia præſumitur ex abſentia, num. 17. verſ. præſertim cum etiam.

Incertitudo principalis delinquentis infert in acceſſorio incompetentiam procedendi, nu. 18. & 19. vbi declaratur, quando debeat conſtare de principali delinquente.

Contumacia vnius alteri non nocet, nu. 19. in fine.

Litterarum tranſmiſsio de ſe non eſt delictum, nu. 20.

Indicium delicti ſumi non poteſt ex actu, qui poteſt eſſe & non eſſe delictum, num. 20.

Indicia non debent eſſe dubia vel æquiuoca, ſed certa, probabilia, veriſimilia, & concludentia, nu. 20. in fine.

Actus cenſetur ſemper explicatus ex cauſa licita potius, quam ex illicita, num. 21.

Indicium culpæ vel innocentiæ maxime ſumitur a veriſimilitudine, nu. 21. in fine.

Teſtis, qui patitur plures defectus & carceratus pro pluribus capitalibus delictis, nihil probat, etiam in caſibus priuilegiatis, nu. 22.

Indicia remota ſunt probanda per duos teſtes, nulla laborante ſuſpicione vel macula, nu. 22. in fine.

Sermo ſeu alloquutio ſecreta præſumitur potius in bonam partem, quam in malam, num. 23. Vbi etiam quod indicium non facit, niſi alia concurrant; & alijs concurrentibus, facit tantummodo indicium de delicto perpetrando, non autem de perpetrato.

Teſtis allegans alium in conteſtem, redditur falſus, ſi ille conteſtis allegatus non concordat cum ipſo, nu 24.

Indicia debent eſſe legitima, etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, nu. 25.

Atrociſsimum vbi eſt delictum, nec etiam licitum eſt iura tranſgredi, nu. 26.

Querela præſumitur calumnioſa ex diuturnitate temporis, numero 27.

CONSILIVM XXXVII.

1 ADSIT DEVS. Pro reſponſione eorũ, quę contra Dominum Equitem Contugium doctè admodum, & ſubtiliter per integerrimum Dominum Iudicem, dubitationis cauſa, obijciunť, facienda imprimis eſt cõcluſio, quod, ex quo receptatio hominum de ſe delictum non eſt, cum natura doceat, vt vnuſquiſque alteri ſubſidium præbeat, *l. vt vim. ff. de iuſt. & iur.* notat in ſpecie Carrer. *in pract. crim. in tract. de homi. §. poſt uero maleficium. nu.* 10. Vbi autem delictum non eſt, ibi nec pęna cadit, nec iudex procedendi iuriſdictionem habet, Bart. & alij *in l. ubi pactum. C. de tranſact.* Marſ. *conſi.* 128. *nu.* 25. *& in prac. crimi. §. conſtante. nu.* 100. Hippol. Rimin. *conſi.* 327. *nu.* 26. *vol.* 3. idcirco Fiſcus, qui ex qualitate capitalis banni, pręrendit incurſum pęnarum, a ſacris cõſtitutionibus inflictarum, nullo pacto audiendus eſt, niſi per ipſum prius plene & concludenter probata dicta qualitate, iuriſdictionem procedendi tribuente. *l. 2. §. ſed ſi dubitatur. ff. de iud. l. ſi quis ex aliena. ff. eodem.* Abb. & Doct. *in ca. ſi clericus laicum. de foro compet.* Carrer. *vbi ſupra §. circa igitur tertium. nu.* 18.

2 In delictis enim dantur tres ſpecies qualitatũ, quarum vna dr̃ aggrauans, altera diuerſificans, & altera producens, ſeu inferẽs delictum, de quibus per Doct. *in l. aut facta. ff. de pœnis.* Bart. Salic. & alios *in l. quid tamen. ff. de adulter.* plenè Luc. de Penna. *in l. vnica. C. de colonis illirican. lib.* 11. & ſicut qualitas aggrauans delictum, in primis pro parte Fiſci probãda eſt, vt ipſius delicti pęna grauari poſſit, vt per Gugliel. de Bened. *in c. Raynuccius. in verbo, mortuo itaque teſtatore. il* 1. *nu.* 168. *de teſtam.* Brun. *conſi.* 69. *num.* 3. Foller. *in pract. crim. verbo, & ſi confitebuntur, in* 4. *p.* 3. *partis, nu.* 9. ita & multo magis debet conſtare in primis de qualitate delictum inferente, vt eiuſdem delicti pœna locum habet. B■ſſ. *ti. de delict. nu.* 4. vbi propterea dixit, quod vbi qualitas facti infert delictũ, tunc non ſufficit conſtare de facto, niſi etiam conſtet de qualitate facti; vnde inferendo ad primum caput imputati criminis, receptationis. ſ. bannitorum, cum in proceſſu, quòd viderim, non cõſtet, receptatos per D. Equitem in eius vinea, fuiſſe bannitos, corruit omne Fiſci fundamentum, & abſolutioni locus eſt. *l. actor. de proba. l. ei qui. ff. eodem. l. qui accuſare. de eden. cum vulgaribus.*

3 Et licet nec ſufficerent ad victoriam D. Inquiſiti, adhuc tñ dr̃, ꝙ imò conſtat Curię, dictos receptatos non fuiſſe bannitos, ſed famulos Equitis Tholomęi, nuncupatos. ſ. Oratium & Franciſcũ, vt modo dicam, quos non eſſe bãnitos, ſatis conſtat ex fide Communitatis Priuerni, teſtantis, vt mihi ſupponitur, eos non fuiſſe, nec eſſe bãnitos, ſed publicè verſari in ea ciuitate. Nec obſtat obiectio, ꝙ talis fides nõ concludat de tẽpore receptationis, ſed de pręſẽti, & ſic potuerit eſſe, ꝙ ab eo tp̃e citra fuerint aggratiati; nã rñdeť, ꝙ obiectio forſan procederet, ſi pro parte Fiſci fuiſſet probatum, eos fuiſſe bãnitos tp̃e receptationis; tunc enim ſubintrare poſſet regula, ꝙ nõ probat hoc eſſe quod ab hoc contingit abeſſe. de qua *in l. non hoc. C. vnde legitimi.* Sed aliter non conſtito de dicto banno tempore receptationis, ſuccedit alia regula, quod ſtatus perſonarum non præſuſumiť mutatus; & qui hodie eſt talis, retro ẽt pręſumiť fuiſſe talis, quia de pñti pręſumitur in pręteritum. Salyc. *in l. ex perſona. C. de probat.* Ale. *cõſi.* 16. *lib.* 2. *nu.* 5. Bertran. *conſi.* 7. *colum.* 2. *li.* 1. Cæph. *conſi.* 96. *num.* 19. *vol.* 1. Et plene Eucrat. *in loco de tempore ad tempus*; concurrente pręſertim alia iuris præſumptione, quòd quilibet pręſumitur bonus, & non malus & bannitus, de qua per Alcia. *de præſumpt. regu.* 3. *præſumpt.* 2. Gabriel *lib.* 7. *concluſio.* 2. *nu.* 9. *ſeqq. in* 3. *illat.* & cum hæc præſumptio, quod ſcilicet de præſenti præſumatur in præteritum, ſit præſumptio iuris, Fiſcus ſui contrariũ aſſerendo, dicat, receptatos hodie non bãnitos, fuiſſe tamen bannitos tempore receptationis, debet hoc non ſolum probare, ſed etiam plus quam concludenter probare, ipſi vt dixi obſtante iuris præſumptione. Marſil. *ſing.* 442. Villalob. *in ſua collecta communium opinionum, verbo, præſumptio. num.* 314. Franc. Hercul. *de neg. num.* 4. Cæphal. *conſi.* 138. *num.* 18. *libro* 1. *& conſi.* 241. *nu.* 87. *lib.* 2. non probauit; ergo &c.

4 Quod autem receptati, eſſent dicti Oratius & Franciſcus famuli Equitis Tholomęi, pręterquã quod id conſtat ex confeſſione ipſius D. Equitis

Digitized by Google

Contugij, quo caſu, vt infra dicant, cum de receptatione aliunde non appareat quàm ex eius cõfeſſione, non põt pro parte acceptari & pro parte non, adhuc tñ ſatis dr̃ id probatum ex depoſitione Rocchi teſtis, pro informatione Curię examinati, sẽper dicentis, fuiſſe dictos Horatiũ & Franciſcum, & non alios; quo caſu, ẽt quod ſit vnicus, plenè probat contra Fiſcum. Cæph. *conſ.* 141. *nu.* 15. *& conſ.* 82. *nu.* 47 *in* 1. *& conſi.* 168. *nu.* 52. *&* 63. *in* 2. Gabr. *tit. de teſtibus, concl.* 1. *nu.* 14. *&* 15. præſertim cum id ẽt ratificet, & deponat in tortura; & ſic eò magis purã & merã ueritatẽ dixiſſe præſumendum eſt. *l. edictum*, & ibi gl. & Alber. *ff. de q.* Hier. Magon. *deciſ. Lucen.* 89. *nu.* 12. 1. *par.*

Nec facit quod Roccho credendum non ſit, cũ non reddat concludentem rationem, ſed ſolũ dicat, eos ſic noĩari, quia ita ſic dixerit D. Eques; nã replicando dr̃, ꝙ vt mihi ſupponitur, cõſtat in proceſſu, quod Roccus ſic crediderit eos noĩari, quia vti tales ſe nominari faciebãt dicti receptati; vnde eò magis ei credendum eſt, quia cum mutatio nominis ſit delictum. *l. vnica. & ibi gl. & Docto. C. de nomin. muta.* & falſi pęna puniatur, vt per Bonif. de Vitel. *in tit. de pœn. ſibi nom. mutan.* Men. *de arb. q. caſu* 218. *li.* 2. falsũ aũt & delictũ non pręſumatur, niſi probetur. *l. cum precib. C. de proba. c. in præſentia. extra eodem.* Sed quod tales re vera nuncuparentur, quales ac nunc nuncupari permittebat; & conſequenter Rocco ad Fiſci inſtantiam examinato, plenè credendum eſt contra Fiſcum,
a ẽt quod minus concludenter, & de credulitate [a] deponeret. Marſ. *in rubr. de prob. nu.* 178. Aym. *cõſ.* 201. *nu.* 7. Soc. iun. *conſ.* 69. *n.* 12. *vol.* 1. Gabr. *tit. de teſtib. cõcl.* … *nu.* 15. Burſ. *conſ.* 340. *n.* 13. *lib.* 3. ac etiã quod de auditu. Pariſ. *cõſ.* 50. *n.* 60. *in* 1. Iac. Non. *conſi.* 99. *nu.* 10. *&* 18. Burſ. *conſi.* 20. *nu.* 23. *lib.* 1.

6 His ſic, vt ſupra, firmatis, nõ obſtent alię dubitationes, factæ circa hoc primũ caput receptationis bannitorũ; dum. n. primò ſit fundãm ſuper cõfeſſione D. Equitis, aſſerentis, dictos receptatos eſſe eo tempore cõtumaces a Terra Priuerij; rñdetur, ꝙ non ſequitur, ſunt cõtumaces, fugaces, vel latitantes, ergo banniti, & cõdemnati. Nec bulla ſanctiſſimi vltimo emanata, dicit, hos ſic fugientes, vel contumaces pro leui rixa, vt idẽ D. Eques dicit, puniendos capitaliter, ſed eos tantũmodo, qui vel ſint homicidæ, vel graſſatores ſtratarum, vel de alio capitali crimine banniti, vel diffamati; hos aũt tales eſſe, D. Eques minimè fatetur; & aliud eſt, quem eſſe contumacem, aliud aũt bannitum vel condemnatum. Natt. *conſi.* 564. *num.* 6. *ſeq.* Bannum enim, quod hodie contra abſentes, a ſtatuto, vel generali conſuetudine habitos pro confeſſis fertur, eſt ſententia diffinitiua. Natta vbi ſup. Corrad *in prac. de cõtumace & bannito. ſub nu.* 37. Clar. *in prac. q.* 44. *verſ. licet autem. & uerſ. dictum eſt.* D. Ioſeph. Ludou. *in comm. opi. concl.* 3. *in prin.* Sententia autem diffinitiua requirit ſcripturam. Vant. *ti. de nullit. ex defec. proceſſ. ſiue ord. iudi. ac ſolemnita. formæ ipſius ſentẽtiæ. n.* 69. *ſeq.* ideo cũ nec de ſcriptura, nec de ſnĩa conſtet, non pñt dicti receptati dici capitaliter banniti vel cõdẽnati, etiam quod eos contumaces fateaẽ D. Eques.

7 Imò & quod plus eſt, & exabundanti, etiam ꝙ D. Eques eos ſuſpicatus fuiſſet capitaliter bannitos, prout tñ nõ fuit ſuſpicatus; ſed id pro certo non ſciret, cum non cõſtiterit, quod eſſent in albo cõis bannitorum deſctipti, iuxta tradita per Boſſ. *in tit. de rapin. nu.* 22. *ſeq.* Vel ꝙ in loco receptationis non eſſet notorium, vel publica vox & fama, ꝙ eſſent banniti, ad trad. per eundem Boſſ. *ibid. n.* 29. *ſeq.* Menoc. *de arb. q. caſu* 348. *nu.* 15. ſola ſuſpicio banni, niſi illud pro certo ſciaẽ, nõ facit, receptatorẽ puniendum. Rol. *cõſ.* 45. *nu.* 17. *uol.* 1.

8 Nec in hoc aliquid eſt deferendum depoſitioni Nalli, dicẽtis, et exaduerſo opponitur, vidiſſe in vinea D. Equitis quatuor armatos cum armis prohibitis; tale enim teſtimonium, parte nõ citata prolatum, omiſſis alijs reſponſionibus, pro nõ teſtimonio reputatur, & in nulla debet eſſe conſideratione. *l. quando. C. de teſtib. c.* 2. *extra eodem*, cum ſimilibus. vltra quod non ſequitur, erant ſic armati, ergo erant banniti.

9 Dum ſecundo ſit fundam̃ in eo, quod dicti receptati dormirent in forti lecto, ex virgultis conſtructo; & ſic mala videatur oriri præsũptio contra eos, quod eſſent banniti, ex iſta clandeſtina & occulta dormitatione; rñdetur, quòd hæc pręſumptio clandeſtinitatis tollitur ex alia contraria præſumptione, quòd. ſ. vt Roccus deponit, cuius dicto, vt ſupra probaui, ſtandum eſt cõtra Fiſcũ, ijdem receptati de die laborabant publicè in vinea, ẽt prope uiam publicam; quo caſu iſta pręſumptio, ꝙ de die ſe publicè uideri permittebãt, excluſiua delicti, tollit præcedẽtẽ incluſiuã. Bar. *in l. non ſolum. §. probari. ff. de non. ope. nunci.* Gram. *dec.* 18. *nu.* 1. Rom. *conſ.* 68. *niſi in propoſito.* Foller. *in pract. crim. diuer.* 139. *nu.* 15. *ſeq. vol.* 5.

10 Reſpõdetur rurſus, quod dato, quod ex hac latitatione oriretur aliqua ſuſpicio cõtra eos, ꝙ fugerent curiam, non per hoc tamen ſequitur pręſumptio, quod eam fugerent pro capitali cauſa, vel banno potius, quàm ex leui; & in dubio, cum aliud non conſtet, eſt ſemper capienda præſumptio minoris delicti, & cauſę, ad fauorem rei, quã grauioris, ad fauorẽ Fiſci. Bal. *in l. fi. col. fi. uerſ. ſed in nihil apparet. n.* 17. *C. de edil. act.* Rom. *conſ.* 455. *nu.* 5. *ſeq.* Alcia. *de præſump. regu.* 1. *præſump.* 6. *nu.* 1. *& ſeq.* Gabr. *ti.* 2. *concl.* 2. *num.* 5. *&* 6. Rol. *conſi.* 11. *nu.* 38. *uol.* 3. *& conſi.* 1. *nu.* 26. *eodem volum.*

11 Rñdetur & tertio, ꝙ in omnẽ euentum, dato quod ex occulta hac dormitatione oriretur pręſumptio, quod eſſent capitaliter banniti, & condẽnati, prout certè hoc nunquam credo æquiſſimo D. mei iudicio conueniens videri, adhuc tamen per hoc non dicetur conſtare in propoſito, eos eſſe vere bannitos ad hoc, ut ſubintret poteſtas procedẽdi contra eorũ receptatores; quia, vt ſupra dixi, qualitas, præſertim iuriſdictionem tribuens, non præſumptiuè & per cõiecturas, ſed plenè & concludenter probari debet. Illuſtriſſi. D. Card. Albanus *conſi.* 14. *nu.* 13. D. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen.* 52. *numero* 28. prima parte, poſt Aret. *in conſilio* 163. *ſub numero primo, uerſic. ſed antequam conſtet de iſta qualitate*, quod maximè procedit in criminalibus, & vbi agitur

de

de puniendo. Bald. *in l. ſi quando. n. nu. 2. C. vnde vi*, & ibidem Iaſ. *in* 4. *notab.* Bar. *in l. diuus. per illã tex. ff. de teſtam. mil.* & de corpore delicti non per præſumptiones & coniecturas, ſed plene, & concludenter cõſtare debet. *l.* 1. §. *Item illud. ff. ad Sillan. ibi, liquere igitur debet, &c. & in d. l. ſi quando. C. vnde vi, ibi, patefacta, &c.* vbi etiam Bal. & Iaſ. *in* 4. *notab.* Capella Toloſ. *deciſ.* 313. Aym. *conſ.* 244. *in prin.* Ioach. Miſinger. *obſerua.* 81. *concl.* 3. Foller. *in pract. crim. verbo. capiat informationem, nu.* 18.

12 Dum tertio obijcitur, quod ex quo D. Eques fateretur ſe alias receptaſſe Dominicũ, Cæſarem, & Proſperum publicos homicidas, & capitaliter condemnatos, ideo ſubintret regula, quod ſemel malus, &c. Hęc obiectio tollitur pluribus modis; & primo dicitur, quod indicium oriens ex regula, ſemel malus, non eſt ſufficiẽs ad torturam, niſi alia concurrant. Franc. Caſon. *de indit. & tortur. tract.* 1. *c.* 2. *rubr. de famareorum, nu.* 2. *in fine.* Boſſ. *in tit. de inquiſ. nu.* 29. *& in tit. de indic. & conſid. ante tortur. poſt nu.* 65. *verſ. loquor de fama, & nu.* 66. *& ſeq.* Brun. *conſ. crim. diuerſ.* 115. *nu.* 66. *tomo* 2. *in magnis.* Rol. *conſ.* 11. *nu.* 35. *ſeq. vol.* 3. pręſertim in caſu noſtro, in quo, vt ſupra dixi, non conſtat de corpore delicti, quod videlicet illi receptati in vinea eſſent banniti, quo caſu non poteſt deueniri ad torturam, etiam, quod mille extarent indicia nedum generalia, ex regula, ſemel malus, ſed etiã ſpecialia, vrgentia, indubitata. ſic enim tex. *in d. l.* 1. §. *item illud. ff. ad Sillan.* propriè loquitur in tortura, vt patet ibi, *non haberi de familia quæſtionem.* notat Clar. *in pract. q.* 4. *in princ. & q.* 64. *ver. debet autem index.* Aym. *conſ.* 244. *in prin.* Boſſ. *tit. de delict. nu.* 14. Gabr. *lib.* 7. *concl.* 17. *n.* 1. Plot. *conſ. crim. diuer.* 137. *nu.* 21. *vol.* 1. *in magnis.*

13 Secundo dicitur non cõſtare, quod D. Eques fuerit ſemel malus, nec quod vnquam receptauerit banitos; quinimo cõſtat de contrario, videlicet de eius nobilitate, & bona fama, quæ vt notum eſt, plurimum operatur in demõſtrando innocentiam inquiſiti. & licet ipſe Dom. Eques fateatur eos tunc contumaces pro archibuſata illata in illum de Penagallis, & forſan etiam crediderit pro tali archibuſata eſſe bannitos vel condemnatos, non per hoc tamen fatetur, eos capitaliter bannitos, prout requirit bulla, quia non ſequuta morte; & quod habuiſſent animum occidendi, non poterant ea de cauſa capitaliter condemnari, niſi vt communiter obſeruatur per tribunalia, conditionaliter, & in euentum mortis, ſaltem de generali cõſuetudine, de qua per Grã. *deciſio.* 2. *& deciſ.* 74. *& not.* 8. Syluan. *conſ.* 43. *nu.* 2. *lib.* 1. Anton. Gomez *in tract. de delict. tit. de homic. nu.* 11. d. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen.* 15. *num.* 30. *ſeq.* 1. *par.* Et ad hoc vt receptator puniatur, neceſſe eſt, non ſolum quod receptatus ſit bannitus, ſed taliter bannitus, vt non potuerit receptari. Plot. *in l. ſi quando, nu. mihi* 589. *C. vnde vi, in*

14 *antiqua impreſſione.*

Tertio dato, quòd, vt in dubio, per acta R. D. Gubernatoris conſtet de duabus capitalibus cõdemnationibus presbyteri Dominici, non per hoc tamen conſtat, quod tempore receptationis eſſet bannitus, & prout de iſta qualitate banni conſtare debet. Perr. a Plac. *in Epithom. delict. c.* 19. *nu.* 27. *verſ. cæterum.* Menoc. *de arb. q. caſu* 191. *nu.* 4. *conſ. crim. diuerſ. n.* 21. *vol.* 1. *in magna impreſſione.*

15 Quarto iterum, dato quod etiam eo tempore dicti Dominicus, Cęſar & Proſper eſſent capitaliter banniti, prout non erant, non poteſt tamen de receptatione D. Eques puniri, quia non conſtat, cum habuiſſe ſcientiam de capitalibus ipſorum condemnationibus. Ant. Gom. *d. tit. de homicid. nu.* 50. Menoch. *d. caſu* 348. *nu.* 15. Rolan. *conſ.* 45. *nu.* 10. *ſeq. vol.* 1. quod procedit etiam in receptantibus bannitos pro crimine læſæ maieſtatis. Gig. *de crim. leſ. maieſt. lib.* 3. *rub. ſi. q.* 10. *nu.* 8. Petr. a Plach. *vbi ſupra capit.* 16. *nume.* 6. qui omnes in propoſito etiam concludunt, in dubio præſumi ignorantiam, & non ſcientiam.

16 Quinto iterum dato quod D. Eques habuiſſet notitiam, quod eſſent capitaliter banniti, prout non erant, ſaltem de eo tempore; & ſi erãt, nullã de banno habebat notitiam; non per hoc tamen eſt puniendus, quia, vt ipſe dicit, illos receptauit, b non dolo ſe & ad malum finem, ſed pro tractãdo pacẽ inter eos & illos de Penegallis, & ſic ad bonum finem. Soc. *in l.* 1. *nu.* 9. *ff. de verb. oblig. & cõſ.* 262. *nu.* 15. *uol.* 2. *& conſi.* 90. *nu.* 3. dolus. n. eſt ille, qui receptationẽ alias de ſui natura licitã, illicitã facit; iõ ſine dolo receptãs nõ puniť. Car. *in prac. in trac. de homic. in* §. *poſt uero maleficiũ. nu.* 10. poſt Bal. *in l. quocũque in prin. C. de ſeru. fugit.* Et vbi factũ alias de ſe licitũ, illicitũ redditur, ex dolo & ſcelere, nõ ſufficit probare factũ, niſi et probetur dolo & ſcelere cõmiſſum, *d. l.* 1. §. *itẽ. ff. ad Syll. ibi, liquere igitur dẽt ſcelere interemptũ.* Brunor. a Sole *in ſuo conſ. crim. nu.* 13. ſed hic non conſtat de aliquo dolo ex tali receptatione, ergo nulla põt im c poni pęna: & iſto caſu cũ aliunde non cõſtat de huiuſmodi receptatione quàm ex cõfeſſione D. Equitis, illa non põt ſcindi per fiſcũ, ſed in totũ vel acceptari vel refutari debet, vt per Hier. de Monr. qui concordãtes allegat *in q.* 16. *n.* 18. *ſeq.*

17 Dum quarto prętenditur, D. Equitẽ poſſe torqueri ad indicandum nomẽ & cognomen illius vulnerati & curati in eius domo, quem fiſcus pręttendit bannitum & famoſum, cum nõ ſit veriſimile, ipſum ſaltem a ſuis domeſticis, nõ perquiſiuiſſe & ſciuiſſe illius nomen, ex præallegatis tollitur hæc dubitatio, quæ forſan poſſet procedere, qñ cõſtaret, illũ vulneratum & curatũ receptatũ, fuiſſe bannitum: Tunc enim ex aſſerta vel ſimili ſciẽtia poſſet dubitari, an D. Eques eſſet torquẽdus necne; at nõ conſtito de corpore delicti, nec conſtito, quod ille eſſet bannitus, prout nec etiã præſumi debet ex ſola vulneri adhibita cura in domo Equitis, cum hoc ſit opus charitatis, & nõ delictum, non video, quomodo poſſit tractari de tortura ad indicandum nomen illius receptati & curati, poſt quam non cõſtat, eum eſſe nedum capitaliter, ſed nec etiam nullo modo bãnitum, vt ſupra late deductum eſt; pręſertim, cum etiam D. Eques dicat ſe eo tẽpore a domo abſẽtẽ; quo caſu oritur præſumptio ignorantiæ, & non veriſimilitudo ſcientiæ. Menoch. *de arbitr. quæſtio. ca-*

ſu 186.*nu.*16.Rolan.*conſi.9.nu.44.vol.*3.& ſtante vi lrate ipſius vulnerari & curati,non eſt tam veriſimile, vt ex aduerſo prætenditur, ſi domeſtici non curauerint diligēter indagare illius nomen, & cognomen,contenti ſolum ſciuiſſe,quod erat porcarius equitis Tholomęi,& hęc quoad primā imputationem de receptatione bannitorum.

18 Quo vero ad imputationē Capitanei Neapolionis,in qua prætenditur, D.Equitem fuiſſe participem cum Ant.Colorito de Faentia,qui vt deponit Marianus, alias in Vrbe examinatus, & hac de cauſa ad triremes tranſmiſſus, fuit caput talis capturæ; Dicitur,quod ex quo non cōſtat, dictum Antonium aſſerrum caput,ſeu principale in hoc delicto,re vera illud commiſiſſe, nō poteſt procedi contra D. Equitem, vti illius complicem,vel participē,quia ex incertitudine principalis delinquentis infertur in acceſſorio incōpetentia procedendi, vulgata *l.ſi is,qui rem.§.ſi tu Titium.ff.de fur.*Bar.*conſi.*184.Bal.*conſi.*159.*circa finem.vol.*1.Anchar.*conſi.*216. Marſi.*conſi.* 49.*nu.* 13.*&* 34.*nu.*6.*&* 69.*nu.*6. Io.Mar. Monticell.*in pract.crim.reg.*7.*nu.*107.

19 Et ſi dicat,quod per prędictum Marianū conſtat, D.Antoniū fuiſſe,vt ipſe deponit, caput talis capturæ, & forſan etiā vigore talis depoſitionis fuerit idem Antonius hic in Vrbe in cōtumaciam condēnatus; Reſpondetur,quod ad hoc, vt in propoſito dicatur cōſtare de principali delinquente, debet delictū probari,non per unum teſtem,ſed vel per delinquētis propriam confeſſionem vel per duos teſtes plenè,certè,& cōcludenter. Boſſ.*tit.de delict.nu.*38.*in fine.& tit.de manda. ad homici.pariter.in fi.* Menoc. *de arbit. q.caſu* 352. *nu.*13.*& caſu* 352.*nu.* 15. *lib.* 2. & propter ſolā fictam confeſſionem reſultantem ex condēnatione in cōtumaciā,iſto caſu minimè ſufficere, dixerunt Bar.*in d.§.ſi tu Titiū,*& ibi Alex.*in addit.* Vbi quod ita oēs Doct.ſequūtur,& practicant. Ang. de malef. *verbo,dicto maleficio ſemper aſtitit.nu.*20. Foller.*in pract.crim.verbo, captat informationē.nu.* 56.Boſſ.*tit.de delict.nu.*51. Alex.*conſ.*99.*n.*4. *verſ. præterea iſte.lib.*1.vbi pariter teſtatur de cōi.Burſ. *conſ.*20.*n.*2.*ſeq.li.*1.& nouiſſimè D.Ioſeph.Maſc. *in tract.de prob.concl.*169.*nu.* 17. & ſi aliter diceremus,ſequeretur abſurdum, ꝙ contumacia vnius alteri noceat,contra *l.qui repudiantis. in fine.& in l.Papinianus. §.meminiſſe. ff.de inoff. teſt. & l. eius qui delatorem,*vbi Bar.*ff.de iure fiſci eum ſimi.*

20 Hoc ſtāte,corruūt oīa pretēſa indicia exaduerſo deducta,& nihilominus,quia innocētiæ campus tutus D.Equitis,vndequaque latiſſimus apparet,ſigillatim rñdendo,in primis dr̃,ꝙ non obſtant litteræ miſſæ per D.Equitē Antonio Colorito per manus Io. Perrini; quia miſſio litterarū de ſe non eſt delictū, nec delictū inferūt. Et licet intus litterę poſſint cōtinere bonū & malū,& ſic delictū,& nō delictū, nō per hoc tñ pōt ex ijs ſumi indiciū; quia ubi actus pōt interpretari pluribus modis,nunq̃ ex eo oritur indiciū malū,qñ de ſalute hominis tractatur, vt dixit Bal. *conſi.* 259. *vol.*1.Marſ.*cōſ.*17.*nu.*18.*& conſ.*51.*n.*6. & indicia nō debēt eſſe dubia, vel ęquiuoca,ſed certa, probabilia,veriſimilia,& cōcludētia.*l.milites.§.oportet.C.de q.*Mantua *cōſ.*118.*n.*17.Io. Mar.Mont.*in prac.crim.reg.*10.*n.*27.Rol.*cōſ.*57.*nu.*31.*ſeq.vol.*4.

21 Et præallegata potiſſimū procedūt in caſu noſtro,in quo D. Eques reddit cauſam tranſmiſſionis dictarū litterarū,vt.ſ. Antonius Coloritus,q fuit mediator,vt ipſe mutuauerit D.Petro Gaetano ſcuta 30.ſuper eius bacili, eſſet ēt mediator in operādo,vt idē D.Petrus reſtitueret pecunias mutuatas, & iam per teſtes probatū fuit mutuū, vt ſupra, factum ſuper dicto bacili, mediāte ipſo Antonio;vñ ſuccedit regula, ꝙ actus, qui potuit explicari ex licita,& ex illicita cauſa, cēſeri debet explicatus ex licita,& non illicita. Bar.*in l.fi.§.de illo.verſ.quæro quando.ff.de bon.eorum qui mor. &c.* Corn.*conſ.*261.*de duob.n.*15.*li.*4.Abb.*cōſ.*68.*col.*2. *verſ.probo ſic.li.*1.Aym.*cōſ.* 18. Andr.iuuenis *in fi.* Ruy.*conſ.*4.*Proponitur.n.*19.*li.*5.Alciat.*de præſūp. reg.*3.*præſūpt.*1.*n.*2.*& ibi in addit.ſub littera* a, Ant. Gab.*li.*7.*concl.*2.*n.*28.*in* 3.*illatio.*& in caſu noſtro impoſſibile eſt,ex dicta illarū trāſmiſſione,ſumere aliquod indiciū,qđ in illo tractaretur de captura Neapolionis, quia vltra alias inueriſimilitudines deductas per aliū D.Scribentē, quas hic non repeto,illa vr̃ ineuitabilis, quod Io.Perrinus habuit litteras a D. Equite de ſero ante miſſam capturā Neapolionis;Neapolio aūt fuit captus ſequenti ſūmo mane,tpe quo colliguntur roſæ,& ſic ante ortū ſolis, quo tpe Io.Perrinus forsā nō adhuc diſceſſerat de ciuitate Sectiæ;& ſi diſceſſerat,nō adhuc peruenerat ad terrā Maentiæ, & ſi peruenerat,nihil potuit Antonius Coloritus operari in captura Neapolionis, pp receptas litteras,cū iā erat captus,vt dixi, ſummo mane; vnde ſicut ex veriſimilitudine vel inueriſimilitudine deducitur,& excluditur indiciū culpæ, vel innocentiæ,vt per Bald.*conſi.*180.*Mortuo filio.vol.*3.Aret.*conſi.*9.*col.*2.Oldr.*conſi.*13.*incip. cum quæſtio.in fine,*cum alijs per Brun.a Sole *in ſuo conſ.crim.nu.* 18. multo magis debet excludi indicium delicti, dara illius impoſſibilitate,vt in caſu noſtro.

22 Nec ēt obſtet allocutio ſecreta facta,vt p̄tedič, p Antoniū Coloritū cū D.Equite eodē die,quo fuit captus Neapolio, qa de ea nō cōſtat,niſi per depoſitionē Io. Perrini, q p̄terq̃ ꝙ eſt vnicus, & vox vnius vox nullius,patir ēt plures defectus,& reperiē carceratus p plurib.capitalib.delictis; iō nihil pbar,ēt in caſibus priuilegiatis,& ubi alias teſtes inhabiles admitterētur.Marſ.*ſing.*385.Cęph.*conſ.*65.*n.*27.*&* 28.*vol.*1.*& conſ.*250.*n.*33.*ſeq. vol.*2.Rol.*conſ.*3.*n.*49.*ſeq.vol.*3.*& conſi.*98.*nu.*46. *vol.*4.*& conſi.*57.*n.*41.*ſeq.eo.vol.*& tñ certū eſt,indiciū quodlibet remotū debere probari p duos teſtes, nulla laborantę ſuſpicione, vel macula, Grā.*cōſ.*3.*n.*18.Anto.Gom. *de delic.tit.de tortura reorum,n.*18.Cotta.*in prac.pag.*296.*n.*26.Menoca *de arbit.quæſt.caſu* 270.*n.*6.*&* 23.*li.*2. Rolan.*cōſi.* 3.*nu.*37.*ſeq.vol.*3.Oſaſc.*deciſ.Pedem.*79.*num.*31. Alciat.*conſi.*455.*n.*1.Vbi quod hęc concluſio eſt communiter canonizata in iudicijs & ſcolis.

23 Et in omnem euentum, quatenus conſtaret de hac ſecreta alloquutione,prout non conſtat, non tamen cōſtat,quid inter eos tractatum fuerit

rit

rit; nã ſermo præſumitur habitus in bonã partẽ, & nõ in malam, vt tractauerint delictum, prout optimè deduxit, & cõprobauit alias D. ſcribens auctoritate Bal. Marſilij, & aliorum Doctorum; ideo iterum ſubintrat concluſio ſupra firmata, ꝙ ex actu dubio & ęquiuoco nõ oritur contra agẽtem indicium ad torturam, cum indicia debeant eſſe certa, & cõcludentia, nõ autem dubia & æquiuoca: & quod hoc ſit verum, patet; nam ex ſola ſecreta alloquutione, etiã facta ad aures, quod plus eſt, nunquam oritur indicium cõtra loquẽtem, niſi alijs concurrentibus, & delicto inconti nenti ſequuto. Bal. *in l.* 1. *nu.* 10. & ibid. Iaſ. *ſub nu.* 30. *verſ.* 5. *mirabiliter limita. C. de ſeru. fugit.* Anan. *conſi.* 59. *nu.* 2. *ver. intellige tribus cõcurrẽtibus. ff. de priuil. cred.* & ſic ex ſecreta allocutione ſumit̃ indicium delicti, non perpetrati, ſed perpetrãdi, & incõtinenti ſubſequuti; quod non põt ſummi in caſu noſtro, quia delictum, vt ſupra dixi, erat perpetratum ante dictam allocutionem; ergo impoſſibile erat, vt in ea tractaretur de capiẽdo Napolionem, qui iam erat captus: nec video iure probari, quod ſecreta alloquutio faciat præſumere in præteritum, licet bene pluribus concurrẽtibus faciat aliquando præſumere futurũ, vt dixi.

24 Multo minus obſtet depoſitio Matthæi, qui retulit Io. Petrino nomine D. Equitis, vt a curia diſcederet, donec fuit liberatus a carceribus; alioquin ſi in fortiã curiæ peruenerit, erit ſuſpenſus; nã pro parte D. Equitis dr̃, hoc non eſſe verũ: qđ patet, quia Matthæus dicit ſic retuliſſe, quia fuit ſic ſibi dictum ab Alexandro; Alexander autem examinatus dixit contrariũ, & ſubſtinuit in tortura: vnde depoſitio Matthæi redditur falſa. Gramm. *conſi.* 26. *nu.* 20. *ſeq. & conſi.* 31. *num.* 8. Alex. *conſi.* 91. *poſt nu.* 17. *col. penul. in fine. lib.* 4. Gabr. *tit. de teſtibus. li.* 1. *concl.* 2. *nu.* 11. Bertaz. *conſ.* 234. *num.* 3. *lib.* 2. Decian. *conſi.* 92. *num.* 51. *lib.* 2.

25 Pariter non obſtet, quod ſumus in tractatu, & ſic in delicto difficilis probationis; nã prętérquã quod, vt optimè cõſiderauit alius D. Scribẽs, cui propter eius ſcientiam & ſingularem bonitatem plurimum defero, & debeo, nõ conſtat de aliquo tractatu, ad huc tñ dr̃, quod ẽt in delictis occultis, & difficilis probationis, indicia ad torturam debent eſſe legitima, & ita certa, vt vix reus poſſit denegare delictum. ſic in ſpecie huic obiectioni reſpondet Oſaſcus videndus *deciſ. Pedem.* 79. *nu.* 10. *iuncto nu.* 55. *ſeq.* Pariſ. *conſi.* 15. *nu.* 14. *lib.* 4. Cæph. *conſi.* 233. *num.* 20. *&* 21. *lib.* 2. Moder. Ferrar. ab Anguil. *in conſi.* 50. *num.* 9. *ſeqq. lib.* 1.

26 Et in atrociſſimis id quod vulgo dici ſolet, ꝙ licitũ eſt iudici iura trãſgredi & ſimilia, cõiter declarat̃ per Doctores procedere, vbi conſtat, quẽ cõmiſiſſe illud delictũ atrox, de quo imputatur; ſecus ſi pendeat proceſſus; & ſic habet locum in puniendo, non in procedendo, ſeu torquendo. Marſil. plenè *in pract.* §. *diligenter, nu.* 57. *& plurib. ſeq.* Iod. *in pract. crim. c.* 55. *nu.* 9. Rol. *conſ.* 7. *nu.* 42. *ſeq. vol.* 1. *& conſ.* 12. *nu.* 32. *ſeq. vol.* 3. Brun. a Sole *in ſuo conſ. crim. nu.* 87. Et licet Clar. *in pract.* §. 1. *verſ. ſunt ẽt. in fine*, teſtet̃ apud eũ ſeruari, qđ ẽt in ꝓcedẽdo põt in atrociſſimis iudex iura trãſgredi; tñ cõſuetudo Mediolani, de qua ipſe teſtatur, non debet ad alias ciuitates extendi. Rolan. *conſ.* 94. *nu.* 22. *conſi.* 98. *nu.* 23. *& ſeq. vol.* 4. Hippol. Riminal. *conſi.* 245. *nu.* 41. *& ſeqq. lib.* 3.

27 Et in caſu noſtro res caret oĩ difficultate, quia, vt ſupra probatũ fuit, tã in prima, quã in ſecũda imputatione, nulla prorſus indicia, ne dicã leuia, vrgent contra D. Equitem, ẽt quod ſimus in occultis & atrociſſimis; ideo abſolutioni locus eſt, in quam eo magis D. Iudex inclinare poterit, ꝙ Neapolio, qui, vt mihi ſupponitur, eſt inſtigator in cauſa, iã ſunt lapſi quinque anni, quod fuit captus; & ſi eo tempore habebat ſuſpectũ D. Equitem, cur pariter eodem tempore non dedit cõtra ipſum querelam? Ideo ſubintrat cõcluſio, quod ex diuturnitate porrectionis querelæ præſumitur falſitas, & calumnia. *l.* 2. §. *ſi quis. ff. ſi quis cau.* Bal. *conſi.* 37. *in fi. lib.* 1. Aym. *conſi.* 75. *nu.* 9. Foller. *in pract. uerb. Itẽ quod cõmiſit falſitatẽ. nu.* 18. Cęph. *cõſ.* 183. *n.* 3. Plot. *in l. ſi qñ.* §. *fi. n.* 11. *C. vñ vi.* Corra. *in prac. p.* 230. *col.* 2. *in prin. uerſ.* 77. *ut accuſator etc.*

Ex his, ni fallor, ſint ſublatæ doctiſſimæ dubitationes Excel. D. Iudicare debentis. Propterea ſupplicatur pro relaxatione & abſolutione ipſius Do. Equitis, prout certè abſoluendus erat, quamuis ferè allegatis non obſtantibus, fuit ſemel tantum tortus, ſed tortura eò magis ſuam innocentiam patefecit. LAVS DEO.

Proſper Farinacius. I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *De credulitate.* Cõcluſio per D. meũ hic firmata, nõ trãſit ſine difficultate, & ſatis dubia reddit̃ ex ijs, quæ ipſe ſcripſit *in tract. de teſtib. q.* 62. *num.* 241. Vbi facit aliã cõcluſionẽ, qđ producens teſtes, licèt cenſeat̃ approbare eorũ perſonas, nõ tñ prohibetur impugnare eorũ dicta; & ꝓpterea in teſtibus deponẽtibus de auditu, ſeu de credulitate, qđ non bene probent contra producentẽ, voluerunt alij nonnulli Doctores per eum relati. *d. q.* 62. *nu.* 228. *&* 235. Ideo cõcordando contraria dicas, quod opinio affirmatiua per conſultorem hic firmata, tunc demum procedit, quando producens teſtes adhuc poſt eorum publicationem, eorum examen reproducit, quia tunc cenſetur etiam approbaſſe dicta eorundem teſtium; ſecus ſi tantum illos examinare feciſſet, ſed examen non produxiſſet, prout bene aduertit idem D. Farinac. *d. q.* 62. *num.* 229. *&* 236.

b *Nõ doloſè & ad malũ finẽ.* Vide tñ Bullam Sixti V. in ordine ſextã cõtra bãnitos &c. in verſ. Neque receptatores, de qua *in* 2. *p.* Bullarij *fol. mihi* 1377. quę bulla ſuperuenit poſt hoc rñſũ, in qua ſtatuit, receptatores bannitorũ non excuſari ſub prętextu nõ doloſæ, & penitus inculpatę, nec ad malũ finẽ, receptationis. Quæ lex ꝗuis dura ſit, ſeruanda eſt, ſed cum temperamento æquitatis.

c *Aliunde non conſtat.* Azzo probat eandem concluſionem relatus per Maſcar. *de proba. lib. ſecundo, concluſio.* 867. *numero* 7. Honded. qui tamen loquitur, quando confeſſio non habet contra ſe præſumptionem, *in conſilio* 96. *numero* 24. *libro* 4.

Verum non ſine ratione de hac eadem concluſione dubitauit idem D. meus Farin. *in ſua pract. crimin. par. 2. tit. de reo confeſſ. & conuict. q.* 81. *num.* 155. *& ſeq.* Vbi propterea dixit, iſto caſu confeſſum nō poſſe effugere pęnam extraordinariam, prout fuit de mente Maſcar. *d. conclu.* 867. *nu.* 7. & ante eum expreſsè voluit Marſ. *in conſi.* 129. *nu.* 2. Nec diſſentit Oſaſc. qui de communi opinione teſtari videtur *deciſ. Pedemon.* 65. *nu.* 9.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Recenſentur plura indicia, ac plures præſumptiones, ex quibus arguitur ſtuprum, ſeu adulterium: diſcutiturque, an ex illis poſſit Reus torqueri, vel etiam condemnari, & in quam pęnam.

SVMMARIVM.

Stuprum & adulterium ſunt delicta occulta & difficilis probationis, num. 1.

Socij, & participes criminis admittuntur in delictis occultis & difficilis probationis, nu. 1. *verſ. & vbi delictum.*

Socii, & participes criminis admittuntur in probatione adultery & copulæ carnalis, nu. 2.

Veriſimile, quod eſt, pro veritate habetur, num. 3.

Indicium oritur contra reum inquiſitum de delicto, de quo nemo alius inculpatur, nu. 3. *in fine.*

Filij concepti ex muliere vxorata præſumuntur ex matrimonio, & non ex adulterio nati, quamuis ipſa vxor ſit inhoneſta vita: quod quando verum ſit & de materia, num. 4. *& in addit. littera A.*

Inueriſimile quod eſt, pro falſo reputatur, nu. 4. *in fine.*

Confeſsio extraiudicialis geminata habet maximam præſumptionem veritatis, nu. 5. *& in addit. littera B, vbi etiam an probet plenè.*

Adulterium probatur ex oſculo, amplexu, alijſque ſimilibus præparatorijs, nu. 6.

Adulterium & ſtuprum, probatur per confeſsionem adulteratæ, & ſtupratæ, nu. 6. *ante fin.*

Teſtis conſanguineus maximè probat contra ſuum conſanguineum, nu. 6. *in fine.*

Carnalis copula maximè probatur ex eo, quod mulier horrida, & incompta cum viro exeat ab aliquo cubiculo, numero 7.

Præſumptiones plures, & plura imperfecta coniunguntur in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, nu. 8.

Socij criminis depoſitio iunctis adminiculis facit indicium ad torturam, nu. 9.

Socius criminis non facit indicium ad torturam, niſi ſuam depoſitionem confirmauerit in tortura & ad faciem inculpati, num. 10.

Mulieres de iure Canonico in criminalibus repelluntur a teſtificando præterquam in caſibus, in quibus veritas aliter haberi non poteſt, num. 11.

Teſtes inhabiles alia ratione quam infamiæ, non torquentur ad purgandam inhabilitatem, nu. 12.

Lenones, & Lenæ repelluntur a teſtificando, num. 13.

Criminoſus ad hoc, vt quis dicatur, non ſufficit ſola carceratio, niſi de crimine fuerit conuictus, confeſſus, vel condemnatus, nu. 13.

Teſtium confrontatio facta cum reo, habet vim citationis, numero 14.

Teſtis depoſitio quando eſt varia, attenditur primum dictum, & non ſecundum; niſi ſecundum fuerit magis veriſimile, & magis adminiculatum, num. 15.

Clerici hodie de conſuetudine torquentur, etiam quod contra eos non vrgeat fama delicti, de quo imputantur, numero 16.

Præſumptiua probatio ſufficit ad condemnandum in pœnam extraordinariam, num. 15.

CONSILIVM XXXVIII.

1 ADSIT DEVS. Adulterij ac ſtupri crimen reputatur a iure difficilis probationis, vt bene not. Soc. iun. *conſi.* 32. *verſi. quinimo dici poſſet. vol.* 2. Menoch. *de arbit. q. caſu* 116. *nu.* 11. *verſ. ſeptimus caſus, lib.* 2. ideo coniecturas ac præſumptiones ſolas haberi pro plena & concludenti probatione, communiter ab omnibus receptum eſt, vt per Fel. *in c. præterea, num.* 2. *verſ. quod probatio. extra de teſtibus.* Rom. *conſil.* 167. *Aut. accuſat. nu.* 7. *verſ. vltimo hoc adulterium.* Marſ. *conſil.* 1. *nu.* 47. *& conſi.* 116. *nu.* 10. *verſ. quod in his. & eſt text. vbi notant omnes in c. litteris. & in c. tertio loco. extra de præſumpt.* & vbi delictum eſt de ſui natura difficilis probationis, & aliter veritas haberi non poteſt, quàm per ſocios criminis, tunc ſocios & participes admitti, ſcripſerunt Marſil. *in l.* 1. *§. Diuus Antoninus. in fine. numero* 21. *ff. de quæſt.* Carrer. *in pract. crim. in* 2. *tract. de indic. & tort. §. octauum indicium, num.* 2. Dec. *in conſi.* 342. *col.* 2. *in fine. verſic. ad hoc reſpondetur, num.* 3. Aym. *conſi.* 178. *nu.* 3. *verſ. hoc ita præſuppoſito, vol.* 1. qui propriè loquuntur in teſtimonio mulierum participum criminis. Gram. *not.* 3. *nu.* 6. Natt. *conſi.* 298. *nu.* 9. *lib.* 2. Menoch. *de arbit. q. lib.* 2. *caſu* 474. *nu.* 36. Cæphal. *conſi.* 75. *nu.* 45. *lib.* 1.

2 Et in ſpecie, quod in crimine adulterij ſeu probatione copulę carnalis, ſocij, & participes criminis admittantur, tradiderunt Alex. *conſi.* 13. *in fi. lib.* 7. Pau. de Caſt. *in conſil.* 348. *Notandum quod adulterium, in fine, num.* 3. *lib.* 1. Aym. *d. conſil.* 178. *num.* 3. Ioan. Maria Monticel. *in pract. crim. reg.* 4. *nu.* 18. *& nu.* 30. vbi alios adducit concordantes Carrer. *vbi ſupra §. decimum indicium, numero* 4. Natta *in conſil.* 205. *numero* 4. *verſicul. poteſt etiam dici quod admittantur ad teſtimonium qui cum ea rem habuerunt, libro* 1. Maſcard. *de probatio. libro* 1. *concluſio.* 158. *& concluſio.* 65. *numero* 14. *& libro* 2. *concluſio.* 1063. *numero* 26. 27. *&* 38. Vnde cum in proceſſu mihi tranſmiſſo, videam agi contra iſtū C. de ſtupro & adulterio reſpectiuè commiſſo, cum & pro illius probatione, vltra alias præſumptiones, & teſtium depoſitiones, de quo mox dicam, habeamus etiam ſpontaneam confeſſionem ipſius ſtupratæ, ac adulteratæ, vix credo negari poſſe, quin ſaltem ex omnibus ſimul iunctis, præfatus C. conuictus non dicitur per præallegata.

Coadiu-

3 Coadiuuatur enim primo hæc eadem confeſſio ab euentu partus, quæ carnalem cognitionē præcedentem de neceſſitate præſupponit. Cur igitur dicere volumus eam mentiri, dum pro adulterio nominar, & non alium, ſi nulla poteſt aſſignari veriſimilis ratio, quare potius alium taceat, prætenſum verum adulterum falsò inculpet? Certè eius confeſſio ex hac ſola conſideratione valde veriſimilis redditur, ideo magis attēdenda, tanquam veritati conſona, quia quod veriſimile eſt, pro veritate habetur. *c. quia veriſimile. extra de præſump. c. bona. de appella. cum alijs*, per Tiraq. *de reuocan. donat. in præfat. num.* 32. *& ſeqq.* Et ſi non fuit is, qui carnaliter cognouit, quis fuit alius? ex proceſſu non apparet alium eſſe inculpatum vel diffamatum de hoc delicto; ideo valde contra eundem D. Iura præſumunt. Soci. *conſi. 54. circa finem. vol. 3.*

4 Nec etiam obſtet dicere prout exaduerſo dicitur, quod filij præſumuntur concepti & nati ex marito [a], etiam quod vxor ſit adultera & inhoneſtæ vitæ. *l. filium diffinimus. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur. l. miles. §. defuncto. ff. de adult.* cum alijs per Gabr. *in tit. de præſumpt. conclu. 14. per totam.* Quia iſta præſũptio tollitur ex veritate facti, & ex breuitate tēporis, quod interceſſit a die, quo nupſit ſecundo viro, vſque ad diem partus; quo ſtante, impoſſibile eſt, vt fuerit reddita grauida ab ipſo ſecundo viro, vt exaduerſo ſupponitur; ideo ceſſat præſumptio prædicta, vt in ſimili declarat idē Gabr. *d. conclu. 14. nu. 19. verſic. quinto limita.* poſt Abbat. Fel. Alex. & Pariſ. *in locis per eum relatis.* Si enim mulier iſta pueros ex viro ſuo concepiſſet, inuerisimile prorſus eſt, quòd eos clam, & eodem viro ignaro, parere voluiſſet. Et quod inueriſimile eſt, pro falſo reputatur. *l. non eſt veriſimile. ff. quod met. cau. l. melius. in princ. ff. de leg. 2. l. ex facto. §. ſi quis autem ſuſceperit. ff. ad Trebell.* cum ſimilibus, & ex contrarijs præſumptionibus tolli præſumptionem filiationis prædictam, ſatis apparet ex deciſ. Rotæ per Achil. de Graſſ. *in titu. qui filij ſint legit. deciſ. 1. alias 331. ſub ti. de filio et filiatione.*

5 Secundo. Hæc eadem confeſſio coadiuuatur ex depoſitione F. dicentis, quod tēpore prædicti partus ſibi liberè faſſa eſt, pueros ex eo concepiſ-
b ſe, quo caſu ex talis confeſſionis geminatione [b], facta præſertim ante formatum proceſſum contra Canonicum, maximè præſumitur veritatem dixiſſe, ad tradita per Paul. *in l. cum ſcimus. num. 6. verſic. nota quod confeſ. 10. C. de agricol. & cenſit. libro* 12. Felyn. *in cap. olim. num. 9. in fin. ver. & forte. extra de reſcript.* Anan. *in cap. de hoc. num. 5. & ibi etiā* Fel. *nu. 3. de ſymon.* Foller. *in pract. crim. uerb. & ſi confitebuntur. il 2. numero* 37. Gabr. *in tit. de confeſ. concl. 3. num. 3.* Claud. Bertran. *reg. crim. 54. nu. 5.* Cattel. Cot. *in ſuis memori. uerbo, Geminatio verborum. verſ. item quod de geminata confeſſione extraiudiciali.*

6 Succedunt depoſitiones aliarum duarum mulierum deponentium de viſu, quod amplectebatur, & oſculabatur; quo caſu ex oſculo & amplexu, alijſque ſimilibus præparatorijs probari ſaltē præſumptiuè adulterium, & copulam carnalem, communiter ab omnibus receptum eſt, vt per gl. *in l. quod ait lex. in uerbo, in rebus.* & ibi Bart. *nu. 2. ff. de adult.* idem Bart. *in l. capite quinto. nu. 2. ff. eod.* Abbas *in c. 3. loco. num. 4. verſ. & licet Bart. extra de præſump. & in c. præterea. nu. 2. vbi etiam Fel. nu. 4. in fine. extra de teſtib.* idem Fel. *in c. 1. num. 1. de præſumpt.* Dec. *conſi. 577. nu. 3.* Socin. iun. *conſi. 32. nu. 14. lib. 2.* Burſar. *conſ. 69. nu. 10. & ſeq.* larè Hippol. Riminal. *conſ. 264. li. 3.* Et præfatæ mulieres non ſolum deponunt de oſculo, & amplexu, verum etiam & de eiuſdem M. cōfeſſione, ex qua etiam probari adulterium & ſtuprũ, dixerunt Soc. iun. *conſi. 32. num. 17. & ſeq. li. 2.* Bero. *q. 84. ſub nu. 7.* & eò magis prædictis mulieribus credendum eſt, cũ ſint conſanguineæ ipſius. Dec. *conſil. 163. nu. 11. verſ. & ad hoc accedit.* Aym. *conſ. 6. nu. 62.* Gab. *tit. de teſtib. concl. 4. nu. 88. li. 1.* Bertaz. *conſi. 334. nu. 5.* Hippol. Rim. *conſi. 61. nu. 28. & conſ. 52. nu. 117. li. 1.* Maſcar. *de proba. lib. 2. concl. 858. nu. 17.*

7 Quarto maxime oritur adulterij præſumptio ex eo, quod præfatæ mulieres dicũt vidiſſe Canonicum, & vnũ poſt alium egredientes ſtabulum, & quod habebat pallium ſordidum & deturpatum, per id quod in ſimili de muliere pariter horrida, & incompta exeunte cum viro ex aliquo cubiculo, tradidit Ferret. ex ſententia multorum *in conſil. 389. Redemptoris noſtri, in cauſa nobilis Dominæ Catherinæ, numero 21. uerſic. poteſt etiam dici. volum. 2.*

8 Ex quibus omnibus ſaltem ſimul iunctis, hũc fore conuictum, facile dici poreſt, ex generali regula, quod in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, plures præſumptiones & plura imperfecta coniũgũtur, ad faciendam vnam plenam probationē, quia tunc habet locum regula, ſi nō proſunt ſingula, multa collecta iuuant. Bald. *in l. quicunque. col. 6. verſ. octauo nota. C. de ſeru. fugit.* Alex. *conſilio 24. col. fi. li. 2.* Gram. *conſi. 136. nu. 22.* Petr. Callef. *conſ. crimi. diuerſ. 103. nu. 21. p. 1.* Matth. Gribal. *li. 1. com. epi. in ſuis regulis crim. in col. 5. uerſ. in criminibus occultis.* cum alijs nouiſſimè per Maſcar. *de proba. concl. 496. nu. 4. lib. 1.*

9 Et ijs ſtantibus, non obſtent exaduerſo allegata, quia dum dicitur, nullum facere indicium, quia facit ſe ſociam criminis, iam fuit reſpōſum, quod hoc non procedit in adulterio, & in alijs delictis exceptis & difficilis probationis, & quæ ſecreto abſque gentium & teſtium multitudine committi ſolent: & nihilominus ſocius criminis iuncto aliquo adminiculo, his caſibus adhuc facit indicium, prout exaduerſo D. ſcribens fatetur, & communiter receptum eſt. Brun. *de indic. et tortur. par. 1. q. 3. nu. 24. & 25.* Petr. Moncad. *in addit.* ad Crot. *in tract. de teſtib. par. 3. nu. 95. littera* h. Clar. *in pract. §. fi. q. 21. verſ. ſed quid in criminib. exceptis.* & facit doctr. Salyc. *in l. fin. circa fi. uerſ. ſed ego reſpondeo. C. de accuſ.* quem quotidie practicari dixerunt Boſſ. *in tit. de indic. & conſider. ante tortur. nu. 149.* Dec. *conſilio 18. nu. 64. 67. & 69. lib. 1.* Maſcard. *de probat. lib. 3. concluſi. 1311. numero 12.* Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu 474. numero 43. cent. 5. lib. 2.* In caſu autem noſtro plura adeſſe adminicula, dubitandum non eſt, poſtquam adsũt ēt

plures adulterij præſumptiones, vt præfertur cõcludentes, & inducentes probationem.

10 Dum ſecundo dicitur, non fuiſſe tortam ad faciem, ideo nihil probare, nec aliquod facere indicium, ad trad. per Marſil. *in pract. §. diligenter. nu. 61.* Blanch. *de indic. num. 380.* Boer. *deciſ. 319. poſt nu. 4.* Clar. *in pract. §. fin. q. 21. verſ. quero nunquid. in fine & quæſt. 45. verſ. Cæterum ſi Reus.* Vulpell. *conſ. 30. nu. 7. & conſ. 83. nu. 8.* Reſpondetur, quod ſi non fuit torta, torqueatur, & torta ſatis probabit, licet ſe fecerit ſociam criminis, per præallegata.

11 Dũ tertio contra mulieres pro fiſco examinatas opponitur, quod ex quo ſunt mulieres; ideo contra clericum minime admittuntur ſaltem de iure canonico, *c. mulierem. 3. q. 5. c. forus. in fine. de de verb. ſign. c. quoniam, & ibi gl. & communiter omnes. extra de teſtib.* Spec. *in tit. de teſtib. §. 1. num. 83. verſ. ſecundum canones autem.* Alber. *in l. qui teſtamento. §. mulier. nu. 4. verſ. de iure autem canonico,* & ibi Pau. de Caſtr. & Innoc. *ff. de teſtam.* Rol. *conſ. 24. n. 13. li. 1.* Dicitur, quod in delictis occultis & difficilis probationis, & vbi aliter veritas haberi non poteſt, prout in caſu noſtro, non ſolum mulieres, ſed omnes alij teſtes inhabiles admittunť, & pro idoneis reputantur, ſecundum communẽ, de qua per Dec. *cõſ. 342. nu....* Emmanuel Suarez. *in commun. opin. littera b. nu. 131.* Gomez. *in tit. de proba. delict. num. 21. verſ. Item adde.* Cla. *q. 24. ver. ſciendum eſt tamen.* & eſt tex. *in l. conſenſu. C. de repud. & in l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de mil. teſtam.* & in muliere voluerunt Io. And. *in addit. ad Spec. vbi ſupra, d. nu. 83. littera h, in fine additionis.* Felyn. *in d. c. quoniam. nu. 1. ver. ſed ipſum non ſequitur.* & ibi etiam Abb. *nu. 2. verſ. & quod habet veritatẽ.* & Imol. *etiam nu. 2. in fine.* Iaſ. *in l. fin. nu. 7. verſ. & licet in criminalibus. C. de his quib. vt indignis.* Dec. *in l. fœmina, nu. 36. verſ. Sed dato quod communis opinio ſit vera. & ibi in addi. litera b. ff. de reg. iur.* idem Rolan. *conſ. 7. nu. 17. & conſ. 24. nu. 14. lib. 1.*

12 Dum quarto creditur, id non verum eſſe, niſi cum tortura, ad Clar. *in q. 24. verſ. item infamis, & q. 25. in prin.* Aduertatur, quod præfati loquuntur, quando inhabilitas conſiſtit in infamia; ſecus ſi in ratione ſexus, ætatis, & ſimilia, quia tunc abſurdum eſt dicere, quod debeant torqueri in caſu, in quo a iure admittũtur in teſtes, prout in ſpecie declarant Clar. *in prac. in tract. de indic. §. in textu ergo. ibi, teſtibus ſuperatus. nu. 37. & §. vltimo. incipiente, an teſtis. num. 27.* Mattheſ. *ſing. 188. incipiente, nota, quod in ſubſidium. verſ. hoc tamen debet intelligi.* Gabr. *lib. 1. tit. de teſtib. concl. 5. nu. 8.* Boſſ. *in tit. de indic. & conſid. ante tortur. nu. 151. ad finẽ.* Plot. *conſi. crim. diuerſ. 132. nu. 24. lib. 1.*

13 Dum quinto conſideratur, quòd ex quo inculpat prædictas mulieres pro lænis, ideo, tanquam lenę & infames, nullum debent facere indicium. *l. 1. in prin. & l. Athletas. §. ait Prætor. ff. de ijs qui not. infam.* Aufrer. *de reprobat. teſtium. num. 63.* Pract. Corrad. *in rub. de teſtib. verb. lano & meretrix. num. 17. fol. mihi 80.* Maſcar. *de probat. lib. 3. concl. 1356. numero 21.* pariter in facto aduertatur, quod tales mulieres in earum depoſitionibus non fatentur ſe lænas, ideo non ſequitur, talis imputatur de crimine, ergo eſt crimino ſus, quia requiritur vel quod reſtib. vel quod ſententia, vel quod ex ſua propria confeſſione conuictus ſit. glo. *in c. nondum. 8. q. 4. & in c. fin. 25. diſt. in vlt. q.* Gram. *voto 30. nu. 25.* Foller. *in prac. crim. verbo, item quod venenauit ſororem, num. 28.* Nec etiam ſufficit ſola carceratio, quia quod criminoſus quis ſit, arguitur ex pœna & condemnatione, non autem ex carcere & imputatione. *l. teſtium. Centurio. ff. de manumiſſ. teſtam.* Placen. *in pract. inquiſitorum. verbo, carcer. verſi. 1. in fine.*

14 Dũ ſexto pariter contra eaſdem mulieres opponitur de citationis defectu, non habet dubiũ, quod debent repeti, canonico citato, & cum eius interrogatorijs, quatenus illa dare intendat; vel, quod melius credo, debent ſuas depoſitiones cõfirmare ad illius faciem; habet enim cõfrontatio vim citationis. Afflict. *in conſtit. ſi damna clandeſtina. nu. 28. ante finem. verſ. vel index faciat venire teſtes. par. 1. & in rubr. de his qui ſidem ſſ. dare poſſ. in conſti. humanitate. nu. 20. verſ. & intelligo etiam. par. 2.* Vulpel. *conſi. 68. nu. 7.* Clar. *in pract. q. 11. verſ. itẽ quero. & q. 45. verſ. cæterum.* & ita fieri poteſt.

15 Dum ſeptimo deducitur variationis defectus in ijſdem teſtibus, cum primo negant, & deinde affirmatiuè deponant cõtra; quo caſu primæ ſtãdum eſt depoſitioni. Alber. *in l. qui falſo. nu. 6.* & ibi etiam Bal. *ante nu. 1. ff. de teſtib.* gl. *in c. in tua. & ibi communiter Doct. extra de teſtib.* Alciat. *de præſump. reg. 2. præſumpt. 29. nu. 6. verſ. ſed Abbat.* Boſſ. *in ti. de Oppoſ. con. teſt. nu. 5.* Couar. *var. reſol. li. 2. c. 13. num. 8. ſub verſ. cæterum ſi teſtis.* Dicitur, quod quando habemus teſtem variũ, & contingit dubitari, cui dicto magis ſtandum ſit, an primo, vel ſecundo, nulla inuiolabilis regula dari poteſt in iure, qua attendatur dictum adminiculatum, & magis veriſimile. Amy. *conſi. 6. nu. 49.* Cæph. *conſi. 60. nu. 12. & 14.* Clar. *in pract. q. 53. verſ. Quartus eſt caſus. prope finem.* ſed ſic eſt, quod ſecũda depoſitio iſtarum mulierum eſt magis veriſimilis, & adminiculata ex confeſſione M. ex depoſitione F. ab euentu partus, & alijs, de quibus ſupra; ergo & ſine dubio magis attendenda eſt.

16 Dum vltimo dicitur, quod non poteſt agi de tortura clerici, cum nulla præceſſerit delicti infamia, ad pariter tradita per Abb. Antiquũ *in c. 1. in verbo, ut audiuimus. de depoſito,* & ibi communiter Alex. ad Bar. *in l. fin. num. 5. in verbo, ſpecialia. ff. de quæſt.* Felyn. *in c. vniuerſitate, poſt num. 2. de ſenten. excommun.* Reſpondetur, quod quicquid ſit de conſuetudine contrarium ſeruatur, quia legitimis exiſtentibus indicijs, & præſumptionibus, deueniri ſolet ad torturam, de qua per Boſſ. *in titu. de indic. & conſider at. ante tortur. numero 103. in fine.* Simanc. *de hæret. titu. 65. numero 48.* Clar. *q. 54. verſic. Sed an clerici, circa medium.* & nouiſſimè per Paul. Granut. *Theorem. 18. lib. 1.* Quare ex præmiſſis, iſtum bonum Canonicum, aut torquendum, aut ſaltem ex tot, tantiſque præſumptionibus & indicijs, contra ipſum laborãtibus, in pœnam extraordinariam poſſe condemnari, iure exiſtimo, ſecundum doctr. Inno. *in cap. quia veriſimile*

veriſimile, numero 2. verſi. nota tamen. de præſumpt. quos referendo ſequuti ſunt Aret. *in cap. tertio loco. num. 19. & 20. de probat.* Butr. *in cap. afferte. poſt nume. 7. & ibi etiam Card. Zabar. in fin.* Imol. *nume. 3.* & Felyn. *nume. 6. de præſumpt.* Alber. *in l. abſente, num. 3. ff. de pœn.* Grammat. *deciſ. 8. nu. 8.* Boer. *deciſ. 164. num. 6.* Boſſ. *in tit. de conuict. num. 38. & in tit. de confeſſ. num. 21.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Nati ex marito.* Si ſcire volueris, an, & quando filius præſumatur natus ex marito potius quam ex adulterio, & è contra, omiſſis antiquorum authoritatibus, recurre ad Neuizz. *in conſi. 34. num. 9. & omnibus ſeqq.* Curt. iun. *conſi. 31. nu. 3.* Cozz. *conſi. 12. & 13.* Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 35. nu. 1. reg. 3. præſumpt. 37. per totum.* Grat. *reſp. 158. num. 7. ſeq par. 2.* Duen. *reg. 344.* Noucl. *reg. 92.* Pract. Conrad. *fol. mihi 386. num. 28.* Cæphal. *conſi. 62. nu. 82. & ſeqq. ſiue etiam in conſi. 82. nume. 62. & ſeqq. lib. 1.* Roland. *conſi. 22. num. 9. lib. 3.* Menoch. *de arbitr. queſt. lib. 2. caſu 89. nu. 19. & ſeqq.* Achill. de Graſſ. *deciſ. 1. in tit. qui filij ſint legitimi.* Maſcar. *de probat. concl. 788. per totum. & concluſ. 789. num. 8. & ſeqq. & concl. 805. per totum. & concluſ. 1003. nu. 34.* Apud quos reperies materiam latiſſimè pertractatam.

b *Confeſſionis geminatione.* Confeſſio extraiudicialis geminata, non ſolum habet magnam veritatis præſumptionem, ſed etiam inducit plenam probationem, ſecundum Bar. Gabr. Claud. Bertran. Catell. Cott. & alios in locis hic p D. meũ allegatis, quibus addo Roman. *in l. nuda ratio. poſt princip. ff. de donat.* Iaſ. *in §. in perſonam. nu. 48. Inſtit. de actio. & in l. ſi pacto. nu. 5. C. de pact. & in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fi. nu. 8. ff. de iure. iur.* Paul. de Caſtr. *in conſ. 151. num. 2. lib. 1.* Marſil. *in l. 1. num. 40. C. de ſicar.* Mantic. *in c. at ſi clerici. nume. 32. de iud.* & voluit Rota, quæ tamen loquitur in iudicio ciuili in vna Miliren. Abbatiæ coram bon. mem. R.P.D. Giprio Lunæ 27. Aprilis 1592. verſicu. tertio adhuc huiuſmodi confeſſione.

Sed quicquid prædicti Doctores dicant, ego nunquam ex confeſſione extraiudiciali etiam geminata, aliquem condemnarem, ſed tantummodo acrius torquerem; & propterea de hac limitatione, tanquam non trita, dubitauit Diaz *in reg. 125. in 3. fallen. verſicu. ſed tu aduerte.* & Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 350. numero 24. verſicu. ſed Bar. &c.* dicens, quod prædictorum Doctorum opinio poſſet procedere in ciuilibus, prout loquitur Bar. *in d. l. capite quinto.* & cæteri, qui eum ſequuntur; ſecus autem in criminalibus.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

Impugnatur teſtis, ex cuius dicto immédiatè delictum tangente, iunctis aliquibus adminiculis, prætendebat fiſcus, Reum nominatum, & inculpatum de conſpiratione, & tractatu in fuga carceratorum, torqueri debere: concluditurque, quod propter plures defectus, quos dictus teſtis & in perſona patiebatur, & de quibus in ſũmario, non poterat de iure (nõ obſtantib. aſſertis adminiculis) ad prætenſam à fiſco torturam deuenire.

SVMMARIVM.

Regula ſi non proſunt ſingula, multa collecta iuuãt, bene procedit, vbi agitur de tortura inferenda, nu. 1.

Birroarij teſtes non ſolum non probant examinati, ſed à teſtimonio repelluntur. nume. 2. & nu. 3. Vbi quid in caſu, in quo veritas per alios haberi non poteſt.

Teſtes inhabiles admittuntur in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, & vbi veritas aliter haberi non poteſt, num. 3. Vbi bene declaratur hæc concluſio duobus modis.

Teſtes inhabiles etiam in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, nõ ſunt omni exceptione maiores, nu. 4.

Teſtis vnus ad hoc vt faciat indicium ad torturam, immediatè deponens ſuper delicto, debet carere omni macula, nume. 4.

Carceres frangens, & inde aufugiens, habetur pro confeſſo de delicto, pro quo erat carceratus, nu. 5.

Accuſatus de crimine pendente accuſatione, teſtis eſſe non poteſt. nu. 5. in fine.

Bannitus in contumaciam dicitur infamis, & repellitur à teſtificando. nu. 6.

Contumacia, & bannum vnius non inducit probationem delicti in præiudicium tertij. poſt nu. 6.

Socius criminis non meretur nomen teſtis. nu. 6. in fine.

Socij criminis depoſitio facta in tortura, non eſt attendenda, ad reuocationem primæ depoſitionis emanatæ extra torturam, nu. 7.

Reus examinatus vt particularis quoad ſe, & teſtis quoad alios, ſi in tortura dicat contrarium eius, quod dixit extra torturam, attenditur primum dictum extra torturã, & non ſecundum in tortura, nu. 7.

Socio criminis periuro adhibenda fides non eſt, præſertim quando ex interuallo eſt varius a prima depoſitione. num. 8.

Teſtis deponens ſe tantum credere illud quod prius præciſe affirmauerat, dicitur varius, & non probat. nu. 9.

Teſtis poteſt corrigere ſuum examen incontinenti, & non perfecto examine, ſecus ex interuallo; hoc enim vltimo caſu non ſolum non probat, ſed tanquam periurus punitur. num. 10.

Teſtis varius etiam in non ſubſtantialibus nihil probat, quando variationes ſunt plures, vel quando teſtis iurauit dicere veritatem ſuper tota cauſa. nu. 11.

Mendax, & falſus teſtis in vno præſumitur mendax, & falſus in alijs. nu. 12.

Teſtis

Teſtis inuerlſimilia deponẽs, eſt ſuſpectus de ſalſo. nu. 12. in fi.

Teſtis qui dicit aliquid fuiſſe dictum in præſentia alicuius, dicitur ſuſpectus de ſalſo, quando is, qui in conteſtem nominatur, negat ſe talia audiuiſſe. nu. 14.

Teſtis vnus ſup delicto deponens, nõ facit indiciũ, quãdo illius depoſitioni aliqua coniectura reſiſtit. nu. 14. verſ. et hinc.

Teſti deponenti pro nõ delicto, & ad fauorẽ Rei, magis creditur quàm deponenti pro delicto, & contra reum. nu 15.

Teſtes inhabiles admittuntur ad defenſionem rei. nu. 16.

Teſtis qui patitur plures defectus, nullam facit fidem etiam in caſu, in quo aliàs teſtes inhabiles admittuntur. nu. 17.

Teſtis inhabilis ex pluribus defectibus non coadiuuatur adminiculis. nu. 18.

CONSILIVM XXXIX.

1 ADSIT DEVS. Iam video contra Martellum extare depoſitionẽ Melchioris Birroatij, qui immediatè deponit de tractatu & cõſpiratione ſuper fuga carceratorum; & hanc depoſitionẽ, iũctis alijs quibuſdã adminiculis, ſeu ſuſpicionibus, q̃ ex proceſſu reſultare videntur contra eundẽ Martellũ, videlicet amicia & parẽtela cum carceratis aufugientibus, acceſſu ad carceres, & alloquutione cũ eiſdẽ carceratis in die ſequutæ fugę, inſtructione data Melchiori in carceribus Turris Nonæ ſuper eo, de quo volebat, ipſum recordari; & qđ erat inquiſitus pro eodẽ delicto, pro quo detinebantur illi q aufugerunt; ſine dubio primo aſpectu inducere plenum indicium ad torturam contra ipſum Martellum, vix denegari poſſe videtur, per regulam, quod ad torquẽdũ, ſi non proſunt ſingula, multa collecta iuuãt, de qua per Brun. *de indic. & tortur. par. 1. q. 2. nu. 6.* Cæpol. *conſi. 32. num. 17.* Grammat. *conſi. 3. nu. 6. & deciſ. 34. nu. 35.* Pariſ. *conſi. 153. num. 36. verſic. 40. principaliter. nume. 4.* Gabr. *lib. 1. titu. de probat. concluſ. 1. nume. 27.* Præſertim in caſu noſtro, in quo agitur de tractatu, & conſpiratione ad fugiendum, quæ cum ſit difficilis probationis, admittit indicia, & præſumptiones ne dum ad torquendum, ſed etiam ad condemnandum. Bald. *in l. quicunque, num. 35. C. de ſern. fugit.* cum alijs per Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. caſu 16. nume. 15.* & per Clar. *in pract. §. fi. q. 20. verſ. ſcias tamen. in fine.*

2 Verum re melius ruminata, dico in primis, q̃ Fiſcus nullum omnino põt facere fundamentũ in cõfeſſione dicti Melchioris, quia cũ ſit viliſſima perſona, & Birroarius, non ſolum non plenè probat, ſed omnino nihil probat, quia à teſtimonio repellitur, vt voluit Bald. *in l. etiam. nu. 4. C. de teſtibus, & in l. fi. in 8. q. de edict. diu. Adrian. tollen.* Ang. *in l. ſciendum. ff. de vſur.* Lanfranc. *de teſtib. in c. quoniam contra. in verb. teſtium depoſitiones. nu. 64. verſ. quid de Birroario. & ibi in addit. extra de probat.* Alber. de Maſeris *in tract. de teſtib. ca. 2. nu. 37. & nu. 57.* Aufrer. *in tract. de prob. teſtiũ. verſ. Birroarius, nu. 12.* Boſſ. *in tit. de denunciat. nu. 12. & 13.* Burſat. *conſ. 65. nu. 12. lib. 1.* Maſcard. *de prob. concl. 189. num. 1. & 2. lib. 1. & concluſ. 1358. nu. 6. lib. 3.*

3 Sed nunc audio fiſcum ſtatim reſpondentem, & dicentem, aduerte Domine, quod vbi veritas aliter haberi non poteſt, & in ijs, quæ ſunt difficilis probationis, prout videtur caſus noſter, admittuntur teſtes inhabiles; & facta in domo vel in carceribus non poſſunt per alios teſtes melius probari, quã per domeſticos, & carceratos, ideo vana eſt tua conſideratio, ad text. *in l. conſenſu. cum ibi not.* per Doct. *de repud. & in l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re milit. & in l. diuus. verſ. Sed ſi aliter veritas. ff. de quæſt.* Gabriel. *tit. de teſtibus concluſ. 7. num. 1. lib. 1.* Clar. *in pract. §. fin. verſi. ſciendum eſt tamen.* & ego replico, quod illa reg. quæ vult, admitti teſtes ĩhabiles, vbi veritas aliter haberi non poteſt, intelligitur, quando non ſolum eo loco, in quo dicitur commiſſum delictum, nõ interfuerunt alij teſtes, verum etiam, quando de eiuſdem loci natura nec intereſſe poterant; & ſic quando actu, & potentia veritas aliter haberi nõ poterat; ſecus ſi actu tantum, ſine potentia, put in caſu noſtro, in quo poterant in carceribus reperiri etiam alij carcerati, qui non eſſent Birroarij, vt bene declarat Crot. *de teſtibus, nume. 71. & 72.* Blanch. *de indit. num. 354.* Gram. *conſi. 26. nu. 36. & conſi. 45. num. 11.* Boſſ. *titu. de indit. nu. 170.* & eſt cõmunis, vt patet ex cumulatis per Steph. Lamberteng. *de contract. corum, &c. glo. 1. nu. 188.* & bene teſtantur Burſat. *conſi. 346. num. 17. lib. 4.* Decian. *conſi. 25. nu. 2. lib. 2.* Rolan. *conſi. 7. nu. 15. & conſ. 24. nu. 67. lib. 1.* Hippol. Riminal. *conſ. 114. nu. 15. & conſi. 120. nu. 48. & conſi. 183. nu. 2. lib. 2. & conſi. 360. nu. 87. & ſeq. lib. 4.* vbi bene reſpondet Claro contrarium tenenti *in pract. §. fi. q. 24. nu. 9. verſ. ſciendum eſt tamen, in fi.* vltra quod eadem regula, volẽs admitti teſtes inhabiles *in ijs*, quæ ſunt difficilis probationis, procedit, quãdo agitur ciuiliter; ſecus ſi criminaliter, prout videtur de mente Boſſ. *de indit. nu. 175. & ſeqq.*

4 Et in omnem euentum, etiam in caſu difficilis probationis, teſtis inhabilis non eſt omni exceptione maior. Boſſ. *ibidem dicto num. 177. verſicu. non tamen credas.* Hippol. Riminal. *inter conſi. crimin. diuerſ. conſi. 84. nume. 9. tomo 2. in folio.* Gabr. *tit. de teſtib. concluſ. 7. nume. 7.* Beniatend. *deciſ. Bononien. 43. nume. 9. ad finem.* Roland. *conſi. 24. num. 69. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 106. nume. 3.* Et in Birroario etiam admiſſo in aliquo ſpeciali caſu, quod non per hoc propter eius maximã vilitatem reputari debeat integræ fidei, in ſpecie ſcripſerunt Lanfranch. *vbi ſupra dicto nu. 64. verſ. quid de Birroario.* Clar. *in pract. §. fin. q. 7. verſ. habes igitur, in fine.* Maſcard. *de prob. lib. 1. concl. 189. num. 24.* & certi iuris eſt, nunquam oriri indicium ad torturam ex dicto vnius teſtis, immediatè de delicto deponentis, niſi is non ſolũ ſit omni exceptione maior, ſed etiam omni prorſus macula, quamuis minima, expers, & vt aiunt, inuulnerabilis. *l. maritus & ibi gl. in verbo, illicito, in fine. ff. de quæſt.* Clar. *in pract. q. 21. verſ. vnus teſtis. & q. 22. verſ. vnum tñ ſcias.* Fran. Becc. *cõſ. 67. n. 15. & cõſ. 85. n. 3.* Menoc. *de præſump. lib. 1. q. 89. nu. 6. ſeqq.* vbi ampliat ẽt in criminib. exceptis, put ẽt ampliat Bertazz. *conſi. 332. nu. 5. & 6. vol. 2.*

5 Secũdo idem Melchior erat carceratus, & inquiſitus ſuper eo, quòd dimiſerit ſine iudicis mãdato, & pecunia corruptus, quandam mulierem, quam prius ad carceres conduxerat; immo quod

eandem

Digitized by Google

eandem mulietem alijs carceratis carnaliter cognoſcendam tradiderit, prout ipſemet fatetur in proceſſu; & cũ ex carceribus aufugerit, pro confeſſo ſuper præmiſſis de iure habetur, ſecundum communem, de qua poſt alios teſtãtur Boer. *deciſ.225.nu.9.verſ.his habitis.* Claud. Bertrand. *in pract.cri.reg.142.incip.carcerum effractores.nu.2.& 3.* Ant. Gomez. *var.reſ.t.3.c.9. de captura reorũ. nu.11.* Franc. Becc. *conſ.40.nu.20.lib.1.* Viuius *in verb.fugiens à carcere publico,nu.1.* Menoc. *de arbi. q.lib.2.caſu 301.num.1.& de præſumpt.lib.1.q.89. nu.45.* Emanuel Soatex *in ſua collect.com. opin.litera F.num.383.* ideo non video quomodo de hoc crimine confeſſus poſſit in alium in teſtẽ recipi, cum regulariter ne dũ criminoſus a teſtimonio repellatur, ſecundum communẽ, de qua per Cla. *in pract.§.fin.q.24.verſ.quæro nunquid, in fine.* ſed etiam & is, qui ſolum de crimine accuſatus eſt, *l. in teſtimonium.& ibi glo. in verbo, reus.ff. de teſtib. cap.fina.& ibi glo.in verbo, pendente accuſatione, extra eodem.* Cæpol. *caut.4.ſi uis impedire,in princip.* Roland. *conſi.16.num.19.in fin.vol.1.*

6 Tertio præfatus Melchior reperitur condemnatus, & capitaliter bannitus ſuper eo, quod particeps fuerit de fuga carceratorum. Vnde tanto minus nomen teſtis meretur. *l. quæſitum, & in l. ob carmen.ff.de teſtibus.* Bannum enim & condẽnatio etiam in contumaciam lata, cõdemnatum infamat, ſi capitalis ſit, prout late docet Nellus *in tract.de bannit.par.1.2.temp.q.49.* Pract. Corradi *rubr. de contumac.& bannit. numero 25.* Roland. *conſi.41.nume.48.lib.1.* vbi de communi. Et ſi dixeris, quod iſto caſu bannũ & condemnatio eſt pro eodem delicto, pro quo eſt imputatus, & nominatus Martellus, & per conſequens quod non tanquam teſtis, ſed tanquam eiuſdem criminis particeps ipſum nominauit in ſocium; ego reſpondeo, quod quo ad Martellum non ſequitur; Melchior erat condemnatus pro tractatu in fuga carceratorum, ergo in eo delicto erat culpabilis; quia cõtumacia & bannum vnius non inducit probationẽ delicti in tertij præiudicium. *l. eius qui delatorem.ff. de iur. fiſci.* Nell. *de bannit. in prima parte 2.temp. quæſt.34.* Boſſ. *de publica. bonor. nume.56.* & in omnem euentum negari non poteſt, quin ſaltem vt aſſertus ſocius criminis pariter teſtis nomen minime mereatur. *l.fina. in fi.C.de accuſat.l.quoniam liberi.C.de teſtibus.* Anto. Gomez. *par.reſol.tom.3.capit.12.rub.de probat. delict.nu.16.in prin.*

7 Quarto eſt periurus, cum primo loco ante torturam neget ſe aliquid ſcire de Martello, & alijs; in tortura autem illum nominat; quo caſu ſtandum eſt potius primo dicto extra torturã, quã ſecũdo in tortura, vt in terminis ĩ aſſerto ſocio criminis, prout fuit habitus iſte Melchior, qui fuit tortus ad habendum complices, poſt alios plures quos allegat Bertaz. relatus *inter conſ. crim. diuerſ.conſi.70.nume.27.tomo 2.in folio.* Quando enim aliqui examinãtur, nõ ſimpliciter, vt teſtes ſed vt principalis quo ad ſe, & teſtis quo ad alios, prout pariter negari nõ poteſt, fuiſſe hunc Melchiorem examinatũ, & tunc quod in præiudiciũ eius, de quo interrogatur, ſit potius ſtandum primo dicto extra torturam, quàm ſecundo in tortura, aperte docuit Menoch. *de arbitr.q.lib.2.caſu 108. nu.15.* Vbi alios refert, & fuit doctr. Bald. *in l.5.§.quæſtioni.ff.de q.* quẽ ſequuti ſunt Aret. *in c.cũ in tua,nu.11.extra de teſtib.* Dec. *conſi.189. nu.10.verſ.non obſtat quod ſecundum dictũ.* Gram. *vot.54.nu.11.* Grat. *cõſ.60.nu.9.* Boſſ. *in tit.de oppoſ. cõtra teſt.n.1.ad med.verſ.eſt ẽt cõſiderandũ.* Ceph. *conſ.233.nu.14.& ſeq.& conſ.234.nu.9.& ſeq.*

8 Et quando ex ſecunda depoſitione facta in tortura, detegitur apertè periurium primæ depoſitionis, tunc indiſtinctè, etiam quòd quis ſimpliciter ſit examinatus vti teſtis, quod huic periuro nulla prorſus ſit fides adhibenda, & quod ſaltem neutræ depoſitioni ſtandum ſit, conſuluit Dec. *conſi.189.nume.19.in fine, verſicu.tertio ad dictum Conradi.* Aymon. *conſi.6.nume.16.* Cæphal. *conſi. 234.nume.2.& 3.lib.2.* Menoch. *d.caſu 108.num. 16.* Gabriel. *lib.6.de crimin.concluſ.26.nume.8.in quinta limitatione.* Et quando variatio eſt facta ex interuallo, & in alio examine, prout in caſu noſtro, quod tunc eò magis attendatur primum dictum, & non ſecundũ in tortura, videatur Cæphal. *dicto conſi.234.nume.10.verſic. quarto poteſt reſponderi.& ſeqq.lib.2.*

9 Quinto eſt etiam varius & ſibi ipſi contrarius in pluribus. Dicit enim in eodẽ examine fol.12. *Che Antoniaccio ſi fece dare dalli sbirri vna chiaue per aprire il Torrone, per far fuggir li prigioni,* & fol.13. à tergo dicit; *Inteſi che Antoniaccio diſſe à detti sbirri, ò ſe ſi poteſſe hauer vna chiaue per aprire quella porta.* Et paulo infra interrogatus Reſpondit, *che crede, che detta chiaue gli ſia ſtata data.* Videat ergo D. meus, quomodo prius affirmat illud, quod deinde ſe tantum credere aſſerit, & ſic variatio eſt aperta, relatos per Gabriel. *lib.7.cri. concluſ.29.nume.41.verſicu.contrarium.* Vbi adducit concordantes, & per Monticell. *in repert. teſt.fol.210.colum.1.verſic.fina.& fol.246.colu.1. verſic.antepenult.* nec diſſentit Petr. Ant. à Petra *in tract.de fideicom.q.12.nume.959.* Prout etiam in propoſito variatio, & contradictio eſt etiam ineuitabilis & euidens, cum dicat; *Antoniaccio ſi fece dare dalli sbirri la chiaue per aprire il Torrone,* & deinde dicit; *ma non lo aſpettarono, perche detta porta fu aperta dalli prigioneri:* Ergo ſi cuſtodes, & ſatellites aperuerũt cum claue illam ianuam, abſque eo quod expectaſſent Antoniaccium, falſum eſt, quod eandem clauem Antoniaccio tradidiſſent.

10 Item varius, quia fol.14. à tergo in tractatu ſuper fuga carceratorum, inculpat Medeſſem Birroarium, & illum dicit interueniſſe in alloquutione facta cum Martello, & alijs: verum fol.23. pariter à tergo dicit, in prædicto tractatu nõ interueniſſe Medeſſem; Nec mihi dicat fiſcus quod iſta eſt correctio, & non variatio, quia correctio eſt licita incontinenti, & nondum perfecto primo examine; ſecus ex interuallo, & in alio examine; quo caſu teſtis varius non ſolum non excuſatur ex eo, quod dicat ſe variaſſe animo corrigendi, nec aliquid probat, Alber. *in l.qui falſa, nu.1.*

verſi.

verſic. & intellige. ff. de teſtibus. Cyn. in auth. at qui ſemel, num. 5. in fine, & ibi Bal. nn. 3. verſic. ſed ſi ex interuallo, & Salyc. nu. 8. verſi. ex interuallo autem. C. de probat. Burr. Fely. Imol. Anan. & Zabarel. in c. prætereà per illum tex. extra de teſtib. cogen. Rota tit. de teſtib. in nouis deciſ. 19. Clar. in pract. §. fin. q. 53. verſ. quartus eſt caſus; verum etiam tanquam inter duo iuramenta, quorum vnum de neceſſitate eſt falſum, puniendus eſt. Boſſ. de public. proceſſ. nn. 28. ſeq. & de tortura teſt. nn. 23. ſeqq.

11 Et iterum varius, quia fol. 4. à tergo dicit, che Antoniaccio venne per il materazzo alle 21. hore, & fol. 26. Quando venne Antoniaccio per il materazzo, fu sù'l mezzo di. Non ergo video, quæ fides adhibenda ſit huic teſti, tot varietatibus, & contradictionibus implicato. l. qui falſa, vel varia. ff. de falſ. l. cum precum, ff. de libera. cau. cap. licet cauſam. de probat. varietates enim quando ſunt plures, tollunt fidem teſti, etiam quod non reſpiciāt ſubſtantiam negotij, de quo agitur. Aret. conſ. 71. num. 1. & col. 2. ad fin. Alex. conſi. 45. nume. 6. lib. 2. prout illos referendo ſequitur Petr. in tract. de fideicomm. q. 17. nume. 973. Præſertim quando iurauit dicere veritatem ſuper tota cauſa. Pur. deci. 78. num. 2. par. 3. Pract. Conrad. tit. de teſtib. rub. de contrariet. teſtium. poſt num. 19. ſub 8. limit. ver. ſublimatur hac limitatio. fol. mihi 123.

12 Sexto non ſolum eſt varius, ſed etiam mēdax, & aperte falſus, cum dicat, fol. 12. Che la porta del Torrone l'aprirono li Prigionieri tutti; & ſic includit etiam in hoc Medeſſem; & tamen hoc eſt aperte falſum, cum ſatis ex proceſſu conſtet, Medeſſem eo tempore non fuiſſe in Arce, ſed in Hoſpitio; vnde ſubintrat concluſio, quod mēdax & falſus in vno, præſumitur etiā mendax & falſus in alijs. l. cum de indebito. ff. de probat. Bald. in l. fi. nume. 18. C. de edict. Diu. Adria. tollen. Fely. in c. ex litteris. nu. 15. in 7. notab. de fid. inſtru. Salyc. in l. ſi ex falſis. nn. 14. in princ. iuncto ver. ſed veritas eſt in contrarium. C. de tranſact. Nell. de teſtib. nu. 239. verſ. teſtis qui dicit falſum in vno artic. & nu. 240. Pariſ. conſi. 90. num. 29. volu. n. 1. Boſſ. in tit. de oppoſ. contr. teſt. nu. 22. Iacob. Port. conſ. 94. nu. 26.

13 Septimo inter alia deponit vnū, quod omnino inuerisimile eſt, videlicet quod Martellus, & alij tractauerint corrumpere cuſtodes carcerum, pecunia mediāte in carcere, & taliter vt ipſe Melchior omnia intellexerit; quod quàm veriſimile ſit, maxime, cum idem Melchior faciat ſe ignorātem in eodē tractatu, optime credo quod D. iudex arbitrabitur; Tractatus enim ſolet ſemper ſecretè fieri; ideo Doctores dicūt, illum eſſe difficilis probationis; erit ergo credēdum, quod Martellus ſi hæc tractaſſet, non inueniſſet locum, occaſionē, & tempus ſecrete alloquendi iſtos cuſtodes carcerum, abſq; eo quod Melchior hęc audiret? certe ſic. Et ſi aliter fuiſſet, vtiq; huic teſti, tanquā inuerisimilia deponenti, omnis a iure nō ſolum ſublata eſt fides, ſed de falſo ſuſpectiſſimus eſt, ex relatis per Roland. conſi. 7. num. 17. uol. 1. Carau. inter conſi. crim. diuerſ. conſi. 116. nu. 16. ſeqq. tomo 2. in folio. Burſat. conſ. 346. nu. 12. vol. 4. Maſcard. de prob. lib. 4. concl. 1358. nu. 1. ſeqq.

14 Octauo confunditur depoſitio Melchioris ex depoſitione Medeſſis, qui examinatus, & tortus dicit, ſe fuiſſe pręſentem, quādo Martellus & alij per Melchiorē nominati, ingreſſi ſunt carceres: nec talia, quæ Melchior deponit, fuiſſe tractata, vllatenus ſe audiuiſſe confirmat; & tñ ſi vera fuiſſent, ipſe audiuiſſet, ex quo ſine dubio Melchioris depoſitio, aut falſa, aut ſaltem de falſo ſuſpecta redditur. Alex. conſi. 91. poſt num. 7. col. penu. in fine lib. 4. Bald. in cap. cum cauſam quæ inter. nu. 17. extra de teſtib. Grammat. conſ. 26. num. 20. & conſ. 38. num. 28. Gab. tit. de teſtib. lib. 1. concl. 2. num. 11. Decian. conſi. 92. num. 51. lib. 2. Bertazz. conſi. 334. num. 3. lib. 2. Burſat. conſi. 192. nu. 8. lib. 1. Hippol. Rimin. conſi. 554. nu. 4. lib. 5.

Et tunc duę ſubintrāt iuris cōcluſiones: Prima, quod teſtis etiā quod immediatè de delicto deponat, nūquam tñ facit indicium ad torturā, ſi eius dicto aliqua coniectura, vel eiuſdem teſtis aliqua depoſitio, reſiſtat. Bald. in l. 2. nn. 4. verſic. quod intelligo. C. quorum appellat. quem communiter ſequuti ſunt Doctores, vt per Iaſon. de indic. tract. 10. cap. 1. nu. 5. Gram. voto 3. num. 21. Iodoc. in tract. c. 36. nu. 15. Maſcar. de prob. lib. 2. concl. 894. nu. 8. Menoc. de præſump. lib. 1. q. 89. nn. 10.

15 Secunda ſubintrat concluſio, quod quando vnus teſtis eſt alteri contrarius, ſtatur depoſitioni illius teſtis, qui deponit pro non delicto, & pro reo, non autem illi, qui deponit contra reū, & pro delicto. Boſſ. in titu. de defenſ. reorum, n. 7. in fine. Gabr. titu. de teſtib. lib. 1. concluſ. 4. num. 41. & pluribus comprobat Roland. conſ. 57. num. 47. ſeqq. vol. 4. cum alijs per Maſcar. de probat. lib. 1. concl. 496. num. 15. & ſeq.

16 Nec obſtet ſi dicatur, quod iſte Medeſſes non eſt omni exceptione maior, & quod patitur aliquas exceptiones, quia nunquam probabitur, quod patiatur tot defectus & inhabilitates, quas patitur ipſe Melchior; & ſic erit bene ſufficiens ad elidendum & confundendum dicti Melchioris falſam inculpationem; & nihilominus certiſſimi iuris eſt, quod ad excluſionem delicti & ad Rei defenſionem, etiā teſtes non omni exceptione maiores, & inhabiles, admittuntur, ſecundum communem, de qua per Marſil. in l. vnius. §. cognitionum, num. 49. ff. de quæſtion. Aym. conſi. 2. nume. 1. Boſſ. in titu. de crimin. leſæ maieſtat. nume. 114. & ſeq. Pau. Ghirlan. de relaxat. carcerat. rubr. de abſolut. innocentis, quæſt. 3. per tot. Clar. in pract. §. fi. quæſt. 24. verſi. item ſcias. Fran. Marc. deciſ. 423. nume. 23. par. 2. Emmanuel Soarez in ſua collecta commun. opin. litera T. num. 132. & 147. Natta conſi. 140. nu. 2. vol. 2. Cæphal. conſi. 110. nume. 30. & ſeqq. & conſi. 140. nu. 8. ſeq. lib. 1.

17 Quare cum iſte Melchior tot & tantos defectus patiatur, ſequitur neceſſario, quod nullam prorſus faciat fidem etiam, quod ſumus in caſu, in quo alias teſtes infames, & inhabiles admitterentur. Marſil. ſing. 385. & conſi. 102. numero 12. Aym. conſi. 66. numero 55. & 57. Grammar. conſi. 55. nume. 22. in fine. Grat. reſponſ. 59. nume. 41. lib. 1. Pariſ. conſi. 2. nume. 85. lib. 4. Cæphal. conſi. 65. numero 27. & 28. volum. 1. & conſi. 250. nn. 33. ſeq.

vol.

vol.2.Roland.*conſi.3.nume.49.ſeqq.vol.3.& conſil.98.num.46.vol.4.* Burſat.*conſi.346.num.15.in fine.& nu.17.verſ.vlterius.lib.4.*

18 Item ſequitur, quod aſſerta adminicula, quæ forſan iudex conſiderauit, ad corroborationem depoſitionis Melchioris, nihil ĩ caſu noſtro operabuntur, quia teſtis prorſus, & ex pluribus inhabilis, prout eſt Melchior, non poteſt aliqua alia coniectura adminiculari. Bald. *in l. falſus. nume. 3.C.de furt.* Angel. *in l. ſi quis ex argentarijs. §. cogẽtur.nume.6.ff.de eden.* Aym. *conſi.9.nume.12.* Natta *conſi.298.num.* 10. Roland. *conſi.98.nume.34.vol.4.* Quare ſupplicatur pro fauorabili expeditione, & abſolutione.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

Infraſcriptis dubijs, & eorum reſolutione data per duos excellentiſſimos conſulentes, optime declaratur materia ſimulationis, an ſcilicet, quando, & quibus coniecturis illa probetur: an etiam ceſſante cauſa ſimulationis, ceſſare debeant eiuſdem ſimulationis pręſumptiones; & poſtmodũ, an poſſit de ſimulatione criminaliter agi, quando fuit de ea ciuiliter oppoſitum, & in ciuili iudicio pronunciatum.

SVMMARIVM.

Teſtes de credulitate probant in caſu difficilis probationis, præſertim, quando reddit ſui dicti concludentem rationem.num.1.

Teſtes inhabiles admittuntur in probatione delicti difficilis probationis, & vbi veritas aliter haberi non poteſt. nu.2.& in addit.lit. a

Teſtes inhabiles plene probant, quando eorum depoſitiones sũt adminiculatæ.nu.3.& in addit.lit. b

Fraus, & ſimulatio probatur per publicam vocem, & famam. num.4.

Inimicitia non repellit teſtem ſequuta reconciliatione non de recenti.nu.5.& in addit.litera. c

Simulatio, & fraus probatur per teſtes.nu.6.

Teſtes ſingulares probant fraudem, & ſimulationem.nu.7.

Simulatio, & fraus probatur coniecturis.nu.8.contra num.65. ſeqq.& in add.litera. d

Simulatio probatur ex locatione bonorum facta illi, qui rem alienauit.nu.9. præſertim ſi facta fuit non diu poſt alienationem.nu.10.declara vt num.3.& 83.ſeq.

Simulatio, & fraus præſumitur ex breuitate temporis, & vicinitate actuum.nu.10.

Simulatio præſumitur ex coniunctione ſanguinis, nu.11. declara vt nu.39.86.

Contractus præſumitur ſimulatus ab inueriſimilitudine. nume.12.

Simulatio arguitur ex inſolito pacto.nu.13.

Simulatio præſumitur ex qualitate loci, vbi celebratur contractus.nu.14.declara nu.42.vt nu.89.

Torqueri poteſt non reſpondens præciſe.nu.15.

Simulatio contractus probatur ex confeſſione extraiudiciali. nu.16.

Rtificatio quæ fit facto, eſt potentior ea, quæ fit verbis. numero 17.

Fraus & ſimulatio præſumitur ex mendacio & falſa aſſertione. nu.18.

Collectæ ſolui debent non à conductoribus ſeu colonis, ſed à Dominis terrarum.nume.19. niſi pactum ſit in contrarium.nu 93.

Recedens a ſolita diligentia, doloſus, & fraudolentus præſumitur.num.20.

Tortura poteſt inferri ex mendacijs, variationibus, contrarietatibus non præciſis, & inueriſimilibus reſponſionibus. num.20.

Simulatio probatur præſumptionibus ne dum iuris, ſed hominis, num.22.& ſufficiunt duæ ibidem, contra nume.66.67.69.70.

Falſitas probatur coniecturis etiam hominis.nu.22.

Res iudicata in iudicio ciuili non obſtat iudici criminaliter procedenti, nu.23.declara, vt nu.58.

Fiſcus ſemper reſtituitur aduerſus ſententiam ex nouis ſuperuenientibus probationibus, nu.23.declara cauſa cognita, aliter ſecus, nu.28.& nu.59.

Simulationis cauſa ceſſante ceſſat præſumptio ſimulationis, nu.24.& nu.29.& nu.60.

Simulatio contractus præſumitur ex præcedẽtibus inimicitijs, num.24.

Res iudicata reddit proceſſum contra eam factum, omnino nullum, num.25.

Sententia contra rem iudicatam eſt prorſus inualida. numero 26.

Simulationis cauſa dicitur ciuilis, & non criminalis. numero 26.

Cauſa dicitur criminalis quando agitur de pœna fiſco applicanda; declara, dummodo pœna proueniat ex delicto, ſecus ſi ex contractu illicito, nu.26.

Iudex criminalis non poteſt cognoſcere de cauſa ciuili. numero 27.

Reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam debet peti infra quadriennium, nu.28.

Probationes luce meridiana clariores requiruntur in pœnis capitalibus, nu.31.

Præſumptiones ad condemnandum ſufficiunt in cauſis ciuilibus; ſecus in criminalibus, nu.31.& 37.

Teſtis deponens de ſua imaginatione, nihil probat, numero 32.

Teſtis vnicus non probat plene, nu.32.

Præſumptio qualibet debet probari per duos teſtes, nu.32.

Teſtis inhabilis ex pluribus defectibus non probat in caſu difficilis probationis, & in cauſis priuilegiatis; imò nec facit minimam coniecturam.nu.32.

Teſtis inimicus in totum repellitur à teſtimonio, numero 33. Etiam in caſibus, in quibus inhabiles admittuntur. d.nume.33.

Confeſſio extraiudicialis probari debet per duos teſtes.numero 34.

Teſtis etiam tacendo dicitur committere falſum.nu.35.

Fama probanda eſt per duos teſtes, nu.36.

Fama non facit indicium ad inquirendum etiam in caſibus priuilegiatis, nu.36.

Teſtes deponentes de fama debent eſſe omni exceptione maiores, etiam in crimine hæreſis, nu.36.& in addit.lit. e

Fraudis

Fraudis ſuſpicio ceſſat in his, quæ fiunt ex interuallo. num. 29.

Carnem ſuam nemo odio habet, nu 40.

Præſumptio ſemper ſumenda eſt ab eo, quod frequentius accidit, nu. 42.

Confeſſio vnius alteri nocere non poteſt, num. 44. & 45. & nume. 91.

Aſſertiua verba alteri nocere non debent, nume. 44. Præſertim ſi principaliter, & non incidenter prolata fuerint, d. num. 44.

Factum vnius alteri nocere non debet. nu. 45.

Ignorantia præſumitur. nu. 46.

Ratificatio inſtrumenti non inducitur, niſi probetur ſcientia omnium contentorum in inſtrumento, nu 46.

Simulatio non præſumitur, vbi conſtat de veritate actuum, nec in dubio præſumenda eſt. num 51. & nu. 61.

Actore non probante Reus abſoluendus eſt, etiam quod nihil præſtiterit. nu. 52.

Exceptione propoſita eaque non obſtante, ſi fuerit pronunciatum in cauſa principali, cenſetur etiam pronunciatum ſuper ipſa exceptione, ita quod amplius de ea quæri non poteſt, ſi ſententia tranſitum fecit in iudicatum. nume. 54. & ſeqq. vbi nu. 56. ampliatur etiam quòd agatur ad diuerſum finem; & ibi an, & quando declaretur agi ad eundem diuerſum finem.

Sententia lata in vno iudicio obſtat etiam in ſecundo quando id quod deducitur in ſecundo iudicio, fuit etiam deductum in primo. nu. 55.

Sententia lata in iudicio ciuili facit præiudicium etiam in criminali, nu. 55.

Simulationis exceptio ſi opponatur aduerſus inſtrumentum, & ea non obſtante iudex mandet inſtrumentum exequi, cenſetur tunc dicta ſimulationis exceptio reiecta, & ſuper ea pronunciatum. nu. 57.

Res iudicata pro veritate habetur, præſertim tranſacto biennio etiam, quod non conſtet de proceſſu. nu. 57.

Exceptio rei iudicatæ obſtat, quando ſecundum iudicium venit ad reſciſſionem primi iudicij. nu. 57.

Criminaliter agi non poteſt de eo, quod ciuiliter fuit cognitũ, & iudicatum. num. 58. vbi ampliatur hæc concluſio pluribus modis.

Accuſatus ciuiliter non poteſt criminaliter moleſtari, quando vtraque accuſatio tendit ad vindictam. nu. 58.

Fiſcus in pœnalibus non reſtituitur. nu. 59. Vbi ampliatur pluribus modis, & add. littera. f

Fiſcus lapſo quadriennio non poteſt reuocare bona in ſui fraudem alienata. num. 59. in fine.

Iuramentum tollit præſumptionem ſimulationis. nume. 61 in fine.

Simulatio alienationis non præſumitur ex eo quod alienans ſit perſona, & facilis ad committenda delicta. num. 62. & 64 & 87.

Alienatio non præſumitur in fraudem fiſci, quando delictum fuit commiſſum, aut ex interuallo poſt alienationem, aut ex cauſa inopinata.

Teſtis inimicus, reconciliatus tamen, non de recenti, non repellitur à teſtificando nu. 63. & nu. 54.

Simulationis præſumptiones probandæ ſunt per duos teſtes. num. 66.

Iuramentum in ſupplementum probationis non defertur in cauſa ſimulationis. nu 68.

Præſumptio, & coniectura idem eſt. nu. 69.

Præſumptio alia eſt iuris, alia hominis. num. 69. Vbi etiam an præſumptio hominis dicatur probatio.

Præſumptiones aliæ ſunt leues, aliæ graues, aliæ probabiles, & aliæ violentæ. num. 69. in fine.

Dolus non probatur coniecturis, niſi illæ ſint perſpicuæ, & tales vt non poſſint accipi, niſi in malam partem. nume. 70.

Simulationis præſumptiones tolluntur per contrarias præſumptiones. num. 72.

Indicia delicti tolluntur per contraria indicia nu. 71.

Simulatio excluditur pluribus præſumptionibus, de quibus nu. 72. & ſeqq.

Sententia confirmans inſtrumenta, facit illa tranſire in perpetuam fidem. nu. 73.

Obſeruantia ſubſequuta auget fidem inſtrumenti, nu. 74.

Emens nomine proprio, vel alterius, cenſetur emiſſe de ſua propria pecunia, & non de aliena nu. 75.

Fama bona tollit præſumptiones ſceleris, nu. 76.

Conſtitutio ſpontanea facit indicium innocentiæ. nu. 77.

Teſtes non repetiti non faciunt fidem. nu. 79.

Teſtis de credulitate non probat, etiam quod dicat ſe pro certo credere. nu. 79.

Teſtis criminoſus repellitur à teſtificando. nu. 80.

Teſtis inimicus repellitur etiam in articulo mortis. num. 81. etiam quod inimicitia non ſit capitalis. ibidem.

Teſtis de auditu non eſt verus teſtis. nu 81.

Fama formiter non probata, nihil probat. nu. 81.

Confeſſio extraiudicialis facta parte abſente, non facit indiciũ. num. 83.

Pacta rumpunt leges. nu. 88.

Obliuio præſumitur ex minori ſpatio, quàm octo annorum. nume. 90.

Confeſſio debet eſſe neceſſaria concludens, & omni exceptione maior ad hoc, vt noceat confitenti. nu. 91.

Confeſſio contra quam eſt iudicatum, attendenda non eſt. nume. 91.

Poſſidere quis præſumitur iure familiaritatis potiuſquam alio. num. 91.

Simulatio non præſumitur ex eo quod quis omittit. nu. 93.

Mendacia non ſuper facto, ſed ſuper circumſtantiis non faciũt indicium ad torturam nu. 95.

CONSILIVM XL.

Dubia data per Proſperum Farinacium, qui tunc erat in hac cauſa Iudex delegatus.

ADSIT DEVS. Quod Curtius & Paulus de Rinaldis in fraudem Fiſci, & præcedente colluſione cum Mario eorum fratre, proprio nomine emerint ac poſſederint bona Turrichiæ, reuera, & prout Fiſcus prætendit, empta de pecunijs dicti Marij, & ad ipſum Marium ſpectãtia; dubitationis gratia multa in medium afferri poſſunt, quæ fraudem prædictam ante omniũ oculos apertè ponere videntur.

1 Et in primis ſe offert depoſitio Laurentij ſan Georgij aliàs examinati in ciuitate Imolenſi, liberè dicentis, ſe credere, quod bona prædicta fuerant empta de pecunijs Marij; Qui teſtis licèt de credulitate deponat, probat tamen iſto caſu; Tũ quia ſumus in delicto occulto, & difficilis probationis, ad trad. per Franc. Hercul. *in tract. de nega. nu. 16. & 17.* Tum etiam, quia ipſe teſtis optimè ſuæ credulitatis reddit rationem; dicens, ſcilicet vidiſſe laboratores aſportare bona, & ligna ad domum Marij; & quod exburſatio pretij dictorũ bonorum fuit facta Caramato Procuratori venditoris in domo eiuſdem Marij, ibidem præſentis, & aſſiſtentis; Et quod de dicta exburſatione, vti Notarius à partibus electus, rogatus fuit; quo caſu, quãdo teſtis bonam, & veriſimilẽ reddit rationem,

tionem, plenè probat, etiam ſi de credulitate deponat. Felyn. *in cap. quoties, nume. 9. verſic. limit. 2. extra de teſtibus.* Roman. *conſi. 57. nume. 27. ſeqq. volum. 1.* Anton. Gomez. *de probat. delict. num. 10.* Viui. *in commun. opin. verſic. teſtis deponens de credulitate, num. 5.*

2 Et licet rurſus idem teſtis non ſit forſan omni exceptione maior, quia tamen, vt dixi, agitur de probatione fraudis, quæ à iure reputatur difficilis probationis, ideo iſto caſu etiam inhabiles teſtes admittuntur, & probabiles reputantur, vt per Hercul. *vbi ſupra d. num. 16. & 17.* Ioan. Mar. Monticell. *in repert. teſt. pag. 74. colum. 1. verſicu. 3. & 4.* Cæphal. *conſi. 110. num. 29. ſeqq. vol. 1.* Quando enim delictum eſt de ſui natura occultum, tunc propriè ſumus in caſu, in quo dicitur,
a veritatem aliter haberi non poſſe. [a] Et in tali caſu teſtes inhabiles, & aliàs non admittendos, reputari idoneos, & admittendos, omnes vno ore fatentur. Clar. *in pract. crimin. q. 24. verſic. ſecundum eſt tamen.* Soarez *in commun. opinio. littera T. num. 31.*

3 Succedit ſecundo loco depoſitio Iulij Forbichini famuli, ſeu factoris Marij, liberè dicẽtis, & per plures rationes concludentis, quod dicta bona ſpectabant ad Marium, & non ad fratres. Et ita ſibi ſæpius dixit, & faſſus eſt idẽ Marius, licet, vt in occurrenti caſu, poſſent ſaluari è manibus fiſci, fuerint empta nomine dictorum fratrum; & quod ipſe de mandato dicti Marij, & de illius pecunijs ibidem plantauit, & reſpectiuè plantari fecit vineam; & quod antequam Marius banniretur, neminem, niſi ipſum, vocari audiuit dominum à laboratoribus dictorum bonorum; & aliàs prout latius in ſuo examine: qui teſtis licet forſan patiatur aliquam exceptionem, non per hoc tamen eſt repellendus, & non idoneus reputandus; quia vltra quod ſumus in occultis, vt ſupra conſideraui, adhuc eius dictum eſt coadiu-
b uatum pluribus alijs veriſimilitudinibus, [b] & coniecturis de quibus infra dicam. Quo caſu teſtes inhabiles plenè probant fiſci intentionem, etiam quod inhabilitas reſultet ex cauſa criminis, vt per Io. Mar. Monticell. *in Repert. teſt. pag. 24. colum. 1. verſic. penult. & pag. 25. col. 1. verſic. 6.* Aym. *conſ. 275. nu. 9. lib. 2.*

4 Succedit, & tertio dictum Melchioris de Galantibus, deponentis inter alia de publica voce, & fama, quod Marius erat dominus dictorũ bonorum; & quod licèt inſtrumentum emptionis cantaret in perſonam Pauli & Curtij, id ſanè factum fuit, ne ad manus Fiſci peruenirent, in caſu quòd idem Marius aliquod delictum committeret; & per publicam vocẽ, & famam probari fraudem, & ſimulationem, eſt tex. *in capit. cum Diæceſi,* vbi gloſ. & Innocen. *de vſur.* tradit Guliel. *in Clemen. ex grandi. eodem titu.* Cæpoll. *in tracta. de ſimulat. contract. præſumpt. 26. nu. 88.*

5 Nec dicatur, quod iſte teſtis Melchior nõ ꝓbat, tanquam inimicus, quia de iſta aſſerta inimicitia minimè conſtat; & dato quod vt ex aduerſo ſupponitur, eſſet inimicus Horatij de Rinaldis fratris conſobrini inquiſitorum, non per hoc ſequitur, quod ſit inimicus eorundem inquiſitorum. Et in omnem euentum, cum non de recen-
c ti fuerit ſequuta pax, & reconciliatio, [c] etiam cũ ipſo Horatio, & omnibus alijs de familia Rinaldorum, exceptio veteris inimicitiæ teſtem non repellit, ſecundũ communem diſtinctionem, de qua per Marſil. *in l. 1. §. præterea, num. 5. ff. de quæſtion.* Aton. Gomez. *variar. reſol. tit. de probat. delict. ſub num. 14.* & per Michael. de Graſ. *in comm. opin. lib. 2. cap. 17. q. 32.*

6 Vnde cum habeamus teſtes, clarè fraudẽ hanc & ſimulationem probãtes, non videtur vlterius quærendum, cum certi iuris ſit per teſtes potiſſimum fraudem, & ſimulationem probari. Bal. *conſil. 299. vol. 4.* Anchar. *conſi. 226. alias 228. incip. ad corruptionem, nume. 1. & 2.* Dec. *conſi. 493. nume. 9.* Port. Imol. *conſi. 69. nu. 6. vol. 2. &c.*

7 Nec etiam refert, quod præfati teſtes videantur ſingulares, & nõ conteſtes, quia etiam per teſtes ſingulares fraus, & ſimulatio probatur. Caſtren. *conſi. 169. nume. 4. vol. 2.* Cuman. *conſi. 157. col. 2. poſt med. nu. 3. & 4.*

8 Et nihilominus vltra depoſitiones præfatorum teſtium, habemus in præſenti caſu plures, ac
d plures coniecturas, [d] quibus fraudem & ſimulationem concludenter probari, communiter receptum eſt. Boſſ. *in tit. de bon. publican. num. 50.* Rolan. *conſi. 40. nume. 30. ſeqq. volum. 2.* Menoch. *de arbitrar. quæſtio. caſu 247.* Oſaſc. *deciſ. Pedemont. numero 2.* Clar. *in pract. crimin. quæſt. 78. verſic. fraus autem.*

9 Prima oritur coniectura ex locatione dictorum bonorum, facta ab emptoribus Mario. Aymon. *conſi. 156. num. 10.* Tiraquel. *de iure conſtitu. conſtit. 9. nume. 3.* Rolan. *d. conſi. 40. nume. 24. 31. 32. & 44.* vbi etiam de materia. Ioſeph. Ludou. *in ſuis commun. opinio. concluſ. 51. verſicu. octaua coniectura eſt.*

10 Secunda eſt coniectura, quia eadem locatio facta fuit, non diu poſt emptionẽ dictorum bonorum, ſed breui tempore, & ferè incontinenti, ex qua temporis breuitate, & actuum vicinitate fraus, & ſimulatio præſumitur. Gig. *de crim. læſ. maieſt. lib. 3. tit. 1. q. 6. nu. 10.* Roland. *conſi. 47. num. 11. ſeqq. vol. 2.* Put. *deciſ. 171. lib. 2.*

11 Tertia ſuccedit coniectura, quia locatio prædicta repetitur facta Mario fratri germano inquiſitorum, & ſic coniunctæ perſonæ; Quæ ſanguinis coniunctio etiam de ſe ſola non modicam fraudis præſumptionem arguit. Grat. *conſil. 53. ex themate præſentis conſultationis, numero 68. verſicu. Nam fraus propter conſanguinitatem.* Aymon. *conſi. 82. Dominus Bartholomæus, nume. 5. verſicu. tertio arguitur fraus.* Bertran. *conſi. 132. Dubitatur quis finalem victoriam, numero 9. verſicu. fraudis enim ſuſpicio. volum. 2.* Patiſ. *conſi. 143. nume. 22. vol. 4.*

12 Quarta ſubintrat coniectura, quia prout inquiſiti libere in eorum conſtitutis fatentur, Marius erat perſona non ſanę mẽtis, rixoſus, impracticabilis, & talis, quòd eius conuerſationẽ, quãtum poterant, aufugere procurabant. Vnde ſi dicta bona fuiſſent propria eorundem inquiſitorum

rum

rum cmentium, non eſt verisimile, quod ſic faciliter, & incontinenti poſt factam emptionem illas locaſſent viro ſic rixoſo, & impracticabili, & à non veriſimili, contractus præſumitur ſimulatus, & fraudolentus. Caſtren. *conſi.* 58. *viſis his, nume.* 9. *verſic. item reſultat tertia coniectura.* Dec. *conſi.* 644. *viſo & perlecto. nume.* 6. Aym. *conſi.* 100. *nume.* 5. *& conſil.* 153. *nume.* 11. *verſic. Probatur hoc, & conſi.* 73. *nu.* 16. *verſic. Quinto probatur, & nu.* 41. *verſ. Rurſus maximè.*

33 Quinta, & non leuis eſt coniectura, quod quando locatur ſimilia bona, non ſolet conductori per locatorem concedi licentia incidendi arbores, & ligna, prout liberè fatetur Mengarol. in ſuis conſtitutis. Et nihilominus in locatione, de qua agitur, adeſt pactum, quod Marius poſſit dictos arbores, & ligna incidere. Vnde ex hoc inſolito pacto, & fraus, & ſimulatio deducitur. *l. ſi quis ſub conditione*, vbi gloſſ. & Docto. *ff. de condit. & demonſtrat.* Cæpoll. *de ſimulatione contract. præſumpt.* 8. Petr. Gerard. *ſing.* 77. *num.* 6. & ibi in addit. cum alijs, per Tiraquell. *de retract. conuent. in præfatione, nu.* 32.

34 Sexta accedit coniectura, quia exburſatio partis pretij dictorum bonorum, fuit facta in domo ipſius Marij; ſimulatio autem & fraus præſumitur, non ſolum ex qualitate perſonarum contrahentium, ſed etiam ex qualitate loci, vbi celebratur contractus. Grat. *conſi.* 81. *viſo legato facto Baldaſſari, nume.* 44. *verſi. ex qualitate. num.* 2. Rolan. *conſi.* 11. *nume.* 75. *vol.* 3. Moder. Virg. Boccac. *in conſtit. March. gl.* 8. *nu.* 284.

35 Septima ſumitur coniectura contra inquiſitos, quod ſæpius interrogati de loco vltimæ factæ ſolutionis pretij dictorum bonorum, nunquam fateri voluerunt, illam fuiſſe factam in domo dicti Marij, prout re vera facta fuit; ſed non præciſe reſpondendo ſemper de hoc minimè ſe recordari aſſeruerunt; ex quibus quidem non præciſis reſponſionibus, in facto proprio, & delicti circunſtantias tangente, quod maxima cauſa cõtra eos oriatur ſuſpicio, & quod ſi iudex voluiſſet, potuiſſet etiam ex hoc ſolum illos torquere, & cogere, ad præciſè reſpondendum, ponit Bal. *in l. accuſationem, nume.* 11. *verſic. ſuper hoc melius. C. qui accuſ. non poſſ.* Boſſ. *in tit. de Reſpon. à reo facta. nu.* 4. *ſeq.* Clar. *in pract. crim. q.* 45. *verſ.* ....

36 Octaua ſubintrat coniectura ex propria confeſſione ipſius Marij, qui dum alias erat carceratus in Caſtro Tuxignani, eximitus pluries, dicit, Mengaiolum eſſe ſuum laboratorem in bonis Turricchiæ, & tamen eo tempore non dum ſibi facta fuit locatio dictorum bonorum à Curtio, & Paulo; ſimulatio autem contractus, & fraus probatur non ſolum ex confeſſione iudiciali, ſed etiam extraiudiciali. Cæpol. *de ſimulat. contract. præſumpt.* 26. *nu.* 85. Tiraquel. *de retract. conſang. gl.* 14. *§.* 1. *nu.* 55. *&* 56.

37 Nona, & fortior reſultat coniectura, ſeu potius probatio, ex inſtrumẽto permutationis aliquarum petiarum terræ dictorũ bonorum, aliàs factæ cum quodam Carolo Tallono per ipſum Marium, aſſerẽtem in dicto inſtrumento, dictas terras, & bona eſſe ſua propria, & tanquam ſua permutare, & diſtrahere cum dicto Carolo; cui quidem inſtrumento Curtius, & Paulus non ſolum non contradixerunt, ſed etiam poſtquam Marius fuit bannitus, expreſsè acquieuerunt, & illud ratificarunt ſi non verbis, ſaltem facto, ſcilicet poſſidendo dictas terras permutatas; quo caſu ratificatio, quæ facto fit, potentior eſt, quàm quę verbis, *l. Paulus reſpondit. ff. rem rat. habe. cap. dilecti filij, il ſecundo:* & ibi Dec. *in* 2. *notab. extra de appellat.* Vnde non video, quomodo ad præſens poſſint iſti inquiſiti negare, quin bona præfata fuerint ipſius Marij, cum illius confeſſioni, & aſſertioni in dicto inſtrumento permutationis factæ, legitimè acquieuerint, conſenſerint, nec vnquam reclamauerint.

38 Decima naſcitur coniectura ex alio inſtrumento emptionis alterius petij terræ, vulgò dicti, *Il pezzo della Querzola*, factæ per ipſum Marium nomine proprio à quondam Iacobo della Tauerna; quod quidem petium terræ emptum, ad præſens poſſidetur ab inquiſitis, inſimul cum alijs bonis Turricchiæ, & cum illis incorporatũ: ſi enim dictorum bonorum Marius non fuiſſet dominus, non vtique emiſſet illud petiolum terræ à præfato Iacobo; & tamẽ interrogati ijdem inquiſiti, vbi habuerint hoc petium terræ, negat illud fuiſſe emptum à Mario, ſed dicunt fuiſſe comprehenſum inter bona ab ipſis empta à Domino Paulo de Recuperatis; quod eſt falſum; Et ex hac falſa aſſertione, & mẽdacio fraus, & ſimulatio præſumitur. *l. ſi quis affirmauerit. ff. de dolo.* Aym. *conſi.* 2. *numero* 13. *vol.* 1. Hippol. Riminal. *conſi.* 274. *num.* 67. *lib.* 3. Tiber. Decia. *conſi.* 32. *nu.* 24. *lib.* 3. *&c.*

39 Vndecima vrget coniectura ex libris Maſſariorum, in quibus apparet, quod antequam Marius eſſet bannitus, ſemper ſoluit collectas dictorum bonorum, & poſt bãnum Marij illas ſoluit Mengaiolus, quem fiſcus prætendit eſſe laboratorem Marij; Quæ quidem collectarum ſolutio apertè eiuſdem Marij dominium probat, cũ collectæ ſoluuntur, non à conductoribus, ſeu colonis, ſed à Dominis terrarum, ad latè tradita per Oſaſch *in deciſ. Pedemont.* 83. licèt ſecus ſit in emphyteuta modicam ſoluente penſionem. Clar. *in §. emphyteuſis. q.* 46.

40 Duodecima colligitur coniectura ex libro æſtimi, in quo iſta bona per inquiſitos empta à Domino Paulo de Recuperatis, nondum fuerũt poſita ſub nomine venditoris; & tamen quando Curtius emit alia bona, per ipſum empta, ponutur in dicto libro ſub ſuo proprio nomine; vnde ſubintrat concluſio, quod qui recedit à ſolita diligentia, doloſus, & fraudulentus præſumitur. Aym. *conſi.* 28. *nume.* 5. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen.* 13. *nu.* 22. 1. *par.*

41 Tertiadecima, & vltima coniectura, ſeu fraudis ſuſpicio generaliter oritur ex tot mendacijs, variationibus, contrarietatibus, non præciſis, ac inueriſimilibus reſpõſionibus, de quibus in proceſſu, & examinibus ipſorũ inquiſitorum; ex quibus ſolis etiam, quod aliud contra ipſos non vrgeret

gerent, poſſe iſto caſu iudicem ad torturam deuenire, præſertim contra Mégaiolum, tanquam teſtem veriſimiliter informatum, dubitandum nõ eſt, ſecundum communem practicam, de qua per Boſſ. *in tit. de tortur. teſt. nu.* 19. *ſeq. & nu.* 39. Brun. a Sole *in ſuo conſ. crim. nu.* 76. Ant. Gom. *de delict. tit. de tortur. reor. nu.* 29.

22 Sed in caſu noſtro non eſt agendum de tortura, quia ſtantibus tot coniecturis, res videtur expedita, quod poſſit deueniri ad condẽnationem, quia, vt ſupra deduxi, quando agitur de probando fraudem & ſimulationem, probatio ex probationibus reſultans, habet a iure pro plena, & concludenti probatione, etiam quod cõiecturæ ſint hominis, & non iuris; dummodo veriſimiles iudicis arbitrio, vt per Ioſeph. Lud. *in commu. opin. conclu.* 15. *ver.* 13. *coniectura eſt.* & ex Dec. Pedem. 41. *nu.* 2. ſufficiunt enim hominis coniecturæ non ſolum ad probationem ſimulationis, ſed etiam ad probationem falſitatis. Mandell. *conſi.* 99. *nu.* 6. *in fine.* Maſc. *de prob. lib.* 2. *concl.* 740. *nu.* 4. vbi de communi, nec requiruntur plures quam duæ, Cæph. *conſi.* 287. *nu.* 4. *li.* 2. Gab. *concl.* 6. *nu.* 1. *li.* 7. Bertaz. *conſi.* 90. *n.* 32. vbi ergo tot concurrunt coniecturæ, & veriſimilitudines, prout in caſu noſtro, res nullam prorſus habet difficultatem. At vbi vltra coniecturas, habemus etiam teſtium depoſitiones, ac contrahentis propriam cõfeſſionem, prout hic habemus confeſſionem Marij, non videtur vlterius inſiſtendum.

23 Nec aliquid facit aſſerta res iudicata per ſententiam Batij Pugialini obtentam contra Fiſcũ in iudicio ciuili, tum quia res iudicata in ciuilib. non obſtat iudici criminaliter procedenti, & ex officio, vt per Clar. *in pract. crim. q.* 2. *verſ. fina. in fine*, tum etiam, quia ſemper Fiſco aduerſus ſentẽ etiam competit reſtitutio ex nouis ſuperuenientibus probationibus. *l. vnica. C. de ſent. aduer. Fiſ. lat.* Boſſ. *in tit. ſi aduer. rem iud. nu.* 5. *& ſeqq.*

24 Nec ẽt facit, qđ ex quo in præſenti caſu nõ vł conſtare de cauſa aſſertæ ſimulationis, ideo oẽs præallegatæ cõiecturę corruant, Rol. *conſ.* 47. *nu.* 30. *li.* 4. Quia cũ ex propria reorũ confeſſione cõſtet, quod Marius prędictus erat pluribus capitalibus inimicitijs cũ Raualijs circunductus, & eſt notoriũ, iũcto, quod, prout ijdẽ inquiſiti fatenť, ijdẽ Marius erat ẽt homo rixoſus, & facilis ad delinquendũ, ex prædictis inimicitijs pręcedẽtibus oriri ſufficiẽtem cauſam ad præſumendum fraudem in Fiſci præiudicium, eſt cõis opinio, vt per Clar. *in pract. crim. q.* 68. *verſ. fraus autem, &c.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

Reſolutiones dubiorum Alexandri Gambari. I. V. D. Imolen.

25 ADSIT DEVS. Quoniam res iudicata ex ſententia D. Darij, de qua oppoſitũ fuit, reddit proceſſum contra DD. Curtium & Paulum de Rinaldis factum, omnino nullum, Paul. de Caſt. *conſi.* 247. *nu.* 3. *li.* 1. Aym. *conſi.* 204. *nu.* 7. fruſtra quæritur de coniecturis, ad oſtendendum cõtractum ſimulatum, illicitum, ſeu in fraudem factum, & etiam quia res ipſa iudicata eſt cõtrariarum probationum excluſiua, ex quibus aliqua ſententia contraria ferri non põt, niſi prorſus inualida. *cap. bona, il primo, de electio. cap. ſicut, de re iud. l.* 1. *C. quando prouo. non eſt neceſſ. & C. ſentent. reſcind. non poſſe, per totum*; & eſt communis opinio, vt per Alexand. *conſilio vigeſimoquinto, numero vigeſimoquinto, lib.* 3. Roman. *conſilio* 223. *nu.* 10. vbi adde.

26 Non obſtat, rem iudicatam in ciuilibus obtẽtam, non præiudicare, quin criminaliter procedĩ poſſit, vt per Clar. *quæſtione ſecunda, verſiculo fina.* Nam cauſam hanc prætenſi illiciti contractus, ſiue ſimulationis, nullo modo eſſe criminalem, ſed verè ciuilem, conſtat; quia licet cauſa, in qua agitur ad pœnam Fiſco applicandã, dicatur criminalis, & vbi parti obuenit, dicatur ciuilis, vt per Iaſon. commun. opin. dicen. *in rubr. ff. de iud. numero ſecundo*, Boer. *quæſtion.* 449. *numero ſecundo*, Marant. *de ordine iudic. quarta parte diſtinctione prima, numero ſecundo, per text. in l. licitatio. §. quod illicite. de public.* tamen iſtud procedit, quando pœna prouenit ex delicto; ſecus ſi procedat ex aliquo contractu illicito, vt iſto caſu; ſi tamen verum eſt, quod aliqua pœna debeatur propter huiuſmodi aſſertam ſimulationem; quod ego non video. Quia dato quod pœna applicatur Fiſco, nihilominus cauſa dicitur ciuilis, non autem criminalis. Bald. *in l. fina. verſicu. quæro quando pœna. C. de litig.* Alexand. *in l. Prætor. de ſepulc. viola.* Marant. *præcitato loco num.* 30. *verſic. item in quantum.* Rota *deciſio.* 10. *an iudex appellationis ſit. de appellatio. in antiquis.* Menoch. *de arbitrar. iudic. quæſtio.* 82. *numero* 4. *libro primo.*

27 Hinc ſequitur, quod cum Pius Quintus ſit iudex ſolum delegatus ad cauſas criminales, ut conſtat ex litteris ſuæ delegationis, quod non potuerit, niſi nulliter, cognoſcere hanc ciuilem cauſam. Rot. *in antiq. deciſio.* 19. *incip. Vbi agitur, de iudic.* Felyn. *in cap. meminimus, numero vndecimo. de accuſat.* Rota *dict. deciſ.* 19. Menoch. *d. quæſt.* 82. *numero* 3. & conſequenter proceſſus ſit nullus ex defectu iuriſdictionis, vt latiſſimè per Vant. *in titu. de nullitat. ex defectu iuriſdiction. delegat. per totum.*

28 Nec releuat, quod procedatur contra dictos fratres, quod proinde dederint opem Mario eorum fratri, vt dicitur, bannito, occultando bona in fraudem Fiſci, quia de auxilio aliquo præſtito tempore banni, non cõſtat, & minus aliqua, nec etiam minima indicia oſtendi poſſunt. Vnde cũ occultatio ſimulationis inſit a principio, & nil aliud ſit occultatio, quàm ſimulatio, ſicuti ipſa ſimulatio nõ facit cauſam criminalem, nec quoque ipſa occultatio.

29 Nec obſtat, quod fiſco dicatur competere reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam, vt *l. vnica. C. de ſenten. aduerſ. Fiſc. lat.* Boſſ. *tit. ſi aduerſ. rem iudic. numero* 5. *& ſeq.* quia reſpondetur, quod licet huiuſmodi reſtitutio potuiſſet cõce-

di ex cauſa, quam hic ego non video, tñ debebat peti, & de ea cognoſci, ſaltē ſummariè, vt ibi per Boſſ. quod cum non fuerit factū, nunc id allegan do Fiſcus audiendus nō eſt: & propterea erat talis reſtitutio coram iudice ciuili & ciuiliter, non autem coram iudice criminali, vt ſupra deductū eſt. Item talis reſtitutio in integrum aduerſus rē iudicatam, debuerat peti infra quadriennium, a rei iudicatæ tempore, vt *in l. fi. C. de tempor. reſti. in integ. peten.* & tradit ibi Boſſ. ſed hic iam lapſum eſt quadriennium, quia dicta ſententia fuit præſente Fiſco lata de anno 1580. vt in ea apparet; meritò ceſſat obiectio de reſtitutione.

29 Quod attinet ad defenſionem, ob non deductam per Fiſcum cauſam ſimulationis, & minus probatā, vt de iure requirebatur ex receptiſſima Doctorum ſententia, Bar. *conſ. 65. incip. Petrus Nicola. Rota in nouiſ. deciſ.* 1. Cæpol. *de ſimula. cōtract. præſump. 24. n. 77. præſump. 26. nu. 89.* cuius practica in opponen. ad proceſſum fuit obſeruata. Bero. *conſ. 65. li.* 2. Rol. *conſ. 97. nu. 27. 28. & 29. lib. 4.* cum alijs latius alias deductis, non obſtante, qđ dicatur apparere de cauſa ſufficienti ad præſumē dum fraudē, cum D. Paulus fateatur inimicitias cum Rauaieis, & Tollis, & Marium hominem tixoſum, & facile ad delinquendū, & inimicitiam eſſe ſufficientē cauſam ad præſumendū fraudem, vt per Cla. *in pract. q. 78. ver. fraus autem.* Quia reſpondeō, cōfeſſionem D. Pauli de inimicitijs huiuſmodi eſſe generalē & obſcurā, declaratiq̀; illā aſſertā antiquam inimicitiā fuiſſe ſopitā per pacē, ita quod tempore emptionis dictorum bonorū de Turricchia facta a dictis fratribus a R. Paulo de Recuperatis, nulla aderat inimicitia, licet poſtea ſuperueniſſe dicatur: & idem dr̄ de Mario, q tēpore cōtractus erat pacificus, & quietus, licet poſtea forsā offenſus ex cauſis delicta cōmiſerit.

30 Reſponderetur, quod ad hoc, vt quis obtinere poſſit ſuper ſimulatione contractus, debet deducere certam & claram ſpeciē ſimulationis, & certum modum, quo fuerit facta ſimulatio, & exprimi certa perſona, ob quā ſimulatio facta fuerit, & ad cuius rei reparationem, & omnia iſta debēt concludenter probari, vt tradunt omnes ex recepti Doctorum opinionibus: igitur inimicitia in genere non ſufficit: clauſula autem loquitur, vbi agitur de probando fraudem abſque ſimulatione; quo caſu non vertitur præiudicium tertij ſeu pretium rei venditę reſtituitur: ſed hic tractatur de annullatione contractus in præiudiciū emen- tium. Igitur, &c.

31 Stante igitur re iudicata & quod non fuerunt deducta deducenda, & minus illa probata, firma remanet concluſio alias firmata, quod coniecturæ non releuant, & nil operātur ad condemnandū, & minus ēt ad quæſtionem: iſto enim caſu, quo criminaliter proceditur ad pęnas Capitales Pontificiæ conſtitutionis, probationes debent eſſe clariſſimę, vt *l. ſciant cuncti. C. de probat.* & indicia debēt eſſe indubitata, & luce meridiana clariora. vt verba dictæ legis declarant, tradit Boſſ. *tit. de conuic. nu. 9. & ibi ſub nu. 11.* inquit, quod cō iecturę ſufficiunt, vbi cauſa eſt ciuilis, non autē, vbi criminale iudiciū intentat̄, pro quo Bar. *in l. Prætor. §. Prætor. de edi.* & ibi Ia. ſ. Hip. *in l. 1. de qq. et cōſ. 20. n. 48. et in practica, in § expedita, n. 81.* & hęc eſt inter cauſas ciuiles, prout verè eſt ciuilis, cui obſtat res iudicata; ſi vero eſt criminalis, vt pręte ditur, coniectura hominis nil operatur ad plenā probationem, præcipuè in capitalibus.

32 Nihilominus neque teſtes examinati, neque coniecturæ deductæ obſtent; & quod attinet ad Laurentium primum teſtem Curiæ, eius depoſitio nil obſtat, quia deponit per verbum, imaginare, quod idem eſt quod, iudicare; & non eſt teſtiū iudicare, ſeu imaginari ex cōiecturis, ſed iudicis. Franc. Curt. *tract. de teſtib. nu.* 109. Pariſ. *conſ. 29. nu. 9.* & præcipuè in criminalibus. Ia. ſ. *conſ. 187. li. 4.* Non igit̄ probat, etiā ſi adducantur coniecturæ, quæ tamen ſunt leues, friuolæ, & minimè concludentes; & quoad illum dum dicit, Mariū fuiſſe pręſentem in inſtrumento, non probat, quia vnicus. *l. iureiurandi. C. de teſtib. l. maritus. in fine, de qq.* pro nihilo enim habendum etiam vnius depoſitio in quacunque cauſa. Cæpo. *conſi. 61. nu. 9.* maximè in probanda pręſūptione, in qua duo requiruntur. gl. & Doc. *in l. fi. C. famil. ercifc.* Arch. *conſ. 388. num. 5.* vbi loquitur in his terminis præſumptionis, ad prob. fraudē. Boſſ. *de partu ſuppoſ. nu. 36.* & maximè, quod dictus teſtis plures defectus in perſona, & in dictis patitur; quo caſu nec etiā probat in caſu difficilis probationis; quod etiam procedit in cauſis priuilegiatis. Soc. com. dicens *conſi. 118. col. antepenult. lib. 1.* Dec. *conſi. 133.* Cæphal. *conſi. 65. nu. 27. cum ſeq. lib. 1.* Vbi quod nec etiam facit minimam coniecturam, & vllam pręſumptionem; & quod patiantur plures defectus, ſatis liquido apparet: ipſe n. fatetur in eius examine alias pro falſitatibus pęnas ſoluiſſe, & nouiter ob falſam depoſitionem, & alia delicta fuit per P. V. condemnatus ad Triremes, & in confiſcatione bonorum, item fuit examinatus, non citata parte, per iudicem incompetentem in alia cauſa, inter alias perſonas, & ad alium finē; quo fit, vt omnino repellatur, & nil operetur, etiam in cauſa difficilis probationis, &c.

33 Nec releuat, quod Iulius Formichinus olim famulus Marij deponat, eſſe bona dicti Marij, ex illius confeſſione, & per nonnullas rationes, quas adducit, quia ipſe teſtis in totum repellitur ex inimicitia: Fatetur enim in eius repetitione, ſe fuiſſe offenſum, & verberatum a Mario, & fuiſſe ab eo querelatum; & quod ſer Laurentius inſtigabat contra, Marij nomine. Bar. *in l. 3. in prin. de teſtibus. per authent. ſi dicatur. §. 2. C. de teſtibus.* Doctot. *in cap. primo, de his, §. repellantur, & in §. cum oportet. eodem.* quod procedit etiam in caſibus, in quibus ſolent inhabiles admitti, quia in illis non admittuntur inimici. Grammat. *conſilio tertio, numero decimoquarto, conſilio 46. per totum, & conſilio 64. numero ſexto.* Rot. *deciſio. 3. numero 3.* Alexan. *conſilio 99. in princip. libro primo, conſilio 177. in fine, lib. 4.* Hippol. *conſilio 15. num. 6. conſi. 20. nu. 24.* Catrer. *in pract. numero 165.* Hęc ad torturam ſufficiunt. Hippol. *l. 1. §. præterea. de qq.* Plac. *de delict. de qq. num. 7.*

Et

34 Et dum deponit de cõfeſſione Marij, eſt vnicus,& inhabilis; cum tamen ad probandum conſeſſionẽ, requirantur duo teſtes omni exceptione maiores. Abb. *conſi.65.nu.*28. Præter id, quod aſſerta confeſſio Marij nil faceret, vt infra deducam; item iſte eſt vilis, pauper, ſolitus oſtiatim quęrere panem,& conſuerus furta,& alia delicta committere, pro quibus fuit publicè tortus: fuit receptus non citata parte; vnde cũ patiatur multiplices defectus, vt dictum eſt de præcedenti teſte, ipſe in totum repellitur. Socin. *d.conſi.*118. Cæphal. *d.conſi.*65.

35 Præterea apparet, quod doloſè deponit, tacẽdo ueritatẽ, quia deponit, quod Marius frequentabat bona Turricchiæ; ſed tacet quod tanquam affictuarius DD. Curtij & Pauli; Quod veriſimile eſt, teſtem ipſum ſciuiſſe; & dum deponit de plantatione vineæ, eſt mendax, quia illa plantabatur ad inſtantiam DD. Fratrum, videlicet Pauli, & Curtij, vt deponit Mengaiolus; quod quoque ipſe tacet; vnde cum taceat qualitates alterantes eius depoſitionem, tenetur pœna falſi. Alciat. *conſilio* 59. *numero* 9. *lib.* 6. *per cap.* 1. *de crimin. falſi.*

36 Depoſitio vero Melchioris de Galãtibus nullius eſt momenti, deductis in contrarium nõ obſtantibus, quia expreſsè apparet ex eius confeſſione, quod eſt inimicus D. Horatij fratris conſobrini dictorum fratrum; & aſſerta recõciliatio vera non eſt, nec probatur; & ipſe teſtis nil aliud deponit, niſi de fama, quod illa ſint bona Marij, quæ debuit probari per duos teſtes. Clar. *quæſ.*6. *verſ. ſciendum eſt autem.* dicens, eſſe comm. opin. & ibidem ponit requiſita in probatione famæ, quæ hic deficiunt, quia ipſe teſtis de fama, non faceret etiam indicium ſufficiens ad inquirendũ, etiam in caſibus priuilegiatis. Pegn. Hiſp. *ad director. inquiſit. li.* 3. *ſchol.* 20. *tit. de mo. conti. proceſſ. per inquiſit. uerſ. ex his primum. ibi, quod teſtes deponentes de fama etiam in crimine hereſis, debent eſſe omni*
c *exceptione maiores.* [c] præter id, quod teſtis vnicus de fama, eſt ſuſpectus, cum plures haberi poſſint, vt noſtri dicunt.

37 Quoad coniecturas, vt ſupra dictũ fuit, ſi cauſa eſt ciuilis, obſtat res iudicata; ſi criminalis, cõiecturalis probatio non ſufficit, ad reſciſſionem contractus, criminaliter procedendo, prout in proceſſu fuit. Aym. *de antiq. temp. par.* 1. *ſect. viſo de fama, nu.* 36. *per tex. in l. fi. de proba.*

38 Sed breuiter reſpondendo, quia per ſe friuolæ ſunt, dicitur, ꝙ non obſtan: tres primę in ordine cõiecturæ; Quia nos ſumus in diuerſis terminis: nam locatio per ſe non eſt ſuſpecta; ſed quando fit incontinenti ab emptore vẽditori, ipſo remanente in poſſeſſione rei venditæ; Ita enim loquũtur,& intelliguntur Doctor. hanc materiam tractantes: nos autem ſumus in locatione, quæ fit non venditori, ſed tertio, in quo non cadit conſideratio ſibi remanentis poſſeſſionis; Et quamuis ſit facta coniunctæ perſonę, cum ceſſent pręcedentes coniecturæ, coniunctio ſanguinis nil operatur, quia hæc coniectura non eſt per ſe conſtitutiua, ſecundum quòd dicunt omnes.

39 Item dicitur coniectura cõiunctionis ſanguinis habere locum, vbi præceſſerint indicia delictĩ tempore alienationis, ſiue contractus, vt per Doctor. *in l. poſt contractum. de donat.* Et in ſpecie Io. Hannib. *in repetit. nu.*63. 105. ſed hic non præcedebant indicia delicti in ſpecie, vt ſupra pluries dictum fuit; Igitur talis coniectura in nulla debet eſſe conſideratione; & vnus eſt tantum, quĩ dicit, dictam locationem fuiſſe factam ex interuallo,& non incõtinenti; & fraudis ſuſpicio ceſſat in his, quæ ſunt ex interuallo. Aym. *conſ.*100. *nu.*8. & ſi inſpiciatur idem Aym. *in conſi.*156. loquitur, quãdo apparet de cauſa ſimulationis, ut ibi numero decimo. Et de locatione facta venditori per interpoſitam perſonam, vt ibi nu. 11. & quando emptor uenditori locat incontinenti, quæ hic non verificantur.

40 Quarta coniectura de qualitate Marij, non obſtat, quia non conſtat, quod Marius tempore factæ locationis eſſet talis; & dato quod conſtaret, magis veriſimile eſt, quod D. Paulus ipſi Mario locationem fecerit, & hæc veriſimilitudo eſt fortior, quia a virtute,& ab amore fraterno procedit, illa ab odio & vitio oritur; nemo enim vnquã ſuam carnem odio habuit, vt inquit D. Paulus *ad Epheſ. epiſt.*5. & vna pręſumptio tollit aliã, & fortior minorem. *l. diuus. vbi Doctor. de reſtitut. in integ.*

41 Quinta coniectura non releuat, quia non apparet, quod pactũ de incidendo arbores pro vſu ſit inſolitum, quia paſſim apponi ſolet cum pacto de plantãdis neceſſarijs, maximè in locis, vbĩ eſt abundantia arborum, vt eſt notorium in dictis bonis Turricchiæ; & id conceſſum potius cẽſeri debet ob beneuolentiam fraternam, quàm quod dolus ſit præſumendus. Quia ſemper inter duas coniecturas præualet nobilior, quæ eſt excluſiua delicti, vt dicunt omnes,&c.

42 Sexta cõiectura de exburſatione pecuniarum in domo Marij, nullius eſt cõſiderationis,& mom̃eti; nec Doctores in dubijs allegatis, videlicet Gratian. & Rolan. de loco aliquid dicunt, ſed tãtum de perſona ſuſpecta; & hoc caſu domus Marij non debet inducere præſumptionem ſimulationis contractus, qui euidenter apparet verus. Rol. *conſ.*58. *nu.*55. *libro* .... Nec coniectura concludens eſt, quia ſæpiſſimè ſolent fieri inſtrumenta in alienis locis, & præcipuè exburſationis pecuniarum; & tamen ſimulatè non conſtat,& inſtrumentum venditionis huiuſmodi cum prima exburſatione, fuit factum domi Domini Horatij; Nec propterea dici poteſt ſimulata; & præſũptio ſemper ſumenda eſt ab eo quod frequentius accidit, non autem ab eo, quod raro uel nunquã. Baldus *conſilio trigeſimo. col.* 2. *libro ſecundo.* Aymon. *de antiquit. tempor. quarta parte, ſectio materia iſta. nu.*118.

43 Septima coniectura leuiſſima eſt, pręter id, qđ non conſtat, exburſationem illam fuiſſe factam domi Marij; & immo ueriſſimile eſt, quod non recordentur de loco, ob lapſum longi temporis, præcipuè de re non admodum releuante; quin etiam ſi ipſi de mendacio cõuincerentur, tamen

non eſſe contra eos indicium, quia confitendo minus aliquod indiciũ contra eos vrgeret. Marſil.*conſ.*15. Et quod confeſſio, quod domi Marij, nullam induceret præſumptionem, ſatis conſtat ex ſupra deductis.

44 Octaua coniectura de confeſſione Marij in examine ſibi facto a Domino Dario olim Tuſſignani Gubernatore, tollit, quia confeſſio vnius alteri non poteſt nocere. Paul. de Caſtr. *conſ.*134. *in cauſa ſer Ludouici in principio, libro primo.* Alex. *conſil.*46. *colum. quinta, libro quinto.* Aret. *conſil.* 21. Afflict. *deciſ.*150. *nu.* 36. Anchar. *conſi.* 52. *numero nono*, & maximè, quia Marius non fatetur bona Turricchiæ eſſe ſua, ſed tantum aſſertiuè dixit, Mengaiolum eſſe ſuum laboratorem a Turricchia; nil autem in ſpecie dixit de bonis, de quibus controuertitur: vnde neceſſario non concludit, *cap. in præſentia. de probatio. cum vulga.* & eſt aſſertio, non autem confeſſio, quia abſque interrogatione a ſeipſo id aſſerit, quæ verba aſſertiua alteri non nocent, ſed tantum ſibi. *l. quidam. de probatio. l. optimam. de contrahen. ſtipul.* Socin. iun. *conſ.*214. *colum. quarta, libro ſecundo.* Dec. *conſi.*42. *in quarto dubio.* Aymon. Crauet. *de antiquit. tempor. par.* 1. *tertia par. tertia particula incip. Propoſitum.* Nec etiam Mario prȩiudicat, quia dicta verba, vt patet, nõ fuerunt principaliter, & propter ſe prolata, ſed incidenter, vt per Aym. *ibi numero* 16. *&* 17. Et ſatis conſtat, qua occaſione, & qua mente, & intentione ille dicta verba pluries inculcauerit; nam cum deueniſſet ad rixam cum Ioannino de Lollis de Ciricno, voluit oſtendere iuſtam habuiſſe cauſam rixandi ex eo, quod Ioanninus ptius offenderet Mengaiolum, quem ob id vocat eum ſuum laboratorem, non tamen quod eſſet, vel ira uocat ratione conſanguinitatis, vel familiaritatis, ad trad. *in l. qui iure familiaritatis. de acquiren. poſſeſsio.* Inſpiciendum enim eſt, qua cõtemplatione quid fit, vel dicatur Bal. *l. ſi pater. §. qui duos. de adoptio.* Dec. *conſilio* 120. *colum. fin.*

45 Nona coniectura reſoluitur, quia inquantum in inſtrumento permutationis, de quo agitur, fateri videtur bona permutata eſſe ſua, ex ſupra deductis liquido ſatis oſtenſum fuit, talem confeſſionem tertio præiudicio non eſſe: confeſſioni enim tunc datur fides, cum ſoli cõfitenti nocet; alias ſecus, vt *l. Seia. ad Senatuſconſul. Velleia. l. qui autem. §. ſimili modo. de his, quæ in fraudem cred. l. Deo nobis. C. de Epiſc. & Cleric. l. aſsiduis. ff. qui potio. in pignor. habean. l. ſi quis poſt. C. de bon. proſcript. auth. quod obtinet. C. de probat. §. Primum quidem. in auth. de exac. inſt. dot.* quæ iura cũ alijs authoritatibus colligit Menoch. *conſi.* 39. *num.* 27. *libro primo.* factum enim vnius tertio nocere non poteſt. *l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffic. teſtamen. l. non debet. de reg. iur. cap. non debet. eodem tit. lib.* 6. Aymon Crauet. *de antiquit. temp. par.* 1. *ſect. Propoſitum noſtrum, numero* 38. quin etiam confeſſio iurata non eſt nociua alteri abſenti. Aym. *de antiq. tempor. par.* 1. *ſect. Propoſitum noſtrum, numero* 38. Iaſ. *conſi.* 36. *lib.* 3.

46 In quantum vero dicitur, videri DD. Paulum & Curtium acquieuiſſe dictæ confeſſioni, dicitur, in his fuiſſe ignorantes; quod præſumitur. *l. quod vulgo. ff. pro emptore. l. fin. pro ſuo.* tradunt omnes *in cap. ab excommunicatione. de reſcript.* Natta *conſ.*16. *nu.* 7. *lib.* 1. Roland. *conſilio* 66. *numero* 1. *libro tertio*, præcipue ad euitandum pœnam. Aymon Crauet. *conſi.* 244. *num.* 4. Grammat. *conſilio* 25. *num.* 1. Menoch. *caſu* 186. *num.* 3. *conſi.* 74. *num.* 17. *lib.* 1. Nec dicendum eſt, eos ratificaſſe confeſſionem Marij, quia non inducitur ratificatio contentorum in inſtrumento, niſi quis ſciat clarè & ſpecificè tenorem inſtrumenti; nec ſufficit habere notitiam in genere; vnde etiam ſi notitia permutationis in genere prȩſumitur, tñ notitia inſtrumenti, & contentorum in eo in ſpecie non præſumitur, ſed de ea ſpecificè conſtare debet. Paul. de Caſtr. *conſilio* 465. *columna penultima, libro primo, conſilio* 382. *libro ſecundo.* Aymon. *conſilio* 197. *numero* 14. Natta, *conſilio* 162. *numero* 32. *libro primo.* Quæ ſcientia hic, vt dictum eſt, non probatur, prout probari debuit, quia non præſumitur. Natta plenius *conſilio* 136. *num.* 190. *cum ſeqq. lib.* 3.

47 Decima coniectura, dum dicitur, Marium emiſſe nomine proprio petiolum terræ nuncupatæ la Querzola, quod poſſideri dicitur ab iſtis fratribus: Reſpondetur, eos ignoraſſe talem emptionem, & dictam terram eos poſſediſſe ignorantet inter alias plurimas; Quia iſtæ poſſeſſiones Turricchiæ ſunt diſtinctæ in diuerſas petias terrarum ſeparatim poſitas; & leuis eſt coniectura, quod ſi ipſe nõ eſſet bonorum omniũ de Turricchia Dominus, non emiſſet dictum petiolum terræ; ex quo non concludit, quia potuit emere, & nõ eſſe Dominus dictorum bonorum, & quia alio reſpectu potuit emere, vt quia ſpectabat ſibi concedi poſſeſſionem D. Hieronymi Bonchi ſui ſoceri, prout poſtea conſignata, & dimiſſa fuit, quibus dictum petiolum reperitur vicinum. Nõ obſtat reſponſio DD. Fratrum de petiolo terræ Querzolæ præfatæ, quia intellexerunt de petia terræ contenta in inſtrumẽto emptionis, in quo adeſt petium terræ nuncupatum, la Querzola; & ita intellexerunt de ſua, non autem de aliena; & ſic non reprehenditur de mendacio.

48 Vndecima coniectura non obſtat, quia Marius, & alij affictuarij ſoluerunt collectas ex pacto: & paſſim fiunt talia inſtrumenta Imolȩ, & in eius diſtrictu, quod affictuarij ſoluant; & dato quod non adeſſet pactum expreſſum, cum ſit affictuarius, potius prȩſumendum eſt, quod ſoluerit, quia habebat fructus, & erat affictuarius, quã quod Dominus; nec tenet conſequentia, quia ſi alij affictuarij ſoluunt collectas, ut aſſeritur ex aduerſo, ſequeretur, quod etiam ipſi eſſent Domini, quod eſſet abſurdum; non enim concludit coniectura, quia quis poteſt ſoluere collectas abſque eo quod ſit dominus, prout ex pacto expreſſo, vel tacito, vel ex conſuetudine, vel errore, ſeu indebitè, &c.

49 Duodecima coniectura inanis eſt, quia etiam ſi dictus Curtius emerit petiolum terrȩ, & ollam poſuerit ad ſuum æſtimum, tamen quandoq; &

emit

emit, & non poſuit. Et in omnem caſum videtur, quod allegata in contrarium poſſint procedere, quando non poſuiſſet ad ſuum æſtimum, nec ſolueret collectas, ſed nec venditor; ſed ſui affictuarij ſoluerunt collectas, non autem alius quam affictuarius: merito, &c.

50 Decimatertia coniectura nil facit, quia nullæ adſunt variationes, contrarietates, & inuerisimiles reſpóſiones quàm ſubſtantiales ſint; nam concordant omnes, quod frumenta & ligna fuerunt aſportata domum DD. fratrum; & quod vinea fuit facta de eorum mandato, & de eorum expenſis; ſi autem Mengaiolus forſan lapſus fuerit in aliquibus circumſtantijs, id per errorem potius contigiſſe præſumendum eſt, propter longum tempus, quàm quod dolo id fecerit; & tortura potiſſimum ceſſat, quia cauſa eſt ciuilis, nō autem criminalis.

51 Patet igitur, non eſſe probatā ſimulationem, neque fraudem ex coniecturis, nec admitti poſſe ad condemnandum in criminalibus, præſertim in capitalibus, & adhuc ſumus in reg. quod ſimulatio non præſumitur, vbi conſtat de ueritate actuum. Bal. *l. et qui. ad finem. de diſtract. pignor.* nec in dubio præſumenda eſt *l. quamuis*, & ibi Bal. *ff. ſi quis alte. uel ſibi. l. ſed ſi maritus. in fine. ff. qui, & a quibus. c. ſi. de renunc. in 6.* Bar. *conſ. 65.* Bal. *in c. 1. §. ſi inſtrumentum. de pace tenen.* Cæpol. *de ſimul. contrac. ſupra allegato loco, & cumulat.* per Rolan. *conſ. 6. nu. 28. lib. 3.*

52 Necnon dicti fratres obtinere debent, quia adhuc nō fuit producta aliqua ſententia, per quam Marius appareat fuiſſe condemnatus in pœnam confiſcationis bonorū, & ſic ſumus in alia regula, quod actore non probante Reus abſoluitur, & ſi nil pręſtiterit, & ſi aſsūpſerit in ſe onus probandi. *l. qui accuſare.* vbi Iaſ. *C. de eden. cū vulgarib.* Ex his conſtare arbitror, dubia fuiſſe reſoluta, & iſtos fratres eſſe in caſu abſolutionis; idque clarè ex ſupra deductis apparere; & dato qđ eſſemus in dubio, adhuc pronunciandū eſt in eorū fauorem, quia in dubio pro Reo, & in dubio contra fiſcum. *l. non puto. de iure fiſci*, & in dubio cōtractū non eſſe annullandum, ſeu reuocandum. Alexā. *conſ. 157. lib. 7.* Dec. *conſ. 168. col. 2. poſt med.*

LAVS DEO.

Reſolutiones eorundem Dubiorum Bartholomæi Bertazzoli Iuriſconſulti Ferrarienſis.

53 ADSIT DEVS. Viſis omnibus proceſſibus factis cōtra DD. Curtium, & Paulum fratres de Rinaldis de Ciruno, ſeu de Tuſſignano, & ſubtiliſſimis dubitationibus excitatis contra eos per Clariſſimum iuris Conſultum Proſperū Farinacium Locumtenentem, &c. & delegatum Illuſtriſs. & Reuerend. DD. Cardinalis ab Altaemps, pro diſcuſſione, & diſſolutione dubiorum ipſorum, & totius huius cauſæ, Tria principalia dubia ſigillatim examinanda fore arbitro[illegible] ex quorum diſſolutione facile apparebit, an dicti fratres imputati, ad aliquam pœnam teneri poſſint; Primum erit, an ſtante ſententia lata ad fauorem ipſorum Reorum de anno 1580. per Gubernatorem ipſius Caſtri, potuerint de nouo vexari ſuper eiſdem, ſuper quibus iudicatum fuit ad eorum fauorem. Secundum, an ex quo non conſtat de aliqua cauſa ſimulationis, vt pro Fiſco prætenditur, Marij fratris ipſorum fratrum, qua potuerit moueri ad dādum pecunias fratribus, vt nominibus ſuis emerēt terras in loco Turricchiæ, poſſit pro parte fiſci ſimulatio allegari. Tertium erit, nam poſito, quod illa ſententia nō impediret, criminaliter iterum agi poſſe contra eos; & cauſa videretur ſufficiens ſimulationis; an ſtantibus præſumptionibus in dubijs præcitatis, & alijs contrarijs pro ipſis fratribus, illi ſint iterum abſoluendi, & penitus liberandi, ita vt nec contra illos, vel aliquos ex teſtibus, poſſit ad torturam deueniri?

54 Quoad primum dubium, ſtante ſententia lata in cauſa criminali, agitata contra dictum Mariū in exequutione illius, in qua pro parte fiſci fuit accepta tenuta iſtorum bonorum, quaſi fuiſſent bona ipſius Marij, & venirent in eorum confiſcatione, vt in proceſſu *fol. 86. et ſeq.* in cuius proceſſu fuit oppoſitum, & exceptum, pro parte ipſorū fratrum, dicta bona eſſe propria, & non dicti Marij, & fuerunt producta inſtrumenta emptionis ipſorum factæ per ipſos, & locationis factæ per eos dicto Mario, & alia documenta ad cauſam ſcientia; & ſtante quod per Procuratorem Fiſcalem fuerit oppoſitū, quod inſtrumenta ipſa fuerunt ficta & ſimulata, & in fraudem fiſci, & creditorum ſuorū facta, rationibus, & cauſis, de quib. in ſua ſcriptura in proceſſu fol. 98. Cum per ipsū Dominum Gubernatorem fuerit pronunciatū, bona ipſa Turricchię pleno iure ſpectaſſe, & pertinuiſſe, & ſpectare, & pertinere ad dictos fratres, & eis competere actionem contra dictum Mariū pro ſcutis octuaginta pro affictibus eorum bonorum, & vt in ipſa ſententia regiſtrata in proceſſu fol. 115. Non puto, quod modo aliquo ipſi fratres eadēmet de cauſa inquiti, vel vexari poſſint, quia cum in exequutione ſententiæ criminalis ipſi comparuerint, & de dominio, & poſſeſſione ipſorum oppoſuerint, & iura ſua produxerint, pro parte uero Procuratoris Fiſcalis replicatum fuerit de fictione & ſimulatione ipſorū inſtrumentorum, procu🙂dubio cenſetur reiecta replicatio Procuratoris Fiſcalis, nec amplius poteſt procedi criminaliter contra ipſos fratres, vt eſt textus expreſſus *in l. tertia. C. de ordin. iudic. ubi glo. in uerbo, tempore,* quæ ſecundum opinionem Ioan. communiter receptam, firmat, quod ſi opponatur exceptio, & ſit deciſum in principali, cenſetur etiam deciſum ſuper exceptione, & replicatione, & non poteſt contrauéniri ſententiæ, per textum *in l. finali. C. de fide inſtrumento*[illegible] *idem in dicta l. tertia.* tenent Cy*rus*[illegible]ldus, Albericus, Angelus, Sa[illegible] ſiue opponatur [illegible] onis, re[illegible] An[illegible]

Angel.ibi, quæ ſententia ſatis probatur ex dicta l.fi.Caſtren.num.10. quod ſi in cauſa fuit cognitum de falſo, non poteſt iterum de eo opponi poſt ſententiam in iudicatum tranſactam, quod admittunr Barto. & alij in l.1.C.ſi ex falſ.inſtrum. Præterea cũ teplicatio dicti Procuratoris Fiſcalis,quę non poterat ſtare cum ſententia,cenſeretur reiecta,vt per Felyn. in c.ſuborta.numero 3.& 4.de ſent.& rei iud.& Socin.conſ.352.col.3.in ſecundo,ſuper ea omnino videtur pronunciatum.l.1.& 2.C.de ordi.cogn.

55 Confirmatur, quia cum ſententia ipſa cenſeatur lata ſuper facto, nẽpè quod ipſi fratres erant Domini ipſorum bonorum, & nulla ſimulatione interueniente bona ad eos pleno iure ſpectabant,& ſic delictum non fuiſſe commiſſum; & in hoc ſecundo iudicio idem venit in diſputationem,& diſcuſſionem, ſententia lata in primo iudicio obſtat in ſecundo. Bar. in l.2.§.1.numero 3.ff.de ui bon.rapt.Bald.in l.ex morte. numero 4. C.ad leg.Aquil.Et in fortiori caſu,quando primum iudicium fuit ciuile, & in eo fuit iudicatum, quod aliud criminale non poſſit intentari,videaẽ Cur.iun.in conſilio 318.num.3.& ſeq.& conſ.350.ferè per totum;Quam opinionem tenet etiam Anton. Gabr.in ſuis commun.concluſ.lib.2.tit.de exception.concluſ.ſecunda,numero 11. & Dom. Rimin.iun.conſ.413.nu.6.

56 His accedat, quod quando fuit cognitum ſuper except. vel replicatione oppoſita, & eamet reiecta,non poteſt excipiens,vel replicans de nouo agere,quia ei obſtat exceptio rei iudicatę.Bartol. & alij in l.1.C.de ordin.cognitio. vbi Caſtren. num.7.Abb.conſi.50.in primo vol.Aret.conſi.96.in ſecunda col.& Gabr.dicta ſecunda concl.num.10.& ſufficit, quod fuerint dati termini ad probandũ. Caſtren.in l.ſin autem.§.fi.ff.de negot.geſt. Et licet aliqui intelligant hanc cõcluſionem procedere, quando agitur ad eundẽ finem,nihilominus alij aliter ſentiunt,vt per Bar.& Curt.ſupra citatos, & per Crot.in l.qui Roma.§.duo fratres.n.62.verſ.ſexta,et vltima concluſio.ff.de verb.oblig.& cum ſatis videatur agi ad eundem finem, nẽpe ad auferendum hæc bona a poſſeſſoribus, ſub prętextu, quod fuerint Marij, & per eos ſimulatè quæſita, ceſſat huiuſmodi diſputatio;nam quando tractatur de eodem facto, licet per diuerſa media, ſatis agi dicitur ad eundem finem. Rip.nu.25.& Alci. nu.11.in d.§.duo fratres.

57 Et ad propoſitum, quando eſt oppoſita exceptio ſimulationis contra inſtrumentũ,& ea non obſtante commiſſa eſt illius exequutio,cẽſeatur reiecta exceptio ſimulationis, videatur D.Simõ de Pret.conſ.10.nu.18.& ſeq. Dubium autem nõ eſt,quod cauſa,in qua fuit oppoſitum de iuribus dictorum fratrum,& replicatum de ſimulatione, erat cauſa criminalis,& exequutio pariter ſentẽtiæ in cauſa criminali latæ,ex quo bona ipſo Fiſco veniebant applicanda, ſi vera fuiſſet fiſci intentio, ad trad. per Barto.in l.3.ff.de ſepul.viol.& Maſcar.concl.463.num.1. Et cum ab ea ſententia non fuerit appellatum, in iudicatum tranſiuit, & pro veritate habetur. l.ingenuum.ff.de ſtat.hominum.l.res iudicata,vbi late Cagnol.ff.de reg.iur. & tantò magis cum ſit lapſum biennium; quia tũc habet præſumptionem pro ſe, etiam ſi non conſtaret de proceſſu. Grammatic.deciſi.34.num.6.& 7.Cæphal.conſil.458.numero 15.Nam & hoc caſu dicitur de antiquo.Maſcar.tit.de probat.concluſi.32.numero 23.& quod quando iudicium ſecundum venit ad reſciſſionem primi,obſtet exceptio rei iudicatæ, tenet etiam Ang.in l.cum quæritur.ff.de excep.rei iud.

58 Nec hoc caſu obſtat l.vnica.C.quando ciuilis actio præiud.crimin. in qua clariſſimus motiuans ſe fundare videtur,quia illa non procedit,quãdo fuit oppoſita exceptio in proceſſu criminali vel ciuili,& de ea fuit cognitum,& deciſum incidenter cum principali, vt in dicta l.tertia.C.de ordin.iudic. Et ita declarat Bartol. in dicta l.vnica numero 3. ſicut etiam non procedit, quando fuit iudicatum ſuper facto, vt per Bart. Alberic. & Salyc. ibi, prout hic ſatis videtur iudicatum, declarando ſuper dominio poſſeſſorium. & Bero.conſi.166.num.1.& 2.in 3.volum.Vbi idem voluit, etiam ſi per probationes inualidas, vel non factas, Reus fuerit abſolutus, vt in numero tertio,& ſeptimo. Præterea,quando vtraque cauſa ciuilis, & criminalis tendũt ad vindictam, ſemel accuſatus in vna, non poteſt in alia amplius accuſari, vel inquiri.Maran.in tract.de ordin.iudic.parte 4.in principio.numero nono,& in ſexta parte, in fine,numero 89.Nec aliter tenet Clar.in dubijs citatis in pract.§.fi.quæſtione ſecunda,in fine. Quinimo ſequitur Maran. quando eadem iudicia tendunt ad idẽ;ſecus ſi ad diuerſa.& in q.14.verſ.Tertius caſus,loquitur in alia quæſtione diuerſa, de qua agendum non eſt.

59 Quod modo poſſit pro parte fiſci reſtitutio peti,ex Boſſ. etiam in dubijs citato in titul.ſi aduerſ.rem iudicatam reſtit.poſtule.numero quinto,& ſequen.Non eſt verum: nam vera & communis opinio eſt, quod in pœnalibus fiſcus non reſtituatur [f],ſicut non reſtituitur minor.l.annalium.ff.de minor. Ita tenet Angel.in l.fin.ante fin.ff.ſi quis teſtamen.liber.eſſe ius.fue.Nell.in tractat.bannit.ſecunda parte primi tempor.tertia quæſtione, in fine.Socin.conſil.108.numero 9.lib.quarto. Capic. deciſ.121.num.10. Boer. qui etiam ſequitur Angel.deciſ.264.numero decimooctauo, tertia columna. Cæphal.conſil.241.numero 63.& ſequen.& Dec. num.42.Anton.Gabr.in titu.de criminal.libro ſeptimo,concluſione decimatertia, numero 14.& ſeqq. * Vbi dicit veriorem,& communem,quam ſententiam tenet etiam Thob.Non.conſil.41.num.3.& ſeq.Octau.Vulpell.in conſ.41.numero 3.& ſeq.& nouiſſimè eam tenet Sfortia Oddus in ſuo tract.de reſtitut.in integr.1.par.quæſt.3.art.13.num.85. Nam fiſcus in pœnis habet cauſam lucratiuam. l.apud Celſum.§.de authore.ff.de dol.exceptio.& propterea non reſtituitur etiam ad lucrum ex bonis uacantibus, vt per Cæphal.in d.conſilio 605.numero 41.et ſequen.Quæ concluſio procedit,etiam ſi iudex errauerit in ſententia. Bald.in addit.ad Specul.in titulo de accuſatoribus,columna ſecunda.verſiculo, Quod ſi iudex, & Franciſc. Cremen.

ſing.

Digitized by Google

ſing.23. Quid ſi iudex. Nec contra hanc concluſionem tenet Boſſ. in dubijs citatus : Quinimo illam tenet *nu.9.& ſeq.& maximè, nu.*14. & idem tenet *in tit.ſeq. de ſupplicatione aduerſ. rem iudica. nu.6.* Dicens,quod alias ſequeretur,quod retractatentur omnes ſententiæ abſolutoriȩ, & quod nunquā haberet locū *regula, ſemel accuſatus, &c.* eandem opinionem in his terminis tenet Alciat. *in l.ſub prætextu,num.6. C.de tranſact.* Nec poteſt Princeps de poteſtate ordinaria retractare primam ſententiā, vt Boſſ.tradit, *in d.tit. de ſupplic. aduerſ.rem iudicatam, nu.7.& ſeq.* Et licet Fiſcus in ſententijs contra eum latis reſtituatur intra triennium, *l.vnica.C.de ſentē.aduerſ.fiſc.lat. li.*10. eius tamen diſpoſitio non procedit in cauſis criminalibus,ſecundum Odofr.ibi,& per Boſſ.*in d. tit.ſi aduerſ.rem iud.nu.9.&* 14. Et cum lapſi fuerint nedum tres anni,ſed quinque a tempore latæ ſententiæ,ceſſat omnis ſcrupulus; Nam & fiſcus in auocando bona in fraudem fiſci alienata,excluditur quadriēnio,vt Gomez.*in ſuis var. tract.in tract.de delict.c.vlt.nu.5.in fine*,ex quibus eſt diſſolutum primum dubium; ex cuius diſſolutione cȩtera dubia remanent ſuperuacua : vt tamen cōſtet Clariſſimo D.Commiſſario hos fratres etiam in reliquis iuſtitiam fouere, procedā ad diſcuſſionem & diſſolutionem aliorum.

53 ADSIT DEVS. Viſis omnibus proceſſibus factis cõtra DD. Curtium, & Paulum fratres de Rinaldis de Ciruno, ſeu de Tuſſignano, & ſubtiliſſimis dubitationibus excitatis contra eos per Clariſſimum iuris Conſultum Proſperũ Farinacium Locumtenentem, &c. & delegatum Illuſtriſs. & Reuerend. DD. Cardinalis ab Altaemps, pro diſcuſſione, & diſſolutione dubiorum ipſorum, & totius huius cauſæ, Tria principalia dubia ſigillatim examinanda fore arbitror; ex quorum diſſolutione facile apparebit, an dicti fratres imputati, ad aliquam pœnam teneri poſſint; Primum erit, an ſtante ſententia lata ad fauorem ipſorum Reorum de anno 1580. per Gubernatorem ipſius Caſtri, potuerint de nouo vexari ſuper eiſdem, ſuper quibus iudicatum fuit ad eorum fauorem. Secundum, an ex quo non conſtat de aliqua cauſa ſimulationis, vt pro Fiſco prætenditur, Marij fratris ipſorum fratrum, qua potuerit moueri ad dãdum pecunias fratribus, vt nominibus ſuis emerẽt terras in loco Turricchiæ, poſſit pro parte fiſci ſimulatio allegari. Tertium erit, nam poſito, quod illa ſententia nõ impediret, criminaliter iterum agi poſſe contra eos; & cauſa videretur ſufficiens ſimulationis; an ſtantibus præſumptionibus in dubijs præcitatis, & alijs contrarijs pro ipſis fratribus, illi ſint iterum abſoluendi, & penitus liberandi, ita vt nec contra illos, vel aliquos ex teſtibus, poſſit ad torturam deueniri?

54 Quoad primum dubium, ſtante ſententia lata in cauſa criminali, agitata contra dictum Mariũ in exequutione illius, in qua pro parte fiſci fuit accepta tenuta iſtorum bonorum, quaſi fuiſſent bona ipſius Marij, & venirent in eorum confiſcatione, vt in proceſſu *fol.* 86. *et ſeq.* in cuius proceſſu fuit oppoſitum, & exceptum, pro parte ipſorũ fratrum, dicta bona eſſe propria, & non dicti Matij, & fuerunt producta inſtrumenta emptionis ipſorum factæ per ipſos, & locationis factæ per eos dicto Mario, & alia documenta ad cauſam ſcientia; & ſtante quod per Procuratorem Fiſcalem fuerit oppoſitũ, quod inſtrumenta ipſa fuerunt ficta & ſimulata, & in fraudem fiſci, & creditorum fuerũ facta, rationibus, & cauſis, de quib. in ſua ſcriptura in proceſſu fol. 98. Cum per ipsũ Dominum Gubernatorem fuerit pronunciatũ, bona ipſa Turricchię pleno iure ſpectaſſe, & pertinuiſſe, & ſpectare, & pertinere ad dictos fratres, & eis competere actionem contra dictum Mariũ pro ſcutis octuaginta pro affictibus eorum bonorum, & vt in ipſa ſententia regiſtrata in proceſſu fol. 115. Non puto, quod modo aliquo ipſi fratres eadẽmet de cauſa inquiri, vel vexari poſſint, quia cum in exequutione ſententiæ criminalis ipſi comparuerint, & de dominio, & poſſeſſione ipſorum oppoſuerint, & iura ſua produxerint, pro parte uero Procuratoris Fiſcalis replicatum fuerit de fictione & ſimulatione ipſorũ inſtrumentorum, procuIdubio cenſetur reiecta replicatio Procuratoris Fiſcalis, nec amplius poteſt procedi criminaliter contra ipſos fratres, vt eſt textus expreſſus *in l. tertia. C. de ordin. indic. ubi glo. in uerbo, tempore,* quæ ſecundum opinionem Ioan. communiter receptam, firmat, quod ſi opponatur exceptio, & ſit deciſum in principali, cenſetur etiam deciſum ſuper exceptione, & replicatione, & non poteſt contraueniri ſententiæ, per textum *in l. finali. C. de fide inſtrumentorum. in fine, & idem in dicta l. tertia.* tenent Cynus, Bartolus, Baldus, Albericus, Angelus, Salyc. & Paul. de Caſtr. & idem eſt, ſiue opponatur per viam exceptionis, ſiue replicationis, vt per

ſing.23. *Quid ſi index.* Nec contra hanc concluſionem tenet Boſſ. in dubijs citatus : Quinimo illam tenet *nu.9.& ſeq.& maximè, nu.*14. & idem tenet *in tit.ſeq. de ſupplicatione aduerſ. rem indica. nu.6.* Dicens, quod alias ſequeretur, quod retractarentur omnes ſententiæ abſolutoriç, & quod nunquã haberet locũ *regula, ſemel accuſatus, &c.* eandem opinionem in his terminis tenet Alciat. *in l.ſub prætextu, num.6. C.de tranſact.* Nec poteſt Princeps de poteſtate ordinaria retractare primam ſententiã, vt Boſſ.tradit, *in d.tit. de ſupplic. aduerſ.rem iudicatam, nu.7.& ſeq.* Et licet Fiſcus in ſententijs contra eum latis reſtituatur intra triennium, *l.vnica.C.de ſentẽ.aduerſ.fiſc.lat. li.*10. eius tamen diſpoſitio non procedit in cauſis criminalibus, ſecundum Odofr.ibi,& per Boſſ.*in d. tit.ſi aduerſ.rem iud.nu.9.& 14.* Et cum lapſi fuerint nedum tres anni, ſed quinque a tempore latæ ſententiæ, ceſſat omnis ſcrupulus; Nam & fiſcus in auocando bona in fraudem fiſci alienata, excluditur quadriẽnio, vt Gomez.*in ſuis uar. tract.in tract.de delict.c.vlt.nu.5.in fine,* ex quibus eſt diſſolutum primum dubium; ex cuius diſſolutione cętera dubia remanent ſuperuacua : vt tamen cõſtet Clariſſimo D.Commiſſario hos fratres etiam in reliquis iuſtitiam fouere, procedã ad diſcuſſionem & diſſolutionem aliorum.

60 Secundum igitur dubium, an pro parte fiſci potuerit agi criminaliter ad bona ipſa, prætextu aſſertæ ſimulationis intentatæ, quod ſcilicet dicti fratres emerent de pecunijs Marij eius fratris terras ipſas, quas ipſe voluerit ſeruare, & defendere in cauſa cõfiſcationis ſuorũ bonorũ ſub nominibus fratrum, prout euenit caſus, quod fuit ex cauſa homicidij bannitus,& confiſcata fuere omnia eius bona; iudicio meo facile ſoluitur; nã ego certè arbitror, nullum ius hoc caſu fiſcũ prętendere potuiſſe, quia veriſſima & communis eſt omnium concluſio, quòd ſi nõ probatur cauſa, qua quis motus fuerit ad ſimulationem huiuſmodi, quæ ſit legitima,& rationabilis, vt quia periculum aliquid inſtaret cõtrahenti, propter qđ vellet ſeruare bona eius, nõ poteſt admitti ſimulationis oppoſitio, vel propoſitio, ita declarat
* Bar.communiter receptus *in conſil.65.Petr.Nicol. col.3.verſ.in contrarium.* Vbi concurrebant plures præſumptiones contrariæ,& tamen reſoluit pro hac parte; idem tenent Anchar. *conſil.227.ad corroborationem.in prin.1.& 2.col.* Arct.*conſ.65.col.3. verſ.in contrarium.* Bellam.*in conſi. 173.2.col.in 2. vol.* Rot.*in tit.de donat.deciſ.1.in nouis.* Alex.*in cõſil.111.in prin.3.col.& conſil.28.nu.10.* Curt. iun. *conſi.108.num.11.* Mandel. Alb. *in conſi.9.num.1. & ſeq.& illic numero 6.& 7.* firmat quod debet eſſe cauſa ſufficiens, & idonea, & quod propter eã deuentum fuerit ad ſimulationem. quam ſententiam tenet *in conſilio 97.numero 24.* eandem tenet Port.Imol.*conſilio 66.numero 6. & 113.in princip.* Natta *conſilio 628.num.17.& ſeq.* Bero.*conſi.147. numero 28.& ſeq.2.vol.* Rolan.a Vall.*conſilio 47.et ſeq.4. volum.* Alciat.*poſt alios in l.poſt contractum. numero 41.ff.de donat.* Maſcard. *in d.tract.concluſ. 439.numero 13.& concluſio.448.numero 1.& nu.6.*

Quinimo debet conſtare, qđ ab initio ante contractum fuerit cõuentum de tali ſimulatione facienda, vt pretium reſtituatur, vel fingeretur numerari, vt in caſu iſto, quod terræ fuiſſent acquiſitæ Mario,& remanerent in eius dominio; alioquin ſimulatio non probatur, ex quo debent attendi actus a principio conuenti. Caſtren.*conſil. 173.Præſuppoſito.in princ.vol.2.* Alex.*d.conſ.28.2. col.& probatur in l.4.§.ſi ab ignaro. ff. de manumiſſ.* Natta *conſ.528.nu.20.* Port.*d.conſ.66.nu.8.* Aret. *d.conſ.65.col.4.* Alb.*d.conſ.9.nu.8.*& Rolan.*d.conſilio 67.num.29.*

61 Et cum de prædictis non conſtet, non eſt aliqua ſimulatio præſumenda, quę regulariter non præſumitř ; ſed actus validus, verus,& legitimus, non autem fictus, vel ſimulatus *l.rogaſti.§.ſi tibi.* vbi Bal.& alij,& maximè Dec.*nu.6.ff.ſi cer.pet.*& idem Bal.*in conſ.158.n.7.in 4.vol.* Ruin.*conſ.119. nu.1.vol.1.* Crauet.*conſ.145.nu.2.* Abb. *d.conſi.97. nu.73.* Maſcar.*d.concl.448.in prin.et nu.3.* Rota *in deciſ.Veral.deciſ.163.nu.2.3.p.2.* Quod tantò clarius procedit, quantò apparent inſtrumenta, vt in caſu iſto. Anch.*d.conſi.327.2.dub.* Bal.*conſ.21. punctus q.2.col.4.uol.& in l.quamuis.per illum text. C.ſi quis alter.vel ſibi.* Dec.*conſ.498.nu.7.*& Aym. Crauet.*d.conſ.145.nu. 2.*& quando eſt appoſitũ iuramentum inſtrumentis, tanto minus eſt præſumenda ſimulatio. Curt.iun.*d.conſ.108.nu.13. 109.nu.21.et conſ.ſeq.nu.15.* Gram.*deciſ.45.nu.1. & 2.* Port.*d.conſ.66.nu.13.& 14.& 192.nu.8.* Rolan.*d.conſ.477.col. fin.* Vbi quando eſt iuratum, omnia & ſingula vera fuiſſe,& eſſe.

62 Et certè in caſu iſto ego non potui ex proceſſibus cognoſcere, quod præfatus Marius habuerit cauſam faciẽdi talem ſimulationẽ, nec quod vergeret imminens periculum amittendi bona ſua; Et licet fratres ipſi in ſuis conſtitutis fateantur, ipſum fuiſſe terribilem, beſtialem, phantaſticum,& ſine ratione, non propterea eſt præſumẽda ſimulatio, alia cauſa non apparente: & ideo non eſt præſumenda in donatione, quam faceret iuuenis crimino ſus, & male moratus, dubitans ne aliquod delictum committeret; tunc enim donatio non cenſetur facta in fraudem fiſci, cũ delictum non ſit illius cauſa, ſed facilitas naturę, vt in terminis declarat Alciat.*in d.l.poſt contractum. numero 24.alias num.37.* ſecundum aliam impreſſionem: & tanto minus eſt præſumenda iſta ſimulatio, ex quo ipſe Marius non prouidiſſet periculo confiſcationis omnium bonorum, ſed tãtum reſpectu iſtorum bonorum Turricchiæ ; & non eſt ueriſimile, quod ſi habuiſſet animum committendi delictum, uel in turo ponendi bona ſua, non prouidiſſet ſuper omnibus, vt ad propoſitum conſiderat Alexan. *in d.conſil.111.ad finem*; & quando conſtat delictum ex inopinata cauſa eueniſſe, vel non incontinenti, non pręſumitur fraus, vel ſimulatio. Boſſ. *in tit. de bon. publican. numero 51.* Quo fit, vt cum ipſe Marius non commiſerit delictum aliquod, niſi poſt biennium vel circa, & vt audio etiam prouocatus, non poteſt dici dictus contractus fraudulentus, vel ſimulatus.

63 Nec obſtat, quod dicti de Riminaldis habuerint alias inimicitias cū illis de Paulis, & de Lollis de Ciruno; quia illæ ſopitæ & finitæ fuerunt per pacem factam de anno 1565. & cum eſſent antiquæ, non ſunt in conſideratione; nam teſtis inimicus facta pace, vel reconciliatione de recenti, non admittitur in teſtē contra inimicū reconciliatum; ſi tamen reconciliatio ſit antiqua, admittatur, quia amplius non cenſetur inimicus. Marſil. poſt Bald. per eum citatum *in l. 1. §. præterea, nu. 6. de quæſt.* Maſc. *d. tract. concl.* 1046. *nu.* 23. Didac. *in c. 8. pract. quæſt. nu.* 5.

64 Nec obſtat, vt obijcit in dubijs, quod ipſi fratres falſi fuerint, quod d. Marius erat in inimicitijs capitalibus cum illis de Raualeis circumductis; quo caſu vr̄ conſtare de cauſa ſimulationis. Nā nō vidi in proceſſu, qđ iſti falſi fuerint tēpore contractus emptionis dictorū bonorū, dictum Marium habuiſſe aliquam inimicitiā cum dictis Raualeis; nec ſufficit, quod fuit homo rixoſus, & facilis ad delinquendum, vt ex Alciat. ſupra probatum extitit. Nec Iul. Clar. *in q. 78. in verſ. fraus autem. in d. §. fin.* aliter tenet, qn̄ tēpore cōtractus talis inimicitia nō vrgebat, ſed firmat quod omnino exigitur cauſa, vt ſimulatio præſumatur.

65 Supereſt tertium & vltimum dubium. In quo antequam ad eius diſſolutionem deueniam, & præſertim ad reſponſionem coniecturarū in dubijs propoſitarum, aliqua pręfari oportet; & primo, quod in ſimulationibus, & fraudibus, an duę prę ſumptiones ſufficiant ad cōuincendum fraudantem, vel ſimulantem, eſt opinio ſatis dubia; & quandoq; Docto. pro hac parte, & quandoq; pro altera ſecundum caſuum diuerſitatem conſuluerunt; & ego & pro prima opinione reſpōdi *in conſ. 92. nu. 31. 1. vol. conſiliorum meorum criminalium*, quādo falſitas apparebat in inſpectione ſcripturæ; ſed extra illum vel ſimilem caſum, ego ſemper fui opinionis contrariæ, quod max mè quando apparent inſtrumenta publica, ad probandam ſimulationem oppoſitam, exigatur probatio plena, vt hoc caſu voluit Anchar. *in allegato conſ. 227. in 3. & 4. dubio.* Aret. *d. conſ. 65. 2. col. et ſeq.* Alex. *in d. conſ. 111. in 3. vol.* vbi voluit, teſtes ſingulares non probare, & ante eos id voluit Caſtren. *in conſi. 388. nu. 2. 1. vol.* vbi firmat, ſimulationem hoc caſu coniecturis non probari, & ante illos etiam ſecundum Lanc. ſententiam reſpōdit Bal. *in conſi. 11. 2. col. in 4. vol.* vbi firmat, quod cōtra inſtrumenta facienda eſt probatio per plures teſtes, & quod non ſufficiūt probationes cōiecturales, idem tenent Doct. *in d. conſil. 463. nu.* 11. Abb. *d. conſi. 9. nu.* 8. Bero. *d. conſ. 147. nu. 35. & ſeq. in 2. vol.* vbi exigit teſtes eſſe plures, & omni exceptione maiores, & quod non ſufficiant duæ præſumptiones, tenet etiam Io. de Anan. inter Conſ. Caſtren. *2. vol. conſi. 261. 2. col.* quam etiam tenet Port. *d. conſi. 192. nu. 7.* & Roland. a Vall. *d. conſi. 47. n. 30. in 4.* & hoc caſu, quando extant inſtrumenta contradicentia, exigitur maior probatio, ad probandum ſimulationem. Alex. *d. cōſi. 28. nu.* 13. Dec. *d. conſ. 463. nu. 3.* vbi quod exigantur probationes clariores. *& nu. 9.* Crot. *in conſi. 244. numero 9. & 21.* & quod exigantur probationes clariores, & fortiores, tenuit etiam Rota *in lib. 4. deciſ.* Verall. *deciſ. 163. num. 5.* & quod exigantur probationes veræ & non præſumptæ, reſoluit eadem Rota *in d. Deciſionibus, Verall. in 2. par. deciſ. 421. num. 3.*

66 Sed & coniecturas haſce ſigillatim & particulariter probandas eſſe per duos teſtes, reſpondit
Burſat. *in conſi. 117. nu. 21.* & Ioſeph. Ludou. *de-*
67 *ciſ. 51. col. 3. verſ. & dicta coniectura.* Et quod hoc
caſu præſumptiones hominis non ſufficiant, ſed exigātur probationes legis, voluit Bal. *in d. conſ. 21. 2. col.* Crauet. *d. conſi. 145. n. 2.* & quod duæ nō ſufficiant, tenet Rolan. qui alios citat *d. conſi. 47.*
68 *num. 30.* Burſat. *conſ. 321. nu. 52. & ſeq.* & Rot. *d.*
deciſ. 163. nu. 6. & in tantū exigitur plena probatio pro ſimulatione, vt non poſſit deferri iuramētum in ſupplementum ſemiplenæ probationis, Anchar. *d. conſ. 217. in 3. dub.* & Dec. *d. cōſ. 463. nu.* 10. Et ad propoſitum quod ſimulatio nō probe⁊ coniecturis, multos citat Aym. Crau. *cōſ. 21. n. 4.* vbi voluit, quod qn̄ agitur de probanda fraude, requirunt̄ probationes luce meridiana clariores.

69 Verum ſuper iſtis præſumptionibus, & coniecturis, quę vno nomine nuncupantur, vt per Māntic. *in tract. de coniect. vltim. volūt. li. 1. tit. 2. in prin.* & Maſcar. *de probat. d. tract. de probat. q. 13. nu. 2. & 8.* eſt latius inſiſtendum, quia aliquæ ſunt a iure approbatę, vt eſt in materia filiationis, & alijs huiuſmodi, & illæ poſſunt dici veræ & plenæ probationes, Dec. *in rub. de proba. nu. 13.* ſecus in his quę remittuntur arbitrio iudicis, quas præſumptiones hominis vocant. Menoc. *in tract. de arbit. iud. li. 2. caſu* 115. Rolan. *in tract. de lucr. dot. quæſt. 76. nu.* 21. Maſcar. *d. tract. q. 10. num. 40. & ſeq. & q. 14. nu. 11. & ſeq.* Huiuſmodi autem coniecturæ non veniunt appellatione probationum, ſed potius dicuntur argumenta, quę a probationibus differunt, *c. iuris. §. argumentum. de verb. ſignif.* Doct. *in l. 1. num. 7.* poſt Rom. *C. de teſtam. milit. & in d. rub. de proba. nu.* 13. nec ſunt probationes directæ, ſed inflexę, vt poſt Bal. & alios declarat Mantic. *d. ti. nu. 5. & 6.* vbi dicit, quod non propriè accipitur quod per coniecturam accipitur. Pręterea coniecturæ ſunt fallaces, cum rationes, quę ex eis, pendentibus diſputationibus, huc atq; illuc trahuntur, nullam adhibent perſuadendi neceſſitatem, vt ex Cicero. ſcribit idem Mantic. *d. tit. 1. num.* 7. Hinc eſt, quod conſtitutio coniecturalis eſt difficillima, vt ex Cicero. ad Heren. probat Petrus Foller. *in pract. crim. canon. c. 29. nu.* 32. ſic enim licet indicia habeantur pro quadam ſpecie probationis, tamen etiam in euidentibus indicijs ſæpè quis repetitur deceptus. Calepin. de Calepin. *in 2. vol. conſiliorū crim. 1. impreſſor. conſ. 52. et ſeq.* Addo quod iſtæ coniecturæ minus probant vltra caſus a iure expreſſos, ſecundum Mantic. *tit. 1. n.* 7. Et quandoque ſuſpiciones nuncupantur, quarū multæ exiguntur ad inducendum vnam præſumptionem. Dec. *conſ. 175. ad finem.* & Mantic. *d. lib. 1. tit. 2. nu.* 5. & inter has coniecturas & præſumptiones hominis, quę remittunt̄ arbitrio iudicis, vt per Menoch. *d. caſu* 115. Mantic. *d. tit. 2. nu.* 1,

debet

debet fieri diſtinctio, quia aliæ ſunt leues, & aliæ graues; vel aliæ probabiles, & aliç violētæ, vt declarat Petr. Caleph. *d. 2. vol. conſiliorum crimin. conſil. 86. nu. 3.* Mantic. *d. tit. 2. nu. 5. & nu. 11.* Maſcar. *d. q. 10. nu. 26. & ſeq. & quaſt. 14. nu. 17.*

70 His ſic præfatis quoad ea applicanda caſui noſtro, dicimus, præſumptiones hominis non probare ſimulationem in caſu iſto, ēt ſi ſint plures, cum exigantur plenæ probationes contra inſtrumenta; & maxime, quando agitur de probando, vel præſumendo dolo; nam eo caſu debent eſſe adeò perſpicuæ, vt non poſſint accipi, niſi in malam partem. Caſtr. *in l. dolum. C. de dolo.* Maſcard. *d. tract. concl. 530. dolus, nu. 7.* & coniecturā hominis non ſufficere, ſup. ex veriori, & frequentiori Doct. ſententia, comprobatum extitit, quod ēt voluit Maſcard. *in concl. 130. nu. 9. & ſequenti.*

71 Cæterum, quatenus opinio tenentium, ſimulationem ex cōiecturis, & præſumptionib. poſſe probari, eſſet vera, certum eſt, illa nō procedere, qñ vrgentiores & fortiores ſunt pro altera parte: nam hæ omninò ſunt attendendæ. Crauet. *d. conſ. 145. nu. 11.* Port. *d. conſ. 66. nu. 10.* & Alciat. *in d. l. poſt contractum. nu. 20. alias 34. ſecundum aliam impreſſionem.* Maſcard. *concl. 405. nu. 5. & ſeq.* nam hoc eſt regulare, ꝙ vna præſumptio alterā tollat. *l. Diuus. ff. de in integ. reſtit. minor.* Gram. *conſ. 7. nu. 8. & in ciuili.* & Marſi. *conſi. 109. nu. 29.* & quando apparet ex alijs præſumptionibus & coniecturis de veritate ſcripturæ, quod iudicandū ſit pro ea, habetur per Reb. *in c. 2. de reſcrip. nu. 36.* & Aym. Crauet. *conſ. 28. nu. 9.* idem eſt dicendum de indicijs, ſecundum Blanch. *in prac. crim. in §. datis defenſionib. nu. 61. fol. 37.* nā fortius vincit debilius. Maſcard. *concl. 225. nu. 15. 88. nu. 15.* & plura vincunt pauciora. Maſcard. *d. vlt. concl. nu. 15.* & veriſimiliora ſunt præferenda. Burſat. *conſ. 153. num. 45.* Vnde cum in propoſito pro dictis fratrib. militent vehementiores & fortiores præſumptiones, nedū hominis, ſed iuris, pro veritate inſtrumentorū, & excluſione ſimulationis, debent ceſſare aliæ ſatis læues, & modici momenti, cōſiderate tñ ſubtiliter per clariſſimum D. Motiuantem.

72 Namque in cæteris pro ipſis fratribus militat prima prçſumptio in inſtrumentis, quod fuerint vera, & non ſimulata, vt ſupra probatum fuit, & maxime quod fuerunt iurata.

Secunda, quia nulla extabat cauſa ſimulationis, vt etiam ſupra probatum fuit, &c.

Tertia, quia ſimulatio quatenus facta fuiſſet, fuit tantummodo facta de parte bonorum, quæ non eſt veriſimilis, vt ſupra.

Quarta, eſt poſſeſſio ipſorum fratrum dictorum bonorum, qui ſuper eis plures contractus iniuerunt locationis, & aliorum, vt conſiderat Alb. *d. conſi. 9. nu. 11.*

73 Sexta coniectura, eſt ſententia lata pro dictis fratribus, confirmans dicta inſtrumenta, quæ facit tranſire illa in perpetuam fidem. Bald. *conſi. 402. vol. 5. in fine.* Aym. Crauet. *conſi. 101. nu. 4. & 701. nu. 4.* & Alex. Strac. *in 1. Tom. conſiliorum criminalium, conſi. 117. nu. 10.*

74 Sexta eſt, quia dicta inſtrumenta habuerunt exequutionem ſemper per omnia tempora; nam obſeruantia ſubſequuta auget fidem inſtrumenti. Aym. Crauet. *d. conſi. 101. nu. 4. 65. nu. 11. 158. nu. 1. & 277. col. 4. & 5.* Beci. *conſi. 103. nu. 26.* & late Ioſeph. Ludou. *concl. 38. col. 3. verſ. 6. & duabus illationibus præcedentibus.*

75 Septima eſt, quod præſumptio iuris eſt pro emente nomine proprio. *l. & magis. ff. de ſol.* Quinimò emens nomine alterius, & ſoluens pretiū, cenſetur ſoluiſſe de ſua pecunia, nō eius, pro quo emit. *l. 2.* vbi Bar. & alij. *C. pro ſocio.* Abb. *conſi. 46. tria. in 3. dubio. 1. vol.* Bar. *in l. prius. nu. 4. C. com. utri. iudic.* Dec. *cōſ. 21. nu. 10. et 99. n. 2. et in alijs conſilijs.*

76 Octaua eſt, bona fama ipſorum fratrum probata, quæ operatur, ꝙ ſi vrgeant coniecturæ ſceleris alicuius, illa tamen ſit præferenda. Bal. *d. conſil. 402. nu. 4.* late Maſcard. *d. tract. reg. 234. bonitatem. nu. 8. & concl. ſeq.* Bec. *conſi. 102. nu. 23. &* omnes admittunt, illam tollere indicia rei exiſtētia.

77 Nona, & vltima præſumptio eſt, quod iſti fratres cum eſſent in libertate citati, tamen comparuerunt, & carceri ſe præſentauerunt ſpontaneè, ad docendum de innocentia ſua; nam ſpontanea rei comparitio facit indicium pro innocentia cōparentis. Marſi. *in pract. cri. §. diligenter. nu. 204. & in conſi. 117. nu. 49.* Nouell. late *in tract. ad defenſam. in tit. inſertiones reorum. in conſtit. num. 10. & ſeq.* Gram. *conſi. 29. nu. 31. & ſeq.* Quæ quidem p̄ſumptiones, quæ ſunt iuris, ferè omnes tollunt eas, quæ ex aduerſo in dubijs proponuntur, quibus etiam facile reſpondetur.

78 Namq; quoad primum de teſtibus pro curia examinatis, non video quid faciant, vel facere poſſint contra tot iuris præſumptiones exiſtentes pro validitate ipſorum contractuum, cum nihil ſciant vel deponant de facto ipſo, ſed ab extra de fama, uel aliquibus coniecturis non concludentibus; vltra quod ſunt reprobati ex multis iuſtiſſimis cauſis. Namque vltra quod non video illos teſtes repetitos in hac cauſa parte citata, quod neceſſarium erat; vt per Salyc. *in l. fi. in fi. C. de qq.* Gram. *conſi. 15. num. 1. & 2.* Clar. *in d. §. fi. q. 45. verſ. ceterum.*

79 Primus teſtis deponit de credulitate, & de nō veritate; quo caſu etiam ſi dicat pro ſe certè credere, non probat. Cror. *in pract. de teſtib. nu. 312.* & cū fundet ſe in ratione leuiſſima, quod ex quo contractus ſolutionis poſtremò loco factæ, pro pretio dictarum terrarum, fuit celebratus in domo Marij, credit pecunias ſolutas fuiſſe D. Mario; quod certè tā ridiculū, q̄ falſum eſt; & maximè, qa cum alia inſtrumenta fuerint facta in domo D. Horatij de Cirum, & illic ſolutæ pecuniæ in maiori ſumma, ceſſat omnis ſcrupulus; vltra quod iſte teſtis fuit condemnatus ex nonnullis delictis, vt ipſe fatetur, tanq̄ criminoſus; & eſt ēt ſingularis prout ſunt cæteri alij, qui non probāt ſimulationē contra inſtrumenta contrariū continentia, vt ſupra abundè fuit comprobatum.

80 Secūdus. ſ. Iulius eſt reprobatus per multos teſtes tanquam fur. luſor, vel blaſfemator. Et ſic non eſt idoneus teſtis. Gram. *conſi. 23. nu. 2. & 3. & deciſ. 11. num. 12.* & eſt ſingularis ſicut cæteri.

Tertius

81 Tertius Melchior de Galantibus vltra quod eſt inimicus Reorum, cui non crederetur, etiam in articulo mortis, Marſ. *in d. l. 1. §. præterea, nu. 7. ff. de qq.* Et an dicatur inimicus, necne, remittitur arbitrio Iudicis. Gomeſ. *tom. 3. ſuorum tract. c. 12. nu. 14.* quod procedit, et ſi non ſit capitalis inimicitia. Aym. Crauet. *conſ. 6. nu. 32.* deponit de auditu & fama; & teſtis de auditu, nõ eſt verus teſtis. *c. licet ex quadam.* vbi Doct. *de teſtib.* Marſ. *in conſ. 30. nu. 5. & 40. nu. 8. & 76. nu. 5. et* Calepin. de Calepin. *in 2. uol. eorundem conſi. 52. nu. 19.* Inquantũ vero deponit de fama, minus probat tam formiter, prout debet probari ſuper fama. Bart. & alij *in l. de minore, §. plurimum, nu. 19. ff. de q.* Marſil. *in conſi. 76. num. 25.* Blanch. *in pract. crim. in §. 4. par. num. 17. & ſeq. fol. 154. in l. fi. num. 311. ff. de qq.* & late Matth. Brun. *in 2. tom. conſiliorum criminaliũ, conſi. 155. nu. 50. & ſeq.*

82 Cum itaque iſti teſtes patiantur tot exceptiones, & deponant, non ſuper facto, ſed ab extra, ſintque ſingulares in dictis eorũ, nõ video, quale poſſit in eis de iure fieri ſundamentum contra tot publica inſtrumenta, & tot iuris præſumptiones ſupra adductas, contradicẽtes eorum dictis, & maximè, quia, vt ſupra probatũ eſt, ſimulatio contra inſtrumenta non probatur coniecturis hominis vel teſtibus ſingularibus, & alijs huiuſmodi, vt prætenditur in dubijs: imò exiguntur plenę probationes; & propterea ea, quæ depoſuit ipſe Iulius de confeſſione Marij, non cenſetur vera, vel probata; & tantò minus, quia vnus teſtis, & ſingularis de ea, facta parte abſente, deponit, qui non facit aliquod indicium. Docto. *in cap. ſi cautio. de fid. inſtrumen.* Natt. *conſ. 101. num. 14.* & alibi ſæpe Docto. vltra quod ſi dicta confeſſio fuerit probata, illa non noceret dictis fratribus, vt inferius demonſtrabitur.

83 Quo vero ad alias coniecturas pter dicta duorum teſtium, in dubijs cõſideratas, arbitror, illas eſſe leuiſſimas, & nõ tollere vllo modo adductas ſupra pro dictis fratribus, quæ proculdubio ſunt fortiores & potentiores; & quibus in dubijs citatæ, debuiſſent etiam omnes plenè probari, vt ſupra fuit concluſum: quibus facilè reſpõdetur.

84 Et ad primã, quod præſumatur ſimulatio, ex quo ea bona poſt contractum ferè in continẽti, fuerunt per fratres locata Mario, per ea, quæ in dubijs deducuntur; Reſpondetur, quod Doctores citati in contrarium, loquuntur in alia ſimulatione contractus vſurarij, vel pignoris, in quo locatio benè conſideratur, vt faciat ſuſpicionẽ ſimulationis: At ſecus in alia ſpecie, vt per Abb. *d. conſi. 9. nu. 15.* Vbi alius locauit nomine acquirentis, & illic dicit, quod non eſt agendum tam ſubtiliter ad impugnandum inſtrumentum; & *nu. 16.* decidit, quod licet non ſoluatur affictus propter affinitatem, vel familiaritatem conductoris, non propterea contractus cenſetur ſimulatus; & quando interuenit confeſſio penſionis receptæ in inſtrumento, non poteſt inferri ad ſimulationem. Rimin. iun. *conſi. 83. num. 13.*

85 Ad ſecundam reſpondetur, quod non ſtatim fuit facta eidem locatio, ſed poſt ſex menſes, vel circa poſt contractum; quo caſu non pręſumitur ſimulatio. Aym. Crauet. *conſi. 114. nume. 5.* Præterea locatio fuit facta per duos annos tantum, & non eſt veriſimile, quod ſi res fuiſſent Marij, noluiſſet ſibi fieri locationem pro longiori tempore, vt poſſet dictis bonis decẽtius gaudere, &c.

86 Tertia, de coniunctione perſonę non probat, nec præſumi facit ſimulationem, ſecundum communem opinionem Doctorum *in l. poſt contractum, de donat.* & maximè, quando non eſt probata cauſa expreſſa ſimulationis, vt per Alciat. *ibi nu. 4.* Anchar. *d. conſi. 227. nu. 6.* Curt. *d. conſi. 108. nu. 34. & 11. nu. 7.* Boſſ. *in tit. de bon. publican. nu. 46.* Vb intelligit de coniuncto, cui præcipi poterat, ex Crot. *in conſi. 182. nu. 77.*

87 Quarta fuit ſublata ex deciſione Alcia. ſupra citata *in d. l. poſt contractum*, quod licet Marius eſſet eius naturę, prout illum eſſe fatẽtur fratres, non habebant propterea cauſam iſtam faciendi dictam ſimulationem, cum nullum periculum ei ſuperſtaret, vel immineret, & illam non fuiſſe de parte bonorum, ſed de omnib. & de alia qualibet via, ne poſſet propter confiſcationem illa amittere, vt ſupra; & Doctores in cõtrarium allegati loquuntur in diuerſis caſibus, diuerſam rationẽ habentibus, quibus ſpecialiter non ſatisfaciam, propter breuitatem temporis, cum valde inſtetur pro ſolutione, ne cauſa prius expediatur antequam reſolutiones meæ perueniant ad clariſſimum Dominum Iudicem.

88 Quinta facile ſoluitur, quia negari nõ poteſt, quin poſſit fieri pactum de incidendo ligna virida conductori; immo id ſolet concedi ex pacto, nam pacta rumpunt leges. gl. & Cagnol. *in l. contractum. ff. de reg. iur.* & cum pactum tantummodo fuerit factum de incidendo pro vſu cõductoris, vt in inſtrumẽto, iſta coniectura poteſt retorqueri contra fiſcum, cum veriſimile nõ ſit, quod ſi bona fuiſſent Marij, noluiſſet poſſe incidere ſuo arbitrio omnia ligna, quæ ſibi viſa fuiſſent.

89 Ad ſextam ſupra eſt ſatisfactum, quia nihil facit, quod vltima ſolutio pecuniarũ precij dictorum bonorum fuerit facta in domo Marij, quia nullam habet rationabilem ſubſequentiã, quod propterea facta fuerit ſimulatio cum eo; alioquin idem eſſet dicẽdum de d. Horatio, in cuius domo fuerunt celebrati alij contractus horum bonorum; & cum nullibi etiam coſtet, quod Marius potuiſſet habere tot pecunias pro ſoluendo toto pretio dictarum terrarum, & maximè cum conſtet in proceſſu de acquiſitionibus ipſius Marij dimidiæ domus, terrarum, & aliorum bonorum, vt *fol. 148. & ſeq.* tanto minus eſt pręſumenda ſimulatio.

90 Septima, quod noluerunt reſpondere affirmatiuè, vel negatiuè, in quo loco facta fuerit ſolutio vltima pretij dictorum bonorum, quo caſu poterat torqueri, ex trad. per Clar. *q. 45. verſ. ſed ponè minus cæteris obſtat.* Quia ſi benè aduertatur, hoc non reſpicit factum; cum enim fuerit facta ſolutio in vno loco per dictos fratres magis, quã in alio, non infert ad ſimulationem, & ſunt lapſi octo anni, vel circa; vnde illi loci præſumuntur

obliti,

obliti, nam obliuio etiam ex lapſu minoris temporis præſumitur. Gram. *deciſ.*60. *num.*14. *&* 15. *conſ.*23. *num.*3. *&* 41. *nume.*11. Cæphal. *conſ.* 77. *nume.*28. *&* 428. *nume.* 39. Et cum Doctores iſto caſu loquantur cum grano ſalis, vt attendatur. ſ. an reſponſio ſit facta ſuper negotio principali; & attendatur etiam lapſus temporis, an ſit præſumenda obliuio; non crediderim, eos iuſte potuiſſe torqueri; & cum ex inſtrumento dictæ ſolutionis poſſit cõſtare, vbi fuerit facta d. ſolutio, quod iudicio meo non iuuat Fiſcum, nõ video, quare non habeatur declaratio huius dubij alia via.

91 Octaua de confeſſione Marij facta in illo ſuo conſtituto ante locationem ſibi factam, in qua faſſus fuit, Menguiolum eſſe ſuum laboratorem, tollitur ex eo, quia illa non concludit ad ſimulationem, cum potuiſſet eſſe tractatum de locãdo eidem per fratres, & ipſe iam feciſſet Mengaiolũ eius colonum; confeſſio enim debet eſſe neceſſaria, concludẽs, & omni exceptione maior, vt Anchar. & Roman. tradit Aym. Crauet. *conſ.* 157. *nu.*9. Præterea cum contra illam prętenſam confeſſionem fuerit iudicatũ, illa non eſt aliquo modo attendenda. Alciat. *in l.* 2. *ultim. pag. C. de eden.* Marſi. *conſ.*20. *num.*62. Addo quod illa confeſſio non potuit nocere dictis fratribus ad probandũ ſimulationẽ. *l.* 1. §. *illud. ff. ad Sillcia.* Alciat. *in d. l. poſt cõtrac. nu.* 33. Quinimmo & quod dictus Marius poſſediſſet dicta bona ſine aliqua cõductione, non propterea probaretur ſimulatio, cũ præſumeretur poſſediſſe iure familiaritatis a fratrib. *l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poſſeſſ.* Rom. *conſ.* 5. *Viſo puncto. in fine.* Rota *de donat. deciſ.* 1. *in nouis.* & Curt. iun. *d. conſ.*108. *nu.*26. *&* 110. *nu.*4.

92 Nona & Decima de acquiſitionibus factis pMarium de terris illic cõtinguis, parum ſeruiunt fiſco, cum nõ concludant ſimulationem; probatio enim debet eſſe neceſſariò concludens. *l. non* a *hoc. C. vnde legi. capit. in præſentia. de probat.* cur enim non potuit dictus Marius emere illas terrulas, vt eſſent proprię, vel vt vẽderet fratribus, abſque præiudicio emptionis terrarũ, factæ per fra- b tres, ſicut ipſe vel confitendo, vel alio modo cõtrahendo, non potuit præiudicare fratribus, vt ſupra ceſſant igitur tales coniecturæ.

93 Vndecima de ſolutione facta per Marium col- c lectarum pro tempore ſui affictus, nihil etiam facit, quia poteſt fieri pactum in cõtrarium, vt per Boſſ. *in tit. de princ. &* Priuil. *eius. nu.* 120. & ſicut d Mengaiolus & alij conductores ex pacto tenebantur ad collectas, ita idem dicẽdum eſt de Mario. Præterea cum hæc conſiſtat in omittendo, non poteſt propterea inferri ad ſimulationem, vt declar. Alber. *d. conſ.*9. *nu.*15. *in fine. & nu.*16.

94 Duodecima de æſtimo, in quo nõ fuerint deſcriptæ terræ ipſæ, eiſdem rationibus tollitur; nã cum communiter ſic ferè vbiq; practicatur, quod non tam citò deſcribãtur ad æſtimum emptorũ, & id fateatur feciſſe de alijs zifris emptis per eoſdẽ fratres, in ea nullum poteſt fieri fundamentũ, maxime cum agatur de omiſſis, vt ſupra.

95 Decimatertia & vltima, quod propter mendacia, variationes & contrarietates poſſit deueniri ad torturã contra reos, & pręſertim contra Mengaiolum, tanquam teſtem veriſimiliter informatum; tollitur ex eo; nã licet poſſet dici illos fuiſſe conuictos, reſpondetur tñ quod talia aſſerta mẽdacia ſi extant, non ſunt ſuper facto, ſed ſuper circumſtantijs; quo caſu non faciunt i ndicium ad torturam. Carer. quí alios citat, *in ſua pract. crim.* 119. quod admittit Clar. *in q.*21. *uer. mendacium,* & Oſaſch. *deciſ. Pedem.*79. *nu.* 17. Sed cum tot pbationes & legis pſumptiones militent pro reis, non video, quo iure poſſit deueniri ad torturam contra eos; & tanto minus ad condẽnationem, cum, ſententia mea, ſint in caſu certæ abſolutionis & liberationis plenariæ ab his venationibus, quas certè paſſi ſunt iudicio meo, indebitè, maxime ſtante dicta ſnĩa ad eorũ fauorem in iudicatũ tranſacta, de qua latius tetigi in primo dubio; & idẽ eſt dicendũ de Mengaiolo, qui tanto minus poteſt torqueri, ſi nulla extant indicia contra principales, vel contra eos non poſſit procedi; & maxime cum non conuincatur, fuiſſe mediatorem contractus, & illi interfuiſſe. Boſſ. *de tortur. teſt. nu.*13. *& alij alibi.*

Ex quibus, iũctis his, quæ egregie & ſubtiliter ſcripſit excellens Iurecõſultns D. Alex. Gambarus Imolenſis, eius ſum ſnĩæ quod dicti fratres ſint liberandi, & penitus abſoluendi. Laus Deo Opt. Max. Et ita iuris eſſe cenſeo ego Bartholomęus Bertazzol. I. V. D. & Aduocatus Ferrar. Et in fidem me ſubſcripſi & ſubſignaui.

LAVS DEO.

Fuit finita hæc cauſa per compoſitionem.

ADDITIONES.

a *Poſſe.* Teſtes inhabiles an, & quando admittãtur in caſu, vbi veritas aliter haberi non põt, vide, quæ latiſſime ſcripſit D. meus Farinac. *in tract. de teſtib. q.*62. *limitatio.*3. *num.*5. *& ſeqq.*

b *Veriſimilitudinibus.* Quod teſtes inhabiles probent, quãdo eorum dicta ſunt adminiculatã alijs veriſimilitudinibus, ponit D. meus Fari. *in trac. de teſtibus. q.*62. *nu.* 335.

c *Reconciliatio.* Teſtis inimicus reconciliatus an, & quando probet, vide quæ dixit D. meus Far. *in tract. de teſtibus. q.*53. *nu.*58.

d *Coniecturas.* Simulatio, an probetur coniecturis, varij varia dixerunt; ſed de fraude, an cõiecturis probetur, adhuc res eſt cõtrouerſa; nam, quod probetur coniecturis, & præſumptionibus, probat mihi tex. *in cap.* 2. *de renunciat. in* 7. Alber. *in l. dolum. nu.* 1. *verſ. fraus etiam. C. de dolo.* Aym. *conſ.*100. *nu.*4. *& conſ.*143. *nu.*12. Grat. *conſ.*81. *viſo legato facto. nu.* 42. *verſ. fraudes ſufficientes. lib.* 2. Pariſ. *conſ.*97. *nu.*17. *verſ. cum iſta non poſſint. lib.* 3. *& conſ.*52. *nu.*35. *uerſ. ex quibus coniecturis. lib.* 1. Barbat. *conſ.*8. *nu.*8. *lib.*4. Io. Baptiſt. Lup. *de uſur. commentar.* 2. §. 1. *num.*51. Decian. *conſ.*32. *num.*4. *lib.*3. Menoch. *de præſumpt. lib.*5. *præſump.* 3. *num.* 43. Maſcar. qui plures alios refert concordantes, *de prob. lib.* 2. *concluſ.*815. *nu.*1.

Contra,

Contra, quod fraus non probetur coniecturis, ſed requiratur concludens probatio, probare videtur tex. *in l. ſed & ſi maritus. §. ſi conſtante. in illis verbis, dilucidis hoc probationibus. ff. qui, & à quibus*, ſequitur Anchar. *conſi.* 251. *num.* 4. nec diſſentit Natta *conſi.* 212. *num.* 2, *lib.* 1, idem Anchar. *in conſi.* 385. *poſt nu.* 5, vbi expreſſe dixit, quod ex quo fraus eſt crimen, ideo probationes debẽt eſſe luce clariores, non de cõtingenti, ſed de neceſſario concludentes, Decian. *in ſuis tract. cri. par.* 1. *lib.* 1, *cap.* 5. *nu.* 5. vbi poſt Bal. & Anchar. *in locis citatis*, dixit, quod ad probandum fraudem, requiruntur manifeſtæ, & certiſſimæ probationes, vel ſaltẽ perſpicaciſſima, & indubitara indicia, ſicut in alijs criminibus requiritur *in l. fi. C. de probat.*

Saluãdo primam opinionem communem, potes dicere, quòd cum fraus ſit difficilis probationis, ideo probatio, quæ reſultat ex indicijs, & cõiecturis, dummodo ſint perſpicua, vt *in l. dolum. C. de dolo.* dicitur dilucida, & concludens; & eodem modo reſponderi poteſt ad gl. *in l. dolum. in verbo, perſpicuis.* C. *de dolo.* vbi iudicia perſpicua declarat pro manifeſtis probationibus; ac ſcilicet ſatis dicatur manifeſta probatio ea, quæ in materia doli, quæ eſt difficilis probationis, ex perſpicuis indicijs reſultat.

e *Omni exceptione maiores.* Teſtes ſuper fama deponentes, an debeant eſſe omni exceptione maiores, poſuit D. meus Farin. *in ſua pract. crimin. in tit. de indic. & tortur. q.* 47. *nu.* 210. *& ſeqq.*

f *Reſtituatur.* Iſta materia, an & quando Fiſcus reſtituatur, habet plura capita, & intricatè ponitur per Doctores, ideo ad eius reſolutionẽ vide ſeptem concluſiones, quas ex dictis eorum Doctorum, fidelirer relatorum, colligit D. meus Farin. *in prac. cri. p.* 2. *in tit. de var. & diuerſ. q. nondum impreſſ. q.* 101. *nu.* 35. *& ſeqq. vſque ad nu.* 44.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

Duelli pęna, ſeu quæ alia, locum habeat in eo, qui alterum deliberatè ad certamen inuitat; Archibuſetti delatio an per teſtes ſingulares, & quomodo probetur: Alapam Officiali inferẽs, quomodo puniatur: & quid de eximente capitaliter bãnitum ex manibus Curiæ, illumque ad locum tutũ reducente: & ex his plura alia diſcutiuntur, de quibus in ſummarijs.

SVMMARIVM.

Duelli pęna tenetur, qui alium ad certamen inuitat deliberatę. num. 1.

Duellum non dicitur committi, quando non adeſt aliquis locus particulariter aſſignatus à Superiore, ad effectũ duellãdi. nu. 2. *Vbi etiam quid vigore conſtitutionum ſummorum Pontificum.*

Plerunque, dictio denotat regulam in contrariũ, & de materia, nu. 2. *verſi. aduertendum tamen.*

Delictum dicitur graue ex pluribus qualitatibus & circumſtantijs explicatis. nu. 3.

Delicti iteratio auget pęnam. num. 4.

Teſtes duo in criminalibus ſufficiunt ad conuincendum. nu. 5.

Conuictus in criminalibus poteſt æque condemnari, ſicut confeſſus. nu. 5.

Teſtes non dicuntur contrarij, ſeu ſingulares, quamuis vnus viderit vno tempore & loco, & alius altero tempore, & altero loco, nu. 6.

Teſtes ſingulares in loco & tempore probant actum in genere. nu. 6. *verſi. licet enim.*

Teſtes ſingulares probant crimen læſæ maieſtatis, & quando. num. 7.

Teſtes de auditu licet non probent plenè, faciunt tamen præſumptionem. nu. 8.

Teſtes ſingulares adminiculati probant plene. num. 8.

Alapam officiali inferens, punitur pęna mortis. nu. 9.

Teſtis vnus de viſu facit indicium ad torturam, etiam alijs non concurrentibus. nu. 10.

Teſtes de auditu ſi plures ſunt, faciunt indicium ad torturam. nu. 10. *in fine.*

Eximens bannitum & capitaliter condemnatum ex manibus Curiæ, tenetur pœna criminis læſæ maieſtatis. nu. 11.

Socij & participes criminis admittuntur in teſtes, vbi veritas aliunde haberi non poteſt. nu. 12. *verſic. & nihilominus.*

Socij & participes criminis admittuntur in teſtes in crimine læſæ maieſtatis. nu. 13.

Mala fama in genere iuncto quolibet alio adminiculo ſeu ſuſpicione, facit indicium ad torturam. nu. 14.

Teſtibus deponentibus ſuper mala fama, magis creditur, quã deponentibus ſuper bona. nu. 15.

Fama bona in genere non tollit indicia in ſpecie. nu. 15.

CONSILIVM XLI.

1 ADSIT DEVS. In iſta cauſa Faſen. exceſſuum requiſitus, vt pro veritate meam proferrem de iure ſententiam, non poſſum, niſi cõtra carceratum, valde dubitare; plura enim ſunt delicta ex proceſſu apparentia, & ea quidem omnia capitalia, quibus iſte B. capitaliter etiam puniendus videtur. Primo enim cum de pręſenti anno deliberatè ad conſilium publicum accedẽdo, illud non ſolum turbauerit, verum etiam vnum ex Maſſarijs ibidem exiſtẽtibus, ad ſingulare certamen inuitauerit, prout plene probatum creditur ex tot teſtibus de ſuper examinatis, de quib. in ſumm. mihi tranſmiſſo fol. 1. & pręſertim ex dicto A. dicentis, *Viddi che lo preſe per la cappa dicendo vieni fuora adeſſo, &c.* Non ab re forſan erit dicere, per huiuſmodi deliberatam inuitationem & procurationem (licet forſan ſecus eſſet ſi in pura rixa id ageretur) per ipſum fuiſſe incurſum in pęnã capitis & confiſcationis bonorum duellantibus impoſitã a conſtitutionibus ſummorũ Pontificum; videlicet Iulij II. & Pij IV. per ea q̃ in proprijs terminis, & in ſimili cõſtitutione Caroli II. Imperatoris tradidit Plot. *in ſuo tract. de in lit. iuran.* §. 42. *nu.* 4. *vbi videatur.*

2 Et licet non ignorem, de iure duellum proprie non dici, nec eius pęnam imponi poſſe, vbi in eo locus aliquis à ſuperiore Principe aſſignatus nõ

reperitur

reperitur, argumento tex. *in l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione. ff. ad l. Aquil.* & plene ſcripſerunt Io. de ligna. *in tract. de Duell. §. vlt. quaſt. 6. nume. 8.* Iacob. de Caſtil. *in eod. tract. in princip. num. 44. & par. 3. num. 3. in fine & capit. 4. nume. 2. & par. 4. cap. 4. nume. 1.* Pariſ. de Put. *in tract. de re milit. §. nobiles. lib. 2.* Alciat. *in eod. tract. cap. 17.* Pariſ. *conſi. 31. nume. 66. volum. 1.* Aduertendum tamen eſt, quod quicquid ſit de iure, contrarium videtur forſan ſuaderi ex dicta conſtitutione Pij IV. in illis verbis, *tamen plerumque locum aut campum tutum, &c.* Ponderando ibi dictam dictionem, *plerumque*, ex qua aperte argui poteſt, quod licet plerumq; in duellis locus tutus interuenire ſoleat, non ramen excluditur, quin quandoque etiam ſine loco tuto duellum committi poſſit, & etiam punibile ſit vigore dictæ cõſtitutionis, vt per gl. *in authent. Caſſa. in verb. per italiam,* & ibi Bart. *nu. 2. C. de ſacroſanct. eccl. & in l. 1. in uerb. ſponſam. C. de rapt. virg.* cum alijs per Menoch. *de recuper. poſſeſ. remed. 8. nu. 91. & ſeq.* Et clari iuris eſt, dictionem, plerumque, regulam in contrarium denotare. *l. tutela. ff. de tutel. l. qui duos. ff. de leg. 3.* cũ plene traditis per Tiraq. *de re tract. cõſang. §. 1. gl. 9. nu. 224.*

3 Er in omnem euentum negari non poteſt, delictum hoc, eriam quod duelli pœnam non mereatur (prout æquius & nõnullis tempeſtare noſtra excellentiſſimis conſulentibus etiam verius in alio contingenti caſu viſum fuit) graue ramen reputari debere, & grauiter puniendum. Primo ratione loci publici, in quo talis diffida (vt dicam) facta dicitur. Secundo ratione perſonæ diffidatæ, quæ pariter fuit publica, videlicet Maſſarius illius oppidi. Tertio ratione cauſę, eo quia propria auctoritate affidauerit caſtratos in rerritorio communitaris. Quarto ratione armorum, & præſertim archibuſij, quibus armatus intrauit conſilium. Quinto ratione euentus, cum ex tali diffida idem publicum conſilium fuerit turbatũ, & impeditum, quæ omnes qualitates grauitatẽ delicti, & pęnæ, quod inducanr, dubitandum nõ eſt; ad tex. cum ibi notar. per Doct. *in l. aut facta. ff. de pœnis. & in l. Grachus. C. ad l. Iul. de adulter.* Bar. & Salyc. *in l. denunciaſſe. §. quod tamen. ff. eodem.* Caret. *in pract. in tract. de homicid. §. circa igitur tertium, quibus ex cauſis pæna augeatur. num. 1. ſeqq.* Bar. Thege. *in trac. crim. par. 15. ſeqq.* vbi latè Clar. *in prac. §. fi. q. 60.* Et anre iſtos latiſſime Luc. de Penna *in l. vnica. col. 2. circa medium. verſic. nec autem qualitas. C. de colon. Illirica. lib. 11.*

4 Et eo magis delicti grauiras in hoc 1. capite attendenda eſt ex alio, quod non ſemel, ſed iterata vice de anno ſcilicet 1582. & Archibuſio, & pugione armatus in publicum cõſilium ingreſſus, illud turbauir, ac impediuir, altercando cum N. & alijs Maſſarijs, prout concludenrer deponunt teſtes, de quibus in eodem ſumm. fol. 1. a tergo; quo caſu ob delicti iterationem, pœnam augendam, probat rex. *in l. 3. C. de epiſ. audien. & in l. capitalium. §. ſolent. & §. Graſſatores. ff. de pœnis.* Anton. Gomez. *variar. reſolut. tomo 3. tit. de homicid. capit. 3. nume. 60. in fin. & in tit. de furto. cap. 5. nu. 5.* & ex non capitali pœna effici capitalem, probat pariter tex. *in l. omnes. §. delatores. C. de collat. lib. 10. & in l. 1. C. de ſuperexact. eod. lib. 10.* Et vrrobique Bar. Ang. & Luc. de Penna, Marſil. *ſing. 378. nu. 1. ſeqq.* Vulpell. *reſponſ. 16. nu. 4. lib. 1.* Maſcar. *de prob. lib. 2. concl. 838. nu. 2. ſeq.* & tamen ſola pugionis delatio capitalem pœnam meretur vigore conſtitutionum Pij Quarti, & Pij Quinti.

5 Secũdo etiam non video, quomodo capitalẽ pęnam iſte reus effugere poſſir, ex eo quod, vt cõſtar ex teſtibus, de quibus in ſumm. fol. 2. pleniſſime probarũ eſt, ipſum pluribus & iteratis vicibus geſſiſſe Archibuſettum prohibitũ, cuius delationis pœna, vigore conſtirurionum Pij IV. & V. etiam de ſe ſola capitalis eſt, cum confiſcatione bonorum; & cum vt dixi de hoc plene cõuincatur per plures teſtes, cum tamen ad conuincendum etiam in criminalibus duo ſufficerent. *l. vbi numerus. ff. de teſtib. cap. in omni. extra eo.* Dec. *in l. iuris ignorantia. num. 24. C. qui admitti,* iudicis partes non erunt, niſi per eos illum condemnando, cum paria ſint, quem eſſe confeſſum, vel conuictũ. *l. qui ſententiam,* & ibi Doct. *ff. de pœnis. l. fi. C. de cuſtod. reorum. c. at ſi clerici. in verſic. ſi vero. & ibi communiter omnes. extra de iudic. cap. de hoc. extra de ſimo. c. 1. & c. primates. 2. q. 1.* Gram. *deciſ. 36. ſub num. 72.* Rota *in tit. de hæret. deciſ. 1. alias 875. nu. 3. in antiq.* Boſſ. *in tit. de conuict. nu. 3.*

6 Nec obſtet, quod præfati teſtes non ſint artẽdendi tanquam ſingulares in loco & tempore; Nam pro reſponſione dicirur, quod cum hic agarur de actu delarionis archibuſetti, qui de ſui narura iterabilis eſt, & parirer non agatur de probãdo, quod B. vnica rantum vice geſſerit Archibuſettum, ſed quod ſolitus ſit illum gerere; ſolitum autem & conſuetum non poſſit niſi ex pluribus diuerſis actibus concludi: idcirco in præſenti caſu diuerſitas in loco & rempore non videtur inducere in teſtibus ſingularitatem obſtatiuã, q̃a poreſt ſtare, quod vnus viderit vno rempore, & loco, & alius altero tempore & altero loco, ſecũdum communem, de qua teſtatur Alex. de Neuo *in conſi. 71. ſub nume. 9.* plene Hippol. Rimin. *conſil. crim. diuer. 85. num. 9. 20. & 28. volum. 2. in folio.* Marſil. *conſi. 5. num. 6. ſeqq. volum. 1.* Nell. *in trac. de teſtib. num. 224.* licet enim iſti teſtes non probẽt in ſpecie vnicam vicem. ſ. vnicum actum delationis archibuſetri, probant ramen in genere, B. fuiſſe ſolitum gerere Archibuſerra; & quando agitur de probando quid in genere, teſtes ſingulares plenè probanr, ſecundum communem, de qua vltra Hippol. Rimin. *d. conſi. 85. num. 1. & pluribus ſeqq. & præſertim num. 16.* teſtarur etiam Michael Graſſ. *in ſuis commun. opin. lib. 2. c. 17. in fine.* Anton. Gomez. *vbi ſup. tit. de probat. delict. ſub nu. 12.* Stephan. Lamberteng. *in tract. de contract. eorum. 2. gl. 2. num. 12. 17. 18. 26. ſeqq.* vbi reſpondet conrrarijs, & bene declarat materiam.

7 Pręſertim in caſu noſtro, in quo deferens Archibuſerta, vigore dictarum cõſtirutionum, incurrit crimen læſæ maieſtaris; quo caſu quando parirer agitur de probando quid in genere, nulli dubium, quod teſtes ſingulares faciunt plenam probationem. Foller. *in pract. crimin. verb. item*

quod

Contra, quod fraus non probetur coniecturis, ſed requitatut concludens probatio, probare videtur tex. *in l. ſed & ſi maritus. §. ſi conſtante. in illis verbis, dilucidis hoc probationibus. ff. qui, & à quibus*, ſequitur Anchar. *conſi. 251. num. 4.* nec diſſentit Natta *conſi. 212. num. 2. lib. 1*, idem Anchar. *in conſi. 385. poſt nu. 5*, vbi expreſſe dixit, quod ex quo fraus eſt crimen, ideo probationes debẽt eſſe luce clariores, non de cõtingenti, ſed de neceſſatio concludentes, Decian. *in ſuis tract. cri. par. 1. lib. 1. cap. 5. nu. 5.* vbi poſt Bal. & Anchar. *in locis citatis*, dixit, quod ad probandum fraudem, requiruntur manifeſtæ, & certiſſimæ probationes, vel ſaltẽ perſpicaciſſima, & indubitata indicia, ſicut in alijs criminibus requiritur *in l. fi. C. de probat.*

Saluãdo primam opinionem communem, potes dicere, quòd cum fraus ſit difficilis probationis, ideo probatio, quæ reſultat ex indicijs, & cõiecturis, dummodo ſint perſpicua, vt *in l. dolum. C. de dolo.* dicitur dilucida, & concludens; & eodem modo reſponderi poteſt ad gl. *in l. dolum. in verbo, perſpicuis.* C. *de dolo.* vbi indicia perſpicua declarat pro manifeſtis probationibus; ac ſcilicet ſatis dicatur manifeſta probatio ea, quæ in materia doli, quæ eſt difficilis probationis, ex perſpicuis indicijs reſultat.

c *Omni exceptione maiores.* Teſtes ſuper fama deponentes, an debeant eſſe omni exceptione maiores, poſuit D. meus Farin. *in ſua pract. crimin. in tit. de indic. & tortur. q. 47. nu. 210. & ſeqq.*

f *Reſtituatur.* Iſta materia, an & quando Fiſcus reſtituatur, habet plura capita, & intricatè ponitur per Doctores, ideo ad eius reſolutionẽ vide ſeptem concluſiones, quas ex dictis eorum Doctorum, fideliter relatorum, colligit D. meus Farin. *in prac. cri. p. 2. in tit. de var. & diuerſ. q. nondum impreſſ. q. 101. nu. 35. & ſeqq. vſque ad nu. 44.*

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

Duelli pęna, ſeu quæ alia, locum habeat in eo, qui alterum deliberatè ad certamen inuitat; Archibuſetti delatio an per teſtes ſingulares, & quomodo probetur: Alapam Officiali inferẽs, quomodo puniatur: & quid de eximente capitaliter bãnitum ex manibus Curiæ, illumque ad locum tutũ reducente: & ex his plura alia diſcutiuntur, de quibus in ſummarijs.

SVMMARIVM.

Duelli pęna tenetur, qui alium ad certamen inuitat deliberatè. num. 1.

Duellum non dicitur committi, quando non adeſt aliquis locus particulariter aſſignatus à Superiore, ad effectũ duellãdi. nu. 2. Vbi etiam quid vigore conſtitutionum ſummorum Pontificum.

Plerunque, dictio denotat regulam in contrariũ, & de materia, nu. 2. verſi. aduertendum tamen.

Delictum dicitur graue ex pluribus qualitatibus & circumſtantijs explicatis. nu. 3.

Delicti iteratio auget pęnam. num. 4.

Teſtes duo in criminalibus ſufficiunt ad conuincendum. nu. 5.

Conuictus in criminalibus poteſt æque condemnari, ſicut confeſſus. nu. 5.

Teſtes non dicuntur contrarij, ſeu ſingulares, quamuis vnus viderit vno tempore & loco, & alius altero tempore, & altero loco, nu. 6.

Teſtes ſingulares in loco & tempore probant actum in genere. nu. 6. verſi. licet enim.

Teſtes ſingulares probant crimen læſæ maieſtatis, & quando. num. 7.

Teſtes de auditu licet non probent plenè, faciunt tamen præſumptionem. nu. 8.

Teſtes ſingulares adminiculati probant plene. num. 8.

Alapam officiali inſerens, punitur pęna mortis. nu. 9.

Teſtis vnus de viſu facit indicium ad torturam, etiam alijs non concurrentibus. nu. 10.

Teſtes de auditu ſi plures ſunt, faciunt indicium ad torturam. nu. 10. in fine.

Eximens bannitum & capitaliter condemnatum ex manibus Curiæ, tenetur pœna criminis læſæ maieſtatis. nu. 11.

Socij & participes criminis admittuntur in teſtes, vbi veritas aliunde haberi non poteſt. nu. 12. verſic. & nihilominus.

Socij & participes criminis admittuntur in teſtes in crimine læſæ maieſtatis. nu. 13.

Mala ſama in genere iuncto quolibet alio adminiculo ſeu ſuſpicione, facit indicium ad torturam. nu. 14.

Teſtibus deponentibus ſuper mala ſama, magis creditur, quã deponentibus ſuper bona. nu. 15.

Fama bona in genere non tollit indicia in ſpecie. nu. 15.

CONSILIVM XLI.

1 ADSIT DEVS. In iſta cauſa Faiſen. exceſſuum requiſitus, vt pro veritate meam proferrem de iure ſententiam, non poſſum, niſi cõtra carcerarum, valde dubitare; plura enim ſunt delicta ex proceſſu apparentia, & ea quidem omnia capitalia, quibus iſte B. capitaliter etiam puniendus videtur. Primo enim eum de pręſenti anno deliberatè ad conſilium publicum accedẽdo, illud non ſolum turbauerit, verum etiam vnum ex Maſſarijs ibidem exiſtẽtibus, ad ſingulare certamen inuitauerit, prout plene probarum creditur ex tot teſtibus de ſuper examinatis, de quib. in ſumm. mihi tranſmiſſo fol. 1. & pręſertim ex dicto A. dicentis, *Viddi che lo preſe per la cappa dicendo uieni fuora adeſſo, &c.* Non ab re forſan erit dicere, per huiuſmodi deliberatam inuitationem & procurationem (licet forſan ſecus eſſet ſi in pura rixa id ageretur) per ipſum fuiſſe incurſum in pęnã capitis & confiſcationis bonorum duellantibus impoſitã a conſtitutionibus ſummorũ Pontificum; videlicet Iulij II. & Pij IV. per ea q̃ in proprijs terminis, & in ſimili cõſtitutione Caroli II. Imperatoris tradidit Plot. *in ſuo tract. de in lit. iuran. §. 42. nu. 4. vbi videatur.*

2 Et licet non ignorem, de iure duellum propriè non dici, nec eius pęnam imponi poſſe, vbi in eo locus aliquis à ſuperiore Principe aſſignatus nõ

reperitur

reperitur, argumento tex. in l. qua actione. §. ſi quis in collučtatione. ff. ad l. Aquil. & plene ſcripſerunt Io. de ligna. in tract. de Duell. §. vlt. quæſt. 6. nume. 8. Iacob. de Caſtil. in eod. tract. in princip. num. 44. & par. 3. num. 3. in fine & capit. 4. nume. 2. & par. 4. cap. 4. nume. 1. Pariſ. de Put. in tract. de re milit. §. nobiles. lib. 2. Alciat. in eod. tract. cap. 17. Pariſ. conſi. 31. nume. 66. volum. 1. Aduertendum tamen eſt, quod quicquid ſit de iure, contrarium videtur forſan ſuaderi ex dicta conſtitutione Pij IV. in illis verbis, tamen plerumque locum aut campum tutum, &c. Ponderando ibi dictam dictionem, plerumque, ex qua aperte argui poteſt, quod licet plerumq; in duellis locus tutus interuenire ſoleat, non tamen excluditur, quin quandoque etiam ſine loco tuto duellum committi poſſit, & etiam punibile ſit vigore dictæ cõſtitutionis, vt per gl. in authent. Caſſa. in verb. per italiam, & ibi Bart. nu. 2. C. de ſacroſanct. eccl. & in l. 1. in uerb. ſponſam. C. de rapt. virg. cum alijs per Menoch. de recuper. poſſeſ. remed. 8. nu. 91. & ſeq. Et clari iuris eſt, dictionem, plerumque, regulam in contrarium denotare. l. tutela. ff. de tutel. l. qui duos. ff. de leg. 3. cũ plene traditis per Tiraq. de re tract. cõſang. §. 1. gl. 9. nu. 224.

3 Et in omnem euentum negari non poteſt, delictum hoc, etiam quod duelli pœnam non mereatur (prout æquius & nõnullis tempeſtate noſtra excellentiſſimis conſulentibus etiam verius in alio contingenti caſu viſum fuit) graue tamen reputari debere, & grauiter puniendum. Primo ratione loci publici, in quo talis diffida (vt dicam) facta dicitur. Secundo ratione perſonæ diffidatæ, quæ pariter fuit publica, videlicet Maſſarius illius oppidi. Tertio ratione cauſę, eo quia propria auctoritate affidauerit caſtratos in territorio communitatis. Quarto ratione armorum, & præſertim archibuſij, quibus armatus intrauit conſilium. Quinto ratione euentus, cum ex tali diffida idem publicum conſilium fuerit turbatũ, & impeditum, quæ omnes qualitates grauitatẽ delicti, & pęnæ, quod inducant, dubitandum nõ eſt; ad tex. cum ibi notat. per Doct. in l. aut facta. ff. de pœnis. & in l. Grachus. C. ad l. Iul. de adulter. Bar. & Salyc. in l. denunciaſſe. §. quod tamen. ff. eodem. Carer. in pract. in tract. de homicid. §. circa igitur tertium, quibus ex cauſis pœna augeatur. num. 1. ſeqq. Bar. Thege. in trac. crim. par. 15. ſeqq. vbi latè Clar. in prac. §. fi. q. 60. Et ante iſtos latiſſime Luc. de Penna in l. vnica. col. 2. circa medium. verſic. nec autem qualitas. C. de colon. Illirica. lib. 11.

4 Et eo magis delicti grauitas in hoc 1. capite attendenda eſt ex alio, quod non ſemel, ſed iterata vice de anno ſcilicet 1582. & Archibuſio, & pugione armatus in publicum cõſilium ingreſſus, illud turbauit, ac impediuit, altercando cum N. & alijs Maſſarijs, prout concludenter deponunt teſtes, de quibus in eodem ſumm. fol. 1. a tergo; quo caſu ob delicti iterationem, pœnam augendam, probat tex. in l. 3. C. de epiſ. audien. & in l. capitalium. §. ſolent. & §. Graſſatores. ff. de pœnis. Anton. Gomez. variar. reſolut. tomo 3. tit. de homicid. capit. 3. nume. 60. in fin. & in tit. de furto. cap. 5. nu. 5. & ex non capitali pœna effici capitalem, probat pariter tex. in l. omnes. §. delatores. C. de collat. lib. 10. & in l. 1. C. de ſuperexact. eod. lib. 10. Et vtrobique Bar. Ang. & Luc. de Penna, Marſil. ſing. 378. nu. 1. ſeqq. Vulpell. reſponſ. 16. nu. 4. lib. 1. Maſcar. de prob. lib. 2. concl. 838. nu. 2. ſeq. & tamen ſola pugionis delatio capitalem pœnam meretur vigore conſtitutionum Pij Quarti, & Pij Quinti.

5 Secũdo etiam non video, quomodo capitalẽ pęnam iſte reus effugere poſſit, ex eo quod, vt cõſtat ex teſtibus, de quibus in ſumm. fol. 2. pleniſſime probatũ eſt, ipſum pluribus & iteratis vicibus geſſiſſe Archibuſettum prohibitũ, cuius delationis pœna, vigore conſtitutionum Pij IV. & V. etiam de ſe ſola capitalis eſt, cum confiſcatione bonorum; & cum vt dixi de hoc plene cõuincatur per plures teſtes, cum tamen ad conuincendum etiam in criminalibus duo ſufficerent. l. vbi numerus. ff. de teſtib. cap. in omni. extra eo. Dec. in l. iuris ignorantia. num. 24. C. qui admitti, iudicis partes non erunt, niſi per eos illum condemnando, cum paria ſint, quem eſſe confeſſum, vel conuictũ. l. qui ſententiam, & ibi Doct. ff. de pœnis. l. fi. C. de cuſtod. reorum. c. at ſi clerici. in verſic. ſi vero. & ibi communiter omnes. extra de iudic. cap. de hoc. extra de ſimo. c. 1. & c. primates. 2. q. 1. Gram. deciſ. 36. ſub num. 72. Rota in tit. de hæret. deciſ. 1. alias 875. nu. 3. in antiq. Boſſ. in tit. de conuict. nu. 3.

6 Nec obſtet, quod præfati teſtes non ſint attẽdendi tanquam ſingulares in loco & tempore; Nam pro reſponſione dicitur, quod cum hic agatur de actu delationis archibuſetti, qui de ſui natura iterabilis eſt, & pariter non agatur de probãdo, quod B. vnica tantum vice geſſerit Archibuſettum, ſed quod ſolitus ſit illum gerere; ſolitum autem & conſuetum non poſſit niſi ex pluribus diuerſis actibus concludi: idcirco in præſenti caſu diuerſitas in loco & tempore non videtur inducere in teſtibus ſingularitatem obſtatiuã, q̃a poteſt ſtare, quod vnus viderit vno tempore, & loco, & alius altero tempore & altero loco, ſecũdum communem, de qua teſtatur Alex. de Neuo in conſi. 71. ſub nume. 9. plene Hippol. Rimin. conſil. crim. diuer. 85. num. 9. 20. & 28. volum. 2. in folio. Marſil. conſi. 5. num. 6. ſeqq. volum. 1. Nell. in trac. de teſtib. num. 224. licet enim iſti teſtes non probẽt in ſpecie vnicam vicem. ſ. vnicum actum delationis archibuſetti, probant tamen in genere, B. fuiſſe ſolitum gerere Archibuſetta; & quando agitur de probando quid in genere, teſtes ſingulares plenè probant, ſecundum communem, de qua vltra Hippol. Rimin. d. conſi. 85. num. 1. & pluribus ſeqq. & præſertim num. 16. teſtatur etiam Michael Graſſ. in ſuis commun. opin. lib. 2. c. 17. in fine. Anton. Gomez. vbi ſup. tit. de probat. delict. ſub nu. 12. Stephan. Lamberteng. in tract. de contract. eorum. 2. gl. 2. num. 12. 17. 18. 26. ſeqq. vbi reſpondet contrarijs, & bene declarat materiam.

7 Pręſertim in caſu noſtro, in quo deferens Archibuſetta, vigore dictarum cõſtitutionum, incurrit crimen læſæ maieſtatis; quo caſu quando pariter agitur de probando quid in genere, nulli dubium, quod teſtes ſingulares faciunt plenam probationem. Foller. in pract. crimin. verb. item

quod

quod commiſit crimen læſæ maieſt. nume. 3. Marſil. *conſilio* 1, *nume.* 27. Hippol. Riminal. *d. conſilio* 85. *num.* 9. *&* 10. Stephan. Lamberteng. *d. glo.* 12. *nu.* 30. Gig. *de crimin. læſæ maieſt. lib.* 2. *tit. quom. & per quos crimin. læſæ maieſt. probet. quæſt.* 8. Oſaſc. *deciſ. Pedem.* 79. *num.* 39.

8 Et cum iſte B. habeat cõtra ſe non ſolum plures teſtes de viſu licet ſingulares, ſed etiam de auditu, à quibus depoſitiones dictorum teſtium de viſu ſingularium, ſunt adminiculatæ, cum teſtes de auditu licet non plenè probent, faciunt tamen non ſolum adminiculum, ſed etiam præſumptionem. Roland. *conſi.* 82. *nume.* 16. *vol.* 2. Cæph. *conſi.* 140. *num.* 29. *vol.* 1. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 475. *nume.* 5. *& ſeqq.* Put. *deciſ.* 12. *lib.* 2. Neceſſario etiam ſequitur, quod ijdem teſtes ſingulares ſic, vt ſupra ab alijs teſtibus de auditu adminiculati, plenam faciunt probationem, vt per Aym. *conſi.* 73. *nu.* 36. Roland. *d. conſi.* 82. *num.* 41. *ſeqq. volu.* 7. Cæph. *conſi.* 141. *num.* 12. *lib.* 1. Gabr. *tit. de teſtibus, concl.* 2. *nu.* 76.

9 Tertio; Non omittenda eſt etiam alapa per B. data Io. Andreæ Schiauetto Maſſario Caſtri Noui, de qua ſi per teſtes in ſummario mihi trãſmiſſo fol. 5. eum conuictum dicere velimus, condemnationem capitalem facere debere, non ſine ratione crediderim; cum communiter ab omnibus receptum ſit, pęnam, quam dicunt Doctores de iure arbitrariam, in dãte alapam officiali, poſſe etiam vſque ad mortem incluſiue extendi, vt per Bald. *in cap.* 1. §. *Iniuria. tit. de pace iuramen. firman.* quem ſequuti ſunt poſt alios antiquiores, quos allegant, Marſil. *in l. facinoris.* §. *cogniturum, nume.* 70. *ff. de quæſt.* Grammat. *deciſ.* 36. *nume.* 4. Carer. *in prac. in tract. de homic pag. mihi.* 249. *num.* 18. Boſſ. *in tit. de iniur. num.* 30. Roland. *conſil.* 48. *nu.* 1. *vol.* 2. Petrus à Placha *in Epith. delict. cap.* 6. *nume.* 3. *&* 15. Ioan. Mar. Monticell. *in ſua pract. crim. reg.* 2. *nu.* 3.

10 Quod ſi eundem B. de huiuſmodi alapa non eſſe conuictum prætendatur, negari tamen non poteſt, ipſum reperiri pluſquam ſuffragij ad torturam indiciatum, ex ſola depoſitione Aurelij Clarelli de viſu deſuper deponentis; Teſtem. n. vnum de viſu etiam alijs non cõcurrentibus indicium facere ad torturam, & communiter receptum eſt, & quotidie practicatur, ſicuti ex glo. *in l.* 3. *in verb. conuictus, & ibi communiter omnes. C. ad l. Iul. Maieſt.* Bart. *in l.* 1. §. *idem Cornelio. & in l. Maritus, & in l. fin.* & ibi etiam Marſi. & alij Scriben. *ff. de quæſt.* teſtantur Cæpol. *conſil.* 40. *in* 4. *dubio. verſ. immo plus.* Boer. *deciſ.* 164. *nu.* 3. Clar. *in pract. q.* 22. *in princip.* Anto. Gomez. *tit. de tortura reorum. nu.* 7. Oſaſch. *deciſ. Pedem.* 79. *num.* 9. *&* 15. Paul. Granut. Theorem. 23. *nu.* 5. *&* 6. vbi reſpondet contrarijs, & nouiſſimè Ioſeph Maſcat. *in tract. de probat. lib.* 1. *in præfat. q.* 15. *num.* 12. ergo multo magis concurrentibus depoſitionibus quatuor aliorum teſtium, de quibus in eodem ſummario dicto fol. 5. qui teſtes licet deponant de auditu, faciunt tamen indicium ad torturam, cum plures ſint. Brun. *conſi. crim. diuerſ.* 115. *num.* 23. *tom.* 2. *in folio.* Pract. Corradi *tit. de negat. crim. & torm. num.* 41. *verſi. ſecundus eſt gradus fol. mihi* 303. *col.* 2.

11 Quarto ſuccedit aliud capitale delictũ, quod ſcilicet exiſtens hic B. caporalis Turatorum, & inſequens Antonellũ de Fara, qui in birroarios plures archibuſatas exonerauerat cum archibuſettis prohibitis, vt eum caperẽt, illum liberauerit, ac in tutum reddiderit, prout concludentiſſimè creditur probatũ per teſtes, de quibus in ſummario fol. 7. à tergo, de viſu & præſentia in liberatione dicti Antonelli, concludenter deponentes: quo caſu eundem B. capitaliter puniri poſſe, tanquam reum criminis læſ. maieſ. probat tex. *in l.* 4. *ff. ad l. Iul.* Maieſt. & ibi Bar. *num.* 3. Luc. de Penna *in l. quoties, num.* 5. *C. de exact. tribut. lib.* 10. Alexan. *conſi.* 35. *num.* 4. *verſic. quandoque punitur. lib.* 2. ibidem Alex. *in l.* 2. §. *prato.* & ibi etiam Iaſ. *ff. ne quis eum, qui in ius voc.* Cagn. *in l.* 1. §. *is non videtur. nu.* 27. *verſic. ſi uero eximatur. ff. ſi quis ius dicen. non obtem.* Gig. *de crim. læſ. maieſt. lib.* 1. *tit. qualiter, & a quibus crim. læſ. maieſt. committ. q.* 58. *in princ.* & poſt concordantes quos allegat, dixit magis communiter receptum. Petr. à Placha *in Ephit. delict. c.* 38. *nu.* 7. *lib.* 1.

12 Nec obſtet ſi dicatur, quod tales teſtes nullã inducant probationem, tanquam ſocij criminis, quia ſi vt in facto mihi ſupponitur, verum eſt, quod præfati teſtes nunquam de hoc fuerint inquiſiti, aut carcerati, ne dum confeſſi, aut condẽnati, neſcio videre, quomodo poſſint dici ſocij criminis. Non enim ex quo extant ſocij B. in inſecutione Antonelli, ſequitur propterea, quod eundem Antonellum ſaluauerint, ſicut ſaluauit B. quia vnum poteſt ſtare ſine altero. *l. non hoc. C. unde cogna.* & quando Docto. tractant de diminuẽdo fidem teſti, propter criminis participationem, ſemper præſupponunt illius cõfeſſionẽ ſuper crimine, & hoc non credo habeat difficultatem. Et nihilominus adhuc dicitur, quod de ſui natura per nullos alios poteſt magis veriſimiliter probari, quàm per ſocios B. qui & ipſi erant de Tura, & Antonellum inſequebantur; ſimuſq; in delicto, cuius veritas aliũde melius haberi nõ poteſt, quã per dictos ſocios, & homines de Tura; ideo & ſocij & participes criminis ĩ teſtes admittuntur non ſolum ad torquẽdum, ſed etiam ad plene conuincendum, non aliter, ac ſi eſſent idonei & habiles, ſi credendum eſt Marſil. *in l.* 1. §. *Diuus, num.* 15. *ff. de quæſt. & in rubr. de fideiuſſ. num.* 369. *& conſi.* 61. *in fin.* Dec. *conſ.* 342. *col.* 1. *&* 2. Aym. *conſi.* 178. *col.* 1. *verſic. Hoc ita præſuppoſito.* Bertazz. *conſi.* 106. *num.* 9. *vol.* 1. *& inter conſilia cri. diuerſ.* 70. *num.* 9. *tomo* 2. Natta *conſi.* 298. *num.* 9. *lib.* 2. Rolan. *conſi.* 73. *num.* 26. *vol.* 1.

13 Præſertim, cum vt dixi, ſimus in delicto excepto, propter quod quis efficitur Reus criminis lęſæ maieſtatis, & in quo non ſolum ſocij criminis admittuntur in teſtes, vt per Foller. *in prac. crim. verb. Item quod commiſit crimen læſæ maieſt. numero* 3. & per Antoninum Gomez. *titu. de proba. delict. nume.* 16. *verſicu. Adde tamen, iuncto nume.* 18. Verumetiam ſuccedunt loco aliorum habilium, dummodo non ſint inimici, vt per Boſſ. *in tit. de crim.*

Digitized by Google

*crim.læſa maieſt.nume.*111. præſertim in caſu, de quo agitur, in quo adſunt etiã alij plures teſtes de auditu, de publica voce, & fama, de confeſſione extraiudiciali ipſius B. & alij demum, qui ipſum viderunt ſanguinolentum. Quæ omnia de ſe ſeparatim conſiderata, ac multò magis ſemel iuncta, quantum probent, non eſt opus cartas allegationibus implere, cum D. Iudicate debenti notiſſima ſint.

14 Quinto & vltimo non eſt paruifacienda imputatio, quod tranſmiſerat petras Archibuſetti Curtietto famoſo bannito, prout deponit M. de quo in ſummario fol. 8. qui teſtis cum vnicus ſit, & de viſu deponat, dubitandum non eſt, quin faciat indicium ad torturam per ſuperius allegata, præſertim contra hominem, qui plura commiſit homicidia, vt in eodem ſummario fol. 3. & qui generaliter teputatus eſt malæ vitæ, & famæ, vt in fol. 7. à tergo; quo caſu ſubintrat concluſio, quod mala fama in genere, iuncto quolibet alio adminiculo, ſeu ſuſpicione facit indicium ad torturam, vt per Gandin. *in titu. à quo vel à quibus poſſ. fama incipere. nume.* 12. *verſicu. ſed pone quaſtionem.* Angel. *de maleſ. in verb. quod ſama publica. numero* 41. *verſic. ſed iuncta cum alijs*. Nouell. *reg.* 4. *in prima ſalleu.* Brun. *conſi. crimin. diuerſ. nume.* 6. *&* 66. *volum.* 2. *& conſi.* 124. *nume.* 24. *vol.* 1. Grat. *conſi.* 57. *num.* 8. *lib.* 2. vbi quod hoc omnes fatentur, prout illum refert Clar. *in pract. §. fin. quaſt.* 21. *ſub verſi. fama ſola. ibi, cæterum ſi cum ipſa fama concurrant alia adminicula*; ergo multo magis iuncta cum vno teſte de viſu.

15 Quod ſi forſan ex aduerſo probata fuerit bona vita, & fama eiuſdem B. adhuc dicitur, quod magis credendum eſt teſtibus deponentibus ſuper mala fama, quam contrarium aſſerentibus ſuper bona, ſi credendum eſt Socin. iun. *conſilio* 88. *numero* 15. *volum.* 2. Zilet. *conſi. crimin. diuerſ.* 123. *nume.* 20. *ſeqq. volum.* 1. Corrad. *in pract. pag.* 118. *nume.* 6. *verſic.* 44. *Adde, &c.* alijſque relatis per Gabr. *tit. de teſtibus concluſ.* 5. *num.* 25. *verſicu. colligitur.* & per Maſcard. *de proba. lib.* 1. *concluſ.* 235. *numero* 3. & in omnem euentum probatio bonæ famæ ſecundum veram, & practicatam opinionem non tollit indicia in ſpecie contra inquiſitum laborantia. Alex. *conſi.* 77. *nume.* 1. *vol.* 1. Marſil. *conſi.* 3. *nume.* 12. Rom. *conſi.* 167. *in fine.* Clar. *in pract. §. fin. quaſt.* 60. *verſic. frequens etiam, in fine.* Cæphal. *conſi. crim.* 40. *nume.* 42. *&* 43. Burſatt. *conſi.* 153. *nume.* 9. *lib.* 2. Bertazz *conſ.* 373. *num.* 15. *lib.* 2. Menoch. *conſi.* 101. *nume.* 56. *verſiu. non obſtat. lib.* 1. Quibus ſic in iure firmatis, creditur, B. ſine præiudicio eorum, de quibus eſt confeſſus, & conuictus, poſſe ſuper alijs, de quibus tãtummodo indiciatus eſt, iuxta facti, & perſonæ qualicatem, torqueri ad arbitrium D. Iudicis, cuius integerrimo Iudicio hæc currenti ferè calamo ſcripta ſobmittuntur.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

Conſilium XLII.

ARGVMENTVM.

De donatione omnium bonorum facta à minore inimicitias habente, cuidam ſuo coniuncto, an, & quando in fiſci præiudicium prẽſumatur ſimulata, & inualida: plura aduerſus eam opponuntur, ex quibus, & ſimulatio, & nullitas dictę donationis deprehenditur.

SVMMARIVM.

Contractus præſumitur verus & non ſimulatus. num. 1.
Fallit niſi in contrariũ vrgeant ſimulationis coniecturæ. nume. 38.
Iuramentum excludit præſumptionem ſimulationis. nume. 2. *contra nu.* 35. *de materia in addit. littera.* a
Decretum Iudicis excludit præſumptionem ſimulationis. nume. 3.
Simulatio donationis præſumitur, quando donator remanet in poßeſſione rei donatæ ſicut èccontra non præſumitur, quãdo transfert poſſeſſionem in donatarium. num. 4.
Simulatio nõ præſumitur nec dicitur probata, niſi etiam probetur cauſa ſimulationis. nu. 5.
Simulatio licet probetur præſumptionibus, præſumptiones tamen debent eſſe concludentes, & à iure approbatæ. nume. 6.
Simulatio donationis an præſumatur ex eo, quod donatarius retrodonauit rem donatam donanti. numero 7. *& numero* 32.
Simulatio non præſumitur, niſi vbi agitur de alterius præiudicio. num. 7.
Simulatio multo minus præſumitur, quãdo agitur ad pęnam. num. 8. *declara, vt nu.* 39.
Donatio etiam non inſinuata valet, quando eſt iurata. num. 9. *contra num.* 26. *ſeq.*
Donatio etiam ſine inſinuatione requiſita à ſtatuto valet, quando ſtatuto generaliter renunciatum eſt. nume. 10. *contra nu.* 26. *ſeq.*
Donatio facta à minore xxv. annorum de iure communi non valet etiam quod interuenerit curatoris authoritas, & Iudicis decretum. nu. 11.
Donatio facta à minore validatur iuramento. num. 12. *Vbi tamen, quod hoc fallit in donatione omnium bonorum.*
Læſio enormiſſima facit præſumere dolum & propterea contractus non firmatur iuramento. nu. 12. *in fine, & in addit. littera.* b *vbi de materia.*
Donatio minoris, vbi à iure in aliquo caſu permittitur, id vtique intelligitur cum decreto Iudicis, et non alias. nume 14.
Decretum Iudicis interpoſitum ab incompetenti Iudice prout ſunt Iudices minores & poteſtates caſtrorum, nihil operatur. num. 14. *verſi. ex Iudicis Decreto, & in materia, qui ſint competentes Iudices, in add. littera.* c
Decretum Iudicis interpoſitum ab alio quam ab eo, qui ſpecialiter deputatus eſt, ad interponenda decreta, non valet. num. 14. *in fine.*
Delegare non poteſt, qui nullam habet iuriſdictionem. numero 15.
Decretum interponendi authoritas delegari non poteſt. nume. 15. *in fi. declara vt in addit. littera.* d

Decretum

Decretum ſine cauſa interpoſitum, nihil operatur.nume.16. vbi etiam numerantur cauſæ,quibus Iudex poteſt interponere decretum in donatione minoris.

Decretum Iudicis continens manifeſtum errorem, nullum & iniquum reputari debet.nu.16.in fine.

Minor nec etiam donare poteſt ex cauſa benemeritorum, niſi benemerita ſint talia, ex quibus potuiſſet legitime in iudicio conuenire,nu. 17.

Benemeritorum aſſertio facta in donatione, & inter perſonas prohibitas, non probat benemerita.nu. 17.verſi.& nihilominus,& nu.30.

Delegatus debet diligenter cuſtodire fines ſuæ delegationis. num.18.

Decretum interpoſitum à iudice non ſedente pro tribunali, nõ valet.nu.18.in fine,de materia in addit.littera. e

Decretum Iudicis habet præſumptionem pro ſe, quia illud eſt interpoſitum à Iudice maiore; ſecus ſi à Iudice minore, & municipali.nu.19.Item præſumptio generalis oriens ex interpretatione.

Decretum iudicis non tollit præſumptiones ſpeciales, numero 36.

Solemnitas non præſumitur ex antiquitate temporis, quando ex lectura inſtrumenti apparet eam non interueniſſe, num.19.verſic.& cum ex lectura inſtrumenti, & in addit.littera. f vbi de materia.

Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum regulariter nulla,& inualida eſt.nu.30.

Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia; intellige hoc non procedere, Primo in clauſula modificatiua, qualificatiua,vel conditionali. Secundo quando capitula ſunt inter ſe ſeparata,& vnumquodque habet claram,& determinatam diſpoſitionem.nu. 11.verſ.& ſi diceres.

Donatio omnium bonorum, nec etiam iuramento ſuſtinetur. num.22.

Conſtitutio Egidiana ſuper contractibus minorum ſeruari debet in toto ſtatu Eccleſiaſtico.nu.23.

Iuramentum non firmat contractum, quando ſtatutum præſumit illud metu & dolo extortum.nu. 24. & ſequen.

Iuramentum à ſtatuto reprobatum non firmat donationem ex defectu ſolemnitatum ſtatutariarum.nu.25.

Minor eadem facultate dicitur iurare, qua etiam ad donandum ſeductus fuit.nume. 26.verſicul. Et inter alias rationes.

Iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis quando à ſtatuto in donatione requiritur & iuramentum, & inſinuatio.num.27.

Simulatus contractus non dicitur contractus.nu. 78.

Donare omnia bona ſua eſt ſpecies dementiæ. nu.29.

Fraus & ſimulatio præſumitur ex donatione maioris partis bonorum,nu.29.

Simulatio donationis præſumitur ex aſſertione meritorum. num.30.

Simulatio præſumitur ex coniunctione perſonæ, cum qua contrahit. nume. 31. & in tract.littera. g vbi de materia.

Simulatio præſumitur ex clauſula appoſita in contractu, quod ſcilicet contrahens pure,vere,non ficte,nec ſimulate contraxit.nu.33.

Simulatio præſumitur ex omiſſione ſolemnitatum iuris communis,etiam ſtatutariarum.nu.34.

Donatio præſumitur ſimulata,quando donator tempore donationis habebat capitales inimicitias. nu. 37. & in addit. littera. h vbi declaratur.

Simulatio probatur duabus præſumptionibus.nu.38.

Iudicandum non eſt contra fiſcum in dubio, quando agitur ex contractu.num.39.

CONSILIVM XLII.

1 ADSIT DEVS. Donationem, de qua agitur, eſſe bonam, & non ſimulatam, prima facie ex infraſcriptis deducebatur; & primo ex regula, quod quilibet contractus præſumitur verus, non ſimulatus. *l. cum precibus. C. de proba.* Barto.*conſi.65.ſub num. 2.verſic.his præmiſſis.*Bal. *in l. rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cert.petat.& cap.1.nume.1. in fin.de feud.dat.in vic.leg.commiſſ.*Paul.de Caſt. *conſi.261.in princip.lib.2.*Pariſ.*conſi.54.num.6.lib.1.*Aym.*conſi.245.nu.2.*

2 Secundo, quia eſt iurata; quod iuramentũ regulariter excludit præſumptionem ſimulationis,[a] Alex.*conſi.18.nume.5.lib.3.* Socin.*conſi.82. num.2.lib.3.*Aym.*conſi.40.num.7.* & eſt communis, vt per Curt.iun.*conſi.231.num.29.volum.tertio.*Boſſ.*in tit.de bon.public.ſub num.29.verſic.magis communis.*

3 Tertio in eadem donatione reperitur interpoſitum decretum Iudicis, quod excludit penitus omnem ſimulationis ſuſpicionem. Dec.*conſilio 341.nume.22.*Cæphal.*conſi.326. nume. 43.* cum alijs multis per Simoncel.*de decret.lib.3.tit.7.nume.41.& 46.*

4 Quarto conſtat de eius effectu ex locationibus factis per Donatarium, quod pariter excludit ſimulationem.Menoch.*conſi.343.ſub num.15. verſicu. nono.* ſicut econuerſo videmus, quod vbi donator remanet in poſſeſſione, præſumitur ſimulatus.Bart.*in l.ſicut.§.ſupernacuum,numero 5. ff.quibus mod.pig.vel hipot.ſol.* Dec.*conſi.543.ſub num.18.*Afflict.*deciſio.40.ſub num.18.*Aym.*conſi. 156.num.1.*

5 Quinto nulla probatur cauſa, quare donataria voluerit ita ſimulare, & tamẽ impoſſibile eſt, quod arguatur ſimulatio, niſi ꝓbetur illius cauſa. Bal.*in l.poſt contractum.col.2.de donat. & d.conſi.61.lib.1.*Rot.*in nou.deciſ.1.de donat.*Sigiſ.Goff. *conſi.52.nu.53.*Rimin.iun.*conſi.83.nume. 19.late* Boſſ.*in tit.de pub.bon.nu.41.cum pluribus ſeqq.*

6 Sexto nulla etiam affertur coniectura ſimulationis,& tamen debent eſſe concludentes,& à iure approbatæ. Bal.*in d. conſi. 61. col. 2.* Dec. *conſi. 463.nu.8.*Abb.*conſi.5.col.3.& conſi.45. nume. 23.* Roland.*conſi.47.num.28.vol.4.*

7 Ideo non facit coniectura, quę ſumitur ex eo, quod donataria poſt annum retrodonauit, quãuis nulliter donans, quia iſta coniectura venit poſt donationem: & propterea non attenditur. Bald.*in l. vnica.in 10.q. C.ſi ſeru.exe.* poſt Imol. *conſi.66.nu.9.*Rolan.*d.conſi.47.nu.29.* vltra quod iſta coniectura facit de directo cõtra ſimulationem, quia ſi filius primus donator voluiſſet fraudare fiſcum, vtique non procuraſſet retro ſibi donationem fieri, quia hoc modo fiſcus ex perſona ſua capere potuiſſet, & tamen non capitur præſumptio ſimulationis, niſi in eo caſu, quo id poteſt præſumi factum fuiſſe in alterius præiudicium. Bald.*conſi.34.nu.12.in fi.cũ ſeqq.lib.1.* Cor. *conſi...in fin.lib.4.*Aym.*conſi.8.nume.4.*Roland. *conſi.2.nu.57.vol.3.*Burſat.*conſi.155.nu.17.vol.2.*

Vltimo

8 Vltimo ad excludendum fiſcum, qui agit ad pœnam, & ſic certat de lucro, hæc magis dicenda ſunt, vt dicit Cæphal. *dicto conſ. 326. num.* 45. *vol.* 3.

9 Et quod attinet ad præſentem nullitatem ex defectu inſinuationis, illa tollitur per iuramentum, prout fuit in terminis deciſum in Rota coram R.P.D.Seraphino in vna Roman. donationis de vncijs, in qua fuit dictum, quod defectus ſolemnitatis inſinuationis non vitiat donationem iuratam. Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de iur. edit. §. porro. ver. quid ſi renunciauit.* cũ concor. per Gab. *in tit. de donatio. concluſio. prima, nu.* 66. Rimin. iun. *in §. primo, nu.* 256. *& ſub nu.* 270. *Inſtit. de donat.* Rolan. *conſ.* 18. *nu.* 48. *vol.* 1. Put. *dec.* 377. *nu.* 3. *lib.* 1.

10 Minus obſtat ſtatutum, quia ſufficit illi fuiſſe renunciatum etiam per generalem renunciationem. Corn. *conſil.* 186. *numero* 8. *libro ſecundo*, & fuit etiam deciſum in vna Vrbeuerana donationis, vt dicitur in dicta deciſione: Merito cum habeamus caſum deciſum, non eſt aliter diſputandum, &c.

11 Verum præmiſſis non obſtantibus, donationem præfatam ex omni parte, & nullam & inualidam eſſe, ne dum ſimulatam, probatur a ſimili per donationem a minore xxv. annorum factã; nam de iure communi eam minimè valere, etiam quod Curatoris authoritas, & Iudicis decretum interceſſerit, bene probat tex. *in l.* 1. *§.* 1. *& ibi glo. in verb. Ita eſt. ff. de tutel. & ratio. diſtrahen. in l. fin. ff. de curat. furioſ. & in l. final. §. cum autem. vbi communiter omnes. C. ſi maior* fact. rat. aliena. hab. Bal. *in l.* 1. *num.* 1. *C. ſi aduerſus vendit.* Duen. *reg.* 31. *in tertia ampliatione.* Roland. *conſ.* 54. *nu.* 28. *ſeq. libro ſecundo.*

12 Et licet non ignorem, donationem à minore factam, validari iuramento, per *auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit.* quam etiam in donatione locum habere, dixerunt Dec. *conſil.* 180. *&* 181. *numero quarto.* Curt. iun. *conſ.* 141. *num.* 4. Bertrand. *conſ.* 175. *numero primo.* Rip. *reſponſ.* 4. *numero primo, tit. de donat.* Menoch. *conſ.* 29. *numero octauo, libro primo.* Horum tamen opinio pulchre limitanda eſt, vt procedat in donatione particulari alicuius certæ quantitatis pecuniarum, vel quotæ bonorum, in qua minor non poteſt dici enormiſſime læſus, habito reſpectu ad bona remanentia: At ſecus in donatione bonorum omnium, vel maioris partis, in qua cum idem minor dicatur pati enormiſſimam læſionem; iccirco illam minime firmari iuramento, bene declarat Sforz. Oddus *tracta. de reſtitutio. in integr. parte ſecunda, quæſtione decimaoctaua, articulo primo, numero decimoſeptimo, & articulo ſecundo, numero decimonono, ſeqq.* Vbi enim minor enormiſſimè læ-
b ſus eſt, prę ſumitur a iure deceptus [b], quia in enormiſſima læſione dolus re ipſa oritur, a iure præſumptus; vnde iſto caſu iuramentum generaliter nihil operari, ſcripſerunt Cæphal. *conſil.* 34. *numero vndecimo, iuncto nume.* 37. *ſequentib. & conſil.* 142. *iuncto num.* 43. *ſeqq. volum. primo, & conſ.* 208. *nume.* 8. Et de magis communi teſtatur Steph. Lamberteng. *in tract. de contract. eorum &c. gl. fin. num.* 88.

13 Nec iſto caſu aliquid facit deciſio ex aduerſo deducta, quia in ea non dubitatur de nullitate donationis ob minorem ætatem, cum ibi donãs eſſet maior xx. annorum, & ſic habebatur pro maiore ex Vrbis ſtatuto, quod in Peruſina ciuitate adeſſe non apparet.

14 Secundo, quando in aliquibus caſibus ſpecialiter iura permittunt, minores donare, tunc ſine dubio non, niſi cũ Iudicis decreto, id facere poſſunt, Bertrand. *conſilio* 188. *numero decimoquarto, volumine tertio.* Socin. *conſil.* 130. *columna prima, libro primo.* Hippolyt. Riminal. *Inſtitut. de donatio. §. primo, numero* 201. Menoch. *de arbitr. libro ſecundo, caſu* 171. *numero quadrageſimoſexto.* Et Iudicis decretum debet intelligi de interpoſito a compe-
c tenti [c] Iudice; ſecus ab incompetenti. *l. prima, & per totum. C. ſi a non competen. iud. l. ſi prædium. C. de præd. min.* Bero. *conſilio vigeſimoſecundo, numero quadrageſimoſexto, ſequent. volumine ſecundo.* Prout in caſu noſtro incompetens fuit poteſtas Drutæ; Tum quia regulare eſt, omnes Iudices minores, & caſtrorum poteſtates non habere auctoritatem interponendi decreta, vt poſt Angelum, & alios quos allegat, concludit Simoncell. *de decreto, libro tertio, titulo ſeptimo, numero trigeſimonono, & quadrageſimo.* Tum etiam, quia in ciuitate Peruſina ad interponenda huiuſmodi decreta, adeſt Iudex decretorum deputatus, qui vocatur Iudex communis, vt clare legitur in inſtrumento donationis, de qua agitur: Ideo nemo alius poterat illud interponere, prout etiam in terminis declarat idem Simoncell. *vbi ſupra, libro primo, titulo primo, inſpect. prima, numero* 34.

15 Et conſequenter non obſtat delegata authoritas illi Iudici per Gubernatorem Peruſij, quia cum nec Gubernator, ſed ſolum Iudex communis illius ciuitatis talem habeat auctoritatem interponendi decreta, vtique nec illam alteri delegare poterat, per regulam *l. nemo plus. ff. de regulis iur. l. obſeruare. §. fina. ff. de offic. Proconſ. & lega.* cum alijs per Vant. *in titulo de nullita. ex defect. Iuriſdictionis deleg. numero tertio.* Vltra quod etiam authoritas interponendi decreta, maioribus magiſtratibus conceſſa, nec
d etiam delegari [d] poteſt. *l. ſecunda. ff. de offic. eius. gloſ. vltima, in l. prima. C. de præd. minor.* Barto. *in l. Imperium, numero vigeſimo. ff. de iuriſdictio. omn. iud.* Natta *conſilio* 162. *numero vigeſimo, libro primo.* Hippoly. Riminald. *conſilio quinto, nu.* 129. *lib.* 1.

16 Tertio, dato etiam quod Iudex interponens decretum, competens eſſet, adhuc tamen manifeſte, tale decretum nullum, & iniquum eſt, cũ ſine cauſa interpoſitum fuerit. *l. magis puto. §. non paſſim. ff. de rebus eorum l. ob æs. C. de præd. minor.* Neuizza. *conſilio* 556. *numero tertio, parte tertia, & conſilio octuageſimoquinto, ſub numero primo.* Rolan. *cõſilio ſeptimo, numero vigeſimo, vol.* 3. Cæph. *conſilio* 207. *numero* 28. *in fine.* Cauſę enim, quibus Iudex in donatione minoris poteſt ſuum interponere

decretum, enumerantur poſt alios per Oddum *de reſtitutio. in integr. dicta quæſt. 58. art. 1. nu. 3. ſequentib. parte ſecunda.* Et ſunt hæc videlicet, qualitas bonorum donatorum, quæ ſeruando ſeruari non poſſint; cauſa dotis, vel donationis propter nuptias: nullitas donantis modicam quantitatem; cauſa pia, & aliæ de quibus ibi per eũ. Sed in donatione, de qua agitur, nulla adfuit, nec exprimitur cauſa, ex qua ſuſtineri poſſit donatio, & ex qua moueri potuerit Iudex ad interponendum ſuum decretum: ergo tanquam continens manifeſtum, & viſibilem errorem, omnino nullum, & iniquum reputari debet. Bald. *in l. ſecũda, in vltima quæſt. ff. ſi ex noxal. cau. aga.* Alciat. *regula tertia, præſump. decima, in fine.* Natta *conſ. 162. nu. 6. in fine, vol. 1.*

17 Nec dicat quis, quod ſatis de cauſa apparet in donatione, cum dicatur, illam factam fuiſſe ob benemerita: Nam niſi benemerita ſint talia, vt ex illis minor potuerit in Iudicio legitime conueniri, minor nec etiam donare poteſt de iure communi. Aret. *conſilio uigeſimoquarto, in fine.* Natta *conſilio 173. ſub numero primo, verſic. plus voluit, & conſilio 180. numero ſeptimo, libro primo,* late defendit Simoncell. *de decret. libro primo, titulo ſecundo. Inſpect. 4. numero vigeſimooctauo, ad finem, verſ. contraria igitur, & ſequentib.* ſequitur Oddus *de reſtitutio. in integr. quæſtio. 58. articulo primo, numero octauo.* Et nihilominus ex ſimplici donantis aſſertione meritorum, non debebat Iudex moueri ad interponendum decretum, cum certum ſit in iure, talem aſſertionem, etiam iuratam, nullam facere probationem inter perſonas prohibitas donare, vt per Alexand. Dec. & alios *in l. ſi donatione. C. de collat.* Gabriel. *de donatio. concluſione prima, numero ſexageſimo, & ſexageſimoprimo,* Franc. Beccius *conſil. quinquageſimoſecundo, nu. 68.* Clar. *in §. donat. quæſt. 6. verſ. ſed hic occurrit,* & fuit deciſum in vna Romana de Caris coram Domino Blanchetto die Veneris 11. Maij.

18 Quarto, & omnibus prædictis ceſſantibus, decretum prædictum eſt nullum, quia interpoſitum à Iudice contra formam literarum Gubernatoris Peruſij, in quibus ſibi pręcipitur, quod in illius interpoſitione obſeruet ea, quæ de iure ſeruare tenetur, vt patet in illis verbis; *Aduertendoui ad oſſeruare quanto di ragione ſi deue*: Ergo nõ obſeruans ea, quæ de iure ſeruare debebat, decretum eſt nullum, defectu iuriſdictionis delegatæ. *l. diligenter. in princip. ff. manda. capit. cum dilecta. & ibi Scriben. de reſcript.* cum alijs per Vantium *in titulo de nullitat. ex defect. iuriſd. delegat. nume. 91.* Quod autem Iudex non ſeruauerit de iure ſeruanda patet expreſſe; tum, quia interpoſuit decretum, nulla prorſus cauſa motus, nedum iuſta, & ſic errauit in ſubſtantia decreti, quæ eſt cauſa: Tum etiam, quia illud interpoſuit informiter, & non ſedendo pro tribunali, prout ſedere debebat. *l. tertia. §. ſi cauſa agnita. ff. de bonor. poſſeſſ. l. natural. §. ſi quæratur,* vbi Bald. *in fin. ff. de confirma. tutor.* Duen. *regula 188. numero tertio.* Roland. *conſilio ſeptimo, numero vigeſimoprimo, ſeq. volumine tertio.* Hippoly. Riminal. *conſil. 5. num. 215. volum. 1.* & ſic errauit etiam in forma ipſius decreti.

19 Nec valet dicere, quod ex quo Iudicis decretum habet à iure præſumptionem pro ſe; ideo omnia præſumpta præſumantur ſolemniter acta, quia talis præſumptio habet locum in decreto Iudicis maioris: ſecus in decreto Iudicis municipalis, & minoris, prout fuit Poteſtas Druttæ. Marſil. *ſingul. 438. conſilio nonageſimooctauo, numero vigeſimoprimo, libro primo.* Gabriel. *titul. de ſentent. concluſione quinta, limitatione prima, numero vigeſimoſecundo.* Menoch. *de arbitr. quæſtio. caſu 4. numero ſexto, ſequent.* Roland. *conſil. 90. numero 47. volumine primo.* Et cum ex lectura inſtrumenti appareat, hanc ſolemnitatem non interueniſſe, f [f] prout quando re vera interuenit, notarius de ea facere ſolet mentionem, nullatenus præſumenda eſt etiam, quod eſſemus in diuturnitate temporis. Cæphal. *conſil. 133. numero 129. volum. primo, & conſil. 192. numero 43.* Maſcard. *de probat. libro tertio, concluſio. 1224. numero 35.* Ergo multo magis in caſu noſtro non eſt præſumenda, in qua nulla interceſſit temporis diuturnitas.

20 Quinto, donatio hæc prorſus nulla, & inualida eſt, non ſolum propter minorem ætatem, vt ſupra probaui, ſed etiam quia eſt omnium bonorum præſentium, & futurorum: quam donationem de iure inualidam eſſe, ex quo donanti aufertur libera teſtandi facultas, omnes ſciunt. *l. ſi libertas. §. ſi quis plures. ff. de iur. patron. l. prima. C. vt actio. ab hæred. vel contra. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum oblig.* Cla. *in §. Donatio. quæſt. 19. in principio.*

21 Nec iuuat dicere, quod in præſenti donatione donans ſibi reſeruauerit ſcuta 200. ad effectum teſtandi, vt patet in inſtrumento, ibi, ſolum & dumtaxat reſeruatis ducentis aureis cauſa teſtandi. Nam pro reſponſione aduertatur, quod iſta reſeruatio non ſit in donatione, ſed in promiſſione de non reuocando donationem: Donatio enim, vt clare in ea legitur, eſt generalis omnium bonorum præſentium, & futurorũ, nihil penitus donanti reſeruato, vt patet ibi: nihil excluſo. Deinde facta donatione promittit donans hanc donationem nullo modo reuocare ſolum, & dumtaxat dictis ducentis aureis reſeruatis; & ſic, vt vides, reſeruatio eſt facta quoad reuocationem donationis, non autem quoad ipſam donationem. Ita quod ſit ſenſus, Donauit donans omnia bona, nihil excluſo: ſed reſeruauit ſibi potentiam reuocandi donationem vſque ad ducentos aureos. Quare cum in donatione nihil fuerit reſeruatum, remanet prorſus nulla, & inualida tanquam à iure improbata per præallegata. Et ſi diceres, quod illa reſeruatio appoſita in promiſſione de non reuocando donationem, debet etiam referri ad ipſam donationem, cum clauſula in fine poſita referatur etiam ad omnia præcedentia. *l. talis ſcriptura. §. final. ff. de legat. primo,* cum alijs per Gabriel. *titul. de clauſulis concluſ. 9. in princ.* Reſpondeo, quod in caſu noſtro nõ poteſt talis reſeruatio facta in vno ca-

pitulo

pitulo, referri ad aliud; Tum quia capitula ſunt inter ſe ſeparata, & vnumquodq; habet claram, & determinatam diſpoſitionem, etiam abſq; relatione dictæ reſeruationis, ad trad. per eundem Gabr. *dict. concluſio. 9. numero octauo, & numero* 12. Tum etiam, quia clauſula modificatiua, qualificatiua, vel conditionalis, prout eſt reſeruatio, de qua agitur, appoſita in vna parte inſtrumenti, non refertur ad aliam, vt per Gabrielem *ibidem, numero* 11.

22 Et iſto caſu, nec etiam valet allegare iuramentum, quia donatio omnium bonorum, nec etiam cum iuramento ſubſtinetur, ſecundum magis communem, de qua per Clar. *in* §. *donatio. quæſtio.* 20. *in princip.* Duen. *reg.* 219. *in ſecunda ampliatio.* Rolan. *conſi.* 65. *num.* 1. *ſeqq. vol.* 1. Oſaſc. *deciſ. Pedemon.* 100. *nu.* 41.

23 Sexto nulla prorſus, & inualida eſt prædicta donatio, quia caret ſolemnitatibus ſtatutarijs, tum ciuitatis Peruſiæ, tum etiam Egidianę conſtitutio. Marchiæ, de qua in quinto libro, rubr. 25. volentis, donationes minorum nullam obtinere firmitatem, doloſeque extortas præſumi, ſi vltra iudicis decretum, & alias ſolemnitates, de quibus ibi, factæ fuerint ſine proximorum conſenſu. Et hanc Egidianam conſtitutionem fore ſeruandam in toto ſtatu eccleſiaſtico, dubitandum non eſt, ex bulla Sixti Quarti, & Pauli Tertij, de qua in bullario ſol. 110. & 381. parte prima. Et etiam in locis, in quibus particularia ſtatuta ſuper contractibus minorum vigent, vt per Modernos a Cyngulo *in interpretatione illius conſtitutionis, in fine, glo.* 10. *nu.* 40. *ſeq.*

24 Nec iuramentum circa iſtud defectum aliquid operabitur, quia Egidiana conſtitutio præſumit contractum doloſum, & illud metu extortum; ideo ceſſant vires iuramenti. Thob. Non. *conſi.* 108. *numero* 13. Gabriel. *conſi.* 13. *num.* 2. *volumine primo.* Natta *conſ. crim. diuerſ.* 152. *numero* 9. *& numero* 15. *in fine, & conſilio* 154. *numero* 2. *& conſilio* 155. *numero* 8. Seraphin. *de priuil. iuramen. priuil.* 62. *num.* 18.

25 Imò in ipſa conſtitutione reprobatur expreſsè dictum iuramentum, & eo non obſtante, donatio annullatur, ſi alię ſolemnitates non interuenerunt; Ideo iuramentum a ſtatuto reprobatum, non firmat donationem, ex defectu ſolemnitatum ſtatutariarum, nullam. Bald. *in l.* 1. *nu.* 2. *C. ſi aduerſ. vendit. & in tract. de ſtat. Genuen. ver. donatio, numero* 2. Natta *conſi.* 166. *numero* 27. *& ſeq. & conſ.* 173. *num.* 3.

26 Septimo eiuſdem donationis nullitatis reſultat ex defectu inſinuationis requiſitæ, tum de iure communi, §. 1. *inſtit. de donat. l. penult. C. eodem*, tum vigore ſtatuti Peruſini, tum etiam vigore conſtitutionis Egidianæ, de qua, &c. Nec obſtat iuramentum cum expreſſa renunciatione ſolemnitati inſinuationis, iuxta deciſionem Rotæ ex aduerſo allegatam, quia quicquid in ea deciſione Domini dixerint, contrarium, & ſæpius fuit reſolutum in vna Romana de Matthæis Coram Oradino *die* 14. *Nouembris* 1569. *et die* 16. *Ianuarij* 1570. vt patet in libro ſuatũ deciſionum 380. Romana bonorum de Matthæis, *&* 388. Romana de Matthæis, & coram Reuerendiſſimo D. Blanchetto in vna Rom. de Caris 11. *Maij* 1584. Quarum deciſionum copia datur, & in quibus fuit reſolutum, quod ſolemnitatibus donationis inductis a ſtatuto ad obuiandum fraudibus, prout eſt inducta inſinuatio a ſtatuto Peruſino, minimè poſſit etiam cum iuramento renunciari. Et inter alias rationes in dictis deciſionibus conſideratas, ea potiſſimum inconuincibilis videtur, quia ſi poſſet renunciari cum iuramento ſolemnitati inſinuationis in donatione a ſtatuto requiſitæ, facile eſſet eludere ſtatutum, cum ſemper tales renunciaciones procurarentur. Et certum eſt, quod eadem facilitate, qua minor donat, eadem facilitate iurabit, renunciabit, & omnia alia faciet. *l. doli.* §. *diuerſum. ff. de dol. except.* Neuizz. *conſilio* 22. *num.* 39. Cæphal. *conſilio* 25. *nu.* 28. *& ſequentibus, et conſ.* 62. *in fine, et conſ.* 142. *nu.* 55. *vol.* 1.

27 Et in omnem euentum aduertatur deciſio ex aduerſo allegata, quæ non loquitur in terminis conſtitutionis Egidianæ, nec illam cõſiderauit: & ſi conſideraſſet, dubio procul contrarium reſoluiſſet, tum quia per illud iuramentum contrarium reprobatur; Tum etiam, quia requirit ad validitatem donationis, & inſinuationem, & iuramentum; ergo unum non poteſt ſuppleri per alium, ſed vtrumque debet interuenire. *l. cum hi.* §. *ſi Prator*, & ibi Bald. *ff. de tranſactio.* Natta *conſilio* 167. *numero ſeptimo, in fine.* latè Oſaſch. *deciſio. Pedemont.* 164. *numero quinto.* Et hoc fundamentum inſinuationis deficientis ſit ex abundanti deductum, quia etiam eo omiſſo, ſatis plene ex præmiſſis de nullitate donationis conſtat.

28 Octauo, & vltimo donatio prædicta non ſolum eſt nulla, ſed etiam ſimulata, & in fraudem facta: ergo non eſt donatio, quia ſimulatus contractus, contractus non eſt. *l. qui ſub imagine*, vbi gloſ. & Bartol. *C. de diſtract. pigno. l. ſimulatè. ff. de ritu nupt. l. imaginaria*, vbi Bartol. & alij, *ff. de reg. iur.*

29 Probatur hęc ſimulatio primo ex exceſſiuitate donationis, quia ſcilicet fuerunt donata omnia bona: ſpecies enim dementię eſt, omnia bona ſua donare, quia donare eſt perdere. *l. contra iuris.* §. *fina. ff. de pact. l. prohibere.* §. *plene. ff. quod vi, aut clam. l. filiusfamilias. ff. de donatio.* & nemo tã fatuus reperitur, vt omnia bona ſua iactare, & perdere præſumatur; ideo ex donatione exceſſiua, & immoderata, vt puta maioris partis bonorum, potius fraus, quam donatio uera præſumitur. *l. omnes.* §. *latius. ff. de ijs, quæ in fraud. cred.* Alexand. *conſilio* 86. *numero tertio, libro ſeptimo, & conſilio quinquageſimoquinto, num. quinto, libro primo.* Afflict. *deciſio.* 370. *numero decimotertio.* Cæphal. *conſilio* 137. *numero ſeptuageſimooctauo, libro primo, & conſilio* 208. *numero decimoquarto, & conſilio* 210. *numero octuageſimooctauo, libro ſecundo.* latè Franciſcus Beccius, videndus omnino in hac materia *conſilio* 52. *num.* 54. 59. 71. 77. *&* 120. *in fine. lib.* 1.

Digitized by Google

30 Secũdo eadẽ ſimulatio oritur ex aſſertione meritorũ; qui enim ſimularè donare volunt, vt plurimum, ex cauſa meritorum ſe id facere aſſerunt; ideò ex tali aſſertione ſimulationẽ pręſumi, ſcripſerunt Afflict. *in c.1. in princ. num. 26. de feud. da. in vic. leg. comm.* Pariſ. *conſi. 86. num. 31. verſic. tertio ſimulatio.* Afflict. *deciſ. 370. in 3. dubio*, vbi refert, cõſilium Neapolitanum iudicaſſe, donationem factam conſanguineo ob benemerita, fraudulentam, & ſimulatam eſſe, non obſtante meritorum allegatione, ſequitur Franc. Becc. *d. conſ. 51. num. 68. & nu. 69. lib. 1.*

31 g Tertio oritur ſimulatio ex cõiunctione perſonæ [g], cui facta eſt donatio. *l. data. C. de donat. l. pen. verſ. faciliorque ſuſpicio. ff. de bon. liber.* Bartol. *in l. poſt contractum, num. 2. ff. de donat.* Bald. *conſilio 70. num. 1. li. 1.* Afflict. *d. deciſ. 370. num. 14.* Alciat. *conſi. 313. num. 2.* cum alijs per Franc. Becc. *d. conſ. 52. nu. 54. & ſeq.*

32 Quarto eſt ſimulationis præſumptio, quia donataria retrodonauit ex cauſa mortis omnia bona ſibi donata eidem filio donanti; vnde donatio præcedens multò magis pręſumẽda eſt ſimulata, per ea, quæ in propoſito adducit idẽ Franc. Becc. *d. conſ. 52. nu. 80.*

33 Quinto non leuis oritur cõiectura ex clauſula in donatione poſita, purè, verè, nõ fictè, nec ſimularè; ſi enim donatio non eſt ſimulata, quid opus eſt illud in inſtrumento exprimere? & ex hac expreſſione clariſſima, & veriſſima oriri ſimulationis præſumptionem, dixerunt Rolan. *conſi. 40. nu. 39. lib. 2.* Tiraq. *de retract. conuent. in præfat. nu. 19.* Natta *conſ. 198. n. 15.* Io. Bap. Lup. *de uſur. comment. 2. §. 1. nu. 39.* Franc. Becc. *d. conſ. 52. num. 83.* Ioſeph. Ludou. *conclu. 51. verſ. vigeſimaquarta coniectura eſt.* Menoch. *de præſump. lib. 3. præſump. 177. nu. 67. verſ. tertium eſt exemplum.*

34 Sexto ex omiſſione ſolemnitatum iuris communis, & ſtatutorũ, prout ſupra probaui, oritur ẽt fraudis & doli præſumptio, iuxta tradita per Rolan. *conſ. 60. nu. 43. ſeq. vol. 4.* Cæph. *conſ. 115. nu. 11. ſeq. lib. 1.* Maſcar. *de prob. concl. 531. num. 18.* Menoch. *de arbit. q. lib. 2. caſu 225. nu. 61.*

35 Non obſtat iuramentum, quia ſecundũ veriorem opinionẽ non ſolum non firmat contractũ ſimulatum, vt per Corn. *conſ. 135. nu. 19. ſeq. vol. 1.* Cæphal. *conſ. 118. nu. 23.* Ruin. *conſ. 132. nu. 15. verſ. Quinimo, vol. 4.* verum etiam magis arguitur ex eo ſimulatio, vt pluribus demonſtrat Franc. Bec. *d. conſ. 52. n. 12. iũcto nu. 40. 107. 108. et n. 110.*

36 Non obſtat iudicis decretum, tum quia eſt interpoſitum ſine cauſa, & ex pluribus defectibus eſt nullum, ut ſupra probaui; tum etiam, quia per illud non tolluntur ſpeciales præſumptiones ſimulationis, ſic in ſpecie reſpondet Franc. Bec. *d. conſ. 52. nu. 13. & 14. iuncto nu. 111. & ſeqq.*

37 Non obſtat, quod hic non poteſt excogitari cauſa, cur facta ſit talis donatio ſimulata; quia pro cauſa ſufficit allegare, quod donans habebat h capitales inimicitias [h], tẽpore donationis. Clar. *in pract. q. 78. verſ. fraus autem.* Menoch. *de præſum pt. lib. 3. præſump. 124. nu. 7.* vbi alios adducit.

38 Non obſtat, quod in dubio contractus pręſumatur verus, & nõ ſimulatus, quia hoc procedit, dummodo in contrariũ non vrgeant ſimulationis coniecturæ, quæ iſto caſu habentur pro concludẽti probatione. Clar. *d. q. 78. uerſ. fraus autẽ.* & ſufficiunt duo ſecundum magis communem opinionem, de qua per Aym. *conſ. 156. nu. 4.* Rol. *conſ. 40. nu. 21. ſeq. lib. 2.* Oſaſ. *deciſ. Pedem. 42. n. 2.* Gram. *deciſ. 76. nu. 30.* latè Franc. Becc. *d. conſ. 52. nu. 41. ſeqq. 47. ſeqq. 91. & ſeqq. & nu. 119.*

39 Non obſtat demum, quod in dubium iudicandum eſt contra fiſcum, quia agit ad pęnam. *l. non puto, de iure fiſci*, Cæphal. *conſi. 326. num. 45. vol. 3.* Quia nos non ſumus in dubio, ſed in claris. Et tamen dato ẽt quod eſſemus in dubio, ex quo non agitur ad pęnam corporalem, ſed ex contractu, nec contra fiſcum, ſed pro fiſco iudicandum eſt, vt per Cuma. Alex. Rip. & alios *in l. 1. ff. ſolut. matrim.* Neuiz. *in Sylu. lib. 6. nu. 47. verb. Item in dubio contra fiſcum.* Natta *conſ. 42. in fine.* Couar. *uariar. reſolut. lib. 1. cap. 16. nu. 3.* & in terminis reſpondet Franc. Beccius *d. conſi. 57. nu. 19. iuncto num. 124.* Concludo ergo, quod donatio, de qua agitur, non ſolum nulla, ſed etiam ſimulata euidenter ex præallegatis apparet.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Præſumptiones ſimulationis.* Pro hac opinione, quod iuramentum tollat exceptionem ſimulationis, addo Deciſ. Pedemon. 42. *nu. 6.* vbi loquitur de iuramento aſſertorio, in eo, ſcilicet, qui iurauit, omnia, & ſingula in cõtractu expoſita, fuiſſe, & eſſe vera, & ibi teſtatur de magis communi opinione, pro qua vide etiã plures alios Doctores idem teſtantes, relatos per Maſcar. *de proba. li. 1. concluſi. 447. nu. 23. & nu. 38. & 39.* Contrariũ, quod imò iuramentum non firmet contractum ſimulatum, vltra allegatos infra numero trigeſimonono, tenuerunt plures alij relati per eũdem Maſcard. *dicta concluſio. 447. nu. 33. 34. 44. & 45.* Ioſeph. Ludou. *concluſio. 51. verſic. & quando adſunt, & ſequent.* vbi loquitur & ampliat, etiam non perita abſolutione, *& verſic. vigeſimaprima coniectura, &c.* Vbi amplius, quod immo ex iuramento oritur maior pręſumptio ſimulationis, quod & idem dixit Ioan. Baptiſta Lup. *in tract. de vſur. comment. ſecundo. §. primo, numero 36.* reprobato Bald. ibi per eum relato, contrarium dicente: pro concordia potes dicere, prout etiam aduertit Maſcard. *dicta concluſio 447. numero 38.* quod prima opinio procedat in iuramento aſſertorio; ſecunda autem in iuramento promiſſorio: ſed certè hæc diſtinctio penitus confirmat primam opinionem, quia hodie nullum celebratur inſtrumentum, in quo etiam non apponatur iuramentum aſſertorium; & ſic ſecundum eam ſequeretur, quod hodie nunquam poſſet dari de ſimulatione inſtrumenti: idcirco verius dicas ſecundum eundem Maſcard. *eadem concluſio. 447. numero 41. & 42.* vt prima opinio procedat, quãdo ex eodem inſtrumento non apparent coniecturæ,

ctturæ,

Digitized by Google

ćturæ, ſed præſumptiones ſimulationis; vel quando non petitur abſolutio a iuramento: ſecus ſi ſimulationis coniecturæ ex eodem inſtrumento appareant; vel ſi a iuramento petatur abſolutio. His enim duobus caſibus iuramentum non impedit oppoſitionem ſimulationis, vt ibi per eum; & multò magis hæc eadem exceptio poterit opponi ab hærede iurantis, ad quem effectus periurij non tranſit, vt in dicta deciſio. Pedemont. 41. *numero ſeptimo.* Nec diſſentit Maſc. *d. concl.* 447. *num.* 43.

b *Præſumitur a iure deceptus.* Quod dolus, & fraus præſumatur ex enormi, vel enormiſſima læſione, ſicut communiter a Doctor. receptum eſt, ita pariter probatur *in l. omnes. §. Lucius, &c. ff. de ijs, quæ in fraudem cred. l. ſi ſuperſtite, verſic. ſane. C. de dolo. cap. nuper hoc. de renuncia.* Dec. *in l. fraudis, numero tertio. ff. de regul. iur.* Alciat. *in cap. cum contingat, num.* 77. *ad finem, de iur. iur.* Couar. *in cap. quamuis. de pact. in ſexto par.* 3. §. 4. *numero quinto, & variar. reſolut. libro ſeptimo, capitulo quarto, numero quinto.* Bald. *conſil.* 55. *numero ſexto, libro tertio,* Socin. *conſil.* 214. *numero nono, & conſil.* 265. *numero ſecundo, libro ſecundo.* Roman. *conſil.* 54. *numero quarto, & conſil.* 68. *numero tertio, verſicul. præſumit enim ius.* Dec. *conſil.* 29. *numero ſexto, verſicul. Nam ex enormi.* Ruyn. *conſil.* 98. *numero* 26. *libro primo, & conſil.* 140. *numero decimo, verſicu. nec prædictis. libro quarto.* Aymon *conſil.* 192. *numero tertio, & conſil.* 142. *numero primo.* Marian. Socin. *conſil.* 98. *numero* 26. *libro* 2. Crot. *conſil.* 120. *numero* 23. *libro primo.* Curt. iun. *conſil.* 141. *numero* 6. vbi de communi, prout illum refert Villalob. *in communi opinio. littera D. nume.* 91. Cæphal. *conſil.* 467. *nume.* 12. Roland. *conſil.* 59. *num.* 25. *libro primo.* Maſcar. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 815. *nume.* 58. *& lib.* 1. *concluſ.* 531. *num.* 20. *ſeqq.* Vbi de materia, & alios refert concordantes, *& num.* 28. declarat hoc procedere in enormiſſima læſione; ſecus ſi non ſit enormiſſima, ex allegatis ibi per eum. Menoch. *de præſumpt. libro quinto, præſumpt.* 3. *numero* 69. *ſeqq.* vbi alijs relatis concordantibus contra Maſcard. eo loci ampliat hanc præſumptionem, nedum in læſione enormiſſima, ſed etiam in enormi; ea præſertim ratione motus, quod contra legem diuinam ſit, in omni negotio proximum ſuum fraudare, vt habetur apud Diuum Paulum ad Theſſalon. cap. quarto; Ne quis ſupergrediatur neque circumueniat in negocio fratrem ſuum. Et relatum eſt *in cap.* 1. *de emptio. & venditio.* Brunor. a Solo *in ſuo compend. iur. verſ. dolus præſumitur ex enormiſſima, vbi alios refert, & in verſic. fraus & dolus* vbi pariter loquitur de enormi læſione, & concordantes affert.

c *Competente Iudice.* In interponendis decretis in contractibus mulierum ſeu minorũ, quinam ſint competentes iudices, vide omnino Boccac. *in conſtitut. Marchiæ, gloſ.* 4. *numero trigeſimoſeptimo. & omnibus ſeqq.* Vbi *numero* 38. dicit, quod Præſides Prouinciæ ſunt competentes iudices in interpoſitione Decreti. *& numero* 44. Vbi idẽ de Auditoribus, ſeu Locumtenentibus dictorum Præſidum. *& nu.* 39. *& ſeqq. vſque ad num.* 44. Vbi quod de conſuetudine poteſtates Terrarum ſi ſunt iuris periti, poſſunt interponere decretum. Et idem ſi imperiti, dummodo decretum interponant in præſentia eorum aſſeſſoris periti: ſecus autem, ſi ſint idiotæ, & ibi alia ponit ad materiã iſtorum Poteſtatum. *& nu.* 54. vbi quod Iudices Pedanei non poſſunt interponere decreta. *& nu.* 55. *& plurib. ſeqq.* diſcurrit de omnibus iudicibus Vrbis, quinam ſcilicet poſſint, vel non poſſint interponere huiuſmodi decreta. Quamuis hodie hæc diſputatio ceſſet, cum in eadem Vrbe habeamus deputatos Iudices ad illam interponendum priuatiue quoad alios.

d *Delegari poteſt.* Vide in propoſito Simoncell. *in tract. de decret. lib.* 1. *tit.* 1. *inſpect. ſecunda, numero* 77. *& ſeq.* vbi facit concluſionem, quam dicit communem, quod ſcilicet decreti interponendi authoritas delegari non poteſt, quod & idẽ probauit Boccac. *in conſtit. Marchiæ, gloſ.* 4. *num.* 53. Verum hæc concluſio limitari, ſeu potius declarari videtur pluribus modis: & primo, vt non procedat in terris Eccleſiæ, & iure Canonico, ſecundum quod huiuſmodi authoritas delegari etiam poteſt, ſecundum Simonc. *in loco præcitato, num.* 82. Secundo in delegato Principis, vt per Virg. Bocacc. *vbi ſupra d. num.* 53. Tertio in eo Iudice, qui in locum abſentis remoti, vel mortui eſt ſuffectus, qui non delegatam, ſed ordinariam dicitur habere iuriſdictionem. Simoncell. Vbi ſupra *d. nu.* 77. *in fine, & ſeq.* Quarto in Locumtenente Præſidis, qui pariter non delegatam, ſed ordinariam dicitur habere iuriſdictionem; & propterea decreta interponere non prohibetur: licet ſecus in Auditore, qui non, niſi delegatam, dicitur habere iuriſdictionem. Simoncell. *ibidem du.* 81. Vbi tamen ex Bar. in loco per eum relato concludit, quod quicquid ſit de iure, hodie de conſuetudine etiam Aſſeſſores interponunt decreta.

e *Pro tribunali.* Veriſſima eſt iſta regula, quod ſcilicet decretum Iudicis interponi debeat in loco iudicij, & Iudice ſedente pro Tribunali, ad cuius comprobationem, vide Virg. Boccac. *in conſtit. Marchiæ gl.* 4. *num.* 28. Et quidem hæc eadem regula bene procedit in decreto Iudicis requirente cauſæ cognitionem, prout eſt, quando interponitur in actu contentioſæ iuriſdictionis: ſi vero interponatur in actu voluntariæ iuriſdictionis, quo caſu non requiritur cauſæ cognitio, & tunc non videtur prohibitum illum interponi poſſe, etiam in plateis & campis; ac Iudice non ſedente pro tribunali, prout ſic diſtinguendo concordat contraria Stephan. Lamberteng. *in tract. de contractib. eorum, &c. gloſ.* 14. *quæſt.* 8. *num.* 23. *& ſeqq.* Vbi ex hoc infert, de iure decretum interponendum in contractu mulierum vigore ſtatuti, non eſſe neceſſe, quod interponatur a Iudice ſedente pro tribunali, quamuis de conſuetudine huiuſmodi decreta ſolent interponi, vel in domo Iudicis, vel contrahentium, prout etiam de eadem conſuetudine teſtatur Virg. Boccac. *d. gl.* 4. *num.* 35.

f *Solemnitatem non interueniſſe.* Practicabilis eſt iſta materia, An ſolemnitas alicuius actus, quæ

alias prę̨ſumeretur ex temporis diuturnitate, pręſumatur, quando ex facie & lectura ſcripturæ, vel actorum, in qua, ſeu quibus talis ſolemnitas interuenire debebat, eam non interueniſſe appareret. Ad quam vide Curt. iunior. *conſil. trigeſimo numero quarto.* Gozzadin. *conſ.* 72. fere per totum. Aymon Crauet. *de antiquit. tempor. parte tertia, in princ. nu.* 27. *& ſequentib. & eadem parte tertia, sect. vidimus in genere, num.* 35. vbi in ſpecie de decreto iudicis, de quo particulariter etiam per Simone. *in tit. de decre. libro tertio, tit. ſeptimo, num.* 33. *& ſequentib.* Vbi facit concluſionem cum duabus declarationibus, *& nu.* 36. Vbi generaliter de materia, de qua etiam per Vant. *in tract. de nullitat. in tit. de nullit. ex defectu citationis, num.* 14. Vbi loquitur de ſolemnitate citationis, de qua etiam per Stephan. Lamberteng. *in tract. de contracti. eorum, &c. gloſſ.* 7 *num.* 70. Et de materia, *num.* 71. *& ſeq.* Vbi diſtinguit, & diſtinctionem ibi videas, *iuncto nu.* 59. 60. *&* 66. vbi etiam omnino videas. Rolan. *conſ.* 2. *num.* 1282. *& ſeq. libro primo.* Cæph. *conſ.* 47. *num.* 1. *& ſeqq. libro primo,* qui pariter diſtinguit, *& conſil.* 135. *num.* 129. *eodem libro primo, & conſil.* 162. *num.* 19. *libro ſecundo.* Hercul. *de negat. num.* 167. *& ſeqq. vſque ad num.* 194. Vbi pariter pulchre declarat. Virg. Boccac. *in conſtit. Marchiæ, gl.* 8. *nu.* 302. Hie. de Mon. Brix. *de finib. regen. cap.* 105. *nu.* 17.

g *Ex coniunctione perſona.* Non ſemper vera eſt iſta præſumptio oriens ex cõiunctione perſonæ, quamuis illa videatur communiter recepta, prout ad eius comprobationem addi etiam poteſt Ant. Gomez. *in tit. de confiſcat. bonorum, ſub nu.* 4. Clar. *in pract. quæſt.* 78. *ſub verſ. Fraus autem, cum alijs relatis* per Maſcard. *de probat. libro primo, concluſio.* 446. *numero octauo, & concluſio.* 558. *numero decimoſeptimo, & concluſio.* 815. *numero decimo, libro ſecundo.* Vbi *numero vndecimo* ampliat, etiam in perſona domeſtica, *& num.* 65. Menoch. *de præſumpt. libro tertio, præſumpt.* 124. *num.* 28. *&* 29. Vbi quod iſto caſu appellatione coniunctæ perſonæ, venit vxor, & quilibet alius, cui quis imperare poteſt. Item & negociorum geſtor, & etiam amicus magna amicitia coniunctus. Quoniam ſolam iſtam præſumptionem non inducere ſimulationem contractus, verius crediderunt Papien. *in pract. in verbo, ſecundo ſi donauit, fol. mihi* 31. Iaſ. *in* §. *Item ſi quis. numero quadrageſimoprimo. Inſtitut. de action.* Boſſ. *in tit. de bonorum publicat. nume.* 46. licet referat Quirin. *in l. poſt contractum. ff. de donat.* teſtantem in pract. ſeruari, quod ſola iſta coniectura ſufficiat ad præſumendum alienationem ſimulatam, & in fraudem fiſci. Maſcard. qui alios refert *d. concluſio.* 558. *numero* 18. *& d. concluſio.* 815. *numero* 12. *& ſeqq.* Vbi amplius, quod in aliquibus caſibus, ſanguinis coniunctio tollit ſuſpicionem ſanguinis. Menoch. *de præſumptio. libro tertio, præſumpt.... numero* 23. *& ſeqq.* vbi concludit, quod ex alienatione, ſeu donatione omnium bonorum facta coniunctæ perſonæ, fraus nõ præſumitur, quando non concurrit cauſa fraudis, puta inimicitia capitalis, vel aliqua alia coniectura etiam leuis.

h *Capitales inimicitias.* Declara, vt per Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 134. *nu.* 7.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

De comburente, ſeu lacerante ſcripturas, quod teneatur ad damna, & intereſſe partis, cuius erant ſcripturæ: quomodo huiuſmodi damna, & intereſſe probentur: & an iuramento damnum paſſi: quomodove, & per quem probandus ſit tenor, ſeu qualitas ſcripturarum combuſtarum, & laceratarum.

SVMMARIVM.

Confeſſio partis ſuperat omnes alias probationes, num. 1. *& num.* 21.

Subtrahens probationes aduerſarij condemnatur, iuxta eiuſdem aduerſarij iuramentum in litem ad damnati intereſſe, numero 1. *verſic. quamuis enim, & per totum conſilium in diſcurſu, vbi de materia, de qua etiam in addit. littera A.*

Impediens teſtis examẽ facit, vt teſtis impeditus habeatur pro corrupto, nu. 1. *in fine.*

Comburens ſcripturas alicuius tenetur ad damna, & intereſſe damnũ paſſi, quæ probantur ipſius iuramẽto in litem, etiã non probato tenore ſcripturarum, num. 1. *& omnibus ſequentibus, in diſcurſu, vbi de materia.*

Iudex criminalis debet condemnare reum etiam ad intereſſe ciuile, nu. 2. *in fine.*

Comburens ſcripturas habet contra ſe præſumptionem, quod ſouet iniuſtam cauſam, & ſi contrarium prætendit, ei incumbit onus probandi, nu. 3.

Præſumptionem habens contra ſe debet ſuam intentionem probare, nu. 3. *in fine, & nu.* 26. *vbi quod iſto caſu probatio debet eſſe clariſſima, & concludentiſſima.*

Legatarius non poteſt legatum propria auctoritate capere, ſed debet capere de manu hæredis, nu. 4. *& nu.* 13. *& nu.* 22.

Exequutores teſtamenti tenentur reddere rationem, num. 4. *& num.* 24.

Adminiſtrator quilibet tenetur reddere rationem ſuæ adminiſtrationis vna cum reſtitutione ſcripturarum, num. 4. *& nu.* 25.

Aſſertioni iurantis non creditur in vtilitatem ipſius aſſerẽtis, nu. 5. *in fine.*

Comburens, ſeu lacerans ſcripturas, non habet præſumptionem contra ſe, quando is erat nobilis & bonæ famæ, nume. 6.

Fama bona in genere non tollit probationes in ſpecie, nu. 6.

Teſtamentum Patris inter liberos valet ſine ſolemnitatibus iuris, nu. 7.

Princeps poteſt concedere facultatem condendi teſtamentum ſine ſolemnitatibus iuris, nu. 7.

Rationis diuerſitas facit, vt non ſit facienda illatio de vno ad aliud, nu. 8.

Conſuetudo non inducitur in his, quæ conſiſtunt in libera facultate alicuius, nu. 8. *in fine.*

Actus

Actus præſumitur factus iuxta exequutionem præcedētis tractatus,nu.9.
Præſumptio vna tollit aliam,nu.12.
Hæredes ſunt Domini ſcripturarum teſtatoris,nu.13.
Lacerans ſcripturas tenetur ad omnia damna,& intereſſe damni paſſi nume. 13. in fine etiam non probata releuantia ſcripturarum aliter , quam per iuramentum de damnū paſſo,nu.14.
Laceratio ſcripturarum præſumitur facta dolo & malo animo, nu.14.& nu.25.verſ.Primo quia.
Iuramentum in litem maxime regulatur a poſſibili & a veriſimili,nu.15.& nu.16.
Legatum cenſetur ademptum per teſtatorem per ſuperuenientem inimicitiam,nu.16.
Principij ordo ſequentia declarat,nu.17.
Voluntas aliquid faciendi ſemper præſumitur durare numero 17.
Comburens,lacerans ſeu aliter occultans alienas ſcripturas,tenetur pœna falſi,nu.20.tenetúrque ad damna,& intereſſe partis iuramento liquidanda,dicto,nu.20.
Exequutor teſtamenti non poteſt officium ſuum alteri demandare,nu.23.
Exequutor teſtamenti nullam habet authoritatem , niſi adita hæreditate,nu.23.
Combuſtio ſcripturarum ſemper præſumitur facta in vtilitatē comburentis,& in damnum Domini ſcripturarum , nu. 25.verſ.Secundo quia.
Corpus delicti probatur coniecturis , quando eſt occultum , & difficilis probationis nu.27.in fine.
Tortura an fuerit illata ſuper veritate delict.an vero ſuper ſocijs & complicibus,non eſt attendenda reſponſio de interrogatorio iudicis,nu.28.
Tortura data cum proteſtatione de non præiudicando , proteſtatus non prodeſt reo confeſſo,etiam quod in eo perſiſtat num.28.

CONSILIVM XLIII.

Reſponſum Vincentij Parentij ſacræ Aulæ aduocati.

1 ADSIT DEVS. Circumſcripta pœna criminali,pro qua ſcribere non intendo, cum
pertineat ad fiſcum , ſed pro intereſſe ciuili Illu-
ſtriſſimorum fratrum bon. mem. Cardin. Rambuglietti , dico quòd cum ex confeſſione partis
aduerſæ,quæ ſuperat oēs alias ꝓbationes, Aym.
*conſ.175.n.1.*probetur clare,quod ipſa pars aduerſa ſcripturas cōbuſſerit,in quib. erāt codicilli,ex
quibus prętēditur pro parte dictorum hæredum
fuiſſe reuocatum legatum , quod cōtinebatur in
teſtamento eiuſdem Cardinalis de bonis Italiæ,
dico igitur,negari non poſſe,quin eadem pars ad
uerſa condemnari debeat ad damna & intereſſe,
quæ oſtendunt ijdem Domini fratres hęredes pa
ti ex ipſa cōbuſtione ſcripturarum.Quāuis enim
qui allegat voluntatem aliquam alicuius teſtatoris,eam perfectam,& non ſimpliciter præparatam probare debeat,vt ſonant omnia ex aduerſo
deducta , hoc tamen procedit , quando ageretur
contra alium,quam contra illum, qui ſubtraxit,
vel cōbuſſit ſcripturas,ex quib. aſſerit actor ꝓba
re id,quod prætendat : nam contra talem ſufficit
probare,quod is furto ſubtraxerit,ſeu combuſſe-

a rit; & ſic facultatem probandi abſtulerit , [a] vt eſt
tex.in l.ſi de poſſeſſione. vbi notant omnes. C. de prob.
tradit Hoſt.*in cap.peruenit.1.in verbo.oſtendit.* vbi
optime diſtinguit Henric.Boich. *nu.2.de teſtib.cogen.*id procedere affirmans,quando probatur ſub
tractio partis aduerſæ,& ibi Fel.*in 2.col.ibi in verſiuribus.*optime Abb.*in c.accepimus ſub n.4.*vbi Felyn.*ſub nu.15.de fid.inſtr.*Boer.*dec.292.in fine.*Vnde cum in caſu noſtro probetur plene ipſa combuſtio facta per partem aduersā de ſcripturis bo.
mem.Cardinalis,in quibus erāt dicti codicilli reuocatorij,dico, quòd ſatis probatur concludenter,quod dicti codicilli talem reuocationem con
tinerent,per prædicta & optime facit gloſ.*in cap.
cum cauſam.in verb.compellas.de teſtibus,*quod cō-
b tra impedientem [b] examen teſtis habetur pro producto & probante.

2 Et conſequenter negari non poteſt,quin con
tra ipſam partem aduerſam,quæ ita cōbuſſit, deferri poſſit iuramentum in litem,ex quo colligatur perfecta probatio dictæ reuocationis. Bal. *in
l.1.§.ſed hic dubitatur.C. de fid. inſtr.* Aym. *conſ.6.
ſub nu.*8.Dec.*conſ.521.nu.*18.Plo. *in l.ſi quando nu.
653.& nu.707.& 714.C.vnd.vi.*prout pariter nec
negari poteſt, quin hodie debeat ferri generalis
condemnatio ob damna,& intereſſe, quæ patiūtur ex huiuſmodi cōbuſtione , ad quæ damna &
intereſſe omnino cōdemnari debet, vt eſt tex. in
termin.*in c.ſi quis de cleric.* 12.*q.*2. & trad. Abb.*in
d.c.accepimus ſub dicto nu.4.verſ.ego dico.*& ibi Fely.*dicto nu.15.verſ.ſed tenetur ad intereſſe partis,de
fid.inſtr.* hoc enim intereſſe quod illud legatum
fuerit reuocatum, poterit probari in exequutione vel per ſolam iuris præſumptionem, ſtante dicta combuſtione,vt ſupra deductum eſt ; aut ſaltem per iuramentum in litem,vt ſupra etiam deductum eſt: Hodie autem condemnatio in genere ad dicta damna & intereſſe denegari non poteſt , iuxta *d.c.ſi quis de clericis* , cum iudex criminalis parti atteſtanti pro ſuo intereſſe, reum in
intereſſe ciuili condemnare debeat. Aym.*conſ.14.
num.6.*

3 Nec obſtat,quod pro parte aduerſa deducitur,
ſcripturas cōbuſtas fuiſſe nullius momenti,quia
nihil probant: nam aduertendum eſt,quod cum
is,qui combuſſit,habeat præſumptionem contra
ſe,vt per Aymon. *d. conſ.6. ſub nume.* 8. Vbicunque plene probata eſt ipſa combuſtio , facta per
partem aduerſam,tūc ipſe debet clare probare iuſtam cauſam fouere,ad hoc,vt non habeatur pro
cōuicto,vt bene in ſua diſtinctione declarat Hēric.Boich. *in d. c. peruenit ſupradicto.* Stante ergo
huiuſmodi combuſtione , non ipſa pars Dominorum Hæredum debet probare , vt ex aduerſo
prætenditur,ſed ipſamet pars aduerſa,quæ combuſſit,ꝓbare debet, ſe bonam cauſam fouere, qꝛ
ſcripturæ non ſint authenticæ,vt bene per Henrich.loco ſupradicto,& in hoc ęquiuocat pars ad
uerſa,& Domini ex aduerſo ſcribentes , dum volunt,quod Pars Dominorum Hęredum probare
debet,quia hoc verum eſſet, ſi nō probaretur ple
ne combuſtio partis aduerſę:ſed probata combu
ſtione,pars comburens probare debet , ſe fouere

bonam cauſam per prędicta,& hoc ſapit rationē, quia iam, vt dixi, contra partem comburētem eſt præſumptio, vt per Aym. *d.conſ.6.n.8. cum alijs al legatis*,& vbi prēſumptio eſt pro vna parte, is qui præſumptionem contra ſe habet, probare debet, vt per Marſ. *ſing.451. verſ. item vbi praſumptio.*

4 Hoc firmato, quod ipſa pars aduerſa debeat docere de ſua bona cauſa, dico, quod ex deductis ex aduerſo, eam non docet: dū enim primo loco adducitur, quod ipſi poterāt huiuſmodi ſcripturas cōburere, eo quod eſſent legatarij rerum Italiæ, & in eis hæredes non ſe poſſunt intromittere, dico, quod cum ipſi eſſent legatarij, & Domini fratres eſſent hæredes, eorum legata minime licite capere poterant, niſi de manu hæredis, *l.1. in princip.& §.rediguntur.ff. quorum leg.* & dum ipſi aſſerunt tanquam procuratores executorum hoc feciſſe, reſpondetur, quod ſicut exequutores tenebātur rationem reddere hæredi, iuxta tradita per Iacob. a Lansb. *in tract. de exec. vlt. volunt. vol.5.* ita & ipſi tanquam procuratores exequutorum, cū quilibet adminiſtrator teneatur reddere rationē *l.1.§.offic. de tut.& ration. diſtr.* in redditione autē rationum continetur, vt ipſæ ſcripturæ etiam hęredi reſtituantur, vt eſt tex. in terminis *in l. ſi ita fuerit ſocius, §.1. in fine. de manum. teſt. l. cum ſeruus, circa fin.*& ibi Pau. de Caſt. *circa princ. de cōd.& demonſt.* cum igitur debuiſſent hæredibus exhibere ſcripturas, illaſque etiam reſtituere, eis nullo modo fuit commiſſa facultas comburen. ideo cum illicite hoc fecerint, intrant ſupradicta.

5 Nec obſtat, quod ambo legatarij aſſerunt illas ſcripturas fuiſſe nullius momenti, qa non erant codicilli authentici; Nam cum hęc aſſertio tēdat ad dictorum aſſerentiū vtilitatem, eis nullo modo creditur, *l. nullus, de teſtib. cū vulgarib.* Et dictū Claudij, qui ad eius etiam vtilitatem aſſerit, nullius eſt momenti, *dict. l. nullus*,& quia etiā omnes tractant de ſe exonerando; ita vt eis credi non debeat, Aym. Crau. *conſ.112. nu.10.*

6 Nec obſtat, qđ Dominus Aduerſarius habeat præſumptionē pro ſe, tanq̄ nobilis, & eius bona fama ꝓbetur, quoniā hæ prēſumptiones poſſent operare, ſi non conſtaret, ꝙ ipſi cōbuſſiſſent ſcripturas deliberato cōſilio,& ita loquitur Menoc. *in conſ.48. nu.19.* ex aduerſo allegatus: qa ibi cum Protocollum non fuiſſet pęnes illā nobilem mulierem, propter eius nobilitatem, non prēſumebatur laceraſſe,& falſum commiſiſſe: ſed cum appareat pleniſſime, quod pars aduerſa combuſſit, & ſic quod in hoc deliquit, bona fama in genere nō operatur, ex quo in ſpecie conſtat, quod dolum commiſerit, comburendo. Marſ. *conſ.44. num.21.* Tunc enim minor prēſumptio in ſpecie eſt, quod ideo illicite combuſſerit dictas ſcripturas, quia contra partem aduerſam facit. Aym. *dicto conſ.6. num.8.*

7 Excluſa igitur probatione per aſſertionē partis aduerſæ, videndum eſt, an ea, quę deducuntur ex aduerſo, probent, in illis ſcripturis nō potuiſſe contineri eoſdem codicillos authenticos,& in hoc ſolum duo deducuntur. Primum, ſcilicet, quod de codicillis debuiſſet rogari notarius, nec ſufficiebat præparatio ad codicillandum, per infinita, quæ ex aduerſo deducuntur. Sed hoc fundamentum probationis ſatis leue oſtenditur, ex quo Cardinalis habebat facultatē ſola eius ſcriptura, vel ſubſcriptione teſtandi, codicillandi, diſponendi,& murandi ea, quæ prius diſpoſuerat, vt in facultatibus ei conceſſis expreſſe legitur: non eſt autem dubium a Principe ſibi potuiſſe concedi; ſicut enim lex hoc concedit, vt patri inter liberos, *l. fi. C. famil. erciſcun. cum ibi not.* Ita & Princeps hoc concedere potuit,&c. *§. Sed & quod Principi. Inſtit. de iur. natur. gent.& ciuil.* vnde cum ſatis eſſet, quod ipſe Cardinalis ſua ſubſcriptione duntaxat declaraſſet voluntatem ſuam aliter diſponendi de bonis Italiæ, quam in teſtamento continebatur, hoc qđ ex aduerſo deducitur, non oſtendit, videlicet, inter dictas ſcripturas combuſtas non potuiſſe eſſe aliquam ſcripturam manu teſtatoris ſubſcriptam, quæ hanc diſpoſitionem contineret, quod nobis ſufficit, & habebunt locum ea, quæ ſupra deduxi.

8 Secundum etiam, quod deducitur, eſt, quod Cardinalis teſtamentum, quod fecerat, voluit per Notarium rogari,& voluit illud deponi pœnes ædes ſacras, & ex hoc inferunt DD. ex aduerſo ſcribentes, quod ſi codicillos authenticos feciſſet, ſimiliter illos voluiſſet per Notarium rogari, & apud ædes ſacras deponi. Sed huic fundamento facile reſpondetur, quia dum teſtamentum fecit, id potuit facere aperte, quia in eo diſponebat in vtilitatem ſuorum familiarium, in quorum manibus vitam ſuam habebat. Dum vero codicillos faciebat, diſponendo de bonis Italiæ aliter, quam in teſtamento contineretur, id tēdebat in damnum illorum, qui erant pœnes ipſum, in quorum manibus vitam ſuam habebat: Ideo tanquam prudens vir, voluit huiuſmodi diſpoſitionem ſecretam facere, ne ſuos familiares ſibi odioſos redderet. Stante ergo diuerſitate rationis, de vno ad aliud inferri nō poteſt, *l. Papinianus. de minor. cum vulgar.* Vltra quod erat in facultate Cardinalis diſponendi coram notario,& teſtibus, vel etiā ſecrete per propriam ſcripturam, vt dictum eſt: in his autem, quæ conſiſtunt in libera facultate alicuius, non poteſt allegari conſuetudo, ad tradita *in cap. cum eccleſia, de cauſ. poſſ.& propr.*

9 Ex quo igitur ex aduerſo debet probari bona cauſa ex his, quæ ex aduerſo deducuntur, non poteſt dici legitime probatum, quod inter ſcripturas combuſtas non potuerint eſſe codicilli, vel ſubſcripti manu Cardinalis, in quibus diſponeretur de bonis Italiæ, per ſupradicta. Imò maiores præſumptiones ſunt pro hac parte, quod in dictis ſcripturis adeſſet huiuſmodi diſpoſitio. Primò, quia Cardinalis tractauit de faciendo huiuſmodi diſpoſitionem, quia fecit ſibi tranſmitti minutam, de faciendo huiuſmodi diſpoſitionem vt plene probatur,& in facto dicitur: prēſumitur autem aliquid factum, iuxta exequutionem præcedentis tractatus, Alciat. *de præſumptio. reg.2. præſumpt.24.*

10 Secūdo, quia poſt habitam huiuſmodi minu-

tam

Digitized by Google

tam, Cardinalis ipſe vltra ſolitum clauſus, in ſuo cubiculo, ſcripſit manu ſua per aliquot dies, & id ſecrete fecit ab omnibus ſuis familiaribus: quod tanto magis arguit feciſſe hoc in exequutionem præcedentis tractatus, vt ſcriberet huiuſmodi diſpoſitionẽ clam a ſuis familiaribus, cũ in alijs negocijs non ita ſoleret cauere a ſuis familiaribus.

11 Tertio, quia cum paulò poſt huiuſmodi receptam minutam, & ſuas ſcripturas factas, ſecreto a familiaribus retinuit ſemper pęnes ſe claues dictarum ſcripturarum, quas prius relinquebat in manibus Claudij; hoc autem non poterat cenſeri factum ob aliud, niſi, quia nolebat, quod Claudius videret huiuſmodi diſpoſitionem, quę ad eius præiudicium tendebat: vir enim prudens nihil cenſetur feciſſe ſine cauſa.

12 Quarto, quia probatur etiam ex confeſſione eiuſdem Claudij, quod paulò ante receptã minutam, & poſt id qđ Cardinalis ſecreto ſcripſit, & dum vixit Cardinalis, iã cęperat proſequi odio eundem Claudiũ: veriſimile eſt ergo, ꝙ voluerit reuocare tam amplũ legatũ ei factum. *l.3. in fine, de adimen.leg.* Quæ præſumptio quamuis forſan poſſet habere difficultatem, ſi non haberemus p̄ſumptionem, quæ transfunderet onus probandi in partem aduerſam, vt ſupra deductũ eſt ex Henric. Boich. & alijs ſupra dictis, ex quo tamen parti aduerſæ incumbit onus probandi, vt in ſuis ꝓbationibus vtitur dumtaxat præſumptionibus, & cõiecturis, dico, quod huiuſmodi præſumptio pro parte hæredum ſatis probara dicatur, cũ vna præſumptio tollat alteram, & vna etiam ex altera oriatur. *l. Dinus. de in integ. reſtitut. cum vulgar.*

LAVS DEO.

Reſponſum Tiberij Ceraſij, tunc ſacræ aulæ aduocati, & modo Illuſtriſſimi, & digniſſimi theſaurarij in eadem cauſa.

13 ADSIT DEVS. Dominium omnium ſcripturarum, quæ repertæ fuerunt in hæreditate, erant hæredis. *l. hæreditas. de reg. iur.* Nam legatarij tenebantur capere ſua legata de manu hęredis. *l. 1. quo.* legar. etſi aliquę ſcripturę ad eorum manus peruenerant, debebant reſtituere hæredibus Dominis omnium ſcripturarum. *l. fi. §. inter cetera. de lib. leg. l. ſi ita fuerit. §. quæſt. ad finem. de manum. teſt. l. cui libertas. de cond. & demonſt.* Roman. *conſ.* 411. *nu.* 3. Soc. *conſ.* 46. *nu.* 4. *vol.* 1. *& conſ.* 159. *ſub nu.* 17. *verſ.* 3. *vol.* 2. Rolan. *conſ.* 49. *nu.* 21. *vol.* 1. Et hinc reſultat, quod cũ ipſi legatarij lacerauerint ſcripturas codicillorum, quæ erant hæredis, teneantur, & condemnari debeant ad omnia dãna & intereſſe ipſius hæredis. *c. ſi quis de cler.* 22. *q.* 2. Felin. *in c. accepimus. ſub nu.* 5. *de fid. inſtr.* Plot. *in l. ſi quando. §.* 43. *ſub nu.* 2. *C. vn. vi.*

14 Nec hoc caſu probare debent hæredes, quod ſcripturæ eſſent authenticæ, & tales, quæ ſibi releuarent; quia cum talis laceratio ſit de genere prohibitorum, præſumptio eſt, quod malo animo facta fuerit. Anchar. *conſ.* 173. *nu.* 8. Curt. ſen. *conſ.* 55. *ſub nu.* 24. Pariſ. *conſ.* 67. *n.* 27. *vol.* 3. Aym. *conſ.* 6. *nu.* 8. *& conſ.* 28. *num.* 8. Et conſequenter, quod ſcriptura releuaret contra ipſos, & prodeſſet hæredibus. *l. ſi de poſſeſſione,* vbi Bal. *nu.* 2. Paul. *nu.* 3. *C. de probat.* Roman. *conſ.* 346. *nu.* 4. Abb. *in d. c. accepimus, num.* 4. *&* 5. Et ibi etiam Felin. *ſub nu.* 15. *de fid. inſtrum.* Pariſ. *d. conſ.* 67. *num.* 27. *vol.* 3. Aym. *d. conſ.* 6. *num.* 8. & tenuit Rota coram R. P. D. Robuſterio in vna Oxometr. Archipresbyteratus, de anno 1576. die 6. Aprilis: Ob idque tali caſu ſtatur iuramento ipſorum hæredum. Bald. *conſ.* 80. *num.* 2. *vol.* 3. *& in l.* 1. *nu.* 1. *in fine. C. de fid. inſtrum.* Dec. *conſil.* 521. *num. vlt.* Marſil. *in rubr. C. de prob. nu.* 35. Affl. *dec.* 330. Aym. *d. conſ.* 6. *ſub n.* 8. Plot. *in l. ſi quando. §.* 43. *nu.* 2. *& ſeq. C. vnde vi.*

15 Maxime, quia plura concurrunt, quæ adminiculum præſtant huic iuramento. Primo facultas, quam habebat Cardinalis teſtandi, & diſponendi per ſcripturam, ab eo ſubſcriptam tantum: & ſic datur poſſibile, quod codicillus eſſet ſolemnis quod potiſſimum attenditur in hoc iuramento. Imol. *in cap. fina. numero* 6. *de eo, quod met. cau.* vbi quod ſi volo iurare, quod in hæreditate erant margaritæ, res precioſę, & negaret, ſufficit oſtendere, teſtatorem fuiſſe diuitem: adeo quod poſſibile ſit, ipſum talia reliquiſſe in hæreditate. Iaſ. *in d. l. ſi quando, num.* 21. *C. vnde vi.* Alexan. *conſil.* 103. *ſub num.* 4. *lib.* 1. Plot. *in eadem l. ſi quando, §.* 10. *nume.* 16.

16 Dicitur & ſecundo veriſimile, quia ſuperuenit odium Cardinalis erga legatarium: quapropter veroſimilis eſt ademptio legati. *l. 1. §. fin. de adim. lega. l. ſi inimicitiæ. ff. de his quib. vt indig.*

17 Tertio, quia conſtat de præparatione facta ab ipſo teſtatore codicillandi, quia fecit fieti minutam per Peritos, & illam ſibi afferri; quæ præparatio eſt adminiculum ſequentium, quia ex ordine principij alia declaramus. Aym. *conſ.* 9. *nu.* 32. & qui habuit ſemel voluntatem aliquid faciendi, præſumitur in eadem voluntate perſeueraſſe, *l. eum qui. de prob. c. maiores. de baptiſ.*

18 Quarto, quod poſt receptam minutam Cardinalis cœpit ſcribere ſecreto, prohibuit familiaribus, ne ingrederẽtur cubiculum: clauſit armariũ, in quo codicillus erat, & claues penes ſe retinuit; quæ omnia oſtendunr, Cardinalem mutaſſe voluntatem, & eam voluiſſe celare ſamiliaribus.

19 Non obſtat, quod Cardinalis ſolitus eſſet teſtari palam, & publice, & coram notario & teſtibus, quia diuerſa eſt ratio in teſtamento facto ad fauorẽ familiarium, vel in eo quod illis præiudicium inferebat: immo hoc oſtendit, quod quia mutauit modum teſtandi, quòd etiam ſubſtantiam illius mutauerit. LAVS DEO.

Reſponſum Proſperi Farinacij in eadem cauſa.

20 ADSIT DEVS. Comburens, lacerans, ſeu aliter occultans alienas ſcripturas, ſiue publicas ſiue priuatas, non ſolum falſi pœna te-

netur

netur, l. paulus, in fine. ff. de falſ. Felyn. in c. accepimus, nu. 13. pariter in fine, extra de fid. inſtru. Ang. de maleſ. in verb. falſario, nu. 9. Aym. conſ. 6. num. 8. verſ. ſecundum crimen. Conrad. in pract. tit. de falſ nu. 8. in med. verſ. ſic ſecundum Angelum, &c. Sed etiam ad damna, & intereſſe partis, iuramento liquidanda, condemnari debet. Felyn. d. nu. 13. in fi. Aym. d. nu. 8. Rom. ſing. 381. & ibi in add. Plot. de in lit. iur. §. 43. nu. 3.

21 Quod Illuſtris D. Chriſtophorus & D. Claudius combuſſerint, & lacerauerint ſcripruras, teſtibus nõ indiget, quia & ipſi hoc ore proprio fatentur, ſic in terminis, dicit etiam Bal. in cõſ. 323. nu. 1. verſ. ſuper combuſtione autem, vol. 4. Quod autem ſcripturæ combuſtę, & lacerarę ad Illuſtriſſimos Dominos de Rambugliettis hæredes ſpectarint, probatur clare in l. nihil. ff. de verb. ſign. & in l. hæreditas. ff. de reg. iur.

22 Nec obſtat, quod comprehenduntur ſub legato bonorum, quia dato quod comprehẽdantur, non per hoc dicuntur non eſſe de hæreditate, quia prius ad hæredem peruenire debent, & poſtea de manu hæredis, non autem propria authoritate illas legatarius capere debet. l. non eſt dubium, & ibi gl. C. de legat.

23 Nec etiam obſtet, quod illas acceperint, tanquam procuratores executorum, tum quia executor de iure nõ poteſt officium ſuum alteri demandare. Bal. in l. nulli licere, nu. 8. C. de epiſ. & cler. Tum etiam, quia quatenus poſſet, id tamen nec aliquid aliud poſſet, niſi prius adita hæreditate, facto inuẽtario, ad effectum reddendi rationem, & data cautione (ne dicam ſatiſdatione) de conſeruando hæredem indemnem, ac de adimplẽdo contenta in teſtamento, vt pluribus comprobat Capra in tract. de exec. teſt. memb. 5. nu. 1. & omnibus ſeqq. Quorũ neutrum interuenit in caſu noſtro, & tale mandatum fuit factum poſt apprehenſionem, & combuſtionem ſcripturarum.

24 Et præmiſſis ceſſantibus, dubium nõ eſt, quod etiam exequutor teſtamenti tenetur reddere rationem de iis, quæ ad eius manus peruenerunt. Capra, vbi ſupra in octauo memb. nu. 8. & ſeq. Et in tali redditione rationum ſcripturas comprehendi, nec etiam dubitandum eſt. l. ſi cui libertas. ff. de conditio. & demonſtr. Menoch. de arbitr. quæſt. caſu 209. nu. 29. lib. 2. Ideo ſicut tenebatur executor dictas ſcripturas conſeruare, ita etiam, & teneri debet eius procurator. Sed ceſſat omnis difficultas in caſu noſtro, in quo agitur de combuſtione codicillorum reuocantium legatum bonorũ Italiæ, ſiue in totum, ſiue pro parte. Dicere autem, quod per legatum omnium bonorum, Italiæ exiſtentium, cenſeantur etiam legati codicilli reuocatorij eiuſdem legati, quatenus fieri contingerit, quantum a ratione diſtet, optime vnuſquiſq; conſideret.

25 Et quod inter ſcripturas combuſtas adeſſent codicilli, iam fatentur dicti legatarij: ideo ſupereſt ſolum videre, an, & quis debeat probare qualitatem, & tenorem codicillorum combuſtorum; & an præſumẽdum ſit, quod illi eſſent informes, & vt prætenditur exaduerſo, in forma minutæ, an vero eſſent perfecti, & manu q. Cardinalis, ſcripti, ſeu ſubſcripti iuxta facultatem a Sanctiſſimo cõceſſam? & quidem res nullam prorſus videtur pati difficultatem, quia reſoluenda ſit ad fauorẽ Fiſci, & illius Illuſtriſ. DD. Aderantium. Primo quia combuſtio & laceratio ſcripturarum ſemper præſumitur facta dolo & animo occultandi veritatem. Aym. d. conſ. 6. nu. 7. in fine. Maſcar. qui concordantes adducit, in tract. de prob. lib. 2. concl. 959. nu. 7. in fine, vbi de communi. Secundo, quia ſcriptura combuſta & lacerata, ſemper præſumitur, quod fuerit nociua comburenti, ſeu laceranti: ſi enim non fuiſſet nociua, illam non combuſſiſſet, nec laceraſſet. Bart. in l. 2. §. Diuus. in fine. ff. de iur. Fiſci. Pariſ. conſ. 67. nu. 27. lib. 3. Tertio quatenus onus probandi non ad comburentem ſpectaret ſcripturarum, tamen & tenorem & qualitatem, ac in eis contenta poſſe per iuramentum damnum paſſi probati, ſcripſerunt Bal. in l. de poſſeſſione. nu. 1. & ibi etiam Caſtr. nu. 3. C. de prob. Fel. in c. accepimus. nu. 13. de fid. inſtr. Affl. d. deciſ. 330. nu. 3. verſ. immo ſit dandum iuramentum. Phanuc. de in lit. iuran. p. 2. memb. 2. nu. 59. verſ. idem dicendũ eſt contra lacerantẽ & comburentem. Dec. conſ. 521. nu. 18. Plot. vid. de in litem iuran. §. 43. nu. 2. Pariſ. pariter vid. in conſ. 134. nu. 29. vol. 4. eſt gl. in c. cum olim. in verb. ſine reprehenſione, verſ. item quandoque ſufficit. extra de priu. & eſt cõmunis vt per Maſc. qui alios refert d. concl. 959. nu. 6.

26 Et hinc infertur, quod aſſertæ contrariæ coniecturæ exaduerſo per Doctores ſcribentes adductæ, minime ſuffragantur; tum quia leues ſunt, & generales, tum etiam, quia cum contra DD. ſcribentes vrgeat iuris præſumptio, quod ſcilicet dolo lacerauerint & combuſſerint ſcripturam ipſis nociuam, contrarium probare debent, nõ per pręſumptiones, ſed per clariſſimas & concludentes probationes. Cæph. conſ. 138. nu. 18. & conſ. 241. nu. 87. Menoch. de præſump. lib. 1. q. 31. nu. 8. & 9. & in terminis poſt Henrich. Boich. quem allegat Boer. deciſ. 292. nu. 9. ad fin. verſ. aut quæritur an habeatur pro conuicto. vbi quod comburẽs debet ſuã innocentiam, & iuſtam cauſam probare, claris & euidentib. documentis.

27 Immo ſi recte inſpiciantur ea omnia, quæ in propoſita facti ſpecie concurrunt, plures nempe violentiſſimæ apparebunt coniecturæ, aperte demonſtrantes, Dom. Cardinalem codicillaſſe, nec hic illas repeto, quia in informatione facti ſatis bene deducuntur: ſed bene dico, quod cum ſimus in crimine falſi, & ſic in delicto difficilis probationis, ad præſumendum illius corpus, ſufficiunt coniecturæ & præſumptiones. Gabr. lib. 7. de crimin. concluſio. 17. nu. 13. & 14. Clar. in pract. q. 99. in princ.

28 Nec obſtat tortura data Dom. Claudio. Non eſt verum in facto, quod fuerit illata ſuper hac combuſtione, cum illam ſemper iudex habuerit pro certa & confeſſata; ſed bene (& quidem prudenter) ex illa Dom. Iudex arguebat etiam, quod Claudius veriſimiliter venenauerat Dom. Cardinalem, vt patet in proceſſu ibi, & Dom. dicẽte, quod ipſe conſtitutus combuſſit etiam codicil-

los, &

los,& alias ſcripturas pertinentes ad hæreditatẽ, quæ magis ipſum conſtitutum indicant & ſuſpectum reddunt in participatione mortis prædicti Illuſtriſſimi D. Cardinalis reſp. &c. Nec iſto caſu attendenda eſt D. Claudij negatio, quia an tortura fuerit illata ſuper aliquo delicto, nec ne, non attenditur reſponſio & negatio rei, ſed iudicis interrogatio. Gramm. *deciſ. 96. num. 1. verſic. & tanto magis*. Boſſ. *titul. de indic. num. 130. in fin. verſicul. & tunc cauere debent iudices*. Immo in decreto fuit expreſſe proteſtatum de non præiudicando confeſſatis, quo caſu deſuper non ſequuta alia iudicis interrogatione, proteſtatio iuuat. idem Boſſ. *dict. nu. 130. ſeqq.* Anton. Gomez. *var. reſol. tom. 3. cap. 13. rubr. de tortur. reorum. num. 20. verſic. & in tantum eſt verum*. Decian. *conſ. 93. nu. 20. ſeqq. iuncto num. 74. ſeqq. & conſ. 111. nu. 6. verſ. ſed dum deueniet ad eorum quaſtionem ſcribi faciat in actis. lib. 3.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Facultatem probandi abſtuleris.* Vide in hac materia Dominum meum Farinacium *in tract. de teſtib. q. 78. num. 138. & ſeq.* vbi plene examinat pœnam ſubtrahentis teſtis aduerſarij a teſtificãdo & particulariter, an perdant cauſam; quid in ciuilibus & quid in criminalibus, ibi per eum materia pertractatur.

b *Impedientem examen.* Impediens teſtes, ne examinentur, tenetur parti læſæ ad damna, & intereſſe, prout bene probat D. meus Farin. *in trac. de teſtib. q. 67. nu. 251.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

De teſte, qui videns falſum depoſuiſſe, ſponte ſe ad corrigendum in iudicio præbet, ſed ex interuallo: An & quando poſſit torqueri vel puniri: Et quid de teſte, qui non dolo, ſed per errorem, ignorantiam, ſeu obliuionem falſum depoſuit: An & qua pœna & quando puniri poſſit. Non nulla de teſtium fide & probatione: ac etiam quando producens articulos cenſeatur fateri omnia in eis contenta.

SVMMARIVM.

Teſtis varius non punitur de falſo, ſi ſe corrigendo, licet ex interuallo, variauit, nu. 1. declara, vt nu. 17. & ſeq. in diſcurſu.

Teſtis varius torquendus eſt, ad videndum, in quo dicto perſiſtat; hoc intellige in cauſa criminali: ſecus ſi in cauſa ciuili, in qua variatio non ſufficit ad torturam, niſi teſtes ſint viles, numero ſecundo, & in addit. litera. a

Teſtis etiam ex interuallo poteſt ſe corrigere, quando docet de errore primæ ſuæ depoſitionis, nu. 3. & 4. & 5.

Præſumptio cedit veritati, nu. 3. & nu. 19.

Indica delicti tolluntur per contraria indicia, nu. 3. ad fi.

Depoſitio facta in tortura præualet depoſitioni factę extra torturam, nu. 5. & in addit. litera. c

Tortura tertium ceſſat, quando veritas aliunde haberi poteſt, nu. 4. in fine.

Teſtis ob veritatem non torquetur, quando docet de iuſto errore, vtputa cauſato ex veriſimili obliuione, num. 5. Vbi etiam per quantum tempus in teſte obliuio præſumatur, & etiam quod ex cauſa obliuionis poteſt teſtis etiam in continenti ſe corrigere, & nu. 6. & nu. 17. verſ. dico quod & nu. 18.

Obliuio in teſte, per quantum tempus præſumatur, ſub nume. 1.

Cauſa quælibet, & quælibet credulitas etiam fatua & temeraria, excuſat in crimine falſi. nu. 1. in fine & in addit. litera. D

Teſtes non puniuntur de falſo propter varietatem, quando ſunt varij per ignorantiam, obliuionem, vel errorem, nu. 6.

Error iuſtus vel obliuio excludit dolum & lata culpa, nu. 6.

Teſtis compatriota non eſt idoneus, nu. 7.

Teſtis pauper, & vilis in totum repellitur in criminalibus, nu. 7.

Teſtes recepti parte non citata, nec etiam faciunt minimum aut leue indicium, nu. 7. in fine.

Teſtes reprobatorij debent eſſe omni exceptione maiores, nume. 8.

Teſtis conuincitur de falſo per depoſitionem aliorum teſtium contrarium deponentium, nu. 8. ver. & ſtante.

Teſtis inueriſimilia deponens, dicitur de falſo ſuſpectus, nume. 9.

Producens articulos cenſetur fateri omnia contenta in illis num. 10. in fine; limita in ruſtico & idiota, nume. 12. item limita, quando articuli continerent factum alienum, nume. 13. item limita quando fuerunt per aduerſarium impugnati, nu. 14. item limita, quia talis tacita confeſſio poteſt quandocunque ante ſententiam per producentem reuocari, nu. 15.

Variatio ſeu contrarietas in reo facit indicium ad torturam, num. 10. in fine, & num. 11. Vbi declarat, quando tangit immediate factum & delictum, ſeu perſonam delinquentis, ſecus ſi tangat circumſtantias facti, & illius qualitates, & in addit. litera. C vbi pariter declaratur materia.

Error in vna qualitate ſeu circunſtantia, non attenditur, quando per alias qualitates & circunſtantias poteſt conſtare de indentitate corporis, ſeu perſonę, n. 15. ver. & error in vna qualitate.

Falſitas non præſumitur committi ſine magno lucro, & commodo, nu. 16.

Teſtis dicens falſum per errorem, credens ſe dicere verum, an puniri debeat ſaltem pœna extraordinaria, n. 17. & ſeqq. in diſcurſu.

Teſtis ex interuallo ſe corrigens, an puniri debeat tanquã periurus & falſarius, & quando, n. 17. verſ. ſecundo quia, & ſeq. in diſcurſu.

Error excuſat a dolo, ſed nõ a lata culpa, nu. 17. verſ. dico quod.

Culpa leuiſſima an poſſit criminaliter puniri, nu. 17. in fine, & in addit. litera. F

Pœnam non meretur quod lege permittante fit, nu. 20.

Falſitas cauſata per errorem, & ſine dolo, punibilis non eſt, nec ordinaria nec extraordinaria pœna, nu. 22.

CON-

CONSILIVM XLIIII.

1 ADSIT DEVS. Contra Gabrielem, & Ludouicum ſculptores, teſtes ciuiliter examinatos, qui ex interuallo ſponte ſe corrigendo dixerunt in ſecunda depoſitione contrarium eius, qđ depoſuerunt in prima, aut Fiſcus intendit deueniri poſſe ad cōdemnationem, aut ad torturā, quod vtroq; caſu repellendus ſit, probatur aperte. Et primo reſpectu pœnæ, in terminis eſt doctrina Boſſij *in tit. de publica. proceſſ. nu. 36. ſeqq.* dicentis, quod licet non credatur teſti ſe ex interuallo corrigēti, vt tollatur prima depoſitio, non tamen per hoc punitur de falſo vti varius.

2 Reſpectu torturæ,[a] ſi prædicti teſtes fuiſſent
a examinati in cauſa criminali, tunc poſſet dubitari, an illi locus eſſet, nec ne; & forſan, alio non docto, affirmatiue reſpondendum foret per ea, quæ tradit idem Boſſ. in loco nuper citato. Aliquãdo pariter per verbum, forte, & generaliter in omni teſte vario, tradit idem Boſſ. *in tit. de tort. teſtium, nu. 4. nu. 12. & nu. 19. verſ. contrarium tamen, & nu. 21. verſ. tamen Doctores, & dict. num. 21. in fine.* Vbi quod ita practicatur, cum alijs per Ant. Gomez. *de delict. tit. de tort. reor. nu. 29.* & per Clar. *in pract. §. fi. quæſt. 25. verſ. item teſtis varius.* At cum ſumus in cauſa ciuili & teſtes prædicti nō ſint viles perſonę, ſed ſculptores (ſculptura enim dicitur nō vilis aut mecanica ars, ſed liberalis) non eſt tractandum de infligẽdo torturam, ob variationem, ſeu vacilationem teſtium, vt per Cyn. Barto. & Iaſ. quos referendo ſequitur idem Boſſ. *tit. de tortura teſtium, n. 14. per tex. in l. diuus, in fine,* & ibi Bar. *ff. de quæſt.* Marſ. *in l. eos, nu. 1. verſ. quod eſt intelligendum. ff. ad l. Cor. de fal.* Ant. Gomez. *dict. tit. de tort. reor. nu. 29. in fine.* Cyrill. *in ſumma cri. rubr. 29. tit. de q. §. 3. nu. 4.* Matheſ. *ſing. 188. verſ. quia in cauſa ciuili.*

3 Et licet hæc pauca ſufficerent pro abſolutione teſtium, adhuc tamen, vt plene Dom. meo ſatisfaciam, ad eorundem fauorem in caſu noſtro conſiderandum eſt, quod cū per Felicem & Sfortiam ad defenſam examinatos, ſit concludenter probata ſecūda depoſitio, & ſic veritas correctio
b nis[b], quod ſcilicet ille Franciſcus, de quo in Apoca, non eſt ille idem, qui primo loco fuit recognitus ab ipſis teſtibus, vtique ceſſat omnis præſumptio ſubornationis, quam doctores ſumunt contra teſtem ex interuallo ſe corrigentem, quod falſum dixerit, loquutus cum parte, de qua per Boſ. *dict. num. 37. & ſeq.* vbi enim apparet de veritate depoſitionis, non eſt attendenda prę ſumptio falſitatis, quia prę ſumptio cedit veritati. *l. ſi quis adulter. & l. fin. in princ. ff. quod met. cauſ. l. cum de indebito. §. 1. ff. de prob. cum ſimilibus,* & ceſſante prę ſumptione falſitatis, & ſubornationis, torturæ locus eſſe non poteſt; quia ſi indicia & præſumptiones ad torturam, tolluntur per contraria indicia & præſumptiones, *l. diuus, & ibi gloſ. in verbo, æſtimatur. ff. de in integr. reſtit.* cum alijs per Marſ. *in l. 1. nu. 50. ſeq. C. ad l. Corn. de ſicar.* Rolan. *conſ. 7. n. 38. ſeqq. vol. 1.* multo magis tollentur per cōtrariam veritatis concludentem probationem, & in terminis ſic voluerunt Couarru. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 13. num. 8. poſt verſicul. cæterum ſi. ibi, ſed & ſi teſtis oſtenderit ſe erraſſe.* Viu. *in commun. opin. in verbo, teſtis oſtendens ſe erraſſe.* vbi alijs relatis, teſtatur de communi. Menoch. *de arbit. quæſt. lib. 2. caſu* 108. *nu.* 2.

4 Prę terea teſtis varius non alia ratione torquetur, niſi, vt videatur, in quo dicto perſiſtat; & ſic vt ſciatur, quę depoſitio verior ſit, an prima, vel ſecunda, quia pͥſumptio veritatis reſultans ex cōſtantia teſtis in tortura, præualet ſemper depo-
c ſitioni factæ in tortura.[c] Bar. *in l. eos. nu. 2. & n. 4. ver. & tunc aut ſecundum dictum eſt eum tormentis.* & ibi etiam Marſ. *nu. 8. verſ. quandoq; teſtis variat. ff. ad l. Corn. de falſ.* Tindar. *in tract. de teſtibus. col. 1. p. 2. nu. 1. verſ. fallit tamen hæc regula. & latius e. 3. nu. 1. & ſeqq.* Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſump. 29. nu. 10.* Gabr. *lib. 7. concl. 26. nu. 1.* Boſſ. *tit. de oppoſ. contra teſt. num. 1.* Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu 108. nu. 14. lib. 2.* Ideo cum in præſenti caſu appareat per alios teſtes de veritate ſecundæ depoſitionis, illi omnino ſtandum eſt, vt per Tindar. *in tract. de teſtib. lib. 1. cap. 13. per totum,* & conſequenter fruſtra tractaretur de tortura, quę non, niſi in ſubſidium, datur; & ceſſat ſemper, quando veritas eius, quod quæritur, per alios teſtes, & aliunde habetur, ſecundum communem, & obſeruatā opinionem, de qua poſt alios teſtatur Cla. *in practic. §. fin. quæſt. 64. verſic. debet etiam.* Ioan. Mar. Monticell. *in pract. crim. reg. 10. nu. 12.* Boſſ. *in tit. de tortura teſtium, num. 43.* Bertazz. *conſ. 153. nu. 8. lib. 1.*

Igitur, quod prædicti Gabriel, & Ludouicus ſint de iure tuti ab omni prætenſa tortura, nullus credo dubitationi locus ſit, per prædicta: Multò etiam certius tuti ſunt ab omni pœna, ex eo ꝙ non vera dixerint in prima depoſitione; quia ēt in hoc ſupplicatur aduerti in facto, quod ad recognoſcendum pro Franciſco deſcripto in apocha illum, qui reuera non erat talis, ducti fuerunt iuſto errore, cauſato non ſolum propter temporis lapſum, videlicet ſeptem annorum, in quibus teſtes nunquam viderunt illum Franciſcum, ſed ēt ex ſimilitudine ætatis, barbæ, ſtaturæ, & claudicationis, exiſtente inter Franciſcum recognitum, & Frāciſcum deſcriptum in Apocha: vnde inſtar in terminis communis doctorum cōcluſio, quod etiam ex interuallo liceat teſti ſe corrigere, quando de iuſto errore doceatur, ſecundum Abb. Felyn. Dec. Alciat. Capic. & Couar. quos in propoſito refert, & ſequitur Menoc. viden. *d. caſu* 108. *num.* 7. & Viu. in loco præcitato, & in terminis etiam iuſtum errorem cauſari ex veriſimili obliuione, tradunt Bald. *in l. presbyteri. C. de epiſco. & Cleric.* Arch. *in capit. per tuas, numero 8. verſicul. ſecundo vero caſu, extra de probat.* Alciat. *de præſump. reg. 2. præſumpt. 29. numero* 3. Menoch. *dict. caſu* 108. *numero* 8. & in teſtibus obliuionem a iure præſumi etiam ex minori curſu quam decem annorum, vt puta duorum vel trium, concludunt Cæphal. *conſil. 164. num. 5. volum. 2.* Hippol. Riminal. *conſ. 344. num. 73. ſeqq. lib.* 3. immo etiam

ex

ex lapſu vnius anni menſis vel diei. Boſſi. *in tit. de reſpon. a reo facien. nume.* 5. ergo multò magis ex lapſu ſeptennij, vt in caſu noſtro, in quo concurrit etiã, vt dixi, ſimilitudo effigiei, barbæ, ætatis, ſtatutæ, & claudicationis inter vnum & aliũ Franciſcum: adeo quod vnuſquiſque etiam prudentiſſimus facile decipi poterat, & firmiter illũ credere eſſe Franciſcum, de quo in Apoca; iũcta prȩſertim doloſa perſuaſione aduerſarij, qui & illud idem ipſis teſtibus audacter affirmabat: ideo ſi, vt dicũt doctores, ſine ſpecie a crimine & pȩna d falſi [d] excuſat quȩlibet credulitas, etiam fatua, temeraria, & iniuſta, vt per Ang. *de malef. in verbo, falſario, ſub nu.* 1. Caſtten. *conſi.* 204. *Quantum ad primum, in tertio dubio. lib.* 2. Iaſ. *conſ.* 153. *nu.* 3. Sil. *conſi.* 7. *nu.* 18. *vol.* 1. Franc. Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 60. *ſub verſ. Et generaliter ibi, tu vero dic.* Menoch. *de recup. poſſeſ. remed.* 5. *nu.* 53. *& conſ.* 98. *nu.* 34. *lib.* 1. Becc. *conſi.* 78. *nu.* 28. *uol.* 1. Multò magis ſunt excuſandi iſti teſtes, ptoptet iſtam credulitatẽ cauſatam ex dicta ſimilitudine, & propter iuſtum errotem pariter, cauſatum ex prædicta obliuione, & ex curſu ſeptennij.

6 Et certum eſt, iute teſtes non puniri, quando ſunt varij per ignorantiam, obliuionem, vel errorem. Barba. *conſi.* 80. *nu.* 12. *lib.* 1. Tindar. *in tracta. de teſtibus. par.* 2. *cap.* 5. *nu.* 2. Ioan. Mat. Monticel. *in Repert. de teſtibus. pag.* 294. *col.* 2. *uerſi.* 2. Cum. n. falſum non committatur ſine dolo, vt notũ eſt; vbi autem adeſt error, vel obliuio, ibi non ſolum excluditur dolus, ſed etiam lata culpa. Bal. *in d. l. presbyter. C. de epiſ. & cler. et in ſuo tracta. de teſtibus, par.* 2. *nu.* 25. Nell. *in eodem tracta. de teſtib. par.* 2. *nu.* 162. conſequens eſt, vt non ſolum prædicti teſtes non poſſint puniri, ſed nec etiam torqueri. Boſſ. *tit. de tortur. teſt. nu.* 42.

7 Quibus non obſtent excellentis Do. Iudicis motiua, quia dũ primo allegatur depoſitio Vincentij de Morleſchis teſtis ab aduerſario inducti pro Curiæ informatione examinati, prout in ꝓceſſu fol. 42. & ſeqq. & dicentis, quod Franciſcus noſter principalis eſt ille, cui venditũ fuit vinũ, de quo agitur; reſpondetur, quod teſtis iſte non ſolum nihil probat, ſed potius tãquam falſus ſeu ſaltem de falſo ſuſpectus, & ſubornatus præſumitur, ex infraſcriptis; eſt enim in primis cõpatriota aduerſarij, & ſic reſpectu perſonȩ nõ idoneus, ſed ſuſpectus. *C. accedens, & ibi Bald. extra vt lite non conteſt.* Franc. Curt. *in tract. de teſtibus, conclu.* 30. *num.* 65. Bertaz. *conſi.* 359. *nu.* 7. *lib.* 2. Et inſuper vilis & pauper multò; ideo in criminalibus pariter non idoneus. Soarez. *in ſua collecta commun. opin. littera T. nu.* 125. immo & in totum repellitur. Pariſ. *conſ.* 54. *nu.* 57. *lib.* 4. Aym. *conſ.* 249. *nu.* 12. *verſ. accedit etiam vtilitas.* Rolan. *conſi.* 16. *nu.* 22. *& conſ.* 73. *nu.* 28. *lib.* 1. *& conſi.* 63. *num.* 34. *lib.* 2. Vbi de communi. Anton. Gomez. *var. reſol. to.* 3. *tit. de probat. delic. ſub nu.* 19. *uerſ.* 11. *repellitur teſtis.* vbi bene loquitur in materia; eſt ẽt informiter receptus, principalibus noſtris ſculptoribus non citatis, nec ad eorũ faciem repetitus; quo caſu nec minimũ quidẽ cõtra eos, aut leue indiciũ inducit. Bar. *in l. maritus, nu.* 3. *in fine ff. de quæſt. per l. ſi quando in fine. C. de teſtibus.* Abb. *in capit.* 2. *num.* 14. & ibidem Felyn. *nu.* 3. *uerſi. & iſtud idem.* & Arch. *in* 1. *notab. extra eodem.* idem Arct. *in l.* 2. *nu.* 4. *ante med. verſicu. quod probatur ratione. C. de eden.* Alber. de Malet. *in tract. de teſtib. cap.* 7. *num.* 48. *uerſi. ſi autem teſtis.*

8 Vnde cũ iſte teſtis ſit nulliter examinatus, reſpectu dictorum ſculptorum, ac etiam patiatur in perſona exceptiones prædictas, agaturque de reprobando alios duos teſtes, videlicet Sforziã, & Felicem, ad noſtrum fauorẽ examinatos, qui de directo deponunt contrarium eius, quod ipſe depoſuit, nullũ propterea poteſt in eius depoſitione fieri fundamentum, per regulam, quod teſtes reprobatorij debent eſſe inuulnerabiles in ſuperlatiuo gradu, & ſine vlla prorſus macula, & ſuſpicione. Præp. ad Ioan. Monach. *in c.* 1. *nu.* 11. *de teſtibus.* Anan. *conſi.* 97. *nu.* 2. Aym. *conſi.* 56. *nu.* 3. *& 9. vol.* 1. eſt tex. *in c.* 1. *& ibi gl. in verbo, Stepha. Papa, extra de excep.* Specul. *in tit. de teſtib. reprobatorijs, in princ. & nu.* 3. Rota *de reſcrip. deciſ.* 22. *in antiq.* Gram. *conſi.* 12. *nu.* 31. Boer. *deciſ.* 40. *nu.* 130. Hippol. Rimin. *conſi.* 809. *nu.* 70. *lib.* 7. Et ſtante, vt dixi, depoſitione dictorum Felicis, & Sfortiȩ, qui apertè contrarium deponẽdo dicunt, quod iſte Franciſcus recognitus ab illo teſte, non eſt ille ſocius Michaelis Moretti, cui fuit venditum vinum, vt in Apoca, neceſſario ſequitur, quod dictus teſtis falſum depoſuerit, quia ad conuincendum teſtẽ de falſo, ſufficiunt cõtrariæ depoſitiones aliorum teſtium. Clar. *in pract.* §. *falſum. verſ. conuincitur etiam teſtis de faſo. in princ.* Boſſ. *tit. de oppoſ. contra teſt. nu.* 13. vbi quod quando contrarietas inter teſtes eſt manifeſta, plures conuincunt pauciores de periurio, & falſitate, & ibi adducit concordantes.

9 Eſt inſuper idẽ teſtis de falſo ſuſpectus ex alio, quia ſcilicet aſſerit ſe fuiſſe præſentem, quando aduerſarius illinc ad octo dies poſt venditum vinum petijt ab hoc Franciſco per ipſum recognito, ſibi ſolui pretium dicti vini venditi, vt in proceſſu fol. 44. Quod quam veriſimile ſit, conſideret dominus meus, cum iuxta tenorem apocȩ, de qua in eodem proceſſu fol. 4. fuerit emptori cõceſſa dilatio vnius menſis, ad ſoluendum dictum vinum: teſtis autem inueriſimilia deponens, nõ ſolum non probat, ſed etiam de falſo ſuſpectus eſt. Iacobin. de S. Georg. *in l. ob carmen.* §. *fin. nu.* 1. *in fine. & num.* 2. 3. *& 7. ff. de teſtib.* Iacob. Egid. *in tract. de teſtib. conclu.* 19. *nu.* 39. *verſ. illud enim quod non eſt veriſimile. & conclu.* 32. *nu.* 69. Boſſ. *in tit. de oppoſ. contra teſtes. nu.* 94. Roland. *conſi.* 7. *num.* 17. *vol.* 1. *& conſi.* 73. *nu.* 38. *uol.* 2. Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *caſu* 474. *nu.* 49. *cent.* 2. Igitur ſtante nullitate, inhabilitate, & falſitate prædicti teſtis, non video, quomodo poſſit Fiſcus in eius depoſitione ſuam intentionem fundare.

10 Dum ſecundo allegantur articuli, per Franciſcum Nouarienſem in cauſa ciuili producti, in quibus ponitur, quod ille Franciſcus ſocius Michaelis Moretti, qui faciebat hoſpicium in via Crucifixi, deſcriptus in Apoca, erat patria Veronẽſis, & quod obijt in hoſpitali Sãcti Rocchi: ergo non

go non

Digitized by Google

go non eſt Mutinẽſis; nec obijt in hoſpitali ſancti Iacobi, prout in fide, de qua in proceſſu, ſol. vltimo, & prour in depoſitione Felicis, de qua in eodẽ proceſſu, fol. 30. & ſeqq. Et ꝑpterea ex hac contrarietate inter principalem & teſtes circa patriã & locũ mortis iſtius Franciſci, vr̃ oriri quædã ſuſpicio contra ipſum producentẽ; cũ certi iuris ſit, quod producendo dictos articulos tacitè videatur fateri oĩa in eis contenta. *l. cum precum. C. de libera. cauſ. authe. ad hac. C. de fid. inſtr. cũ ſimil.* & ex variatione ſeu contrarietate oritur indiciũ ad torturam, Boſſ. *in tit. de cõſiderat. ante tortu. nu. 30. ſeqq.* Marſ. *ſing. 103. cum ſimilibus.*

11 Reſpõdetur primo, quod variatio, ſeu cõtrarietas tunc demum conſiderabilis eſt, & facit in-
c dicium ad torturam, quando immediate [c] tangit ipſum factum, vel ipſam perſonã, de qua agitur; ſecus ſi tangat qualitates, & circunſtantias facti, vel perſonæ, non mutata ipſa perſona, vel ipſo facto. Rolan. *conſi. 3. nume. 53. volum. 3.* vbi plures adducit concordantes. Oſaſc. *deciſ. Pedem. 79. nume. 16.* vbi teſtatur de communi. Brunor. a ſole *in ſuo conſi. crimin. num. 78.* Nouell. *in tract. ad defenſ. in rubr. an indicia pro reo danda ſint. nume. 56.* Bonacoſſ. *in commun. opin. crimin. par. 1. in verbo, mendacium ſeu variatio circa circunſtantias. fol. mihi 12. a tergo, colum. 2.* & quando variatio non tangit ſubſtantiam negocij, tunc non facit indicium contra variantem. Boſſi. *titu. de indic. & conſiderat. ante tortur. dict. numero 38. in fine,* vbi quod ita practicatur, & hoc ſtãte, ſupplicatur aduerti, quod ſubſtantia negocij, de quo agitur, nõ eſt, an Frãciſcus, de quo in Apoca, eſſet Veronẽſis, vel Mutinenſis; & an obierit in Hoſpitali ſancti Rocchi, vel sãcti Iacobi, quia ſi de hoc principaliter ageretur, variatio afficeret, & ſubintraret motiuum; ſed ſolum controuerſia eſt, an iſte Frãciſcus, hodie conuentus ad ſoluendum pretium vini venditi, ſit ille ſocius Michaelis Moretti, q. faciebat Hoſpitium in via crucifixi, & de quo in Apoca; & propterea pro parte iſtius Frãciſci cõuenti multa articulantur, ad concludendum, ꝙ ipſe non eſt ille Franciſcus, qui faciebat dictum hoſpitium in dicta via crucifixi cum D. Michaele, & de quo in Apoca, quia illa perſona Frãciſci ſocij ipſius Michaelis, & in Apoca deſcripti, erat diuerſa perſona ab ipſo articulante: ſiue ergo ille eſſet Mutinenſis ſiue Mediolanenſis, vt dicit teſtis, & ſiue etiam Veronenſis, prout fuit articulatum, & ſiue obierit in hoſpitali ſancti Rocchi, ſiue in Hoſpitali ſancti Iacobi, non per hoc perſona articulata eſt eadem cum perſona articulãte, prout ex aduerſo contenditur, quia articulans non eſt Mediolanenſis nec Mutinenſis, nec Veronenſis, ſed Nouarienſis, & nõ obijt, ſed viuus eſt; ideo cum variatio in articulis conſiſtat circa qualitates & circunſtãtias, quę non mutant ſubſtantiam facti, nec perſonã articulatam variãtẽ, nõ afficit, & attendenda nõ eſt, per prænllegata.

12 Reſpondetur ſecũdo, quod ex quo producẽs eſt perſona ruſtica, idiota & neſciens nec legere, nec ſcribere, contrarietaſque ſeu variatio conſiſtat non ſuper negocio principali, ſed ſuper qualitatibus & circunſtantijs, ſine quibus, vt ſupra deduxi, veritas facti optime ſtare poteſt; idcirco tacita cõfeſſio, reſultans ex productione ſcripturę, continentis in ſe variationem ſeu contrarietatem, producenti non nocet, etiam quod peritiores in producendo conſulere potuerit, vt poſt Bal. *in l. ſi ex falſ. ad finem. C. de tranſact.* & Dec. *in c. ex parte, il 2. nu. 26. de offi. delegati,* quos allegat, bene declarat Oddus Peruſinus *in ſuo tract. de reſtit. in integ. 1. par. q. 9. art. 7. nu. 51.* prę̨ſertim in caſu noſtro, in quo agitur criminaliter, & ſic de imponenda pęna; quo caſu probandum eſt pro parte fiſci, quod malitioſe ruſticus produxerit; aliter non põt ex tacita confeſſione, reſultante ex productione, condemnari, Natta *conſi. 586. num. 4. & 5.* Oddus *vbi ſupra num. 56.*

13 Reſpondetur tertio, quod ex quo articuli cõtinent factum alienum, & ſic veriſimiliter incognitum producenti, qui facile decipi poterat, an ille Franciſcus eſſet Mutinenſis vel Veronenſis, ideo tacita confeſſio, ex productione ſcripturæ reſultans, producenti non nocet. Alex. *conſ. 108. num. 6. verſ. item quando ſcriptura. volum. 1.*

14 Reſpõdetur quarto, & hoc tollit omnem difficultatem, quod ex quo poſitiones ſeu articuli, de quibus agitur, fuerunt per aduerſarium negati, & hodie etiam per fiſcum negentur, & impugnentur, non poteſt nec pars, nec fiſcus vllo pacto ſe fundare in tacita confeſſione, ex illorum productione reſultante. Boer. *deciſ. 252. poſt nume. 4.* Aymon. *de antiq. tempo. par. 1. ſect. viſo de verbis enunciatiuis an probent. nu. 51.* Gabr. *tit. de confeſſ. concl. 4. nu. 28. ſeq. lib. 1.* Ferrans Gargiar. *conſil. crim. diuerſ. 126. nu. 84. volum. 1. in folio.* & qui vult tacitam confeſſionem recipere pro ſe, debet etiam recipere contra ſe. Rota *de reſtitu. ſpoliatio. deciſ. 17. alias 408. fuit dubitatum. in nouis,* & in terminis in tacita confeſſione reſultante ex productione poſitionum, eſt alia deciſio *in tit. de teſtib. & attenta. deciſio. 42. alias 311. in antiquis.*

15 Reſpondetur quinto, quod in omnem euentum negari non poteſt, quod confeſſio, quam fecit producens in iſtis articulis, reſpectu Patrię, & loci, vbi mortuus eſt ille Franciſcus, eſt erronea, & de illius errore apparet per fidem Hoſpitalarij, & per teſtium depoſitiones; vnde quandocũque poteſt reuocari per producentem ante ſententiam. Bellam. *deciſ. 496.* Aym. *vbi ſupra, nume. 55. 64. & ſeqq.* Gabriel. *d. concluſ. 4. nume. 21. ſeq.* vbi loquuntur, etiam quod error conſiſtat in facto proprio, ac etiam quod articuli eſſent medio iuramento producti; ergo multò magis in caſu noſtro, in quo agitur de facto alieno; & in productione articulorum non eſt adhibitum iuramentum; & error in vna qualitate, & circunſtantia non attenditur, quando per alias qualitates, & circunſtantias conſtare poteſt de identitate corporis, ſeu perſonæ. Caſſan. *de praben. deciſ. 11. nu. 3.* Rot. *tit. de reſcrip. deciſ. 6. alias 133. in Nouis.* vbi, & quod plus eſt, loquitur in errore nominis, ſeu cognominis; quare ſtantibus ſimplicitate, & ruſticate perſonæ producentis, & quod poſitiones fuerunt ex aduerſo impugnatæ, & quod non

conti-

Digitized by Google

continent contrarietatẽ, ſeu variationẽ ſubſtantialem,& qđ ponunr factum alienum veriſimiliter ꝓducenti incognitũ,& qđ per alias circunſtãtias pôt conſtare de identitate perſonæ articulatæ,& qđ de errore tacitæ confeſſionis, ex productione articulorũ reſultantis, vt aperte cõſtat ex proceſſu,non video,quomodo ſuper dicta tacita cõfeſſione poſſit fiſcus aliquod indicium ſumere. f

16 Et demum vltra præmiſſa non omitro vnum, quod in præſenti cauſa viderur valde conſiderandum;quod ſtante paupertate iſtius Franciſci cõuenti,item ſtante,quod agitur de parua ſumma, videlicet ſcu.14.& ſtante etiam quod inter iſtos ſculptores & ipſum Franciſcum , nulla vnquam adfuit amicitia,ſeu familiaritas,immo nec etiam cognitio,non video pariter cauſam, vnde potuerunt iſti ſculptores ſeduci,ad deponendũ falſum; qua cauſa ceſſante,debet ceſſare omnis præſumptio falſi,quia ſine cauſa & lucro falſum nõ committitur, & per modicum lucrum nunquam falſum præſumitur,Ferrans Garg. *dicto conſ.* 126.*n.* 16.*in fine.& ſeq.* Cæph. *conſ.*75 *nu.* 22.*& conſ.*76. *nu.*48.*vol.*1.Rolan.*conſ.*11.*n.*55.*ſeq.vol.*3.Iacob. Port.Imol.*conſ.*95.*nu.*17.vbi amplius qđ falſitas non pręſumitur,vbi non adeſt maximũ lucrum.

17 Nec dicatur,teſtes ſe corrigentes poſſe puniri ſaltem aliqua pęna extraordinaria, propter eorũ primam falſam depoſitionem , licet per errorem, & ignorantiam factam;primo,quia teſtis falſum dicens, licet per errorem & credẽs ſe dicere verũ, falſarius eſt,& punitur pœna extraordinaria, ſecundum magis communem,de qua teſtatur Gabriel.*li.*7.*de crim.concl.*33.*nu.* 5. & voluit Marſ.*in l.*1.§.*præterea.nu.*12.*ff.de ſicar.*Plor. *de in lit. iura.* §.44.*nu.* 15.vbi de magis communi.Secũdo,quia quando teſtis vult ex interuallo ſe corrigere, nõ auditur,ſed tanquam periurus & falſarius puniri debet,ſecundũ aliam communem,de qua teſtatur Couar.relatus per Clarum *in q. ſcilicet , verſ. quartus eſt caſus.ibi,ſi uero uelit illud corrigere ex interuallo,&c.* His enim non obſtantibus contrariũ ſine dubio verius eſt in caſu noſtro , in quo præſupponitur non ſolum , quod conſtet de errore dictę primę teſtium depoſitionis,ſed etiam quod idem error fuerit iuſtus,& cauſatus ex veriſimili obliuione per curſum ſeptennij ex ſimilitudine effigiei,barbæ,ætatis,ſtaturæ,patriæ , & claudicationis inter vnum & alium Franciſcum recognitum ; & etiã ex falſa perſuaſione aduerſarij,quia & quod plus eſt,etiam falſos teſtes deſuper induxit & examinauit:quibus ſtantibus,dico,quod licet error excuſans teſtem a dolo regulariter illũ non excuſat a lata culpa. *l.fin.ff.de magiſtr.conue.* & propterea pro modo culpæ teſtis falſum deponens per errorem, puniendus ſit criminaliter, ſecundum communem, de qua ſupra in primo fundamento,ibi tamẽ error iſte cauſatus a veriſimili obliuione,non ſolum in teſte excludit dolum, ſed etiam latam culpam.Bal.*in tract.de teſtib.p.*2. *nu.*25. Nellus *in ſimili tract.p.*2.*nu.*162. vbi autẽ in crimine ceſſat dolus & lata culpa , non poteſt pro leui,aut leuiſſima ad extraordinariam pęnã criminaliter procedi , ſed tantummodo ciuiliter ad damni refectionem. *l.qui ades, ff.de incen.ruin. & naufrag.* Cyn.*in l.ſi quis non dicam rapere. in fine.verſ.ſi leuiſſima. C.de epiſc.& cleric.*Bald.*in l.data opera.ſub nu.*5.*& nu.*6.*in fine.C. de ijs qui accuſ. non poſſ.*Dec.*in c.*2.*nu.*34.*in prima littera,et nu.*40. *in* 2.*lect.extra de conſtit.* Capra *concl.*5 . *nu.*25.*ſeq.* Boſſ.*in tit.quom.proced.per actio.in delict. num.*37. *vbi de communi.*[f]

18 Er propterea teſtes per obliuionem variantes, minime puniendos, aſſeruerunt Tindar. *in tract. de teſtib.par.*3.*cap.*5.*nu.*2. & Ioan.Maria Monticell.*in repert.teſtium.pag.*294. *colum.*2. *verſic.*2. & in caſu noſtro ex curſu ſeptennij , in quo teſtes nunquam amplius viderunt Franciſcum in Apoca deſcriptum , & ex quo fuerunt ducti ad recognoſcendum illum,qui pro tali ipſis ſupponebatur ab aduerſario,& qui eidem Franciſco erat ſimilis in ætate, effigie, barba , ſtatura , patria, & claudicatione,dubitandum non eſt, cum (vt dixi) excuſabilis obliuio in teſtib. inducatur non ſolum ex curſu duorũ vel trium annorũ, Cępha. *conſil.*164.*nu.*5.*volum.*2. Hippo. Rim. *conſil.*344. *nu.*73.*ſeqq.volum.*3. ſed etiam ex lapſu vnius anni, menſis , vel diei. Boſſ. *in tit. de reſpon. a reo facien.nu.*1.

19 Prætetea licet etiam teſtis ex interuallo ſe corrigere nequeat & ſe corrigens puniatur , tanquã periurus,de falſo,vt ſupra in ſecundo fundamento,hoc tamen limitatur non procedere, vbi probaretur error primæ depoſitionis ; tunc.n.etiam ex interuallo licitum eſt teſti ſe corrigere,& probare errorem,prout ſupra dixi,ex Couarr. *var.reſolut.lib.*2.*c.*8.*verſicu.cæterum.ibi , ſed & ſi teſtis oſtenderit ſe erraſſe , &c.* vbi alios adducit concordantes.Menoch.*de arbitr.quæſt.caſu* 108. *nu.*6.7. *lib.*2.*cent.*1.

20 Nec dicat mihi Dom.meus prout oretenus dicebat , quod iſtud intelligitur quoad pręſtandũ fidem ſecundæ depoſitioni , non autem, quo ad tollendum pęnam , quę veniebat imponenda ex prima depoſirione, quia ſi de iure vt dicunt Doctores præfati, licitum eſt teſti etiam ex interuallo ſe corrigere, docto de errore, neceſſario etiam ſequitur , ꝙ talis correctio ſit impunibilis : quia quod fit lege permittente,pœnam non meretur. *l.Graccus. C. de adult.* & in materia noſtra ſic arguit Boſſ. *in tit. de pub.proceſſ. nu.*32. *in fine.*

21 Nec etiam obſtat Couarr.allegatus per Clar. *in d.q.*53.*ſub verſ.quartus eſt caſus,*quia vt ex eius lectura clare legitur , & ideo illum videri ſupplicatur, loquitur in caſu non probati erroris ; vbi aperte probat , quod paria ſunt ſe incontinenti corrigere , non docto de errore,vel ex interuallo cum probatione erroris;ſed primo caſu teſtis nõ punitur;ergo nec in ſecundo.

22 Poſſet etiam dici,quod falſitas per errorẽ cauſata,& ſine dolo,punibilis nõ eſt, nec ordinaria, nec extraordinaria pęna , ſecundum communẽ , de qua poſt alios per Franciſcum Beccium *in conſil.*78.*num.*9.16.33.*& in fine, lib.*1. vbi quod ita omnes fatentur ; ſed quia hæc nimis generalia ſunt,idcirco ex præmiſſis rationibus, quæ magis ſtrictè faciunt ad pũctum, concludo, quod ſtan-

tepro-

te probatione erroris, & iuſta ac excuſabili cauſa ipſius erroris, potuit teſtis ex interuallo ſe corrigere ſine metu alicuius pœnæ. Et ſi contrarium prætendens Aduerſarius præmiſſis non acquieſcit, aduertat idem, quod probato errore, de quo ſupra, magis puniendus eſt ipſe, & teſtis per eum inductus, qui falſum ſine vlla correctione depoſuerunt, quàm teſtis, qui errorem cognoſcens, bonum opus operando ſe emendauit, & correxit, & hoc non habet dubium.

LAVS DEO.

Proſpet Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Reſpectu torturæ.* De teſte vario, quod ob ſolam variationem poſſit torqueri, plene diſcutit Do. meus Farinacius *in tract. de teſtibus, q. 66. p. 3. nu. 98. & ſeqq.* Vbi facit regulam cum quinque ampliationibus, & quatuor limitationibus, & in ſpecie de teſte, qui ſub colore correctionis variauit, vltra hic deducta, vide eundem D. meum Farinacium *d. q. 66. nu.* 244. & in ſpecie, quid de teſte examinato in cauſa ciuili, an propter variationem poſſet torqueri, vide declarantem ipſum D. meum Farinacium *ead. q. 66. nu.* 114. *& ſeq. & in q. 69. nu. 63. & ſeq.*

b *Veritas correctionis.* Et ſic aduerte, quod ad hoc vt corrigens ex interuallo effugiat præſumptionem ſubornationis, non ſolum eſt neceſſe, vt alleget cauſam erroris, ſed etiam, vt illam probet: alias nihil facit, vt per Do. meum Farinacium *in tract. de teſtib. q. 66. nu. 245.* quamuis Boſſ. ibi per eum allegatus *in tit. de publicatione proceſſus, n. 29. in fine, & num. 31. verſ. ſed vbi receſſiſſet,* videatur ſentire, iſto caſu ſufficere ſolam allegationem erroris, abſque alia probatione.

c *In tortura.* De iſta materia, vide late tractantem D. meum Farinacium *in tract. de teſtib. q. 66. par. 5. per totam, nume. 166. & ſequent.* Vbi facit regulam cum quatuor ampliationibus, & nouem limitationi.

d *A crimine & pæna falſi.* Notabilis eſt iſta concluſio, quod a crimine falſi cauſa iniuſta, & temeraria excuſet, quam vltra allegatos hic per Dom. meum approbarũt Butrig. *in l. plagi. la ſecũda, col. 1. verſ. & ideo dicit Dyn. & col. 2. verſ. Redeo ergo ad quæſtionem. C. ad l. Flauiam de plagiarijs.* Vbi ponit exemplum in vendẽte rem duobus, *iux. l. qui duobus. ff. de falſ.* Bal. *in l. 2. §. quod obſeruari. in 3. notab. C. de iuramento calumniæ.* Marſ. *in l. 1. §. præterea, n. 13. ff. de ſicar.* Soc. iun. *conſ. 37. num. 23. lib. 2.* Pariſ. *conſ. 151. nu. 29. lib. 4.* Marſ. *conſ. 7. nu. 25. & 26.* Cephal. *conſ. 230. nu. 14. lib. 2.* Honded. *conſ. 105. nu. 29. lib. 1.* Vbi reprobatis Ang. & Cæpol. in locis per eum relatis, contrarium tenentibus, teſtatur de communi.

e *Immediatè.* Aduerte ne decipiaris, quia variatio, & mendacium non ſolum faciunt indicium, quando tangunt immediate ipſum delictum, ſed etiam ſi tangant delicti qualitates, & circunſtantias ſubſtantiales tantum; ſic enim declarat idem D. meus Farinacius *in ſua pract. crimin. in par. 1. tit. de indic. & tort. quaſt. 52. num. 11. & ſeqq. & nu. 31. & ſeqq.*

f *Vbi de communi.* Et Boſſ. ſic dicentem refert, & ſequitur Clar. *in pract. §. homicidium. verſic. culpa dicitur, ad finem,* & cum iſta communi vltra hic allegatos concurrunt Cæpol. *conſ. crim. 41. num. 9. verſ. interdum eſt leuiſſima.* Auguſtin. ad Angel. *de malef. in verbo, ſcienter & doloſe, nu. 15.* idem Ang. *de malef. in verbo, incendiario, num. 5. verſic. Non obſtat d. lex, qui ædes, & num. 6.* Firman. *in repertorio, in verbo, culpa leuiſſima, nu. 18.* Marant. *in Speculo par. 4. in princ. nu. 70.* Vbi reprobat Bart. contrarium dicentem. Maſcard. *de prob. lib. 1. concl. 569. ſub nu. 3. & 4.*

Quamuis contrarium, quod immo leuiſſima culpa poſſit etiam criminaliter puniri, ſcripſerit Bart. *in l. reſpiciendum. §. delinquunt. poſt nu. 4. ff. de pæn. & in l. 1. nu. 3. in fine. verſ. aut leuiſſima. ff. de legib.* Vbi quod mitius punitur, quàm leuis. Paul. de Caſt. *in d. l. 1. nu. 9. in fine.* Ant. de Butr. *in cap. 2. nu. 9. poſt med. verſ. ſi pæna eſt criminalis. de conſtit.* Vbi quod Cynus cõtrarium volens, male dixit, & ibi etiam Imol. *nu. 12. in fine. verſ. & tangit etiã.* nec diſſentire videtur Ang. *de malef. in verbo, ſciẽter & doloſe. nu. 13.* Blanc. *in pract. §. viſis indicijs, nu. 153. iuncto num. 157. verſ. teneo opinionem Bart. fol. mihi 61.*

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Materia iſtius conſilij eſt, an licentia de ferendi omne genus armorum, etiam prohibitorum, comprehendat archibuſetta: Et an eadem licentia data alicui, vt poſſit facere deferre dicta arma duobus ſuis amicis, extendatur etiam ad amicos non euntes in ſocietate illius, cui fuit conceſſa licentia; Et hinc multa de interpretatione priuilegiorum, ac de illorum extenſione, ſeu reſtrictione: ac etiam de interpretatione verborum generaliũ, ſeu vniuerſalium, magiſtraliter expoſita reperies.

SVMMARIVM.

Armorum delatio de iure communi prohibita eſt, num. 1. & in addit. litera a.

Priuilegia ſunt ſemper interpretanda, vt lædant ius commune minus,

minus, quam ſit poſſibile, nu. 1. Declara, vt nu. 15. & ſeq.

Priuilegia Principum ſunt ſtricti iuris intelligenda, ac ſemper interpretanda, vt ſe conforment æquitati, & honeſtati, num. 2.

Priuilegia ſunt interpretanda ſecundum mentem concedentis, nu. 2. & nu. 6.

Verba generalia in priuilegijs reſtringuntur, vt minus comprehendant, quam ſit poſsibile, licet ſecus ſit in beneficijs, nu. 3. Declara vt nu. 2. & ſeq.

Verba vniuerſalia, & generalia accipiunt reſtrictionem, ne ſequatur incõueniens, & abſurdũ, nu. 3. Declara, ut nu. 31.

Verba quantumcunque generalia, debent reſtringi ad æquitatem, nu. 3.

Priuilegium exorbitans debet intelligi ſtrictiſsimè, vt ſe conformet æquitati, & honeſtati, nu. 3.

Licentia data alicui deferendi arma pro ſe, & alijs, debet intelligi pro defenſione perſonæ illius, cui data eſt licentia, non autem pro alijs, qui ad ſui libitum poſſint dicta arma deferre, nu. 4. declara vt nu. 40. & ſeq.

Doctori non conuenit ignorare ius, in quo verſatur, num. 5. declara vt nu. 47. & ſeq.

Generalis, & vniuerſalis conceſsio, cuncta complectitur, & nihil excludit, nu. 7. Amplia primo etiam in materia ſtricta, & odioſa, nu. 8. & num. 24. Vbi idem in pœnalibus. Amplia ſecundo etiam, quod in vno caſu ſit maior ratio, quam in alio, nu. 9. Amplia tertio, quia comprehendit et ea, quæ ſpeciali nota digna ſunt, nu. 10. Amplia quarto, vt comprehendat caſus inopinatos, & inſolitos, & omnia ea, quæ dici, aut excogitari poſſunt, ſiue in genere, ſiue in ſpecie, nu. 11. & num. 32. Amplia quinto, quia generalis oratio habet vim ſpecialis, & indiuiduę expreſsionis, nu. 12. Amplia ſexto, & multo magis in diſpoſitionibus humanis, quæ nunquam reſtringuntur etiam in caſu, in quo de iure reſtrictio fieri debet, nu. 13.

Priuilegia, quando ſunt clara, non recipiunt reſtrictionem a iure communi, nu. 15.

Vniuerſalis oratio, quando comprehendit omnes caſus, tunc non dicimur eſſe in dubio, ſed in claris, num. 15. & num. 26. in fine.

Verba non interpretantur, vt minus derogent iuri communi, quam ſit poſsibile, quando ſumus in diſpoſitione hominis, num. 16.

Interpretatio, quæ verborum proprietatis repugnat, non dicitur poſsibilis, nu. 17.

Interpretatio, quæ conuenit proprietati verborum, nunquam cenſetur excluſa, nu. 17.

Verba ſunt propriè intelligenda, & interpretanda etiam in materia ſtricta, & odioſa, nu. 17.

Licentia deferendi omne genus armorum etiam prohibitorũ, an comprehendat archibuſetta, nu. 1. & omnibus ſeqq. in diſcurſu.

Armorum delationis pœna de iure communi eſt pecuniaria, numero 18.

Receſſus omnis a iure communi dicitur odioſus, nu. 18. verſic. hoc ſtante.

Diſpoſitio pœnalis dicitur odioſa, num. 18. verſ. ſecundo rationem pone.

Pœnalia ſunt ſemper reſtringenda, nu. 18. in fine.

Vniuerſalis oratio comprehendit etiam caſus improprios, nu. 19. in fine.

Diſpoſitio, quæ tollit conſtitutiones ſpeciales a iure communi exorbitantes, vel illi derogantes, non odioſa, ſed fauorabilis eſt, & latè interpretanda, nu. 20. in fine.

Armorum deferendi licentias ſuperior dare poteſt ex cauſa, numero 22.

Diſpoſitio partim odioſa, & partim fauorabilis, in totum reputari debet fauorabilis, nu. 23.

Verba vulgaria non debent iuxta iuris regulas ſubtilizari, ſed groſſo modo, & prout homines vulgariter loquuntur, intelligi, nu. 25.

Interpretatio nunquam admittitur in claris, nu. 26.

Diſpoſitio reputari debet fauorabilis, & non odioſa, quando agitur de euitando pœnam, nu. 27.

Interpretatio ſemper ſumenda eſt, vt pœna euitetur, nu. 27.

Priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda, quando agitur de præiudicio tertij; ſecus quantum ad ius concedentis, nu. 28.

Securitates Principum non ſtrictè, ſed latiſſimè interpretandæ ſunt, numero 28.

Principis contractus omnes ſunt bonæ fidei, nu. 28.

Securitatem ſeruare ſpectat ad Principis honorem, nu. 29.

Iniuriam nemini facit, qui authoritate ſua lege permittente, vtitur, nu. 30.

Voluntas venit metienda a poteſtate, nu. 30.

Verba ſemper ſunt interpretanda, ne ſequatur præiudicium tertij, nu. 31.

Vniuerſalia verba, an reſtringatur propter veriſimilitudinem, numero 32.

Voluntas etiam ex actu nullo cognoſcitur, nu. 33.

Mens concedentis percipitur ex declaratione, quam ipſe concedens facit, nu. 33. in fine, & nu. 46.

Declarans vno modo mentem ſuam, non poteſt alio modo declarare in præiudicium illius, ad cuius fauorem facta eſt declaratio, nu. 34.

Genus dicens cenſetur dixiſſe omne eius ſpecies, numero 35. in fine.

Referenti non creditur, neque docto de relato, nu. 36.

Arma projciens dum inuenit Curiam, an præiudicet licentiæ, quam habet illa deferendi, num. 36. & ſeq.

Actus præſumitur factus ex cauſa potius excludente delictũ, quàm includente, nu. 37.

Veritas rei non immutatur per noſtrum affirmare, vel negare, num. 38.

Delictum vbi non eſt, ibi non cadit pœna, nu. 38. in fine.

Opinio in delictis, num attendatur potius, quàm veritas, in addit. litera b.

Negans delictum non prohibetur poſtea illud fateri, & poſtea probare aliquam cauſam eiuſdem delicti excluſiuam, num. 39.

Reus non prohibetur vti pluribus exceptionibus, & defenſionibus, num. 39 in fine.

Expreſſa, quæ non ſunt in priuilegio, non debent ſuperintelligi, numero 40.

Mens colligitur ex verbis, num. 41.

Mentis noſtræ nullum eſt maius teſtimonium quàm qualitas inſpecta verborum, num. 41.

Lex quod non dicit, nec nos dicere debemus, nu. 41.

Priuilegia recipiunt interpretationem a verbis, & non à voluntate non expreſſa, num. 41.

Voluntas in mente retenta nihil operatur, nu. 41.

Credens fide digno excuſandus eſt, nu. 42. Vbi ampliatur etiã in crimine læſæ maieſtatis, & nu. 57.

Armorum generalis prohibitio non extenditur ad Doctorem, num. 44.

Defraudari nemo debet ſub fide publicæ ſcripturæ, num. 44. in fine, & nu. 49.

Declaratio priuilegij facta poſt priuilegium, retrotrahitur ad tempus conceſſionis, num. 45.

Priuilegij verba dubia declarantur a concedente priuilegium, num. 46.

Ignoratio in facto excuſat a pœna quemlibet etiam prudentiſſimum virum, nu. 47.

Dubietas in iure æquiparatur dubietati facti, num. 48.

Ignorantia iuris dubij difficilis, & controuerſi excuſat ignorantem, nu. 48. in fine

Iudicis licentia, & authoritas excuſat omnem perſonam, etiã ex falſa cauſa prouenies, nu. 49.

Iudicis factum iuſtam credulitatem, & bonam fidem inducit, num. 49.

Fides publicæ perſonæ non debet aliquem decipere, nu. 49.

Iudici aliquid aſſerenti de mandato Principis Principe præ-

ſente, credendum eſt, nec mentiri præſumitur, num. 49.

Capitaneus generalis belli habet in armis omnimodam poteſtatem, num. 54.

Conſtitutio quælibet nunquam cenſetur tollere priuilegia in corpore iuris clauſa, num 55.

Diſpoſitio odioſa recipit interpretationem iuris communis, vt minus illi deroget, quam minus ſit poſsibile, nu. 55.

Obſeruantia ſubſequuta poſt principium declarat priuilegiū, numero 56.

Licentiæ, ſeu priuilegia conceſſa cenſentur conceſſa ex titulo præcedentis facultatis, num. 56.

Obſeruãtia ſubſequuta inducit validitatem actus etiam, quod ſit contra ius commune, nu. 56.

Obſeruantia quando eſt notoria, poteſt Iudex ſe de ea extraiudicialiter informare, nu. 56. in fine.

CONSILIVM XLV.

1 ADSIT DEVS. De anno 1584. ſub die 12. Iulij, Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus D. Dux Soræ Capitaneus generalis ſanctæ Eccleſiæ conceſſit Bernardino Cotro, tunc Locumtenenti in criminalibus Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Vicarij Vrbis licentiam ſub his verbis videlicet. *Di poter far portare a duoi ſuoi amici di giorno, & di notte ogni ſorte d'arme offenſiua, & defenſiua, ancorche prohibita.* Vigore dictæ licentiæ idem Cortus nominauit duos eius amicos, quorum vnus erat I.V.D. eidemque tradidit nominationem prædictam in ſcriptis eius manu ſubſcriptã, & ſigillo ſignatam. Accidit, quod de menſe Octobris ſequenti de nocte, idem Doctor deferens propter inimicitias, quas habebat, Archibuſettũ, perueniens ad Pontem Sixti ſuper Tiberim audito rumore multitudinis biruariorum in eum venientium, ſciensq; Bariſellum ſibi maleuolum, ad effugiendum occaſionem, ne ab ipſo firmaretur, ac ne ei redderet rationem delationis armorum prohibitorum, archibuſettum, quod gerebat, extra Pontem proiecit. Biruarij hoc aduertentes, illud inuenerunt in Ripa Tiberis, & poſt eius inuentionem eundem Doctorem ad carceres duxerunt, ipſoque examinato, & veritatem confitente, fuit de pluribus dubitatum per Iudicem cauſæ, vt in infraſcriptis dubijs ab eodem Iudice datis.

Dubia data per Iudicem.

LIcet Illuſtriſſimus & Excellentiſsimus Do. Dux Soræ Generalis ſtatus Eccleſiaſtici cõceſſerit priuilegium ſiue licentiam ſub die duodecima Iulij 1584. Excellenti D. Cottæ Locumtenenti Illuſtriſs. D. Vicarij Vrbis, vt poſſit deferri facere duobus eius amicis omne genus armorũ prohibitorum, nihilominus vr̃ dicendum D. F. Iuriſconſultũ non potuiſſe ad eius libitũ deferre archibuſettum prohibitum vti amicum d. Excellentis D. Cottæ ab eo nominatum in quadã eius ſcriptura ſub die 24. Iulij 1584. virtute priuilegij ſiue licentiæ ſibi a dicto Illuſtriſſimo & Excellẽtiſſimo D. Duce conceſſæ ex pluribus.

Primo, quia ſumus in materia prohibita, & in ſe continente delictum tam de iure cõi, cum delatio armorum prohibita ſit, vt dicit glo. per illum tex. *in auth. de armis, verſus finem in verbo, minores, collat. 6.* quàm ex decretis, ſiue conſtitutionibus Pontificijs, & præſertim Pij V. expreſsè prohibẽtis delationem dictorum archibuſettorum breuioris menſuræ, ſub pęnis grauiſſimis; quia prohibitio fuit renouata de anno proximè præterito die 3. Febr. a Reuer. D. Gubernatore de ordine expreſſo Sanctiſſimi, cum reuocatione licentiarũ, ſiue priuilegiorũ cõceſſorum tam a ſanctiſſimo, quam a d. Illuſtriſ. Generali deferendi huiuſmodi archibuſetta. Quo caſu priuilegiũ cõceſſum a d. Illuſtriſ. & Excel. D. Duce deferre faciẽdi d. archibuſetta dicto Excellenti Dño Cottæ debet interpretari, vt minus lędat ius cõe, & ſucceſſiuè Conſtitutiones Pontificias ſuccedentes loco iuris cõis, & pręſertim in ſtatu Eccleſiaſtico, quam ſit poſſibile. *c. cum dilectus, de reſcriptis*, & tradit Alex. *conſ.* 15. *Reuer. D. Vicariæ. nu. 1. vol. 2.* & propterea hmõi priuilegium conceſſum deferendi arma ẽt prohibita, debet reſtringi ad pugiones, & gladios prohibitos a Pio IIII. non aũt ad archibuſettos prohibitos a Pio V. & ẽt a Sanctiſſimo cum reuocatione ẽt paucis mẽſibus ante, oĩum licentiarum, & priuilegiorũ conceſſorũ, deferendi huiuſmodi arma, vti magis exoſa Principi hodie ſedenti, illa prohibenti tanquam minus licita, & honeſta, & peſsimi exempli in Vrbe.

2 Secundo, quia priuilegia Principum debent ſtrictiſſimè intelligi, & ſe conformare æquitati, & honeſtati, ad tradita per Caccheran. *deciſ. Pedemon. 40. nu.* 11. ſed priuilegium, de quo agitur, non dicetur honeſtati conforme, ſi includeret dictos archibuſettos, paulò ante de ordine ſanctiſſimi prohibitos, cum reuocatione licentiarum, priuilegiorum dictorum armorum dicti Excellẽtiſsimi Ducis, quem nõ eſt veriſimile voluiſſe in dicto priuilegio huiuſmodi arma includi, & mẽs eius attendenda eſt in huiuſmodi priuilegio conceſſo dicto Excellenti Domino Cottæ. March. *deciſ. 365. quæritur, num.* 32. cum dictum genus armorum ſit peſsimi exempli, & præſertim in Vrbe, vbi reſidet ſummus Pontifex.

3 Tertio, quia, ſi Illuſtriſsimus Dux voluiſſet in dicto priuilegio dictos archibuſettos cõprehendi, illud verbis expreſsiſſet, nec contentus fuiſſet verbis generalibus, ſciens, quod licet verba generalia regulariter omnia comprehendant, nihilominus iſtud non eſt verum in priuilegijs Principum, quia in ijs verba generalia reſtringuntur, vt minus comprehendant quam poſsibile ſit, licet ſecus ſit in beneficijs. March. *dicta deciſ.* 365. *numero trigeſimoſecundo.* Immo verba vniuerſalia, & generalia recipiunt reſtrictionem, ne ſequatur inconueniens, & abſurdum. Salyc. *in l.* 1. *numero* 22. *verſic. ſecundo limita. ff. de leg. primo*, & verba quantumcunque generalia debent reſtringi ad æquitatem. Crauet. latè videndus, *conſilio* 221. *emptores, numero primo*, videndus etiam Oſaſc. *dicta deciſ.* 90. *numero* 12. *&* 13. Et eo magis iſtud procedit, quod priuilegium conceſſum alicui eſt exorbitans, prout in caſu, de quo agitur,

quia

Digitized by Google

quia tunc debet reſtrictiſſime intelligi, vt ſe conformet æquitati, & honeſtati. Caccher. *d. dec. Pedem. 90. nu. 11. 12. & 13.* omnino videndus.

4 Quarto, præſuppoſito citra veri præiudicium, quod dictum priuilegium conceſſum Excellenti D. Cottę, poſſit comprehendere etiã archibuſettos ſub dictis verbis generalibus, nihilominus nõ potuit d. D. I. deferre dictum archibuſettum vigore nominationis factæ per Excellentem D. Cottum, quia dictum priuilegium cum ſtrictiſſimè ſit intelligẽdũ, vt dixi ſupra, debet interpretari, vt poſſit deferri facere duobus eius amicis dicta archibuſetta pro defenſione perſonæ d. Excellentis D. Cottæ, non aũt, vt poſſit nominare amicos, concedendo eis, vt ad eorũ libitũ poſſint huiuſmodi arma deferre, & hanc exiſtimo fuiſſe mentem Excellentiſſimi Domini Ducis omnino attendendam, vti etiam conſonam æquitati, & honeſtati, volentis mediante dicto priuilegio prouidere ſaluti corporis dicti Excellentis D. Cottæ Iudicis criminalis in Vrbe, & habentis ẽt inimicitias particulares, non autẽ uoluntatibus amicorum dicti Excellentis D. Cottæ, & hoc eſt iſtud, quod voluit Caccheran. *d. deciſ. 90. nu. 11. 12. & 13.* poſt Iaſ. Crauet. & alios ibi citatos, & per hoc crediderim d. D. F. non poſſe tueri a pœnis cõminatis in Cõſtitutionibus Pij V. & bannis Reuerendiſs. C. Gubernatoris ex ordine ſanctiſſimi vltimo loco publicatis.

5 Nec dicatur, D. F. credidiſſe huiuſmodi priuilegium comprehendere ẽt archibuſettos, & eũdem Dominum Cottam habuiſſe facultatem illum nominandi; prout nominauit; quoniam reſpondeo, d. D. F. Iuriſconſultũ, & eminentis ingenij, vt circumfertur, non poſſe iſtud allegare, tum quia priuilegium præfatum ne uerbum quidem de archibuſetto, & ſimiliter, nec in ſcriptura D. Cottæ; tũ quia optimè ſciebat, vel ſcire debebat, Dominum Cottam nõ habere ex ipſo facultatem faciendi dictam nominationem; tum etiam quia non conuenit Doctori ignorare ius, in quo verſatur. *l. 2. §. Seruius. ff. de reg. iur.* qđ nõ ignorauit D. F. proijciendo dictum archibuſettum, ſciens, quod non comprehendebatur in dicto priuilegio.

6 Secundo reſpondetur, negari non poſſe, quin dictum priuilegium armorum in hoc habeat aliquam difficultatem per ea, quæ dicta ſunt; vnde D. F. debebat adire dictum Excellentiſs. Ducem pro declaratione dicti priuilegij, cuius Principis copiam quotidie habere poterat, cum in priuilegijs mens concedentis inſpiciatur, March. *d. dec. 365. nu. 32.* & propterea cum iſtud nõ fecerit, nõ caret dolo, nec poteſt ignorãtia iuris ſe tueri, cũ ſit Doctor Excellẽtiſſimus. *d. §. Seruius,* vnde puniri debet dictis Conſtitutionibus Pontificijs.

Reſolutiones Dubiorum.

7 ADSIT DEVS. Quibus non obſtantibus, ad fauorem D. F. pariter adducebatur vulgaris illa, ſed veriſſima concluſio, quod ſcilicet conceſſio generalis, & vniuerſalis cuncta cõplectitur, & nihil excludit, per vulgatam regulam, de qua *in l. Iulianus. ff. de leg. tertio. l. 1. §. & quod autem. ff. de aleato. l. fin. §. vxori. ff. de aur. & argent. leg. l. a procuratore. C. mandat.* cum alijs adductis per Pariſ. *conſil. 53. nu. 21. vol. 2. & 53. num. 45. vol. 3. & conſi. 35. nu. 5. vol. 1. & conſi. 61. nu. 36. & conſi. 63. nu. 41. vol. 2.* Dec. *in l. omnis. num. 1. ff. ſi cert. petat.* Couarruu. *variar. reſolutio. libro primo, capit. 13. numero 2.* & alibi paſſim Doctores. quæ quidem regula, & concluſio plures notabiles, & ad propoſitum facientes communiter ẽt, & a Doctoribus receptas, habet ampliationes; quia

8 Primo procedit, etiam in materia odioſa, & ſtrictè interpretanda. Angel. *in l. fin. col. fin. verſic. tertio quæritur. ff. de conſtitutionib. Princip.* Dec. *conſilio quinto, poſt numerum quartum.* Aymon. *conſilio 294. numero 3. verſic. quanto fortius. & conſ. 118. numero 14.*

9 Secundo procedit etiam, quod in vno caſu ſit maior ratio, quam in alio. Dec. *conſil. 5. num. 2. & conſi. 277. col. 2.* Neuizz. *conſil. 19. numero 1.* Cęph. *conſi. 29. num. 1. & conſi. 138. num. 10. vol. 1. & conſi. 227. nu. 15. vol. 2.* Rolan. *conſi. 7. nu. 21. vol. 4.* Aym. *d. conſi. 294. nu. 2.*

10 Tertio comprehendit, quæ ſpeciali nota digna ſunt. Aym. *d. conſilio 294. numero 2. verſic. ſed magis in terminis noſtris.* Cæphal. *conſilio 36. numero 10. & ſeqq. & conſilio 92. numero 10. & ſeqq. & conſi. 150. nu. 11. vol. 1.* Rolan. *conſ. 54. nu. 44. & ſeq. volum. 3.*

11 Quarto comprehendit non ſolum caſus inopinatos, & inſolitos, ſed etiam ea omnia, quæ dici, aut excogitari poſſunt, ſiue in genere, ſiue in ſpecie. Corn. *conſil. 46. nu. 3. vol. 3.* Crauet. *d. conſi. 294. nu. 2. verſ. ſed adhuc magis in terminis, & conſi. 209. nu. 6.* Franc. Hercul. *in tract. de negat, ſub nu. 84.* Nat. *conſi. 525. nu. 23.*

12 Quinto id, quod ex generali diſpoſitione venit, dicitur comprehenſum, non per extenſionẽ, ſeu interpretationem, ſed per intentionem, & per proprietatem verborum, quia generalis oratio habet vim ſpecialis, & indiuiduæ expreſſionis. Bartol. *in l. 1. in fine. ff. ſi quis in ius voca. non ierit. & in l. ſi duo. in fine. per illum text. ff. de adminiſtrat. tut. & in l. omnes,* vbi etiam Bald. & Angel. *C. de præſcript. triginta uel quadraginta annorum.* Aymon. *conſilio 294. numero ſecundo, verſicu. ſed magis in terminis tradunt communiter Doctor. in l. prima. ff. de uulgari, & pupillar.* plenè Tiraquell. *de legib. connub. gloſſ. quinta, numero 86. & ſeqq.*

13 Sexto, vbi alias vniuerſalis diſpoſitio aliquam reciperet de iure reſtrictionem, vel declarationẽ, vtputa ad terminos habiles, ad ſubiectam materiam, ad naturam rei ſecundum ius commune, & ſimilia; hæ tamen reſtrictiones, & declarationes procedunt, quando ſumus in diſpoſitione legis, ſtatuti, vel alterius conſtitutionis: ſecus in diſpoſitione hominis. Curt. *conſil. 1. numero 2. & ſeqq.* Rolan. *conſi. 27. nu. 27. vol. 4. & conſi. 61. num. 43. & ſeqq. vol. 1. & conſ. 60. nu. 50. eodem vol. 1.* Oſaſc. *deciſ. Pedemont. 169. nu. 5.*

14 Cũ itaque Illuſtriſſimus & Excellentiſſimus Dux Soræ cõceſſerit Domino Bernardino Cotto licentiam deferri faciendi duobus ſuis amicis oẽs ſpecies armorum, etiam prohibitorum, vt patet ibi, *ogni ſorte d'arme ancorche prohibite, &c.* quod ſub hac vniuerſali, & generali conceſſione comprehẽdi debeant etiã archibuſetta, & quod quin ſit vna ſpecies armorum prohibitorum, negari non poteſt, nullus locus credo dubitationi remaneat, per præallegata. Quibus non obſtent exaduerſo motiuata; quia reaſſumendo ſigillatim omnia eius fundamenta.

15 Dum primo opponitur, quod ex quo archibuſetta ſunt arma prohibita a iure communi, a Põtificijs Conſtitutionibus, & a bannimentis Reuerendiſs. D. Gubernatoris de ordine ſanctiſſimi nuper promulgatis; Ideo tanquam arma magis exoſa Principi, & peſſimi exempli, non debeant comprehendi ſub generali conceſſione omnium armorum prohibitorum, ex quo dicta conceſſio debet interpretari, vt minus lædat ius cõmune, cõſtitutiones, & bannimenta prędicta, quæ loco iuris communis ſucceſſerunt, quam ſit poſſibile, *c. cum dilecta. de reſcrip.* Alex. *conſ. 15. Reuerendiſſimæ D. Vicariæ. nu. 1. uol. 2.* Reſpondetur primo, qđ hæc regula procedit in dubio, ſecus in claris, ſic in terminis poſt Corn. *in conſ. 24. col. pen. litera A. uol. 2.* & Gozza. *in conſi. 53. nu. 17.* quos allegat ſimili argumento, Reſpondet Oſaſ. *deciſ. Pedemon. 23. nu. 41. verſ. minus obſtat, iuncto præcedenti, nu. 3.* Vbi expreſsè loquitur in priuilegijs, & ſic in materia regulariter ſtrictè interpretanda, prout prętenditur hæc, de qua agitur. Quod autẽ qñ in diſpoſitione adeſt dictio vniuerſalis, tunc dicamus eſſe in claris, & non in dubio, ſic põderauit idem Oſaſc. *d. deciſ. 23. n. 29. ibi, & cum dicat omnia, &c.* tradit Aym. *d. conſ. 294. ſub nu. 1. ſub verſ. ſimiliter quando relinquitur, &c. ibi, vbi verba fideicommiſſi ſunt vniuerſalia, illa ſunt clara, &c. & melius ſub nu. 8. col. antepen. verſ. quarto quod dictum Cornei in fine, & conſ. 290. nu. 6.*

16 Reſpondetur ſecundo, quod eadem regula volens verba fore interpretanda, vt minus derogẽt iuri communi, quam ſit poſſibile, &c. procedit in diſpoſitione legis, ſeu ſtatuti; ſecus in diſpoſitione hominis, put nos ſumus; ſic pariter in ſpecie, & in materia vniuerſalis diſpoſitionis poſt Bal. Iac. de Arena Alex. & Iaſ. per eũ citatos, declarat Cur. *cõſ. 1. n. 3.* & vltra Rol. vbi ſupra allegatum, refert, & ſequitur idẽ Oſaſ. *d. dec. Pedem. 169. n. 5.*

17 Reſpondetur tertio, quod prædicta concluſio non procedit ſimpliciter, & generaliter, ſed conditionaliter, quatenus ſcilicet ſit poſſibile, non enim inquirunt Doctores, quod verba interpretari debeant, vt minus derogent iuri communi ſimpliciter, ſed dicunt, vt minus illi derogent, quam ſit poſſibile; ergo debent intelligi, dummodo talis interpretatio non repugnet proprietati verborum, quia non dicitur de iure poſſibilis illa interpretatio, quæ verborum proprietati repugnat, vulgata *l. non aliter. ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi is, qui Nauem. verſ. in re igitur, &c. ff. de exercit. actio.* Nec dicimus poſſe, quod iure non poſſumus, & vbi aliqua a iure recipitur interpretatio, non intelligitur de ea, quę proprietati uerborum repugnet; ſicut ècontra, vbi excluditur lata interpretatio etiam in materia odioſa, & pęnali, non cenſetur excluſa ea, quæ ex proprietate verborum inſurgit. *l. cum lege, & ibi Aret. per illum tex. ff. de teſtam.* Calder. *conſi. 1. tit. de conſanguin. & affin.* Oldr. *cõſ. 215. nu. 6. col. 3.* Dec. *conſ. 5. poſt numerum quartum. & in l. factum. §. in pœnalibus, num. 10. ff. de reg. iur.* Aymon. *dicto conſilio 294. numero tertio, uerſiculo quanto fortius, & numero quinto, uerſic. Infertur ex præmiſſis.* vbi quod etiam in materia odioſa, & ſtrictè interpretanda, non eſt recedendum a proprietate, & vniuerſalitate verborum etiam, quod actus remaneat iniuſtus, & *conſilio 118. numero 12.* Vbi quod etiam in materia odioſa, & pœnali non excluditur interpretatio, quæ ex verborum proprietate, & generalitate deſcẽdit: Igitur cum propriè, & ex natura generalis, & vniuerſalis cõceſſionis omnium armorum prohibitorum veniunt archibuſetta, tanquam illorum ſpecies, vt ſupra demonſtratum eſt, tradit Aymon in locis proximè allegatis, & Dec. *in l. in toto. in prin. uerſi. & hoc propriè. ff. de reg. iur. per l. ſemper in generalibus. ff. eodem,* immo dicantur ſpecificata, & expreſſa, vt pariter dixi ſupra; non videmus, quomodo contraria interpretatio dicatur de iure poſſibilis, poſtquam eſſet contra propriam naturam vniuerſalis diſpoſitionis, & contra id, quod fuit expreſſe conceſſum in licentia, vel ſaltem a iure habitum pro expreſſo.

18 Reſpondetur quarto, non eſſe verum, quod per incluſionem archibuſettorum in conceſſione, de qua agitur, dicatur lædi ius commune, ſaltem quoad pœnam, de qua tractatur, ea ſcilicet, quæ imponitur a conſtitutionibus, & bannis; quia licet de iure communi arma ſint prohibita, non tamen pro eorum delatione imponitur pęna illa rigoroſa, de qua in dictis conſtitutionibus, & quam comminatur fiſcus; ſed tantum pecuniaria videlicet, viginti ſolidorum cum amiſſione armorum, vt per Afflict. *ſuper tertia parte feud. titu. de pace tenen. cap. ſi quis Ruſticus.* in diſcurſu; ſed bene læduntur conſtitutiones, & bannimenta prædicta. Hoc ſtante, non eſt inferendum de læſione iuris communis ad læſionem Conſtitutionum, & bannimentorum prædictorum, quia cum dicta bannimenta, & conſtitutiones ſint non ſolum exorbitantia a iure communi, ſed etiam pœnalia, dubium non eſt, quod dicantur odioſiſſima, duplici reſpectu. Primo ratione exorbitantiæ, quia omnis receſſus a iure communi dicitur odioſus, *capit. quæ a iure. de regul. iur.* Abb. *in capit. quia. in tertio notab. de priuileg. & in capit. olim. ſuper gloſ. prima. de uerborum ſignificatio.* notant Doctor. *in l. ſi uerò. §. de viro. ff. ſoluto matrimon.* Menoch. *in l. ſina. numero trigeſimooc. ano. C. de edict. Diui Adriani tollen. in tractat. de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 4.* Secundo ratione pœnæ criminis, ſcilicet Maieſtatis, vt per Gig. *de crimine læſæ maieſtatis, libro tertio, titu. 1. numero 4. vulgata l. factum. §. in pænalibus, ff. de regul. iur.* ideo vbi agitur de

huiuſmodi

huiuſmodi pœnæ impoſitione potius ſumenda eſt interpretatio pœnæ excluſiua, & conſequenter dictarum conſtitutionum, ac bannimentorũ derogatiua, quam incluſiua, vulgata reg. *c. odia. de reg. iur. in 6. d. l. factum. §. in pœnalibus.* cum alijs per Rolan. *conſilio 59. numero 52. & ſeqq. volumine tertio.*

19 Reſpondet quinto, quod dato millies, quod archibuſetta eſſent arma magis exoſa, magis pernicioſa, & peioris exempli, quam arma breuiora, quæ in licentia fuiſſe incluſa Fiſcus non inficiatur, prout contrariũ verius eſſe apertè colligitur ex Conſtitutione Pij Quinti dicentis, quod eadem ratio pernicioſitatis, & ſcãdali, quæ militat in archibuſettis, militat etiam in armis breuioribus, adhuc tamen non poſſunt excludi a generali, & vniuerſali conceſſione deferendi omnes ſpecies armorum prohibitorum, quia ut alias dictũ fuit, vniuerſalis prædicta conceſſio debet oẽs ſpecies armorum prohibitorum comprehendere, & quod vna ſit magis pernicioſa, exoſa, & prohibita quam alia; & ſic etiam, quod in vna ſit maior ratio, quam in alia, ex concluſione ſupra firmata, quę nullum habet contradictorem, cui addo Benintend. *deciſio Bononien. 76. nu. 9.* & Royz. *deciſio. Litua prima nu. 164. poſt deciſiones Pedemontanas,* & Ceph. *conſi. 150. num. 8. lib. 1.* Vbi etiam, quod plus eſt, quod includit caſus improprios, & hæc quoad primam oppoſitionem.

20 Dum ſecundo opponitur, quod ſumus in licentia, & ſic in priuilegio, quod cum præſertim ſit exorbitãs, debet ſtrictiſſimè intelligi, licet ſecus ſit in beneficijs, vt per Franc. March. *deciſio. 365. nu. 32. par. 1.* Pariter, vt ad proximum motiuum, pluribus modis reſpondetur. Et primo, vt modo, quod non ſumus in priuilegio exorbitãti a iure communi, licet bene ſit exorbitãs a conſtitutionibus, & bannimentis prædictis, quæ cum imponant grauiorem pœnam ea, quæ imponitur a iure communi, ideo licentia, quæ tollit rigoroſam pœnam dictarum conſtitutionum, & bannimentorum exorbitantium a iure communi, & quæ illis deroget, non debet iudicari exorbitans, nec correctoria, quia exorbitãtia, & correctio conſtitutionis debet ſummi, habito reſpectu ad ius commune, non autem ad alias præcedentes conſtitutiones exorbitantes ab ipſo iure communi: & diſpoſitio, quæ tollit conſtitutiones ſpeciales, a iure communi exorbitantes, vel illi derogantes, non odioſa, ſed fauorabilis eſt, & latè interpretanda. Dec. *in l. in omnibus cauſis. nu. 11. & ſeqq. ff. de reg. iur.* vbi in terminis loquitur de priuilegio. Fely. *in c. cum acceſſiſſent. columna prima, num. 2. in tertio notab. extra de conſtitutionibus.* Gozzad. *conſ. 1. nu. 35. & conſ. 9. nu. 31. conſilio crimin. diuer. 124. ſub nu. 14. vol. 1.* Menoch. *de acquir. remed. 4. nu. 40. ad l. ſi. C. de edict. Diu. Adrian. tollen.*

21 Et ſi dicatur, quod ſaltem negari non poteſt, hanc licentiam eſſe odioſam, & exorbitantem a iure cõmuni, habito reſpectu ad generalem prohibitionem iuris communis, de qua in primo dubio; Replicatur primo, quod hic non agitur de imponenda pœna iuris communis, quæ (vt dixi) eſt pernicioſa, ſed pęna conſtitutionum, & bannimentorum, ideo cum reſpectu talis pœnæ licentia in nihilo deroget dicto iuri communi, nõ exorbitans, nec odioſa, ſed fauorabilis iudicanda eſt, per proximè deducta.

22 Replicatur ſecundo, quod licet ius commune generaliter prohibeat uſum armorũ, non tamen excludit, quin ſuperior poſſit dare licẽtias armorum, ex cauſa ſibi bene viſa, vt per Marſ. *in pract. §. pro complemento. col. 1.* & Pariſ. *conſ. 171. nu. 17. li. 4.* ideo licentia armorum data a ſuperiore habente poteſtatem, non exorbitans a iure cõmuni, ſed conformis cum iure, iudicanda erit.

23 Replicatur tertio, quod quando conſtitutio vno reſpectu eſt fauorabilis, vt puta, quia ex parte reducat nos ad ius cõmune, altero uero reſpectu odioſa, vt puta, quia ex alia parte in aliquo deroget iuri communi, vt ex aduerſo deducitur, debet in totum reputari, non odioſa, ſed fauorabilis, & ſic interpretãda. Abb. *in c. literis, ad finem. extra de reſtitu. ſpoliat.* Anchar. *conſil. 215. ſcripſit Papa. col. 2. uerſ. in contrarium, &c.* Aym. *conſi. 118. nu. 10.* & hæc ſit prima reſponſio ad hanc ſecundam oppoſitionem.

24 Secundo principaliter reſpõdetur, quod dato quod ſimus in priuilegio, vel conceſſione exorbitanti, & ſic in materia ſtrictè interpretanda, non per hoc tamen eſt recedendum a proprietate verborum generalium, & vniuerſalium, quæ generaliter, & vniuerſaliter intelligenda ſunt, etiam in materia odioſa, & ſtrictè interpretãda, ex cõcluſione ſuperius firmata, quibus addo Aym. vidẽdum in materia *in d. conſ. 294. num. 2. ver. amplius operantur.* vbi ꝙ etiam in pęnalibus, & vbi agitur de imponenda pœna capitali, verba vniuerſalia ſunt vniuerſaliter intelligenda in omni caſu, & vbi alias de iure pęna capitalis nõ imponeretur: & eſt pulchrũ dictum: ergo multo magis debent vniuerſaliter intelligi in caſu noſtro, in quo agitur de euitando pęnam impoſitam a cõſtitutionibus, & bannimentis exorbitantibus, ut ſupra a iure communi, addo etiam Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glo. 14. nu. 102.* vbi quod non ſolum vniuerſalis diſpoſitio, ſed etiam generalis, quæ minus eſt, oẽs caſus comprehendit, nedum in odioſis ſimpliciter, ſed etiam in odioſis, & pęnalibus ſimul, & ibi plures adducit concordantes; dato ergo ſine veri pręiudicio, qđ ſimus in priuilegio, & dato quod regulariter priuilegia ſint ſtrictè interpretanda, vt in dubio, non per hoc tamen tollitur lata interpretatio, quæ ex vi generalis, & vniuerſalis orationis inſurgit per pręallegata, & ex ſupra traditis, vbi probauimus ex Dec. Aret. Oldr. Calder. & Aym. qđ in quacunque materia, etiam odioſa, reſtringibili, & pęnali, qualitas, & proprietas verborum ſeruari ante omnia debet, & ſecundũ eum, non ſtricta, ſed lata ſumenda eſt interpretatio, prout in terminis in priuilegio cõcludit Dec. *in d. l. in omnibus cauſis, num. 11. & 12.* & magis in terminis in diſpenſatione, cui magis quàm priuilegio, videtur aſſimilari hæc armorũ licentia, *in l. fœminæ ab omnib. offic. num. 59. ff. eod.*

25 Tertio etiam reſpondetur, quod dato pariter, quod eſſemus in priuilegio, vel in materia alias ſtrictè interpretanda, & quæ aliquam de ſtricto iure reciperet reſtrictionem, vel interpretationẽ, ceſſat tamen talis interpretatio in verbis prolatis vulgari ſermone, quæ non debent iuxta iuris regulas ſubtilizari, ſed groſſo modo, & prout homines vulgariter loquuntur, intelligi. Dec. *in l. ſi tibi pecuniam. col. 1. ff. ſi cert. petat.* Aym. *conſi.* 118. *nu.* 23. vulgaria enim verba vulgariter ſunt intelligenda, & ſecundum communem vſum loquendi, vt ibi per eum, & in ſpecie in materia armorũ tradit Cardinal. *in Clement. 1. §. præfata quoque. de ſtat. monac.* ſed cui dubium, quod ſecundum communem, & vulgarem uſum loquendi ſub conceſſione omnium ſpecierum armorum prohibitorũ veniat Archibuſettum, ergo ſic interpretanda dicta licentia, & non alias.

26 Quarto reſpondetur, quod omnes regulæ iuris admittentes aliquam interpretationem, vel intellectum in diſpoſitionibus hominum, vel legum, ſtrictam, vel latã, non procedunt, niſi in diſpoſitionibus dubijs, & quæ indigent intellectu, vel interpretatione; ſecus in claris, vulgata *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. l. ille, aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3.* Curt. iun. *conſi.* 169. *nu.* 1. Cæphal. *conſi.* 138. *nu.* 2. *& ſeqq. volum.* 1. Roland. *conſil.* 55. *num.* 6. *& 7. volum.* 1. *& conſi.* 79. *num.* 55. *& ſeqq. volum.* 3. *& conſi.* 100. *nu.* 62. *lib.* 4. & in terminis in ſecuritate conceſſa a Principe tradit Dec. *conſi.* 51. *nu.* 2. *et nu.* 3. *verſi. prædicta tamen, &c.* Sed ſic eſt, quod per verba vniuerſalia, de quibus in licentia, res dicitur clara, & non dubia, vt per Aymon. ſupra allegatum *in conſi.* 290. *num.* 6. *& conſ.* 294. *ſub nu.* 1. *ſub uerſi. ſimiliter quando relinquitur, &c. ibi, nam vbi verba ſunt uniuerſalia, illa ſunt clara, &c. & melius ſub num.* 8. *colum. antepenultima, verſic. quarto, quod dictum Cornei, &c. in fine.* ergo ceſſat in ea ſtricta interpretatio, quæ regulariter in priuilegijs recipitur.

27 Quinto reſpondetur, quod quælibet diſpoſitio, quæ de ſui natura tanquam odioſa ſit ſtrictè interpretanda, fauorabilis tamẽ reputatur, & latè interpretanda eſt, quando prout in præſenti caſu, agitur de euitando pœnam. Cæphal. *conſil.* 140. *num.* 24. *vol.* 2. extendenda enim reſtringuntur, & reſtringenda extenduntur, quando rei fauor ita poſtulat. Dec. *conſ.* 137. *in fine, et in l. factũ. §. in pænalibus. nu.* 6. *& nu.* 8. *ff. de reg. iur.* & contra pœnam ſemper interpretatio ſumenda eſt, etiã ſi ageretur de crimine læſæ Maieſtatis. Salycet. *in l. quiſquis. §. filij uero. colum.* 1. *C. ad l. Iul. maieſtat.* & ante eum Bal. *in l. illud. colum.* 2. *poſt medium. C. de ſacroſanct. eccl.*

28 Reſpondetur ſexto, quod tunc demum priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda, quando ſumus in caſu, in quo alicuius tertij ius læditur; ſecus ſi non agitur de prẹiudicio tertij, quia tũc quantum ad ius concedentis, etiam priuilegia ſunt latè interpretanda contra concedentem, & in fauorem eius, cui conceduntur, ita poſt Oldr. quẽ allegat, *in conſilio* 268. *quæſtio eſt. colum.* 2. *uerſic. præterea, &c.* concludit Dec. *in d. l. in omnib. cauſis, num.* 13. *in fine, ff. de reg. iur.* & magis in terminis in caſu ſecuritatis conceſſæ per Principem, pulchrè tradit idem Dec. *d. conſilio* 51. *nu.* 2. *in fine uerſ. & quod talis conceſsio, & numero tertio, uerſic. ex quibus datur intelligi,* vbi poſt Bal. *in conſilio* 456. *proponitur quod quidã Nicodemus, libro tertio.* pulchrè concludit, quod quando conceſſio data a Principe neminem lædit, non ſtrictè, ſed large, & ad bonum ſenſum in fauorem eius, cui conceſſio facta reperitur, interpretanda eſt; tum quia omnes Principis contractus ſunt bonæ fidei; tum etiam, quia ſpectat ad Principis honorem ſecuritatem ſeruare, & idem tradit Brun. inter conſilia feudalia. *conſilio* 12. *colum. penultima, ubi ante finem.* & hæc declaratio eſt etiam recepta in Rota *in tit. de præbẽd. deciſio.* 4. *alias* 97. *numero primo, in nouis, & de offic. legat. deciſio.* 3. *alias* 119. *nu.* 2. *pariter in nouis.* Sed ſic eſt, quod hic non agitur de alicuius tertij, vel priuatæ perſonæ præiudicio, ergo latiſſimè, & ad fauorem Domin. F. licentia conceſſa Dom. Bernardino interpretanda eſt, quia magis tuetur honor Excellentiſſimi Domini Concedentis, vt per præfatos Doctores.

29 Dum tertio opponitur, quod verba quantumuis generalia, recipiunt interpretationem, vt ſe conforment ęquitati, &c. ne ſequatur abſurdum vel inconueniens, vt per Salyc. *in l.* 1. *nu.* 22. *uerſi.* 2. *limita. ff. de leg. primo,* Aym. *cõſi.* 221. *nu.* 1. Oſaſc. *deciſ. Pedemon.* 90. *num.* 11. *& ſeqq.* & quod mens Concedentis, quæ prẹcipuè in priuilegijs attendenda eſt, vt per Marc. *deciſ.* 365. *nu.* 32. & vt ſupra, ſemper præſumitur conformis æquitati, & honeſtati, vt per eũdem Oſaſc. *ibidem nu.* 17. quæ æquitas non ſuccederet, ſi in conceſſione comprehenderentur archibuſetta, quę ſunt arma perniciosiſſima, & mali exempli; & propterea nõ ſit veriſimile, quod excellentiſſimus illa uoluerit cõprehendi ſub generalitate, & uniuerſalitate uerborum per ſupra allegata.

30 Dicitur primo, quod in hac obiectione videtur præſupponi, quod quando excellentiſſimus Dominus Dux Soræ concederet alicui licẽtiam archibuſettorum, faceret contra æquitatem, & quod ex tali licentia reſultet abſurdum, & inconueniens, cum concedat facultatem deferendi ea arma, quæ ſunt peſſimi exempli, & valde pernicioſa; & hoc aſſumptum, nec verum videtur, nec præſupponi debet; ſi enim, vt alias demonſtratum fuit, nec hodie dubitatur, idem excellentiſſimus habet tam de iure communi, quam vigore facultatum ipſi vti Generali Capitaneo Sanctæ Romanæ Eccleſiæ a Sanctiſſimo conceſſam poteſtatem, & authoritatem deferri faciendi huiuſmodi arma, vtique dum iure, & authoritate ſua, lege permittente vtitur, nemini iniuriam facit, nec aliquid contra æquitatem committit. *capit. qui peccat.* 23. *quæſtione quarta. l. Gracchus, C. de adulter. l. fina. & ibi Doctor. ff. quod quiſque iur. l. quod Reipublicæ. & l. quod iniuriarum. §. primo, ff. de iniur. l. Nullus. ff. de regul. iur. l. tertia, ff. de libero homine exhiben.* cum ſimilibus. A poteſtate enim uenit

metienda

metienda voluntas. Ripa *in l. naturaliter. §. nihil commune.num.*107.*ff.de acquir.poſſ.*& licet gerere tale genus armorum,ſit de ſe iniquum,& peſſimi exempli, ceſſat tamen iniquitas in illo gerẽte cũ licentia Superioris. Marſ.*in pract.§.pro complemen to.col.*1.Marſ.*conſ.*171.*nu.*17.*li.*4. igitur cum habeamus in cõceſſione verba vniuerſalia, apta de ſui naturam comprehẽdere etiam archibuſetta, non eſt recedendum ab eorum proprietate, prætextu iniquitatis, vel abſurdi, quia vt dixi data poteſtate,& voluntate in concedente, omnis ceſſat iniquitas, & abſurditas tam reſpectu ipſius concedentis, quam eius cui conceditur.

31 Dicitur ſecundo, quod imò in licentia, de qua agitur, inconueniens,& abſurdũ orir etur, quando ſub vniuerſalitate verborum, de quibus in ea, non cõprehẽderentur archibuſetta, contra propriam naturã, & ſignificationẽ dictorum verborum vniuerſalium, quia tunc vere ageretur de præiudicio tertij, & de imponendo pęnam, ſic in propoſito ad inducendũ abſurdum, & iniquum, & tertij præiudicium,& pœnæ irrogationẽ conſiderarunt Doctores ex aduerſo allegati, ſcilicet Aym.*d.conſ.*221.*nu.*4.*& ſeq.*& Oſaſc. *d.deciſ.Pedemont.*90.*nu.*9.*& nu.*11.*in fine.nu.*13.*&* 17. dum dicunt, verba generalia, ac etiam vniuerſalia fore reſtringenda, vt ſe conforment æquitati, quia æquum non videtur id quod reſpicit præiudiciũ tertij, vel quando quis damnum indebitè pateretur, ſeu pro alio pęnã incurreret; ſi ergo ne quis damnum patiatur,& ad euitãdum pęnam, & vbi agitur de pręiudicio tertij, receditur a propria ſignificatione verborum vniuerſalium, quia iſto caſu dicitur reſultare iniquitas, abſurdum,& inconueniens, vt ibi per eos, multo magis dictę proprietati inhærendum eſt, vbi de eiuſdẽ tertij pręiudicio ageretur,& de euitando pęnam, prout in caſu noſtro: tunc.n.dicitur ſequi abſurdũ, quando ſequitur præiudicium tertij. *l. nam abſurdum. ff.de ope.liber.* Doctor.*in l.fi.§.in computatione.C.de iure deliberan.* Et quando agitur de euitando pęnam, tunc inſurgit æquitas, & non iniquitas.*l. placuit,& ibi Doctor.C.de iudic.*

32 Dicitur tertio, quod ſtante conceſſione vniuerſali, non eſt admittenda illa concluſio, quod ſcilicet non ſit veriſimile, excellentiſſimum Dominum Concedentem cogitaſſe, vel voluiſſe in licentia comprehendere tam peſſimum genus armorum, quia vt ſupra dictum eſt, *nu.*24. Vniuerſalis conceſſio omnium armorum prohibitorum trahi debet nedum ad omnia ea arma prohibita, quæ dici, aut excogitari potuerunt per Concedentem tam in genere, quam in ſpecie, ſed etiam ad incogitata,& inopinata,& etiam quod vnum genus armorum ſit magis prohibitum & pernicioſum quam aliud, vt pariter dixi ſupra. Quibus addo, quod illuſtriſſimus Dominus Concedens licentiam armorum prohibitorum ſub vniuerſali ſigno, cenſetur cogitaſſe de omnibus ſpeciebus armorum prohibitorum, quæ ſub dicta vniuerſalitate cõprehenduntur;& ſi non cogitauit, debebat tñ cogitare. Nec talis non cogitatio ei, cui eſt facta conceſſio, debet nocere. ſic in ſpecie mutatis mutandis poſt Bar. Bald. Alex. & Corn. quos allegat, ſimili argumento reſpondet Aym. videndus in ſpecie,& ſæpe allegato *conſ.*294.*col.*2.*verſic.Sed adhuc magis in terminis,& num.....col. antepen.verſ.quarto dictum Cornei.in fine*, vbi quòd vniuerſalia verba non reſtringuntur propter aliquam veriſimilitudinem, quia tunc dicimur eſſe in claris,& non in dubio; & vbi ſumus in claris, ceſſat omnis veriſimilitudo, vt ibi per eum, qui multũ doctè loquitur in materia vniuerſalis diſpoſitionis; & ſtante generalitate verborum, nõ poteſt allegari, quod Concedens non cogitauit de ijs, quæ ſub generali conceſſione continẽtur, vt per Doctor. & Dec. qui in terminis loquitur in ſecuritate conceſſa a Principe, *in conſil.* 51.*ſub nu.*1.*Ibi, nam ſi cogitaſſet, non ita de facili conceſſiſſet,&c. & in fine conſilij, ibi, quoniam reſpondetur, quod immo veriſimiliter cogitauit,&c.*

33 Dicitur quarto,& hoc tollit dubietates, quod dato millies, quod de mente Excellentiſſimi Domini Concedentis dubitaretur,& quod cõceſſio reciperet aliquam dubitationem, vel interpretationem; hic tñ nõ eſt opus alia interpretatione, quàm ea, quam iam fecit idem Excellentiſſimus, qui (vt alias dictum fuit, nec video quidnam ex aduerſo replicetur) ſtatim habita notitia, quod Dominus I. fuit carceratus pro archibuſetto, & ſtatim perlecta ſua licentia, eidẽ per Reuerendiſſimum Dominum Gubernatorem tranſmiſſa,& licentiæ verbis bene perpenſis, ordinauit, ipſum relaxari, prout de tali ordine fidẽ fecit manu ſua idem Reuerẽdiſſimus Dominus Gubernator, in relaxatione mandati, de ipſum excarcerando, dũ dicit,& quia idẽ excellẽtiſſimus ita mãdauit,&c. quod mandarum licet non habuerit effectũ, adhuc tamen ex eo deprehenditur eius mens, & voluntas, quæ etiam ex actu nullo percipitur. *l.fi.ff. de verb.oblig.l.in teſtamento*, vbi etiam Bar.*ff.de fideicommiſſ.libert.* Idem Bar.*in l.gerit, col.*3.*verſ.ſecundo aduerte.ff.de acquiren.hæredit.* Pariſ.*conſ.*79. *nu.*16.*li.*2. Boer. *deciſ.*172.*num.*22. Oſaſc.*deciſ.Pedemont.*102.*nu.*23. Siluan.*conſ.*54.*num.*12. Et ex declaratione Concedentis illius mentem digno ſci,& ſecuram recipere interpretationem, eſt *conſil.* Menoch.244.*nu.*17.*lib.*4.

34 Et quia, vt audio, pro parte Fiſci, vel inſtigatoris, prætenditur, quod hodie excellentiſſimus declaret mentem ſuam, non fuiſſe in dicta licentia per illa uerba vniuerſalia comprehenſa archibuſetta, non poſſum in hoc aliud dicere, niſi quod donec de iſta contraria declaratione in ſcriptis non conſtet, prout bene conſtat de prima declaratione, non eſt credendum, tantum Principem in præiudicium carcerati velle aſſerere id, cuius contrarium primo loco aſſeruit. Et nihilominus quatenus etiam illud aſſereret, quod non creditur, nec expectatur a benignitate tanti Ducis, ad huc tamen tunc etiam poteſt replicari. Primo, quod talis declaratio contraria proprietati, & naturæ verborum vniuerſalium, de quibus in licentia, nõ debet nocere dicto Domino F. qui in dicta licentia ſic vniuerſaliter concepta, cõſiſus eſt, ad tradita per Aymon. *d.conſil.* 294. *colum.* 1.

ſub verſ.ſed adhuc magis in terminis. Secundo, quõd qui ſemel declarauit mentem ſuã vno modo, nõ poteſt alio modo illam declarare in prӕiudicium illius, cui per primam declarationem, ius quӕſitũ eſt. Dec.*conſ.*51.*col.fi.* poſt Caſtren.*in l.hæredes palam.§.ſed & ſi poſt.ff.de teſt.* Soc.*conſil.*260.*nu.*10. *& ſeq.vol.*2.

35 Dũ quarto opponitur, quod ſi excellẽtiſſimus Dominus Concedens voluiſſet in licentia comprehendere archibuſetta, vtique illa expreſſiſſet: non expreſſit; ergo &c. Reſponſio aperta colligitẽ ex ſupra firmatis cõcluſionibus, vbi eſt probatũ, quod vniuerſalis conceſſio comprehendit etiam ea, quæ ſpeciali expreſſione digna ſunt; itẽ, quod illud, quod venit ſub vniuerſali diſpoſitione, habetur pro expreſſo; item quod ſtante vniuerſali conceſſione, res dr̃ clara, & nõ dubia, quæ omnia ſatis ſuperq; hanc tollunt obiectionem, addo Soci.*conſi.*249.*nu.*9. Aym.*d.conſi.*294.*nu.*2.*verſi.ſed magis in terminis.* Ex quorum dictis per Bart. *in l.*1.*in fine.ff.ſi quis in ius voc.non ierit*, & alios, quos allegat, aperte infertur, quod tantum eſt dicere omnes ſpecies armorum prohibitorum, prout dictum eſt in licentia, de qua agitur, quantum ſi in indiuiduo eſſent enunciatæ omnes, & ſingulæ armorum prohibitorum ſpecies.

36 Dũ quinto opponitur de proiectione archibuſij, quaſi, quod ex ira D.F. proiecit archibuſettum, nõ eſt ea de qua in dubio, quod ſcilicet crediderit licentiam ſibi non ſuffragari, & non comprehẽdere archibuſetta; ſed quia, vt dixit in ſuis Conſtitutis, timebat Curiam Petri Angeli Bariſelli ipſius maleuoli, & inimici, vt per teſtes probatum eſt; & talis dubitatio fuit iuſta, & probabilis, cum præſertim non haberet pӕnes ſe originale licentiæ Excellentiſſimi Domini Concedẽtis; quo caſu non tenebatur idem Bariſellus credere nominationi Domini Bernardini Cottӕ, referentis ſe ad licentiam excellentiſſimi, niſi ſibi oſtenſo relato, ad tradita *in Authen. ſi quis in aliquo.C.de eden.* Dec.*conſ.*385.*nu.* 6.*& ſeq.* vnde ad effugiendam carcerationem, & moleſtias, quӕ ſibi poterant contingere, ob non exhibitionem licentiӕ excellentiſſimi, archibuſettum proiecit, & non quod dubitaret de viribus licentiæ.

37 Tollitur ſecundo eadẽ obiectio, dato quod talis proiectio poſſit præſumi etiam facta ex eo, quõd dubitauerit proijciens de licentia, nihilominus eſt potius præſumendũ, quod fuerit facta ex cauſa prӕnarrata, & in actis probata, excludente dolum, & delictũ, quã ex alia quauis ex aduerſo prӕtenſa, includente delictũ, Bar.*in l.fi.§.de illo. verſ. quæro quando.ff.de bon.eor.qui mor.* Corn.*conſ.*261.*de duobus.nu.*15.*vol.*4. Abb.*conſ.*68.*col.*2.*verſ.tertio probo ſic.vol.*1. Aym.*conſil.*18. *Andreas Iuuenis.in fine.* Ruin.*conſi.*4.*proponitur.ante nu.*19.*li.*5. Alciat.*de præſump.regul.*3.*præſump.*1.*nu.*2.

38 Tollitur tertio omnis difficultas, quia dato ſine veri præiudicio, quod dictus D.F. proiecerit archibuſettum, cum crediderit illud nõ comprehendi in licentia, adhuc tamen talis proiectio nihil ipſi nocet; nam aut reuera licentia cõprehendebat archibuſettum, aut non comprehendebat: ſi non comprehendebat, & tunc eſt puniẽdus ẽe, quod illud non proiecisset, ac etiam, quod proiecerit ex quauis cauſa iuſta, vel probabili; ſi verò in licentia comprehendebantur archibuſetta, vt ſupra demonſtratum eſt, & tunc etiam, quod illa gerens dubitaſſet, vel crediſſet non comprehẽ-

b di, talis credulitas, & timor [b] non debẽt inducere pӕnam, vel delictum, vbi non eſt, quia per noſtrũ affirmare, vel negare, veritas rei non immutatur. *l.cum falſa.C.de iur.& facti ignor.l.aſſumptio*, & ibi Bar.*ff.ad municip.* & in fortioribus terminis ita in ſimili reſpondet Menoc.*de arbitr.quæſt.caſu* 336.*nu.* 28. Proiectio enim archibuſetti de ſe non eſt delictum, & vbi delictum non eſt, ibi pӕna nõ cadit. Bar. & alij *in l.ubi pactum. C.de tranſact.* Marſil.*conſil.* 128.*num.*25.*& in pract.crimin.§.conſtante.nu.*100. Hippolyt. Riminal.*conſi.*327.*numero* 29.*volum.*3.

39 Tollitur quarto oppoſitio prædicta per id, quõd in ijſdem ferè terminis tradunt Doctores de eo, qui fecit homicidium, vt puta ad defenſionem, vel alias de iure nõ punibile, qui licet illud negauerit, non prohibetur poſtea conuictus probare defenſionem, vel aliam cauſam excludentem pӕnam. *l.nemo ex his.in princ.ff.de reg.iur.l.ſi fugitiui*, & ibi Dec.*in ult.notab.C.de ſeru.fugit.* Bal. *in l.fin. C.de his, qui a non dom.* ſic prӕfatus D.F. licet proijciendo archibuſettum, conſtituerit tunc illud negare, non prohibetur poſtea conuictus illud fateri, & licentiam probare ex prædictis, & ex generali regula, de qua *in c. nullus pluribus defenſionibus*, & ibi Dyn.*nu.*2.*de reg.iur.in* 6.

40 Dum ſexto opponitur, quod licentia, de qua agitur, fuit conceſſa Domino Bernardino Cotto pro defenſione ſuæ perſonӕ, non autẽ, vt poſſit nominare amicos, qui ad eorum libitum tale genus armorum gererent; & quod talis fuit mẽs Excellẽtiſſimi, æquitati, & honeſtati conformis, ad tradita per Oſaſc.*d.deciſ.*90.*num.*11.12.*&* 13. Reſpondetur primo, & negatur aſſumptum, de quo in dubio, quod ſcilicet talis fuerit mens excellentiſſimi; quando enim pro defenſione alicuius conceditur licentia armorũ pro pluribus perſonis, ſolent apponi aliqua verba, quæ id ſi non expreſsè, ſaltem tacitè importent; vt puta, quãdo dicitur, concedimus tibi licentiam cum duobus tuis famulis, ſocijs, & familiaribus, & ſimilia; quӕ verba in licentia, de qua agitur, cum nullo pacto appoſita reperiantur, nec aliquod aliud verbũ reperiatur, quod hãc reſtrictam cauſam importet, merito ſubintelligi non debent. quia ſi voluiſſet excellentiſſimus Dominus concedens hoc ſubintelligere, facilè fuiſſet illud exprimere ſaltem, vt præfertur, per aliquod æquipollens: non expreſſit: ergo, &c. *c.ad audientiam.de decimis, in fine.& in l.*1. *§.ſin autem ad deficient. C. de caducis tollen.* Socin.iun.*conſ.*160.*nu.*3.*lib.*2. Alciat.*conſ.*73.*nu.*2. Curt.iun.*conſi.*49.*col.*3.*in fine,& nu.*3. Cæphal.*conſi.*134.*num.*46. Vbi quod iſta argumentatio propriè procedit in materia ſtricta ad reſtringendum odia, & ſic ad euitandum pœnam, prout in caſu noſtro.

41 Reſpondetur ſecundo, quod dato, quod mẽs Excel-

Digitized by Google

Excellentiſſimi fuerit concedere Domino Bernardino Cotto hanc licentiam pro ſua defenſione, tamen de tali mente non apparet ex verbis licentiæ; & hoc eſt certum, quia illa verba. *di poter far portare a duoi amici ſuoi, &c.* ſunt ſimplicia, & non reſtricta ad cauſam defenſionis; immo etiam apta de ſui natura comprehendere aliam cauſam, quam defenſionis, vt de ſe patent, & clara ſunt; idcirco iure potuit dictus D. F. inhærendo verbis licentiæ ſimplicibus, & non reſtrictis, & iuxta illius formã nominatus a dicto Bernardino, arma, de quibus in ea, gerere, quia iure etiã credebat mentem Excell. Dñi concedentis non eſſe aliã, q̃ quæ ex verbis percipitur, cum verba ſint notæ earũ rerũ, quæ ſunt in animo, nec mẽs præſumatur contraria verbis; & mentis noſtræ nullum ſit maius teſtimonium, q̃ qualitas inſpecta verborũ. *l. Labeo. §. idẽ Tubero. ff. de ſuppellect. lega. l. proſpexit. ff. qui & a quib.* Bald. *in c. mãdatũ. de reſcrip. in prin.* Bar. *in l. 3. ff. ad l. Põp. de parricid.* Vbi quod nec iuriſconſultus, nec Imperator poteſt facere, quod illud dicatur contineri in lege, de quo lex non loquitur; ergo multo magis non continebitur in diſpoſitione hominis, ad ſuperius tradita; refert, & ſequitur Aym. *conſ. 214. col. 2. ante medium.* Rota de pręben. *deciſio. 4. alias 97. nu. 1. in nouis*, vbi propriè loquitur in priuilegio; & conſequẽter cum dictus D. F. videret verba licentiæ ſimplicia, clara, & non reſtricta, non tenebatur alias perquirere mentem Excellentiſſimi, per præallegata; & quia ẽt ſciebat, qđ in priuilegijs verba præcipuè attendẽda ſunt potius, quã voluntas non expreſſa. *c. porrò. de priuileg.* & voluntas in mente retenta nihil dẽt operari, pſertim in præiudiciũ tertij. *l. ſi repetendi. ff. de cond. ob ca. l. cũ quidã, & ibi Aret. nu. 9. ff. ſi cer. pet.* cũ *alijs allegatis.*

42 Reſpondetur tertiò, quod mentem Excellentiſſimi præſumendum eſt, quod potius ſciuerit Dominus Bernardinus, cui principaliter conceſſa eſt licentia, quam dictus D. F. qui nihil egit cũ eodem Excellentiſſimo; ideo ſi in hoc idẽ D. F. crediderit Domino Bernardino, & eius ſimplici nominationi, iuſtè, & probabiliter credidit, tum quia credidit ei, qui veriſimiliter præſumendus eſt, ꝙ erat informatus de dicta mente Excellentiſſimi; tum etiam, quia credidit viro nedum de ſe fide digno, verum etiã Iudici, & publicæ perſonæ; vnde dato millies, quod mens Excellentiſſimi non eſſet ſimplex, ſed reſtricta ſolum ad cauſam defenſionis dicti Domini Bernardini, venit tamen excuſandus idem D. F. per iuſtam credulitatem. *l. iuſtè poſſidet. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Iaſ. *in l. pacta nouiſſima. nu. 8. & ſeqq. C. de pactis.* Aym. *conſ. 6. nu. 90.* Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. remed. 5. nu. 52.* Cæphal. *conſi. 71. nu. 10. & ſeqq. vol. 1.* Ioſeph. Ludou. *in 1. lib. comm. opi. concl. 15. verſ. penul. lib. 1.* qui loquuntur etiam in crimine lęſæ maieſtatis.

43 Nec huic tertiæ reſponſioni obſtet replicatio, quod iuris ignorantia neminem excuſet, præſertim Doctorem, cui turpe ſit ignorare ius, in quo verſatur, ad *l. 2. §. Sermus. ff. de reg. iur.* Hęc enim concluſio nõ militat in caſu noſtro ex pluribus, de quibus dicam in ſequenti oppoſitione.

44 Reſpondetur quarto, quod dato etiam, quod plus eſt, quod licentia expreſsè fuiſſet data Domino Bernardino pro eius defenſione, & quod in licentia adeſſent illa verba pro ſua defenſione, &c. prout non adſunt, quis quæſo debet eligere iſtos amicos pro ſua defenſione? Nemo certè, niſi is, cui conceſſa eſt licẽtia, qa de ſuo intereſſe agitur, & hoc non habet dubium. Quid igitur eſt, quod prohibeat, quin potuerit pro eadẽ ſua defenſione per D. Bernardinum eligi dictus D. F. eius carus, & fidelis amicus, ſolitus ipſum per Vrbem aſſociare, & qui in occurrenti caſu, vt probatum eſt, vitam pro ſua defenſione omni periculo magis expoſuiſſet, quã quilibet alius? Nihil certè video, quod reſiſtat; niſi dicat̃, vt aliàs, dictũ fuit, quod eſt Doctor togatus, & in armis inexpertus, & ſic inhabilis. Sed replicatur, quod Doctori non ſolum prohibitum non eſt deferre arma, verum etiã, quod generalis prohibitio iuris ſuper delatione armorum, non extenditur ad Doctorem. Bartol. *in l. Medicos. C. de Medic. & profeſſ. lib. 10.* Petr. a Placha *in epithom. delictorum, capit. 8. nume. 20.* Menoch. *de arbitrar. quaſt. caſu 394. nume. 74. lib. 2.* Et licet electus ſit forſan inhabilis, & in armis inexpertus, id cedet dãno eligentis, cuius intereſt, & non electi; Non enim dicit licentia, quod per dictum Dominum Bernardinum debeãt eligi milites, vel vti dicam perſonæ valoroſæ potius, quam inepti; ſed eius arbitrio relinquitur electio; quicunque ergo ad hũc effectum eligatur, non debet ſub fide publicæ ſcripturæ defraudari etiam, quod inhabilis, & in armis inexpertus ſit. *l. 1. et ibi Alber. C. de ijs, qui ven. etat. impetra.* Boſſ. *in tit. de remed. ex ſola clem. Princ. ſub nu. 42.* cum alijs allegatis.

45 Reſpondetur quinto, quod vt iterum dictum fuit, non video, quid huic fundamento replicari poſſit; nam dubitare de mente Excellentiſſimi Dñi concedentis, ad quem effectum hęc licentia fuerit Domino Bernardino conceſſa, an ſcilicet pro ſua defenſione, an verò generaliter, vt duobus amicis ſibi bene viſis hanc facultatem concederet, videtur omninò ſuperfluum, cũ iam idem Excellentiſſimus habita notitia de carceratione præfati Domini F. & perlecto tenore licentię cõceſſæ Domino Bernardino, mandando ipſum relaxari apertè, declarauerit mẽtem ſuam ad fauorem dicti Domini F. quæ quidem declaratio ẽt, quod ſit facta poſt licentiam, tamen retrotrahitur ad tempus licentiæ, & omni tempore fieri potuit. *l. hæredes palam. §. ſed & ſi notam*, vbi in ſpecie Caſtren. *ff. de teſtam.* Boer. *deciſ. 172. num. 13. & ſeqq.* Pariſ. *conſi. 65. nu. 5. lib. 1.* Et quod Excellentiſſimus ſic, vt ſupra, mandauerit, apparet ex mandato relaxationis iam ipſi Domino F. conceſſo, & ad præſens ſic iubente eodem Excellentiſſimo in actis producto.

46 Et ſtante ordine prædicto Excellentiſſimi de relaxando ipſum Dominum F. arguitur ſic, aut idẽ Excellentiſſimus habebat authoritatẽ concedendi has licentias, aut non; ſi non habebat authoritatem, & tunc intrat diſputatio, an credẽs eum habere, debeat pati damnũ ſub fide Principis,

piſiſi verò habebat hanc authoritatem, & quod haberet, iam ſatis aliàs clariſſimè demonſtratum fuit, nec video amplius dubitari, & tunc, quod eius declarationi, & mandato omnino ſtandum ſit, apertè docet vulgatis illa regula, quod verba conceſſionis dubia, ſint per concedentem declaranda, & iuxta illius mentem interpretanda. *cap. cum veniſſent. de iudic. l. Neratius,* & ibi Dec. *in 2. notab. ff. de reg. iur.* idem Dec. *in l. in ambiguis. nu. 3. ff. eod. & in d. conſ. 51. in fine. verſ. & quando aliqua dubitatio.* Iacob. Port. Imol. *conſi. 96. nu.* 8. Cæph. *conſ. 58. nu. 35. vol.* 1. Franc. March. exaduerſo allegatus *deciſ. 365. nu.* 32. Neſcio igitur videre, quõ fiſcus, vel inſtigator audeat contrarium attentare contra eiuſdem excellentiſſimi voluntatem, declarationem, & mandatum.

47 Dum ſeptimo prætenditur, inanem eſſe excuſationem dicti D. F. dicentis ſe crediſſe Domino Bernardino Cotto Iudici, & publicæ perſonæ, quia cũ eſſet Doctor, & peritus, bene ſciebat, vel ſaltem ſcire debebat, quod ipſe D. Bernardinus ex ſe non habebat facultatem concedendi licentiam gerendi archibuſetta, & quod licentia, quam habebat ab excellentiſſimo, erat ſibi ſolũ conceſſa pro eius defenſione, & non aliorũ, ideo cũ non conueniat Doctori ignorare ius, in quo verſatur, *l. 1. §. Seruius. ff. de reg. iu.* excuſari minus poteſt ex allegata credulitate cõtra ius. Dicitur primo, quod non ſumus in ijs, quę iuris ſunt, ſed in ijs quæ ſunt facti; ſcire enim mentem excellentiſſimi qualis ſit, eſt quid facti, & non quid iuris; propterea iuſta creditur credulitas etiam Doctoris credentis ei, qui veriſimiliter de facto erat informatus; & ignorantia in facto excuſat à pœna quemlibet prudentiſſimum, cum non dicatur in dolo, qui ignorat. Aym. *conſ. 8. nu. 10. & conſ. 319. nu. 19.* Doctor. *in c. cognoſcentes. extra de conſtitut.* Guid. V. Papa *conſ. 199. Dominus Noſter.* Ruy. *conſil. 86. nu. 10. lib.* 4. Siluan. *conſi. 62. nu.* 16.

48 Secundo etiam, quod hoc iuris eſſet, negari tamen nõ poteſt ex diſputationibus, & allegationibus hinc inde deductis, rem eſſe dubiam, an ſcilicet mens excellentiſſimi ſit talis, qualis exaduerſo ſupponitur, reſtricta ſcilicet ad ſolam defenſionem Domini Bernardini, an verò ſimplex & generalis, prout ſimplicia, & generalia ſunt verba licentiæ. Dubietas autem in iure æquiparatur dubietati facti. *l. manifeſtiſſimi. §. ſin autem neſciens. C. de furt.* Bart. *in l. penult. §. ad crimen. col. penult. ff. de publ. iudic.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. quæſtione 53. nu. 9. lib.* 1. & licet regulariter ignorantia iuris neminem excuſet, id tamen nõ procedit in ſe decipiente in aliquo iuris dubio difficili, & controuerſo. Neuizzan. *conſi. 34. num.* 21. Aegid. *concluſ. fina.* & ignorantia iuris dubij excuſat Doctorem etiam quod peritiores non cõſuluerit, latè poſt alios Lamberten. *de contract. eorum. gl. 1. nu. 170. & ſeqq.*

49 Tertio Doctor decipiendo ſe in ijs, quæ iuris ſunt, licet non excuſatur credens priuatæ perſonæ, benè tamen excuſatur credẽdo Iudici, & ſic publicæ perſonæ; Iudicis enim licentia, & authoritas excuſat omnem perſonam etiã Doctorem à dolo, & pœna, *d. l. iuſtè poſſidet. ff. de acquiren. poſſeſſ.* etiam quod licentia prouenerit ex falſa cauſa. Menoch. *in 3. remed. retinen. poſſeſſ. nume. 640. & ſeq.* & ex facto iudicis iuſtam credulitatẽ, & bonam fidem induci, traditur per Hieron. Gabriel. *conſil. 33. nume.* 7. & antè iſtos Dec. *conſil. 137. col. fina.* Socin. *conſi. 32. nume. 19. & ſeqq.* Vbi ampliat etiam, quod Iudex, vel officialis nulliter egerit, & vt dicit Signorol. *in conſil.* 102. nec ius, nec naturalis æquitas ſuadet, vt ſub fide publicę perſonæ quis remanere debeat deceptus, prout remaneret dictus Dominus F. qui nõ ſolum credidit iudici, ſed iudici in Romana Curia veterano, circumſpecto, probatæ, & expectatæ fidei, quem iuſtè credere debebat, quod niſi potuiſſet, talia vnquam attentare auſus non fuiſſet præſẽte in eodem loco Principis concedentis, & Summi Pontificis perſona, à quibus facilè redargui poterat, ſi contra eorum mẽtem aliquid egiſſet, ad tradita per Rom. *in conſ. 54. nu. 6. & ſeq.* quẽ refert, & ſequitũ Gram. *conſ. 13. n. 14. et cõſ. 54. nu. 17.*

50 Quarto, & hoc ſupplicatur aduerti, quod credulitas dicti Domini F. non fuit iniuſta, ſed iuſta, & probabilis, per pdicta, triplici tõne oſtẽdiũ. Primo, quia credidit Iudici, & ſic publicæ perſonæ, vt modò dixi. Secundo, quia credidit ei, quẽ veriſimiliter præſumendum erat ſciuiſſe mentẽ excellentiſſimi, vt ſupra dixi. Tertio, quia vidẽs verba licentiæ ſimplicia, & non reſtricta ad aliquam defenſionem dicti D. Bernardini, nõ tenebatur alias ipſius Excellẽtiſſimi mentẽ perquirere, vt ſupra. Sed iuſtè credidit illam non aliam eſſe, quam ea, quæ ex verbis percipitur, vt pariter dixi. Vnde non põt reprehendi tanq̃ Doctor de ſua credulitate, quia non iniuſta, ſed iuſta, & pbabilis fuit. Et hæc excuſatio credulitatis deducitur ad fauorẽ præfati D. F. ex abundanti, quia etiam ea circumſcripta eſt tutus, ex pręallegatis.

51 Dum octauo opponitur, quod cũ negari non poſſit, quin ſaltem licentia prædicta eſſet dubia, non caruit dolo dictus D. F. non procurando illius declarationem apud Excellentiſſimũ, cuius copia quotidie haberi poterat, ex præmiſſis triplex patet reſponſio. Primo, quod licentia prædicta ſatis fuit declarata per Excellentiſſimum, qui habita notitia de carceratione dicti D. F. ipſum mandauit relaxari; & hæc declaratio licet fuerit facta poſt dictam carcerationem, tamen retrotrahitur ad tempus conceſſæ licentiæ, vt ſupra probatum eſt.

52 Secũdo autem prætenditur dubietas circa genus armorum, an ſcilicet licentia comprehenderet archibuſetta, aut circa qualitatem amicorũ, an ſcilicet de amicis, qui arma prædicta gererent pro defenſione dicti Do. Bernardini, an verò ad eorum libitum. Primo caſu licentia nulla indigebat declaratione, quia vt ſupra demonſtratũ eſt, ſtante generalitate, & vniuerſalitate verborũ, quod cõprehenderẽtur etiã archibuſetta, dicimur eſſe in claris, & nõ in dubio; item dicimur eſſe in expreſſis, non in tacitis, vt pariter dixi. Secundo caſu, an ſcilicet licentia fuerit conceſſa dicto Domino Bernardino pro eius ſola defenſione,

ne,

Digitized by Google

ne, an vero ſimpliciter, prout eiuſdem licentiæ verba ſonant; non erat pariter opus adire Excellentiſſimum, quia ſatis fuit dicto Domino F. ſe cōfidere in nominatione præfati Domini Bernardini etiã, quod fuiſſet iniuſta, ex ſupra traditis: tum etiam, quod proceſſerit ex falſa cauſa, vt pariter dixi. Item etiam, quod fuerit Doctor, cum agatur de dubietate facti, vt etiam ſupra. Item etiam, quod eſſet dubietas iuris, vt pariter ſupra. Quibus in locis tradita, apertè hanc etiam tollunt difficultatem.

53 Tertio etiam pręmiſſis circumſcriptis, nec iſto caſu dici poterat, nos eſſe in dubio, cum verba licentiæ eſſent ſimplicia, & nō aſtricta ad aliquam defenſionem ipſius Domini Bernardini; ideò iure credidit præfatus D. F. mentem Excellentiſſimi nō aliam eſſe, quàm quę ex verbis colligitur. Nec tenebatur perquirere mentem excellentiſſimi, cum videret verba licentiæ ſimplicia, & non reſtricta ad aliquam cauſam, vt ſupra. Et ſi mens Excellentiſſimi fuiſſet alia, quàm, quæ ex verbis percipitur, facile ſibi erat illã per aliqua ſolita, vel æquipollentia verba exprimere, vt ſupra. Et ſic non ſumus in dubio, ſed in claris: item non in iniuſta, ſed in iuſtiſſima, & probabili credulitate, quæ etiam Doctorem quemcunq; peritiſſimum excuſare debebat.

54 Dum nono, & vltimo audet inſtigator dicere, quod Excellentiſſimus, & Illuſtriſſimus Dux Sorę non habet authoritatem cōcedendi licentias deferendi archibuſetta, ſtantibus Pij Quarti, & Quinti Conſtitutionibus expreſsè auferentib. hanc facultatẽ omnibus officialibus Sedis Apoſtolicę, etiã Cardinalibus, & Legatis de Latere; Reſpondetur, quod ex quo idẽ Excellentiſſimus D. Dux eſt eiuſdem Summi Pontificis, & Sedis Apoſtolicæ Generalis Capitaneus, non ſolum habet in armis omnimodam poteſtatem, ſed in armorum vſu poteſt ea omnia expedire, quæ poteſt ipſe Summus Pontifex etiam, quod requireret ſpecialemandatum. *l.2.C.de offic. eius qui vic. alter. gerit.* Bart. *in l.1.§. à præfectis, quem legit cum §. hi, quibus. ff. de leg.3.* Caſtrẽ. *in l.2. ff. de offi. eius.* Siluan. *conſi.74. num.4. lib.2.* Notant omnes Bar. Bald. Alexand. Fulgoſ. & Iaſ. *in ſpecie nume.7. & alij communiter in l. conuentionum. ff. de pact.* Vbi concludunt, quod Capitaneus Generalis multo maiora in armorum vſu expedire poteſt, vt ibi eſt videre, & per Parid. de Put. *de re militar. q. 17. lib.1. & q.6. nu.2. & 3. lib.7.* Et in terminis poſt Bald. & Iacob. de Arena *in l.1. col.1. num.3. verſ.2. quæritur. C. etiam per procurat. cauſ. reſtit.* quos refert, & ſequitur, tradit Dec. *in conſi.690. nu.5.*

55 Ideo non obſtant Conſtitutiones prædictæ, quia non excludunt Capitaneum Generalem, qui vt præfertur, de iure communi talem habet poteſtatem: & omnis lex, ſeu Conſtitutio generalis, ſeu abrogatoria ſubſequens nunquam tollit priuilegia in corpore iuris clauſa. glo. & communiter Doctor. *in authen. qua in Prouincia. C. vbi de crimin. agi oportet.* Prob. *in rubr. de reſcrip. in 6. numero 7. & in capit. 2. nu.5. de offic. deleg. etiam in 6.* & quælibet diſpoſitio etiam odioſa accipit interpretationem à iure communi, & vt minus quàm ſit poſſibile, illi deroget. *l.2. de noxal. capit. cum dilectus, de conſuet.* Alex. de Imol. *in l.1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falcid.* cum vulgaribus.

56 Et in caſu noſtro res tanto minus habet difficultatem, quia facultas dicti Excellentiſſimi à iure communi proueniens, fuit confirmata ex ſubſequuta obſeruantia, ex qua in faciem Principis, & ipſo ſciente, vt creditur, & nemine contradicente, ſemper conceſſit licentias deferendi arma prohibita perſonis ſibi benè viſis; quæ quidem licentiæ conceſſæ cenſentur ex titulo pręcedentis facultatis, & in eius executionem, & non aliàs. Aymon. *conſi.10. num.9.* etiam ſi aliquando tantum conceſſæ fuerint, nec in tempore præſcriptibili. Bald. *conſil.245. lib.3.* Socin. *conſilio 145. nume.3. lib. primo.* Roman. *conſi.271. num.4.* Ang. *conſil.184. col.1.* idem Aym. *conſi.101. nume.4.* Aret. *conſi.15. in fine, & conſilio 95. numero 6.* Dec. *conſil. 48. colum.1.* Menoch. poſt alios *de arbitrar. quæſtion. caſu 99. num.11. lib.2.* qui omnes communiter probant, quod obſeruantia ſubſequuta inducit validitatem actus; quod ꝓcedit etiam, quod obſeruantia ſit contra ius commune. Ruin. *conſil.104. num.3. in fine lib.5.* Dec. *in cap. ex tenore. de reſcript. num.8. & conſi.487. num.1.* Caſſan. *in Conſuetud. Burgund. fol. mihi 130. col.1. num.1. & ſeqq.* Riminal. *conſi.591. num.8. lib.3.* Siluan. *conſil.96. nume.15.* Et cum obſeruantia ſit notoria in Vrbe, poterit Iudex ſe de ea ex proprio officio extraiudicialiter, & in Camera informare, vt notant omnes, & in ſpecie Butr. *in cap. fina. de conſuetud.* Socin. iun. *conſi.65. nu.38. & ſeq. lib.1.*

57 Reſpondetur ſecundo, quod dato, quòd idem Excellentiſſimus D. Dux Soræ non haberet hãc authoritatem concedendi huiuſmodi licentias, adhuc tamen nullam meretur pœnam, & venit excuſandus, per ea, quæ in proprijs ferè terminis conſuluerunt Dec. *in conſi.690. viſis dubitationibus.* Ruin. *conſil.23. viſo themate, vol.1.* Concludentes ad fauorem Ducis Grauinæ inculpati de crimine læſæ maieſtatis ex eo, quod tractauerit cum inimicis Cæſareæ Maieſtatis, & illum excuſantes propter licentiam ſibi datam à Capitaneo generali dictæ Cæſareæ Maieſtatis, licet talis licentia eſſet nulla, & inualida defectu poteſtatis ipſius concedentis. Et ex ijs, ni fallor, ſunt ſublatæ omnes difficultates motæ per Dominũ iudicare debentem, à cuius iudicio præfatus Dominus F. fuit liberatus, quia adueniente ſede vacante ſummi illius Pontificis Gregorij Decimitertij, ex carceribus, in quibus reperiebatur, egreſſus fuit; propoſitaq; poſtmodum cauſa in prima ſignatura coram ſucceſſore ſanctiſſimo Sixto V. fuit vnanimiter votatum, quod omnino abſoluendus eſſet, & ita fuit exequutum.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius. I.C. Rom.

ADDI-

ADDITIONES.

a *Prohibita*. Quod armorum delatio de iure cōi ſit prohibita, videtur tex. *in l.1.C.vt armorum vſus, & in l.1.ff.ad l.Iul. de ui publ.* Par.de Put. *in tract.de ſind.in uerbo, captura, c.1.nu.15.in fi.*Couar.*uariar. reſol.lib.2.c.20.nu.*18.Pet.à Placha.*in Epith.delic. lib.1.c.8.nu.1. fol. mihi* 120.cum alijs per D. meū Farinacium *in ſua prac.crim.q.28.nu.65.tit.de car cerib.& carcerat.*

b *Credulitas, & timor.* Subtilis eſt illa dubitatio, nunquid in delictis attendatur potius delinquē tis credulitas, vel opinio, quàm veritas, vel ècontra; ad quam materiam, vide quę ſcripſit D.meus Farinacius *in pract.cri. par.2. tit.de pen. temperan. qu.eſt.87.nume.7.& ſeqq.* Verum quod attinet ad propoſitam proiectionem archibuſetti, dic, parū referre, quod proijciens opinaretur, licentiam, quam habebat deferendi arma, non extendi ad delationem archibuſettorum, ſi reuera talia arma comprehendebat; nam in delictis attenditur veritas, & non opinio, quando veritas excludit delictum, & opinio illud includit, ſecūdum Bart. *in l.inter omnes.§.recte in fi.ff.de furt.* Alber.*in l.nō ſolum.§.proculus.nu.3.ff.de iniur.*Menoch.*de arbitrar.q.lib.1.q.90.nu.20.&* 25.Sicut ècontra attēditur opinio, & non veritas, quando opinio excludit delictum, & veritas illud includit. Aym. *conſi.2.nu.*2.Franc.Becc.*conſ.60.nu.*15.

Fam. Cent. V.I.D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur in præſenti conſilio, an is, qui gratiam habuit, ſeu per compoſitionem fuit abſolutus de pluribus furtis, partibus non concordatis, poſſit iterum criminaliter tam pro pœna quo ad publicam vindictam, quàm pro intereſſe ciuili earundem partiū, inquiri, torqueri, & moleſtari.

SVMMARIVM.

Teſtes in criminalibus de iure canonico ad teſtificandum an cogi poſſint; an verò hoc ſit remiſſum arbitrio iudicis; & quid ſi examinando ſe teſtis acquirat aliquam capitalem inimicitiam, et alia ad materiam. nu.1.& ſeqq. Et in addit. littera. a *& nu.* 26.

Socius criminis non admittitur ad teſtificādum, nec vti teſtis, nec vti denunciator. nu.3.& nu.27. Vbi declaratur.

Compoſitio eſt ſeruanda in tantum, vt is qui compoſuit, amplius moleſtari non poſſit. nu.4.& nu.6.ſeqq.

Gratia etiam, quod ſit nulla defectu poteſtatis, aut voluntatis, ſeruanda eſt; & ideo agratiatus amplius moleſtari non poteſt. nu.4.& nu.10.

Gratiam ſi quis obtinuit, nō pōt amplius interrogari, et cogi ad fatēdū crimē. n.4. et an ad reuelandū cōplices. n.27.in fi.

Compoſitio facta parte non concordata, præiudicat fiſco, licet non præiudicet parti, quoad ſuum intereſſe. nu. 5. & nu. 8.in fine, & nu.9. Vbi quid ſi in compoſitione fuit caſſatus proceſſus, & d.nu.9.in fine. Vbi quid ſi pars ſciuit cōpoſitionem, & non contradixit, & nu.11. Vbi quid ſi compoſitio fuit facta de ſcientia Principis. ad quæ vide etiā num.14.ſeqq.& nu.20.ſeqq.

Crimina ſemel remiſſa amplius in vltionē non redeunt. nu. 6

Compoſitio eo magis eſt attendenda, cum fuerit facta, delicto non plene probato, nu.7.

Compoſitio parte non concordata, an, & quando valeat. nu.8. & nu.9.verſ.& licet Pariſ.& num.12.ſeqq.& num.19. & nu.23.ſeqq.

Retractari non poſſunt ex ſuperuenienti caſu ea, quæ ſemel ab initio iure permittente effectum ſortita fuerunt. nu.8.

Publica fide & authoritate decipi nemo debet. num.10. declara, vt nu.24.

Diſpenſatio matrimonij quamuis nulla, excuſat diſpenſatum. num. 10.

Bannitis datus ſaluuſconductus ſeruandus eſt, nu.10. Vbi etiā quod reduci debet ad locum, in quo reperiebatur ante datum ſaluumconductum.

Facta nulla tenent, quę à principio fieri prohiberentur. nu.10.

Forma facit actum indiuiduum. nu.13.

Factum proprium impugnare quis poteſt, quando illud à iure improbatum eſt, nu.13.

Compoſitio facta ab officiali à iure non permiſſo dicitur quadam illicita redemptio, & illuſio. nu.13.in fine.

Abſolutus ignorante eo, de cuius intereſſe tractatur, non prohibetur iterum moleſtari. nu.14.verſ.quod enim.

Actio duplex pro quolibet delicto competit, ciuilis, ſcilicet, & criminalis. nu.15.

Tranſactio vnius alteri non nocet. num.15 ſub verſi. iure enim cautum eſt.

Princeps etiam ſine partis conſenſu poteſt gratias facere & remitterre pęnas tam pecuniarias, quā corporales etiā in præiudicium eorū, qui dāna & intereſſe paſſi ſunt. nu.16.

Tortura poteſt dari etiam quando agitur ciuiliter, ſi actio ciuilis habet annexum delictum. nu. 18.

Caſus diuerſificare non ſufficit, niſi diuerſitatis ratio afferatur. nu.19.in fine.

Clauſulæ acceſſoriæ ad actum omnes corruunt data inualiditate ipſius actus. nu. 20.

Ignorans non dicitur conſentire. nu. 21.

Tacens non præiudicat ſibi, quando ſcit ius ſuum ſibi ſaluum eſſe. nu.22.

Teſtis tanquam veriſimiliter informatus, poteſt torqueri ex ſola ſuſpicione. nu.25.

Cautio de non offendendo, poteſt peti ab eo, qui timet offendi. nu.26.in fine.

Socius criminis admittitur in occultis & difficilis probationis. nu.27.verſ.Verum hoc regula.

CONSILIVM XLVI.

1 ADSIT DEVS. Defenſores cuiuſdam carcerati nomine, L. qui alias pro furtis compoſuit, ſeu gratiam reportauit, ad effugiendū, ne is amplius ſuper dictis furtis, tanquam teſtis, interrogaretur, vel etiam pro intereſſe ciuili partis moleſtaretur, dicebāt, quod in cauſis criminalibus quādo tractatur de crimine, propter varias, & diuerſas opiniones, Innoc. Hoſtienſis, & Doctores omnes *in cap. delectorum, de teſti. cogen.* hanc opinionem ſunt ſequuti, quod ſcilicet in cauſis criminalibus ſit arbitrarium iudici non compellere teſtes dicere teſtimoniū; & quod ſi teſti immineat periculum inimicitiæ capitalis contrahendæ

nendæ, iudex non debet eum cogere ad teſtimonium perhibendũ. fuit ſingulare dictum Bald. ibi *in d. cap. delictorum. nume. 4. verſi. hic quæro, &c.* & hoc firmauit Collectan. (reprobando Ber. & Cyn.) *in capit. 1. colum. 1. de teſti. cogen.* & dicit indiſtincte teſtes compelli, niſi vbi agitur de criminibus probandis contra teſtes, per *dict. cap. delictorum.* & ſubiungit, quod Hoſtien. in ſumma *eo. tit. §. 2. in fine,* affirmat, quod Curia amplectitũ eorum opinionem, qui dixerunt, teſtem non cõpelli in criminalibus, ſiue agatur ciuiliter ſiue criminaliter; attamen Collectan. putat non eſſe recedendum ab opinione Hoſtien. per *dict. cap. delictorum,* videlicet, quod de iure canonico regulariter quis non cõpellitur dicere teſtimonium contra ſe etiam, quod veritas aliter haberi non poſſit; & ſatis eſt, vt dixi, & ita de æquitate canonica ſeruari, dicit Franc. March. *deciſ. 376. lib. 2.* quem ſequitur Bonacoſſ. *in tract. de aquit. canonica. q. 49. incipien. concluſio quod de aquitate canonica.* licet ſecus ſit de iure ciuili, vt ibi per eum.

2 Et hanc eandem opinionem, quod ſit arbitrarium iudici teſtes compellere, niſi immineret magnum periculum inimicitię capitalis cum eo, cõtra quem teſtificaretur, voluit Felyn. *in d. cap. delictorum. nume. 3. de teſti. cogen.* vbi amplius ſubdit *in verſic. fin.* quod Imol. dicit, Curiam Rom. ĩndifferenter non cogere teſtes, vbi agitur de crimine, qualitercunque de illo agatur; & ſurſus, quod de iure canonico teſtes in criminalibus nõ cogantur, declarat Zanettin. *in trac. de differ. iur. ciuil. & cano. num. 292. verſic. 214. differ. de iure canonico teſtes, &c.* & nouiſſime ſequutus eſt Menoch. *caſu 487. de arbit. iudi.* dicens, iudicis arbitrio hoc relinqui, qui ſua diligentia cõſiderabit, an ipſi teſti immineat vel non, aliquod periculũ; nam ſi teſti imminebit periculum, non compelletur: vbi vero probabiliter non imminebit, tunc compellet, & erit vtile Reipubl. ne delicta remaneant impunita; at ſi, vt dixi, imminet periculũ, æquitati non conuenit, vt teſtis in ſui vel ſuorũ perniciem teſtimonium ferat. *l. lege iulia. de teſtibus. cap. cum P. Manconella. de accuſat.* vnuſquiſque enim ſapiens prudenſque inimicitias euitare ſolet, & ordinata charitas incipit a ſe ipſo: merito non compellitur teſtis dicere teſtimonium, & hãc opinionem poſt multas diſtinctiones tradit gl. & ibi Abb. *nu. 3. in fine. in d. cap. delictorum, & in cap. ſuper eo. nu. 3. de teſti. cogen.* ſequitur Andr. Gail. *obſeruat 100. nu. 20. lib. 1.* Foller. *in pract. crim. cano. in uerbo, teſtibuſque diligenter examinatis. nu. 12. ſeqq. & nu. 16.* vbi ait, hanc opinionem ab omnibus ſequendam, & ex hoc ſolo capite. ſ. non poſſe cogi ad teſtificandum ſuper prætenſis, furtis, videtur indubitabile.

3 Inſuper hic idem, vt aſſeritur, vbicunque dixerit teſtimonium, faceret ſe ſocium criminis; quo caſu particeps delicti, ad finem, vt ille alius particeps de delicto puniretur, non debet admitti ut teſtis ſed tanquam notificator, vt declarat Cla. *quæſt. 21. uerſiculo retenta igitur communi opinione, ibi, ego tamen credo contrariam opinionem,* & ſic non de teſte cogendo agitur, ſed agitur de compellendo denunciatorem vel accuſatorem, quia non poteſt hic teſtis examinari, vt egregie tradit Specul. *in tit. de teſte, in rub. quæ poſſunt contra teſtes opponi. uerſicul. item quod eſt ſocius criminis. num. 37. & nume. 38. uerſi. quod ſi quatuor homines.* & egregiè ac pulcherrimè docet Ruyn. *in conſilio 158. nume. 18. uolum. 5.* aſſerens ob authoritates, & iura, ab hac opinione, quam veriſſimam putat, recedẽdum non eſſe; ſubdens amplius, quod teſtis, qui eſt compellendus, ubi compelli poſſet, debet eſſe eius qualitatis, vt non faciat ſe ſocium criminis.

4 Præſertim ſtante compoſitione, ſuper præmiſſis delictis facta, quæ tollit omnẽ omnino actionem fiſco, maxime quando fuit facta cum interuentu Principis, & de eius ſcientia, vt per plura diſcurrit, & concludit Pariſ. *in conſilio primo, per totum in 4. uolum.* Vbi inter alia dicit, ſi quis vellet obijcere gratiæ, de defectu poteſtatis, aut voluntatis, incurreret ſacrilegium, vt ibi per eum; nam qui obtinuit gratiam a Principe, etiam mediante pecunia, non poteſt vlterius interrogari de contentis in gratia, vt notabiliter tradit Affl. in titul. ſi de feud. fuer. controuer. inter Domin. *& Agnat. in §. naturales. in 4. notab. et in tit. quæ ſint regalia. in uerbo, & bona committentium crimen læſæ maieſtatis. uerſi. an autem delinquen. nu. 146.* & ita ſeruatur, licet ex ordinib. Mediolani debeat fateri crimen cum ſuis qualitatibus, ſequitur Boſſ. *in tit. de remed. ex ſola clem. Principis, nu. 29.*

5 Nec obſtat quod ſine parte fuerit abſolutus, quo caſu omnia cenſentur eſſe ſubreptitiè obtẽta, cum de iure omnia, quæ obtinentur in præiudicium partis non vocatæ, ſint nulla; quia facilis eſt reſponſio, *ex dict. conſil.* Pariſ. 1. vbi ipſe huic fundamento reſpondit, quod non eſt ſublatum ius procedendi ciuiliter, quoad partem; cauſa enim criminalis pertinet ad Principem; Ciuilis autem ad partem; cum ergo Princeps remiſerit ius ſuum tantummodo, & de parte nihil dixerit, ius partis voluit eſſe illæſum, & ita Pariſ. reſpondit d. motiuo.

6 Vulgatum enim eſt in iure, quod crimina ſemel remiſſa & abolita, in ultionẽ nõ redeunt vlterius. *l. ſi cui. §. ijdem. de accuſ. cap. de ijs. eodem tit. l. licet. §. fi. ff. naut. caup. ſtabul.* Anan. *conſi. 17.* Lanfran. *conſi. 37.* qui ampliat. Pariſ. *d. conſil. 1. nu. 60. & ſeq. lib. 4.* & maxime cum crimen compoſitione ſeu tranſactione fuerit finitum, ſeu ſopitum; vnde vlterius de nouo non intentatur, neque reuiuiſcit. *l. fratres, & l. non minorem. C. de tranſac. c. primo, de lit. conteſt. in 6.* & ad propoſitum Pariſ. de Put. *de Syndica. in uerb. an ſi compoſitio. fol. mihi 98. a tergo.* vbi, quod ſimiles compoſitiones rei tranſactæ, & finitæ patiuntur exceptionem.

7 Quod etiam tanto magis eſt dicendum, cũ ſimus in criminibus, de quibus plenè nõ liquebat, & coniecturę tantũ aderant, ac præſumptiones, quæ magis per compoſitionem extinguntur. Luc. de Pen. *in l. 1. col. 2. poſt med. C. de deſertor. lib. 12.* Pariſ. de Put. præallegat. *in tracta. Synca. in verb. compoſitio. fol. mihi 96. numero 5.* Fab. a monte Leon *in ſua practi. arbit. par. 5. numero 75.* præ-

ſertim

Digitized by Google

ſertim in caſu noſtro, in quo procedebatur per inquiſitionem,& de crimine reus ab aliquo non poſtulatur, vt trad. Luc. de pen. *in d. l. 1. col. 2. in fi. & colum. ſeqq.* Vbi refert, an via ordinaria accuſationis agatur inter partes,an vero ex officio Iudicis; quo caſu licite fiunt ſemper compoſitiones, vt ibi per eum.

8 Et ex his tollitur id,quod pro fiſco adduceretur contra compoſitionem præfatam,parte non concordata ſequutam, quia dato proceſſu ex officio tantũ,& ex cauſis,de quibus ſupra, licita & valida fuit compoſitio; & in hoc fundatam hēt L. intentionē,cui ſat eſt dicere, iure permittēte, quæ ſemel ab initio effectũ ſortita fuere,ex aliquo caſu ſuperueniente, retractari non poſſunt, & ſi eo adueniente, initiũ ſaltem legitimũ ea capere non potuiſſent. *l. in ambiguis. §. non eſt nouũ. de reg. iur. et c. factum, de reg. iu. in. 6.* & ibi Dyn. ampliat. Cagno *d. §. eſt nouum. nu. 6.* Et licet ſoleat dici,quod cōpoſitiones debeant fieri, parte cōcordata,& nō alias,in hoc tñ vr aduertēdũ, ne quis noceretur; quia dicitur ex pdictis, quod cōpoſitio valuit,& tenuit, & fuit ſublatũ delictũ,& crimē, ſeu ius agendi criminaliter,qñ fuit ſublata pęna, & fiſco eſt clauſum os omninò, ita vt criminaliter amplius moleſtare non poſſit cōpoſitum, q̄m id quod ſoluitur per cōpoſitionem, loco pœnæ, quæ erat imponenda, ſuccedit, vt tradit Pariſ. de Put. *in d. uerb. An ſi compoſitio. nu. 2. & 3.* poſt Luc. de Pen. præalleg. paſſim *in d. l. 1. C. de deſertor. lib. 12.* & magis expreſſe Pau. Grill. *de relaxat. carcer. ſub tit. de pœn. compoſit. & q. ſeq. nu. 7.* Vbi valde magiſtraliter loquitur in materia, & cũ maxima ęquitate, videlicet, vt pars poſſit prętendere ſuum intereſſe tantũ, quod non, niſi ciuiliter, examinare poſſet, vt late conſtat ex dictis per Ruy. *conſ. 60. lib. 5.* non autem agere poſſet ad inualidandum, ſ u irritandum compoſitionem.

9 Et iſtud cōprobari vr ex verbis ipſius cōpoſitionis, ex quib. eſt omnino caſſatus, & ſublatus proceſſus; ex quo efficitur, vt nō, niſi ciuiliter, vt fuit dictũ, per partē ꝓ ſui intereſſe agatur actione rei perſecutorię, put virtualiter declarat Boſ. *in tit. qũo procedatur per act. in delict. nu. 41. & 51.* nã ſi in cauſa criminali ciuiliter agatur, non pōt dici criminaliter agi, vt idē Boſſ. tradit, poſt Fel. *in d. loco, nu. 52.* & licet Pariſ. de Put. forſan nimis animoſe, pace tãti viri, dixerit in *uerbo, compoſitio,* præalleg. cōpoſitionē fieri non poſſe contradicēte parte, non tñ obſtat, quia non loquitur ſm̄ iura cōia, ſed ſm̄ conſtitutiones Regni Neapol. Et ſi quæ iura allegat ad caſum noſtrũ, non faciunt ad propoſitum, & recipiunt interpretationē modo quo ſupra, ſeruato iure partis ciuiliter agēdi, & forſan ſi quãdo à principio via ordinaria fuiſſet actum; ſed poſito quod potuerit fieri compoſitio,& vt ſupra valida fuerit, ſumus extra omnē difficultatem, quod videtur procedere omnino, cum pars expreſſe nō contradicat, prout expreſſe requiritur, etiam pro intereſſe ſuo ciuili: quinimo cum iam diu fuerit compoſitus, & etiam iam diu fuerit in carcerib. emancipatus, & publice ac palam vti liberatus, ſupra annum omnibus vidētibus fuerit uerſatus, non contradicendo, videt̄ pars tacite conſenſiſſe; & ſic videtur omnino ēt pro ſui intereſſe cōfirmata compoſitio, ut tradit Alb. *in l. quoties. col. 6. ſub nu. 18. C. de precib. imper. offeren.* Nec. n. iudex hoc caſu, vbi priuatum tantum remanſiſſet intereſſe, poterit, niſi interpellatus, & requiſitus, officium ſuum impartiri, vulgata *l. 4. §. toties. ff. de damn. infect.* qđ nec impartiendum foret, attento quod ſumus in tranſactione facta ſuper caſu dubio, in qua eſt ſublatũ oē ius tam criminale, quã ciuile ſuper toto facto, ſecundum opinionē, de qua per Ruy. *d. cōſ. 60. n. 9. li. 5.*

10 Ex quibus in omnem euentũ non venit fraudandus ex publica auctoritate, & fiducia. *l. 1. C. de his qui uen. ætat.* per quem text. dicebat Pariſ. *in conſ. 68. num. 177. & ſeq. lib. 4.* neminem ſub bona fide & publica authoritate, vt ſupra, debere illaqueari; inferens ad ſubſtentationem cuiuſdã diſpenſationis Apoſtolicę ſuper fędere matrimonij, ad effectũ, vt diſpēſati etiam nulliter ſub eo colore non decipiantur. vnde dicit poſt Oldrad. Bart. quod Bannito ſemper debet ſeruari ſaluus conductus; & hinc dicimus, hoſti ſeruandam eſſe fidem a publica perſona. *l. conuentionum.* vbi Iaſ. poſt alios. *ff. de pact.* Vnde pariter ad caſum noſtrũ dicebat Pariſ. in loco pręallegato, quod multa facta tenent, quæ ſi a principio oppoſita fuiſſent, fieri nō potuiſſent, ne ſequatur abſurdũ; & nequis ſub bona fide damnũ patiatur, vt ibi *nu. 175. & ſeq.* & vtique remaneret in laqueo contra bonam fidem, tit. oneroſo redimens vexationes, & moleſtationes ſuas; & hinc dicebat Signorol. *conſ. 102.* quod æquitas naturalis ſuadet vt quis ſub auctoritate & fiducia publica non debeat remanere deceptus; unde ēt ſi actus officialis non tenet, dēt fieri reintegratio, & reductio ad locũ, in quo reperiebatur affidatus uigore fiduciæ. ſequitur Neuiz. *conſ. 83. num. 6. & inter conſ. Brun. feud. 12. col. mihi pen. ante finem.* vbi fauorabiliter precedere dr̄ interpretatio, qñ agitur de manutentione franchiſię, cum honorē concedētis reſpiciat, ne quis decipiatur ſub ea. & alia fuere adducta in iſto clariſſimo tribunali in ſimilib. terminis ad propoſitũ, & in terminis noſtris ita tradit Boſſ. *de remed. ex ſol. c. le. Princip. nu. 42.* Cla. *§. fi. q. 59. uerſ. adde quod.* referēs ita fuiſſe ſeruatũ in quodã Chriſtophoro Pilono de anno 1545.

11 Sed quia dictæ cōpoſitiones ferè omnes fieri ſolent de Principis conſenſu, non debet remiſſus quoquomodo moleſtari, etiam pro quocunque partium intereſſe, ex traditis per Pariſ. *conſ. 1. nu. 65. & ſeq. lib. 4.* poſt Iſer. & Afflict. *in tit. quæ ſunt regalia, uerſ. & bona committentium.* licet ſatis ſit nobis, apparere de tacito conſenſu, ſeu ſaltem de non contradictione prætenſæ partis.

12 Verum præmiſſis ſic, ut ſupra, longo ſermone ad fauorem L. ſubtiliter deductis per illius defenſores, uidelicet Dominicum Bombellium, & Lentulum Capellum in Rom. Curia non mediocris nominis aduocatos; Ego qui in eadem cauſa etiam conſultus reſpondi, eundem L. non obſtante gratia ſeu compoſitione allegata, omnino torturæ ſubijciendũ exiſtimaui, ex inſraſcriptis,

fraſcriptis. Et Primo, quia compoſitio facta per Iudicem, parte non cõcordata, inualida prorſus eſt, nedum quoad intereſſe partis, ſed etiam quo ad pęnam, ratione publicę vindictę imponendã; & propterea ſic ab eo abſolutus, quod non ſolũ ciuiliter, vt ex aduerſo admittitur, conueniri, ſed etiam ciuiliter accuſari poſſit, in terminis videatus Pariſ. de Put. qui magiſtraliter loquitur, & reſpondet contrarijs in ſuo tracta. ſindicat. verbo, cõpoſitio, cap. 1. nu. 6. prope finem. & nu. 7. & c. 4. nu. 1. verſ. Et quia Reipub. vindicta. & verſ. Vbi autem læſus. & c. 5. nu. 5. in fine. & c. 9. nu. 3. 4. & 5. Et ante eum ita ẽt de mente Inn. in cap. Odoardus. de ſolut. Luc. de Penn. in l. 1. col. antpen. verſ. hoc autem circa hanc materiam aduertendum videtur &c. C. de deſert. lib. 12. quos & alios referrendo ſequitur Proſper Carauit. ſuper rit. mag. cur. 273. nu. 1. & ſeqq.

13 Nec admittenda in propoſito eſt reſpõſio domini ſcribentis, quod ſcilicet Pariſ. de Put. loquatur nimis animosè, & non de iure communi, ſed Regni, cum leges per eum adductæ, vt ipſe dicit, non faciunt ad propoſitum, quia immo dicitur, quod loquitur de iure communi, vt patet in d. c. 1. nu. 6. prope finem. verſ. Et ẽt de iure cõi &c. Et pro eius opinione adſunt iura aperta, ſi videantur, videlicet in l. fi. verſ. item reſcripſerunt. il 1. et ibi gl. in verbo, niſi eui dẽter. ff. ad Turpil. in l. 2. & ibi Bal. in ſummario, & l. fi. verſ. niſi forte ille, qui paſſus eſt, ſuum conſenſum ad petendã abolitionẽ accõmodauerit. C. de abolit. Quib. iuribus partis conſenſus requiritur in cõpoſitione pro forma; ideo aliter facta in totũ corruit; nec põt aliquo reſpectu ſubſtineri, quia forma facit actum indiuiduũ, & eius omiſſio in totum vitiat. l. adoptio non iure. ff. de adopt. l. cũ hi. §. ſi prætor. ff. de tranſact. idẽ Pariſ. d. c. 1. nu. 7. & vbi iudex vel alius facit actum reprobatum a iure, & prohibitũ vel ob publicam vtilitatẽ vel propter intereſſe tertij, prout in caſu noſtro, tunc non prohibetur contra illud, ẽt quod ſit factum proprium, venire & actũ annullare. Iacob. de Aren. in tract. de bannit. ſub num. 39. Natt. conſi. 289. nu. 6. idem Pariſ. vbi ſupra c. 9. nu. 5. in fi. prę ſertim vbi agitur de Principis conſenſu, vt in caſu noſtro. Pariſ. d. c. 9. nu. 3. vbi propterea dicit, quod compoſitio facta ab officiali in caſu a iure non permiſſo, eſt quædam illicita redemptio, & illuſio; ideo denuo inquiri poteſt. l. transfigere. ff. de tranſact. c. fin. de colluſ. detegen. cum ſimil.

14 Et licet ſolus, quem viderim, Pau. Ghirlan. ex aduerſo allegatus in tracta de relaxat. carcerat. tit. de pœnar. compoſi. quæſt. 5. nulla facta mentione de opinione Paridis in locis p̃ciratis, nec de eius rationibus, vt ſupra adductis, dixerit, iſto caſu cõpoſitionem valere, reſpectu fiſci, & quo ad pęnã criminis, licèt ſecus reſpectu intereſſe partis; eius tamen opinio, & diſtinctio, tanquam ſingularis, parum probabilis; & contra communemm, vt ex præallegatis patet, reijcienda eſt. Quod enim nõ ſolum compoſitio, ſed etiã (quod plus eſt) abſolutio ordinaria via iuris, & ſeruatis ſeruandis facta per iudicem, ignorante eo, de cuius intereſſe tractatur, non prohibeat, quin iterum abſolutus poſſit inquiri, non ſolum pro intereſſe partis, ſed etiam quoad pęnam criminis, eſt tex. in l. ſi cui. §. ijſdem. vbi Bar. & alij. ff. de accuſ. Foller. in pract. crimin. canon. cap. 35. nu. 6. Boſſ. tit. de ſentent. num. 8 t. & de cõmuni teſtatur Ant. Gomez. de delict. c. 1. num. 26. in fine. Couar. variar. reſol. lib. 2. c. 10. nu. 1. verſ. 3. admittenda eſt, &c. Clar. in pract. §. fi. q. 57. verſ. ſed pone. immo Paridis opinio non ſolum communis, vt præfertur, ſed ẽt vſu recepta videtur, teſte Gram. in conſtit. Regni fol. 153. de cõcordia partis. poſt nu. 4. prout illum refert Clar. in pract. q. 59. ſub verſ. adde quod. vbi dicit per conſilium Neapolitanum fuiſſe reuocatam compoſitionem factam per quendam Moyſen, parte non concordata, & not. 35. nu. 6. & ſeqq. vſq; ad finem. vbi refert, vltimo ſuplicio fuiſſe affectum quendam Eliſeum, qui pro homicidijs ſe compoſuerat, non habita partium remiſſione.

15 Secundo, & ſine veri præiudicio, dato quod, prout ex aduerſo contenditur, non poſſit cõtra L. agi, niſi pro intereſſe partis non cõcordatę, attamen, quod pro iſto intereſſe non poſſit criminaliter agi, ſed tantũ ciuiliter, nec iure, nec ratione probatur; iure enim cautum eſt, non ſolum in furto, prout in caſu noſtro, ſed etiã in omnibus alijs priuatis, & publicis delictis parti intereſſatæ datam eſſe à iure duplicem actionem, & viam agendi, ſcilicet, & criminaliter, & ciuiliter. l. fi. ff. de priuat. delict. l. ſed ſi nomine. ff. de falſ. Boſſ. in tit. quomod. procedat. per action. in delict. numero 1. Igitur ſi compoſitio facta cũ fiſco non nocet parti quoad ſuum intereſſe, prout ex aduerſo conceditur, neceſſario etiam ſequitur, quod nec noceat in iure agendi criminaliter pro dicto intereſſe: alioquin vnius tranſactio & compoſitio alteri noceret, contra l. qui cœtu. §. fin. ff. ad l. Iul. de vi publ. l. 2. & ibi communiter omnes. C. de abol. & in propoſito conſiderat Paul. Ghirlan. d. tit. de pœn. compoſit. q. 5. num. 7. Et in terminis quod ſequuta cum fiſco compoſitione poſt cæptum iudicium criminale, non ſit opus parte nõ concordata, pro ſuo intereſſe, nouam excitare ciuiliter actionem, ſed illud idem iam cæptũ criminaliter iudicium proſequi, virtualiter ſeipſum declarando, tradit Ghirlan. vbi ſupra q. 3. nume. 4. vbi concordantes allegat, & quæſt. 5. num. 2. in fine, & quæſt. 6. nu. 7.

16 Nec ad propoſitum faciunt late deducta per Ruyn. in conſi. 60. vol. 5. & per Pariſ. conſi. 1. vol. 4. ex aduerſo allegatos, quia loquuntur non in compoſitione iudicis, prout hæc, de qua agitur, ſed in gratia Principis, de qua non eſt facienda illatio ad compoſitionem. Princeps enim prout ibidem conſiderat idemmet Pariſ. num. 1. & ſeqq. non ſolum abſque conſenſu partis poteſt remittere omnes pęnas pecuniarias, & corporales, a iure vel ab homine inflictas, prout etiã tradit Boſſ. tit. de Remed. ex ſola Clem. princip. num. 23. & communem dixit Suarez. in commun. opin. verſ. princeps. nu. 257. Verum etiam poteſt iuri priuatorũ, & ſingularum perſonarum damnis, & intereſſe in parte vel in totũ eius arbitrio derogare, ſecundum communem, de qua per Dec. in conſi. 150. num. 5. Petrin. Bel. de re milit. fol. mihi 130. nu. 20. Gabriel. conſi. 172. num. 49. Bonacoſſ. in commun.

opin.

Digitized by Google

opin.prima par. verſ. gratia ſeu remiſſio. prope finem. & propterea idem Pariſ. *in d. conſ.* 1. *nu.* 65. dixit, quod ſtante Principis gratia, nec ciuiliter, nec criminaliter pars conqueri poteſt; quę ratio non mitat in compoſitione iudicis, qui nõ ſolum ſuper pęnis à iure impoſitis, nullam habet poteſtatem illas commutandi, & alterandi, vulgata *l.* 1. *§. fin. ff. ad Turpil. l. ſi operum. C. de pœnis. c. iudicet.* 5. *q.* 7. *cum ſimilibus*, verum ẽt ſibi in ſpecie à iure prohibitum eſt, reum ad pecuniariam compoſitionem admittere, parte non concordata. *dicta lege fina. ff. ad Turpil. & l.* 7. *& fin. C. de abolit.*

17 Prӕterea, & in hoc ſupplicatur aduerti, prӕdicti Pariſius, & Ruynus loquuntur in caſu, in quo aggratiatus nõ reuocat in dubiũ delictum, cuius occaſione pars non concordata prӕtendit intereſſe; & ideo ſtante delicti confeſſione, ſola ciuilis actio ſufficit ad recuperandum dictum intereſſe abſque eo quod criminaliter agatur: non ſic in caſu noſtro, in quo compoſitus negat delictum, cuius plenas probationes cũ pars in promptu nõ habeat, iure ſuo fruſtrata remanebit, niſi ei detur ius agẽdi criminaliter pro ſuo intereſſe, iuxta *d. l. fi. ff. de furt. §. ex malefic. inſtit. de actio.* Et conſequenter iſto caſu ſtantibus indicijs, poſſe pro dicto intereſſe ad habendam veritatem delicti, deueniri ad torturam, in terminis late concludit Pariſ. omnino videndus *in tracta. ſindicat. verbo. tortura, il* 3. *cap.* 2. *incip. pone aliquis.* per totum. refert, & ſequitur Rip. *in rub. extra de iud. nu.* 97. *&* 98. Boſſ. *tit. de indic. nu.* 101.

18 Tertio, & in omnem euentum, & ex abundanti, dato etiam quod pro intereſſe partiũ non poſſet, niſi ciuiliter agi, adhuc tamen, ex quo ciuilis hӕc actio habet annexum delictum, & ex delicto proficiſcitur, poſſe ad torturam deueniri, quãdo veritas aliter haberi non poteſt, per tex. *in c.* 1. *de depoſito.* tradit idem Pariſ. de Put. *verbo, tortura, il* 3. *c.* 7. *nu.* 12. *& verbo, tortus, cap.* 5. *nu.* 1. *verſ. quæ limita &c.* Franc. Caſſon. *in tracta. de tormentis c.* 8. *nu.* 1. Marſi. *in l. diuus. nu.* 6. *ff. de q.* late Paul. Ghirland. *in tracta. de quæſt. & tortura. q.* 7. per totam in diſcurſu, & prӕſertim *nu.* 7. vbi in terminis loquitur in actione furti ciuiliter intentata.

19 Quibus nõ obſtet dicere, prout ex aduerſo innuitur, quod quãdo proceditur ex officio, & nõ ad inſtantiam partis, prout in caſu noſtro proceſſum ſupponitur, valet cõpoſitio, etiam parte nõ concordata; nam prӕterquam quòd verum non eſt in facto, fuiſſe cõtra Lucium proceſſum ex ſolo iudicis officio, cum ſemper omnibus delictis adſint quӕrelantium, & intereſſatorum depoſitiones, adhuc tamen dicitur, iure nõ probari, q̃d compoſitio facta ſine partis cõſenſu valeat, quãdo inquiritur ex officio; iura enim, & authoritates ſuperius adductę generaliter loquuntur, & ſine diſtinctione; nec põt aſſignari ratio, cur iſto caſu compoſitio valeat potius, quãdo inquiritur ex officio, quàm quando ad inſtantiam partis; & propterea non ſufficit diuerſificare caſus, niſi ratio diuerſitatis afferatur. Aym. *conſ.* 186. *col.* 2. *verſic.* 4. *reſpondeo, & conſi.* 187. *nu.* 2. *& conſi.* 190. *pariter. nu.* 2. Et in terminis quod concluſio ſupra firmata procedat etiam, quando fuit proceſſum ex officio, videatur Pariſ. *d. verbo, compoſitio, c.* 4. *nu.* 1. *ibi, vbi vero iudex ex mero officio procedit &c.*

20 Minus obſtat clauſula compoſitionis, in qua mandatur caſſari, & aboleri proceſſus, ad tradita per Boſſ. *in tit. quom. proced. per actio. in delictis, nume.* 41. Nam prӕterquam quod Boſſ. loquitur in gratia Principis, de qua, vt ſupra demõſtraui, non eſt inferendum ad compoſitionem; adhuc tamen etiam dicitur, quod aliud eſt, mandari caſſari proceſſus, vt in noſtra compoſitione; aliud autem mandare, ne aggratiatus poſſit in futurũ amplius criminaliter moleſtari, vt in caſu Boſſij; ſi enim compoſitio, in qua iudex mandat caſſari proceſſũ, eſt nulla, abolitioque & caſſatio eſt de ſubſtantia compoſitionis, vt per Ghirlan. *d. titu. de pœnarum compoſitione, quæſt.* 1. *nume.* 9. *in fine, & nu.* 11. ita data inualiditate principalis actus, omnes aliӕ acceſſorię clauſulę, quãtunq; prӕgnantes, pariter vti nullę, & inualidę nihil operantur, gloſ. *in l. ſi patronus. §. præterquam. ff. ſi quis in fraudem patro.* Put. *deciſ.* 1. *num.* 2. *lib.* 1. Et propterea, vt ſupra probaui, & eſt indubitatum, etiã quod iudex mandaſſet, in compoſitione infuturum amplius non poſſe criminaliter procedere, non per hoc eſſet prohibitum, parte non concordata, ſi non quoad pęnam fiſci, ſaltem pro ſuo intereſſe, agere & criminaliter, & ciuiliter.

21 Multo minus obſtat opponere de tacito conſenſu partiũ, quę, vt ex aduerſo prӕtenditur, nũquam contradixerũt ante carcerationem, nec de prӕſenti contradicũt, poſtquam eſt carceratus, & nomine id petente, iudex nõ tenetur ſuum officium impartiri, vulgata *l.* 4. *§. toties. ff. de damn. infect.* Ad hoc enim Primo reſpondetur, quod cum pro parte non probetur, partes intereſſatas habuiſſe notitiam compoſitionis prӕdictę, ideo ex earum taciturnitate vel ante, vel poſt carcerationem, non poteſt aliquis argui cõſenſus, quia ignorans nuq̃ dr̃ conſentire. *l. nec ignorans. C. de donat. l. mater decedens. ff. de inoffi. teſt.* Bar. *in l. quæ dotis. nu.* 20. *ff. ſolut. matr.* cum Vulgaribus.

22 Secundo, dato ẽt quod partes ſciuiſſent compoſitionem prędictam, non per hoc tñ non reclamando, ſibi in aliquo prӕiudicarũt, quia ſciendo compoſitionis inualiditatem, ſciebant etiam ſibi ius ſaluum eſſe; & propterea non erat neceſſaria aliqua reclamatio, prout in ſimili conſiderauit Rot. coram D. Seraphino *in vna Imolen. Caſtrorum, die veneris.* 22. *Aprilis* 1575.

23 Tertio iam alias fuit dictum, quod in compoſitione requiritur partis conſenſus, non tacitus, ſed euidens, & expreſſus, vt ex tex. *in d. l. fin. & ibi gloſ. in d. verbo niſi euidenter. ff. ad Turpil.* immo etiam debet parti prӕfigi terminus, vt per Luc. de Penn. *in d. l.* 1. *col. antepenul. verſ. Hoc autem circa hãc materiam. C. de deſertor. lib.* 12. Pariſ. de Put. *d. verb. compoſitio. cap.* 4. *num.* 3. *in fin.* Carauit. *titu.* 272. *num.* 20. vbi amplius, quod nec ſola termini prӕfixio conſenſum inducit.

24 Demum non obſtet, quod turpe videatur, Lucium decipi ſub fide publica, *ad l. primam. C. de ijs qui veniam ætat. impetr.* cum late congeſtis per

Pariſ.

Digitized by Google

Pariſ. Signorol. & Boſſ. ex aduerſo allegatos. Nam ad hoc optimè reſpondet Paris. de Put. *d. verbo, compoſitio. pag. 4. verſic. His ceſſantibus. nu. 3. uerſic. Nam non debet quis decipi re, iuncto cap. 9. num. 3. 4. & 5.* Vbi inter alia dicit, quod iudex faciendo cõpoſitionem reprobatam à iure, ſine partis cõſenſu, dicitur facere, non vt officialis, & publica perſona, ſed vti priuatus; ideo eo caſu remanet compoſitus deceptus, non ſub publica fide, ſed ſub priuata fide, & dictum Boſſij *in ti. de remed. ex ſol. Clem. princ. num. 42.* ex aduerſo in terminis allegatum, retorquetur in contrarium, quia non ſimpliciter dicit, carceratum ſtante gratia nulla, fore dimittendum, ſed torquendum, ſi ex proceſſu appareat de nullitate gratiæ. Vltra ꝙ I. in caſu noſtro, non poteſt dici in aliquo deceptus à Iudice. Nam præſuppoſita ad eius fauotem per DD. ſcribentes contendentes opinionẽ Pauli Ghirlandi, quod ſcilicet iſto caſu ſit tutus quo ad pœnã fiſci, non quo ad intereſſe partis, in nihilo poteſt conqueri, ſi modo pro dicto intereſſe conuenitur; quia in compoſitione verbum nullum de partis intereſſe, nec aliquid deſuper fuit ſibi per Iudicem permiſſum.

25 Concludo igitur ex præmiſſis, quod compoſitio facta parte non concordata, de iure non valet, nec reſpectu partis quo ad ſuum intereſſe, nec reſpectu fiſci, quo ad pęnam criminis, vt in primo fundamento, & eſt verior opinio. Et quatenus valeat reſpectu fiſci, licet nõ reſpectu partis, prout ex aduerſo inſtatur, poterit tamen compoſitus ſtãtibus indicijs pro partis intereſſe, non ſolum ciuiliter, ſed etiam criminaliter conueniri, & torqueri, pro habenda veritate, vt in ſecundo fundamento. Et quatenus etiam non poſſet pro dicto intereſſe, niſi ciuiliter agi, adhuc tamen in cauſa ciuili, habente annexum delictum, poterit ad torturam procedi, vt in tertio fundamento. Et quatenus in omnem euentum, nec criminaliter, nec ciuiliter poſſet compoſitus, vti reus principalis, interrogari, quod dicere ſatis videtur abſurdum, non erit tamen prohibitum, ipſum vti teſtem, ad reuelandum complices, & participes compellere, & torquere, vt in quarto fundamento. Et ita ex pręmiſſis fuit deuẽtum ad torturam per Ioannem Mariam Brugnolum Locumtenentem in crimi. Reuerendiſsimi Vrbis Gubernatoris.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

Pluribus comprobatur, ſubreptitiam gratiam delinquenti non ſuffragari: & inſimul etiam declaratur, ex quibus; & quando gratia dicatur ſubreptitia, vel obreptitia.

SVMMARIVM.

Captus cum gratia ſubreptitia puniendus eſt, non aliter, ac ſi gratiam non habuiſſet. nu. 1. & nu. 3. & nu. 5. & nu. 6. verſi. dico in primis, & ſeq.

Decipi nemo debet ſub fide publica. nu. 1.

Subreptio & obreptio vitiat gratiam ipſo iure. nu. 1. verſi. veritas tamen eſt.

Bannitus, & reſtitutus vigore gratiæ ſubrepticiæ poteſt impune occidi. nu. 1. verſi. imo etiam.

Gratia redditur ſubreptitia ob taciturnitatem temporis qualitatum aggrauantium delicta, vt puta in homicidio, ſi fuerit tacita qualitas præmeditationis. nu. 2.

Subripiens & obripiens in gratia non decipitur à principe, ſed ipſe decipit Principem. nu. 3.

Clauſula, attentis narratis, facit gratiam conditionalem, quæ propterea narratis non verificatis dicitur nulla. num. 4. & 16.

Gratia dicitur ſubreptitia, quando in ea non exprimuntur alia delicta per ſupplicantem commiſſa. nu. 5.

Opinio communis ſeruanda eſt in iudicando.

Veniæ ætatis conceſſio nunquam à Principe datur ex ſimplici ſupplicatione minoris, niſi etiam contenta in ſupplicatione probauerit. nu. 7.

Veniæ ætatis conceſſio vitiatur per ſubreptionem, & obreptionem. nu. 7. verſ. & propterea.

Gratia ſubreptitia nocet ſubripienti, non autem tertio. nu. 8.

Confeſsio, vbi adeſt, non eſt perquirenda alia probatio. numero 9.

Vera vbi ſunt clara & aperta, non eſt deſuper vlterius ambigendum. nu. 9. verſ. & nihilominus.

Qualitas aggrauans, exiſtens in principali delinquente, aggrauat etiam auxilium, & opem ferentem. nu. 9. verſ. Præterquam etiam.

Gratia redditur ſubreptitia etiam per ſubreptionem qualitatũ, quæ non inducunt diuerſam ſpeciem delicti. nu. 10. & nu. 12. Vbi tamen qualitates ſunt tales, quæ vel Principem retraxiſſent à gratia, vel ad eam concedendam difficiliorem reddidiſſent. d. nu. 12.

Gratia non redditur ſubreptitia ex taciturnitate qualitatum, quæ à iure, ſtylo, vel conſuetudine exprimi non ſolent. num. 10.

Pacis violatio eſt delictum punibile. nu. 10. verſi. Reſpondetur Primo.

Occidens aliquem, ſi occiſum derobauit, dicitur committere latrociniũ, & aſſaſsinium. nu. 10. verſ. Reſpondetur Primo.

Delicta plura diuerſi generis pluribus pœnis puniuntur etiam, quod ſint commiſſa eodem tempore. nu. 10. in fine.

Obreptio magis vitiat gratiam, quam ſubreptio. nu. 11.

Subripiens Principi punitur pœna falſi, ſiue ſubreptio ſit commiſſa in litteris iuſtitiæ, ſiue in litteris gratiæ. nu. 11. verſ. nec dicat mihi.

Reſcripta gratiæ facilius multo irritantur, quam iuſtitiæ. num. 10. in fine.

Argumentum de maiori ad minus, non procedit in gratijs. numero 13.

Gratiæ delinquentibus conceſſæ, ſunt exorbitantes à iure communi, & magni præiudicij. nu. 13.

Subreptio non vitiat gratiam, quando concedens habebat notitiam eorum, quæ tacita fuerunt. nu. 14.

Vicinus non præſumitur ſcire facta vicini, quando fuit abſens à loco. nu. 14. verſ. Omiſsis ne longior ſim.

Gratia ſubreptitia an valeat, fiſco, aut parte non reclamante. num. 15.

Ignorantia in dubio præſumitur, poſt nu. 15.

Ignorans non dicitur conſentire, nec renunciare. poſt nu. 15.

Gratia ſubreptitia, vel obreptitia, eſt nulla, & inualida ipſo iure. nu. 15. in fine.

CONSILIVM XLVII.

1 ADSIT DEVS: Licet prima facie videatur dicendum, captum cum gratia ſubreptitia, vel obreptitia, fore relaxandum, priori obnoxium condemnationi, per Regulam, quod nemo decipi debeat ſub fide & authoritate publica, de qua *in l.1.in fin.C.de his. qui ven.atat.impetra.* Alber.*in l.eos.C.eod.& in l.præſenti.C.de his, qui ad eccl.fug.* Boſſ.*in tit. de remed. ex ſola Clemen. Principis, num.42.verſ.eſt verum.* Clar.*in pract.* §.*fi.q.59. verſ.adde quod Vulpeiũ.reſponſ.19.nu.12.& 13.* Veritas tamen eſt in contrariũ, vt per Clar. *in pract. d.q.59.verſ. debet autem aduerti.* vbi poſt plures Doctores, quos allegat, teſtatur in facti contingentia, aliquos, qui ſurrepritias exhibuerunt gratias, fuiſſe decapitatos, & laqueo ſuſpenſos: & eſt ratio, quia ſurreptio & obreptio gratiã non ſolũ vitiat, ſed eam vitiat ipſo iure. *c.ad audientiã. il 2. & ibi latè Feli.extra de reſcr.* Soci.*conſi.77.nu.83. lib.*1. Aym.*conſi.68.nu.*2. Imò & ꝙ plus eſt, bannitus & reſtitutus vigore gratiæ ſubreptitię, põt ẽt impunè à quolibet priuato occidi. ſtãte ſtatuto, quod Bannirus poſſit impunè occidi. Alex.*conſi.114.nu.2.verſi.quia dicta impetratio, et nu.3.et fere per totum.lib.*1. Catell. Cotra. *in memoriali in verbo, Bannitus, qui in ciuitate tolleratur, in verſi. ſed quid dices de illo.* Boſſ.*d.ti.de remed.ex ſola Cle.prin. nu.37. et in tit.Banniti quid admittant, num.3. poſt med.ver.ſuccesſiue quæro.* Bert.*conſi.104.nu.1.ſeqq. et nu.5 .lib.*1. ergo multo magis à iudice.

2 Cum igitur Ioãnes & Attilius appenſate, & in conuenticula Bannitorũ, qui ad hoc fuerũt vocati, & cõducti, interfecerũt ſub pace Virgiliũ Thomai, quẽ ẽt interfectum ſpoliauerunt archibuſio & Pallio; & ob id p̃ſarus Attilius fuerit de cõuerſatione bannitorum, homicidio appenſato, pace fracta, derobationeq; ſubſequuta, condemnatus; & nunc exhibeat prætenſam gratiam, in qua ſimpliciter narratur de aſſiſtentia ad dictum homicidium in perſonam Virgilij præfati, de qualitatibus ſupradictis, cõuerſationibus.ſ. Bannitorum; appenſatè tractatus cum dictis bannitis, de præfato homicidio patrando, habiti, & tentati, pacis fractæ, derobationis ſubſecutæ, nulla prorſus in dicta prætenſa gratia fuerit facta mentio; ſequitur, ꝙ eis nullo pacto ſuffragetur, &c. cum certiſſimi iuris ſit, gratiam reddi ſubreptitiam ex taciturnitate qualitatum aggrauãtium delictum, & præſertim, quod illud fuerit præmeditatè & appẽſatè cũmiſſum. Iaſ.*in l.nec dãnoſa.n.2.& ibi Bal. et alij.C.de precib.imper.offeren.* Boſſ.*d.tit.de remed. ex ſola Clem.princ.n.33.& n.38.ſeq.* Ant.Gomez. *de delict.rubr.de tort.reorum.n.38.verſic.Item adde.* Menoc.*de arbit.q.lib.2.caſu* 203.*n.30.et ſeq.* Clar. *d.q.59.eodem verſi. Debet autem.*

3 Nec obſtat regula *l.1.C.de his, qui ven.etat.impetra.* quod.ſ.nemo debeat decipi ſub fide & authoritate Princ. quia qui ſubripiendo, vel obrepiendo grariam extorquet, non decipitur à Principe, ſed ipſe decipit Principem. Patet ad ſenſum. Nã ſi ſupplicans veritatem expreſſiſſet, Princeps gratiam non conceſſiſſet; ergo in cõceſſione gratia Princeps fuit deceptus, & non ſurripiens. Et propterea non immerito iure cautum eſt, quod propter talem deceptionem impetrans non ſolum caret impetratis, ſed etiam punitur falſi. *l.ſi quis obrepſerit.ff.ad l.Corn.de falſ.* & cõſequenter, is qui per obreptionem grariam extorquet, ſi deiecta veritate vitæ periculũ ſubit, non poteſt de alio conqueri, niſi de ſeipſo, qui doloſè, & mendaciter cum Principe agere voluit. Aym.*conſ.68. nu.11.* vnde eidem accidit illud proprie, qđ vulnerato accidere ſolet, qui vulnus detegere nolens chirurgo, ob id non tutus eſt. ſic in terminis conſiderat Aym.*d.conſi.68.nu.*10. ſequit̃ Ferrant. Cargiar.*conſi.crim.diuer.126.nu.103.& ſeqq.li.*1. vbi bene ponit materiam. & Boſſ. ex aduerſo allegatus *in d.tit.de remed.ex ſola Cle.prin.n.42.verſ. eſt verum.* prout ex eius lectura clarè legitur, non loquitur in gratia ſurreptitia, vel obreptitia, ſed in aliter nulla, ex defectu poteſtatis Principis, q̃ tunc vere impetrans dicitur ſub illius authoritate deceptus; verum quãdo gratia eſt ſubreptitia, tunc ſecus eſt, vt ſupra probaui, & idem Boſſ. *in loco præcitato paulo infra*, ſe ipſum bene declarat, & latius *in d. titu. Banniti quid amittant nu.3. poſt med.verſi.neceſſario quæro.*

4 Et præmiſſa eo magis locũ habent in caſu noſtro, in quo adeſt in gratia clauſula, attentis narratis, quæ clauſula gratiã reddit conditionalem. Caput.*deciſ.228.nu.3.par.2.* vnde narratis non extantibus veris, & ſic cõditione non verificata, conditionalis gratia euaneſcit. *l.pecuniam quam. ff.ſi cer.peta.* cum alijs per Rolan. *conſil.58. nu.15. ſeqq.vol.3.* & per conſequens remanet impetrans ſine gratia. LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

Aliud reſponſum Farinacij in eadem cauſa.

5 ADSIT DEVS. Dixi & repeto, ꝙ gratia delicti ſurreptitia delinquenti non ſuffragatur, ad euitãdam ordinariam & capitalem pęnã, non aliter, ac ſi nullam habuiſſet gratiam, ſcđm cõem, & cõiter ſeruatã opin. de qua poſt Gulicl. de Bened. Iaſ. Carer. & Iodoc. quos allegat, reſtatur Clar. *in pract.ſi.q.59.verſi. debes aũt aduertere,* cũ alijs alias relatis. Et hæc concluſio non ſolum procedit, qñ ſurreptio conſiſtit in qualitatibus delicti, de quo ſupplicans gratiã petit; ſed ẽt, qñ reticent̃ alia particularia & diuerſa delicta, ẽt ea, de quibus ſupplicãs gratiam habuerit, ſcđm aliã cõem & pariter ſeruatam Doctorum opi. de qua per Io. Lupum *in c.per veſtras.in 4.notab.nu.11. de donat.inter vir.& vxor.* Boer.*deciſi.217.n.22.* Neuiz.*in ſylua nup.li.1.n.151.* Boſſ.*in tit.de remed. ex ſola Clem.prin.nu.35.& 38.* Ant.Gom.*var.reſolut. lib.3.tit.de tortur.reorum, nu.38.verſi. item adde. & in tit.de homicid.num.60.* Couarr.*uar.reſolut. lib.2. cap.20.nu.8.* Petr. à Placha. *in Epith. delict.cap.38. num.4.& cap.45.nu.11.lib.1.* Sebaſt. Medic.*de reg. iur.reg.3.num.54.* Bonacoſſ. *in commun. opin. Crimin.par.2.uerſic.remisſio delicti.pag. mihi 67. col.1.*

Quibus

6 Quibus ſtãtibus,licer vlterius in puncto iuris
non eſſer diſputandum, ſed nõ obſtantibus gra-
tijs ſurreptitijs pro parte Attilij & Ioannis,in a-
ctis productis,eſſent contra eos exequendæ ſen-
tentiæ capitales,cũ à cõi & ſeruata opinione mi-
nimè recedendũ ſit in iudicando, vt per Alciat.
*de præſump.reg.2.præſump.*30.*nn.*3.Grat.*conſ.*111.
*Caſus talis eſt.nu.*51.*lib.*2.Neuiz.*in Silua.li.*5.*in* 1.
*limit.nn.*64.Emanuel Suarez *in comm.opin.in ver-
bo,opinio.nu.*19.Vt tamẽ ſatisfaciã motiuis Excel
lentiſs.Domini mei Sorbolunghi in deciſ. Dico
pręmiſſis,& pariter repeto,nõ obſtare regulã tex
tus *l.*1.*C.de his,qui veni.ætat.impetra.* qđ.ſ. nemo
ſub pricipali authoritate decipi debeat.Qui tex-
tus ſubtiliter põderatus, videtur loqui ẽt, quod
impetrans aliquid ſubrepſerit,vel obrepſerit, vt
pater in ea lege, in qua minor falsò, & per obre-
ptionẽ ſePrincipi idoneũ expoſuerat,ad res ſuas
adminiſtrãdũ. Et tamẽ,ne cũ eo,per eũdẽ Princi
pẽ ad veniã ætatis admiſſo,cõtrahẽtes principa-
li authoritate deciperẽtur,denegatur ipſi mino-
7 ti reſtitutio aduerſus nõ bene adminiſtrata.Hęc
enim Imperatoris cõſtitutio,ſi illius medulla in-
ſpiciatur,nõ loquiť, vt ex aduerſo deducitur, in
cõceſſione veniæ obreptitię,quia Princeps nun-
quã cõcedit veniã ętatis ex ſimplici ſupplicantis
expoſitione, qđ ſit idoneus,ſiue falsũ, ſiue verũ
exponat;niſi illud ẽt & per teſtes,& ꝑ alia docu-
mẽta legitimè probauerit.*l.*2.*C.eodẽ.*Rolan.*conſ.*
7.*nu.*94.*vol.*3. & ſic nõ ſequitur, minor poſt im-
petratã veniã in aliquibus cõtractibus male ad-
miniſtrat res ſuas; ergo Principi dũ expoſuit ſe
idoneũ,obreptionẽ cõmiſit. Quia vt dixi, vltra
aſſertionẽ minoris,ſuper idẽtitate ſit ẽt ꝓbatio,
anteꝗ venia cõcederetur.Et per cõſequẽs ſumus
extra terminos obreptionis,vel ſurreptionis. Et
põt ſtare,qđ per teſtes probatũ ſit, quẽ eſſe ido-
neũ in adminiſtratione rerũ ſuarũ; & tamẽ illas
nõ bene adminiſtrer,vt quotidie etiã in maiori-
bus contingere videmus. Et propterea,ꝙ imò ꝙ
re vera per Principẽ conceſſa eſt minori venia ę-
tatis cõtrahẽdi,ſeu alienãdi, ex aliquibus cauſis
per eundẽ minorẽ expoſitis in ſupplicatione per
ſubreptionẽ, vel obreptionẽ, talis veniæ admiſ-
ſio & licẽtia cõtrahendi tanꝗ ſubreptitia & ob-
reptitia,nulla prorſus ſit,nec contractus validet
ẽt,quod principali authoritate ſuffulta ſit, poſt
Deci.quem allegat *in conſ.*403.*nu.*16.*ver.eſt ergo
videndum de veritate eonem.& nu.*17.*ver.cogitamt
enim concilium,*latè conſuluit Rolan.*d.conſ.*7.*nu.*
97.*& omnib.ſeqq.vol.*3.

8 Et nihilominus,dato etiã,quòd textus *in d.l.*1.
debeat intelligi,quãdo Principis cõceſſio eſt ob-
reptitia(qđ non creditur per ſupradicta) ſuppo-
nitur aduerti,ꝙ ibi oõ probatur,gratiã ſubrepti-
tiã ſuffragari ſurripienti, hoc eſt minori, qui per
ſubreptionem veniã ętatis impetratus eſt,prout
ſunt termini quęſtionis noſtrę;ſed bene dicit,il-
lã ſuffragari alijs,qui cũ minore cõtraxerunt, &
cõfiſi ſunt de principali authoritate; quia nõ eſt
ęquum ꝙ ipſi decipiantur ab ea,prout nec etiam
ęquũ eſt,ꝙ minor ſurripiens poſſit dicere de nul-
litate conceſſionis, quia eſſet illud admittere ad
allegandum ſuam turpitudinẽ & deceptionem,
quam Principi fecit. Et propterea ibi Imperator
denegat reſtitutionẽ minori cõtrahenti de eius
venia,ẽt ꝙ illam dicat ſubreptitiã,quia ſurreptio
nocet ſurripienti,licet nõ alijs.Et hæc bene pro-
bãtur in eo textu,qui ſic intellectus, facit in prę-
ſenti caſu pro fiſco,cũ ex eo apertè probetur,gra
tiam ſubreptitiã nocere ſurripienti, non aũt ter-
tio,prout in terminis *d.l.*1.hanc declarationẽ de
præiudicio tertij optimè ponit Rol.videndus *d.
conſ.*7.*n.*114.Et in ſpecie in gratia ſurreptitia de-
linquẽti cõceſſa, ꝙ minimè ipſi ſuffrageť in præ-
iudiciũ fiſci,non obſtãte regu.*d.l.*1.apertè decla-
rat Boſſ.pariter vidẽdus *in tit.de remed.ex ſola Cle
men.Principis,nu.*42.*ad fin.& latins in tit. Bannitis,
qđ amittit.nu.*3. *poſt medium.verſ. ſucceſſiuè quæro.*

9 Dum ſecundo negatur pro parte Ioannis,ali-
quam adeſſe ſurreptionem reſpectu fractionis pa
cis;hæc oppoſitio tollitur ex facto, quia legendo
ipſius conſtitutũ reperijt D. meus,ꝙ ipſe fatetur
ſe ẽt cõprehenſum in pace facta cum occiſo.Ideo
ſtante eius confeſſione,nõ eſt requirẽda alia pro
batio.*l.*1.*C.de confeſſ.l.ſi confeſſio.ff.de cuſt. reorũ,
cum ſimil.* Et nihilominus ẽt in ſentẽtia apparet,
ipſum fuiſſe condemnatum tanquã pacis fracto-
rem,vt patet in illis verbis,ſecurè,& ſub pace in-
ter ipſum & ſupradictos Attilium, Petrum Ioan
nem,& Petrum Paulum,de anno 1576. ſequuta,
& per d. Philippum rogara: quæ verba cum ſint
clara & aperta,non eſt deſuper vlterius ambigen
dum.*l.continnus.*§.*cum ita.ff.de ver.oblig.l.ille.*§.*cũ
in verbis.ff.de leg.*3.*cum vulgar.* & dictio, reſpecti-
uè,in alia clauſula ſententię poſt dicta verba ap-
poſita, non reſpicit perſonam Petri Ioannis, ſed
aliorum condemnatorum, qui in dicta pace non
erant comprehenſi.Pręterquam etiam,quòd da-
to,quòd Petrus non eſſet in pace comprehenſus,
qualitas tamen fractionis pacis,in principalẽ de-
linquentẽ exiſtẽs,aggrauat ẽt Ioannẽ,auxiliũ &
opẽ ferentem ipſi Attilio, ſecundum cõmunem,
de qua per Salyc.*in d.l.vnica.nu.*26.*C.de rap.Virg.
Pariſ.conſi.*166.*num.*1.*& plurib.ſeqq.vol.*4.Iccirco
& eadem qualitas aggrauans debebat exprimi in
ſupplicatione,& non expreſſa,gratiam vitiat,ad
tradita per Iaſ.*in l.nec damnoſa.C. de precib. imper.
offeren.cum alijs ſupra allegatis.*

10 Dũ tertio opponitur,quod ex quo qualitates
omiſſæ in ſupplicatione,de qua agitur,non indu
cũt diuerſam ſpeciẽ delicti,iuxra tradita per Bar.
*in d.l. qui ſeruo. num.*2. *ff. de furt.* Nec etiam ſunt
à iure, ſtylo, vel conſuetudine requiſitæ, iuxta
tradita per Menoch. *de arbitrar. quæſt. caſu* 201.
numero 27.*& ſequentib.* Iccirco nullam inducunt
ſurreptionem, quia quando conceditur, quod
eſt plus,cenſetur etiã cõceſſum quod eſt minus,
cap.cui licet.de regul.iur.in 6.Reſpondetur;Primo,
non eſſe verum in facto, quod qualitates hic o-
miſſæ, non inducant diuerſam ſpeciẽ delictorũ;
ſed quod imò contrariũ ſit verius, apparet, quia
pacis violatio eſt delictũ de ſe,ẽt ab homicidio ſe
paratum,& punibile.*l.fi.in fi.ff.de re mili.cap.*1.*de
pa.tenen.in uſib.fend.cap.*1.§.*ſi quis nero.de pace iu-
ram.firm.*Bart.*in l.*1.*num.*6.*ff.ad l.Iul.maieſt.* Al-

ber. in tract. de ſtatut. par. 3. q. 52. Berber. in uiatorio iuris, rubr. 33. nu. 3. Marſ. in rubr. de fideiuſſ. q. 29. nu. 243. Vulp. de pace q. 51. Itē derobatio archibuſij, ferraioli, & enſis, facta occiſio in ſtrada, non ſolū latrocinij pœnam, & nomē aſſumit, vt per Brun. conſ. crim. diuer. 115. nu. 74. to. 2. in magnis. Verū ēt & aſſaſſinij. Bal. in l. de his. C. de furt. plenè Cæph. conſ. 57. n. 21. ſeq. uol. 1. & hos viarū graſſatores ſaltem vigore bannimētorum, ēt pro vna vice, capitaliter puniendos, notoriū eſt. Rurſus bannitorū conuenticula, & cōuerſario pariter, de ſe capitale crimen eſt, ſecundū Pontificias cōſtitutiones: & ideo cū hæc tria delicta in ſupplicationibus omiſſa, ſint inter ſe diuerſa, ſeparata, & capitalia; nec ad eūdem rei finem tendāt, nō vnica, ſed pluribus pœnis plectēda erāt etiā, qđ eodem tpe cōmiſſa eſſent, iuxta l. nunquā plura. ff. de priu. delict. vt poſt alios per Io. Bap. de Roſſello in conſi. crim. diuerſ. 90. per totum. & Alex. de Neuo conſi. 91. uol. 1. in paruis, & eſt cōis vt per Pet. à Plach. in epit. delict. li. 1. c. 1. nu. 18. uerſi. tertio, in hoc tractatu. & ante eū Cou. uar. reſolu. li. 2. c. 10. nu. 8. uerſi. ſecundo, & illud cenſeo. & per cōſequens gratia homicidij etiam, ꝙ in ſe ſubſtineretur, & ſubreptionis vitio non ſubiaceret, non tamen extendenda ad alia delicta diuerſa in nomine, & pœna.

11 Reſpondetur ſecūdo, ꝙ gratia Ioānis ſubiacet non ſolū vitio ſurreptionis, ſed ēt obreptionis; quia inter alia exponit ſe non interfuiſſe homicidio, ſed ſolū tractatui, & ēt per vim: Et tamē tam ex tenore ſententiæ, quā ex ſua propria cōfeſſione, cōſtat, ſe ſpōte, & nō per vim fuiſſe præſentē de homicidio, & hæc obreptio magis vitiat gratiā, quā ſurreptio, vt per Abb. in c. cū dilecta, n. 15. de reſcrip. Bero. in c. ſuper litteris, in 1. lect. nu. 1. in fi. & in 2. lect. nu. 1. extra eod. eſt tex. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſ. & in l. & ſi legib. C. ſi cont. ius uel utilit. publ. Nec dicat mihi D. meus, qđ tex. in d. l. ſi quis obrepſerit, cum concordātibus, procedit in reſcriptis iuſtitiæ, à iudice conceſſis, non autē in reſcriptis gratiæ, Principi porrectis; quia, quod imò loquatur in reſcriptis gratię, Principi oblatis, patet euidenter in textu, per illa verba, ſi libello dato, &c. libellus. n. eo loci ſumitur, non pro petitione iuſtitiæ, ſeu ſentētiæ præſidi, vel iudici facta, prout loquitur ille tex. in princ. ſed pro gratioſis precibus, Principi oblatis, vt probat tex. in l. 1. C. quan. libell. Princ. datus, notat Menoch. de arbitr. q. caſu 314. nu. 12. in terminis declarat gl. viden. in d. l. & ſi legib. in uerbo, mendax. C. ſi contra ius, uel util. publ. & conſuluit Ferrans Gargiar. conſi. cri. diuerſ. 176. nu. 103. ſeq. uol. 1. in magnis. Et quoad nullitatem gratię res nullam prorſus habet difficultatē, quia reſcripta gratiæ facilius multo irritantur, quā iuſtitiæ, Menoch. poſt alios, ubi ſupra, caſu 201. n. 5.

12 Reſpondetur & tertio, non eſſe admittendum in iure illud aſſumptum, ꝙ. ſ. ſurreptio in gratijs nō inducatur, niſi ex omiſſione qualitatū inducentiū diuerſam ſpeciē delicti; Non. n. reperio legem, aut Doctorē hoc dicentē, ſed bene reperio, ꝙ ſurreptio ſemper inducitur ex omiſſione qualitatū, quæ vel Principem retraxiſſent à gratia, vel ad eā concedendā difficiliorem reddidiſſent. c. audiū, de elect. c. ſuper litteris. & ca. poſtulaſti. extra de reſcrip. latè Iaſ. in l. 1. nu. 2. C. ſi contr. ius vel utili. publ. cum alijs ꝑ Menoc. d. caſu 201. nu. 23. & 24. vbi qđ ſuper hoc ſtatur arbitrio iudicis, ꝙ in præſenti caſu, has qualitates omiſſas in ijs ſupplicationibus, tales eſſe, minimè dubito, quin exiſtimabit. Et ſic ceſſat aliud motiuū, qđ ex quo, nec à iure, nec à cōſuetudine expreſſę reperiūtur prædictæ qualitates, vt in gratijs adijciātur; iccirco earū omiſſio nō vitiet. Nā ſatis à iure expreſſum eſt, in genere oēs qualitates fore deducēdas, quæ Principem vel retraxiſſent à conceſſione gratiæ, vel difficiliorem reddidiſſent, per præallegata.

13 Reſpōdetur & quarto, ꝙ nō ꝓcedit in gratijs illud argm̄ de maiori ad minus; Eſt. ſ. cōceſſa gratia de homicidio, ergo ēt cēſetur cōceſſa de derobatione archibuſij, & cōuēticula bānitorū. c. cui licet, de reg. iur. in 6. Nā præterq̃ ꝙ derobatio & cōuēticula prędictę nō ſunt minora delicta quā homicidiū, ſed pariter capitalia, vt ſup. dixi, adhuc tn̄ ēt, ꝙ minora eſsēt, nō valet argm̄ prędictū, qa gratiæ delinquētibus cōceſſę, ſūt exhorbirātes à iure cōi, & magni prēiudicij, vt ꝑ Menoc. d. caſu 201. n. 6. et 7. in exorbitātibus aūt nō valet argm̄ de maiori ad minus. Euerat. in loco a maiori. nu. 4. uer. non procedit ēt hac argumentatio. cum ſimilibus.

14 Dum quarto deducitur præſumpta notitia ꝓfatarum qualitatū ex eo, ꝙ delictū fuerit factum in paruo caſtro, quo caſu eius Dn̄s præſumitur habuiſſe notitiā & ſcientiā omniū circūſtantiarū ipſius delicti, ꝑ regulā l. unde Octaui. ff. unde cogna. & ſtante ſcia prædicta, non erat neceſſe illas exprimere in ſupplicatione, iuxta tradita ꝑ Fel. in c. ſuper litteris. nu. 8. uerſ. 3. Reg. extra de reſcr. & in c. in noſtra. extra eod. cum ſimil. Omiſſis, ne longior ſim, pluribus reſponſionibus, quæ in propoſito afferri poſſent, dicitur ſolū, qđ Reg. d. l. Octaui, nō ꝓcedit, data abſentia à loco delicti (prout Illuſtriſ. Dn̄s tēpore delicti abſens erat, & in vrbe cōmorabatur) poſt Bar. Iaſ. in l. is poteſt. nu. 63. ff. de acqui. hæred. Alex. in l. Lucius. §. Titius. ff. de liber. & poſth. Mantic. in l. 1. in 1. lectur. n. 61. & ibid. Purpur. nu. 122. ff. ſi cert. petat.

15 Et dū quinto & vltimo loco dr̄, gratiā hmōi etiam ſurreptitiā, cenſeri tacitè approbatā ab Illuſtriſ. D. & eius fiſco, nunquā propterea reclamante, aut opponēte, ad tradita per Abb. in c. cū dilecta, nu. 6. & ſeq. extra de reſcrip. dr̄, quòd dubitatio forſan procederet, vbi Illuſtriſ. D. & eius fiſcus ſciuiſſet, gratiā prædictam fuiſſe ſubreptitiā: tunc enim ſciens, & non opponens, ſeu contradicens, cenſetur tacitè illi conſentire. At data ignorantia, q̃ in dubio ſemper præſumitur, l. uerius. ff. de probat. nullus præſumitur conſenſus, ſeu renunciatio nec tacita, nec expreſſa. l. nec ignorans. C. de donat. l. mater decedens. ff. de inoff. teſt. Bar. in l. qua dotis. nu. 20. ff. ſolu. mat. Pariſ. conſi. 20. nu. 63. uol. 1. & conſi. 12. nu. 245. uol. 2. & alibi paſſim ēt cōiter Doctores; vltra, quod, prout iterū dixi, gratia ſurreptitia, vel obreptitia eſt nulla & inualida ipſo iure, ēt parte, ſeu fiſco nō opponēte, ſeu reclamāte. c. ad audiētiā. il 2. & ibi Fely. nu. 22. extra de reſc. c. ſi eodē tempore. eod. ti. lib. 6. Aym.

conſi.

Digitized by Google

*conſ.68.nu.2.*Ferrant. Gargier. *d.conſ.crim.diuer.* 126.*nu.*103.*l.1.cum alijs* per Menoch. *d.caſ.*201. *nu.2.3.& 17.*

16 Et in caſu noſtro ſupponitur aduerti, quod gratia conceſſa eſt iſti Petro Ioanni cum clauſula, attentis narratis; immo etiam cum clauſula, attenta eius innocentia; quo caſu eadem gratia dicitur conditionalis. Caputaq.*deciſ.*228.*nu.*3. & faciens fundamentum in ea, debet probare narrata eſſe vera & ſuam innocentiam. Dec.*conſ.* 403.*nu.*16.17. Quæ non ſolum minimè probata ſunt, ſed omnino prorſus de ſua nocentia & delicto per eius propriam confeſſionem pleniſſimè conſtat. Et deficiente conditione, gratia euaneſcit. l.*pecuniam quam, ff. ſi certum petat. cum vulgar.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

De materia falſę monetę, ac de iudice competente in hoc crimine: & pręſertim an ſubditus Imperatoris, qui in feudo Imperij Papales monetas falſas cudi iubebat, illaſque in ſtatu Eccleſiaſtico expendendas procurabat, poſſit à Delegato Papæ extra ſtatum Eccleſiaſticum citari: proceſſari, ac puniri.

SVMMARIVM.

Moneta dicitur falſa in materia, quando habet plus æris & minus argenti admixtum, quam lege vel conſuetudine cautum eſt. nu.1.

Moneta dicitur falſa in forma quando quis ſine authoritate illam cudit ſub nomine alicuius Principis, etiam quod alias ſit iuſti ponderis & bonæ ligæ. nu.2.

Monetam falſam cudens tenetur crimine læſæ maieſtatis, & propterea punitur pœna ignis, infamiæ, confiſcationis bonorum & feudorum, ac etiam priuatione omnium dignitatum. nu.3. & nu.13. vbi quod iſto caſu non dicitur committi crimē læſæ maieſtatis ſtrictè, ſed largo modo, & nu. 20. & 21. vbi de materia, de qua etiam nu.41. & 43.

Moneta falſa ſub effigie Pontificis & ſub Papalibus inſignibus cudens, dicitur committere crimen læſæ maieſtatis in ipſū Pontificem; & hac ratione delicti, & læſæ maieſtatis Pontificiæ efficitur illi ſubditus, poteſtque ab eo citari, proceſſari, & puniri, etiam quod ſit ſubditus Imperatoris. nu.4. & omnibus ſeqq. in diſcurſu, vbi etiam referuntur contraria, & illis reſpondetur.

Crimen læſæ maieſtatis non committitur à non ſubdito. nu.4. & nu.19. Fallit in crimine commiſſo in Papam, cuius ratione etiam non ſubditus efficitur, & poteſt ab eo puniri. nu.4. & omnibus ſeqq in diſcurſu, vbi proponuntur contraria & illis reſpondetur.

Monetam falſam fabricans ſub nomine alieni Principis, cui quis ſubditus non eſt, an puniatur pœna ordinaria falſæ monetæ, an vero extraordinaria. nu.5. & nu.8. & nu.19. & nu. 22. & ſeq. & num.42.

Delictum inchoatum in vno territorio, & ſucceſſiuè perfectum in alio, poteſt ab vtriuſque territorij iudice puniri, etiam quod delinquens nihil operetur in illo territorio. nu.6. & nu.34. & 37.

Monetam falſam cudens puniendus eſt authoritate cudendi monetas, ſi illam habet. nu.8.9. & 10. vbi amplius, quod ipſo iure cenſetur eo priuatus. nu.43.

Delinquens in officio priuari debet officio quo deliquit. nu.8. & num.43.

Pœna priuationis officii propter delictum commiſſum in officio eſt conſecutiua ad pœnam principalem ipſius delicti. nu.9.

Notarius fabricans falſum inſtrumentum punitur amputatione manus, ſeu alias iudicis arbitrio, & amplius priuatur officio notariatus. ita quod non poteſt in futurum illud exercere. nu.9.

Fama ſola ſufficit ad inquirendum. nu.11.

Confeſſio extraiudicialis ſufficit ad torturam nedum ad inquirendum. nu.11.

Teſtis vnicus ſufficit ad torturam. nu.11. ante finem.

Reus in contumaciam condemnari poteſt, dummodo ad inquirendum legitima præcedant indicia. nu.11. in fine.

Feuda in caſu confiſcationis, an applicentur Cameræ iudicis confiſcantis, an vero principi proprietario. nu.12.

Crimen læſæ maieſtatis ſtrictè non dicitur committi, niſi quando Principis *maieſtas principaliter, & directè offenditur in perſonam, vel ſtatum. nu.13.*

Papa non intendit alicuius Principis *iuriſdictionem perturbare. nu.14.*

Iuriſdictio eſt fundamentum iudicij, & ſine ea contra aliquem procedi non poteſt. num.14. vbi etiam quod in primis, & ante omnia diſcutiendum eſt de iuriſdictione.

Feudatarius cudens falſam monetam, puniendus eſt à competente iudice, cui ipſe ſubeſt. nu.15. & 35.

Papa procedere poteſt contra quemlibet, vbique exiſtentē, quia Dei Vicarius eſt, & cuius eſt terra & plenitudo eius. nu. 16. Præſertim ſi deliquit in ſuo territorio, ac etiam præſertim in beneficialibus, & in concernentibus animarum poteſtatem, vel etiam ſi delinquens fuerit inuentus in territorio ſummi Pontificis*. d. nu.16. vbi tamen ſecus videtur extra iſtos tres caſus, ſed contra. nu.32.*

Delinquens non poteſt puniri ab illo iudice, cui ſubditus non eſt, aut ratione delicti, aut ratione originis, aut ratione domicilij. nu.17.

Citare nemo poteſt extra ſuum territorium. nu.18.

Monetam non auream vel argenteam, ſed vilem & æream adulterans, non dicitur committere crimen læſæ maieſtatis. nu. 19. in fine, declara nu.24. & 25.

Papa ſi non actu, ſaltem habitu, habet in terris Imperij *temporalem iuriſdictionem. nu.20. & 39.*

Subditus Imperatoris *offendendo Papam dicitur omnino in illum committere læſæ maieſt. crimen. nu.10. verſ. idcirco ſubditus, & nu.38. & per totum conſilium in diſcurſu.*

Monetam falſam alicuius Principis cudens, Principem ipſum offendere dicitur. nu.20. in fine, & per totum conſilium in diſcurſu.

Criminis læſæ maieſtatis Reus punitur ab illo Principe, cuius maieſtas læſa eſt. nu.38.

Monetæ falſæ cognitio ſpectat ad illum Principem, cuius moneta falſificata eſt. nu.26. in fine. & nu.35. ſeq.

Iuriſdictio conceſſa per Principem ſuperiorem cognoſcendi ſuper crimine falſæ monetæ & læſæ maieſtatis, alicui Principi inferiori, cenſetur conceſſa cumulatiuè, non autem priuatiuè. nu.27. & nu.29.

Papa conceſſit Imperatori gladiū tēporalis iuriſdictionis. n.28.

Papa poteſt citare ſubditum Imperatoris etiam in terris Imperij. nu.29. & 40.

Princeps ſuperior poteſt auocare cauſam ab inferiore. nu.30.

Subditus Imperatoris dicitur originaliter ſubditus Papæ. num. 33. & per totum conſilium in diſcurſu.

Google

Papa habet iuriſdictionem etiam in terris Imperij.nu.23.

Sagittã emittens in vno territorio, põt ẽt puniri ab illis de alio territorio, in qua ſagitta pcuſſionẽ fecit.n.34.n.36.& 37.

Monetam falſam falſificantes puniuntur à ſuis competentibus iudicibus.nu.15.& 36.

Mandans poteſt etiam puniri in loco, in quo mandatum fuit executũ, ne dum in loco dati mandati.nu.37.

Priuilegio abutens, illud perdit.nu.43.

CONSILIVM XLVIII.

1 ADSIT DEVS. Aſtrictè reſpondendo ad ea, de quibus pro veritate conſultus & interrogatus fui, Dico in primis, monetã, de qua agitur eſſe falsã, tum in materia, tum ẽt in forma; falſitas in materia eſt euidens, cũ illa habeat plus æris, & minus argenti admixtũ, quã ea, quę hõmi Pontificis iuſſu in ſtatu Eccleſiaſtico cuditur. *l. 2. ibi, falsa effuſione, &c. C. de fal. mon. l. creditor oblatam. ibi, quaſi herosas, etc. ff. de solut.* ſinguli.n. Principes, & alij, qui monetas cudunt, certam habent ac definitam metallorũ cõmixtionem tam in aurea & argentea pecunia, quã ẽt in ęrea, igitur qui plus æris, aut minus argenti immiſcent quã lege vel conſuetudine cautum eſt, ij inquã in crimen falſæ monetæ incidunt, vt pluribus bene demonſtrat nouiſſimè Tiber. Decian. *in suis tract. crim. li. 7. tit. de fal. monet. c. 23. n. 9. seqq.* Et ante cum Affl. *in tit. de condemn. fal. mon. in consti. adulterinam. nu. 5. verſi. ratione materia, et in tit. qua ſint regalia. c. 1. in verbo, moneta. nu. 4. et 5.* Et videtur melior text. *in l. 1. ibi, modo vt debiti ponderis ſint et ſpeciei probe, et ibi gl. in verbo, speciei. C. de veter. numismat. poteſt. libro 11.*

2 In forma falſitas eſt euidentior, cũ iſte D. Cudens ſine vlla prorſus authoritate, monetam ſub nomine & effigie ſanctiſſimi Pontificis, fabricari iuſſerit. Quo caſu moneta dr̃ falſa, ẽt ꝙ alias iuſti ponderis & bonæ ligæ exiſteret, ſecũdum *gl. in l. sacrilegij. in verbo, extrinsecus. ff. ad l. Iul. pecul. et in l. 2. in verbo, volumus, et in verbo, obnoxij. C. de fal. mon.* Bar. *in l. qui falsam. nu. 2. ff. de fal.* Cur. *in trac. de monet. num. 20. in fine.* Boſſ. *in tit. de falſis monet. nu. 2.* Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. casu 316. n. 15. seq.* & nouiſsimè Ludou. Piguer. *deciſi. crim. 46. nu. 7.*

3 Data falſitate monetæ ſuccedit pęna criminis læſæ maieſtatis. *d. l. 2. ibi, eius obnoxij crimen læsa maieſt. committunt, et ibi notant oẽs. C. de fal. moneta.* Gig. *de crim læsa maieſt. tit. et à quibus crim. læs. maieſt. cõmittan. q. 62. lib. 1.* Gram. *conſi. 6. n. 7.* Hæc aũt pęna erit cõfiſcationis bonorũ & feudorum, infamiæ, & priuationis oĩum dignitatũ, mortis naturalis ac ẽt ignis. *d. l. 2.* Menoc. *d. casu 316. nu. 8. seq.* & latè Decia. *d. ti. de fal. mon. c. 28. nu. 1. seqq. lib. 7.*

4 Nec mouet me, quod iſte D. Cudens ſit feudatarius Imperatoris, & quod propterea non dicatur commiſiſſe crimen lęſæ maieſtatis in Papam, cum ei ſubditus non videatur, ad tex. *in Clem. paſtoralis. et ibi gl. in verbo. non subfuit. de re iudic. cum alijs* per Cępol. *conſil. 17. nu. 16. seq.* & per Boſſ. *in tit. de fal. monet. n. 6.* & per Clar. *in pract. §. læsa maieſtatis, verſi. vidi quandoq; dubitari;* quia quicquid ſit in ſubditis aliorum Principũ, in Papa hoc ſpeciale eſt, vt omnes illi dicantur ſubditis; & ſic oẽs ab eo puniri poſsint, oẽſq; in illũ crimẽ læſæ maieſtatis cõmittere dicantur. Præpoſ. poſt Bart. & Anch. quos allegat, *in c. in primis. §. de persona. nu. 18. 2. q. 1.* Bonif. de Vitallin. *in d. Clem. paſtoralis, §. sanè. nu. 22. seqq.* vbi quatuor rationib. hãc fundat concluſionem Gig. *ubi sup. q. 3.* Decia. *ubi ſupra, tit. de crim. læsa maieſt. c. 8. nu. 2.*

5 Et ex his ceſſat ẽt alia difficultas, nunquid. ſ. fabricans monetam ſub nomine alterius Principis, quã eius, qui eſt ſubditus, pęna ordinaria puniri poſsit? Nam licet Marſil. *in l. qui falſam, nu. 52. ff. de fal. & in cõſil. 71. nu. 10. ſeqq.* poſt Alex. & Cremen. quos allegat, hũc reum à pęna mortis & ordinaria excuſandum crediderit, verior tamen vr̃ opinio, quod imò nullatenus excuſetur, vt ꝑ Menoc. *d. caſu 316. n. 26. ſeqq.* & tñ in caſu noſtro hęc dubitatio non facit ad propoſitum, cũ vt ſupra probaui, Papa ſit omnibus Princeps, & dominus.

6 Et adhuc omiſſo fundamento, quod ſubditus Imperatotis poſsit puniri à Papa, propter cõmiſſum crimen læſæ maieſtatis in Papam, fabricãdo illius falſam monetã; dicitur inſuper in caſu noſtro, quod poteſt à Papa puniri ratione delicti cõmiſsi in ſtatu Eccleſiaſtico; & hoc, quia falsã monetam Papalem cudebat eo animo & intentione, vt in ſtatu Papæ illa expenderetur, prout ſic expendendam diſtribuebat pluribus ſubditis eccleſię, qui ad eam officinam concurrebant pro dictis monetis habendis; vnde ſubintrat cõcluſio, Quod quando delictum inchoatum in vno territorio, & ſucceſſiuè perficitur in alio, poteſt ab vtriuſq; territorij iudice puniri etiã, quod delinquẽs nihil operetur in illo territorio, in quo delictũ conſumatur, ſecũdum cõem, de qua teſtatur Abb. *in c. fi. nu. 25. de foro cõpet.* & ab hac cõi nõ recedendum dixit Conrad. *in pract. crim. tit. de inquiſi. nu. 16. propè finẽ. fol. 251. col. 1.* ſequitur Clar. *in pract. §. fin. q. 38. uerſi. item pono.*

7 Augetur in facto fundamentum; quia habita notitia per D. Marchionem, quod detecta ſuarũ monetarũ falſitate in ſtatu Eccleſiaſtico, Papa illas reprobauit, & vt à bonis recognoſcerẽtur, nõ niſi eas baiochellas expendibiles fecit, quæ ſigno Crucis eſſent ſignatæ, ſtatim idẽ Marchio eaſdẽ falſas baiochellas fabricari iuſsit cũ ſimili ſigno Crucis, vt in ſtatu Eccleſiaſtico facilius expenderentur; & hoc conſtat etiam in proceſſu.

8 Et dato rurſus, ꝙ nõ eſſet puniẽdus pęna criminis læſæ maieſtatis, ex quo non ſui Principis, ſed alterius monetã falſificauit, iuxta opi. Cumani, Alex. & Marſil. relatorũ per Menoc. *de arbit. q. caſu 316. n. 26.* qui propterea ẽt dixerunt, pænã eſſe nõ vltimi ſupplicij, ſed deportationis; adhuc etiã oĩno crederẽ, ipsũ fore priuandum iure cudendi monetas, per regulã, ꝙ delinquens in officio priuatur officio, in quo deliquit. *l. ſi aliquid, ubi præſertim Io. de Platea & cõiter alij. C. de ſuſcep. lib. 10.* Capyc. *dec. 121. n. 17.* Dec. *in c. vt nr̃m. n. 4. de appel.*

9 Et hæc pœna priuationis eſt conſequutiua & neceſſaria ad ordinariã pœnam delicti, prout in ſpecie videmus in notario fabricante falſum inſtrumentum, qui vltra pœnã amputationis manus, ſeu aliam iudicis arbitrio imponendã, iuxta trad.

tà trad.per Clar.*in §.falſum.verſ.fabricãs falſum,* priuatur etiam officio notariarus, nec poteſt in futurum illud amplius exercere, ſecundum communem, de qua per Alex. *in l. ſi quis ex argẽtarijs. §.cogeutur.nu.6.*& ibi etiam Alber. Ang. *num.12.* Caſtr.*nu.3.*Iaſ.*nu.12.ff.de edeu.*Franc.Marc.*deci. 660.nu.1.& 2.par.1.& deciſi.299.n.2.par.2.*Clar. *in pract.§.fi.q.73.verſi.notarius.*

10 Siue igitur D.Marchio fabricãdo falſam monetam Papalem incurrerit ctimen lęſæ maieſt.in Papam, & illius pœna puniendus ſit; ſiue non, iure tamen cudendi monetas omnino priuandũ eſſe, non ſolum ex præmiſſis credidetim, verum ẽt ipſo iure priuatũ, ẽt, ꝙ in ſentẽtia expreſſa nõ ſit priuatio, ſuaderi põt ex trad.per Caſtr.*in conſ. 203.ſecundum antiquam impreſsionem.in princ.*

11 An aũt in proceſſu, de quo agitur, habeamus ſufficientes probationes ad monendum? hoc.n. monitorium, & ipſo poſtmodũ contumace exiſtente, & non compatente, ad cõdemnandũ, crederem, ꝙ ſic ſufficiens eſſet, cũ habeamus probatã, vt audio, publicã famã, quod huiuſmodi monetæ ſint eo loci fabricatæ; item & confeſſionem extraiudicialem ipſiuſmet fabricatoris, & cuſſoris monetarum; nec non etiam depoſitionem alterius teſtis ſic dicentis, monetas per eũ habitas, in dicto loco cuſſas & fabricatas extitiſſe; quæ omnia ſimul iuncta indubitãter ſufficiunt ad inquirendum, cũ vnumquodque de per ſe ſatis ſuperque ſufficeret, prout de fama ſcripſerunt Salyc.*in l.ea quidem,nu.137.C.de accuſ.*Boſſ. *in tit.de inquiſi. num.27.in fine.*Clar.*in pract.§.fi.q.6.in fine principij & verſ.ſucceſsiue quæro,ad finem.*Menoc. *de præſumpt.lib.1.q.88.num.16.& 17.* De confeſſione extraiudiciali, quod immo etiam ſufficiat ad torturam, nedum ad inquirendum, Boſſ.*in ti. de confeſ.nu.57.*Clar.*q.21.verſ.confeſ.*Ant.Gom. *variar.reſol.thom.3.tit.de tortur.reor.nu.8.* Rolan. *conſi.31.nu.17.vol.3.*Gabr.*tit.de confeſſ.conclu.1. num.53.*Et de vnico teſte Clar.*d.q.21.verſ.vnius teſtis.*Menoch.*vbi ſupra,d.q.89.nu.11.*Et reũ poſſe in contumaciam condemnari, dummodo pręcedant legitima ad inquirendum indicia etiam, quod delictum non ſit plenè probatum, habemus Bullam Pij Quinti,*ſub datũ Romæ,apud Sanctum Petrum, idibus Septembris, anno ſexto*, cuius verba ſatis clara ſunt. Et tenuit Rota *coram D. Orano in vna Romana Notariatus, ſub die 12. Februarij,*1588.

12 His ſtantibus, ſi quęratur, An feuda huic Domino confiſcanda, veniant applicanda Cametæ Apoſtolicæ, An vero Imperiali, dubitabilis meo iudicio eſt quæſtio, & longiori ſtudio indigens; ideo pro nunc remitto me ad ea, quæ ſcripſi *in primo libro mearum commun.opin.Crim.q.25.*Vbi latiſſimè pertractaui materiam confiſcationis bonorum; ſed vtcumq; ſit, in ſententia condemnatotia, quatenus ferri contingat, nullo pacto declarandum crederem, cui talis pœna veniat applicanda; ſed ſimpliciter erit ferenda ſententia in pęnam confiſcationis bonorum feudorum, &c.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius. I.C.Rom.

Motiua incerti ſcribentis aduerſus votum Farinacij prædictum.

13 ADSIT DEVS. Illa concluſio D. Farinacij, quod ſcilicet, Illuſtriſſimus D.A.C.poſſit de mandato Sanctiſſimi formare proceſſum contra N.Reum criminis falſæ monetæ, extra tamen ſtatum Eccleſiæ commiſſi; eſt adeò apud me dubitabilis, vt verear potius, ne iuriſdictionis, & citationis defectui proceſſus huiuſmodi iure ſubiacere dicatur; nam prætetquam quod doctrinæ per eum adductæ, & pręcipuè Præpoſ. Vitalin. Gig.& Decia. in ijs terminis proceſſus, & punitionis non loquuntur; quamuis dumtaxat affirment, talem commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis, ſecundum quod declaratur ab eodem Præpoſ.*in §.in perſonam,ex aduerſo adducto,nu.* 19. Largè tñ cõmiſſum dici, vbi honor tñ Papæ læſus eſt, falſando eius monetam: nec mirum, quia ſtrictè crimen læſæ maieſtatis non dicitur committi, niſi quando Principis maieſtas principaliter & directè offenditur in perſonam, vel ſtatum. Aym.*conſil.6.num.79.*& fatentur Bonif.ex aduerſo adductus *in quarta ratione.*Gig.*in d.q.9.crimen læſæ maieſtatis.* & Decian. *in c.8.num.2.lib.7.*Dicitur vlterius non valere conſequentiam, commiſit crimen læſæ maieſtatis contra Papam; ergo Papa poteſt non ſubditum punire; cum puniri valeat ab eius Iudice competente vt ſtatim dicetur.

14 Nos itaque pœnam dicti N.maiorem, vel minorem non inficiamur, ſed à quo Iudice ea inferri poſsit, inquirimus; Et quod nõ a Summo Pontifice, facit, quia certũ eſt, Papam obteſtari, *in c. nouit.in princ. de Iudic.* ſe nolle alicuius Principis iuriſdictionem perturbare, de qua iuriſdictione in principio conſtare debet, antequã contra aliquem procedatur. Ancharan.(*loquens in legato a latere*)*conſil.177.incip.ex prædicta. ſub numero 2. Ibi,poſtremo ex facti ſerie.*Gram.*conſi.1.poſt deciſ. nu.53.*Aym.*conſi.196.nu.4.& 5.*ea ratione. Nam eſt totius iudicij fundamentum. Marſi.*ſing.* 10. *num.3.* Alioqui omni nullitaris vicio ſubiacent. Pariſ.*conſi.114.num.11.& 12.vol.4.* Decian. *de criminal.cap.56.verſic. Et qui aſſerit ſe iuriſdictionem habere.li.4.*vt iure quidem Clarus moneat, quod antequam inquiratur, Iudex cognoſcat, an locus, in quo aliquis deliquit, ſit de ſua iuriſdictione, *in praxi.q.38..verſ.vlterius quæro,* ſuperat enim forus delicti omnes alios.*§.ſi quis vero comprehenſor in auth.vt nulli Iudicum, & in c. ſtatutum.*§.1. *de reſcript.in 6.*

15 Modo ſi delicti locum attendimus, in cõfeſſo eſt, illud patratum fuiſſe extra ſtatum Eccleſiæ, & in loco feudi ſubiecto Imperat.immediatè. Idcirco ſic feudatarius a competenti Iudice, cui ipſe ſubeſt, puniendus eſt, *iuxta text.in terminis,vbi bene gl.in l.1.§.ſi verò miles.C.de falſ.monet.* Sequitur Decian.*in lib.7.criminal.tit. de Iudic.falſ.monet.cap.26.ſub numero 1.ibi,ſed tamen prædicta non videntur, lib. 2.* qui Iudex erit Imperator, non item Summus Pontifex. Clar. *d.q.35.verſic. item etiam dicendum.*

16 Non obſtat, quod Summus Pontifex procedere

dere poſſit contra quemlibet, vbiq; exiſtẽtem, ea ratione, quia eſt Rei Vicarius, cuius eſt terra & plenitudo eius, &c. Nam reſpondetur, primo id procedere, ſi ille deliquit in territorio Põtificis, & poſtea aufugit, prout Decian. declarat *in d. lib. 4. crimin. c. 18. nu. 6. & firmat expreſsim etiam* Menoch. *conſi. 316. de arbitr. iud. nu. 26. ibi, quando vidit monetam in illius territorio & iuriſdictione, & ſub num. 43. ibi, in cuius territorio hoc agitur*; & Decian. *d. cap. 27. de excuſat. nu. 3. fol. 151. d. 2. lib. ibi, ſi vitiauit monetam Principis ſub quo repertus fuit.* Secundo æquè procedere in beneficialibus, & in concernentibus animas, omnemq; aliam poteſtatem, quam exercere poteſt contra omnes ſubditos, *iuxta cap. facta ſubditorum, & cap. cuncta per mundum, cum ſua materia, 9. q. 3.* Tertio dicimus concluſionem procedere, ſi N. in territorio Summi Pontificis eſſet inuentus vel remiſſus. *Clem. Paſtoralis, verſic. quod ſi punitio criminis, de re iudi.* Bar *in extrauag. qui ſint rebelles. verbo, rebellando. ſol. nu m. 10.*

17 Si. n. Summus Pontifex Iudex non eſt ratione delicti; ergo nec ratione originis, nec domicilij dicti N. eum iudicem eſſe, iuris eſt explorati, cum ille ortus ſit M. ibiq; & in eius Caſtris inhabitet; & pluſquam pro cõperto eſt, quẽ non, niſi ratione delicti, originis, vel domicilij, forum ſortiri; Panor. *in c. vlt. nu. 13. de for. compet.* Decian. *lib. 4. crimin. c. 16. in prin. ibi, Non enim poteſt delictum extra locum, 10. 1.* Clar. *vbi ſupra q. 38. & ſeq.*

18 Quibus conſequens eſt, vt cũ nemo citare valeat extra ſuum territorium, *vulgata l. fin. ff. de iuriſd. om. iud.* Clar. *in praxi q. 31. verſi. ſed hac quiaẽ,* infertur, ſi contra N. Romæ procedatur, omnia corruent, quẽadmodũ, & rueret priuatio dicti N. quo ad eius feuda ab Imperatore habita, *ad d. Clement. paſtoralis, verſi. propter quam etiam quatenus.*

19 Eoque magis, cum non videatur de iure dici poſſe, dictum N. meram pęnam læſæ maieſtatis incurriſſe, vt dicebamus. Primo, quia non ſubditus, prout de communi teſtatur Rolan. *conſil. 15, num. 7. lib. 4. & conſil. 4. numero 2. lib. 1.* Secundo, quia alterius Principis quàm ſui, monetam adulterauit. Marſil. *conſi. 71. nu. 11.* Menoch. *de arbitr. d. conſi. 316. ſub num. 26. &* 28. Piguer. *deciſi. crim. 46. nu. 15.* Decian. *lib. 1. crimin. tit. de falſ. monet. c. 73. nu. 19. & c. 27. de excuſat. num. 3. &* 12. Tertio, quia non auream, vel argenteam monetam is adulterauit, ſed vilem, & etiam æream. Menoch. *ibidem. nu. 33. &* 41. Decian. *d. c. 27. de excuſat. nu. 2. d. lib. 1.* Quare; &c.

LAVS DEO.

Reſponſio Farinacij ad Motiua præcedentia.

ADSIT DEVS. Pro reſolutione eorũ, quæ aduerſus priora ſcripta obijciuntur, de duobus dubitandum videtur. Primo, an ſubditus Imperatoris cudendo falſam monetam pontificiam in feudo Imperatoris, dicatur in Papam commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis. Secundo, an cognitio & punitio huius criminis ſpectet ad Papam, vel ad Imperatorem.

20 Circa primũ dixi, & repeto, quod ex quo Papa, ſi non actu, ſaltem habitu, habet in terris Imperij etiam temporalem iuriſdictionem, & ob id ſubditi Imperatoris dicũtur etiam ſubditi ipſius Papæ, ad Bar. *in extrau. ad reprimen. in verbo, totius Orbis, num. 9.* Præpoſ. *in c. cum ad verum, col. 4. verſi. tertio adducitur, & col. 11. verſi. ſed intellige, vbi de communi, 96. diſtin.* Reſtaur. Caſtaldin. *in tract. de Imperatore, q. 5. nu. 2.* Gig. *de crim. læſa maieſt. li. 1. tit. qualiter, & à quibus crim. læſa maieſt. committa. q. 2. nu. 2. verſic. Papa enim, & q. 3. nu. 2.* Boſſ. *in tit. de crimin. læſa maieſt. num.* 109. Iccirco ſubditus Imperatoris offendendo Papam dicitur omnino in illum committere crimen lęſæ maieſtatis. Præpo. *cap. in primis, §. de perſona, num. 18. 2. q. 1.* Bon ſ. de Vitalin. *in Clem. paſtoralis, num. 24. de re iud.* Gig. *d. q. 3. nu. 3.* Boſſ. *d. nu.* 109. Decian. *lib. 7. cap. 8. nu 2. par. 2.* Sed ſic eſt quod qui Principis monetam falſam cudit, Principem ipſum offendere dicitur, & Reus læſæ maieſtatis eſt. *l. 2. C. de fals. monet.* Gram. *conſi. 6. num. 7.* Menoch. *de arbit. caſu 316. nu. 45.* Decian. *vbi ſupra, cap. 26. num. 1.* Ergo ſubditus Imperatoris cudendo falſam monetam Pontificiam, dicitur eiuſdem Pontificiæ maieſtatis læſæ criminis reus.

21 Hinc ceſſat prima ex aduerſo conſideratio, quod ſcilicet non ſubditus cudendo falſam monetam, non dicatur committere crimen lęſæ maieſtatis, de qua per Rolan. *in conſi. 15. nu. 7. li. 4. & conſi. 4. num. 2. lib. 1.* Quia vt probaui, nos non ſumus in non ſubdito, ſed in ſubdito ſaltem habitu, qui quidem habitus ſufficit ad incurrendum crimen læſæ maieſtatis, vt præallegati dicunt.

22 Ceſſat etiam ſecunda conſideratio, quod ſcilicet alterius Principis quàm ſui adulterans monetam non incurrit crimen læſæ maieſtatis. Marſil. *conſi. 71. nu. 11.* Menoch. *d. caſu 316. nu. 26. &* 28. Peguer. *deciſi. crim. 46. num. 15.* Decian. vbi ſupra, *cap. 23. nu. 19. & cap. 27. nu. 3. &* 12. Nam vt præfertur, vbi ſubditus Imperatoris falſam Pontificiam monetam cudit, non alienum, ſed ſuum Principem offendere dicitur.

23 Et nihilominus poſſem affirmare, vel qđ propoſita concluſio non eſt vera, prout eam validiſſimis rationibus reprobat Menoc. ex aduerſo allegatus, *in d. caſu 316. num. 26. et ſeqq.* Vel ſaltem intelligenda, vbi vſus illius monetę alterius Principis eſt reprobatus in loco, vbi cuditur (quod non contingit in caſu noſtro.) Prout loquitur Peguer. ex aduerſo allegatus *d. deciſi. 46. nu. 15.* & ſic loquitur etiam poſt alios, quos allegat, Cou. *in tract. numiſmatum, c. 8. tit. de fals. monet. nu. 3. ad finem, verſi. excuſatur autem.*

24 Tertiam autem conſiderationem, quod ſcilicet pęna criminis læſæ maieſtatis non habeat locum in cudente monetam vilem & æreã, ſed tantummodo auream, vel argenteam, ad Menoc. *d. caſu 316. nume. 33. et 41.* & Decian. *d. cap. 27. numero 2.* Vltra quod Pontificiæ Bacochellæ non poſſunt dici moneta ærea, cum argentum in notabili quantitate admixtum habeant: adhuc tamen

men

mẽ cõmunis interpretatio eſt, qđ pęna falſæ monetæ ordinaria, de qua *in l.2.C.de falſ.monet.* habet ẽt locũ in cudẽte æreã, quicquid in cõtrariũ ſenſiſſe videatur gl. *in d.l.2.in verbo, nummos.* prout teſtatur Couar. *in d.tracta.numiſmat.d.cap.*8. *nu.3.verſ.nec in huius criminis punitione.& verſi. Qua ratione &c.* ſequitur Viu. poſt alios quos allegat *in ſuis commu.opin.verbo, monetam, poſt nu.2. verſ.Nec quicquam refert.*

25 Et dato qđ contrariam opinionem ſubſtinere velimus, vtique intelligẽda omnino eſt in cudente monetã minimam, & viliſſimi valoris, qui loquũtur Doctores citati per Menoc. & Deciã. ex aduerſo allegatos, & præſertim Alex. *in conſ.*104.*lib.*1. vbi loquitur in cudente bagattinos etiã reprobatos. Afflict. *in conſt. Adulterinam, nu.4.* Vbi de cudente monetã minutiſſimam, quæ valet ſex pro vno torneſio, & in qua etiam non eſt im preſſa facies Principis, & tamen *d.nu.4.in fine,* videtur reſidere cũ contraria opinione. Marſil. *in conſ.71.nu.1.& ſeqq.* Vbi non de cudente, ſed de tondente minimam monetæ quantitatẽ, loquitur. Boſſ. *tit.de falſ.monet.nu.4.* Vbi etiã loquitur de tondente quadrantes. Menoc. *d.caſu* 316.*nu.*33. vbi pariter loquitur de cudenre bagattinos, & monetã viliſſimi valoris, quæ prorſus ceſſant in caſu noſtro, in quo ſubditus Imperatoris non modicã, ſed notabilem quantitatem falſæ monetæ fabricauit, & non ſolũ quadrantes, & bagattinos, ſed ẽt baiocchellas, quæ non poſſunt dici viliſſimi valoris, & hæc quoad primum dubium.

26 Quo verò ad ſecundam dubitationem, adhuc perſiſto in mea opinione, quia ſi ſubditus Imperaroris cõmiſit crimen leſę maieſtatis in Papam, ergo Papa eiuſdẽ criminis eſt competens iudex; veriſſima enim eſt iuris cõcluſio, quod cognitio, & punitio criminis leſę maieſtatis ſpectat ad ſupremum Principem, cũ maieſtas lęſa eſt, & nõ ad alios, intantũ quod cũ ſit de reſeruatis ipſi Principi, nullo pacto venit in generali cõceſſione iuriſdictionis, vt pluribus probat Gig. *lib.1.tit.quis de crim.læſ.maieſt.cognoſcere poſſ.nu.1.& ſeqq.* latè etiã Decian. *d.lib.7.c.38.nu.5.& ſeqq.* Et hoc eſt, qđ iudicio meo multum in terminis de ſubdito Imperatoris offendente Papam, dixit Boniſ. de Vitalin. *in d.Clem.Paſtoralis, nu.74.in fine,* quod ratione delicti perpetrati cõtra perſonam Papæ, ſortitur forum Papæ, ita vt contra eum põt procedere, vti ſuæ maieſtatis læſorem. Et pariter in crimine falſæ monetæ, quod cognitio talis criminis ſpectet ad Principem, cuius moneta ſalſificata ſit, probauit Gig. *in loco proxime citato, nu.4.& nu.*8. Decian. *d.lib.7.cap.26.nu.1.*

27 Immo & quod plus eſt, dato quod ſupremus Princeps expreſſe conceſſiſſet cognitionẽ criminis lęſę maieſtatis, & falſę monetę alicui alteri inferiori Principi, nõ videtur illã cõceſſiſſe priuatiuè quoad ſe, ſed tãtũ cumulatiuè, vt bene cõſuluit Gra. *in cõſ.6.n.22.in fine & ſeq.* Nec diſſentit Decian. *d.li.7.c.26.rub.de iudicib. falſ.monet.n.1. ver.fateor tamẽ,* vbi amplius dixit, qđ poterit iſto caſu Princeps vel præuenire vel cauſã auocare.

28 Hinc neceſſario infertur, quod cum Papa gladium temporalis iuriſdictionis Imperatori conceſſerit, *Clem.1.de iureiuran.c.venerabilem, extra de elect.* cum alijs per Prępoſ. *in d.c.cum ad verum, col.3.ver.pro parte Papa, 96.diſtin.* & per Reſtaur. Caſtal. *in tract.de Imperatore, q.5.nu.4.* aut in iſta conceſſione cognitionem criminis lęſe maieſtatis, & falſæ monetæ conceſſiſſe non dicitur; aut ſi conceſſit, nõ priuatiuè, ſed cumulatiuè cõceſſit.

29 Nihil ergo video, quod impediat, Papam eſſe competẽtem iudicem in ſubditum Imperatoris, qui falſam Pontificiam monetam fabricando, ipſum offendit: quod ſi competens eſt iudex, nihil eſt etiam quod impediat, quin poſſit eundem delinquentem citari facere etiam in terris Imperij, propter ſuperioritatem, quam in illis habet, ſecundum Bart. *in extrauag.ad reprimen.in verbo, per edictum.num.*10. & Boſſ. *in tit.de crim.læſ.maieſt.num.* 140.148. *& ſeqq.*

30 Quibus non obſtat primo *tex.in l.1.§.ſi vero miles.C.de falſ.monet.* per quem tex. videtur probare, monetarium eſſe puniendum à competẽtibus iudicibus, & ſic ab ordinarijs, nõ autem a ſupremo Principe; nam nõ per hoc in tex. negatur, quin Pinceps poſſit cumulatiuè procedere etiã præueniendo, & auocando cauſam, prout declarat idem Decian. ex aduerſo allegatus *d.cap.26. nu.1.verſ.fateor tamen.*

31 Non obſtat ſecundo Clar. *quaſ.35.verſ. Idem etiam dicendum,* vbi quod Duces, & Principes, recognoſcentes in ſuperiorẽ Imperatorẽ, puniuntur ab ipſo Imperatore; quod & ego fateor; ſed nõ negat Clar. poſſe puniri à Papa, præſertim in crimine contra Papam commiſſo, vt hic; ſi enim hoc diceret, non bene diceret, per præallegata.

32 Nõ obſtat tertio quod ſcilicet Papa poſſit cõtra ſubditum Imperatoris procedere, vel quãdo in territorio Pontificis eſſet inuentus vel remiſſus, vel ibidem deliquiſſet, *ad tex. in Clement. paſtoralis, verſ. Quod ſi punitio criminis, de re iud.* Bar. *in extrauag. Qui ſint rebelles, in verbo, rebellando, nu.*10. cum alijs ex aduerſo allegatis; alias ſecus. Nam in prædictis caſibus ne dum Papa, ſed etiã Imperator procedere poteſt contra non ſuum ſubditum, *vt in d.Clemen.paſtoralis.* Gig. *d.tit.quis de crim. læſæ maieſt.cognoſ.poſſ.nu.*11. Decian. *d.c.*38.*nu.7.ad med.* ſed Papa indiſtinctè poteſt procedere, quia ſemper dicitur procedere contra ſuum ſubditum, vt ſæpius dixi.

33 Non obſtat quarto regula illa, quod reus non ſortiatur forum, niſi ratione delicti, originis, vel domicilij, de qua per Panormit. Decian. & Clar. ex aduerſo citatos, quia ſubditus Imperatoris dicitur ſubditus Papę etiam originaliter, vt voluit Præpoſ. *in c.1.§.de perſona, verſ.vel etiam intellige ſubditum originaliter.2.q.1.* Et vbi quis delinquit in territorio Imperatoris, dicitur delinquere in territorio Papæ, quia eam ſuperioritatem, quam habet Imperator in Caſtris per ipſum alijs inferioribus inueſtitis, eandem habet Papa in terris Imperij, & propterea pari modo poteſt citare, vt per Bar. & Boſſ. in locis per eum relatis, qui talẽ citandi poteſtatem admittunt, non ratione delicti cõmiſſi in territorio Papæ, ſed ratione ſuperiorita-

rioritatis, quã habet Papa in terris Imperij; dummodo aliàs ſit competens iudex, ptout erit in crimine læſæ maieſtatis, & falſæ monetæ.

34 Et ex his credam, rem eſſe in certo & tuto: adhuc tamen in dubio hanc ſententiã amplecti debere omnino arbitror ad fauotem Pontificiæ & eccleſiaſticæ poteſtatis; eò magis, quod in caſu noſtro non eſſet inconueniens dicere, quod iſte ſubditus Imperatoris ſit etiam ſubditus Papę, ratione loci delicti, ex quo falſam monetam in ſuo Caſtro fabricabat, illamque diſtribuebat ſubditis eccleſiæ, vt in ſtatu eccleſiaſtico expenderẽt; quo caſu ratione finis ipſius delicti, etiam iudex eccleſiæ dicitur cõpetens, per ea, quæ in ſimili de emittente ſagittam ex vno territorio ad aliud, quod vtriuſque territorij iudex ſit competens, dixit Cla. *in pract. q. 38. verſ. vidi aliquando, & ego latius reaſſumpſi in primo lib. mearum opin. criminal. q. 7. num. 46.* LAVS DEO.

Proſper Farinacius. I. C. Rom.

Votum Tiberij Ceraſij tunc fiſci & ſacræ Aulæ Aduocati digniſſimi, & nunc Illuſtriſſimi & meritiſſimi Theſaurarij in eadem cauſa.

35 ADSIT DEVS. Feudatarius ſacri Imperij, fabricans in ſuo feudo falſam monetam cum inſignibus ſummi Pontificis, illã tranſmiſit expendendam in ſtatu Sedis Apoſtolicæ. Quæritur primo, an ſummus Pontifex poſſit eum citare & contra ipſum procedere ad pœnas à iure ſtatutas: ſecundo, qua pœna ab ipſo ſacro Imperio puniri poſſit: & concluſiuè procedendo, dico, qđ fabricãs falſas monetas de iure puniri debet per ſuos competentes iudices, *vt inquit tex. in l. 1. C. de falſ. monet. & ibi gloſ. in verbo, iudices, explicat.* Quibus ipſe delinquens eſt ſubditus.

36 Subditus aũt efficitur delinquens non ſolum ratione originis, vel domicilij, ſiue feudi, ſed etiã ratione delicti aduerſus illũ Principẽ, cuius maieſtatẽ lędit, imprimẽdo falsò eius inſignia in illa moneta, *vt concludit* Afflict. *in tit. quæ ſint regalia, §. monetæ. nu.* 30. vbi reddit rationẽ, quia qui Principi iniuriat̃, ad ipſum Principẽ eſt remittendus. *l. 1. C. ſi quis Princip. Maledix. d. l. 1. C. de falſ. monet.* & ideo ibi cõcludit, qđ cumulatinè erit Iuriſdictio cuiuſque, qđ & firmat nouiſſimè Decian. *in ſuo tracta. crim. lib. 7. cap. 26. ſub nu.* 1. Qui ſubdit, qđ ita ſeruat vſus hodiernus, id ẽt tenet Gram. *conſil. crim. 6.* Negari enim non põt, quin ratione delicti perpetrati contra ſummũ Pontificem, is ſortiatur forum ipſius Pontificis, vt poſſit contra illum tanquam ſacrilegum, & læſorem ſuæ maieſtatis, procedere, vt inquit Vitalin. *in Clement. Paſtoralis. §. ſane. nu. 24. in fine, de re iud.*

37 Immo, ex quo tradidit hãc monetam falſam, expendendam in ſtatu eccleſiaſtico, efficitur etiã ex hoc ſubditus ipſius ſtatus, vbi moneta falſa expenditur, prout dicitur de mãdato dato in vno, & exequuto in alio territorio. Albe. *in l. hæres abſens. §. apud Labeonem, & ibi* Iacob. de San. Geor. *nu.* 1. Curt. Iun. *nu. 2. de iudic.* & eſt communis, vt teſtatur Abb. *in c. fina. nu. 27. de foro compet.* Ant. Gabr. *de communi, lib. 7. conc. 1. nu.* 27. Clar. *in §. fina. q. 38. verſ. item quæro,* & de ſagitta trãſmiſſa de vno in aliud territorium, vt a Domino vtriuſq; territorij poſſit puniri, dicit communẽ idẽ Abb. *in d. c. fina. nu. 25. de foro compet.* Nell. *de bannit. in 2. p. 1. tempor. q.* 8. Clar. *in d. q. 38. verſ. Item ponè.*

38 Accedit quod imprimẽdo in dicta moneta inſignia ſummi Pontificis ſine eius licentia, & authoritate, lædit eius maieſtatem. *l. 2. ibi, cuius obnoxij crimen læſæ maieſtatis committunt, & ibi omnes notant, C. de falſ. monet.* Gram. *conſ. 6. nu.* 7. Gig. *in tit. de crim. læſæ maieſtatis, tit. quando, & in quibus q. 62. lib.* 1. Vnde licet ſit is ſacri Imperij ſubditus, poteſt nihilominus propter huiuſmodi crimẽ læſæ maieſtat. erga ipſum ſummũ Pontificem commiſſum, ab ipſo puniri. Præpoſ. *in c. in primis. §. de perſona. col. 6. verſ. Intellige ſubditus actu. & col. 7. verſ. etiam ſi eſſet ſubditus Imperio. 2. q.* 1. Vitalin. *in d. Clement. Paſtoralis. §. ſane. nu. 24. qui bene hoc probat. de re iud.* Gig. *in d. tracta. crim. læſæ maieſt. in tit. quib. & quando crim. læſæ maieſt. q. 3. nu.* 3. Decian. *in d. tracta. crim. lib. 7. cap. 8. num. 2.*

39 Maximè, quia iſte delinquens etiam ratione originis vel domicilij, nõ eſt omnino exemptus ab ipſo ſummo Pontifice, quia ſaltem habitu dicitur illi ſubditus. Bar. *in l. 1. §. Præſidẽs. nu. 4. verſ. Nam eccleſia. ff. de requiren. reis.* Canoniſtæ *in c. nouit. vbi* Dec. *qui de communi teſtatur. nu. 63. de iudi.* Boſſ. *in praxi crim. tit. de crim. læſæ maieſt. nu.* 109. Et de communi teſtatur etiam Couarr. *in c. peccatum. 2. p. §. 9. ſub nu. 7. verſ. Primum an ſit verum. de reg. iur. in 6.* licet ipſe aliter ſentire videatur. ſed reprobatur per Moder. Patauin. Ant. Peregrin. *in tracta. de iure fiſci. lib. 1. tit. de ijs qui profiſci. nu.* 37. Plura in id accumulat Card. Alba. *in tract. de poteſt. Papæ. p. 2. nu. 16. & ſeqq.*

40 Et propterea poteſt ſummus Pontifex ratione huius criminis læſæ maieſtatis ipſius, dictum delinquentem citare, ad comparendum coram ipſo, vt ex mente Bar. *in extrauag. ad reprimen. in verbo, per edictum,* & Aret. *conſ. 158. col. 2.* ſcripſit Egid. Boſſ. *in ſua prax. crim. tit. de crim. læſæ maieſt. ſub num.* 108. *verſ. aut loquimur de ſubiecto Imperatori, cum num. ſeqq.* Quod etiam ſentit Reſtaur. Caſtald. *in tracta. de Imperatore. q. 50. num. 17.*

41 Quod verò attinet ad ſecundum caput pœnæ infligendæ huic delinquenti, qua ſcilicet puniri debeat, dico, quod ſi agitur de pœna inferenda a ſummo Põtifice, cuius maieſtas (vt dixi) fuit offenſa, illa erit ordinaria mortis naturalis, & ignis, ac confiſcationis omnium bonorum. *d. l. 1. & 2. C. de falſ. monet. gloſ. & alij in c. Quanto, de iureiuran.* cũ alijs per Menoch. *de arbitr. d. caſ. 316. nu. 8. & ſeqq.* Decian. *vbi ſupra lib. 7. cap. 28. nu. 2. & ſeqq.*

42 Quò verò ad ſacrum imperium, in cuius feudo delictum fuit cõmiſſum, licet Cuman. *conſ. 139. ad finem,* ſenſerit ab eodem Domino loci poſſe hunc puniri, & ſequitur Alex. *conſ. 104. num. 2. lib.*

lib. 1. Marſil. *in l. ſi quis falſam nu.* 52. *C. de falſ. & conſ.* 71. *nu.* 11. Nihilominus hic recipit duas declarationes. Prima, vt intelligatur, quando illa moneta falſa non expendebatur in illo loco ſeu di, vbi fuit fabricata, & in iſto caſu loquitur Ale. *in d. conſ.* 104. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 169. *nu.* 26. *libr.* 4. Iodoch. *in praxi crim. cap.* 65. *nu.* 6. Couarr. *practicar. quæſt. in tracta. de nummiſmat, c.* 3. *prope finem,* vnde cũ iſta moneta tanq̃ fabricata ſub inſignibus, & nomine Papæ, poſſit expendi in quolibet loco, ẽt vbi fabricata fuit, Bart. *in l.* 2. *& fin. C. de vete. numiſm. poteſt. lib.* 10. Franc. Marc. *deciſ.* 186. *n.* 2. *p.* 1. Meritò igitur pęnę huic extraordinariæ locus non erit, ſed ordinariæ. Secundo declaratur, quãdo imago & inſignia alterius Principis, quã ſupremi, vt ſunt ſummus Põtifex, & Imperator, fuit falſo ſuppoſita. Saly. *in d. l.* 2. *in fine. C. de falſ. monet.* Marſil. *in d. l. qui falſam. num.* 103. *C. de fals.* Abb. *in d. c. quanto. nu.* 7. *de iureiuran.* & ita in ſpecie dictum Cumani & Ale. declarat Menoch. d. caſu 316. nu. 26. cum ſeqq. p. 1.

43 Quin etiam, quando eſſet locus pęnæ extraordinariæ deportationis, nõ poſſit etiã negari pœna priuationis huiuſmodi facultatis, & indulti, amplius, & de cætero cudendi monetã, quia qui abutitur priuilegio, illud amittit. *l. fin. C. de pact. dotal.* Oldrad. *cons.* 101. Aym. *cons.* 96. *nu.* 10. & qui deliquit in officio, munere, vel dignitate, illa priuari debet. *l. ſi aliquid, & ibi notant oẽs, C. de suscep. li.* 10. Bal. in l. reum. C. de pręc. Dec. *in c. vt noſtrũ. nu.* 4. *de appell.* Capic. *deci.* 121. *nu.* 17. Capel. Tholoſ. *deci.* 270. & ibi Gofred. & qđ fabricantes falſas monetas, poſſint oĩ gradu, dignitate, & priuilegijs priuari, eſt *tex. in l.* 1. *§.* 1. *& in d. l.* 2. *C. de fal. monet.* tradit Decian. *vbi supra lib.* 7. *ca.* 8. *num.* 13.

LAVS DEO.

Et ita, vt ſupra fuit reſolutum, & exequutioni mandatum ab eodem Farinacio tempore quo erat, locum tenens in criminalibus Illuſtriſſ. D. C.

ARGVMENTVM.

Defenditur mulier vidua, quæ cum pro liquidatione damnorum, & intereſſe, ad quæ eius aduerſarius erat iam condemnatus à iudice laico, eundem aduerſarium coram iudice Eccleſiaſtico conueniſſet, fuit accuſata, quod ipſius laici iudicis iuriſdictionem turbauerit.

SVMMARIVM.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt taxare intereſſe, ad quod iudex laycus laycum condemnauit. nu. 2.

Pœnam non meretur, quod lege permittente fit. nu. 2.

Iuriſdictio iudicis ſecularis non dicitur turbari ex eo, quod pars vna conueniat alteram coram iudice eccleſiaſtico, ſi de his competens fuerit ſiue incompetens. nu. 2. *& per totum.*

Acta facta coram iudice incompetente tenentur ad expenſas. nu. 2 *verſ. nec non etiam.*

Reus conuentus coram iudice incompetente, debet fori declinatoriam allegare. nu. 2. *verſ. poterat autem.*

Turbatæ poſſeſſionis actio poteſt eſſe ciuilis, & criminalis. nu. 3.

Iuriſdictionis turbatæ actio poteſt eſſe etiam criminalis. nu. 3.

Iuriſdictio dicitur turbari non ſolum per litigantes, ſed etiam per extraneos. poſt, nu. 3.

Eximens aliquem à ſuo competente iudice, nedum tenetur parti ad intereſſe, ſed etiam illi iudici dicitur facere iniuriam, & criminaliter punitur. poſt nu. 3. *Declara, dummodo interueniat ius: aliter ſecus. d. nu.* 3. *ver. Tertio quatenus.*

Iuriſdictionis ſeu poſſeſſionis turbatæ actio criminalis, vt detur, tria requiruntur; Primo, vt turbans prætendat ſe habere ius in re turbata; ſecundo, quod turbatio fiat cum impedimento; tertio, vt interueniat vis. nu. 3, *verſ. Attamen.*

Iuriſdictionis turbatæ pœna non committitur ſine dolo, & animo turbandi. nu. 4.

Dolus nõ præſumitur niſi probetur, ſaltem ex manifeſtis, & perſpicuis indicijs. nu. 4. *verſ. Quod autem.*

Dolus non præſumitur in muliere. nu. 4. *in fine.*

Iuriſdictio iudicis non dicitur turbata poſt cauſam finitam, & ſententiam prolatam, etiam quod ab ea fuerit appellatum. nu. 5.

CONSILIVM XLIX.

1 ADSIT DEVS. Ex ijs, quæ tum in facto, tum etiam in iure dilucide deducuntur per inſignem ætatis noſtræ iuriſconſultum, D. Octauianũ Vulpellum, & alios eximios Doctores, qui dicti D. Vulpelli ſententiæ ſe ſubſcripſerunt ad fauorem D. Octauiæ Plumbonicæ, nullum video dubitandi locum remanſiſſe, qu in ſententia aduerſus eam lata, pro prætenſa turbata iuriſdictione iudicis layci, per aditionem Iudicis eccleſiaſtici, reuocari debeat: & nihilominus, vt morem geram D. meo Alexandro Vulpello germano fratri ipſius D. Octauiani, aliquas rationes pro mei ingenij tenuitate, ad eiuſdem pauperis viduæ fauorem, adducam, per eoſdem ferè tramites diſcurrendo, per quos prædicti celeberrimi iuriſconſulti etiam ipſi percurrerunt.

2 Et primo, aut iudex eccleſiaſticus aditus per iſtam mulierem pro remedio excõmunicationis ad liquidationẽ damnorum, & intereſſe, ad quæ per iudicem laycum eius aduerſarius fuerat condemnatus, erat competens (prout eum competentem fuiſſe alij DD. ſcribentes benè demonſtrant) & tunc non poteſt dici iudicis layci turbata iuriſdictio, nec turbatæ iuriſdictionis pœnam ſuccedere poſſe, quia quod iure permittente fit, pœnam non meretur. *l. gracchus. C. ad l. iul. de adulter.* in terminis Cephal. *conſ.* 661. *num.* 45. Si vero erat incõpetens; & tunc nullibi iure cautum reperitur, quod is, qui plures adit Iudices etiam incompetentes, & aduerſarium coram eis pro eadem cauſa citat, iuriſdictionis turbator dici poſſit: benè verum eſt, quod omnia geſta coram iudice incompetenti, ſunt nulla. *l. fi. C. ſi non a competenti iudice. l.* 2. *ff. ſi quis in ius voca. non ierit. c. veniens, cum ibi notatis. de accuſ.* Nec non etiam is, qui aduerſarium coram competenti iudice

Digitized by Google

rioritatis,quā habet Papa in terris Imperij;dummodo aliàs ſit competens iudex,prout erit in crimine læſæ maieſtatis,& falſæ monetæ.

34 Et ex his credam,rem eſſe in certo & tuto:adhuc tamen in dubio hanc ſententiā amplecti debere omnino arbitror ad fauorem Pontificiæ & eccleſiaſticæ poteſtatis; eò magis, quod in caſu noſtro non eſſet inconueniens dicere, quod iſte ſubditus Imperatoris ſit etiam ſubditus Papę,ratione loci delicti,ex quo falſam monetam in ſuo Caſtro fabricabat,illamque diſtribuebat ſubditis eccleſiæ, vt in ſtatu eccleſiaſtico expenderét; quo caſu ratione finis ipſius delicti,etiam iudex eccleſiæ dicitur cōpetens,per ea,quæ in ſimili de emittente ſagittam ex vno territorio ad aliud, quod vtriuſque territorij iudex ſit competens, dixit Cla. *in pract.q.38.verſ.vidi aliquando,& ego latius reaſſumpſi in primo lib.mearum opin.criminal. q.7.num.46.* LAVS DEO.

Proſper Farinacius. I. C. Rom.

Votum Tiberij Ceraſij tunc fiſci & ſacræ Aulæ Aduocati digniſſimi, & nunc Illuſtriſſimi & meritiſſimi Theſaurarij in eadem cauſa.

35 ADSIT DEVS. Feudatarius ſacri Imperij, fabricans in ſuo feudo falſam monetam cum inſignibus ſummi Pontificis,illā tranſmiſit expendendam in ſtatu Sedis Apoſtolicæ.Quæritur primo,an ſummus Pontifex poſſit eum citare & contra ipſum procedere ad pœnas à iure ſtatutas:ſecundo, qua pœna ab ipſo ſacro Imperio puniri poſſit:& concluſiuè procedendo,dico,qđ fabricās falſas monetas de iure puniri debet per ſuos competentes iudices, *vt inquit tex. in l.* 1.*C. de falſ.monet. & ibi gloſ. in verbo, iudices,explicat.* Quibus ipſe delinquens eſt ſubditus.

36 Subditus aūt efficitur delinquens non ſolum ratione originis,vel domicilij,ſiue feudi,ſed etiā ratione delicti aduerſus illū Principē,cuius maieſtatē lędit, imprimēdo falsò eius inſignia in illa moneta,*vt concludit* Afflict.*in tit.quæ ſint regalia, §.monet.e.nu.*30.vbi reddit rationē,quia qui Principi iniuriať,ad ipſum Principē eſt remittendus. *l.*1.*C.ſi quis Princip. Maledix.d.l.* 1.*C.de falſ.monet.* & ideo ibi cōcludit,qđ cumulatiuè erit Iuriſdictio cuiuſque, qđ & firmat nouiſſimè Decian.*in ſuo tractat.crim.lib.7.cap.26.ſub nu.* 1. Qui ſubdit, qđ ita ſeruat vſus hodiernus, id ēt tenet Gram. *conſil.crim.6.* Negari enim non pōt,quin ratione delicti perpettati contra ſummū Pontificem, is ſortiatur forum ipſius Pontificis, vt poſſit contra illum tanquam ſacrilegum, & læſorem ſuæ maieſtatis, procedere, vt inquit Vitalin. *in Clement. Paſtoralis.§.ſane.nu.*24.*in fine,de re ind.*

37 Immo,ex quo tradidit hāc monetam falſam, expendendam in ſtatu eccleſiaſtico,efficitur etiā ex hoc ſubditus ipſius ſtatus,vbi moneta falſa expenditur, prout dicitur de mādato dato in vno, & exequuto in alio territorio.Albe. *in l.hæres abſens.§.apud Labeonem,& ibi* Iacob.de San. Geor. *nu.*1.Curt.Iun.*nu.*2.*de iudic.*& eſt communis, vt teſtatur Abb.*in c.fina. nu.*27. *de foro compet.* Ant. Gabr.*de communi,lib.7.conc.*1.*nu.*27.Clar. *in §.fina.q.38.verſ.item quæro,*& de ſagitta trāſmiſſa de vno in aliud territorium, vt a Domino vtriuſq; territorij poſſit puniri,dicit communē idē Abb. *in d.c.fina.nu.*25.*de foro compet.* Nell. *de bannit.in* 2.*p.*1.*tempor.q.*8. Clar.*in d.q.*38.*verſ.Item ponē.*

38 Accedit quod imprimēdo in dicta moneta inſignia ſummi Pontificis ſine eius licentia, & authoritate,lædit eius maieſtatem.*l.*2.*ibi,cuius ob noxij crimen læſæ maieſtatis committunt, & ibi omnes notant,C.de falſ.monet.* Gram.*conſ.6.nu.*7. Gig. *in tit.de crim.læſæ maieſtatis, tit. quando, & in quibus q.62.lib.*1.Vnde licet ſit is ſacri Imperij ſubditus, poteſt nihilominus propter huiuſmodi crimē læſæ maieſtat.erga ipſum ſummū Pontificem commiſſum,ab ipſo puniri. Præpoſ.*in c.in primis.* §.*de perſona.col.*6.*verſ.Intellige ſubditus actu. & col.* 7. *verſ.etiam ſi eſſet ſubditus Imperio.*2.*q.*1. Vitalin. *in d.Clement. Paſtoralis.§.ſane.nu.*24. *qui bene hoc probat.de re iud.*Gig. *in d.tracta.crim. læſæ maieſt. in tit.quib.& quando crim.læſæ maieſt.q.*3.*nu.*3.Decian.*in d.tracta.crim.lib.7.cap.8.num.*2.

39 Maximè, quia iſte delinquens etiam ratione originis vel domicilij, nō eſt omnino exemptus ab ipſo ſummo Pontifice,quia ſaltem habitu dicitur illi ſubditus.Bar.*in l.*1.*§.Præſides.nu.*4.*verſ. Nam eccleſia.ff.de requiren.reis.* Canoniſtæ *in c.nouit.vbi* Dec.*quis de communi teſtatur.nu.*63.*de iudi.* Boſſ.*in praxi crim.tit.de crim.læſæ maieſt.nu.* 109. Et de communi teſtatur etiam Couarr.*in c.peccatum.*2.*p.§.*9.*ſub nu.*7.*verſ.Primum an ſit verum.de reg.iur.in* 6. licet ipſe aliter ſentire videatur. ſed reprobatur per Moder. Patauin. Ant. Peregrin. *in tracta.de iure fiſci.lib.*1.*tit.de ijs qui profiſci.nu.* 37.Plura in id accumulat Catd. Alba. *in tract.de poteſt.Pap.e.p.*2.*nu.*16.*& ſeqq.*

40 Et propterea poteſt ſummus Pontifex ratione huius criminis læſæ maieſtatis ipſius, dictum delinquentem citare, ad comparendum coram ipſo,vt ex mente Bar. *in extrauag. ad reprimen. in verbo,per edictum,* & Aret.*conſ.*158.*col.*2. ſcripſit Egid. Boſſ. *in ſua prax.crim. tit. de crim. læſæ maieſt. ſub num.* 108. *verſ. aut loquimur de ſubiecto Imperatori, cum num. ſeqq.* Quod etiam ſentit Reſtaur. Caſtald. *in tracta. de Imperatore. q.* 50. *num.*17.

41 Quod verò attinet ad ſecundum caput pœnæ infligendæ huic delinquenti, qua ſcilicet puniri debeat,dico,quod ſi agitur de pœna inferenda à ſummo Pōtifice,cuius maieſtas(vt dixi) fuit offenſa, illa erit ordinaria mortis naturalis, & ignis,ac confiſcationis omnium bonorum. *d.l.* 1. *&* 2.*C.de falſ.monet.gloſ.& alij in c. Quanto,de iure iuran.*cū alijs per Menoch.*de arbitr.d.caſ.*316. *nu.*8.*& ſeqq.* Decian. *vbi ſupra lib.7.cap.*28.*nu.*2. *& ſeqq.*

42 Quò verò ad ſacrum imperium,in cuius feudo delictum fuit cōmiſſum,licet Cuman. *conſ.*139. *ad finem*, ſenſerit ab eodem Domino loci poſſe hunc puniri, & ſequitur Alex.*conſ.* 104. *num.*2. *lib.*

*lib.*1. Marſil. *in l. ſi quis falſam nu.*52.*C. de falſ.& conſ.*71.*nu.*11. Nihilominus hic recipit duas declarationes. Prima, vt intelligatur, quando illa moneta falſa non expendebatur in illo loco ſeudi, vbi fuit fabricata, & in iſto caſu loquitur Ale. *in d.conſ.*104.*lib.* 1. Pariſ. *conſ.*169.*nu.*26.*libr.*4. Iodoch.*in praxi crim.cap.*65.*nu.*6. Couarr.*practicar.quæſt.in tracta.de nummiſmat,c.*3.*prope finem,* vnde cũ iſta moneta tanq̃ fabricata ſub inſignibus, & nomine Papæ, poſſit expendi in quolibet loco, ẽt vbi fabricata fuit, Bart. *in l.*2. *& fin.C.de vete.numiſm.poteſt.lib.*10. Franc.Marc.*deciſ.*186.*n.*2.*p.*1. Meritò igitur pęnę huic extraordinariæ locus non erit, ſed ordinariæ. Secundo declaratur, quãdo imago & inſignia alrerius Principis, quã ſupremi, vt ſunt ſummus Põtifex, & Imperator, fuit ſalſo ſuppoſita. Saly.*in d.l.* 2.*in fine.C.de falſ. monet.* Marſil.*in d.l.qui falſam.num.*103.*C.de fals.* Abb.*in d.c.quanto.nu.*7.*de iureiuran.* & ita in ſpecie dictum Cumani & Ale. declarat Menoch. d. caſu 316.nu.26.cum ſeqq.p.1.

43 Quin etiam, quando eſſet locus pęnæ extraordinariæ deportationis, nõ poſſit etiã negari pœna priuationis huiuſmodi facultatis, & indulti, amplius, & de cætero cudendi monetã, quia qui abutitur priuilegio, illud amittit. *l.fin. C.de pact. dotal.* Oldrad.*cons.*101. Aym.*cons.*96.*nu.*10. & qui deliquit in officio, munere, vel dignitate, illa priuari debet. *l.ſi aliquid, & ibi notant oẽs, C.de suscep. li.*10. Bal.in l.reum.C.de pręc. Dec.*in c.ut noſtrũ. nu.*4.*de appell.* Capic.*deci.*121.*nu.*17. Capel.Tholoſ.*deci.*270. & ibi Gofred. & qđ fabricantes falſas monetas, poſſint oĩ gradu, dignitate, & priuilegijs priuari, eſt *tex.in l.*1.§.1.*& in d.l.*2.*C.de fal. monet.* tradit Decian.*vbi supra lib.*7.*ca.*8.*num.*13.

LAVS DEO.

Et ita, vt ſupra fuit reſolutum, & exequutioni mandatum ab eodem Farinacio tempore quo erat, locum tenens in criminalibus Illuſtriſſ. D. C.

ARGVMENTVM.

Defenditur mulier vidua, quæ cum pro liquidatione damnorum, & intereſſe, ad quæ eius aduerſarius erat iam condemnatus a iudice laico, eundem aduerſarium coram iudice Eccleſiaſtico conueniſſet, fuit accuſata, quod ipſius laici iudicis iuriſdictionem turbauerit.

SVMMARIVM.

*Iudex Eccleſiaſticus poteſt taxare intereſſe, ad quod iudex laycus lay cum condemnauit.nu.*2.

*Pœnam non meretur, quod lege permittente fit.nu.*2.

*Iuriſdictio iudicis ſecularis non dicitur turbata ex eo, quod pars vna conueniat alteram coram iudice eccleſiaſtico, ſi de his competens fuerit ſiue incompetens.nu.*2.*& per totum.*

*Acta facta coram iudice incompetente tenentur ad expenſas. nu.*2 *verſ.nec non etiam.*

*Reus conuentus coram iudice incompetente, debet fori declinatoriam allegare.nu.*2.*verſ.poterat autem.*

*Turbatæ poſſeſſionis actio poteſt eſſe ciuilis, & criminalis.nu.*3.

*Iuriſdictionis turbatæ actio poteſt eſſe etiam criminalis.nu.*3.

*Iuriſdictio dicitur turbari non ſolum per litigantes, ſed etiam per extraneos.poſt,nu.*3.

*Eximens aliquem a ſuo competente iudicẽ, nedum tenetur parti ad intereſſe, ſed etiam illi iudici dicitur facere iniuriam, & criminaliter punitur.poſt nu.*3.*Declara, dummodo interueniat ius: aliter ſecus.d.nu.*3.*ver.Tertio quatenus.*

Iuriſdictionis ſeu poſſeſſionis turbatæ actio criminalis, vt detur, tria requiruntur; Primo, *vt turbans prætendat ſe habere ius in re turbata; ſecundo, quod turbatio fiat cum impedimento; tertio, vt interueniat vis.nu.*3,*verſ.Attamen.*

*Iuriſdictionis turbatæ pœna non committitur ſine dolo, & animo turbandi.nu.*4.

*Dolus nõ præſumitur niſi probetur, ſaltem ex manifeſtis, & perſpicuis indicijs.nu.*4.*verſ.Quod autem.*

*Dolus non præſumitur in muliere.nu.*4.*in fine.*

*Iuriſdictio iudicis non dicitur turbata poſt cauſam finitam, & ſententiam prolatam, etiam quod ab ea fuerit appellatum.nu.*5.

CONSILIVM XLIX.

1 ADSIT DEVS. Ex ijs, quæ tum in facto, tum etiam in iure dilucide deducuntur per inſignem ætatis noſtræ iuriſconſultum, D. Octauianũ Vulpellum, & alios eximios Doctores, qui dicti D. Vulpelli ſententiæ ſe ſubſcripſerunt ad fauorem D. Octauiæ Plumbonicæ, nullum video dubitandi locum remanſiſſe, quin ſententia aduerſus eam lata, pro prætenſa rurbata iuriſdictione iudicis layci, per aditionem Iudicis eccleſiaſtici, reuocari debeat: & nihilominus, vt morem geram D. meo Alexandro Vulpello germano fratri ipſius D. Octauiani, aliquas rationes pro mei ingenij tenuitate, ad eiuſdem pauperis viduæ fauorem, adducam, per eoſdem ferè tramites diſcurrendo, per quos prædicti celebertimi iuriſconſulti etiam ipſi percurrerunt.

2 Et primo, aut iudex eccleſiaſticus aditus per iſtam mulierem pro remedio excõmunicationis ad liquidationẽ damnorum, & intereſſe, ad quæ per iudicem laycum eius aduerſarius fuerat condemnatus, erat competens (prout eum competentem fuiſſe alij DD. ſcribentes benè demonſtrant) & tunc non poteſt dici iudicis layci turbata iuriſdictio, nec turbatæ iuriſdictionis pœnam ſuccedere poſſe, quia quod iure permittente fit, pœnam non meretur. *l. gracchus.C.ad l.iul. de adulter.* in terminis Cephal. *conſ.*661.*num.*45. Si vero erat incõpetens; & tunc nullibi iure cautum reperitur, quod is, qui plures adit Iudices etiam incompetentes, & aduerſarium coram eis pro eadem cauſa citat, iuriſdictionis turbator dici poſſit: benè verum eſt, quod omnia geſta coram iudice incompetenti, ſint nulla. *l.ſi.C.ſi non a competenti iudice. l.* 2. *ff. ſi quis in ius voca. non ſerit.c.veniens, cum ibi notatis.de accuſ.* Necnon etiam is, qui aduerſarium coram competenti iudice

Google

rioritatis,quã habet Papa in terris Imperij;dummodo aliàs ſit competens iudex,prout erit in crimine læſæ maieſtatis,& falſæ monetæ.

34 Et ex his credam,rem eſſe in certo & tuto:adhuc tamen in dubio hanc ſententiã amplecti debere omnino arbirror ad fauorem Pontificiæ & eccleſiaſticæ poteſtatis; eò magis, quod in caſu noſtro non eſſet inconueniens dicere, quod iſte ſubditus Imperatoris ſit etiam ſubditus Papę,ratione loci delicti,ex quo falſam monetam in ſuo Caſtro fabricabat,illamque diſtribuebat ſubditis eccleſiæ, vt in ſtatu eccleſiaſtico expenderẽt; quo caſu ratione finis ipſius delicti,etiam iudex eccleſiæ dicitur cõpetens,per ea,quæ in ſimili de emittente ſagittam ex vno territorio ad aliud, quod vtriuſque territorij iudex ſit competens, dixit Cla. *in pract.q.38.verſ.vidi aliquando,& ego latius reaſſumpſi in primo lib.mearum opin.criminal. q.7.num.46.* LAVS DEO.

Proſper Farinacius. I. C. Rom.

Votum Tiberij Ceraſij tunc fiſci & ſacræ Aulæ Aduocati digniſſimi, & nunc Illuſtriſſimi & meritiſſimi Theſaurarij in eadem cauſa.

35 ADSIT DEVS. Feudatarius ſacri Imperij, fabricans in ſuo feudo falſam monetam cum inſignibus ſummi Pontificis,illã tranſmiſit expendendam in ſtatu Sedis Apoſtolicæ.Quæritur primo,an ſummus Pontifex poſſit eum citare & contra ipſum procedere ad pænas à iure ſtatutas:ſecundo, qua pæna ab ipſo ſacro Imperio puniri poſſit:& concluſiuè procedendo,dico,qđ fabricãs falſas monetas de iure puniri debet per ſuos competentes iudices, *vt inquit tex. in l.1.C. de falſ.monet. & ibi gloſ. in verbo, indices,explicat.* Quibus ipſe delinquens eſt ſubditus.

Adminiculum adiuuat alias præſumptiones , & probationes. num.32.

Periurium committere velle nemo præſumitur.nu.33.

Cauſa delinquendi ceſſante ceſſat delicti præſumptio,ſicut è contra data cauſa delinquendi facile præſumitur delictum. num.34.

Mandatum præſumitur ex datione pecuniarum.nu.34.

Falſitas præſumitur ex receptione pecuniæ.nu.34.in fine.

Periurium committitur etiam in poſitionibus,& eorum reſponſione.nu.35.in fine.

Variatio facit inditium , & præſumptionem contra variantem. num.36.

Mendax habet præſumptionem delicti contra ſe.nu.37.

Notarius rogans,ſi rogatur de inſtrumento, de quo reuera rogatus fuit,incurrit in crimen falſi.nu.38.

Falſi crimen magis lædit famam hominis,quam aliud crimen. num.38.

Falſitas præſumitur ex qualitate perſonæ.nu.39.

Præſumptiones ſi ſunt plures, ſufficiunt, & probant etiam,vbi alias præſumptiua probatio non admittitur.nu.40.

Factum vnius partis alteri parti non præiudicat.nu.41.

Animus agentis ex præcedentibus actibus cognoſcitur. nu.41. in fine.

Subſcribens cenſetur fateri omnia contenta in ſcriptura ſubſcripta,non tamen cenſetur negare ea,quæ in ſcriptura contenta non ſunt.nu.42.

Vniuerſale non infertur affirmatiuè , aut negatiue ex pluribus particularibus.nu.42.

Incluſio vnius non eſt excluſio alterius,quando illud alterum alia ratione poteſt includi,nu.42.

Actus agentium non operatur conſenſum nec tacitum , nec expreſſum vltra eorum intentionem. numero 43. in fine.

Inſtantia data corruit argumentum.nu.44.

Argumentum à ſufficienti partium numeratione non valet, quando omnes partes numeratæ non ſunt.nu.44.

Regula,non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. nume.45.

Iactare ſuum nemo præſumitur.nu.46.

Paria

Paria ſunt non eſſe, vel eſſe, & non apparere. nu. 47.

Falſitas ſine cauſa, & lucro non præſumitur commiſſo. numero 49. vbi tamen, quod ſi de falſitate apparet, lucrum præſumitur.

Falſitas in dubio non præſumitur. nu. 50.

Præſumptio generalis tollitur per præſumptiones ſpeciales. nume. 50.

Fama bona in genere non tollit ſpecialia indicia. nu. 51.

Conuictus torqueri poteſt ad habendum complices cum proteſtatione &c. nu. 52.

CONSILIVM I.

1 ADSIT DEVS. Nō poſſum, vt Romæ moris eſt, breuis eſſe, cum congeries informationum, & in facto, & in iure hinc inde exhibitarum, longiorem requirat ſermonē; ſed perſtringendo, quantū potero, potiores rationes, & fundamēta, pro vtraque parte in mediū adducta, partes fiſci, ac Illuſtris Domini A. pro ſuo ciuili intereſſe illi adhærētis, de iure fauorabiliores eſſe, apertiſſimè, ni fallor, demonſtrabo. Certiſſima enim eſt iuris concluſio, qđ licet alias dici ſoleat, prout dicunt Domini ex aduerſo ſcribētes, quando de falſitate agitur criminaliter, probatio debeat eſſe certa, plena, concludens, & neceſſaria [a], ſecūdū cōmunem de qua per Soccin. Iun. *in conſ. 39. nu. 44. et 77. et conſ. 61. nu. 8. et 9. vol. 2.* Boſſ. *in tit. de falſ. nu. 14.* Cla. *in §. falſum. verſ. trita eſt concluſio.*

2 Eorum tamen concluſio intelligenda eſt, vt procedat, quando agitur criminaliter, ad effectū puniendi corporaliter, & pœna ordinaria falſi; ſecus, ſi, vel quando agitur ciuiliter, vel tractatur tantummodo de imponenda pœna pecuniaria, & extraordinaria; tunc enim, quando ſcilicet ciuiliter agitur, & leuiores probationes admitti, ac præſumptiones haberi pro vera, & concludenti probatione in crimine falſi, & verius, & communius receptum eſt, vt videre eſt apud eumdē Boſ. *in tit. de falſ. eodem nu. 14. & nu. 137.* Clar. *in §. falſum. eodem ver. trita eſt cōcluſio.* Natt. *conſi. 633. nu. 8. & seqq.* Cęph. *conſi. 287. nu. 5. et seq. vol. 2. & cōſ. 338. nu. 21. & seq. vol. 3.* Tiber. Decian. *conſi. 100. nu. 9. & nu. 11. vol. 2.* Oſaſc. *deci. Pedemont. 117. nu. 7.* Menoch. *in l. fina. nu. 700. C. de edict. Diu. Adria. tollen. & in tracta. de præſumptionibus. lib. 1. quæſtio. 99. nu. 11. & nu. 19. in fine.*

3 Et quando ſumus in occultis, & ijs, quæ ſunt
b difficilis [b] probationis, prout negari non poteſt, talem eſſe occultationem inſtrumenti, tunc pariter, etiam quod criminaliter agatur, & nedum in crimine falſi, ſed generaliter in omni alio delicto ſolas pręſumptiones admitti, ad plenè cōuincendum reum, illumque condemnādum, omnes Doctores communiter, & ore vno fatentur. Bald. *in l. quicūque. nu. 25. C. de seru. fugitiu.* Alex. *conſi. 24. nu. 6. & nu. 42. vol. 2.* Matth. Gribál. *poſt ſuas communes opiniones, in regulis criminalibus. col. 5. verſi. in criminibus occultis.* Oſaſc. *deci. Pedemontan. 72. nu. 1. & seqq.* Ioſeph. Ludouic. *in ſuis commun. opinion. concl. 45. verſi. ampliatur sexto.* Maſcar. *de probat. lib. 1. concl. 496. nu. 4.*

4 Detecta autē falſitate ſic per præſumptiones vt ſupra, poſſe tunc propterea deueniri ad pœnā aliquam extraordinariam, & leuiorem, vt puta pecuniariam, nemo dubitat, & in terminis in crimine falſi tradiderunt Aym. *conſi. 73. nu. 19. verſi. quod procedit.* Menoch. *de præsumptionibus, lib. 1. d. quæſt. 99. nu. 11. in fine, iuncto nu. 19. pariter in fine.* Decian. *conſi. 109. nu. 76. vol. 2.* Ioan. Mar. Monticell. *reg. crimin. 15. nu. 161.* cū alijs relatis per Bertaz. *conſi. crimin. 91. nu. 31. et seqq. lib. 1.*

5 Et generaliter ſufficere præſumptiones etiam in criminalibus ad impoſitionem alicuius leuioris, & extraordinariæ pœnæ, apertè ſcripſerunt Boſſ. *in tit. de conuict. num. 34.* vbi teſtatur de communi, & practicata opinione, Marſil. *in rubr. de probat. nu. 238. et seqq.* vbi pariter teſtatur de veriori, & communiori opinione. Tiraquell. *de pen. temperan. cauſa 27. num. 1. et seqq.* Anton. Gomez *variar. reſolut. tomo 3. tit. de probat. delict. num. 25. et ibi in addit. litera G.* vbi etiam de communi, & æquiori opinione. Rolan. *conſil. 11. num. 15. vol. 3.* Cæphal. *conſi. 141. num. 19. vol. 1.* Menoch. *de arbitrar. quæſtion. lib. 2. caſu 279. numero 4. et seqq. et in tracta. de præsumptionibus, lib. 1. quæſt. 40. numero 10. et quæſt. 41. nu. 8. et latius quæſt. 47. nu. 15. et seqq.* vbi ampliat, hanc concluſionem procedere, ſiue pręſumptiones ſint vehemētes, ſiue ēt non.

6 Immo iudicem poſſe iſto caſu extendere pœ-
c nam etiam vſque ad afflictionem corporis [c] incluſiue, vt puta fuſtigationis, triremium, & ſimilia, dummodo extraordinaria, ſic communiter receptum eſſe, teſtatur Clar. *in pract. crimin. quæſt. 20. verſic. ſcias tamen, in fine.* Grammat. *deci. 8.* Boer. *deci. 164.* Ioan. Mar. Monticell. *reg. crimi. 11. num. 24. ver. limita quarto.* Ioſeph. Ludouic. *deci. Lucen. 45. in princ.* Menoch. *de præsumptionibus. d. quæſt. 47. nu. 17.*

7 Et quando in crimine falſi præſumptiones admittuntur, tunc duas tantummodo ſufficere pręſumptiones, dixerunt Aym. *conſi. 134. nu. 39.* Gabriel. *conclus. 6. num. 5. lib. 7.* Cæphal. *conſi. 287. nu. 40. lib. 20.* Tiber. Decian. *conſi. 100. num. 11. vol. 2. et conſi. 109. num. 76. eodem lib.* Hippol. Riminal. *conſil. crimin. diuer. 128. numero 1. vol. 1.* Bertaz. *d. conſi. 91. num. 32. vol. 1.* Maſcard. *de probationib. lib. 2. concl. 740. nu. 45.*

8 Et non ſolum admitti præſumptiones iuris, verum etiam hominis, poſt Boſ. quem allegat, *in tit. de partib. suppoſit. nu. 33.* latè comprobat Menoch. *vbi ſupra, de præſumptionibus, lib. 1. quæſt. 58. nu. 20. & ſeqq. & quæſt. 97. nu. 16.* vbi alios adducit concordantes.

9 Quare cum hic agatur de occultatione inſtrumenti, & ſic de re occulta, & difficilis probationis, vt de ſe patet, & quæ falſi criminis nomini, ac etiam pœnæ ſubiecta eſt, *l. Paulus. §. 1. ff. de fal. l. eum, qui. C. eodem.* Boer. *deciſ. 292. num. 5.* Curt. Iun. *in l. qui accuſare. poſt nume. 12. C. de eden.* Cla. *in pract. §. falſum. verſic. Item Notarius negans.* Menoch. *de arbitrar. quæſtio. lib. 2. caſu 311. num. 1. & ſeqq.* fueritque pro ea dictus Dominus M. non corporaliter, ſed extra ordinem, & leuiter pæna pecuniaria mulctatus ad fauorem fiſci; ad fauorem autem dicti Domini A. nō, niſi ciuiliter condem-

condemnatus fuerit ad damna, & intereſſe; ſo-
lum vidēdũ eſt, in præſenti caſu, an contra eun-
dē Dñm M. adſint in proceſſu duę, vel plures pr-
ſumptiones, quæ in cognitionē prædictæ occul-
tationis, animũ iudicis inducāt: data enim exiſtē
tia dictarũ præſumptionũ, quin benè fuerit ſic,
vt ſupra condēnatus, dubitādũ nō eſt, per pręal-
legatas cōmunes Doctorũ opiniones, & in iudi-
cijs paſſim receptas, & canonizatas, vt notũ eſt.
10 Et quidem ſi verum fateri volumus, & ſi benè
inſpiciatur proceſſus, vnusquiſque facilè iudica
bit, ex eo oriri nedũ ꝓbabiles, ac veriſimiles præ-
ſumptiones, ſed ēt plenas, & cōcludentes proba-
tiones; occurrunt enim primo depoſitiones duo
rum teſtiũ, qui ſub lecto adhunc effectũ poſiti, a-
pertè dicunt, ſe vidiſſe, & audiuiſſe, qñ dictus Do
minus M. liberè faſſus eſt, dictum Dominũ A. ſe
fuiſſe rogatũ de inſtrumento renunciationis, de
quo agitur, & ſic concludenter deponũt de illius
confeſſione extraiudiciali facta parte præſente,
ex qua quidē confeſſione, non præſumptiua, ſed
d plena,[d] & concludens oritur probatio cōtra eũ-
dem Dñm confitentem, ſecundum communem
Doctorũ opinionē, de qua per Doctores *in c. atſi
clerici, vbi præſertim Dec. nu. 20. et ſeqq. Bero. num.
142. extra de Iudic.* Diar. *in reg. 125. in 7. 8. et 11.
fallen.* cum alijs relatis per Maſcar. *de probat. li. 1.
concl. 346. nu. 5. et concl. 348. nu. 1. et conc. 350. num.
23. et concl. 497. nu. 9. et 12. et 13.*
11 Et licet Clar. in pract. quæſt. 55. verſ. vnum ta
men, dixerit apud eum non ſeruari, quod cōfeſ-
ſio extraiudicialis etiam facta parte præſente, &
acceptante, ſufficiat ad condemnandum, ſed tan
tũmodo ad torquendum, & idem etiam affirma-
uerint aliqui alij relati per Maſcardũ in locis ſu-
pra citatis, horum tamen opinio etſi tanquā cō-
tra communem Doctorum traditionem minime
attendenda ſit, adhuc tamen ea admiſſa, non ob
ſtat in propoſita facti ſpecie, tum quia confeſſio
dicti Domini M. eſt adminiculata, vt mox de-
monſtrabo, quo caſu, & ad condemnādum illam
ſufficere, dixit etiam Clar. *in d. verſ. unum tamen.*
tum etiam quia reſpectu dicti Domini A. agitur
de intereſſe ciuili; vnde quin non plenè probet,
dubitandum non eſt, ſicut poſt Abb. Salycer. Fæ
lin. & alios, quos allegat diſtinguendo, conclu-
dit Maſcard. *d. concl. 349. nu. 7.*
12 Nec obſtant exceptiones datę aduerſus perſo
nas, & dicta horum teſtium, ſic de confeſſione ex
traiudiciali deponentium; nam (& in hoc aduer-
ſatur) cum idemmet Dominus M. eaſdem depo
ſitiones antea per ipſum benè viſas, & conſidera
tas ſimpliciter, & abſque vlla proteſtatione in
e hoc iudicio produxerit,[e] tacitè dicitur approbaſ
ſe, & faſſum eſſe omnia in dictis depoſitionibus
contenta: & ſic ad præſens non poteſt amplius,
aut contra eorum dicta, aut contra perſonas ex-
cipere. Roman. *conſi. 104. nu. 6. cum alijs ibi relatis
per Mandoſ. in addit.* Aym. *conſi. 201. nu. 7.* Burſar.
conſi. 58. n. 15. et conſi. 89. n. 11. lib. 1. Menoc. *conſi.
23. n. 1. et seq. et conſi. 60. n. 17. et 18. li. 1.* Alex. *conſi.
191. nu. 4.* vbi poſt Odoffr. Salicet. & alios, quos
allegat, ampliat hoc procedere, etiam quod pro-
ducens proteſtatus fuerit, ſe nolle vti depoſitio-
nibus teſtium, & ibi teſtatur de communi; ergo
multo magis, vbi nulla præceſſit proteſtatio, vt
in caſu noſtro; dũ enim Doctores dicunt, qđ ꝓ-
ducens cēſetur approbare eorum perſonas, non
aũt dicta, vulgata *l. ſi quis, & ibi notant omnes. C. de
teſtibus*, procedit, & habet locum in inducente ſo
lũ teſtes, & faciēte illos examinare; at ſi quis poſt
illorũ examen, producat eorumdē depoſitiones,
tũc nec contra perſonas, nec contra dicta oppo-
nere poteſt; & ēt, qđ non plenè deponant, plenā
tamen, & concludentem faciunt probationem,
vt poſt præallegatos benè declarat Burſa. *d. conſ.
58. nu. 15. et conſ. 89. nu. 11.*
13 Et licet hæc ſola reſponſio ſufficeret, vt tamē
clarius liqueat de leuitate exceptionum, contra
iſtos teſtes oppoſitarũ, remitto me ad latius ſcri-
pta in informatione facti, in qua benè euacuan-
tur omnia ex aduerſo deducta, & reaſſumo ſolũ
aliquas principaliores oppoſitiones. Et primo
dũ dicitur, illos non probare, quia in criminali-
f bus non admittũtur teſtes cortinati,[f] ad tradita
per Imol. *in l. in ſumma. §. idem labeo. verſ. item pro
hac parte. ff. de aqua pluuia arcē.* Fœli. *in c. præterea.
nu. 4. de teſtibus.* Adden. ad Mattheſi. *notab. 124. in
fine*, reſpondetur, primo nos non eſſe in crimina-
libus, ſed in ciuilibus, ſaltē reſpectu dicti Dñi A.
qui nō niſi pro ſuo intereſſe ciuili fiſco adhęret;
immo etiā quādo tractatur de pœna pecuniaria,
tunc non dicitur agi criminaliter, ſaltem ad effe
ctũ probationis, prout benè declarat Menoc. *de
præſump. lib. 1. quæſt. 98. nu. 3. & 4.* ideò teſtes corti
nati admittũtur. Marſi. *in rubr. de probat. nu. 332.*
Pariſ. *conſ. 33. nu. 21. lib. 2.* & eſt communis, vt per
Alex. *conſ. 99. nu. 5. lib. 3.*
14 Reſpondetur ſecundo, dato etiam, quod in to
tũ eſſemus in criminalibus, & qđ iſti teſtes non
ſunt ſimpliciter cortinati, nec deponunt ſe audi
uiſſe tantum ex cortina, vel tenui pariete, prout
loquuntur Doctores ex aduerſo allegati, ſed di-
cunt, ſe ex lecto vidiſſe dictum Dominum M. ſic
confitentem, & alloquentem cum dicto Domi-
no A. tamen eos plenè probare etiam in crimina
libus, poſt Abb. *in c. cum cauſam, extra de teſtibus*,
& alios, quos allegat, in fortioribus terminis cō-
ſuluit Ruin. *conſ. 71. nu. 21. lib. 3.* quē refert, & ſe-
quitur Gig. *in tract. de crimin. læſ. maieſta. lib. 2. tit.
quomodo, et per quos crimen læſ. maieſtat. prob. quæſt.
20. in fine. poſt nu. 8.*
15 Reſpondetur tertio, quod dato rurſus, quod
teſtes iſti non vidiſſent dictum Dominũ M. ſed
ſolum de auditu deponerēt, adhuc non credo ſit
expeditum in iure, quod in criminalibus teſtes
cortinati non probēt, quia quod immo probent
conſuluit Alex. *in conſ. 24. num. 10. lib. 2.* quem ſe-
quutus eſt Socci. *conſ. 54. num. 5. lib. 3.* refert Gig.
vbi ſupra *d. quæſt. 20. num. 7. verſ. contrariam par-
tem.* nec diſſentit Menoch. *de arbitrar. quæſtio-
nibus, lib. 2. caſu 475. nu. 19.* & nihilominus quan-
do ſumus in occultis, prout negari non poteſt
nos ſic eſſe, dum de occultatione inſtrumēti agi-
tur, quod teſtes cortinati etiam in criminalibus
admittuntur, optimè relatis contrarijs, & diſtin-
guendo

guendo, tradit Gig. *dicta quæſt. 20. num. 8. verſic. concluderem ego.*

16 Reſponderur quarto, & hoc non negant Doctores exaduerſo citati, & benè etiã fatentur Domini exaduerſo informantes, qđ ẽt in criminalibus benè, pleneque ꝓbãt teſtes cortinari, qñ cũ eorũ depoſitione, cõcurrũt, ꝓut in caſu noſtro, aliqua adminicula, vt p Alex. Ruin. & Men. *in locis nuper citatis*, vbi amplius, qđ quale debeat eſſe hoc adminiculũ, relinquitur arbitrio iudicis &c.

17 Dum ſecũdo opponitur, quod prædicti teſtes
g non probant, tanquã diſcordes in formalitate [g]
verborum, prolatorum à dicto Dño M. iuxta tradita per Abb. *conſi. 65. nu. 29.* Geminia. *conſi. 142. in cauſa Prioris, nu. 6.* Dec. *conſi. 163. nu. 10. uer. decimoquinto obijcitur.* Rimin. Sen. *conſi. 145. n. 24. li. 1.* Rolan. *conſi. 33. n. 20. li. 2.* Bertaz. *conſi. crim. 192. n. 22. li. 1. & conſi. 558. n. 10. li. 2.* Reſpondetur primo, non eſſe verum in facto, quod prędicti teſtes aſtringant ſe ad formaliratem verborum, ſed referant verba dicti Domini M. nõ formalia, & prę ciſa, ſed in effectu ſimilia, vt ipſi dicunt, & prout ex eorundem teſtium depoſitione clarè liquet; quo caſu oĩs ceſſat diſputatio, cum ſufficiat, verba eſſe ęquipollentia in ſubſtãtia, licet diuerſa in cortice *c. nihil obſtat. de uerbor. ſignificat.* & verborum ſubſtantia non in eorum cortice, vel ſuperficie, ſed in ſenſu, & intentione conſiſtit. *c. intelligentia, & cap. præterea. eod. tit. de uerbor. ſignificat. c. Marchion. 1. quæſt. 1.*

18 Reſpondetur rurſus, quod Doctores omnes exaduerſo citati, loquuntur, prout etiam, & ita intelligi debent, vel in caſu, in quo teſtes ſunt interrogati de formalitate verborum; vel quando vis, & differentia eſt in verbis, vt benè declarat Dec. videndus *in conſ. 163. col. 9. poſt nu. 10. in fine ver. decimoquinto obijcitur.* ſed in caſu noſtro non eſt vis, & differentia in verbis, minuſque fuerunt dicti teſtes ſuper formalitate verborum interrogati, quicquid exaduerſo contra facti veritatem ſupponuntur; ergò non ſolum probant, ẽt quod diſcordent in tali formalitate, ſed ſi concordarent, eſſent ſuſpecti; & eo minus probarent, tanquam deponentes per eundem præmeditatum
h ſermonem, [h] ſecundum veriſſimam, & communem Doctorum opinionem, de qua per Alber. *in l. teſtiũ, nu. 10. ff. de teſtib.* Cor. *conſ. 63. n. 3. uol. 5.* Pariſ. *conſ. 83. nu. 31. uol. 1.* Guid. Pap. *conſ. 75. n. 3.* Iacob. Port. Imolen. *conſ. 96. n. 38.* Neuizzan. qui bene loquitur in materia, *conſi. 26. nu. 26. & ſeqq.* plures allegat cõcordãtes Ioan. Mar. Monticell. *in ſuo repert. teſt. fol. 253. col. 2. & ſeq. & eſt tex. in l. 3. §. & ideo, & ibi communiter notant omnes. ff. de teſtibus.*

19 Dum tertio aduerſus eoſdem teſtes opponitur, quod ſunt inter ſe ipſi, & ſibi ipſis varij, & cõtrarij, ideo non ſolum non probant, ſed etiã ſunt de falſo ſuſpecti *l. qui falſa, uel uaria. ff. de teſtibus. l. eos. ff. de falſ. c. præterea, de teſtibus*, cum alijs ex aduerſo allegatis; & quãdo teſtes ſunt ſuſpecti, tũc non probant etiam, quod ſint varij, & contrarij in circunſtantijs facti, licet nõ in ipſo facto, Marſil. *ſing. 618*, Aym. *conſi. 178. n. 4.* Soccin. conſ. 40. nu. 5. lib. 3. Reſpondetur, qđ ſi bene conſiderentur eorũ dicta, nulla eſt inter ipſos contrarietas, ꝓut benè animaduertit, & minutim deducit noſter Dominus in facto informans, cuius informationi in hoc me remitto, & quam videri ſupplicatur. Et inter alia aduertatur, non eſſe verũ, vt ex aduerſo ſupponitur, quod teſtes diſcordẽt de inſtrumentis, & ſic in prędicamento ſubſtantiæ ex eo, quia vnus teſtis deponat de inſtrumento renunciationis, factæ per Reuerendũ Patrem Dominũ M. Alius verò de inſtrumento renunciationis, & donationis factæ per Dñm I. quia veritas eſt, quod vtrique teſtes deponũt de renunciatione facta à Reuerendo Patre Dño M. Domino I. & illa verba prolata per vnum teſtem, dum dicit, dictum Dñm M. reſpondiſſe dicto Domino A. *E uero ch'io mi ſono rogato di queſta renuntia, et donatione fatta per Monſignor* I. intelligi debent, non quod donatio, ſeu renũciatio eſſet facta à Reuerendo D. I. ſed ad fauorem Reuerẽdi Domini I. & ſic ab ipſo Reuerendo Domino M. ſecundum quod interrogabatur à dicto Domino A. dicente, *meglio ſariano paſſate le coſe, ſe uoi mi haueſte dato quello inſtrumento di renuntia, che fece Monſignor M. à fauore del Veſcouo di P.* Omnis enim reſponſio cenſetur facta iuxta præcedentem interrogationem *l. ſi defenſor. §. 1. ff. de interrog. actio. gl. in c. tua. in uerbo, diſpenſauerit, de ſponſal. & in c. peruenit. il ſecondo. in verbo, recuſant, de teſtib. cogen.* Bart. *in l. de ætate. §. quod autem. ff. de interrog. actio.* cum alijs per eundem Bart. & Doctor. *in l. ſi cui. la 1. §. 1. ff. de leg. 1.*

20 Pręſertim in caſu noſtro, in quo dictus Dominus M. expreſsè ſe refert ad renunciationem, de qua fuit interrogatus à dicto Domino A. dum dicit, *e vero, che io mi ſon rogato di queſta renuntia, & donatione.* Hoc enim pronomen, hic, iſte, is, & ſimilia, ſunt relatiua ad præcedentia, & ſecundũ ea, cum omnibus ſuis qualitatibus, intelligũtur. Rolan. *conſi. 79. nu. 54. vol. 3.* Cæphal. *conſ. 140. n. 17. vol. 1.* ſed ſic eſt, quod dictus Dñs A. in ſua interrogatione clare expreſſit renunciarionem factã a Reuerendo Domino M. ergo & de eadem renunciatione dicendũ eſt, quod intellexerit dictus Dominus M. dum reſpondit, *E vero che io mi ſon rogato di queſta renuntia, & donatione*: ſunt enim hæc verba, quę omninò ad pręcedentem interrogationem referuntur, ideò ſecundum eam ſunt intelligenda, per præallegata.

21 Et licet teſtis copulatiuè dicat de renuntiatione & donatione, nõ ꝑ hoc malè dicit, nec diſcordat ab altero teſte ſolũ deponente de renunciatione, nam qui renunciat donationi, donare dicitur, & omnis renunciatio donatio eſt. *l. Modeſtinus, & ibi omnes. ff. de donat. l. ſi quis delegauerit. ff. de nouat.* Tiraquell. *in l. ſi unquam. in uerbo, donatione largitus, nu. 173. C. de reuoc. donat. & in tracta. de legib. connub. gloſ. … nu. 43.*

22 Et dato etiam, quod inter dictos teſtes poſſit forſan conſiderari aliqua modica cõtrarietas, & tamen erit, non in negocio principali, ſed in cir-
i cumſtantijs, i quo caſu non erit de fide illis diminuendum, ad gl. *in c. dudum, in uerbo, ſubſtantia,*

de

Digitized by Google

de conuerſ.coniugat.& in cap.eccleſia ſutrinã. in uer-
*bo,vacillaſſe.de cauſ.poſſeſſ.& proprietat.*Ludouic.
de Alfer.*in conſ.crim.diuerſ.*143.*nu.*14. *lib.*1. cum
cumulatis per Anton.Gabriel.*concl.*4.*num.*19.*&*
*ſeq.li.*7.Nec dicuntur teſtes contrarij, etiã quod
vnus deponat plus altero. Dec. *d.conſi.*163.*num.*
10.*ad finem.verſic.& quando vnus teſtis plus dicit.*
Neuiz.*d.conſ.*26.*n.*27.*verſ.quod ſi vnus dicit pluſ-*
quam alius:immo & quod plus eſt,etiã quod cõ-
trarietas tangat negocium principale, nihil no-
cet,quando conſiſtit in modico. Neuizzan. *ibidẽ*
*ſub d.nu.*27.Boſ.*in tit.de tortur.teſt.nu.*32.& quã-
do iudex videt inter teſtes aliquam contrarieta-
tem, debet omne conatum facere, vt illorum di-
cta ad concordiam reducat, etiam verba impro-
priando. Dec.*conſ.*272.*nu.*1.*in fine.*Alciat.*de præ-*
*ſumpt.reg.*2.*præſumpt.*28.*ſub nu.*2.*& ſeq.*etiam ad
l effectum, vt probent [l],& vltra præfatos tradit So
ci.ſen.*conſ.*56.*nu.*17.*vol.*4.Socin.iun.*conſi.*73.*nu.*
7.*vol.*2.& eſt communis, vt teſtatur Corn.*conſil.*
206.*nu.*4.*li.*8.Cæphal.*conſi.*77.*nu.*47.*lib.*1. Et il-
lud,quod exaduerſo dicitur, teſtes contrarios &
in circunſtantijs nõ probare, quando ſunt alias
ſuſpecti, ceſſat pœnitus in caſu noſtro, quia vt
mox in ſequenti oppoſitione dicam, ex nulla
parte poſſunt dici ſuſpecti.

23 Et demum ceſſat in his teſtibus omnis contra-
rietas,quia licet, vt exaduerſo deducitur, teſtis ſe
cundo loco examinatus, debeat explicitè reſpon
dere abſque eo, quod in genere ſe referat ad pri-
mum examen, vt *in deciſ.Pedemont.*128.*num.*7.ſi
tamen explicitè, & ſpecialiter reſpõdens expreſ-
m sè proteſtatur [m],quod ſi in ſecundo examine ali-
quid dixerit diuerſum a primo, refert ſe in omni-
bus, & per omnia ad illud primum examẽ, prout
fecerunt in propoſito dicti teſtes, tunc certũ eſt,
quod non poteſt dare de contrarietate inter alia
examina, ſicut poſt Bar. quem allegat, optimè ad
notauit Boſſ.*in tit.de oppoſit.contra teſtes,n.*8.*& in*
*tit.de tortura teſtium,nu.*34.& poſt Marſ.ac Boer.
quos pariter allegat, ſequitur etiam Menoch. *de*
*arbit.qu.eſt.li.*2.*caſu* 109.*nu.*13.Nec diſſentit Ne-
uiz.*d.conſi.*27.*nu.*35.vbi alios adducit.

24 Dum quarto opponitur, quod prædicti teſtes
ſunt criminoſi, cum pluries pro diuerſis delictis
fuerint inquiſiti,& carcerati, & ſic nullam fidem
faciant,ad tradita per Ruin. *conſ.*36.*num.*4.*uol.*4.
*& conſi.*158.*num.*21.*uol.*5.Natt.*conſi.* 123.*in cau-*
*ſa.nu.*2.*& conſi.*394.*nu.*9. cum alijs exaduerſo al-
legatis, quæ uidentur procedere, etiã non ſequu-
ta condemnatione, vt per Grammat.*conſ.*35.*nu-*
mero 32.& Aufrer. *in tract.de reproba.teſt.num.*29.
Reſpondetur in primis, quod adhoc, vt teſtis re-
pellatur a teſtimonio, & non probet tanquã cri-
minoſus, nõ ſufficit, illũ reuera eſſe criminoſum,
n niſi etiam conſtet, quod pro criminoſo [n],& inha
bili cõmuniter a populo teneatur, & reputetur,
ſecundũ Riminal.ſen. *in conſi.*383.*num.*50.*uol.*2.
quem refert,& ſequitur Maſcat. *de proba.li.*1.*con-*
*clu.*27.*num.*2.

25 Præterea non eſt verum, quod ijdẽ teſtes poſ-
ſint dici criminoſi, quia ſola inquiſitio, carcera-
tio, vel imputatio ante cõdẽnationẽ, non reddit
inquiſitum criminoſum, vt ad literam dicit text.
*in cap.fi.in fine.*15.*q.*8.*& ibi gl.in uerbo,accuſarũt,*
*concordantes adducit, & in c.nonne.*8.*q.*4.*ubi etiam*
gl.in verbo,ſententia. Foller.*in pract.crim.uerbo, itẽ*
*quod ſororem uenenauit.nu.*28.*in fine.verſ.nam non*
*ſtatim.*Crot.*in tractat.de teſtibus. in* 30. *quaſt. nu.*
189. vbi loquitur etiam ſequuta condemnatio-
ne, ſi ab ea fuerit appellatum. Et Doctores, qui
in contrarium allegantur, loquuntur, vel quan-
do iam crimen eſt probatum, licet de eo teſtis nõ
fuerit condemnatus, prout loquitur Aufrer. *d.*
nu. 29. vel quando accuſatus iam eſt carceratus,
& nondum relaxatus, prout loquitur Gramm.
*in d.conſi.*31.*nu.*32.At vbi inquiſitus fuit relaxa-
tus etiam ſub cautione de ſe repræſentãdo, vt in
caſu noſtro, tunc vel reputatur tacitè abſolutus,
vel ſaltẽ habetur pro innocente, quia & niſi no-
ua cauſa ſuperueniat, amplius moleſtari non po
teſt, non aliter, ac ſi eſſet abſolutus, ut bene decla
rat Boſſ. videndus *in tit. de ſenten.nu.* 60. & com-
muniter practicatur, vt ex relatis per Clar. *in pra*
*cti.§.fi.q.*46.*verſ.pariter etiam.*Et in omnem euen
tum etiam teſtes criminoſi inhabiles, & infames
probant, quando alijs præſumptionibus admini
culati ſunt. Aym.*conſilio* 6.*numero* 66.*in* 1. *uolum.*
Ruin.*conſi.*149.*nu.*6.*in* 5.Tiber. Decian.*conſi.*18.
*nu.*204.*in* 1.*&c.*

26 Occurrit ſecũdo ad fauorem dicti Domini A.
depoſitio P. ſic ut ſupra de altera confeſſione ex-
traiudiciali dicti Domini M. teſtificantis; nec re-
fert, quod diuerſo tempore, quia ad probandum
confeſſionem extraiudicialem factam præcipuè
parte pręſente, teſtes etiam ſingulares in loco,&
tempore coniunguntur ad faciendam plenam pro
bationem, ſecundum veriorem,& magis commu
nem opinionem, de qua poſt Pariſ.*in conſilio* 57.
*nu.*19.*lib.*4.Socin.iun.*conſ.*178.*n.*6.*li.*2. Cut.iun.
conſi. 64. *num.*8. cum alijs relatis per Gabriel.*tit.*
de teſtibus,conclu.ſecunda,numero 53. & per Aym.
*de antiquit.temporum,par.*4.*ſectione,ſed enim.num.*
num. 15. *& ſeqq.* teſtatur Hippol. Riminal. *inter*
*conſilia crim.diuerſ.*82.*num.*10. *& conſi.*85.*nu.*20.
verſiculo poſtremo &c. & num. 21. *tomo* 2. Rolan.
*conſi.*82.*numero* 41.*& ſeqq.uol.*2. Ioſeph.Ludoui.
*deciſ.Peruſin.nona.nu.*15.*parte prima.* Et quando
teſtes ſingulares ſunt adminiculati, tunc probãt
indiſtinctè, etiam ſi ſimus in ſingularitate obſta-
tiua. Aym.*conſ.*73.*num.*36. Gabriel. *d.concluſio.*2.
*num.*76.Rolan.*d.conſ.*82.*nu.*41.*& ſeqq.uol.*2.Cę-
phal.*conſ.*141.*nu.*12.*lib.*1.Menoch.*de præſump.li.*
1.*quaſt.*86.

27 Occurrit tertio, & depoſitio S. pariter teſtifi-
cantis, ſe fuiſſe pręſentem,& neceſſaria ſubmini-
ſtraſſe, quãdo teſtes pręd icti poſuerunt ſe ſub le-
cto, vt dictum Dominum Martinum commo-
dè viderent,& audirent; & cum talis teſtis ſit ab
eodem Domino Aduerſario inductus,& exami-
natus, neſcio videre, quomodo poſſit contra il-
lius perſonam aliquid opponere, vulgata *l.ſi quis*
teſtibus.C.de teſtibus. Aymon. *conſilio* 188.*numero*
5.Grammat.*deciſione* 34.*numero* 2. Menoch. *con-*
ſilio 60.*numero* 17. *libro primo,* cum alijs ſupra al-
legatis.

28 Concurrit quarto, quod iã ipſe Dominus M. confrontatus cum vno teſte, fatetur omnes qualitates, circunſtantias, & colloquia habita ſuper dicto inſtrumẽto renunciationis cum dicto Domino A. in illo loco, & de illo tempore, de quib. deponunt prædicti teſtes, licet neget ſe dixiſſe, quod fuerat rogatus de dicto inſtrumento; vnde ex verificatione circunſtantiarum, & qualitatum inferri, & præſumi debet etiam veritas in facto principali, quia nullum maius ſignũ dari poteſt, quod teſtes veritatem dixerint, niſi quando circunſtantiæ actus, ſuper quo deponunt, apparent veræ, & è cõtra, ad tradita poſt alios p Boſſ. *in tit. de tortur. teſtium nu. 29.* & per Ant. Gom. *variar. reſol. to. 3. c. 12. de proba. delict. nu. 11.*

29 Conuenit quinto, quia cum eidem Domino M. legeretur depoſitio teſtis dicentis, *Miſſer M. dimandò al Signor A. ſi come andauano le liti, il Signor A. riſpoſe bene, ma meglio andarebbono, ſe voi mi deſſete l'inſtrumento di renuncia, che hà fatto Monſignor M. alle donationi fatteli dalla bona memoria di Mõſignor di P. del quale voi vi ne ſete rogato, & Miſſer M. riſpoſe, è vero, ma il Signor C. mi l'hà rubbato*, ex ſe idem Dominus M. dixit, *diſsi è vero ch'io non l'hò rogato, & non diſsi altrimente, che io l'haneſſe rogato*, ſi dominus M. ſic vt ſupra dicto Domino A. affirmanti ipſum rogatum fuiſſe de hoc inſtrumento, Reſpondit *è vero*, neceſſe eſt, quod etiam dixerit, *e vero ch'io me ne ſon rogato*, non autem *è vero, ch'io non mi ne ſono rogato*, quia dictus Dominus A. non dicebat, quod ipſe non fuerat rogatus de dicto inſtrumento, ſed quod fuerat rogatus; vnde reſpondendo, *è vero*, debemus *credere*, quod iuxta interrogata reſponderit. *l. 1. & ibi gl. in verbo, vt interrogatus. ff. de verb. obliga.* Alioquin reſponſio iſta caſu eſſet inſulſa, fatua, nõ ad propoſitum, & inueriſimilis, ideo non præſumenda, Bal. *in l. fi. in vltimo notab. C. de hæredib. inſtituend.* Aym. *conſ. 8. nu. 6. & 7.* Guid. Pap. *in tract. de præſumptionibus, in princ.*

30 Concurrit ſexto ad prædicta tacita confeſſio ipſius Domini M. quæ colligitur ex interrogatorijs pro eius parte datis, dum dicit; Et ſi teſtis dixerit, dictum Dominum M. dixiſſe fuiſſe rogatum de dicto prætẽſo inſtrumento, interrogetur, an audiuerit ab eodem domino M. huiuſmõdi inſtrumẽtum fuiſſe furto ſubtractum a dicto Domino I. Ecce ergo, quod iuxta depoſitiones præfatorum teſtium iam idem dominus M. fatetur ſe dixiſſe, quod fuerat rogatus de hoc inſtrumento, & quod dictus dominus I. illud ſibi ſurripuerat, cum certum ſit in iure, quod producens poſitiones, articulos, exceptiones, interrogatoria, & ſimilia, dicatur tacitè fateri omnia in eis contenta. *l. cum præcum. C. de libera. cau. Authen. ad hæc. C. de fid. inſtrument. capit. cum olim. in fine, de cenſibus*, cum alijs per Cæphal. *conſil. 249. numero 13. lib. 2.* Rolan. *conſi. 69. nu. 53. vol. 3.* Maſcar. *de probat. lib. 1. conclu. 347. numero 16. & concl. 348. num. 48.*

31 Concurrit ſeptimo, quia iam ex actis conſtat ex depoſitione præſertim dicti Domini I. ac etiã idẽ Dominus M. fatetur, quod Reuerendus Dominus I. dum vixit, ſæpius ipſum requiſiuit, vt vellet ei tradere in publicam formam hoc inſtrumentum renunciationis, & quod ob id fecit pluries diligentiam inter ſuas ſcripturas de illud reperiendo, & eo non reperto, valde ipſe Reuerendus Dominus I. de hoc conquerebatur; vnde primo ſequitur, quod niſi de hoc inſtrumento ipſe Dominus M. rogatus fuiſſet, veriſimiliter Reuerendus Dominus I. non requiſiuiſſet ab eo illud ſibi dari in publicam formam. Secundo ſequitur, quod idem Dominus M. non cõtradicendo huic requiſitioni, & faciendo diligentiam de reperiendo tale inſtrumentum, tacitè cenſetur fateri ſe de eo rogatum, cum ex non contradictione, iuncto aliquo alio actu exteriori, conſenſus a iure præſumatur, *clem. 1. de procurat. l. ſi filius. ff. ad Macedon.* Bat. *in l. qui enim. §. 1. ff. rem rat. hab. & in l. cum taberna. §. 1. in fine. ff. de pignoribus*, cum alijs relatis per Maſcar. *concl. 1218. nu. 51. lib. 3.*

32 Et licet nõ ignorem, quod iſta credulitas Reuerendi D. I. etiã iuncta perquiſitione dicti Domini M. non inferat de neceſſitate ad rogitũ huius inſtrumẽti, prout ex aduerſo cõſideratur, negari tamen non poteſt, quin hęc ſimul iuncta faciant aliquam præſumptionem, ſeu adminiculũ, ſi non neceſſarium, ſaltem probabile, ſatis alias adiuuans pręſumptiones, & probationes, ſecundum Bal. *in l. ea quidem. nu. 9. verſ. adminiculũ eſt. C. de acenſ.* Dec. *conſ. 146. col. pen. nu. 14. verſ. adminiculum enim. lib. 1.* idem Bal. *in conſ. 30. caſus talis quidam Petrus. in fi. lib. 3.* Soci. *conſ. 89. nu. 12. lib. 1.*

33 Concurrit octauo inſtrumentum cenſus impoſiti per Reuerendum Dominum I. ſuper Palatio ad fauorem bonę memoriæ Cardinalis de R. cum acceſſione, & fideiuſſione Reuerendi Domini M. in quo quidem cenſu idem Reuerendus dominus I. medio iuramento aſſerit dictum Palatiũ ad ipsũ pleno iure ſpectare, &c. Ex hoc enim inſtrumento renunciationem prædictam fuiſſe factam, dubitandum nõ eſt; alioquin Palatium, non ad dictum Reuerendum Dominum I. ſed ad ipſum Reuerendum dominum M. ſpectaret; nec eſt præſumendum, illum exemplaris vitæ, & bonitatis virum, voluiſſe ſine cauſa peierare, cum potuiſſet, ſi renunciatio non fuiſſet facta, facere, quod Reuerendus Dominus M. imponeret cenſum, & ipſe vti fideiuſſor accederet, & bonam fidem recognoſceret; & quod quis peierare velit, pręſumendum minimè eſt, cum periurium ſit delictum, vulgata *l. merito. ff. pro ſocio.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumptio. 1. numero 1.* Gabriel. *lib. 7. concluſ. 2. num. 1.* Ergo ad excludendum periuriũ, & delictum, dicendum eſt, omnino renunciationem fuiſſe factam; & ſic reuera Palatium non ad Reuerendum dominum M. ſed ad ipſum Reuerẽdum dominum I. pleno iure ſpectare, prout in inſtrumento aſſeritur.

34 Concurrit nono Apocha ſcutorum, in quibus dictus Dominus I. fecit ſe debitorem ex cauſa donationis dicto Domino M. & quam in eius portabireto poſuit, iuncta eiuſdem domini M. epiſtola ipſi Domino I. tranſmiſſa ſub his verbis, *Non potrò mai ſodisfare alla minima*

parte

Digitized by Google

parte dell'obligo che li tengo, & per non vſar molte cerimonie, ſolo gli dirò che ſempre metterò, & la robba, & la vita in ſeruitio ſuo, come vuol il douere : la ringratio aſſai di tante corteſie vſate verſo di me, & la poliza, che trouai nel portaberetto, mi chiarì affatto, ſiche ſenza cerimonie ſon tutto voſtro. Ex qua quidem Epiſtola clarè apparet de cauſa occultandi hoc inſtrumentũ, videlicet de maxima amicitia, quæ erat inter dictum D. M. & dictum Dominũ I. propter quam offert ſe exponere ad eius vtilitatem, & propriam vitam, ac omnia eius bona; ergo nõ eſt mirum, ſi inſtrumentum occultauit, vt ei rem gratam, & vtilem faceret; ſicut enim delictum non præſumitur, vbi delinquendi cauſa aliqua conſiderari non poteſt, vt pet Bart. *conſ. crim. diuerſor. 8. nu. 8. vol. 1.* Foller. *inter eadem conſilia conſi. 138. nu. 13. & in prac. crim. uerbo, itẽ quod ſororem venenauit. nu. 19. & in verbo, capiat informationem. num. 45.* ita è contra, data cauſa delinquendi, facile delictum præſumitur, ſecundum Franc. Caſ. *de indic. tracta. 1. cap. 9. nu. 2. et in tract. 2. c. 1. & ſeqq.* vbi etiam de mareria. Blanch. *de indic. num. 255.* & ex datione pecuniarum præſumi mandatum ad delinquendum, ſcripſerunt Bart. *in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniur.* Innoc. *in c. ad audientiam. extra de homic.* Brun. *de indic. & tortur. par. 1. q. 4. nu. 10.* Carer. *in practica crim. in trac. de indic. & tortur. in 23. indicio. pag. mihi 54.* & in ſpecie, quod falſitas præſumatur ex receptione pecuniæ, conſuluit Iacob. Philipp. Port. *conſ. 94. nu. 6. verſ. Addo quod vterque.*

35 Conuenit decimo qualitas perſonæ ipſius domini M. qui licet faciat ſe ſupremũ in omni ꝓbitate, non tñ talis ex actis apparet; imò & qđ mendax, & periurus ſit, ac ẽt promptus ad negandũ, & occultandũ inſtrumenta per ipſum rogata, dignoſcitur ex infraſcriptis; & primo, quia iã liberè faſſus eſt, ſe pluries fuiſſe requiſitũ a Reuerẽdo D. I. vt ſibi traderet in publicã formã hoc inſtrm̃ renunciationis; & tñ poſtea in iudicio iactationis per ipſum introducto, poſitionibus reſpondens, hoc idẽ medio iuramẽto negare nõ erubeſcit; quare, & periurus dr̃, & periurij pęnã de iure nõ aufugit, ad gl. *in c. quicunq;. in verbo, recipiatur. nu. 6. q. 1.* Guid. Pap. *conſ. 29. in fine.* Carauit. *in rit. magn. Cur. 79. nu. 7. & 8.* Rim. *cõſ. 591. & ſeq. lib. 3.*

36 Secundo eſt varius, periurus, & mendax, quia examinatus in præſenri iudicio criminali, ẽt medio iuramento, negar ſe unq̃ fuiſſe loquutum cũ dicto Domino I. de requiſirione ſibi vt ſupra facta à Reuerendo Domino I. dũ vixit, vt ſibi traderet hoc renũciationis inſtrumentum in publicam formam; & tamen in cauſa ciuili pariter, & medio iuramẽro, dixit, & faſſus eſt, ſe alloquutũ fuiſſe cum præfato Domino I. de prædicta requiſitione: vnde, & ex hac variatione valde etiam contra ipſum præſumendum eſt. Gramina. *conſi. 27. num. 9. & voto 30. num. 3.* Iacob. Port. Imolen. *conſi. 96. nu. 33.*

37 Tertio interrogatus in hoc eodẽ criminali iudicio, an aliquod munus fuerit ſibi datum à dicto Dño I. & pręſertim, an aliqua cedula fuerit a dicto Dño I. poſita in ſuo portabireto, medio iuramento, Reſpondit, *io non hò viſto cedula alcuna nel portabaretto, ne nella valiſia. & dal Signor G. non hò hauuto ſe non danno*, & tamen contrarium de directo ſcripſerat in epiſtola tranſmiſſa ipſi Domino I. de qua ſupra; quare tanquam mendax maximam habet cõtra ſe delicti, de quo nũc agitur, præſumptionem. Boer. *deciſ. 164. nume. 29. par. 1.* Foller. *in pract. crimin. in verbo, ad defenſam, poſt num. 5.* Iacob. Port. Imolen. *conſ. 94. nume. 37. & conſi. 96. num. 33.* Boſſ. *tit. de indic. num. 36.* Rolan. *conſi. 14. nu. 19. vol. 4.*

38 Quarto examinatus in cauſa ciuili liberè deponit per hæc verba, dixit tamen eidem domino A. etiam quod ipſe teſtis rogatus fuiſſet de huiuſmodi inſtrumento renunciationis, & quod hoc certò ſciret, nihilominus, quia nõ inueniebatur, ſe dixiſſe, quod ſibi fuerit furto ſublatum, etiam quod ipſe illud ſciuiſſet, quia opus fuiſſet, quod ipſe probaret huiuſmodi furtum, ſeu dictum inſtrumentum daret, negari non põt, quin ſit facilis ad rogata per ipſum inſtrumenta hilari fronte neganda; vnde nõ fidelis, & bonus Notarius, prout talem ſe eſſe exclamat, ſed infidelis, & falſus (ſir citra iniuriam dictum) reputandus eſt; quia Notarius, qui negat ſe de aliquo inſtrumento rogatum, de quo reuera rogatus eſt, falſi crimen incurrit. Curt. Iun. *in l. qui accuſare. poſt num. 12. C. de eden.* Clar. *in §. falſum. uerſ. item Notarius negans.* Menoch. *de arbitrar. quæſtionibus. caſu 311. nu. 1. & ſeqq.* Maſcard. *de probation. concluſione 1094. nume. 25. lib. 3.* Et nullum eſt crimen, quod magis hominis famam lædat, quam falſi. Afflictus *deciſione vltima, nu. 23.* Boſ. *in tit. de falſ. nu. 72.* Neuizzan. *conſi. 8. nu. 36.*

39 Et conſequenter de qualitate perſonæ ipſius Domini M. qui & varius, & mendax, & in pluribus facilis ad peierandum, & promptus ad negãda inſtrumenta per ipſum rogata, maximam cõtra eundem oriri occultationis, & negationis, de qua agitur, præſumptionem, dubitandum nõ eſt, per ea, quæ in ſpecie in crimine falſi tradiderunt Bar. & alij *in l. 1. §. ſi quis neget. ff. quemadmodum teſtamen. aperi.* Aym. *conſ. 134. num. 34.* Pariſ. *conſi. 54. num. 3. lib. 4.* Boſſ. *in tit. de falſ. nu. 7. & 8.* Tiber. Decian. *conſi. 100. nu. 43. vol. 2.*

40 Et ſi, vt ſupra probaui, in crimine p̃ſertim falſi, prout eſt hoc, de quo agitur, ad conuincendũ reum, ac ad ipſum condemnandum ciuiliter ad intereſſe partis, & etiam ad aliquam pecuniariam, & extraordinariam pęnam, & forſan etiam ad corporalem, duæ tãtummodo ſufficiant præſumptiones, caſus certè noſter omni prorſus carebit difficultate, cum non duæ, ſed plures, & plures concurrant in idem, nc dicã præſumptiones, ac coniecturæ, ſed etiam probationes; vnde ſubintrar concluſio, ꝙ vbi aliàs præſumptiones in criminalibus non ſufficiunt, ſufficiunr tamen, quando plures ſunt. Bal. *in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. nu. 4. ff. de eden.* Aretin. *in cap. ueniens, el 1. nu. 27. extra de teſtib. & in conſ. 13. nu. 9.* Caccialup. *in l. admonendi. nu. 153.* & ibidem Curt. Sen. *nu. 291. ff. de iureiur.* cum alijs relatis per Menoch. *de præſumptionibus lib. 1. q. 40. nu. 11.*

41 Nec obſtant modo leuia quædam, ad fauorem dicti Domini M. per exaduerſo Dominos informantes conſiderata; & primo, quod cum idẽ dominus M. tranſmiſerit Reuerendo domino I. liſtam, ſeu notam omnium inſtrumentorum concernẽtium ſuum intereſſe, de quibus ipſe fuit rogatus, & interquæ non erat annotatũ hoc renuncitionis, de quo agitur, inſtrumentum, idem reuerendus dominus I. non ſolum nihil dixit de tali renunciatione, ſed manu propria ſubſcripſit tranſmiſſam liſtam; quod vtique non feciſſet ſi dictus D.M. ſe de alijs inſtrumentis rogatus fuiſſet, arguendo à ſuffi ciẽti partium numeratione, ad tradita per Bart. & Ang. *in l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur.* Hæc.n. conſideratio diluitur plurib. modis; & primo dr̃, qđ in propoſito, aut volumus reſpicere perſonã dicti D. Martini, & ridicula eſt argumentatio, quia fatuus ipſe fuiſſet, ſi in illa liſta apposuiſſet inſtrumentũ, qđ occultauerat, & factũ vnius partis alteri non præiudicat. *l. Seia, in priu. ff. ad Velleia. l. tranſactione matris. C. de tranſa. l. poſt certum. C. de libera. cau.* ſi verò conſideremus perſonã dicti reuerendi D. I. nec minus ipſius taciturnitate poſſumus colligere aliquẽ cõſenſum in hoc, quia iã, vt ex actis apparet, & idem dominus M. fatetur, ſæpè, ac ſæpius ipſe reuerendus dominus I. expreſsè antea conquęſtus eſt de occultatione talis inſtrumenti; quare ſtante expreſſa contradictione, ac conqueſtione, non põt ex hoc ſubſequenti actu colligi aliquis conſenſus, quia ſatis ex præcedentib. contrarium apparet, & qualis fuerit animus agẽtis, in ſequẽti benè dignoſcitur. *l. ſi ſeruus pluriũ. §. fina. ff. de leg. 1.* Aym. *conſ. 220. nu. 11.* Ruin. *conſ. 10. nu. 10. vol. 5. & conſi. 152. nu. 3. vol. 2.*

42 Prætera argumentum ſumptũ à ſubſcriptione alicuius ſcripturæ per tertium confectæ, valet quidem affirmatiuè, cum ſubſcribens tacitè videatur fateri omnia cõtenta in ſcriptura ſubſcripta, *l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. l. 1. §. 1. ff. de conſt. pecun. l. ficut. §. non creditur. ff. quibus mod. pign. vel hypoth. ſoluat.* quod valeat hoc argumẽtum negatiuè; & quod ſubſcribens cenſeatur tacitè negaſſe ea, quæ in ſcriptura nõ continentur, iure non probatur, quia per affirmationem pluriũ inſtrumentorum particulariũ non reſultat excluſio, & negatio aliorum vniuerſalis; & ex plutibus particularibus non infertur ad vniuerſale, nec affirmatiuè, vel negatiuè, vt per Imo. Calde. Panormit. & alios *in c. genero. extra de elect.* ſicut eos refert, & ſequitur Euerard. *in loco a partiũ numeratione. nu. 3. verſ. nec mirum,* quia ex propoſitionib. particularib. incluſio vnius non eſt excluſio alterius, qñ illud alterum alia ratione poteſt includi. Dec. *in l. 1. in prin. in 3. lect. nu. 84. ff. ſi cer. pet.* Menoch. *de arbitrar. quaſtionibus lib. 2. caſu 64. nu. 18.* & benè exemplificat Cæphal. *conſ. 117. nu. 13. & 14. lib. 1.*

43 Præſertim in caſu noſtro, in quo hæc liſta inſtrumentorũ fuit tranſmiſſa Reuerendo D. Vſoni, per dictum D. Martinum, non ad effectum, vt alia inſtrumenta in liſta contenta, excluderẽtur, ſed vt idem Reuerendus D. I. ipſi ſolueret mercedem de rogitu dictorũ inſtrumentorų̃; ideo liſtæ prædictæ ſe ſubſcribẽs, tacitè facit ſe debitorẽ in inſtrumentis contentis in ea: at quod ꝓpterea cenſeatur tacitè affirmaſſe dictum D.M. ſe nõ rogaſſe de alijs inſtrumentis, ac prę ſertim de inſtrumẽto renunciationis, de quo agitur, nec trãſmittentis liſtã, nec illã ſubſcribentis talis fuit intentio; vnde ſuccedit regula, quod actus agẽtiũ non inducit cõſensũ, nec tacitũ nec expreſſũ vltra eorũ intentionem. *l. non oĩs, & l. rogaſti. ff. ſi cert. pet. l. 1. ff. de auth. præſtan. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti.*

44 Et qđ in hoc caſu non valeat argumentũ negatiuè ſumptũ à trãſmiſſione dictę liſtę, & illius ſubſcriptione, apparet manifeſtè; nam in ea non fuerunt deſcripta oĩa inſtrumenta rogata per ipſum Dñm M. et vltra inſtrumentũ renunciationis, de quo agitur: deficit.n. inſtrumentũ inſinuationis factæ per dictum Dñm A. ad fauorem Reuerendi Dñi I. de anno. Item deficit inſtrumentum procuræ factum de anno 1570. per Reuerendum dominum M. in perſonã dicti Dñi I. ad dotandum quandam cappellam arbitrio dicti Reuerendi Domini I. quare data inſtantia corruit argumentum. *c. venerabilem. vbi præcipue* Bal. *extra de elect.* Bar. *in l. interdum. in princ. ff. de condic. indebit.* Nec valet in propoſito argumentum à ſufficiẽti partium numeratione, quo vtitur Dominus exaduerſo ſcribens, qñ oẽs partes numeratæ non ſunt. *l. filius. §. filius familias miles. ff. de libe. & poſthum. gl. in l. cum hi. §. ſi prætor, &* & ibi Pau. de Caſt. *ff. de tranſa.* cum alijs relatis per Euerar. *in d. loco à partium enumeratione. nu. 3.*

45 Et præmiſſis ceſſantibus, adhuc dicitur, quod liſta inſtrumentum, de qua ſupra, nõ concludit, niſi de tẽpore prętérito, videlicet ab anno 1562. de menſe Iunij, vſque ad annum 1571. de menſe Aprilis: inſtrumentum aũt hoc renunciationis, de quo agitur, fuit poſteà celebratũ, videlicet de anno 1572. quare non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. *l. non hoc. C. vnde cogna. cum præſentia. de probat. cum ſimilibus.*

46 Nec ẽt obſtat lis mota per dictum Dominum M. de anno 1577. contra Reuerendum Dñm I. ſuper mercede inſtrumentorũ per ipſum rogatorum, pro intereſſe dicti Reuerendi Domini I. & in quo iudicio nõ perijt mercedẽ inſtrumenti renunciationis, de quo agitur, qđ vtique nõ feciſſet, ſi de eo rogatus fuiſſet, cũ nemo præſumatur velle iactare ſuum. *l. cum de indebito. ff. de proba.* cum alijs exaduerſo allegatis; Nam vt ſupra ſtetigi, factum dicti Domini M. volẽtis occultare inſtrumentum, de quo fuerat rogatus, non præiudicat Reuerẽdo Domino I. & fatuus fuiſſet Notarius, ſi poſtų̃ negauit ſe de aliquo inſtrumento rogatum, voluiſſet petere mercedem illius inſtr̃i, & turpitudinẽ ſuã detegere; hæc.n. conſideratio ad fauorẽ dicti D. M. ridicula eſt, vt de ſe patet.

47 Multominus obſtat alia conſideratio, quod ex quo Reuerẽdus Dominus I. de anno 1574. reuocauit donationes factas Reuerendo Domino M. Idcirco nulla aderat renunciatio eiuſdem Reuerendi Domini M. quia ſi talis renũciatio fuiſſet, non erat opus reuocatione; hæc enim coniectura non concludit de neceſſitate, quod renunciatio

citatio fuerit facta, quia potuit eſſe, ꝓut fuit, q̃d renunciatio fuerit facta, & quod non appareat, & paria ſunt quid non eſſe, vel eſſe, & nõ apparere. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tut. l. in lege. ff. de contrah. empt. & hoc ideo Reuerendus dominus I. reuocauit donationem, non quia renunciatio nõ fuerit facta, ſed quia illam non reperiebat; & ſi illam reperijſſet, non vtique renunciaſſet, & hoc modo argumentum retorquetur.

48 Prout etiam nec obſtat, quod de anno 1567. Reuerendus Dominus M. promiſerit non moleſtare reuerendum dominũ I. ſuper vſufructu bonorum donatorum; item promiſerit ſoluere legata, non contrahere debita, bona donata non alienare, & in caſu contrauentionis dederit facultatem dictam donationem reuocandi, quæ omnia præſupponũt, eo tempore iam donationẽ in ſuo robore remanere, & nullam fuiſſe factam renunciationem; alioquin fruſtratotiũ fuiſſet illud inſtrumentum; hęc nempe conſideratio inducit aliquam præſumptionem excluſiuam renunciationis de tempore, quo tale inſtrumentum fuit celebratum, videlicet de anno 1566. at renunciatio, de qua agitur, prætenditur facta de anno 1572. ideo de vno tempore non eſt inferendũ ad aliud. a

49 Nec aliquid facit præſumptio illa generalis, quod ſine cauſa, & lucro falſitas non prǽſumitur commiſſa, Fulgoſ. conſ. 173. Franc. Becc. conſ. 78. nu. 27. Nam præterquamquod de cauſa huius occultationis ſatis cõcludenter apparet ex ijs, quæ ſupra dixi in verſ. concurrit nono, fruſtra recurritur ad hanc generalem præſumptionem, cum & per teſtes, & per alias probationes ſupra deductas, cõcludenter appareat, ſaltem ad effectum, de quo agitur, de hac occultatione inſtrumenti; vnde ꝓbata occultatione, cauſa eo ipſo præſumitur, q̃a falſitas non præſumitur gratis commiſſa. Iacob. Port. Imol. conſ. 96. nu. 20. vol. 2. vbi alios adducit.

50 Et minus facit alia generalis pſumptio, q̃d. ſ. falſitas in dubio nõ præſumitur, Bal. in l. iuris gentiũ. §. quod fere. ff. de pact. Roman. conſ. 553. in fine, itẽ q̃d in dubio Notarius præſumitur bonus, & fidelis, non aũt malus, & falſarius, Pariſ. cõſ. 28. n. 49. vol. 2. Alciat. de præſump. reg. 3. præſump. 13. n. 1. hæc enim generalis prǽſumptio eſt prorſus ſublata per contrarias ſpeciales præſumptiones, & ꝓbationes, de quibus ſup. l. cum de indebito. vbi Bar. ff. de prob. Bal. in l. ſiue poſſidetis. col. 1. in fi. C. de prob.

51 Aſſerta legalitas, & bona fama dicti Dñi M. quantũ legitime ſit ꝓbata, optime dominus Iudex poterit cognoſcere ex ſupra deductis, cũ ex ꝓceſſu appareat, ipsũ eſſe facilẽ ad deierãdum, & negandum, ac occultandũ in occurrenti caſu inſtrumenta, de q̃bus fuit rogatus, ne parti ad intereſſe teneretur: Et nihilominus quicquid ex aduerſo allegetur, vera, cõmunis, & practicata opinio eſt, q̃d bona fama notarij nõ tollit ſpecialia indicia, ac pſumptiones cõtra ipſum laborantes. Cęp. conſ. crim. 40. n. 42. & 43. Alex. conſ. 77. nu. 5. vol. 1. Marſ. conſ. 3. nu. 12. Roman. conſ. 167. in fine.

52 Quare concludo, quod cum ex proceſſu plene conſtet de occultatione inſtrumẽti, potuit de iure ipſe dominus M. non ſolum condemnari, vt cõdemnatus fuit, ſed debebat torqueri ad habendum ab ipſo, ad cuius inſtantiam dictum inſtrumentum occultauerat; ſine tamen præiudicio eorum, de quibus erat confeſſus, vel conuictus, iuxta cõmunẽ practicam, de qua per Cęp. cõſ. cri. 32. nu. 19. verſ. ſubdit tamen. Boſſ. in tit. de ind. & conſiderat. ante tort. nu. 130. verſ. cauti tamen iudices, & nu. 131. verſ. poſſent etiam iudices, & in tit. de ſent. nu. 70. verſ. et quãdo conuictus torquetur. Ant. Gomez. de delict. c. 13. nu. 20. verſ. & in tantum eſt verum, & ita fieri pro iuſtitia ſupplicatur &c.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a Concludens, & neceſſaria. Hanc eandem opinionem, quod. ſ. in crimine falſi requiratur plena ꝓbatio, quando præſertim criminaliter agitur ad pœnam; immo q̃d ſtrictior, & concludentior probatio requiratur, quam in alijs delictis, tenuerũt etiam plures alij, relati per Gab. lib. 7. concl. 6. n. 2. & nu. 6. qui teſtantur de communi, & per Cæph. in conſ. 287. nu. 4. & conſ. 230. n. 20. & ſeq. cõſ. 233. nu. 28. Emanuel Soarcz. in cõm. opin. in verbo, falſitas, n. 16. & nu. 18. Fran. Becc. conſ. 78. n. 10. & ſeq. lib. 1. Caputaquen. deci. 3. n. 5. p. 2. Octau. Cacher. conſ. 66. nu. 4. lib. 1. Magon. deciſ. Lucen. 33. num. 3. Monticel. reg. cũ is. in fine. verſ. contrariũ Socin. &c. & hæc opinio ſine dubio, magis communiter recepta eſt, ſicut apparet ex congerie antiquorũ, & aliorum Doctorum relatorum per prædictos iuniores, quando agitur criminaliter, & ad pœnam corporalem infligendam.

Quamuis contrarium, quod in crimine falſi ſuſpicio habeatur pro concludenti probatione, fuerit originale dictum Archid. & Domin. in c. in memoria. diſt. 11. Dec. conſ. 166. n. 4. relati per Gab. d. concluſ. 6. num. 1. lib. 7. & per Monticell. d. reg. crimin. 15. nu. 21. & ſeqq. & nu. 161. & per Cæph. d. conſ. 287. nu. 8. Card. Alba. conſ. 33. per totum, vbi late. Bertaz. conſ. 91. nu. 31. & ſeqq. lib. 1. Caputaq. deciſ. 4. num. 1. lib. 2. vbi tamen loquitur quando ſuſpiciones ſunt vehementes, tenduntque ad eundem rei finem.

Ad quam materiã, ſeu vltra prædictos plures, ſi exoptaueris, eam tractantes Doctores pro, & contra cum pluribus declarationibus, & diſtinctionibus, vide Dec. conſ. 189. nu. 1. & ſeq. Grat. reſpon. 151. nu. 8. 26. & ſeqq. li. 6. Firman. in repert. in verbo, falſitas literarum. nu. 74. & nu. 113. Rub. Alexand. conſ. 16. il primo, nu. 6. Siluan. conſ. 7. per totum. Pract. Corrad. fol. mihi 400. nu. 34. Villalob. in comm. opi. litera F. nu. 3. Franc. Marc. deciſ. 651. nu. 2. par. 2. Mandel. conſ. 59. per totum. Nouell. reg. 242. nu. 1. Hercul. de neg. nu. 129. & 131. Vide etiã inter conſ. crimin. diuer. in folio lib. 1. in conſ. 118. nu. 13. & ſub nu. 34. verſ. quia huic obiectioni. & nu. 43. & conſ. 118. nu. 37. & ſeqq. & conſ. 120. ſub nu. 1. & nu. 13. in fi. & conſ. 123. nu. 10. & conſ. 125. nu. 9. & ſeq. & nu. 22. & conſ. 124. nu. 20. & ſeq. & conſ. 126. nu. 69. & ſeqq. & nu. 82. & nu. 100. & conſ. 127. nu. 12. & conſ. 128. n. 1. & in fine cõſilij; iſti enim Cõſu-

lentes propoſitum articulum bene diſcutiunt, pro cuius reſolutione vide etiam Hieron. Gabr. *conſ.169.& conſil.*180.*in diſcurſu.lib.*1. Boſſ. *in tit. de falſ.num.*5.6.13.14.79.& 133.Gabr.*d.concluſ.* 6.*per totam.*Menoch.*de præſumpt.lib.*1.*q.*99.*num.* 7.*& ſeqq.*Sfort.Odd.*conſ.*78.*nu.*1.Ioſeph. Lud.*de ciſ.lucen.*13.*per totam in diſcurſu.& deciſ.*15.*num.* 65.*& ſeq.*

b *Difficilis probationis.* Præſumptiones, & inditia,an,& quando,& quomodo ſufficiant ad condemnandum in delictis occultis,& difficilis probationis, nemo eſt, qui latius, accuratius, & ſecundum veritatem, difficultatem enodet, quam D.meus Farinac.*in practica crimin.par.*2.*tit.de reo confeſſo,& conuicto,quæſt.*86. *num.* 32. *& pluribus ſeqq.vbi nu.*35.declarat, quænam ſint delicta occulta,& difficilis probationis, *& num.*36.*& ſeqq.* particulariter ponit de tractatu, conſilio, mandato,& ſimilibus.

c *Vſque ad afflictionem corporis.* Controuerſa eſt iſta quæſtio, an ex præſumptionibus poſſit quis in pœnam corporalem condemnari, & quidem magis recepta, & etiam ſeruata videtur opinio negatiua, quamuis non ignorem, quandoque etiam fuiſſe ſeruatam affirmatiuam, prout hæc omnia bene explicat,& reſoluit D.meus Farina. *in pract.crim.in tit. de reo confeſſ. & conuict. quæſt.* 86.*nu.*113.*& ſeqq.vbi nu.*115.*&* 116. expreſſe ponit de pœna fuſtigationis,*& nu.*118.ponit de pęna exilij,*& nu.*119.ponit de pœna trium ictuum funis:& in propoſito aduerte ad vnum,quod eſt magnæ importantiæ in practica, ſecũdum quam ſæpius vidi conſultum, & iudicatum ab eodẽ D. meo Farinac.quod nunquam ex præſumptionibus,& indicijs condemnatur quis in pœnam corporalem,niſi duobus cõcurentibus.Primo quod pręſumptiones ſint violentiſſimæ,& indicia ſint indubitata: ſecundo qđ agatur de delicto atrociſſimo,& pro quo imponatur pœna mortis: ſic enim,& in ijs terminis loquuntur Doctores, qui teſtantur quãdoque ex pręſumptionibus,& indicijs reos cõuictos fuiſſe ad triremes tranſmiſſos; ſecus ſi prædicta duo non concurrãt;& rurſus,in eodem propoſito vide notabile dictum Clar.*in pract.§.fin.quæſt.*63.*verſ.iuſſis,* vbi benè aduertit, qđ licet ſuprema cõſilia,& tribunalia prout Mediolani,& Neapolis quandoque etiam tranſmiſerint ad triremes reos grauatos indicijs indubitatis,id vtiq; fecerũt,propter authoritatem, quã habebant iudicandi ſecundum eorum conſcientiam;& propterea omninò crederem talem obſeruantiam nõ eſſe trahendam ad alios iudices, qui ſic iudicandi auctoritatem non habent.

d *Plena,& concludens.* Apud Doctores ſatis controuerſum eſt, an confeſſio extraiudicialis facta parte præſente, ſufficiat ad condemnandum, an verò tantum ad torquẽdum; vna tamen fuit opinio,quod ad condemnandum ſufficiat,prout videtur fuiſſe de mente Bald. (licet forſan ab alijs pro contraria opinione allegatur) *in l.quoniã. C. de his qui not.an.infam.* qui text. loquitur de confeſſione extraiudiciali facta parte præſente, & acceptante,dicitque ibi Bal. quod iſto caſu ſufficit ad condemnationem,& habet vim iudicialis cõfeſſionis, licet regulariter ſufficiat ad torturam, & hanc opinionem ſecuti ſunt Iacob. de Aren. Ant.de Butr. & Abb. in locis relatis; qui tamen, vt infra eum referam, contrarium credit verius, *in c.at ſi clerici.nu.*35.*de iud.*Bero. *in c.* at ſi clerici. nu.142,vbi relatis,& reprobatis rationibus Aret. ibi contrarium ſentientis, hanc pluribus cõprobat opinionem,& veriorem dicit,& etiam cõmunem Mant.*nu.*33.per totũ, vbi pariter latè defendit,& reſpondit contrarijs argumentis ibi per Aretin.& Dec.adductis.Abb.*in c.olim.nu.* 10.*verſ. ſed dictum Innocentij.de reſcript.* vbi ponit exemplum in eo,qui in præſentia mariti confitetur ſe adulteraſſe vxorẽ;talis enim confeſſio plene contra confitentẽ probat,& ibi per eum.faciunt pro hac opinione deducta per Tind.*de teſtib.li.* 2.*par.* 1.*c.*6.*nu.*10.*& ſeqq.*Diaz.*reg.*125.*in* 2.*fallen.*Foller.*in pract.crim.verbo,& ſi confitebuntur.p.*2.*n.*32. *fol.*321.Capr.*in tract.de notor.membr.*1.*nu.*43.vbi tamen loquitur in confeſſione facta coram pluribus,relati per Maſcar.(quos tamẽ ipſe non ſequitur)*de prob.lib.*1.*concl.*349.*nu.*1.*in princ.& nu.*7.*in fine,& concl.*497.*nu.*9.*& concl.*350.*nu.*23.item relati per eundem Maſcar.*concl.*346.*nu.*5.

Altera fuit opinio,quod eadem extraiudicialis confeſſio quamuis parte præſente emanata,non, niſi ad torquẽdum, ſufficit,pro qua allegatur, vt dixi,Bal.*in d.l.quoniam.col.fi. verſ. & aduerte quod in criminalibus,ff.de infam.* & expreſſe voluerunt Ant.de Butt.*in c.at ſi clerici.nu.*28.*col. fi.verſ.ſi autem noceat.extra de iud.*Imol.*ibidem nu.*10.*ad medium.* vbi,ni fallor,videtur teſtari de communi opinione.Aretin.*nu.*35.vbi relatis, & reprobatis cõtrarijs,dicit hãc opinionem veriorem, & ſibi magis placere.Felin.*nu.*5.*ad finem.verſ.quid autem operetur.*Dec.*nu.*128.*& ſeqq.*vbi videtur reſidere in opinione Aretini, cuius fundamenta refert, *& ibi in add.litera A.*Fel.*in c.olim.nu.*3.*&* 4. vbi bene cõprobat hanc opinionem.*extra de reſcrip.*Pariſ.de Put.*de ſind.verbo,tortura.c.*3.*ſub n.* 3.vbi refert, & ſequitur Bal.*in d.l.quoniam.fol.mihi.*316.Tindar. *de teſtib.lib.*2.*p.*1.*c.*6.*verſ.& ſi dicis.iuncto nu.* 19. *&* 20.vbi bene declarat, & reddit rationẽ. Diaz. *reg.*125.*in* 8.*fall.ver.ſed contrariã ſententiã.*Blanc. *de indic.nu.*210.*& ſeq.*vbi bene comprobat, & reſpondet contrar.Foller.*in pract.cri.verbo,& ſi confitebuntur.p.*2.*nu.*31.vbi licet ex Tindaro,quẽ allegat,dicat,cõfeſſionem extraiudicialem ſufficere ad plenã probationem, ſi parte præſente facta fuerit, hoc tamẽ videtur reſtringere quoad hoc, vt confitens poſſit cogi ad perſeuerandum in tortura;& ſic videtur ſentire,quod non, niſi ad torturam,indicium faciat. Anton. Gomez.*variar.reſolut.tomo* 3.*cap.*13.*rubr. de tortura reorum. num.* 8. *verſ.rurſus etiam extende.*Clar.*in pract.* §.*fin. quæſtione* 55.*verſ.vnum tamen,*vbi quod quicquid ſit de iure,ita ſemper vidit in practica ſeruari;niſi vltra præſentiam tot alia cõcurrerent, vt omnibus ſimul iunctis diceretur de crimine liquere; Maſcard. poſt alios, quos allegat, *dicta concluſ.* 349. *poſt nu.*1.*verſ. ſed quod tantum, & nu.*2.*& ſeqq.& concl.*497.*nu.*10.*& ſeq.& concl.*346.*nu.*6.*verſ.contra*

tra tamen, vbi alijs relatis teſtatur de communi. Mandoſ. *in addit.* ad Roman. *conſ.* 373. *in vltima addit. in fine, verſ. amplia &c.*

Si primam opinionẽ teneri volueris, eã intelligas procedere, dummodo a parte præſente fuerit etiam expreſſe acceptata; aliter ſecus. Milleſ. *in ſuo Repertorio. verſ. confeſſio extraiudicialis*; ſicut illum refert Maſcar. *de prob. li.* 1. *concl.* 497. *nu.* 12. e Cyn. Salyc. & Alex. relati per Dec. *in c. at ſi Clerici. n.* 137. *verſ. contrarium tamen. de iudic.* Bero. *ibidem. n.* 143. *verſ. ſed contrarium.* vbi de cõi, *& verſ. quare cogita*, vbi quod niſi confeſſio fuerit a parte f præſẽte expreſsè acceptata, nõ facit niſi indiciũ.

Contrarium, quod nõ ſit neceſſaria expreſſa acceptatio, ſed ſufficiat ſola partis præſentia, dixit communem Maſcar. *d. conclu.* 497. *num.* 13. ex Dec. quem allegat. *in c. at ſi clerici. nu.* 137. *de iudic.* g qui reuera non teſtatur de communi, ſed de veriori opinione, & loquitur quando confeſſio eſt parti præſenti fauorabilis, quia tunc tacendo videtur acceptare, vt ibi per eum, & iſto caſu expreſſam acceptationem non requiri, tenẽt relati per Bero. (quos tamen ipſe non ſequitur) *in d. c. at ſi* h *clerici. nu.* 143. *in princ. iuncto verſ. at vero, & ſeq.* & expreſsè ibi Mant. *nu.* 33. *ad finem. verſ. cogita, & an ſola &c.*

Et quatenus expreſſam acceptationẽ requiri volueris, ſcias ſufficere eam fieri nedũ a fiſco, ſed etiam ab aliquo Notario tanquam publica per- i ſona nomine fiſci, & Reipublicę, & iſto caſu confeſſio extraiudicialis plenè probabit, ſecundum Felin. *in c. olim. nu.* 2. *in* 2. *fallen. verſ. contrariũ &c. & nu.* 6. *in* 5. *fallen. extra de reſcript. in c. at ſi clerici. nu.* 6. *ad finem*, & ibi et Dec. *poſt nu.* 133. & Mant. l *nu.* 33. *verſ. ſecundo, quia. in fine. de iudic.* Butr. *in c. per inquiſitionem. nu.* 28. *in prin. & verſ. & idem puto. de elect.* Maſc. *de proba. li.* 1. *concl.* 350. *nu.* 32.

Immo non ſolum ab ipſo Notario tanquam publica perſona nomine fiſci acceptari poteſt talis confeſſio, ſed etiam a qualibet priuata perſo- m na, ſic nomine abſentis fiſci, ac Reipublicæ acceptante, & hoc caſu talis confeſſio etiam extraiudicialis plenè probabit. Diaz. *reg.* 25. *in* 7. *fallen.* Aret. *in d. c. at ſi clerici. nu.* 35. *ad finem. de iudic.* vbi dixit, quod confeſſio extraiudicialis plenè pro- n bat crimen, quando eſt facta præſente parte, & acceptante tam nomine ſuo, quàm Reipublicæ, & fiſci, nec diſſẽtire videtur ibidem Dec. *nu.* 139. *& ſeq.* vbi reſpondet contrarijs, & Mant. *nu.* 33. o *verſ. ſecundo, quia, & verſ. ad ſecundum &c.* Maſc. *d. concl.* 350. *nu.* 34.

Contrarium, quod talis confeſſio non poſſit acceptari a perſona priuata nomine fiſci, voluerunt Felin. *in d. c. at ſi clerici. nu.* 5. *in fine, & nu.* 6. *verſ. fallit ſecundo. de iudic.* Butr. *in c. per inquiſitionem. num.* 28. *verſ. ſi autem fiat coram priuata. extra de elect.* Fel. *in c. olim. nu.* 2. *in* 2. *fallen. de reſcrip.* relati per Maſcar. *d. concl.* 350. *nu.* 33.

Verum hęc oĩa ceſſant, retenta contraria opinione, de qua ſupra, & quã libentius amplector, quod ſcilicet confeſſio extraiudicialis etiam facta parte pręſente, & acceptante, non probet crimen quoad condemnationem, ſed tantum quoad torturam, & ita teneas, præterquam quando de crimine ciuiliter ageretur; tunc enim extraiudicialem confeſſionem plenè probare, dixerunt Bal. *in d. l. quoniam. in* 1. *lectu. col. fin. verſ. ſed in ciuilibus cauſis. ff. de infam.* Aret. *in d. c. at ſi clerici. num.* 35. *poſt med. extra de iudic.* Maſc. poſt alios, quos allegat, *d. conclu.* 349. *nu.* 7.

Produxerit. De hac materia vide D. meum Farin. *in tract. de teſtib. quæſt.* 62. *num.* 241. *& ſeq.* vbi multos refert Doctores pro, & contra, & poſtea diſtinguit, prout hic.

Teſtes cortinati. Teſtes ex tenui pariete, vel cortina, aut per rimulas aliquid audiuiſſe, aut vidiſſe teſtantes, an, & quando, & in quibus caſibus probent, vide, quæ ſcripſit D. meus Farin. *in tracta. de teſtib. q.* 69. *nu.* 175. *& ſeq.*

Formalitate verborum. Teſtes in formalitate verborum diſcordantes, an, & quando dicantur ſingulares, & probent, vide, quæ dixit D. meus Farin. *in tract. de teſtib. q.* 64. *nu.* 67. *& ſeq. vſque ad nu.* 72. vbi facit cõcluſionem negatiuam, & eam limitat tribus modis.

Præmeditatum ſermonem. Teſtes deponẽtes per eundem præmeditatum ſermonem, an, & quãdo probent, an vero ſint ſuſpecti de falſo, vide, quæ dixit idem D. meus Farin. *in trac. de teſtibus, quæſ.* 65. *num.* 24. *& ſeq.* vbi facit concluſionem, quod ſunt ſuſpecti, & eam limitat tribus modis.

In circunſtantijs. Teſtes ſi ſunt inuicem cõtrarij non in negocio principali, ſed in circunſtantijs an, & quando probent, & quando non, vide ea, quæ dixit D. meus Farin. *in trac. de teſtib. q.* 65. *nu.* 16. *& pluribus ſeq.*

Ad effectum, vt probent. Regula eſt in contrariũ, quod immo teſtes contrarij ad concordiam reducti, minimè probant; bene verum eſt, quod eadem regula patitur ſeptem notabiles declarationes, quas ponit D. meus Farin. *in tract. de teſtibus. q.* 65. *nu.* 76. *& ſeq. vſque ad num.* 90.

Expreſsè proteſtatur. Iſta materia teſtis referentis ſe ad primum examẽ, & de proteſtatione quã in propoſito facit teſtis, ad effectum fugiendi cõtrarietatem, ponitur per D. meum Farin. *in tract. de teſtib. q.* 66. *nu.* 39. *& ſeqq.*

Pro criminoſo. Teſtis criminoſus, an, & quando a teſtimonio repellatur, & de materia, vide, quæ dixit D. meus Farin. *in tract. de teſtibus, quæſt.* 56. *nu.* 126. *& pluribus ſeqq.*

Confeſſionem extraiudicialem. Teſtes ſingulares an probent confeſſionem extraiudicialem factã parte præſente, vide, quæ dixit idem D. meus Farin. *in tract. de teſtib. q.* 64. *nu.* 134. *& ſeqq.*

LAVS DEO.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Nunquid Auditor cameræ habeat iuriſdictionẽ, ſicut Vrbis Gubernator in puniẽdos cuſtodes carcerũ, delinquẽ

Aa 4 tes

tes in eorum officio: & plura de eorum facultatibus, & iuriſdictionibus, non ſpernenda in hoc reſponſo, ſecundum veritatem reſoluuntur.

SVMMARIVM.

Auditor Cameræ habet iuriſdictionem ſicut Gubernator Vrbis, puniendi cuſtodes Carcerum, delinquentes in eorum officio, occaſione præſertim carceratorum eiuſdem Auditoris nu 1. & ſeq. per totum.

Carceres ſunt Principis, & de illius regalibus, nu. 1.

Carceratorum cuſtodia pertinet ad officiales Principis, nu. 2

Offendens maieſtatem alicuius magiſtratus poteſt ab ipſo magiſtratu puniri, etiam quod alias non eſſet ſub eius iuriſdictione, nu. 2.

Auditor Cameræ habet maiorem iuriſdictionem quàm Vrbis Gubernator tam reſpectu perſonarum, quàm reſpectu loci, nu. 3.

Præuentio habet locum inter Auditorem Cameræ; & Gubernatorem Vrbis. ſub num. 3. & num. 10.

Iuriſdictio cenſetur in dubio pluribus conceſſa cumulatiuè, nō autem priuatiuè, nu. 3. verſ. & vbi pluribus. vbi ampliatur ſiue generaliter ſiue ſpecialiter de aliqua re ſit conceſſa iuriſdictio.

Iudex Curiæ de Sabellis ſindicatur a Gubernatore Vrbis, & ab Auditore Cameræ, nu. 4.

Iudex ſoldani, & turris nonæ ſindicatur a Gubernatore Vrbis, & ab Auditore Cameræ, ſub num. 4.

Appellatur in ciuilibus a ſententijs latis per iudicem Curiæ de ſabellis, & turris nonæ ad Auditorem Cameræ, ſub num. 4.

Obſeruantia ſubſequuta poſt legem habet vim legis interpretatiuè, nu. 5.

Abſurda vitanda, num. 6.

Scientia eſt difficilis probationis, ideo coniecturis probatur, num. 7.

Scientia præſumitur ex præſentia, & conuerſatione, poſt nu. 7.

Scientia præſumitur ex multiplicitate, & qualitate actuum obſeruatorum, ſub num. 7.

Scientia præſumitur ex diuturnitate temporis, nu. 7. in fine.

Gubernator Vrbis an ſolus, an vero aſſociatus, & cum quibus poſſit, & debeat viſitare carceratos, nu. 8. & nu. 11.

Gubernator Vrbis an ſit ſuperintendens aliorum tribunalium, nu. 8. & ſeq.

Gubernator Vrbis antiquitus nullam habebat cauſarum cognitionem neque tenebat particulare tribunal, nu. 9.

Auditor Cameræ vigore facultatum, cognoſcit etiam de capitalibus criminibus, nu. 3. & nu. 10.

CONSILIVM LI.

1 ADSIT DEVS. Quod Auditor cameræ habeat iuriſdictionem ſicut Gubernator Vrbis puniendi cuſtodes carceratorum, qui præſertim in eorum officio vel illius occaſione delinquunt cū carceratis ſui tribunalis, nec quod iſto caſu poſſit Gubernator in huiuſmodi cauſis ſē intromittere in præiudiciū dictæ iuriſdictionis, demonſtratur, id veriſſimum eſſe; Primo de iure cōi. Secundo vigore facultatum. Tertio vigore Bullarū, & aliarū cōſtitutionū. Quarto ex obſeruantia ſubſequuta. Quinto ab abſurdo vitando.

2 De iure communi, res videtur expedita, quia carceres non ſunt Gubernatoris, ſed ſunt Principis, & de illius regalibus. Bal. *in ti. quæ ſint regal. col. fi. verſ. Item omnia palatia.* Martin. Lauden. de Princip. *quæſt.* 40. Pariter, & carceratorum cuſtodia nō pertinet ad Gubernatorem ſolum, ſed ad Principis officiales. Clar. *in pract. §. fi. q. 46. verſ. Et quoniam.* vbi quod hæc concluſio cum de iure, tū etiam de cōſuetudine recepta eſt; ſed ſic eſt quod Auditor Cameræ dicitur officialis Papæ; ergo ad eum ſicut ad Gubernatorem, pertinet carceratorum cuſtodia; & conſequenter dum ipſi cuſtodes delinquūt, poſſunt æquè ab omnibus puniri, quia omnium iuriſdictionem, & maieſtatē offendunt. *l. ſi conuenerit*, & ibi Doctor. *ff. de iuriſ. omn. iud. l. nullum. C. de teſtibus. l. ſi lis. C. ad l. Corn. de falſ.* Aym. *conſ.* 53. *n.* 5. Boſſ. *in tit. de falſ. n.* 103. & alibi ſæpiſſimè Doct. qui loquuntur ēt in caſu, in quo alias iudex eſſet incompetens, ꝙ efficitur competens, propter læſam maieſtatē, & iuriſdictionem; ergo multo magis in caſu noſtro, in quo Auditor Cameræ de iure communi in carcerum cuſtodes non minorem habeat iuriſdictionem, quàm Gubernator, cum ſit Papæ officialis, prout eſt Gubernator, ad eumque carceratorum cuſtodia æquè ſpectet per præmiſſa.

4 Vigore facultatum, res etiam uidetur clara, quia in criminalibus Auditor Cameræ non ſolū habet eandem iuriſdictionem inquirendi de omnibus, & ſingulis quibuſcunque, & quantumcūque enormibus criminibus, & delictis in Vrbe, & Curia commiſſis, ſicut Gubernator, ſed ēt maiorem, tum reſpectu perſonarum, cum poſſit procedere contra quoſcumque officiales Curiæ, & ēt contra alios quoſcumque cuiuſcumq; dignitatis Eccleſiaſticæ etiam epiſcopalis vel maioris vel mundanæ; ſtatus, ordinis, gradus, vel conditionis, ac ēt exemptos, quod non poteſt Gubernator; tum ēt reſpectu loci, cum procedat etiam vltra diſtrictum, quod nec etiam poteſt Gubernator; hinc ſequitur quod inter utrumque præuentio locum habet. *l. 1. ubi Bart. ff. de offi. Conſ. l. qui prior. ff. de iudic.* Rom. *conſ.* 412. *nu.* 4. Boſſ. *in ti. de foro compet. n.* 9. & vbi pluribus conceſſa eſt iuriſdictio, non priuatiuè, ſed cumulatiuè dicitur conceſſa, ſecundum communem Regulā, de qua per Bart. per illum text. *in l. 1. C. de offic. Præf. Vrb.* Bal. *in l. 1. n. 6. C. de caduc. tollen.* Iaſ. *in l. quod ſi rerū. §. ſi quis poſt. nu.* 8. *verſ. pro iſta parte. de leg.* 1. vbi de magis communi. Fely. *in c. paſtoralis. col.* 1. *nu.* 2. *de off. ord.* Rug. *conſi.* 7. *nu.* 7. *lib.* 4. Gram. *vot.* 28. *nu.* 4. *&* 6. Decian. *conſ.* 118. *num.* 21. *& ſeq. li.* 3. latiſſimè Io. Petr. Surd. *conſ.* 56. *nu.* 19. Qui omnes loquūtur, ſiue iuriſdictio ſit conceſſa generaliter, ſiue etiam ſpecialiter de aliqua particulari cauſa.

4 Vigore Bullarum, & conſtitutionū, nec etiam video, quomodo Gubernator poſſit hanc iuriſdictionem prætendere, quoad alios priuatiuè; nā in reformatione Pij Quarti Tribunalium Vrbis cauetur, quod cuſtodes carcerum ſeruent taxam a Camerario editam, ſub pęnis in ea contentis; ergo ſunt etiam ſubiecti camerario, cuius Camerarij literas Auditor Cameræ vigore ſuarum facultatum poteſt exequi; In reformatione Pauli tertij ad fauorem pauperum carceratorū, *in verſ.*

carce-

carcerum cuſtodes, diſponitur quod non poſſint cuſtodes carceratos ad alios carceres transferre, vel à compedibus liberare, ſine licenria iudicum, de quorum mandato detinenrur; ergo tenentur etiam parere iudicibus; & in ſequenti confirmatione dictæ reformationis datut facultas carcerum Præſidi cuſtodes carcerum contrauenićtes punire per pœnas pecuniarias, & corporales; ergo non ſunr ſubiecti priuatiuè iuriſdictioni Gubernatoris; In reformatione curię de Sabellis edita per Gregorium Decimumtertium ſtatuitur, quod illius Curiæ iudex ſter ſindicatui corã Gubernatore Vrbis, & Auditore Cameræ, & idem ſtatuitur in refonnatione Pij Quarti, quoad iudicem Soldani; imò in cauſis ciuilibus ab eo, vigore dictæ reformationis, appellatur ad Auditorem Cameræ; ſi igitur iudices harũ curiarũ ſunt ſubiecti iutiſdictioni Auditoris Cameræ, mulrò magis cuſtodes; & demum in reformatione facta per R. D. Viſitatores tempore Sixti Quinti, & etiam ſanctiſſimi D.N. Clementis VIII. in domo eiuſdem Gubernatoris, habetur, in fine dictę Reformationis, *Che li guardiani, & cuſtodi non poſſino pigliar più delle tanſe ordinate ſotto pena di corda, fruſta, & altre pene maggiori ad arbitrio de' Giudici ſuperiori*; Ergo ne dum Gubernatoris iuriſdictioni; ſed aliorum ſuorum iudicum iuriſdictioni ſubijciuntur. Et hæc vltima reformatio tollit omnem difficulratem, cum ſit facta ipſo Gubernatore præſente, & conſentiente.

5 Ex obſeruanria ſubſecuta omnis tollitur dubietas, cum conſtet ex infiniris propè modum caſibus, de quibus datur particularis notula, quod à mulro rempore citra Audiror Cameræ ſemper animaduertit in cuſtodes ſuorum carceratorum delinquenres; Hæc aurem obſeruantia vim interprerariuè legis habet: *c. cum dilectus, de conſuetud. l. ſi de interpretatione. ff. de legib.* Aym. *cõſ.* 201. *nu.* 11. Bero. *conſ.* 91. *nu.* 10. *lib.* 1. Menoc. *conſ.* 341. *nu.* 5. *&* 23. *lib.* 4. Eriã, quod talis obſeruantia repugnaret verę & legitimæ interpretationi, Rot. *diuerſ. deciſ.* 574. *nu.* 3. *& ſeq. p.* 1. *& deciſ.* 256. *nu.* 6. *& ſeq. par.* 2.

6 Et demum ſi aliter diceremus, plura ſequerentur abſurda, & incõuenientia, & inter alia illud potiſſimum, vel quod cuſtodes delinquẽtes cum carceratis Auditoris Cameræ non punirentur, cum Auditor Cameræ, ne ſuæ iuriſdictioni fiat præiudicium, nollet delictum denunciari Gubernatori; vel quod Gubernator manus immirteret in carceratos Auditoris Cameræ, etiam in ſecretis exiſtentes, & delinquentes, cum cuſtodibus; quæ oĩa q̃ ſint abſurda, vnuſquiſq; conſideret; ideo euiranda. *l.* 1. *§. pro ſecundo. C. de caduc. toll. c. venerabilem, & cap. in geneſi. extra de electione*, cum ſimilibus. His ſic vt ſupra firmatis,

7 Non obſtat, dum Gubernator ad effugiẽdam vim obſeruãtiæ, dicit, Gubernatores fuiſſe ignoranres eorũ, quę obſeruata fuerũt; Nã in caſu noſtro ſcientia, quę eſt difficilis probationis, & ꝓpterea coniecturis probatur, ſm̃ Bar. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. in* 3. *q. ff. de verb. obl.* Aym. *conſi.* 193. *nu.* 7. Rota *diuerſorum deciſ.* 397. *nu.* 3. *p.* 1. Præſumitur; Primo ex conuerſatione, & pręſentia Gubernatoris, & eius iudicum, ac notariorum in carceribus & viſitationib. in quibus hmõi cauſæ pertractatæ fuerunt. Bar. *in l. ſi poteſt. nu.* 17. *verſ. aliquando ille. ff. de acq. har.* Put. *deciſ.* 27. *num.* 2. *lib.* 1. Dec. *in l.* 1. *in vltima lect. nu.* 50. *ff. ſi cert. pet.* Secundo ex multiplicitate, & qualitate actuum obſeruatorũ, qui propterea facile, & Gubernarori, & iudicibus innoteſcere poterant. *c. quanto, de tranſlat. prael. cap. illud. de cler. excõmu.* Cor. *conſ.* 168. *col.* 2. *ad finem. lib.* 4. Aym. *conſi.* 148. *num.* 5. Tertio ex diuturnitate temporis. Saly. *in l. authoritatem. in fi. C. unde vi.* Aym. *de antiq. temp. par.* 4. *§. materia. num.* 63. cum alijs per Maſcar. *concl.* 1293. *nu.* 15. *& ſeqq. lib.* 3.

8 Nec etiam obſtent Bulla Sixti Quarti, quinta in ordine, & Iulij Secundi, decimatertia in ordine, quib. videtur probari, quod Gubernator debeat viſitare omnes carceres, & quod ſit ſuperintẽdens aliorum Tribunaliũ; nam pro reſponſione dicitur; Primo, quod dictæ Bullæ hodie non ſunt in vſu, & faculrates Tribunaliũ Vrbis ſunt diuerſæ, & multum ampliatæ ab eo, quod tunc erãt: & quod hoc ſit verum, patet, quia Auditor Cameræ in pluribus cauſarum generibus habet iuriſdictionem priuatiuè quoad ipſum Gubernatorem, & alios Iudices; ac etiam, quia hodie Gubernator nullatenus prætẽdere poteſt in aliorũ tribunaliũ cauſas, manus immittere, ſub prætextu huius ſuperintendentis, & hoc eſt notorium; ergo nec ẽt id poteſt in cauſis cuſtodum carcerũ.

9 Secundo ex vi dictarum Bullarum efficitur ſuperintendens, nõ generaliter in omnibus cauſis, ſed in eo tanrum & ſpecialiter, vt vnumquodq; tribunal ſuos iuriſdictionis ordines obſeruet, & non egrediatur; imò tempore dictarum Bullarũ ipſe Gubernaror nullam priuatarum cauſarum cognitionem habebat, neque earundem cauſarũ tribunal per ſe, vel alium tenebar, ſed ad eum veniẽtem ad ſuum iudicem remittebar, vt in dictis Bullis expreſsè legitur; quæ omnia ſunt hodie immurara, prout pariter eſt notorium.

10 Tertio in Bulla Iulij Secũdi adhuc dicitur, ꝙ inter Gubernatorem, & Auditorem Cameræ ſit locus præuentioni, dummodo non agatur de pęna capirali, vel mutilatione membri (licet hodie Auditor Camerę vigore faculratum etiam de capiralibus cognoſcat) ſi inter eos habet locum præuentio; ergo Gubernatoris iuriſdictio nõ eſt priuatiua ad iuriſdictionem Auditoris Camerę.

11 Quarto ex dictis Bullis poteſt ſumi argumentum contra Gubernarorem, cũ dicunt, quod Gubernator cũ alijs viſitationibus, viſiter carceres Capitolij, Vicarij, & Auditoris Cameræ; ergo etiam Auditor Cameræ habet carceres, & conſequenter etiam cuſtodes, ſine quibus carceres ſtare non poſſunt. Et ſic cum dicti carceres, & eorum cuſtodes ſpectent ad Auditorem Cameræ, neceſſe eſt etiam dicere, quod poſſit eos punire tanquam ſuos miniſtros, & officiales.

Et ex præmiſſis videntur etiã ſublata alia fundamenta Gubernatoris, dum dicebat, hãc cuſtodum punitionẽ ad ipſum priuatiuè quoad alios

ſpectare,

ſpectare, ratione loci, & perſonarum, cum carceres ſint ſui, & non aliorum Tribunalium, & eorũ cuſtodes ipſi, & non alijs inſeruiunt. Nam prout ſupra iure probauimus, carceres non ſunt Gubernatoris, ſed Papæ, carceratorũq; cuſtodia nõ ad ſolum Gubernatorem, ſed ad omnes Papæ officiales ſpectat; vſus autem carcerum communis eſt omnibus tribunalibus; tum vigore dictarum Bullarum, vt præfertur; tum ex notoria, & inueterata obſeruantia. Sic & carcerum cuſtodes nõ ſolum Gubernatori, ſed omnibus alijs iudicibus inſeruiunt, carceratos ad eorum inſtantiam, & mandatum recipiendo, & relaxando; Quæ omnia adeo ſunt in iure & in facto patẽtia, vt de illis dubitare inconueniens videarur; & ita vt ſupra, ſine alia controuerſia fuit reſolutum, & obſeruatum, me exiſtente Locumtenente Illuſtriſſimi D. Burgheſij tunc A.C. & ad pręſens digniſſimi Cardinalis.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius. I.C. Rom.

ARGVMENTVM.

De legitima Aui, quæ ſaluatur Nepoti, propter delictum Patris, an debeatur ipſi Nepoti in vita aui: An vero expectanda ſit eiuſdem aui mors.

SVMMARIVM.

Pater non tenetur ſoluere legitimam pro filio delinquente, ẽt ſtante ſtatuto volente, quod propter filij delictum eius legitima confiſcari poſſit, quando idem delinquens filius alios filios habet, ſed talis legitima nepoti reſeruatur. nu. 1. & nu. 5. & nu. 6. & nu. 7.

Legitima aui, qua reſeruatur nepoti propter delictum Patris, non debetur ipſi nepoti in vita aui. nu. 1. & ſeqq. per totũ

Conſtitutio pęnalis & correctoria non trahitur ad caſum non expreſſum. nu. 1. & nu. 9. in fine.

Nepos viuente auo non poteſt pretendere illius legitimã. nu. 2.

Mors ficta non debet plus operari, quàm vera. nu. 2. in fi.

Conſtitutio loquens de caſu ſimplici, non trahitur ad caſum mixtum, ſed caſus mixtus remanet in diſpoſitione iuris communis. num 3.

Nepos vocatus ad legitimam aui propter delictum patris, non cenſetur vocatus tanquam ſucceſſor fiſci, ſed tanquam ſucceſſor aui, & ex propria perſona. nu. 4.

Viuentis nulla eſt ſucceſſio. nu. 4.

Subrogatus non poteſt pluſquam is, cuius loco ſubrogatur. nu. 5. in fine. & nu. 6. in fine.

Pater viuens non tenetur filio aſſignare legitimam. nu. 6.

Comparatio non datur inter æqualia, & inter ea, quorum vnũ ſubrogatur loco alterius, ſed inter diuerſa. nu. 7.

Anima, quæ peccauit, mori debet. nu. 8. in fide.

Pater viuens habet vſumfructum in peculio aduentitio filij. num. 9.

CONSILIVM LII.

1 ADSIT DEVS. Quod legitima Aui, quæ ſaluatur nepoti, propter delictum Patris, non obſtãte conſtitutione, quod Pater pro filio delinquente legitimam ſoluat, ad trad. per Bald. *in l. ſi qua pœna, ante finem. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuris*, quem referendo ſequuti ſunt Auguſtin. ad Ang. *de malef. in verbo, dictum Sempronium. nu. 14.* Alex. *conſi. 75. ſub nu. 9. lib. 1.* Nell. *de bannit. in prima par. ſecundi tempor. q. 34. in fine. verſ. Vnum nota.* Thob. Non. *conſi. 95. ferè per totũ.* Viui. *in com. opin. in verbo, ſtatutum diſponens. in 2. & 6. fallen.* non debeatur in vita ipſius aui, ſed poſt eius mortem, demõſtratur ex infraſcriptis; & primò, quia talis conſtitutio loquitur ſolum de ſolutione legitimæ in vita Patris, fiſco facienda propter delictũ filij delinquentis; ſed quod eodẽ filio delinquẽte ſoluatur nepoti in vita Aui, nihil dicit; ergo ad illum caſum extendenda nõ eſt, cũ ſit pęnalis, & iuris communis correctoria. Bal. *in l. ſi qua pœna. in ſecunda lectura, ad finẽ. verſ. per hoc apparet. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iuris.* Viui. *opin. 71. nu. 3.* Thob. Non. *cõſ. 94. nu. 11. uerſ. 2. reſpondetur, & conſ. 95. ſub nu. 2. & nu. 10.* Oſaſc. *deciſ. Pedem. 88. nu. 4. & ſeq. & nu. 10.*

2 Secundo, quando filius naturaliter moritur, nepos viuente auo, non poteſt prætendere legitimam. *l. quæritur. C. de inoffi. teſt. l. 1. §. ſi impubes. ff. de colla. bonor. l. ſecunda. §. interdum. ff. de vulgar. & pupill.* ergo eam minus põt prætendere, qñ filius eſt mortuus ciuiliter, fictione iuris, qa mors ficta non debet plus operari q̃ vera, & naturalis. *l. liber homo. ff. de ſtipul. ſeru. l. adoptio. ff. de adopt.*

3 Tertio, quando Doctores concludunt, conſtitutionem ſimpliciter volentem, Patrem habentem filium delinquentem teneri pro illo ad ſolutionem legitimæ, non extẽdi ad caſum mixtum, quando ſcilicet Pater habet filium, & nepotem; dicunt etiam, quod caſus ille mixtus remanere debet in diſpoſitione iuris communis, ad *l. comodiſſimè. ff. de liber. & poſthum.* vt videre eſt apud Thob. Non. poſt alios quos allegat *d. conſil. 95. nume. 1. & ſeq. iuncto nume. 11. verſic. Quarto cum ſtatutum*, & ego aliàs dixi *in primo lib. q. 24. nume. 172.* Vbi alios retuli, ſed de iure communi nepoti non debetur legitima viuente auo, ergo nec vigore conſtitutionis.

4 Quarto, quando nepos vocatur ad legitimã aui propter delictum Patris delinquentis, non vocatur tanquam ſucceſſor fiſci; ſed tanquã ſucceſſor Aui; & ex propria perſona. Bald. *in d. l. ſi qua pœna, nume. 5. verbo, vel dic.* Ruyn. *conſi. 8. nume. 6.* Vbi quod iſto caſu nepos incipit in ſucceſſione tenere primum locum, ad *l. 1. §. fina. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.* Thob. Non. *d. conſi. 95. poſt nume. 3. & poſt nume. 8. & nume. 10. verſic. Non obſtat quinto*: ergo debet intelligi poſt eius mortem, quia viuentis nulla eſt ſucceſſio. *l. qui ſuperſtitis. ff. de acquir. hered. l. hereditas. ff. de verb. ſignifi.* Dec. *in cap. in præſentia. num. 262. in verſicu. ſed reſponderi poteſt*, & ibi etiam Bero. *nume. 536. verſi. Non obſtat, extra de probat.*

5 Quinto, vt ſupra in principio admonui, excluſo fiſco à legitima filij delinquentis, nepos ſubintrat, & ſubrogatur in locum Patris delinquentis, text. expreſſus *in d. l. ſi qua pœna. in fine, in illis verbis, ſine dictis nepos filij loco ſuccedit*; & ibi

Bal.

Digitized by Google

Bal. *in ſummario, & numero 3. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* Alex. *conſil. 75. numero 9. verſic. confirmo prædicta. verſicul. & ex hoc, lib. 1.* Thob. *d. conſil. 95. num. 2. & ſeq.* ſed ſic eſt, quod Pater ab Auo viuente legitimam prætendere non poterat; ergo nec nepos, ex regula, quod ſubrogatus nõ debet plus poſſe, quam is, cuius loco ſubrogatur. *l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. l. ſi viua matre. §. in nepotibus. verſic. Nam licet. C. de bon. matern.* Cæphal. *conſ. 682. nu. 17. lib. 5.* Et ita vt ſupra, fuit reſolutum in Rota, vt patet ex ſequenti deciſione hic regiſtrata.

LAVS DEO.

Deciſio coram Illuſtriſsimo Domino Blanchetto, Spoletana legitimæ.

Lunæ die vltima Maij 1596.

6 FVit reſolutum, Franciſcum non teneri aſſignare legitimam Baldinæ ex filio nepti, propter delictum cõmiſſum a Patre: tritæ enim ſunt Regulæ, quod Pater viuens filio nõ tenetur præſtare legitimam. *l. 1. §. ſi impub. ff. de collat. bon. l. 2. §. interdum. ff. de vulgar. & pupill.* Gramm. *dec. 101. nu. 61. & 65.* Socin. iun. *conſ. 51. nu. 4. lib. 4.* & ſemper eſt expectanda mors illius. *l. cum quæritur. C. de inoffic. teſtam.* indubitari iuris eſt etiam, quod filio de medio ſublato, ob crimen commiſſum, nepos ſubintrat in locum ipſius. *l. ſi qua pœna. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. l. 1. §. fina. ff. de bon. poſſeſſ. contra tab.* qui non poteſt plus iuris habere, quam haberet ipſe pater.

7 Ab his regulis non eſt recedendum propter conſtitutionem, quæ vult, quòd filij delinquentis legitima, etiam viuo Patre, fiſco applicetur, quia non habet locum iſtud ſtatutum, quando adeſt alius, qui rationabilius ſuccedat, quam fiſcus; quod intelligitur de nepote. Bal. *in d. l. ſi qua pœna. num. 5.* Alex. *conſil. 75. num. 9. lib. 1.* Ruin. *conſil. 8. num. 6. vol. 5.* Thob. Non. *conſil. 95. num. 2. & 10.* Si enim doctr. Bald. intelligenda eſſet de eo, qui non ex propria perſona, ſed iure ſubrogationis in locum fiſci ſuccederit, non daretur comparatio, quæ non cadit inter æqualia, & inter ea, quorum vnum ſubrogetur loco alterius; ſed inter diuerſa, in quibus maior ratio viget in vno, quam in alio: cum igitur nepos ſubintret in locum patris, non fiſci, omnes prædictæ regulæ firmatæ vendicant ſibi locum quoad ipſam in bonis aui, quæ procederent in patre ipſius ſi delictũ non commiſiſſet.

8 Non obſtat Salyc. *in auth. bona damnatorum. num. 4. C. de præſcript.* Vbi vult, quod bona damnatorum deferantur ad filios ex Principis indulgentia, & per conſequens ſubrogentur in locum fiſci, quia Salyc. loquitur de bonis, quæ erant ipſius delinquentis, re & ſpe: in caſu autem propoſito bona non ſunt delinquentis, ſed aui, qui nullum commiſit delictum; nec Salyc. loquitur, quãdo adeſt perſona in medio, & quæ abſque miniſterio hominis ſubintrando in locum patris prout eſt nepos, excludit fiſcum: ſicut enim in caſu commiſſi delicti nõ poteſt prætendere fiſcus aliquod ius in bonis fideicommiſſo ſubiectis, propter ſubſtitutũ, Ita in propoſita quæſtione propter nepotem, cui magis debetur legitima, fiſcus remouetur, non autem nepos admittitur ex fiſci priuilegio: alias ſequeretur alterum ex his, quod ſi accuſ. poſt perpetratum delictum a filio, alios ſuſceperit filios, vel quod alij filij priuarentur legitima, vel duplex ex bonis ipſius legitima detraheretur, quod eſſet maxime iniquum, cũ anima quę peccat ipſa mori debeat, & pater non debeat filij iniquitatem portare, Hier. 31. & Ezechi. 18.

9 Pręterea ſi nepos iure ſubrogationis legitimã habere deberet, alterum ex duobus neceſſario ſequeretur, vel quod omnia iura Patrię Poteſtatis confunderentur; hoc enim peculium inter aduẽtitia, tanquam a fiſco proueniens, veniret connumerandum, & cum in eo pater viuens habeat vſumfructum. *l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.* ſi legitimam in vita nepti dare teneretur, & proprietatem & commodum vſusfructus ſibi a lege delatum, ſine culpa amitteret: vel ſi ſecundum dicta iura hic caſus venit decidendus, neceſſario ſit expectanda mors ipſius aui, quod & æquitati & iuſtitiæ conuenit; ſtatutum enim exorbitans nõ debet extendi: & caſus ab eo omiſſus remanere debet in diſpoſitione iuris communis. *l. commodiſſime. ff. de libe. & poſthum. l. ſi cum dotem. ff. ſolut. matrim.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius. I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

Dé publica fide, quando ſeruanda ſit: & in ſpecie de capitaliter bannito: abſoluto, & remiſſo: ex eo quia curiæ præſentauit caput alterius banniti: An poſſit iterum inquiri, ſi delicta illius, cuius caput præſentauit, erant minora, & leuiora ijs, quibus fuerat capitaliter damnatus: An vero ſit dimittendus & relaxãdus in priſtinam libertatem, ne ſub fide publica deceptus videatur.

SVMMARIVM.

Gratia delicti, vel ſecuritas conceſſa à Principe vel a iudice ſine cauſæ cognitione, & ſine ordine iudiciario ſeruanda eſt, quamuis inualida fuerit, ne quis ſub fide publica decipiatur. nu. 1.

Sententia abſolutoria ſi ex aliquo iuris defectu fuerit nulla, & inualida, reuocanda eſt, nec abſoluto prodeſt, nec idem abſolu-

ſolutus conqueri poteſt de fide publica.nume. 2. & num. 25.in fine verſic.nec poteſt conqueri,& nu.26.& nu.33. 34.& 41.Contra nu.15.& 16.& de materia fere per totum conſilium.

Sententia ſi fuerit nulla,poterit idem Iudex ſi ordinarius ſit, vel eius ſucceſſor ſuper tali nullitate cognoſcere & pronunciare,nu.2.& nu.3.

Abſolutus nulliter à delicto poteſt iterum inquiri & proceſſari ab eodem iudice,qui nulliter abſoluit.nu.2.in fi.

Sententia dicitur notorie iniuſta, quando de iniuſtitia conſtat ex actis.nu.3.

Appellare non eſt neceſſe à ſententia notorie iniuſta,num.4. & nu.33.verſ.ſi hæc fieri poſſunt.

Ius dicendi de nullitate,non,niſi ſpatio viginti annorum, præſcribitur.

Bannitus remiſſus & abſolutus eo,quia occidit alium bannitũ, ſeu etiam,quia præſentauit curiæ caput alterius banniti, pro delictis tamen minoribus & leuioribus illis, quibus remiſſus & abſolutus erat condemnatus, nunquid poſſit iterum inquiri & moleſtari; An vero debeat dimitti,ne ſub fide publica deceptus videatur,nu.1.& omnibus ſeq. Vbi multa pro & contra deducuntur.

Bannitus abſolutus & remiſſus,quamuis nulliter remiſſus, & abſolutus,& non poteſt impune occidi,nu.6. contra, nu. 35.& in add.littera a.vbi de materia.

Bannitus tolleratus non poteſt impune occidi.nu. 6.& in add. littera b.vbi de materia,& nu.8.

Securitas data in caſu,in quo dari non debet,dummodo ſit data à perſona habente facultatem,ſeruari debet,nu.7.

Prætor ſiue Iudex an poſſit conſtituere præmium capienti bannitum, nume.9.& in addit.littera d. & numero 10. vbi etiam an poſſit concedere capienti, ſeu occidenti bannitum nominationem alterius banniti, ſeu remiſſionem ſui ipſius.

Bannitum capiens ſi præmio non gaudet, recuperat tamen expenſas factas in captura ipſius banniti,nu.9.& in addit. littera e.vbi de materia.

Fides data à Præſide,vel Iudice de mandato Principis dicitur fides data ab ipſo Principe,nu.10.

Factum iudicis de mandato Principis, dicitur factum Principis,nu.10.& nu.38.

Conſtitutio,ſeu ſtatutum concedens præmium & nominationẽ capientibus,ſeu occidentibus bannitos, dicitur fauorabilis,nu.11.& in add.littera f.vbi de materia.

Cauſa ceſſante, non ceſſat effectus iam conſumatus, numero 13.

Gratia & liberatio delicti obreptitia,non eſt ſeruanda, quando obreptio fuit doloſa; ſecus ſi per ignorantiam commiſſa fuerit,nu.14.

Actus palam geſtus non cenſetur dolo factus, numero 14. in fine.

Delictum an dicatur grauius, vel leuius, cognoſcitur ex qualitate pœnarum impoſitarum, nu. 14.& in add. littera g. vbi de materia.

Gratia quamuis nulla defectu Poteſtatis,ſeruanda eſt,num.15. & 17.

Surreptio non operatur,quando in gratia expreſſe dicitur, eam eſſe trahendam,etiam ad non expreſſa,nu.18.

Iudex poteſt concedere faluum conductum reo citato ad comparendum pro delicto, pro quo Procurator interuenire non poteſt,quando dubitat de alijs delictis moleſtari, nu. 22. & nu.28.vbi etiam ſecus,ſi ſaluum conductum concederet,non ad iſtum effectum.

Bannitus remiſſus & abſolutus cum aliqua qualitate, vel conditione,non verificata qualitate,& conditione,poteſt impune interfici,num.28.& in addit.litera h.& nume.24. vbi de materia,& nume.25.& num.38.verſ. Hæc enim obiectio.

Actus conditionalis nihil ponit in eſſe,nu.23.in fine.

Actus legitime factus nihil operatur,nu.23.in fine, & nu.25. verſ.& paria ſunt,& nu.35.ad finem.

Iudex non poteſt remittere bannitum,ex eo quod alium bannitum occiderit,ſeu cæperit,ſi delicta capti,ſeu occiſi banniti erant maiora,& grauiora illis, quæ commiſerat capiens,ſeu occidens bannitum,nu.25.& nu. 38. ad finem declara,vt in add.littera i.

Paria ſunt aliquid non eſſe factum, vel non legitime factum nu.25.& nu.35.ad finem.

Sententia quæ tranſit in iudicatum, facit de albo nigrum, nume.26.

Sententia notorie iniuſta,ex eiſdem actis dicitur nulla, nu. 26. & nu.29.in fine.

Iudex promittens impunitatem Reo ſi delictum fatebitur, non tenetur illam ſeruare,nu.27.& nu.34.in fine; & in add. littera l.vbi de materia.

Teſtes non debent iudicare,nu.30.

Sententia lata contra caſum legis ſeu conſtitutionis,tanquam continens expreſſum iuris errorem,dicitur notoriè iniuſta,nu.31.

Sententia lata contra ſtilum, dicitur notorie iniuſta, numero 32.

Stilus pro lege ſeruandus eſt,nu.32.

Appellationis Iudex corrigit & reuocat grauamen iudicis à quo; Ad hoc enim inuenta eſt appellatio,nu.33.

Sententia notorie iniqua,nunquam trãſit in iudicatum,nu.33. verſ.ſi hæc fieri poſſunt,iuncto nu.4.

Occidens bannitum dicatur miniſter & executor iuſtitiæ, nu. 35.verſ.ſi priuato licet.

Gratiam ſubreptitiam obtinens non decipitur ſub fide publica, ſed ipſe decipit Principem,nu.36.

Bannitus,qui per gratiam ſubreptitiam occiſus fuit poteſt impune occidi,nu.36.

Tollerantia banniti non facis quin illum occidens puniri poſſit, niſi tollerantia fuerit cum Principis ſcientia, nu. 37.& in addit.littera m. vbi qualitas debeat eſſe tollerantia banniti, ad hoc vt illum occidens impunitate non gaudeat.

Gratia Principis certo modo conceſſa; alio modo denegata cenſetur,nu.38.verſ.Principis enim gratia,iuncta num. 23. & ſeqq.

Gratia conceſſa pro homicidio non deliberato cenſetur denegata,ſi homicidium fuerit deliberatum,num.38. poſt medium.

Abſolutus per viam diſpenſationis ab eo, qui diſpenſandi poteſtatem non habebat,poteſt iterum inquiri, num.30. in fine.

Teſtium depoſitio non releuat,nec concludit data poſſibili veritate in contrarium,nu.39.

Confeſſio oris proprij,eſt maior probatio omnibus alijs,numero 40.

CONSILIVM LIII.

1 ADSIT DEVS. Fuit dubitatum in ſacra conſulta; Nunquid quidam Simon de Monte acuto,capitaliter condemnatus pro pluribus delictis, ſed abſolutus & remiſſus (Fiſco citato & non appellante) eo quia Curiæ præſentauerat caput alterius banniti, & cõdẽnati, poſſit iterum inquiri,& moleſtari,cõſtito ex proceſſu,quod iniuſte fuerit remiſſus & abſolutus,cum delicta illius,cuius caput præſẽtauit curię,eſſent minora,& leuiora ijs,pro quibus ipſe fuerat capitaliter damnatus;& propterea non poterat gaudere indultu Pontificio conceſſo Bannitis,alios bannitos pro pari, vel maiori delicto occidentibus;An vero ſit dimittendus & relaxãdus in priſtinam

ſtinam libertatem; ſuis tamen condemnationibus obnoxius, ne ſub fide publica decept⁹ videatur? & requiſitus ab Illuſtriſſimis DD. eiuſdem conſultæ Cardinalibus, vt quid in propoſita dubitatione ſentirem, pro veritate explicarem. Dicebam, quod quando delinquens ſine vlla cauſæ cognitione, & iudiciario ordine, & ſic per modũ gratiæ obtinuit remiſſionem delicti, vel ſecuritatem aliquam à Principe vel a iudice, dictaq; gratia, ſeu ſecuritas inualida eſt; tunc vtiq;, ne is ſub fide publica decipiatur, impunitus dimitti dẽt, ad trad. per Bar. *in l. is qui reus. nu. 12. ad fi. ff. de publ. Iud.* Alber. *in l. praeſenti. nu. 8. poſt med. verſ. ſed ſi hoc caſu data ſit. C. de his, qui ad eccl. confu.* Boſſ. *in tit. de remed. ex ſola clemen. Prin. nu. 42. verſi. eſt verum, &c.* Et iſti ſunt propriè termini *l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetr. ibi, Ne hi qui cum eis contrahũt principali authoritate circumſcripti eſſe videantur,* & latius dixi in primo libro *q. 6. num. 27. & q. 29. num. 95.* vbi ſi percurrantur omnes Doctores loquẽtes in materia, omnes inquam loquuntur in remiſſione delicti vel ſecuritate conceſſa per viã gratiæ & non iuſtitiæ.

2 Quod ſi per viã iuſtitiæ, & ordine iudiciario, abſolutionem à iudice quis obtinuerit, taliſque abſolutio ex aliquo iuris defectu nulla & inualida ſit, non eſt amplius recurrẽdum ad terminos *d. l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetra.* An ſcilicet, quis debeat, vel nõ debeat decipi ſub fide publica, ſed ad terminos *l. ſi Præſes. C. quomodo, & quãdo iudex, & l. 1. C. de ſent. & interloq. omn. iud.* quibus probatur, quod quando ſententia eſt nulla, poteſt tũc idem Iudex ſi ordinarius ſit, ſeu etiam eius ſucceſſor, iterato ſuper eadem cauſa cognoſcere & pronunciare; & ita etiam latè tradiderunt Vant. *tit. coram quo nullitas, &c. nu. 9. & ſeqq.* & Capra *concl. 26. nu. 19. ſeqq.* vbi de communi; & in criminalibus quod nulliter abſolutus poſſit ab eodẽ iudice, ſeu ſucceſſore iterum inquiri, & proceſſari, videtur in terminis tex. *in l. ſi accuſatoribus,* & ibi hoc notant Bald. *ante nu. 1. in ſummario, iuncto nu. 6. & ſeqq.* Saly. *nu. 1. in princip. iuncto verſ. item quod ſententia nulla, & nu. 11. & 12. C. de accuſat.*

3 Quare, cum ſententia abſolutoria lata ad fauorem Simonis de Monte Acuto, præſupponatur notoriè, ex eiſdem actis in ipſa, eſſe ipſo iure nulla, ſecundum magis communem, & canonizatã opinionem, de qua poſt alios antiquiores, teſtatur Contard. *in l. vnica. in 9. limitatione. num. 41. ſeqq. C. ſi de moment. poſſeſſ.* Cæph. *conſ. 241. nu. 45. ſeqq. lib. 2.* Menoch. *in l. fin. num. 852. ſeq. C. de edict. diu. Adria. tollen.* Nihil video, qui in poſſit ab ipſomet iudice, ac ẽt ab ipſius ſucceſſore corrigi & reformari, per præallegata; cum, vt inquit Bal. *in d. l. ſi accuſatoribus. nu. 7. verſ. 7. nota.* Iſte eſt caſus, in quo idem Iudex, vel eius ſucceſſor poteſt corrigere ſuum errorem commiſſum tam in procedendo, quàm etiam in pronunciando; & quod nullitas ſententiæ, quæ ex eiſdem actis prętenditur, poſſit coram eodem iudice intentari, dixit communem Villalob. *in ſuis commun. opinio. verſi. nullitas. nu. 45.*

4 Nec obſtat in caſu noſtro, quod fiſcus nõ appella[illegible]it, quia ſtante notoria iniuſtitia, appellatio non erat neceſſaria. *l. 1. §. 1. ff. quæ ſenten. ſine appell. reſcin.* ius autem dicendi de nullitate non, niſi ſpatio triginta annorum, prę̨ſcribitur. Aym. *de antiq. par. 2. ſect. ex præmiſſis. nu. 25.*

5 Verum contra præmiſſam hanc meam ſententiam directè ſentiens alter doctiſſimus vir, & cõſultor, aduerſus prædicta dicebat ſic: Non ambigitur, iudicẽ poſt ſententiã nulliter latam, dummodo non per ſordes id fecerit, poſſe ex integro ſententiã ferre; nec reuocatur ẽt in dubium pro nunc, num ſnĩa, quæ appareat iniuſta ex eiſdem actis, habeatur pro nulla; de quo tñ ſatis dubitaretur, ad effectum, de quo agitur. Sed his præſuppoſitis dubitari primo contingit in facto, num ſnĩa liberatoria, de qua agitur, appareat iniuſta ex eiſdẽ actis? In quo opus eſſet videre, nunquid inæqualitas, & exceſſus delictorũ Simonis appareat ex proceſſu tunc fabricato, & ſuper quo fuit ſententiatũ; an vero ex nouo proceſſu, qui nunc factus fuit per Gubernatorẽ. Secundum erat dubium, quod tãgit D. Farinacius in principio ſui Reſponſi, videlicet, nunquid dato, q đ ex eodem proceſſu appareat de iuſtitia liberatoriè; & ſic de eius nullitate, iſte Simõ ſic iniuſtè & nulliter rebannitus, potuerit nũc capi, & poſſit puniri; An vero debeat reponi in eã libertatem, in qua erat ante hmõi ſnĩam, cuius ipſe fidẽ ſequutus libere poſtea ſemper & hucuſq; verſatus eſt in ciuitate, & territorio, vt alij non banniti? & in hoc idem D. Farin. primo loco conſiderabat, quod *l. 1. & ibi Doct. C. de his, qui ven. ætat.* loquuntur de fide Principis; Et quod ſic loquuntur oẽs alij, qui dicunt, neminẽ decipiendum eſſe ſub fide publica, non aũt de fide iudicis: Secundo, quod ſententia huiuſmodi liberatoria nulla, nullum præſtat impedimentum, quin ſententiæ condemnatoriæ antea latę contra Simonem, exequi poſſint, & debeant, cũ delicta ipſius & põdere & numero multò pluris excedãt delicta bãniti ab eo interfecti.

6 Ex his tamẽ inquiebat Excellentiſſimus vir, animus non quieſcit meus, vt poſſim recedere a contraria opinione. Primo, quia bannitus nul-
a liter[a] remiſſus, nõ à Principe, ſed à magiſtratu, non poteſt impunè offendi ſub fide rebannitionis, licet inualidę. Nell. *in tracta. de bann. 3. par. ſecundi tempor. q. 84. verſ. Puto tamen, quod licet.* Vbi Nell. in fortioribus terminis id dicit de eo, qui propria quadam temeritate verſabatur, & craſſa magiſtratus ignorantia tolleratus fuerat, & admiſſus ad honores, & ſic tacitè tantum erat rebannitus. Multo igitur magis id videtur dicendum de eo, qui in magiſtratu, ad id authoritatem habente, declaratus eſt expreſsè pro rebannito: reſtringitur etiam, quia Nell. id dicit de magiſtratu, qui non habebat ius rebanniendi, & ſic carebat iuriſdictione; qua in hoc non caruit Gubernator Aſculi, & eius Locumtenẽs, qui huiuſmodi facultatem habebat ſpecialiter à Principe demandatam; & licet Nell. ibi loquatur de offenſione priuati, non autem quod huiuſmodi rebannitus tutus ſit à publica vindicta iudicis, tamẽ ſic eſt intelligendus, quia ratio generalis eſt,

b quod tollerantia [b] prſtat ei ſecuritatem, vt dicit
Saly. *in l. nullus. num. 1. C. de Iuda.* Quem refert &
ſequitur Io. de Anan. *in c. ſicut. nu. 12. extra eod. tit.*
Alex. *conſ. 1. nu. 1. lib. 2. & conſ. 108. a finem. lib. 6.* Et
in terminis, quod huiuſmodi tolleratus, tutus ſit
etiam à Iudice, declarat Marſ. *in prac. §. aggredior.
nu. 28. cum ſeqq. & conſ. 46. omnipotens. num. 3.* Vbi
idem tenet in eo qui falſo exiſtimãs ſe poſſe frui
generali abolitione, ſiue indulgentia Principis,
abſque tamen debitis requiſitis publicè verſatus
fuerat in ciuitate Forliuij, & à Gubernatore, &
officialibus Papæ ibi tolleratus.

7 Secundo facit, quia ſecuritas data in caſu, in
quod dare non debuit, dummodo ſit data à per-
ſona habẽte facultatem, ſeruari debet. Bar. *in l. is
qui reus. num. 12. verſi. dicit tamen. ff. de publ. iudic.*
Et Pau. de Caſt. *conſi. 423. quia. ſub num. 9. lib. 1.* &
ſic cum D. Gubernator habuerit facultatem cõ-
cedendi huiuſmodi liberatorias, licèt ſimus in ca
ſu, quo eam dare non debuerit, tamen eſt ſeruan
da ſecuritas inde emanata.

8 Tertio, quia licet ſupra dicta concluſio de ban
nito de facto tollerato, quod non poſſit impune
c offendi, [c] habeat quoſdam contradictores; tamẽ
retenta etiam contraria opinione, eam nõ habe-
re locum, quando agitur de prouidendo offen-
ſioni faciendæ, dicit in ſimili Alex. *in l. huiuſmo-
di. §. ſi ita. num. 3. de lega. primo.* Quem refert & ſe-
quitur Dec. *conſ. 327. num...* Vbi dicit, quod hęc
eſt mitior opinio.

9 Quarto facit, quod licet Prætor nõ poſſit cõ-
d ſtituere præiudicium [d] capienti bannitum, ſi ta-
men id faciat, & aliquis eius fidem ſequutus ca-
piat bannitum, licet nõ conſequatur præmium,
e recuperat tamẽ à Republica expenſas [e] factas in
captura. Bar. *in l. 1. in prin. n. 4. ff. de iuſt. & iur.* & ſic
patet, quod capiens bannitum licet ex defectu iu
riſdictionis Prætoris non conſequatur præmiũ,
non tamen debet ſub eius fide remanere in ali-
quo damno.

10 Quinto dicebam, publicam fidẽ Simoni ſeruã
dã eſſe. *l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetr.* Quæ num
habeat locum in fide Principis tantum, an ẽt iu-
dicis, remitto me ad ſcripta per D. Farin. *d. ſua q.
6. nu. 27. & q. 29. nu. 45. cũ ſeqq.* Pręterea fides da-
ta hmõi Simoni, potius dẽt dici fides ipſius met
Principis, q̃ Præſidis, quia Pręſes id non fecit ꝓ-
pria authoritate, nec ordinaria iuriſdictione id fa
cere poterat. *l. 1. §. fi. ff. de quæſtio.* cũ alijs, ſed id fe
cit ex iuriſdictione ſpecialiter demandata per lit
teras, ſiue alio pacto. Bar. *in d. l. 1. in princ. nu. 3. ff.
de iuſt. & iur.* Et in terminis banniti, qui aliũ prę-
ſentauit, dicit Aug. ad Ang. *de malefi. in gloſ. quod
fama publica. ad num. 77.* & Nell. *tertia parte ſecun-
di tempor. quæſtio. 6. & quaſt. 64.* Et Roman. *ſingul.
543.* Et hoc licet aliqui teneant contrarium, ta-
men in ſtatu Eccleſiaſtico apertum eſt, iudices
etiam ſuperiores ante huiuſmodi litteras nõ ha-
buiſſe hanc facultatem, etiam poſt conſtitut. fel.
recordat. Pij Papæ Quarti, quæ fuit pluries re-
uocata. Et ex hoc etiam alio capite intrat regu-
la *d. l. 1. C. de his qui ven. ætat.* Quia factum Præ-
ſidis ex ſpeciali mandato Principis, cenſetur fa-
ctum ipſius met Principis. *l. 1. §. qui mandare. & l.
3. ff. de offic. eius.*

11 Sexto, quia ſi huiuſmodi liberatorię in dubiũ
ſic reuocentur, vt ita liberati à bannis pro trigin
ta annis, quibus datur dici de nullitate, poſſint
trahi ad iudicium, carcerari, & in diſcrimine vitæ
poni, pauci, aut nulli dabũt aures huiuſmodi bã-
nimentis, & perdẽt amicos, vt tãdiu poſtea viuãt
de eorum ſtatu incerti, & cogantur, aut triginta
alijs annis exulare, & exponere ſe vindictæ pro-
pinquorum banniti interfecti; aut ad ciuitatẽ re-
dire cum eo tam lõgo dubio ſtatu, & diſcrimine
vitæ; & ſic impedietur effectus iſtius tam profi-
cuæ & fauorabilis cõſtitutionis, vt tã fauorabi-
f lem [f] dicunt Nell. *d. 2. p. ſecundi tẽpor. q. 50. & 3. p. q.
6.* poſt Iacob. Butrig. & Bar. & Bal. ꝑ eũ allegati.

12 Et ex hoc reſponſum videtur omnibus in cõ-
trarium adductis, quia Gubernator Aſcoli habe
bat facultatem concedendi huiuſmodi liberato-
rias in vim litterarum, & bannitorum.

13 Ad ſecundum, quod liberatoria nulla, nullum
de iure præſtet impedimentum exequutioni cõ-
demnatoriarum antea latarũ: Reſpõdetur, quod
licet liberatoria non obſtet, obſtat tñ fides, & ſe-
curitas inde emanata, iuxta illud, qđ dr̃, quod ceſ
ſante cauſa, non ceſſat effectus iã conſumatus,
vt latè per Tiraquel. de cauſ. ceſſan. limitatio 1.

14 Concedo autem, vt dicebam, quod ſi deprehẽ
di poterit, iſtum Simonem dolo obrepſiſſe libe-
ratoriam, quod tunc penitus carere debebit om-
ni eius commodo, & effectu, ex *l. ſi quis obrepſe-
rit. ff. de falſ.* Et quia dolus & fraus nemini debẽt
patrocinari, & ex alijs, quæ omittuntur breuita-
tis cauſa, cum nulla in hoc fiat controuerſia; ſed
hactenus ex relatione nullus deprehenditur do-
lus, quia vt dicebam, delicta dicuntur grauia, vel
g leuia, non ex ipſo facto tantũ, ſed ex qualitate [g]
pœnarum impoſitarum. *c. non afferamus. 24. q. 1.*
Ioan. Andr. *in capit. at ſi clerici. nume. 13. extra de
iudic.* Sign. de Amod. *conſi. 209. quæſtio proponi-
tur. numero 9.* Felin. *in capit. dilecti filij. nume... ex-
tra de except.* Et ſic potuit iſte Simon iuris igna-
rus, decipi in pondere delictorũ, & in pęna: qui-
nimò hactenus potius apparet de nõ dolo, quia
in his, quæ ſunt de genere permiſſorũ, ſiue actus
indifferentis, ſi actus fiat palam, non cenſetur do
lo factus. *l. fina. ff. de rit. nupt. & l. non exiſtimo. ff.
de adminiſtr. tuto. cum alijs*; ſed ex proceſſu facilius
& certius hæc omnia perpendi poterunt.

15 Et ad comprobationem præmiſſorum contra
eandem meam ſententiam, alter Conſultor re-
ſpondebat ſic; In caſu Simonis de Monte Acu-
to, qui ſub prætextu, quod alium ſibi ſimilẽ Du-
cem bannitorum occiderit, fuit à Locũtenente
Gubernatoris Aſcoli per ſententiam diffinitiuã
à banno liberatus, & plenariam omnium delicto
rum, nec non etiam ad primam, remiſſionem ob-
tinuit, in qua propterea publicè deambulare cœ
pit; Non videtur mihi in dubium reuocandum,
an prædicta ſententia ſit nulla ex defectu iuriſdi
ctionis, vel ex notoria iniuſtitia; & an propterea
fiſcus, non obſtante lapſu decennij, ſeu vigore re
ſtitutionis in integrum, poſſit appellare; ſeu re-

uiſionem

uiſionem & reuocationem huiuſmodi ſnīæ petere. Indubitati. n. iuris ſunt iſtiuſmodi inſpectiones; adeò vt in ijs D. Farinacij opinionē prorſus admittendā cenſerē. Sed alibi in præſenti cā difficultatem, ſeu (vt vocāt) punctū conſiſtere opinor in eo, videlicet, an prædictus Simon ſub clypeo hmôi ſnīæ liberatoriæ, ſe tueri poſſit, vt ſub fide publica deceptus dicatur, quotieſcunq; prætextu nullitatis ſnīæ ipſum capi, & carcerari cōtingat; & in huiuſmodi terminis non loquitur, nec vllo pacto adaptari mihi poſſe videntur iura per dictum D. Farinacium allegata, videlicet *l. ſi Præſes. C. quomodo & quando index; & l. ſi accuſatoribus. C. de accuſ.* cum authoritatibus Bald. Salyc. Vantij, Cæphal. Menoch. & aliorum.

16 Prout neq; ēt in hiſce terminis admitterem dicti D. Farinacij diſtinctionē, an videlicet per modū gratię, & nulla cauſæ cognitione pręcedente, remiſſionem bāni, & delictorū obtinuerit; an vero ordine iudiciario; & ſic p viā iuſtitiæ; & an à Principe, vel à iudice, ad effectum, vt ex improuiſo capi, & puniri poſſit, vel non; vtroq;. n. caſu, ſi id fiat, nulli dubiū eſt, quod ſub fide publica deceptus dicetur; & ppea intrat rō, & prohibitio tex. *in l. 1. C. de his qui ueniam. &* doctr. Bart. Boſſ. Clar. Vulpel. per Farin. allegatorum in eis *li. 1. q. 6. nu. 2.* Vbi dum refertur, quod is, qui à Cardinale Caraffa fuerat nulliter abſolutus de homicidijs; & alter, qui ſimiliter à Iudice Burgi ſnīæ principalis remiſſionem nulliter obtinuerat; & poſtea capti fuerunt; tādē poſt longas diſceptation es vnus à Hieronymeto, alter de cōi viſitatorum uoto, in priſtinam libertatem reſtituti, licèt priori condemnationi obnoxij; & tamen certum eſt, quod iudex Burgi reum illum nō poterat liberaſſe ex mera gratia, ſed potius ex eo, quod bannitum occiderit, vel ab occiſore fuerit nominatus; anr quod ſimul id non, niſi per viam Iuſtitiæ, & ordine iudiciario, fieri potuit; & propterea prædictam diſtinctionem nulla pręſertim Doctorum authoritate fulcitam, & contra mentem eiuſdem Farinac. prorſus reijcerem.

17 Et huiuſmodi obſeruātiam, etiam in caſu defectus præſenrationis iudicis, ſequuta eſt anno ſuperiori Sacra Conſulta cuiuſdam Interamnēſis, nulliter à Gubernatore Vrbis gratiati, me ipſo pluries cauſam proponente; adeò, vt non videam, quare nunc præfatus Simon ſub iſta fide publica decipi poſſit, cum præſertim remiſſionē obtinuerit ex occiſione alterius ſimiliter banniti, quæ fauorabilior mihi videtur, quàm ſi ex nominatione, ſeu compoſitione.

18 Prout ſimiliter mibi non videtur in iſto caſu intrare ſubreptio ex eo, quod nō expreſſerit quędam alia delicta, videlicet homicidium, blaſphemiam & impedimentum præſtitum ſacerdoti cōſecranti; quia cum remiſſa ſint ſpecialiter in ſententia delicta etiam non expreſſa, etiam quod eſſent grauiora, & plura expreſſis, & tādem reſtitutus, ac ſi vnquam deliquiſſet; militabit ſemper ratio naturalis & iuriſgentium, & ciuiles etiam, vt non debeat decipi ſub fide publica iſtius ſententiæ, etiam ſi iſte Iudex Locumtenens Generalis Reuerendiſſimi Viſcontis, qui ſummam authoritatem quoad bannitos ferebatur à Sanctiſſimo D. N. habuiſſe, verè non habuerit facultatem addendi huiuſmodi clauſulam.

19 Huc accedit, quod maior pars delictorum per Simonem patratorum, nō videtur probata, niſi mediante eius confeſſione, quæ non ſufficit; Et quod citato, & interrogāte fiſco fuerunt examinati teſtes, qui deponūt per maius temporis ſpatium, interfectum à Martino fuiſſe bannitum, & ſemper Marco Sciarræ adhęſiſſe; adeo vt impoſſibile videtur, quod omnia eius facinora potuerint nmmerari, & deduci, ac cum illis Simonis comparari. Vnde non ſine ratione Iudex, & forſan abſque vitio notorię iniuſtitię, potuerit addere clauſulam generalem, etiam quoad nō expreſſa, licet male fecerit, addēdo inſuper, etiam ſi maiora expreſſis; Præterquam quod cōparationes, & ponderationes delictorū non ita adamuſſim, & ſubtiliter conſiderari ſoleant, loquor in occidentibus manu propria banniros, non autem in nominationibus, quæ ſunt odioſæ; & ppterea à S. D. N. & à felic. record. Pio Quinto fuerunt etiam prohibitæ, & ſufficiat exemplum recens Baptiſtellæ.

20 Et propterea ſum in eodē voto, dictum Simonem non poſſe damnari ad mortem ex veteribus delictis, nec ſentētiam reuideri debere, niſi prius è carceribus dimitteretur; Aliàs enim non modo frangeretur publica fides, ſed omnes banniti ppter iſtud malum exemplum ab occidendis alijs retraherentur, nec publicè expediret. Abſit autē, vt credam, D. Simonem eſſe è carceribus relaxandum, ſed potius prout aliàs dixi, cēſerem proceſſum ſuper nouo delicto eſſe impugnandum, & omnem diligentiam adhibendum, vt ſi non cōuincat, ſaltem eruantur inditia vrgentia, ex quibus ad triremes damnari, aut acriter cum proteſtationibus torqueri poſſit, cum in homine tam facinoroſo, quodlibet leue indicium ſit grauiſſimum, & pęnæ ex nō capitalibus fiant capitales.

21 Verum præmiſſis non obſtantibus, meam propoſitam ſentētiam de iure veriorem eſſe affirmabat Tertius Conſultor, & doctrina & integritate excellens, ad præſensq; ob eius merita, meriro in ampliſſima dignitate conſtitutus. Dicebat. n. ipſe in hoc articulo, An ſcilicet, & qñ fides publica ſeruanda ſit, tres eſſe conſtituendos caſus; Primus eſt, qñ Princeps purè & ſimpliciter cōcedit gratiam vel ſaluum conductum hoſti, & rebelli, quia tenetur ad illius obſeruantiam, ne ſub fide publica decipiatur. *l. 1. ff. de conſtit. pecu. l. 1. C. de his qui uen. ata.* Iſto enim caſu nulla pęnitētia admittitur, per quam fides publica poſſit violari. *l. cōuentionum. ff. de pact. l. fina. ff. de legatio.* vbi violator fidei publicæ datur in prædam hoſti offenſo; & procedit concluſio, etiam ſi gratia non eſſet concedenda. Menoc. *de arbitr. caſu 337. nu. 5.*

22 Et idem eſt dicendū in ijs, quæ iudici ſunt pmiſſa de iure purè & abſolutè, prout qñ banniro Iudex ſaluum conductum concedit temporalē, vt cognoſcatur de delicto in caſu, in quo nō admittitur Procurator, & tunc etiā eſt ſeruandus. Bar. *in l. ſi qui reus. nu. 12. ff. de public. iud.*

Secundus

23 Secundus caſus eſt, quãdo Princeps fecit gratiam, non quidem puram & ſimplicem, ſed cõditionalem, vel qualificatã; & noluit quod illa cõditio vel qualitas per iuſdicentem purificaretur. Exemplum, concedit rebannitionẽ Princeps bãnitis, qui habeant legitimam pacem, producitur pax, quæ non eſt legitima, puta quia non ab omnibus hęredibus, tñ iudex pronũciat pacem legitimã, quæ non eſt, & rebanniuit, ſeu cancellauit bannũ: certè non valet hæc gratia, & põt iſte ſic rebannitus impunè interfici, quia paria ſunt qđ aliquid ſit non factum, vel factum minus legitimè, in puncto *eſt conſilium crim.* Cæpo.7. *nu.*5.& per totũ. Nell. *in 1.p.3.temp.q.3.* vbi nec fides publica violatur hoc caſu, quia ſibi imputet, ſi conditionem appoſitã à Principe non impleuit. Actus.n. conditionalis nihil ponit in eſſe. *l. ſi quis fundum.ff.de contrahenda empt.* & actus ſubſequutus à iudice nihil operaĩ, ex quo nõ eſt legitimè factus. *l.ſi nõ ſecundũ.ff.de donat.inter vir. et vxor.*

24 Simile exemplum ponit Boſſ. qui citat prædictos *in tit.banniti quid amitt.num.3.verſ.ſucceſſiue vult*, quod ſi Princeps faciat gratiã qualificatã, puta bannitis, qui non animo deliberato ſunt banniti; & iudex rebãniret eum, qui eſſet animo deliberato, nihil acquirit, nec eſt tutus, ſi interficiatur. Niſi Iudex eſſet talis qui poſſit diſpenſare ſuper qualitate, quia ſi faciat ex certa ſcientia, valeret ex cauſa, prout dat exẽplum in Senatu Mediolani, vt idem dicit Clar. §.*fina.q.57.nu.9.*

25 Et in hoc ſecundo caſu poteſt accommodari exemplum de banno, per quod rebanniuntur, & gratiantur banniti, qui interfecerint bãnitos paris, vel maioris delicti; quia ſi iudex liberat bãnitum, qui interfecit alium bãnitũ pro minori delicto, [1] certè nulliter facit, & non põt de iure hoc facere, vt per Soc. *conſi.157.lib.2.per totum*, & non põt ille rebannitus conqueri de fide publica, ex quo Iudex facit contra ius conſtitutionis, & in caſu non peſmiſſo. *l.relegati.ff.de pæn.in fine*, & paria ſunt non eſſe vel eſſe, ſed non legitimo modo factum. *d.l.ſi non ſecundum.ff. de donat.inter uir.& vxor.* Nec põt conqueri de fide publica iſte rebãnitus contra conſtitutionẽ, quaſi crediderit Iudici, & ſic bono viro, qui excuſationem inducit. Quia hoc non procedit in ſnĩa iudicis, via iuris lata, quæ ita demum tuetur, ſi iuſta, & valida eſt. Aliàs aũt ſubiacet de ſui natura retractationi, & non eſt ſententia. *l.4.§.condemnatum. ff. de re iud.*

26 Tertius caſus eſt, quãdo Iudex per uiam iuſtitiæ inter priuatos; vel etiã inter priuatum, & publicum, iuſtitiam facit; quia ſi pronunciat cõtra ius litigatoris, ſnĩa, à qua non appellatur, tranſit in iudicatum; & facit de albo nigrum, ſi contra ius publicum eſt nulla, iuxta notat. *in l.2. C.quã. prouoc.non eſt neceſſ.* & qui habet ſnĩam pro ſe, nõ dr̃ habere fidem publicam, à qua non liceat recedere; ſed dicitur habere clypeum iuſtitiæ, habentem pręſumptionẽ pro ſe, donec appareat de cõtrario; ita Felyn. *in c.quoniam contra.nu.23.& ſeq. verſ.tertia concluſio.de probat.* vbi quod ſi notoria iniuſtitia ex actis conſtat, ſententia redditur nulla; & dicit communem *num.26.* Vant. *de nullit.ex defect.Proceſſ.nu.227.* Vbi quod tunc ceſſat præſumptio, & eſt nulla; & ſic patet ad ſenſum, quia quotidie videmus, ſententias reuocari; vel ex capite iniuſtitiæ, vel nullitatis, vel alio remedio, & non poteſt habens ſententiã pro ſe dicere, habeo fidem publicam contra quam non eſt licitum venire; Quia quatenus ſententia ſubſtinetur de iure, non tribuit niſi remedium fidei publicæ, & ad hũc terminum non poteſt deduci, ex quo iudex tenetur iudicare ſecundum acta, & probata. *l.illicitas.§.veritas.ff.de offic.Præſid.*

27 Probatur multis exemplis, quod quando iu-
1 dex promittit impunitatem / vel dat fidem ſuam delinquenti, quod ſi confiteatur delictum, illum liberabit; certè iſta non poteſt dici fides publica, quia non eſt data facultas iudici hoc promittendi; & vbicunque iudex excedit facultatem ſuam promittendo aliquid, non intrat fides publica, ſed fatuus eſt ille, qui iudici credit hoc caſu; ita Boſſ. *tit.de confeſſ.per tot.num.12.* Vbi dicit communem, & magis communem. Clar. pariter. §.*f. q.55.num.9.* dicit hanc veram communem, & magis communem.

28 Hoc idem probatur exemplo Bartoli, & Doctor. *in l.his qui reus nu.12.* dum concedunt, quod fidantia data à iudice bannito, vt veniat ad ſe excuſandum à nouo delicto, valet, & eſt ſeruanda, quando nõ poteſt audiri per Procuratorem; & quando bannitus non eſt bannitus à ſuperiore: & ſi concederet fidantiam bannito à ſuperiore, vel ſupra poteſtatem ſibi traditã, non valeret, nec eſt ſeruanda, ita Menoch. *de arbitr. caſu 337. nu.11.* Idem quando iudicauit contra bannum Principis, & nõ ſecundum acta & probata, quia excedit poteſtatem ſuam per prædicta.

29 Quibus ſic, vt ſupra, per iſtum eximium Iuriſconſultum explicatis, ego amplius non obſtantibus votis, ſeu reſponſis aliorum prædictorum DD. meorum Cõſultorum in eadem dubitatione, à mea iam firmata ſententia nullatenus recedendum eſſe, exiſtimans, pro contrariorũ reſponſione iam ſcriptis addebam, eſſe præcipuè videndum, nunquid ſententia ad fauorem Simonis de Monte Acuto lata, ſit notoriè iniqua, nec nè? & quidem affirmatiuè reſpondendum eſſe ſuadeo. Primo, quia in proceſſu apparet, quod delicta p̱ Simonẽ confeſſata, ſunt (ni fallor) 84. & ea quidem atrociſſima; ac pro maiori parte læſæ maieſtatis crimen in ſe continentia; delicta autem patrata per Aſcaniũ, cuius caput Simon ad Curiá aſportauit, non niſi duo, concludenter probata apparent. Primum & principale, quod fuit caput bannitorum & latronum; aliud quod duo commiſit homicidia, nempè in perſonam Bernardi & Franciſci Phebi de Monte Acuto, prout deponunt teſtes pro parte Simonis ſuper quarto articulo examinati: de alijs autem delictis per Aſcanium commiſſis nullus eſt teſtis, qui de viſu aliquid deponat: quare ſententia rebannitionis ad fauorem Simonis lata, non ſolũ ex eiſdem actis redditur notoriè iniqua, vt per Socin. ſen. *in conſilio 134.num.1.in fine, lib.1.* & per Socin.iun. *conſilio 38.nu.29.iuncto num.30.lib.2.* ſed etiam dicitur nul-

turnul-

Digitized by Google

tut nulla, quia ſine probationibus lata, attento quod ſumus in criminalibus. Ruyn. *conſil.68.nu.6.li.5.* Gabr. *tit.de ſenten.nu.* 13. Quicquid forſan ſecus ſit in ciuilibus.

30 Secundo quatenus forſan eadē ſententia fun data fuerit in eiſdem teſtibus, qui audacter depo nunt, quod Aſcanius, & plura & maiora commiſerit delicta, quàm Simon, adhuc etiā & ex hoc magis detegitur eiuſdē ſententiæ iniquitas; quia hoc iudicare, non ad teſtes, ſed ad iudicem ſpectabat. Bar. *in tract.teſtium.nu.12.verſ.magis iudicat.* Tindar. *de teſtib.par.1.c.5.nu.5.* Franc. Curt. *in tracta.de teſtib.concl.51.nu.100.in prin.* Gram. *deciſio.* 103.*nu.*21. Aymon *conſi.41.nu.4.* Boſſ. *in tit.de oppoſ.contra teſtes,nu.3.* Rota *diuerſ.par.2.deciſ.107.nu.33.* Bertaz. *conſ.95.nu.16.lib.1.*

31 Tertio iniquitas ſentētiæ apparet ex proprijs verbis appoſitis in ea, in qua iudex Simonem ab ſoluit, etiam a non expreſſis delictis, & etiā quod eſſent grauiora & plura, quā ea, quæ expreſſa fuerunt; de quo quidem valde miratus fui, cum iſte iudex multum bene ſcire debebat, quod bannimenta nō tribuunt authoritatē remittendi bannitos, qui alios occidunt, niſi quando delicta per remiſſum commiſſa, nō ſint grauiora commiſſis per occiſum; quare hæc ſententia lata contra caſum legis, & conſtitutionis, poteſt dici notoriè iniqua, tanquam continens expreſſum iuris errorē, ad trad. poſt alios, quos allegant antiquiores, per Vant. *in tit.de nullit.ex defect.proceſſ.nu.122.* Tiraq. *de ll.connub.gl.7.n.59.* & per Stephan. Lamberteng. *tract.de contract.glo.3.nu.30.*

32 Quarto poteſt etiam dici hęc ſententia notoriè iniqua, non ſolum de iure, ſed etiam de ſtylo; nam omnes, quas pre manibus rebānitionis ſentētias habui, & in Vrbe & extra eam latas, in ombus, inquam, vidi expreſſa delictorum nomina, & qualitates, per occidētem & occiſum patratorum; ideo contra ſtylum lata, dicitur nulla. Oſaſch. *deciſ. Pedemont.22. num.6.& 7.* Brunor. *in ſuo conſi.crim.nu.* 125. Verum in caſu noſtro delicta Aſcanij occiſi, nec in proceſſu, nec in ſentētia expreſſa reperiūtur; ideo notorietas iniquitatis reſultat ēt per relationem adacta, prout dixit Contard. poſt Præpoſ. & alios quos allegat, *in l.vnica. in 9.limit.poſt nu.42.C.ſi de moment.poſſeſſ.*

33 Data notoria iniquitate, ac nullitate huius ſētentiæ, non video, quid obſtet, quin iſte Simon poſſit modò, prout iuris fuerit, cōdemnari; & ad hoc dicendum moueor ex infraſcriptis; Primo, quia ſi fiſcus ab hac ſententia in termino appellaſſet, quis dubitat, quod iudex appellationis degustans iniquitatē ſententię, & ſtante quod ageretur de pęna capitali, potuiſſet Simonē carcerare, & carceratum examinare, & poſtmodum detecta iniquitate, illum cōdēnare ad debitas pęnas? Hoc certè difficultatem non patitur, nec in iure, nec in facto; in iure, quia proprium eſt iudicis ad quem, errorem & grauamen iudicis a quo, corrigere; ad hoc enim inuenta eſt appellatio. Franc. *in rubr.de appella.numero 1.in fine.* Maran. *in Speculo in 3.par.6.partis principalis,in 2.actu.num.1.iuncto num.4.& 5.* In facto, quia quotidie videmus, iudices appellationum abſolutos a primo iudice condemnare, condemnatos abſoluere; carceratos liberare, relaxatos carcerare, non tortos torquere, & omnia alia indiſtinctè facere, quæ ad ſui libitum potuit idem primus iudex; & ſicut videmus ad mortem condemnatos in prima inſtantia, in ſecūda, vt plurimum, vel abſolutos in totum, vel in parte; ita etiam quandoq; vidimus (vt mox ſubijciam exemplum) abſolutos a pęna mortis in prima inſtantia, in ſecunda ad mortem condemnatos. Si hæc fieri poſſunt, quādo fiſcus appellauit in tempore, fieri vtique & etiam hæc poterunt, fiſco non appellante in caſu notoriæ iniquitatis ſententiæ, quæ nunquam tranſit in iudicatum, & ſemper poteſt reuideri, ad trad. per Menoch. Cæphal. & Contard. *in prtorib. ſcriptis allegatis.* Non ſolum per alium iudicem, ſed per eundem, vel eius ſucceſſorem, ad tex. *in l.ſi accuſatoribus,* & ibi Bal. *in ſummario, iuncto nu.6.& ſeqq.* & Saly. *nu.1.in prin. iuncto verſ. Item quod ſententia nulla, & nu.11.& 12.C.de accuſat.*

34 Secunda (& nunc ingredior fidem publicam) Regula *l.1.C.de his qui ven.ata.impetr.* volens, neminem ſub fide publica decipi debere, vel procedit in Principe, prout loquitur tex. vel ēt in iudice, prout alias dixi; non tamen procedente cum cauſæ cognitione & ordine iudiciario; tūc enim quicquid iudex faciat, vel promittat cōtra iuris prohibitionem, nulliter agit, nec talis actus fiſco præiudicat, ſicut nec prodeſt reo, qui tunc nō dicitur tutus ſub fide publica, ſed ſub clypeo iniuſtitiæ; & propterea non aliter, ac ſi iudex nihil feciſſet, aut promiſiſſet, puniri poteſt; prout in fortioribus terminis dicitur de iudice promittente impunitatem, vt fateatur delictum; talis.n. promiſſio ſeruanda non eſt, cum promittendi a iure poteſtatem non habebat; nec pōt iſto caſu is, cui promiſſa eſt impunitas, cōqueri de fide publica, vt bene deduxit alter Conſultor quē mox proximè retuli, ex Boſſ. & Claro, *in locis per eum relatis.*

35 Tertio, & magis in terminis facit illa cōcluſio communiter a Doctoribus approbata, quod bānitus nulliter, a iudice reſtitutus & cācellatus de bāno, poteſt impunè a quolibet priuato occidi, de qua per Nell. *in tracta. de bannit. in 1.par. tertij tem.q.3.* Marſ. *ſing.340. incip. Caute agant banniti, verſ.item amplia.* & Petr. a Plac. *in epith.delict.li.1.c.36.nu.8.* vbi de cōi. Boſſ. *in tit.bannit.quid amitt.nu.3.verſ.ſucceſſiuè quæro.* cum alijs per Brun. a Sole *in ſuis quæſ.legal.q.26.nu.55.et ſeq.* & per Maſcar. *de proba.li.1.concl.162.nu.5.* Si poteſt occidi, ergo non fuit deceptus ſub fide & ſecuritate publica; & ideo occidens non dicitur violator, ad ea, quæ latius dixi *in primo lib.q.29.nu.12.& ſeq.* Si igitur priuato licet occidere bānitum, ſic nulliter reſtitutum, & cancellatum ex anbno, multo magis hoc licere debet iudici; tum quia ſic occidens bannitum dicitur miniſter & executor iuſtitiæ, Bal. *in l.1.n.15.verſ. Quæro an talis occiſor.C.ſi non a compet.iud.* Ruy. *conſ.4.nu.13.verſ.Et quilibet.& nu.18.verſ.ſi id faciat.li.5.* Tum etiam, quia vtroque caſu militat eadem ratio cōmuniter per Docto. in propoſito conſiderata, quia ſcilicet,

paria ſunt aliquid non eſſe factum, vel factum, & minus legitimè. *l.quoties.ff.qui ſatiſd.cog.l.4.* §. *condemnatum.ff.de re iud.* & quod nullum eſt, nullum præſtat impedimentum. Alex. *conſ.*114.*n.*3. *verſ.non ergo præſtant impedimentũ,vol.*1. Menoc. *de arbitr.q.li.*2 *caſu* 202.*nu.*56.

36 Quarto in propoſita facti ſpecie res eò mihi clarior videtur; quia prout D.meus ſuo voto admittit, iſte Simon in expreſſione ſuorum delictorum omiſit quædam alia delicta etiam grauiſſima: vnde dato etiam quod nõ a iudice per viam iuſtitiæ, ſed a Principe ipſo ex gratia remiſſus fuiſſet, non poteſt conqueri de fide publica, quia non decipitur, ſed decipit, non exprimẽdo, & ſubripiendo. Subreptio autem vitiat gratiam ipſo iure, & ea non obſtante, poteſt remiſſus impunè occidi. Alex.*conſ.* 114.*nu.* 2. *verſ. quia dicta impetratio,& nu.*3.*& ferè per totum.lib.*1. Catell.Cotta *in memoral.in verbo,bannitus,qui in ciuitate tolleratur.verſ.ſed quid diceres de illo.* Boſſ.*in tit.de remed.ex ſola clemen.Prin.nu.*37.*et d.tit.banniti.quid amit.nu.*3.*eo.verſ.ſucceſsiuè quæro.* & multo magis a iudice puniri. Clar.*in pract.*§.*fi.q.*59.*verſ. debes autẽ aduertere.* Bertaz.*conſ.*104.*nu.*1.*ſeq.lib.*1.

37 Non obſtant modo ea, quę per DD.meos cõtrarium ſentientes exaduerſo deducũtur; Et primò dum dicitur, quod ſicut bannitus non reſtitutus & tolleratus occidi non poteſt a priuato, nec etiam a iudice moleſtari, vt per Nel.Marſi.& alios bene per ipſum allegatos; ita nec etiam debeat moleſtari iſte Simon non ſolum tolleratus, ſed etiam ex ſententia iudicis liberatus.

Nam pro reſponſione aduerte, qđ tollerantia non inducitur per iudicis & magiſtratus patientiam, ſed eſt neceſſaria Principis ſcientia [m], & approbatio, vt per Menoc. qui alios refert, *de arbit.quæſt.lib.*1.*q.*90.*nu.*57. Principis autem ſcientia & tollerantia habet vim tacitæ gratiæ; ideo non eſt mirũ, ſi non põt ſub ea offendi & decipi; quia fides publica quoquomodo data ſit, ſemper eſt ſeruanda; ſed in caſu noſtro hæc Principis ſcientia non datur, ideo ſimile adductũ de tollerantia non obſtet, quin iſte facinoroſus puniri poſſit.

38 Non obſtat ſecundo dum dicebatur, quod ſẽtentia data ad fauorem Simonis, nõ dicitur fides Præſidis, ſed fides Principis, cum Præſes non ex ſua propria iuriſdictione, ſed ex Principis authoritate talem concedere poſſit liberatoriã, per præſentationem alterius banniti, ad trad.per Auguſtin.Nel.& Roman.*in locis exaduerſo citatis*; ideo ſubintrat regula, quod factum Præſidis ex ſpeciali mãdato Principis, dicatur factum ipſiuſmet Principis.*l.*1.§.*qui mandatam.& l.*3.*ff.de offi.eius*; & conſequenter deceptus iſto caſu ſub fide Præſidis, dicatur etiam deceptus ſub fide; & ſic etiam ſubintrat regula *l.*1.*C.de his qui ven.eta.impetrau.* Hæc enim obiectio optimè procederet, ſi Præſes Principis mandatum ſeruaſſet, nempe, quod illum remiſiſſet, qui præſentaſſet bannitum pro maioribus, vel ęqualibus delictis; ſic enim cantat fides ipſius Principis; ſed cum iudex mandati fines exceſſerit, is non a mandante, ſed ab exequutore mandante decipitur, & ſic non a Principe, ſed a iudice fuit deceptus; Principis enim gratia certo modo conceſſa, alio modo denegata cenſetur. *l.cum lex.ff.de legib.l.cum Prætor.ff.de iudic.* Cæpol.*conſilio ſeptimo,numero quinto.* Vbi de gratia conceſſa habita legitima pace, quòd cenſetur denegata, non habita tali pace. Boſſ.*in tit.bannit.quid amitt.ſub num.*3.*verſic.ſucceſsiuè quæro.* Vbi de gratia per Principem conceſſa pro homicidio commiſſo animo deliberato, quod pariter cenſetur denegata pro homicidio deliberato; ſic & in propoſito, gratia per Pontificem conceſſa occidenti bannitum, vt poſſit ſe rebannire, dummodo delicta occidentis ſint æqualia, vel minora commiſſis per occiſum, cenſetur denegata, ſi illa eſſẽt grauiora, aut maiora; ideo factum a iudice, non poteſt dici factũ a Principe; quia iudex non fecit quod a Principe ſibi mandatum fuit, nec ad id faciẽdum ex ſe ipſo poteſtatem habebat; ideo ſuccedit, quod voluit Clar. *in pract.*§.*fina.quæſt.*57.*verſic.habet etiam locum.* dum dixit, quod abſolutus per viam diſpenſationis ab eo, qui poteſtatem diſpenſandi non habebat, poteſt adhuc iterum inquiri, & moleſtari, non obſtante tali diſpenſatione ſecundum gloſſam, communitẽr approbatum *in capitulo, de his, extra de accuſatio.*

39 Non obſtat tertio id, quod aliter Dominus meus cõſiderabat, quòd videlicet teſtes, fiſco interrogante, examinati, apertè deponunt, quod Aſcanius a Simone occiſus, maiori tempore ſtetit bannitus, ſemper adhærens Marco Sciarræ, quàm ſteterit Simon; ergo neceſſe eſt, quod plura commiſerit delicta, cum banniti a communiter contingentibus non ſoleant ſtare abſque eo quod delicta non committant. Hæc enim conſequentia eſt admodum veriſimilis & probabilis, non tamen concludens, & neceſſaria, prout eſſe debet.*capit.in præſentia.de probatio.l.fin.C.eod.* Poteſt enim eſſe, & quotidie videmus etiam contingere, quòd illi banniti vno tempore committant plura delicta, quã alio, & pariter quod vno tempore delicta per eos commiſſa grauiora ſint, quã alio tempore patrata; Data autem poſſibili veritate in contrarium, teſtium depoſitio non releuat. Bal.*in l.conuenticulam.nu.*5.*C.de epiſc.& cler.* Alex.*conſi.*76.*nu.*9.*& conſi.*24.*nu.*29.*lib.*2. Pract. Conrad.*tit.de teſtib.rubr. de dubio dicto, num.*32. *verſi.& ideo teſtis deponens per poſsibile.iuncto verſ. Poteſt etiam ſic ſubijci.fol.*129.*colum.*1. Bertazz. *conſi.*251.*numero* 26.*lib.*2. Præſertim in caſu noſtro, in quo ſufficit pluralitas delictorum, ſed eorum etiam grauitas conſideranda eſt ad hoc, vt Principis indulgentia locum habeat.

40 Nec demũ & quarto obſtet, quod maior pars delictorum per Simonem patratorum, non appareat probata, niſi ex eius confeſsione, quæ non ſufficit, ſecundum eundem D.meum. Nam nullam credo reperiri in propoſito maiorem probationem, quàm oris proprij confeſsionem.*l.*1.*C.de confeſſ.l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.reor.l.cum ſententiam.C.de pæn.cum vulgaribus.*

41 Et per hęc, ni fallor, non recedendo a iam ſcriptis, exiſtimarem, iſtum Simonem, non obſtãte, ſen-

Digitized by Google

ſententia ad eius fauorem lata, poſſe denuo ſuper eiſdem inquiri & moleſtari; & etiam prout iuris fuerit, condemnari, & puniri; & ita alias tempore fel. record. Pij Papæ Quinti de anno (ſi rectè memini) 1569. fuit in Vrbe ſeruatū in quodam nomine Cōcepto ex Gruttibus Firmi, qui de anno 1568. ab Auguſtino Palono, tunc Firmi Gubernatore, ſiue eius Locumtenēte, ſimili modo nulliter & indebitè remiſſus & abſolutus, cum liberè per ciuitatem verſaretur, ſuccedente alio Gubernatore nēpe Reuerendiſſimo, tunc D. Ghislerio, fuit ab eiuſdem D. Ghislerij Locumtenente captus, carceratus, & non obſtāte eius abſolutoria ad triremes condemnatus; & ad Vrbem ad iſtum effectum tranſmiſſus, cū pro parte dicti Cōcetti fuerit ab iſta condēnatione ad triremes appellatum; & cauſa reuideretur in Vrbe, appellationis iudex eundem Conceptum furca ſuſpendi mandauit, prout ſuſpenſus fuit, nec profuit eius Aduocatis ante oculos iudicis ſemper præponere aſſertæ fidei publicæ clypeum.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Bannitus nulliter*. Si cum nullitate abſolutionis, & remiſſionis concurrit tollerantia, prout verè loquitur, & intellexit Doctiſſimus iſte vir cōtra ſententiam D. mei Farinacij ſcribens; & tunc vera eſt eius concluſio, quod bannitus quamuis nulliter remiſſus, & abſolutus, non poſſit impunè occidi, propter tollerātiam prædictam, de qua dicam in ſequenti additione; ſi vero non cōcurrit tollerantia prædicta, & tunc, & verius & magis communiter receptum eſt, bannitum prædictum poſſe impunè occidi, prout firmauit hic idem D. meus Farin. *nu.* 35. & ibi per eum allegatis addo Dec. *in c. quæ in eccleſiarum. nu.* 65. *extra de conſtit.* Alex. *conſ.* 114. *nu.* 5. *in fine verſ. Et dato quod dicta mulier ignoraſſet, quod gratia eſſet inualida. li.* 1. Maſcar. *in prac. §. aggredior. nu.* 5. Carrer. *in pract. in tract. de homici. §. ſeptimo igitur excuſatur. nu.* 10. Menoc. *de arbitr. q. lib.* 1. *q.* 90. *nu.* 13. *& ſeq.* Et nouiſſimè Baiar. *in addit.* ad Clar. *§. homicidiū. nu.* 249. Et procedit iſta concluſio etiam, quod occidens putauerit occiſum fuiſſe ritè abſolutū, & cancellatum, ſecundum Alex. & Carrer. in locis præallegatis, & voluit Nell. *in tract. de bannit. in* 1. *par. tertij temporis, quæſt.* 3. *in fine*. Qui tamen dixit quod licet iſto caſu occidens non poſſit puniri, non tamen debet conſequi præmium.

b *Tollerantia præſtat ſecuritatem.* Ad comprobationem huius concluſionis, vltra hic allegatos, addo Bal. & Saly. *in l. nullus. C. de iudæ.* Iaſ. *l. omnes populi. nu.* 48. *ff. de iuſt. & iur. & in l. ſi creditores. verſic. tertio ſingulariter. C. de fideicommiſſis*, vbi dixit quod hæc opinio non habet contradictorē. Feli. *in c. quæ in eccleſiarum. nu.* 7. *extra de conſtitu.* & ibi etiam Bero. *nu.* 118. Marſil. *conſi.* 9. *nu.* 25. *& ſeq. et conſi.* 10. *num.* 25. *in fine, & ſeq. & ſing.* 77. *incipiente patientia, ſeu tollerantia, verſi. Et ex hoc tene mente. & in tracta. de bannit. in verbo, capti. nu.* 15. Ioan. de Arnon. *ſing.* 10. *incip. Præcedentibus.* Carrer. *in pract. in tracta. de homici. §. ſeptimo igitur excuſatur. nu.* 22. Vbi alij referuntur concordantes. Foller. *in pragm. de exul. num.* 10. Carauit. *in eadem pragm. nu.* 10. Pract. Conrad. *rubr. de homicid. nu.* 7. *in decima ampliatione. fol.* 317. Boſſ. *in tit. bannit. quid amitt. num.* 2. *& num.* 3. *verſ. Ex hac communi Doctorum opinione infertur.* Monticel. *reg. crimin.* 3. *nu.* 36. Cæphal. *conſ.* 35. *nu.* 20. *li.* 1. Menoch. *de arbit. lib.* 1. *q.* 90. *nu.* 56. Nicol. Moro. *de fide treg. & pace. q.* 105. *nu.* 12. *& nu.* 14. *& nu.* 16. Hercu. *de caut. cap.* 23. *nu.* 11. *verſ. debet tamen eſſe bannitus non ſupportatus.* Clau. *in addic.* ad Bertaz. *conſ.* 226. *littera A, verſ. tertio fallit*, vbi teſtatur de veriori, communiori, & crebriori Doctorum ſententia, reprobatis Ruyn. & Dec. contrarium tenentibus, *in locis per eum relatis.* Vulpel. *conſi.* 59. *nu.* 8. Maſcard. *de proba. lib.* 1. *concl.* 162. *nu.* 7. *& nu.* 31. Brunor. a Sole, *in quæſt. legal. q.* 26. *nu.* 32.

c *Contradictores.* Contrarium, quod imò occidens bannitum tolleratū puniri non poſſit, ſcriptum reliquerunt Ruyn. *conſ.* 89. *nu.* 8. *lib.* 4. Dec. *in conſilio* 327. *colum.* 2. *verſ. Quarto & vltimo; iuncta colum. fina. verſic. vltimo non obſtat. lib.* 3. vbi refert Ioan. de Anan. *in cap. ſicut de iudæ.* dicentem, nunquam potuiſſe obtinere, vt puniretur occidens bannitum tolleratum; & propterea inquit Dec. prima opinio poteſt procedere ante factū; hæc autem poſt factum. Item contra faciunt cōſiderata per Marſil. *in pract. §. aggredior, numero* 28. *verſic. ſed aduertas, & numero* 29. Catell. Cotta *in memoral. in verſic. Bannitus, qui in ciuitate tolleratur*, vbi licet pro hac opinione alleget Bald. & Corn. in quibuſdam conſilijs, in quibus nihil dicunt de occidente bannitum tolleratum, ſed loquuntur in diuerſis terminis, prout ex eorum lectura apparet; bene tamen aduertit Ioan. de Anan. male referri pro prima opinione per Iaſon. in loco præcitato, cum non teſtetur in ciuitate Bononiæ fuiſſe ſeruatum, ut bannitus tolleratus non poſſit impunè occidi; ſed imò contrarium, quod ſcilicet impunè occidi poſſit, apertè teſtatur, prout etiam in libro meo ſic teſtatur *in dicto capitulo, columna tertia, numero duodecimo*; Et pariter ſecundum hanc contrariam opinionem, idem Cotta teſtatur, tempore ſuo Papiæ fuiſſe ſeruatum in caſu magis dubitabili in perſona cuiuſdam, qui ſcolarem ab omnibus tolleratum, & in Rotulo Regio deſcriptum, interfecerat. Thob. Non. *conſi.* 112. *nu.* 16. Vbi quod hæc contraria opinio poteſt procedere poſt factum ex Dec. *in loco præcitato.*

d *Præmium.* Adde in materia Angel. de malef. *in verbo, quod fama publica, numero* 77. & ibi Auguſtin. *in addit.* Vbi, an iudex ex poteſtate ordinaria poſſit facere, vt bannitus alium bannitum capiens, ſeu occidens, poſſit ſeipſum remittere, & vide etiam Marſil. Roman. & alios allegatos per Nicol. Pignolat. *in additio.* ad Roman. *ſingular.* 543.

e *Expenſas.* Procedit hæc concluſio, etiam quod capienti, ſeu occidenti bannitum ſtatuatur præmium; nam tunc vltra præmium capienti debēt

reſici expenſæ, ſi quas fecit in captura ipſius banniti, ſecundum Nell. *de bannit. in 2. par. ſecundi tem. q. 19.* Vbi declarat, hanc concluſionem procedere, quando ſtatutum pro pręmio aliquid capienti cōcedit; ſecus ſi ſimpliciter, nulla facta mẽtione pręmij, capienti bannitum pecuniarum aliquam quantitatem ſolui mandaret; tunc enim non reficiuntur expenſæ, niſi quatenus excedãt quantitatem a ſtatuto datam; ſed contra quod capiens bannitum, ſi capienti a ſtatuto conſtitutum ſit aliquod præmium, non debeat vltra pręmium repetere expenſas factas in tali captura, pluribus probat & reſpondet contrarijs Petras. *ſing. 14. nu. 15. ſeqq.*

f *Fauorabilem.* Statuta permittentia, bannitos poſſe impunè offendi, fuiſſe introducta propter publicam vtilitatem, ſcripſerunt Bat. *in l. 2. nu. 1. C. qui. licet vnicuique ſe ſine iudic. vindica.* Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de conſtit. in fine, in vltima additione, verſic. concludamus igitur.* Anan. *in cap. 1. num. 5. colum. 3. ad med. verſic. pro hoc etiam facit. extra de maled.* ex Bat. quem allegat *in conſilio, incip. ſtatutum Caſtri Plebis.* Ioan. Bapt. de Sancto Seuer. *in repet. l. omnes populi. poſt num. 54. ff. de iuſt. & iur.* Silueſt. Aldobran. *in additio.* ad Dec. *in cap. quæ in eccleſiarum. num. 54. & ſeq. littera C, & littera D, extra de conſtit.* Nell. *in tract. de bannit. in 1. par. ſecundi tempor. q. 1.* Gozzadin. *conſilio 61. numero 16.* Marſil. *in pract. §. aggredior. numero 53. & ſeqq. in diſcurſu. & in ſingul. 294. incip. Odia reſtringi.* Clar. *in pract. §. homicidium. num. 43. verſic. plerumque etiam, & ibi, videntur enim talia ſtatuta.* Hercul. *de caus. capit. 23. num. 7. ad finem.* Vulpell. *conſi. 58. num. 2.*

Iccirco tanquam fauorabilia fore extendẽda, & largè interpretanda, ſcripſerunt relati per Silueſt. Aldobr. *in addit.* ad Dec. *in d. c. quæ in eccleſiarum. nu. 54. & ſeq. littera C. & littera D, extra de conſtit.* & ibi etiam Bero. *nu. 110. & nu. 117. verſi. ſed reuertendo. iuncto verſ. non aduerſatur, &c.* Vbi bene comprobat, & reſpondet cõtrarijs, idem Dec. *in cap. dilecti. nu. 31. de except.* Nell. *de bannit. in 2.*
h *par. ſecundi temp. q. 7. in fine. verſ. Quarto tale ſtatutum.* Dec. *conſ. 327. nu. 3. in fi. verſ. & tale ſtatutum. lib. 3.* Gozzad. *conſ. 61. nu. 20. verſic. Item talia ſtatuta.* Socin. *conſ. 257. nu. 1.* Cæpol. *conſ. 5. nu. 12. ad finem.* Marſil. *in pract. §. aggredior. nu. 1. in fine, & latius nu. 57. & ſeqq.* Viu. *opin. 770. nu. 2.* Vulpel. *cõſ. 59. nu. 20.* Brunor. a Sole *in quæſt. legal. q. 26. nu. 3.* Burſat. *conſi. 134. nu. 3. lib. 2.*

i Sic & fauorabile eſſe ſtatutum conſtituens præmium occidenti, ſeu capienti bannitum, propter publicam vtilitatem, & conſequenter extendendum, colligitur ex allegatis per Silueſt. Aldobran. *in additio.* ad Dec. *in c. quæ in eccleſiarum. nu. 55. littera D, extra de conſtit.* Vbi Dec. *in conſi. 65. nu. 3. lib. 1.* Item Dec. *in c. dilecti. num. 38. de except.* Decian. *in trac. cri. li. 4. c. 29. nu. 2. in fi. verſ. ſed quãdo dat præmium eſt fauorabile, &c.* Brun. a Sole *in q. legal. q. 27. nu. 3. & ſeq. & nu. 6. & ſeq.* vbi propterea quod tale ſtatutum extenditur etiam ad perſonas inhabiles, ex quib. propoſitam concluſionem cõmuniter receptam eſſe, negari nõ poteſt.

Quamuis contrarium, quod imò talia ſtatuta ſint odioſa, nec propterea largè interpretanda, aut extendenda ſint, voluiſſe uideantur Fortun. Garz. *in repet. l. conuentionum. num. 12. in fine. ff. de pact.* Vbi dixit, huiuſmodi ſtatuta eſſe odioſa, pęnalia, & iuris communis correctoria. Alber. *in 4. parte ſtatutorum, quæſt. 18. nu. 6. ad finem, verſic. Et maximè quia.* vbi quod hoc ſtatutum eſt contra ius commune, odioſum, & in mitiorem partem interpretandum. Decia. *in tract. cri. li. 4. c. 29. nu. 2. in fine.* Brunor. a Sole *in quæſt. legal. q. 26. nu. 21. in fine.* Vbi quod hoc ſtatutum eſt ſtricti iuris, & contra ius commune.

g *Ex qualitate pœnarum.* Vide in terminis remiſſionis bannitorum Dec. *in conſ. 65. nu. 3. verſi. Remittendum eſt, & nu. 4. lib.* 1. & Soc. *in conſ. 157. nu. 16. & ſeq. lib.* 1. vbi declaratur, quando in propoſito delictum dicatur maius, vel minus, reſpectu pęnæ impoſitæ, & generaliter vide, quæ dixit D. meus *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de delict. & pœn. q. 18. num. 83. & ſeq.*

Dicetur etiã in terminis, de quibus agitur, delictum maius, & minus reſpectu qualitatum aggrauantium, & exgrauantium ipſum delictum, prout bene deducit, & exemplificat Dec. *in conſi. 65. incip. Et pro tenui mea facultate, nu. 1. poſt med. iuncto num. 5. verſ. Non obſtat, quod ſupra in contrarium dicitur de qualitatibus.* Vbi tamen hanc concluſionem declarat, dummodo qualitates delicti ſint expreſſæ in banno; aliter ſecus; verum quod ex qualitatibus & circunſtantijs delictum reputetur maius vel minus, in ſpecie conſuluit Soci. *conſi. 157. nu. 12. lib. 2.* & latius dixit Do. meus Farin. *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de delict. et pœn. q. 18. nu. 63. & ſeq. Vbi vide.*

Sed nunquid occidens bannitum pro furto poſſit remittere ſe, vel alium bannitum pro homicidio; Et ſic, an homicidium ſit maius delictũ, quàm furtum, vel ècõtra, vide quæ dixit D. meus Farin. *in ſua pract. crimin. par. 2. in tit. de vari. ac diuerſ. quæſtio. nondum impreſſ. quæſtio. 103. nu. 187. & ſeqq.*

h *Conditionalem vel qualificatam.* Quod bannitus habens gratiam qualificatã, vel conditionalem, qualitate, ſeu conditione nõ purificata, poſſit impunè interfici, voluit ẽt Dec. *in conſil. 327. col pen. verſ. Præterea dato, & verſ. ſecundo dicta gratia fuit qualificata. lib. 3.* Et in materia vide omnino Baiar. cum allegatis per eum, *in addi.* ad Clar. *§. homicidium. nu. 248. & 250.*

i *Pro minori delicto.* Fallit iſta concluſio, quando ſtatutum expreſsè mandaret contrarium; valere enim ſtatutum ſuper nominationibus, & remiſſionibus bannitorum etiam, quod nominandus, & liberandus ex banno, ſit bannitus pro maiori delicto, quam is, qui occiſus fuit, voluit Dec. *in conſilio 65. numero 2. verſi. ſed tamen his non obſtantibus, lib. 1.* Vbi exemplificat in ſtatuto dicente, quod ſi quis interficeret bannitum in pœnam mortis, poſſit eximere alium bãnitum non rebellem, quem eligere velit: Tũc enim, quia exceptio firmat regulam in caſibus nõ exceptis, hoc caſu poteſt occidẽs quemcunque bannitum eligere,

dum-

Digitized by Google

dummodo non ſit rebellis, & in ſimili ſtatuto conſuluit Ang.*in conſi.67.*

1 *Promittit impunitatem.* O pauperes iudicum animæ, qui inanis gloriæ cupidi, & vt videantur in mundo horribiles, & valoroſi, non curant illicitis & indirectis vijs reorum confeſſiones extorquere; & vtinam veræ eſſent, cum bene ſciam, vt plurimum, eas falſas reperiri, quando præſertim delictum habet complices, & vni aſſertorum cōplicum promittit Iudex impunitatem, vt alios detegat. Hæc enim non, niſi a ſummo Pontifice fieri poſſunt. Et qui Princeps eſt, caueat quantū poteſt a ꝓmiſsione huiuſmodi impunitatis, cū, vt dixi, ſæpiſſimè inde cum iuramento, ſed falſæ prorumpant confeſſiones; cum aliud non procuret is, qui impunitatem habuit, quā ſe ipſum ſaluare; & quoad alios detegendos mali Iudicis voluntati conſentire. Vtcunque ſit, & verius & magis communiter receptum crediderim, quòd iudex nullo pacto poſſit reo, vt cōfiteatur delictū, impunitatem promittere; & ſi promiſerit, ne confitens ſub fide publica deceptus remaneat, omnino eam ſeruare teneatur, ſic enim ſcripſerunt Dec.*in l.ea eſt natura, nu.7. & ſeq. ff. de reg. iur. &c.* & ibi Hier. Cuchal.*in addit. littera A.* Nec diſſentit ibidem Cagnol.*nu.17. ſeq.* faciunt tradita per Magalot.*in tract. de ſaluo conduct. par.2. nu.21.* Couar.*var. reſolut. lib.1. cap.2. nu.16. verſ. rurſus è contrario.* vbi dicit, iſto caſu fidem ſeruandam, ex veriori Doctorum opinione, & *d. num.16. ante finē. verſi. Cauendum, &c.* dixit, ab huiuſmodi ſimulationibus & promiſſionibus cauendū, ex frequentiſſima Doctorum admonitione. & *eodem nu.16. in fine. verſ. quod vero dicitur, &c.* concludit, quod talis promiſſio non eſt ſeruanda, quando de delicto & crimine cōſtat per rectos iuris tramites; ſecus ſi iudex impunitatem promiſiſſet in caſu, in quo promittere non poterat; quæ diſtinctio iudicio meo ex omni parte hanc comprobat opinionem, quam etiam veriorem teſtatur, & pluribus comprobat Placha *in epith. delict. d.c.37. nu.4. in fine. verſ. nec deſunt. & ſeq.* Faciunt dicta per Viu. *opin.415. nu.3. verſ. in contrariam vero partem*, nec diſſentire videtur Clar.*in pract. §. fin. q.55. verſic. circa primum*, vbi licet aliam opinionem dixerit communem, eam tamen ſibi nūquam placuiſſe, affirmat, quia per eum illa quæratur reus fraude, & mendacio, quod a quolibet bono viro, & pręſertim a iudice, qui veritatis amātiſſimus eſſe debet, ſummopere vitandum eſt; & propterea poſt Dyn. & Parid. de Put. quem allegat, conſulit iudicibus, vt ab huiuſmodi promiſſionibus ſe abſtineant, & in hanc ſententiam (ni fallor) tanquam veriorem deſcendere videtur Franc. Pegna *in additio. ad director. inquiſit. parte tertia, comment. 23. fol.468. col.2. in fine. verſ. Hac tamen opinio, & folio 469. col.1. verſ. Alteram ſententiam, &c.* Nec diſſentit Cartar. (licet contrariam opinionem dixerit communem) *d. li.2. c.1. nu.23. in prin. & nu.24. & nu.39. verſ. Altera eſt. & ſeq.* Vbi etiam refert fundamentum huius opinionis.

Nec a prędicta concluſione diſſimile eſt id, qđ Doctores pariter ſcripſerunt, cōfeſſionē ſub promiſſione impunitatis emanatam, tanquā iudicis dolo extortam, minimè confitenti nocere, prout videtur fuiſſe originale dictū Imolæ *in conſ.109.* quem referendo ſequuti ſunt Dec.*in l.ea eſt natura, nu.7. & ſeqq. & ibi in addit. littera A. & littera B. ff. de reg. iur.* Vbi latè defenditur hæc cōcluſio, & reſpondet contrarijs; nec diſſentit ibi Cagnol. *nu.17. & ſeq.* Vbi in hoc Imolæ opinionem dixit communem, veriorem, æquiorem, & ſibi magis placere. Marſ.*in l.1. §. quæſtioni. poſt num.29. ff. de quæſtio. & in rubr. C. de proba. nu.127. Et in pract. §. poſtquam, nu.15. ſeq.* Vbi propterea, quod iudices indocti, & modicæ fidei promittunt iſtas indulgentias, quas non poſſunt promittere. *& ſingula. 201. ante finem, verſi. teneas tamen perpetuo menti.* Adden. ad Alcia.*in tract. de præſump. reg.3. præſumpt.27. littera A. poſt num.4.* Caſon.*de tormen. c.18. rubr. de confeſſ. ſpontan. num.11. verſ. ſeptimo in confeſsione.* Neuiz.*in ſilua. lib.1. cap.2. num.65. in fine.* Carrer.*in pract. in 2. tract. de indic. &c. §. in tex. ibi, voce propria confeſſus, nu.17. & §. in tex. ibi, formidine tormentorum, nu.10. in tertio tracta. de homicid. §. & nota doctrinam. nu.14.* Foller.*in pract. crim. verbo, & ſi confitebuntur. parte prima, num.15. ſeq.* vbi alios refert, bene comprobat & reſpondet contrarijs. Gig.*de crim. læſ. maieſt. libro ſecundo, tit. quomodo & per quos crimen læſ. maieſt. prob. q.1. nu.21.* Vbi loquitur, ſiue confeſſio ſit emanata in tortura, ſiue etiam ſponte, Couar. *variar. reſolut. lib.1. cap.2. numero 16. verſi. rurſus, & contrario, &c.* Vbi alijs relatis teſtatur de veriori opinione, de qua etiam teſtatur, & pluribus eam comprobat (licet contrariam dixerit veriorem) Plach. *in epitho. delict. cap.37. nu.4. in fine. verſ. nec deſunt. & ſequent.* relati per Menoch.*de arbit. quæſt. libro ſecundo, caſu 367. numero ſexto*, vbi de communi ex Cagno. *in loco præcitato*; relati per Viui. *opinio 415. num.3. verſic. in contrariam vero partem.* Anton. Gomez. *variar. reſolut. tomo 3. cap.12. rub. de probatio. delict. numero 6. et ibi in addit.* Suarez. *littera C.* Vbi hanc opinionem indiſtinctè ſequendam dixit, reprobato Claro, contrariū ſentiente; & ita alias fuiſſe ſeruatum in Senatu Mediolani, teſtatur idem Clar.*in pract. §. fin. quæſtio.55. verſic. allegare etiam poſſet*; licet (vt mox eum referam) in verſicu. circa ſecundum, contrariam partem tanquam magis communem dixerit æquiorem idem Clar. *in d. verſic. circa ſecundum, ad finem.* Monticell. *regu. crimin.19. numero 16.* Bertazz.*conſilio 95. poſt numerum 3. & ſeqq. libro primo.* Vbi & alios refert, & teſtatur de communi, & ibidem *num.11.* Vbi ampliat etiam in confeſſione geminata & duplicata. Claud. *ad eundem* Bertaz. *conſilio 95. littera C, verſic. non licet his artibus.* Franciſc. Pegna *in additio. ad director. inquiſit. parte tertia, comment. 23. folio 469. colum.2. in fine. verſic. poſtremo, &c. & verſic. ſeq.* Sigiſmund. Scacc. *de indi. cauſ. ciuil. & criminal. libro primo, capit.86. numero 35. verſi. inhoneſtam autem, & ſequentib.* Vbi licet contrariam opinionem fateatur communem, eam tamen pluribus rationibus improbat, & hanc defendit ſententiam Franc. Perſonal.*de indic. & tortur. num.70.*

Verum, quia propoſita concluſio in vtroque eius capite non tranſit ſine difficultate, & plures habet contradictores; iccirco pro reſolutione & declaratione iſtius articuli, vide, quę latè ſcripſit D. meus Farin. *in pract. crim. par. 2. tit. de reo confeſ. & conuict. nondum impreſ. q. 81. c. 8. per totum. num. 276. & ſeq.* Vbi ad ſaturitatem more ſuo, & fideliter materiam explicat.

m *Principis ſcientia.* Concluſio illa, quòd occidẽs bannitum tolleratum, non gaudet impunitate, procedit in eo, qui vere eſt tolleratus, ſcilicet, publicè, & palam & a ſuperiore; ſecus ſi occultè, vel non a ſuperiore; tunc enim non prohibetur quis tolleratum bannitum occidere, ſecundum Marſ. *in pract. §. aggredior. nu. 29. in fine, & nu. 32. pariter. in fine. & ſeq.* Foller. *in pragm. de exul. num. 10.* Vbi quod tollerantia debet eſſe in ciuitate, & alijs locis habitatis; ſecus in ſiluis, & nemoribus. Boſſ. *d. tit. banniti quid amitt. nu. 2.* Vbi quod bannitus dicitur tolleratus, quando probatur, eum conuerſari palam, & notoriè per plateas, & vicos Ciuitatis, & quod habebatur pro liberato. Cæphal. *conſi. 35. nu. 20. lib. 1.* Vbi quod bannitus dicitur tolleratus, quando moram trahit, & cõtinuè habitat in loco. Menoch. *de arbit. lib. 1. q. 90. nu. 57.* Vbi quod tollerãtia debet eſſe talis, vt appareat, Principem approbaſſe illius banniti habitationẽ in Ciuitate; & propterea ſimplex tolleratio, & de facto non ſufficeret, ex Abb. Fely. & Gom. *in locis per eum relatis*, quibus adde Ruyn. *conſ. 85. li. 4.* Vbi diſtinguit plures caſus, in quibus bannitus dicitur tolleratus, & non tolleratus in Ciuitate, Bertazz. *conſi. 340. nu. 2. lib. 2.* Vbi facta concluſione, quod tollerantia debeat eſſe de Principis ſcientia, non autem ob nimiam banniti audaciã, pulchrè ibi declarat, & exemplificat, quando pręſumatur bannitum eſſe tolleratum potius ex ſua audacia, quã ex ſcientia Principis, & ècontra, Thob. Non. *conſ. 112. nu. 15. in fine.* Vbi quod in ſtatu eccleſiaſtico multo magis probanda eſt ſcientia Principis, cum vigore Bullarum Gubernatores Terrarum non poſſint bãnitos tollerare. Vulpell. *conſi. 59. nu. 11. & ſeq.* vbi quod tollerantia debet eſſe vel a Principe, vel a Ciuitate non recognoſcente ſuperiorem. Surd. *conſi. 377. nu. 28. li. 3.* Vbi quod bãnitus non dicitur tolleratus, niſi is tolleret, qui poteſt de banno eximere & diſpenſare, ex Ruy. Bero. & Pariſ. in locis per eum relatis, quod & idem eſt de mente Maſcardi *de proba. li. 1. concl. 162. num. 7.* & Brunor. a Sole *in quæſt. legal. q. 26. nu. 32. verſ. intellige fallentiam.* & Baiard. *in addit.* ad Clar. §. *homicidium. nu. 243.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

De validitate, ſeu inualiditate ſocietatis animalium: in qua pręcipué adſit pactum, quód loco demortuorum quolibet anno noui fœtus ſubrogentur. Plura ad interpretationẽ Bullę Sixti Quinti reprobantis ſocietates ad caput ſaluum: Et plura etiam de cenſibus, ac alijs contractibus uſuram ſapientibus, uel non.

SVMMARIVM.

Societas non dicitur vſuraria, quando lucrum non eſt taxatum ad certam quantitatem.

Societas animalium an ſit vſuraria & illicita ex facto, quod loco demortuorum alij ſubrogentur, num. 1. & ſeq. per totum conſilium in diſcurſu.

Verba conſtitutionis pœnalis, vbi non conueniunt, ibi nec etiã conuenit pœna ipſius conſtitutionis, nu. 1. in fine, & nu. 4. in fine.

Socida animalium datorum ad meliorandum eius eſt natura, vt loco mortuorum ſubrogentur alia, nu. 2.

Pactum quod venit in obligatione ſecundum naturam contractus, non facit ipſum contractum vſurarium, num. 2. & nu. 24. poſt med.

Vſura vt excludatur, omnis interpretatio facienda eſt, præſertim in foro contentioſo, nu. 2. in fine, & nu. 24. ad finem, verſ. & cum verſem ur.

Conſuetudo faciendi contractus vſurarios excuſat a pœna vſuræ, nu. 3. & nu. 17. verſ. ſecundo ex conſuetudine, vbi amplius quod ad probandum iſtam conſuetudinem ſufficit ſemiplena probatio, & nu. 19. & nu. 22.

Bulla Sixti Quinti improbans ſocietates factas ad caput ſaluum, vt locum habeat, tria requirit; Primo quod capitale ſit ſaluum; ſecundo quod ſit ſemper ſaluum; tertio quod ſit ſaluum damno & periculo ſocij minoris, nu. 4.

Verba clara & expreſſa dubitationem non recipiunt, num. 4.

Semper, dictio importat idem quod omni caſu & omni tempore, num. 5.

Mixtum non continetur ſub ſimplici in pœnalibus, nu. 6.

Conſtitutio pœnalis ſtrictiſſimè interpretanda eſt, tantumque extenditur, quantum loquitur, nu. 6. in fine.

Animalium mortuorum loco viuos fœtus ſubrogare, ſpectat ad bonum virum, ſiue proprietarius, ſiue vſufructuarius ſit, num. 8.

Bulla Sixti V. ſuper ſocietatibus ad caput ſaluum admittit pactiones & conuentiones ſecundum iuſtitiam, & æquitatem iuris communis, nu. 8. in fine.

Proteſtationes contrahentium adhibitæ in contractibus, quod per quaſcunque clauſulas, ſeu pacta non intendunt facere contractum vſurarium; & quatenus faciant, declarant haberi pro non appoſitis, ſaluant ipſum contractum ab vſura, nu. 9. & nu. 17. & nu. 18. & num. 21.

Vſura non præſumitur committi a viro bonæ famæ, & nu. 10. & nu. 21. Vbi idem de muliere nobili.

Emens animal morboſum, ſi de morbo notitiam habuit, non poteſt agere redhibitoria actione contra venditorem, numero 11.

Societas non dicitur vſuraria ex eo, quod capitale ſit ſaluum aliquo caſu, niſi ſit ſaluum omni caſu, nu. 12.

Societas animalium dicitur vſuraria, quando tradens animalia detrahere vult capitale ante finitum tempus ſocietatis antequam ruſticus aliquod lucrum conſequatur. numero 12.

Societas non dicitur vſuraria, quando capitale remanet ſaluum damno vtriuſque ſocij, num. 12. verſi. Et tamen aduertendum, vbi tamen quod eſt prohibita & illicita, licet non punibilis.

Societas

Digitized by Google

Societas animalium dicitur vſuraria, quando adeſt pactum, quod loco demortuorum ſubrogentur alia extra gregem, & aliunde, nu. 13.

Animalia mortua morbo naturali an cedant damno domini illorum, an vero ſocij minoris, nu. 14.

Damnorum fatalium appellatione venit pecus morte extinctum, ne dum latrocinio, aut incendio, nu. 14.

Aeſtimatio pecudum non transfert dominium nec facit emptionem, & venditionem, nu. 15.

Periculum pecudum æſtimatarum in ſocietate animalium, an pertineat ad dominum animalium; an vero ad ſocium. num. 16.

Proteſtatio contraria facto nihil operatur; fallit quando proteſtatio recipit actus futuros; item fallit quando eſt notificata parti, & de illius conſenſu appoſita, nu. 18.

Conſuetudo etiam reprobata excuſat a pœna, nu. 19. & in addit. litera A, vbi de materia.

Bona fides excuſat a præſumpta vſurarum fraude etiam orta ex iniuſtis & temerarijs cauſis, nu. 19. in fine.

Cenſus impoſitus ſuper re certa, licitus & approbatus eſt, numero 20.

Contractus præſumitur iuſtus, & legitimus, non autem vſurarius, num. 20.

Cenſus impoſitus cum pacto de retrouendendo, non niſi infra decem annos, & duos menſes, eſt illicitus, & vſurarius. nu. 21.

Cenſus dicitur vſurarius propter pactum quod non teneatur tradens pecuniam ad remiſſionem fructuum in caſu deteriorationis rei ſubiectæ cenſuræ; niſi deterioratio aſcendat ad quartam partem, nu. 21.

Vtile per inutile non vitiatur, quando ita ſuadet contrahentium voluntas, & quando vtile ſeparari poteſt ab inutili, num. 21.

Cenſus ad rationem decem pro centenario valet in locis, in quibus adeſt conſuetudo faciendi huiuſmodi cenſus, numero 22.

Cenſus non dicitur bene celebratus, quando pecuniæ fuerunt exburſatæ, & ſtatim reſtitutæ, nu. 23.

Cenſus in quo fuerunt exburſatæ pecuniæ & gemmæ inſimul, non dicitur iuſte celebratus, num. 23.

Teſtes reprobantes inſtrumentum debent eſſe omni exceptione maiores, numero 23. & in additione littera B, vbi de materia.

Fideiuſſores non ſunt idonei teſtes contra creditorem, numero 23. in fine.

Contractus emptionis & venditionis poteſt transfundi in contractum ſocietatis, num. 24. verſ. Domini communicatæ ſibi quæſtioni.

Contractus qualis ſit, cognoſcitur ex pactis in eo appoſitis. nu. 24. verſ. cum enim conuentum fuerit.

Societatis contractus dicitur, quando vnus communicat capitale & alter operatur, nu. 24. verſ. illis autem.

Contractus qualis ſit, cognoſcitur ex mente contrahentium, nu. 24. verſ. quia ſubſtantia.

Contractus duo poſſunt exurgere ex vno actu, nu. 24. verſ. Maximè quod.

Debitum ex vno contractu poteſt transfundi in alium, nu. 24. verſ. aut etiam debitum.

Nouatio primi contractus omnino inducitur per ſecundum contractum incompatibilem cum primo, nu. 24. verſic. quoniam quando.

Societatis contractus eſt compatibilis cum contractu venditionis, nu. 24. ſed extra dubium eſt.

Societatis contractus in quo differat a contractu venditionis, nu. 24. verſ. Nam in iſto.

Societas non dicitur illicita ex pacto, quod durante ſocietate in fine cuiuslibet anni reſtituatur ponenti capitale pars dicti capitalis, num. 14. poſt medium, verſ. haud etiam.

Societas, in qua capitale ſaluum ſeruatur, dicitur vſuraria, nu. 24. verſ. Quia ſtipulatio.

Facta non ſecus ac leges adaptantur ad ea, quæ frequentius accidunt, nu. 24. ante finem, verſ. Nam pacta.

Societas eſt plurium conuentio ſuam pecuniam induſtriam vel laborem conferentium ad lucrandum, nu. 24. in fine, verſ. eſt autem in mente.

Contractus qualis ſit, cognoſcitur a contrahentium denominatione, nu. 24. in fine.

CONSILIVM LIIII.

1 ADSIT DEVS. Bulla Sixti Quinti ſuper ſocietatibus ad Caput ſaluum, non habet locum in caſu noſtro; quia, vt ex eius lectura apparet, loquitur, quando lucrum ad certã quantitatem fuit expreſſum; ac etiam quãdo capitale remanet ſaluum dãno & periculo alterius ſocij, non obſtante quocũque fortuito caſu; quæ quidem pacta minimè interuenerũt in inſtrumẽto, de quo agitur, quia lucrum nõ fuit redactum ad certam quantitatem; ſed tantum ad illud quod ſupererit, deductis expenſis quolibet anno; & ita etiam in caſu mortis animalium non fuit dictũ, quod ſocius teneatur totum damnum reſarcire, ſed tãtum quod ex fœtibus primi anni, in locum mortuarum pecudum, quolibet anno alij cõmuni damno ſubrogentur; Ideo cum verba conſtitutionis non conueniant, nec etiam illius pœna applicari poteſt *l. 4. §. ait Prætor*, & ibi Alex. *num. 25. ff. de dam. infect.* Felyn. *in c. nonnulli, ſub num. 34. de reſcrip.* Neuiz. *conſi. 15. nu.* 11.

2 Præterea natura dationis animalium ad ſocietatẽ, videlicet meliorandum, prout noſtrũ inſtrumentum, ea eſt, vt in locum mortuarum pecudũ fœtus gregis quolibet anno ſubrogentur, & hoc eſt notorium; igitur pactum prædictũ, quod venit in obligationem ſecundum naturam contractus, non reddit illum vſurariũ, prout alias reſoluit Rota in vna Cremonen. prætenſarum vſurarum coram R. P. D. Orano. Veneris, vltima Aprilis 1593. Vbi amplius dicitur, quod in foro exteriori & contentioſo, omnis interpretatio fieri debet, vt excludatur vſura, ſecũdũ gl. *in l. ſi fratres. §. item ſi ex facto. in verſ. in certa quantitate. ff. pro ſocio.* Bal. *in l. rogaſti. §. ſi tibi. nu.* 19. & ibi Dec. *nu. 6. ff. ſi cer. pet.* cum alijs ibidem allegatis.

3 Et ex ijs apparet, non verificari querelã aduerſarij dicentis, quod in inſtrumẽto prędicto adeſt expreſſum pactum, quod ſemper capitale ſaluum eſſe deberet; & quod Præcodium fuerit expreſsè datum ad caput ſaluum. Hæc enim verba in inſtrumento non reperiuntur: imò etiã in omnem euentum dici poteſt, quod cum paſſim, & vbique talis contractus fiat ad meliorandũ quotidie per totam prouinciam Cãpaniæ, vbi celebrantur, talis conſuetudo excuſat a pœna, etiam quod contractus eſſet vſurarius (prout non eſt) Rolan. *conſil. 75. nu. 42. & ſeq. lib. 1. & conſi. 96. nu. 26. & ſeq. lib. 2. & conſ. 58. nu. 18. lib. 4.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 122. nu. 27.*

4 Et magis ſtrictè reſpondendo Bullæ prędictæ Sixti Quinti, præſuppono mihi pro veritate, q; eadem Bulla tria copulariuè requirit; Primum, quod capitale ſit ſaluum; ſecũdum, vt ſit ſemper

ſaluum;tertium vt ſit ſaluum damno & periculo ſocij minoris: ſic enim,ſi Bullę verba bene perpédantur,expreſsè legitur in ea, & cum verba vt dixi ſint clara & expreſſa,dubitationẽ nõ recipiũt, *l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.obl.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de leg.3.* & vbi conſtitutionis verba non verificantur, ibi nec etiam ipſa conſtitutio locum habere poteſt. *l.quarta.§.ait prætor*, & ibi Alex.*nu.25.ff.de dam.infect.*Felin.*in c.nonnulli.ſub nu.34.verſ.vbi verba.de reſcrip.*

5 Hoc firmo fundamẽto aduertatur,quod licet per pactum,quòd loco demortuarum,dum fętus geritur, videatur conuentum, vt capitale ſit ſaluum D.Iulio; non tamen eſt prouiſum, & conuentum, vt ſemper & omni caſu dictum capitale ſit ſaluum: nam ponamus,quod tempore diuiſionis non adeſſent tot fętus, qui ſufficerent ad cõplendũ numerum pecudum demortuarum, tunc vtique ſocius minor vigore inſtrumenti,non tenẽ alios fętus,ſeu pecudes ſubrogare; & ſic iſto caſu capitale non eſſet ſaluum: dato enim caſu, in quo vigore inſtrumenti non ſit ſaluum,Bulla non poteſt intrare, cum illud tantummodo pactum improbet,per quod capitale ſaluum ſit,nõ aliquo caſu,ſed ſemper; dictio enim, ſemper,idẽ importat, quod omni caſu, & omni tempore. *l.ſemper.ff.de iur.immunit.*notant Doct. *in l.1.ff.ſolut.matrim.*Hippol.Rim.*conſi.490.nu.2.* Menoc. *conſi.244.nu.22.& ſeqq.*

6 Sic pariter aduertatẽ, quod quando fętus ſubrogantur in locum pecudum demortuarũ, talis ſubrogatio non fit damno ipſius ſocij minoris, ſed damno vtriuſque;quia etiã ſocius maior confert partem ſuam fętuum,& agnorum: ſic etiam eſt vtilitas vtriuſque, licet forſan maior ſit vtilitas ſocij maioris in caſu reſtitutionis faciẽdę;ſatis tñ eſt quod iſta ſubrogatio non cedit totali damno ſocij minoris;quare ſubintrat concluſio, quod conſtitutio pęnalis loquens ſimpliciter de damno vnius, non habet locum in caſu, in quo damnum non eſt vnius tãtum,ſed alterius; quia in pœnalibus mixtum ſub ſimplici non continetur.*l.vim paſſa.§.perſcriptione.et l.mariti.§.hoc quinquennium.ff.de adulter.*Iaſ.*in §.omnium.nu.28.inſti.de actio.* de communi, & fuit reſolutũ in vna Romana Prælationis coram D. Seraphino, die 23. Iunij 1572. & pœnalis conſtitutio ſtrictiſſimè interpretanda eſt; & ideo tantum extẽditur, quantum loquitur;nec ex identitate rationis,ad alios caſus,quàm expreſſos in ea, contrahenda eſt.*l.factum ſuum.§.in pœnalibus, & ibi communiter.ff.de reg.iur.cum vulgaribus.*

7 Et ex ijs tolluntur omnia, quæ exaduerſo deducuntur de furto bannitorum, & de morbo pecudum, qui caſus cum exaduerſo credantur fortuiti, hoc ideo non videtur honeſtum, vt tunc capitale ſit ſaluum:nam ſi nõ aderunt fętus ſubrogandi, capitale non erit ſaluum, & conſequenter non verificabũtur verba Bullæ improbantis hoc pactum in omni caſu, & ſemper, non autem in aliquo caſu,vt probaui.

8 Et rurſus aduertatur, qđ in hoc inſtrumento quamuis pecudes fuerint datæ extimatę, non tñ fuit conuentum, vt tempore diuiſionis, & reſtitutionis earum,ſi numerus non erit complectus, teneatur ſocius minor de ſuo illum complere in pecunia, ſed tantum fuit dictum, vt durante ſocietate, fętus ſubrogentur in locum demortuarum;quod quidem pactũ non ſolum non eſt contra æquitatem,& iuſtitiam,ſed immo ęquiſſimũ, & iuſtiſſimum reputari debet, cum vnuſquiſque bonus vir ſiue proprietarius ſiue vſufructuarius, ſic ita etiam facere debuiſſet. *l.vetus. in fine.l.vel inutilium, & l.quid ergo.ff.de vſufruct.§.in pecudum.& §.ſeq.inſt.de rer.diuiſ.*Aret.*ibidem,num.1.in fine*, vbi expreſſe notat,quod vnuſquiſque bonus vir debet hanc fętuum ſubrogationem facere de eodem grege; alias iſte contractus non diceretur ad meliorandum,ſed ad deteriorandum,& conſequenter huiuſmodi pactum cum ſit cõforme iuri communi, & illius æquitati, non poteſt dici improbatum a Bulla,quæ expreſsè admittit pactiones & conuentiones ſecundum iuſtitiam, & æquitatem iuris communis.

9 Nec eſt omittenda proteſtatio, de qua in inſtrumento, in quo contrahentes expreſsè declarant, ſe non intẽdere aliquam facere pactionem contra ſolitum, & contra Bullas Apoſtolicas, & ad illas ſe omnino referunt;quo caſu talis proteſtatio excuſat ab vſura,quamuis in inſtrumento aliqua pacta reperiuntur illicita, prout alias fuit reſolutum coram D. Orano in vna Forolriuien. cenſus,Lunæ,15.Nouembris 1589.

10 Et demum non eſt omittenda qualitas,& bona fama D.Iulij, non ſoliti vſuras exercere, nec etiã indigentis aut pauperis, prout in ſimili poſt Fulgoſ.& Dec. in locis per eum relatis, conſiderauit Menoch.*præſump.lib.3.præſump.113.num.8.* & Rolan.*conſi.58.num.21.lib.4.* & alibi paſſim,& communiter Doctores.

10 Et hæc quoad actionem criminalem; quo vero ad ciuilẽ, nec etiam audiẽdus eſt aduerſarius, quamuis aſſerat,ſe emiſſe pecudes morboſas; nã cum ipſe de aſſerto morbo ſcientiam habuerit,illaſque ſic æſtimauerit,prout ad eandem æſtimationem decepit ad meliorandum,nullam vtique pro dicto aſſerto morbo actionem habet.*l.1.verſic.1.ff.de ædil.edict.*cum alijs per Ant. Gomez.*de contract.tomo 2.c.11.rubr.de empt.& uendit.nu.48.verſ.quod tamen intellige.*Igitur,ſiue ciuiliter,ſiue criminaliter agatur,omnino abſoluendus eſt D. Iulius,ex præallegatis.

12 Nec Doctorum authoritates,rationeſque dubitandi cauſa per excellentiſſimum, & integerrimum D.meum iudicem,Cęſarem Bartholellum Illuſtriſs.& Reuer.D.Cardinalis Aldobrandini digniſſimũ auditorẽ,in mediũ adductę, retrahũt me a iam ſcriptis; nã Archiepiſcopus Florẽtinus *in tract.de vſur.c.2.§.39.nu.59.verſ.Alio modo*, loquitur in pacto, per qđ capitale eſt ſaluũ in omnem euentũ,& ſic ſemper & omni caſu prout loquitur Bulla Sixti V.quod non contingit in caſu noſtro,prout & dictum & ſcriptum fuit;*in nu.autẽ 60.in fine.& ſeq.* loquitur in facto, per quod tradens animalia detrahere vult capitale ante finitum tempus ſocietatis,& antequã ruſticus vl-

lum conſequatur lucrum; quod quidem pactũ in inſtrumento, de quo agitur, nec etiam reperitur; & tñ aduertendum eſt, quod quãdo per pactum capitale ſemper remanet ſaluum damno communi, prout ex aduerſo prætenditur in caſu noſtro remanere; & tunc de iure cõi licet idem pactũ ſit prohibitum, non tñ eſt vſurarium, & punibile prout idem Archiep. *nu.* 62. expreſsè concludit; & idẽ tradidit ſumma Silueſtrina aliàs ex aduerſo allegata, *in verbo ſocietas.* 11. *q.* 9. concordat eadem Bulla Sixti V. in qua, vt quis vſuratius dicatur, & puniatur, non eſt contenta, quod capitale ſit ſemper ſaluum; ſed adhuc requirit, vt ſit ſaluũ damno ſocij minoris, contrariũ ex hoc ſentiens, qñ remaneret ſaluum damno cõi, ex præallegatis, & ſic Authoritas Archiepiſcopi in loco præcitato facit omnino impunibilẽ, & ab omni vſura vacantem contractum, de quo nunc agitur.

13 Deciſio Iacob. de Graff. 20. *lib.* 2. loquitur in pacto, quod in locum ouium demortuarum ſubrogentur agni, vel aliunde ſuppleantur, & quod ſemper ſit capitale ſaluum; ergo non facit ad pactum, de quo agitur, in quo, vt prædixi, ex pacto capitale non ſemper remanet ſaluum.

14 Tex. *in l. cum duobus.* §. *damna. ff. pro ſocio.* non probat rationem extra cõſideratã, quod ſcilicet pecudes morbo naturali peremptæ, propter æſtimationem cedere debeant damno domini, quia immo quod peremptarũ pecudum damnum habeat eſſe commune, apertè in illo tex. deciditur; & licet loquatur in damnis fatalibus, appellatione tamẽ fatalium damnorum venire pecus mortem extinctum, nedum latrocinio, aut incẽdio, explicat Bar. *ibidem in verſ. Quidam mercator.* Salyc. *in l. ſi paſcenda. nu.* 2. & ibi etiam Iaſ. *nu.* 2. Dec. *videm. nu.* 16. *&* 17. *C. de pact.* & tamen vt ſupra dixi, quamuis pactum quod pecudes de mortuæ damno cõi cedant, eſſet à iure prohibitum, non tñ eſſet vſurarium, & punibile, vt ſupra probaui, ex Archiepiſcopo, & Silueſt. in locis præcitatis.

15 Ad argumẽtum de tranſlatione dominij per æſtimationem, colligitur reſponſio extra d. per Saly. & Dec. *in d. l. ſi paſcenda,* dicentes, quod per æſtimationem pecudum non transfertur dominium nec inducitur emptio, & venditio, quia ea tantum fit, vt facilius de damno conſtare poſſit; & propterea facit damnum commune.

16 Ambroſ. de Vignate *in tract. de vſuris, nu.* 185. volens, non valere pactum, quod periculum pecudum æſtimatarum pertineat ad alium quàm ad ipſum ponentem animalia, allegat Bald. *in d. l. ſi paſcenda,* qui ſi videatur, contrarium omnino reſcribit, prout & ibi ſcripſerũt Saly. Iaſ. & Dec. quos ſupra allegaui, & nihilominus, dato quod iſtud factum non valeat, non tamen per hoc eſt vſurarium, & punibile, vt ſuperius dixi.

17 Et per hæc credũtur ſublatæ doctiſſimæ dubitationes per D. meum excitatę; ſed quatenus nõ ſit illis ſufficienter reſponſum, adhuc ex infraſcriptis duobus fundamentis non poſſe in caſu noſtro tractari de aliqua pœna, demonſtratur; Et primo ex proteſtatione, de qua in inſtrumẽto, in quo contrahentes expreſsè declarant, *ſe non intendere* aliquam facere pactionem inſolitam, & contra Bullas Apoſtolicas, & ad illas ſe omnino referunt; quo caſu talis proteſtatio excuſat ab vſura, quamuis in inſtrumento aliqua pacta reperiantur illicita, prout iam dixi fuiſſe reſolutũ coram D. Orano in vna Fotoliuien. cẽſus, lunæ, 13. Nouembris, 1589. Secundo ex conſuetudine inducta ſic contrahendi, prout cõſtat ex tot inſtrumentis in actis productis, ex qua contrahentem ab vſura excuſari, voluit Bat. *in l. qui ſit fugitiuus.* §. *apud Labeonẽ,* & ibi etiam Salyc. *ff. de ædil. edict.* Bald. *in l.* 1. *in* 3. *q. in fine, verſ. & hoc facit ad quæſtionem. C. de his qua pœna nomine.* Afflic. *deciſ.* 21. *nu.* 5. Et tñ ad effectum excuſandi delinquentem, ſufficere ſemiplenã cõſuetudinis probationem, voluerunt Plot. *inter conſ. crim. diuerſor. cõſ.* 108. *nu.* 122. *in fine, lib.* 1. *in paruis.* Bertazz. *conſil.* 53. *nu.* 21. *& conſ.* 36. *nu.* 5. *& conſ.* 132. *nu.* 4.

18 Nec obſtet, quod per ſubſequẽtẽ diuiſionem pecudum illicitam, tanquam contrariam proteſtationi, dicatur receſſum ab ipſa proteſtatione, ad Bart. *in l. pro herede.* §. *Papinianus nume.* 6. *ff. de acquir. hered.* quia reſpõdetur, quod ex quo proteſtatio eſt facta in contractu, reſpiciente etiam actus futuros, & futuram diuiſionem, præſente, & cõſentiente aduerſario, iccirco per ipſam diuiſionem, & actus quoſcumque factos, in executionem præcedentis cõtractus, licet proteſtationi contrarios, non cenſetur receſſum a proteſtatione, ſic, vt ſupra, de conſenſu partis adhibita. Bar. *in l. nõ ſolum.* §. *morte. nu.* 16. *& ſeqq. ff. de oper. nou. nunciat.* Vbi tunc demum per actus contrarios cõcludit recedi a proteſtatione antea facta, quãdo ſcilicet proteſtatio eſt parti ignota; ſecus ſi notificata; ergo multomagis quando eſt facta de conſenſu contrahentis, & in ipſo contractu, præſertim ad excludendum delictum, prout in caſu noſtro, ex Bar. *in d.* §. *morte. nu.* 28. & aduertit Gabr. in aliàs allegato *conſ.* 47. *nu.* 10. *lib.* 2.

19 Et pariter nec obſtet, quod talis cõſuetudo ſit reprobata a cõſtitutione Sixti V. quia ẽt cõſuetudo reprobata [a] excuſat a pęna. Anchar. *in c. cũ venerabilis. col.* 1. *ver. ex quo nota,* & ibi ẽt Anan. *nu.* 4. *extra de conſuetud.* Dec. *conſ.* 170. *col.* 3. *verſ. & iſte contractus. lib.* 1. Catell. Cotta *in memoralib. in verbo, cõſuetudo facit. verſ. Et vlterius,* & ſaltem negari non põt, quin ex tot inſtrumentis D. Iulius iuſtè crediderit, hmõi contractus ſic celebrari potuiſſe; ideo excuſandus, cũ a præſumpta vſurarũ fraude excuſet bona fides, ẽt ex iniuſtis, & temerarijs cauſis orta. Aym. *cõſ.* 145. *n.* 14. *in fi. lib.* 1.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

Deciſio coram D. Orano Foroliuien. cenſus, Lunæ, 13. Nouembris, 1589. de quo ſupra fit mentio.

20 ADSIT DEVS. Fuit concluſum, ſententiam A. C. annullantem annuum cenſum, de quo eſt quæſtio, tanquam fœneratium, reuo-

reuocandam eſſe; cum enim fuiſſet ſuper re certa conſtitutus, & de eo cõfectum publicum inſtrumentum, præſumptionem pro ſe habet, vt ſit factũ de contractu licito, Cæpol. *de ſimul. contract. præſump. 26. nu. 85.* Eſt. n. regulare, vt oĩs contractus p̃ſumatur iuſtus, & legitim⁹. Bal. *in l. rogaſti. §. ſi tibi. nu. 19. ff. ſi cer. pet.* Alc. *conſ. 200. nu. 4. lib. 2.* Socin. iun. *conſi. 83. nu. 3. lib. 2. cum ſimilibus.*

21 Tantò aũt magis, q̃d celebratus fuit cũ muliere nobili, in qua difficilius cadit p̃ſumptio vſuræ, Tiraq. *de retract. conuention. in præfatio. nu. 54.* Conar. *variar. reſ. lib. 3. c. 8. nu. 3.* præſertim, cũ in ipſo actu proteſtata fuerit ſe velle emere ſeruata forma Bullarum Pontificum ſuper cenſibus editarum, ſignanter ẽt conſtitutionis Pij V. cum clauſula, non alias aliter nec alio modo, ad Bart. *in l. non ſolum. §. morte. nu. 24.* & ibi Alex. *nu. 13. & 14. ff. de oper. non. nuncia.* Gabr. *conſi. 47. nu. 8. lib. 2.* ex qua arguitur præciſa ipſius intentio. *l. non aliter. de lega. 3. l. qui hæredi. §. ſi plures. ff. de cond. & demõ.* licét. n. in illo tex. legatur duplex appoſitum pactum d. conſtitutione dãnatum; vnum de retrouendendo, quod aliàs non eſt collatum in liberã & reſolutã voluntatem vendentis, ſed eſt limitatum, vt poſſit tãtũ redimere infra decem annos, & duos mẽſes; Alterum, per quod ad remiſſionẽ cenſus non vult teneri, niſi damnũ & deterioratio, cuius occaſione petitur remiſſio, aſcendat ad quartam partẽ; nihilominus nõ debet quis in eo concludere contractũ vſurarium, ſi debent tanq̃ vitioſa pro appoſitis haberi. *l. cum precario. de præcar.* nã illis non obſtantib. adeſt voluntas diſponendi in principali actu; ita quod qui amplius concedere voluit, vtiq; quod non minus eſt, voluiſſe dicatur; Et quod plus eſt additum, ſiñ intẽtionem diſponentis, ſeparabile eſt, ideoque non vitiatur vtile per inutile; ſed inutiliter tantũ adiectum vitiatur. *l. 1. §. ſed mihi. ff. de verbo. obligat.* hoc autem comprobat clauſula dictæ cõſtitutionis, nõ obſtantibus aliquibus pactis directè, vel indirectè talem facultatem auferentibus; ex quo colligiur, intentionem Papæ non fuiſſe confirmari actus in contrarium. Ang. *in l. quod autem. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. teſt.*

22 Neque vſurarius redargui poteſt ſub prætextu, quod fuerit conſtitutus ad rationem decẽ p̱ centenario; nã quicquid ſit de iure communi, de quo per Tiraq. *de retract. conſangu. §. 1. glo. 6. num. 26. & ſeq.* ille cenſus fuit venditus ſecũdũ vſum, & obſeruationẽ Prouinciæ Romandiolę, vbi p̃dia, ſuper quibus eſt impoſitus cenſus, ſunt ſita. In qua quidem Prouincia ſolent vendi, & cõſtitui cenſus ad rationem decem pro cẽtenario; certum autem eſt, quod ſtante huiuſmodi cõſuetudine, ceſſat omnis præſumptio vſuræ, & ex conſuetudine debet iudicari cõtractus licitus. *l. quis ſit fugitiuus. §. item apud Labeonem.* vbi Bart. *ff. de ædil. edict. l. quid ergo. §. 1. in verſ. cum vſuris, ſed vel triennal. & ijs quæ in regione ſeruantur. ff. de contr. & vtil. actio.* Oldrad. *conſ. 207.* Calder. *conſ. 4. ti. de vſur.* Cæpoll. *in tract. de ſimul. contract. nu. 4. et 47.* Bar. Soc. *cõſ. 87. nu. 21. lib. 2.* Dec. *in l. 2. nu. 17. C. de eden.* cum ſimilibus, & probat extrauagans Marti. *in titu. de empt. & vendit. in communibus.*

23 Minus habita fuit ratio teſtium deponentiũ, in huiuſmodi creatione cenſus pecunias ritè nõ fuiſſe ſolutas, ex quo reſtitutæ fuerunt incontinenti, nec pęnes venditorem cenſus remanſerũt, neq; integrũ prætium fuiſſe in pecunia numerata; ſed partim in gemmis, quæ contrariantur formæ præſcriptæ in conſtitutione Pij V. quia Dñi reſponderunt, iſtis teſtib. nullã fidem adhibẽdã; ex quo. n. ad repugnationẽ publici inſtrumenti fuerũt inducti, neceſſe eſt, vt ſint omni exceptione maiores.[b] Bar. *cõſ. 147. nu. 36. & ſeq. vol. 2.* Tantum aũt abeſt, vt ſint tales, vt ẽt omninò ſint repellendi, cum ſint fideiuſſores, qui regulariter repelluntur. Crot. de teſtib. inquit, q̊ ſaltem, ſecundum Ang. *cõſ. 295.* arbitrio iudicis remittuntur; ex quibus, & alijs hinc inde deductis, fuit reſolutum, ſententiam A. C. reuocandam.

Alia Deciſio coram eodem Orano Cremonen. prætenſarum vſurarum, die Veneris, vltima Aprilis, 1593. de qua pariter ſupra ſit mentio.

24 VEnditioni per Oprãdos Flamenis merciũ, de quibus in inſtrumento, certo cõſtituto pretio, & promiſſioni factę ſcutorum in emptionem 200. petiarum panni, pro ſortimento, vt aiebant, negociationis, ad effectum, vt ex prædictis pecuniarũ ſummis, iunctis in ſupplementũ nominibus debitorum quatuor millium ſcutorũ, quãtitas intra quinquenniũ Oprandis reſtituenda, adiecta fuit, quoniam pactum ſequens ſic legebatur, *Per quali tutta ſumma, & robba, denari contanti gli cõſegneranno, & altri dinari riſcoteſſero da debitori, gli ſaranno conſegnati da riſcuotere come di ſopra, & per tale tempo che detti Flammeni negotiarãno il denaro ſuo come di detti Oprandi promettono a detti Oprandi che dell'vtile cauaranno di tutto il negotio ſi farà inſieme per ambe le parti darne la parte dirà in conſcientia ſua Miſer Giouanni Paterno.* Quæſitum fuit ab Illuſtriſſimo D. Senatore Vrbis, coram quo cauſa vertebatur, præſuppoſitis nonnullis, an pactum huiuſmodi ſit inualidum, & reddat cõtractum illicitum, ita quod pecuniæ per Flãmenos Oprandis ſolutæ, veniant in ſortẽ computandæ? Domini communicatæ ſibi quæſtioni nègatiuè reſponderunt, quia etiam ſi in dicto inſtrumẽto appareat ab initio fuiſſe ĩter partes initum contractũ emptionis, & venditionis, fuit tamen ille incontinenti in eodẽ inſtrumento in contractum ſocietatis transfuſus, vt patet ibi, *Che per il tempo li Flammeni negotiaranno il danaro ſuo come di detti Oprandi promettono che dell'vtile cauaranno de tutt'il negotio ſi farà inſieme per ambe le parti, darne la parte:* Cum enim conuentum fuerit quod exactæ pecuniæ intra quinquẽnium Oprandis reſtituendæ, ſimul cum pecunijs Flamenorum negotientur, & de toto negotio quod inſimul fiet, Oprandi partem lucri habeãt, quam Ioãnes Paternus arbitrabitur, neceſsè eſt,

quod

quod dicamus,partes, etiã quod nomen contractus non expreſſerint,voluiſſe contractum facere,qui pactis expreſſis conueniret.Aret.*conſi.* 55. *num.*4.Aym.*conſi.*20. *in princip.* illis autem magis nullus congruit, quàm contractus ſocietatis; ſiquidem vtraq; pars communicat negotiationi pecunias,& ſic capitale, & Flameni vlterius ſuas operas præſtant,iuxta *l.coiri,cum l.ſeq.ff.pro ſoc.* vnde etiam ſi ſocietas non fuerit expreſsè in cõuentionem deducta,ſufficit, quod ex contrahentium mente reſultat, quia ſubſtantia actus, non autem verba attendi debent, vt eſt *deciſ.* Guid. Pap.186.quam ſequitur Couarr. *lib.*3.*variar.reſol.cap.* 2. *num.* 2.*in fine.* Maximè,quòd inconueniens non eſt,vt ex vno actu duo cõtractus exurgant,ſecundum Silueſt.*in verbo ſocietas, il* 1.*nu.* 18.Aut etiam debitum ex vno contractu in aliũ contractum conuertatur,*l.certi condictio.* §.*depoſuit,cum l.ſequen.l.rogaſti,in princip. &* §. 1. vbi DD.*ff.ſi cert.petat.l.ſi ex precio.C.eo.* Neque vero neceſſarium fuit, expreſſe cõtractum emptionis hoc caſu innouari ; qm̃ qñ datur incõpatibilitas contractus primi cũ ſecundo, tunc abſq; alia expreſſione extinguitur prima obligatio.*l.cũ in plures.*§.*in lege.ff.loca.*Bald.*in l.pact a nouiſſima.nu.*4. *C.de pact.*Dec.*conſ.*463.*nu.*5. ſed extra dubiũ eſt, contractum ſocietatis eſſe cõpatibilẽ cum contractu venditionis; nã in iſto pecunia nulli periculo ſubmittitur, ſed pure & ſimpliciter debetur; in illo vero pecunia ſubiacet periculo vitæ, & ſub certis conditionibus reſtituenda eſt. Hier. Gabr.*conſ.*81.*nu.*3.*& ſeq. lib.* 1. Nec ẽt contrariũ dicendũ ſuadet,quod.ſ. Oprãdi ſtipulati ſunt in fine cuiuslibet anni,durante quinquennio, partem capitalis ſibi reſtitui, quia ſtipulatio hmõi non fuit concepta per verba, per quæ voluerint ſuũ capitale ſaluũ fore: quo caſu proculdubio ꝓmiſſio redargueretur vſurariæ prauitatis, iuxta gl.*c.pleriq;*14.*q.*3.*c.per veſtras.*& ibi Card.*nu.* 11. Abb.*nu.*7.*& ſeq.* Præpoſ.*nu.* 4. *de donat. inter vir & vxor.*& de cõi teſtatur Iaſ.*conſ.*174.*nu.*2.*lib.*2. cum allegatis, ſed venit in obligationem ſm̃ naturam contractus.Rom.*conſi.*420. *nume.* 7. *verſ. Quod autem.*qñ.ſ.in negotiatione capitale nullũ commodum aut damnũ ſuiſſet paſſum, ad text. *in* §.*illud expeditum.inſtit.de ſociet.*Cald. *in c.nauiganti.q.*7.*de vſur.* Nã practica non ſecus,ac leges, ad ea adaptantur, quæ frequentius accidunt; eſt autem in mente contrahentium cõſideratio potius lucri q̃ dãni,prout ẽt ſocietas definitur plurium conuentio, ſuã pecuniam, induſtriam, vel laborẽ conferentiũ ad lucrandũ, *l.*1. *& tot. tit. ff. pro ſoc.* Nauar.*in ſeptimo præcepto Decalogi.nu.*351. & cum verſemur in foro exteriori,& contentioſo, interpretari nos oportet verba ad excluſionẽ vſuræ.gl.*l ſi fratres.*§. *item ſi ex facto.in verſ.incerta quantitate.ff.pro ſoc.*Bal.*in l.rogaſti.*§. *ſi tibi. nu.* 19.& ibi Dec.*nu.*6.*ff.ſi cer.pet.* Alex.*conſ.*221.*nu.* 6.*lib.*2.Aym.*conſ.*48.*nu.*8.Non obſtat,quod obſeruantia ſubſequuta hmõi intellectum euertat, ex quo Oprandi egerunt pro integro capitali, & fructibus; quia ſi ſocietas nullũ dãnũ fuit perpeſſa,iuſtum fuit,vt præter capitale,partẽ lucri ſentirent, & cum in ſubiectione calculi pecuniæ a partibus enuncientur datę pro capitali,& negotiatio vocetur ſocietas,non videtur vlterius circa qualitatem contractus inſiſtendum.*l.ille aut ille.*§.*cum in verbis.de legat.*3.*l. ancillæ. C. de furt.* & hoc optime deductum fuit per ſcribentes pro Oprandis,quorum etiam reſponſiones ad alia allegata pro Flamenis placuerunt Dominis.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Conſuetudo reprobata.* Contratium,quod immo conſuetudo reprobata à Principe,vel à lege non excuſet delinquentem, ſuaderi vr̃ ex traditis per Bal.*in auth.nauigia.per illũ tex.C.de furt.& in auth. oẽs Peregrini. ẽt per illum tex. verſ. vlterius nota. C. commun.de ſucceſ.* quos, & alios in propoſito refert Tiraq.*de pæn.temp cauſ.*42.*nu.*15. Vbi expreſsè hanc firmat limitationem. Gabr.*lib.*7.*concl.*8. *nu.*30.poſt Fely.& Roch.de Curt. in locis per eũ citatis; & expreſsè etiam, ni fallor, ita declarat Abb.*in capit.cum venerabilis.nu.*5.*de conſuet.* Vbi quod in eo tex. conſuetudo quamuis praua, excuſat, quia non adhuc illius prauitas fuit declarata,& ſic reprobata. Ludou. Piguet.*deciſ.crim.* 34.*num.*9. Vbi amplius dicit,ſufficere,quod conſuetudo ſit à lege ſimpliciter reprobata,quia tũc intelligitur reprobata, non ſolum in præteritũ, ſed etiã in futurum, ſm̃ communem, de qua per Alexan. Imol. & Iaſ. in locis ibi per eum citatis.

b *Omni exceptione maiores.* Ad reprobandum inſtrumentũ, an teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, nec nè, diſtinguendũ eſt inter teſtes extraneos,& inſtrumentarios; Extranei enim teſtes ſi contra inſtrumentum dicere audent, propter præſumptionem inſtrumenti, reſultantem præcipuè ex fide notarij,debent eſſe omni exceptione maiores, ſecuti poſt alios plures quos allegant antiquiores, ſcriptũ relinquerũt Conra. *in pract.in tit.de teſtibus.in rub. omni exceptione maior.nu.*90.*fol.mihi* 110.Monricel.*in repert.teſtium in rub.teſtes quales,& quos eſſe debeant,ad impugnãdum inſtrumentum.fol.mihi* 318.*col.*2.*verſ.*5.Oct. Cacheran.*conſi.*64.*num.*.... Vbi quod in hoc omnes conſentiunt.*& conſi.* 66. *nu.* 2. *& inter conſi. crim.diuerſ.lib.*1.*conſi.*117.*num.*53.*& ſeqq. & conſil.*118.*nu.*24.*& conſi.*126.*nu.*15. *& ſeqq. & num.* 45.*& conſi.*127.*nu.*11.Maſcard.*de probat.lib.* 1.*in præfatione.num.*68.*& ſeq.& lib.*2.*concl.*919.*nu.*5. *& ſeqq.* vbi exornat, & ampliat hanc concluſionem,*& lib.*3.*concluſio.*136.*nu.*2.Et propterea fœminas ad reprobandum inſtrumentũ non admitti,latiſſimè refutatis contrarijs, defendit Alber. *in l.qui teſtamento.*§.*mulier.num.*5. *& ſeqq.ff.de teſtam.*Et latius explicauit D.meus Farin.*in tract. de teſtib.q.*59.*nu.*77.*& ſeqq.* immo ſecundum aliquos iſta qualitas,qđ teſtis ſit omni exceptione maior, articulanda, & probanda eſt, prout in ijs terminis ſcripſerunt ijdem conſulẽtes inter *cõſ. crim.*

crim. diuerſ. lib. 1. conſi. 112. num. 24. & conſ. 117. ſub nu. 53. & ſeqq. Cacheran. *d. conſ. 64. nu. 47. & conſ. 66. nu. 2.* Cuius tñ contrarium *inter eadẽ conſ. cri.* conſuluerunt alij, videlicet *in conſi. 122. nu. 17. & conſ. 123. nu. 20. & ſeqq. & nu. 14. & conſi. 126. nu. 15. & ſeqq. iuncto nu. 24. & ſeqq. & nu. 45. & conſi. 127. nu. 11. lib. 1.* Ad quæ videre poteris quæ generaliter ſcripſit D. meus Farin. *in tract. de teſtibus quæſt. 62. num. 6. & ſeqq.*

Si verò agitur de reprobatione inſtrumẽti facienda per teſtes inſtrumentarios, & tunc magis communiter videtur receptum, eos non requiri, quod ſint omni exceptione maiores, ex quo à partibus rogati, cenſentur approbati, prout colligi poteſt ex allegatis per eoſdem conſulentes criminales *in conſi. 126. nu. 23. & num. 34. & ſeqq. & nu. 38.* vbi amplius, quod iſto caſu admittitur clericus contra laycum, *& conſ. 29. nu. 23.* Menoch. *de arbit. q. lib. 2. caſu* 105. *nu. 6. & nu. 33.* Virg. Boc. *in conſtit. Marchiæ gl. 7. nu. 14. & ſeq.* Monticell. *in repert. teſtiũ, rub. vbi ſup. d. fol. 318. col. 2. verſ. penu.* Natta *conſi. 95. nu. 10. & ſeqq. & nu. 68. & ſeqq. lib. 1.* Quamuis cõtrarium teneri videatur Anchar. Regien. *q. 71. par. 1.* vbi alia ponit ad materiam.

Retenta iſta communi opinione, declara eam non procedere in tribus caſibus; primo, quando teſti inſtrumentario ſuperueniunt defectus poſt celebrationem inſtrumẽti, prout in ſpecie declarant Menoch. *d. caſu* 105. *ſub nu. 7. verſ. Hactamẽ doctrina,* & Anchar. *d. q. 71. nu. 5.* Secundo, vt pariter non procedat, quoad notarium, ſed tantum quoad partes. Boſſ. *in tit. de falſ. nu.* 46. Anchar. *d. q. 61. num.* 8. Menoch. dubitatiuè loquens *d. caſu* 105. *nu. 7. in fine. verſ. cogitabam* tamen. Tertio, quando inſtrumentum reprobatur ab vno tantum teſte inſtrumentario; tunc, n. ẽt quod inſtrumẽtarius ſit, debet eſſe omni exceptione maior. Maſc. *de probat. in præfatione, d. quæſt. 6. nu.* 59.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij,

ARGVMENTVM.

Multa in ſequenti conſilio tractantur, quæ in ſummario perſpicies: ſed præcipue agitur de probatione tractatus, ſeu mandati ad occidẽdum: de filio, ſeu famulo occidente inimicum Patris, ſeu Domini: an de eiuſdem Domini, ſeu Patris mandato occidiſſe pſumantur: de capientibus, ſeu occidẽtibus delinquẽtem capitali pœna dignum, & in fragranti repertum: ac de illis, qui delinquentem, ſeu occiſorem ex manibus Curiæ, vel inimicorũ ipſum capere, aut occidere volentium, eximere procurant.

SVMMARIVM.

Accuſare alieno, & procuratorio nomine nemo poteſt. num. 1. & in addit. litera. A

Tutor, & Curator accuſare non poſſunt tutorio, aut curatorio nomine. nu. 1.

Sindicus non poteſt accuſare nomine vniuerſitatis. nu. 1.

Accuſatio vbi eſt nulla, totus proceſſus de ſuper fabricatus redditur nullus, & inualidus. nu. 1.

Teſtes examinati parte non citata, niſi repetãtur, non probãt, nec faciunt indicium. nu. 2. & nu. 21. faciunt tamen aliquam præſumptionem coadiuuatiuam aliarum probationum. nu. 36.

Teſtis periurus ſibi contrarius, & repugnans nullam facit fidem, & de falſo poſſet puniri. num. 3. vbi etiam quod nullum facit indicium.

Reus de ſe confeſſus de alijs interrogari non poteſt. nu. 4.

Socij criminis dictum non facit indicium, etiam contra hominem malæ famæ. nu. 4.

Mandatarij depoſitio non facit indicium contra mandantem. nume. 4. & num. 17. vbi quod nec facit indicium ad tranſmittendum inquiſitionem, facit tamen aliquam præſumptionem, & concurrente alio adminiculo ſufficit ad torturam. nu. 34. Præſertim in delictis occultis, & difficilis probationis. nu. 35.

Socius criminis non admittitur, niſi depoſuerit in tortura, & ad faciem inquiſiti. nu. 4. in fine, & num. 21. & num. 41. vbi ampliatur etiam in criminibus exceptis.

Exculpatio facta per eum, qui ducitur ad patibulum, prodeſt inculpato, tollitque inculpationis indicium. nu. 5. & nu. 16. Declara, vt nu. 38.

Inquiſitio continens qualitatem mandati, non ſuſtinetur, ſi probetur de conſilio. nu. 6.

Mandatum non præſumitur, ſi filius aut famulus occidat inimicum Patris. nu. 7. & nu. 23. verum quomodo hæc concluſio intelligatur, & an ad condemnandum, vel ad torquendum, & quid ſi alia concurrant. num. 29. & ſeqq. & nu. 33. & nu. 47.

Inimicitia ſola non eſt ſufficiens indicium ad torturam. nu. 8. quod an verum ſit, vide infra num. 43. verſ. hanc autem.

Conuenticula ad hoc, vt ſit punibilis, tria requiruntur; primo quod ſit facta ad malum finem; ſecundo quod præcedat deliberatio; tertio quod conſtet de authore. nu. 9.

Auxilium poteſt quis præſtare delinquenti, & occiſori poſt delictum, ſeu homicidium commiſſum, ne ab inimicis occidatur. nu. 10 contra. nu. 64. & ſeq. & nu. 90.

Exculpatio ſocij criminis valde prodeſt exculpato. nu. 12. & nu. 16. Declara vt nu. 38.

Tormenti impatientia facit variare reum. nu. 13.

Tortura in caput aliorum debet eſſe moderata. nu. 13.

Confeſſio extorta cum indebitis tormentis, non nocet confitenti, nec alteri, etiam præſeruata, nume. 13. nec conualidatur per ſuperuenientiam indiciorum. num. 14. & in addit. litera. B

Tortura inflicta ſine appoſitione temporis facit præſumere dolum contra iudicem. nu. 14. Declara, vt nu. 42.

Allegans mortuos in teſtes, ſuſpectus eſt, nu. 14.

Teſtes quo ad alios, & principales quoad ſe, ſi in ſuo dicto fuerit varius, ſtatur potius primæ depoſitioni, quam ſecundæ, etiam factæ in tortura. nu. 15.

Mandatarij dictum inueriſimile nullam prorſus facit fidem. num. 18.

Contrariorum eſt eadem diſciplina. nu. 18. ante finem.

Argumentum ab ijs, quæ frequenter accidere ſolent, validum eſt. nu. 18. in fine.

Homicidium, quod fuerit factum non præcedente tractatu, & deliberatione, plura ſigna. nu. 18. 19. & 20.

Tractatus non præcedentis ſigna, & coniecturæ plures ponuntur. nu. 18. & 19.

Pater

Pater magis tenetur ex periculo filij quàm ex periculo ſuo. num.19. in fine.

Veriſimile quod eſt, magis ſemper attendi debet. nu. 20.

Veriſimilis depoſitio ſemper magis attendenda eſt. nu. 20. & & nu.39. verſi. nam pro reſponſione.

Fama bona tollit iudicium reſultans ex depoſitione ſocij criminis. nu. 20. in fine.

Inimicitia non facit indicium, quando conſtat de percuſſore. nu. 22.

Mandatum non præſumitur, niſi tribus concurrentibus, videlicet præcedente inimicitia, ſecreta alloquutione, et homicidio incõtinẽti ſequuto. nu. 23. in fine declara vt nu. 46.

Inimicitia non facit iudicium, niſi ſit præciſa, & correſpectiua ad vindictam ſubſequutam. nu. 24.

Vindictæ modum excedere nemo præſumitur. nu. 24.

Mandans fieri vindictam præſumitur mandaſſe vindictam non exceſſiuam. nu. 24.

Præſumptio ex præſumpto ſumi non poteſt. nu. 25.

Specialia plura non ſunt præſumenda ad incurrendum delictum, ſed benè ad excludendum. nu. 25.

Minæ non faciunt indicium, niſi correſpondeant offenſæ ſubſequutæ. nu. 25.

Fama habetur pro ſomnio, & vano rumore populi, quando non eſt formiter probata in criminalibus. nu. 26.

Conſtitutio ſpontanea tollit indicia ad torturam. nu. 27. Declara vt nu. 59.

Dominus tenetur de delicto famuli quando erat informatus, quod dictus famulus eſſet perſona facinoroſa. nu. 32.

Socij criminis depoſitio admittitur in delictis occultis, & difficilis probationis. nu. 35. quod an verum ſit, vide in addit. litera. C

Teſtes mortui probant etiam parte non citata. nu. 37. Declara, vt in addit. litera. D

Vltra, dictio refertur ad modicum tempus. nu. 42.

Inimicitia oritur ex qualibet perſonali offenſa. nu. 43.

Cautio de non offendendo arguit inter cauentes malum animum. nu. 44.

Fama in delictis occultis ſine adminiculis, facit indicium ad torturam; ſed cum adminiculis ſufficit ad condemnandum. nu. 48. præſertim ſi fuerit orta incontinẽti poſt delictum. nu. 49. et quid ſi eſt coniuncta cum vno teſte de viſu, & alijs adminiculis. nu. 68. & quid ſi concurrunt cum ea duo teſtes de credulitate. nu. 69.

Fama probatur per teſtes, qui dicunt ſe audiuiſſe ita publicè dici. nu. 50. & in addit. litera. E vbi de veritate iſtius concluſionis.

Fama quando eſt orta ex aliqua probabili cauſa, tunc non eſt neceſſe, quod teſtes nominẽt authores ipſius famæ. n. 51.

Aſſociantes delinquentem ad effectum, vt occidat, præſumuntur conſilij, & participes delicti, & arguunt præcedentem tractatum. nu. 52.

Animus agentis dignoſcitur ab effectu, & euẽtu rei, & ab operibus. nu. 52. verſ. nec obſtet, & nu. 85. in fine.

Mendacia, & variationes faciunt indicium tractatus præcedentis. nu. 53.

Tractatus eſt difficilis probationis. nu. 54.

Tractatus probatur præſumptionibus, & indicijs. nu. 54. & in addit. litera. F vbi de materia.

Præſumptiones, & indicia ſufficiunt in probatione vindictæ tranſuerſalis, & criminis læſæ maieſt. nu. 55. & nu. 73.

Inquiritur hodie ex iudicis officio in omnibus delictis etiam ſine Accuſatore. nu. 57.

Fama bona tollit indicium malæ famæ in genere, ſed non indicia ſpecialia. nu. 58.

Conuictus condemnatur ſicut confeſſus. nu. 60.

Fuga ſocij criminis facit iudicium contra conſocium. nu. 61. & in addit. litera. G vbi declaratur & nu. 72.

Mendacia, variationes, & contrarietates reddunt reum valdè ſuſpectum de delicto. nu. 62.

Præſumptionibus non eſt locus, quando ſumus in claris. nu. 63.

Alternatiua oratio ſufficit, quod in vna parte verificetur. nu. 65. & nu. 92.

Crimen læſæ maieſtatis punitur ex ſola conſpiratione, & attentatione etiam effectu non ſequuto. nu. 66. & num. 91. & num. 97.

Confeſſus non expectat, niſi iudicis condemnationem. nu. 66. in fine.

Teſtes de credulitate plenè probant, quando eorum dicti concludenter reddunt rationem. nu. 70.

Teſtes de auditu faciunt aliqualẽ præſumptionẽ, quæ licet nõ transferat onus probandi contrarium, coadiuuat tamen alias probationes, & præſertim probationẽ famæ. nu. 71.

Contumacia vnius non nocet alteri. nu. 72. verſic. & licet, vbi declaratur.

Eximentes reum ex manibus Curiæ pœna criminis læſæ maieſtatis tenentur. nu. 73.

Teſtes infames admittuntur in crimine læſæ maieſt. nu. 74.

Teſtes inhabiles probant ſi veroſimilia deponunt. poſt nu. 74.

Teſtes non dicuntur contrarij, ſi vnus deponit plus altero. nume. 75.

Teſtes deponentes, quod quis non fuerit in tali loco, quando deponere debeant. nu. 76.

Teſtibus affirmantibus magis credendum, quàm negantibus. nu. 76. in fine.

Capere delinquentem in fragranti vnicuique licet. nume. 77. verſ. moueor præcipuè. Et vigore Bullæ vnuſquiſque tenetur ad id. nu. 78.

Reus criminis læſæ maieſtatis impune occidi poteſt. num. 79. & nu. 82. vbi ampliatur etiam ante condemnationem.

Bannimenta emanata de ordine Papę ſunt ſeruanda in toto ſtatu eccleſiaſtico. nu. 80.

Obſeruantia ſubſequuta Principe ſciente, & patiente, eſt bannimentorum interpres. nu. 81.

Occidere licet homicidam incontinenti, & in fragranti. num. 77. & ſeqq.

Interpretatio ſemper facienda, ne diſpoſitio reddatur eluſoria. num. 82.

Vindictam faciens tranſuerſalem reputatur Reus læſæ maieſtatis, & à quolibet occidi poteſt. nu. 83.

Occidere licet delinquentem, & reſiſtentem ſe capi. nu. 84.

Animus agentis ſemper præſumitur directus potius ad licitum, quam ad illicitum. nu. 85.

Exequutor iuris dicitur exequutor Iuſtitiæ. nu. 86.

Ius obiectum iuſtitiæ, & à iuſtitia appellatur. nu. 86.

Occidens hominem authoritate iuris, dicitur miniſter iuſtitiæ, & Dei. nu. 86.

Quicunque, dictio comprehendit etiam perſonas improprias. num. 87.

Extenſio de perſona vera ad fictam permittitur etiam in pœnalibus, quando perſona ficta repræſentat veram. nu. 88.

Priuata perſona æquiparatur officiali in actu Capturæ à iure permiſſæ. nu. 89.

Conſtitutio omnis pœnalis intelligitur effectu ſequuto. num. 91. Declara, vt nu. 92.

Reſiſtentia ſolo verbo committitur, violentia vero requirit corporalem offenſionem. nu. 93.

Rebellio dicitur crimen læſæ maieſtatis in primo capit. nu. 94.

Crimen læſæ maieſtatis contra Rempublicam, Principem aut eius conſiliarios commiſſum, dicitur commiſſum in primo capite; ſecus ſi contra alias perſonas inferiores, nume. 95.

Delicti qualitas cognoſcitur ex qualitate pœnæ. nu. 96.

Criminis læſæ maieſtatis pęna, quæ ſit tam in primo, quam in ſecundo capite. nu. 96.

Crimen læſæ maieſtatis confictum ab aliqua conſtitutione, an habeat omnia ſpecialia veri criminis læſæ maieſtatis. num. 98. & 98.

CON-

CONSILIVM LV.

Reſponſum Raynaldi Auguſelli.

1 ADSIT DEVS. Dicitur pro parte D. Franciſci in primis, quetelam, ſiue accuſationem præfatam fuiſſe nullam, nulliterque fuiſſe, & inepiè inſtituram, quia in criminalibus, & præſertim in grauiſſimis, non admittitur quis ad
a accuſandum alieno nomine. [a] *l.2.C.qui accuſare*, vbi Salyc.& alij. Aret. *de maleſ. in verbo, ad querelam, nume.* 20. Foller. *in pract. crimin. in verbo, audiantur exceptiones, nume.* 10. Clar. *in pract. crimin. in §. fin. queſtione* 14. *verſ. item quæro*, qui propterea dicunt, quod nec tutor, nec curator, nec ſindicus poſſunt procuratorio, tutorio, aut curatorio nomine accuſare; & vbi querela, ſeu accuſatio eſt nulla, totus proceſſus deſuper formatus, redditur nullus, & inualidus ita, vt nulla ferri poteſt ſententia ſaltẽ valida, niſi abſolutoria. Marſil. *conſ.* 49. *nume.* 9. 10. *& ſeq.* latè Rolan. *conſi.* 31. *in primo*, vbi multa ad annullandũ proceſſum, & ſentẽtiam factam, & latam ſuper libello inepto, vel nullo, ſiue inquiſitione nulliter formata, *& nu.* 16. ſubdit, quod ſi feretur ſententia condemnatoria, illa eſſet taliter nulla, quod de illius nullitate, & ineptitudine quandocunque dici poterit, & etiam poſt rem iudicatam, & Marſil. ſupra.

2 Quod verò attinet ad depoſitionẽ Saluſtij, dicitur primo, quod ex quo eſt facta in mero proceſſu informatiuo, parte abſente, nõ monita, nec citata, ideo nihil pœnitus probat, taliter quod nec indicat præfatum Dominum Franciſcum. *l. ſi quando. C. de teſtibus.* Alexan. *conſ.* 180. *num.* 8. *in ſecundo*, vbi dicit, cautus eſſe debet iudex, vt licet poſſit informationes capere, & teſtes examinare parte non citata, ad effectum capiendi delinquẽtem, in informatione tamen poſtea debet teſtes repetere, vel parte citata illos examinare, latè Roland. *in conſi.* 12. *in* 3. Clar. *in pract. in §. fina. quæſtione* 41. *verſicu. Cæterum ſi reus.* vbi dicit, quod valdè erraret iudex, ſi omiſſa repetitione teſtium, procederet ad torturam, vel ad condemnationem, cum teſtes præfati nullam pęnitus faciunt fidem cõtra reum imputatum, cum eo abſente, & non citato, fuerint recepti, *& quæſtione* 11. *verſicu. item quæro, propè finem.* Ruin. *conſ.* 7. *in* 5. Grammat. *conſi.* 15. *&* 64. vbi dixit præfata procedere, etiam ſi mille eſſen teſtes, & etiã quod iudex magnum arbitrium, & præeminentiam haberet, *& vot.* 30. vbi etiam ſi eſſemus in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, vel humanæ, & Marſil. *in pract. crim. in §. diligenter. nu.* 175.

3. Secundo, quia in vltima depoſitione tam ante torturam, quàm in tortura, & poſt *fol.* 79. 80. 81. reuocat ea omnia, quæ in primo ſuo examine contra præfatum Dominum Franciſcũ depoſuerat, dicendo, illa minimè vera eſſe; ſed illa dixiſſe præ nimio dolore tormentorum; ſed illa eſſe vera, quæ dixit in ſecundo conſtituto, & in vltimo ſuo examine; vnde cum ſit periurus, & ſibimet contrarius, & repugnans, nullam fidem facit. *l. qui varia, vel falſa. de teſtibus. cap. licet cauſam de probat.* cum enim iurauerit dicere veritatem, deponendo contraria, non dixit verum, quia cõtraria non poſſunt eſſe vera, ſed falſa. Bal. *in l.* 1. *nume.* 13. *C. de furtis.* Abb. *in cap. in noſtra. de teſtibus*, & quia ignoratur, in quo dicto inſit veritas, ideo neutri dicto ſtetur. Bald. *in l. ſi ſcriptura. C. de fid. inſtrument. & in conſi.* 101. *in* 1. Menoch. *conſi.* 60. *in* 1. Grammat. *conſi.* 26. Alex. *conſi.* 143. *in* 2. *nume.* 2. *in fine*, quia violato ſemel iuramento, quod eſt confirmatorium veritatis, in cæteris remanet ſuſpicio falſi; vnde in nihilo creditur. Fœlin. *in cap. teſtimonium. de teſtibus. num.* 19. & non ſolum non probat, ſed de falſo puniri poſſet, cũ ſit contradictio, & repugnãtia in dictis ipſiuſmet teſtis. Bart. *in l. eos. in fine. de falſ.* Aret. *de maleſ. in verbo, falſarij, col.* 4. *in fine*. Et in tantum hæc ſua depoſitio ruit, vt nullum faciat indicium cõtra dictum Franciſcum. Bald. *conſi.* 171. *in* 2. *nu.* 3. Crauett. *conſ.* 6. *num.* 46. 47. 48. Grammat. *voto* 6. *num.* 15. Roland. *conſi.* 34. *&* 75. *in primo*, cum ibi notatis. Burſat. *conſi.* 34. *&* 70. *in* 1. *nu.* 11. vbi amplius etiam, ſi tortus fuiſſet, vt ibi.

4 Tertio, quia facit ſe ſocium, & participem criminis, qui de ſe confeſſus, de alijs interrogari nõ poteſt. *cap.* 1. *de confeſſ. l. fina. C. de accuſat.* & illius reſpõſio etiam in caſibus alias exceptis, non indicat nominatum ad quæſtionem. Natta *conſi.* 298. Boſſ. *de indic. num.* 14. Boer. *deciſ.* 319. *num.* 3. vbi communem dixit, quod ſola confeſſio prætenſi ſocij criminis non indicat imputatũ, etiam ſi nominatus eſſet mali nominis. Gramma. *deciſ.* 28. *&* 56. Marſi. *in conſi.* 22. Rolan. *d. conſi.* 16. vbi ampliat, etiamſi tortus fuiſſet, & idẽ dixit de mãdatario contra mandantem nominatum, vt illũ non indicet. Grammat. *vbi ſupra*. Et vlterius requiritur, quod dictum ſocij illud in tortura in faciem imputati, & conſequenter præfati Domini Franciſci nominati ſubſtineat; nec ſufficeret, quod alias in ſua abſentia tortus fuiſſet; aliàs pęnitus ruit illius depoſitio. Clar. *ſupra in §. fina. in quæſtione* 45. *verſi. Cæterum &c.*

5 Quarto tollitur illius depoſitio ex reuocatione per Saluſtium facta, quando ducebatur ad patibulum, qui dixit præ dolore tormentorum nominaſſe præfatum Dominum Franciſcum, vt patet ex fide, quę datur in actis, quę exculpatio tollit indicium, ſi quod erat occaſione ſuæ depoſitionis. Iaſ. *in l. de die. qui ſatiſd. coga. in l.* 1. *nu.* 7. *de eo, per quem factum.* Boſſ. *de defenſione fauor. nu.* 10.

6 Cum igitur de tractatu, colloquio, & mandato non conſtet ex depoſitione Saluſtij, vt ſupra, nec aliunde conſtare poſſit, neceſſario Dominus Franciſcus venit abſoluẽdus, iuxta dicta p Rui. *conſi.* 6. *in* 5. vbi formata inquiſitione de mandato, reus abſolui debet, ẽt ſi contra ipſum de conſilio, vel perſuaſione conſtaret, Bero. *conſi.* 170. *in* 3. vbi deducto aſſaſſinio in inquiſitione, niſi expreſsè probetur traditio, vel promiſſio pecuniæ, licet homicidium, & mandatũ probarentur, abſol-

abſoluendus eſt, nec aliquo modo condemnari poteſt, ex quo qualitas deducta in inquiſitione, non fuit iuſtificata. Alex. *conſi. fina.in* 2. Boſſ. *in tit.de inquiſitione.num.*71. Riminal. iun. *conſi.*61. *in primo*.

7 Nec ex eo, quod homicidium fuit cõmiſſum à filio, & Saluſtio familiari, arguitur mandatum, vel ſcientia, quia ſola familiaritas, vel conſanguinitas non eſt ſufficiens indicium ad inducẽdum ſcientiam, vel mandatum ad delictum, niſi aliter de eo conſtet. Bald. *in l.*1.*C.de ſeru. fugit.* Boſſ. *in tit.de mandato ad homicidium.nume.*39. Bald. *conſi.*98.*in primo,* vbi expreſsè non præſumitur mandatum à familiari, vel amico meo. Iaſ. *in d.l.*1. Vbi ex delicto famuli non tenetur Dominus, nec ciuiliter, nec criminaliter.

8 Inimicitia ſola non eſt ſufficiens indicium ad torturam. Marſil. *in pract.in* §.*diligenter.nume.*69. Natta *conſi.*499. *& conſi.*42. vbi quod eſt indiciũ remotum à delicto, non ſufficit ad torquendum, ſed alia indicia, & adminicula requiruntur, & ita communiter tenetur. Boſſ. *de indic.nu.*46. vbi dicit ita practicari.

9 Allegatus tractatus, reſultans ex congregatione gentium, poſt delictũ commiſſum, nõ intrat, tum quia de tractatu non conſtat; tum quia cõuenticula dicitur illa, quæ facta fuit, & quæ tendit ad malum, non autem ad bonũ. Crauet. *conſi.*4. *numero* 18. & duo copulatiuè requiruntur, vt actus adunationis gentium ſit illicitus; primo oportet probare caput, & authorem talis adunationis; ſecundo quod ad malũ finem, animo deliberato, & tractatu præcedente, factum fuiſſet, in tantum, quod non ſufficeret probare, quod multi homines concurriſſent, vnus poſt alium ad rumorem, cum poſſit abſque dolo, & ex improuiſo, & ad bonum finem currere, & vnus poſt alterum ſuperuenire. Alexand. *in conſi.fina.in* 2. Marſil. *in pract.in* §.*conſtanter.num.*40. cum ſequen. latè Pariſ. *in conſi.* 171. *in* 4. pulchrè Corn. *in conſi.* 199. *nu.*40. quę omnia rectè cõuenirent caſui noſtro, in quo gentes variæ, & diuerſæ, inconſulto Domino Franciſco acceſſerunt, vnus poſt alium, ad ſe condolendum cum ipſo de occurſo caſu, vt deponunt multi ex teſtibus examinatis, qui actus non eſt de genere malorum, ſed eſt actus pietatis & charitatis mæſtos conſolari.

10 Et licet aliqui ex ipſis, qui ita acceſſerunt, cõcurriſſent cum armis ad locum rumoris; id actũ fuit ad ſaluandum Bernardinum, ne ab inimicis interficeretur, qui actus eſt licitus. gl. *in clem.prima.in gl.magna, propè finem de homic.* quam ſequitur Horatius de Callio *conſil. inter conſilia crim. diuerſ.* 168. *lib.* 1. maximè, quia inſequebatur à Vincentio, & Franciſco de Spatianis cum Archibuſijs, & iſti tanquam attinentes, & conſanguinei licitè potuiſſent currere, & illum euadere, ne interficeretur ab inimicis, cum vnicuique licitũ ſit ſanguinem ſuum redimere, ita in terminis Thob. Non. *conſi.*96.*&c.*

LAVS DEO.

Reſponſum Lentuli Cappelli in eadem cauſa.

11 ADSIT DEVS. Iniſta cauſa contra D. Franciſcum intentata, tria videntur principaliter inſpicienda, & diſcutiẽda circa id, quod fuerit conſcius homicidij committendi per filiũ, & famulum in perſonam Aloyſij. Primum erit dictum Saluſtij famuli occiſoris, & complicis cum dicto filio in homicidio dicti Aloyſij. Secundum erit inimicitia eiuſdem Domini Franciſci, cum fratre interfecti; tertium voces ſuſcitatæ, quod Aloyſius fuit interfectus ex cauſa, ſeu ad inſtantiã dicti Franciſci, quibus ſublatis erit ſublata omnis imputatio, & totus proceſſus cõtra Dominum Franciſcum fabricatus.

12 Quoad primum habemus intẽtionem fundatam ex primo dicto Saluſtij, qui recenſendo ſeriem facti nullum verbum dicit, & conſequenter pœnitus excludit dictum Franciſcum, & vtique ſi idem Dominus Franciſcus particeps fuiſſet dicti homicidij, ius veritatis, quæ coegit ad confitendum de ſe ipſo, pariter coegiſſet ad confitendum de alio, cum inueriſimile ſit, quempiam nulli in ſui necem veritatem dicere, & in alterius ſalutem mentiri, iuxta text. *in l. fina. C. de accuſat.* Gram. *vot.*4.*verſ. accedit.*

13 Quod vtique ſecundo loco dixit, propter tormenti impatientiam dixiſſe cẽſetur. *d.l.*1.§.*quæſtioni.ff. de quæſt.* Et iſtud comprobatur ex reiteratis tormẽtis, & exceſſiuis, in perſonam dicti Saluſtij illatis in caput aliorum; quod de iure fieri non poterat, quia in eo leuis debet eſſe tortura, non autem exceſſiua, & immoderata, prout præſupponitur illata cõtra præfatum, vt tradit Boſſ. *de tortura teſtium. nu.*31. *cum alijs*, quo caſu confeſſio in eadem tortura emanata, præiudicare nõ debet. *d.*§.*quæſtione*, & Paul. de Caſtr. *conſi.*273. *num.*7.*lib.*2. & iſtud eſt indubitati iuris, quod cõfeſſio per tormentum indebitè illatũ ex tortura,
b nullius eſt momenti.[b] Doctor. communiter *in l. penult.ff.de quæſt.* & ibi Bar. & Salycet. *in l.*2.*C.de cuſtod.reorum.* Alex. *conſi.*5.*col.*1.*lib.*1.*conſi.*93.*col.*1.*eod.lib.* Grammat. *conſi.*21.*nu.*18.*& conſi.*32.*nu.*6. vbi quod talis confeſſio eſt ipſo iure nulla, nec præiudicat cõfitenti, nec ẽt alteri, contra quem, vt teſtis, deponeret. Bar. *in d.l penultima, & l. fin. C.de accuſat.* Dec. *conſi.*198.*col.penultima*, & etiã ſi in ea confeſſione fuiſſet perſeueratũ ex interuallo. Alex. *d.conſi.*5. Gram. *d.conſi.*37.*nume.*7.*& ſeq.* Paul. de Caſtr. *conſi.*273.*num.*4. *lib.*1.

14 Amplius etiã, quod poſtea ſuperuenerint indicia, non præualidant talem depoſitionẽ. Bart. *in l.marius.col.prima.de quæſt.* Bald. *in l.fin.nume.*3.*C.de accuſat.d.conſi.*37.*num.*7.*&* 10. vbi ſubdit, quod talis confeſſio extorta facit pręſumere violentiam contra iudicem, & iſtud apertiſſimè demonſtratur, ex quo inconfuſo, & incerto modo torturam dimiſit, non appoſita hora; vnde contra eundem Dñm Iudicem præſumitur dolus. cõtra Aym. *conſi* 142.*nu.*9. quod videtur fuiſſe, ne

eius

eius iniuſtitia detegeretur, prout idem voluit *in conſ.*28.*nu.*7.ſuſpicans cõtra eũ,qui allegat mortuos in teſtem,qui non poſſunt rem manifeſtare.

15 Facit ad prędicta,quod vbi ſumus in principali quoad ſe,& teſte quoad alios,ſtatur potius primo dicto ſine tortura, q̃ ſecundo cũ ea ſequuto, & emanato.Bart.*in l.*1.§.*q.ff.de q.* Dec.*conſ.*175. *nu.*8.*cõſ.*189.*nu.*10.*ad finẽ.Deciſ.pedem.*39.*nu.*22.

16 Accedit,quod vbi primum habuit libertatem ſe excuſandi,vbi fuit ductus ad patibulum Saluſtius,reuocauit depoſitionem factam cõtra Dominum Franciſcum,tanquam extortam ex vi,& metu tormentorum; qua de re habetur dicta cõfeſſio,& depoſitio pro nulla,omnino nõ valida, ad Bal.*in conſ.*364.*nu.*4.*lib.*2. Et eſt vulgatum in iure,qđ exculpatio prodeſt inculpato, & oſtendit ſignum innocentię,& non poteſt ex cauſa inferri tortura etiam ſtantibus indicijs. Alexan.ad Bar.*in l.ſi quis in graui.*§.*ſi quis moriens. ff. ad ſyll. conſi.*1.*vol.*4.Marſil.*in pract.* §. *diligenter.nu.*700. & vide ipſum Grammat.*vot.*11.*nu.* 17. 18.

17 Præterea etiam,quod Saluſtius foret mandatarius ,nõ facit Indicium, niſi ad inſtructionem. Bald.*conſi.*79.*lib.*5. Marſil.*in* §. *diligenter.nu.*60. *cum ſequen.*Gram.*deciſ.*28.*num.*9.*& conſi.*38.*nu.* 20. vbi quod nec valet tale dictum ad formandũ inquiſitionem,latè Boer: *deciſ.*319.*per totum.*

18 Et eò magis, cum ſumus in dicto valdè inueriſimili, quia ſimilia mandata de occidendo perſonas non ignotas, & in nobili, ac populoſa ciuitate, in locis publicis, in meridie,& vbi de facili ſcandala poſſunt deueniri, & vbi delinquẽtium non omnino erat tuta ſalus,ob inimicos,& fatellites curiæ,facta cũ tali modo,atq; tam periculoſa deliberatione non præſumuntur;quinimo potius cũ ipsũ delictũ fuerit factũ publicè, & palã in aula,præſumendum eſt, factum fuiſſe caſu, & accidentaliter, ſumpta occaſione adaptandi tormenti ignei,prout recenſet Saluſtius; accedente maximè matura ætate, ſagacitate, ac prudentia dicti Franciſci, ac experientia, nobilitate, non egeni, ſed potius opulenti, & vbi de vnici filij ſalute tractabatur; Nam vtiquè ſi præfata cum deliberatione, & tractatu, & vbi diſcuſſa forent omnia diſcutienda,fuiſſent facta ante delictum, in delicto, & poſt ipſum delictum, ad euadendum fuiſſent factæ præparationes, quæ dicto Domino Franciſco faciles fuiſſent ex qualitate perſonę,facultatibus,& parentela,& ex alia temporis,& loci commoditate; nõ autem ita improuide commiſiſſet bona,vitamque filij vili perſonæ Saluſtij tantum; poterat enim habere equos paratos,& alia accommodata ad factum; & denique potuiſſent, & debuiſſent aliæ circunſtantiæ probari, & interuenire, quæ in pręmeditatis delictis ſolent adhiberi à communiter accidentibus,de quibus ſolet poni exemplum per Alber. 2.*par. ſtatutor. queſtio.*64. Clar. *in* §. *homicidium. verſiculo, ex prępoſito &c.* quæ cum non interuenerint,ſumpto argumento ab oppoſitis, ad delictum præmeditatum, & deliberatum tractatum cum dicto Franciſco, arguere non poſſumus, argumento tex.*in l.fina.ff.de leg.*3.Et quia ſolemus dicere,quod contrariorum eadem eſt diſciplina, *inſtu.de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris in princip.* Euerard. *in top.loco ſuo*, & validum etiam eſt argumentum in criminalibus à communiter accidentibus.Marſil.*in pract.*§.2.*queſt.* 36. Bald. *in l. conuenticulam.colum.* 3.*& fin.C. de Epiſcop.& cler.* Et ab ijs, quæ frequenter accidere ſolent in caſibus,& non accidunt, inſurgit inueriſimilitudo, & oritur indicium,& tollitur.Bald.*in l.neque natales.C.de probat.*Iaſ.*in l.non hoc.* poſt Bald. ibi *col. fina.C.vnde cogn.*

19 Et inter alia inueriſimilia illud potiſſimũ colligitur, quod nec vnum nummum quidem habebant dicti interfectores; quod poterat eſſe euidens ſignum nõ conſilij,nec iuſſus paterni;iſtud enim abhorret omnis bona ratio,patrem non cogitaſſe de periculo filij, cui prouidere potuiſſet, ſi ſciuiſſet eum periculum ſubiturum.*l.cum ratio. ff.de bon. damnat. iuncta l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ.* Alciat.*præſumpt. omnium prima de præſumpt.* Vbi magis tenetur Pater ex periculo filij, quam proprio.

20 Accedit, quod potuerit idem pater aſſociatũ filium mittere, & præparatum, & tamen acceſſit incautus, vnde tollitur omnis paterna deliberatio,vt optimè demonſtrat Card. Alban.*conſ.*12. vnde cenſeri debet potius homicidium inconſulto animo,& iuuenili,quã deliberato,& ſenili patratum;quod eſt magis veriſimile; & ideo attendendum, & in probationibus,Fœlin.*in c.audiiis. colum.* 13.*de præſumpt.*& in ſpecie noſtra in depoſitione Mandatarij,Grammat. *conſi.*44.*verſic. & potiſſimum,cum ſeqq.* & Aym. *etiam conſi.*6.*nume.* 27.& in propria confeſſione ſpõtanea, Dec.*in l. ætatem.C.de tranſact.*Marſil.*in l.*1. *in princip.num.* 55.*ff.de quæſt.* & inter duo dicta attenditur magis veriſimile, etiam quod vnum dictũ foret cũ tortura,aliud vero ſecus, vt notant omnes Doctores *in cap.audiiis. de præſumpt.* Aym. *d. conſi.*6. *nu.*49.Cæphal.*conſi.*60.*nu.*12.*et* 14.& ſaltem oritur ex prædictis incertitudo eneruans indicium, inſurgens ex prædictis,quia iudex non poteſt applicare animum magis ad vnum, quàm ad aliud dictum.Marſil.*in l.repeti.nu.* 14. *de quæſtion.* concurrẽte maximè, prout ſupponitur, bona fama, & laudabili vita, pacifica, quieta, & honeſta ſupradicti D. Franciſci,quæ indubitanter eneruat depoſitionem dicti Saluſtij, Grammat. *in ſpecie conſi.*21.*nu.*10.*& in conſi.*35.*nu.*49.

21 Et tandem non fuit repetitus in faciem dicti Franciſci, & non confrontatus: vnde pro nihilo reputatur eius dictum.Bar.& alij *in l. maritus. ff.de queſtion.c.*2.*de teſtib.*& ibi Doctores; dicunt enim, quòd teſtes informiter examinati, nullius ſunt momenti.Marſil. *in l.*1.*nume.*4. *de quæſtion.* Pariſ.*conſi.*2.*nu.*165. *lib.*4. vbi loquitur in crimine læſæ maieſtatis.

22 Non obſtat ſecũdũ, videlicet inimicitia, quia conſtat de percuſſore, ſeu interfectore; quo caſu non intrat præſumptio contra inimicum, quæ tunc demum procedit, quando ignoratur, à quo fuerit quis interfectus, cũ inimicus dicatur ſemper mala cogitare. Blanc.*in repet.l.fina.nu.* 90. *ff.*

de

Digitized by Google

de qu.eſt. Speculat. *de præſump. vbi ita declarat.* §. 2. *verſ. ſed pone*, ceſſat enim præſumptio in claris per iura notiſſima.

23 Quatenus verò velimus arguere cōſilium, ſeu mandatum in homicidio commiſſo ex manu alterius, aduertendum eſt, quod licet filius, ſeu famulus delinquit in re ſpectante ad Patrē, ſeu cōtra inimicum Patris, nō per hoc præſumitur mandatum, niſi aliunde probetur. tex. *in c. cum ad ſedem, & ibi gl. de reſtit. ſpol. gl. in l. 3.* §. *cum igitur. ff. de vi, & vi arm.* Bar. *in l.* 1. §. *famili e. ff. de publ.* per quæ in indiuiduo Bal. *conſ.* 53. *n.* 5. An an. *conſ.* 59. *nu.* 2. vbi poſt Bal. *in l.* 1. *C. de ſeru. fugit.* ait, tria cō tineri ad effectum, vt quis teneatur de facto alieno in delictis, ſeu contra eum præſumatur, videlicet inimicitia capitalis, ſecreta alloquutio, & homicidium incontinenti ſequutū; quæ tria ſi non concurrunt, non præſumitur aliquo pacto mandatum. Carrer. *in prax.* §. *circa ſecundum. nu.* 16. Ita expreſſe inquit, &c.

24 Sed aduertatur, quia inimicitia debet eſſe præciſa, & correſpectiua, & immediate in omnibus, & per omnia ad id, quod fuit ſequutū; fuit enim vulneratus Dominus Franciſcus a fratre Aloyſij interfecti, non autem ab interfecto; & ideo nō præſumitur voluiſſe excedere terminos vindictæ in alteram perſonam, a qua non fuit offenſus, & maxime extra perſonam de agnatione offendentis, ſecundum tradita per Alex. *in l. ſi quis.* §. *ſed & ſi quis mandauit. ff. de acquiren. hered.* vbi vindicta in dubio, etiam expreſſe demandata, cenſetur in dubio cogitata de ſimili in omni qualitate, & ita declarat Bald. *in l. ſi prædium. C. de adilit. act.* vbi argumentum offenſæ ſequutæ quomodò, & qualiter proceſſerit, a qualitate præcedentis cauſæ colligitur, & ita declarat Bar. *in l. olſ. ct a cauſa. ff. de pæn.* & regulariter de cauſa immediata præſumendum, non autem mediata. *l. ſi mulier. ff. rer. amot. cum ſimilib.*

25 Et alias eſſet fingere præſumptum ſuper præſumpto, & inculcare ſpecialē vindictam, quod nec etiā in fauoribus admittitur. *l. vnica. C. de dot. promiſſ.* & ſaltem de iure ſpeciali ſimilis fictio admitteretur, ad excludendum delictum, vt tradit Aym. *conſ.* 6. *nu.* 43. ſecus autem ad includendum delictum, & ad pœnam, ſumpto argumento a ſpeciali. *l. ius ſingulare. ff. de leg.* & maxime cum ſint inculcata, ſeu geminata. Et videmus in minis, quæ præſeferunt inimicitiam, & eius ſunt argumentum, ex quibus non ſumitur indicium, niſi quatenus ſunt, & appareant exequutæ in modo, & qualitate prolata; & ideo cenſentur eſſe poſitæ ſub conditione quadā, videlicet caſu, quo fuerint verificatæ ſecundum modum prolatum, & non alias: & ſic ex inimicitia, de qua agitur, non poteſt inferri ad delictum ſequutum extra proportionem cauſæ dictæ inimicitiæ.

26 Poſtremo non operatur fama, quæ videtur tanquam ſomnium quoddam, & rumor populi vani abſque aliqua circunſtantia, cum non conſtet, a quibus perſonis habuerit ortum, ex quibus cauſis, quæ debent eſſe etiam probabiles, de quibus deponere debent teſtes, etiam non interrogati; addito etiam, quod ſint, & eſſe debent honeſti, fide digni, & omni exceptione maiores, retenta quacunque opinione, Barto. *in l. de minore.* §. *plurium. de que. eſt.* & Bald. *in cap. literis. de præſumpt.* per ea, quæ Aymon *conſilio* 26. *numero ſeptimo.* Et præſertim in criminalibus Cro. *de teſtibus, par.* 7. *verſ. aggredior, num.* 30. *& ibi, & ſequenti*, & nouiſſime Clar. §. *fin. qu. eſt.* 6. *verſ. amplius. quæſt.* 31. non quidem a maleuolis. Dec. *conſ.* 57. *num.* 4. Thob. Non. *conſ.* 99. *num.* 27. Cephal. *conſil.* 65. *eodem numero.* latiſſime Burſat. *conſ.* 20. *num.* 1. Vulpel. *conſ.* 30. *num.* 2. Bald. *conſ.* 402. *nu.* 5. *lib.* 5. 447. *nu.* 10. *eod. lib.*

27 Ex quibus omnibus videntur ſublata quæcunque indicia, & præſumptiones contra dominum Franciſcum, quia nec vnumquodque de per ſe, nec omnia ſimul iuncta, operari aliquid poſſunt, cum nihil ſubſtantiale colligatur ex eis, ſintque imperfecta, & lædibilia, & tandem ex ſpontanea comparitione tollitur omnis ſuſpicio, & titubatio, & etiam ſi adeſſet indicium ad torturā, quia alias eſſet ſpecies fatuitatis, cùm dicta comparitione velle celare delicta. Marſ. *in* §. *diligenter, numero* 204. Gramm. *conſil.* 61. *nu.* 31. Socin. iun. *conſ.* 39. *num.* 33. *& ſeq. lib.* 2.

LAVS DEO.

Reſponſum Proſperi Farinacij in eadem cauſa.

28 ADSIT DEVS. Ea, quæ per Dominos ex aduerſo ſcribentes ad fauorem Domini Franciſci deducuntur, licet ſubtilia ſint, non tamen poſſunt apud oculariſſimum Iudicem, nec facti veritatem immutare, nec minus iuris diſpoſitionem, quæ ex clara facti ſpecie oritur, obumbrare; vrgent enim cōtra eundem dominum Bonauiſum tot, tantaque nedum indicia, & ea quidem indubitata, ſed etiam violentæ præſumptiones, mādatum, de quo agitur, arguentes, vt illud negare, & occultare velle, eſſet, vt dici ſolet, cōtra ſtimulum veritatis, & conſcientiæ calcitrare.

29 Vrget enim primo loco contra ipſum vulgatis illa, ſed vera concluſio, quòd delictum commiſſum a famulo, filio, vel conſanguineo, occaſione domini, Patris, vel conſanguinei, de illius ſcientia, conſenſu, & mandato commiſſum a iure præſumitur. *c. conſtitutus, il primo, in verſ. ſi quis autem de conſanguineis, & ibi gl. in verbo, veriſimile, extra de teſtibus.* Batt. *in l. de pupillo.* §. *ſi quis ipſi prætori. numero decimonono, in decima quæſt. ff. de nou. oper. nunciat. & in l.* 1. §. *Idem Labeo. ff. quod vi, aut clam.* Rom. *conſ.* 68. *num.* 2. *verſ. iuris enim præſumptio eſt, & conſil.* 152. *num.* 4. Imol. *in l. hæres meus.* §. *fin. verſ. An autem impedimentum. ff. de conditio. & demonſtratio.* Alex. *in l.* 1. *n.* 4. *verſ. puto opinionem Bartoli veram. C. ne liceat potent.* Marſ. *conſ.* 3. *nu.* 18. *& ſeq.* Natt. *conſ.* 451. *nu.* 6. *lib.* 3. & eſt communis, vt per Bero. *in conſ.* 118. *num.* 22. *libro tertio*, quem refert, & ſequitur Lancellot. *de attentatis, c.* 1. *nu.* 80. *& ſeq.*

Digitized by Google

30 Contra quam opinionē, prout bene animaduertunt ex aduerſo Domini Scribentes, licet nō ignorem ſenſiſſe Baldum, Ananiam, & alios relatos per Boſſ. *in tit. de mandato ad homicidium, num.* 39. Nihilominus, omiſſa pro nunc diſcuſſione ſuper veritate prædictarum contrariarum opinionum, ſupplicatur aduerti, quod quando vltra cōſanguinitatem, vel famulatum delinquentis cōcurrit aliqua alia præſumptio mandati, res tunc nullam prorſus habet difficultatem, & Bartoli opinionem contra Baldum præualere, vel ſaltem ſic poſſe eorum contrarias opiniones concordari, ſcripſerunt Roman. *in dict. l. prima. §. ſi quis ipſi Prætor. numero octauo. ff. de non. oper. nunciatio.* Abb. *in c. cum cauſam. nu. 19. de teſtibus.* Alex. *conſ. 60. nu. 5. lib. 2.* Marſ. *d. conſ. 3. nu. 18. verſ. & ſaltem hoc procedit.* Gramm. *conſ. 8. nu.* 3. Petr. a Placha *in epith. delict. lib. 1. c. 14. poſt nu. 4. verſ. quod ipſe veriſſimam intelligerem.*

31 Et in propoſito vera practica eſt, quod quando cum conſanguinitate, vel famulatu concurrit vnica tantum præſumptio, etiam leuis, & non violenta, tunc ſine dubio oritur ex ea indicium indubitatum ad torturam. Boſſ. *d. tit. de mandato. nu.* 52. At ſi non vnica, ſed plures concurrant præſumptiones non leues, ſed vrgentes, prout infra in caſu noſtro, eas cōcurrere mox demonſtrabo, & tūc ad punitionem illas ſufficere, ſentiunt omnes præfati Doctores, præſertim Abb. *in d. c. cum cauſam. poſt d. nu.* 19. Marſ. *d. conſ. 3. nu. 20. verſ. qui nimo prædicta, &c.* & non ſolum in pœnam extraordinariam, ſed etiam in ordinariam. Duen. *regula 203. in prima limitatione, verſ. quod tamen intelligo verum.* Petrus a Placha *d. c. 14. nu. 4.* Vbi plures alios adducunt concordantes.

32 Vrget ſecundo, quia (vt mihi in facto ſupponitur, & ſi opus fuerit, probabitur) Saluſtius famulus dicti Franciſci, erat homo facinoroſus, malæ vitæ, & ſolitus homicidia committere; vnde dictus Franciſcus tanquam veriſimiliter informatus de ſua conditione, *l. fina. §. ſeruorum. ff. naut. caup. & ſtabula.* puniri poteſt de delicto per eum commiſſo. Alciar. *de præſumpt. regula tertia, præſumpt.* 40. *nume.* 4. Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 86. verſic. Hinc infertur. poſt princ.* Et cum hoc homicidium ſit commiſſum contemplatione ipſius Domini Franciſci, & propter offenſam ei prius illatam, non extraordinaria, ſed ordinaria pœna imponenda eſt, vt per Duen. & Plach. in locis præallegatis.

33 Imò, & quod plus eſt, quando famulus eſt vilis conditionis, & famæ, prout negari non poteſt fuiſſe iſtum Saluſtium, etiam, quod nō eſſet alias criminoſus, ſi occaſione domini delinquat, non poteſt ipſe dominus ignorantiam allegare, ſed de illius ſcientia, & mandato deliquiſſe præſumitur. Card. *in Clemen. ne in Agro. §. porro. in 4. notab. de ſtatu Monach.* Felin. *in c. Petrus Diaconus. nu. 7. extra de homicid.*

34 Vrget tertio dictum eiuſdem Saluſtij: nam licet non me lateat, quod ſola depoſitio mandatarij, aut alterius aſſerti ſocij criminis, indicium ad torturam non faciat contra nominatū mandantem, ſeu alias de delicto partis participem, vt per Bald. Marſil. Grammat. Boſſ. & alios ex aduerſo allegatos, nihilominus, quin ſaltē aliquam præſumptionem faciat, omnes admittunt, teſte Claro *in pract. quæſt. 21. verſic. ſed quid in criminibus, ad finem,* & quando cum tali dicto conuenit etiā aliquid aliud adminiculum, ne dicam indicium, vel præſumptio, nemo dubitat, quin ex eo etiam ſufficiēs oriatur indicium ad torturam, vt in mādatario conſuluit Rolan. *conſ. 14. num. 18. vol. 4.* Hieron. de Monte *quæſt. 16. nu.* 21. Et generaliter, in omni ſocio criminis dixit communem Clar. *d. q. 21. verſ. ſed quid in criminibus exceptis, ad finem.* late conſuluit Tiber. Decian. *conſ. 18. nu. 64. 67. 68. 69. & 71. lib. 1.*

35 Et quando ſumus in occultis, in quibus alij teſtes haberi non poſſunt, prout in caſu noſtro, in quo agitur de tractatu homicidij, vt infra dicam,
c depoſitio ſocij criminis admittitur.[c] Verall. *deci. 140. in fi. lib. 2.* vbi inſert ad materiam confidētiæ. Dec. *conſ. 342. nu. 2. verſ. Venio ad ſecundum, & nu.* 3. Grā. *vot. 3. nu.* 6. Natt. *conſ. 298. nu. 6. li. 2.* Ceph. *conſ. 75. n. 40. & ſeq. li.* 1. Menoc. *de arbit. q. li. 2. cen. 5. caſu* 474. *nu.* 36. Tiber. Decian. *d. conſ. 18. nu. 67. vol. 1.* Maſc. *de prob. lib. 1. concl. 158. poſt nu. 6. in 4. limit. & concl. 466. nu. 6.*

36 Nec facit, quod idem Saluſtius non fuerit confrontatus, vel ſaltem repetitus, reo citato, *ad l. ſi quando. C. de teſtibus,* cum alijs ex aduerſo allegatis; quia primo dicitur, quod teſtis, etiam nō citata parte examinatus, facit aliquam præſumptionē, aliaſq; coadiuuat probationes, licet nō inducat ſufficiens indicium ad torturam, Gram. *deciſ. 34. nu.* 33. Dec. *in c. in nomine Domini, il* 1. *nu. 18. extra de teſtib.* Decian. *d. conſ. 18. nu. 59. vol.* 1. Burſat. *conſ. 345. nu. 29. verſ. quæ probationes, vol.* 4. præſertim in occultis. Fran. *in c. 1. nu. 5. de homic. in* 6. Rolan. *conſ. 12. nu. 77. vol.* 3.

37 Secundo dicitur, quod mors[d] omnia ſupplet,
d *l. fi.* vbi Caſtren. *in ſummario. C. de teſtib.* Ioa. Mille. *in prac. fol. 84. nu.* 17. Aym. *de antiq. temp. par. 1. ſect. Ampliatur nunc. num. 11. fol. mihi* 39. cum alijs per Stephan. Lamberteng. *in tract. de contract. glo. 11. nu.* 20.

38 Nec etiam facit aſſerta exculpatio facta, vt dicitur a Saluſtio, dū ad furcas duceretur, quæ maxime videtur reo prodeſſe, ex Bal. Iaſ. & Boſſ. allegatis per Dños Informantes; Tū quia de tali exculpatione non conſtat ſaltem per teſtes legitime, & formiter examinatos; tum etiam, quia quatenus conſtaret, certi iuris eſt, illā exculpato non prodeſſe, quando inculpatio eſſet adminiculata, prout in caſu noſtro, ad late tradita per Marſil. *in prac. §. reſtat. numero primo, & omnibus ſeq.* quem refert, & ſequitur Foller. *in pract. verbo, & ſi confitebuntur, in tertia parte, tertiæ par. principalis, numero* 101.

39 Prout etiam nec facit, quod idem Saluſtius ſit varius, cum primo loco dominum Franciſcum non inculpauerit, & deinde in tortura illum nominauerit; quo caſu ei minime credendum eſt; tum quia periurus, vt late pluribus Doctorum auctoritatibus comprobat vnus ex dominis informan-

formantibus; tum etiam, quia quando ſumus in principali quoad ſe, & teſte quoad alios, ſtatur potius primo dicto ſine tortura, quam ſecundo cum tortura, vt *in deciſione Pedem. 79. nu.* 22. cum alijs allegatis per alterum Dominum informantem. Nam pro reſponſione dicitur, quod quãdo habemus teſtem varium, & contingit dubitare, cui dicto magis ſit ſtandum, an primo ſine tortura, an ſecũdo cum tortura, vel alias, nulla verior, & magis infallibilis regula dari põt in iure, quam quod attẽdatur illud dictum, quod eſt magis adminiculatum, & magis veriſimile, ſiue ſit primũ, ſiue ſecundum, ſiue pro reo, ſiue contra reum; & ſiue in tortura, ſiue extra torturam emanauerit, ad tradita per Tiraquell. *de reuoc. donat. in præfatione, nu.* 49. Aymon *conſilio ſexto, numero* 49. Boſſ. *in titulo de oppoſit. contra teſtes, ſub numero* 1. *in medio.* Cep. *conſilio crim.* 60 *numero decimonono, & vigeſimo, volumine primo.* Clar. *in prac. quæſtione quinquageſimatertia, verſ. 4. eſt caſus, prope finem, ibi, quo vero ad primam, &c.*

40 Quod autem ſecũda depoſitio Saluſtij ſit magis adminiculata, & magis veriſimilis, quam prima, ex ijs, quæ dicta ſunt, & infra dicentur, clariſſime patebit: ſed inueriſimilitudo primæ ſuæ depoſitionis apparet manifeſta, cum in ea dicat ſe nunquam ſciuiſſe, quod Bernardinus volebat occidere Andream, niſi in illo mane, in quo ipſum interfecerunt. Item, quod per prius ante diem ſequuti homicidij nunquam fuerat requiſitus, nec etiam tractauit cum dicto Bernardino de occidendo Andream; Item, quod nec ſciebat cauſam, nec ille ſcire procurauit, quare Bernardinus vellet occidere Aloyſium; quæ omnia quomodo poſſint in mentem hominum cadere, optime Dominus Iudex arbitrabitur. At in alia depoſitione per torturam emanata, omnia ſuo ordine exponit, & magis veriſimiliter, & complete veritatem fatetur; ergo illi ſtandum eſt, & non primæ, per præallegata.

41 Nec demum obſtẽt ea, quæ de reiterata, & immoderata tortura ſine temporis, vel horæ indicatione, Saluſtio inflicta, per Dominum Sribentem ex aduerſo deducuntur; & quod propterea confeſſio inde emanata, minime obeſſe debeat domino Franciſco. Hæc enim obiectio tollitur ex facto; nam non eſt verum, quod Saluſtio fuerit inflicta iterata tortura, ad habendum eius cõfeſſionem ſuper mandato, licet bene fuerit bis tortus; in prima enim tortura quoad dictũ Franciſcum ipſe iam libere faſſus eſt veritatem, illamque ſponte ratificauit, nõ ſolum in ſecundo eius conſtituto, vbi latius explicat factum, ſed etiam in tertio conſtituto, vbi reddit rationem, quare a principio nolebat nominare dictum Franciſcum: ſecunda autem tortura fuit data ad conualidandum eius dictum, quod iure fieri, & poterat, & debebat; alioquin ſine tortura depoſitio ſocij criminis nihil valuiſſet. Rolan. *conſilio decimoſexto, numero decimoſeptimo, & conſil. 73. numero vigeſimoſecundo, & ſeqq. libro primo.* Clar. *in pract. quæſt. 21. verſ. ſcias etiam.* Menoch. *de arbitr. quæſt. libro ſecundo, caſu* 474. *num.* 49. *& ſeqq.* Hieron. de Monte *quæſt. 16. nu.* 22. Maſcard. *de prob. lib. 1. concl.* 158. *num.* 3. *& concl.* 462. *nu.* 28. *& ſeq. & lib. 2. concl.* 857. *nu.* 34. vbi ampliat etiam in criminibus exceptis, ergo iſto reſpectu tortura non poteſt iudicari, nec iterata, nec immoderata, nec indebite illata.

42 Nec etiam verũ eſt in facto, quod fuerit inflicta ſine appoſitione horæ, quia in proceſſu mihi exhibito reperio expreſſum, quod prima tortura fuit in totum per ſpatium vnius horæ, & vltra, quæ dictio, vltra, refertur ad modicum tempus. *l. hæc adiectio. ff. de verb. ſig. c. litera, & ibi gl. in verſ. tribus annis, & vltr. 1. ad mediũ, extra de dilat.* Pariſ. *conſ.* 87. *nu.* 20. *vol.* 3. & tamen etiam ante dictam horam Saluſtius faſſus erat mandatum d. Franciſci: ſecunda autem tortura, vt præfertur, illata ad conualidandum eius dictum, nõ fuit niſi per ſpatium vnius quartæ partis horę, ergo nec etiam reſpectu temporis fuit immoderata.

43 Vrget quarto capitalis inimicitia inter dominum Franciſcum, & dominum Baptiſtam fratrẽ Vterinum Aloyſij occiſi, cuius occaſione dicit Saluſtius ſibi fuiſſe datum mandatũ ad occidendum dictum Aloyſium, quę inimicitia ſatis dicitur contracta ex qualibet perſonali iniuria & offenſa; & ſic multo magis in caſu noſtro ex vulnere illato per Baptiſtam eidem domino Frãciſco. Bal. *in l. in ijs. §. nam is in licinnia. ff. ſol. matr.* Marſ. *in pract. §. præterea. ſub nu.* 54. *verſ. item oritur. il ſecundo.* Rolan. *conſ.* 24. *n.* 28. *&* 29. *vol.* 1. *& conſ.* 95. *nu.* 26. *& ſeq. vol.* 4. Hanc autem capitalem inimicitiam non ſolum facere præſumptionem, ſed et ſufficiens indicium ad torturam, iuncto aliquo alio adminiculo, dubitandum non eſt, ſecũdum opinionem eorum, quos refert Clar. *in pract. §. fi. q. 21. verſ. inimicitia,* & forſan etiam ſine adminiculis ſecundum aliorum communẽ, quam veriorem dixit Ant. Gomez. *variar. reſol. tit. de tortura reorum. nu. 11. verſ. ſed certe communis opinio, &c.* & communem dixit Nouell. *in pract. cri. ſub rubr. de forma citandi reos criminis. nu. 4. fol. mihi* 81. Sed adhuc admiſſa prima opinione.

44 Augetur, & adminiculatur hæc præſumptio; quia iam in proceſſu conſtat, quod dominus Frãciſcus ſæpius requiſitus, ſemper recuſauit dare pacem ipſi domino Baptiſtæ; & propterea inter ipſos datę ſunt cautiones de non offendendo. Vnde deprehẽditur, quod pariter, & ſemper habuit animum faciendi vindictam vulneris ſibi illati, cum malus animus non cenſeatur eliſus ex dicta cautione. *§. nouiſſime. inſtit. de ſuſpect. tutor. gl. fi. in c. literas. extra de reſtit. ſpol.* Guliel. de Cun. *in trac. de ſecurit. nu* 37. *fol. mihi* 100. *tom. 6. inter tractatus antiquos.* Menoch. *dict. conſ.* 100. *nu.* 185. *lib.* 1.

45 Nec obſtat dicere, prout ex aduerſo dicitur, ꝙ inimicitia Do. Franciſci erat cum Baptiſta, non autem cum Aloyſio; ideo non debet attendi, tanquam non correſpectiua, & non reſpiciens perſonam, de qua erat ſumẽda vindicta, ad tradita per Bart. Bal. & Alex. in locis ex aduerſo citatis, quia hoc motiuum ceſſat penitus in caſu noſtro, in quo clare apparet vindictam fuiſſe tranſuerſalẽ, & ſumptam de homine non inimico. Nam &

Bernardinus occiſor nullam habebat inimicitiã cum Aloyſio;& tamen occaſione paternę inimicitiæ, illum occidit;ergo pręſumendum eſt de illius ſcientia,& conſenſu, ſaltem concurrente aliqua alia præſumptione, vt ſupra probaui.

46 Et iſto caſu, nec etiam obſtet, quod ad præſumendum mandatũ domini in famulum, non ſufficiat inimicitia capitalis, niſi etiam concurrat, quod homicidium fuerit incontinenti ſequutũ, & ſecreta alloquutio, ad Bal. *in l.1.nu.10.verſ. & ille dicitur mandare.C. de ſeru. fugit.* cum alijs per Carret. *in pract.in 3.tract.de homicid.§.circa ſecundum, videlicet de mandante, nu.*16. Nam pro reſpõſione aduertendũ puto, quod iſta concluſio affirmatiue ſumpta, prout eã affirmatiue ponit Bald. *in l.1.* eſt veriſſima in ſe, quia ſecreta alloquutio facta per dominum ſeruo, iuncta inimicitia, & delicto incontinenti ſequuto, facit præſumere mandatum;& ſimiliter eadem concluſio eſt etiam veriſſima negatiue concepta,& reſtricta ad indiciũ ſecretæ, vel alterius dubiæ alloquutionis; nam ex ſecreta alloquutione, vel ex alijs dubijs verbis ꝓlatis a domino erga famulum, nunquam præſumitur mandatum; niſi concurrente inimicitia,& homicidio incõtinenti ſequuto, prout bene ſcripſit Carrerius in loco præcitato. At quod nunquam poſſit præſumi, aut probari mandatum ex alijs indicijs, vel præſumptionibus, niſi dicta tria concurrant, hoc falſum eſt in iure, nec doctores ex aduerſo allegati, id dicunt; cum certiſſimũ ſit, multis alijs modis præſumi mandatum, videlicet ex perſonis, ex cauſis, ex moribus, ex minis, ex animoſitate loquentis, & familiaritate, ex conuerſatione, & alijs quampluribus indicijs, de quibus late per eundem Baldum, *vbi ſupra numero undecimo.*

47 Ideò retorquendo argumentum, dico ſic; ad probandum mandatum domini in ſeruum, ſufficiunt indicia,& coniecturę; patet ex prę allegatis per dominum ex aduerſo ſcribentem, quia ex inimicitia,& ſecreta alloquutione, iuncto homicidio incontinenti ſequuto, mandatum iuris præſumptione dicitur concludenter probatum. Addo ego, quod hæc ſola iuris præſumptio ſufficit ad condemnandum, & puniendum, vt per Abb. Marſil. Duaren. & Petrum a Plach. *ſupra allegatos in verſ. & in propoſito vera practica eſt &c.* Iaſ. *in l.1.nu.28.& 29.iuncto nu.31.verſ. Quinto mirabiliter limita.C.de ſer.fugit.* Aym. *conſ.35.nu.4.lib.1.* Maſcard. *de probat.lib.1.concl.496.nu.17.& 18.* ſed ſic eſt, quod in caſu noſtro vltra inimicitiam capitalem, habemus etiam depoſitionem Saluſtij, quæ eſt magis propinqua præſumptio, quam ſecreta alloquutio; Item habemus & alias plures coniecturas, arguentes mandatum; ergo illud dicitur plene,& cõcludenter probatum, etiam per regulam generalem, quod vbi lex contentatur præſumptionibus, probatio inde reſultans, dicitur liquidiſſima,& euidens. *l.licet Imperat.in prin. ff.de leg.1.c.literis,& c.afferte.de præſumpt.* Iaſ. *in l.non hoc.ſub nu.15.C.vnde Cogna.* Cęph. *conſ.82.nu.4.vol.1.* cum alijs per Tiraq. *de reuoc. don. in verbo, donatione largitus.nu.133.& ſeq.*

48 Vrget quinto fama orta ſtatim,& incontinenti ſequuto delicto, quod ſcilicet Aloyſius fuerit interfectus ex cauſa D. Franciſci, & ad illius inſtantiam; quæ quidem fama cum ſimus in tractatu,& mandato, quod vt mox dicam, reputatur a iure difficilis probationis, & in quo, vt dixi, lex contentatur præſumptiuis probationibus, ſi ſola ſit ſine adminiculis, facit ſufficiẽs indicium ad torturam. Boſſ. *in tit.de partu ſuppoſito,n.20.* Clar. *in pract.q.21.verſ.fama ſola,ad finem, ibi, poſſet eſſe delictum adeo difficilis probationis, &c.* Si verò eſt iuncta cum adminiculis, facit plenam probationem,& ſufficit ad condemnandũ. Gram. *conſ.57.nu.17.& deciſ.42.nu.12.* Marſ. *conſ.116.n.12.* Carr. *in prac.pag.mihi 142.col.1.in 4.limit.* Fran.Hercul. *in tract.de negatiua.nu.309.* Menoc. *de arbit.quaſt.lib.2.caſu 88.nu.88.& 93.*

49 Et eo magis in propoſito attendenda eſt iſta fama, quia, vt præfertur, orta eſt incontinenti ſequuto homicidio, quo caſu magis ineſſe videtur, & magis probat, vt poſt Gand. conſiderat Marſ. *d.conſ.3.nu.7.*

50 Nec refert, prout ex aduerſo opponitur, quod iſta fama videatur informiter probata, cum non conſtet vnde, & a quibus habuerit originem, & ex qua cauſa; nam reſpectu cauſæ, illa apparet euidens, vt ſupra deduxi, ſcilicet ex inimicitia capitali,& ex vulnere illato per dictũ Baptiſtam Domino Franciſco; ſed reſpectu eorum, a quibus fama originem habuit, quicquid Doctores ex aduerſo citati recantent, verior, & magis communis, ac etiam ſeruata præſertim in curia Romana, eſt opinio, quod non ſit neceſſe, illos nominare,

e ſed ſufficiat deponere, quod ita dici publice [f] teſtes audiuerint, Caſſad. *deciſ.3.ſub nu.7.de probat.* Clar. *in pract.§.fi.q.6.verſ.debent etiam dicere, ad finem.* Caputaquen. *deci.7.famæ probatio,li.2.* Maſc. *de prob.lib.2.concl.749.n.4.& 5.* Imo etiam ſufficit teſtes deponere ſuper cõmuni opinione,& reputatione. Alex. *conſ.51.n.3.vol.1.* Ruyn. *conſ.52.vol.5.* Io.Mar.Montic. *in repert.teſt.fol.mihi 386.col.1.verſ.teſtis deponens ſuper communi opinione.*

51 Et quando fama, vel communis opinio orta eſt ex aliqua rationabili cauſa, vt in caſu noſtro, in quo populus, audito homicidio commiſſo per Bernardinum in perſonam Aloyſij, ſciens, quod inter eos nulla particularis vigebat inimicitia, merito,& optima ratione motus fuit ad opinandum,& credẽdum, quod illud fuerit commiſſum ex cauſa inimicitiæ, quam habebat D.Franciſcus cum dicto Baptiſta,& ad illius inſtantiam: Tũc; & eo caſu, ad probationem famæ, vel communis opinionis, non eſt neceſſe authores nominare, vt pulchre conſuluit Ferrant. Gargiar. *inter conſ.cri. diuerſ.conſ.126.nu.77.vol.1.in folio,* Franc. Curt. *in tract.de conſuet.nu.642.* Maſcar. qui alios adducit, *d.concl.649.nu.20.*

52 Vrget ſexto, Hominum congregatio facta in domo domini Franciſci, ſtatim ſequuto homicidio; vnde progredientes,& euntes ad locum, quo ſe retraxerat homicida, inſequutus a Birroarijs, illum ſaluarunt,& ex manibus curiæ euadere fecerunt; quo caſu præcedentis tractatus euidentiſſima col-

Digitized by Google

ma colligitur preſumptio, vt per Bonif. de Vitellin. *ſub rub. de ind. nu.* 3. Gandin. *ſub tit. de præſump. & indic. nu.* 19. Blanch. *ad l. fin. nu.* 249. *ff. de quæſt.* Nec obſtet, prout ex aduerſo conſideratur, quod talis congregatio, ſeu concurſus hominũ non ſit attendendus, quia factus ad bonum finem, & ad ſaluandum Bernardinum a manibus inimicorũ, non autẽ a manibus curię, iuxta tradita p Thob. Non. *in conſ.* 96. Nam ad quem finem, & quo animo homines præfati ſe congregauerint in domo dicti Franciſci, & inde armati ad Montem Luciũ conuolauerint, euentus rei ſatis clare demonſtrauit, cum Bernardinũ homicidã ſaluauerint è manibus curiæ; ideo ſubintrat cõcluſio, quod ab euentu rei, & ab operibus eorum operantium, animus dignoſcitur. Bal. *in proœm. decret. in verſ. Rex Pacificus nu.* 14. Gram. *conſ.* 13. *n.* 2. & 3. Neuiz. *cõſ.* 50. *nu.* 52. Cęph. *conſ.* 75. *nu.* 3. *vol.* 1. & qualis fuit finis, & effectus, talis præſumitur fuiſſe præordinatio. *l. ſi quis adulteri. C. ad l. Iul. de adult.* & exitus rei agentium animum prob. *l. aut facta. §. euenit. ff. de pæn.* Burſat. *conſ.* 346. *nu.* 26. *vol.* 4.

53 Et ſi, vt ex aduerſo contenditur, talis conuentus, ſeu congregatio hominũ ſequuta fuit in domo d. D. Franciſci ad bonum finem, & ſine illius præſcientia, aut tractatu, cur (quæſo) negauit ſe dictos homines vidiſſe? & cur circa iſtã perſonarum congregationem tot dixit mendacia, & variationes, vt bene per dominum ex aduerſo ſcribentem pro veritate ſupponitur? Non aliud dici poteſt, niſi, quod ex dictis mendacijs, & variationibus, maxima cõtra ipſum oriatur delicti, & pręcedentis tractatus præſumptio. Boer. *deciſ.* 164. *n.* 29. *p.* 1. Foller. *in pract. cri. verbo, ad defenſam, poſt nu.* 5. Iacob. Port. Imol. *conſ.* 94. *nu.* 37. *& conſ.* 96. *nu.* 33. Boſſ. *in tit. de indic. nu.* 36.

54 Et demum non eſt omittendum, quod hic agitur de delicto, quod a iure reputatur difficilis probationis, nempe de tractatu, ac mandato ad homicidiũ. Aym. *conſ.* 220. *n.* 15. Marſ. *in pract. §. principium. n.* 16. Io. Mar. Montic. *reg. crim.* 11. *nu.* 17. Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 116. *nu.* 15. *li.* 2. Ideo indicia, & præſumptiones non ſolũ ſufficiunt ad f torquendum, ſed etiã ad condemnandum [f]. Bal. *in l. quæcunque. nu.* 25. *C. de ſeru. fugit.* Alex. *cõſ.* 24. *nu.* 6. *& nu.* 42. *vol.* 2. Matth. Gribal. *poſt ſuas cõm. opin. in ſuis regulis criminalibus col.* 5. *verſ. in criminalibus occultis.*

55 Et cum agatur de vindicta tranſuerſali, pariter etiam agitur de crimine læſæ maieſtatis, & rebellionis, quia talem vindictam ſumẽtes, huiuſmodi criminis reputantur, & tanquam rebelles puniuntur a Bullis Summorum Pontificum, vt in Bulla Pauli Secundi, de qua in Bullario, fol. 90. par. 1. Vbi concordantes Bullæ allegantur: in crimine autem læſæ maieſtatis, & rebellionis, cum ſit difficilis probationis, etiam ad cõdemnandũ, præſumptiones ſufficiunt, admittunturq; ad plene conuincendum participes criminis, per pręallegata, cum alijs congeſtis per Maſc. *de prob. lib.* 1. *concl.* 462. *nu.* 20. *& ſeqq.*

56 Quare concludo, quod ſtantibus reſpectiue familiaritate, & filiatione eorũ, qui Aloyſium interfecerũt, & quod Saluſtius homicida famulus, retentus per D. Franciſcum, erat vilis perſona, & malæ vitæ; depoſitione eiuſdem Saluſtij; capitali inimicitia inter dictum Franciſcum, & Baptiſtã; & quod homicidium fuit cõmiſſum ex cauſa dictæ capitalis inimicitiæ, & quod dictus Frãciſcus ſæpius requiſitus, ſemper recuſauit dare pacẽ d. Baptiſtæ; fama incontinenti poſt homicidium orta; quod Aloyſius fuerit occiſus ad iuſtantiam dicti Domini Franciſci, hominũ armatorum congregatione ſtatim poſt homicidium iuncta in domo dicti Domini Franciſci; pluribus variationibus, & mendacijs eiuſdem d. Franciſci circa dictã congregationẽ; difficultate probationis, ac atrocitate delicti, quod pro crimine læſæ maieſtatis reputatur a conſtitutionibus Pontificijs; poſſit Do. Iudex, qui hæc omnia notiſſima habet, eundem Franciſcum a tormentorum dolore abſoluere, & liberare, & in pœnam, de qua in dictis Bullis, condemnare. Res enim adeò clara ex præmiſſis deprehenditur, vt fere, & digito tangitur, & oculis cernitur.

57 Ea enim, q̃ de inepta querela ex aduerſo obijciuntur, cum vnus alterius nomine abſque ſpeciali mandato accuſare nõ poſſit, *l.* 2. *C. qui accuſ. non poſſunt, cum alijs allegatis*, parum faciunt ad ꝓpoſitũ, cũ certi iuris ſit, hodie in quibuſcunq; delictis, ẽt ſine accuſatione, iudicẽ ex officio ꝓcedere poſſe. Boſſ. *in tit. de inquiſit. nu.* 8. Ant. Gom. *tit. de delict. c.* 1. *n.* 10. *& n.* 49. *in fi.* Pract. Corr. *tit. de inquiſ. n.* 2. Cla. *in pract. q.* 3. *ver. ſed certe quidquid ſit de iure.* Tib. Decian. *conſ.* 18. *nu.* 195. *& ſeq. lib.* 1.

58 Et multo minus facit aſſerta bona fama dicti Franciſci, quia quatenus probetur, prout hucuſque nõ eſt probata, pariter, & in iure certum eſt, & in practica quotidie ſeruatur, quod bona fama non tollit niſi indicium malæ famæ, non autem indicia ſpecialia ſuper delicto, de quo inquiritur. Cęp. *conſ. cri.* 40. *n.* 42. *&* 53. Alex. *conſ.* 77. *n.* 5. *vol.* 1. Marſ. *conſ.* 3. *n.* 12. Roman. *conſ.* 167. *in fine.* Clar. *in pract. §. fin. quæſt.* 60. *verſ. frequenter etiam.*

59 Et ad id, quod de ſpontanea cõſtitutione adducitur pro ſigno innocentiæ, experientia, quæ eſt rerum magiſtra, optime reſpõdet, cum indies videamus, multos in introitu carcerũ, & iſtis ſic ſponte conſtituentibus, expectari innocentes, & inculpabiles; in exitu autem nocentes repertos, & condemnatos, ad ſupplicium mitti; exitus ergo cauſæ, & non introitus carcerum ſuam innocentiam, vel culpam demonſtrabit.

60 Et hæc quoad Franciſcum; quo vero ad alios, qui conuicti reperiuntur pro eo, quod Bernardino occiſori commoditatem ex manibus Curiæ euadẽdi præſtiterint, ſubintrat Bulla ſanctiſſimi Sixti V. de qua in Bullario, *fol.* 1377. 2. *p. tr. verſic. Duces quoque Princeps &c.* & parum curandum eſt, quod ipſi in eorum examinibus negent ſe deliquiſſe, ac vidiſſe Curiã, vel Bernardinũ, quia ad effectum, vt reus poſſit condemnari, etiam in ordinariam pęnam, paria ſunt, illum eſſe, vel cõfeſſum, vel etiam conuictum. *l. qui ſententiam, & ibi Doct. C. de pæn. l. fin. C. de cuſtod. reorum.* Gram. *deciſ.* 36. *ſub nu.* 61.

61 Poſſem etiam adducere fugam, [g] contumaciã, g & condemnationẽ Capitanei Antonij, & ſequaciũ, ex qua aliqua oritur præſumptio contra eoſdem carceratos, & inquiſitos de eodẽ delicto, iuxta tradita per Gram. *conſ.17.nu.19.& conſ.57.nu.20.* Paul. Merend. *in conſ. crim. diuerſ.90.nu.17.vol.2.* vbi teſtatur de communi ex Iaſ. *in l. admonendi, nu.169.ff. de iureiuran.*

62 Rurſus, & poſſem referre plura mendacia, variationes, & contrarietates eorundem inquiſitorum, ex quibus pariter valde ſuſpecti, & culpabiles redduntur, vt per Boer. *decoiſ.164.n.29.* Foller. *in pract. in verbo, ad defenſam, poſt nu.5.* Boſſ. *in tit. de ind. nu.36.* Rolan. *conſ.14.nu.19.vol.4.*

63 Et demũ poſſem multas alias pſumptiones, & indicia cõtra eoſdẽ laborantia, & ex proceſſu apparentia, in medium adducere; ſed cum, vt præfertur, veritas rei etiã per teſtes concludenter probata reperitur, fruſtra recurrendum eſſe arbitratus ſum ad pręſumptiones, & cõiecturas, *l. ſi qui adulterij. l. fi. in prin. ff. quod met. cau. l. cũ de indebito.* §.1. *de prob.* Neuiz. *conſ.12.nu.13.* Rol. *conſ.61.vol.3.*

64 Sed ſupplicatur aduerti, quod etiam, quod nõ haberemus aliquas probationes, adhuc crederem ſine dubio, iſtos carceratos poſſe condemnari ex ſola, & proptia eorum confeſſione, cum fateantur extra ciuitatem egreſſos fuiſſe, & acceſſiſſe ad locum rumoris animo præſtandi auxilium, & ſaluandi Bernardinum ex manibus inimicorum inſequẽtium, licet negent, vt pręfertur, vidiſſe Bernardinum, aut inimicos; iſte enim ſolus egreſſus ex ciuitate, pręſertim cum armis, & acceſſus ad rumorem animo, vt dicunt, ſaluandi Bernardinum ex manibus inimicorum, non ſolum illicitus eſt, ſed etiam punibilis, & pœna capitali; patet, quia vigore Bullæ dictæ, omnes illi, qui miniſtros, aut exequutores iuſtitiæ in eorum officij libera exequutione impediuerint, vel inſequuti fuerint, pęna mortis digni ſunt, & læſæ maieſtatis criminis rei reputantur. Sed ſic eſt, quod iſti ad impediendum exequutionẽ iuſtitiæ inſequuti ſunt illius miniſtros, & exequutores, qui iſto caſu erant inimici Bernardini, illum quęrentes capere, prout verum eſt, vel occidere, vt ex aduerſo ſupponitur, ergo &c. Quod autem iſto caſu prædicti inimici Bernardini, quos non negant carcerati inſequutos fuiſſe, reputentur miniſtri, & exequutores iuſtitiæ, probatur clariſſime ex bannimentis de ordine ſanctiſſimi emanatis per San Giorgium tunc Vrbis Gubernatorem, ſuper occiſione, & extirpatione homicidarum, & bannitorum, & ſuper nominationibus concedendis ipſis occiſoribus, tam in Vrbe, quam extra in toto ſtatu eccleſiaſtico; quibus cauetur, vnicuique licitum eſſe non ſolum homicidam in fragranti capere, ſed etiam occidere, *vt in dictis bannimentis, in verſic. ſi dichiara, &c. & in verſic. ſeq.* ergo inſequentes, & impedientes iſtos occiſores dicuntur inſequi, & impedire miniſtros iuſtitiæ, & exequutores bannimentorum, de ordine ſanctiſſimi emanatorum, &c.

65 Nec refert, quod etiam carcerati negent impediuiſſe occidere volentes Bernardinum, cum illos non viderint, quia ſufficit mihi, quod ad hunc effectum, illos inſequuti fuerint, vt in Bulla, quæ ponit, & cõſiderat ſolam inſequutionem contra miniſtros iuſtitiæ etiam, quod actualiter non fuerint impediti, vt patet ibi, impediuerint, vel inſequuti fuerint: illa enim dictio, vel, eſt alternatiua, ad cuius verificationem ſufficit vnam tantum partem eſſe veram, *cap. inter cæteras, extra de reſcript. cap. in alternatiuis, & ibi Doctor. de reg. iur. in 6.*

66 Præterea vigore eiuſdem Bullæ ſic curiam impedientes reputantur, vt dixi, Rei criminis læſæ maieſtatis; in quo crimine ſufficit ſola conſpiratio, & attentatio etiã, quod ad effectũ non fuerit perducta. Follet. *in pract. crim. verbo, item quod commiſit crimen læſæ maieſtatis, nu.89.* Boſſ. *in titulo de crim. læſ. maieſt. numero quadrageſimotertio.* Clar. *in §. læſæ maieſtatis, verſ. ſcias autem.* Menoch. *de arbi. quæſt. libro ſecundo, caſu 36. numero vigeſimoquarto, & ſeq.* Vbi ampliat etiam, quod non ſit deuẽtum ad actum proximum. Vnde cum habeamus reorum ex ore ptoprio confeſſionem, non credo, partes Iudicis in alio verſari debere, niſi in ipſos condemnando. *l.1. C. de confeſſ. l. ſi cõfeſſus. ff. de cuſtod. reorum. l. proinde. ff. ad l. Aquil. cum vulgaribus.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C. Rom.

Reſponſum ſecundum Proſperi Farinacij in eadem cauſa.

67 ADSIT DEVS. Vltra iam ſcripta, & pro reſponſione eorum, quæ per eximios dominos Aduocatos ad defenſionem carceratorum adducuntur, quæſtionem hanc in duas partes diuidendam putaui. In quarum prima diſcutiendum erit, An ex teſtibus examinatis, & alijs, de quibus in proceſſu, appareat, eos plene conuictos, quod Bernardinum homicidam, vel ſaluauerint, vel quod ad ſe ſaluandum, auxilium præbuerint. In ſecunda, An idem conſtet ex eorundem propria confeſſione, ita quod vtroque caſu Bullæ ſanctiſſimi locus ſit, aliqua deducentur.

68 Et circa primam partem dubij, res videtur clariſſima, quia, vt in ſummario teſtiũ, quod ad partes datur, apparet iam ad fiſci fauorem, concurrere plures teſtes, deponentes de publica voce, & fama contra carceratos, quod ſcilicet homicidam ſaluauerint, & quod idem homicida eorum aduẽtu, & ope, Curiæ manus euaſerit. Item, & teſtem vnicum de viſu plene ſuper facto deponentem. Item, & multos teſtes de credulitate, & eorum iudicio; item, & alios teſtes de auditu; item, & plura alia adminicula. Quibus omnibus ſimul iunctis, ſuccedit cõcluſio, quòd licet in criminalibus, ad conuincendum reum, non ſufficiat fama, iuncta cum vno teſte de viſu, *ad gloſſã in capitulo, veniens il primo, in verbo, illorum, extra de teſtibus.* Marſil. *in l. de minore. §. plurium, numero quinquageſimoquinto. ff. de quæſtio.* Dec. *conſil.* 210. *numero nono, verſic.*

Google

verſ.poſtremo conſiderandum eſt.lib.2. cum alijs relatis per Hippol.Rimin. inter conſi. crimin. diuerſ. 83.nu.18 & conſi.84.nu.11.lib.2.Vbi tamen cum fama, & teſte de viſu concurrunt aliqua alia adminicula,tunc ſine dubio etiam in criminalibus, oritur ex ea concludens, & plena probatio,& ad condemnandum ſufficiens, vt declarat Bald.qui bene loquitur in materia, in l.ſi quis ex argentarijs.§.1.col.2.num.3.& 4.ff.de eden.Dec.conſi.163. col.penul.nu.12.verſ.tamen ſi alia adſint coniectura, volum.1.& eſt communis,vt per Crot. in tract. de teſtibus,num. 102.quem refert, & ſequitur Clar. in pract.§.fina.quæſtio.63.verſic.vltimo. Hippolyt. Riminal..dicto conſilio 84.numero 18.& ſeqq.inter conſi.crim.diuer.lib.2.Maſcar. de probat.concl.754. numero 4.lib.2.

69 Augetur fundamentum, quia in caſu noſtro, vt prædixi, non ſolum cum fama, & teſte de viſu concurrunt aliqua alia adminicula,ſed etiam vltra adminicula concurrunt plures teſtes deponentes de eorum iudicio,& credulitate, quod ſcilicet homicida curiæ munus euaſerit, ope, & auxilio carceratorum;quare ſubintrat alia particularis concluſio, quod quando cum fama, & cum vnico teſte de veritate facti, concurrant duo alij teſtes de credulitate, & iudicio, tunc ſine dubio reus plenè conuictus videtur. Bal. in d.l.ſi quis ex Argentarijs.nu.4.verſi.vnde in criminali.ff.de eden. Aret.in conſilio 13.colum. 4. verſic. in criminalibus. Dec.d.conſil.163.poſt numerum 12.lib.1.Hippoly. Riminal.d.conſilio 84.numero 19. Ergo multo magis iſti carcerati poſſunt dici conuicti, cum vltra famam, & teſtem de viſu, ac teſtes de iudicio, & credulitate, concurrunt etiam aliqua alia adminicula,ſeu pręſumptiones,quas inſimul fore iungendas ad rei cõdemnationem, etiam in pęnam ordinariam, ſcripſit idem Riminald. videndus d. conſilio 84.numero vigeſimo,& ſeq.& numero vigeſimotertio,in fine,& numero 26.Vbi concordantes allegat.Aret.conſ.crimin.diuerſ.71.numero decimo ſeptimo,& ſeqq.libro primo. Cæphal. conſi.225.nu. 11.& ſeq.lib.2.

70 Augetur rurſus præcedens conſideratio, quia depoſitiones præfatorum teſtium ſic de eorum iudicio deponentium, fundatæ ſunt in optima ratione. Primo,quia concurrentes ad rumorem erant affines, & conſanguinei ipſius homicidæ. Secundo, quia dicti occurrentes erant numero plures, Bariſellus autem a paucis ſatellitibus erat aſſociatus. Tertio, quia homicida erat taliter defeſſus, vt nec fugere, nec currere poterat, niſi ab alijs adiutus fuiſſet. Quarto, quia Theophilus pertenuit Vincentium, ne inſequeretur Bernardinum; vnde, & alia ſubintrat iuris concluſio, quod teſtes de eorum iudicio, & credulitate deponentes, vbi alias plenè non probarent, ſi eorum dictum congrua, & veriſimili ratione fundatur, tunc plenè probant.Felin.in cap.quoties,numero nono, verſicul. limita ſecundo, extra de teſtib. Socin.regula 407.numero ſexto, latè Rolan. conſi. 57.numero 28.& ſequentibus, volumine primo, & eſt communis,vt per Viui. in ſuis commun.opinio. verbo, teſtis deponens de credulitate, num.5.& per Ant.Gomez.var.reſol.tomo 3.c.13.rubr. de probat. delict.nu.10.verſi. Item adde quod ad hoc, vbi alios adducit.

71 Augetur & tertio, quia, vt pariter conſtat ex informatione facti vltra famam,& teſtem de viſu, & teſtes de credulitate, & alia adminicula, fiſcus habet etiam pro ſe aliquos alios teſtes de auditu, qui quidem teſtes de auditu, licet non plenè probent, negari tamen non poteſt, quin ſaltem faciant aliquam præſumptionem,aliarũ probationum adiuuatiuam. Alexan.conſi.77.num.4. libro primo. Vbi loquitur in criminalibus. Ruin. conſi.106.num.17.lib.5.Marſil.ſingul.371.teſtes de auditu,vbi,quod hęc concluſio procedit non ſolum in ciuilibus,ſed etiam in criminalibus, & ſingula.557.tu ſcis, quod teſtis de auditu. verſicu.ſcias tamen. Rolan.conſi.82. numero quinquageſimoſexto,volumine ſecundo. Cæphal.conſilio 140. numero 29.libro primo.Put.deciſio.13.libro ſecundo, qui amplius dicunt,quod iſta præſũptio transfert onus probandi contrarium in aduerſarium; quod ego non credo verum in criminalibus:ſed quod talis præſumptio adiuuet alias probationes etiam in criminalibus,non habet difficultatem,pręſertim in coadiuuando probationem famæ, quia tunc ſi teſtes de auditu plures ſint,æquiparentur vnico teſti de viſu, & iuncti cũ fama plenè probant, vt per Maſcar.qui concordantes allegat in tract. de proba.concl.753.nu.13.li.2.vbi dicit hoc eſſe indubitatum.

72 Augetur quarto ſupra relata, quia vltra præſumptiones, adminicula, & teſtes, de quibus in informatione facti,ac etiam vltra mendacia, variationes,& contrarietates, quibus,vt in alia informatione dixi, ſatis ſe carcerati in eorum conſtitutis inuoluerunt, non eſt omittenda fuga,& contumacia Capitanei Antonij, & aliorum ſociorum in delicto, de quo agitur, ex qua non leuem præſumptionem contra carceratos oriri dixi,& repeto ex Alex.in conſ.65.num.10.verſ.accedit fuga.lib.1.Gram.conſi.14.num.4.& conſilio 17. num.10.& conſi.57.nu.20.& deciſio.11.num.14.& deciſ.42.nu.13.& eſt communis, vt per Pau. Merend.inter conſ.crim.diuerſ.90.n.17.uol.2. Et licet vt ex aduerſo reſpondetur, non ignorem, quòd vnius ficta confeſſio,contumacia,vel condemnatio non egreditur de iure perſonam condemnati,& contumacis, ad l.1.ff.de in lit.iur.an. & l.cius qui.ff.de iure fiſci.Corn.conſi.42.num.9.vol.2.Caſtren.conſ.168.nu.7.uol.1. cum alijs allegatis per Dominos aduerſo ſcribentes, hæc tamen ſunt intelligenda,vt procedãt,quoad plenum præiudicium,& quoad plenam probationem,prout ſic expreſsè loquuntur Corn.& Caſtr.in locis præcitatis: non autem quoad inducendum præſumptionem,& indicium, prout nos loquimur,quia ad hunc effectum nõ eſt dubium,quod vnius fuga,& cõtumacia alteri nocet,vt per Alex.Gram. & Meręd.ſup.allegatos.Et licet etiam quoad indicium contrarium in ſpecie ſenſerit Iaſ.in lect.l. admonendi,num.89.in 4.limit.ff.de iureiu.& Boer. deciſi.215.nu.25.Eorum tamen opinio tanquam contra communem,attendenda non eſt, quan-

do alia concurrunt, prout ſic has contrarias Do ctorum authoritates conciliando, declarat Viu. *in commun.opin.poſt verbum,fugiens a carcere,verſ. quæris Bar.nu.*5.

73 Augentur demũ prædicta,quia ſumus in titulo criminis læſæ maieſtatis non ſolũ vigore Bullæ,ſed etiam de iure communi, ſecundum quod eximentes reum ex manibus Curiæ,læſæ maieſtatis pęna afficiendi ſunt.*l.cuiuſque*, & ibi Bart.*nu.* 3.*ff.ad l.Iul.maieſtat.*Marant.*diſput.*1.*nu.*11. Cagnol.*in l.*1.*§.Is non videtur.nu.*27.*verſ.ſi vero eximatur.ff.ſi quis in ſdicen.non obtempera.* Boſſ.*in tit. de captura.nu.*16. cum alijs relatis per Petr. a Placha *in epithom.delict.c.*38.*nu.*7. Ideo ad condemnandum ſufficiunt præſumptiones,& coniecturæ;dummodo euidentes,& perſpicuæ. Gig.*de crimin.læſ.maieſt.li.*2.*quomod.& per quos.q.*29. Maſc. *de proba.concl.*462.*nu.*20.*& ſeqq, lib.*1. Ergo multo magis in præſenti caſu ſufficere debent præſumptiones,cum vltra eas concurrant plures teſtes de fama , de auditu , de credulitate , & etiam vnius teſtis de viſu.

74 His tactis non obſtent contraria, quia dũ primo opponitur de inhabilitate Palmij teſtis pro curiæ informatione examinati, reſponſio eſt in promptu duplex ; Primo, quod in crimine læſæ maieſtatis etiam teſtes infames, deplorati, ſeu alias quomodocunque inhabiles, admittuntur. Alex.*conſi.*127.*nu.*19. *in fine lib.*4. Abb. *in c.*1.*nu.* 5.*verſ.fallit in crimine læſæ maieſtatis. extra de confeſſ.& in c.licet Heli.nu.*10.*verſ. Nota, quod in crimine*,& ibi etiam Ioan.de Anan. *col.*4.*extra de ſimon.*Marſil.*conſi.*1.*nu.*27.Bellon.*conſi.*43.*quatuor proponuntur mihi dubia.nu.*2.*verſ. Ad ſecũdam*, An ſindicus.Grammat.*voto* 3.*nu.*30. Secundo quod ſtantibus adminiculis, & coniecturis coadiuuantibus depoſitionem eiuſdem Palmij , non eſt curandum de illius inhabilitate. Aym. *conſi.*6.*num.* 66.*in* 1.Ruyn.*conſi.*149.*numero* 6.*in* 5.Tiber.Deceian.*conſi.* 18.*numero* 204.*in* 1.Adminicula enim ſupplent defectum probationis. Bald. *in l.ea quidem.nu.*9.*verſ.adminiculum eſt. C.de accuſat.* Dec. *conſ.*146.*col.penul.nu.*14. *verſic.adminiculum enim in primo.*

75 Dum ſecundo aduerſus eoſdem teſtes pro curiæ informatione examinatos, opponitur, quòd ſunt inter ſe contrarij,& varij,ſupplicatur aduerti, quod licet vnus forſan deponat plus altero, non per hoc poſſunt dici contrarij.Anchar.*conſ.* 77.*nu.*4.Franc.Curt.*in tract.de teſtib.nu.*19.Dec. *conſi.*100.*nu.*4.*in primo.*Ruyn. *conſ.*145.*nu.*20. *in quinto.*Patiſ.*conſ.*87.*nu.*35.*in tertio.* Rolan.*conſil.* 33.*nu.*6.*in ſecundo.*

76 Et dum tertio acriter exaduerſo ſuſtinetur tã in facto,quàm in iure,quod depoſitio Palmii, & aliorum teſtium dicentium, Bernardinum homicidam fuiſſe in Monte Lucio tempore aduentus Curiæ, confundatur ex teſtimonio Bangelli,& aliorum quatuor teſtium, etiam ad inſtãtiã Curiæ examinatorum,& deponentium ſe eo tempore, & eo loci Bernardinum minimè uidiſſe ; Pro reſponſione ſupplicatur aduerti,quod nõ ſequitur, teſtes tunc in eo loco non viderunt Bernardinum,ergo Bernardinus in eo loco non aderat: quia vt patet ad ſẽſum, poteſt eſſe, quod quis ſit in vno loco,& nõ videatur a teſtibus, præſertim in loco, de quo agitur, in quo concurrat multitudo hominum ; aderat cõflictus ſatellitum cum Saluſtio; aduenerant illi armati cum Capitaneo Antonio , & facile erat non vidiſſe inter tot homines vnum hominem ; ideò neceſſe erat , quod teſtes deponant , quod Bernardinus tunc , & eo loci nõ adfuit,quia ſi adfuiſſet,ipſi vidiſſent,pro ut bene declarat glo.*in l.hoc interdictum.in verbo, an non,& in fine gloſſa*,& ibi Bar. *num.*8. & melius Ang.*nu.*4.*ff.de itin.actu.priuat.* Item gl.*in §.ſin autem.in verbo,& vidiſſe,in fine,in Authent. de hæred. & falcid.*quam ſequuti ſunt Felin. *in c.in noſtra. nu.* 8. *verſ.ſubdit tamen Dominus meus. extra de teſtibus.*Ruin.*conſi.*97.*nu.*8.*verſ.Item negatiua.li.*4. ſed cum ſic teſtes prædicti formiter ſuper negatiua depoſuerint,neceſſario ſequitur,quod magis credendum ſit aliis teſtibus aſſerentibus ſe vidiſſe Bernardinum etiam,quod pauciores ſint, quã iſtis affirmantibus ſe non vidiſſe, cum ens magis imprimatur in hominum memoria, quam non ens. Fel.*in d.c.in noſtra.nu.*8.*verſ.ſic.quoniam negari non poteſt.extra de teſtibus.*Bal.*in l.actor.nu.*5.*in fi. C.de proba.& in l.teſtium.nu.*21.*verſ.tertio dico conſiderandum.C.de teſtibus.*Natt.*conſ.*283. *nu.*4.*li.*2. Mautua *conſ.*67.*nu.*12.*lib.*1. Et hæc quoad primum dubium.

77 Quo vero ad ſecũdam partem quæſtionis, dixi,& repeto,quòd etiam circumſcripta omni probatione,opinio mea eſt,quod poſſint iſti carcerati ex eorum propria confeſſione condemnari in pœnam Bullæ,cum ingenuè fateantur, ſe armatos ex ciuitate egreſſos, & ad locum tumoris veloci paſſu profectos fuiſſe,animo ſaluãdi Bernardinum homicidam ex manibus inimicorum, qui eum inſequebantur,& ad ita tenendum,mouet præcipuè,quia Vincentius,& frater,qui homicidam Bernardinum inſequebantur, licitè, & iure permittente hoc faciebant. Primo,in ſpecto iure communi,quo cautum eſt, vnicuique etiam priuato, ac etiã inimico, & offenſo licitum eſſe maleſactorem in fragranti repertum,& fugientem , & perſequi, & capere, vt bene declarat Bal.vidẽ. *in l.neminem.num.*1.*C.de exhiben. reis*,argumento tex.*in l.capite quinto.ff.de adulter.& in l.interdum. §.furem.ff.de furt.*Foller.*in pract.crim.in verbo,itẽ quod fuit captus in fragranti crimine.nu.*5. Anton. Gom.*var.reſolu.tom.*3.*c.*9.*rubr.de captura reorum. ſub nu.*3.*ad medium.verſ.imò etiam,quod magis eſt*, vbi concordantes allegat.

78 Secundo vigore Bullæ ſanctiſſimi contra bannitos,&c.de qua in Bullario,2.*par.fol.*1376. *verſic. præterea*, qua pariter cauetur , quod quilibet priuatus non ſolum poteſt impunè in auxilium curię etiam armatus,ac etiam irrequiſitus currere in actu capturæ, & perquiſitionis,verum etiã , & tenetur ſub pęna, & vt alias dixi,inſpectis bãnimentis San Giorgii,poſſunt iſtæ perſonæ priuatæ homicidam in fragranti repertum , & fugientem, non ſolum capere, ſed etiam occidere , ſine vllo metu pœnæ.

Digitized by Google

79 Tertio vigore aliarum Bullarum, de quibus in alia informatione, volentium, facientes tranſuerſalem vindictam, prout facit Bernardinus, ipſo iure euadere rebelles, ac reos læſę maieſtatis; quo caſu pariter impunè poſſe occidi, dubitandũ non eſt. *l.3.§.fin.ff.ad l.Cornel.de ſicar.* Ruin. *in conſi.4. num.2.verſic.* *Nam quamuis proditor,* & *num.*13. *verſic.Item propter quietem Imperij,* & *nu.*15. *verſ.* & *ratione confirmatur.vol.*5. Boſſ. *in tit.de defenſione reorum.nu.*60. & *in tit.de crimin.læſæ maieſt.nu.*77. & *num.*119. *vbi de communi.*

80 Vnde aut volumus dicere, qđ iſti conſanguinei Aloſij occiſi perſequebanrur Bernardinum, animo ipſum capiendi, & tũc licitè poterant hoc facere, inſpecto ſolum iure cõi; ſi verò animo occidendi, & hoc etiam poterant facere, inſpectis bullis prædictis, & bannimentis San Giorgij. Nec refert, prout exaduerſo conſideratur, quod dicta bannimenta nõ ſint extendenda vltra quadragintra miliaria, argumento tex. cum ſua materia. *in l.fina.ff.de iuriſd.omn.iudic.* quia cum ſint emanata ex ordine, & authoritate ſanctiſſimi, reputari debent, vt per totum ſtatum eccleſiaſticũ ſeruanda ſint indiſtinctè, nõ aliter, ac ſi ab ipſomet ſanctiſſimo fuiſſent emiſſa, & publicata. *c.vt fa ne.§.fina.* & *ibi glo.in verbo, quorum auctoritate, de ſenten.excommunic.c.muliere.§.illi verò,* & *ibi paritergl.in verbo, authoritate, vel mandato, extra eodem.l.certe.§.*1.*ff.de precar.l.ita tamen.§.geſſiſſe.ff. de adminiſtrat.tutor.* iuncta Bulla Pij Quinti 109. de qua in Bullario *ſecunda par.fol.* 1083.

81 Et hoc non habet difficultatẽ, quia notorium eſt, quod illa bãnimenta Sangiorgij ſuper impunitate occiſione bannitorum, & homicidarum, ac ob id ſuper nominationibus cõcedendis, fuerũt per totum ſtatum eccleſiaſticum, etiã vltra quadraginta miliaria, obſeruata; quæ obſeruantia, Principe præſertim ſciente, & patiente, optima fuit eorundem bannimentorum interpres. *capit. cum dilectus.extra de conſuetud.l.ſi de interpretatione.ff.de legib.* Dec. *conſ.*11. *num.*9. Cæph. *conſ.*331. *nu.*31. & *ſeqq.lib.*1. Burſat. *conſi.*44. *num.*44. *lib.*1. Gab. *tit.de cõſuet.concl.*1. *in* 8. *ampliat.nu.*43.

82 Nec etiam refert, quod Aloyſius nõ obijt ſtatim, ideo Bernardinus non poterat dici homicida ẽt, quod is eſſet letaliter vulneratus; & quod propterea requirebatur iudicis declaratio, quod ille eſſet homicida. Hæc enim obiectio tollitur ex facto, quia licet Bernardinus ſtatim recepto ictu Archibuſij non obierit, paulò tamen poſtea obijt, & fere incõtinenti, cum non potuerit nec medicamenta ſuſpicere, nec peccatorum ſuorum confeſſionem ſacerdoti facere; & ſatis eſt, quod tempore, quo Curia erat in Monte Lucio, ipſe iam erat mortuus; Dicere autem prout exaduerſo dicitur, quod erat nihilominus expectanda iudicis declaratio, quod ſcilicet Bernardinus eſſet homicida, antequam vigore dictorum bannimẽtorum poſſet occidi, non bene intrat in caput meum; quia ſi hæc conſideratio eſſet vera, nullus in fragranti homicida repertus, poſſet capi, aut occidi, & ſic dicta bannimenta eſſent prorſus eluſoria, contra text. *in l.tali.ff.de iure dot.* & *l.ſi in diem.ff.de condition.* & *demonſtratio.* cum alijs per Aymon. *de antiquit.tempor.par.*4.§.1.*num.*139. Et quod non requiratur declaratio ſaltem, quando delinquens, vel eſt notorius, vel in actu fugæ, & ſic quando periculum eſt in mora, videatur Rui. *d.conſi.*4. *nume.*8. *iuncto nume.*19. *verſicu.poſtremo non obſtet,* & *ſeqq.* Boſſ. *in tit.de defenſione reorum.num.*60. & *ſeqq.* & *in tit.de crimin.læſæ maieſt.nume.*78. Ferret. *conſi.*131. *num.*3. & *ſeqq.* Clar. *in §. læſæ maieſt.verſ.penul.*

83 Et nihilominus ſupplicatur aduerti, quod ẽt ceſſantibus bannimentis Sangiorgij, cũ, vt dixi, Bernardinus fecerit trãſuerſalem vindictam, poterat vti rebellis, & reus læſæ maieſtatis vigore Bullarum impunè occidi à quolibet priuato. *d.l.*3.*§.fi.ff.de ſicar. cum alijs ſupra allegatis.*

84 Sed quid plura? Veritas facti eſt, quod Vincentius, & frater perſequebantur homicidam, nõ animo occidendi abſolutè, ſed capiendi tantum, & forſan etiam occidẽdi, ſi in captura reſiſteret, & hoc etiam ſolo iure communi inſpecto; & citcumſcriptis omnibus Bullis, & bãnimentis, erat omnino eis licitum impunè agere. Salyc. *in l.fin. nu.*3.*C.de exhiben.reis.* Pariſ. *de Sindica.in verbo, reſiſtentia, c.*1. *poſt nu.*5. & *poſt verſi.* *Adde quod ſi familie poteſtatis fol.mihi* 279. *à tergo, colum.*2. Ang. *de maleſ.in verbo, quod fama publica præceden.poſt nu.*54. *verſic.ſed Salycetus.* Corrad. *in pract.titul. de captura reorum, num.*5. *verſi.* & *addas Baldum,* & *Salycetum, fol.mihi* 262. *col.*2. qui omnes ſequendo Salycetum in loco citato, loquuntur in homicidio commiſſo in perſonam reſiſtentis ſe capi à priuatis perſonis, habentibus licentiam capiendi à iudice; ergo multo magis ĩ ijs, qui à lege, &c. ex quo reus erat repertus in fragranti, talem capiendi auctoritatem habebant.

85 Et ſi forſan dixeris, quod immo iſti habebant abſolute animum illum occidendi, nõ autem capiendi; & tunc reſpondeo; nã dato ẽt, quod iſto caſu homicidium fuiſſet illicitũ, & punibile, put aduerſo contenditur, tamen hoc non credo, per ſupra allegata, quia hoc non præſumitur à iure, & debent carcerati id probare, cum animus agentis debeat ſemper præſumi directus ad licitum, nõ autem ad illicitum, & delictum, vulgara *l.merito.ff.pro ſocio* cum alijs per Alcia. *de præſumpt. reg.*3. *præſump.*1. *nume.*2. Gabriel. *lib.*7. *concluſ.*2. *nume.*28. Et quod talis iſto caſu fuerit animus horum inſequentium, non ſcilicet occidendi, ſed capiendi, ex euentu rei demonſtratur, quia non occiderunt aliquem, immo nec percuſſerunt, ſed Curiæ Capienti tantummodo aſtiterunt, & ab euentu rei animus agentium optimè dignoſcitur. *l.ſi quis adulterij.C.ad l.Iul.de adulte.l.aut facta.§.euenit.ff.de pæn.* Burſat. *conſi.*346. *nu.*26. *vol.*4. cum allegatis in alia informatione, &c.

86 Et ſic concludo, quod Vincentius, & frater ꝑdicti licite, ac iure permittente inſequebantur Bernardinum Bonauiſum, non ſolum iure communi inſpecto, ſed etiam vigore Bullæ, & bannimentorum, & hoc ſiue animum capiendi, ſiue ẽt occidendi eundem Bernardinum habuiſſent: ſi iure permittente hoc agebant, ergo in illo actu

dicun-

niente eum, qui ad delictum faciendum ſe conduxit. Abb. *in c. tua nuper nu. 6. in fine extra de ijs, quæ fiunt a Prælat.* Marſ. *in l. qui falſam. nu. 9. ff. de falſ.* Tiraq. *de pœn. cauſ. 37. nu. 4. & ſeqq.* Menoch. *de arbit. quæſt. lib. 2. caſu 360. nu. 115. & ſeqq.*

93 Ideo non facit ad propoſitum Caſtren. ex adverſo allegatus *in conſ. 27. in primo*, quia loquitur in ſtatuto puniente, non reſiſtentiam, prout ex aduerſo ſupponitur, ſed violentiam ablatiuam, vel compulſiuam, quę non dicitur commiſſa, niſi vis inferatur corporaliter de perſona ad perſonã, vt ibi Caſtren. *dict. conſ. 27. nu. 3.* reſiſtentia enim etiam ſolo verbo committitur, *c. ſi quãdo. de offic. deleg. l. generaliter. in fine. C. de non numerat. pecun. l. quoniam. C. de appellat. l. 1. §. 1. C. de bon. matern.* At Bulla non ſolum punit violentiam, aut reſiſtentiam, ſed ſolam inſequutionem, vt dixi; quę inſequutio non requirit perſonalem offenſam, ideo non inferendum; Ecce ergo, quod etiam circumſcripto fiſci proceſſu, poſſunt iſti carcerati ex eorum propria confeſſione in pœnam Bullæ condemnari.

94 Nec facit, quod Bulla contra inſequentes miniſtros, & exequutores iuſtitiæ videatur inducere crimen læſæ maieſtatis, non in primo, ſed in ſecundo capite; nam quod immo in primo capite, probatur triplici ratione. Primo, quia eos facit rebelles; rebellionis autem crimen reputatur in primo capite lęſę maieſtatis, non autem in ſecundo, *clem. paſtoralis, cum ibi notatis, de re iudicata*, in terminis Fab. de Monte Leone *in ſua praxi arbitr. p. 4. ſub rub. læſæ maieſtatis criminis materia, nu. 339. fol. mihi* 172. Vbi etiã ponit omnes caſus, in quibus huiuſmodi crimen dicitur commiſſum in primo, vel in ſecundo capite.

95 Secundo ad cognoſcendum, in quo capite crimen prędictum ſit, inſpici ſemper debet perſona, contra quam committitur; ſi enim conſpiratur contra aliquam Rempublicam, Principem, vel Principis Conſiliarium, vel collateralem, tũc incurritur primũ caput læſæ maieſtatis: ſi vero non contra Principem, aut Rempublicam, eiuſque Conſiliarios, ſed contra alias perſonas non tam intrinſecas inſpiratur, & tunc incurritur in ſecũdũ caput dicti criminis, vt per Fab. a Monte Leone *vbi ſupra nu. 321. verſ. in ſecundo capite.* ſed Bulla noſtra ſtatuit, quod huiuſmodi delinquentes ſint rebelles ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & Romanæ eccleſiæ, ergo quin de primo capite intellexerit, dubitandum non eſt.

96 Tertio qualitas delicti cognoſcitur ex qualitate pęnę, Bar. Ang. & Doct. *in l. lenta. ff. de acc.* Soc. *conſ. 157. n. 5. lib. 2.* vbi de communi. Pœna autem criminis læſæ maieſtatis in primo capite eſt mortis naturalis, demolitionis domus, publicationis bonorum, infamiæ, & priuationis dignitatum etiam in filios. In ſecundo capite pœna tantummodo eſt mortis naturalis, *l. fin. ff. ad l. Iul. maieſt. iuncta l. quiſquis. C. eodem, & in c. Felicis, de pœn.* ac in terminis adnotauit idem Fab. a Monte Leone *vbi ſupra num. 361. & ſeq. fol.* 175. ſed ſic eſt quod Bulla contra ſic impedientes, ſeu inſequẽtes exequutores iuſtitiæ imponit omnes prædictas pœnas, quæ de iure communi impoſitæ ſunt reo læſæ Maieſtatis in primo capite, ergo de illo capite intelligere voluit, & hoc credo non habeat difficultatem.

97 Si Bulla facit huiuſmodi delinquentes reos lęſę maieſtatis in primo, ergo puniri debẽt eadem pœna ex ſolo affectu, & tractatu, etiã non ſequuto effectu, nedum de iure communi, iuxta diſpoſitionem *dict. l. quiſquis*, cum alijs cumulatis per Boſſ. *in tit. de cri. læſæ maieſt. nu. 43.* ac per Menoc. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 360. nu. 24. ſeq.* ſed etiam de generali conſuetudine, de qua teſtantur Soc. iun. *conſ. 105. nu. 37. lib. 3.* Clar. *in pract. §. læſæ maieſt. verſ. ſciat autem.* Viu. *in comm. opin. verbo, ſtatutum puniens, in fine, verſ. hac autem declarantur non procedere.*

98 Quare cum iſti carcerati animo ſaluandi Bernardinum ex manibus inimicorum, qui, vt alias dixi, iſto caſu reputãtur miniſtri, & exequutores iuſtitiæ, illos fuiſſe inſequutos, libere fateãtur, licet negent dictum Bernardinum ſaluaſſe; ex hoc ſolo conatu puniri debent in pœnam bullæ, non aliter, ac ſi reipſa ſaluaſſent, per præallegata. Nec obſtet (prout ſubtiliter etiam Dom. meus motiuabat) quod & ſi Bulla inducat crimen læſæ maieſtatis, illud tamen eſt fictum, & nõ verũ; & quæ ſupra adducuntur, procedunt in crimine lęſę maieſtatis vero, nõ autem ficto. Hæc enim obiectio tollitur ex claris verbis d. bullæ, dum dicit, læſæ *maieſtatis reatum verum, ac nulla iuris, aut hominis fictione confictum, crimen incurriſſe, &c.*

99 Nec etiam obſtet, quod licet Bulla ſtatuat; iſto caſu incurri crimen læſæ maieſtatis, non per hoc illi tribuit omnia ſpecialia eiuſdem criminis, prout eſt hoc, quod puniatur affectus, non ſequuto effectu; nam ſatis fuit Bullæ, inducere crimen læſæ maieſtatis in genere; eo, quia in conſequentiã veniunt poſtea omnia ſpecialia, *l. ſemper generalibus ſpecialia inſunt. ff. de reg. iur.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Alieno nomine.* De iure communi non eſt dubium, quod ſicut pro reo in capitalib. non admittitur procurator, ita nec etiam admittitur pro accuſatore. tex. *in l. 1. in fine. ff. an per alium cauſ. appellat. in illis verbis, idemque erit probandum, & in ipſo accuſatore, iuncto verſ. præcedenti, incipien. ſin autem. Item tex. in l. penult. §. ad crimen. ff. de pub. iud. dum ibi dicitur, ad crimen iudicis publici perſequendum fruſtra procurator interuenit*, & ibi hoc adnotarunt gloſſ. in verbo, *iudicij*, & in verbo, *procurator.* Ang. *in ſummario.* Imol. *nu. 6. in fine.* Benedict. de Plumb. *nu. 1. in 1. notab. & nu. 50.* & Rube. Alexandr. *num. 48.* Alber. *in l. reos. nu. 6. C. de accuſat.* vbi ampliat, ſiue pęna excedat relegationem, ſiue non, quando crimen eſt publicum. Alber. *in dict. §. publice, num. 18. verſicul. ſed illæ rationes. ff. de procur. & ibidem num. 25. poſt medium, verſicul. de ſecundo genere.* Ang. *ibidem colum. fina. in princip. verſicul. ex parte accuſatoris.* Paul. de Caſtr. *nu. 12.*

vbi

vbi amplius quod ex parte accuſatoris nõ admittitur procurator etiam, quod agatur de pęna pecuniaria, niſi proſequatur proprium intereſſe; & ſic maior eſt prohibitio ex parte accuſatoris, quã accuſati, & in iure canonico habemus tex. *in c. in criminalibus. 5. quæſt. 3.* Dum ibi dicitur, in criminalibus cauſis, nec accuſator, niſi per ſe, aliquẽ accuſare poteſt, *& in c. abſens. 3. quæſt. 9.* dum pariter ibi dicitur, *abſens per aliũ accuſari, aut accuſare non poteſt. gl. in c. veniens. in verbo, criminali, extra de accuſ.* & ibi etiam Hoſtienſ. *nu. 2. in fine. in eodem verbo criminali.* Anch. *nu. 16.* Abb. *in ſummario.* Mar. Socin. *nu. 154. & ſeqq. vſque ad nu.* 158. vbi pluribus defendit, quod in criminalibus accuſator nõ poteſt proponere querelam, ſeu libellum per Procuratorem, ſed debet ipſemet perſonaliter cõparere. Gandin. *in tit. verum procurator, &c. n.* 10. Soc. *reg. 322. in princ.* Cępol. *conſ. 20. nu. 5.* Iul. Scarlat. *conſ. crim. diuerſ.* 118. *nu. 4. lib.* 1. Blan. *in pract. crim. in §. verum quia. nu. 9. & ſeq. fol. mihi* 15. *&* 16. Vãt. *in tit. de nullitat. ex defect. inhabilit. ſeu mandat. nu. 176. Practic.* Corrad. *rubr. de comparit. inquiſit. nu. 2. in 1. ampliatione. fol.* 261. Boſſ. *in tit. an in crimina li iudicio. nu. 1. verſ. prima igitur eſt concl.* Ant. Gomez. *de delict. c. 12. nu.* 12. vbi de cõmuni. Menoch. *de arbit. q. lib. 1. q. 79. nu.* 2. vbi teſtatur hoc eſſe cõſtantiſſimum apud omnes. Gabr. *lib. 7. concl. 9. nu.* 3. Montic. *reg. crim. 13. nu.* 12.

Sed quid de iure controuertatur apud nos, in practica hęc ampliatio non recipitur, quia ad accuſandũ vnuſquiſque nomine alterius admittitur, dummodo ad id habeat ſpeciale mandatum. Nec diſſentit Clar. *in pract. §. fin. q. 14. nu. 22. verſ. item quæro nunquid, & quæſt. 32. verſ. ratio autem. nu. 3. & verſ. quæro nunquid. nu.* 22. vbi dixit, quod quicquid ſit de iure, ita ſeruatur in practica, ex Carau. quem allegat, ſuper ritu Magnæ Curiæ. 108. *nu. 3. in fine*, & huius practicę rationem reddit, quia hodie etiam pęna tallionis nõ eſt in vſu; & ideo ceſſat id, quod dicebatur, accuſatorem non poſſe per procuratorem accuſare, quia iudicium redderetur cluſoriũ in caſu, in quo ipſe de calumnia ad dictam tallionis pęnam eſſet condẽnandus, vt ibi per Clar. qui tamen vnum ſolum caſum excipit, in quo exiſtimat, accuſatorem nõ poſſe per procuratorem accuſare, quem ibi ꝑ cũ videas, & Clarũ referendo ſequitur And. Gail. *de pace pub. lib. 1. c. 10. poſt nu.* 7. & ita etiam teſtatur Sigiſmund. Scacc. *de iud. can. ciuil. & crim. c. 101. nu. 44. verſ. de conſuetudine, fol. 245. col. 1. in fine.*

b *Momenti.* Vtinã hęc concluſio per Conſultorẽ firmata, quę veriſſima eſt, hodie per iudices ſeruaretur, cum non ignotum ſit, ſępiſſime reos ſine indicijs omnino, ne dicam legitimis, torqueri, & ob id confeſſos ad ſupplicium mitti; ſed vhè animæ eorum, melius forſan eſſet, ſi nati non fuiſſent; niſi peccati pęnitentiam egerint, & debitam reddiderint ſatisfactionem; in tantum enim prædicta concluſio procedit de iure, vt communiter receptum ſit, confeſſionem in indebitis tormentis extortam, ad condemnandum non ſufficere etiã, quod fuerit verificata per inſpectionẽ oculorũ, ſicut poſt Marſil. quem allegat, *in practic. §. ſecunda quæſtio, per totum*, voluit etiam Gabr. Saray. *in addi.* ad Matheſ. *ſing. 55. nota quod quotieſcunque. ver. item prædicta adeo vera ſunt*, vbi ponit exemplum in eo, qui confeſſus eſt, tribus vulneribus hominem occidiſſe, illumque ſepelliſſe in horto, in quo facta perquiſitione de mandato iudicis, fuit repertum occiſi cadauer, ſic cum tribus vulneribus, prout reus fatebatur, cõfoſſum, & ſepultum; talis inquam confeſſio, etiam ſic verificata, non ſufficit ad condemnãdum, vt ibi per eum, quem etiam conſulendo ſequutus fuit Bertaz. *conſil. 341. num. 21. lib.* 2. Bruno. a ſole *in ſuo conſil. crimin. num.* 179. idem Bertaz. *conſil. 8. num. 51. & conſil. 40. num. 6. & conſil. 162. nu. 6. lib. 1. & conſil. 449. num. 6. lib.* 2. & licet Marſil. in loco præcitato dixerit, iſto caſu reum poſſe, aut in extraordinariam pęnam condemnari, aut abſolui ab obſeruatione iudicij, ac deinde inchoato proceſſu, ſeruatis ſeruandis condemnari ad hoc, ne confeſſatum delictum impunitum remaneat, ſequitur Foller. *in practic. crimin. in verbo, & ſi confitebuntur, par. 3. num.* 35. Hæc tamen declaratio fuit viſa multum periculoſa Domin. meo Farin. *in ſua practic. crimin. titul. de reo confeſſo, & conuicto. quæſt. 83. nu.* 13. Præſertim, vt ipſe inquit, coram eodem iudice, qui iam confeſſionem extorſit ſine indicijs; nam ſi coram eo reus iſte iterum conſtituatur, conſtituitur vtique coram iudice ſuſpecto, & iniuſto, & de cuius iniuſtitia ex eiſdẽ actis bene liquet, poſtquam ſine inditijs torturã inflixit; & ideo ſicut ſemel grauauit, ſemper, & in futurum, quod grauare paratus ſit, credendũ eſt. Quare ab eodẽ iudice proceſſum nouum formari poſſe, & contra iſtum ſic indebite tortum, & cõfeſſum procedi debere, minime admitto; & crederem etiam, quod ſi is ab iſto iudice in iudicio nouo iterum interrogatus, iterum etiam ſponte fateretur delictum alias confeſſatum in tortura, quod nec etiam ex confeſſione ſua poſſet condẽnari, per regulam, quod cõfeſſio extorta indicijs non præcedentibus, non ſolum non ſufficit ad cõdemnandum, etiam, quod ſit geminata, & millies ratificata, ſed etiam omnia inde ſequuta sũt nulla ipſo iure, vt in proprijs terminis concludit idem Marſil. *in pract. §. occurrit. ante nu. 1. verſ. nam etiam ſecunda confeſſio.* verũ coram alio, & diuerſo iudice, coram quo ceſſare præſumitur omnis metus, poſſet forſan prædicta Marſilij declaratio verificari, iuxta ea, quæ idem Marſ. dixit *in d. §. occurrit, nu. 1. & ſeq.* Et propterea ſi coram alio iudice iſte reus ſponte fateretur, crederem, ex ſua hac confeſſione poſſe condemnari, concurrentibus tamen ſupradictis: ſi vero negaret, eſſet vel in pace dimittendus, vel ad plus in aliquam extraordinariam pęnam condemnandus, non tamen corporalem, & ita teneas pro veritate.

c *Admittitur.* In delictis occultis, & difficilis probationis, an ſocius criminis admittatur, veritas eſt, quod admittitur; & admiſſus, an faciat inditium ad torturam, an ad condemnandum, & in quam pœnam, & an requiruntur adminicula, & quæ, & qualia, explicatur materia per Dominum meum Farinacium *in ſua practic. criminal.*

tit.

tit. de in indic. & tort. quæſt. 43 nu. 68. & ſeq. & nu. 156. & ſeq.

d *Mors.* Tempore iſto Dominus meus Conſultor ſequutus fuit communem opinionem, quod teſtes mortui, etiam parte non citata, probent: quam nonnulli etiam traxerunt conſulentes in materia criminali, & illam tractãtes: ſed poſtmodum in ſuo luculentiſſimo *tract. de teſtibus, vbi omnia bene ruminauit, videlicet in q. 72. limit. 11. n. 129. & ſeq.* Declarauit concluſionem prædictam locũ habere tantum in ciuilibus, non autem in criminalibus; & ibi teſtatur de veriori opinione, quam & ego veriſſimã credo, & ſæpius ſeruatam in practica, ſic dicente, & conſulente eodem Dom. meo Farinac.

e *Publice.* Iſta concluſio, quod in criminalibus ſufficiat, teſtes ſic dicere ſe publice dici audiuiſſe, hodie non tranſit ſine difficultate, per ea, quæ D. meus Farinac. accuratius explicando materiam poſt hæc ſcripta, ſcripſit *in ſua pract. cri. p. 1. tit. de ind. & tort. q. 47. ſub nu. 257. & ſeq.* vbi etiam in tertia impreſſione operis, adduxit aliquas Rotæ deciſiones, volentes in criminalibus huiuſmodi teſtimonio non bene famam probare.

f *Ad condemnandum.* Quod in probatione tractatus præſumptiones, & indicia ſufficiant ad condemnandum, vltra hic allegatos, voluerunt Carer. *in pract. crimin. in tract. de indic. & tortur. §. in textu ergo, ibi, argumentis conuictus, num. 2.* Clar. *in pract. §. fin. q. 20. verſ. ſcias tamen, ad finem, ibi, alij vero dicunt, &c.* vbi teſtatur, ita apud eum ſeruari. Menoch. *de arbit. quæſt. lib. 2. caſu 116. num. 15.* Maſcard. *de probat. lib. 3. concl. 1386. nu. 4. & ſeqq. & per totam,* vbi amplius ponit, quis, quomodo, & quibus indicijs, & præſumptionibus excludatur tractatus.

Verum ne decipiaris, aduerte, quod hæc eadem concluſio declaratur duobus modis; primo ſcilicet, vt procedat in indicijs, & coniecturis indubitatis; ſecus in alijs; ſic enim de indicijs, quæ ſint ita certa, vt vix denegare ſufficiat, loquitur Bald. qui originaliter in hac materia allegari ſolet, in *d. l. quicunque. C. de ſeru. fugit.* quem ſic dicentem retulerunt Boer. *deciſ. 164. nu. 4. ante med.* Brun. *d. q. 8. num. 9. par. 2.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 822. nu. 14.* & expreſſe in indicijs indubitatis loquitur.

Secundo, vt pariter procedat, non quoad pœnam ordinariam, ſed tantum quoad extraordinariam, & mitiorem, ſecundum Clar. *in d. q. 20. verſ. ſcias tamen, ad finem.*

g *Fugam.* Non eſt dubium, quod fuga ſocij criminis facit præſumptionem contra ſocium: verũ iſta præſumptio de ſe ſola nõ ſufficit ad torturã, cum adminiculis autem ſic, prout concordando contraria optime, & ſecundum veritatem diſtinguendo dixit D. meus Farin. *in ſua prac. cri. in tit. de indic. & tort. q. 48. nu. 21. & ſeq.* vbi bene declarat materiam.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Plura ac diuerſa enumerantur indicia, quib. fiſcus prætendebat pro mandato ad vulnerandum, Inquiſitum eſſe torturę ſubijciendum; & propterea quomodo prędicta indicia fuerint eliſa, in ſummario conſilij omnia explicantur.

SVMMARIVM.

Singula ſi non proſunt, multa tamen collecta iuuãt, & ſufficiũt ad torquẽdum, n. 1. etiam quod in genere ſuo non fuerint perfecte probata. nu. 2. contra, nu. 6. declara, vt nu. 7.

Mandatum eſt difficilis probationis, nu. 2.

Tortura in delictis occultis & difficilis probationis facilius per iudicem inferri debet, quam in alijs delictis, nu. 2. declara vt nu. 5.

Iudicia plura leuia faciunt vnum graue indicium, nu. 3.

Indicia etiam remota & leuia, ac etiam adminicula debent concludenter probari per duos teſtes. nu. 4.

Indicia imperfecta & in genere ſuo non plene probata, non coniunguntur, ad effectum tortura, niſi ſint propinqua & cohærentia delicto, & niſi etiam tendant ad eundem rei finem. nu. 7.

Inimicitia non facit indicium, niſi probetur, quod fuerit euidẽs & manifeſta; aut niſi appareat de cauſa inimicitiæ. nu. 8.

Inimicitia putatiua & non vera, quando faciat indicium ad torturam, nu. 9.

Inimicus quis non præſumitur. nu. 10.

Aſſertioni iuratæ alicuius habenti pro ſe aliquam præſumptionem, ſtandum eſt, etiam quod in contrarium adſit aliqua alia præſumptio. nu. 10.

Epiſtolas ſeu literas recipiens non dicitur in ſui præiuditium confiteri id, quod in dictis litteris continetur de facto tertij. nu. 11.

Inimicitia an & quæ oriatur ex eo quod aliquis adiuuat aduerſarium meum in lite, quam habet contra me. nu. 12.

Inimicitia an ſit capitalis vel non, attenditur loci conſuetudo. nu. 11. in fine.

Delicti cauſa ceſſante, ceſſant etiam omnia delicti inditia. numero 13.

Verba dubia & obſcura indicium non faciunt. nu. 14.

Præcedentia declarant ſequentia. nu. 15.

Receptans delinquentem ignorans commiſſum delictum non tenetur, & in dubio ignorantia præſumitur, & iuramento receptantis probatur. nu. 16.

Conuerſatio cum delinquente non facit inditium contra conuerſantem, niſi fuerit intrinſeca, & continuata. nu. 17.

Fuga ſocij criminis non facit indicium contra conſocium. numero 18.

Contumacia vnius alteri non nocet. nu. 19.

Varius non dicitur, qui primo dubitatiue, & per verbum, videtur, reſpondet, & poſtea melius cogitans reſpondet praciſe, & deliberate. nu. 20.

Torqueri nemo poteſt ſine indicijs, etiam in atrociſſimis. numero 21.

Delicto non probato, reus relaxandus eſt aut ſub fideiuſſione de repreſentando, aut eſt abſoluendus ex hactenus deductis, non autem ex capite innocentiæ. nu. 22. & ſeq.

Fama bona in genere vix tollit indicium malæ famæ in ſpecie num 25.

Ami-

Amicitia non tollit indicium inimicitiæ, ſi inimicitiæ cauſæ adſunt, nu.25.

CONSILIVM LVI.

ADSIT DEVS. Ex proceſſu contra Illuſtriſſimum Dominum Carolum pro parte fiſci colliguntur infraſcripta indicia.

Primum, odium ſeu inimicitia Domi. Caroli cum Dom. Grarioſo, ortū ex eo, qđ Dom. Gratioſus importune adiuuabat Comitem Sempronium in lite magnæ importantiæ & plurium Caſtrorum, quam habebat cum Patre ipſius Dom. Caroli, vt in literis Capitanei Antonij Mariæ de quibus in proceſſu.

Secundum oriri videtur indicium ex eiſdem literis in illis verbis, *Stia all'erta per guaſtare li parti ti che mi conſidero hora deuono ſtringere, co'l mezzo, & importunità al Gratioſo,* hæc enim verba, *guaſtare i partiti,* videntur ſonare in cōſilium ſubſequētis delicti, cum ab euentu dubia verba interpretationem recipiant.

Tertium, quod Ioan. Philippus Mancinus, qui dictum Grarioſum inſultauit, ſtatim patrato delicto, ſe recepit in domū dicti D. Caroli; Ibidemque ſecum eo aſſociauit, & inſimul iuerunt ad montem Quirinalem.

Quartum, conuerſatio eiuſdem Ioa. Philippi cum Dom. Carolo, qui ipſum adiuuabat apud ſuperiores pro obtinenda extractione frumenti.

Quintum, fuga, contumacia, & reſpectiue condemnatio Ioa. Philippi, Calixti, & Andreæ, qui prætenduntur ſocij in eodem crimine.

Sextum, contumacia Capitanei Antonij Mariæ, qui prædictas litteras D. Carolo ſcripſit.

Septimum, quod idem Dom. Carolus exhibitis ſibi dictis literis, noluit a principio eas libere recognoſcere, ſed ſępius interogatus & monitus ad illas recognoſcendum, ſemper reſpondit per verbum, videtur, licet tādem per plures monitiones illas recognouerit.

1 Stantibus prædictis indicijs, prout in proceſſu, ad quem relatio habeatur, fuit dubitatum, an ex quo agitur de mandato, & ſic de delicto occulto & difficilis probationis, poſſit deueniri ad torturam, etiam quod aliqua ex prædictis indicijs non ſint plene probata? & quidem prima facie videretur forſan ad propoſitū dubiū affirmatiue reſpōdendum, cum pręmiſſa indicia licet de ſe & ſingulariter non ſint ſufficientia ad torturā, inſimul tamen iuncta bene ſufficiāt, per regulam, ſi nō proſunt ſingula, multa iuuāt, de qua *in l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſit. lib.* 11. quæ quidem regula licet in criminalibus ad condemnandum forſan non admittatur, ex pluribus relatis per Gab. *lib. 1. tit. de prob. concl. 1. nu.* 23. Bene tamen quoad torquēdum admittitur, ex alijs relatis per eundem Gab. *d. concl. 1. nu.* 27.

2 Præſertim in caſu noſtro, in quo agitur de mandato, & ſic de delicto occulto, & difficilis probationis. Boſſ. *in tit. de Indit. & cōſiderat. ante tort. nu.* 15. Quo caſu nō ſolum plura imperfecta indicia, etiā in genere ſuo non perfecte probata, optime coniunguntur, ad faciendum vnum ſufficiēs indicium ad torturam, Gab. *d. concl. 1. num.* 32. poſt Butr. Roman. Alex. & Aret. in locis per eum relatis, ſed etiam generaliter leuiora ſufficere indicia iudicemq; ſemper proniorem eſſe debere ad torquendum, dixerunt Bal. *in l. quicūque. nu. 25. in 8. notab. C. de ſeru. fugit. & in l. 3. nu. 3. C. de epiſc. aud.* Caſon. *in quæſt. poſt trac. de ind. & tortur. rub. de non torq. ſine indici. c. 5. nu. 4. verſ. ſed ſecundum aliquos. & nu. 5.* Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 64. verſ. Et ideo dici ſolet. vbi de communi.*

3 Et propterea cum in propoſita facti ſpecie plura prædicta vrgeant indicia, licet forſan leuia, dicendum tamen eſt, quod faciūt vnum graue indicium, per doct. Bar. *in l. fin. ſub num. 6. verſ. Nam poſſunt eſſe quædam indicia. ff. de q.* ex qua colligūt Doctores concluſionem, quod duo leuia indicia faciunt vnum graue, ad torquendum ſufficiens, vt per Boſſ. *in tit. de indic. num.* 71. Pract. Conrad. *tit. de negat. crim. & torm. nu.* 29. Bertazz. *conſ. 213. nu. 8. lib.* 1.

4 Verum præmiſſis non obſtantibus, cōtrarium videtur reſoluendum; Primo per regulam, quod indicia ad torturam ſiue proxima, ſiue remota, ſiue grauia, ſiue leuia ſint, & ſiue etiā ſigna, ſeu adminicula exiſtant, illa tamen plene & concludenter probari debent, *gl. in l. fin. in verbo, vel ind. C. famil. ercis.* Bar. *in l. 1. nu. 7.* & ibidem Marſ. *nu. 6.* & Blanch. *nu. 46. ff. de q.* Boſſ. *in tit. de ind. nu.* 18. 19. & 22. Oſaſch. *decis. Pedem. 79. nu. 16. & 31. & dixi latius in 2. lib. tit. de ind. & tort. q. 37. nu. 13. & ſeq.*

5 Secundo per aliam regulam, quod licet in delictis occultis leuiora admittantur indicia, nō propterea ſequitur, quod omnia prętēſa indicia ſufficiant ad torquendum; ſed illa etiam debent eſſe certa, nedum veriſimilia, & etiam ad torturam ſufficientia, ita loquitur Bald. ſupra ex aduerſo allegatus, *in d. l. quicunque. nume. 25. C. de ſeru. fugit.* & in terminis declarat Oſaſch. *d. decis. Pedemon. 69. nu. 55. verſ. nec obſtat, & nu.* 56. aliter eſſet in poteſtate cuiuslibet iudicis reum torquere ſine legitimis, & ſufficientibus indicijs, ſub prætextu quod delictum eſſet occultum; quod videtur abſurdum.

6 Tertio, quia licet dici ſoleat, quod ad torquendum plura imperfecta coniungantur, veritas tamen eſt, quod illa debent eſſe in genere ſuo perfecte probata; aliter nihil operantur, fuit doc. Bald. *in l. ſi quis ex argentarijs, nume. 4. ff. de eden.* quam omiſſis alijs, ſequuti ſunt Boſſ. *in tit. de indic. num.* 20. & 21. Carer. *in pract. in tracta. de indic. & tortur. §. quæ autem, & qua alia. num.* 5. cum alijs per me cumulatis *d. titul. de indic. & tort. q.* 37. *num.* 37. vbi late probaui, hanc opinionem eſſe magis communiter receptam, licet plures alij ibidem relati, *nu.* 34. contrarium dixerint, & pro communi addo Anton. Galeat. Maluaticen. *conſil. crim. diuerſ.* 110. *num. 6. & ſeq. lib. primo.* Vbi ampliat, etiam quod indicia eſſent mille, & noniſſime Lud. Peguer. *dec. 17. nu. 41. verſ. ſed ſtando primæ opinioni, & ſeq.*

7 Quarto & in omnem euentum etiam admiſſa contraria opinione, quod ſcilicet plura imperfecte pro-

Digitized by Google

ſe probata coniungantur, ad inferendum tortu ram, illa tamen intelligenda eſt, vt procedat, duo bus concurrentibus; Primò, quod indicia non ſint remota à delicto, ſed illi propinqua, & cohærentia; Secundo, quod eadem indicia tendant ad eūdem finem, vnumque inferat in aliud, & illud coadiuuet: aliter ſecus, ita Blanch. quem videri ſupplicatur *in d.l. fin. ff. de quæſt. num. 366. & ſeqq.* Vbi bene exemplificat hanc declarationem, quã dicit colligi ex mente Doctorum. Caret. *in pract. vbi ſupra n. 4. & ſeq. vſque ad nu. 9.* Eugen. *coſ. 27. nu. 63.* Maſc. *de prob. lib. 3. concl. 1223. nu. 32.* Sed ſic eſt quod præmiſſa indicia nec delicto, de quo agi tur, proxima ſunt, nec inter ſe aliquã habent con nexitatem, nec vnum coadiuuat aliud, ergo fruſtra tractatur de illorum coniunctione, ad tortu ram inferen. per præmiſſa.

8 Et in hoc eſt inſiſtendum, quia etiam ceſſanti bus omnibus prædictis fundamentis (ptout certe multum vrgent) adhuc ſi rectè perpendantur indicia, de quibus ſupra, qualiacumque ſint, aperte dignoſcitur, non ſolū non fuiſſe plene probata, ſed nec nullatenus probata, nec aliquo modo ſubſiſtere. Diſcurrendo enim in primis Primum indicium inimicitiæ, certum eſt, quod de ea appa rente non conſtat, quia DD. Carolus & Gratio ſus palam ſe inuicem beneuoli & amici etiam cū obſequiorum præſtatione, profitebantur, prout optime probarunt teſtes defenſiui; minus etiam conſtat de cauſa inimicitię, quia iam fuit reſolutum, non cōſtare, quod Grarioſus pręſtiterit adiumentum in lite vertente inter partem Domin. Caroli & Comitem. Non cōſtito ergo de cauſa inimicitiæ, nec etiam de ipſa inimicitia conſtare dicitur, ad effectum, de quo agitur, ad quem aut debet probari euidens, & manifeſta inimicitia, (quæ, vt dixi, non probatur in caſu noſtro) aut il lius cauſa. Gram. *vot. 34. nu. 4. & conſ. 44. nu. 7.* Bur ſat. *conſ. 20. nu. 18. verſ. ſecundo reſpondetur. lib. 1.* Menoch. *de præſump. lib. 5. præſump. 42.* Decian. *in tract. crim. p. 1. lib. 3. c. 25. nu. 30. 32. & 35.*

9 Et licet nō ignorem ſufficere in propoſito cau ſam inimicitiæ ſiue veram, ſiue falſam, in caſu tamen noſtro non conſtat de cauſa inimicitiæ nec vera, nec falſa, quia nec cauſa adeſt vt dixi, nec D. Carolus credidit illam adeſſe, & niſi de credulitate doceatur, non poteſt fiſcus in falſa & putati ua cauſa ſe fundare, vt per Caſon. *de ind. trac. 1. c. 3. nu. 3. verſ. nihil tamen refert, & latius explicatur in tit. de ind. & tort. q. 52. nu. 146. iuncto nu. 151.*

10 Accidit quod Domin. Carolus in ſuis conſtitutis ſemper negauit, ſe credere, Domin. Gratioſum eſſe ſibi inimicum; cui quidem aſſertioni iuratæ ſuper credulitate animi ſui ſtandum eſt, etiã ad excluſionem delicti; tum quia talis aſſertio ha bet pro ſe iuris præſumptionem, quod ſcilicet inimicus quis non præſumitur, ad trad. per Cępoll. *conſ. 21. num. 35. & conſil. 24. num. 12.* quem refert, & ſequitur Anchar. *tun. q. fin. 73. nu. 8. ſeq.* Claud. Seyſſell. *in l. Celſus. nu. mihi 25. verſ. fallit primo.* Menoch. *de præſump. lib. 1. quæſt. 77. num. 17.* qui amplians, etiam quod contra talem aſſertionem adeſſet alia iuris præſumptio ęquipolens, tum etiã quia cum eadem aſſertione concurrit probatio teſtium ad defenſam examinatorum, quod ſcilicet D. Carolus & D. Gratioſus ſe inuicem tracta bant tanquam amici.

11 Nec in hoc eſt facienda vis in receptione & retentione literarum Capitanei Antonij Mariæ, ad inducendum credulitatem, quod Gratioſus adiuuat Comitem. Non enim ſequitur, Antonius Maria mihi ſcripſit, quod Gratioſus erat meus inimicus, & quod ipſi ita credidit; ergo & ego etiam illum inimicum credidi, cum recipiens literas continẽres factum tertij, & extranei (prout in caſu noſtro, Capitaneus Antonius Maria ſcripſit factum dicti Gratioſi) non dicitur in ſui præiudicium illud factum approbare. Cremen. *conſi. 177. col. mihi penul. in prin. verſ. erunt ergo tres caſus*, quem referendo ſequuti sūt Ripa *in l. admonendi. nu. 139. verſ. intellige 2. de iureiur. & in c. cum M. nu. 132. verſ. 3. declaras eo. tit.* Gabr. *lib. 1. tit. de præſump. concl. 2. nu. 9.* Menoc. *de arbit. lib. 2. caſu. nu. 3. in fine. verſ. hoc intelligunt interpretes*, qui propterea amplius communiter concludunt, ex receptione literarum ſine proteſtatione induci approbationem contentorū in literis; ſed non confeſſionem; quod vera ſint ea, quæ in dictis literis continentur.

12 Tum etiam quia per auxilium præſtitum in cauſa capitali, inimicitia non oritur, prout voluit Bart. *in l. 3. §. fina. num. 3. in fine. ff. de adimen. legat.* & licet Blanch. *in practic. ad l. fin. ff. de q. num. 138. & ſeqq.* declarauit doctrinam Bartoli eſſe intelligendam quoad capitalem inimicitiam, non autem, quin ſaltem ex tali adiuuamento oriatur aliqua non capitalis inimicitia; Aduertendum tamen eſt, quod Blanch. loquitur in adiuuamento præſtito in cauſa capitali, & contra accuſatum, non autem in cauſa ciuili, prout eſt hæc, de qua agitur: dicere enim, quod contrahatur inimicitia cum illis, qui commendant ſeu adiuuant litigantes ciuiliter, videtur abſurdum, & vſu non receptum, cum quotidie commendentur in Vrbe litigantes; & tamen non per hoc talis commēdatio producit odium vel inimicitiam: ad inducendū autem vel non inducendum inimicitiam, attendendam eſſe loci conſuetudinē, ſcripſerunt Bar. *in l. Tutor. §. ſi Tutor. nu. 1. ff. de ſuſpect. tutor.* Paul. Meren. *conſil. crim. diuer. 88. nu. 41. lib. 2.* Hondед. *conſ. 107. nu. 35.*

13 Quare ceſſante inimicitia, ceſſat cauſa delicti; ceſſante autē cauſa delicti, ceſſant etiam omnia prętenſa indicia, ſi quę adſunt, quia nemo præſumitur ſine cauſa delinquere. Bar. *inter conſ. cri. diuerſ. conſ. 8. nu. 8. lib. 1.* Foller. *inter ea. conſ. 13. nu. 13. & in pract. cri. in verbo, item, quod ſororē venenauit. poſt nu. 19.* Gram. *conſ. 42. nu. 10. in fine.* Caſon. *de ind. & tort. tract. 1. c. 9. nu. 2. & dixi in tit. de ind. & tort. q. 52. nu. 150. lib. 2.*

14 Secundum indicium ſumptum ex verbis literarum Capitanei Antonij Mariæ ibi, *Stia all'erta di non guaſtare i partiti, &c.* iam fuit reſolutum, non ſubſiſtere, prout non ſubſiſt it, duplici ratione; Primo, quia talia verba non ſonant, nec inferunt in delictum; & dato etiam, quod poſſint interpretari

terpretari in delictũ, & ſic eſſent dubia & obſcura, adhuc dicitur, quod ex verbis dubijs & obſcuris, & quæ vario modo interpretari poſſunt, indicium non oritur. Bald. *conſil.* 259. *nume.4. libro* 3. Aymon. *conſil.6. nu.* 12. Burſat. *conſ.* 336. *nu.* 16. *lib.3.* Menoch. *conſil.* 283. *num.5. & ſequentib. libro tertio.*

15 Secundo hic ceſſat omnis difficultas, quia ex verbis præcedentibus, videlicet, *Si vaglia della ſeruitù, & ſia ſicura che'u hauerà vittoria, &c.* clare patet, quod ſequentia verba pariter, vt præcedẽtia, intelliguntur via iuris, & non alias, cum ex præcedentibus ſequentia declarentur. Bart. *in l. auia. in princ. in verſ. item oppono. ff. de cond. & demonſtrat.* Rom. *ſing.* 672. *in fine.* Roland. *conſ.* 44. *lib.* 1. Menoch. *lib. 2. caſu* 264. *nu.* 19. & 20. Oſaſch. *deciſ. Pedem.* 147. *nu.* 16.

16 Tertium indicium deſumptum ex receptatione Ioan. Philippi poſt patratum delictum, dicitur, quod in caſu noſtro ex ea non oritur nec plenum, nec ſemiplenum indiciũ, quia tota vis receptationis conſiſtit in ſcientia, quod receptatus delictum commiſerit. gl. Bart. & alij *in l. 1. §. fin. ff. de receptator.* Boſſ. *in tit. de rapin. nu.* 21. de qua quidem ſciẽtia iam fuit in facto reſolutum, quod in actis non conſtat, & in dubio non præſumitur. Bal. *in l. quicunque. nu. 2. & ſeq. C. de ſer. fugit.* Aret. *conſ.* 127. *nu.* 1. Boſſ. *vbi ſup. nu.* 17. Simanch. *de inſtit. cathol. c.* 15. *nu.* 18. *& ſeq.* cum alijs per Bertazz. *conſ.* 126. *num.* 4. & per Maſcard. *lib. 3. concl.* 1258. *num.* 3. vltra quod etiam receptantis ignorantia probatur iuramento. Carer. *in pract. in tract. de homic. §. poſt vero maleficium. nu.* 11. Bertazz. *dic. conſ.* 126. *& ibi in add. litera C. verſ. 3. ſe defendit receptator. li.* 1. Maſc. *d. concl.* 1258. *num. 4. vbi alios refert.* Data autem ignorantia, receptatio nullum prorſus facit indicium, nec plenum, nec ſemiplenum, per præallegata.

17 Super quarto indicio deſumpto ex conuerſatione Ioan. Philippi cum Dom. Carolo, fuit etiam reſolutum, non eſſe inſiſtendum, quia ad hoc vt conuerſatio cum delinquente aliquid operetur, ea quidem debet eſſe intrinſeca & continuata, prout non fuiſſe in caſu noſtro conſtat in proceſſu: aliter autem nullum facit indicium, ſecundum Caſtren. Ang. Aym. in locis relatis per Maſc. *de prob. lib. 1. concl.* 451. *nu.* 9. & dixi *in tit. de ind. & tort. quæſt.* 43. *nu.* 137. *& q.* 51. *nu.* 91.

18 Super quinto indicio, videlicet fuga & contumacia Ioan. Philippi, Calixti, & Andreæ, nullum prorſus poteſt fiſcus facere fundamentum, tum quia iſti non ſunt condemnati, tanquam ſocij criminis; quo caſu vnum non facit indicium contra alium. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. *in titul. de præſumpt. §. ſpecies. in addit. magna. num.* 4. Iaſ. *in l. admonendi. nume.* 89. *verſicul. quarto limita. in prima lectura. & num.* 176. *in repetitione*, & ibi etiam Rip. *num.* 174. *ff. de iureiuran.* Diaz. *reg.* 303. *verſ. quarto ſublimita.* Boer. *deci.* 215. *nu.* 25. *& deci.* 255. *num.* 13.

19 Ad ſextum indicium de contumacia Capitanei Antonij Mariæ, reſponderi poteſt, vt ad proximum, vltra quod abſurdũ videtur, quod vnius contumacia alteri noceat. Bar. & cõmuniter omnes *in l. cum filius. ff. de verb. oblig.* Boſſ. *in tit. de delict. nu.* 61. Natt. *conſ.* 549. *nu.* 29. *lib. 3. & dixi in tit. de delict. & pæn. quæſt.* 24. *nu.* 176. *lib.* 1.

20 Septimum & vltimum indicium eſt minus cõſiderabile omnibus alijs. Nã dum D. Carolus in primis reſponſionibus non audet recognoſcere manum Capitanei Antonij Mariæ, ſed dubitatiue reſpondet per verbum, videtur, prudentiſſime quidem reſpondit, cum bene ſciret, & quotidie etiam experientia docet, quam facile ſit hominum manum falſificare, prout animaduerterunt Marſ. *in rubr. de prob. nu.* 317. Bar. Felyn. & alij in locis relatis per Grauat. ad Veſtr. *in pract. lib. 6. c. 1. nu.* 26. Vulpell. *conſ.* 135. *nu.* 8. Maſc. *concl.* 330. *num. 2. & 3. lib.* 1. Et dum poſtea per plures monitiones, ommiſſo verbo, videtur, talem manum recognoſcit, non poteſt de aliqua varietate ſeu cõtrarietate redargui; non enim dicitur ſibi varius & contrarius ille, qui primo dubitatiue per verbum, videtur, & poſtea melius cogitans præciſe, & deliberate reſpondet. Tindar. *in tract. de teſtib. lib. 1. c. 6. nu.* 1. Crot. *de teſtib. par. 3. nu.* 343. *in fine. verſ. & idem dicendum.* Foller. *in prac. crim. in verbo, capiat informationem, nu.* 58. Gabr. *lib. 7. concluſ.* 29. *nu.* 46.

21 Igitur ceſſantibus omnibus prędictis indicijs, fruſtra dubitatur, an ſtante difficultate probationis poſſint imperfecta, & non plene probata inditia ſimul iungi, ad torturam inferendam; nam ſine indicijs, neminem poſſe torqueri, etiam in criminibus exceptis & atrociſſimis, ſatis in iure probatum eſt. *l. 1. & fin. ff. de quæſt. l. milites. §. oportet. C. eod.* cum late per me congeſtis *in tit. de indic. & tort. q.* 37. *nu.* 1. *iuncto nu.* 79. *ſeq.*

22 Relaxandum itaque crederem iure fore Do. Carolum vel ſub cautione de ſe repræſentando ſecundum communem totius Italiæ, & præſertim Vrbis practicatam opinionẽ, de qua per Marſil. *in l. reperi. n. mihi* 14. *ff. de quæſt. & in pract. §. quoniam. nu.* 49. Menoch. *de præſump. lib. 1. q.* 93. *nu.* 1. Brun. a ſole *quæſt.* 17. *nu.* 10. Carer. *in prac. cri. §. circa ſeptimum nu.* 23. Clar. *in prac. quæſt.* 64. *verſ. alia ta tortur.* Boer. *dec.* 163. *nu.* 15. *& ſeq.* Qui omnes in fortioribus terminis loquuntur, quando indicia ſunt prorſus purgata per torturã; ergo multo magis nulla illata tortura, non exiſtẽtibus ſufficientibus indicijs, & quãdo ſperatur de eorum ſuperuenientia per capturam alicuius complicis, vel alio modo, prout in caſu noſtro, ſecũdum aliam communẽ praticam, de qua per Boſſ. *in tit. de ſent. num.* 61. & per Clar. *§. fin. q.* 46. *verſ. pariter etiam.* quam ſeruari quoque in Vrbe & ſtatu eccleſiaſtico, & omnes ſciunt, & ego alias dixi *in tit. de inquiſ. q. 4. nu. 25. lib.* 1.

23 Vel ad plus cum abſolutione ex hactenus deductis, vt pariter in Regno Franciæ communiter ſeruari, teſtatur Igneus *in l. neceſſarios. §. non alias. numero* 180. *verſic. & ideo iudex. ff. ad Syllan.* & in Regno Hiſpaniæ idem teſtatur Couarr. *varia. reſol. lib. 1. c. 1. num. 8. verſ. cuius ſententiam*; & in vniuerſo Mediolani Dominio teſtatur idem Boſſ. *in tit. de ſenten. num.* 65. Clar. *quæſt.* 62. *verſic.*

forma

forma autem, & in Vrbe paſſim in omnibus tribunalibus (loquitur in caſu non probati criminis, non autem in caſu probatæ innocentiæ) ita etiã ſeruari, omnibus in foro criminali verſantibus, eſt ſatis norum.

24 Nec iure prætendit iſte Dom. Inquiſitus abſolutionẽ ex capite innocentiæ, prout de frequentiori Doctorum opinione; etiam in caſu nõ probati criminis, reſtari uidetur Couaruu. *vbi ſupra dicto numero octauo, verſ. ſed quo rem, &c.* Quando enim hoc ibi teſtarur Couar. loquitur in ciuilibus, &c. ſed in criminalibus dicit, opinionem ſupra relaram in praxi receptam; additq; quod hæc praxis eſt magis reipublicæ expediens, ad puniẽda ſcelera, & ad effugiendas delatorum prævaricationes, *vt in d. nu. 8. verſ. cuius ſententiam*, prout nec etiam obſtet doctrina Baldi *in l. nihil. C. de qõ.* vbi dixit per illum tex. quod habetur pro innocente is, contra quem non adſunt indicia; loquitur enim ibi Bal. non de vera innocentia, ſed de præſumpta; qui enim habetur pro tali, non eſt verè talis; præſumpra autem innocentia non ſufficit ad abſoluendum reum diffinitiuè, ſed debet eſſe vera & clara. Boſſ. *d. tit. de ſenten. nu. 65. ibi, niſi quando clarè conſtat de innocentia rei.*

25 Nec pariter obſtet, quod Dom. Carolus probauerit bonam famam, & amicitiam cũ Gratioſo; nam ex his cenſeri probatam innocentiam, ſatis abſurdum videtur; bona enim fama in genere vix tollit indicium malæ famæ in genere; indicia autem in ſpecie minimè tollit. Alex. *conſilio 77. num. 5. lib. 1.* Rom. *conſi. 167. in fine.* Clar. *q. 60. verſ. frequens etiam*; ergo multo minus probat innocentiam. Amicitia autem non ſolum non probat innocentiam, ſed nec etiam tollit indicium inimicitiæ, ſi inimicitiæ cauſæ adſunr. Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. & tortur. §. quartum indicium, nu. 14. in fine.*

26 Nec demum obſtet, quod in teſtibus defenſiuis conſtet, quod D. Marchio erat in lecto tempore commiſſi delicti; nam hæc negatiua excludit eius pręſentiam & aſſiſtentiam; & quoad hoc poſſet forſan diffinitiuè & tanquam innocens abſolui; ſed non excludit mandarum, de quo principaliter inquirirur; & ita dum in huiuſmodi cauſa iudex fui, reſolutum fuit, quamuis ex duobus alijs coniudicibus, vnus in torturam, alter vero in abſolutionem ex capite innocentiæ libentiſsimè declinabat, licet poſtmodum pro abſolutione ex hactenus deductis, mecum ſenſerit, alio adhuc in ſua opinione pro tortura perdurante.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom

ARGVMENTVM.

Fideiuſsio de repræſentando, an & quãdo expiret per ſententiam, pręſertim in ciuilibus: & ſub qua ratione debitor captus tanquam de fuga ſuſpectus, relaxari debeat.

SVMMARIVM.

Fideiuſſiones obligationes, & actiones, de earum natura ſunt perpetuæ, niſi per adiectionem temporis vel alterius qualitatis fuerint reſtrictæ, nu. 1.

Fideiuſſor de repręſentando dicitur perpetuo obligatus, nu. 1. in fine.

Actus ſequens declarat animum in pręcedentibus, nu. 2. ad finem, & nu. 20.

Contractus regulatur ſecundum mentem contrahentium, nu. 2. in fine.

Contractus a partium voluntate nomen recipit, numero 2. in fine.

Fideiuſsoris obligatio quanto tempore duret, inſpiciẽda eſt ipſius fideiuſsoris intentio, nu. 3.

Fideiuſſio de repręſentando, & fideiuſſio de iudicatum ſoluendo, ęquiparantur quoad durationem, nu. 4.

Fideiuſſor de iudicatum ſoluendo non dicitur liberatus per ſententiam latam contra principalem debitorem, numero quarto.

Fideiuſſio pręſtita, non facta mentione iudicij aut eius contemplatione, non cenſetur ſublata per ſententiam, numero 5. de materia, numero 23. 24. 25. & numero 30. & num. 35.

Fideiuſsio accedens non obligationi, quę contrahitur ex litis conteſtatione, ſed obligationi prouenienti ex contractu, non expirat per ſententiam, nu. 6.

Fideiuſſio non expirat per ſententiam condemnatoriam, numero 7.

Appellatio quando propter deſertionem facit tranſire ſententiam in rem iudicatam; tunc primus iudex eſt ille, qui dictam ſententiam exequitur, nu. 7.

Fideiuſsor cum obligatione Camerali cenſetur obligatus ad omne id, ad quod obligatus eſt principalis, num. 7.

Fideiuſsio non reſtricta ad certum iudicem, ſed ſimpliciter facta, non expirat per ſententiam, numero ſeptimo, in fine.

Fideiuſſor de repręſentando reum carceratum, qui propterea relaxatur, ſubintrat locum dictę carcerationis de debitore factę, nu. 8.

Fideiuſſio de iudicio ſiſti expirat per ſententiam, quando in fideiuſſione eſt facta mentio de iudicio, aliter ſecus, numero 9.

Fideiuſſor datus in prima inſtantia, an teneatur in ſecunda, num. 9. verſ. Tum etiam.

Fideiuſſio de repręſentando in eiſdem ſtatu, & terminis, &c. non expirat per ſententiam, nu. 9. de materia per totum conſilium & præſertim, num. 22. & nu. 15. & nu. 24. & nu. 32. ſeq. omnibus.

Fideiuſsiones de repręſentando, & de iudicio ſiſti, differunt inter ſe, poſt nu. 9.

Fideiuſsio de iudicio ſiſti, vel de repręſentando, non expirat per ſententiam, quando ante ſententiam fideiuſsor fuit in mora, fuitque commiſſa pœna, numero 10. & numero 21. & 27.

Fideiuſſio de repręſentando, virtualiter continet obligationem de iudicatum ſoluendo, in caſu non repręſentationis, nu. 10. in fine de materia, numero 22. in fine, & numero 26. & num. 30.

Fideiuſſor de repræſentando aliquem ſub pœna debiti, tacitè videtur fateri debitum, nu. 11.

Fideiuſsio præſtita ob aliam cauſam quàm litis non expirat per ſententiam, nu. 11.

Obligatio Cameralis aperit omnes vias procedendi contra obligatum, nu. 12.

Creditor non poteſt contra debitorem exequutionem facere, niſi verificato debito, nu. 12. verſ. vel id.

Iurata diſpoſitio non comprehenditur ſub lege generaliter loquente, nu. 13.

Iuramentum eſt implendum in forma ſpecifica, nu. 13.

Fideiuſſio non expirat per ſententiam, quando fideiuſſor renunciauit omni legum auxilio, num. 13.

Renuncians omni legum auxilio cenſetur etiam renunciaſſe beneficio excuſſionis, diuiſionis, ordinis, & purgationis moræ, nu. 13. in fine.

Fideiuſſio de repræſentando, & de iudicio ſiſti differunt inter ſe, nu. 14.

Fideiuſſio de repræſentando eſt nomen generis, & poteſt referri ad diuerſas ſpecies, prout diuerſi ſunt caſus, nu. 16.

Captus, vt ſe defendat, liberatur ſtatim quod adeſt, qui illum defendat, nu. 17.

Captus, vt ſoluat, non aliter liberatur quàm ſi ſoluat, nu. 17. de materia, nu. 28.

Debitor de fuga ſuſpectus carceratus non debet relaxari cum fideiuſſione de iudicio ſiſti, ſed cum fideiuſſione de iudicatum ſoluendo, nu. 17. de materia, nu. 19. vbi etiã quid vigore ſtatuti Vrbis; & quid de ſtilo curiæ, & num. 28. ſeq. & nu. 34. & nu. 36.

Fideiuſſiones cenſentur præſtitæ ſecundum exigentiam rei ſecundum naturam contractus, & ſecundum ſubiectam materiam, numero 18. verſ. & ideo quando, & num. 34. ante finem.

Decretum iudicis debet regulari, & interpretari ſecundum petitionem partis. ſub nu. 18.

Conceſſio Principis interpretatur ſecundum petitionem partis, nu. 18. verſ. prout etiam.

Iudex præſumitur voluiſſe ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, nu. 18. in fine.

Fideiuſſio de iudicio ſiſti eſt duplex, numero 22. verſic. Idque multo magis.

Fideiuſſio de repræſentando eſt ſimplex fideiuſſio de iudicio ſiſti, poſt num. 22.

Fideiuſſor de repræſentando liberatur perempta inſtantia, nu. 23, in fine.

Fideiuſſio præſtita pro ſecuritate officij cuſtodis carceris iudicis, vel curiæ, non expirat per ſententiam, nu. 32. vbi declaratur, & nu. 35. in fine.

Fideiuſſio de repræſentando quandocunque, vel toties quoties non expirat per ſententiam, numero 30. & numero 31, in fine.

Interpretatio ſemper facienda eſt ſecundum ſubiectam materiam etiam in materia ſtricta, etiam per impropriationem verborum, num. 34. in fine.

Fideiuſſio non expirat per ſententiam, quando poſt ſententiam durat cauſa, pro qua fuit præſtita fideiuſſio, numero 35. in fine.

CONSILIVM LVII.

Reſponſum incerti ſcribentis.

1 ADSIT DEVS. Fideiuſſionem de repræſentando in eiſdem ſtatu & terminis, in quibus reperitur, ſub pęna debiti, pro quo detinebatur, factam per R.P.D. Queſſadam coram Reuerendiſſimo Gubernatore Vrbis, pro liberatione, & excarceratione Georgij vigore mandati ſuſpicionis fugæ, ad inſtantiã D. Antonij creditoris carcerati, nõ poſſe dici expiratam per ſententiam poſtea latam per Reuerendiſſimũ A. C. contra Do. Georgium principalem debitorem; demonſtratur Primo, quia fideiuſſiones, obligationes, & actiones de earum propria natura ſunt perpetuæ, niſi per adiectionem temporis, vel alterius cuiuſcumque qualitatis fuerint reſtrictæ & alteratæ. *l. ſciãt. C. de actio. & obligatio. tot. tit. de perpe. & tempor. actionibus. in inſtitut.* Cum igitur hæc, de qua agitur, non fuerit reſtricta ad aliquod tempus, minuſque illius natura per adiectionem alicuius qualitatis fuerit alterata, ſequitur, quod dicitur perpetua; & durat etiam poſt ſententiam, donec fuerit facta realiter dicta repræſentatio. Hinc dixit Azo *in ſumma. in tit. C. de fideiuſſ. nu.* 8. Quod & iſte fideiuſſor perpetuo dicitur obligatus.

2 Et hæc fuit mens, & intentio ſupradictorum contrahentium, quę colligitur nedum ex verbis dictæ fideiuſſionis importantibus perpetuitatẽ, cum fideiuſſor ſe obligauerit repræſentare dictũ debitorem in eodem ſtatu & terminis, in quibus ille reperiebatur, & ſtatus & termini erant, quod ille per ſententiã non eſſet liberatus, ſed tantum donec fuerit deuentum ad actum illum repręſentationis, verum etiam ex repræſentatione poſt duos ferè annos, facta per D. Queſſadam; qui putans ſe fuiſſe in tempore & poſſe purgare moram pro eius liberatione repręſentauit D. Georgium in carceribus; demum citauit D. Ioan. Antonium Radium, ad videndum mandari caſſari inſtrumentum, ſtante dicta repræſentatione; nam ex geſtis & poſtea ſequutis colligitur voluntas contrahentium, cum actus ſequens declaret animum in præcedentibus. Rimin. iun. *in conſ. 31. numero 96.* & contractus regulatur ſecundum mentem contrahentium. Cæph. *conſ.* 312. Hinc a partium voluntate nomen recipit, & intelligi debet, prout contrahentes ſenſerunt, Cæphal. *in conſi. 319. & 703.*

3 Accedit quoq; finis & effectus, propter quem hæc fideiuſſio eſt data, nempe pro ſecuritate & cautela D. Ioan. Antonij, quæ cum duret etiam poſt ſententiam, nimirum ſi debet quoque durare dicta fideiuſſio; intentio enim fideiuſſoris & conſtitutionis Pij Papæ V. conſideranda eſt in hac materia, vt dixit Theſaur. *in deciſi. Pedemon. 202. num. 4. verſi. In contrarium, in 2. par.* omnino videndus, quæ ſi fuerit a Dominis meis conſiderata, vtique ex eis habebitur reſolutio iſtius dubij; ſi enim hæc fideiuſſio lata ſententia expiraret, contrarium finem, & effectum produceret, & liberationem induceret contra intentionem contrahentium; & abſurdiſſimum hoc reſultaret, quòd dum talis fideiuſſor inciperet teneri, liberaretur, & ſententia eodem momento eſſet principium & finis, ortus, & occaſus eiuſdem obligationis, quod non eſt dicendum.

4 Secundo, quia fideiuſſor de repręſentando, & de iudicatum ſoluendo, quo ad duratione ẽ æquiparantur. Roman. *in conſilio 210. circa finem.* Bar. *in l. cum apud Sempronium, numero 7. ff. iudi. ſolut.* Caſtr. *in l. Gręcè. §. & poſt litẽ, nu. 3. ff. de fideiuſ.* ſed fideiuſſor iudicatum ſolui per ſententiam contra principalem debitorem nõ dicitur liberatus, verum tenetur quoq; in ſecunda inſtantia, vt latè Pedemont. *in d. deciſ. 202. numero 4. cum multis ſeq.*

Digitized by Google

ſeq. oĩno vidẽdus propter rationes, quas allegat, ad rem noſtram multũ fauens: ergo nec iſte fideiuſſor de rep̃ræſentando ſub pęna delicti.

5 Tertio, q̃m hmõi fideiuſſio eſt facta abſque aliqua mentione iudicij, minuſq; illius reſpectu & cõtẽplatione, ex qua lõge poſtea fuit motũ corã alio iudice, & in alio tribunali, videlicet corã R. A. C. ſed tãtũ pro ſecuritate dicti creditoris, quo fit, vt illa non dicatur ſublata per ſententiam latam, ad trad. per Bal. omnino viden. *in d. l. Gracè. §. & poſt litem.* qui limitando hic *d. §. & poſt litem,* inquit; ſed quid, ſi in fideiuſſione nõ eſt facta mẽtio de iudicio, tunc tenetur repræſentare ad omnẽ petitionem iudicij; & ſic hic §. locum non haberet, hoc idem ſenſerunt Bal. *in d. l. 2. §. fi. ſub nu.* 3. & Alex. ſub *nu. 4. ff. qui ſatiſd. cog.* Dum reddendo rationem *d. l. Gracè. §. & poſt litem.* dicunt ex ratione, fideiuſsionẽ de iudicio ſiſti per ſnĩam expirare, quia iudicium finitur per ſnĩam; merito fideiuſſio de iudicio ſiſti, tãtã vitam habet, quantam iudicium ipſum habet; & ad ſupradicta bene faciunt quę ſcribunt Caſt. *in d. l. 2. §. in fideiuſſorem, nu.* 4. & Soc. Senior. *nu. 11. ff. qui ſatiſda. cog.*

6 Quarto animaduertẽdum eſt, quod in propoſito caſu D. Queſſada fideiuſſor nõ acceſſit obligationi, quæ contrahitur in litis conteſtatione, ad perſiſtendum in iudicio vſque ad finem, quæ cum finiatur per ſententiam, nimirum ſi & fideiuſſio illa accedẽs ſimiliter lata ſentẽtia expirat, ex quo ſublato principali tollitur etiam acceſſorium, cum in hoc caſu nondum eſſet cęptum iudicium; verum accedit obligationi prouenienti ex conuentione, & cõtractu dicti cenſus; quæ cũ non tollatur per litis conteſtationẽ & ſententiã & ſit perpetua, minuſq; iſta acceſſoria, debet lata ſnĩa expirare, ad trad. per Caſtr. *in d. §. & poſt litẽ. nec. in tex. ibi, quia ciuilis, & naturalis ſubeſt obligatio,* dum inquit, primus autem obligatur ſtatim, & non liberatur per ſententiam; ſecũdus obligatur ſtatim, & liberatur per ſententiam.

7 Quinto, hæc fideiuſſio nõ dr̃ expirata per ſentẽtiã; primo; quia eſt cõdẽnatoria, & non abſolutoria; ſecundo, quia p p deſertam appellationem fecit tranſitũ in rẽ iudicatã; & ſic primus iudex eſt ille, qui eã exequi debet. Pedemon. *in d. deciſ.* 202, *nu.* 12. omnino viden, Bal. *deciſ.* 99. Marſ. *in ſing.* 313. Tertio, quia fideiuſſor ſe obligauit in forma Cameræ, & ſicut principalis, merito tenetur ad omne id, quod ipſe principalis tenebatur, vt Rota tenuit in cauſa illa Nucerin. coram R. P. D. Oradino, ſub die 7. Februarij 1570. Quarto quia nõ eſt reſtricta ad certũ iudicẽ, ſed ſimpliciter eſt facta. Aegid. *deci.* 353. Rota in vna Anconitana fideiuſſione coram R. P. D. Cæſare de Graſsis.

8 Sexto, nam ſicut debitor ſi non fuiſſet tunc relaxatus a carceribus, vtiq; ſequuta ſententia contra eum nõ fuiſſet liberatus, ſic nec fideiuſſor debet dici liberatus, cũ nec fideiuſsio ſubrogetur, & ſubintret in locum dictæ ſequeſtrationis perſonæ prius factæ, Gabr. *conſil.* 53. Si enim hæc expiraret lata ſententia, eodem tempore per iſtam deluderetur pars, iudex, & legis diſpoſitio, vt cõſiderauit Gabr. *in d. conſi.* 53. *in fine.*

9 Nec ſupradictis aduerſantur authoritates, & Doctores, volentes, per ſentẽtiam expirare fideiuſſionem de iudicio ſiſti; tum quia loquũtur de fideiuſsione, in qua facta eſt mẽtio de iudicio, & conſequenter ad illud dicitur reſtricta; quo caſu tantam vitam habet, quantũ habet iudicium, ad Bal. *in locis citatis.* Tum etiam, quia eorũ opinio tanquam in mera ſubtilitate fundata, fuit vſque huc ab omnibus iudicibus in quibuſcunque locis reprobata, quia caret iure, ratione, & æquitate, & tuta non dr̃, ſed potius ſophiſtica, vt vtar verbis Pedemon. *in d. deciſ.* 202. *nu.* 4. vbi reſpondet ad omnia iura, ſuper quibus videtur fundata dicta cõcluſio, ꝙ fideiuſſor in prima inſtantia datus, non teneatur in ſecunda. Tertio reſpõdetur, quod loquuntur in fideiuſſore de iudicio ſiſti, non aũt de fideiuſſore de reprę ſentando in eiſdẽ ſtatu & terminis, in quibus reperitur; & cum iſte fideiuſsiones longè inter ſe differant, vt Bar. *nu.* 1. *in l. prima,* vbi Iaſ. etiam *nu.* 1. poſt alios *ff. ſi quis in ius vocat. non iuer.* Iaſ. *in l. 2. §. in fideiuſſorem. nu.* 7. *ff. qui ſatiſd. cog.* Boſs. *in tit. de carcerat. fideiuſ. nu.* 59. & Aleiat. poſt alios *in parergo. li. 3. c.* 20. ſequitur, quod diſpoſitum in vna, non habet locum in altera, ſtante maximè ſupradicta diuerſitatis ratione, conſiderata per Bald. *in allegatis locis*; ex quibus, concurrente etiam ſtilo, & communi obſeruantia, per fidem notariorum probata, videtur ſine dubio ſublata omnis difficultas.

LAVS DEO.

Reſponſum Fabricij Paudutij in eadem cauſa.

10 ADSIT DEVS. Pœna, in qua ſe obligauerat Queſſada, fuit poſt duos menſes, intra quos non præſentauit iuxta formam ſuæ obligationis Prouanam. *l. reum. §. fi. ff. ſi quis cautio. l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cog.* Specul. *de dol. & contumac. §. reſtat. ſub nu:* 23. *verſ. ideo autem.* Alex. *in l. cũ pro quo. in prin. ff. de in ius voc.* Afflic. *deciſ.* 234. Et propterea ſero petit iuuari ſententia contra Prouanam lata, cum tempore ſententiæ iam moram & pęnam incurriſset. vnde non intrat diſpoſitio §. *& poſt litẽ. l. Gracè. ff. de fideiuſ.* qui loquitur, quando mora non dicatur commiſsa, vt pęna non ſit incurſa. Alex. *in l. ſi uero. in prin. ff. qui ſatiſd. cogan.* Iaſ. *in l. 2. §. fin. numero 9. verſ. limita. ff. qui ſatiſd. cog.* Et propterea ſi modo etiam quod vigore obligationis Prouanam reprę ſentare non teneretur, non tamen effugere poteſt pœnam, quam iam incurrit, & ex hoc capite cogendus eſt, ad ſoluendum debitum, ut declarat Alexand. *in d. l. ſi vero, verſic. nec obſtat. §. & poſt litem,* nam fideiuſsio ſua virtualiter in ſe continebat obligationem de iudicatum ſoluendo, ſaltem in euentum, in quem non repræſentaſset poſt duos menſes, prout euenit; & ſic non erat ſimplex cautio de iudicio ſiſti, & ex hoc tolluntur omnes amaritudines ex aduerſo citatæ.

11 Quibus reſponderi poteſt, nos verſari extra terminos *d. §. et poſt litem,* quia videtur in confeſ-

ſo fuiſſe, quid partes velint, ſ. Prouanam eſſe debitorem liquidum; & ad hoc pondero verbum illud, debiti; ſi.n. partes nõ credidiſſent, ſummam, ob quam carceratus erat, veram eſſe, non ſic dixiſſent, ſed addidiſſent, pręſens, vel ſimilia verba; & ideo caurio non fuit data propter iudiciũ, ſed propter aliam cauſam, nempè, vt cautum eſſet creditoribus de eorũ credito, & vt terminus duorum menſium datus inſeruiet pro pecunia cogẽda, & ſoluenda; certum eſt enim, quod ſi aliã ob cauſam, quàm litis, præſtetur fideiuſſio, diſpoſitionem §. non intrare. vt per Bart. *in l. penult. C. de fideiuſſ.* Aret. *in* §. 2. *nu.* 2. *Inſtit. de ſatiſd.* Caſtr. *in d.* §. *& poſt litem.*

12 Nec obſtat iudicium motum cõtra Prouanã, quia id factum fuit, vt & cõtra eum obtineretur mãdarum de nouo, & vt pinguius prouideretur creditoribus, vt fit in huiuſmodi obligationibus Cameralibus, in quibus paret omnes viæ ad ius ſuum proſequendũ; & ſic reſpondent Alex. *in d. l. ſi vero, in prin. ver. nec obſtat.* & Iaſ. *in d. l.* 2. §. *ſi.* Et non iudicamus ab euẽtu, ſed ab origine rei; euentus. n. nõ mutat primam eſſentiam rei iam perfectæ. Vel id factum fuit, vt debitum verificaretur, prout fieri debere, tradit poſt alios Alex. *in l.* 2. §. *ſi. nu.* 6. *ff. qui ſatiſd. cog.* Prout ẽt nõ obſtat, quod nõ cõſtaret in actis Gubernatoris de credito, cũ ſimplex copia inſtrumẽti eſſet producta; quia reſpondeo, qđ Prouana, & Queſſada non ignorabant veritatem facti, quod ſatis eſt; & propterea, vt dixi, poſita ſunt illa verba, ſub pęna debiti.

13 Poſſet ẽt attentari nõ intrare diſpoſitionem *d.* §. *& poſt litem*, propter iuramentum, quia iurata diſpoſitio non cõprehenditur ſub lege generaliter loquen. *c. conſtitutus. de reſcrip.* Bar. *in l. ſi inſulam. col. ſi. de verb. obli.* Gabr. *de iur. iur. concl.* 5. *nu.* 1. *&* 18. Pedemon. *deciſ.* 49. *ſub nu.* 12. *verſ. ſed difficultas*, & iuramentum eſt implendũ in forma ſpecifica. *l. ſi pecuniam. ff. de condict. cauſ. dat.* Gabr. *de iur. iur. concl.* 8. Rol. *cõſ.* 31. *n.* 8. *vol.* 2. Qđ tanto magis procedit, ſtãte renũciatione oĩum legũ & ſtatutorũ auxilio, per q̃ cenſetur renunciatum *d. l. Græcè.* §. *& poſt litẽ.* ex congeſtis per Rol. *conſ.* 13. *à nu.* 6. *vſque ad nu.* 21. *vol.* 1. Vbi deducit multa, quibus renunciaꝑ per dictã clauſulã, & in ſpecie ad materiam fideiuſſorum beneficio excuſſionis, diuiſionis, ordinis, purgationis moræ, &c.

14 Et non eſt dubium, mentẽ ſtipulantium fuiſſe, non iudicio, vel liti prouidere, ſed pluribus, & exactioni, quia vltra verbum, debiti, ſupra põderarũ, addiderunt in terminis, in quibus reperitur, & ſic in carceribus, quæ non ſunt verba propria cautionis de iudicio ſiſti, cum tũc ſoleat dici, qđ ſtabit iuri, & reſpõdebit libello; Et propterea dixit Alciat. *in li.* 3. *parerg. c.* 20. quod hæ cautiones inter ſe maximè differunt.

15 Poſſet etiam dici, §. *& poſt litem*, nõ procedere in cautione de repręſentando, ſed de ſiſtendo tãtũ, quia viſum eſt, quod fideiuſſor de iudicio ſiſti ſatis moleſtiam patiatur in ſiſtẽdo per integram inſtantiam; & ſic plures; quod non poteſt applicari ad cautionem de repręſentando, quæ vnica vice terminatur, vt dicunt præallegati.

Reſponſum Franciſci Moſchenij Bergomenſis in eadem cauſa.

16 ADSIT DEVS. In iſta Romana fideiuſsionis de repręſentando, dico, fideiuſſionẽ de repręſentando, eſſe nomẽ generis, & referri poſſe ad diuerſas ſpecies, prout diuerſi ſũt caſus, in q̃bus pręſtari debet, vt patet ex diſtinctione tradita per Bart. *in l. neque impuberes. ff. de in ius voc.* Cũ quo alij tranſeunt, vt teſtis eſt ibidem Iaſ. *in fi.* & Soci. qui plenius explicat *nu.* 4. Et Cotta qui plures alios addit, *in ſuis memor. verbo, fideiuſſor de iudicio ſiſti*, qui videatur, quoniam ſolus ſufficeret, ad huius noſtri dubij reſolutionem.

17 Si quis enim (inquit Bar.) captus ſit, vt ſe defendat, liberatur ſtatim quod adeſt, qui illum defendat, vt ſunt termini illius text. vbi uocatus in ius (qđ apud veteres, & ff. & C. idẽ eſt, ac ductus vel tractus in ius, ſicut declarat Hothom. *de ver. ſign. verbo, vocare in ius*) ſtatim dimittirur, ſi habeat defenſorẽ; ſi vero captus ſit, vt ſoluat, nõ aliter (inquit) liberatur, quam ſi ſoluat; & propterea Bal. *in c. dilectis, nu.* 12. *de appel.* quem ẽt citat Cotta, vbi ſupra, monet iudices, ne relaxent carceratos cum fideiuſſore de iudicio ſiſti; quia tales fideiuſſores liberarentur per pręſentationem, ſed debẽt (inquit) fideiuſſores promittere iudicatum ſolui; ideo quidam iudex pro incauta relaxatione, fuit condemnatus, ac deſolatus.

18 Cũ ergo in caſu noſtro, Prouana eſſet captus, liberauit noſtros principales a fideiuſſione pro eo præſtira, quæ ſpecies incidit in eã, in qua quis captus eſt, vt ſoluat, cũ nõ potuiſſet liberari, dãdo fideiuſſores de ſtando iuri, ſecundũ prædicta; ſed neceſſe habebat eos dare de liberãdo noſtros principales, vel ſoluendo quãti eorum intereſſet liberari. Et ideo quãdo dedit fideiuſſorem de repręſentando, intelligendus eſt, ipſum dediſſe iuxta exigentiam iuris, & ſecundum naturam contractus, ac ſubiectam materiam, vt latè probat Dec. *conſi.* 388. *nu.* 4. Et ſic de repręſentando dictũ debitorẽ, non vt ſe defenderet, quia hoc ab eo non deſiderabatur, ſed vt liberaret, vel ſolueret. Alioquin ſatis inepta fuiſſet hæc fideiuſſoris præſtatio, & intentioni actoris minimè cõueniẽs, cũ tñ decretum iudicis debeat regulari, ac interpretari ſecundum petitionem partis, vt plura congerit Fely. *in c. licet Heli. nu.* 18. *de ſimon.* Prout ẽt cõceſſio regulaꝑ ex petitione. Anchar. *conſ.* 132. *in prin.* & probat text. *in c. inter dilectos, verſ. cæterũ. de fid. inſtr. & in l.* 1. *C. de diuerſis reſcr.* Maximè, cũ aliud de iure facere non poſſet, & præſumi ſoleat pro iudice, qđ voluerit ſe cõformare cũ diſpoſitione iuris. Alcia. *de præſump. reg.* 3. *præſump.* 9. *&* 10.

19 Ex his patet, praxim, cuius meminit Caccial. *in tract. de dolict. ſuſpen. q.* 9. (præterquam quod habet authores grauiſſimos, qui eam defendunt in puncto iuris, quos citat idem Caccialup.) etiã iuuari hac diſtinctione; quia, vt plurimum, debitores iurantur ſuſpecti, nõ quia ſe nõ defendũt, quod parum curæ eſt creditoribus, quibus ſatis conſul-

conſultum eſt varijs remedijs contra cõtumaces proditis; ſed quia non ſoluunr & ſuſpicio eſt, ne ſoluere poſſint, vt etiam ponderauir idẽ Caccialup. vbi ſupra, cui vſui frequẽtiori veriſimile eſt praxim ſe accommodaſſe. *l.nã ad ea. ff. de legib.* Et cum hac praxi cõuenir etiam ſtarutum Vrbis *li. 1. c. 98.* dum vult, debitorem ſuſpectum, qui cauerit de ſtando iuri, & ſe repreſentando, relaxari debere; nam videtur expreſsè ponere caurionem de repreſentando, tãquam diuerſam a fideiuſſione de ſtando iuri, & conſequenter illam intelligere de ſoluendo debito, vt dicta praxis paſſim intelligir. Et rurſus cum eadem cõuenit peculiaris ſtylus tribunalium Vrbis, de qua teſtanẽ pleriq; notarij diuerſorum tribunaliũ, & maximè Cameræ Apoſtolicæ, corã quibus quotidie exercenẽ iſtæ fideiuſſiones, propter decreta viſitæ. Nam oẽs teſtanẽ, fideiuſſionem de repræſentando non ſolũ non finiri per ſententiã, vt ſolẽt finiri ſimplices fideiuſſiones de ſtando iuri, ſed tũc maximè iuris ſumere, quia tũc verè dicatur cõſtare de credito, vt merito dicendum ſir, iudicem & parres ſe cum hac eadem praxi, tum generali, tum etiã particulari, & in iure fundata, ſe conformare voluiſſe.

20 Quod de aduerſario in ſpecie colligiẽ ex eo, qđ tẽtauit longè poſt terminũ repræſentare debitorẽ, putans ſibi licere purgare morã. Nã ex hoc declarauir intellexiſſe ſe teneri ad repræſentationẽ pro ſolutione debiti, nõ autem de ſtando iuri, cũ hæc fideiuſſio iã eſſer finita per ſẽtẽtiã; & ideo ſatis haberet opponere, fideiuſſionẽ ſuã expiraſſe; Actus.n. ſubſecuti declaranr, qualis fuerit mẽs in præcedẽtibus. *l. ſed Iulianus. §. ſed ſi initio. ff. ad Macedon.* cum alijs per Aym. *conſi. 6. nu. 30.*

21 Quamquam verò ex his ſatis tollatur omnis difficultas, tamen ad pleniorem Dominorum ſatisfactionem addebamus, quod etiã ſi eſſemus in ſimplici fideiuſſore de iudicio ſiſti, tamen cũ aduerſarius promiſerit repræſentare poſt duos mẽſes ſub pęna debiti, & tẽpore ſentẽtię lapſi eſſent dicti duo mẽſes, videri poſſit cõmiſſa ſtipulatio pęnæ debiti, vr latè probat Iaſ. *in l. 2. §. in fideiuſſorem, nu. 9. verſ. limita. ff. qui ſatiſd. cog.* L. D.

Reſponſum Gineſij Proyde in eadem cauſa.

22 ADSIT DEVS. Quod fideiuſſio de repræſenrando expiret per ſenrentiã, Iaſ. viden. *in l. eũ pro quo, nu. 1. ff. in ius voc.* Bal. *in l. 2. §. fi. n. 3.* Alex. *nu. 4. ff. qui ſat. da. cog.* latè Moder. Proſp. Farin. *in ſuis qq. crim. l. 1. q. 34. nu.* 103. idem Iaſ. *in l. duobus, §. ſi ei qui. ſub nu. 1. verſ. ſup hac 1. par. iunctio nu. 19. ff. de iur. iur.* Bal. *in d. l. eum pro quo. in 1. lect. in tex. ibi, exhibere,* ideſt, repræſentare. Iacob. de S. Georg. ibi *nu. 2. in fine, verſ. vnum tantum.* qui oẽs loquunrur in fideiuſſione de repræſentando; idque multo magis ſi fideiuſſio cõcipiatur per verba, iudicio ſint, quia fideiuſsio, de iudicio ſiſti, eſt duplex. Pau. Caſtr. *in l. 1. nu. 10. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.* Iacob. de S. Georg. *nu. 3.* & vtraque expirat per ſententiam, prout optime idem Iacob. viden. *in d. l. eum pro quo. ſub nu. 2. verſ. vnum tamen,* vbi dicit, quod fideiuſsio de repręſentãdo eſt ſimplex fideiuſsio de iudicio ſiſti; & ſic ſub iſta fideiuſsione de repræſentando, non venit fideiuſsio de iudicatum ſoluendo. Iaſo. *in d. l. eum pro quo. ff. in ius voc. ſub num. 1.* Pariſ. *conſi. 48. lib. 1. per totum conſilium.*

23 Neque facit ad propoſitum differentia, quæ ex aduerſo fit de fideiuſsione data, inchoato iudicio, vel ſimpliciter ante inchoatũ iudiciũ, nulla facta mẽtione futuræ litis, quia licet fideiuſſor, q nulla lite mota, ſe obligauit de repræſentando, teneatur in perpetuũ; tamen id verum eſt, donec lis inchoetur, & poſt inchoationem vſque ad ſententiã. Vnde ſi deinde per eorũ principalem fuerir lis mota, & ſententia lata, tunc fideiuſsio per ſenrentiam expirat. Salyc. viden. *in l. pen. C. de fide iuſſ. ſub nu. 2. verſ. dic ergo.* & idem ſentit expreſſe *gl. in verbo, pro ſcriptura,* dũ dicit, quod perpetuo tenetur, niſi antea cauſa ſit finita, quia tunc lata ſententia liberatur; neque poteſt dici quod gl. intellexerit de fideiuſsione iudicij, quia ſi eſſẽt fideiuſſor iudicij, non poterat dicere, quod perpetuo tenebatur, quia bene gl. ſciebat, quod inſtãtia de iure ciuili triennio expirabat, *l. properandum, C. de iudici.* & ſic fideiuſſor iudicij nõ poterat teneri vltra trienniũ, quia ſicut per ſentẽtiã, ita perempta inſtantia fideiuſſor de repræſentando liberatur, vt tradunt Docto. *d. l. fin. & in d. §. & poſt litem.*

24 Hinc eſt vt Bal. *in d. l. eum pro quo. ff. in ius voc. in 1. lectu.* dixerit, paria eſſe, quod parti vel iudici fiat promiſsio de repræſentãdo, quia utroq; modo per ſententiam expirat, & licet idem Bal. contrarium tenuerit *in l. 2. §. in fideiuſſorem. ff. qui ſatiſd. cogan.* tamen contrarium tenet ibi Alexan. *ſub num. 5. verſic. dicebat.* Vbi firmat opinionem Saly. vt licet non fuerit datus occaſione litis, tamen obligatio non ſit perpetua. quod intelligitur iuxta d. doctr. Salyc. quæ eſt melior & clarior doctrina, quæ ſit in iſta materia.

25 Vltra, quod in hoc caſu poteſt dici, fideiuſsionem fuiſſe occaſione litis, quia pars aduerſa intendebat petere eximi a nexu fidei, vt ipſe expreſsè dicit in iuramẽto ſuſpicionis fugæ, & hæc petitio erat facienda in lite, quia alias fruſtratorium eſſet petere ab aliquo, niſi peteretur in iudicio, quia nemo cogererur, & idem eſt fideiuſsio in iudicio, vel occaſione litis, ſicut dicimus de trãſactione, quę licet non poſsit fieri, niſi lite mota, ſufficit tamen quod fiat occaſione litis mouendæ, *l. 2. C. de tranſact.* vbi Iaſ. & cæteri. Rom. *conſi. 517. nu. 15. & conſi. 371.*

26 Dicitur autem, quod quatenus iſte erat fideiuſſor de ſoluendo, eſt fabula, quia fideiuſſor de ſoluendo non præſtatur, niſi a condemnato.

LAVS DEO.

Reſponſum ſecundum Gineſij Proyde in eadem cauſa.

27 ADSIT DEVS. Vt iam dixi, nulla eſt differentia inter fideiuſſorem de iudicio ſiſti,

ſiſti,& de repræſentando, ad effectum, de quo agitur, quia vtraque expirat, lata ſententia. Iaſ. *in l.eum pro quo.nu.1.ff.de in ius voc.* Bal. *in l.2.§.fi.nu.3.* Alex. *nu.4.ff.qui ſatiſd.cog.* idem Iaſ. *in l.duobus.§.ſi ei qui.ſub nu.1.verſ.ſuper hac prima parte.iuncto num.19.ff.de iniur.* Bal. *in d.l.eum pro quo. in prima lectura.* Iacob.de Sanct.Georg. *ibi nu.2.in fi.verſi. vnum tamen.* Franc. *deciſ.183.ſub nu.4.par.1.* Proſper Farin. *in ſuis qq.Crim.lib.1.q.34.nu.103.* Vbi dicit communem; ſiue ergo fideiuſſio concipiatur per verbum, repræſentare, ſiue per verbum, ſiſtere, non refert, quia ambo ſunt de iudicio ſiſti. Paul.Caſtr. *in l.1.ff.ſi quis in ius voc.* non ierit; & ibi Iac.de Sancto Georg. *nu.3.* & Iaſ. *viden.in d.l.eum pro quo.ff.in ius voc.ſub nu.2. verſ.vnum tamẽ.* vbi dicit quod fideiuſſio de repræſentando eſt ſimplex fideiuſſo de iudicio ſiſti.

28 Neque obſtat dicere, quod iſte fuerat captus, vt ſolueret, & propterea fideiuſſio debeat intelligi de iudicatũ ſoluendo, quia reſpondetur quod fuit captus antequam fuiſſet conductus tanquã ſuſpectus de fuga; quo caſu non tenebatur dare, niſi fideiuſſionem de iudicio ſiſti. Alex. *in l.neque impuberes.§.qui eius. ff. in ius vocat.in princ. ſtatim poſt ſummarium.ver.& poteſt exemplificari.* Ang. *in l.ſi ab arbitro.§.qui ex cauſa.nu.2.poſt med.verſic.& tunc iudex.ff.qui ſatiſd. cog. Idem in l.nemo carcerẽ. C.de exact.tribut.lib.10.* Roder.Suarez *in repet.l.2.tit.de cos empletamientos,&c.incip.vlterius nota.nu.5.* Petr.Pechius *in tract.de iure ſiſten. c.31.num.3.* Proſper Farin. *in d par.1.q.33.num. 29.* Vbi dicit, quod ita cauetur per Bullam Pij V. in Bullario *conſtit.139.* Ante enim quàm quis ſit condemnatus per ſententiam tranſactam in iudicatum, nõ poteſt capi, vt ſoluat. *l.nomine. C. appell.* Proſper Farin. *d.q.3.nu.26.* Cot. *in ſuis memor. ver.fideiuſſione de iudicio ſiſti, in fine, ver. Tamen non puto.* Roder.Suarez *vbi ſupra, nu. 25.* vbi explicat debere intelligi doctrinam Bart. *in l.impuberes.ff.de in ius voc.* vt tunc dicatur captus, vt ſoluat, quãdo fuit prius cõdemnatus, & ita etiam declarat Proſper, *vbi ſupra, ſub d.nu.26.* vbi etiam allegat Bart. *in d.l.neque impuberes, & in nu.28.in fine,* melius declarat, videlicet, quod hodie in Vrbe quando quis eſt captus, vt ſoluat, non relaxetur cum fideiuſſore de iudicatum ſoluendo, ſed cum fideiuſſore de ſoluendo in forma depoſiti, ne lites ex litibus oriantur.

29 Et tollit difficultatem ſtatutum Vrbis *c.157. lib.1.* dum dicit, quod ad petitionem fideiuſſoris procedatur ſummariè contra principales, ut eũ extrahant a fideiuſſione eo modo, & forma, quo per aliud ſtatutum 89. *cod.lib.* ordinatur procedi in cauſis ſummarijs, in quibus cauſis prædictum ſtatutum ordinat, quod prius quàm mandatum exquutiuum relaxetur, citetur & detur terminus dierum quinque ad probandum; quo elapſo, abſoluat, ſeu relaxet mandatum. Vnde antequam iſta fierent, impoſsibile erat, quod eſſet captus vt ſolueret: imò etiam, quod teneretur dare fideiuſſionem de iudicatum ſoluendo, ex quo eam non dedit, expirauit per ſententiam. Corra *in d. ver. de iudicio ſiſti.* Proſper Farin. *vbi ſupra nu.28.*

30 Et quod ſub fideiuſſione de repręſentãdo, nõ cõprehendatur fideiuſſio, de iudicatũ ſoluendo, Iaſ. *in l.eum pro quo.ff.in ius voc. ſub nu.1.* Pariſ. *cõſ.48.li.1.per tot.conſ.* Menoc. *conſ.212.nu.15.& 26.* dicit, quod nunquã fideiuſſor de repræſentãdo, cenſetur fideiuſſiſſe de iudicatum ſoluendo, niſi promiſerit repræſentare quandocunque, vel toties quoties, & plures allegat; neque intereſt, qđ fideiuſſio de repræſentando præſtetur ſimpliciter ante litem motam, nulla facta mentione litis, quia vtcunque ſit, expirat lata ſententia. Salyc. *in l.penul.C.fideiuſſ.ſub nu.2.verſ.dic ergo.* Ang.Aret. *in §.ſed hodie.inſti.de ſatiſd. ſub nu.4. verſ.quãdoque aliquis.* dicens, quod licet verum ſit, quod fideiuſſor, qui ante litem motam & nulla facta litis mentione, ſe obligauit repręſentare, teneatur in perpetuum; tamẽ intelligitur, quod perpetuo duret, donec lis inchoatur; & poſtquam fuerit inchoata vſq; ad ſententiã. qua lata expirat, & ita eſt de mente omniũ doctorum ſupra citatorum.

31 Maximè qđ in caſu iſto clariſsimũ eſt, qđ fuit præſtita occaſione litis mouẽdæ, quia pars aduerſa intendebat petere eximi a fideiuſſione vt ipſe in iuramẽto ſuſpicionis fugæ aſſeruit; qđ petere debebat in iudicio modo, quo in sũmarijs proceditur, & conſequenter litem mouere intẽdebat.

32 Nec obſtet Pau.de Caſtr. *in l.2. §.in fideiuſſorẽ. num.4. ff. qui ſatiſd. cogan.* Quia non facit contra nos, imò facit expreſsè pro nobis, quia ipſe nõ diſtinguit, an fideiuſſio præſtetur occaſione litis, nec nè, ſed ſimpliciter dicit, quod ſi fideiuſſio de repręſentando pręſtetur parti, vel iudici recipiẽti pro parte, expirat lata ſentẽtia. Et iſte eſt caſus noſter. Dum vero ipſe & Soci. *in d.§.in fideiuſſorem.nu.11.* dicunt, quod ſi eſt præſtita pro ſecuritate officij cuſtodis carceris, iudicis, vel curiæ, nõ expirat per ſententiam; Reſpondeo, ꝙ loquuntur in criminalibus, in quibus huiuſmodi fideiuſſiones ſolẽt pręſtari pro Curię & carceratorũ ſecuritate. At in ciuilibus ſemper præſtãtur pro ſecuritate partis, quia curia non habet deſuper intereſſe, & iſta fuit præſtita pro ſecuritate partis; quia fuit præſtita ſub pęna debiti, & fuit facta ſtipulatio in fauorem partis, & non in fauorẽ iudicis, vel curiæ; Et quod loquãtur in criminalibus, colligitur apertè ex doct.Bart. quam allegant *in l.ſi quis reum, nu.4.ff.de cuſto.reor.* qui loquitur in crim. in quib. ſtatur pro cautela curiæ; quia eorũ dictum debet intelligi ſecundum doctr. Doctor. quẽ allegãt. Bar. *in l.1.ff.de liber.leg.* Imò Bar. quẽ ſupplico videri, loquitur, quando fideiuſſor promiſit repræſentare quandocunque; quo caſu clarum eſt; quod tenetur poſt ſentẽtiã; quia dictio, qñcunq;, ęquipollet clauſulæ, toties quoties, qui non eſt caſus noſter, & cõſequẽter Paul. & Soci. ſunt intelligendi ſecundũ doct. Bar. quã allegãt.

33 Tollit oẽm penitus difficultatem quod fideiuſſor ſe obligauit præſẽtare in terminis, in quibus reperitur; vnde cum poſt ſententiam condemnatoriam non reperiatur in eiſdem terminis, cum longe diſtet ſtatus condemnati a non condemnato, fideiuſſio expirauit, vt in pũcto tradit Menoch. *d.conſi.212.nu.28.lib.3.* LAVS DEO.

Deciſio

Deciſio coram nunc Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo D. Arigoro Romana fideiuſsionis, de repreſentando., Luna 24. Ianuary, 1594.

34 ADSIT DEVS. Propoſui difficultatem ſuper fideiuſſione facta per D. Queſſadam, de repreſentãdo Georgium Prouanam ad fauorem D. Ioan. Antonij Radij, poſt duos mẽſes in eiſdem ſtatu & terminis, in quibus tunc temporis reperiebatur, ſub pęna debiti, pro quo detinebatur; an per ſententiam poſtea latam ad fauorẽ Radij contra Prouanã, huiuſmodi fideiuſſio expiraſſet? & fuit reſolutum, non expiraſſe, quia cũ Prouana fuiſſet carceratus, vt liberaret Radium a quadam fideiuſſione alias facta in impoſitione cuiuſdam cenſus; ideo vt excarcerarentur, non ſufficiebat fideiuſſio, de iudicio ſiſti, quę ſolet expirare, lata ſententia; nam per talem fideiuſſionem non implebatur cauſa, ob quam erat carceratus; ſed requirebatur liberatio, vel ſaltẽ dare fideiuſſionem de liberando, ad trad. per Bart. *in l. neque impuberes. nu. 2.* & Iaſ. *ſub num. 5. ff. de in ius uocan.* Et ibidem Pau. de Caſt. *in §. qui in ius. nu. 3. verſic. item ſcias.* & Socin. *nu. 4. verſ. 2 limita.* & Iacobin. de ſanct. Georg. *nu. 3. & 4.* & tradit Bald. *in c. dilectis. nu. 12. verſ. not. bonam practicam. de appel.* Roman. *in ſing.* 142. Et merito in caſu, de quo agitur, hæc fideiuſſio de repræſentando intelligenda, & interpætanda eſt, prout de iure veniebat præſtanda; & ſic non de iudicio ſiſti, quia carceratio hoc non deſiderabat, ſed vt ipſe Radius liberaretur, cum ſemper ſit accipienda illa interpretatio ſecundum exigentiam rei, & ſecundum ſubiectã materiam. *l. ſi vni. in princ.* & ibi Barto. *ff. loca.* Calder. *in conſi. 11. col. fin. verſi. quia ergo ſubiecta materia, &c.* Quod procedit etiam in materia ſtricta, & vbi opus eſſet impropriare verba, vt poſt alios per Soci. *in conſi. 388. nu. 4.*

35 Et ita tolluntur omnia, quæ deducuntur pro D. Queſſada, nempè, fideiuſſionem de repręſentãdo habere eandem vim, quam habet fideiuſſio de iudicio ſiſti, & expirare prolata ſententia. *l. Græcè. §. & poſt lit. m. ff. de fideiuſſorib.* & trad. Iaſ. Iacobin. de ſanct. Georg. & alij, *in l. eum pro quo. ff. de in ius vocan.* quia loquuntur in fideiuſſione facta parti vel iudici reſpectu litis, vel iudicij; & quia per ſententiam finitur iudiciũ, & finitur lis, cenſetur etiam finita illa fideiuſsio, prout dicit Bal. *in l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem, ſub num. 3. verſ. quia poſt ſententiam non dicitur. ff. qui ſatiſd. cog.* & eodem modo loquuntur Pau. de Caſt. *in l. 1. ſub nu. 5. ff. ſi quis in ius vocat.* & Socin. *in l. penul. ſub nu. 2. C. de fideiuſſ.* quæ non erat facta reſpectu iudicij vel litis, ſed pro aſſicuratione, vt Radius liberaretur, ob quam etiam cauſam Prouana erat carceratus; quę cauſa durabat poſt latam ſententiã; & conſequenter non poterat dici extincta fideiuſsio, ſed potius durare, cum duraret eadem cauſa, & faciunt trad. per Pau. de Caſtr. *in d. l. fideiuſſor. §. in fideiuſſorem. ſub nu. 4. verſi. ſi vero pro ſecuritate officij*, vbi etiam Soci. *nu. 11.* qui dicunt, fideiuſſionem de repræſentando, quæ non fuit data reſpectu litis, vel iudicij, ſed pro ſecuritate officij, vel curiæ, durare etiam poſt latam ſententiam.

36 Non obſtat, Prouanam fuiſſe captum & carceratum tãquam ſuſpectum de fuga, quo caſu pro illius excarceratione ſatis erat præſtare fideiuſſionẽ de iudicio ſiſti; quia quamuis ſecundũ terminos iuris, poſsit recipere difficultatem, & Pau. de Caſtr. *in d. l. neque impuberes. §. qui ius. ff. de in ius vocan.* dicat, reum captum tãquam ſuſpectum de fuga, relaxandum eſſe cũ fideiuſsione de ſtando iuri, ſupple, & de iudicatum ſoluendo, & apparet etiam ex deductis per Caccialup. *in tract. de debito. ſuſpect. q. 9.* tamẽ, prout ibidem tradit idem Caccialup. ſecundum praxim, non ſufficit cautio de iudicio ſiſti; & eo minus ſufficiebat in caſu iſto, quia prout apparet ex decreto, nõ ſolum fuerat carceratus tanquam ſuſpectus de fuga, verum etiam pro liberatione Radij.

37 Nec obſtat ſtatutum Vrbis *cap. 98. lib. 1.* quia vltra quod loquatur in capto ob ſolam ſuſpicionem fugæ, quod non erat in caſu iſto, cum captura fuerit facta quoque pro liberatione, nihilominus cum dicat, debitorem relaxandum eſſe cũ fideiuſsione, de ſtãdo iuri, & ſe repræſentando, ex huiuſmodi expreſsione colligitur, fideiuſsionẽ, de repræſentando, conſiderari a ſtatuto, tanquã diuerſam a cautione de ſtando iuri.

LAVS DEO.

ARGVMENTVM.

Strictè, ſed magiſtraliter diſcutitur ille articulus, an ſcilicet, quando, & quibus coniecturis, ſeu pręſumptionibus probatur fraus, ad effectum condemnandi.

SVMMARIVM.

Fraus tanquam quid occultum, & difficilis probationis, præſumptionibus, & coniecturis, probatur, nu. 1. vbi etiam referuntur contrariam tenentes, & in addit. lit. A, vbi de materia, & nu. 7.

Præſumptiua probatio non ſufficit in delicto occulto, & difficilis probationis, ſed requiritur concludens & plena, quando criminaliter agitur, licet ſecus ſi ciuiliter agatur, nu. 2. & num. 3.

Filiatio eſt difficilis probationis; ideo probatur coniecturis, & præſumptionibus, declara, vt nu. 3. & in addit. litera B, vbi latè explicatur, an, & quando filiatio coniecturis, & præſumptionibus probetur.

Præſumptiones in criminalibus non ſufficiunt ad condemnandũ, niſi fuerint vrgentiſsimæ, violentiſsimæ, & indubitatæ ĩs in delicto occulto, & difficilis probationis, nu. 4.

Dolus, ſeu fraus non probatur præſumptionibus & coniecturis, niſi illæ fuerint perſpicuæ, nu. 4. ante finem, & in addit. litera C, vbi etiam quæ dicantur perſpicua indicia, & perſpicuæ præſumptiones.

Præſumptiones veriſimiles, & probabiles non ſufficiunt in criminalibus ad condemnandum, numero 4. in fine, num. 5.

vbi quod multo minus ſufficiunt leues præſumptiones.
Scientia non probatur præſumptionibus, quando agitur de
graui præiudicio.nu.6.

CONSILIVM LVIII.

1 ADSIT DEVS. Alias deducta ad fauorem
D. Hieronymi C. minimè rolluntur, ex
rraditis per Alex.*in conſi.60.lib.2.* & per Gram. *in*
a *conſi.*8.volentes,fraudem [a] tanquam quid occul-
tuın & difficilis, probationis, præſumptionibus
& coniecturis probari,ad tex. *in c.2.de renunci. in*
6.Quod etiam pluribus Doctorum aurhoritari-
bus comprobauit Maſcar. *de proba.li.2.concl.*815.
*nu.*1. Nam pro reſponſione primo crederem, poſ
ſe forſan dici verius eſſe, fraudem non coniectu-
ris,ſed dilucidis probarionibus probandam eſſe,
pront videtur tex.expreſſus *in l.ſed etſi maritus.§.*
*& ſi conſtanter.ff.qui & a quibus.*per quem text. in
terminis dixit Anchar.viden.*conſi.*251.*n.*4.quod
quando agitur de ſcientia,& participatione frau
dis (prout punctualiter agitur in caſu noſtro.)
tunc dilucidæ requiruntur probationes, ſequi-
tur Natta *conſi.*212.*nu.*2.*lib.*1.

2 Et generalirer etiam,quod ſimus in delicto oc-
culro, & difficilis probationis, quod nõ ſufficiat
præſumptiua probario, ſed requiratur plena, &
concludens,latè defendit Boſſ.contrarijs reſpõ-
dens *in tit.de conuict.nu.*46.*& ſeqq.*poſt Dec.*in lo-*
*cis per eum citatis.*Bertaz.*conſ.*41.*nu.*21.*et ſeq.li.*1.
Maſcar.*de proba.lib.3.concl.*1220.*nu.*14. Vbi reſi-
det cũ opinione Boſſij *in loco præcitato* (quicquid
in conrrarium dixerit Clar. per eum allegatus *in*
q.20.verſ.ſcias tamen, in fine.) Et etiam admiſſa
contraria opinione,quod fraudes,& occulta de-
licta præſumptionibus probentur, ea vtique in-
telligenda eſt, quando ciuiliter agatur; ſecus ſi
criminaliter,& ad pęnã, prout bene declarat Al-
cia.*in l.poſt contractum.num.*34.*verſ.ſed & ſi.ff.de*
*dona.*conſuluit Bertaz.*in conſ.*41.*n.*21.*& ſeq.li.*1.

3 Et optimè facit, quod tradunt Docto. *in cap.*
b *afferte.de præſump.*dũ dicunt, quod licet filiatio [b]
tanquam difficilis probationis violentis pręſum
ptionibus,& coniecturis probetur,hoc tamen in
telligirur,quando agitur ciuilirer; ſecus ſi crimi-
naliter, & ad pęnam, ſecundum communem in-
tellectum ad illum text. (quicquid in contrariũ
ibi dixerit Abbas) prout ibi bene declarant A-
nan. *num.1. verſic. & procedit iſtud in cauſa ciuili.*
Anto.de Butr.*numero 7.verſic.ſed poſſet dici.*Car-
din.Zabar.*in fine,verſic.ex hoc dic.*Imol.*nu.3.verſ.*
poſſet tamen dici,& numero 4. verſic. adaerte tamen.
Anchar.*numero 3.in 4.notab.*Prępoſit.*in cap.is qui*
fidem.nu.4.de ſponſalibus. Paul.de Caſt. *in l.ſciant*
cuncti.poſt num.4. C.de probat. Mattheſ.*ſing.*118.
& ibi Gabr. Saraina *in addit.* Vbi alios plures re-
fert concordantes. Sarmient.*ſelect.interpret.li.*1.
*cap.1.num.*8.

4 Tertio,& rurſus etiam,quod vellemus tenere,
quod in occultis & difficilis probationis,pręſum
priones & coniecturę ſufficiant ad condemnan-
dum criminaliter (cuius contrarium verius for-
ſan apparet ex præallegatis) adhuc tamen & hoc
intelligendum eſſet, dummodo præſumptiones
& coniecturæ ſint non ſolum veriſimiles,& pro-
babiles,ſed etiam vrgentiſſimæ,& violentiſſimę,
ita quod rem parentem & indubitatam ante ocu
los iudicis ponerent; aliter ſecus; ſic enim in in-
dicijs indubiratis loquirur Carrer. *in pract. in 2.*
tract.de indic. & tortu.§.in tex. ergo ibi, argumentis
*conuictus.num.*2.quem refert Clar.*in d.q.20.verſ.*
ſcias tamen, ad finem. ſic etiam in præſumptioni-
bus violenriſſimis & indubitatis indicijs loqui-
tur idem Boſſ.*in tit.de par.ſuppoſ.nu.32.verſic.non*
credo tamen,& ſic pariter in vrgentiſſimis pręſum
ptionibus loquitur Maſcar.*de proba.lib.1.concluſ.*
459.*num.*16. Et ante iſtos videatur Bal. qui ori-
ginaliter pro contraria opinione allegatur *in l.*
quicunque.num.25.C.de ſeru.fugit. Vbi loquitur,
quãdo indicia ſunt ita certa,vt vix denegari ſuf-
ficiat,prout bene aduertit Oſaſc.*deciſi.Pedemont.*
79.*num.5.verſic.nec obſtat,*& ſic demum text. *in c.*
2.de renunc.in 6.allegatus per Grammat.*in d.con-*
ſilio 8.*num.*7. inrelligendus eſt, de coniecturis, &
c præſumptionibus perſpicuis [c], ſicut ibi declarat
glo.in verbo,coniecturas.per text.in l.dolum.& ibi gl.
in verbo,perſpicuis. C.de dolo malo, vbi expreſsè de-
clarat indicia perſpicua, ideſt manifeſtas proba-
tiones. At vbi præſumptiones & coniecturæ nõ
ſunt vrgentiſſimæ,ſeu violenriſſimæ,& indubita
tæ,quod tunc ad condemnandum etiam in ciui-
libus non ſufficiant,nedum in criminalibus,quã
uis ſint veriſimiles, & probabiles, optime tradi-
dit Menoch.*de præſumpt.lib.1.q.94.nu.*4.alioſque
plures refert & ſequitur Maſcar. *de probat.lib.3.d.*
*conclu.*1221.*nu.*76.

5 Quarto,& in omnem euentum ſuperflua vide-
tur dubitatio,an fraus probetur, vel non probe-
tur coniecturis, cũ prout per alios Dominos ſcri
bentes ad ſaturitatem demõſtratum fuit in pro-
poſita facti ſpecie, nullæ adſint coniecturæ, quæ
D.Hieronymum vrgeant. Et quatenus adſinr,
erunr potius leues,quàm veriſimiles & probabi-
les; ideo non attendendæ. Dec.*conſi.*189.*nu.*15.
Menoch.*de præſump.lib.1.q.94.num.*5. Et ramen
etiam quod eſſent veriſimiles & probabiles, nec
ad condemnandũ ſufficiant,ex allegatis per Me-
noch.& Maſcard.vbi ſupra.

6 Quinto,crederem in caſu noſtro aduertendũ,
quod iam conſtat de delinquẽtibus, qui pet iam
panni adulterarunt,& in ea vt prætendirur, frau
dem cõmiſerunt; ſed ſolum agirur contra Dom.
Hieronymum de ſciẽtia, & participatione dictæ
fraudis; &, vt alias dixi, quando agitur de graui
præiudicio, ſcientia non probatur coniecturis.
Rota *de dolo & contumacia, deciſio.21. in antiquis.*
Put.*deciſio.147.numero 2.lib.*1. Mohedan. *deciſio.*
4.alias 160.tit.de probatio. Ancharan. *dict. conſilio*
numero 4.

7 Ea igitur quæ per Alexand.& Grammatic. ex
aduerſo allegaros deducũtur, ex præmiſſis appa-
ret aut non eſſe vera in iure, aut non applicari ca
ſui noſtro, ex declarationibus & limitationibus
prædictis; & præſertim ex eo, quod in caſu Alex.
vltra alias coniecturas, aderanr duo teſtes de vi-
ſu.& *in d.conſi.69.num.*4. & in caſu Gramm. ade-

rant

Digitized by Google

rant quatuor clariſſimę præſumptiones, ꝑ ipſum ſic nuncupatæ, & numeratæ *in dict. conſ.* 18. *nu.* 4. inter quas aderat præcipuè, quod inquiſitus erat alias ſolitus ſimiles fraudes committere; quæ cũ non concurrant in caſu noſtro, immo bona vita & fama Domini Hieronymi ſit patens, & lucida, ideo non inferendum.

LAVS DEO.

Proſper Farinaclus I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Fraudem*. Quod fraus cõiecturis probetur, vltra Alexan. Gramm. & Maſcard. hic per iudicem dubitandi cauſa allegatos, voluerunt etiam Alber. *in l. dolum. num.* 1. *verſ. fraus etiam. C. de dolo*. Aym. *conſi.* 100. *nu.* 3. *& conſi.* 143. *nu.* 12. Grat. *conſi.* 81. *viſo legato facto. nu.* 42. *verſi. fraude ſufficienter. lib.* 2. Paris *conſi.* 97. *nu.* 17. *verſ. cum iſta non poſſunt. lib.* 3. *& conſ.* 52. *nu.* 35. *verſi. ex quibus coniecturis. lib.* 4. Barba. *conſ.* 8. *nu.* 8. *lib.* 4. Ioan. Bapt. Lup. *de vſur. commen.* 2. §. 1. *nu.* 51. Decian. *conſi.* 32. *nu.* 4. *lib.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 5. *præſump.* 3. *nu.* 43.

Quamuis contra Anchar. & Nattam hic per Dominum meum allegatos, voluerint idem Ancha. *cõſi.* 385. *poſt nu.* 5. vbi expreſſe dixit, quod ex quo fraus eſt crimen, ideo probationes debẽt eſſe luce clariores, non de cõtingenti, ſed de neceſſario concludentes. Decia. *in ſuis tract. crim. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 7. vbi poſt Bald. & Andr. in locis citatis, dixit, quod ad probandum fraudem requiruntur manifeſtę, & certiſſimæ probationes, vel ſaltem perſpicaciſſima, & indubitata indicia, ſicut in alijs criminibus requiritur, *in l. fin. C. de probatio.*

Saluando primam opinionem, quæ videtur communis, potes dicere, quod cum fraus ſit difficilis probationis, ideo probatio, quæ reſultat ex indicijs, & coniecturis, dummodo ſint perſpicua, vt *in l. dolum. C. de dolo*, dicitur dilucida, & cõcludens; & eodem modo reſponderi poteſt ad glo. *in l. dolum. in verbo, perſpicuis, C. de dolo*, vbi indicia perſpicua declarat pro manifeſtis probationibus, vt ſcilicet ſatis dicatᷣ manifeſta probatio ea, quæ ex indicijs reſultat.

b *Filiatio*. Ex recẽtioribus nullus eſt, qui melius explicet hunc articulum, an ſcilicet, & quãdo filiatio coniecturis probetur, quàm Maſcar. *in ſuo tract. de probat.* ideo eius dicta hic ſummatim reaſſumere non abſurdum putaui. Facias itaque regulam ſecundum ipſum *in conclu.* 787. *lib.* 2. *quòd* ex quo filiatio nedum difficilis, ſed fere impoſſibilis probationis a iure reputetur, vt *in d. conclu.* 787. *num.* 5. *& ſeq.* idcirco ad illius probationem coniecturæ, & præſumptiones ſufficiunt, *num.* 3. *& ſeq. & nu.* 11.

Amplia primo, quod licet reſpectu matris filiatio poſſit directe probari per obſtetrices, & alios teſtes, qui fuerunt præſentes partui, Maſc. *concluſi.* 787. *nu.* 1. *&* 2. Attamen etiam iſto caſu in probando quem eſſe filium matris, ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones, *ibidem. num.* 7. *&* 8. licet aliqui relati per eum cõtrarium dixerint.

Amplia ſecundo, vt filiatione per coniecturas probata, probatio inde reſultãs, & illius effectus dicatur verus & certus; & propterea intelligatur verus filius, & certus pater. Maſc. *d. cõcl.* 787. *n.* 2.

Amplia tertio, vt præſumptiones & coniecturæ ſufficiant, etiam in probatione filiationis ſpuriorum. Maſc. *d. concl.* 787. *nu.* 15.

Amplia quarto, vt ad probationẽ filiationis vnica rãtum ſufficiat coniectura, ſi vehemẽs ſit, vt in caſu *cap. afferte. de præſumptionibus*. Maſcard. *d. concl.* 787. *nume.* 16. & multò magis ſufficient duæ, vel tres coniecturæ. & per eundem Maſcar. *concl.* 796. *nu.* 12. *&* 3.

Amplia quinto, vt in probanda filiatione plures coniecturæ, & præſumptiones coniungãtur, ad faciendam plenam probationem: & ſic habet locum regula, ſi non proſunt ſingula, multa collecta iuuant. Maſcard. *d. concl.* 796. *nu.* 1. 2. *&* 3. vide tamen ibidem *nu.* 4. 5. *&* 6. vbi referuntur plura conſilia Doctorũ, in quibus plures concurrũt pręſumptiones; & tamen non dicitur plenè probata filiatio, & ſic nõ habet locũ regula prędicta.

Limita primo, vt filiatio probetur coniecturis, & præſumptionibus legis, non autem hominis. Maſcard. *d. concl.* 787. *nu.* 12. & eſt magna limitatio.

Limita ſecundo, quando agitur de auferendo alicui hęreditatem, quia tunc filiatio non probatur coniecturis. Maſcar. *d. concl.* 787. *nu.* 17.

Limita tertio, vt credatur coniecturæ in probatione filiationis, ſi ita iudici viſum fuerit; alias ſecus. Maſcard. *d. concl.* 787. *nu.* 18.

Limita quarto, quando vir & coniux fuiſſent carcerati in aliquo loco cum bona cuſtodia, abſque eo quod aliquis ingredi poſſet per ſpatium vnius anni, quia fęmina reperta pręg[illegible]te, & cuſtodibus deponentibus, quod nemo ad eam aditũ habuit, excepto viro, filius inde natus dicitur verè filius: & ſic datur caſus, in quo ꝓbatio filiationis nõ dicitur impoſſibilis reſpectu patris, vt in regula Maſcar. *d. concluſi.* 787. *num.* 9. licet aliqui ibidem relati contrarium dixerint, & non ſine ratione, cum etiam potuerit eſſe (prout ſæpe contigiſſe vidimus) quod mulier illa fuerit prægnans redita à Cuſtodibus.

c *Præſumptionibus perſpicuis*. Veriſſima eſt illa cõcluſio, quam hic tangit Dom. meus Farin. quòd ſcilicet dolus ſeu fraus coniecturis, & indicijs ꝓbetur; talia tamen indicia debent eſſe perſpicua, prout dixit text. *in l. dolum. C. de dolo*. Cuius verba ſunt hæc, *dolum ex indicijs perſpicuis probari conuenit*. per quem tex. vltra omnes Doctor. ibi, qui communiter hoc voluerunt, aperte tradiderunt Luc. de Penna *in l. quemadmodum. nume.* 23. *ver. nam perſpicuis. C. de agr ic. & cenſ. lib.* 11. & omnes doctores infra mox allegati, dũ conãtuᷣ declarare, quę ſint iſta peſpicua indicia, Capra *cõcl.* 78. *nu.* 50. Neuizza. *conſ.* 22. *nu.* 46. Cæphal. *conſi.* 121. *nu.* 11. *lib.* 1.

Sed quę dicantur indicia perſpicua, Doctores vario modo loquuti ſunt. Aliqui enim dixerũt,

indicia

Digitized by Google

indicia perſpicua, hoc eſt non leuia. Bar. *in l. dolū. nu. 1. ff. de dolo.* Bald. ibidem *in verſic. nota quod ca.* Albe. *nu. 3. in fine.* vbi declarat, indicia perſpicua, hoc eſt, non friuola, & iniuſta.

Aliqui dixerunt, indicia perſpicua, hoc eſt manifeſtę ꝓbationes. gl. *in l. dolū. in verbo, perſpicuis. C. de dolo.* Decian. *in ſuis trac. cri. p. 1. lib. 1. c. 5. nu. 7.* vbi reqrit manifeſtas, & certiſſimas ꝓbationes.

Aliqui dixerūt, indicia perſpicua, hoc eſt, quæ non poſſunt trahi, niſi in malam partem, vt in exēplo glo. *in d. l. dolum, in verbo, conuenit. C. de dolo.* de illis Hiſpanis, qui inuitauerunt ad prandiū neſcio quem, & illum inebriarunt, vt fideiuberet pro eis, quam glo. communiter ſequuti ſunt Doctores omnes ibi, & præcipue Pan. de Caſt. *nu. 2.* & Ioan. Sicard. *num. 3.* Neuizza *conſi. 22. num. 46.* Rota Ianuen. *deciſio. 168. num. 12.* Virg. Boccac. *in conſtitu. Picent. gl. 8. poſt num. 283.* Maſc. *de prob. lib. 1. concl. 530. poſt num. 6. in ſecunda limitatione.* Io. Betr. Surd. *deciſ. Mantua. 216. nu. 45. in fine.*

Aliqui dixerunt, indicia perſpicua, hoc eſt, manifeſtiſſima indicia, declarauit Marian. Soc. *conſi. 37. num. 27. lib. 2.* prout illum refert & ſequitur Maſcar. *de prob. lib. 1. concl. 130. num. 9.* Idem Soc. iun. *conſi. 177. nu. 25. lib. 2.* Virgil. Bocca. *in conſtit. Picen. glo. 8. ſub nu. 282. in fine.* Aym. *conſi. 8. nu. 1.* vbi requirit indicia clara, & manifeſta. & ita etiā declarat Rolan. *conſi. 11. nu. 9. lib. 3.* Alber. *in l. dolum. in prin. C. de dolo.* vbi declarat, indicia perſpicua, hoc eſt, aperta & manifeſta.

Aliqui dixerūt, indicia perſpicua, ideſt, perſpicacia, hoc eſt perfectè efficacia. Bald. *in conſi. 250. in quæſtione Dominus. colum. 2. in prin. num. 1. in fine, verſ. item nemo præſumitur. lib. 1.* refert & ſequitur Aym. *conſi. 8. poſt nu. 1.* Decian. *in ſuis tractat. crimin. parte prima, lib. 1. capit. 5. nume. 7.* vbi requirit perſpicaciſſima indicia. Virg. Boccac. *in conſtitu. Picen. gl. 8. ſub num. 282.*

Aliqui dixerunt, indicia perſpicua eſſe iudicis arbitrio remiſſa, prout dixi ſupra, hac eadem inſpectione. *num. 10.*

Aliqui dixerunt, indicia perſpicua, ideſt, indicia vrgentia. Bal. *in l. dolum. in princip. & ibi etiam* Alex. *num. 2.* Io. Sicard. *num. 3. ad finem. C. de dolo.* Virgil. Boccac. *in conſtit. Picen. glo. 8. poſt nu. 283.* Menoc. *de præſump. lib. 5. præſum. 3. poſt nu. 44.* vbi quod debent eſſe vrgentia, & concludentia.

Aliqui dixerunt, indicia perſpicua, hoc eſt præſumptiones valde euidentes. Rota Ianuen. *deciſ. 168. nu. 12.* Hier. Gabr. *conſi. 82. num. 4.* vbi quod fraus ſeu dolus debet euidenter probari.

Aliqui dixerūt, indicia perſpicua, hoc eſt, indicia indubitata (licet quæ ita dicantur indubitata indicia, iudicis arbitrio relinquant) Lucas de Penna *in l. quemadmodum. nu. 23. & 24. C. de agri. & cenſ. lib. 11.* cuius verba refert Capra *concl. 78. nu. 51.* Decian. *in ſuis tract. cri. p. 1. lib. 1. d. c. 5. nu. 7.*

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

Fideiuſſor de repreſentando, an liberetur, & quando, ſi principalis propter nouum commiſſum delictum aufugerit: & quid ſi dictus principalis nō fuerit condemnatus? Quid ſi delictū pro quo aufugit, nō erat capitale? qd ſi fideiuſſor nullam fecit diligētiam de ipſum repreſentando? quid ſi pro primo delicto noua non ſuperuenerūt indicia? quid ſi Reo pro ſecundo delicto inquiſito, nō offeratur pro primo delicto ſaluus cōductus? & qd etiam de fideiuſſore nō diſcedendo, ſine licentia ex aliquo loco, an & quādo cenſeatur liberatus per ſubſequutam licentiā: an talis licentia debeat eſſe expreſſa, & in ſcriptis: an veró ſufficiat oretenus, et ſine ſcriptis data? hęc omnia in infraſcriptis tribus Reſpōſis ſubtiliter, et ſecundū veritatē reſoluuntur: et nonnulla etiam ponuntur de Notario, quando in inſtrumento per ipſum rogato, poſſit apponere ſolitas, et conſuetas clauſulas, quas in ſpecie non appoſuit.

SVMMARIVM.

Relaxatio ſub cautione de repreſentādo, habet vim abſolutionis ab obſeruatione iudicij, & illius loco ſucceſſit. nu. 1.

Relaxatus ſub cautione de ſe repreſentando, non poteſt, niſi nouis ſuperuenientibus indicijs, reuocari ad carceres. nu. 1. & nu. 23. & num. 26. vbi declaratur materia.

Fideiuſſor de repreſentando, non tenetur repreſentare reum, pro quo promiſit, niſi noua ſuperueniant indicia. num. 2. & nu. 30. in fine, & nu. 36.

Fideiuſſor nunquam cenſetur in plus obligatus, quam principalis. nu. 2.

Fideiuſſor de repreſentando non cenſetur fideiuſſiſſe niſi pro ea cauſa, pro qua principalis detinebatur. nu. 3.

Fideiuſſor de repreſentando, non tenetur, ſi principalis nouum commiſit delictum, & pro illo aufugit. & quid ſi non eſt adhuc condemnatus, & de materia nu. 4. & nu. 6. & nu. 20. Vbi quid ſi fuit ſolum relaxatum mandatum de capiendo. & nu. 26. et quid ſi principalis eſt condemnatus, ſed pro delicto capitali. nu. 24. & nu. 31. & ſeq. nu. 35. & ſeqq. vbi etiam de materia.

Citatus pro vno delicto, ſi dubitat moleſtari de aliquo alio delicto, pōt a iudice ſup delicto, de quo dubitat moleſtari, petere ſaluū cōductū, & iudex tenetur illū cōcedere. n. 5.

Fideiuſſor de repreſentando, non tenetur amplius repreſentare, quando poſt fideiuſſionem conſtat de innocentia eius pro quo fuit promiſſum. nu. 8. & nu. 30.

Fideiuſſor quod aliquis non diſcedet de aliquo loco ſine licentia, ſequuta licentia amplius non tenetur. nume. 9. vbi ampliatur etiam quod de licentia non plene conſtet, & nume. 10. vbi an talis licentia debeat eſſe expreſſa, & quibus verbis, & nume. 11. vbi an talis licentia debeat

eſſe

Digitized by Google

eſſe in ſcriptis: & quid ſi notarius omiſerit apponere iſtã qualitatem in ſcriptis, an poſſit poſt rogatum inſtrumentum illam addere, tanquam ſolitam apponi ſimilibus fideiuſſionibus. d. num. 11. 12. 13. & 16. vbi concluditur, quod etiam quod fuerit promiſſum de non diſcedendo ſine licentia in ſcriptis, adhuc ſufficit licentia oretenus data, & numero 14. & ſeqq. vbi de materia, & numero 18. vbi quod ſufficit licentia iudicis abſque conſenſu fici, & num. 19. vbi quid ſi poſt licentiam reus non fideliter diſcedat.

Iudicis licentia in omni actu pœnam excludit. nu. 9.

Obligatus ſub conditione cenſetur liberatus per exiſtentiam contraria conditionis. nume. 9. verſic. & facit vina ratio.

Conditio tacita impedit ortum actionis, & obligationis, ſicut expreſſa. nu. 9. ante finem.

Obligatus in certum caſum non cenſetur obligatus vltra illum caſum. nu. 9. in fine.

Clauſula in inſtrumento apponi ſolita, habetur pro appoſita, nu. 11. & in addit. litera. A vbi de materia.

Notarius ſemper præſumitur rogatus apponendi in inſtrumentis ſolitas clauſulas. nu. 11. & nu. 14. & 15. vbi declaratur hac concluſio, quomodo intelligatur, & in add. litera. A vbi late de materia.

Conſuetudo contrahentium obligandi ſe vno modo potius quã alio, attendenda eſt. nu. 11. in fine.

Stilus probandus eſt per allegantem. nu. 12.

Carcerati non relaxantur, niſi cum licentia in ſcriptis. nu. 12. ver. Nec de tali ſtilo.

Doctori teſtanti de conſuetudine non creditur, niſi de loco, in quo quis natus fuit. nu. 12. in fine.

Obligationes, & ſtipulationes ſunt ſtricti iuris; & id quod in illis non fuit expreſſum, habetur pro omiſſo. numero 13.

Fideiuſſiones ſunt ſtricti iuris, & in illis forma verborum maximè attendenda. nu. 13.

Fidem fallere turpe eſt. nu. 16.

Securitas data bannito a iudice, qui aſſecurandi poteſtatem non habet, ſeruanda eſt. nu. 16.

Obligatus ad vnum tempus extra illud tempus non cenſetur obligatus. nu. 20. in fine.

Fideiuſſorem de repreſentando non teneri, in dubio pronunciãdum eſt. nu. 21.

Clauſula codicillaris an poſſit per notarium in teſtamento apponi, ſine expreſſo mandato teſtatoris, & appoſita an cenſeatur de eiuſdem teſtatoris voluntate appoſitam fuiſſe. in addit. litera. A ver. ſed in ſpecie, & verſ. verum de effectu.

Conſtituti clauſula an poſſit per notarium ſine expreſſo contrahentium iuſſu in inſtrumentis apponi, in add. lit. A verſ. quid de clauſula conſtituti.

Iuramentum an poſſit per Notarium in inſtrumento extendi, tanquam ſolitum apponi, ſi partes expreſsè non iurarunt. in additione litera. A verſicul. Quid de iuramento.

Notarius an poſſit extendere inſtrumentum ad conſilium ſapientis, & cum quibus clauſulis. in addit. litera. A verſ. & an Notarius.

Clauſulæ appoſitæ in inſtrumentis, quia ſic apponi ſolent, non autem quod contrahentes in ſpecie illas apponi iuſſerint, quem operentur effectum. in addit. littera. A verſ. verum de effectu.

Notarius poteſt clauſulas conſuetas in inſtrumentis apponere, etiam poſt ſcriptum inſtrumentum; quod an verum ſit, & quando. in addit. litera. A ver. & in mat. aduerte.

Notarius omittens apponere in inſtrumento clauſulas conſuetas, an puniatur de falſo. in addit. lit. A in fine, verſ. an autem Notarius.

Teſtificandi actus legitimus eſt, & à iure non prohibitus. numero 25.

Fideiuſſor an excuſatur propter fugam principalis ob nouum delictum, ſed ipſe non fecit diligentiam de illum repreſentando. nu. 27. contra nu. 38. & ſeqq.

Iudex indebite aliquem carcerans, tenetur, & punitur, vt nu. 29. verſ. quod ſi cauſa non præcedente.

Iudicis arbitrium regulari debet ſecundum terminos iuris, & æquitatis. nume. 29. verſicul. Et facit generalis ratio.

Iudex quando ex aliqua cauſa vult recedere à iure communi, debet illam exprimere, & declarare. numero 29. in fine.

Cautela conſtituendi in mora fideiuſſorem de repreſentando antequam condemnetur is, pro quo fuit promiſſum, ſi nouum commiſerit delictum, quomodo procedat. nu. 26. & nu. 31. verſ. & licet dixerim.

Capitis pœna intelligitur de morte ciuili, non autem de naturali. nu. 31. in fine.

Ceſſante vna ratione ex pluribus quibus lex inducta fuit ad aliquid diſponendum, non ceſſat diſpoſitio legis. nu. 37. in fine.

Turbare iuriſdictionem eſt crimen læſæ maieſtatis. numero 33.

Opinio æquior attendenda eſt. numero 37. verſicu. & nibilominus.

CONSILIVM LIX.

In hac Eugubina pœnæ conuentionalis ſtrictè, & breuiter procedendo firmabo concluſiones aliquas, ex quibus fideiuſſorem Maſtricij non teneri ad illum repreſentandum, clariſſimè apparebit.

1 ADSIT DEVS. Prima ſit concluſio, quod cum relaxatio ſub cautione de repreſentando, habeat vim abſolutionis ab obſeruatione iudicij, & illius loco ſucceſſerit, ſecundum communem practicam, de qua teſtantur Boſſ. *in tit. de ſentent. nu.* 61. & Brun. *q. legal.* 17. *poſt nu.* 10. ideo relaxatus ſub tali cautione, non poteſt, niſi nouis ſuperuenientibus indicijs, reuocari. Boſſ. *d. nu.* 61. vbi quod ita ſeruatur, *in titu. de pluribus violen. num.* 114. Aymon. *conſi.* 321. *in fine. verſic. non omitto,* Brun. *d. q.* 16. *nu.* 10. Thob. Non. *conſi.* 103. *nu.* 5.

2 Secunda ſit concluſio, quod quãdo Iudex nouis non ſuperuenientibus indicijs, reuocat reum ſub dicta cautione relaxatum, ſicut ipſe reus non tenetur ſe repreſentare, per præallegata; ita nec etiam tenebitur fideiuſſor, qui nunquam cenſetur in plus obligatus, quam principalis. *l. grecè* §. *illud. ff. de fideiuſſor.* Boſſ. *in tit. de carcer. fideiuſſor. committen. nu.* 52. *ver. non enim poteſt obligari fideiuſſor,* & in terminis conſuluit Thob. Non. *dict. conſi.* 103. *num.* 5. & Hieronym. Gab. *conſi.* 181. *nume.* 25. *lib.* 1.

3 Tertia ſit concluſio, quod fideiuſſio de repreſentando, etiam quod non ſit in ea expreſſa cauſa, pro qua fideiubetur, prout expreſſa reperitur in caſu noſtro, adhuc ſemper reſtringitur ad cauſam, pro qua reus principalis erat inquiſitus, videlicet carceratus. Gabriel. *d. conſi.* 181. *nume.* 4. & 5. *lib.* 1. & *conſi.* 173. *num.* 11. *lib.* 2. Roland. *conſ.* 58. *nume.* 10. *lib.* 1. Hercul. *de caut. de non offenden. cap.* 23. *num.* 20. Marc. Ant. Eugen. *conſi.* 68. *num.* 38. *lib.* 1.

Quarta

4 Quarta ſit concluſio, quod licet magna ſit inter Doctores cõtrouerſia, an fideiuſſor de repreſentando, teneatur repreſentare illum, qui au fugit, vel ex conſcientia patrati criminis, vel ob timorem noui delicti ad curiam denunciati, etiam quod non adhuc citatus fuerit, nec forſan hodie dignoſci poſſit, quænam ſcribentium ſententia verior, & rationabilior ſit, vt latè deduxi *in mea pract.crim.par.1.tit.de carceribus, & carcerat.q.34. nume. 54. & ſeqq. vſque ad numero 62.* Nihilominus quando contra Reum, ſic ſub cautione prædicta relaxatũ, nulla ſuperueniãt indicia in cauſa, pro qua fuit relaxatus, tũc ſine dubio fideiuſſor non tenetur illum repreſentare, etiam quod pro nouo delicto, nec monitus, nec citatus, nec etiam accuſatus reperiatur, prout pariter plurib. probaui *in d.q.34.nume.62.ſeqq.vſque ad num.69.* Et ita alias, (vt ibi *nume.68.* in fine teſtatus ſum) obtinui coram ſapientiſſimo, & integerrimo iudice, & pluries ſeruaui in Vrbe.

5 Quinta & vltima ſit concluſio, quod quando quis citatur pro vno delicto, & citatus dubitat moleſtari ſuper alio, põt à iudice ſuper delicto, de quo dubitat moleſtari, ſaluum cõductum petere; ideoq; non ſolum poteſt, ſed etiam tenetur illum concedere. Boſſ. *in tit.de citatione. nume. 35. & ſeq.* vbi quod impium eſſet aliter dicere. Clar. *in pract.§.fi.qu.eſt.32.verſ.Tu ſcis, ad finem.* Tiber. Decian. *conſ.96.per totum.lib.3.* Quintil. Mandoſ. *in ſua pract.commiſſ.tract. de ſignatur. grat.rubr. de de ſalu.conduct.verſ.Iudex nonnunquam,* vbi quod ita paſſim ſeruatur.

6 His ſic in iure firmatis concluſionibus, cõcludo, fideiuſſorem Maſtrichij nõ teneri ad eum repræſentandum. Primò, quia noua contra eum non ſuperuenerunt indicia delicti, pro quo carceratus, & relaxatus fuit. Secundò, quia iam in partibus eſt notorium, quod ipſe imputatus, & denunciatus reperitur de alio nouo delicto. Tertio, quia Iudex non vult ipſi concedere ſaluumconductum pro alijs delictis, prout tenetur. Et ita iuris eſſe cenſeo, ſaluo, &c.

Secundum Reſponſum in eadem cauſa.

7 ADSIT DEVS. Licet dubitationes, & conſiderationes excellentiſſimi D. Prætoris doctiſſimè appareant, non tamen recedo à prioribus ſcriptis; Aut enim fiſcus intendit pœnam ex eo, quod fideiuſſor promiſerit repreſentare D. Maſtrichium, & tunc ipſum non teneri; etiam ꝙ Maſtrichius adhuc non fuerit pro p̃tenſo nouo delicto condemnatus, iuxta ea quæ poſui *in primo lib.q.34.nu.59.* Ex rationibus alias per me deductis, quas hic minimè repetendas cẽſui, creditur clariſſimè apparere, & illis addo Mar. Ant. Eugen. *in conſi.2.nume. 34.ſeqq.pluribus, & conſi.67.nume.1.ſeqq.& conſi.68.numero 10.ſeqq. & nume.41.ſeqq.lib.1.* Quibus in locis pluribus comprobat, fideiuſſorem de repreſentando non teneri per mutationem ſtatus rei principalis; & quod is condemnatus non fuerit, teſtaturque de veriori, ęquiori, & humaniori ſententia.

8 Addo etiam, quod in caſu noſtro res videtur eſſe extra omnem difficultatem, quia contra Maſtrichium pro delicto, pro quo fuit promiſſum ipſum repreſentare, non ſolum non ſuperuenerũt indicia poſt ipſius relaxationem; ſed imò etiam claruit eius innocẽtia, cum fuerit repertus verus delinquẽs & occiſor, qui iam pro eodem delicto condemnatus extitit; quo caſu eò minus fideiuſſorem teneri ad ipſum repreſentandum, plurib. probat Gabr. *conſi.181.nu.6.& 7.lib.1.* quem referendo ſequutus ſum *d.q.34.num.66.ſeqq.*

9 Et in hoc capite non immorabor, quia iam iã video ex requiſitoria ad inſtantiam fiſci relaxata, pęnam ab eo prætendi, nõ ex cautione de repreſentando, ſed ex promiſſione de non diſcedendo de ciuitate; Et quidem etiam ex hoc capite, fiſcũ nullũ ius habere, euidenter ex eo deprehenditur, quòd in prędictis dubitationibus iam pro veritate ſupponitur, D. Prętorem dediſſe licentiam diſcedendi ex ciuitate; Iudicis autem licentia in omni actu pœnam excludit. *l. ait Prætor. §.penul. & ibi gloſſ. in verbo, imputandum. ff. de minor. l.2. §. Caſſius. ff. de aqua plu.arcen. l. furti. §. qui iuſſu. ff. de his, qui notan. infam. l. ſi quis, id quod. §. 1. & ibi gloſſ. in verbo, Iuſſus. ff. de iuriſd. omn. iudic.* pręſertim in propoſita facti ſpecię, in qua expreſſe fideiuſſio de non diſcedendo, eſt reſtricta ad diſceſſum ſine licentia, tunc enim ſi de licentia appareat, fideiuſſorem non teneri, conſuluerunt Calephat. *inter conſi.crimin. diuerſ. conſi.87. nume.846.lib.2.in parua impreſſione.* Hippol. Riminal. *in ex aduerſo allegato conſi. 135.nu.10.ſeqq. iuncto numero 27. in fine lib.2.* (licèt in caſu ſuo non eſſet probata licentia, &c.) Bertaz. *conſi.80. lib.1.* Vbi loquitur in fortioribus terminis, quando ſcilicet, de licentia non plenè conſtat; ſed diſcedens iuſtè credidit illam fuiſſe cõceſſam à iudice; Et facit viua ratio, quia obligatio ad pœnã in caſu, quo quis ſine licentia diſceſſerit, habet in ſe tacitam contrariam conditionem, vt non teneatur obligatus, ſi diſceſſerit cum licentia. *capit.cum apoſtolica.§.fina.verſicu.Nam & in Lateranenſe concilio, & ibi gloſſ.in verbo, datur intelligi. extra de his, quæ fiunt à prælat. ſine conſen. &c. l. Inter ſocerum. §. cum inter. ff. de pact. dotal.* Tacita enim conditio impedit ortum actionis, & obligationis, ſicut expreſſa. *l. Item quia.§.huius rei. & ibi gloſſ.in verbo, malè petitur, & communiter Doct. ff. de pact.* fideiuſſorque obligatus in certum caſum, non cenſetur obligatus vltra illum. *l. fideiuſſor Magiſtratuum.§.Aurelio, & l. ſi in pignore. ff. de fideiuſſor.* cum alijs per Riminald. *d.conſi.135.nu. 8.& ſeq.* & per Doctiſſimum Oldrad. *conſi.11.nu. 25.ſeqq.*

10 Poſſem plura alia ad comprobationem huius concluſionis in mediũ afferre; ſed quia cũ eã indubitatam video, cõuertam me ad dubitationes contra Maſtrichium excitatas; & in primis non obſtat, quod licentia non ſuffragetur, niſi verbis expreſſis interuenerit, vt in his terminis reſpondet

det

det Riminal.*d.conſ.*135.*nu.*19. nec diſſentit Ber-
tazz.*d.conſ.*80.*nu.*11. Quia iam præſupponit ver
bis expreſſis licentiam datam à iudice, qui etiam
ſi non dixerit, damus licẽtiã, dixit tñ aliã ſimilia
verba, licentiam inferentia; & quod ex verbis in-
fertur, expreſſum dicitur, ẽt quod pro forma ex-
preſſio requiratur. Aym.*conſi.*149.*nu.*11. *& conſi.*
257.*nu.*6. *& in tract. de antiq. tempor. p.* 1. *ſect. am-
pliatur nunc. nu.*38. Rol.*conſi.*37.*nu.*34.*ſeqq. lib.*4.
Cæphal.*conſi.*74.*nu.*20.*ſeq. & conſ.*82.*nu.*75. *li.*1.
11 Nec etiam obſtet, quod prædicta licentia non
ſuffragetur ex eo, qđ non fuerit data in ſcriptis,
ad tradita per me *in primo lib. q.* 30. *num.* 184. poſt
Boſſ. *in tit. de carcer. fideiuſſor. committen. nu.* 46. *&*
48. ex quo in inſtrumento fideiuſſionis, de qua
agitur, illa clauſula, ſine licentia, debeat extendi
de licentia in ſcriptis, tanq̃ de cõi ſtilo ſolita per
notarios apponi in ſimilibus fideiuſſionibus, p-
ut teſtatur Bertazz.*d.conſ.*80.*nu.*11. *& dixi ẽt d. q.*
30.*nu.*184. & propterea vel habeatur pro apposi
ta, *l. vt liberis. C. de collat.* Aym.*cõſ.*34.*nume.*5. Cę-
phal.*conſ.*88.*nu.*1.*ſeqq. lib.*1. Gab.*lib.*6.*tit. de con-
ſuetud. concl.*3.*nu.*55. vel eam ſaltem poſſit appo-
nere Notarius, qui ſẽper præſumitur rogatus in
a inſtrumentis conſuetas clauſulas [a] apponere. Ga
briel.*d. concl.*3.*nu.* 1. præſertim in caſu noſtro, in
quo iam in primo inſtrumento aderat hæc clau-
ſula in ſcriptis, indeque contrahentis cõſuetudi-
nem, ſic ſe obligantis, cũ prædicta clauſula videa
tur probata, ad tradit. per Menoch.*conſi.*37.*num.*
39.*ſeqq. lib.*1. cum alijs ex aduerſo allegatis.
12 Nam pro reſponſione negatur primo aſſum-
ptum, quod. ſ. hæc clauſula in ſcriptis ſit ſolita
per notarios in huiuſmodi fideiuſſionibus appo
ni; & qui ſtilum ſeu conſuetudinem allegat, pro-
bare debet. Pariſ.*conſi.*168.*nume.*15.*lib.*4. Rolan.
*conſi.*4.*nume.*35.*lib.*3. *Ludou. Deciſ. lucen.*36.*nu.*6.
*par.*1. Maſcard.*de proba. lib.*3.*concl.*1338.*num.*1.*&
ſeq.* Rota *diuer. par.*3.*deciſ.*1009.*nu.* 1. nec de tali
ſtilo teſtatur Bertazz. in ex aduerſo citato *conſi.*
80.*nu.*11. quia non loquitur de aliqua forma cõ-
cipiendi fideiuſſiones huiuſmodi, ſed de licẽtia,
quæ per iudices datur retentis in carceribus, qui
ſecundum communem practicam non relaxan-
tur ſine Bullettino, vt ibi per eum; & per Parid.
de Put. *de ſindicat. in verbo, carcer. & carceratus, c.*
5. *incip. & licet. nu.*1. *& ſeq. fol. mihi* 144. & per Au
guſt. ad Ang. *de maleſ. in verbo, fama publica, poſt
nu.*9.1. *verſ. & nota, & dixi latius in primo lib. q.* 30.
*nu.*91. & ſic non facit ad caſum, prout ẽt nec mo-
ueor ex ijs, quæ ego teſtatus ſum *in primo lib. q.*
30.*nu.*184. tum quia ibi pariter loquor de fideiuſ
ſionibus, quæ fiunt pro retentis in carceribus, li-
cet latioribus, non autem de retentis per ciuita-
tem; & tamen ẽt pro ijs quandoq; factas fideiuſ-
ſiones etiam ſine clauſula in ſcriptis, concipi ſo-
lere, pariter teſtatus ſum *d. q.*30. *nu.*60. tum etiã
quia hæc mea atteſtatio intelligenda eſt de ſtilo
Vrbis, non autem de ſtilo ſtatus ſereniſſimi Du-
cis Vrbini, in quo verſatus minime fui, ad trad.
per Alexan.*conſi.*5. *circa primum dubium, col. penul.
ſub nu.*11. *in fine, verſi. item reſpondeo. lib.* 3. Gabr.
*tit. de prob. concl.*4.*nu.*3. *verſ. cõcorda iſtas.* Rol.*cõſ.*
94.*nu.*22.*li.*4. Hipp. Rim.*cõſ.*245.*nu.*41.*ſeqq. li.*3.
13 Et licet in primo inſtrumẽti fideiuſſionis fue
rit appoſita clauſula in ſcriptis, non tamen per
hoc cenſetur reperita in ſecundo; immo contra-
rium, quia ſi in ſecundo voluiſſent partes dicere
ſine licentia in ſcriptis obtinenda, ſic vtique ex-
preſſiſſent, ſicut expreſſerunt in primo; ideoq; qđ
non fuit expreſſum, habetur pro omiſſo. *l. ſi cum
dotem in princip. ff. ſolut. matrim. l. ſi extraneus. ff. de
condic. ob cauſ.* præſertim in ſtipulationibus, &
fideiuſſionibus, in quibus cum ſint ſtricti iuris,
ideo in illis tantum dictum, quantum ſcriptum.
*l. quicquid aſtringend. e. ff. de uerb. oblig. l. Blanditus.
C. de fideiuſſor.* Cur. iun.*conſi.*36.*nu.*5. Rolan.*conſ.*
58.*num.*20.*lib.*1. Boſſ. *tit. de carcer. fideiuſſor. com-
mit. nu.*46. *verſ. dico quod vbi. iuncto nu.* 48. *in fine.
verſ. ſed tamen*, vbi dicit quod in huiuſmodi fide-
iuſſionibus, maxime attendẽda eſt forma verbo-
rum; & niſi verba ſint clara, non dr̃ contrauentũ,
& propterea iſto caſu alternatiuè ſufficere licen-
tiã, aut verbis expreſſam, aut in ſcriptis redactã,
voluit Rim. *in ſæpius ex aduerſo allegato conſi.* 135.
*nu.*19. & hinc ſequitur, quod cũ contrahentes di-
uerſo modo ſeruauerint, quia. ſ. vna vicę appo-
ſuerunt clauſulam in ſcriptis; altera aũt vice nõ
appoſuerint, non poteſt notarius illam appone-
re ſub prætextu, quod ſit rogatus apponere om-
nes clauſulas conſuetas; quod enim vario modo
& difformiter obſeruatur, non dicitur conſuetũ,
prout in his terminis ſcripſerunt Iaſ. *in l. vt libe-
ris. num.*14. *verſ. limita tamen. C. de collat.* Neuizz.
*conſi.*28.*nu.*1. *&* 2. Gabr. *tit. de conſuet. concl.*3.*nu.*
32.*lib.*6. Cæphal.*conſi.*88.*nu.* 13.*lib.*1.
14 Præterea illa concluſio, quod notarius præſu
matur rogatus apponere omnes clauſulas cõſue
tas, intelligenda eſt vno modo, ſ. de illis clauſu-
lis, quę ſunt de natura contractus, & ſine quibus
contractus non ſubſiſtit; & tunc ad eaſdem clau-
ſulas poterit idem notarius extendere, etiam di-
ctionem, & cætera, vt bene demonſtrant Tiraq.
*in tract. de conſtitut. limitat.*31.*nume.* 3. *verſicu. &
ſub verbo, & cætera.* Couarr. *variar. reſol. lib.*1.*cap.*
15.*nume.*9. Cæphal.*d. conſi.*88.*num.*1. *& ſeqq. lib.*
1. vbi alios refert. Secus autem, ſi vellet extende-
re ea, ſine quibus inſtrumentum poteſt ſubſiſte-
re, & tunc accidentalia ipſius cõtractus & inſtru
menti, vt per eundem Tiraq. *vbi ſupra d. limit.*31.
*nu.*2. *& nu.*10. Couar. *vbi ſupra d. nu.*9. *verſi. ſimili-
ter, &c.* Cæph.*d. conſ.*88.*nu.*13. Gab.*d. concl. num.*
23. Sed ſic eſt, quod inſtrumentum fideiuſſionis
ęquè ſubſiſtit, ſi dicatur ſine licentia ſimpliciter,
ac ſi dicatur ſine licentia in ſcriptis, ergo, &c.
15 Addo etiam, quod prædicta concluſio, quod
ſcilicet notarius cenſeatur rogatus apponere in
inſtrumento clauſulas conſuetas, non poteſt ap
plicari caſui noſtro, quia hic non agitur de appo
nendo aliquam clauſulam apponi ſolitam in in-
ſtrumento, prout eſt conſtitutum, præcarium, iu
ramentum, hipothecaria, & ſimiles, in quibus
Doctores loquũtur, & exemplificant; ſed ſumus
in apponendo verbum, quod reſpicit ipſam ſub-
ſtantiam cõtractus; quo caſu ẽt quod in alijs cõ-
tractibus fideiuſſionis, iſtud verbum eſſet ſolitũ
apponi,

apponi, ſi nō eſt appoſitum, habetur pro omiſſo; nec poteſt per notarium, aut per conſuetudinem ſuppleri, vt bene declarat Ang. videndus *in l. licet. per illum tex. C. loca.* quem ſequitur Iaſ. *in d. l. vt liberis, nume. 14. verſi. ſecundo limita. C. de collat.* Et generaliter tradiderunt Soc. iun. *conſi. 124. nume. 48. lib. 1.* Cæphal. *dict. conſi. 88. num.* 20. Gabr. *dict. concl. 3. nume. 27. in 4. limitat.* & tanto minus poteſt in caſu noſtro tractari de apponendo in inſtrumento fideiuſſionis clauſulam in ſcriptis, cum etiam notarius inſtrumenti copiam partibus tradiderit, & lis ſuper inſtrumēto fuerit mota. Gab. *d. concl. 3. num. 42. & 45.*

16 Et nihilominus crederem (& ita apud nos indiſtinctè ſeruatur) quod ēt, quòd in fideiuſſio. expreſſe conſtaret de licentia in ſcriptis obtinēda, adhuc eſt tutus fideiuſſor, ſi iudex oretenus tantum licentiam conceſſiſſet, vel coniunctis oculis diſceſſum permiſiſſet, per illud vulgare, quod Turpe eſt, fidem quomodocunque datā fallere. *l. 1. ff. de conſtitu. pec. l. conuentionum. ff. de pact. cap. 1. extra de dolo,* ſed turpius eſt ſub iudicis fide publica quem deceptum remanere. *l. 1. cum ibi notat. C. de his qui ven. ætat. impetra.* eſt enim fides fundamentum iuſtitiæ; & ideo vbi fides non ſeruatur, ibi iuſtitia defecit, quia ſub fide lex & iuſtitia cōtinetur. *§. feſtinabis, in Authent. de mandat. princip.* & propterea, quod plus eſt, ſecuritatem bannito datam à iudice, etiam quod eam dare non debuiſſet, ſeruandam eſſe, ne is ſub fide publica decipiatur, ſcripſerunt Bar. *in l. is qui reus, nu. 12. ad finem. ff. de publ. iudic.* Alber. *in l. præſenti. nu. 8. poſt med. verſi. Sed ſi hoc caſu. C. de his qui ad eccl. confugiunt.* Menoch. *de arb. lib. 1. q. 81. nume. 12. & lib. 2. caſu 336. num. 27. & 33. & caſu 337. num. 5. & ſequen.* Clar. *in pract. §. fin. q. 32. verſi. ſed hic quæro. in fine.* vnde tanto magis ſeruanda eſt licentia data Maſtrichio à iudice oretenus, licet eam debuiſſet dare in ſcriptis, ne de fidei publicæ violatione arguatur; & hæc reſponſio ſit ex abundanti deducta, quia vt dixi ex inſtrumento minimè colligitur, licentiam debuiſſe dare in ſcriptis.

17 Et ſic concludo, quod ex quo in inſtrumento fideiuſſionis non eſt appoſitum verbum in ſcriptis, non poteſt idem verbum per notarium extendi ſub clauſula, &c. Primò quia non probatur ſtylus in ſtatu Sereniſſimi Ducis Vrbini, quod huiuſmodi fideiuſſiones ſtipulentur cum prædicto verbo in ſcriptis; ſecundo, quatenus hoc probaretur, non poteſt per notarium ſuppleri, quia non reſpicit clauſulas confirmatorias contractus, ſed formam, & ſubſtantiam ipſius contractus. Tertio quatenus etiam expreſſe in dicto inſtrumento eſſet promiſſum, quod Maſtrichius non diſcederet ſine licentia in ſcriptis obtinenda, adhuc per ſententiam oretenus datam, fuiſſet tutus fideiuſſor.

18 Ad id autem quod non ſufficiat licentia iudicis, ſed quod requiratur etiā licētia fiſci, ad trad. per Hippol. Riminal. *dict. conſi. 135. nume. 35.* ex Bart. & Bald. quos allegat *in l. neque. ff. de in ius vocan.* & Parid. de Put. *de ſyndic. capit. 5. verſic. & licet, ad finem,* reſponſio eſt facilis; nam allegata per Riminal. loquuntur in valde diuerſis terminis, nempe in licentia danda pro relaxatione carceratorum, non autem in licentia danda detento ſub fideiuſſione per ciuitatē, cum expreſſa pmiſſione, quòd non diſcedat ſine licētia iudicis; iſto enim caſu ſola iudicis licentia abſque cōſenſu fiſci ſufficiet. Bertazz. *d. conſi. 80. nu. 13.* & ita paſſim apud nos ſeruatur; & tamen aduertatur, quòd Bartol. Bald. & Pariſ. per Riminal. allegati, nec etiam dicunt, prout ipſe prætendit, quòd carceratus non poſſit per iudicem relaxari ſine licentia partis & fiſci; quia ſi hoc dicerent, eſſet cōtra trad. per eundem Parid. *in d. capitu. & licet, in princip. nume.* 1. vbi pluribus probat, tutum eſſe cuſtodem, qui carceratum relaxat de mandato iudicis; licet ſecus ſi ſine eius mandato. Angel. *in d. l. neque. §. qui in ius. num. 1. ff. de in ius vocan.* vbi eam reddit rationē, quia ſcilicet eius eſt relaxare, cuius eſt carcerare. Ang. *de malef. in verbo, fama publica, num. 90. verſi. & iſto caſu bene aduertat iudex.* cum alijs à me relatis *in primo lib. q. 31. nume. 91.* ſed tantum dicunt, quod ſola partis, & fiſci licentia, ſine iudicis mandato, non ſufficit, & bene dicunt prout etiam voluerunt Boer. *deciſ. 217. num. 24.* Franc. Boccac. *conſi. 44. nume. 34. lib. 1.* ſed nihil ad rem.

19 Pariter & ad id, quòd licentia alicui data de diſcedendo de ciuitate, ſit intelligenda, dummodo fideliter diſcedat. Afflict. *deciſi. 307. nume. 2.* Roland. *conſi. 79. num. 71. lib. 3.* Riminal. *d. conſ. 135. num. 20.* & propterea quod non debeat ſuffragari d. Maſtrichio qui poſt diſceſſum non ſe fideliter geſſit; tum quia interuenit in inſtrumento illicito; tum etiam, quia ſtat latitans & fugitiuus. *l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. de ædil. edict.* cum alijs allegatis: reſpondetur, retorquendo argumentum, quòd quantò magis licentiatus poſt diſceſſum, prætenditur à fiſco delinquens, tantò magis fideiuſſor liberatur per mutationē ſtatus, cum omnis promiſſio ſiue de repreſentādo, ſiue etiam de non diſcedendo, habeat in ſe tacitam conditionem, rebus ſic ſtantibus, & non alias, *cap. quemadmodum. & cap. clericus. extra de iure iuran. l. ſi. ff. qui ſatiſd. cogan.* cum alijs per me relatis *in 1. lib. q. 34. nu. 40. ſeqq.*

20 Et ſi hodie D. Maſtrichius latitat, & fugitiuus apparet, hoc ideo eſt, quia timet pro prætenſo nouo delicto capi, & carcerari, iuxta mandatū relaxatum per iudicē: ideo magis fideiuſſor liberatur, quia facto iudicis impeditur, vt pariter pbaui. *d. q. 34. nume. 46. ſeq.* Et ad liberationem fideiuſſoris non refert, q licentia fuerit data per iudicem ſub aliqua conditione tacita vel expreſſa, quia ſufficit datam eſſe licentiam, cum fideiuſſor noluerit ſe vlterius obligare, quàm vnquam ad tempus datæ licentiæ; & obligatus ad vnum tempus, non cenſetur ad aliud tempus obligatus, *l. Lucius. la ſecunda. §. Paulus, & ibi Bar. ff. de adminiſtr. tutor.* Neuizz. *conſi. 51. nu. 28.*

21 Quæ omnia, & ſi latiſſimè demonſtrent, fideiuſſorem iſtum eſſe in caſu abſolutionis, negari tamen ſaltem non poteſt, qu in rem dubiam reddant; at in dubio, fideiuſſorē non teneri, nec pœnam

nam exigi poſſe, iudicandum eſt. Caleph. *d. conſi.* 87. *nu.* 17. Gab. *conſi.* 181. *nu.* 76. *ſeq. lib.* 1. *& conſi.* 173. *num.* 4. *&* 23. *lib.* 2.

LAVS DEO.

Tertium Reſponſum in eadem cauſa.

22 ADSIT DEVS. Aduerſus Miſtrichios Ciues Eugubinos, adhuc in propoſita Eugubina prætenſę factæ fideiuſſionis dantur per Excellentiſs. D. Piſauri Locumtenentem infraſcripta dubia.

23 Primo ſcilicet, quia Farin. *in q.* 4 *num.* 25. cenſet ac exēplificat, in iudicis reſidere arbitrio, nouis ēt non ſuperuenientibus indicijs, ſuper antiqua cauſa repreſentationem requirere. Et prętcrea idem Farin. *q.* 34. *nume.* 78. comprobat cautelam requirēdi antiqua, ex cauſa, tanquam approbatam frequentiori calculo, licēt ſuadeat abſtinendum, vbi noua non ſuperuenerint indicia, vt conſcientiæ ſatisfiat, animæq; ſaluti cōſulatur.

24 Secundo, qm̄ ſi rectè inſpiciantur ſcribentes, ad fideiuſſoris excuſationē, vbi reus nouū patrarit delictum, oēs explicant de capitali crimine, & quo reus repreſentatus cōparens periculo vitę ſe ſubijceret, vt legere ac videre eſt apud oēs maiorēvē partē illorū, qui ſuper hoc ad eorundem Eugubinorum fauorem adducti, allegatique fuere.

25 Tertio quia in defenſionibus ac allegationib. iuris, præſupponitur, quod interuentus pro teſte minimè ſit actus prohibitus; quinimmo ſit legitimus, iuxta rex. *in l. penul. C. de haret. & manich.* ac munus publicum ac neceſſarium, toto titul. *extra de teſt. cogen.* & quod ad euitandum delictum, ſit pro reſte interuentus caſualis præſumendus, fiſcoque incumbat onus deducendi, quod ſcienter ac præmediatè doloſeque fuerit ad eum deuētum. Hoc igitur eorum præſuppoſito ſtante, videtur, quod minime à repreſentatione derur excuſatio, cum, vt ſupra, ſcribentes ad fauorem, ac excuſationem fideiuſſoris, fundēt ſe ſuper nouo delicto, graui tamen, & capitali; ſtanteque eodē præſuppoſito, videtur, quod detegatur militare adhuc fugam, & latitationem, abuſumq; prætenſę licentiæ; & ſic adhuc ſup his vigere fundamenta fiſci, non apparenre præſertim iuxta communem practicam aliàs atteſtatam, quod in ſcriptis ſit obtenta, & cū ita ſuadeant præcedentes pmiſſiones, & ex eis etiam ita inferat illa dictio, &c.

26 Quarto, quoniam licet Farinac. diſtinctionis fœdere vtatur in allegata *q.* 34. *num.* 62. Attamen fatetur vidiſſe pluries in practica ſeruari, quod condemnatio exigatur rei præſentandi, vt fideiuſſori competat excuſatio, de qua etiam practica Scapp. *de iu. non ſcrip. lib.* 5. *c.* 72. *nume.* 2. at hic nulla apparet ne dum condemnatio, ſed neque etiam inquiſitio formata.

27 Quinto & vltimo, quia nullibi apparere videtur, quòd pro parte fideiuſſoris aliqua fuerit cura ac diligentia adhibita pro filio repreſentādo, & nihilominus Cæphal. *conſi.* 164. *num.* 25. *vol.* 2. qui in terminis conſuluiſſe videtur, indicat ac eē ſet, diligenriam, vti neceſſariam, præceſſiſſe, ac p̄cedere debuiſſe; quinimmo nec adhibitionem diligentię excuſarionem præſtare, & ad excuſarionem ſufficere, ſentire, ac probare videtur D. Farinac. *q.* 34. *nume.* 16. *& ſeq. vſque ad* 20. & ex his præcipuè non videtur excuſationi locus, &c.

LAVS DEO.

Finis Dubiorum.

28 ADSIT DEVS. Multum debeo Excellentiſſimo Domino Locumtenenti Piſauri, poſtquam ea, quę per me pluribus implicatum negotijs, breuius forſan quàm par eſſet, & currēti ferè calamo ad fauorem Dom. Ioann. Mariæ Maſtrichi & eius fideiuſſoris ſcripta fuere, impugnare conatur in ſuis doctiſſimis dubitationib. ex ijs, quæ ego idem alias ſcripſi, & ad publicam vtilitatem imprimi curaui; ſed quidem dubitationes prædictæ licēt etiam ſtrictè prout ſapientiſſimi iudicis eſt, difficultatem præſeferant, adhuc tamen eas, ex infraſcriptis, facile dilui poſſe, arbitratus ſum.

29 Et quo ad primam dubitationem, dico, quòd reus relaxatus ſub fideiuſſione, reuocatur qñcūque, ēt nouis non ſuperuenientibus indicijs, iudicis arbitrio, non ſimpliciter, & abſq; cauſa, ſed iuſta concurrente cauſa, & non aliàs; cauſæ autē erunt; Prima ſit, quādo iudex vult expedire cauſam, & dubitatur de condemnatione corporali; ſecunda, quando proceſſus non fuit perfectus, nec purgata indicia; tertia, quando iudex ſperat alia noua indicia de proximo; ita hæc tradidi, & exemplificaui *in titu. de inquiſ. q.* 4. *poſt nume.* 25. *verſ. limita præcedentem ampliationem. lib. primo.* Quod ſi cauſa non præcedente, iudex relaxatum ſub fideiuſſore recarceraucrit, non ſolum tenerur parti ad damna & intereſſe, ſed etiam poteſt criminaliter puniri, vt dixi. *d. q.* 4. *num.* 25. *in fine, & latius in titu. de carceribus, & carcerat. quæſt.* 27. *nu.* 134. *& ſeqq.* & facit generalis ratio, quod quādo iudicis arbitrio aliquid à lege vel ab homine commiſſum eſt, id vtique intelligitur; dummodo procedat ſecundum terminos, & tramites iuris, & æquitatis, & iuſta cauſa ſic ſuadente; alias ſecus. *l.* 1. *ff. de vſur. c. iudicet ille. verſic. bonus iudex.* 3. *quæſt.* 7. Marſil. *ſingul.* 397. *incip. arbitrium.* Menoch. *de arbi. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 3. 4. *& q.* 77. *nume.* 1. cum alijs per me allegatis *in titu. de iudi. ad tortu. quæſt.* 37. *nume.* 194. *& ſeqq.* immo quando iudex ex aliqua cauſa vult recedere à regula iuris communis, propter arbitrium ſibi à lege cōceſſum, debet dictam cauſam exprimere, & declarare. Felyn. *in cap.* 1. *poſt num.* 50. *verſ. & prædictis adde. de conſtit. & in c. eum ordine. poſt num.* 8. *verſ. bene facit. de reſcript.* Abb. & communiter omnes *in cap. ſicut. de re iudi.* Rimi. *conſi.* 483. *nu.* 13. 14. & ibi Mandoſ. *in add. & conſi.* 499. *nume.* 3. *& dixi in tit. de delict. & pæn. q.* 17. *nu.* 63.

30 Sed in caſu noſtro iudex non ſolum nullam habet cauſam ex prædictis reuocandi Dom. Maſtrichium, verum etiā, reperto vero delinquēte, iam

iam pro eadem delicto, pro quo Maſtrichius tenebatur, capitaliter condemnato, detectaque ipſius innocentia, ſi repreſentare contingeret, non poſſet niſi abſolui; quo caſu, fideiuſſorem nullatenus ad repreſentandum teneri, pluribus docet Gabr. *conſi.* 181. *nu.* 6. *&* 7. *lib.* 1. quem referendo (prout aliàs dixi) ſequutus ſum *in tit, de carcerib. & carcerat. q.* 34. *nu.* 66. *& ſeqq.* & certe nimis à iure, & æquitate alienũ eſſet, dicere, q̃ qñ reus ſub cautione de repreſentando relaxatus, innocens detectus, abſoluendus eſt, poſſit per iudicem pro eadem cõficta cauſa ad carceres remitti; nec vnquam talia fieri vidi, & audiui in Vrbe, quæ omnium aliarum ciuitatũ, & mater, & magiſtra eſt. Et licet dixerim *in d. q.* 34. *nu.* 78. *& ſeq.* cõiter eſſe receptam in practica cautelam illã requirendi relaxatos ſub cautione de ſe repreſentãdo, & eorum fideiuſſores cõſtituendi in mora, anteq̃ ipſe relaxatus banniatur, ſeu cõdemnetur pro nouo delicto, dixi tñ ẽt ibidem, q̃ hæc cautela inuenta eſt ad illaqueandas animas iudicum; ideo eã declarari debere, vt non procedat, quando pro antiquo delicto noua non ſuperueniunt indicia; tũc enim cum fiſci inſtantis dolus, & malitia ſit aperta, poterit dici conſtitutus in mora, cum requiratur ad repreſentandum eum, quem de iure repreſentare non tenetur, vt pariter dixi, & probaui *in d. q.* 34. *nu.* 63. *& ſeqq.*

31 Quoad ſecũdam & tertiam dubitationem, dicitur, quòd fideiuſſor non tenetur, ẽt quod reus principalis commiſerit delictũ, quod mortis pęnam non mereatur; & ſic etiam, quod ſi ſe repreſentaret, periculo vitæ non ſe ſubijceret, quod optime probat tex. *in l. ſed & ſiquis. ff. ſi quis cau.* vbi capitaliter condemnatus in propoſito accipitur, non ſolum condemnatus in mortem naturalem, ſed ẽt in exilium, vt patet ibi, *reum capitaliter condemnatum accipere debemus qui morte, exiliovè coercitus eſt*, & ibi magis expreſſe hoc notat glo. *in verbo, morte. & in verbo, exilio, &* poſt glo. Alex. *in ſummario.* Bar. *in prin. in ver. item nota quæ dicatur cauſa capitalis.* Alber. *nu.* 1. *in* 1. *notab.* Iaſ. *poſt nu.* 1. Ang. *ante num.* 1. *verſ. ſequitur in tex. qui morte, &c.* Et pro hac interpretatione facit illa vulgaris, & cõis concluſio, q̃ quando à lege facta eſt mentio capitalis pęnæ, ea vtiq; intelligenda eſt, non de pęna mortis naturalis, ſed ciuilis, videlicet deportationis, relegationis, aut exilij, ad glo. *in l.* 1. *in princ. in verbo, capitali. C. ne chriſtia. macip.* Afflict. *deciſ.* 404. *num.* 14. *verſi. quarta difficultas.* Foller. *in princ. crim. in verbo, pænis debitis feriũtur. nu.* 48. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 67. *in prin.* Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *caſu* 316. *nu.* 10. cũ alijs per me cumulatis *in titu. de delict. & pæn. q.* 19. *nu.* 1. *& ſeqq.*

32 Facit etiam, quia omnes ferè rationes, quibus Doctores mouentur, ad concludendum liberari fideiuſſorem de repreſentando, ex eo quod principalis reus aliud commiſerit delictum, & ob id timore Curię auſugerit, æquè procedũt, ſiue delictum commiſſum mereatur pęnam mortis, ſiue aliam mitiorem, ptout latè deduxi *in tit. de carceribus, & carcera. d. q.* 34. *nu.* 40. *& ſeqq.* & inter prędictas rationes, ea potiſſimum generalis eſt, & cõprehendens etiam delicta non capitalia, quia ſcilicet difficultas repreſentandi ſuperueniens poſt obligationẽ fideiuſſoris, ipſum à mora excuſat: de qua pariter dixi *ead. q.* 34. *nume.* 44. *& ſeqq.* ex Marſi. Gab. Cæphal. Thob. Non. ac alijs ibidem per me allegatis. Quibus ſtantibus, dico, quòd licet in propoſita facti ſpecie ceſſaret ratio conſiderata per Doctores propter vitæ periculum, nõ tamẽ per hoc ceſſant aliæ rationes prædictę; ideo ſubintrat alia concluſio, quod quando legis diſpoſitio fundata eſt in pluribus rationibus, quarum vnaquęque de ſe ſufficiẽs eſt ad illam diſpoſitionem inducendum, tunc etiam, quod aliqua ex eis ceſſet, non per hoc tñ ceſſat ipſa diſpoſitio. §. *affinitatis. ac* §. *ſocrum. inſtit. de nupt. l. ſi non lex Eliaſentia*, & ibi Bal. & Imo. *ff. de hær. inſtitu.* cum alijs per Tiraq. *in tract. ceſſan. cauſ. limit.* 22.

33 Sed in caſu noſtro tollitur omnis difficultas ex facto, quia ex intimatione ſeu requiſitione facta DD. Maſtrichis, ac etiam ex delegatione cauſæ facta per Sereniſſimum Do. Ducem Vrbini, ſub die 29. Maij 1596. Domino Prætori Piſauri, apparet, quòd Curia prętendit contra Dom. Io. Mariam plura crimina; & præſertim illud, quod deliberatè, & appẽſatè diſceſſerit ex ciuitate Eugubij, ad interueniendum in Caſtro Fractarum, & in Abbatia montis Coronæ ſtipulationi inſtrumenti renouationis, ad fauorem Do. Cæſaris Comitis Bentiuolij, factæ per illos fratres hæremitas, de bonis & iuriſdictione Carpinarũ; & ſic ex tali intimatione apertè dignoſcitur, quod pro parte fiſci contra ipſum Domin. Ioann. Mariam prætenditur crimen turbatæ iuriſdictionis, & lęſæ maieſtatis, iuxta ea, quę poſt antiquiores ſcripſerunt Gig. *in tracta. de crimin. læſ. maieſt. lib.* 1. *titu. qualiter, & a quibus crimen laſæ maieſtat. committit. quæſt.* 22. *num.* 1. *& ſeqq.* Menoc. *de arb. lib.* 1. *caſu* 320. Decian. *in ſuis tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 7. *capit.* 9. & quod hoc ſit verum, apparet, quia alij aſſerti complices, qui auſugerunt, fuerunt capitaliter ſic pro turbata iuriſdictione, cõdemnati, & eorum bona publicata. Nec refert quod DD. ſcribentes pro Dom. Ioann. Maria præſupponant, ipſum non deliquiſſe, prout ego ẽt credo, quod nec deliquerit, nec talẽ animum habuerit, quia ſatis eſt, quod fiſcus prætendat contrarium; nec propterea poteſt idem fiſcus in noſtro præſuppoſito ſe fundare, cum illud impugnet, vulgata Regula, *ex eo, de regul. iur. in* 6.

34 Et ex prædictis ceſſant etiam ea, quæ de licentia non data in ſcriptis, de abuſu prætenſæ licentiæ in dubitationibus deducuntur; vltra quòd iã ſatis in alijs allegationibus fuit reſponſum.

35 Quoad quartam dubitationem, dico, quòd licet *in q.* 34. *num.* 62. *in fine*, dixerim, ſępius vidiſſe, in practica ſeruari illam opinionem, quòd ſcilicet, niſi fuerit ſequuta condemnatio rei principalis, fideiuſſor de illum repreſentando non excuſetur, hanc tñ practicam teſtatus ſum in terminis primi capitis diſtinctionis, ibidem per me adhibitę, quãdo ſcilicet ſuperuenerunt noua indicia illius delicti, pro quo reus carceratus, & relaxatus cautionem præſtiterit; ſi vero noua nõ ſuperuenerint

nerint indicia, tunc etiam nulla ſequuta condẽnatione, fideiuſſorem non teneri ad reum repræſentãdum, & verius dixi, & in practica ſeruatum fuiſſe teſtatus ſum ibidem, *num.68. ad finem*. Nec Scap. exaduerſo allegatus *in trac. de iu. non ſcript. lib.5.c.72.nu.3.* teſtatur de contraria practica, ꝙ ſcilicet non liberetur fideiuſſor, niſi ſequuta condẽnatione rei principalis; imò expreſsè dicit contrarium, ꝙ ſcilicet per ſolam inchoationem proceſſus liberetur fideiuſſor, vt patet ibi dum dicit, *Dummodo tunc proceſſus inchoatus non fuerit*, & ita teſtatur in Romana curia & Bononiæ ſeruari.

36 Sic & pariter dato, quod magis cõmunis opinio ſit, fideiuſſorem teneri ad repræſentandum Reum, non ſequuta condemnatione, prout teſtatus ſum *d.q.34.nu.59. in fine*, hæc tamen communis opinio per me etiam rationabiliter declaratur, vt procedat, quando noua ſuperueniunt indicia, aliter ſecus. Et hanc diſtinctionem *dicto numero 68. in fine*, dixi multum æquam, & rationabilem, & ab ea in conſulendo & iudicando nõ recedendum; nec talis declaratio repugnat prædictæ magis communi opinioni, quia Doctores eam tenentes, ſimpliciter loquuntur; nec eorum ſententiam, etiam in caſu non ſuperuenientium indiciorum, procedere affirmant; ideo ratione, & æquitate ſic ſuadente, non fuit abſurdum dict. communem ſic declarare, & limitare; & in concurſu opinionem eam eſſe attendendam, quã diſtinctionem ſatis in iure receptam eſſe, poſt gloſ. *in cap. ſcientes, in vltima gloſ. in fine. extra de cenſib.* ſcripſerunt Conrad. *in ſuo Breuiario, tit. de ſenten. num.31.* Franc. *deciſ.817. numero 10. parte ſecunda.* Oſaſch. *deciſio. Pedemont.21. numero 16.* & Ioſeph. Ludouic. *deciſio. Lucen.29. nu. 80. & ſequentib. parte prima*, cum pluribus alijs, quos allegare ſuperfluum eſt.

37 Vltra quod poſſet etiam forſan attentari, pro ut in prioribus ſcriptis etiam annui, hodie non eſſe ſatis expeditum, quænam ſit magis communis opinio, cum poſt primam libri mei editionẽ, pro opinione ad fauorem fideiuſſoris, ſuperuenerint doctiſſimi, & grauiſſimi ætatis noſtræ conſulentes cum Marc. Anto. Eugen. *conſil.2. num.34. & ſequentib. & conſilio 67. num.1. & ſeqq. & conſilio 68. numero 10. & ſeqq. & numero 41. & ſeqq.* teſtantes, contrariam opinionem eſſe veriorem, æquiorem, & humaniorem, prout etiam eandẽ æquiorem ego etiam teſtatus ſum *in d.q.34. numero 62.* & Honded. *conſilio 115. num.12. & ſeq.17. & ſeqq.38. et ſeq.* poſt Menoch. & Ioan. Baptiſtam in locis per eum relatis; & nihilominus dato quod opinio contra fideiuſſorem ſit magis communis, adhuc tamen, cum cõtraria ad fauorem fideiuſſoris, vt dixi, æquior ſit, illa vtique attendenda eſt, & non communis, ſicuti poſt antiquiores, quos allegat, conſulendo tradiderunt Mantua *conſilio 121. num.3. lib.2.* Port. Imolen. *conſi.42. nu.3.* Cæphal. *conſi.93. num.6. lib.1. & conſi.166. num.17. et ſeqq. lib.2.* Thob. Non. *conſi.31. nu.11. & conſ.94. num.11.* Præſertim in caſu noſtro, in quo negari non poteſt, quin D. Io. Maria ſit factus irrepreſẽtabilis, culpa & facto iudicis, qui delictũ, quod prætenditur ab ipſo patratum, in requiſitione ſibi facta ad ſe repræſentandum, intimauit, & pate fecit, capturamque contra ipſum decreuit; quo caſu ſubintrant per me tradita *in dict. quæſtio.34. numero 46. & ſequentib.* Et etiam tetigi in vltimis allegationibus.

38 Ad vltimam dubitationem, de non adhibita diligentia in repræſentando D. Io. Mariam, iuxta *conſ.* Cæph.164. *nu.25*. Reſpondetur pluribus modis; Et primo dicitur in facto, quod imò conſtat de diligentia prædicta, cum D. Valerius contulerit ſe ad ciuitatẽ Piſauri, ſupplicaueritq; Sereniſſimo Duci, vt permitteret eius filiũ ſe repræſentare in Arce Piſauri, abſque eo quod a birroarijs duceretur; & tamẽ hoc minimè obtinuit; niſi præſtita quadam alia fideiuſſione, quam inuenire non potuit.

39 Secundo reſpondetur, Cæphalum exaduerſo allegatum *in d.conſi.64. num. 25.* minimè dicere, quod quando Reus eſt effectus irrepreſentabilis ex eo, quod aufugerit, timens capi a curia propter nouum delictum, vlla requiratur pro parte fideiuſſoris diligentia; ſed extra terminos huius caſus ſolum concludit, quòd fideiuſſor de repreſentando reum, non tenetur, quãdo adhibita diligentia de illum repreſentando, non potuit; ergo, quod, niſi adhibeatur diligentia, fideiuſſor teneatur in terminis fugæ, & timoris ante dicti, nec Cæphalus dicit, nec ex eius verbis colligi poteſt.

40 Tertio reſpondetur, quod difficultas, ſeu impoſſibilitas repreſentandi Reum, & deſuper diligentia adhibita, vel non adhibita, non eſt ſufficiens cauſa ad liberandum, vel non liberandum fideiuſſorem; quia ſecundum veriorem opinionem, fideiuſſor tenetur, non obſtante quacunque difficultate, impoſſibilitate, ac diligentia adhibita, vt plene probaui *in tit. de carcerib. carcerat. d.q.34. numero 16. & ſeq.* ſed bene ſolum attenditur, an propter nouum prætenſum delictum & illius timorem, ſit factus, vel non factus reus ipſe irrepreſentabilis.

41 Quarto, & ijs ceſſantibus dicitur, quòd ex quo fuga D. Io. Mariæ propter nouũ prætenſum contra ipſum delictum, eſt notoria, idcirco non fuit neceſſaria aliqua diligẽtia, ſeu proteſtatio, ſecundum veriorem, æquiorem & magis communẽ opin. de qua alijs relatis teſtatur Oſaſc. quem ſolũ ad id allegare volui *in dec. Pedem.175. nu.12.* Sublatis ergo (ni fallor) omnibus dubitationibus prædictis, nihil ſupereſſe video, niſi qđ D. Valerius ab huiuſmodi moleſtijs abſoluatur & liberetur.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

2 *Conſuetas clauſulas.* Practicabilis eſt iſta materia, nunquid, ſcilicet notarius cenſeatur rogatus a partibus apponere in inſtrumento ſolitas, & conſuetas clauſulas, quamuis in ſpecie ſibi non fuerit iniunctum, vt illas apponat? Et quidẽ regula eſt affirmatiua, quæ probatur *in l. fi. et ibi gl.*

& Bald. C. de fideiuſſorib. & in l. ſi prius. §. rectè placuit, & ibi Batto. ff. de aqua plu. arcen. cum alijs, de quib. per Marſil. in ſing. 123. Et latius per Gabr. libro 6. tit. de conſuet. concluſ. 3. num. 1. Et omnibus ſeq. vbi facit regulam cum ſuis ampliationibus, declarationibus, & illationibus, tam in genere, quàm in ſpecie; & particulariter, nu. 14. ponit, an Notarius poſſit in inſtrumento extendere hypothecam bonorum; & nu. 15. an poſſit extendere guarentigiam, & nu. 16. Vbi an poſſit extendere clauſulam præcarij, & nu. 17. an poſſit apponere renunciationẽ exceptionis diſcuſſionis, & nu. 19. & ſeqq. Vbi, an poſſit in contractu apponere pænam, & alia plura contingibilia in facto, ad ſaturitatem more ſuo explicat, & ad eandem materiã vide Iaſ. in l. 2. numero 31. & ſeq. C. de iur. emphyt. Aym. conſi. 73. num. 4. lib. 1. Diaz reg. 147. omnino Neuiz. conſi. 28. per totum. Marſil. ſing. 123. vbi pariter facit regulam affirmatiuam cum tribus limitationibus. Capyc. deciſ. 159. num. 59. Tiraq. in tract. de conſtit. limit. 31. num. 1. & omnibus ſeqq. Vbi etiam copioſè materiam pertractat. Catell. Cotta in ſuis memoral. in verſic. Notarius ſimpliciter. & verſicu. ſeq. fol. mihi 607. & ſeq. ſecundum vnam impreſſionem, & ſecundum aliam folio 484. in fine. & ſeqq. Pacium Scalam in tracta. de conſil. Sapien. libro vltimo, c. 1. & ſeqq. Vbi pariter generaliter, & diſtinctè ponit totam materiam. Couar. in rubr. de teſtam. numero 14. Vbi etiam ponit aliqua notabilia.

Sed in ſpecie, quid de clauſula codicillari, an Notarius poſſit in teſtamento eam extendere; ſi teſtator hoc expreſſe non dixerit, vide latè Gabri. vbi ſupra concluſio. 4. per totam. Aymon. conſilio 75. num. 4. Michael Craſſ. in commu. opin. c. 3. q. 16. lib. 2. Vbi facit concluſionem negatiuam; & eam teſtatur communem.

Quid de clauſula conſtituti, vide Tiraq. vbi ſupra in d. 31. limit. Neuiz. conſi. 28. per totum. Gabr. d. conclu. 3. nu. 12.

Quid de iuramento, an poſſit Notarius illud in inſtrumento extendere, ſi partes re vera non iurarunt; vide Neuiz. d. conſilio 28. numero 8. Marſil. d. ſing. 123. in vlt. limitatione. Gabr. d. concluſio. 3. numero 24. & 25. Cæphal. d. conſilio 88. numero 49. lib. 1. Stephan. Lamberteng. de contractib. eorum, &c. glo. finis. q. 2. numero 18. Catell. Cotta in loco præcitato. Maſſa de obligat. Cameral. ad ſextam particulam. q. 2. nu. 17. & ſeqq. Pacium Scalam; vbi ſupra. c. 2. in fine. Duen. reg. 236. limitatio. 20. verſi. Eſt tamen notandum. Tiraq. de legib. connub. glo. 7. nu. 121. & ſeq. & num. 199. Menoch. conſil. 37. nu. 43. & ſeq. lib. 1.

Et an Notarius poſſit clauſulas inſtrumenti extendere ad conſilium ſapientis; quomodo ſit facienda talis extenſio; & quæ clauſulæ poſſint apponi, vide Pacium Scalam in tractat. de conſilio Sapien. libro vlt. cap. 1. & ſeqq. Gabr. d. concluſio. 3. num. 37. Cæphal. conſi. 28. nu. 7. & ſeqq. 37. & ſeq. 54. & ſeq. 66. & ſeq. libro 1. & conſilio 88. nu. 10. 14. & ſeq. eod. lib. 1.

Verum de effectu & poteſtate iſtarum clauſularum, appoſitarum a notario potius de ſtilo, quam de expreſſo mandato contrahentium, an habeant eandem vim, ac ſi de contrahentium voluntate eſſent appoſitæ; & an de eorundem voluntate appoſitæ cenſeantur, vide Pariſ. in Repertor. ſuorum conſiliorum, in verbo, clauſulæ ſolitæ apponi de conſuetudine. Couar. in rubr. de teſtam. n. 14. Vbi bene declarat. Cæphal. conſ. 94. numero 29. & ſeqq. lib. 1. Vbi pariter declarat. Menoch. de arbitr. quæſt. libro 2. caſu 144. numero 5. & ſeqq. vbi quod clauſulæ conſuetæ apponi, præſumuntur appoſitæ de voluntate partium, & operantur idem ac ſi partes expreſſe apponi mandaſſent; cuius contrarium videtur voluiſſe Neuiz. d. conſil. 28. num. 8. & omnibus ſeqq. Vbi etiam refert contraria; & Hier. de Monte quæſt. 3. num. 45. vbi alios refert concordantes; ad quam materiam vide etiam Illuſtriſſimum Manticam in tracta. de coniect. lib. 3. tit. 14. num. 1. & ſeqq. Vbi in ſpecie, quid de clauſulis teſtamenti; & magis in ſpecie, quid de clauſula codicillari, vide Menoch. vbi ſupra d. caſu 144. Vbi quod talis clauſula codicillaris præſumitur appoſita de volũtate teſtatoris; cuius contrarium, quando pręſertim teſtator parauit ſe ad teſtandum, & non ad codicillandum, pulchrè defendit Anchar. Regien. q. 11. numero 12. & pluribus ſeq. par. 2. Sed primam opinionem, maximè ſi teſtamentum publicè etiam teſtatori & teſtibus lectum fuerit, ſubſtinet Roland. conſil. 7. num. 27. et ſeqq. lib. 4. Ideo pro reſolutione, vide Mantic. vbi ſupra d. tit. 14. num. 1. et ſeq. lib. 3. et tit. 10. num. 1. et ſeq. lib. 1.

Et in materia aduerte ad vnum, quod eſt notabile in pract. vt in omni caſu, in quo notarius poteſt in inſtrumento ponere clauſulas conſuetas, quia ſic præſumatur a partibus rogatus, hoc vtique intelligendum eſt, quando inſtrumẽtum eſt in fieri: ſecus poſtquam eſt factum, quia poſt factum inſtrumentum, non poteſt amplius notarius clauſulas prædictas apponere, niſi reperiantur in originali, ſi credendum eſt relatis per Gabr. lib. 6. tit. de conſuetud. conclu. 3. nu. 33. Cuius tamen contrarium voluerunt alij ibi per eum relati, num. 34. et 35. Firmantes etiam generaliter concluſionem, quod clauſulæ conſuetæ apponi habentur pro expreſſis; etiam quod amiſſæ fuerint. quod & idem voluit Grauat. ad Veſtr. in practic. libro 7. cap. 1. rubr. de calculo feren. ſenten. nume. 34. Vbi & alios ipſe refert, ideo ad præmiſſa, vide declarantem Couar. variar. reſolut. libro 1. c. 15. nu. 9. Et in propoſito hoc vnum eſt abſolutũ, quod quando notarius inſtrumenti alicuius tradidit parti copiam extenſam, non poteſt poſtea aliquid ſuo originali inſtrumento addere, vel minuere, prout hic firmat D. meus.

An autem notarius omittens in inſtrumento clauſulas conſuetas, de falſo puniatur, vide Gabr. d. concluſ. 3. nu. 7. Clar. in pract. §. falſum. verſ. pariter etiam. Menoch. de arbitr. quæſtionibus. li. 2. caſu 370. nu. 4. & ſeqq.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Agitur in hoc conſilio de pœna ſurripientis anulum Piſcatoris Papę, ad effectum ſigillandi contra eius mentē literas Apoſtolicas in forma Breuis, quas tamen ſurripiens in facinore deprehenſus, ſigillare nequiuit; Multa pro eius excuſatione adducuntur, ad effectum, vt pęnam ordinariam cap. ad falſariorum, de crimine falſi, effugeret: Et hinc etiam diſcutitur, qua pęna afficiendus ſit Secretarius Breuium, qui dictas literas, eius tamē manu non ſubſcriptas, ipſi ſubripienti tradiderat: quaſi quod futurę ſurreptionis, & ſigillationis conſcius, & particeps fuerit, vel ſaltem ei commoditatem ad prædicta peragēdum contra ſui officij debitum prębuerit: & obiter etiam tractatur, An, & qua pęna puniendus ſit is, qui primo loco examinatus tāquam principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, nonnulla depoſuit, ad excuſationem conſocij, & poſtea tortus falſam fuiſſe excul-pationem faſſus fuit, non tamen ad alterius ſubornationem, nec ſpe lucri ad falſa deponendum ductus, ſed ex ſe, & pietate inquiſiti motus.

SVMMARIVM.

Diſſinitio vbi non conuenit, ibi nec etiam datur diſſinitum, numero 1.

Falſitas eſt mutatio veritatis, nu. 1.

Furtum eſt contrectatio rei alienæ lucri faciendi cauſa, vel ipſius vſus, aut poſſeſſionis, nu. 2.

Conatus hodie de generali conſuetudine, effectu non ſequuto, non punitur pœna ordinaria, num. 2. in fine, & in addit. litera A, vbi de materia.

Pœna debet tenere ſuos auctores, nu. 3.

Delicti menſura plagarum modum regulat, numero tertio.

Delictum vbi non eſt, procedi ibi non poteſt, numero tertio.

Carceris priuati pœna non habet locum in eo, qui alium capit, & ſtatim occidit, quia homicidium, cuius cauſa facta eſt captura, ipſam capturam abſorbet, nu. 4.

Affectus etiam in atrociſſimis, non punitur eadem pœna, effectu non ſequuto, num. 5. vbi ampliatur etiam quod fuerit deuentum ad actum proximum, & in addit. litera B, vbi de materia, & nu. 7.

Pœna cap. ad falſariorum, de crimine falſi, non habet locum pro vnica falſitate commiſſa in literis Apoſtolicis, ſed requiritur iteratio, & frequentatio criminis. numero 8. quod an verum ſit, in additione, litera C, & numero 8.

Pœna cap. ad falſariorum, de crimine falſi, non habet locum, niſi effectu conſumato, nu. 6.

Verbum futuri temporis rem perfectam deſignat, num. 6. & de materia, nu. 25.

Verbum frequentatiuum requirit perſeuerantiam, & reiterationem actus, nu. 8.

Pœna cap. ad falſariorum, an habeat locum in falſificante breuia, nu. 9. & in addit. litera D, & nu. 22.

Doctoris opinio excuſat delinquentem, num. 9. in fine, quod an verum ſit, in addit. litera E.

Pœna cap. ad falſariorum, loquitur de clericis, ideo non extendit ſe ad presbyteros, num. 10. quod an verum ſit, vide in addit. litera F.

Conuictus dicitur, qui poſt negationem pluribus teſtibus, vel alia legitima probatione ſuperatur, nu. 11.

Conuictio, & probatio idem ſunt, nu. 11.

Conuictus dicitur, quando teſtes in vnum rei finem concordant, nu. 11.

Delictum non præſumitur, numero 12. vbi ampliatur etiam quod in contrarium vrget aliqua alia præſumptio; quod, an verum ſit; vide in additione, litera G, & numero 51.

Sigillum præſumitur appoſitum de voluntate domini ipſius ſigilli, nu. 12. & de materia in addit. litera H.

Fama bona tollit omnia indicia contra inquiſitum laborantia, ſub nu. 12.

Præſumptionem habens contra ſe, grauatur onere probandi per fortiores præſumptiones, & probationes, numero 12. in fine.

Teſti odioſo non creditur, nu. 13. & nu. 36.

Teſtis dicitur inimicus, ſi cauſas inimicitiæ habeat, vel habere præſumatur ſine mentis odio, nu. 13.

Inimicitia repellit teſtem etiam in crimine lęſę maieſtatis, & etiam in caſu, in quo veritas aliter haberi non poteſt, numero 13.

Socius, aut particeps criminis non poteſt recipi in teſtem, num. 14. & nu. 82.

Teſtis variare non debet, & variando punitur, nu. 14. & non probat, nu. 37.

Periurus in vno repellitur in totum, nu. 14.

Periurium non purgatur per torturam, nu. 14. vbi etiam quid de conſuetudine ſeruetur, & quid in teſte, qui vltra periurium patitur alios defectus.

Dictum vnius, dictum nullius, nu. 15.

Teſtes qui patiuntur plures defectus, non admittuntur etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, nu. 15.

Teſtis qui in totum repellitur, non poteſt ex teſtimonio aliorum adiuuari, nu. 16.

Furtiua res reperta pœnes hominem bonę famę, non facit contra ipſum indicium, nu. 17. & nu. 43.

Inſtrumenta apta ad fabricandum falſam monetam, reperta contra hominem bonę famę, non faciunt contra ipſum indicium, nu. 17.

Falſitas non reſultat, nec ſequitur poſſibili veritate in eſſe poſita, nu. 17. in fine.

Falſitas pręſumitur commiſſa ab eo, uel de eius mandato, cuius commodo cadit, nu. 18. vbi hoc declaratur, & in addit. litera I, vbi de materia.

Probationes eo magis requiruntur clariores, quo ſumus in delicto grauiori, nu 19.

Præſumptionibus violentis nemo condemnari poteſt, etiam in graui crimine, numero 19. & in additio. litera K, vbi de materia.

Præſumptionibus vbi quis eſt conuictus, non poteſt condemnari in pœnam ordinariam delicti, nu. 19. & in addit. lit. L, vbi de materia, & nu. 20.

Reficere, vel reaptare aliquid, non eſt propriè de nouo facere, nu. 21. vbi de materia.

Exemplis non iudicandum, nu. 22.

Sententia lata in aliqua cauſa de mandato Principis, non facit ius generale in omnibus alijs cauſis, numero vigeſimoſecundo.

Delicta non capitalia efficiuntur capitalia ex reiteratione delinquendi, nu. 23.

Breue Apoſtolicum non dicitur, niſi fuerit anulo piſcatoris ſigillatum, nú. 25. & nu. 47.

Pœna non poteſt eſſe corporalis, quando ex aliqua cauſa receditur ab ordinaria, nu. 25. in fine.

Tortura loco teſtium ſuccedit, nu. 26.

Credens amico, vel fide digno excuſatur, numero 26. & numero 77. & numero 117. & numero 118. in fine, & numero 134.

Teſti deponenti de facto proprio credendum eſt, numero 27. in fine.

Veriſimilitudo multum attenditur in probationibus, numero 28.

Teſtis quoad alios, & principalis quoad ſe, ſi in tortura dixit contrarium eius, quod extra torturam depoſuerat, attenditur primum dictum, & non ſecundum, nu. 29. Declarat nu. 54.

Indicium remotum duobus teſtibus probandum eſt, numero 30. in fine.

Veriſimile quod non eſt, nunquam præſumitur factum, licet ſit poſſibile, nu. 31.

Facta talia præſumuntur ſubſequuta, qualia prædicata demonſtrant, nu. 31. in fine.

Reſponſiones reorum interrogatorijs ſibi factis declarantur ex præcedentibus negatis, ſub nu. 32.

Tortura etiam cum proteſtatione data, purgat indicia, quando reus interrogatur ſuper reo principali, & ſic quando proteſtatio eſt contraria facto, nu. 32.

Tortura facit in ea perſiſtens, vt puram veritatem dixiſſe præſumatur, nu. 32. & nu. 125. in fine.

Reus præſumitur interrogatus ſuper facto principali, quando ſuper eo reſpondet, & præcedit interrogatorium hoc modo cõceptum, videlicet ad Domini interrogationem, &c. nu. 42. in fine.

Præcipuè, dictio eſt implicatiua præcedentium, nu. 33.

Tortura pro habendis complicibus debet eſſe moderata, nu. 34. & ſi fuerit exceſſiua, purgat etiam in negotio principali, nu. 35. in fine, & in addit. litera M.

Tortura dicitur leuis, quando non excedit tempus, in quo poteſt dici una Aue Maria, ſub num. 34.

Sacerdotes ſunt minus torquendi non ſolum propter dignitatem ſacerdotis, ſed propter periculum excommunicationis, ſi fortè quæſtionis modus excedatur, nu. 34.

Tortura non poteſt repeti, etiam quod prima indicia fuerint multum vrgentia, & manifeſta, niſi prima tortura fuerit leuis, nu. 35.

Socius criminis non facit indicium, ſed tantum qualem præſumptionem etiam in caſibus exceptis, numero 38. & etiam quod eſſent plures, nu. 39. niſi concurrant adminiculantur, nu. 40. de materia, nu. 82.

Socius criminis odioſus, & inimicus indicium non facit, etiam in caſibus exceptis, nu. 40. in fine.

Teſtis vnus de viſu non facit indicium ad torturam, niſi ſit omni exceptione maior, nu. 41.

Indicium remotum purgatur per vnicam torturam, nu. 42.

Confeſſio extraiudicialis probanda eſt per duos teſtes, nu. 44.

Probatio omnis præſertim in crimine falſi, debet concludere per neceſſe, & non per poſſibile, nu. 45.

Sigillum non dicitur authenticum, ſi literæ non ſunt legibiles, vel ſi illud non ſit integrum, num. 46.

Sigillum corruptum fidem non facit, nu. 46.

Falſitas commiſſa in ſcriptura priuata, quæ alteri nocere non poteſt, impunibilis eſt, nu. 46. in fine.

Breue non ſubſcriptum a Secretario non dicitur breue, ſed omnino dicitur imperfectum, & inualidum, nu. 47. & num. 75. & nu. 86. in fine, & nu. 90. & nu. 113.

Falſitas, quæ alicui nocere non poteſt impunibilis eſt, nu. 47. quod an verum ſit, & quando, vide in addit. litera N.

Falſificatio ſolum literarum iuſtitiæ, quæ ſint modici præiudicij, ſine vſu non obligat quem ad pœnam falſi, nu. 48.

Lex, ſeu ſtatutum imponens pœnam, locum non habet, niſi in delicto dolus interuenerit, nu. 49.

Dolus licet probetur præſumptionibus, attamen præſumptiones debent eſſe concludentes, nu. 50.

Præſumptio excludens delictum, dicitur nobilis præſumptio, nu. 51.

Conſilium præſumitur potius datum in bonum, quam in malum, nu. 51.

Teſtis, qui tractat de ſe exculpando, & alium inculpando, nihil probat, numero 52. etiam in occultis, etiam in tortura, & præſertim contra officialem, ibid. nu. 52. & num. 83. & nu. 99.

Tortura non purgat defectum teſtis, propter proprium intereſſe, nu. 52.

Teſtis in cauſa propria, & de facto proprio deponens, non probat, etiam quod ſit officialis, quando tractat de ſuo intereſſe, aut de ſe exonerando, nu. 53.

Teſtis dictum, quod penitus deſtruitur, non coadiuuatur ex adminiculis, nu 53. in fine.

Corrigere teſtis poteſt ſuum dictum incontinenti, & ante publicationem, nu. 54. vbi de materia.

Teſtis dictum ſemper attenditur illud, quod eſt magis præſumptionibus adminiculatum, nu. 54.

Teſtis in facto proprio ſine intereſſe, aut probat plenè ſaltem cum adminiculis, aut probat pluſquam ſemiplenè, nu. 55.

Teſtis dictum ſuppletur ex pluribus præſumptionibus, & coniecturis ad plenam probationem, nu. 55.

Probatio dubia, & ſemiplena ſufficit ad defenſionem, nu. 56.

Pietas, & miſericordia excuſat a dolo, nu. 57.

Periurium ſine dolo non committitur, numero 57. & numero 93. vbi etiam, quod in dubio potius præſumitur error, quam dolus.

Prælatus, & Doctor præſumitur ſemper ſine dolo aliquid feciſſe, nu. 57.

Officialis habet pro ſe præſumptionem excluſiuam doli, & delicti, nu. 57. in fine.

Dolus non præſumitur ex actu agentis, non apportante commodum, vel lucrum, nu. 58.

Aſſertioni iuratæ alicuius ſtari debet, ad excluſionem doli, iunctis adminiculis, nu. 58.

Confeſſionis reuocatio iuſtificatur ex præſumptionibus, & coniecturis, nu. 59. & in addit. litera O.

Confeſſio qualificata ſi pro qualitate adſunt præſumptiones, non ſufficit ad condemnandum, numero 59. & in addit. litera P.

Officialis expurgat ſe proprio iuramento, nu. 59. in fine.

Pœnitentia, & reuocatio admittitur, quando ius fiſci non eſt factum deterius etiam in cauſa appellationis, & ante ſententiam, nu. 60.

Teſtis poteſt reuocare ſuum dictum antequam fuerit alloqutus cum parte, nu. 60.

Periurium, ſeu mendatium ſine damno alicuius impunibile eſt, nu. 61.

Periurium non committitur a principali delinquente falsũ reſpondendo

ſpondendo

Digitized by Google

ſpondendo interrogatorys ſibi factis, nu. 62. & num. 92. vbi ampliatur etiam, quod quis ſit principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, & nu. 127. & ſeq.

Confeſſio non acceptata a fiſco, confitenti non præiudicat, numero 63.

Cauſa qualibet excuſat a contemptu, & transgreſſione legis, num. 64.

Auxilium non dicitur quis dediſſe delicto, niſi præcedente tractatu, & præſcientia illius, nu. 65. & 66. vbi etiam idem de auxilio poſt delictum, & nu. 94.

Receptans hæreticum, ſeu alium delinquentem, data ignorantia, quod receptatus eſſet delinquens, an puniatur. num. 66. & numero 94.

Auxiliator, ſeu Conſultor non poteſt moleſtari, niſi prius conſtito de veritate principalis delinquentis, nu. 67. & nu. 121. & ſeq. vbi quod debet conſtare plenè, verè, & certè, non autem præſumptiuè, nec per contumaciam, vt ibid. numero 123.

Imperfectum, & nullum æquiparantur in iure, nu. 68.

Mendacium non eſt punibile, quando non continet in ſe aliquod delictum, nu. 69.

Variatio, ſeu contrarietas non attenditur, quando non eſt circa ea, quæ impunibilia ſunt, nu. 69.

Confeſſio non poteſt facere delictum, vbi delictum non eſt, numero 69.

Cogitationis pœnam nemo facit, nu. 69.

Veritas attenditur, & non opinio, quando ex veritate delictum accuſatur, nu. 69. & nu. 133. vbi idem è contra.

Subditus reuelans ſecreta Domini ſui, non punitur, ſi eum mala intentione non reuelauit, nu. 70.

Teſtis inductus pro fiſco probat plenè contra fiſcum, nu. 71.

Conſulens non tenetur de conſilio, ſi illud reuocauit pœnitens, numero 72.

Pœnitentia habet locum in delictis etiam atrocibus re integra, numero 72.

Deſtinatio pro opere perfecto habetur, nu. 73.

Animus antecedens ex ſubſequutis declaratur, nu. 73. & numero 107

Credens ſibi ita facere licuiſſe excuſatur a delicto, num. 73. in fine.

Breuia Apoſtolica de ſtilo etiam poſt impreſſionem ſigilli poſſunt per Secretarium abradi, deleri, & accommodari ſecundum mentem Sanctiſſimi, nu. 74. & nu. 86. & num. 108. & 109.

Scriptura non dicitur publica ſine ſubſcriptione Notarij, numero 75.

Notarius, & Secretarius a pari procedunt, nu. 75.

Falſitas non cadit in ſcriptura imperfecta, & priuata, nu. 76. & nu. 91.

Caſus ſi ſit fortuitus, & inſolitus, de eo non tenetur, num. 77. in fine.

Confeſſio erronea reuocari poteſt, num. 79.

Præſumptio iuris dicitur liquidiſſima probatio, num. 79.

Confeſſio conditionalis habetur pro negatione non verificata conditione, nu. 79. in fine, & nu. 112.

Confeſſio dubia ſemper interpretatur contra ſe fundantem in ea, num. 79. in fine.

Pœna non cadit ſuper omni eo, quod illicitum eſt, & contra bonos mores, ſed tantum in eo, quod punibile a iure reputatur. nu. 80.

Cardinales habent præſumptionem pro ſe, vt eorum aſſertioni credatur, nu. 81. & nu. 118. vbi quando præſertim teſtatur ita eſſe mentem Sanctiſſimi, & etiam, quod agatur de præiudicio tertij, num. 118.

Falſitas, & delictum, vt excludatur, omnis interpretatio facienda eſt, numero 84. & numero 93. verſic. quod autem, quod potius præſumitur error, quam dolus, & numero 135.

Falſitas non præſumitur commiſſa, vbi non adeſt magnum lucrum, nu. 85. in fine.

Breuia Apoſtolica ſolent a Secretarijs ſigillari in albis, & poſt ſigillationem in ea deſcribitur Breue iuxta mentem Sanctiſſimi, nu. 86.

Falſitatis ſuſpicio ceſſat vbi adeſt bona mens, & intentio, numero 86.

Iuramento inquiſiti ſtatur ſuper bona intentione ipſius, numero 87. & numero 105. & ſeq. vbi ampliatur hæc concluſio.

Notarius vbi videt inſtrumentum indigere accommodatione ſcripturę melius facit conficiendo nouum inſtrumentum, quam illud corrigendo, numero 87. verſic. conſtat etiam.

Confeſſio in criminalibus debet eſſe clara, certa, liquida, preciſa, & inuulnerabilis, nu. 88. & 111.

Officialis tenetur de negligentia, & culpa, nu. 89.

Furtum, ſeu proditio dicitur caſus fortuitus, & ab eo nemo ſe præcauere poteſt, nu. 89.

Pœna non committitur ex actu nullo, & imperfecto, num. 90. quod quando verum ſit, vide in addit. litera Q.

Breue imperfectum non dicitur Breue, nu. 90.

Breue, quod deficit in ſui forma, non dicitur falſum, aut nullum, num. 91.

Occultationis delictum ſine dolo non committitur, nu. 94.

Occultare delictum non dicitur is, qui delictum ignorat, num. 94. & nu. 126.

Scientia præſumpta delicti non ſufficit ad incurrendam pœnam, ſed requiritur dura, & indubitata, numero 94. & non ſufficit.

Breuis narratiua admittit probationem in contrarium, diſpoſitiua vero non. nu. 95

Officiali aliquid aſſerenti de mandato Papæ creditur, quando Papa eſt præſens. nu. 97

Credulitatis cauſa, vt excuſet, debet probari per allegantem, & etiam, quod ex illa credulitate ad delinquendam motus fuerit, nu. 100

Teſtis vnus plenè probat defenſionem rei, nu. 102

Teſtem quem quis produxit pro ſe, tenetur recipere contra ſe etiam quod ſimus in diuerſa cauſa, & inter diuerſas perſonas, nu. 103

Animus tanquam Deo ſoli notus, non poteſt per teſtes probari, ideò iuramento probatur, nu. 105. & ſeq. vbi ampliatur etiam in criminalibus, & etiam quod in contrarium adſit aliqua præſumptio, & de materia.

Animus præcedēs cognoſcitur ab eo, quod quis poſtea fecit, aut non fecit, nu. 107

Animus agentis qualis fuerit ab euentu cognoſcitur, numero 107.

Culpa non dicitur in eo qui facit actum ſolitum, & cōſuetum, nu. 108. in fine.

Licitum vbi eſt id, quod eſt plus, cenſetur etiam licitum, quod eſt minus, nu. 10. in fine.

Sigillum Principis abſque Notarij ſubſcriptione, fidem non facit, nu. 110

Falſi ſuſpicio in literis Apoſtolicis habetur pro falſitate, non ſolum ad tollendum fidem, ſed etiam ad puniendum, nume. 114

Breuia aliter expedita, & ſubſcripta, quam per Secretarium Collegij, nullius ſunt roboris, aut momenti nu. 113

Delinquere quod quis velit, nemo cogitare, aut diuinare tenetur, quia delictum reputatur caſus fortuitus, num, 116. & ſeq.

Caſus fortuitus dicitur ille, de quo quis veriſimiliter cogitare non poteſt, nu. 117. verſ. & vbi delictum.

Caſus fortuitus nemini imputandus, num. 117. verſic. de caſu autem.

Fautores, & defenſores falſificantium literas Apoſtolicas nō incurrunt alias pœnas, quām excommunicationis, nu. 120

Pœna c. ad falſariorum, de crimine falſi, non habet locum in falſificante literas apoſtolic. nullas, & inualidas, nu. 124

Ignorans delictum non poteſt dici illius fautor, vel defenſor, num.126.

Ignorantia excludit dolum, & delictum, nu.126.

Teſtis, qui a principio negauit ſubornationem, timens de pœna, non punitur de mendacio, ſi poſtea ſubornationem fateatur, num.129.

Mendacium eſt delictum, & turpitudo, nu.130.

Teſtis dicitur deponere in cauſa propria, quando agitur de eius laude, vel vituperio, numero 130. verſicu. & vbi agitur.

Teſtis dicens in iudicio contrarium eius, quod dixerat extra iudicium, poteſt torqueri, num.131.

Teſtis falſus deponens, credens dicere verum, excuſatur a falſo, num.133.

Opinio vehemens excuſat opinantem, licet falſum opinetur, numero 133.

Credulitas iniuſta excuſat a pœna, a falſo, & periurio, numero 134.

Mendacium pietatis cauſa factum, & non damnoſum impunibile eſt, num.135. & ſeq.

CONSILIVM LX.

Reſponſum Auguſtini Lazzarini.

ADSIT DEVS. Et ſi Illuſtris D.B. & agentes pro eo potius ad clementiam Sanctiſſimi D. Noſtri Sixti Quinti cõfugere, quàm viã iuris, & de eius viribus pro ipſius defenſione experiri velint, & intendebant; nihilominus ad ipſum ſanctiſſimum magis gratum, & faciliorem ad indulgentiam reddendum, infraſcripta deducuntur. Præmittendo, quod idem D.B. inculparur primo, quod ſubrraxerit anulum piſcatoris, intendens cum eodem accommodare in alio Breui ſigillum, quod inerat aliqualiter ſuppreſſum, & prout forſan accommodaſſet, ſi impeditus nõ fuiſſet, & in hoc dicitur ipſe confeſſus. Secundo, quod amouerit ſigillum compreſſum cum dicto anulo ex breui, ſiue literis in forma Breuis, & appoſuerit in alio Breui, quod deſiderabat ſibi concedi, & in hoc prætenditur conuictus, & quod propterea vtroque caſu intret diſpoſitio *c. ad falſariorum. extra de crim. falſ.*

1 Quibus ſic præmiſſis, quoad primum de ſubtractione, & conatu ad reaptandum ſigillum, dicitur ex ipſa ſubtractione anuli non eſſe commiſſam falſitatem, nec furtum, quia cui non conuenit diffinitio, nec conuenit diffinitum, *l.1. §. dolũ. ff. de dolo.* & cui non conueniunt verba legis, nec conuenit illius diſpoſitio. *l.4. §. toties. ff. de dam. infect.* ſed diffinitio falſitatis eſt mutatio veritatis, *l. quid ſit falſum. ff. de falſ. Authen. de inſtru. caut. & fide, in prin.* per ſubtractionem autem dicti anuli nulla eſt facta mutatio veritatis, merito falſitas commiſſa non dicitur.

2 Sic nec etiam poteſt dici commiſſum furtum, quia furtum eſt contrectatio rei alienæ, lucri faciendi cauſa, vel ipſius vſus, vel poſſeſſionis. *l.1. §. furtum. ff. de fur.* Sed D.B. non ſubtraxit cauſa lucri faciendi ipſum anulum, & ſic ceſſat ipſum furtum; & licet vti illo voluerit, cum tamen vſus nõ fuerit, nec etiam de vſu puniri poteſt. quod demonſtrat gl. *in d.l.1. §. furtum, in verſ. vſus, dũ allegat l. qui iumenta. ff. de fur.* Vbi interuenit vſus conſumatus, & ad hoc etiam facit, quod conatus[a] hodie de conſuetudine non punitur, vt inferius dicetur; & licet poſſet forsã dici, quod graue ſit delictum in furto cõmiſſo in re Principis, hoc intelligi debet in furto pro lucriſaciendo rem ſubtractam; aliter ſecus.

3 Quare ceſſantibus falſitate, & furto, non põt tractari de aliqua pœna, quia pœna debet tenere ſuos authores. *l. ſancimus. C. de pœnis*, & pro mẽſura delicti debet eſſe plagarũ modus, vt in Deuteron. *c.25. ibi, iuxta menſura delicti, &c.* & vbi delictum non eſt punibile, procedi nõ poteſt. Marſil. *in §. conſtante, nu.102. & in conſ.* 100. *nu.*21.

4 Ex alia etiam videtur huiuſmodi delictum ſubtractionis excuſabile, quia ſubtractio facta fuit, vt accommodaret ſigillũ aliqualiter ſuppreſſũ, & hoc incontinenti erat faciendum, non autem ex interuallo; quo caſu facit ad hoc doctrina Bar. *in l. capite quinto, prope finem. ff. de adult.* Vbi examinãs materiam priuati carceris dicit, quod ſi quis aliquem capiat, vt vulneret, & occidat incontinenti, non attenditur ipſa captura, ſed delictum, propter quod ille capiebatur, per tex. *in l. illud, ff. ad l. Aquil.* ſed in caſu noſtro anulus fuit ſubtractus pro adaptando, & accõmodãdo ſigillum, & cũ non fuerit adaptatum, & accommodatũ, ceſſat id, propter quod anulus acceptus fuerat.

5 Non obſtat ſi dicatur, quod ex quo Dominus B. venit ad actum proximum, & per eum non ſtetit, quominus dicto anulo vteretur, & falſum cõmitteret, & ſimus in atrocibus, videtur haberi perinde, ac ſi delictum conſumaſſet, ita dicit gl. *in l.1. §. hæc autẽ verba, in verbo, fruſtamus, ff. quod quiſque iuris*, quia dicitur, quod iſto caſu non poteſt tractari de pęna ordinaria, & de ea, quę poſita eſt *in d. c. ad falſariorum.* ex eo, quod etiam in atrociſſimis[b] mitius punitur, qui actum non perfecit, licet deuenerit ad actum proximum, & hanc eſſe communem opinionem, atteſtatur Marſ. *in conſ.* 105. *nu.*1. loquens in aſſaſſinio, & ita etiã tenent Afflict. *ſuper tertia parte conſtitut. rubr. 24. in princ. poſt numerum vigeſimum*, & alij quos refert Clar. *in §. fina. quæſtio. 92. verſicu. ſcias tamen*, ex eo maximè hoc procedit, ex quo *dictum capitulum ad falſariorum*, non punit conatum, vt requiritur, ſecundum Clar. *in d. q.92.*

6 Secundo ceſſat diſpoſitio, & pęna *dicti cap. ad falſariorum*, ex eo, quod requirit rem perfectam, & conſumatam, quod demonſtratur ex illis verbis, *deprehenſi fuerint*, & gl. ibi, *in verbo, deprehenſi.* ſubdit, & conuicti fuerint; & ex eo etiam, quod illud verbum, *fuerint*, eſt futuri temporis, quod rem perfectam requirit. *l. prima. §. fin. ff. quod quiſque iuris*, vbi formaliter dicitur, *parum enim cum effectu accepimus, &c.* & ideo ſubdit textus, *ſi eum vellet ſtatuere, prohibitus ſit, nec effectum decretum habuerit, ceſſat edictum*, ſubdit etiam textus ibi, *ſta tuerit*, quod verbum rem perfectam, & conſumatam requirit; & ſic ex illo verbo, *fuerint*, futuri ſubiunctiui, poſito *in dicto cap. ad falſariorum*, concluditur ex illo textu, quod etiam ſi per ſe

non

Digitized by Google

non ſtetit, & impeditus fuit, prout prætenditur
in caſu noſtro, cum perfectè Dominus B. non
impreſſerit, nec ſigillo vſus fuerit, non poteſt pœ-
na d. cap. puniri.

7 Et quod etiam in atrocibus, & quando deuē-
tum eſt ad actum proximum, quis non puniatur
etiam in atrocibus pro actu conſumato, ſed pœ-
na arbitraria, tenent Cyn, & Bal. *in l. ſi quis non di
cam rapere. C. de epiſc. & cler.* Rayner. de Forliu. &
Bald. *in l. qui ea mente. ff. de furt.* Gulielm. de Cu-
neo, Iacob. Butr. *in d. l. ſi quis non dicam rapere*, pro
ut refert, & ſequitur Siluan. *conſi. 43. num. 9.* vbi
reddit rationem, quia ſi pro delicto perfecto, &
conſumato capitalis pœna imponitur, certè ſi
non ſortiatur effectum, non poteſt pœna capi-
talis imponi.

8 Ex alio etiam videtur ceſſare diſpoſitionem
d. c. ad falſariorum, quoniam vt locum habeat, re-
c quiritur, quod quis exercuerit[c] huiuſmodi vitiũ
falſificandi literas Apoſtolicas, prout bis repe-
tit, vt ibi, *vitium falſitatis exercent*, & quando im-
pouit pœnam, ſimiliter vtitur eodem verbo, vt
ibi, *falſitatis vitium exercuerint*, ſed verbum, exer-
cere, eſt verbum frequentatiuum, & verbum fre-
quentatiuum requirit perſeuerantiam, & reitera
tionem actus, ſecundum Luc. de Penna *in l. 1. C.
de deſertor. & occult. li. 11. col. 2. & 3.* & Hippol. Bo
nacoſſ. *in quæſtio. criminal. in verſiculo, receptator
bannitorum.*

9 Tertio poſſet etiam dici, quod dictum cap. cũ
loquatur de literis Apoſtolicis, non ſe extendat
d ad Breuia[d], quę nõ ſunt plumbata, prout adhoc
plura iura, & plures Doctores allegant Staffil. &
Gomez. *in tracta. Breuium, nu. 1. 2. 3. & 4.* Vbi li-
cet in contrarium multa alia allegent, tamen pri
ma opinio in caſu, de quo agitur, videtur recuſa-
re, cum tẽdat ad excluſionem delicti, ex eo quod
notanter dicit Plot. *in conſi. 131. nu. 8. in 1. vol. con
ſil. criminal.* in folio, vbi quando pro vna opinio-
e ne[e] adſunt plures Doctores, licet plures alij con
trarium teneant, quod illi minoris numeri rele-
uant ad excuſandum.

10 Quarto poſſet etiam forſan attentari, quod
cum *d. c. ad falſariorum*, loquatur de clericis, non
f ſe extendat ad presbyteros[f], prout eſt Dominus
B. quia caſus pœnales ſunt ſtricti iuris, & non re-
cipiunt interpretationem extenſiuam, ſeu ſimi-
litudinariam. Bal. *in l. cum proponas, circa finem. C.
de hered. inſtituen.*

11 Quo vero ad ſecundum de amotione huius
ſigilli, & applicatione illius in alio Breui, in quo
Dominus B. prętẽditur conuictus, dicitur, quòd
poſt negationem pluribus teſtibus, vel alia le-
gitima probatione ſuperatur, *l. fina. C. de proba-
tio. iuncta l. ſi cum res, cum gloſſ. C. de pœn.* gloſ. rela-
ta ad tex. *in cap. 1. ſecunda, quæſtione prima*, & con-
uictio, & probatio idem ſunt. Bero. *in c. at ſi cleri-
ci, numero 18. & numero 20. extra de iudic.* & conui
ctus dicitur, quando teſtes in vnum rei finem cõ
cordant. *l. qui ſententiam. C. de pœn. ibi, in vnum con
ſpirantes, concordanteſque rei finem conuictus ſit.* Et
quod attentis his, quæ in facto præſupponun-
tur, Dominus B. non poſſit dici conuictus, de-
monſtratur diſcurrendo ea, ex quibus ipſe præ-
tenditur conuictus.

Deducitur enim primo teſtificatio Hortenſij
Peruſini, deponẽtis de viſu quoad amotionem,
& appoſitionem præfatas. Deducitur ſecundo,
quod breue ſigillandum reperitur penes ipſum,
& in eius tamburro, de quo ipſe, & non alius ha-
bebat clauem, & quod alius non potuiſſet d. Bre
ue immittere in eo. Deducitur tertio, quod cede
bat commodo, & vtilitati ſolius ipſius; & ſic ex
his prius prætendit illum conuictum.

12 Quibus non obſtantibus, contrarium videtur
poſſe affirmari; præmittendo in primis, quod de-
lictum non præſumitur, & quis non pręſumitur
deliquiſſe, vulg. *l. merito. ff. pro ſocio*, & hoc proce-
g dit etiam, ſi aliqua præſumptio[g] vrgeret in con-
trarium. Alex. ad Bar. *in d. l. merito.* poſt Rom. quẽ
allegat, *in conſ. 353. in fine.* Secũdo, quod ſemper
præſumitur ſigillum appoſitum de voluntate il-
h lius, cuius ſigillum[h] eſt, & ita de ſigillo dicit An
ton. de But. *in c. tertio loco, in 2. notab. de probat.* re-
fert, & ſequitur alios adhoc Dec. *in conſi. 175. nu.
7. verſ. quinto non obſtat*, idem etiam tenet Io. Ba-
pt. Plot. *in conſi. 95. num. 6.* Vbi loquitur etiam in
Anulo piſcatoris, prout loquitur etiam Dec. *in
d. conſi. 175. nu. 7.* Tertio, quod exiſtente illius bo
na vita, & fama per teſtes formiter examinatos,
prout credimus probata, tollitur omnis crimi-
nis ſuſpicio, ac tolluntur etiam indicia, ſi quæ ex
tarent contra ipſum. Corn. *in conſi. 189. nu. 40. et
41.* & Patiſ. *conſi. 153. num. 35. vol. 4.* Accedente
quarto loco approbatione ſanctiſſimi, qui cum
in Pincernam inter alios elegit; quod officium
non, niſi hominibus integræ, & approbatæ vitę,
confertur. Et ex ijs infertur, quod cum Domi-
nus B. pro ſe habeat ſupraſcriptas iuris præſum-
ptiones, fiſcus, qui intendit venire contra has
præſumptiones, debet pro ſe habere fortiores
præſumptiones, quam alias eſſent neceſſariæ.
Abb. *in cap. quia veriſimile. in 2. notab. de præſumpt.*
Aym. latè *in conſ. 75. nu. 12.*

13 Non obſtant modo, quæ ex aduerſo conſide-
rant, quia Hortenſius nihil probat; Primo, quia
eſt odioſus, & maleuolus, ac inimicus ipſius Do-
mini B. & cauſam odij dicitur habuiſſe, ex quo
ipſemet confitetur in primo conſtituto, fol. 45.
ſe multum malè ſatisfactũ de Domino B. & per
teſtes formiter examinatos credimus probatum,
ipſum minatum fuiſſe de ſuſpendi faciendo ip-
ſum Dominum B. teſti autem odioſo non credi-
tur. Firma. *in repertor. in verbo, teſtis propter odium.
fol. 132.* Abb. *in c. quoties, nu. 4. de teſtib.* & ad repel-
lendum teſtem, ſufficit, quod inimicitiæ cauſas
habeat, vel habere præſumatur ſine mentis odio.
Innoc. *in c. cum I. & A. in fine, de re iudic.* idem di-
cit Rol. *in conſ. 24. nu. 44. vol. 1.* & exceptio inimi-
citię repellit ẽt in crimine lęſæ maieſtatis. Gram.
conſi. 15. nu. 12. & etiam in caſu, in quo veritas a-
liter haberi non poſsit. Gram. *conſi. 45. nu. 19.*

14 Secundo, quia videtur ſe ipſum facere ſocium
criminis, & teſtis non debet eſſe ſocius, vel parti
ceps criminis. *l. quoniam liberi*, & ibi Doctor. *C.
de teſtib.* Patiſ. *conſi. 163. numero 7. vol. 4.* & etiam

eſt varius, ſibi ipſi cōtrarius in pluribus, vt patet eius dictis, & in decreto torturæ; & teſtis variare non debet, quia veritas, de qua teſtis iurat, non recipit contrarietatem, neque diuerſitatem. *l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de damn. infec.* Natt. *conſ.* 3. *nume.* 14. & qui varie deponit, non ſolum non probat, *l.* 2. *ff. de teſtib.* ſed punitur. *l. qui falſo, vel varie. ff. eodem. titu.* Et hinc etiam eſt periurius, & conſtitutus inter diuerſa iuramenta; & periurium repellit teſtem, intantum quòd periurus in vno, in totum repellitur, propter indiuiduitatem iuramenti. Innoc. *in ca. fraternitatis. de hæreticis.* Bal. & Doctor. *in l. ſi ex falſis. C. de tranſactio.* Aym. *conſ.* 6. *num.* 14. Nec huiuſmodi periurium purgatur per torturam. Aymon. *d. conſ.* 6. *nume.* 16. *&* 48. Ruin. *conſ.* 146. *nume.* 4. *volum.* 5. Roland. *conſ.* 98. *nume.* 19. *vol.* 4. Nec refragatur, quod dicunt Boſſ. & Clar. quod de conſuetudine hoc non ſeruatur; tum quia intelligi debēt de conſuetudine Mediolani, & ita in terminis declarant Roland. *conſ.* 94. *num.* 20. *cum ſeq. & conſ.* 98. *num.* 22. *vol.* 4. Burſat. *conſ.* 239. *nu.* 13. *vol.* 4. Tum etiam, quia hoc non procedit in eo, qui patitur plures defectus, quia licet tortura habilitet ab vno, non tamē à pluribus defectibus, per ea, quæ notat Natt. *conſ.* 298. *nu.* 6. *&* 7. *vol.* 3.

15 Eſt etiam idem Hortenſius vnicus, & ſingularis, & dictum vnius, eſt dictum nullius. *c. cum dilecti. in fine. de accuſat. l. ius iurandum. C. de teſtibus.* Nec obſtat, ſi dicatur, ex quo ſumus in his, quæ ſunt difficilis probationis, teſtes inhabiles admittuntur. Salyc. *in l. ea quidem. col.* 1. *verſi. ad nonam quæſtionem. C. de accuſa.* quia hoc non procedit, quando teſtis patitur plures defectus, & exceptiones. Gram. *conſ.* 35. *nu.* 34. quia iſto caſu vnus defectus remittitur, non plures. Silu. *conſ.* 50. *n.* 4.

16 Nec etiam obſtat, ſi dicatur, quod idem Hortenſius ex alijs, qui per fiſcum adducuntur, coadiuuatur, vel adminiculatur, quia cum in totum repellatur, non poteſt ex alijs coadiuuari, & adminiculari. Marſil. *ſingular.* 554. quia quod nihil eſt, ſupplementum, vel adminiculum nō recipit. Natt. *d. conſ.* 298. *nu.* 10. & quando teſtis eſt omninò inhabilis, non poteſt ſuppleri ex teſtimonio aliorum etiam omni exceptione maiorum. Corn. *conſ.* 42. *colum. fina. vol.* 1. *& conſ.* 172. *num.* 20. *vol.* 2. Aymon. *conſ.* 9. *num.* 12. & Rolan. *late d. conſ.* 98. *nu.* 34. *&* 35. *vol.* 4.

17 Nec obſtat ſecundum, quod breue fuerit repertum pœnes ipſum, & in eius tamburro, quia res prohibita reperta pęnes aliquem, qui eſt bonæ famæ, nullum facit indicium. *l.* 2. *C. de furt.* & exemplum etiam eſt, ſi pęnes aliquem bonæ vitę & famæ reperiantur inſtrumenta apta ad cudendum falſam monetam, quod ſimiliter indicium non facit contra eum, qui eſt bonæ vitę, & famę. Marſil. *in l. qui falſum. nume.* 124. *C. de falſ.* & quoad tamburrum, ex quo præſupponitur in facto, & credimus per teſtes plenè probatū, quod alius potuit in eo immittere, ceſſat præſumptio contra ipſum Dominum B. quia poſſibili veritate in eſſe poſita; nullū ſequitur neceſſariò delictū, ſeu falſitas. Boſſ. *in tit. de defenſione reorum, nu.* 70. *& in tit. de falſ. nu.* 49. 50. *&* 134. refert, & ſequitur Becc. *conſ.* 78. *nu.* 11. *in fine.*

18 Non obſtat quartum, quod ſolius ipſius commodo, & vtilitati cedebat, quia hoc habet locū in homine malæ famæ, & deploratæ vitæ, ita notanter dixit Curt. ſen. *in conſ.* 5 *in ſ. additio.* quē refert, & ſequitur Ferran. *conſ.* 123. *nu.* 8. *vol.* 1. *in conſ. crim.*

19 Et ſic ceſſant in contrarium adducta; quod ex his Dominus B. non poſſit dici conuictus; & hic comprobatur ex eo, quod hic agitur de graui delicto; quo caſu quando agitur de graui, & maiori delicto, tantò magis requiruntur probationes luce clariores, ita notanter dixit Oldrad. *in conſil.* 210. *regulariter. in princip.* & in graui crimine etiam ex præſumptionibus violentis [k] nemo poteſt condemnari. *cap. literas. §. quo circa. de præſumption.* gloſſ. & Abb. *in capit. quanto. colum.* 1. *eodem titu. de præſumpt.* Et poſito etiam ſine præiudicio, quod in hoc ipſe eſſet conuictus, non poteſt condemnari pęna ordinaria, ſed tantum extraordinaria. Doctor. *in d. l. fin. C. de probat.* Innoc. *in d. cap. quia veriſimile. de præſumpt.* Abb. *in c. audiens. nu.* 32. *&* 33. *de præſcrip.* Bal. *in d. l. fina. ad finem. C. de probat.* Eſt gloſ. notabilis *in cap. inter ſollicitudinem. in gl. fina. de purga. cano.* latè atteſtans de cōmuni *in rub. de probat. nu.* 238. *vſque ad num.* 241. Boer. *deciſ.* 164. *nume.* 6. & Doctores præfati loquuntur in caſu, quo contra aliquem adeſſent præſumptiones, & indicia vehementiſſima, & indubitata, &c.

20 Accedat ad hoc diſpoſitio *cap. afferte. extra de præſumptio.* Vbi licet adeſſet violenta præſumptio contra illam mulierem de ſub tractione pueri, tamen Salomon eam noluit condemnare ad mortem, quæ iuſtiſſimè erat condemnanda, ſi legitimè fuiſſet probatum cōtra eam, quod filium alterius ſurripuiſſet, & ita poſt alios, quos allegat, dicit Felin. *in d. c. afferte. nu.* 6.

21 Et poſito etiam ſine præiudicio, quod idem D. B. voluiſſet aptare, reficere, & accommodare dictum ſigillum aliqualiter ſuppreſſum, tamen videtur contra ipſum non poſſe tractari ſaltem de pœna ordinaria; & ſic quod nec etiam habeat locum diſpoſitio *d. capit. ad falſariorum*, quia aliquid reficere, vel reaptare, non eſt propriè de nouo facere, ſed impropriè; & hinc eſt, quod ſi ex forma ſtatuti de inſtrumento ſoluatur gabella, non procedit ſi inſtrumentum reficiatur. Anto. de Butr. *in c.* 3. *per illum textum, de Iudæis*, & hinc eſt etiam, quod actus, qui non poteſt à principio fieri ſine licentia Principis, poteſt tamen refici ſine eius authoritate, vel licentia. glo. eſt notab. *in cap. cum acceſſiſſent. in glo. fina.* & ibi Doctor. *de conſtitut.* refert, & ſequitur, ac alia adhæc allegat Iaſon *in l. prima. §. ſi quis ædificium. in principio, per illum textum. ff. de nou. oper. nunciatio.*

22 Nec obſtat exemplum de Archiepiſcopo Cuſentino, qui ob falſitatem Breuium dicitur priuatus, & combuſtus, quia non eſt iudicandum exemplis, ſed legibus, etiam Principum, ſed legibus; vt tradūt Doctor. *in l.* 3. *per illū textum. C. de legib.* & notatur *in l.* 1. *de conſtit. Princip.* & dicit Alex. *in conſ.* 150. *nu.* 6. *vol.* 6. & Pariſ. *in conſ.* 31. *nu.* 17. *vol.* 1. & quando

quando Princeps contra ius etiam cum cogno gnitione ferret ſniam, non faceret ius generale, ſed ſolum in cauſa, in qua lata fuit, ſeruaretur, vt iurium correctio euiteretur; & quia non eſt credendum, Principem vnica ſnia obſeruationem legalem velle euerti, *l. ſi quando. C. de inoffic. teſtam.*

23 Præterea, & ſecundo, præſuppoſito, prout præſupponitur in facto, quod Dominus Archiepiſcopus Cuſentinus, committens plures falſitates in literis apoſtolicis, pluries fuiſſet monitus ab Alexandro Sexto, & non obſtantib. monitionibus, continuaſſet in falſificando dictas literas, prout quingentas, & vltra falſificaſſe dr, merito pp reiterationem potuit iuridice, vt præmittitur, damnari, tñ hoc ideo fuit, quia erat reiteratio delictorũ, & ita aggrauat, & operatur, quod delicta non capitalia efficiuntur capitalia, vt notanter dixit Bar. *in l. vnica. C. de superexact. lib. 10.* præſertim, quando quis fuiſſet monitus, vt videtur ſentire tex. *in d. l. vnica, & ibi ſi in eiſdem ſceleribus perſeueret*, & ibi glo. in verbo, *perſeueret*, dicit ſæpius faciendo; ſubdens, ſed ſi ſemel tantum id admiſerit, tũc extra ordinem puniri debet, vt declarat eadem gl. in verbo, *perſeueret, in fine.*

24 Accedat ad fauorem ipſius Domini B. quod ipſe primo tormento funis, & ſecundo tormẽto vigiliæ tortus fuit, in quibus tormentis etiam ſuper præmiſſis criminibus dicitur interrogatus, & tortus; & cum perſtiterit in negatiua, dicũtur purgara indicia, etiam violenta, & probationes debilitatæ; adeo quod ſaltem pœna ordinarja, ſi conuictus fuiſſet, non poſſet puniri.

L A V S D E O.

Reſponſum Franciſci Ciceronis in eadem cauſa.

25 ADSIT DEVS. Dominus B. ex ablatione annuli piſcatoris, facta ſanctiſſimo Domino noſtro, vt breue ſigillaret, quod tamẽ, ab alio ſuperuentus, & impeditus, non ſigillauit, non poteſt tanquam falſarius puniri, cum non dicatur Breue Apoſtolicum, niſi annulo piſcatoris ſigillatum, ac ſigno ſecretarij ſubſcriptũ fuerit, vt per Rebuff. *in prax. benef. in titu. de Breu. Apoſtolic. nu. 5. verſic. aliud eſt breue.* facit quod dicit Afflict. *deciſion. 21. poſt nu. 4. & 12.* dicens, literas Regis non dici illas, quæ eius ſigillo non fuerint ſigillatę; quia tunc vere quis, tanquam falſarius, puniri poteſt; ſic in propoſito idẽ de breui Apoſtolico dicendum eſt, ſi illud ſigillauit, vt in terminis voluit Dec. *in conſ. 175. verſi. quinta falſitas arguitur. poſt nu. 4.* Si vero impeditus, ſeu detectus non ſigillauit, pœna extraordinaria, iudicis arbitrio, puniendus venit, iuxta dicta per Grammat. *deciſ. 74. verſus finem*, & Menoch. *de arbitr. caſu 360. nume. 65. verſicu. decimus eſt caſus*, & voluit in terminis volentis ſigillare literas Regis, & nõ ſigillantis, Afflict. *d. deciſ. 21. per totam.* Quæ quidem pęna debet eſſe pecuniaria, & non corporis afflictiua; nam quando pro delicto veniret imponenda pęna mortis, & ex aliqua cauſa minoranda eſſet, tunc talis pęna minorata non debet eſſe corporalis, ſed pecuniaria, vel alia, quæ non ſit corporis afflictiua. Gram. *conſi. 36. nu. 27. conſ. 39. nu. 4. & 12. voto 5. num. 3. & voto 33. num. 14.*

26 Immo cum dictus Dominus B. fateatur ſe ex conſilio Domini G. Secretarij dictum Annulũ à Sanctiſſimo Domino noſtro accepiſſe, vt Breue ſigillaret, idque etiã in tortura, quæ loco teſtiũ ſeu probationum habetur, ſecundum Crauet. *in conſi. 35. num. 20. volum. 1.* & Boſſi. *in tit. de confeſ. poſt nu. 56.* ſuſtinuerit, excuſatur ab omni pœna; nam à pœna excuſatur, qui credidit amico, vel fide digno. Bar. *in l. fi. ff. de here. inſtituen.* Crauet. *conſi. 319. nu. 14. lib. 2.*

27 Necminus poteſt dictus Dominus B. vt falſarius puniri, ſub pretextu, quòd ſigillum ex vno Breui reiecto extractum, fuerit ab eo immiſſum in aliud Breue, inſcio Sanctiſſimo Domino noſtro; nam reſpondetur, ꝙ cum Dominus B. non habuerit, niſi duo Breuia in manibus, vnum ſcilicet ſcriptum ſecundum minutã Illuſtriſſimi Domini Cardinalis Lãcellotti, & aliud ſibi traditũ à Domino G. cum ſigillo ſuppreſſo, & ſic dictũ primum Breue non habuerit præ manibus, atq; id eſſe verum, in tormentis ſubſtinuerit; non poteſt dici, quod extraxerit ſigillũ ex dicto primo Breui, quod præ manibus non habuit, & illud in vltimo Breui immiſerit; ſed potius, quod dictum vltimum breue cũ ſigillo ſuppreſſo, fuerit ſibi à dicto G. traditum; tortura enim ſuccedit loco teſtium, ſeu probationum, iuribus ſupra adductis. Confirmantur præfata ex depoſitionibus dicti G. in primo, ſecũdo, & quarto examinibus, ac ẽt in confutatione cum Dom. B. aſſerentis tradidiſſe dictum Breue D. B. cũ ſigillo præfato ſuppreſſo, cui tanquam deponenti de facto proprio, eſt credendum. *l. quæro. §. fina. ff. de ædil. edict.* Pau. de Caſt. *in l. ſeruus. C. de teſtibus, & in l. quicunque. in fine. C. de ſeru. fugit.* Salicer. & Bald. *in l. ſi quis decurio. in 4. oppoſ. C. de falſ.* Tiraq. *in tract. de vtroque retract. §. 1. gl. 14. num. 47.* cum alijs ſeq. & ita iudicaſſe Sacrum Conſilium Neapolitanum, refert Afflict. *deciſ. 369. nu. 6.*

28 Secundo adiuuantur præfata ex depoſitione Domini Petri Nauarræ, aſſerentis ſe tradidiſſe D. Hortenſio Procuratori D. B. cartã albã ſignatam annulo piſcatoris, non ſuppreſſo cum cordone, vt cum ea conueniret Dominũ Antoniũ ſcriptorem, qui ſecundum eius minutam Breue deſcriberet; cui etiam deponẽti de facto proprio eſt credendum iuribus præfatis; & ſic veriſimile eſt, dictã cartam perueniſſe ad dictum Antoniũ ſignatã dicto annulo piſcatoris, prout ſibi tranſmiſſa fuit, & dictus G. etiam in primis examinib. deponit, & illum in dicta carta dictum Breue deſcripſiſſe, abſque eo, quod pecunias in emendo aliam cartam expenderet; veriſimilitudo enim multum attenditur in probationibus. *l. cum de ætate. ff. de probat.* & coadiuuat ſaltem aliam probationem, iuxta notat. per glo. *in l. 2. in verbo, legitimus, ff. de excuſat. tutor.* facit *capital. cum cauſam. cum ibi notat. de probat.* quæ enim non proſunt ſingula, multa collecta iuuant, iuribus præallegatis,

gatis, *& in l. inſtrumēta, cum gloſſ. C. de probationib.*

29 Non obſtat dictum G. in tortura dixiſſe, dictū Breue fuiſſe ſcriptum in quadam carta alba abſque ſigillo; nam cum in tot præcedentibus eius examinibus interrogatus de ſe, & de dicto B. ſemper depoſuerit, dictum Breue cū ſigillo ſuppreſſo tradidiſſe, licet contrarium poſtea dixerit in tot mentis, ſtandum eſt primæ eius depoſitioni ſine tormentis. Bar. *in l. 1. §. quæſt. ff. de q.* Dec. *in conſi. 375. nu. 8. & in conſ. 189. ſub nu. 12.* Boſſi. *in tit. de par. ſuppoſ. nu. 18. & in tit. de oppoſ. poſt nu. 1.* Anton. Gab. *in tit. de crim. concluſio. 26. num. 4. verſ. limit.* Menoch. *de arbitr. caſu 118. nu. 15. verſ. declaratur primo.* præſertim cum eius primam depoſitionem in ſecundo, & quarto examinibus, ac etiam in confrontatione cum d. B. confirmauerit. Dec. *in d. conſi. 189. nu. 12.*

30 Non obſtat depoſitio Domini Antonij ſcriptoris, aſſerentis, ipſum deſcripſiſſe dictū Breue ſecundum minutam illuſtriſſimorum Cardinalium Sacræ Conſultæ, in carta alba, non habēte ſigillum ſuppreſſum, & in ea appoſuiſſe ceram, & ſic illam tradidiſſe D. G. Nam reſpondetur, nullam eſſe fidem adhibendam Domino Antonio; & primo, quia cum hoc ſit indicium remotū ab ipſo delicto, amouēdo ſigillum ab vno Breui, & illud immittendo in aliud Breue, & non probetur per alium teſtem, niſi per ipſum Antonium ſolum, illud tradidiſſe D. G. cum cera ab eo appoſita, abſq; impreſſione ſigilli ſuppreſſi, credendū nō eſt; inditium enim remotum duob. teſtib. eſt probandum, cum vnicus, & ſingularis nō faciat aliquod indicium. gl. *in l. fi. C. fam. ercif.* Alex. *conſil. 23. nu. 18. vol. 1.* Bal. *conſi. 515. nu. 2. vol.*

31 Secundo quia cū ex depoſitione Domini Petri teſtes Curiæ, cui credendum eſt ad plenam probationem. *l. ſi quis teſtibus,* & ibi communiter Doctor. *C. de teſtibus.* Anton. Gabrel. *in titu. de teſtibus concluſio. 1. poſt nume. 14.* probetur fuiſſe tranſmiſſam Domino Antonio cartā annulo Piſcatoris ſignatam, vt in ea dictum breue deſcriberet, non eſt veriſimile, quod voluerit iactare pecunias in emptione alterius cartæ, in qua deſcripſerit dictum Breue; & quod non eſt veriſimile in genere, nunquam præſumitur factum, licet ſit poſſibile. Bal. *in l. fina. C. de hæred. inſtituen. in 7. oppoſ.* Curt. iun. *conſ. 178. nu. 6. & ſeq.* Felin. *in cap. auditis. nu. 23. de præſcrip.* pręſertim, cū talia præſumātur eſſe facta ſubſequuta, qualia prædicata demonſtrant. *l. 3. vbi Bar. ff. de fund. inſtruc. l. qui vinum. ff. de trit. vin. ol. leg.* Crauet. *conſ. 35. nu. 16.*

32 Dicitur ēt, quòd cum Dñs B. præfata in tormentis ſubſtinuerit, perinde eſt ac ſi plene probaſſet, p̄fata vera fuiſſe, & eſſe; tortura enim ſuccedit loco teſtium, & probationum, in iuribus præcitatis. Neque obſtat Dominum B. fuiſſe tortum cum proteſtatione in forma; nam cum fuerit in prima tortura, ei per horam illata, interrogatus ſuper dicto primo Breui reperto in eius tāburro, ac etiam ſuper amotione ſigilli à dicto primo Breui, & illius immiſſione in vltimo Breui ſibi tradito à dicto Domino G. & ipſe conſtanter ſemper dixerit, nunquam vidiſſe breue aſſertum inuentum in eius tamburro, nec illud Hortēſio Procuratori dediſſe, nec ab eo ſigillū amouiſſe, ſed habuiſſe dictū vltimum Breue à dicto G. cū ſigillo aliquantulū ſuppreſſo, vt ex proceſſu clare colligitur, dum ibi dicitur, *io non ho viſto mai il Breue, che dite eſſer ſtato trouato nel tāburro,* & Domino dicente, non eſſe veriſimile, illud non vidiſſe, cum illud repertum fuerit in eius tamburro, quod clauſum tenebat claue, & Hortenſius aſſeruerit ab ipſo ſibi datum, & illud deferret Franciſco Sellari; Reſpondit, *non è vero, io non l'ho dato ad Hortenſio*; & inferius dicitur, *quell' altro Breue che mi dette G. mi lo dette nel modo, ch'io lo diedi al Cardinal Datario, & io non hò leuato, ne tocco ſigillo, hauendomi detto, che quell' altro Breue, che mi haueua dato, era ammaccato vn poco il ſigillo, io per aſſettarlo pigliai l' Anulo Piſcatorio*; & ſic clarum eſt ex præmiſſis, d. B. fuiſſe examinatum ſuper principali prętenſo delicto Breuis reperti in eius tamburro ac illius ſigilli amotione, & translatione in vltimo Breui, & receptatione dicti vltimi Breuis cū ſigilli ſuppreſſione, & ipſū negaſſe vidiſſe dictū primum Breue in eius tamburro, & illud Domino Hortenſio tradidiſſe, & ab illo ſigillum amouiſſe, & in aliud vltimum Breue immiſiſſe, ſed affirmaſſe dictum vltimū Breue à Domino G. cū ſigillo ſuppreſſo habuiſſe; vnde cū Dominus iudex proſequendo dictum examen dicat, & admoniente Domino, vt ſuper negatis per ipſum omiſſis, tot ſubterfugijs veritatem dicat, & præcipuè ſi ſuper amotione ſigilli à primo Breui, & annexione eiuſdem in vltimo Breui aliquis alius interuenerit, & quinam ſibi perſuaſerit, vt in dicto vltimo Breui apponerentur verba illa, citata parte, pro habenda confeſſione, & complicibus, &c. D. B. reſpondit, *io ho detta la verità, non poſſo dire altro*; dicitur reſpondiſſe dixiſſe veritatem ſuper ſuperius ab eo negatis; & ſic ſuper principali prętenſo delicto; & cum poſt decretum de torquendo pro habenda oris proprij confeſſione, ac vlteriori veritate, ac præſertim ſuper complicibus, & cum proteſtatione, & poſtquam fuit funi alligatus per Dominū Iudicem fuerit monitus ad ingenue confitendū ea, quæ per ipſum negata fuerunt, ſtantibus tot violentiſſimis pręſumptionibus; & ipſe reſpondit *io non poſſo dir altro, che quello, che ho detto,* & in funem eleuatus dixerit, *io ho detta la verità, l'ho detta al Papa,* & interrogatus, quomodo audeat dicere, non habuiſſe primum breue inuentum in eius tāburro, cum illud tranſmiſerit Domino Franciſco Sillario, vt inde minutā extraheret, &c. & ipſe reſpondit, *io non l'ho viſto detto Breue, & non ne ſò niente,* & pluries per dominum monitus ad veritatem dicendam ſuper negatis ab ipſo, ac ingenue procedendum, reſpondit *io ho detta la verità io l'ho detta*; non eſt dubium, quod ſuper principali prætenſo delicto ab eo ſuperius negato, fuit tortus; ex præcedentibus enim ab ipſo negatis, declarātur reſponſiones præfatæ ſubſequentes. *l. ille aut ille. ff. de leg. 3.* Crauet. *conſi. 9. numero 32.* immo ſi reſponſiones præfatæ eſſent ambiguæ, ex præcedentibus interrogationibus eſſent ambiguè interpretandæ. Cæ-

Digitized by Google

dæ.Cæphal.*conſi.* 39.*nu.* 10.Corn.*conſi.* 101.*num.* 13.*vol.*2. adeo, quod dicta proteſtatio tanquam contraria facto, nihil operatur, & dicitur purgaſſe indicia contra eum laborantia; torturæ enim effectus eſt, vt per eam purgentur non ſolum indicia, ſed etiã plenę probationes. *l. edictum Diui Auguſti*, & ibi Albe. & Marſi. *ff. de q.* Boſſ. *in tit. de confeſſ. nu.* 28. *& in tit. de confeſſ. per tortur. nu.* 26. Marſi. *in pract. crim.* §. *quoniã. nu.* 42. *& ſingul.* 262. Cæpoll. *conſi.* 36. *nu.* 20. vbi dicit, ita vidiſſe ſeruari Veronæ. Grammat. *conſi.* 64. *nu.* 10. Quod procedit, etiam factis proteſtationibus per iudicem torquentem, Gram. *deciſ.* 96. *num.* 2. Boſſ. *in tit. de confeſſ. numero* 29. *& in titu. de ſentent. numero* 70. Bertaz. *conſilio* 53. *numero* 24. *& ſeq. & conſil.* 209. *nu.* 12. *vol.* 1. *& in conſi.* 266. *nume.* 1. *&* 2. *volum.* 2. nam ex purgatione ipſa per torturã cenſetur puram veritatem dixiſſe. *d. l. edictum*, vbi gloſſ. & Albe. Gram. *dict. deciſio.* 96. *num.* 2. Bertaz. *d. conſi.* 266. *num.* 3. *conſi.* 427. *num.* 1. hanc eſſe communẽ obſeruantiam, & communiter totum mundum ita tenere, & ſeruare, dicunt Doctores relati per Iul. Clar. *in pract. crim. q.* 64. *ver. illata reo tortura. nu.* 38. proteſtationes. n. quæ factę fuerint per iudices, qui non intendunt reum torquere, ſuper quib. extant plenę probationes, vel ſuper quib. ipſe reus conuictus, vel confeſſus fuerit, operantur, vbi reus interrogatur ſuper alia materia, quã ſuper ea, de qua confeſſus, vel conuictus eſt; aliter ſi ſuper delicto interrogatur, huiuſmodi proteſtationes, tanq̃ contrariæ facto, nihil operantur. Boſſ. *in d. tit. de confeſſ.* 29. Gram. *d. deciſio.* 36. *nu.* 2. Bertaz. *conſi.* 333. *nu.* 7. ideo idem Boſſ. *in tit. de indit. nu.* 129. *& ſeq.* dicit, quod quando iudices confeſſum, vel conuictũ de crimine torquẽt, ſi proteſtantur, nolle eum torquere ſuper confeſſis, & conuictis, ſed tantummodo interrogare ſuper alijs delictis, cauere debeant, ne eum interrogent ſuper confeſſis, & probationib. Nam per huiuſmodi interrogationem factã à proteſtatione recedit, vt tradunt communiter Doctores *in l. nõ ſolum.* §. *morte. ff. de nou. oper. nunciat. & in cap. cum M. Ferrarien. de conſtit.* Simanc. *in tracta. de heret. in tit. de proteſtatio. nu.* 7. Cæphal. *conſi.* 222. *nu.* 14. *vol.* 2. Quinimmo, quando reus de tortura de cõplicibus interrogatur, præmiſſa dicta proteſtatione, ſi fuerit ſuper principali delicto interrogatus, vel fuerit à notario ſcriptum, & aduerſus interrogationem iudicis, reus reſponderit ſuper ipſo delicto principali, de quo eſſet conuictus, ac etiam condemnatus, à proteſtatione facta receſſum dicitur; nam cum iudici ſtandum non ſit, quid in interrogatione comprehẽdit. *c. quoniã contra. de probat.* Maſcard. *in tract. de probat. concl.* 949. *volum.* 2. ſi reſponſio ſequuta fuerit de ipſo delicto, de illo reum fuiſſe interrogatum, dicẽdũ eſt; reſponſio enim dicitur eſſe conformis interrogationi, & talis ſequuta dicitur, qualis interrogatio præceſſit. §. *præterea. inſt. de inutil. ſtip.* Natt. *conſ.* 89. *nu.* 22. *vol.* 1. Grat. *conſi.* 81. *nu.* 42. *lib.* 2.

33 Et ideo cum Dominus B. fuerit per plures vices interrogatus, & monitus, ad dicẽdum veritatem ſuper negatis, & ipſe reſponderit, *io ho detta la verità, non poſſo dir' altro, che quello, che hò detto;* dicitur reſpõdiſſe veritatem ſuper principali delicto, quod ſuperius negauerat; præſertim cũ ex illa interrogatione facta ante torturam illatam, videlicet, & admonente Domino, vt ſuper negatis per ipſum, omiſſis tot ſubterfugijs, veritatem dicat, & præcipue, ſi ſuper amotione ſigilli à primo Breui, & annexione eiuſdẽ in vltimo Breui, aliquis alius interuenerit, & ex alijs ĩterrogationibus ſimilib. factis in tortura appareat clare, ipſum fuiſſe interrogatum ſuper principali delicto per ipſum negato, & non ſuper complicibus; dictio enim, pręcipue, eſt implicatiua pręcedentiũ. *l. fin. C. de his qui ven. æta. imp. &* §. *cum autem. in Auth. de lenoni.* & eſt ſenſus, quod licet iudex moneatur ad reum torquendum, principaliter pro habendis complicibus, & perſuaſoribus ad delictum committendum, tamen illum etiã torquet ſuper principali delicto negato, cum dictio, præcipue, ſit implicatiua præcedentium, iuribus præfatis, ſicut etiam dicitur de dictione, maxime, vt per Pariſ. *conſi.* 65. *nu.* 19. *vol.* 1.

34 Et præfata multo magis procedere debent, cũ D. B. poſt dictam torturam in eum illatã, fuerit etiã denuo in funem eleuatus, tortus per tertiã partem vnius horæ, & poſtmodum incontinẽti acerrime tortus vigiliarum per octo horas, etiã cum ſquaſſibus, & in negatiua perſtiterit; & licet dicta tortura vigiliarum, & funis inſimul fuerit illata pro habendis complicibus, tamẽ cum fuiſſet alias tortus, etiam pro complicibus habẽdis, non poterat dicta tortura in eum reiterari; tortura enim pro habẽdis complicibus, debet eſſe moderata, vt dicit Igne. *in l. & ſi certus. num.* 10. *ff. ad ſilla.* Sequitur Clar. *d. q.* 64. *verſi. veritas eſt in fine*, & quidem leuis, & non reiterata, cum tunc vti teſtis in alios torqueatur. Boſs. *in tit. de mandato ad homicid. num.* 31. & ſic non poterat excedere ſpatium dicendi vnum, Miſerere, cum leuis tortura dicatur, quando quis torquetur per ſpatium dicendi, Aue Maria, vel Pater noſter, vel vnum Miſerere, deinde deponitur abſque aliquo impulſu, quaſsatione, vel tractu cordæ, vt dicit Grill. *in tract. de tormen. ver. quarto nunc videndum eſt. nu.* 4. *&* 5. præſertim cum dictus Dominus B. ſit ſacerdos; idcirco mitius torquẽdus erat quàm laycus; tum propter periculum excommunicationis, ſi forte modus quaſsationis excedatur; tum ẽt propter dignitatẽ ſacerdotis, cui ſumma ſemper, & vbique reuerentia debetur, vt per multa iura dixit Sima. *in tract. de here. in tit. de torment. c.* 65. *num.* 49. & eſt communis opinio, vt teſtatur Abb. *in c. cum in contemplatione. poſt num.* 6. *de reg. iur.* & Iul. Clar. *in d. q.* 64. *poſt nu.* 24. *in fine.*

35 Et tortura non poteſt reiterari neque in laicum, ſuper principali delicto, etiam, vbi prima indicia fuerint multum vrgentia, & manifeſta; niſi fuerit prima vice leuiter tortus, vt de conſuetudine ſeruari, & practicari teſtatur Bart. *in l. vnius.* §. *reus. nu.* 2. *ff. de quæſt.* ſequitur Salicet. *in l.* 2. *C. de cuſtod. reorum.* Socin. *conſi.* 54. *nume.* 14. *voto* 3. Grammat. *conſi.* 20. *poſt nume.* 5. Iul. Clar. *d. quæſt.* 64. *verſi. vltimo videndum eſt. poſt num.* 46. Grill.

in loco

in loco præallegato, vbi etiam ſubdit, ſemel iſto modo leuiter tantum poſſe ex eiſdem indicijs ſecunda vice repeti in tormentis, quotieſcunque contra reum militant legitima indicia, ex quibus de iure torqueri poterat, ſequitur Iul. Clar. *d. q. 64. poſt num. 46.* ſubdens, quod in hoc omnes conueniunt, vt repeti poſſit, vel non poſſit, ſecundum qualitatem indiciorum præcedentium, & quod ſæpe ſic faciunt boni aſſeſſores, quia incipiunt à leui tortura; & ſi ex ea habent veritatẽ, bene quidem; aliàs eam repetunt; vnde cum tortura pro habendis complicibus non poſſet contra Dominum B. reiterari, & fuerit tam acerrime, [m] etiam cum ſquaſſibus reiterata, concludendum eſt, dictum tormentum vigiliarum, ac funis inſimul in eum illatum ſolum ex eo, quia contra eum non erat probatum ſufficienter, vt poſſet haberi confeſſio ſua, vel vt purgarentur indicia contra eum laborantia, vt inſimili dicit Cæpol. *conſi. 32. poſt nu. 19. verſi. nec poteſt dici, &c.*

36 Nec vis aliqua eſt facienda in depoſitione dicti Do. Hortenſij procuratoris, aſſerentis vidiſſe Dominum B. quodam temperino amouiſſe ſigillum anuli piſcatoris à primo Breui, & illud immiſiſſe in vltimo Breui ſcripto, abſque ſigillo anuli piſcatoris; & dicta Breuia repoſuiſſe intus tāburrum; nam reſpondetur, nullam eſſe ei fidem adhibendam; & primo, quia cum ipſemet fateatur, ſe eſſe male ſatisfactum de dicto B. ei tanq̃ odioſo, & inimico non creditur, ẽt vbi ageretur de probando crim. læſ. maieſt. Bar. *in l. quaſt. ff. ad l. Iul. maieſt.* Crot. *in trac. de teſtib. poſt num. 47. in 3. par.*

37 Secundo quia, cum in eius examinibus fuerit, & ſit varius, & ſibi ipſi cōtrarius, ei non creditur. Grammar. *conſi. 44. num. 10. & conſi. 59. nu. 6.*

38 Tertio, quia cum faciat ſe criminis ſocium, & participem, nihil probat cōtra D. B. ſociũ eiuſdẽ criminis ẽt in caſibus exceptis, nã eius dicto non ſtatur, etiam mediante tortura, ad faciendũ indiciũ, vel qualem præſumptionem. gl. & Salic. *in l. fi. C. de accuſ.* ẽt ſi perſona ab ipſo nominata, eſſet malæ conditionis, & famæ, quia propter talẽ nominationẽ non poterit torqueri, Guid. de Suza. *in tract. malef. in rub. qualiter reus ſubijciatur.* Ang. de Arimin. *in addit.* ad Ang. *in tract. malef. in verbo, fama publica, col. 2.* Alc. *conſi. 127. in fine. vol. 4.*

39 Et etiam ſi eſſent plures confitentes de nominato, vt *in l. manus. de q.* ſed vbi talis nominatus eſt bonæ famæ, talis nominatio non operabitur quicquam, vt per Gram. *conſ 35. nu. 23. 24. & 25. & conſi. 56. nu. 5.*

40 Et licet ſocio criminis inculpato, ſeu nominato, in caſibus exceptis, cōcurrentibus alijs adminiculis, ſeu indicijs, faciat idem ſocius indicium ſufficiens ad torturam contra nominatum, Grã. *conſi. 21. nu. 11.* tamen ſi probetur odioſus, & inimicus, non facit indicium ſufficiẽs ad torturam contra eum; ſocius enim criminis ſi probatur inimicus, non probat contra ſocium, Gramm. *conſi. 38. num. 13.*

41 Præterea cum fuerit ſuper ipſo delicto per horam tortus, abſque eo, quod in tormentis tã acerrime repeteretur, dicitur pluſquã ſufficienter tortus, & indicia purgaſſe, iuribus pręcitatis; pręſertim, cum ex depoſitione teſtis etiam de viſu, qui nõ ſit omni exceptione maior, & ſimilibus ſuſpicionibus, & indicijs nõ plenis, etiam, vbi reus eſt valde ſuſpectus, non poſſit, niſi leniter, per ſpatiũ dicendi Aue Maria, vel Pater noſter, vel vnum Miſerere, abſque aliqua ſquaſſatione, torqueri, dicit Grill. *in loco præallegato.*

42. Vltimo dr̃, quod iſtud prætenſum inditiũ remotũ, quod dictũ primum Breue fuerit inuentũ in eius tamburro, dr̃ ex vnica tortura purgatum, nec repeti poterat. Alex. *conſi. 5. num. 5. vol. 1.*

43 Nec aliud poterat operari dicti Breuis inuentio penes ipſum, niſi indicium ad torturam, ſi homo malæ famæ fuiſſet; quod tñ in homine bonæ famæ non eſt dicẽdum, vt eſt cõis opinio, de qua teſtatur Pract. Corrad. *in tract. de Prætor. §. 3. de offi. prætor. in cau. crim. in rub. de furib. poſt nu. 6.*

44 Nec obſtat eiuſdem Hortenſij depoſitio, aſserentis, Do. B. ſibi extraiudicialiter faſsum fuiſse, Dominum G. dediſse ei dictum vltimum breue, cum cera, & cordone, abſque impreſſione ſigilli: nam reſpondetur, ei non eſſe fidem adhibẽdam, cum ſit vnicus, & ſingularis in eius dicto; & confeſſio extraiudicialis, tãquam indicium remotũ, ſit probanda per duos teſtes conteſtes de loco, & tempore; alias nihil releuat. Foller. *in pract. crim. in rub. & ſi confitebuntur. in princ. in 2. p. 3. p.* Et præterea dictus teſtis reijcitur rationibus, & iuribus proxime dictis, ac per torturam præſatam purgauit indicia, quæ contra eum extabant.

45 Neque obſtant depoſitiones eiuſdem Hortẽſij, aſſerentis vidiſse dictum primum Breue ſigillatum abſque aliqua ſuppreſſione jn manib. Domini G. abſque illius ſubſcriptione Domini Iacobi Laurentij ſcriptoris, aſserentis ipſum ex dicto primo Breui extraxiſse minutam vltimi Breuis, & illud primum Breue eſse ſignatum anulo piſcatoris, & nunc reperiri abſque dicto ſigillo eiuſdem Hortenſij, aſserentis, ipſum habuiſse à Domino B. dictum primum Breue ſigillatum, & nõ ſuppreſsum, vt inde extraheret minutam, ad effectum conficiendi aliud Breue cum clauſula, citatis citandis, & ſeruatis ſeruandis; & dicti G. aſserentis ſe ſigillaſse dictum primum Breue cũ anulo piſcatoris, ſed illud non ſubſcripſiſse; & Domini Antonij, aſserentis ſe appoſuiſse ceram cum cordone in dicto primo breui, & hodie dictã ceram cum cordone in eo non reperiri; nam reſpondetur primo Dominis Hortenſio, & G. nõ eſse contra dictũ D. B. fidem adhibendam ſuper pręmiſſis, rationibus, & iurib. ſuperius allegatis; nec alij tres prænominati aliquid deponunt cōtra eum; licet enim viderint dictum primum breue ſigillatum, tamen non ſequitur, fuiſse ſic ſigillatum dicto Domino B. traditum, vel ei fuiſse aliter traditum; probatio enim debet neceſsario cõcludere, cum non probet hoc eſse, quod ab eo contigit abeſse. *cap. in præſentia. de proba. l. neque natales. C. eod. titu. l. non hoc. C. vnde cognat.* præſertim in crimine falſi, in quo probatio magis ſtricta, & concludens requiritur, quàm in alijs criminibus. Grammat. *conſi. 30. num. 3.* Secundo

dicitur,

Google

dicitur, quod cum Dominus B. in tormentis ſibi acerrime illatis, ſubſtinuerit, ſe nunquam vidiſſe dictum primum Breue, cenſetur puram veritatẽm dixiſſe, iuribus præallegatis.

46 Sed dato abſque veri præiudicio, quod dictus B. ex dicto ptimo Breui ſigillũ amouerit, & illud in dicto vltimo breui immiſerit, & in amotione, & immiſſione fuerit aliqualiter ſuppreſsũ, & fractum, ita quod nauicellæ ſignum non appateat, & indigeret noua impreſſione, & ad hunc effectũ abſtulerit Sanctiſſimo Domino noſtro anulum piſcatoris, tamen non poſſet, vt falſarius puniri; nam cum dictum ſigillum eſſet ſuppteſſum, nec integrum, & propterea noua ſigillatione indigeret, vt ex depoſitionibus dictorum Dominorum G. Antonij ſcriptoris, ac Hortenſij colligitur, ſigilli falſitas in eo conſiderari non poteſt, cum non dicatur ſigillum authenticum, ſi literæ non ſunt legibiles, vel non eſt integrum. Abb. *in capit. inter dilectos. ſub num. 3. de fid. inſtrument.* ſi enim literæ ſigilli legibiles omnes non ſunt, vel legantur ita paucæ, quod neceſſariò non concludunt, ſigillum eſſe illius, cui aſcribitur, vel ſculpturæ ſunt conſumptæ, nec aliter poteſt certificari, cuius ſit illud ſigillum, vel ſi ita fractum ſit, vt colligi non poſſit, cuius ſit ratione ſigni, vel ſigillum eſt corruptum, aut non benè apparet, dictum ſigillum fidem non facit. Abb. *in d. cap. inter dilectos. numero* 4. Menoch. *de arbitr. caſu* 113. *nume.* 12. *& ſeq.* Crauet. *conſi.* 46. *numero* 6. *&* per conſequens in eo falſitas conſumata, & perfecta conſiderari, vel puniri non poteſt, cum nemini nocere poſſet, ſicut dicitur de ſcriptura priuata, vt per Crauet. *dict. conſi.* 46. *num.* 5. *&* 6. Afflict. *de cta deciſio.* 21. *nu.* 12. & non ſufficiat præparatio, & conatus ad ipſa delicta, vt per Crauet. *d. conſi.* 46. *nu.* 2. Afflict. *d. deciſ.* 21. *per totam.*

47 Secundo dicitur, quod cum dictum vltimum Breue nõ ſit manu Secretarij Apoſtolici ſubſcriptum, & ſic in forma Curię cõſueta expeditum, quam facit, ad tradita per Rebuff. in loco pręallegato, & Socin. *in conſi.* 12. *ſub nu.* 24. *vol.* 1. Lancellot. Corrad. *in temp. omn. iudic. lib.* 1. *capit.* 1. *de temper.* §. 4. *de præſtant. & pot. imper. verſ.* 6. *poſt nu.* 2. & per conſequens cum huiuſmodi falſitas alicui

n nocere [n] non poſſit, non poteſt dictus Dominus B. ex ea puniri; falſitas enim, quæ nulli nocet, non facit conficientem puniri pœna legis Corneliæ de falſis. Alex. *conſilio ſeptuageſimoquarto, columna quarta, verſ. & licet ſcripſiſſet. vol.* 1. Afflict. *d. deciſ.* 21. *poſt num.* 12. *& ſeqq. &c.*

48 Tertio dicitur, quod cum dictum vltimũ Breue videatur continere ipſius iuſtitiam, potiuſquam gratiam, ex illa clauſula, citatis citandis, & ſeruatis ſeruandis, nõ poteſt tanquam falſarius puniri; ſola enim falſificatio literarum iuſtitiæ, quæ ſint modici præiudicij, ſine vſu non obligat quem ad pęnam falſi. Anton. de Butr. *in cap. accedens, num.* 3. *de crim. falſ.* Boer. *deciſ.* 82.

LAVS DEO.

Reſponſum Lentuli Cappelli in eadem cauſa.

49 ADSIT DEVS. Ex toto percunctato proceſſu D. G. non conſtat, neque conſtare creditur aliquod doloſum, quod in delictum tendat, & quod dolum ſapiat; quibus ita pręſuppoſitis, non venit de pęna quærendum, ſed an ſit crimen, quia lex quælibet, ſiue communis, ſiue municipalis, imponens pœnam delicto, intelligitur tamen, ſi doloſè fuerit commiſſum. Bart. *in l.* 1. §. 1. *ff. qui accuſ. non poſſ.* Salyc. *in l. penul. C. de ſicar.* Dec. *conſi.* 9. Alex. *conſi.* 119. *lib.* 7.

50 Et ad hoc, vt dolus ꝓbetur, probationes, ſeu præſumptiones debent eſſe multũ cõcludentes, & quæ non, niſi in malam partem, capi, & interpretari poſſint. *l. dolum.* & ibi Pau. de Caſtr. *C. de dolo.* Aym. *conſi.* 8. *nu.* 1. *& conſi.* 99. *in princ.* Marſil. *conſi.* 44. *num.* 21. Grat. *conſi.* 33. *nu.* 37. *& ſeq. conſi.* 45. *num.* 8. *& conſi.* 50. *nu.* 42. *vol.* 2.

Sed conſideratis fiſci prætenſionibus, quod nihil doloſi inſurgat, aut probetur, apparet.

Primum. n. prętendit conſultaſſe, & perſuaſiſſe Dño B. ad mouendum anulum Piſcatorium.

Secundo, quod in traditione vltimi Breuis reſpectu qualitatis eiuſdem Breuis non fuerit cum ſigillo compreſſo, ipſum traditum; & ſic contraria, & inter ſe repugnantia depoſuerat.

Tertio, quod ſigillum impreſſerit in primo Breui inſcio Sanctiſſimo, nec appoſitis in eo verbis, citata parte, & ſeruatis ſeruandis, ex ordine Sanctitatis ſuæ.

Quarto, quod dicta verba in vltimo Breui incongruè in narratiuis appoſuerit, non in diſpoſitiuis, nec ſecundum mentem Sanctiſſimi.

51 Quoad primũ non probatur, nec reſultat aliquod delictum ex dictis verbis, dato, & non conceſſo, quod probarentur, quia benigno, ac licito modo interpretari debebunt, videlicet ex licentia Sanctiſſimi, & eo conſulto; quæ eſt nobilis præſumptio ad excludendum delictum capiẽdi, iuxta tex. *in l. merito. ff. pro ſocio*, vbi Alexand. ad Bart. ſubdit, etiam ſi vrgeret præſumptio in contrarium. latè Aym. *conſi.* 3. *num.* 20. Dec. *in cap.* 1. *nume.* 48. *de offic. deleg. & in reg. conſilij. de reg. iur.* vbi conſilium ſemper in bonũ vſum verti debet, non autem in malum, & Alex. *in conſi.* 74. *lib.* 1. vbi excuſat illum, qui notatium tentauerat, vt ſibi vellet dare inſtrumentum de quadam nota, quam ſibi oſtendebat, de qua nullatenus fuerat rogatus, & forſan aderat ſuſpicio contra tentantem, & tamen dicit eum requiſiuiſſe, vt euitetur falſitas, quatenus fuerit rogatus, & non aliàs.

52 Sed talia verba nullatenus probantur ex dicto D. B. ex quibus prætenditur conſilium videlicet, *Eccoui il Breue ſegnatelo da voi, ò fatelo ſegnare*; tractat enim de ſe exonerando, & alium inculpando; vnde dicitur deponere in cauſa propria; & ideò de iure tale dictum nõ recipitur. *l. nullas.* & ibi Alber. *ff. de teſtib.* Bart. *in l. deferre. ff. de iure fiſci.* Abb. *in c. inſuper. num.* 8. *de teſtib.* Guid. Pap.

conſi.

conſi.133.col.2.Pariſ.conſ.15.num.29.vol.2.Aym. conſi.99.nu.2.conſ.110.nu.12.vbi ampliat Gram. conſi.35.etiam in occultis,& tantò magis contra officialem,vt ibi Dec.Pedem.79.nu.42. Vbi ſemper reprobatur teſtis factum proprium,in depoſitione habens admixtum crimen cum alio. Aym. conſi.73.nu.37.Menoch.caſu 99.nu.6.et ſi atteſtaretur cum tortura,quæ licet omnem defectũ purget, proprij tñ intereſſe vitium non ſupplet, vt tradit Boſſ. loquens de inimico, quia deponit in cauſa propria, quod non admittatur,et cum tortura. Boſſ. de inquiſ. nu.52. eſt.n.cæcus in probatiſſimo quolibet viro ſui ipſius amor,inquit poſt alios Tiraquell.de pœn.remitt.caſu.51.nu.56.

53 Quæ procedũt,etiam ſi eſſemus in officiali, & in alio quocunq;,cuius dicto ſimplici ſtari deberet, qa non admittitur in reſpicientibus cauſam propriam; & maximè qñ eius aſſertione factum proprium iuſtificaretur contra tertium. Bal. in l. ne in arbitris.C.de arbitr. Rol.conſi.3.num.20.lib.3. & etiam maximè,quando contra inculpatum pęna reſultaret.latè Gig.de crim. laſ. maieſt. quomodo, & per quos, quæſtione quinta. & de rebell. q. 14. Vbi ita declarat tex.in clem.prima,de probat. vnde nihil facit de per ſe, nec per aliud adminiculari poteſt,cum pęnitus deſtruatur,ad Bald. & Ang. in l.ſi quis ex argentarijs. §.cogentur.ff. de eden.

54 Sed nec probatur ſignum cõpreſſum, ſeu cum ſigno cõpreſſo traditum fuiſſe vltimum Breue, quia quicquid dixerit in primo,reuocauit,& correxit in vltimo, etiam cum tortura Domini G. quod facere potuit, maximè ante publicationẽ, quia incontinenti feciſſe dicitur. Fœlin.in cap.2. col.2.vbi tradit reg.cum limit.de teſt.cogen. Bar.Alber.& Ang.in l.ſi poſtulauerit.§.ſed et ſi negauerint. ff.de adul.Boſſ.de oppoſit.contr.teſtes.nu. 1. Alciat. præſumpt.29.nu. 10.& 14. quicquid diſtinguendo voluerit Bar.in l.1.§.quæſtioni.ff.de q.an ſimus in principali,vel in teſte,ſeu in vtroq;ſimul,& ſemel, ſecundum quam diſtinctionem nunquam, aut ratò potuit obtinere. Boſſ. in loco præallegato, inquit, in omni enim caſu ſequuta maximè tortura, vltimum dictum ſemper additur,maximè quando eſt circumſtantiatum per præſumptiones,iuxta doctrinam Bald.in l.2.C.de cuſtod.reorum,& tradit Cla. in §.fina.q.53.4.caſu ad finem.

55 Dicet enim Antonius ſcriptor examinatus ſe deſcripſiſſe breue,de quo agitur, in carta ſimplici,& alba, non ſubſignata prius, vt dicebat Dominus G. Cuius dictum in facto proprio fine eius intereſſe,probat plenè, ſi credẽdum eſt Pau. de Ca.in l.quicunque.C. de ſeruis fugit. cum conſilijs collectis per Aymon.conſi.73.num.30.178. nume.7. vel ſecundum communem probat pluſquam ſemiplenè,idem conſi.99. nume.6. maximè iunctis alijs. Iaſ.in l.nec is.colum.3.ff.de acquir. hær. vbi dicit, quod ſufficiunt quæcunque indicia, quæ adſunt notiſſima in proceſſu; ex quibus apparet non tantum adminiculata reuocatio, ſed etiam apertè erroneum primum dictum cum ex pluribus præſumptionibus, & coniecturis fides vnius teſtis tantum ad plenam probationem ſuppleatur. Aymon.conſi.73.num.17.& 18.Bart. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæſtionibus.

56 Quæ omnia ad defenſam ſunt pluſquam ſufficientia, quicquid ſoret ad offenſam, cum nõ intendam partem fiſci tueri, cum ad defenſam ſufficiant etiam dubia, & ſemiplena tantum. Alex. conſi.115.colum.fina.lib.5.Ioan.de Amic.conſi.85. Aymon.conſi.2.num.16.Natt.conſi.412.cum alijs lib.2. accedente præſertim inueriſimili dicto Domini B. quia ſi voluiſſet ſubſignare Breue D. G. & inſeruire amico,poterat in eo momento, quo erat in limine ſignandi, illud ſignare, Sanctiſſimo Conſulto; vnde non oportebat nouam, & periculoſam quærere occaſionem,prout optima conſideratione arguit ad propoſitum tex. in cap. accedens.de crim.falſi.

57 Nec obſtat, quod ſaltem fuerit contrarius in dictis, & ideo pœna mendacij ex primo dicto, ſeu periurij veniat puniendus,quia reuocatio,& correctio,de qua ſupra, admittitur cum qualitate ſua allegata, videlicet illud feciſſe ex cauſa pietatis,& miſericordiæ,quæ excuſat à dolo,l.& eleganter.§.idem Labeo, vbi gloſſ. de doli except.l. fina. ff.de cuſtod.reorum, vbi loquitur etiam in officiali; & periurium ſine dolo non incurritur; & dolus, & periurium à qualibet cauſa excuſatur, ad Grammatic. vot. 10. numero 21.& 22. Clar. §.periurium. in ver.excuſari, & quod excuſatio à delinquente allegata debeat admitti cum reuocatione,voluit Boſſ. de confeſſ. nume. trigeſimoſeptimo,maximè cum ſit confirmata per torturam. l.edictum, vbi gloſ.& Alber. ff. de quæſt. cum alijs, & concurrat bona qualitas, & conditio, ac ſtatus dicti G. Doctoris, & Prælati, quem non eſt pręſumendum feciſſe ad malum, ſeu malo modo corruptum,vt conſiderat Aymon.conſi. 56.num. 14.in Doctore, & Aduocato non egeno. Rube. Alexandrin.conſi.15. vbi non præſumitur nobilis facere animo occultandi veritatem, maximè cum ſit etiam officialis,à quo ſemper dolus videtur abeſſe. l.2. ibi, quod non arbitramur. C.de offic. ciuil.iudic.Alciat.reg.3.præſumpt.13. Maſcar. concluſ.1132.vbi late lib.3.

58 Et præſertim cum nullum poſſet ſpectare cõmodum,niſi iacturam honoris, corporis, & bonorum, prout ad excludendum dolum arguunt glo.in cap.accedens.de crim.falſi.Aymon.conſi.75. num.13.& ſeq.319.num.10.Roland.conſ.38. lib.1. Dec.latè conſi.78.num.7. vndè ſtari debet, maximè cum iuramento,aſſertioni ſuæ, de cauſa allegata, iunctis tot veriſimilibus, vt tradit Aretin. conſi.80.num.6.Ruin.conſi.1.num.3.& 4.lib.5.Sil. conſi.7.num.9.latè Alciat.præſumpt.16.reg.3.cum apoſtilla, & ſic etiam, quod præſumptio vrgeret in contrarium, quia præallegati Doctores loquuntur in prohibitis.

59 Et non eſt nouum,quòd confeſſio,& ſic reuocatio licèt ſuſpecta, habens præſumptionem cõtra ſe,iuſtificetur ex pluribus præſumptionibus,
o & veriſimilibus. ° Tiraquell.in repet.l.vnquam. nume.88. C. de reuocan. donat. & confeſſio quali-
p ficata acceptari debeat cum qualitate [p] ſua omni caſu, quando adeſt pręſumptio,& veriſimilitudo pro qualitate. Grat.conſ.76.nu.32.93.nu.2. vol.1.

volum. 1. & maximè in caſu noſtro, cum ſit in ſe ipſa reuocatio vera, ſeu pro vera habeatur; ideo talis in omni ſui parte debet cenſeri. Dec. *conſil.* 527. *nume.* 10. & ſimus in officiali, qui proprio iuramento ſe expurgat. Maſcard. *concluſio. præalleg. num.* 30.

60 Maximè facit ſequuta pœnitentia, & reuocatio, & præſertim re integra, cum deterius adhuc non fuerit ius fiſci effectum. *l. qui falſum. ff. de falſ. l.* 3. *C. de fid. inſtrument.* Aymon. *conſilio* 46. *numero* 11. quæ reuocatio falſi admitteretur, etiam in cauſa appellationis, licet proculdubio ante ſententiam. Natt. *conſilio* 131. *nume.* 8. *&* 9. *lib.* 1. præſertim, quando nullum damnũ inueniri potuiſſet, quia ſequuta pœnitentia habetur, ac ſi à principio inchoatum non fuiſſet, non actu, nec potentia. Caſtren. *conſil.* 130. *poſt med. & colum. fina. lib.* 1. & maximè in tempore licito, & ſic incõtinenti; quo caſu reuocatio primi dicti fieri poteſt, etiam ſine reatu periurij, inquit Bal. *in auth. at qui ſemel. C. de prob.* quia factum lege permittente, pęnã non meretur, per iura vulgata; & incontinenti, vt dictum fuit ſupra, reuocari dicimus, quando partem non potuit alloqui, vt notant omnes *in cap. prætereà. de teſtib. cogen.* Bart. *in d. §. ſed & ſi negauerint. ff. de adulter.* Alcia. *d. reg.* 29. *nume.* 10. Modern. à Sancto Angelo *in conſi.* 103. *num.* 10. quinimmo Pedemont. voluit *deciſ.* 79. *nu.* 18. quod incontinenti dicatur antequam conuincatur; nullum enim interim damnum poteſt conſiderari.

61 Vnde dum periurium, ſeu mendacium ſuccedit ſine damno, nemo punitur ex eo in foro conſcientiæ, ſed ſolum Deum habet vltorem. Ruyn. *conſi.* 83. *lib.* 4. Clar. *d. §. periurum. ante finem.* Bald. *in l. fi. ff. quod falſ. tut. author. & in auth. contra qui propriam. col.* 2. *C. de non numerat. pecun.* late Socin. iun. *conſi.* 37. *& duobus ſequen. lib.* 2. Modern. *præfati conſi.* 129. *& pluribus alijs ſeq. more ſubſcribentium.* Grat. qui deducit bona fundamenta *in cõſ.* 72. *lib.* 1. Alcia. *conſi.* 461. Natt. *conſi.* 314. *lib.* 2.

62 Licet ſimus in principali, in quo non notatur periurium, cum poſſit ſemper variare, & prout dictum fuit, ſaltem vſque ad ſententiam, non tantum ante publicationem, vt tradit Bald. *in d. cap. prætereà. num.* 4. *de teſtib. cogen.* Iſern. *in conſtitut. de damn. colum. mihi* 10. *in fine.* Boſſ. *de examin. reor. nu.* 10. *de periur. num.* 3. 4. *&* 5. Clar. *§. fi. q.* 45. *verſ. quid ergo ſi reus voluit.* Bero. *q.* 134. metuit enim detegere turpitudinẽ ſuam; tamẽ, cum ſemper à principio de breue compreſſo dixerit extraiudicialiter, à ſe tradito dicto D. B. in contrarium dixiſſe reddebatur mendax, & non ſine infamia; & tamen in toto proceſſu pro principali reputatus fuit, & de ſuo facto principaliter ſemper interrogatus; vnde pro principali erat habendus, ad propoſitum Moder. præalleg. *conſi.* 102. *nu.* 2. *& conſi. ſeq. num.* 10. *&* 11.

63 Sed fiſcus nunq̃ acceptauit, neq; habuit pro acceptato tale dictum, videlicet primũ, prout cõſtat ex toto proceſſu, & ex tortura vltimò illata; ideo ſuper eo non põt facere fundamentũ, vt tradit Boer. *deciſ.* 252. *col.* 2. *ver. limita regulam.*

64 Ex quibus tollitur obiectum *cap. ad falſariorum. de crimin. falſ.* quod voluerit defendere, & ſic, quod in contemptum officij ſui, ſeu debitum eius, tranſgrediendo voluerit delictum occultare, quia conſtat de alia cauſa præallegata per D. G. & excuſabili, ex qua fuerit motus ad primum dictum ferẽdum; quæ ſi fundata foret in ſola cõcupiſcentia, & particulari voto, ac deſiderio, cũ ſatis ſit excludere principale propoſitum delinquendi, & delictum confouendi, & tranſgrediendi, excuſat à quocunque contemptu, etiam ſupremo, & tranſgreſſionis legis, & debiti ſui, vt decuit, prout optime tradit Archid. *in cap. quicunque.* 71. *diſtinct.* quem ſequutus fuit Fœlin. *in ca. cum quidam. nume.* 7. *de iureiuran. in capit. cum non liceat. eod. nume.* 3. *de præſcript.* motus enim fuit pro pietate, & miſericordia infortunij dicti B. nec putans male facere ex pluribus probabilibus cauſis, non autẽ animo ratificandi, & confouẽdi delictum poſt illud perfectum; & ita præſumendum eſſe in crimine læſ. maieſtatis, tradit Cæph. *conſ.* 75. *nume.* 8. & poſt alios Maſcard. *concluſ.* 1528. *num.* 70.

65 Quinimmo etiam, quod de cauſa non conſtaret, oporteret probare de iſto propoſito delictũ confouendi, adhoc, vt aliquis participet de alieno infortunio, ac delicto ex actu præſtito in eo; & punitur de per ſe, prout ille actus ſe extẽdit; & ſic de contrarietate, & varietate, ac mendacio in caſu noſtro debent quæri; quod tamen excluditur, & diluitur, per ſupra dicta; non autem de cõplicitate in delicto alieno, vt declarat Barto. *in l. ſi quis ſeruo. §. fina. ff. de furt.* Aretin. *de malef. ver. ſemper actius. nu.* 24. Grat. *conſi.* 73. *lib.* 1. qua ratione dicunt eſſe neceſſariam illã clauſulam, ad hoc vt habilius, & commodius delictum ſequeretur, tradit Fely. *in c. ſicut dignũ. col.* 3. *de homici.* Gram. *deciſio.* 25. Pariſ. *conſi.* 152. *nu.* 3. *& ſeq. & conſi.* 164. *nu.* 12. *& ſeq. lib.* 4. in quibus locis dicit, debere ea de cauſa tractari de tractatu, & præſcientia, & facit Boſſ. *de homicid. nu.* 25. maxime cum ſimus in actu poſt delictum, ex quo non adeo præſumitur. Marſi. *conſi.* 30.

66 Sed nullatenus conſtat de ſcientia aliqua delicti, tranſmutationis ſigni, ſeu ſigilli de vno Breue ad alterum, quæ omnino eſt neceſſaria, maxime in actu poſt delictum, in quocunque atroci crimine, etiam læſæ maieſtatis. Bar. *in l. omnes. C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. Bar. *in l. verum. de parricid. Deciſio. Pedemon.* 80. Carrer. *de hæreti. num.* 29. Vbi contra receptatorem de hæreſi debet articulari ſcientia, quia præſumitur ignorãtia. *l. verius. de prob. reg. præſumitur. in* 6. quæ excuſat. Ioan. de Amic. *conſ.* 53. *nu.* 1. *&* 2. & excludit propoſitum, cum ad ignorata animus non trahatur. *l. mater decedens. de inoffi. teſtam.*

67 Hinc eſt, quod debet conſtare de veritate delicti principalis, nec ſufficit præſumptiuè regulariter contra tertium. Bar. *in l. ſi is qui rem. §. ſi tu Tertium. ff. de furt.* Alc. *conſ.* 99. *num.* 40. *lib.* 7. Fęl. *in c. ſicut dignum. de homic. nu.* 32. Marſ. *§. conſtante. nu.* 53. ſolet allegari Brun. *conſ.* 146. *vol.* 2. de quo nõ creditur conſtare ad effectum tertij, vt ſupra.

Quo

Digitized by Google

68 Quo vero ad amotionem ſigilli anuli Piſcatoris,erat iam detecta,& non poterat conſiderari aliquod probabile, & proficuum auxilium, & defenſio, & ideo eo caſu non incurritur pœna. Bald, *in l.ab hoc verbo. colum. fin. ff. de infamibus.* Aymon.*conſi.309. ad finem*, & ideo conſideratur magna ſimplicitas, & illa pietas, & miſericordia allegata,cum de alio conſiderari non poſſit. Aymon. *conſi.* 8, *nume.* 13. cum non poſſit commodum inquiſito, nec poſſit fiſco damnum afferre, quia ſiue dixerit dediſſe Breue cum ſigno compreſſo, ſiue ſine aliquo ſigno, neceſſe erat noua ſubſignatione, cum imperfectum,& nullum cõuertantur.*l.penultim. C. ad Sillan.* & ſic caret omni dolo, In quo non datur auxilium, & defenſio. Bar.*in l.ſæpe.in fine. de ver.ſignifi.*

69 Vnde ſuccedit alia exceptio, quòd non eſt cõſiderabilis variatio, nec actus aliquis põt argui punibilis ex mendacio, ſeu contrarietate, ſi illud ſemper,in quo variatur,& contrariatur, non trãſit in delictum, nec foret punibile etiã, quod cõfeſſatum foret à principio;vel ſic in caſu noſtro, vbi non eſt punibile, etiam ꝙ dixiſſet ſe dediſſe breue ſignatum cum ſigno compreſſo, quia non prohibetur ita imperfectum in quaſcunque manus transferri, cum ſit ſimplex notula, non aurẽ breue,quod requiritur perfectum.Bar. *in l.diuus. ff.de teſtam.milit. & in l.1.§. ſi parui. ff. quod vi aut clam.* vnde partes,nec variando, nec contrariando,nec expreſsè confitendo,poſſunt facere delictum,quod de ſui natura non eſt delictũ,ad Marſi.*conſi.15.num.15.conſi.51.nu.67.*Rimin.ſen. *conſil.151.nu.18.lib.1.*Rol.*conſi.3.nu.53.lib.3.* Boſſ. *de indic.nu.36.*Alex.*conſi.111.nu.2.& 3.lib.3.* Bertazz.*conſi.18.poſt alios.lib.* 1. & cogitationis pęnã nemo patitur.*l.cogitationis.ff. de pen.* & attẽditur magis id, quod eſt in veritate, quàm opinione, quando ex eo delictum excuſatur. Caſt.*conſilio 299.col.fi.lib.1.*Becc.*conſi.60.nu.* 15.

70 Pro quibus omnibus accedit id, quod voluit gloſſ.tex.*in c.1.de nou.forma fidel. & tex.*gl. magiſtralis *in c.1.quib.mod.feud.amitt.* vbi Bal.Aluaro. & Afflict. & alij volunt, quod Vaſſallus iurans fidelitatem Domino ſuo,tum demũ ex trãſgreſgreſſione iuramenti incurrit feloniam, ſeu proditionem reuelando forſan ſecreta Domini,ſi pręter actum geſtum, ſeu reuelationem, concurrat mala intentio Domino ſuo perniciem inferẽdi principaliter,& realiter fuerit pernicies ſequuta. ſequitur Gig.*qualiter,& à quib. in crim.l.eſ.maeſ. q.21.nu.12.& ſeq.lib.1.*& tamen maxima eſt vaſſallo in dominum ſuum neceſſitas; ſi verò nullũ, aut modicum damnum ſit Domino illatum, nõ tenetur,ſi defecerit,aut contra cum egerit in officio ſuo. Cæph.*conſi.75.nu.32.*

71 Et ſic ad propoſitum in caſu noſtro defecit mala intẽtio,vt dictum fuit, & demonſtratur ex dictis Hortenſij deponentis de integritate Dñi G.in iſto facto; vnde coadiuuat alias præſumptiones,ad excludẽdum dolum, & reſiſtit coniecturis, quæ in contrarium facerent, ad tradi. per *Deciſ.Pedem.72.nu.3.* ac teſtis inductus pro fiſco, probat cõtra ipſum, ẽt ſi vnicus ſit. Thob. Non. *conſi.99.nu.26.*& Gab.*de teſtib.concl.1. nume.* 15.

72 Nec damnum aliquod eſt ſequutum, attenta reuocatione, & correctione, quæ nec à principio potuerit damnum afferre, ex defenſione inchoata, ſi non perſeueretur. videtur tex. notan. *in l.2.ibi,nec ſufficit vnquã defendiſſe, quia non durauit defenſio.ff.quib. ex cauſ. in poſſeſſ. eatur.* Dec. *in reg.non videtur defendere.nu.4.* & ibi Cagnol. *de reg.iur.*idem Dec.*in c.1.nu.58.de offi.delega.ibi, non tenetur dans malum conſilium,ſi conſilium reuocauit.*multum.n.operatur pęnitentia, ẽt in atrocibus,prout tradit Burſ.*conſ.94.lib.1.*& præcipue re integra.Boer.*deciſ.252.col.2.* ẽt quod non motu proprio reuocantis proceſſerit,ſed ex impedimento, ſeu coactione facti, quia potuiſſet ante præiudicium plenè illatum pęnitere, & ſe corrigere, ẽt ſpõte ante ſupẽueniẽs impedimentũ,& iſta interpretatio tanquam benignior,eſt ſumẽda,prout tradit Caſſan.*conſ.63.nu.64.* iũctis ijs, quæ per Aym.*conſi.244.colum.3.*poſt alios.

73 Nec obeſt ſigillum in Breue impreſſum,in cõſulto ſanctiſſimo,ſtante cauſa allegata, quòd volebat verba à ſanctiſſimo ordinata addere, radendo,& corrigendo Breue præfatum, & ſub ea deſtinatione,& contemplatione ſigillauit, & deſtinatio, pro opere perfecto habetur, ac ſi raſiſſet. Bar.*in l.cætera.§.fin. ff. de leg. 1.* & de ea aſſertioni partis ſtatur,maxime iuratæ. Fęlyn.*in cap.ex literis,colum.4.in fine.de fid.inſtrumen.*Maſcard.*d.concluſio.1132.nu.30.* vt fuit ſupradictum, fuitque ea intentio demonſtrata ab effectu, quia ſequendo Alex.*conſi.60.nume.4.lib.1.*abſtinuit à raſura, & fuit procuratum aliud breue cum verbis ordinatis à sãctiſſimo;nec eſt nouum,quod ex ſubſequutis declararetur intentio anteceden. *l. cum quædam.de reb.dub.l. ſed Iulianus.§.proinde.ff. ad Macedon.*Aymon. *conſilio 319. ſub numero 16.* Alber.*conſi.62.nume.9.*quod nulla eſt fortior interpretatio voluntatis, quã ſumpta à ſubſequutis; & cum conſtet de bono animo,ſatis eſt crediddiſſe;ſibi ita licere facere, ad Bald. *conſi. 243. in fine. lib.4.*Aymon.*conſi. 18. in fine.* Menoch. *can. finarien.2.reſcrip.133.*

74 Nec eſt dubium, quod potuiſſet corrigere, & radere etiam poſt ſigillum impreſſum,non tantũ de ſtilo, qui præſupponitur probari, & excuſat, Dec.*d.conſi. 275.colum.4.* ſed etiam de iure,ante ſcripturam perfectam, & partibus traditam, ad effectum probandi.Fęlyn.*in d.c.ex literis. num.6. & 8.de fid.inſtrument.* Alex.*conſi.70.num.4.lib.1.* Pariſ.*conſi.28.nu.41.& ſeq.lib.2.* Grammar.*conſi. ciuil.69.nu.53.& ita ſentit conſi. crim. 24.*

75 Scriptura vero, & etiam Breue dicitur imperfectum ante ſubſcriptionem ſecretarij,prout tradit Lancellor.Conrad. *in templo iud. lib. 1. de imperat. §. 4. de præſtantia, & potentia imperat. verſ. 6.num.2.*& in ſecretario, Aymon.*conſi.46.nu. 2.* & eſt regulare, non cẽſeri publicam ſcripturam ſine ſubſcriptione. Alexand. *conſi.50. num. 6. lib. 3.* etiam ſi adeſſet ſigillum. *Deciſio. Pedemon.71. nume.9.* & de notario ad ſecretarium promiſcuè argumentatur. Dec. *in allegato conſi. 175.* & eſt ſancitum ex Conſtitutione Summorum Ponti-

ficum,

ficum, quæ deducuntur in facto, qđ Breuia non recipiantur ſine ſubſcriptione Secretarij, vnde alias non exeunt de Cancellaria, iuxta text. *in c. porrecta. de confirm. vtil. uel inutil.*

76 Sic igitur tollitur alia præſumptio traditionis dicti primi Breuis per Dominum G. facta domino B. quia per hoc nō poteſt dolus aliquis argui, cum ſimus in ſcriptura imperfecta, & conſequenter priuata, in qua non cadit falſitas, nec conſequenter erit dolus, ſeu animus malignandi, cum non poſſit commodum afferri doloſo, nec cōtra aliū damnum parare, ad Alex. *conſ.* 74. *li.* 1. Aym. *d. cōſ.* 46. *col.* 1. & 2. Caſtr. *in alleg. conſi.* 130. *lib.* 1. Grat. *conſi.* 72. *eod. lib.* Alciat. *conſ.* 461. & ſaltem nō præſumitur mala intentio, quia fruſtra non committitur falſitates. Cuman. *cōſ.* 136. *col. fi.* Et p torū, facile enim erat ſibi ſubſcribere primum breue.

77 Nec quicquid fuerit ſequutum, nec dolo, nec culpæ adſcribi officiali, quia credidit Pincernæ, & Cubiculario ſecreto Sanctiſſimi, & conſequēter de fide approbato, ad Alciat. *pr. ſumpt.* 19. vbi *nu.* 4. dicit, quicquid in ſimilibus perſonis perperam cōtingit, fortunæ vitio potius, quàm perſonæ ſequutum videtur, & ſi huiuſmodi perſonis credatur, excuſatur etiam officialis, prout in no. caſu tradit Ang. *in l. ſi a bone. fidei. ff. de re iudi.* qđ dictum pro notabili refert Gerard. *ſingu.* 30. alia adducit Tiraq. *de pæn. remit. caſu* 31. *num.* 12. *caſu* 51. *n.* 36. Maximè cum tractetur de caſu pluſquā fortuito, & inſolitiſſimo ſaltem a quadraginta annis citra, & tandem de raro contingentibus, & audiris; ideo etiam ſi quis teneretur de caſu fortuito, nō tantum de culpa, excuſaretur, vt tradit Corn. exempla adducens *conſi.* 12. *col.* 2. *li.* 4. Grat. *conſ.* 94. *num.* 48. *vol.* 2. vbi dicit etiam, quod eſſemus in officiali, quem excuſat.

78 Sed quia breue præfatū a conſueto ſolet tranſire per manus etiam ſcriptorum, & nemo dicat traditum ad G. aut nullus adeſt defectus d. G. vt tradit ſimul Gramm. *conſ.* 65. *ciuil. in fine*, vel quia poſſibile per alios potuiſſe curari, excuſatur dominus, iuxta doctrinā Bar. *in l. Labeo.* §. 1. *ff. de pactis.* per tex. not. *in l. unica.* §. *ille autē. C. de latin. liber. toll.* Rom. *conſi.* 446. *in fine*, & *ſing.* 643. *nunquid.*

79 Nec reſultat confeſſio, *ſe l'haue hauuto il Procuratore del B. l'ho dato io*, cum hoc nō dicat ille Procurator, ergo eſt erronea, & reuocabilis, ad Bald. *in l.* 2. *nu.* 4. *C. de error. Aduocat.* nec ſi dictum fuerit, *ſe nō l'ha dato Antonio, ò Pietro, è neceſſario l'habbia dato io*, quia fundatam habet intentionem ex præſumptione iuris, per tex. *in d.* §. *ille, aut, ibi, ne domeſticis detur occaſio ea in mente furandi. C. de latin. liber. toll.* cum alijs adductis contra dictos Petrum, & Antonium, quæ præſumptio iuris liquidiſſima eſt probatio, & ſaltem transfert onus probandi in aduerſarium. *l. licet Imperator*, & ibi Iaſ. *ff. de leg. primo*, cum ſimilibus, & per cōſequens eſt conditionalis confeſſio, quæ maximè præcedentibus negationibus habetur pro negatione. Boſ. *de confeſſ. num.* 23. & *ſeq.* & ſemper interpretatur contra ſe fundātem in ea, ad Aymon. *conſi.* 157. *nu.* 19. Alex. *conſi.* 115. *nu.* 2. *lib.* 3.

80 Quæ fuerunt dicta ex ſuprabundanti pro maiori innocentiæ iuſtificatione; ſed ſatis eſt, quod dederit breue imperfectū, & ſine ſubſcriptione; nec ex iam dictis dolo, aut culpa imputatur, nec omnia alias illicita, & contra bonos mores acta punibilia, cum illud tantum puniatur, & pro delicto habeatur, quod lex ſtatuit eſſe delictum, inquit Bal. *in conſi.* 15. *ad finem. lib.* 1.

81 Poſtremo illa allegatio, quod fuerint incongruè appoſita illa verba, parte citata, & ſeruatis ſeruandis, in vltima minuta, nō debet afficere ſecretarium, cuius manu, & medio non fuit confecta, ſed per manus Illuſtriſſimorum Dominorū Cardinalium de ſacro Cōſilio, quorum factum excuſat D. Secretarium, cum pro eis, prout pro Principe ipſo ſupremo, præſumatur præſumptione etiam iuris, & de iure, ſecūdum tex. *in l. vnica, ff. de offic. præfect. prætor.* & per illum tex. R ui. *conſi.* 46. *nu.* 5. *lib.* 1. Guid. Pap. *deciſio.* 29. qui æquiparat Sacrum Conſilium Præfecto prætorio, de quo loquitur ille tex. & Gram. *deci.* 19. *gl. in c. cum olim. de priuil.* quæ loquitur de Cardinalibus, & quando ſunt plures Cardinales, vt omnino creditur. Alex. *conſi.* 92. *num.* 14. & *ſeq. li.* 3. vbi optimè, & ad propoſitum. Alciat. *conſi.* 479. *in decimo dub.* vbi ad propoſitum.

LAVS DEO.

Reſponſum Gyneſij Proide in eadem cauſa.

82 ADSIT DEVS. Quod Dominus Secretarius fuerit in conſilio, ſuaſione, vel perſuaſione, vt D. B. anulum piſcatoris ſubtraheret, nullibi conſtat, nec id clare dictus D. B. deponit; & quatenus id depoſuiſſet, non crediretur, tum quia ſe ſocium criminis facit, vt in iſta materia falſitatis Breuis Apoſtolici tradit Dec. *cōſi.* 174. *in cauſa falſitatis. ſub nu.* 2. *verſi. ſecundo dato*, idem Dec. *conſilio* 188. *Lætatus ſum, num.* 9. Fulg. *conſ.* 177. Bertaz. *conſi.* 152. *nu.* 2. & 10. *idem conſi.* 157. *nu.* 7. *lib.* 1. *ſuor. crimin.* Nat. *conſi.* 298. *nu.* 1. & 2. Rol. *conſ.* 16. *nu.* 5. & 7. & *conſi.* 73. *nu.* 1. *lib.* 1. vbi infinitos allegat.

83 Tū etiam, quia cum dicat D. G. dixiſſe, quod ipſe per ſe breue ſigillare poterat, agit de ſe exonerando, vnde ei non creditur. Bar. *in l. deferre. ff. de iur. fiſci.* Grammatic. *conſil.* 35. *ſuor. crimin. num.* 33. Pariſi. *conſilio* 15. *num.* 29. *libro* 2. Boſſ. *de oppoſit. contr. teſt. numero* 58. Burſat. *conſi.* 217. *num.* 17. *verſic.* 4. *lib.* 2.

84 Tum, & tertio, quia illa verba, *lo potrete ſigillare da voi*, ſunt intelligenda *de ſigillatione licita*, & permiſſa, ſcilicet præuia Sanctiſſimi communicatione, vt dictum, & falſitas excludatur. Alex. *conſi.* 89. *nu.* 14. *lib.* 3. *idem conſi.* 128. *quoniam abunde. lib.* 4. *nu.* 2. *in fine, ibi, nam non apparet*, & *num.* 3. Dec. *d. conſi.* 188. *Lætatus ſum.*

85 Præſertim, quia ſubſtinuit in tormentis, & quod ex dictis B. & Hortenſij conſtat, quod B. cōquerebatur de dicto G. quia remorabatur Breuis expeditionem, ob idque ipſe Dominus B. vt Secretarium ſupplantaret, ab eoque breuis ſubſcriptio-

ſcriptionem extorquere potuiſſet, decreuerat illud falſo ſigillo ſigillare, & deinde illi dicere, q̃d fuerat ſigillatum de ordine Sanctiſſimi; vnde oĩs ſiniſtra ſuſpicio aduerſus ſecretariũ tollitur, ſtãte ẽt, quod non obſtat, quod quicquam darũ, vel promiſſum dicto Secretario fuerit; & falſitates non ſolent committi, niſi magno ſuſcepto, vel pollicito lucro. Alex. *conſi.* 129. *nu.* 10. *lib.* 3.

86 Quod autem breue prætenſum ſigillauerit antequã appoſuiſſet illa verba, ſeruatis ſeruandis, & parte citata, nihil refert, ex quo illud ſigillauit cum intentione ſtatim illa apponendi, ſi Breue commodè radi poterat; quod facere potuit, quia non refert ante, vel poſt ſigillauit, modò id fecerit intentione addendi in loco congruo verba præfata, a Sanctiſſimo apponi iuſſa. Dec. *conſilio* 174. *col.* 9. *verſ. tertio hoc*, ex quo ſolent Secretarij membranas albas ſigillare, & deinde illas ſcribere, vt conſtat in actis, & in ſimili Bal. *in rubr. C. de fide inſtru. ſub nu.* 27. *ad finem*. Multo magis poſt ſigillatas, & ſcriptas radere, & apponere clauſulas, quas apponi Sanctiſſimus mandat; quia vbi eſt bona mens, & intentio, omnis falſitatis ſuſpicio ceſſat. Dec. *d. conſi.* 174. *col.* 9. *in fine*. Alex. *conſi.* 177. *li.* 7. præſertim antequam fuerit ſubſcriptũ, & partim conſignatum, quia non dicitur Secretarius adhuc functo officio ſuo. Fel. *d. c. ex litteris, nu.* 8. vbi Imol. Socin. vbi ſupra, *nu.* 6. Bal. *in rubr. C. de fide inſtrum. nu.* 43.

87 Et de iſta bona intentione ſtatur iuramento ipſius Secretarij. Soci. *d. conſ.* 95. *ſub nu.* 5. *verſi. & ſi dicatur*, vltra, quod de dicta bona intentione conſtat ex actis; nam dũ ſtatim fuit ab eo ex parte Domini B. eſſlagitatum Breue, reſpõdit, quod non poterat illud conſignare, licet eſſet ſigillatum, quia erat aliquid adhuc addendũ. Conſtat etiam ex eo, quod videns non poſſe commodè radi breue, voluit, quod aliud de nouo fieret, cũ participatione Illuſ. Dñi Cardinalis Lancellotti Præfecti Signaturæ Breuiũ, vſus cautela addẽtis, ad Specul. *tit. de inſtru. edit.* dicentis, q vbi Notarius, vel Secretarius videt aliquid eſſe addendum, melius eſt, quod nouum Breue, ſiue inſtrumentum cõficiat, quam quod primum corrigat. refert, & ſequitur Soci. *conſi.* 94. *ſub nu.* 5. *lib.* 1.

88 Quod vero dictũ primũ Breue d. Secretarius tradiderit Domino B. neque ex teſtibus, neq; ex eius cõfeſſione conſtat; nam ſicut probationes, ita cõfeſſio in criminalibus, vt noceat, debet eſſe clara, certa, liquida, precĩſa, non illatiua, & inuulnerabilis. Bertaz. *conſi.* 54. *nu.* 2. *conſi.* 55. *nu.* 7. *conſilio* 70. *nu.* 8. *conſi.* 114. *num.* 9. *lib.* 1. Crauet. *conſi.* 117. *nu.* 7. Foller. *in prax. crim. ciuil. verſ. & ſi confitebuntur. par.* 1. *nu.* 59. Item debet continere locũ, & tempus, ſicut excuſatio. Boſſ. *in prax. tit. de confeſſ. nu.* 43. Bart. *conſi.* 228. *Catherina. nu.* 1. *lib.* 1. Et vtrunque deſuit; nam eſt incerta, quia non fateť certè, & præciſè; ſed dicit, ſi ſollicitator habuit illud, ego illi tradidi; ſollicitator negat habuiſſe; & in alio conſtituto credo ex præfatis cauſis dediſſe, & cauſę erãt ratione officij, quia breuia nõ contractantur regulariter ab alijs, quam a Secretario, & ſcriptoribus; & poteſt eſſe, q aliunde, q̃ ab ipſo Secretario D. B. habuerit, vel a ſcriptoribus, vel quod fuerit ſubtractũ; & ẽt non cõtinet cõfeſſio tẽpus, & locũ traditionis, quia nõ dicit quo die, quo loco tradidit, vnde ei non nocet.

89 Nec refert, q ſaltem ratione officij videatur teneri de negligentia ob malam breuis cuſtodiam, ſicut dicimus de commẽtarienſi, quia ſufficit, vt excuſetur, quod quoquomodo ſine eius ſciẽtia, vel negligentia, breue ad manus D. B. peruenire potuerit. Pariſ. de Put. *de ſindica. verſ. carcer. c. an ſi plures, nu.* 8. 9. & 10. Bertaz. *conſi.* 69. *num.* 4. & in caſu iſto potuit ſine eius culpa peruenire ad dominum B. vel facto ſcriptorum, qui huiuſmodi breuia ſemper cõtractant; vel quia ei fuiſſet ſubtractum ſine eius negligentia ex loco, vbi ſolent breuia cuſtodiri, ob idq; nõ dicitur in culpa, quia nemo poteſt ſe a proditione præcauere. Ang. *in l. ſi. ff. de cuſtod. reorum*. Pariſ. vbi ſupra, *numero* 8. & iſta ſubtractio dicitur caſus fortuitus, pro qua non tenetur officialis, vt bene per Pariſ. vbi ſupra. Et quod fuerit ſubtractum, ſuadetur etiam ex eo, quod Breue prædictum peruenit ad dominum B. imperfectum abſque ſubſcriptione dicti Secretarij; ſi enim dictus Secretarius illud ei dediſſet, vtique dediſſet perfectum cũ ſubſcriptione, vt moris eſt.

90 Et vtcunque ſit, breue prædictũ ante ſubſcriptionem eſt mera cartula, tam propter Bullam Leonis Decimi id diſponentem, quam ex generali ſtilo Secretariæ ab immemorabili tempore citra, ad text. *in cap. porrecta. de confirmat. vtil. vel inutil.* vbi Doctor. diſponentem, literas Apoſtolicas deuiantes a ſolito ſtilo Cancellariæ, ſiue Secretariæ, fidem non facere; vnde etiam, quod ei illud dediſſet, pœnam non mœreretur, quia ex actu

q imperfecto pœna q non committitur, quia ex nihilo nihil fit. Bal. *in l. ea quidem. C. ſi mancip. ita fue rit. verſic. nota ſecundo*. Riminal. iun. *in l.* 1. *ff. quod quiſque iuris, numero* 107. & paria ſunt, nullum ei dediſſe breue, vel dediſſe imperfectum, quia breue imperfectum non eſt Breue. *l. quoties. ff. qui ſatiſdare cogant. l. nõ putauit.* §. *non quanis. ff. de contr. tab. l. quarta.* §. *condemnatum. ff. de re iudic.* Afflict. *deciſ.* 366. *nu.* 10. Hippol. de Marſil. *in l. fin. ff. de q. num.* 16. & 17. Riminal. iun. *in l.* 1. *ff. quod quiſque iuris. nu.* 106. & 107. Neuiz. *conſi.* 70. *columna prima.* & *ſecunda*.

91 Nec poteſt dici, quod falſè ſi non poterat præiudicare parti ex defectu ſubſcriptionis, erat falſum; quoniam reſpondeo, quòd falſum dicitur, quod habet imaginem veritatis, ideſt quod habeat omnia requiſita breuis ſiue inſtrumenti, videlicet ſigillum, & ſubſcriptionem; nam ſi ſubſcriptio deficit, non habet in ſui apparentia imaginem veritatis; & breue dũ deficit in ſui forma, non dicitur Breue falſum, ſed nullum. Bart. *in l. quid ergo.* §. *cum autem. ff. qui not. infam.* Idem *in l. ſi quis legatum. ſub nu.* 2. *ff. ad l. Corn. de falſ.* Soci. *cõſi.* 104. *verſ. tertius caſus. li.* 2. Boſſ. *de falſ. nu.* 90. Menoch. *de arbitr. iud. caſu* 306. *nu.* 18.

92 Quantum ad caput de mendacio, dico, quod neque de periurio, neque ratione occultationis delicti Domini B. puniri poteſt ratione mendacij,

tij, quia mendacium cum periurio in principali inquiſito, non punitur in foro fori de iure, & cõ ſuetudine generali. Clar. *in prax.* §. *fin. quæſtio.* 45. Alex. ad Bar. *in l.* 1. *ff. de bon. eorum.* Boſſ. *tit. de periur. n.* 3. Bal. *in l. & ſi legibus. ſub nu.* 2. *C. ſi contr. ius, vel vtil. publ.* Menoc. *de arbitr. iud. caſu* 314. *nu.* 17. Burſ. *conſ.* 112. *ſub nu.* 19. *verſ. Secundo dicitur. li.* 1. etiam quod interrogetur, vt principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios; nam iſta cautela ſolum operatur, vt ratione iſtius variationis torqueri poſſit. Gram. *vot.* 76. *nu.* 14. *in fine.*

93 Præſertim, quando periurium non fuit doloſum, quia tunc proculdubio omni pœna etiã extraordinaria liberatur. Clar. §. *periurium. verſ. excuſari.* Cagno. *in l. ſi quis maior, num.* 185. *& ſeq. C. de tranſ.* Boſſ. *tit. de periur. nu.* 5. Iaſ. *in l. ut de amus, nu.* 7. *ff. de iur. iuran.* Claud. *in d. l. ſi quis maior. nu.* 41. Burſ. *d. conſ.* 112. *nu.* 14. quia periuriũ, ſiue mẽdacium ſine dolo non præſumitur, ſicut nec falſum. Florian. *in l. de ætate.* §. *ſi cũ eſſet. nu.* 4. *ff. de interrog. act.* Bertaz. *conſ.* 57. *nu.* 7. *li.* 1. *ſuor. crimin.*

Quod autem dolus adſuerit, præſumitur de iure, quoniã in iſta materia falſi, & periurij, potius præſumitur error, quam dolus. Burſ. *ubi ſupra ſub nu.* 14. Boſſ. *de deſenſione reorum, nu.* 69. *in fine*, maximè in viro integræ famæ, & vitæ anteactæ inculpatæ, qualis eſt Dominus Secretarius, quia tunc ſine dubio excuſatur a dolo, & conſequẽter a periurio etiam, quod probent habuiſſe ſcientiã ipſius rei, quam negauit, ex quo potius eius ſimplicitati, quam dolo adſcribendum eſt. Couar. *in c. quamuis pactum. par.* 1. §. 7. *ſub nu.* 5. *verſ. ſi teſtis.* Rim. *in l. qui accuſare. C. de eden.* Rub. *conſi.* 16. & potius præſumitur error, quam malitia. Dec. *d. conſ.* 174. *nu.* 5. Vltra quod ex proceſſu conſtat, iuſta ratione fuiſſe inductum ad credendum, illi dediſſe breue ſcriptum in carta ſigillata, ex quo Illuſtriſs. & Reuer. Dom. Datarius & ipſe Dominus Secretarius in ſuo cõſtituto ei dixerat, quod Dom. B. conſtanter aſſerebat, illi dediſſe vltimũ breue ſigillatum; vnde de facili potuit venire in opinionem, quod breue prædictum feciſſet ſcribere in carta ſigillata, vt multoties fieri ſolet.

94 Si igitur ceſſat periurij pœna, quia abeſt dolus, ceſſat & occultationis ſuſpicio, quæ ſine dolo non committitur, præſertim, quia vt quis de occultatione puniatur, neceſſe eſt, quod fuerit ſciens delicti, quod prætenditur occultaſſe, & præſumitur ignorantia in iſtis terminis, niſi ſcientia probetur, gl. *in l.* 1. *ff. receptato. verſ. latrones.* Rom. *cõſi.* 473. *circa propoſitam.* Rol. *conſi.* 45. *nu.* 15. *&* 16. *li.* 2. Burſ. *conſi.* 222. *nu.* 1. *lib.* 2. Et non ſufficit ſcientia præſumpta delicti, ſed requiritur clara, & indubitata notitia. Ruin. *conſi.* 66. *nu.* 18. *&* 19. *li.* 3. Gom. *reg. de annal. quæſ.* 48. *in fi.* Crauet. *conſ.* 193. *nu.* 8. Mohed. *deciſ.* 159. *alias* 160. Put. *deciſ.* 6. *ſ. ſciẽtia, de prob.* & nullibi conſtat, quod Dominus Secretarius habuerit ſcientiam translationis ſigilli de vno Breui in alterum.

95 Nihil etiam obſtet, ꝙ clauſula, ſeruatis ſeruandis, fuerit appoſita potius in narratiua, quam in diſpoſitiua, ex quo aduerſus narratiuam breuis, etiam Motu proprio emanati, admittitur probatio in contrarium. Put. *deciſ.* 151. *in fi. li.* 3. aduerſus vero diſpoſitiuam non admittitur probario in contrarium. Crauet. *de antiq. temp. par.* 1. *c. amplitatur nunc, ſub nu.* 28. Paul. Caſtr. *conſ.* 426. *col.* 7. *ſub nu.* 2. *li.* 1. facit tex. & ibi gl. & Doct. *in Clem.* 1. *de proba.* Inſuper non poterat reduci ad praxim, vt ponerentur in diſpoſitiua, quia breue prædictum erat reſcriptum gratiæ, cuius diſpoſitiua reſpicit tẽpus præſens, narratiua vero reſpicit præteritum. Crauet. *vbi ſupra, nu.* 30. Paul. *d. cõſ.* 406. vnde cum in dicto Breui gratioſo ageretur de cõfirmanda ſententia, quatenus in præten ſum fuiſſet, ſeruaris ſeruandis, & parte citata lata, neceſſario illa clauſula apponi debebat in narratiua, quæ reſpicit tempus præteritum, cum in diſpoſitiua tempus præteritum cadere non poſſit, cum reſpiciat tempus præſens, ideſt ipſum diem, quo fit gratia, vt dicunt Crauet. & Pau. vbi ſupra.

96 Accedit, quod Dominus Secretarius ſcribere fecit Breue iuxta minutam ſubſcriptam ab Illuſtriſſimis Dominis Cardinalibus Sacræ Conſultæ, aſſerentibus Sanctiſſimum iuxta illius minutæ tenorem, mandare Breue expediri, in qua minuta clauſula prædicta poſita erat in narratiua; vnde omnis tollitur difficultas, quia Domino Secretario ſufficit ſcriptum fuiſſe de ordine Illuſtriſſimorum Dominorum Cardinalium.

97 Et tandem non obeſt, quod dictum vltimum Breue fuerit ſcriptũ ſine participatione Ill. Dñi Præfecti ſignaturæ Breuium ob eãdem rationẽ, nempe, quia erat ſubſcriptum ab eiſdem Ill. Dñis de Sacra Conſulta, quibus nephas quodammodo eſſet non parere, præſertim aſſerentibus, ita mandaſſe Sãctiſſimum Dominum noſtrum; creditur enim in his nedum tot Illuſt. ſed etiam vni propter dignitatis, ac officij prærogatiuã, præſertim, quando Papa eſt præſens in Curia, ad quem facilè recurri poteſt, quia tũc non eſt præſumendum ipſum mentiri. Pariſ. *conſ.* 11. *nu.* 17. *& conſi.* 132. *nu.* 19. *&* 20. *vol.* 4. Gab. *de prob. concl.* 3. *nu.* 20. *&* 22. Hieron. Alba. *de Card. priuil. nu.* ....

LAVS DEO.

Reſponſum Proſperi Farinacij in eadem cauſa.

98 ADSIT DEVS. Ex proceſſu contra D. G. formato, quinque mihi proponuntur capita, in quibus ipſum deliquiſſe, pro patre fiſci prætenditur.

Primum eſt, quod conſuluerit D. B. ſuſceptionem anuli piſcatoris.

Secundum, quod ſigillauerit cum eodẽ anulo primũ breue abſque clauſula, parte citata, & ſeruatis ſeruandis, contra mentem Sanctiſsimi.

Tertium, quod dictum primum breue ſic ſigillatum, & abſque dicta clauſula, tradiderit eidem Domino B.

Quartum, quod in vltimo Breui non appoſuerit clauſulam, parte citata, & ſeruatis ſeruandis, ſaltem in loco congruo, & iuxta mentem Sanctiſsimi.

Quintum, quod ad defenſionem Domini B. & ad occultandum amotionem ſigilli, per ipsũ, vt prætenditur, factam, de primo in vltimũ Breue depoſuerit falſum, dicendo, quod vltimum Breue conſignauit Domino B. cum ſigillo compreſſo, cũ poſtea faſſus fuerit pro veritate, quod illud ſine ſigillo tradiderit.

99 Circa primum caput, nõ video contra Dominum G. aliud vrgere, niſi depoſitionẽ ipſius Domini B. dicentis, quod nunquam Anulum ſuſcepiſſet, niſi id poſſe impune facere, ſibi affirmaſſet Dominus G. cui quidẽ depoſitioni minimè ſtandum eſſe in præiudicium ipſius Domini G. facit primo vulgaris illa, ſed veriſſima cõcluſio, quod minimè credendum eſt ei, qui ad ſui exculpationem alium inculpat; videtur enim iſto caſu deponere in cauſa propria; ideo nõ probat. *l. nullus. ff. de teſtib. l. omnibus. C. eodem*, & in terminis in inculpante alios ad ſe exonerandum, ex iunioribus cõſuluerunt Iacob. Port. Imol. *conſi. 96. nu. 10.* Hippol. Rimin. *inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 82. num. 23. tomo 2. in magnis.* Bertaz. *conſi. 225. nu. 15. & ſeq. li. 1.* Burſat. *conſi. 69. nu. 36. vol. 1.*

100 Facit ſecundo, quia quando quis vult ſe excuſare ex aliqua iuſta ſeu iniuſta credulitatis cauſa, prout iſto caſu facit Dominus B. debet non ſolum probare dictam credulitatis cauſam, prout ſcripſerunt Tiraq. *in tracta. de pœn. temper. caſu 43. nu. 9.* Claud. Bertran. *reg. crim. 81. nu. 2.* Matt. Gribal. *in ſuis reg. crim. reg. incip. licet quilibet. in primo tomo commu. opin. fol. mihi 346. col. 2.* Iacob. Port. *d. conſ. 96. nu. 36.* Roland. *conſi. 57. nu. 13. vol. 1.* Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed. 5. num. 60.* Verum etiam quod ex eadem credulitate, & cauſa, motus fuerit, ad ſic faciendum, vt per Cagnol. *in l. quod te. nu. 43. ff. ſi cer. pet.* Boſſ. *in tit. de decret. Mediolan. ſub nu. 19. verſ. Dicamus igitur.* Menoch. *de retinen. poſſeſſ. in 3. remed. num. 653.* ergo niſi Dominus B. probauerit aſſertum conſilium D. G. cuius credulitate ſe motum dicit ad ſuſcipiendum anulum, minimè ei credendum eſt in præiudicium ipſius Domini G.

101 Præterea, & tertio aſſertio Domini B. confunditur penitus ex depoſitione Hortenſij Perugini, qui in eius confeſſione in totum, & per totũ exculpat D. G. vt in proceſſu fol. 156. & ſeqq. dum dicit, *Vn giorno il B. ſi lamentaua del G. che non gli voleua ſottoſcriuere quel Breue vltimamente fatto, ſecondo la minuta ſottoſcritta dalli Cardinali della Conſulta, & ſtando lui, & io a Monte Cauallo, pigliò quel primo Breue inſieme con quel Breue vltimo, & mi diſſe coglierò ben'io il G. a fargli ſottoſcriuere queſto Breue, & coſi preſe vn temperino*, & quæ ſequuntur. *Et mi diſſe il B. dopoi che ci l'hebbe attaccato il G. vn giorno me lo ſottoſcriuerà quando manco ſe lo penſa*, & fol. 158. *il B. mi diſſe, che il G. gli haueua moſtrato quel Breue vltimo con la cera, & con il cordone, & che gli haueua detto, Signor B. ecco quì il voſtro Breue, ma a me non mi baſta l'animo di farlo ſpedire dal Papa, ſe baſta l'animo a voi, pigliatelo voi, ò parole ſimili. Mi diſſe anco il B. che voleua dir al G. che il Papa ſi era contentato, che ſi foſſe meſſo il ſigillo in detto Breue*, & folio 160. *Il B. voltatoſi a me mi diſſe il G. non mi vuole ſpedire queſto Breue; voglio, che me lo ſpediſca ò voglia ò non voglia*, & quæ ſequuntur, & paulo infra. *Io diſſi ò Signore queſto non ſta bene, & manco il G. lo ſottoſcriuerà, & lui diſſe, baſta farò ben in modo, che lo ſottoſcriuerà, perche dirò, che Noſtro Signore ſi è contentato, che lo ſigilli, & lo ſpontarò vna volta.*

102 Et licet ipſe teſtis ſit vnicus, probat tamen defenſionem, & innocentiam rei. Anchar. *conſil. 283. nu. 4.* Ioan. de Amic. *conſi. 87. numero decimonono.* Aymon. Crauet. *conſilio ſecundo, numero 16.* Horat. Luc. *inter conſilia crimin. diuerſ. conſ. 168. nu. 17. vol. 1.* Natt. *conſi. 412. num. 23.* Maſcar. *concluſ. 904. num. 10.*

103 Et licet pariter aliquas patiatur exceptiones, non tamen poteſt fiſcus, qui eius dicto vtitur aduerſus dictum B. dare de illius inhabilitate in eo, quod deponit ad fauorem Domini G. quia teſtem, quem quis produxit pro ſe, tenetur etiam recipere contra ſe, etiam quod ſimus in diuerſa cauſa, & inter diuerſas perſonas. *l. ſi quis teſtibus, & ibi gl. ordinaria, & communiter Doctores. C. de teſtib.* Specul. *in tit. de teſte. §. ſæpè teſtes. rub. de teſtib. reprob. num. 6.* Nicol. de Mileſ. *in ſuo repertor. verſ. teſtem contra me productum.* Tindar. *in tract. de teſtib. parte tertia. cap. 1. numero octauo.* Grammat. *deciſi. 34. nu. 12.*

104 Circa ſecundum caput, dicitur, ex proceſſu minimè apparere, quod dictus D. G. contra mentem Sanctiſſimi ſignauerit primum Breue, non enim G. fatetur, quod Sanctiſſimus ſimpliciter, & in totum Breue reiecerit, ſed tantũ, quod mandauerit in illo apponi clauſulam, parte citata, & ſeruatis ſeruandis, vt patet ex eius depoſitione, fol. 4. & ſeqq. vbi dicit, *Noſtro Signore mi diſſe, che per eſſere il B. ſuo ſeruitore, non voleua ſi faceſſe aggrauio neſſuno, & che ſe ci aggiongeſſe*, citata parte, & ſeruatis ſeruandis, & B. fol. 19. *Mi diſſe il G. di hauer propoſto al Papa la minuta ſottoſcritta dal Cardinale Montalto, & che il Papa gli haueua ordinato, che ſe ci metteſſe*, citata parte, & ſeruatis ſeruandis, & fol. 81. G. dicit, *portai quella minuta, & il Breue fatto a Noſtro Signore, & il tutto propoſi a Sua Beatitudine, & Noſtro Signore mi diſſe, che ſi contentaua, che ſi ſpediſſe però, che ſe ci metteſſe*, citata parte, & ſeruatis ſeruandis, & fol. 228. *Quando propoſi il primo Breue a Noſtro Signore, mi riſpoſe, che quanto alla confirmatione della ſentenza ſi doueſſe fare, purche la ſentenza foſſe data*, citata parte, & ſeruatis ſeruandis. ſed ſic eſt, quod idem Dominus G. prout fatetur fol. 81. dictum Breue ſignauit animo radendi, & apponendi dictam clauſulam, ergo non contra mentem Sanctiſsimi, ſed ſecundum illam dictum Breue ſignauit.

105 Et quod talis fuerit animus ipſius Domini G. probatur per eius iuramentum, quia cum animus tanquam ſoli Deo notus, nõ poſſit directè, & per teſtes probari, ad gloſ. *in cap. de occidendis. 23. quæſtion. 5. in Clemen. exiui de Paradiſo. de verbor. ſignifica. & in l. 2. ff. de interroga. actio.* Idcirco iuramentum eo caſu ſuccedere in vim plenæ, & concludentis probationis, probat text. *in cap. præſentium. in princip. de teſtib. & atteſtat.*

in cap.

Digitized by Google

in c.cum in tua.verſ.niſi proprio firmauerit iuramento,qui matrim.accuſ.poſſ. Gloſ.*in cap.ſignificaſti.in verbo,ſi ita eſt.de homici.& in l.1.in verbo, non occidendi animo.C.ad l.Cornel.de ſiccar.* Rom.*conſ.*389.*nu.*5.& Mandoſ.*in addit.litera E, vbi alios adducit.* Couar.*pract.quæſt.c.*32.*nu.*4.*verſ.cæterum quidã.* Hercul.*de negat.nu.*275.*et ſeq.* Alciat.*de præſump.reg.*3.*præſump.*16.*nu.*1.Rol.*conſ.*11.*nu.*11.*& ſeq.volum.*3.Maſcard.*concluſ.*94.*num.*1.*& ſeq.& nu.*6.*& ſeq.lib.*1.

106 Quæ concluſio procedit non ſolum in ciuilibus,ſed etiam in criminalibus,vt per gl.*in d.l.*1.*ff.de ſicar.& in c.ſignificaſti.de homici.* Marſil.*conſi.*96.*nu.*6.*& ſeq.* Corrad.*in pract.tit.de homicid.poſt numerum* 7.*verſ.adde tamen.fol.mihi* 317.*colum.*1. Nicol.Arelatan.*in addit.*ad Alcia.*vbi ſupra.in prima addit.in princ.*& loquuntur præfati Doctores in homicidio,& ſic in prohibitis iure diuino,naturali,gẽtium,& ciuili. Et procedit etiam,quod in contrarium adſit aliqua præſumptio,ſecundũ communem,de qua teſtatur Oſaſc.*in deciſ.Pedemont.*71.*numero* 29. ergo multo magis,vbi aſſertio iurata coadiuuatur alia pręſumptione,vt per Anchar. Regien. *in ſuis quæſtion. familiar,quæſt.*73.*nu.*89.*par.*1.& conſuluit Illuſtriſſimus Card. Alban.*in conſi.*14.*nu.*8.

107 Prout in caſu noſtro,in quo pro domino G. concurrit non ſolum præſumptio generalis,quę oritur ex eius ante acta honeſtiſſima, & laudabiliſſima vita, ac ex fidelitate, quam ſemper exercuit in officio,præſertim Secretarij Breuium,ſed etiam concurrit ſpecialiſſima, & fortiſſima illa præſumptio,quæ ab euentu colligitur. Si enim ipſe ſignaſſet hoc primum Breue animo non apponendi clauſulam ſibi iniunctam a Sãctiſſimo, ac animo contraueniendi illius ſanctiſſimæ menti, vtique poſtquam ſigillaſſet, illud ſubſcripſiſſet, ac Domino B.tradidiſſet ſine dicta clauſula, hoc non fecit, ergo &c. Vnde ſuccedit concluſio,quod ex eo quod quis poſtea fecit,& non fecit,animus præcedens dignoſcitur. Blanch.*de indic.num.*58. Grammat. *conſilio* 3.*numero* 2. Maſc. *conclu.*95.*num.*1.*& ſeqq. lib.*1. Et ab euentu qualis in præteritum fuerit, agentis animus optimè percipi,probat tex.*in l.ſi concubina.*§.1.& ibi Bar. *ff.rer.amot.* Pariſ.*conſil.*143.*nu.* 16.*lib.*4. Euerard. *in loco ab euentu,nu.*2.*&* 4.

108 Nec obſtet, ſi dicatur, quòd ſatis Dominus G.fecit contra mentem Sanctiſſimi,cum hoc primum Breue ſignauerit ſine illa clauſula, quam ipſe iam liberè fatetur, Sanctiſſimum mandaſſe, vt apponeret; & quod propterea debebat prius in eodem breui apponere dictam clauſulam, & poſtea illud ſignare. Hæc enim obiectio tollitur ex antiquiſſimo, & inueterato ſtilo ſic faciendi, & ſignandi Breuia, prout fecit, & ſignauit Dominus G.videlicet,quod quando in aliquo Breui iam ſcripto Sanctiſſimus vult apponi, vel deleri alia verba, non per hoc Secretarius abſtinet ſe a ſignatione dicti Breuis cum anulo piſcatoris.ſed poſtquam illud ſignauit,domum reuerſus, verba, ſeu clauſulas apponendas, delendas, aut abradendas, apponi,deleri, vel abradi facit, iuxta mẽtem Sanctiſſimi, dictumque breue ſubſcribendo, partibus conſignat, nullo alio verbo facto cum Sanctiſſimo, quia ſatis eſt,quod Sanctiſſimi voluntas adimpleatur,& quod Breue nõ expediatur contra illius mentem;quo caſu ſuccedit alia concluſio,quod non dicitur in culpa,qui actum facit conſuetum, & ſolitum. *l.ſi pignore.*§.*fi.*& ibi Barto.*poſt gl.in uerbo,dolo, ff.de pignorat.actio.l.quis ſit fugitiuus.*§.*apud Labeonem. ff.de adil. edict.* Carauit.*inter conſi.crimin.diuerſor.conſ.*116.*num.*31.*tomo* 2. Hieronym. Magon.*deciſio.Lucen.*33.*num.*28.*par.*1.

109 Quod autem talis fuerit, & ſit antiquitus ſtilus, vltra quod creditur bene hoc fuiſſe probatũ per teſtes ad defenſam examinatos, adhuc tamẽ dicitur, quod iſtud idem, & plus apparet probatum in proceſſu ex depoſitione Antonij Ordoſij fol. 70. & Petri Nauarræ fol. 186. qui apertè deponunt ſuper ſignatione cartarum albarum in forma Breuis; ſi enim habita per Secretarium mente Sãctiſſimi poteſt Secretarius ſignare cartas albas cum anulo Piſcatoris, & in illis poſtea breue prout Sanctiſſimus ordinauit, deſcribi facere; ergo multo magis poteſt ſignare breue iam ſcriptum,&ex illo delere,abradere,aut etiam addere aliqua pauca verba iuxta eiuſdem Sanctiſſimi mentem, per regulam, quod ſi licet, quod eſt plus, licet etiam, quod eſt minus. *Authen. multo magis. C.de Sacroſanct. Eccleſ. l.fina.iuncta gloſ.*& ibi Ioan.de Plat.*C.qui ætate lib.*10.*cap. cum in cunctis, vbi gloſ. & Canoniſtæ omnes, extra de elect.* cum alijs,de quibus per Euerard. *in loco a minori, num.*1.*& ſeqq.*

110 Circa tertium caput, quod ſcilicet Dominus G.malefecerit conſignando D. B.ſiue Hortẽſio eius procuratori, hoc primum breue ſigillatum, abſq; clauſula,parte citata, & ſeruatis ſeruandis; dicitur in primis, in proceſſu nõ conſtare, quòd dictus Dominus G. cõſignauerit hoc Breue domino B.ſiue Hortẽſio eius Procuratori, & quod hoc non conſtet,diſcurrendæ ſunt depoſitiones dictorum B. Hortenſij, & G. D. enim B.ſemper negauit, & negat in omnibus ſuis cõſtitutis,nedum non habuiſſe primum breue, ſed nec illud vnquam vidiſſe,& licet in tortura fol. 205.dicat. *hora ve dico reſolutamente, che il detto Breue me lo dette il G. & io lo diedi al mio Procuratore, & dopoi me lo reſe, & lo miſi nel tamburro.* Tamen poſtea ſubdit, *gli tormenti fan dire gran coſe, fatemi calar à baſſo, che dirò ogni coſa, & queſto lo dico per li tormenti*, & fol. 206. à tergo, *queſto ch'io dico nella corda, nulla vaglia, & nelli tormenti non è vero.* Hortenſius fol. 44. dicit, *il G.mi diſſe per l'amor di Dio fatemi queſto apiacere, laſſatemi ſtar vn poco queſto breue queſt'aſera,perche dimane io parlarò con il B.* & fol. 102. confrontatus cum Domino B. ſemper perſiſtit in hoc, *che non ſi ricorda, che queſto breue a lui gli l'habbia dato il G. ne che lui l'habbia dato al B.* & fol. 128. *non mi ricordo, che il G. habbia dato a me queſto breue*, & fol. 142. *per quelle parole che'l G. ne voleua parlare con il B. vado penſando, che lui medeſimo gli l'habbia dato, ma non lo sò di certo.* Ecce ergo, quod nec Dñs B. nec Hor-

tenſius dicunt, quod dictus G. ipſis dederit hoc primum breue; Dominus autem G. fol. 81. dicit, *vedendo che'il breue non ſi poteua in modo alcuno accommodare, non lo volſi ſottoſcriuere, ne darlo*, & fol. 83. *queſto primo breue io non sò chi l'habbia hauuto, non sò ſe ſia reſtato in man de ſcrittori, ouero ſe così imperfetto foſſe nelle mani del ſollicitatore, & ſe il ſollicitatore l'hà, biſogna, che gli lo habbia dato io*, & fol. 120. *mi pare, ma non me ne ricordo bene, ch'in quella ſera, che quel Procuratore mi ſollicitaua tanto per hauer queſto breue ch'io lo deſſi a lui.* & fol. 121. *et ſe io gli l'hò dato, come credo hauerglilo dato gli l'hò dato ſigillato.* & fol. 123. *Il primo breue fu dato per vna carta bianca da me s'è ſtato dato al Procuratore del B.* & fol. 169. à tergo, *io ci hò penſato, & non l'hò dato al B. quel primo Breue biſogna, che lui l'habbia hauuto di mane di vno delli tre ſcrittori.*

111 Dum ergo Dominus G. fatetur ſe dediſſe hoc Breue per verbum, credo, per verbum, non recordor, per verbum, neſcio, per verbum, videtur, vt ſupra reſpectiuè deducitur, non poteſt fiſcus facere fundamentum in hac ſua confeſſione, quia talis confeſſio non eſt certa, & concludens, ſed dubia, & incerta; ideo non releuat, præſertim in criminalibus. Roman. *conſi. 321. num. 4.* Aymon. *conſi. 157. numero 9.* Foller. *in pract. in verbo, & ſi confitebuntur, in prima parte, tertiæ partis, num. 59.* Anton. Gomez. *variar. reſolut. tomo tertio, cap. 13. rubr. de tortura reorum, numero 8. ad medium, verſic. & licet præfati Doctores.* Bertaz. *d. conſi. 70. num. 12. libro primo*, & paria ſunt, nihil fateri, vel obſcurè, & incertè fateri, *l. de ætate, §. nihil. ff. de interroga. actio.* & incerta confeſſio, non eſt confeſſio. *l. certum. in prin. & ibi glo. ff. de confeſſ.* Bertaz. *conſ. 54. nu. 2. vol. 1.*

112 Et dum idem Dom. G. dicit, *ſe il ſollicitatore l'ha hauuto, biſogna che gli l'habbia dato io*, nec pariter talis confeſſio concludit, quia eſt conditionalis; vnde non verificata conditione, quod videlicet hoc Breue peruenit ad manus Hortenſij, prout Hortenſius negat, confeſſio euaneſcit, & reſoluitur in negationem. *l. hæc venditio. in princ. cum ibi not. per Doctor. ff. de contrah. empt. l. neceſſario. §. quod ſi pendente. ff. de peric. & commod. rei vendi.* Rol. *conſi. 18. nu. 14. & ſeq. vol. 3.* Cæphal. *conſil. 56. nu. 12. vol. 1.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. glo. 2. nu. 21. 23. & ſeqq.*

113 Secundo admiſſo ſine veritatis præiudicio, quod Dominus G. dederit hoc Breue domino B. ſiue Hortẽſio eius Procuratori, adhuc dicitur, quod in nihilo deliquit; nam aut volumus conſiderare dolum, ſeu culpam Domini G. in hac traditione breuis ex eo, quod D. B. potuerit illud ſic ſigillatum in iudicio producere, ac illius exequutionem habere, ex quo ſolum Principis ſigillum abſque notarij ſubſcriptione fidem faciat, & robur inferat literis, ad tex. *in c. 2. cum ibi notat. per Doctor. extra de fide inſtru.* cum alijs relatis per Gabr. *libro 1. tit. de præſumpt. concluſio. 4. num. 1. & ſeqq.* & per Menoch. *in tracta. de præſumpt. libro 2. præſumpt. 57. num. 13. & 14. iuncto nu. 26. & ſeqq.* Et tũc dico, quod cum in expeditione Breuium Apoſtolicorum ex antiquiſſima, notoria, ac immemorabili conſuetudine, ſemper ſolitum ſit, vt apponatur manus Secretarij, prout etiam teſtatur Rebuf. *in pract. benef. in tit. de breui Apoſtolico, num. 64.* vbi expreſſe dicit, quod huic breui non ſolet Papa ſubſcribere, ſed Secretarius; imò & de ſubſtantia Breuis eſſe ſubſcriptionem Secretarij, apertè tradit idem Rebuff. *ibidem nu. 15.* dum in definitione Breuis etiam eiuſdem Secretarij ſubſcriptionem requirit; idcirco ex ſolo ſigillo, ſine notarij ſubſcriptione, Breue, tanquã imperfectum, & nullum, nullam poterat habere in iudicio exequutionem, cum certiſsimi iuris ſit, ſolũ ſigillum non dare firmitatem ſcripturæ, vbi ad illius ſolemnitatem vltra ſigillum etiã ſubſcriptio requiritur. *l. ad teſtium. §. ſi quis teſtium*, & ibi Bar. *in ſummario. ff. de teſtam.* Iaſ. *in l. neque dotis. n. 94.* & ibi etiam Alex. *nu. 38. ff. ſolu. matr.* Aym. *de antiquit. tempor. par. 1. ſect. qu[æ]ritur etiam in hac materia. nu. 172.* Gabr. *d. concl. 4. nu. 5.* Menoch. *de præſump. d. præſumpt. 57. nu. 37.*

114 Et ſtante ſtilo prædicto non expediendi Breuia ſine ſecretarij ſubſcriptione, ſtatim, quod Dominus B. voluiſſet in iudicio vti d. Breui ſigillato, & non ſubſcripto, non ſolum de iure tale breue, tanquam relaxatum contra ſtilum Secretariæ nullum, & ſuſpectum de falſo exequutionem non habuiſſet; verum etiam & producẽs poterat tanquam falſarius puniri, quia ſpeciale eſt in literis Apoſtolicis, quod ſuſpicio falſi habeatur pro falſitate, non ſolum ad tollendum fidem literis, ſed etiam ad puniendum, *cap. ad noſtram, & c. porrecta. de confirmat. vtil.* Abb. *in c. quã graui. num. 2. de crimin. falſ.* Felyn. *in cap. 2. numero 16. & 17. de reſcript.* Nicol. de Mileſ. *in eius Repertorio, in verſicu. reſcriptum Apoſtolicum ſi eſt contra ius, & ſtilum.* Roman. *conſilio 326. numero 12.* Rebuff. *in pract. benef. in rubr. opponi quæ cõtra Bullam poſsint. numero 20.* Ludou. Gomeſ. *in tract. de grat. expectat. numero 58.* Maſcard. *de proba. libro 2. concl. 747. num. 2.*

115 Sed quid plura, habemus Bullam Leonis Decimi, regiſtratam in libro priuilegiorum Secretariorum Apoſtolicorum fol. 51. *in fine, quæ incipit, iniunctum nobis, circa medium, ibi, ac huiuſmodi breuia, &c.* Vbi Summus Pontifex decreuit, quod breuia aliter expedita, & ſubſcripta, quã per Miniſtrum deputatum a Collegio, nullius ſint roboris, ac momenti, & partibus minimè ſuffragentur, idem probatur in eodem libro priuilegiorũ Dominorum Secretariorum, *in ti. de ſtatutis Collegij, c. 5. fol. 156.* Vbi quod Breuia, & Bullę debẽt ſubſcribi per deputatos a Collegio Secretariorum, & non per alios, & fol. 172. *verſ. breuia autem ſupradicta*, vbi ponitur forma, & modus ſubſcribendi dicta Breuia.

116 Si verò fiſcus prætendit, Dominum G. in traditione huius Breuis ſigillati, licet non ſubſcripti, deliquiſſe ex eo, quod eidem Domino B. cõmoditatem, & occaſionem præbuerit delinquendi, & amouendi ſigillum ex eo, & in aliud breue tranſmutandi, prout ſic eundem Dominum B. feciſſe per ipſum fiſcum prætenditur; Et tunc pariter dico, dato ſine veri præiudicio, quòd hęc

Domi-

Dominus B.commiſerit,non tamen ex dicta breuis traditione imputari poteſt Domino G. aliqua culpa; quia quòd quis velit delinquere, nemo cogitare, aut diuinare tenetur. *l. ſi putatur, in fine. ff. ad l. Aquil. l. ſi fideiuſſor. §. ſi cum debitor. ff. mãdati*,& ſi delinquat reputatur caſus fortuitus. Bal. *in l. quæ fortuitis. nu. 2. verſic. item poteſt exemplificari. C. de pignorat. actio.* vbi inter caſus fortuitos numerat falſam ſententiam, & falſum teſtimonium.

117 Et eò minus Dominus G. poterat ſuſpicari de aliquo delicto committendo per dictum B. cũ ipſe in eius poſſe haberet perſonam, & vitam Summi Pontificis; & ſi ſeipſum Sanctiſſimus eidem Domino B. confidebat, tanto magis poterat Dominus G. illi confidere Breue ſigillatum, & non ſubſcriptum abſque eo, quod ſuſpicaretur ipſum in dicto Breui aliquid mali fabticaturum; vnde qui bono viro credidit, non dicitur in culpa,& in delicto *l. Argẽtum. ff. rerum amotarum.* Bal. *in d. l. quæ fortuitis, nu. 26. verſ. item in culpa nõ eſt.* Marſil. *in pract. §. principium. poſt numerum 12.* Pariſ. *conſi. 157. nu. 23. lib. 4.* Et vbi delictum committitur ab aliquo, qui confidere debebat, nec ſit tale, quod veriſimiliter de eo ſuſpicari potuiſſet, dicitur caſus fortuitus. Bald. *in l. ſi incurſu. nu. 2. C. depoſiti, & in dicta l. quæ fortuitis, num. 2. verſic. item poteſt exemplificari. C. de pignoratit. action.* Pariſ. *conſilio 156. numero 21. & ſeqq. volumine quarto.* Sebaſtian. Medices *in tractat. de caſ. fortuit. parte prima, quæſtio. 16. numero vigeſimoquarto.* De caſu autem fortuito cum humano conſilio præcaueri non poſſit, *l. 2. §. graui, ff. de adminiſtra. rer. ad Ciuitat. pertinen. capit. ſæpe, & ibi glo. in verbo, inſperatus. 50. diſtinctio.* iniquum eſt, quem teneri dicta *l. quæ fortuitis. C. de pignorat. actio. l. cum duobus. §. damna. ff. pro ſocio. dicta l. ſi putatur, in fine, ff. ad l. Aquil.* Tiraquel. *de pœn. cauſa decimatertia, numero primo, & numero tertio.* Clar. *in pract. §. homicidium. verſicu. caſu autem.* Carauit. *dicto conſilio criminal. diuerſor. 116. numero trigeſimoquarto, & ſeq. tomo 2.*

118 Circa quartum caput non eſt multum elaborandum, quia omiſſa pro nunc diſputatione, an clauſula, parte citata, & ſeruatis ſeruãdis, de qua in vltimo Breui, appoſita fuerit in loco cõgruo, vel incongruo, ſatis fuit Domino G. pro certo ſciuiſſe ex fide tot Illuſtriſſimorum Dominorũ Cardinalium de Conſulta ſubſcriptorum in illa minuta, quod Sanctiſſimus in ea forma volebat Breue expediri; quod enim credendum ſit Cardinalibus, ſic de mente Sũmi Pontificis atteſtantibus, præſertim Pontifice præſente, ſcripſerunt Roman. *conſilio 59. numero 6.* & ibi Mandoſ. *in additio. litera* K, alios adducit Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 48. numero 23.* Pariſ. *conſilio 132. numero 2. libro quarto.* Put. *deciſio. 2. numero 4. lib. 1.* Vbi ampliat etiam, quod agatur de tertij præiudicio; Ergò multo magis iuſtè, & pro ueritate erat credendum fidei, & ſubſcriptionibus tot Illuſtriſſimorum, inter quos erat præſertim Illuſtriſſimus Dominus de Montealto, cuius facultates ſunt adeo ampliſſimæ, ſi videantur, vt quicquid ipſe mandat, & iubet, habetur pro mandato,& iuſſu Sanctiſſimi. Et ſicut dicunt Doctores credens viro fide digno, excuſatur a dolo,& pœna, ad glo. *in l. Titio fundus, in verbo, actiones*, vbi Bartol. & omnes. *C. de condit. & demonſtrat.* cum alijs per Gabriel. *libro 7. conclu. 8. num. 36.* neceſſario ſequitur, quod pariter,& multo magis ab omni dolo,& pœna immunis eſſe debeat Dominus G. qui, vt ſupra, credidit tot Illuſtriſſimis, & digniſſimis Cardinalibus verũ aſſerentibus,& hoc nullam credo habeat difficultatem.

119 Circa quintum,& vltimum caput, in quo prętendit fiſcus, quod Dominus G. non ſolum poſſit puniri de falſo, ſed quod etiam inciderit in pęnas *cap. ad falſariorum, de crimin. falſ.* quo puniuntur fautores, & defenſores falſificantium literas Apoſtolicas, vt diſtinctè procedamus, de tribus dubitandum mihi propoſui.

Primo, quæ pœna a dicto Canone, *falſariorũ*, imponat fautoribus, & defenſoribus prædictis.

Secundo dato, quod Dominus G. falſum depoſuerit, an inciderit in pœnas dicti Canonis, tanquam defenſor falſitatis commiſiſſę in literis Apoſtolicis.

Tertio, an reuera falſum depoſuerit, & de falſo puniri poſſit.

120 Prima dubitatio reſoluitur ex traditis per Marian. Soci. ſen. *in d. c. ad falſariorum, nu. 50. verſ. circa quintam*, vbi expreſsè dicit, quod ille textus videt ſatis clarus, quod fautores,& defenſores prędicti ſolum ſunt excommunicati, abſque incurſu aliarum pœnarum, de quibus ibi.

121 Secunda dubitatio non poteſt, niſi negatiuè, reſolui quia dato pro nunc, quod Dominus G. de falſo teneatur ob falſam depoſitionẽ factam ad fauorem,& defenſionẽ Domini B. prout contrarium verius eſſe, mox in reſolutione tertiæ dubitationis demonſtrabo, adhuc tamen non incidit in pœnam Canonis, *ad falſariorum defenſionem*, indictam, triplici ratione; Primo, quia non conſtat in actis ſaltem plenè,& ſufficiẽter, quod Dominus B. falſificauerit vltimum Breue; vnde non conſtito de principali delinquente, fruſtra agitur de puniendo fautorem, ſeu defenſorẽ delinquentis, per ea quæ ſcripſit Marſil. *in pract. §. conſtante, nu. 40. & ſeqq. & in conſi. 24. nu. 23.* Pariſ. *conſi. 171. nu. 10. lib. 4.* Petr. a Plach. *in epitbom. delict. c. 16. nu. 9.* Cortad. *in pract. titu. de conſentientibus. nu. 7. in fin.* Maſcar. *de probat. li. 1. concl. 169. nu. 14. et 15. verſ. ſecundo limita.*

122 Et dato ſine veri præiudicio, quod de prædicta aſſerta falſificatione Breuis cõtra Dominum B. adſint aliquæ præſumptiones, non per hoc tamen dicitur concludenter conſtare de principali delinquente adhoc, vt illius fautor, vel defenſor poſſit inquiri, nedum puniri, quia ad hũc effectũ debet de dicto principali delinquente conſtare plenè, verè,& certè, nõ autem præſumptiuè, prout declarat Boſ. *in tit. de delict. num. 38 in fine, et in tit. de mandat. ad homici. in fine.* Menoc. *de arbitr. q. li. 2. caſu 349. nu. 13. et caſu 352. nu. 15.*

123 Et dato rurſus etiam ſine veri præiudicio, quod iſta præſumptiua probatio ſufficeret ad condemnandum

nandum Dominum B. In aliquam pœnam, non tamen ſufficit ad hoc, vt Dominus G. poſſit dici illius defenſor, fautor, vel auxiliator, per id, qđ in ſimili dicũt Doctores de probatione reſultante ex ficta confeſſione contra principalem delinquentem; quod non ſufficit ad procedendum de auxilio, fauore, ſiue mandato contra tertium, ſecundum Bar. *in l. ſi is, qui rem, la ſecunda. §. ſi tu Titium. ff. de fur.* vbi Alex. *in addit.* teſtatur quod ita communiter practicatur. Ang. *de maleſ. in verbo, dicto maleficio ſemper aſtitit. verſ. quæro ad hoc. nu.* 20. Fol. *in pract. crim. verbo, capias informationẽ. nu.* 69. Boſ. *ti. de delictis, n.* 51. Thob. Non. *cõſ.* 101. *n.* 7.

124 Secunda eſt ratio, quia text. *in cap. ad falſariorum*, loquens de falſificantibus literas Apoſtolicas, debet intelligi de falſificantibus literas validas, non autem nullas, & inualidas, Gandin. *in tit. de falſarijs. in penul. & vlt. col. nu.* 32. *& ſeq.* Bonif. de Vitellin. *in tit. de falſ. nu.* 29. Alex. *conſ.* 145. *in fine. li.* 6. Rol. *conſ.* 38. *nu.* 19. *& ſeq. iuncto nu.* 45. *vol.* 1. ſed dato ſine veri præiudicio, quod Dominus B. falſificauerit vltimum breue, illud quidem deficiebat in forma, quia carebat ſubſcriptione, & ſic erat nullum, vt ſupra probaui; ergo nõ ſubiacet pœnis a Canone indictis falſificantibus literas Apoſtolicas; ſi igitur principalis delinquẽs non aſtringitur dictis pœnis, ergo nec eius defenſor, aut fautor; nimis enim abſurdum eſſet, plus punire defenſorem, quam principalem delinquentem.

125 Tertia eſt ratio, quia tempore, quo Dom. G. affirmauit ſe conſignaſſe Domino B. vltimum breue cum ſigillo compreſſo, ignorabat prorſus falſitatem, quam fiſcus prætendit in dicto Breui per Dominum B. commiſſum, vt in proceſſu fol. 121. Vbi oſtenſo dicto primo breui, recognoſcit illud, ſubdens, *bene è vera, che in queſto non ci è il ſigillo, & per quanto ſi vede, è ſtato leuato: ma chi ſe l'habbia leuato, io non lo sò*; & quod hoc ignoraret, etiam in tortura perſiſtit, vt in fol. 262. dum dicit; *Io non sò chi l'habbia leuato il ſigillo del primo breue, &c.* & ignorantiæ probatio ex perſiſtentia in tortura, optimè dignoſcitur, quia in tortura perſiſtens puram veritatem dixiſſe a iure præſumitur. *l. edictum, & ibi glo. in verbo, efficaciſſimos. ff. de quæſtion.* Alex. ad Bar. *in l. vnius. §. reus. in* 2. *addit. ff. de quæſt.* Gram. *deciſio.* 8. *numero* 9. *prope finem.* Boer. *deciſ.* 163. *nu.* 12.

126 Quare non poteſt dici defenſor, ſeu fautor falſitatis, qui falſitatem ignorabat. *capit. felicis. poſt principium ibi, aut poſtea receptauerit, vel defenſauerit ſcienter. de pœnis, in ſexto l.* 1. *C. de his, qui latron. ibi, ſciens ſuſceperit. l.* 3. *§. non tantum. verſ. quid enim ſi ignorans recepit. ff. de incend. ruin. et naufrag. l. cum ſatis. §. fin. C. de agric. & cenſit. libro* 11. & data ignorantia, omnis excluditur dolus, & delictum. *l. ex maleficijs, §. longè minus. ff. de actio. & obligatio. l. genero. ff. de his, qui notan. infam.* Aymon, *conſilio octauo, numero decimo*, & excluſo dolo, ſemper ceſſat pœna legis. Tiraquel. *de pœn. temperan. cauſa* 33. *numero* 10. Cæphal. *conſilio* 140. *numero* 32. *lib.* 1. Menoch. *de arbitrar. quæſtio. lib.* 2. *caſu* 324. *nu.* 21.

127 Tertia, & vltima dubitatio, an ſcilicet Dominus G. per reuocationem primę depoſitionis iuratę, teneatur de periurio, aut falſo, pariter reſoluenda eſt negatiuè; & ad ſic dicendum, moueor in primis, quia fuit examinatus, non, vt teſtis, ſed vt reus principalis, cui licitum eſt varia, & contraria dicere, ac etiam veritatem medio iuramento negare ſine periurij incurſu, cum ſolum Deum habeat vltorem. *l.* 2. *C. de rebus credit.* Boſſ. *tit. de periur. nu.* 3. Clar. *in pract. §. fi. quæſt.* 45. *uerſ. quid ergo ſi reus.* Burſat. *conſi.* 112. *num.* 10. *& conſi.* 239. *numero vigeſimo.* Bertaz. *conſi.* 124. *num.* 2. & ibi Claud. *in addit.* reiectis contrarijs, teſtatur de receptiſſima, & ſeruata opinione, etiam quoad pœnam extraordinariam. Vulpell. *conſi.* 102. *vbi quod ita communiter practicatur.*

128 Et idem in eo, qui eſt examinatus vti principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, quod non puniatur de periurio, ſeu falſo; ſed tantum, quod propter mendacium, & variationem poſſit torqueri, tradidit Carauit. *ſuper rit. magn. Cur. Vicariæ.* 79. *num.* 14. *in in fine*, quem refert, & ſequitur Pau. Granut. *Theorem.* 3. *nu.* 11.

129 Et magis in terminis de teſte, qui a principio gubernationem negauit, timens aliqua pęna puniri, quod excuſetur, nec periurus dici poſſit, conſuluit Vulpell. *conſi.* 102. *num.* 12. quem refert, & ſequitur Claud. *in addit.* ad Bertaz. *conſi.* 124. *in* 1. *addit. in fine.*

130 . Præterea, quod iſto reſpectu reputandus ſit Dominus G. tanquam principalis examinatus, & interrogatus in cauſa propria, & nõ vti teſtis, conſidero, quod iam ante carcerationẽ dixerat Illuſtriſſimo Domino Datario, quod illud vltimum breue ſic ſigillatum tradiderat Domino B. fol. 262. dum in tortura pẽdens dicit, *l'ho negato, perche così mi trouauo hauer negato a Monſignor Illuſtriſsimo Datario.* Vnde ſi in iudicio examinatus contrarium dixiſſet, remanſiſſet cõuictus de mendacio, delicto, ac turpitudine, cum mendacium ſit delictum, & turpitudo. *l. electio, §. neque heredi. iuncta gl. in verbo, danda. ff. de noxal. l. contra negantem, & ibi glo. magna, in uerſ. & ſic nota hic. C. de non numer. pecun.* cum alijs per Sarmien. *Select. interpret. lib.* 3. *c.* 13. *nu.* 4. *uerſ. mendacium enim eſt.* Et vbi agitur de laude, vel vituperio alicuius, ibi dicitur agi de illius propria cauſa. Boſſ. *de oppoſit. contra teſtes, numero* 120. Oſaſc. *deciſ. Pedemon.* 79. *numero* 4. Burſat. *conſi.* 59. *nu.* 24. Maſcard. *de prob. li.* 3. *concluſi.* 1357. *num.* 5. Et propterea non tenetur quis de periurio, & falſitate, vbi negat illud, & ſi fateretur, redundaret in confitentis infamiam, aut vituperium, vt per Neuizza. *in Silua. in verbo. monitoriæ, poſt numerum* 44. *verſic. et idem videtur*, & ratio eſt in promptu, quia viri boni magis timent infamiam, & turpitudinem, quàm mortem. *l. iſti quidem. in fine principij. ff. quod met. cauſ.*

131 . Et hinc etiam ſequitur, quod alio reſpectu tractabat Dominus G. de cauſa propria, quia ſi dicebat in iudicio cõtrarium eius, quod dixerat extra iudicium Illuſtriſſimo Domino Datario, poterat ex hac variatione torqueri. Alexan. *conſil.* 251.

Digitized by Google

*ſil.251.in fine.lib.6.*Boſſ. *de tortura teſtium. nume. 21.& de oppoſit. contra teſtes. poſt numero 3. verſic. licet tamen.* Clar. *in pract.§.fin. quæſt.25. verſ. ſed pone,quod teſtis.* Vnde ne in mendacio, & variatione reperiretur,ex quo incurrebat,vt probaui, infamiam,& torpitudinem, item ad effugiendū torturam,quæ maior pœna eſt, quàm vtriuſque manus abſciſſio,Marſi.*in practic.§.expedit.a. num. 59.*Boſſ.*tit.de tortura.nu.12.*Rol.*conſi.12.nu.41.lib. 3.*potuit ſine periurij, & falſitatis pœnæ incurſu, tanquam in cauſa propria,vt principalis interrogatus,veritatem negare, per præallegata, & per ea,quæ in propoſito ſcripſit Bertraz. *d. conſi.124. per totum.*Vbi concludit, quod ēt examinatus vt teſtis,poteſt negare veritatem; & dicitur periurus, quando aliqua ratione, vel cauſa tractatur de eius intereſſe, commodo,vel incommodo.

132 Moueor ſecundo ad excuſandum Dominū G.à pœna falſi,quia iuſto errore,iuſtaque credulitate ductus fuit ad deponendum,ſe tradidiſſe D. B.vltimum breue cum ſigillo compreſſo; cum.n. illud ſic prima vice vidiſſet ſigillatum in manib. Illuſtriſſimi Domini Datarij, non ſuſpicans, vt ignorans,de aliqua tranſmutatione ſigilli de primo in vltimum breue, ſicut Fiſcus prætendit, & neſciens quonam pacto illud breue ſic ſigillatū ipſe tradidiſſet ex illis paginis albis, quæ ſignari ſolent in quibuſdam occaſionibus, prout aſſerit in fol.241. dicens, *il Cardinal Datario mi moſtrò il ſecondo, & il terzo breue, che nel terzo et era il ſigillo ſuppreſſo,et mi diſſe,che il B.gli haueua dato delli doi breui,& che giurau a non hauerli tocchi,all'hora io entrai in opinione diſcorrendo da me ſteſſo,ch'io haueſſi fatto ſcriuere detto Breue in vna di quelle carte, che ſogliono remanere ſigillate, quando l'eſpeditione non ha effetto, ch'io all'hora ſoglio ſopprimere il ſigillo, & per queſto diſcorſo mi confirmai in tale opinione, & quando ſon ſtato addimandato, lo diceuo nell'eſſamine ſicuramente ch'era coſi.*

133 Vnde ſubinfertur concluſio, quod teſtis, licet in rei veritate ſit falſus, tamē ſi iuſta credulitate illud falſum dixit, excuſatur à falſo, & periurio. *c.quanto,verſic.ſi verò legitimam. de iure iuran. cap. homines.verſi.fac illum iurare.22.q.2.* Marſ. *in rub. de probat.num.188.& in rubr.de falſ.ſub nu.2.*Boſ. *in titu.de falſ.ſub nu.137.*Seraphin.*in tract.de priuileg.iuramen.priuileg. 11.nu.4.* Vchemens enim opinio excuſat opinātem,licet falſum opinetur. gloſſ.*in l.ſi quis extraneus.§.ſciendum,in verbo,puto.ff.de acq.hered.* & quod vehemēter opinamur, ſcire dicimur. gloſſ.*in l. 2. §.idem labeo.in verbo, ſciant.ff.de aqu.pluu.arcen.*& in pœnalibus,& odioſis, modò veritatem, & modò opinionem inſpicimus,prout reo fauorabilius eſt, ad euitandum pœnam *l.inter omnes. §.recte.ff.de furt.*Aym.*conſi. 2.nu.8.*Franc.Becc.*conſi.60.nu.15.*

134 Et cō magis in hoc fuit iuſta credulitas, & opinio Domini G.quod Dominus B. medio iuramento aſſerebat, ſe habuiſſe ex ſuis manibus illud breue, ſigillatum cum ſigillo compreſſo; quare ſi crediderit viro ſide digno, excuſatur à dolo,& pœna.gloſſ.*in dict.l.ſi Titio fundus.in verbo,actiones.ff. de conditio.& demonſtratio.* Marſil. *in pract.in princip.nu.8.*Caſſador. *deciſ.19.de regu. Cancellar.nu.1.in fine.* Menoch.*conſi.107. nu.25.* Decian.*conſ.29. nu. 19.* A qua quidem pœna, & dolo,vt vulgare eſt, excuſat non ſolum iuſta,ſed etiam iniuſta credulitas.Clar.*in pract.q.60. verſ. & generaliter. vbi in terminis de falſo, & periurio,* & Clarum ſequuti ſunt Suarezz.*in ſuis commun. opin.verbo,credulitas,nu.330.*Franc.Becc. *cōſi.60. nu.16.*Bertazz.*conſ.257.nu.12.& 13.lib.3.*Burſa. *conſi.279.nu.12.& conſ.290.ſub nu.9. lib.3.*

135 Ideo ſi Dominus G. primo dixit vnum, ac deinde aliud, videtur ſic dixiſſe,quodam errore, ductus potius, quā dolo, ex præmiſſis; quibus ēt ceſſantib.ſatis videtur in hoc tutus iuris præſumptione volente, quod in crimine falſi præſumatur potius error, quàm malitia. *l. quod adhibitus. in fine.ibi magis error, quam malitia, & ibi præcipue* Bal.*C.de ijs qui in teſtam.aſcrib.*Cuman.*conſi.136. ad primum.nu.3.*Dec.*conſ.175.nu. 5. cum alijs* per Franc.Becc.*conſ.78.nu.13.*& in dubio præſumitur quid potius negatum per errorem,quàm doloſe.Burſ.*conſi.112,nu.14.*

136 Quod, & eo magis præſumendum eſt, quod non lucri cauſa, ſed pietate motus Dominus G. ſic primo depoſuit,vt ipſe fatetur fol. 262.vbi dicit, *ſe bene io diſſi di hauer dato quell'vltimo Breue al B.con quel ſigillo coſi compreſſo,lo diſſi per pietà,et compaſſione,che gl'haueuo,acciò non haueſſe tāto male,et neſſuno mi hà ricercato ch'io diceſſi queſto,ma lo diceuo da me ſteſſo per pietà,* & fol.265. *Io non diſſi altro,reſtai conuitto della miſeria ſua,& gli habbi cōpaſſione.* Mendacium autem pietaris cauſa factū, excuſabile eſt. Boſſ. *in titu. de periur. nume. 4.* & ceſſante lucro ceſſat dolus.Marſil.*conſi.62.nume. 4.*Aymo.*conſ.8.num.13.*Rolan.*conſ.265.num. 3. lib.2.*Suarez.*in comm.opin.verſ.periurium, nu. 10.* Burſat.*conſ.112.nu.14.*

137 Et demum non omitto,quod ex prima depoſitione Domini G. Fiſcus nullum paſſus fuit dānum; & mendacium non damnoſum, punibile non eſt.gloſſ.*in l.fundum cuius.§.fi. in verbo,dixerim,ff.de euict.*Alc. *conſi.145.nu.2.in fi.verſ.confirmo per id.lib.6.*& in terminis videatur Burſ.*d.conſil.112.nu.12.& 13.iuncto num.25.* vbi concludit, quod ex eo, quod teſtis à principio non manifeſtat id, quod ſciebat, non dicitur Fiſcus damnū, aut præiudicium pati;& ideo pro falſo puniri nō poteſt,& licet per primam teſtis negationem idē Fiſcus non ita faciliter inuenerit veritatem, cū opus fuerit longioribus examinibus,hoc tamen damnum non eſt conſiderabile, ſed leue, & nullius momenti, vt ibi per eum.

138 Longius,quam putabam me traxit calamus, ſed huius probiſſimi Viri innocentiæ rationes adeo in ſcribendo ſuperabundarunt, vt nec eas omnes propter ingenij,& virium mearum debilitatem in medium attuliſſe bene eſt,vt fatear;ſed quia quod ego non potui, exhibebunt alij Doctiſſimi Domini ſcribētes, & cum agatur coram oculariſſimis, & ſapientiſſimis iudicibus, inſtāte iuſtiſſimo, & æquiſſimo Domino Procuratore fiſcali,remittendo me in omnibus ſaniori, ac prudentiori eorum iudicio, ac Sanctiſſimi Domini

noſtri

noſtri benignitati, finem faciam ad Laudẽ Dei.

Exitus cauſæ ſi recte memini, fuit, quod Domini iudices locumtenentes in criminalibus tunc Gubernatoris Vrbis, & nunc illuſtriſſimi Domini Cardinalis de Camerino, qui erant quondam Michael Angelus Sorbolongus, & Fabitrius Peruginus ad præſens Epiſcopus Terracinẽſis, condemnarunt Dominum B. in pęnã mortis, & Dominum G. in pęnam triremiũ ad tempus; verum ex gratia Sanctiſſimi tunc Sixti V. Põtificis Maximi, dictus D. B. fuit ad triremes trãſmiſſus, vbi obijt; Dominus autem G. ab Vrbano Septimo ſucceſſore Sixti V. fuit ab eiſdem triremibus, ad quas iam tranſmiſſus erat, liberatus.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Conatus*. Quod hodie de generali conſuetudine conatus, ſeu affectus in delictis non puniatur pęna ordinaria, communiter apud omnes receptũ eſt, ſicut l poſt alios, quos allegant, antiquiores, teſtati ſunt Gram. *deciſ. 2. nu.* 8. *& ſeqq. & deciſio.* 74. *nu.* 9. Clar. *in prac. §. fi. q.* 92. *& in §. homicidium. verſic. vltimo quæro.* Menoch. *de arbit. q. lib. 2. caſu* 360. *nu.* 92. Ant. Gomez. *de delict. tit. de homic. nu.* 30. Ioſeph Ludou. *deciſ. Lucen. nu.* 26. *& ſeq. par.* 1. Hipp. Rimin. *conſi.* 327. *nu.* 11. *lib.* 3. Marc. Anto. Eugen. *conſi.* 31. *nume.* 41. Ludouic. Peguer. *deciſ. crimin.* 7. *num.* 13. & quamuis Menoc. *vbi ſup. nume.* 23. *& ſeq.* alijque per eum ibidem relati, dubitauerit de hac generali conſuetudine, ex qua nullus ex Doctoribus, qui de ea teſtantur, vbiq; locorum verſatus eſt, ſed potius ad ſic teſtãdum motus fuit, ex quo in pluribus Italiæ locis vrgẽt ſtatuta, volentia, nõ conſummato delicto conatum nõ puniri, quibus bene poteſt dici, quod ſit derogatum iuri communi, & ſic vbi talia ſtatuta non vigent, non poſſit de aſſerta conſuetudine puniri; quia tamen durum eſt contra ſtimulum calcitrare, idcirco non recedas à propoſita communi Doctorum opinione, & atteſtatione, quã ſic communem, & indubitatam aſſerit Cla. in loco præcitato, expreſſe affirmans, quod etiam circumſcriptis ſtatutis, abſolutum eſt, de conſuetudine in delictis non conſummatis nõ puniri delinquentem ordinaria delicti pœna.

b *Atrociſſimis*. An autem non ſequuto effectu, & in atrociſſimis puniatur conatus eadem pęna. Clar. in loco per Cõſultorem citato, relatis hinc inde contrarijs, diſtinguit, opinionem affirmatiuam habere locum, quando lex, ſeu ſtatutum expreſſe etiam conatum punit; ſi vero expreſſe nõ punitur conatus, & tunc tutior videtur contraria opinio, licet quandoque etiam contrarium fuiſſe iudicatũ, teſtetur, & pro hac negatiua opinione adduco etiam Ioſeph. Ludou. *d. deciſ. Lucen.* 15. *nu.* 30. *& ſeqq.* vbi eam dicit magis communem, & reſpondet contrarijs, vide tamen, quæ in propoſito dixit Gab. *lib.* 7. *concl.* 1. *nu.* 13. *& ſeqq.* & Hier. Gabr. *conſi.* 170. *lib.* 1. & Menoch. *dict. caſu.* 360. *ſub numero quadrageſimo, & numero* 95. Et quid in crimine aſſaſſinij, alias latius dixi.

c *Exercuerit*. Non confidant Apoſtolicarum literarum falſatores de huiuſmodi cõcluſione per Conſultorem firmata, quia non iam lapſus eſt annus, in quo vidi duos Sacerdotes in Platea Pontis morti traditos eo, quia ſemel tãtum Apoſtolicam bullam falſificauerunt.

d *Breuia*. Hodie hæc diſputatio eſt ſublata per Bullam legi ſolitam in cęna Domini, in qua pęna *c. ad falſariorum, de crimine falſi.* extenditur ẽt ad falſificantes literas Apoſtolicas in forma Breuis, & ſupplicationes à Papa, ſeu de eius mandato, vel Datarij licentia ſignatas.

e *Opinione*. Paſſim circumfertur, & à conſulentibus allegatur iſtud conſilium Ploti ad excuſandum delinquentes, ad cuius comprobationem poteſt adduci illa communis Doctorum concluſio, quòd licet ignorantia iuris delinquentẽ non excuſet, excuſat tamen, quando ius eſt dubium, & controuerſum, ad tex. *in capit.* 1. *cum ibi notatis* per Ioann. Andr. Butr. Abb. Card. & Anchar. in *capitul. cura, de iure patron.* Angel. *in l. plagij. la* 1. *num.* 1. *in fine, verſic. modo ſi ſtatutum. C. ad l. Flau. de plagiar.* vbi quod excuſatur quis à dolo, quando aliquid fecit cum conſilio Aduocati, quamuis ignorantis, & quamuis etiam potuerit peritiores conſulere. Marſ. *conſi.* 62. *num.* 10. Boer. *deciſio.* 19. *nume.* 9. *verſi. pro quo facit ſecundum ipſos.* Caſſad. *deciſ.* 19. *nume.* 1. *in fine, tit. de reg. Cancell.* Cur. iun. *conſi.* 19. *nu.* 5. *& conſ.* 163. *num.* 20. idem Marſil. *in practic. crim. in prin. nu.* 8. Tiraquell. qui innumeris Doctorum authoritatibus hanc concluſionem exornat, & ex ea pluries facit illationes, *de pan. temperan. cauſ.* 51. *nume.* 26. *& pluribus ſeqq.* Ioann. Bapt. de Plot. *conſ. crimin. diuerſ.* 131. *num.* 6. *ad finem, tomo.* 1. *lib.* 1. Mantic. *in milleloq. cent.* 1. *nu.* 43. Gabriel. qui plures alios refert concordantes, *lib.* 7. *concluſ.* 8. *num.* 36. Menoch. *de recuperan. poſſeſſ. remed.* 12. *nu.* 36. *& conſ.* 1. *num.* 98. Steph. Lamberteng. *de contract. eorum, &c. glo.* 1. *nu.* 213. *& ſeqq.* vbi pluribus hanc probat concluſionem. Maſcard. *de proba. lib.* 2. *concl.* 647. *num.* 3. vbi alios refert. *& nu.* 1. *&* 2. vbi facit concluſionem, quod nõ dolus, ſed error præſumitur in credente aſſertioni, & perſuaſioni alterius, & ibi pariter alios refert concordantes. Bertaz. *conſ.* 80. *nu.* 2. *lib.* 1. *& conſi.* 257. *nu.* 15. *et ſeq. lib.* 2. vbi quod hanc concluſionem omnes admittunt, quando non tractatur de præiudicio alicuius, *& conſ.* 241. *nume.* 5. *&* 6. vbi pariter teſtatur de communi opinione, *& num.* 22. Franc. Becci. *conſi.* 98. *nume.* 16. vbi etiam de communi. Hector Acmil. *in tract. de teſtibus in verbo, teſtis bona conditionis, & famæ. nume.* 1. *fol.* 344.

Et licet quando in iure controuerſo, & conflictu opinionum ſtat pro vna parte cõmunis opinio, an tunc huius communis opinionis ignorantia excuſet à dolo, & pœna, apud Doctores ſit dubium, & controuerſum, multaque hinc inde poſt alios, quos allegant, antiquiores, effuderit Oſaſc. *deciſi. pedemont.* 54. *nu.* 6. *verſi. non obſtat.* Steph. Lambert. *in tract. de cõtract. eorum, &c. glo.* 1. *num.* 177. *& ſeqq.* Anton. Maria Corazz. *in tract.*

tract. de communi opinione. lib.3. tit. 13. nume. 1.& omnibus ſeqq. Mihi tamen ſemper magis placuit eorum ſententia, quę in hoc delinquentem ex capite prædictæ ignorantiæ, excuſat, pro qua fortiter facit alia Doctorum concluſio, quod ſcilicet credens viro fidedigno, excuſatur non ſolum in ijs, quæ ſunt facti, ſed etiam in ijs, quę ſunt iuris, ſecundum communem, de qua alijs relatis teſtatur Franc. Becc. *conſi. 98. nu. 16. lib.* 1.

f *Presbyteros.* Contrarium ſeruatut de facto, vt dixi ſupra litera E.

g *Præſumptio.* Non tranſit ſine difficultate Cõſultoris concluſio; nam quamuis pro ea apertè ſenſerit Menoch. *de præſumpt. libro 5. præſumpt. 2. num. 22.* exptesse dicens, quod generalis præſumptio pro non delicto, procedit etiam, quod in cõtrarium adſit aliqua alia iuris ſpecialis præſumptio, ex Roman. quem allegat. *in conſi. 353. in fine, verſi. eſt ergo.* quem in idem allegauerat prius Cardin. Alban. ad Bart. *in l. merito. nume. 1. ff. pro ſocio*, & ex hoc infert ibi Menoch. quod licet in dubio quis donate non præſumatur, ad excludẽdum tamen delictum, donatio pręſumitur, ex Alciat. & Fortun. Garzia, in locis ibi per eum relatis, quod etiam aſſerit ſe ſequutum fuiſſe *in eod. tracta. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.* 142. & ante Menoch. hoc idem videtur fuiſſe de mente Roland. *conſi. 11. num. 35. & ſeq. lib.* 3. vbi dixit, quod licet de præterito præſumatur in præſens, *l. ſine poſſidetis. C. de probat.* hæc tamen præſumptio ceſſat, quando ex ea reſultaret delictum, quia præſumptio *l. merito. ff. pro ſocio.* quod ſcilicet qs non præſumatur delinquere, tanquam potentior, tollit aliam præſumptionem contrariam, & faciunt, quę in ſimili, dixit idem Dominus meus Farin. *in tit. de indi. & tortur. q. 47. nu. 283. & ſeq.*

Attamen contrarium ſuaderi videtur ex traditis per eundem Menoch. *d. præſumpt. num.* 55. vbi pariter expreſſe dixit, quod iſta pręſumptio generalis, quod delictum nõ præſumatur, excluditur, quando in contrariũ adeſt aliqua vrgentior pręſumptio, ex Alciat. quem allegat *in tract. de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 21. in fine*, quod & idem voluit Claud. Seiſel. *in repetit. l. vt vim. nume.* 108. *ff. de iuſt. & iur.* vbi dixit, quod in prohibitis ceſſat generalis præſumptio excluſiua delicti, quando contra accuſatum vrget alia præſumptio vehementior, quod & idem voluiſſe videtur Hier. Lauren. *deci. Auenionen. 20. nume.* 10. & Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſio. 459. numero* 16. vbi dixit, quod delictum præſumitur, quando pro delicto adſunt præſumptiones, ex Abb. & Fel. quos allegat. *in cap. 1. de præſumpt.* faciunt pro hac contraria opinione, quæ dixit idem Domin. meus Farinac. *in titu. de indic. & tortur. quæſt. 47. nume.* 285. & quæ ſcripſit Decian. cum allegatis per eum *in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 5. num.* 15. vbi in ſpecie dixit, verba æquiuoca, quæ poſſunt in bonum, & in malum ſenſum, vt puta in Blaſphemiam, & in non Blaſphemiam accipi, intelligenda eſſe in bonum ſenſum potius, quam in malum, niſi aliquæ coniecturæ in contrarium vrgeant, vt puta qualitas perſonæ proferentis.

Ideo pro veritate dicas, quòd licet Alciat. *in loco precitato*, loquatur in ciuilibus, non autem quando agitur ad pęnam, & criminaliter, prout ſunt termini quęſtionis noſtræ, quo caſu delictũ non præſumi etiam, quod in contrarium adſit alia præſumptio, ibidem ſentire videatur; Attamen quando cõtra hanc generalem præſumptionem non delicti, vrget aliqua delicti ſpecialis pſumptio, tunc ſine dubio crederem, hanc delicti ſpecialem præſumptionem præualere illi generali excluſiuæ delicti, per regulã, quod ſpecialis pręſumptio tollit generalem, de qua *in l. cum de indebito*, & ibi Bar. *ff. de probat.* Bald. *in l. ſine poſſidetis. col. 1. in fine. C. eodem* cum alijs relatis per Steph. Lambert. *de contract. eorum, glo. fin. nu.* 127. & per Maſcard. *de prob. lib. 3. concl. 1224. nu. 6. & ſeqq.* & dixit in ſimili de fama idem D. meus Farinac. *in tit. de indic. & tortur. q. 47. nu. 193. & ſeqq.*

Quod ſi cum præſumptione generali excluſiua delicti, concurrat aliqua alia ſpecialis pręſumptio pariter pro non delicto, & tunc alia contraria delicti præſumptio licet ſpecialis, tollitur per prædictas pręſumptiones non delicti, generalem ſcilicet, & ſpecialem ſimul, per aliã regulã, quod plures præſumptiones vincunt minores, de qua per Natt. *conſi. 31. num. 9. lib. 1. & concluſ. 39. num. 14. eod. lib.* 1. Bero. *conſi. 160. nu. 7. lib. 1. & conſ. 19. num.* 2. & *conſi. 119. nu. 18. lib.* 2. Decian. *conſ. 100. num. 48. lib.* 2. cum alijs relatis per Maſcard. *d. concluſ. 1224. nu.* 26. & per totam illam concluſionẽ, in qua bene diſcuritur, an, & quando vna præſumptio aliam tollat. & ex ibi traditis bene poterit decidere alios caſus in materia huius ampliationis contingentes.

h *Sigillum.* Multa de probatione ſigilli, & præſertim, an, & quando cenſeatur appoſitum de voluntate eius, cuius eſt ſigillum, videas per Aym. *in conſi. 221. nu. 12. & de antiquit. tempor. p. 1. §. quæritur ẽt in hac materia. nu. 44. & plurib. ſeqq.* Diaz. *reg.* 244. Soc. *reg.* 373. Nouell. *reg. 195. 11. fallen.* Couarr. *pract. q. cap. 22. num. 9. Pract.* Corrad. *fol. mihi 167. nu. 2. & nu. 16. in 11. limit.* Roland. *conſi. 2. nu. 140. lib.* 2. Cæphal. *conſi. 141. nu. 10. lib.* 1. Rot. *diuer. deciſ. 235. par.* 1. Gab. *lib. 1. tit. de præſumpt. concluſ.* 4. Iacob. Port. Imolen. *conſi. 95. num. 15. lib.* 2. Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. caſu 91. nu. 23. & in trac. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 57. & 58.* Maſcard. *de probat. lib. 3. concl.* 1302.

i *Commodo, & vtilitati.* Generalis eſt concluſio, quod falſitas, ſurreptio, ſeu occultatio ſcripturarum, & omne delictum, regulariter præſumitur commiſſum ab eo, de cuius commodo, & vtilitate agitur, vel de eius mandato. ad cuius cõcluſionis comprobationem, & materiam, vide per Alber. *in l. 2. §. ſi quis in ſuo. ff. ne quid in loco publico.* Blanc. *de indic. nu.* 422. Natt. *conſi. 314. nu. 10. lib.* 2. Grat. *conſi. 59. nu. 7. lib. 1. & conſ. 37. nu. 11. lib.* 2. Bero. *conſ. 118. cum Alphon. nu. 22. lib.* 3. Boſſi. *in tit. de indic. & conſiderat. ante tortur. num. 58. & nume.* 53. Campeg. *de teſtibus reg. 394. verſicu. ſexto ille præſumitur.* Lancellot. *de attenta. cap. 1. numero 80. & ſequen.* Franc. Becc. *conſi. 79. num. 21. Pract.* Corrad. *fol. mihi 292. col. 2. verſicu. 7. quoniam res*

ſub-

ſubtracta,&c. Maſcard.de probat. lib. 2. concl. 831. nu. 12. & concl. 1003. nu. 65.

K *Violentis.* Non tranſit ſine controuerſia articulus iſte, an ſcilicet ex præſumptionibus violẽtis, ſeu vehementibus poſſit quis criminaliter condemnari. Nam pro opinione negatiua adduci poſſunt Iaſ. in l. ſeruum fugitiuum. nume. 29. C. de ſerui, fugit. Marſil. in rub. C. de probat. num. 254. & ſeqq. vſque ad nume. 260. vbi late deſendit hanc opinionem, alios refert, & teſtatur de magis communi, & æquiori opinione, & in l. repeti. num. 27. ff. de quæſt. & in pract. §. quoniam. numero 32. & in §. diligenter. num. 22. Foller. in pract. crimin. in verbo, dentur capitula, nume. 24. vbi alij referuntur. Mattheſ. in ſuis regul. crim. verſi. in criminali etiam violenta præſumptio, fol. mihi 344. col. 2. inter commun. opin. diuer. to. 1. relati per Menoch. quos tamẽ ipſe non ſequitur, de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 97. nu. 22. Cæph. conſi. 204. nu. 23. vbi de communi.

Pro opinione autem negatiua facere videtur tex. in d. cap. afferte, & ibi gloſſ. in verbo date, & notant communiter omnes in ſummario, extra de præ- l ſumpt. & ibi præſertim Abb. num. 6. in fine. ver. aut præſumptiones non ſunt vrgentiſſima, vbi expreſſe loquitur, non ſolum quando agitur ciuiliter, prout videtur loqui ille tex. ſed etiam ſi criminaliter; & quod etiam in criminalibus ex violentis præſumptionibus poſſit quis condemnari, voluit Monticell. qui alios refert, reg. crimin. 11.. numero 5. vbi amplius dixit, quod violenta præſumptio importat idem quod indubitatum indiciũ. Auguſt. ad Angel. de malef. in verbo, quod fama publica, ſub nu. 22. & 24. vbi ſentire videtur, ex præſumptione violenta poſſe etiam ſequi condemnationem, & pro hac parte faciunt deducta per Marſil. in rub. C. de probat. num. 248. & ſeqq. vſque ad nume. 254. & 255. & ſeqq. Menoc. de præſump. lib. 1. q. 94. num. 3. vbi quod ita omnes admittunt in d. c. afferte. Ioſeph. Ludou. concl. 45. ver. declaraid. vbi de præſumptione vrgente, & verſ. ſeq. vbi de præſumptione violenta.

Verum ſuſtinendo primam opinionem, aduerte, quod tex. in d. cap. afferte, non videtur obſtare, quia ibi licet, ex violenta præſumptione fuerit lata ſententia, non tamen fuit lata criminaliter, & ad pęnam, ſed tantum ciuiliter ad reſtitutionem rei; & propterea videtur, quod præſumptio violẽta ſufficiat ad condemnandum ciuiliter ad reſtitutionem rei, nõ autem criminaliter ad pœnam, & iſte videtur communis intellectus ad illũ tex. quicquid in contrarium ibi dixerit Abb. vt ibi, præſertim per Anan. num. 1. verſi. & procedit iſtud in cauſa ciuili. Anto. de Butr. num. 7. verſic. ſed poſſet dici. Card. Zabarell. in fine, verſic. & hoc dicit. Imol. num. 3. verſi. poſſet tamen dici, & num. 4. verſ. aduerte tamen. Ancharan. num. 3. in 4. notab. Præpoſit. in cap. is qui fidem. num. 4. de ſponſal. & vltra prædictos ſic etiam illum textum intellexerunt, & hanc materiam declararunt Paul. de Caſt. in l. ſciant cuncti. poſt nu. 4. C. de prob. Matth. ſing. 118. & ibi Gab. Sarayn. in addit. vbi alios plures refert concordantes. Sarmien. Select. interpret. lib. 1. cap. 1. nu. 8. Boſſ. in tit. de par. ſuppoſ. nu. 32.

Quid dicendum? Diſtingue inter pœnam pecuniariam, & corporalem. Primo enim caſu ex præſumptione violenta poteſt quis in aliquam pęnam pecuniariam condemnari, & ita de pœna pecuniaria videtur loqui Auguſt. ad Ang. de malef. vbi ſupra allegatus d. verbo, quod fama publica, nu. 22. & 24. Secũdo autem caſu, hoc eſt quo ad pęnam corporalem, ſecus, ſic in ſpecie reperio diſtinguentem Marſi. in d. rub. C. de proba. ſub nume. 254. & ſeqq. in verſi. & ſic iſta videtur communis opinio, & in d. l. repeti. num. 26. & 27. ff. de q. & late docet Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 97. nu. 19. & ſeqq. Et faciunt pro hac diſtinctione, &c.

Et aduerte in propoſito, quod propoſita ampliatio loquitur de vnica violenta præſumptione; cum enim præſumptiones violentæ fuerint plures, ex quibus formetur vnum indicium indubitatum, & tunc poſſe ex dictis pluribus violentis præſumptionibus ad condemnationem deueniri, dubitandum non eſt, ſed an in pœnam pecuniariam, an verò in corporalem.

Extraordinaria. Indubitata eſt Doctorum cõcluſio, quòd quãdo iudex ex præſumptionibus, quantumuis violentis, ſeu indubitatis inditijs aliquem condemnat (quod non niſi rarò facere debet) debeat etiam multum ſuam ſententiam temperare, & ob id pęnam vltimi ſupplicij, ſeu aliam delicti ordinariã imponere nõ debeat, ſed tantum maiorem, ſecundum Innoc. qui adhoc originaliter allegatur, in cap. quia veriſimile. num. 2. verſi. nota tamen. de præſump. quem referendo ſequuti ſunt Aret. in cap. tertio loco. num. 19. & 20. de probat. Anton. de Butr. in cap. afferte. poſt nu. 7. & ibi etiam Card. Zabar. in fine. Imolen. num. 3. Fel. nu. 6. de præſump. Alb. in l. abſentem. nu. 3. ff. de pœn. Iaſ. in l. ſeruum fugitiuum. nu. 3. C. de ſeru. fugi. Auguſt. ad Ang. de malef. in verbo, quod fama publica, nu. 24. & ibi alter Additionator litera A. vbi concordantes refert Marſ. in rub. C. de probat. nu. 260. vbi alios refert, & in l. repeti. nume. 28. ff. de quæſt. & in practic. §. quoniam, nume. 33. & §. poſtquam. nu. 50. Aymon. conſi. 73. num. 19. in fine. Grammatic. deciſio. 8. num. 8. Gig. de crimin. læſ. maieſt. lib. 2. titu. quomod. ei per quos crimin. læſ. maieſt. prob. quæſt. 24. num. 4. Boer. deciſion. 164. num. 6. vbi alios refert. Carer. in pract. crim. in 3. tract. de homic. §. & nota Doctores. nu. 9. & in 2. tract. de indic. & tortur. §. in textu ergo. ibi, argumentis conuictus, nu. 2. verſi. nam tunc iudex. Brun. de indi. & tortur. par. 1. q. 4. nu. 13. ad finem, verſicu. aduertendum tamen, & nume. 14. Tiraquell. de pœn. cauſ. 27. num. 1. & ſeqq. vbi latiſſime exornat, & quam plures refert in idem concordantes. Grammat. deciſio. 38. nu. 17. & deciſio. 56. nume. 21. & deciſi. 96. nume. 4. & ſeqq. & deciſio. 22. num. 14. vbi quod ita communiter tenẽt Doctores. Diaz. reg. 370. in princip. & in prima ampliatione. vbi ampliat, etiam quod indicia eſſent vrgentiſſima, & talia, vt arctarent mentem iudicis ad aliud non credendum. Petr. à Plach. in epitho. delict. cap. 14. num. 3. in fine, vbi de magis communi. Boſſi. in titu. de conuict. nume. 38. & nume. 40. & nu. 42. & nu. 45. & in tit. de confeſſ. nu. 21. Duen. reg. 303. in prima limitatione. Capic. deciſio. 126. nu. 15.

num.15.Clar.in practic.§.fina.queſt.20.verſi.ſcias tamen ibi,alij dicunt,quod vbi ex præſumptionib.&c. vbi alios refert, & teſtatur de communi Anton. Gomez.de delic.c.3.de homic.nu.45.& ibi Soarez. in addit.litera I.in verbo,& eleganter, vbi quod hæc concluſio creberrimis Doctorum ſuffragijs recepta eſt.Monticell.reg.crim.11.num.11.& 25. nu.26. vbi alios refert, & ampliat etiam in pęnis pecuniarijs, in quibus pariter pęnam ipſam non ordinariam, ſed mitiorem imponere debet,& ita etiam ampliat Boſſ.in titu.de conuic.num.41. Nic. Moron.de fid.treg.& pac.q.186.nu.2. Bertaz.conſil.341.nu.36.lib.2.Hippol.Rimin.conſi.121.nu. 25.lib.2.vbi alios refert antiquiores.Maſcard.de probat.lib.3.concluſion.1221.nume.55.vbi alijs relatis teſtatur de communi, & numero 73.& ſeqq. vbi bene loquitur.Menoch.de præſumpt.lib.1.q. 97.num.15.vbi loquitur, quando quis condemnatur ex ſuſpicionibus hominis, vel etiam legis, & num.16. vbi idem,quando quis condemnatur ex præſumptionibus hominis etiam violentis,reprobato Sarmien.contrarium tenente,& nu.17. vbi idem, quando quis condemnatur ex præſum tione vehementi, & num.19. & pluribus ſeqq. vbi pariter loquitur in præſumptionibus violentis, late comprobat hanc concluſionem, quam dicit magis in iure receptam,& ſingulariter reſpondet omnibus argumentis Sarmien. contrarium ſentientis.

Et quamuis contrarium,quod ſcilicet ex violentiſſimis præſumptionibus poſſit quis in pęnã ordinariam condemnari,voluerunt Abb.in c.affertæ.nu.6.in princ.iuncto verſi. aut agitur criminaliter,de præſumpt.Caret. poſt Brun. quem allegat in pract.in 2.tract. de indic.& tortur.§.in tex.ergo, ibi,argumentis conuictus.nu.5.Menoc.de præſump. lib.1.q.97.nu.83.Bellam.deciſ.689.ſeu 688.nu.33. in fine.verſi.ad vndecimum dico.vbi propterea dicit,quod dictum Innocẽtij in d.c.quia veriſimile, cõiter reprobatur.Maſcard.de probat.lib.2.concluſion.865.num.2.& ſeqq. vbi plures admodum refert doctores dicentes,ſi tamen reuera hoc dicãt, ex indicijs indubitatis ſine alijs probationibus poſſe veniri ad pęnam mortis.Hierony. Lauren. deciſion.Auinionen.15.nume.18. vbi videtur facere differentiam inter indicia indubirata, & præſumptiones violentiſſimas;primo caſu dicit non poſſe imponi pœnam mortis ordinariam;ſecundo autem caſu ſic, & ante iſtos modernos adeas Sarmien.Select.interpret.lib.1.capit.1.per totum, vbi pluribus Innocen.doctrinam in d.cap.quia veriſimile,improbat,reputatque abſurdiſſimum dicere, quod iudex poſſit ordinariam pœnam mitigare ex qualitate probationum; ideo iſto caſu, vel pęna ordinaria plectendum, vel omnino abſoluendum, concludit ex rationibus ibi per eum deductis, quas hic repetere ſuperfluum eſſet. Lud.Peguer.deciſi.crimin.17.num.41.& ſeqq.vbi loquens in caſu, in quo concurrebat ſemiplena probatio cum alijs adminiculis, teſtatur, apud eum fuiſſe impoſitam pœnam vltimi ſupplicij, & ordinariam.

Attamen quicquid præfati Doctores dicant, non recedas à prima opinione,& à propoſita ſublimitatione,quæ ſic,vt verior,& magis communiter recepta eſt, ita etiam, & in praxi magis ſeruata, illaque procedit non ſolum in pœnis ordinarijs, & à lege ſeu ſtatuto ſtatutis, ſed etiam in arbitrarijs, ſicut reprobationis,Bald.& Brun.in locis per eum relatis, voluit Boſſi.in titu.de conuict.nu.42.& 45.

m *Acerrime*. Nota notabile dictum veriſſimum in iure,& ſępius in practica ſeruatum ab integris iudicibus,quod quando reus vltra debitum modum torquetur pro complicibus, ſeu pro vlteriori veritate habẽda, quibus caſibus,vt notum eſt, tortura debet eſſe moderata,idemque reus in tortura perſiſtens,etiam quòd factum principale negauerit, tunc talis perſiſtentia perſiſtenti maxime ſuffragatur, ſaltem ad effugiendum pœnam ordinariam.

n *Nocere*. Reorum aduocati in falſitatibus excuſandis, vt plurimum, hoc axiomate vtuntur, quòd ex quo falſitas nõ nocuit,vt puta,quia cõmiſſa in ſcriptura nulla,imperfecta, ſeu alio modo fidem non faciente, idcirco punibilis non ſit; in qua quidem materia Doctores, & præſertim Conſulentes vario modo loquuti ſunt,quorum dicta non explicite,ſed implicite,& remiſſiue hic referre propoſui, videas igitur pro reſolutione propoſiti articuli Paul.de Caſt.conſi.130.videtur dicendum lib.1.Soccin.conſi.104.nu.3.lib.1. Aym. conſi.46.num.1.& ibi Stracca in addit. Natt.conſi. 588.per totum.Marſi.in l.1.§.præterea.nume.23.ad l.Cornel.de ſicar. Plot.in l.ſi quando.nume.722.C. vnde vi,ſecundum antiquam impreſſionem.Nouell.reg.114.in 2.limit. Franc.Turzan.opin.80. Boſſ.in tit.de falſ.nume.85.pract.Corrad.fol.mihi 399.nu.33.Rolan.conſi.38.num.14.& ſeqq.lib.1. Clar.in pract.§.falſum.verſi.item excuſatur. & ibi Baiard.in addit. Emanuel Soarez.in commun.opi. in verbo,falſitas.num.14.& nu.19. Vulpell.conſi.1. nu.13.& conſ.6.nu.2.& conſi.48.nu.1.& ſeq.& cõſil.26.Burſ.321.nu.13.lib.3. Menoch.de arbitrar. q.lib.2.caſu 306.Gabr.lib.7.concluſ.5. Monticell. reg.crim.16.nu.63.& nu.151.Iul. Scarlatin.conſi. crim.diuerſ.106.nu.14.lib.2.Ioſeph.Ludou.deciſ. Lucen.13.& deciſ.15.p.1. Viu.in comm.opin.verbo, falſitas.Vegius conſi.45.46. Caputaqueſ.deciſ.5. 2.p.Hippol.Riminal.conſi.344.nu.71.& 72.lib.3. Maſcard.de probat.lib.2.concluſ.339.nu.13.& 14. apud quos etiam reperies,quid de falſificante librum,ſeu ſcripturam priuatam, quæ pro ſcribente fidem non facit,& quidem, quãuis pręfati omnes Doctores valde cõtrouertãt, in eo pręcipuè, an quamuis falſitas non nocuerit, poſſit imponi pęna extraordinaria,ego tamẽ,vt & in hac re ſecundum veritatem, & forſan etiam magis receptam à Doctoribus prædictis ſententiam, quod ſentiam,dicam,crederem eſſe diſtinguendos tres caſus. Primus erit caſus in eo,qui non animo nocendi falſificauit ſcripturam, quæ nec ẽt ad nocendum apta erat, & iſto caſu crederem nec ordinariam, nec extraordinariã pœnã imponi poſſe. Secũdus erit caſus in eo, qui falſificauit ſcripturam non aptam ad nocendũ, ſed animo nocẽdi,

& iſto

& iſto ſecūdo caſu non ordinariam, ſed extraordinariam tantummodo pœnam imponere poſſe, crediderim. Tertius eſt caſus in eo, qui animo nocendi ſcripturam ad nocendum aptam, falſificauerit, & tunc quamuis ea nocuerit, & pariter nocendi malus animus fuerit, & quoad falſificantē jam falſitas eſt perfecta, quia tamen non fuit ad effectum perducta, certe crederem, iſtum poſſe effugere ordinariam falſi pœnam. Verum quia hodie hæc pęna falſi eſt arbitraria, vt alias ſuo loco dicitur, poterit iudex in vnoquoque caſuum prædictorum; primi videlicet, & ſecundi pœnam leuiorem, & grauiorē arbitrio ſuo infligere. Nec negari poteſt, quòd ſi falſitas fuit ad effectum perducta, & nocuit, multò grauius punieda erit, quàm ſi effectus non nocuit; & ita in conſulendo, & iudicando crederem eſſe tenendum, prout etiam dum hæc communicaui cum D. meo Far. eiuſdem ſententiæ ipſum omnino inueni.

o *Præſumptionibus, & inuerisimilibus.* Quamuis Boſſ. *in tit. de confeſſ. numero* 59. *& ſeq.* dixerit, errorem reuocatæ confeſſionis plene probandum eſſe, attamen, ſi de errore conſtet per indicia, ſeu coniecturas, tunc plenè ille dicatur probatus, vt voluit Bald. *in l. fin. nume.* 2. *ad finem, verſicul. ex quibus. ibi, niſi reuocans probaret contrarium, vel clare per indicia contraria elidentia*, quem ibi etiam refert Salycet. *nume.* 2. *verſicu. item ponit aliud exemplum. C. de probat.* ſequitur Pariſ. de Put. *de Sindicat. verbo, tortura, capit.* 1. *nume.* 5. *fol. mihi* 315. idem Bald. *in l. error. poſt numerū* 12. *C. de iur. & facti ignorant.* vbi ſecundum Iacob. de Aren. dixit, quod error probatur ex qualitate facti, & coniecturis, & conſidero, quod Bald. *in d. l. fina.* loquitur, quando quis vult probare errorē confeſſionis emanatæ in tortura, præcedentibus indicijs; quo caſu vult, illum probare per contraria īdicia elidētia, quibus reus tortus fuit. Clau. ad Bertaz. *conſilio* 103. *litera C. verſicul. error poterit multis modis probari, & verſicul. ego in tribus caſibus. libro* 1. Vbi probationem erroris per coniecturas præcipue admittit in tribus caſibus, primo videlicet in confeſſione emanata per torturam; Secundo, quod reus ex multiplici, & intricata iudicis interrogatione, potuit facile errare; Tertio in confeſſione ruſtici; addo eūdem Bertazz. *conſi.* 162. *nume.* 6. *in fine, & ſeqq.* vbi pluribus explicat, confeſſionis errorem coniecturis, & præſumptionibus probari.

p *Qualitate.* Quòd qualitas in confeſſione adiecta, probari poſſit ex præſumptionibus, & qđ iſto caſu confeſſio non poſſit per fiſcum pro parte acceptari, & pro parte non, ſcripſit Gabr. *lib.* 7. *conclu.* 19. *num.* 14. Vulpell. *conſ.* 94. *nume.* 10. vbi ponit exemplum in eo, qui confitetur ſe carnaliter cognouiſſe mulierem, volētem tamen, dicitque, quod hæc qualitas voluptaris mulieris non poteſt per Fiſcum ſeparari à confeſſione, quādo eſt probata inhoneſta vita ipſius mulieris, quæ facit preſumere, vt non inuita, ſed volens cognita fuit, addo & Thom. Triuiſ. *deciſ. crim.* n. 46. *nu.* 16. *lib.* 2. vbi facit concluſionem, quod confeſſio qualificata diuidi non poteſt, quando præſumptio non eſt contra confitentem, vel quādo pro qualitate adsūt indicia, aut præſumptiones. Bertaz. *conſi.* 27. *num.* 10. *in fine & ſeqq. lib.* 1. vbi qualitatē defenſionis, confeſſioni de homicidio adiectam, præſumptionibus probari bene conſuluit, *et in addit. litera A. verſ. hæc multo magis procedunt. & conſi.* 31. *nu.* 12. *verſi. namque huiuſmodi obiectū. dict. lib.* 1. *& conſi.* 449. *nu.* 14. *& ſeqq.* vbi plures ponit præſumptiones, quibus probatur qualitas defenſionis, confeſſioni adiecta, *lib.* 2. *& conſi.* 450. *nu.* 2. *& ſeqq. dicto lib.* 2. vbi repetit idem. Hondedc. *conſi.* 96. *num.* 25. *in fine.* Ioan. Petr. Surd. *conſi.* 173. *nu.* 66. *& ſeqq. lib.* 2.

q *Ex actu imperfecto pœna non committitur.* Quādo hæc concluſio vera ſit, & quando non, vide Iaſ. *in l. vbi pactum. nu.* 20. *in fine & ſeqq. C. de tranſ.* Rip. *in l.* 1. *nu.* 24. *ff. de vulgar. & pupillar.* Fel. *in c. ex tenore. nu.* 9. *& ſeqq.* & ibi etiam Dec. *nu.* 23. *& ſeqq. extra de reſcript.* Aym. *conſi.* 191. *nu.* 6. *&* 7. *& in tract. de antiquitate temporum. par.* 4. *§. videamus modo de aliquibus limitationibus. nu.* 12. *& ſeqq.* Cacel. Cotta *in memoral. in verbo, actus nullus.* Tiraq. *de legib. connub. gloſſ.* 8. *nu.* 205. *& ſeqq.* Rola. *conſi.* 38. *num.* 19. *& ſeqq. lib.* 1. *& conſi.* 27. *nu.* 14. *eod. lib.* 1. Sarmien. *Select. interpret. lib.* 1. *c.* 14. *nu.* 7.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

Tractatur materia homicidij, quando ſcilicet dicatur præmeditatè, aut nō pręmeditatè commiſſum, ad effectū imponendi pœnam ordinariam. Pluresque explicantur, & pręmeditationem includunt: & quę etiam homicidium in pura rixa fuiſſe commiſſum, tractatu non pręcedente, demonſtrant.

S V M M A R I V M.

Animus deliberatus occidendi, & præcedens tractatus probatur coniecturis. nume. 1. *Contra, quod non præſumptiue, ſed clare, & diſtincte talis animus probandus ſit. nume.* 21. *in princip. concorda, vt ſufficiant coniecturæ, ad effectum imponendi pœnam extraordinariam; ſecus ad effectum imponendi pœnam ordinariam d. nu.* 21. *in fine.*

Inimicitia facit præſumere homicidium fuiſſe deliberate commiſſum. num. 2. *intellige, dummodo ſit capitalis, alias ſecus. num.* 16.

Conuerſans cum inimico meo dicitur inimicus meus. nu. 2. *intellige, dummodo conuerſatio fuerit directa, & continua, aliter ſecus. nu.* 14. *verſ. Quod enim attinet.*

Armorum delatio facit præſumere præcedentem animum deliberatum occidendi. nu. 3. *Declara procedere in non ſolito gerere arma, vel in gerente arma inſolita, & prohibita, aliter ſecus. nu.* 17.

Animus deliberatus præſumitur ex præcedentibus, & ſubſequentibus verbis. nu. 4.

Animus

Animus deliberatus, & præmeditatus occidendi præſumitur ex deambulatione per locum, vbi homicidium fuit commiſſum. nu. 5. Declara procedere in homine malæ conditionis, & famæ, vel in deambulatione inſolita: aliter ſecus. num. 19.

Agreſſor præſumitur is, qui magis iuuenis eſt, & magis rixoſus. nu. 6. declara vt nu. 20.

Animus deliberatus ſeu præcedens tractatus, non præſumitur, niſi probetur. nu. 7.

Agreſſor præſumitur is, qui in eius ſocietate habebat plures perſonas. num. 8.

Agreſſor præſumitur is, qui occiſus & motiuus remãſit. nu. 9.

Agreſſor non præſumitur is, qui primo alloquutus fuit, ſed qui primo inſultauit. nu. 10.

Animus deliberatus occidendi maxime præſumitur ratione loci, in quo homicidium fuit commiſſum. nu. 11.

Præſumptiones excludẽtes delictum in totum, aut includentes delictum, minus debent præualere præſumptionibus includentibus delicti in totum vel maius delictum. nu 12.

Qualitates, exgrauantes delictum præſumendæ potius ſunt, quàm illud aggrauantes. nu. 12. in fine.

Iuratæ aſſertioni alicuius ſtandum eſt, etiam quod in contrarium vrgeant præſumptiones, quando talis aſſertio coadiuuatur aliquibus alijs præſumptionibus. nu. 13.

Inimicitia non præſumptiuè, ſed plene, & concludenter probãda eſt. nu. 15.

Teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores. nu. 17. in fine.

Præſumptio quælibet tam quoad torturam, quàm quoad condemnationem, debet per duos teſtes concludenter probari. nu. 18.

Conſuetus delinquere, criminoſus, & malus non dicitur is, qui ſolum de delicto eſt inquiſitus & proceſſatus; niſi fuerit confeſſus, conuictus, aut condemnatus. nu. 20.

Præſumptiones, & indicia ſufficiunt vel ad torturam inferendam vel ad condemnandum in pœnam extraordinariam, præſertim in delictis occultis, & difficilis probationis; non autem ad condemnandum in pœnam ordinariam. nu. 21. per totum.

CONSILIVM LXI.

1 ADSIT DEVS. Requiſitus vt pro veritate meam proferrem ſententiam, an ex propoſita facti ſpecie in hac Panormitana homicidij, conſtet, Simonem Setaiolum occidiſſe Carolum Garganum deliberate, & præmeditate, an verò potius in rixa; reſpondendum de iure exiſtimaui, quod homicidium prædictum non præmeditate, ſed in pura rixa pátratum fuit; & licet prima facie pro tractatu & deliberatione præcedente, vrgere videantur nonnulla indicia, ſeu coniecturæ, ex quibus deliberationem, & tractatũ probari, ſcripſit Clar. *in §. homicidium. verſic. ex propoſito. num. 6. ad med. ibi, animus autẽ deliberatus, &c. in verſicu. Alia etiam eſt defenſio. num. 30. poſt med. ibi, certe vel præſumptiue, &c.*

2 Primo enim loco ſe offert præcedens inimicitia, ex eo ſumpta, quod Vitalis conuerſaretur cũ Gargano inimico Riberæ: vnde poſtea idẽ Ribera & Simon ſe retraxerunt à conuerſatione Vitalis, & Gargani. Conuerſans autem cum inimico meo, dicitur meus inimicus. Marſi. *in l. 1. §. præterea, num. 12. verſic. item dicitur inimicus ille, & nume. 13. nume. 55. ad finem. verſicul. igitur inimicus meus.* Blanc. *de indic. nume. 163. & ſeqq.* Menoch. *de preſumpt. lib. quinto, præſumpt. 42. nume. 12. & ſeqq.* Decian. *parte prima, lib. 3. cap. 42. nume. 70. & ſeqq.* & ea inimicitia præcedente homicidium inde ſubſequutum, præſumi deliberatè commiſſum, ſcripſerunt Alber. *in l. ſi amici domum. ff. de adulter. & in tractat. de ſtatu. quæſtio. 64.* idem Blanch. *ſupra nume. 89. & ſeq.* Paul. Meren. *conſi. crim. diuerſ. 90. num. 11. lib. 2.* Menoch. *de arb. quæſtion. caſu 391. num. 2.* Bertazz. *conſil. 208. num. 13. lib. 1.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſion. 98. nume. 1. & ſeqq.*

3 Secundo ſuccedit delatio armorum occultorum, nempe Loricæ, ex qua quidem armorum delatione animum præſumi deliberatum, voluiſſe videntur Blanch. *vbi ſupra nume. 78.* Caſon. *de indi. & tortur. tract. 3. cap. 8.* Menoch. *d. caſu 361. nume. 43.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſio. 97. nu. 1. & ſequent.*

4 Tertio fortiter vrget, quod Simon fuit primus, qui manus ad arma poſuit, præcedentibus iſtis verbis, videlicet, *Ancora vd à lungo finimola;* Hæc enim verba præcedentem reſolutionem altercandi aperte demonſtrare videntur, poſtquam ægrè ferebat Simon, quòd colloquium vlterius in longum protraheretur; & incontinenti enſem euaginauit; animum autem deliberatum ex præcedentibus, ſeu ſubſequentibus verbis, optime deprehendi ſcripſit Marſil. *conſil. 21. num. 15. & 16.* cum alijs per Maſcar. *de probat. lib. 1. num. 46. & ſeqq.*

5 Quarto ſubintrat deambulatio, ſeu aſtantia in loco commiſſi delicti, ex qua maxime præſumendum videtur, quod Simon & Ribera expectarent inimicum illuc tranſiturum, prout tranſiuit, ad trad. per Bart. *in l. fina. nume. 5. ad finem,* & ibi etiam Blanch. *nume. 70. & ſeq. ff. de queſtion.* Roman. *in l. ſi quis in villa. nume. 5. ff. ad ſylla.* Salyc. *in l. fin. nume. 9. in fine. ver. & viſus fuit illo ſero. C. eodem.* Nouell. *in pract. crimin. in princip. num. 59. & in tracta. ad defenſam, titu. an indicia pro reo danda ſine. num. 63.* Franc. Caſon. *de indi. et tortur. 3. cap. 2. num. 2. & 3.*

6 Quinto non videtur omittendũ, quod dictus Simon pretenditur iuuenis, rixoſus, & ſolitus ſimilia facere, vulnerare ſcilicet, & occidere; quo caſu, & animus deliberatus à iure præſumitur. Gandin. *in titu. de homicidiar. nume. 28.* Foller. *in pract. crimin. in verbo, recipiat defenſiones. num. 29.* Marſil. *in l. 1. §. diuus Adrianus. num. 50. ff. de ſicar.* Maſcard. *d. concl. 97. nume. 22.* Attamen, re maturius diſcuſſa, & intus ruminata, homicidium prædictum, nulla præcedente deliberatione, & tractatu, ſed in pura rixa commiſſum fuiſſe, ſi ad cõiecturas, & præſumptiones recurrendum eſt, omnino dicendum videtur, ex infraſcriptis.

7 Primo enim ad ſui fauorem habet Simon iuris præſumptionem, volentem, quod animus deliberatus ſeu præcedens tractatus non præſumatur, niſi probetur, homicidiumque in dubio, non præmeditate ac deliberate, ſed in pura rixa commiſſum pariter præſumatur. Marſil. *in l. ſi in rixa. nu. 28. ff. ad leg. cornel. de ſicar.* Caret. *in practic. crimin. 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. quarto quæro, num. 7.*

Digitized by Google

nume.7.& nu.9.vbi alij referuntur, & verſ. 5.quæro,& num.2.in fine.verſ.ſed quod in dubio. Boſſi. in tit.de homic.nu.23.ad med.& nu.25.Menoch.de arbitr.quæſt.d.caſu 361.nu.34.lib.3. Io. Pet. Surd. conſi.40.nu.48.lib.1.

8 Secundo & magis in ſpecie habet idem Simõ pro ſe fortiorem præſumptionem, eam ſcilicet, quia Carolus Garganus in eius ſocietate habebat plures perſonas & plures armatos, quàm ipſe haberet; quare non eſt præſumendum, quòd pauciores voluerint inſultare plures (eo præſertim, quia ſi Simon voluiſſet, non ſibi defuiſſet cõmoditas alios conuocandi amicos) Marſil. conſil.51. nume.17.Blanch.in pract.crim. in vltima parte, incip.tertia pars defenſionis.nume.17.Menoch.de arbitr.quæſtion. caſu 363.nume.7.& nume.10.& ſeq. Card.Alban.conſi.12.nume.6. Vbi in terminis de eo, qui habet commoditatem conuocandi plures ſocios, ſed vnum tantum ſibi aſſumit ſocium, & rixatus eſt cum tribus alijs armatis, prout punctualiter accidit in caſu noſtro.

9 Tertio pro eodẽ Simone ſtat alia pſumptio, quod ex duobus rixantibus, mortuus, & occiſus præſumitur fuiſſe aggreſſor. Io. Faber. in §.ius autem gentium.nu.8.inſtitut.de iur.natural. gentium, & ciuil.Boer.deciſion.237.nu.4.ad finem. verſic.ſecundo quando vnus mortuus eſt, quos & alios refert, & ſequitur Menoch.de arbitrat. quæſtion.caſu 363.num.15.& ſeqq.Vulpell.conſi.44.num.16. & conſi.45.num.3.Honded.conſi.99.num.21.apud alios alij plures referuntur concordantes.

10 Quarto res clarior reddi videtur ex veritate facti, cũ appareat, Simonem, & Riberam non inſultatos fuiſſe Garganum, & ſocios ſtatim, quod ipſos viderunt; ſed Ribera Garganum tantummodo alloqui voluit; quare ſi quam velimus dicere proceſſiſſe præmeditationem, illam vtique, non ad inſultandum, ſed ad alloquendum fuiſſe, ex ipſo euentu dignoſcitur. Quod ſi poſtmodum ex alloqutione, & verborum altercatione, rixa fuit ſequuta, homicidium non poteſt dici præmeditatè commiſſum, prout pariter conſuluit Card.Alban.d.conſ.12.numero 4.& numero ſexto. in fine.

11 Quinto non eſt omittendus locus, in quo homicidium commiſſum fuit, nẽpe in via publica, & in qua multi poterant occurrere homines, qui inſultatum defendere, & ſe interponendo impedire potuiſſent, ne occideretur (eo præſertim cũ facile Simon ſcire potuiſſet, Carolum etiam de nocte ſolitum eſſe ex domo exire) prout in ijs terminis conſiderauit Bertazz.in conſi.85.nu.16.lib. 1.poſt Marſi.quem allegat in conſi.152.numero 8. lib.1.

12 Ex quibus ſic vt ſupra deductis, duę ſubintrãt veriſſimæ concluſiones; vna eſt, quod in concurſu præſumptionum & coniecturarum præualere ſemper debeant illæ, quæ aut delictum excludũt, ſecundum Rom.in conſi. 68.nume. 8.verſicul.cum enim, & ibi Mandoſ. in addit.litera D. Grammat. deciſ.18.numero 5.Foller. conſi.crimin.diuerſ.139. nume.18.lib.1.Roland.conclu.11.num.35.& ſeqq. lib.3.aut minus includunt delictum. Bald. in l.ſi. colum. fin. verſicu. ſed ſi nihil apparet.numero 17.C. de ædil.actio.idem Roman.conſi.455.nume.quinto, & ſeq.Alciat.de præſumpt.regu. 1.præſumpt. 6.nume.1.& ſeqq.Gabr.lib.7.concluſion.2. nume.6. In delictis enim potius præſumendum eſſe qualitatem exgrauãtem, quàm aggrauantem, bene ſcripſit Dyn.in reg.in obſcur.num.17.quem ſequutus eſt Florian.de Sancto Petro. in l.item Mela.§.ſed ſi plures.nu.5.poſt med. verſ.vno modo ff. ad l. aquil.

13 Altera ſuccedit cõcluſio, quod cum, vt dixi, in dubio homicidium præſumatur potius commiſſum in rixa, quàm animo deliberato, & pro hac generali præſumptione concurrant etiam aliæ ſpeciales prææallegatæ præſumptiones, ideo in hoc Simonis & Riberę aſſertionibus iuratis ſtandum eſſe, quamuis in contrarium aliæ vrgeant præſumptiones, voluit Senat.Pedemonta. deciſ. 71.nume.29.Conſuluit Card. Alban.conſi. 14. num.8.ſequitur Stephan.Lamberteng. in tracta. de contract.eorum, &c. glo.1.nume.182.& ſeqq. & in terminis voluerunt Marſil.conſi.96. nume. 8. Grammat.deciſ.25.nu.5.Cæphal.conſi.76.nu.75. & ſequent.lib.1.Ioſeph.Ludou.deciſion. Lucen.16. num.2.Bertazz.conſi.85.nu.23.lib. 1.

14 Et quamuis, præmiſſis ſic in iure firmatis, non opus eſſet alio modo reſpondere præſumptionibus in contrarium adductis, adhuc tamen aduerti in præſenti caſu, nullam extare legitimam præſumptionem pro aſſerta deliberatione, & præmeditatione homicidij; quod enim attinet ad primam præſumptionem ex inimicitia ſumptam, reſpondetur tribus modis. Primo quod ex conuerſatione cum inimico non oritur inimicitia, niſi illa fuerit ſtricta, & continuata; ſic enim, quando ex conuerſatione oritur quædam qualitas, quæ conuerſantes facit nuncupare adhęrentes, ſequaces, confederatos, & de eadem factione, loquuntur Doctores exaduerſo allegati, & expreſſe declarant Marſil.in l.1.§.præterea. num.2.verſicu. & intelligi.ff.de quæſtion.Blanch.de indic. nume.170. Gig. de crimin. laſ. maieſt. lib.2. rubr. qui accuſare poſſint.q.6.nu.11.ante finem.Maſcard.de prob.lib.2. concl.898.num.29.& 30.vbi amplius requirit cohabitationem.

15 Secundo reſpondetur, quod aſſerta hæc inimicitia non concludenter probatur, quia de ea nõ deponit niſi Ioſephus Dozzina, qui eſt vnicus famulus Gargani, & qui etiam ſe inſultatũ prætendit; & tamen certum eſt, inimicitiam eſſe probandam nõ ſic per vnicum & inhabilem teſtem, ſed plenè, concludẽter, & manifeſtè. Gram.conſ. 44.num.8.& deciſ.34.nume.24.Tiber.Dec.par.1. lib.3.cap.25.nu.31.

16 Tertio & in omnem euentum, inimicitia, quæ ex huiuſmodi conuerſatione oritur, non eſt capitalis.Marſil.in l.1.§.præterea.nu.56.ff. de quæſt. Maſcard.de probat.d.concluſion.898.num.28.iuncto nume.25.verſ.Verumtamen, &c. ideo nullam in homicidio inducit præmeditati & deliberati animi præſumptionem, ſecundum communem, de qua poſt Anchar.teſtati ſunt, Mant.conſ.152. nume.13.& conſi.173.num.14.lib.2. Pancirol.conſi. 351.num.3.& 4.Decian.conſi.76.nu.9.& 10.lib.3.

Maſcard.

Maſcard.*de prob.li.1.concl.98.nu.5.*Bertaz.*conſilio 85.nu.17.& ſeq.li.1.* & dixi aliàs *in mea pract. crimin.in tit.de indic.& tortur.q.49.n.*100.Quicquid in contrarium affirmare auſus fuerit Blanch. *in tract.de indic.nu.90.verſ.Intelligo prædicta.*

17 Ad ſecundam præſumptionem deſumptam ex delatione armorum, reſponſio colligitur ex eiſdē Doctoribus exaduerſo allegatis, qui loquuntur, vel in non ſolito gerere arma, vel in gerente arma inſolita, prout ſunt arma haſtata, archibuſij, & ſimilia; & etiam declarat Nouel. *in tract. ad defenſam, in rubr. An indicia pro reo danda ſint, nu. 67.& ſeq.* poſt Roman. Barr. & Alex. in locis per eum relatis; ſecus autem in deferente enſem, & loricam; Nō enim lorica in Ciuitate Panormi creditur eſſe de genere armorum prohibitorum, cū pro eius delatioue imponatur pœna tantum pecuniaria, & leuis. Et vt plurimum, nobiles abſq; pœna illam publicè deferunt. Vltra quod etiam creditur, hanc loricæ delationem non eſſe probatam per teſtes omni exceptione maiores, prout de iure in criminalibus requiritur. Bald. *in l.fin. num.4.verſi.quædam eſt probatio maior.C.de probat.* Dec.*conſi.429.numero 12. verſ.quarto in criminalibus.* Franc.Marc.*deciſi.285.nu.4.lib.2.* Burſ.*conſ. 346.nu.9.lib.4.*

18 Ad tertiam præſumptionem de verbis prolatis a Simone, & quod fuit primus, qui manus ad arma poſuit, vnico verbo reſpondetur, iſtud nō probari, niſi per depoſitionem prædicti Ioſephi, qui, vt aliàs ſupra aduerti, eſt vnicus famulus occiſi; & etiam prætendit ſe inſultatum, & ſic principalis in cauſa. Quare ex eius ſola depoſitione non poteſt dici concludenter probata hæc præſumptio, cum certiſſimi iuris ſit, quamlibet præſumptionem adhoc, vt indicium faciat, per duos teſtes pr[illegible]tandam eſſe, ſecundum Glo.*in l.fin. in verbo, vel indicijs,* & ibi communiter omnes, *C.famil.erciſc.* Anto.Gomez. *variar.reſolut. to.3.c.13. rubr.de tortur.reor.nu.*18.Clar.*in pract.§.fin.q.22. in princ.* Menoch.*de arbitr. quæſt.li.2.caſu 270.nu. 23.& de præſumpt.lib.1.q.91.nu.2.* qui omnes loquuntur, quando agitur de tortura; Ergo multo magis, quando de cōdemnatione tractatur; Vbi enim agitur de coniunctione plurium præſumptionum, ad effectum condemnandi, tunc indubitatum eſt, quamlibet præſumptionem de per ſe & in genere ſuo debere eſſe perfectè, & concludenter probatam, ſecundum Bal.*in l.ſi quis ex argentarijs, §.1.num.4.ff.de eden.* quem communiter Doctores ſequuti ſunt, teſte Clar. *in pract.§.fi.q. 63.verſ.Tu ſcis.ad med.* Gabr.*li.1.ti.de proba.concl. 1.nu.31.* Cæphal.*conſ.225.nu.46.& ſeq.lib.2.* Maſcar.*de proba.li.3.concl.1223.nu.33.& ſeq.* Vbi de receptiſſima opioione, & dixi latius *in mea pract. crim.par.2.tit.de reo confeſſ.& conuict.q.86.nu.95. & ſeqq.*

19 Ad quartam præſumptionē ortam ex deambulatione, ſeu adſtātia in loco commiſſi delicti; Reſpōdetur, illā procedere in homine malæ conditionis & famę, & ſolito ſimilia cōmittere, alias ſecus. Rom.*in l.1.§.ſi quis in villa.nu.4.& 5.ff.ad Sillan.* Foller.*in pract.crim.in verbo, capias informationem, nu.39.in fine.* Menoc.*de præſump.li.1.q.89. nu.126.& ſeq.* Blanc.*de indic.nu.71.in fi.iuncto nu. 76.* Ang.de malef.*in uerbo, quod fama publica.n.50. verſ.Intellige tamen.* & ibi Ang.*in addi.uerſ.fateor tamen,* vltra quod eadem pręſumptio habet locū in tranſitu, ſeu deambulatione inſolita, & per locum inſolitū; ſecus aūt, ſi per viā publicam, & in qua homines ſolēt & ſtare, & deambulare. Imol. *in l.iuſto.poſt nu.4.ff.de vſuca.* Blanc.*de indic.n.76.* Nouel.*in tract.ad defenſam.rubr.an indicia pro reo danda ſint, poſt nu.63.verſ.Tu tamen dic.*

20 Ad quintā, qđ, ſ.Simō ſit ſolitus, & vulnerare, & occidere, tollit̄, negādo aſſūptū; nec obſtet, qđ alias forſan pro homicidio fuerit inquiſitus, & proceſſatus; ex ſola.n.inquiſitione & proceſſu, non pōt dici, quod quis ſit conſuetus delinquere, prout nec ēt poteſt dici criminoſus & malę famæ; niſi confeſſus, vel conuictus, aut cōdēnatus extiterit. Gram.*vot.30.n.25.& ſeq.& conſ.45.nu. 32.* Caret.*in pract.in tract.de indic.§.decimumquartum indicium.nu.2.* Foller. *in pract.crim. in verbo, Item quod ſororem venenauit, num.28.poſt med.*

21 Quare cū ex pręmiſſis nihil ſuperſit, quod meę huic ſententiæ iure obſtare videatur, facile concludi poſſe crediderim, homicidiū prædictū non appenſatè & præmeditatè, ſed in pura rixa commiſſum extitiſſe; Et quatenus etiam ex præſumptionibus primo loco poſitis, dicere vellemus cōtrariū (prout re vera dici non poteſt) non tamen ex hoc poſſet vllo pacto fiſcus ex prædictis præſumptionibus, & cōiecturis mortis pęnam ordinariam prætendere. Quāuis enim, vt ſupra firmaui, dici ſoleat, animum, & illius deliberationē, tā quam quid latens in corde, coniecturis, & pręſūptionibus probari, oon tñ deſunt magnæ authoritatis Doctores, qui in ſpecie dixerunt, tractatū & deliberationē præcedentē non præſumptiuè, ſed clarè & diſtinctè probādū eſſe, fuit dictū Bal. *in l.non ideo minus.nu.26.C.de accuſ.* quem ſequuti ſunt Carrer.*in pract.crim.in tract.de homici.et aſſaſsin.§.quarto quæro, nu.7.& nu.9.* Marſil.*in l.ſi in rixa.nu.72.ff.de ſicar.* Ideo ad hæc euitanda contraria communiter receptum eſt, primā opioionem procedere, vel quoad torturam inferēdam, ſicut in ſpecie adnotarunt Marſi. *conſ. 96.nu.11.* Clar.*in pract.§.homicidiū. verſ. alia ēt eſt defenſio, poſt med.ibi, ſecundus eſt caſus, &c.* & poſt eum Ioſeph.Lud.deciſ.Lucen.16.*n.1.&* 2.Flamin.Carrar.*de execu.ſent.c.fi.n.244.* Vel quoad imponēdā pęnā extraordinariam, non aūt ordinariā, ex illa cōi & veriſſima concluſione, ꝙ ex pręſumptionibus & indicijs quantumuis violentis & indubitatis, ſi iudex aliquē condēnare velit, (quod nō, niſi rarò facere debet) ſententiā ſuam multū debet temperare, & ob id, non vltimi ſupplicij, ſed aliam mitiorem imponere pęnam, fuit originalis doctrina Innoc.*in c.quia uerisſimile, nu.2.uerſ.nota tamen.de præſump.* quem cōiter ſequuti ſunt plures doctores, quos referre longum eſſet, & ſufficiat ad id allegaſſe Gram.*deciſ.42.nu.14.* Vbi dicit, quòd ita tenetur communiter. Boſſ.*in titu.de conuict.nu.38.40.42.& 45.& in tit.de confeſ.n.21.* Petr.a Plach.*in Epith.delict.cap.14.num.3.in fine.*

Vbi magis de communi. Ant.Gom. *de delict.c.3. rub.de homicid.num.*45. Suarez *in addit.littera I,in verbo,vt eleganter,* vbi quod hæc concluſio creberrimis Doctorum ſuffragijs recepta eſt, prout in ſpecie in tractatibus,conſilijs, alijſq; delictis occultis & difficilis probationis; & ſi dici ſoleat,cõiecturas & præſumptiones ſufficete ad condemnandum; Id tamen intelligendum eſt,quoad pęnam extraordinariam, non autem quoad ordinariam, ſecundum Clar.*in pract.§.fi.quæſt.*20.*verſic.ſcias tamen,ad finem.*Boſ.*in tit.de par.ſuppoſ.nu.*32.*ad finem.*Menoch.*de præſump.li.*1.*q.*58.*nu.*19. *& q.*40.*n.*13.Et magis in terminis, quod animus deliberatus in homicidio ſi præſũptionibus probetut, non ſufficiat ad condemnandum in pęnã mortis; ſed in aliam mitiorem; & forſan etiam pecuniarum, voluerunt Marſil.*in l.*1.*§.diuus Adrianus.nu.*36.*& ſeq.ff.ad l.Corn.de ſicar. & in cõſi.*96.*nu.*9.*& ſeq.*Rol.*conſi.*11.*n.*11.*& ſeq.li.*3. Lud. Peguer.*deciſ.crim.nu.*18.*& ſeqq.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

De cautione de non offendendo,ſeu pace, quod non cenſeatur rupta ex offenſione ſequuta, non ex cauſa, pro qua fuit cautum, ſeu facta pax: ſed ex antiqua.

SVMMARIVM.

*Promiſſio hominis de ſui natura etiam, quod non ſit expreſsè dictum, reſtringitur ad eam cauſum, pro qua fuit promiſſum,nu.*1.

*Promiſſio,ſeu fideiuſſio de repræſentando reum, nõ extenditur vltra cauſam, pro qua ipſe reus erat inquiſitus & proceſſatus,nu.*1.*verſ.ſimile dicimus.*

*Promiſſio, ſeu cautio de non offendendo non extenditur ad nonam cauſam, ex quo pro eu non cenſetur promiſſum, nu.*1.*verſ.& in promiſſione de non offendendo.*

*Cautio de non offendendo, non cenſetur rupta per offenſionem ex antiqua cauſa iam exiſtente ante præſtitam cautionem,nu.*1.*& ſeqq.omnibus per totum.*

*Promiſſor, ſeu fideiuſſor non tenetur vltra cauſam, pro qua fideiuſſit,nu.*2.

*Cautio de non offendendo licet a principio ſit fauorabilit antequam præſtetur, præſtita tamen odioſa reputatur, & ſtrictè interpretanda eſt. Et propterea in dubio iudicandum eſt,eam non eſſe ruptum,nu.*3.

*Homicidium quo animo fuerit commiſſum, probatur coniecturis,nu.*4.

*Plures quod traxerint pauciores in eorum voluntate,præſumẽdum eſt potius,quam econtra,num.*5.

*Inimicitiarum pluralitate data, occiſus quis ſemper præſumitur ex cauſa grauioris inimicitiæ,nu.*5.*in fine.*

*Præſumptio,qua vel pænam excludat,vel mitiorem includat, ſemper capienda eſt,nu.*6.

*Inimicitia, & cauſa delicti ceſſante, ceſſat omnis præſumptio delicti,nu.*6.*ad finem.*

*Amicitia inquiſiti cum occiſo excludit præſumptionem homicidij,nu.*6.*in fine.*

Conditio ſignificatur per ablatina abſoluta, nu 7. *verſ. primo quia.*

Conditione non verificata, deficit diſpoſitio conditionalis, nu. 7.*verſ.Hic autem.*

*Exceptionibus omnibus excluſis a ſtatuto præſupponente aliquam qualitatem,vel conditionem non cenſentur excluſæ illæ exceptiones, in quibus deficit requiſita qualitas, vel conditio,nu.*7.*verſ.Et quando ſtututum,&c.*

*Qualitus requiſita in diſpoſitione hominis, legis, aut ſtatuti, in primis,& ante omnia probanda eſt,nu.*7.*in fine.*

*Exceptionibus prohibitis a ſtatuto, non cenſentur prohibitæ illæ. exceptiones, quæ veniunt ex natura contractus expreſsè vel tacitè, prout nec etiam non cenſentur ſublatę exceptiones illę, quæ veniunt ex natura ſubiectæ materiæ,nu.*8.*& nu.*9.*Vbi pariter quod cenſentur excluſæ exceptiones friuolæ,non autem releuantes.*

*Præfatio conſtitutionis mentem conſtituentis declarat,& ſubſequentem diſpoſitionem reſtringit,num.*9.*verſ. Quod præcipuè.*

*Cautio non cenſetur rupta ex noua cauſa legitima & iuſta: Quamuis Bulla Pij Quarti abneget allegari poſſe nouam cauſam,num.*9. *in fine: Preſertim quando allegans nouam cauſam, non eſt de principalibus paciſcentibus, numero* 10.

*Teſtis de auditu vix facit præſumptionem,nu.*11.

*Cautio, vt dicatur rupta ex noua cauſa, ſufficiat præſumptiua probatio,nu.*11.

*Cautio præſumitur rupta potius ex noua,quàm ex antiqua cauſa,nu.*11.*Et data noua cauſa.*

CONSILIVM LXII.

1 ADSIT DEVS. Ad comprobationem eorum,quæ in hac cauſa prætenſæ cautionis fractæ pet D. Lucretium Aduocatum doctè, & luculenter tam in iure, quàm in facto deducta fuere,conſidero,quod omnis promiſſio de ſui natura, & etiam quod non ſit expreſsè dictum, reſtringitur ad eã cauſam, pro qua fuit promiſsũ; & quæ promiſſionem præcedebat. *l. Triticum,* & ibi glo. Barto.*nu.*2.& alij communiter,*ff.de verb. obliga.* Roman.*in l.generaliter,nu.*8.*verſ.fallit* 2.*ff.eodem.*Felyn.*in c.ſi cautio.nu.*17.*in* 12.*limit. de fide inſtrum.*Cæphal.*conſi.*156.*num.*13.*& ſeq.lib.*2.*& conſi.*662.*nu.*6.*lib.*5. ſimile dicimus in promiſſione de repræſentando reum, quod non extẽditur vltra cauſam,pro qua reus erat inquiſitus & proceſſatus. Rom.*conſi.*210.*in prin.*Cuman.*conſi.*32. Marſil.*in rubr.de fideiuſſor.num.*171.*& ſeq.* Hier. Gabr.*conſi.*181.*nu.*4.*& ſeqq.lib.*1.*& conſi.*173.*nu.*11.*lib.*2.Thob.Non.*conſi.*103.*nu.*1.Marc.Anton. Eugen.*conſi.*68.*numero* 38.*libro* 1.Hercul.*de caut. de non offend.cap.*23.*num.*20.*& dixi in tit. de carceribus,& carceratis.q.*34.*numero* 31.*libro* 1. Et in promiſſione de non offendendo, quod propterea non extendatur ad nouam cauſam, ex quo pro ea non cenſetur promiſſum,tanquam extranea, & non comprehenſa in cautione, iam ſatis omnibus notum eſt, ad trad. per Clar. *in pract. quæſtione quadrageſimaſeptima, verſic. quæro nunc.* Thob.Non.*conſi.*96.*nu.*15. Hercul. *de caut.de non offend.cap.*13.*num.*1.*& ſeqq.* Vulpell. *de pace.q.*45. Maſcard.*de probat.lib.*3.*concluſ.*1131.*num.*27. Et quod nec etiã cautio de non offendendo extendatur ad aliam cauſam antiquiorem, & diuerſã

ab ea

ab ea, pro qua fuit cautio præſtita; in terminis voluit idem Hercul. de caut. de non offen. c. 28. nu. 7. & ante eum Alexand. in addit. ad Barto. in l. aut facta. §. cauſa. ff. de pœn. Vbi ſi quis promiſit pro attinentibus, quòd non offendent, non intelligitur promiſiſſe pro inimicitijs, quæ eſſent inter eos, prout in caſu noſtro, cum alijs per Do. ſcribentem allegatis.

2 Sed ſic eſt, quod D. Saladinus (cuius reſpectu prætenditur rupta cautio) interuenit homicidio equitis, non ex cauſa inimicitiæ inter D. Rentiũ Aluitretũ & DD. Maſſeos, cuius occaſione idẽ Dom. Rentius promiſit pro ſe, & ſuis conſanguineis, &c. Sed ex cauſa, quia filius D. Equitis alias occidit Annibalem Miglianũ fratrem DD. Mutij, Bruti, & Agamennonẽ principalium interfectorum, ergo non poteſt tractari de aliqua exactione pęnæ, ſeu contrauentione promiſſionis, per Regulam, quod promiſſor, ſeu fideiuſſor nõ tenetur vltra cauſam, pro qua promiſit, vel fideiuſſit. l. ſi vltra, & l. blanditijs. C. de fideiuſſorib. Gozzad. conſi. 65. nu. 3. Rolan. conſi. 58. num. 10. li. 1. & conſi. 31. nu. 13. & ſeq. li. 4. Menoch. conſi. 216. nu. 10. li. 3. Ioſeph. Cunia. ſuper rit. magn. Cur. Sicil. c. 65. num. 18. Vbi facit generalem concluſionem, quod nunquã fideiuſſio extenditur ad perſonas, & cauſas extraneas, per l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & l. ſecunda. in fi. ff. de fideiuſſor.

3 Cautio enim de non offendẽdo, licet in principio ſit fauorabilis, antequam præſtetur ratione publicæ vtilitatis, præſtita tamen odioſa eſt, & ſtrictè interpretanda. Dec. conſi. 406. nu. 6. & 7. Bero. conſi. 196. nu. 40. lib. 3. Rimin. iun. conſi. 47. nu. 14. lib. 4. Hier. Gabr. conſi. 171. n. 2. li. 1. Hercul. de caut. c. 19. nu. 9. Et propterea in dubio cautionem non ruptam, nec exactioni pęnæ locũ eſſe, quilibet bonus Iudex arbitrari debet, Hercul. de caut. c. 33. nu. 6. Thob. Non. conſi. 11. nu. 25. Maſc. de proba. lib. 3. concl. 1131. num. 11. At nos non ſumus in dubio, ſed in claris, per præallegata.

4 Quod autem Saladinus in homicidio interuenerit, non ex cauſa inimicitiæ Dominorum de Aluitretis cum DD. Maſſeis, ſed ex cauſa homicidij alias patrati per filium Equitis in perſonã Annibalis Migliani; probatur ex pluribus præſumptionibus deductis per Dominum Scribentem; quæ præſumptiones iſto caſu ſufficiunt; Quia ex qua cauſa, & quo animo fuerit homicidium commiſſum, probatur pręſumptionibus, & coniecturis. Rolan. conſi. 11. nu. 11. & ſeqq. li. 3. cum alijs traditis per Maſcar. de proba. lib. 1. conclu. 99. nu. 4. & concluſ. 97. num. 14. & lib. 2. concl. 864. nu. 2. & nu. 26.

5 Et inter pręſumptiones enumeratas, ea potiſſimum magni ponderis eſt, quòd ex quatuor occiſoribus, certum eſt, quod tres inuenerunt, non ex cauſa, pro qua fuit præſtita cautio per Dom. Rentium de Aluitretis, & ideo eſt potius præſumendum, quod iſti tres traxerint in eorum voluntatem Saladinum, quàm Saladinus traxerit ad ſuam voluntatem illos tres. capit. ſi duo ex tribus, & ibi Gemin. in tertio notab. de offic. delega. in ſexto. Idem Gemin. in cap. aliquibus, numero 9. de reſcrip. eodem lib. 6. Abb. in cap. cum ſit. in tertio notab. de decim. Iaſ. in l. duos Iudices, numero 17. ff. de re iudicat. Vltra, quod Saladinus attinebat in tertio gradu tam Annibali Migliano occiſo, quam Domino Rentio Aluitreto; ſed reſpectu Equitis occiſi, maiorem odium gerebat in ipſum Equitem, & quia eius filius occiderat Miglianũ; quàm ex eo quod filius Mariani Maſſei occidiſſet fratrem Dom. Rentij; Quia prædictus Eques erat in proximiori gradu Vincẽtio occiſori eius filio, quam Fauſto filio Mariani Maſſei; Ideo ſubintrat concluſio, quod data pluralitate inimicitiarum, homicidium ſemper præſumitur cõmiſſum ex cauſa grauioris inimicitiæ, quam ex cauſa inimicitiæ minus grauis. Franc: March. deciſio. Delphin. 423. numero vigeſimoſeptimo. Ioann. Turrius inter conſil. crimin. diuerſ. conſil. 81. numero 34. & ſeqq. lib. 2.

6 Sed dato etiam, quòd prædictus Saladinus potuiſſet pariter moueri ex vtraque cauſa, adhuc tamen ſumẽda eſt ea cauſæ præſumptio; quæ vel pęnam excludat, vel mitiorem includat. l. ſi præſes, in fin. & ibi gl. in verbo, mitior, ff. de pæn. Bal. in l. ſi Prædium, nu. 17. ad finem, verſ. ſed ſi nihil apparet, C. de ædilit. actio. Vbi in terminis infert ad promiſſionem de non offendendo; Et in caſu noſtro videtur ceſſare omnis difficultas ex ijs, quæ mihi in facto ſupponuntur, videlicet, quòd Dom. Rentius tempore homicidij commiſſi ſtabat prout etiam ſtat hodie carceratus in Vrbe; & quod in proceſſu non apparet de aliqua inimicitia ſeu odio inter prædictum D. Rentium & Equitẽ occiſum. Immo apparet de amicitia inter Equitem mortuum & D. Colonnellum Horatium Aluitretum patruum D. Rentij; Quia ceſſante inimicitia & cauſa delicti, omnis etiam ceſſat eiuſdem delicti præſumptio. Bart. inter conſi. crim. diuerſor. conſi. 8. nu. 8. lib. 1. Foller. inter eadem conſ. cõſ. 138. nu. 13. & in pract. crim. in verbo, quod ſororem venenauit, poſt num. 19. Gram. conſi. 42. nu. 10. in fine, Franc. Caſon. de indic. tract. 1. c. 9. nu. 2. Bertaz. cõſ. 556. nu. 20. ſeq. li. 2. & accedente amicitia, multo minus pręſumendum eſt contra eundem Saladinum, quod ex cauſa prædicti Dom. Rentij homicidio interuenerit, ad trad. per Aym. conſi. 8. num. 13. Franc. Marc. deciſi. 423. nu. 20. cum ſimilibus.

7 Nec prædictis obſtet Bulla Pij Quinti, quia licet emendet in cauſis treguarum & pacis fractarum, data contrauentione alicuius in ſtipulatione comprehenſi, pœnã conuentionalem a fideiuſſoribus exigi, nulla excuſatione, vel exceptione penitus admiſſa, non per hoc tamen poteſt exigi pęna, de qua agitur per contrauentionem Saladini. Quia vt probaui, non ex cauſa, pro qua fuit cautum, homicidio interuenit, ſed pro alia, & diuerſa; Et iſto caſu Bulla non obſtat ex infraſcriptis. Primo, quia loquitur conditionaliter, videlicet data contrauentione; quæ verba conditionem important. l. accepts nummis. ff. ad l. Falcid. l. euictis prædijs, & ibi Bartol. ff. de euict. Roland. conſ. 63. numero 37. ſeq. li. 4. Deciſio. Pedemon. 145. num. 6. Hic autem non dicitur contrauentum cautioni; quia cautio non com-

prehendit cauſam antiquam, & diuerſam ab ea, propter quam fuit præſtita; ergo non verificata conditione, deficit conſtitutio. *l. ſi quis ſub conditione. ff. ſi quis omiſſa cau. teſta. l. legata ſub conditione. ff. de conditio. & demonſtratio. cum ſimilibus*; Et quando ſtatutum præſuppoſita aliqua qualitate, vel conditione, excludit omnes exceptiones, non cenſentur excluſæ illæ, per quas dicitur, qualitatem requiſitam deficere. Barto. *in l. 1. §. & parum. num. 3. verſ. quandoque opponitur. ff. quod vi aut clam.* Abb. *in c. cum quis. nu. 6.* & ibi Augu. Bero. *nu. 19. & nu. 27. de reſti. ſpoliat.* Alex. *conſi. 119. nu. 2. lib. 1.* cum alijs per Aſin. *in praxi. §. 31. c. 21. nu. 1. ſeqq.* & per Menoch. *de præſumpt. 48. num. 1.* Qualitas enim requiſita in quacunque diſpoſitione hominis, legis, aut ſtatuti, in primis & ante omnia probanda eſt; & ea non probata, diſpoſitio non habet locum. *l. diuus. ff. de milit. teſtam.* præſertim ſi pęnalis ſit. Clar. *in pract. §. fi. q. 85. verſic. vbi agitur.* Burſ. *conſi. 346. nu. 22. in fi. lib. 4.*

8 Secunda ratio, ob quam cautio non dicatur facta per offenſam factam ex antiqua & diuerſa cauſa, ſumitur ex illa regula, quod omnis promiſſio de ſui natura cenſetur tacitè reſtricta ad cauſam, pro qua fuit promiſſum, & non ad aliam, vt ſupra deduxi, ideo hæc exceptio non cenſetur excluſa a Bulla Pij Quarti. Quia per quodcunq; generale ſtatutum tollens exceptionem, nunqaam cenſentur ſublatæ exceptiones illæ, quę veniunt ex natura contractus, illiq; inſunt vel tacitè, vel expreſſe. Alex. *d. conſi. 119. poſt nu. 2. li. 1.* Dec. *in c. ex parte. il 2. num. 57.* & ibi etiam Fely. *verſ. decimo fallit. de off. dele.* Ant. de Canar. *in tract. de exeq. inſtrum. poſt nu. 56. q. 26.* Bened. de Barz. *in tract. de guarentig. q. 15.* Maſſa *de obli. Camera. in 4. par. q. 1. nu. 10.* Aſin. *in praxi vbi ſupra d. §. 31. c. 30.* Prout pariter, nec cenſentur ſublatæ exceptiones, quæ veniunt ex natura ſubiectæ materiæ. Bal. *in auth. præſente. poſt princ. C. de fideiuſſ.* Bero. *in d. c. item cũ quis. nu. 32. extra de reſtit. ſpol.* Aſin. *d. §. 31. c. 29.*

9 Tertio exceptio hæc, quod offenſio ſequuta fuerit ex cauſa nõ comprehenſa in obligatione, eſt exceptio releuans, legitima, & approbata a iure; ideo non cenſetur excluſa a Bulla; quæ & ſi tollat omnes exceptiones, intelligi tamen debet de friuolis & cauillosis, non autem de iuſtis & legitimis, gloſ. *in c. ſine exceptione. in glo. 1. 12. q. 2. & in cap. ex parte. il ſecundo, in verbo, nulle, de offic. delega.* Bero. *in d. cap. item cum quis, nu. 23. de reſtitu. ſpoliat.* Anto. de Canar. *in tract. de exeq. inſtru. q. 1. nu. 1. & ſeq.* vbi latè; quod præcipuè eſt admittendum in cauſa Bullæ, de qua agitur, in cuius præfatione expreſsè dicitur, eam conditã ad obuiandum cauillationibus, quas ad ſolutiones pęnarum effugiendas, hominum malitia indies excogitat; Præfatio autem ſicut mentem conſtituentis declarat, ita pariter & ſubſequentem diſpoſitionem reſtringit. *l. fin. ff. de hæred. inſtituen.* Rolan. *conſi. 86. nu. 51. lib. 1.* Oſaſc. *deciſi. Pedemon. 52. nu. 10. ſeq. & deciſ. 59. nu. 5. & ſeqq.* Sic in ſimili eandem Bullam Pij Quarti, excludentem exceptionem nouæ cauſæ, intelligẽdam eſſe de noua cauſa, leui, & affectata, non autem de legitima & iuſta, voluerunt Hercul. *de caut. de non offen. c. 13. nu. 5. ſub 2. declaratione, & c. 51. nu. 20. ſeq.* Bertaz. *conſi. 4. nu. 10.* Maſcard. *de proba. lib. 3. concl. 1157. num. 1. ſeq.*

10 Poſſet etiã hic attentari, quod Saladinus interuenit in homicidio Equitis ex cauſa noua, quia ſcilicet Eques in Vrbe contra ipſum porrexit Memoriale Sanctiſſimo. Quæ quidem noua cauſa, cum is non ſit de principalibus paciſcentibus, vtique ipſum & eius fideiuſſores excuſat, vt in Bulla Pij Quinti. *verſi. ſi vero ſupradicti principales. folio 933. par. 2.* & expreſſe declarant Herculan. *d. c. 13. nu. 5.* Maſcar. *d. concl. 1157. num. 56.* Honded. *conſi. 97. nu. 37.*

11 Nec refert, quod non ſit concludens probata, cum de ea non deponat, niſi vnicus teſtis de auditu, qui vix faciet præſumptionẽ. Rip. *in l. 1. nu. 88. ff. ſi cert. pet.* Henric. *in c. præterea, nu. 7. de teſtib.* Marſil. *in pract. §. examinanda, nu. 29.* Nam ad probationem nouæ cauſæ, ſufficit probatio pręſumptiua, etiam per famam, & rumorem. Alex. *conſi. 115. nu. 16. & 17. lib. 4.* Maſcar. *d. concl. 1156. n. 71. ſeq.* Honded. *conſi. 97. nu. 29.* Et data noua cauſa, offenſio præſumitur facta potius ex ea, quam ex antiqua. Rom. *conſ. 183. in fine. verſ. Vltimo nec præſumendum eſt.* Hercul. *d. c. 13. nu. 7. & c. 47. nu. 27. ſeq.* Benintend. *deciſ. Bonon. 65. n. 20.* Thob. Non. *conſi. 96. nu. 16.* Maſcar. *de prob. li. 3. concl. 1131. nu. 38.* Honded. *d. conſi. 97. nu. 30.* Et hoc vltimũ fundamentum ſit dictũ ex abundanti; Quia exceptio quod offenſio illata fuerit ex cauſa antiqua, & non cõprehenſa in cõuentione, eſt validiſſima, & incõuincibilis, ex præallegatis; & ita, vt ſupra, fuit per Iudices Ciuitatis Aeſculi iudicatum.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

Agitur de conductore domus, in qua eius famulus propter inimicitiam, quam habebat cum locatore, ignem immiſit, & illam combuſſit: An dictus conductor teneatur ipſi locatori ad damna paſſa occaſione incendij, per eius famulum immiſſi.

SVMMARIVM.

Conductor domus non tenetur locatori ad emendam damni occaſione incendij, per eius famulum in cõductam domum immiſſi, niſi vel idem conductor fuerit in lata, aut leui culpa; vel etiam famulus deliquit in officio, cui præpoſitus erat, vtputa in coquina, in fornace, in ſtabulo, & ſimilibus, nu. 1. & nu. 4.

Pactum continens idem quod ius commune, nõ obligat in plus, ſed efficacius, nu. 2.

Pactum appoſitum in contractu locationis, intelligitur ſecundum eius naturam. nu. 2.

Conductor non tenetur de incendio immiſſo per eius famulum in re conducta, quamuis promiſerit vtire locata more boni inquilini; eamque reſtituere potius melioratam, quã deterioratam, nu. 2. & nu. 6.

Actum

Actum quem quis impugnat, producere & approbare non poteſt, nu. 3. in fine.
Dominus non tenetur de delicto ſui famuli, delinquentis circa ea, ad quæ non eſt deputatus, nu. 5. & nu. 7.
Conductor tenetur etiam de incendio rei conductæ, cauſato ſine eius dolo, aut culpa, quando promiſit rem conductam ſaluam reddere, præter vim & vetuſtatem: Tunc enim duos tantum caſus excipiendo, videtur ſe ad alios obligaſſe, nu. 7. in fine.

CONSILIVM LXIII.

1 ADSIT DEVS. Quod D. Franciſcus Caluus non poſſit aliquid prætendere a Magnifico D. Lucantonio Iuncta, occaſione ſuę domus combuſtę ab Alexandro Priſtino, tanquam famulo d. D. Lucantonij, conductoris prædictæ domus, probatur clariſſimè ex facti veritate, ex qua cõſtat quod incendium prædictum fuit immiſſum a dicto Alexandro, propter eius ſolã nequitiam, nõ autem culpa aliqua etiam leuiſſima ipſius D. Lucæ Antonij, qui propterea tale quid nunquam de tali homine excogitare poterat. Quare ſuccedit veriſſima illa & communis concluſio, quod conductor domus non teneatur locatori ad emendam dãni occaſione incendij per eius famulum in cõductam domum immiſſi, niſi vel is fuerit in lata, aut leui culpa; vel etiã famulus deliquerit in officio, cui præpoſitus erat, vt puta in coquina, in fornace, in ſtabulo, & ſimilibus. Calcan. *conſ. 40. col. 2. verſ. Quandoque cõſtat.* Anan. *conſ. 71. nu. 3.* Gozad. *conſ. 63. nu. 14. iuncto nu. 16. & nu. 18 ad finem*, vbi de communi. Carau. *conſ. crim. diuer. 116. nu. 1. & ſeq. lib. 2.* Rolan. *conſ. 95. nu. 11. ad finem, & nu. 12. & ſeq. nu. 27. & 28. li. 2.* Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 390. num. 19.* Maſcard. *de proba. li. 2. concl. 993. nu. 5.* Vbi etiam alij relati teſtantur de communi.

2 Nec refert, quod in inſtrumento locationis fuerit promiſſum vti re locata, more boni inquilini, eamq; reſtituere potius melioratam, quàm deterioratam; iſtud enim pactum, quo continetur idem quod ex iuris communis diſpoſitione venit, nõ obligat plus, ſed efficacius. *l. qui mutua. C. de pact. pigno.* Natta *conſilio 416. numero 8. lib. 2.* omniſque promiſſio in contractu locationis appoſita, intelligitur ſecũdum eius naturam. *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati*; & in pro prijs terminis in ſimili pacto in inſtrumento locationis appoſito, quod non per hoc Dominus teneatur pro incendio per famulum immiſſo, vbi alias de iure communi non tenetur, videatur Gozzadi. *dicto conſilio 36. in figuratione caſus, & numero 6. 19. & ſeqq.* cuius conſilium fuit canonizarum in Rota in vna Romana releuationis indemnitaris coram Reuerendiſſimo Domino Seraphino *ſub die tertia Iulij 1581.* & in eadem cauſa *ſub die ſeptima Maij 1582.* quam deciſionem retuli in primo meo libro *titu. de delict. quæſt. 24. nu. 70. iuncto num. 81. ſeq.*

3 Vltra, quod nec etiam poteſt aduerſarius fundare ſe in inſtrumento locationis, quia non ipſe domum locauit D. Lucæ Antonio, ſed alter extraneus, cuius domum poſtea ſubhaſtatam, tanquam plus offerens, emit, & poſt emptionẽ prędicto locationis inſtrumento ſtare noluit; illudq; impugnauit; ideo non poteſt ſe in illo fundare, vulgata regula, ex eo, *de reg. iur. in 6. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſt am. l. 1. C. de furtis*, cum ſimilibus. LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

Deciſio coram R. P. D. Litta in cauſa prædicta Romana incendij ſiue pratenſorum damnorum, & intereſſe Lunæ, 7. Martij 1597.

4 DOmini tenuerunt, Franciſcum Caluũ non poſſe agere ad emendam damni, paſſi occaſione domus combuſtæ cõtra Iunctam; ea ratione moti, quia conſtat de incendiario, & quod odio particulari, quo Alexander Priſtinus incendiarius ipſum Franciſcũ Dominum domus proſequebatur, dictum damnum dedit; quo fit, vt iu re merito Iuncta illud reſarcire non teneaẽ; non enim dolo, aut culpa ſua illatum fuit, ad tex. *in l. tertia. §. ait Prætor. ff. nautæ campon. & ſtab.* Et *in l. ſi ſeruus ſeruum. §. proculus. ff. ad l. Aquil. in l. ædiles. circa prin. ff. de ædilit. edict.* Anchar. *conſi. 348.* & latè poſt alios Roland. *conſi. 95. nu. 14. lib. 2.* Nec ex eo, quod Priſtinus eſſet inſtitor, reſpectu negotij librorum, ſeu famulus Iunctę, teneri Iuncta de incendio facto ab eo, vt in terminis ſerui non deputati ad coquinam, ſeu ad officium ignis, ſed ad aliud peragendum, not. Alciat. *in l. quæ fortuitis. col. 4. C. de pignor. actio.* Afflict. *deciſ. 57.* & Add. ad Ang. de malef. *verſ. Incendiarius. per tex. in l. 1. §. familiam. ff. de public. & in l. ſi vero plures. §. ſi nõ. ff. de his, qui deiece. vel eff ud.* Io. de Anan. *conſi. 71. nu. 3.* Gozad. in *conſ. 63. nu. 14.* Et Rolan. *d. conſilio 95. num. 27. & ſeq.*

5 Nec obſtat, quod Priſtinus eſſet malę conditionis & famæ, qua ſi quòd Iuncta in eligendo ſimilẽ perſonam, fuerit in aliqua culpa; quia eſt aduertendum, quod reſpectu negotij, cui prępoſitus fuit, & ad quod fuit electus, non poteſt aliquo modo damnari ipſa electio; cum teſtes pro parte Calui inducti, de ſufficientia & idoneitate illius, reſpectu negotij bibliothecarij, optimè deponant. Vnde cum circa officium, cui prępoſitus fuit, non deliquerit, non eſt in aliquo condẽnandus Iũcta, ratione dictæ ſuæ electionis, ita Saly. *in d. l. quæ fortuitis. nu. 7. verſ. ſed DD. Communiter. C. de pign. act.* per Bar. *in l. ne quid. in princ. ff. de incend. ruin. & naufr.* Menoch. *de arbitr. caſu 390. nu. 19.* cum alijs, de quibus ſupra.

6 Sicut etiã non obſtat promiſſio nomine Iunctæ conductori facta, de qua in inſtrumento locationis, de habitando domum more boni inquilini, & reſtituendo eã potius melioratam, quàm peioratam, quia hoc pactum recipit interpretationẽ a iure cõmuni, & a ſubiecta materia, quatenus, ſcilicet damnum non oriatur, vt bene declarat Gozzad. *d. conſ. 63.* in locis hic ponderatis per informantes pro Iuncta.

7 Et ad illam diſtinctionem hic per informãtes pro Caluo factam, quòd aut incendium doloſe fit a ſeruo, & hoc caſu indiſtinctè pro eo tenetur Dominus; aut non doloſè, & non teneatur tunc Dominus, niſi concurrentibus requiſitis, de quibus ſupra; fuit reſponſum, de iure non ſubſiſtere, cum dolus ſerui, quoad ea, in quibus non eſt deputatus, non debeat aliquo modo obeſſe Domino; alias ſequeretur abſurdum, quod ſcilicet pęna furti, homicidij, & alterius delicti per ſeruum commiſſi, quod ſine dolo regulariter non committitur, redũdaret in caput Domini, & ita ſuos non teneret authores; & ad text. *in l. qui inſulam. §. Coloni. ff. locati*, ſuper quo prætenditur fundari dictam diſtinctionem, fuit reſpõſum, Colonum ibi teneri de incendio facto per ſeruũ, non ex eo quod culpa famuli inſula fuetit combuſta, ſed quia hac lege ipſe Villam conduxerat, vt incorruptam redderet, præter vim & vetuſtatem; vnde cum duos tantum caſus exceperit, reſpectu aliorum, voluit cum effectu teneri; & ita etiam de dãno quod illatum fuit a ſeruo, ad text. *in l. nã quod liquide. ff. de pænu legat. cum vulgaribus.*

LAVS DEO.

ARGVMENTVM.

Defenditur officialis, qui in ſindicatu inquirebatur, quod ſine iuriſdictione defenſiones denegando, & ſtatutis Ciuitatis contraueniendo, proceſſerat contra Hebręum de furto accuſatum: & propterea nonnulla notabiliter explicantur, ad excuſationem eiuſdem Iudicis ſub ſindicatu exiſtẽtis, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

Inquiri nemo poteſt a Iudice, qui illi ſubditus non ſit ratione originis domicilij, aut delicti, nu. 2. & in addit. litera A, vbi de materia.

Statutum Bononiæ lib. 5. rubr. 3. in fine, iuncta rub. 32. in verſic. Adijcientes, &c. volens iudicem non poſſe inquirere, aut per accuſationem procedere pro delictis extra Ciuitatem & territorium commiſſis in aliquem, qui non ſit ciuis, aut de Comitatu. &c. Quomodo intelligatur, num. 2. & ſeqq.

Iudex incompetens in criminalibus efficitur competens, parte non opponente, nu. 2. ver. Reſpondetur primo.

Iuriſdictio in criminalibus prorogari poteſt, nu. 2. verſ. reſpondetur primo.

Vagabundus dicitur, qui non ſtat firmus in loco, & per mundum vagatur, iſque vbique puniri poteſt, nu. 3. & in addit. littera B, vbi de materia.

Statutum non comprehendit forenſes, niſi de illis expreſſam faciant mentionem, nu 4.

Forenſes non gaudent beneficio ſtatuti, nu. 4

Extenſio de perſona ad perſonam fieri non debet, etiam in caſu, in quo alias de iure Conſtitutio, ſeu ſtatutum extendĩ poſſet, nu. 5.

Iudex denegans reo defenſiones tenetur, & punitur in ſindicatu, nu. 6.

Defenſiones poſſunt reſtringi, & abbreuiari reo confeſſo, num. 6. verſ. Tum quia.

Defenſiones poſſunt denegari reo, quando calũniosè petuntur, et quod de calumnia præſumptiue conſtet. nu. 6. in fine.

Iudex pronuncians contra legem, vel conſtitutionem excuſatur, quando in aliqua cauſa credit illam legem, ſeu conſtitutionem ad rem non facere, nu. 8.

Officialis non ſeruando ſtatuta, maxime excuſatur, ſi fuit alienus a ſordibus, nu. 8.

Iudex tenetur ſeruare ſtatuta ſi ſibi fuerunt data, eaque ſeruare iurauerit; aliter ſecus, nu. 9.

Officiales non tenetur ſeruare ſtatuta, niſi coram ipſo allegentur, & producantur, nu. 9.

Iudex pronuncians contra iura, aut contra ſtatuta, non punitur, niſi probetur quod malo animo, & per ſordes ſic pronunciauerit, nu. 10.

Iudex inique iudicans, nunquam facit litem ſuam. nu. 10.

Iudex in dubio potius errore, quàm dolo præſumitur male iudicare, nu. 10.

Officiales hodie non ſindicantur, niſi de furtis, & barattarijs. nu. 10. verſ. & hinc communiter.

CONSILIVM LXIV.

1 ADSIT DEVS. Stantibus præſuppoſitis, quorum copia datur: Proponitur dubium ab Excellẽtiſſimo, & integerrimo Domino meo Cartulario; Nunquid ex iudicis incompetentia, denegatione dilationum, contrauentione ſtatutorum, & alijs, de quibus in dictis præſuppoſitis, reſultet ea probatio doli, quæ ſufficiat in cauſa ſindicatus ad pęnam, ſeu intereſſe partis? Pro huius dubij ſolutione, ni fallor, Primo videndum eſt, an in cauſa, de qua agitur, Dominus Pellegrinus re vera (vt exaduerſo prętenditur) incompetens fuerit Iudex, Dilationes denegauerit, Bononiæq; ſtatutis contrauenerit: an vero ſecus. Secundo, dato quòd prædicta omnia comuiſerit, an ex hoc poſſit tanquam doloſus condemnari in ſindicatu? Et quidem reaſſumendo primam partem dubitationis, in omnibus negatiuè reſpondendum eſſe ex infraſcriptis, clariſſimè demonſtrari creditur.

2 Quod enim imprimis attinet ad iudicis incõpetentiam, quam Aduerſarij prætendunt, nõ ſolum ex diſpoſitione Iuris communis, volẽtis, neminem poſſe pro delicto inquiri, aut moleſtari, qui aut ratione originis domicilij, aut delicti, iu-
a dici ſubditus [a] non ſit. *c. ſi diligenti. de foro compet.* Ang. de malef. *in verbo, hac eſt quædam inquiſitio. verſ. quarto principaliter quæro. nu. 50.* Cæpol. *conſ. crim. 58. nu. 21.* Iodoc. *in pract. c. 8. de inquiſit. nu. 4.* Socin. *reg. 87. in princ.* Boſſ. *in tit. de inquiſit. nu. 67.* Couar. *pract. quæſt. c. 11. nu. 6.* Octau. Cacheran. *conſ. 64. nu. 7. verſ. Secundum autem requiſitum*; ſed etiam ex diſpoſitione ſtatuti Bononiæ *lib. 5. rub. 3. in fi. iuncta rub. 32. in verſ. Adijciẽtes &c.* Quibus cauet, nõ poſſe per iudicem, pro maleficijs extra ciuitatem & territorium Bononiæ commiſſis, in aliquem inquiri, aut per accuſationẽ procedi, ſi verè nõ ſit ciuis, vel de comitatu & diſtrictu ciui-

tatis

tatis, etiam quod prętendatur, ratione contrectationis rei furatæ, poſſe procedi, *vt in 19. præſuppoſito.* Ex quibus propterea ſine iuriſdictione proceſſum prætenditur contra Caynum hębreum à Dauit hæbreo, de furto accuſatum, cum non eſſet, nec de ciuitate, nec de comitatu, nec de diſtrictu Bononiæ, nec ibidem domicilium habuiſſet, aut delictum perpetraſſet. Reſpondetur primo, quod ex quo ante litem conteſtatam pro parte Cayni non fuit in iudicio oppoſitum de iudicis incompetentia, prout opponi debebat, ideo iudex alias incompetens, poteſt, parte non opponente, delinquentem punire. Boſſ. *in tit. de for. cõpet. nu.* 71. Clar. *in pract. §. fi. q. 42. in prin.* Vbi facit generalem concluſionem, quòd etiam in cauſis criminalibus iuriſdictio prorogatur, ſecundum communẽ, de quo teſtantur Doctor. in locis ibi per eum relatis. *in l. 1. ff. de iudic.* & in ſpecie in crimine furti, quòd contra furem per uiam accuſationis procedi poſſit, etiam coram iudice prorſus incompetente, ratione originis Domicilij, vel delicti, quando in loco, vbi agitur, non fuit oppoſita ante litem conteſtatam fori exceptio, voluit Azzo. *in rub. Vbi de crimine agi opor. num.* 1. & poſt eum Bonif. de Vitell. *in titu. de furibus, & latro. nu. 4. in fine.*

3 Reſpondetur ſecundo, quod ex quo Caynus prædictus examinatus, primo dixit, ſe nominari Vitalem Effraym, deinde Caynum, pariterq; primo loco dixerit, ſe Iudæum Anconitanum, & non Leuantinum; deinceps in ſententia per ipſũ furantem obtenta, ſe ſubditum Venetorum fecerit, & demum in articulis, ſe Iudæum Oriẽtalem profiteatur, eiuſq; exercitium eſſe in ſeruire modo vni, & modo alteri pro ſupracarico Nauium ſecundum accidentiam, prout in ſexto præſuppoſito; neceſſario ex pręmiſſis ſequitur, ipſum dici poſſe Vagabundum, cum is propriè vagabundus dicatur, qui non ſtat firmus in loco, & per mundum vagatur. Bar. *in l. quarta. §. Prætor. num. 24. ff. de damn. infect. & in l. 1. num. 2. C. de Tiron. libro 12. & in l. prima. C. de Colon. Illirici. libro* 11. Ioann. Bertach. *in tract. de Epiſcop. parte tertia, nu. 15. tomo* 13. Pett. de Baiſio *in tracta. de electio. parte 2. cap. 29. numero ſecundo, tomo* 15. Vagabun-

b dum[b] autem, vbique puniri poſſe, dubitandum non eſt. *l. 1. & ibi gloſſ. & communiter omnes. C. vbi de crimine agi opor.* Barto. *in l. hæres abſens. §. proinde. numero* 4. & ibi etiam Curt. iun. *numero 10. de indicijs. poſt glo. ibi, in verbo, debebit.* Boſſ. *in titu. de foro competen. numero* 70. Iodoch. *in pract. crimin. cap. 33. numero 9. & ſeq.* Grammat. *deciſi. 26. num.* 9. Clar. *in pract. §. fina. q. 39. verſic. Cæterum ſi reus.* Ludou. Peguer. *deciſ. crimin. num.* 10. *iuncto nu. 1. & ſeqq.* vbi plura ex ſacris literis affert in deteſtationem vagabundorum.

4 Reſpondetur tertio, & in ſpecie, non ſolum ad id, quod reſpicit incompetentiam, vigore ſtatutorum Bononiæ, ſed etiam eorum inobſeruãtiam; Quod ſtatuta prædicta, ſi rectè intueantur, facta ſunt ad fauorem Ciuium Bononiẽſiũ, & eorum, qui ſunt de diſtrictu, & territorio Bononiæ, non autem de forenſibus. Veriſſima enim eſt iuris concluſio, quod ſtatutum forenſes non comprehendit, niſi de forenſibus expreſſã faciat mentionem; ſemperque facienda ſit interpretatio, vt ſtatuentes minimè forenſes comprehendere voluerint. *c. vt animarum. §. ſtatutum. de conſtit. in ſexto l. fina. & ibi Docto. ff. de iuriſd. omn. iudi.* Ruin. *conſi. 18. nu. 7. lib.* 5. Cęphal. *conſ. 141. nu. 67. & ſeq. lib.* 1. & propterea forenſes ſtatuti beneficio minimè gaudere, ſi præſertim in loco ſtatuti non habitent, voluit Caſtren. *in l. omnes populi. nu. 10. ff. de iuſtit. & iur.* quem referendo ſequuti ſunt idem Ruyn. *in conſi. 112. num. 11. eod. lib. 5. et conſi. 200. nu. 12. lib.* 2. Pariſ. *conſi. 12. num. 26. libro ſecundo,* vbi alijs relatis, teſtatur de vera, & communi concluſione.

5 Reſponderi etiam poteſt quarto loco, & ex abundanti, quod ſtatuta Bononiæ loquuntur de Poteſtate Ciuitatis, qui multo inferioris eſt iuriſdictionis, quàm hodie ſit Auditor Turroni, de legatus a Papa in omnibus cauſis criminalibus; ideo ad eundem Auditorẽ extẽdenda non ſunt, per regulam, quod de perſona ad perſonam extenſio fieri non debet, etiam in caſu, in quo aliàs de iure conſtitutio, ſeu ſtatutum poſſet extendi. Tiraq. *de leg. connub. gl. 5. nu. 195. & de reuocan. donat. in verbo, libertis, nu. 28. ſeq.* Alba. *conſ. 74. nu.* 2. Cæph. *conſi. 2. nu. 22. & conſi. 142. nu. 22. li. 1. Deciſ. Pedemon. 23. nu.* 48. Rolan. *conſi. 56. nu. 24. lib.* 3. & alibi paſſim, & communiter Doctores.

6 Quod vero attinet ad denegationem defenſionum, propter quam D. Peregrinum in Sindicatu, & ex dolo teneri prætẽdatur, ad tradita per Bar. & Alex. *in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infect.* cum alijs per Parid. de Put. *in trac. ſindic. in verbo, condemnatio, cap. 4. numero 1. & numero 3. & numero* 14. Marſil. *in pract. §. nunc videndum. numero decimonono.* Plot. *de in lit. iuran. §. 30. in fine, numero* 9. Rolan. *conſi. 12. numero 44. & 58. libro* 3. Minimè crederem, in caſu noſtro poſſe dici denegatas fuiſſe defenſiones, cum imò eas datas fuiſſe, appareat ex proceſſu; Caynus enim prædictus ſub die 4. & 7. Octobris reſpectiuè, fuit poſitus ad largam, cum termino ad ſe defendendum & copiarum decreto; & poſt hæc ſic ad largam per menſem in circa exiſtens, articulos dedit, & teſtes ſuper illis examinauit, prout in 4. & 10. præſuppoſito. Quare licet poſtea pro eius parte in termino citationis ad ſententiam, fuerint petitæ dilationes ad ſe defendendum, merito non obſtante tali petitione, fuit pronunciatum; Tum, quia in confeſſum poteſt iudex defenſiones, & dilationes reſtringere, & abbreuiare, ſecundum Ferran. Vaſq. *contrau. Illuſtr. cap. 36. numero* 1. & *cap. 5. num.* 20. Carauit. *ſuper rit. mag. Curiæ* 210. *numero* 15. Menoch. *de arbitr. quæſt. li. 1. queſt. 70. nu. 4. & ſeqq.* Tum etiam, quia cum iam Caynus, vt dixi, ſteterit ad largam per menſem, articulos dederit, & teſtes examinauerit, ſequitur, quòd calumnioſe, & ad effugiendum condemnationem in termino citationis ad ſententiam, dilationẽ, quam iam habuit, ad ſe defendendum, petierit: ideo iure potuit repelli. ad Alex. *conſi. 65. num. 5. lib. 1.* qui loquitur in cauſa ſindicatus, & in for-

tioribus terminis, quando nulla prorſus fuit data dilatio ad ſe defendendum, facitq; concluſionem, quod iſto caſu iudex nō ſolum poteſt reijcere perenrem dilationem, quando expreſſe apparet de calumnia, ſed etiam ſi præſumptiuè, vt ibi per eum. At hic calumnia erat euidens; ideo multo magis repellendus erat. Boſſ. *in titu. de indic. numero* 8.

7 Et demum, quod attinet ad prætenſam contrauentionem ſtatutis Bononiæ *rub.* 25. *eodem libro* 5. quo cauetur, non poſſe quem corporaliter puniri in defectum ſolutionis pęnæ pecuniariæ, iam ex præmiſſis colligitur reſponſio, ſtatutum prædictum non militare in caſu noſtro, duplici ratione. Primo, quia loquitur de Poteſtate Bononiæ. Secundo, quia non extenditur ad forenſes: & ex prædictis, Dominum Peregrinum nec ſine iuriſdictione proceſſiſſe, nec defenſiones denegaſſe, nec Bononiæ ſtatutis contraueniſſe, omnino concludendum eſſe exiſtimo.

8 Verum, & nunc aggredior ſecundam partem propoſitæ dubitationis. Dato, quod omnia prædicta commiſiſſet, non tamen per hoc poteſt dici in dolo, ita vt tanquam doloſus in ſindicatu teneatur ad aliquid. Eſt enim in primis excuſandus, quia ex præallegatis, quæ in facto veriſſima ſunt, & in iure non ſunt prorſus inſulſa, probabiliter potuit credere, ſic poſſe agere, procedere, & pronunciare pront fecit, ad rex. *in l. cum prolatis, & ibi glo in verbo, prolatis. verſic. Et idem ſi qua libet alia, & communiter omnes. ff. de re iud.* dum dicunt, non dici quem contra legem, ſeu conſtitutionē pronunciare, quando ex aliqua cauſa non credidit pronuncians, conſtitutionem, ſeu legem ad rem facere; præſertim, quādo ad ſic procedendū, & pronunciandum motus eſt iudex, non per ſordes, præce, vel præmio, vel odio (de quibus nulla eſt ſuſpicio contra probiſſimum virū) ſed ex cauſa publicę vtilitatis, ne delicta remaneant impunita; tunc enim eo magis excuſatur officialis, nō ſeruando ſtatuta, quæ ſeruare iurauit, ſecundum Parid. de Pur. *de ſindic. in verbo, iuramentum, num.* 4. *folio mihi* 205. *colum.* 4.

9 Secundo non video contra Dō. Peregrinum poſſe dari de contrauentione ſtatutorum poſtquam dicta ſtatuta ſibi non fuerunt data, nec ab ipſo iurata; iudex enim tenetur de neceſſitate ſequi ſtatuta, licet illi in cauſa non ſint producta, non alia ratione niſi, quia iurauit illa ſeruare, ſecundum Parid. *de ſindi. in verbo ſtatuta, c.* 1. *num.* 5. *& nu.* 7. Ergo ſi ſibi non fuerunt data, nec illa ſeruare iurauerit, vtique ſeruare non tenetur, niſi ſibi allegentur, & producātur, prout in ſimili de extrauaganti non regiſtrata in volumine ſtatutorum tradunt Docto. omnes *in d. l. cum prolatis,* vbi expreſſe Barto. *num.* 2. & Alexand. *poſt numerum decimumnonum. ff. de re iudic.* ita etiam requiritur, ſtatuta fuiſſe officiali data ad hoc, vt illorum productio non ſit neceſſaria.

10 Tertio, & hoc omnem difficultatem tollere videtur, quia ad hoc vt iudex in ſindicatu de dolo teneatur, non ſufficit probare, ipſum male pronunciaſſe, aut contra iura, aut contra ſtatuta, ſed quod dolo, & malo animo ſic male pronunciauerit. Sed nec malo animo & dolo pronunciaſſe dicitur, niſi ēt probetur, aut præce, aut odio, aut pecunia corruptum, pronunciaſſe, prout eſt tex. expreſſus *in l. ſi filius familias. ff. de iudic.* & ibi Angel. *in ſummario* adnotauit, iudicem iniquè iudicantem nūquam litem ſuam facere. Et dixit Caſtren. *in l. ſeruo inuito.* §. *cum Praetor. nu.* 2. *ff. ad Trebel.* quod dolus iudicis tunc bene probatur, quando probatur, ipſum dixiſſe, quod volebat ferè ſētentiam odio, vel amicitia, cum aliter non videatur bene dolum poſſe probari, ex quo in dubio potius error, quàm dolus præſumitur. Et hinc communiter receptum eſſe, omnes teſtantur, quod ex generali conſuetudine hodie officiales non ſindicantur, niſi de furtis, malè ablatis, & barattarijs, non autem de ſententijs iniquis, & malè latis, vt videre eſt apud Amad. *in tract. ſindica. nu.* 136. *in fine.* Clar. *in pract.* §. *fin. quaeſt.* 73. *item in dex, in fine.* Ioſeph. Ludou. *concluſio.* 38. *illat.* 2. *& deciſione Lucen. prima, num.* 50. *& deciſ.* 3. *num.* 39. Bertaz. *conſi.* 71. *nu.* 3.

11 Quare cum in præſuppoſitis datis nihil videā expoſitum, quod iudicantis ſordes reſpiciat, habueritque Dominus Peregrinus manus mūdas, negari nō poteſt, quin indebitè fuerit in ſuo ſindicatu vexatus. Et propterea ſuccedat illud, quod dixit Pariſ. de Put. *in tract. ſindic. in rubr. de offic. ſindic. c.* 1. *nu.* 1. *& nu.* 6. officialem, qui mundas in officio habuit manus, & qui de corruptione, & barattaria non diffamatur, non debere in ſindicatu pari ſcrupuloſam inquiſitionē. Quod ſi aliter fiat, frangetur neruus iuſtitiæ, deprimetur authoritas Iudicum, augebitur maleficorum audacia; ſucceſſores in officio anteceſſoris ſui exemplo perterriti, ad delicta punienda lento calce procedent; refert & ſequitur Gramm. *conſi.* 54. *num.* 3. Et ita ijs omnibus in ſacra conſulta bene diſcuſſis, fuit de eius ordine, & mandato idem Dominus Peregrinus liberatus & abſolutus.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Subditus non ſit.* Hanc eandem propoſitionem, & regulam ponit Dominus meus Farinac. *in ſua pract. crim. par.* 1. *tit. de inquiſ. quaeſt.* 7. *nu.* 2. *& ſeqq. pluribus, vbi ponit* 11. *declarationes.*

b *Vagabundum autem.* Vagabundus quis propriè dicatur, bene explicat D. meus Farin. *in ſua pract. crim. par.* 1. *tit. de inquiſ. q.* 7. *num.* 15. Vbi inter alia dixit in propoſito, quem dici vagabundum, qui per mundum vagatur, nec certum habet domicilium, etiam quod in loco originis domiciliū habeat, ſi per mūdum vagatur, & *nu.* 16. Vbi ponit, quid de bannito, an dicatur vagabundus, & *nu.* 14. Vbi an vagabundus ſit remittendus ad iudicem loci delicti, ſi ab eo petatur remiſſio.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Tractatur in quatuor infraſcriptis reſpōſis generaliter materia Bullę Sixti Quinti prohibentis armatas, & caualcatas: an, & in quibus caſibus habeat locum: de pluribus excuſationibus, ne illius pœna incurratur: & pręcipue in vltimis duobus reſponſis, plene diſputatur, an illa ſit reſtricta ad caſum, in quo conuocantur gentes, ad effectum adipiſcendæ, vel recuperandæ poſſeſſionis, prout eadē Bulla loqui videtur: an vero extendi etiam debeat ad quaſcunque congregationes factas ad alios effectus, & in ſpecie ad proſequendos, & inſultandos bannitos, ſeu inimicos: & inde ſnmpta occaſione plura afferūtur notanda in materia conuēnticulę; & illius perſonæ: ac plura etiam de interpretatione, extenſione, ac reſtrictione Conſtitutionum, & Statutorum: Materia in Vrbe & Statu Eccleſiaſtico quotidie contingens, & practicabilis.

SVMMARIVM.

Publicatio conſtitutionis fieri debet non tantum in Vrbe, ſed etiam in alijs locis, in quibus eadem conſtitutio locum habet. nu. 1. & in additio. litera. A, vbi remiſſiue ponitur materia legis, ſeu conſtitutionis non publicatæ, quando ſubditos liget.

Conſtitutiones non ligant, niſi poſt lapſum duorum menſium, quanda ſunt conſtitutiones Pontificis, ſed requiritur maius tempus. nu. 2. & ibi in addit. litera. B vbi ponitur regula, quod lex, ſeu cōſtitutio publicata non ligat niſi poſt duos menſes, eaq; remiſſiuè pluribus modis declaratur.

Conſtitutio, ſen ſtatutum, ligat etiam ignorantes, quando ita Princeps in conſtitutione ſtatuit: id tamen intelligitur quoad annullationem actus, non autem quoad pęnam, & ibi in additio. litera. C, vbi remiſſiue ponitur materia, an, & quando ſtatutum, ſeu conſtitutio liget ignorantes.

Qualitates a ſtatuto requiſitæ ſunt in primis verificandæ, ad hoc, vt ſtatutum habeat locum. nu. 4.

Forma ſtatuti, ſeu conſtitutionis eſt præciſe ſeruanda. num. 5. & ibi in addit. litera. D, vbi remiſſiue, an, & quando in lege, ſeu ſtatuto dicatur aliquid pro forma requiſitum.

Lex, ſeu ſtatutum loquens cum aliquo præſuppoſito non habet locum, niſi prius illo præſuppoſito verificato, nume. 6. & num. 97.

Cætus, ſeu congregatio hominum non dicitur facta, niſi in ea interueniant decem, aut viginti homines. nume. 7. 8. & 10. vbi quid in caſu bullæ Sixti V. & in addit. litera, E, vbi generaliter de materia.

Conuenticula quando punibilis ſit, & quando non, quot homines faciant conuenticulam, & generaliter de tota materia, vide in add. litera. E

Satuti, ſeu legis vna pars aliam declarat. nu. 9.

Conuenticula licita, & ad bonum finem non cenſetur prohibita in caſu Bullæ Sixti Quinti. nume. 11. & ſeqq. contra. ſnum. 48.

Bulla Sixsi Quinti prohibens armatas, & caualcatas pro recuperanda poſſeſſione, &c. declaratur vt non procedat, quando notoriè conſtat de inſtitia cauſæ rei inquiſiti. nu. 11. & ſeqq.

Qualitas adiecta in vno capitulo cenſetur etiam repetita alio, num. 12. vbi declaratur hæc concluſio, de qua etiam vide in add. litera. F

Verba vniuerſalia recipiunt interpretationem, & reſtrictionē a iure communi. nu. 13.

Conſtitutiones omnes recipiunt interpretationem a iure communi. nu. 14.

Statuta, & conſtitutiones ſunt ſemper interpretandæ, vt minus lædant ius commune, quàm ſit poſſibile. numero 15.

Verba vniuerſalia, & geminata recipiunt interpretationem, & reſtrictionem, ne ſequatur abſurdum, ne quis indebite damnum patiatur, & iuxta normam æquitatis. nume. 16. & ibi in addit. litera. G vbi remiſſiue ponitur, an, & quam interpretationem recipiant verba vniuerſalia.

Verba, quouis quæſito colore, vel ingenio, ſunt intelligenda, vt excuſent cauſam coloratam, & iniuſtam, non autem iuſtam nu. 17.

Conuenticula vbi eſt prohibita, intelligitur de ea, quæ ex profeſſo, & præcedente tractatu fit à principio, non autem de ea, quæ fit ex pluribus ad rumorem concurrentibus nume. 17. & ſeqq. nu. 4.

Bulla Sixti Quinti prohibens conuenticulas, & armatas reſtringitur ad inuationem rerum ſtabilium, non autem mobilium. nume. 21. & ſeqq. Declara vt nume. 50. ſequentibus.

Prohemium ſtatuti, ſeu conſtitutionis reſtringit, & declarat ſubſequentem diſpoſitionem. nu. 22.

Statuta, & conſtitutiones pœnales vltra eius verba non extenduntur, nec trahuntur ad caſus ſimiles. numero 23.

Credulitas, & opinio excuſat in delictis. nu. 25.

Animalia per vim ablata, incontinenti recuperare licet, etiam congregando gentes. nu. 26.

Exequutoribus iniuſte exequentibus reſiſti poteſt, etiam conclamando, & vocando amicos. nume. 27. Declara vt nu. 39. 40.

Birruarij debēt portare inſignia, aliter illis reſiſtens iuſta ignorantia excuſatur. nu. 28.

Euentus rei, non autem animus, & opinio delinquentis, attenditur in delictis. nu. 30. quod quando verum ſit, vide in add. litera. K per totam additionem.

Dolus in ſtatutis ſemper requiritur præciſus nu. 31. quod quando verum ſit, vide remiſſiue in addit. litera. L

Occidens vnum putans occidere alium non tenetur pœna delicti, ſed mitiori. numero 32 quod quando verum ſit vide in additione litera M vbi diſtinguuntur plures caſus.

Tortura eſt remedium ſubſidiarium, & non datur niſi in defectum probationum. nu. 33. & ibi in addit. litera. N vbi de materia.

Negatiua probatur per teſtes, qui dicunt ſe aliquid non audiuiſſe etiam, quod non dicant, quod ſi dicta fuiſſent, ipſi audiuiſſent, quando ſumus in re magni momenti, &

quando

quando veriſimile eſt, quod teſtes præſentes audiuiſſent illud, quod fuit dictum. nu. 34.

Tortura inferri non debet ſine cauſa. nu. 35.

Exequutor iuris dicitur exequutor iuſtitiæ. nu. 36.

Exequutio quando dicitur impedita, & quando prohibita. nume. 37.

Opinio non excuſat in ijs, quæ ſunt de ſe mala a iure prohibita, & contra bonos mores. nu. 38.

Officialibus iniuſte exequentibus ad hoc, vt reſiſti poſſit, duo requiruntur; Primum vt notoriè conſtet de iniuſtitia exequutionis. num. 39. Secundum vt alio modo ſuccurri non poſſit ei, contra quem fit exequutio, niſi reſiſtendo. num. 40.

Bulla Sixti Quinti probibet conuenticulas, & armatas etiam pro tuenda, vel recuperanda poſſeſſione. numero 41.

Conſtitutio ligat etiam ignorantes, quando in ea adeſt decretum irritans. poſt nu. 41.

Conuenticula de iure communi eſt prohibita. num. 55. maxime ad inuadenda aliena territoria. nu. 42.

Conſtitutio ligat etiam ignorantes, quando imponit nouã pœnam ſuper actu a lege antiqua prohibito. numero 43.

Conſtitutio eſt publicanda ſecundum formam a conſtituente deſcriptam, & talis publicatio ſufficit. numero 44.

Sacrilegium eſt dubitare, de poteſtate Pontificis. numero 45.

Bulla Sixti Quinti prohibentis conuenticulas, & armatas, cõprehendit etiam ſingulares perſonas conuocantes, & cõcitantes ad arma. nu. 46.

Verba vbi ſunt clara in conſtitutione, fruſtra dubitatur de mẽte conſtituentis. nu. 47.

Exceptio firmat regulam in caſibus tamen exceptis. num. 49. & num. 76. declara vt nu. 117.

Teſtes examinati coram iudice, & notario, non poſſunt dicere ſe non dixiſſe, prout Notarius ſcripſit. nu. 50.

Teſtis vnus immediate ſuper delicto deponẽs, facit indicium ad torturam. nu. 13.

Teſtis vnus poteſt eſſe, quod audiuerit illud, quod alter non audiuit. nu. 54.

Conuenticula ad hoc vt puniatur, requirit dolum. numero 56.

Conuenticula ſeu congregatio ad effectum proſugandi bannitos, & hoſtes Ciuitatis, licita eſt, & impunibilis. nu. 57. & omnibus ſeqq. in diſcurſu, etiam ſtante conſtitutione prohibente dictas conuenticulas. nu. 58.

Hoſtes Reipublicæ, atque banniti e medio tollendi ſunt. numero 57.

Conuenticula ſi non habuit ſuum effectum, non eſt locus exequutioni pœnæ. numero 57. verſicul. qui dummodo.

Credulitas iuſta ſeu colorata excuſat a pœna. nu. 59.

Statuta permittentia bannitos poſſe impunè occidi, ſunt fauorabilia, & propter publicam vtilitatem introducta. num. 60. & in addit. litera. P vbi etiam referuntur contrarium tenentes.

Occidens bannitum zelo iuſtitiæ, non ſolum eſt tutus in foro conſcientiæ, ſed meritum acquirit. num. 61. & in addit. litera. Q

Defendere res ſuas vnicuique licet. numero 62. & ſeqq. vbi etiam, quod licet ſe defendere a vi turbatiua, & per defenſionem rerum ſuarum, licet etiam conuocare amicos, & vicinos. nume. 64. Expulſusque de ſua poſſeſſione poteſt incontinenti accedere ad illam armis recuperandam. num. 65. & num. 81. & ſeqq. vbi de materia, de qua etiam. nu. 95. & 96.

Defenſio dignitatis, & officij eſt permiſſa, ita vt etiam ex interuallo, & mediante vi, poteſt quis recuperare illud, quod ſibi ſit in diſcrimen poſitum. num. 66.

Conſtitutio contra ius commune non eſt extendenda, ſed tantummodo cum expreſſis, vel ſimilibus extendenda, nume. 67.

Pontifex habet omnia Iura in ſcrinio pectoris. nu. 68.

Conſtitutio generalis debet generaliter intelligi. nume. 69. & 79. declara vt nu. 109. & ſeqq.

Prohemium conſtitutionis denotat cauſam finalem illius, numero 70.

Legis mens maxime attendenda. nu. 71. & nu. 90.

Oratio vniuerſalis complectitur omnes caſus, quando ſalua ratione recti ſermonis, reſtringi non poteſt. numero 72.

Verba legis, ſeu conſtitutionis ſunt maxime attendenda. num. 73. & nu. 93. vbi præſertim in odioſis.

Statutum dicitur fauorabile, etiam quod ſit pœnale, quando cauſa, propter quam introductum eſt, fauorabilis eſt. nume. 75.

Statutum propter publicam vtilitatem introductum, dicitur fauorabile. nu. 76. contra. nu. 133.

Statuta etiam odioſa ſunt proprie intelligenda. numero 77.

Exempla non reſtringunt regulam. nu. 78.

Quodcunque verbum vniuerſale non eſt reſtringendũ, ſed extendendum. nu. 80.

Conuenticula, ſeu congregatio pro inſultandis inimicis a iure prohibita eſt. nu. 82. ſeq.

Argumentum de minori ad maius eſt receptiſſimum in iure. nume. 84. & habet locum etiam in materia odioſa. numero 85.

Ratio conſtitutionis ſcripta, vbi eſt eadem in pluribus caſibus, non dicitur fieri extenſio, ſed enucleatio. numero 86.

Interpretatio illa ſemper magis eſt recipienda, quæ præcludit viam ad delicta committenda. nu. 87.

Conſtitutio quamuis dura, & rigoroſa ſeruanda eſt. num. 88. declara vt nu. 136.

Interpretatio benignior ſemper recipienda eſt in dubio. numero 89.

Talis, dictio reſtringitur ad præcedentem qualitatem. numero 91.

Superſtitioſas adinuentiones inducendas non eſt eſſe, quando legibus non inuenitur expreſſum. nu. 92.

Huiuſmodi, dictio habet relationem ad ea, quæ ſunt expreſſa. num. 94.

Prouocatus poteſt vim vi repellere, & venientem cum armis, cum armis etiam repellere licitum eſt. nume. 95. & num. 96.

Iniquum eſt alterius odio alium prægrauari. nu. 98.

Factum vnius alteri nocere non debet. nu. 99.

Pœna ſuos debet tenere auctores. nu. 100.

Statutum contrarium naturali æquitati dicitur irrationabile, & propterea maxime reſtringendum. num. 101. & ſeqq. & nu. 106. & nu. 108.

Pœna l. quiſquis. C. ad l. Iuliam Maieſtatis, puniendus filios propter delictum patris, non habet locum in omnibus capitibus criminis læſæ Maieſtatis, ſed ſolum quando illud committitur cõtra Principem, & eius Conſiliarios. nu. 104. immo in foro conſcientiæ diſpoſitio dictæ legis, quiſquis, non eſt ſeruanda. num. 105.

Conſtitutio contra naturalem iuſtitiam non valet. nume. 106. & 107.

Statuta odioſa ſunt reſtringenda ita, vt ſufficiat ſi vel minimum operentur. num. 107.

Præcedentia quando declarentur perſequentia. nu. 110.

Proœmij ratio generalis reſtringitur ad expreſſas qualitates. num. 111.

Generi per ſpeciem derogatur. nu. 112.

Statuta correctoria debent reſtringi ad cauſam, propter quam inducta ſunt. nu. 113.

Statuta ſunt reſtringenda, vt quantum fieri poteſt, ad ius com-

mune reducantur, præſertim quando continent ius irregulare, & anomalum. nu. 114.

Periculum vbi maius eſt, ibi magis conſulendum. nu. 115.

Lex in dubio trahi debet ad caſum magis neceſſarium. nume. 116.

Conſtitutio interpretãda eſt, vt corrigat ius commune minus, quàm ſit poſſibile. nu. 118.

Alius, alia, aliud, intelligitur de ſimili. nu. 119. & etiam quod ſit adiunctum verbo vniuerſali, quæcunque. nu. 120. fallit in diſpoſitione hominis. nu. 121.

Extenſio a maioritate rationis non ſemper eſt licita. num. 122. prout non eſt licita in conſtitutione correctoria iuris communis. nu. 128. & præſertim ſi eſt correctoria, & pęnalis ſimul. nu. 124.

Conſtitutio irrationabilis non extenditur ex identitate, ſeu maioritate rationis. nu. 125.

Conſtitutio, quæ inducit priuationem ipſo iure, non patitur aliquam extenſionem. nu. 126.

Abſoluendus eſt in dubio potius nocens, quàm condemnandus innocens. nu. 127.

Bulla Sixti Quinti prohibentis armatas, & conuenticulas, non comprehendis eas, quæ factæ ſunt ad propulſandas manifeſtas iniurias. nume. 128. item nec comprehendit eas, quæ factæ ſunt ad inſultandum inimicum. nume. 129.

Seditionis auctores quomodo puniantur. nu. 130. & quando puniantur vti rei læſæ maieſtatis. nu. 131.

Conſtitutio pęnalis regulariter reſtringenda. nu. 132.

Præſcriptio longiſſimi temporis licet ſit inducta propter publicam vtilitatem, dicitur odioſa, & non fauorabilis. num. 133.

Receptus omnis a iure communi dicitur odioſus. nu. 134.

Statutum quamuis generale reſtringitur, ne quis videlicet dãnum patiatur. nu. 135.

Statuta intelligenda ſunt ciuili modo, & ſecundum æquitatẽ. num. 137.

Statuta ſunt iure interpretanda ita, vt eorum interpretatio nõ poſſit a ſapientibus reprehendi. nu. 138.

Statutum iniquum, qui tranſgreditur, non vituperatur. numero 139.

Ratio naturalis eſt potentiſſima in interpretatione ſtati. numero 40.

Statutorum verba ſemper debent reduci ad intellectum naturalis æquitatis. nu. 141.

CONSILIVM LXV.

Reſponſum Lentuli Capelli de Amatrice.

ADSIT DEVS. Conſtitutio, de qua
agitur, non afficit iſtos Foranẽſes carceratos.
Primo ea ratione, quia cum ſit lex ſpecialis,
& poſitiua, non obligat ignorantes; ad effectum
enim, vt ſimiles cõſtitutiones ligent, & obligẽt,
non ſufficit in locis vicinis eſſe publicatas, non
a tantum in Vrbe, niſi etiam publicatio [a] in pro-
1 prio loco fiat, vt notant omnes *in Auth. vt factæ
nou. e conſtitutiones*, vbi tex. dicit debere fieri publicationem
in Vrbe, & Prouincijs, & poſt publicationem
factam poſt duos menſes ligare, & notant
omnes *in capit. cognoſcentes. de conſtitut.* Vbi
Dec. *nume. 38. & 39.* Alexan. *in ſpecie conſilio 12.
lib. 7. cum addit.* dum dicit, conſtitutionem factã
in Vrbe non ligare Prouinciales, & tradit Rimſen.
conſi. 9. nume. 19. & ſeq. lib. 1. alios poſt communem
adducit Burſar. *conſi. 200. nume. 102. &
ſeq. lib. 2. & in ſpecie nume. 3. & 4.* Quinimò *nume. 8.*
dicit, ſatis non eſſe in conſtitutione Ponti-
b ficis tempus duorum menſium [b] ad obligandũ,
2 ſed maius requiri, & ſaltem ad pœnam, vt etiam
tradit *num. 19.*

Secundo, & hoc nõ habet difficultatem reſpectu
pœnæ incurrendæ etiam, quod in conſtitutione
ſit appoſitum tempus, quo cenſeatur pro
promulgata habita, & quod voluiſſet ligare for-
c taſſe ignorantes, [c] quia niſi expreſsè dicatur, illud
3 interpretari debet reſpectu retractationis, & annullationis
actus, non autem reſpectu pœnæ, vt
declarat gl. *in Clem. 2. in ver. ex nunc, & ibi* Card.
de Hæret. Dec. *d. capit. 2. de conſtit. num. præallegato*,
& ibidem Felyn. *nu. 7. verſi. contrarium*, & expreſsè
Rimin. ſen. *d. conſi. 9. nu. 22. lib.* 1. vbi licet conſtitutio
noua ponat tempus, ex quo vellet ligare,
& ſtandum ſit tempori determinato, non tamen
procedit reſpectu pœnæ, non ſequuta publicatione
in loco, in quo, & per quos præſumatur
delictum commiſſum, & prohibitio ſequuta
ſecundum Burſat. & alios præallegatos.

Tertio in caſu noſtro conſtitutio præfigit expreſsè
tempus, quo etiam in diſtrictu debet fieri
publicatio, & in Prouincijs de dicta eius publicatione,
& quod ſecundum eam formam facta fuerit,
tanquam de qualitate à lege requiſita, debet
ante omnia conſtare: quia ſtatutum, ſeu conſtitutionem
intentans, & in ea initens, debet illud
4 obſeruare cum qualitatibus ſuis, & illas verificare,
iuxta not. per Bart. *in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flum.
public.* Gozad. *conſi. 69. nume. 26.* poſt alios Socin.
iun. *conſi. 130. eod. nume. 26. lib. 3.* Vbi plus dicit,
quod debet etiam probari, ſtatutum, ſeu cõſuetudinem
fore vſu receptam, nõ tantum qualitates
adeſſe in ea requiſitas, quod idem voluit
Duen. *reg. 38. par. 1.*

Quarto in conſtitutione maximè pęnali, quæ
eſt ſtricti iuris, in diſpoſitis ab ea videtur tradita
d forma, [d] quæ venit præcisè verificanda, ad Bart.
5 *in dict. l. 1. §. 1. ff. ne quid in flum. public. Deciſ. Pedemont. 71. nume. 72.* Glo. Fulg. & Bald. *in l. mancipia.
in verbo, aduocandum. C. de ſeru. fugit.* Socin.
conſi. 55. nume. 2. cum duobus ſeqq. lib. 1. Dec.
conſi. 644. nume. penult. & in fine. latè Tiraq. *in repet.
l. ſi vnquam. in glo. libertis. C. de reuocan. donat.*
Vbi omnes volunt, quod vbicunque aliqua lex,
ſeu ſtatutum loquitur cum aliquo præſuppoſito,
tunc eius diſpoſitio ad hoc, vt locum habeat,
verificari debet ante omnia præſuppoſitum.
6 Præſupponitur enim prohibitio de cætibus coadunatis,
armatis, & caualcatis, &c. Cætum verò
7 faciunt viginti, ſeu ſaltem decem homines, &
tradit Cyn. & Bald. *in l. 1. C. de tutor. & curator.
Illuſtriſ. perſon.* Bar. Alexand. ad eum *in l. prætor.
la ſeconda, in princip. ff. vi bonor. rapt.* Alciat. *in
l. deteſtatio, §. fin. ff. de verb. ſignific.* idem dicit de
8 congregatione, [c] ſubdens, legem pęnalem cõtra
c ſimiles congregantes gentes, & turbas non puniri,
ſi minus decem peditibus, aut quatuor equitibus
contulerit reſpectu caualcatæ; & eſt regulare,

re, quod vna pars ſtatuti, & cõſtitutionis, ac cu-
9 iuſcunque legis aliam declaret. *l. vtrum*, vbi Ang.
Bart. & alij, *ff. de petit. hæred.* Dec. *conſilio* 553. *nu.*
8. cum alijs, quæ allegarentur; nos verò ſumus in
quatuor hominibus tantum, non autem decem,
ſeu viginti, & ita in ſpecie, ac ſignanter tradit
Bal. de quatuor hominibus *in conſilio* 319. *lib.* 2.
quod non faciant adunatum, & cætum.
10 Quintò ex alia parte fortificatur, dum in eadẽ
conſtitutione dicitur, militum copias cogere ar-
matorum manus, cætus, cõuentus, & cætera, quę
verba exercitus coactionẽ quodammodo demõ-
ſtrant; exercitus autem in pluribus perſonis con
ſiſtit, quàm ſupradictis. ad trad. per Alex. *in dict.*
l. prætor, & conuentus, ſeu conuenire propriè po-
pulo conuenit, vt declarat Bud. *in declarationibus*
ad Pandectas fol. mihi 92.

Sextò ex alia parte pondero illa verba in con-
ſtitutione poſita, videlicet, *illicitas collectas; &c.*
ex quibus videtur prohibere adunatas, & conuẽ
11 ticulas ad malum finẽ, & non alias; & licet dicta
qualitas illicitorum ſit vni capitulo tãtum adie-
12 cta, intelligitur tamen repetita,[f] non tantum ad
f declarationem, ſed ad qualificationem, & alio-
rum capitulorũ in diuerſis orationibus, quæ nõ
ſub vno, & eodem conſtructo verborum prolatę
fuerunt, quando ſumus ad refrenandum exorbi-
tantia à iure communi, & odioſa ſeu pęnalia, ſeu
etiam quando ius commune non læderetur, vt
declarat Bar. *in l.* 3. *§. cætque, ff. vi bonor. rapt.* tradit
Gozad. *conſi.* 6. *nume.* 30. *& conſi.* 85. *nume.* 6. & in
ſpecie Bertazz. *conſ.* 76. Sed in caſu noſtro iſti car
cerati licitè ſe congregauerunt pro recuperãda,
ſeu potius manutenenda poſſeſſione, ſeu amouẽ
da perturbatione bonorum vniuerſitatis, de cu-
ius iuribus non tantũ in promptu, ſed etiam no-
toriè conſtare prætenditur in facto; iſte enim ca-
ſus nunquam videtur à conſtitutione excluſus,
ſeu prohibitus, vt in ſpecie tradit Marſil. *conſi.* 16.
& 64. in princip. Aym. *conſi.* 4. *num.* 16. 17. *&* 18. *&*
conſi. 18. *num.* 7. *cum ſeqq.* & Alciat. *conſi.* 364. *num.*
fin. vbi dixit, quod quando cõſtat, congregatio-
nẽ, ſeu coadunatam eſſe factam pro re licita, ceſ-
ſãt rationes prohibitiuę, videlicet occaſio mali-
gnandi, & omnis alia præſumptio mala, quæ ſo-
let oriri contra cõgregationes; ſubdens, iſtud ex
poſt facto poſſe apparere, videlicet pro re illicita
facta, nõ fore; & purgatur omnis præſumptio ẽt
ex poſt facto contraria, quod idem voluit *in con-*
ſil. 360. ſequitur Roland. *conſi.* 27. *nume.* 31. *vol.* 3.
& conſequenter etiam, quod non fuerit appoſi-
ta dicta qualitas illiciti; verba tamẽ quęlibet vni
13 uerſalia dictæ conſtitutionis per diſpoſitionem
iuris cõmunis modo, quo ſupra, reſtringi, & in-
terpretari deberent, cum regulariter bullæ ab eo-
dem iure interpretationem recipiãt, vt tradit Ri
14 minal. *conſi.* 20. *in fine, lib.* 1. & quia ſemper venit
facienda interpretatio, vt quantò minus fieri po
teſt, à dicto iure cõmuni recedatur per eas, vt ad
15 propoſitum tradit Aym. *conſi.* 3. *nume.* 13. & ma-
ximè dum ſumus ad euitanda odia. Silu. *conſi.* 56.
nume. 11. *&* 18. Tantò igitur magis cum ſit adie-
cta qualitas illa in prohibitione, quæ veniret à
fiſco probanda, vt per Corn. *conſi.* 126. *colum.* 2.
volum. 3. & ſaltem omninò futurus euentus per
ſupradicta bonæ, vel malæ cauſæ veniret expe-
ctandus.

Et alias dicere, maximum ſequeretur abſurdũ
& inconueniens, quia vnuſquiſque videns, & at
tendens ſimiles conſtitutiones prohibitorias, vt
quis poſſet recuperare ſuum, de facili vſurparet
aliena, ea confidentia, quod non poſſint aliàs au
ferri, niſi cum lite, cuius dubius eſt euentus; vnde
ne fraudibus via aperiatur, contra tex. *in l. in fun*
do. de rei vend. cum alijs, nempè dicendum eſt, de
congregationibus adunatis legem voluiſſe intel
ligere, quę cum machinatione, & mala intentio-
ne à principio colliguntur, & non aliàs, & ſic iux
ta iuris communis diſpoſitionem. Nec eſt verũ,
g quod verba quamuis vniuerſalia,[g] & gemina-
ta, ad euitandum abſurdum reſtringantur, & ne
quis indebitè damnum patiatur, & maximè iux-
ta normam æquitatis, prout tradit Marſil. *conſi.*
16. Aym. *conſi.* 13. *præalleg.* & ad caſum noſtrum
16 Bertazz. *conſi.* 76. Nec alia cenſetur fuiſſe Princi-
pis intentio, qui potius impropriari verba ſua pa
titur, quàm quod alicui damnum indebitè, & in
præiudicium inferatur. *capit. ſuper eo. de off. deleg.*
vbi Bald. Fely. Dec. & alij, pro quo allegatur ſo-
lemne dictum Compoſtell. & commune *in capit.*
cauſam quæ, de reſcript. quod ſi Papa mandet cle-
rico prouideri de certo beneficio, non obſtante
collatione alteri facta, intelligitur de collatione
inualida, non autem valida, & iuſta. & ad hoc in-
finita allegarentur.

Septimò ſuadentur præfata ex alijs verbis ibi,
quouis quæſito colore, vel ingenio, & cætera,
quæ demonſtrant cauſam, & modum, quãdo in-
terecederet aliquis, prætextu tãtum propriæ poſ-
ſeſſionis, ac proprij iuris tuendi, & ſub eo clipeo
accedit machinatio, fraus, & ſimulatio ſub ſpecie
rectè auferendi poſſeſſionem; & ius tertij vſurpã
di, vt denotant verba præfata, iuxta text. *in l. ſed*
17 *& Iulianus, in princip. ff. ad Maced. & in l. vir vxo-*
ri, §. mulier. ff. ad Velleian. vbi gloſſ. in verbo, inter-
ceſſionem, & Ronchegall. *in l. reos, in princip. ſub*
nume. 29. *fol. mihi* 709. *& ſub nume.* 31. *fol.* 710. *ff.*
de duobus reis, & ſic vbi eſſemus in caſu claro, &
vbi nõ daretur color quæſitus à vi incluſi ad ex-
cluſum, arg. *l. cum prætor. cum ſimil. in princip. de iu-*
dic. licita congregatio, & coadunata eſſet, & fo-
ret caſus omiſſus, remanens in diſpoſitione iu-
ris communis, vt per iura vulgaria.

Octauò, & ad propoſitum dicitur, quod non
immeritò conſtitutio requirit cõcurſum, & mul
titudinem hominum, ac cætum armatorũ, quia
cum eis à communiter accidentibus ſolent vio-
lentiæ, & damna inferri, iuxta tex. *in l.* 2. *§. dolo, ff.*
vi bonor. rapt. quę gens ſeu coadunatio non cadit
in caſu noſtro, iuxta rationem, & mentem cõſti-
tutionis, cum quatuor tantum homines fuerint
congregati, videlicet ruſtici cum pugnalonibus
lineis ad aratrum deputatis pro maiori parte, &
abſq; aliqua populi congregatione, ſeu conſilio,
ac præſidio, vt conſiderat Bal. *conſi. præalleg.* 319.
lib. 2. & dicebat Bal. *conſ.* 262. in ſpecie noſtrę cõ-
ſtitutio-

Digitized by Google

ſtitutionis, quod ex facto, ex qualitate perſona-
18 rum;& qualitate cauſæ intrat,& remittitur pro-
hibitio prædicta; quia ſi perſonæ non conue-
niunt,modus,& cauſa nō obſtat prohibito,pro-
ut apertius demonſtrat, & aperit Aym. conſil.4.
nu.16.Rolan.& alij alleg.& nouiſſimè poſt alios
infinitos Menoch.conſ.28.nu. 12.ſeq.lib. 1.

Nec quicquam faciunt alij homines fortuito
coadunati,vſq; ad numerum nouem,quia opor-
tebat à principio ad hunc effectum eſſe coactos,
19 iuxta text. in l. 4. §. ſi ab ignoto, ab initio hoc agi
debet, ff. de manumiſſ. Barto. in l. quod ait lex.
§. quod ait,ff. de adult. vnde Cnrn.conſ.199.lib.4.
dicebat, quod ſtatutum prohibens ſub pœna fie
ri adunatam, nō includit concurrentes ad rumo
20 rem cum zappis,ſecuribus,& ſimilibus,& latè in
ſimili excuſat Rom.conſi.145.lib.5.& ſuper eodē
conſuluit Dec.conſ.256.& declarat Alex.conſil.
fin.nume.3.volum.3.Riminal. Sen.conſi. 23.lib.1.
Pariſ.conſ.152.nume.30.& 33.volum.4. vbi niſi
præcedat à principio tractatus, non tenetur com
plex ex eodem delicto; & quod nec ſufficit inci-
denter occurriſſe poſt propoſitam, & delibera-
tionem factam.

Nonò dicitur,quod nec verba conſtitutionis
comprehendant hunc caſum,quia noo loquun-
tur de alio, niſi de inuaſione rerum ſtabilium, vt
21 conſtat ex proemio,ſecuodum quod reſtringun
tur, & refrenantur diſpoſita, & maximè ſubſe-
22 quentia,iuxta tex.& Doct. in l.fi.ff. de hæred.inſt.
& in l.1.ff.ad Maced.& ſtatuta,& conſtitutiones
23 pœnales vltra eius verba non extenduntur, nec
trahuntur ad caſus ſimilitudinarios.l. factum, §.
in pœnalibus, vbi Dec. de reg. iur. eſt tex.in l. 1. §.
is qui nauem, ff. de exercitoria. Dec.conſi.569.co-
lum.1.aliud enim eſt facere inſultum,& inuade-
re territoria aliena, ex quo cædes,& ſcandala ſo-
lent oriri, inde prodijt tex. in l. quoniam nulla. C.
ad l. Iul. de vi publ. aliud verò pro damnis datis
pro ſuo conſeruando ſe congregare, citra inteo-
tionem alterius damnificandi: quo caſu non pu-
nitur congregatio, & coadunatio, vt declarant
omnes præallegati,& Alex. in conſi.111. ad finem
volum. 1. & maximè dum iſtæ ruſticę perſonæ ſic
facere poſſe credunt, quod ſatis excuſat, vt latè
deducit Menoch. d.conſi.28.

Decimò ex præfatis excuſatur Guidus, qui
nō fecit adunatam,ſed videns ſibi boues ereptos
de nocte,conclamauit; non enim excuſaretur, ſi
à principio mala intētione,& malo animo ea fe-
ciſſet,præcedēte deliberatione inuadēdi,& uſur-
24 pandi,iuxta trad.per Corn. Rom.Dec.& Pariſ.
præallegatos,& iuxta tex.in l.2.§.homines.d. titu.
de vi bon. rapt. & declarat Alexand. in d. conſi.fin.
volum.2. eo enim caſu dicitur facere armatam, &
caualcatam,& leuare rumorem ad arma; non au
tem quādo fuiſſet rumor, ab aliqua cauſa alia an
tecedenti occaſionaliter leuatus, & conclamatū
extitiſſet, prout tradit Felyn. in rubr. de treg. &
pace,num.6.Marſil.conſi.67.nume.21.& 30.& Sil-
uao.conſi.43.vbi latiſſimè ad propoſitum; Depa-
ſcebatur enim boues Guidus in Territorio Fo-
rani;& propterea ſic facere poſſe ſibi licitum cre-
debat, & opinabatur; credulitas autē; & opinio
25 excuſat in delictis, vt latè tradit Aym. conſil.88.
num.6.& maximè, vt pęna euitetur:& ſic nō ani-
mo faciendi caualcatam,& coadunatam, nec ac-
clamandi ad arma eò acceſſit, cum ſaltem iſtud
depaſci nō tendebat ad id, quod ſequutum fuit,
nec ad acclamationem; quæ nec etiam illicita
26 fuiſſet, cum potuiſſet etiam gentes congrega-
re,pro recuperandis bobus ablatis, maximè incō
tinenti.ad Boſſ.de plur. violent. numero 9. Bald.in
cap.fi.de iur am.calum.num.6.Caſtren.in l.reſectio-
nis,nu.4.ff.commun.præd.Cæpoll.conſ.4 n.14.&
15.& in ſpecie Bart. in l.prohibitum, C.de iur.fiſc.
h lib. 10. vbi exequenti [h] etiam reſiſti poteſt, non
27 tantum ſpolianti,& conuocare amicos, & adiu-
torium, vt per acclamationem dicendo, ſuccur-
rite, ſuccurrite, quando de facto procedeterur p
eos, ad quod opinio, & credulitas Guidi per ſu-
pradicta,ſufficiēs foret, & idem ſi dicti officiales,
ſeu exequutores incogniti forent, prout ex no-
cte intempeſta falli poterat Guidus in cognoſcē
do eripientes boues ſuos;& ideò inquit Bart.ibi-
i dem,quod debent portare inſignia [i] ne ignoran-
28 tia allegetur ad excuſationem: & ex his tollitur,
vt dicitur de bulla reſiſtentiæ,exequutoribus fa-
ctę,quia habet locum in eo,qui cognoſcebat eos
pro officialibus, & excquutoribus, licet loqua-
tur dicta bulla de exequutoribus, & miniſtris Iu
ſtitiæ, prout ex eius tenore apertè conſtat, & de
exercentibus cum iuriſdictiooe,& ideo ſunt etiā
excuſati ex præfatis accurrentes in eius præſi-
dium fortuitò.

Vndecimò ceſſare videntur omnes difficulta-
tes ex eo ſolo, quod boues adducti non erant de
territorio, & hominum Cantalupen. cum qui-
bus prætenditur cadere diſceptationem agrorū,
ſed de territorio Siliceñ,& Aſpereñ,cum quibus
29 non cadebat aliqua cōtrouerſia; & ideo ceſſant
verba bullę,& diſpoſitio, per iura vulgaria; & ad
K hunc effectum attenditur euentus, [k] non autem
30 animus,qui non erat ad id, quod euenit, ordina
tus, quia non cogitabatur de bonis Siliceñ. &
Aſpereñ.etiam ſi eſſemus in prohibitis, quia po-
l tius ſumus in culpoſo, quam in doloſo delicto;
& dolus præciſus ad ſequuta requiritur in ſtatu-
31 tis,ſeu conſtitutionibus, ad hoc, vt earum pęna
incurratur, ad quod ſufficit alleg. Cæpoll.conſil.
m 33.de eo,qui cogitabat occidere [m] Sempronium,
& occidit Titium, vt non teneatur pęna delicti,
32 ſed mitiori pro culpa, & ſic pecuniaria, & voluit
latè Marſil.conſi.7.Ana n.ante omnes in cap. fi.de
maled.& Bonif.de inſult.& percuſ.& conſequen-
ter ſumus in caſu omiſſo à conſtitutione præfa-
ta,quę de eius ſubſtantia dolum requirit, nec la-
ta etiam culpa ſufficit, vt etiam Dec.conſilio nono,
tradit.

Et ex præfatis tollitur, quod dicitur de depo-
ſitionibus reuocatis, quia etiam ſi teſtes redirent
ad primum dictum,nihil magis efficerent:& tor-
tura non eſt indiſtinctè, & ſuperfluè inferenda,
33 ſed in ſubſidium tantum, & ubi aliud fieri non
poteſt,cum ſit remedium probationis extraordi-
n natium, [n] ad Bartol.in l.1.§.ſi quis dicatur.ff.de q.
Rolan.

Rolan.*eod.tit.l.q.in fine.* & Gãdin. ibidem *in prin.* Aym.*conſi.35.num.* 20. & eſt regulare in materia probatoria,*l.probatio,C.de probat.cũ ſimil.*ad quod etiam optimè in facto reſpondetur.

Prout etiam reſpondetur benè ad id, quod allegatur contra Magnificum d. Marcum de conſilio dato dictis inquiſitis, & nihil probatur ſufficienter contra eum ex dicto Io. Baptiſtæ,etiam ſi illud non reuocaſſet,quoniam contrarium deponunt alij nominati,ab ipſo audiuiſſe verba cõſilij, ex quo ſolum probatur negatiua, cũ veriſi-
34 militer fuiſſent dicta verba nota inquiſitis præſentibus, ſi dicta fuiſſent, maximè cum ſimus in re magni momenti, prout declarat poſt Felyn. Boſſ.*de defenſ.reor. num.* 16. & maximè quia alio modo teſtes ſeriem facti narrant, ex qua affirmatiua diuerſa poſitione facti,excluditur negatiua, prout declarat idem Felyn.*in capit. cum Ioannes, col.penul.de fid.inſtr.*& idem Boſſ.*de falſ.nu.*35. & propterea non eſt quærendum de tortura cõtra Io.Baptiſtam, maximè reuocantẽ, cum conſtet de errore prædicto aliorum, & quia maior numerus attenditur, ſecundum Boſſ.*in d.tit. de falſ.* &
35 conſequenter nihil probaret contra d.Marcum, & tortura inferetur ſine cauſa, quod fieri nõ debet,niſi neceſſario.Bart.*in d.l.1.§.ſi quis dicatur. in fine*,& ibi pariter Marſi.*in l.edictum,ff.de quæſt.*

LAVS DEO.

Reſponſum Proſperi Farinacij in eadem cauſa.

ADSIT DEVS. Præſentis cauſæ diſceptatio in duas partes diuidenda eſt, in prima erit diſcuriendum, an, & qua pęna puniendi ſint Guidus, & alij Foranenſes, qui acclamãdo, & gentes conuocando, boues repertos damnum dantes in Territorio Cantalupi,& iam à cuſtodibus damnorum datorum captos, ex manibus eorundem cuſtodum eripuerũt,illos in eorum officio libera exequutione impediendo,& alias prout in proceſſu. In ſecunda erit videndum, an & qua alia pęna ſint plectẽdi ijdem Foranenſes, dũ de mane ſequenti deliberatè, & cum armis inuaſerunt territorium Cantalupi, & animo prout dicunt,ruendi eorum poſſeſſionem,prędã pluriũ animalium in eodem territorio fecerunt,illamq; ad Forani Caſtrum tranſportarunt.

Circa primum,non eſt multum laborandum, quia pęna iam determinata apparet in Bulla Sãctiſſimi Domini Noſtri Sixti Quinti contra bannitos,homicidas, &c. *ſub verſ. Duces quoque, &c.* in illis verbis, *vel etiam quoſcunque Iudices, miniſtros, aut exequutores iuſtitiæ in perquiſitione capturæ,vel abductione, ac omninò in eorum officij libera exequutione, ſiue in Vrbe, ſiue extra,vbique locorum impediuerint*; Negari enim non poteſt,quin cuſtodes damnorum datorum ſint iuſtitiæ miniſtri, & exequutores, quia omnis iuris exequu-
36 tor, dicitur etiam exequutor iuſtitiæ, vt per Luc. de Pen. *in l.neminem, column.prima, in princip. ante numerũ 1.ibi, & iuſtitiæ exequutiuum, C. de ſuſ.ep.pr.epoſ.& archar. lib.*10. & in fortioribus terminis voluit Bald.*in l.1.nume.*15.*verſic.quæro, an talis,C.ſi non à competen.iudic.*Ruin. *conſi.4.nu.* 13.*verſi.& quilibet ſecundum eum, & nu.*18. *verſi. ſi id faciat,vt miniſter iuſtitiæ, vol.*5.

Nec etiam negari poteſt, quin ipſi impediuerint dictos Cuſtodes in eorum officij libera exequutione,quia dum ab eorum manibus,& poteſtate eripuerunt boues in exequutione captos, nõ ſolum dicuntur impediuiſſe exequutionem,
37 ſed etiam illam vetaſſe,& prohibuiſſe,quod plus eſt,*capit.ex literis, de offic.deleg.cap.nonit,de iud.&* benè declarat Bald.*in l.legis virtus,num.6.in fine, ff.de legibus.*

Nec debent excuſari ex eo, quod dicunt ſe putaſſe,id ipſis licuiſſe,pro manutentione poſſeſſionis eorum Territorij. Primo quia res incõtinenti ablatas,incontinenti etiam,& per vim recuperare licet,Boſſ.*tit.de plurib.violent.num.*9. Secundò quia exequutoribus iniuſte exequentibus reſiſti poteſt, Bartol. *in l.prohibitum, C. de iur. fiſc. lib.*10.Tertio quia ſaltem hæc eorũ opinio,quod id ſibi licuerit,licèt non licuerit,debet à pęna excuſare,Aym. *conſi.*88. *num.* 6.cum alijs ex aduerſo allegatis. Decipiuntur enim Foranenſes,dum putant ſe eſſe in poſſeſſione illius Territorij, in quo capti fuerunt boues, cum vt mihi ſupponitur,veritas ſit in contrariũ; nec opinio, quod ita ſit,ipſos excuſat, quia in ijs, quæ ſunt de ſe mala
38 à iure prohibita, & contra bonos mores, prout eſt exequutores, & miniſtros iuſtitiæ impedire, & vim illis facere cum armis, opinio non excuſat. Anchar.*conſi.*173.*num.6.* Cæphal.*conſi.35.nu.* 15.*ſeqq.& conſi.64.nume.* 20. *volum.1.* Vulpell.de *pace,quæſt.48.nume.9.* Maſcard. *de probat. libro 3. concluſ.1157.num.25.ſeqq.* Gabriel.*concluſ.8.nume.86.lib.7.*vbi in terminis loquitur in violentia facta cum armis.

Et dato ſine veri præiudicio, quod illud territorium eſſet Forani, & non Cantalupi, non per hoc erat Foranẽſibus licitum animalia propria auctoritate ex manibus cuſtodũ eripere,ſub prętextu, quod iniuſtè exequerentur,licet forſan ſecus eſſet ex manibus priuatorum, prout loquitẽ Boſſ.ex aduerſo allegatus,quia ad hoc, vt ſit lici-
39 ta reſiſtentia officialibus iniuſtè exequentibus, duo requiruntur; Primum vt notoriè conſtet de iniuſtitia exequutionis, ſecundum Luc.de Pen. *in d.l.prohibitum,nu.9.& 29.C. de iur.fiſc.* Pariſ. de Put.*in tract.ſindic.in verbo,reſiſtentia, cap.1. An ſi Iudex,nu.2.verſ.& hoc cum certum eſt.* Socin. *reg.* 442.*in 2.fallen.*Mille.*in prax.crim. fol. mihi* 49.*nu.* 22.*& 36.*Felyn.*in c.ſi quando,num.2.in 3.& 4.fallen.*& ibidem Dec.*nu.8.ſeqq.de off.deleg.* Marant. *in ſua 1.diſputat.nu.36.& 37.& nu.44.in fine.* Se-
40 cundò requiritur,vt alio modo ſuccurri nõ poſſit ei,contra quem fit exequutio, niſi reſiſtendo, *l.addictos*,& ibi pręcipuè Bal.*in ſummar.C. de epiſ. audien.*Pariſ.de Put.*in d.c.1.An ſi Iudex.poſt nu.3. verſ.tamen quoad eum.*Mille.*vbi ſupra fol.mihi* 50. *nu.*25.Marant.*d.1.diſput.num.* 13.*& 14.* Vnde ſi illud territorium erat Cantalupi, res eſt clara, quod non poſſunt Foranenſes reſiſtendo excuſari,

Digitized by Google

ſari, quod cuſtodes iniquè exequerentur; ſi verò
poſſeſſio eiuſdem Territorij erat turbida, cũ am-
bo prætenderent ſe poſſidere, & tunc nec etiam
poſſunt excuſari, cum non cõſtet notoriè de in-
iuſtitia exequutoris, per pallegata; & quatenus
ẽt notoriè de hoc conſtaret, nec ẽt illis erat lici-
ta reſiſtentia cũ armis, & propria auctoritate, cũ
potuiſſent Iudicem ſuperiorẽ, ẽt Principem adi-
re, & intentare interdictũ, vnde vi, remediũ *l. ſi qs
in tantam*, & alia opportuna, ac ciuilia remedia; &
vt ſupra eſt dictum, reſiſtẽtia in caſu iniuſtæ exe-
quutionis eſt ſolũ permiſſa in ſubſidium, qñ via
iuris reſiſtenti ſuccurri non poterat; alias ſecus;
quare nihil video, qđ excuſet iſtos Foranenſes à
pęna prædictæ bullæ in primo propoſito capite.

In ſecũdo verò capite res multò minorem ha-
bet difficultatẽ, quia de directo intrat Bulla eiuſ-
dem Sanctiſſimi Sixti Quinti, edita de mẽſe Mar
tij 1587. contra conuocantes ad arma, & inuadẽ
tes aliena territoria, etiam ſub prætextu tuendæ,
41 vel recuperandæ poſſeſſionis, prout in caſu no-
ſtro, in qua quidem Bulla tales inuaſores pœna
criminis lęſæ maieſtatis; & tanquam Sanctæ Ro
manæ eccleſiæ rebelles, plectantur.

Nec obſtet, quod non ſit publicata in Caſtro
Forani, & quod propterea non obliget ignoran
tes reſpectu pœnæ, quia ſtante decreto irritante,
de quo in Bulla, nulli dubium, quod ligat etiam
ignorantes. *c. dudum, & in c. pen. de præben. in 6. c. 1.
§. adijciebat. de conceſ. præben. eod. lib.* gl. *in c. ſi eo tem
pore. in verbo, ignoranter, de elect. in 6.* Oſaſc. *deciſ.
Pedem. 5. nu.* 2. & hæc ſit prima reſponſio.

Secundò reſpondetur, quod inuadere aliena
territoria, & ibidem prædam facere, & boues ra-
pere, prout fecerunt Foranenſes, nulli dubium,
42 quod etiam circumſcripta bulla à iure communi
eſt prohibitio, *l. 2. §. homines, §. ſi quis & per totum,
ff. de vi bono. rapt. l. ſi quis ad ſe fundum, C. ad l. Iul.
de vi publ. vel priua.* cũ alijs, per Boſ. *in tit. de rapin.
nu. 1. & ſeqq. & de plurib. violent. nu.* 1. quaſi ſubin-
trat concluſio, quod quando lex imponit nouã
pęnam ſuper actu à lege antiqua prohibito, tunc
43 comprehendit etiam ignorantes, ſecundum ve-
riorem opinionem, quam à contrarijs defendit
Dec. *in c. 2. in 1 lectura, nume.* 35. *de conſtit.* & eam
communem dicit Capra *concl. 5. nu.* 34.

Tertiò reſpondetur, quod in Bulla, de qua agi
tur, *in verſ. volumus autem &c.* expreſsè dr̃ qđ ſi ea
fuerit publicata in Vrbe ad Valuas Lateranẽſes,
Principis Apoſtolorũ, & in Acie Cãpiflorum, af-
ficiet indiſtinctè poſt qndecim dies, & alibi poſt
triginta, oẽs, & quaſcunq; perſonas non aliter,
ac ſi illis perſonaliter intimata fuiſſet, & ſic ſñ
Bullam ſola publicatio facta in vrbe vr̃ ſufficere,
44 & hæc fieri poſſe ab eadem Bulla, dubitandum
non eſt, vt per eundem Dec. *in d. capit. 2. in 2. lect.
nu. 34. poſt gloſſ. in clem. 2. de hæret.*

Quartò reſpondetur, quod quatenus velimus
dicere, Bullam requirere publicationem etiã ex-
tra Vrbem, prout videtur annuere, *in verſ. ſed &
quo facilius, &c.* Non tamen eam requirit in om-
nibus Oppidis, & Caſtris, ſed tantũ in Oppidis,
& Caſtris benè viſis Pręſidibus, & Gubernatori-
bus Prouinciarum, & Ciuitatum, prout cantãt
verba clara illius conſtitutionis; quare ſi præſidi
illius Prouincię viſus fuit illum publicare in Ci-
uitate principali, & non in Oppido Forani, non
per hoc in Oppido non publicato deſinit habere
ſuas vires; quia in quo loco ſit facienda publica-
tio, vt afficiat ignorantiam prętendentes, Præſi-
dis arbitrio remiſſum eſt; quare diſcedendũ non
45 eſt à voluntate Pontificis, de cuius poteſtate
dubitare eſſet ſacrilegium, *l. 2. C. de crim. ſacrileg.*

Non obſtat ſecundò dum dicebatur, quod ex
quo bulla loquitur de cętibus, coadunatis arma
tis, caualcatis, & hominum copijs, non poſſit ꝑ-
pterea applicari caſui noſtro, in quo nõ, niſi qua
tuor homines, interuenerunt: nam præterquam
quod vt mihi ſupponitur in facto, ex proceſſu ap
paret, nouem homines interueniſſe in huiuſmo-
di facinore, adhuc tamen dicitur, quod etiã ſi nõ
plures fuiſſent, quàm quatuor, Bullæ pœna lo-
46 cum habet; quia in ea non ſolum puniuntur mi-
litum copias cogentes, armatorumque manus,
cætus, & conuentus facientes, & congregantes,
ſed etiam conuocantes, & concitantes ad arma
ſigillatim ſingulares perſonas publicè, aut priua
tim, palam, vel occultè, hæc ſunt propria verba
ipſius Bullæ, quæ cum clara ſint, & perſonarum
47 ſingularitatem comprehendat, fruſtra de conſti
tuentis mente dubitari contingit. *l. continuus, §.
cum ita, ff. de verb. oblig. l. ille, aut ille, §. cum in ver-
bis, ff. de leg. 3. cum vulgaribus.*

Nec minus obſtet tertio, dum cõſiderabatur,
quod Bulla puniebat non omnes collectas, & ar
matas ſimpliciter, ſed tantum illicitas, & ad ma-
48 lum finem, & ſub ficto, & quæſito colore, ac pręte-
xtu tuẽdæ poſſeſſionis, quam quis vere, & rea-
liter non habet; vnde ſecus, quãdo collecta eſt li-
cita; & pro tuenda poſſeſſione, quam quis verè,
& realiter habet, prout ex aduerſo Foranẽſes prę
tendunt habere in territorio, de quo agitur. Hæc
enim excuſatio prorſus colligitur ex claris, & a-
pertis verbis ipſius Bullæ dum vult illius pęnam
habere locum, nec contrauenientes excuſari ex
quauis cauſa, etiam vrgentiſſima, & à iure, vel à
cõſuetudine permiſſa etiam, quod prouocati, &
laceſſiti fuerint, ac etiam pro tuenda, vel recupe-
randa eorum poſſeſſione, quæ verba adeo clara
ſunt, vt diſputatione nõ indigeant; & Bulla pau
lò infra ex caſibus à iure permiſſis, non, niſi tres
tantum, admittit; Primò contra latrones, graſſa-
tores, & bannitos; Secundò in auxilium Curiæ,
& miniſtrorum Iuſtitiæ; Tertio ad tuẽda, & pro-
pugnanda loca maritima; ergo in cæteris Bullæ
49 prohibitio remanet firma, quia exceptio firmat
regulam in caſibus non exceptuatis, *l. nam quod li
quide, §. fi. in 1. reſponſ. ff. de pœn. leg.* & incluſio v-
nius eſt excluſio alterius, *c. nonne. de præſumpt. l.
cum Prætor, in princ. ff. de iud. cum ſimilibus.*

Et ad abſurdum, ſeu inconueniens, quod ex
aduerſo conſideratur, quod ſcilicet ſic intelligẽ-
do Bullam, datur occaſio vſurpãdi bona aliena,
poſtquam eorum recuperatio nõ poteſt fieri ar-
mata manu, & propria auctoritate; benè reſpon-
det eadem Bulla, *in verſ. quare monemus, &c.* ibi
in

In tali caſu admonet ſpoliatus ſuas prętenſiones in iudicium deducere;& non temere,& vi adhibi ta ius ſibi dicere, & illis iam plura ſunt adinuenta à legibus remedia, videlicet interdictum, vnde vi, vti poſſidetis, *l. ſi quis in teſtamento, l. extat. quod met. cauſ.* & alia plura per Menoch. cumulata *in ſuis tract. de recuperan. retinen. vel adipiſc. poſſeſſ.* quare nullum ſequitur abſurdum, & inconueniens ex bulla prædicta: ſed benè obuiatur pluribus ſcandalis, cædibus,& tumultis, qui ex inde ſępè oriri ſolent, vt in præfatione Bullę benè exprimitur; Vnde dum Foranenſes credunt ſe excuſari, allegando quod id fecerũt animo tuendæ eorum poſſeſſionis, tunc ptoptie incidunt in caſum bullæ; & hinc factũ extitit, quod ipſi poſtea hoc præcipuè animaduertentes, examinati in Vrbe negarunt ſe id feciſſe pro tuenda eorum poſſeſſione, & ſic vt ſcriptum reperitur in examinibus eorum factis coram Commiſſario talia nunquam dixiſſe, au dacter affirmare contendunt; ſed talis negatio cum fuerint examinati coram Iudi
50 ce,& Notario, nihil ipſis prodeſt. Clar. §. *falſum, verſ. Pone teſtis, in fine,* Hier. de Monte, *q. 12. num. 3. & 4.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 1094. nu. 11.*

Minus obſtat quarto loco, quod bulla in eius prohemio loquitur de inuaſione rerum ſtabiliũ, ergo non trahenda ad inuaſionem, & rapinã animalium, quia dum Foranenſes rapuerũt boues, vtiq; inuaſerunt territorium Cantalupi, & hoc ideo eo loci fecerunt, vt ſuos ptætenſos limites,
51 & confines conſeruarent; quo caſu expreſsè loquitur Bulla, vt patet ibi, *ſub prætextu recuperandæ, ſeu manutenendæ, aut adipiſcendæ poſſeſſionis bonorum immobilium, finium, ſeu terminorum, & limitum, &c.* Et dum Foranenſes ſic armati territorium Cantalupi ingredientes, boues rapuerunt, tunc præcipuè inciderunt in caſum dictæ Bullæ in illis alijs verbis, *Agros vaſtent, aliena rapient, & inuadant;* Illud enim verbum, *rapere*, non poteſt verificari in ſtabilibus, ſed propriè in mobilibus,
52 ac ſe mouentibus, prout ſunt animalia.

Multò minus obſtat quinto dicere, quod Bulla non intrat, quia boues rapti non erant Cantalupi, quia ſatis eſt, quod non eſſent Foranenſium, & ſic erant alieni; vnde ſatis intrat Bulla, quæ loquitur contra rapientes aliena, & dum rapuerũt iſtos boues, qui ſtabant in territorio Cãtalupi, & erant eorum, qui in dicto territorio laborabant, ſatis inuaſerant territorium, & agros Cantalupi; quare iterum intrat eadem bulla, quę etiam loquitur contra inuadentes agros, & territoria aliena.

Et demum, vt deſcendam ad D. Marcum, non video quomodo ipſe poſſit effugere torturã, ſtãte depoſitione Io. Baptiſtæ contra ipſum deponentis de auditu, dum Foranenſes ad ſic faciendũ conuolabãt. Vnus enim teſtis immediatè ſu-
53 per delicto deponens, indicium facit ad tortu-
o ram, ſecundum communem, de qua per Anto. Gomez. *variar. reſ. t. 3. c. 13. de tortura reorum, nu. 7.* Clar. *in pract. §. fin. q. 22. in princ. verſ. alia autem eſt glo. & in verſ. breuiter tu dic.* Franc. Becc. *conſi. 70. nu. 12.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 89. nu. 11.* Maſcard. *de probat. lib. 1. q. 15. nu. 12. & lib. 2. concl. 894. nu. 5.* Nec aliquid eſt dicere, quod Io. Baptiſta reuocauit dictum ſuum, negãs ſe ſic depoſuiſſe, vt ſcriptum reperitur, quia ad hoc iam ſupra fuit reſponſum, quod ipſi non creditur contra aſſertionem Iudicis, & Notarij.

Nec etiã eius dictum debilitatur ex eo, quod alij examinati dicunt ſe non audiuiſſe id, quod deponit Io. Baptiſta, quia aduertatur in facto, quod non omnes incedebant inſimul cum ipſo d. Marco, ſed vnus poſt alium, & longe vnus ab
54 alio ambulabat, ideo poteſt ſtare, quod vnus audiuerit, quod altet non audiuit. Alexan. *conſ. 43. nume. 18. lib. 4.* Hector Egid. *in tract. de teſtib. verbo, teſtis auditum alienum deponens. nume. 16. fol. 247.* Quare & Foranenſes condemnandos in pęnam Bullarum Apoſtolicarum, tanquam reos læſæ Maieſtatis, ex duplici capite, & d. Marcum fore torquendum de conſilio deſuper dato, ex præmiſſis de iure poſſe concludi, arbitror.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

Reſponſum incerti ſcribentis in materia Bullæ, de qua in præcedentibus reſponſis.

ADSIT DEVS. Superioribus diebus decem, & ſeptẽ homines armati, vocati à Præſide Montis Fortini, iuſſu etiam Domini, iterarripuerunt verſus Aprutium, vt bannitum, qui in illis finib. oĩa conturbabat, interficerent; ſed in reditu fuerunt capti in Caſtro Aſulæ, ac ſi exules, & facinoroſi homines eſſent, non autem exequutores conſtitutionum emanatarum contra bannitos. Modo quæritur, an vltimo ſupplicio damnati poſſint vigore Bullę Sixti Quinti *in ordin. 8. in 2. par. Bullarum incipiẽtis, dum pro cõ, &c.* q̃ prohibet fieri armatas, cætus, & cõuentus, &c. Ad quod negatiuè reſpõdẽdũ eſſe moueor, quia licet congregationes, ſiue conuenticulæ ſint de
55 iure prohibitæ, *l. 1. ff. de colleg. illic. l. conuenticula, C. de epiſ. & cler. c. 1. §. conuenticula, de pac. tenen. C. de his, qui ad eccl. confug. l. denunciamus, C. de Monopol. l. 1. 3. q. 4. c. conſpiratores, 11. q. 1. c. cõiurationum, 17. diſt. c. multis, de hæret. c. cum ex iniuncto. in prin. & c. excommunicamus, §. adijcimus. de relig. dom. c. cum I. & A.* Luc. de Pen. *in l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſi. lib. 11. nu. 197.* Natt. *conſ. 665. num. 2. verſi. pro quo facit. volum. 4.* Fely *in cap. exhibita, num. 4. extra de iudi.* Nihilominus vt illi, qui conuenticulas, vel congregationes faciunt, puniri
56 poſſint, requiritur dolus, *l. 1. ff. de dol.* Alexand. *l. 1. num. 5. C. ex quib. cauſ. infam. irrog.* & eſt communis opinio, vt teſtatur Alciat. *conſi. 6. num. 18. lib. 7.* Iaſ. *in l. 1. §. quod Prætor, nu. 3. ff. ne quis cum, qui in ius vocat.* Plot. etiam de communi reſtatur *l. ſi quando, nume. 765. C. vnde vi.* & in caſu noſtro nõ adeſt dolus, niſi bonus, cum iſti carcerati in-
57 tenderent bãnitos, atque hoſtes Reipublicæ de medio tollere; quod legibus exigitur, vt fiat, vt eſt

eſt tex.in terminis *d.l.1.§.non fuit autem, &c.ff.de dol.* Petr.de Anchar. *in c.conſtitutionem, num.4. de verb.ſignif.in 6.* Stephan. de Feder. *in tract. de interpret.iur.par.1.nu.52.*

Quinimo etiam ſi vnio facta eſſet cum dolo, nihilominus, delicto non ſequuto, non eſſet locus exequutioni pœnæ. Boſſ.*de crimin.laſæ Maieſta.nu.29.& ſeqq.*

Et quod ſtante conſtitutione, ne fiant vniones,conuenticulæ, &c. quod nihilominus liceat illas facere in perniciem maleſactorum hominũ,

58 abſque incurſu pęnarum in ea contentarum, habemus in terminis conſilia grauiſſimorũ Doctorum, qui ſunt omnino videndi, Bal. *conſi.319.& 262.Decretum Domini,&c.vol.2.* Crauet. *conſil.4. nu.15.* Menoch.*conſi.28.nu.12.vol.1.* Rol.a Valle *conſi.17.n.34.vol.3.* Corn.*conſ.216.vol.3.* Bertaz. *conſ.crim.77 nu.12.& ſeq.* & ſufficit,quod ſaltem

59 cauſa ſit colorata, vel quod quis habuerit iuſtã cauſam credendi. Bertaz.*conſil.192.num.8.* & ibi Addent.

Et tanto magis licuit iſtis carceratis armatã, & conuenticulam facere ad eſtirpationem bannitorum, poſtquam habemus conſtitutiones, & bannimenta,quæ quidem præmio alliciunt,ad illos occidendos;quæ quidem conſtitutiones,ſeu

60 ſtatuta ſunt fauorabilia Reipublicæ, & bonum

p publicum reſpiciunt [p] *l.2.* vbi Bart. & Docto.*C. quand.lic.ſine ind.ſe vindic.* Iaſ.*conſi.133.col.penul. li.1.& in l.vbi pactum,nu.16. C. de tranſac.* Dec.& recentiores *in c.qua in eccleſiarum, nu.54.de co ſti. & idem conſi.327.nu.4.in fi.* Clar.*in §.homicidium, verſi.pleruмque etiam vt dixi,&c.*

Et bannitum occidens zelo iuſtitiæ,non ſolũ

61 eſt tutus in conſcientia, ſed meritum acquirit [q],

q vt dicitur de iudice, qui iuſtitiam, & bonum publicum præ oculis habens, hoc genus hominum è medio tollit.*c.pro humani.de homici.in 6.* Silueſt. *in ſum.verbo, aſſaſſinus,nu.3.* Iaſ.*d.l.vbi pactum,co. nu.16.* Dec.*in d.c.quæ in eccleſiarum,nu.55.* Alberi. *in trac.ſtatut par.4.q.19.* D. Thom.*2.2.quæſt.64. artic.2.et 3.*

Preterea Bulla Sixti Quinti,cum tollat defenſionem rerum ſuarum,prohibendo, ne quis in re

62 ſua defendat,ſtatuit expreſsè cõtra text.*in l.nim vi,ff.de iuſt.et iur.* vbi Bar.Iaſ.& indifferenter Doctores omnes,*& l.vim,§.ad tanиam,ff.quod vi,aut clam.l.de pupillo,§.meminiſſe,ff.de nou.oper.nuncia.*

63 Ibidem enim infertur vis turbatiua, quòd liceat ſe defendere,Bar.*l.1.§.hoc interdicto, nu.2.& 3.ff. de itinere,actuque priuato.l.1.§.vim,ff.de vi,& vi armata,c.olim.extra de reſti.ſpol.* Carret.*in prac.crimin.§.circa quartum,nu.19.pag.168.* Imò pro de-

64 fenſione rerum licet conuocare amicos, & vicinos, Bar.*in l.de xotum,C.de metaticis,& epidem.lib. 12. & l.prohibitum, C.de iure fiſci,lib.10.* Hippol. *ſing.456.* Alex.*in conſi.119.nu.5.vol.7.* item expul

65 ſus de poſſeſſione poteſt incontinenti accedere ad illam armis recuperandam. *l.3.§.cum igitur,ff. de vi,& vi armata,l.ſi quis ad ſe defendendum,ff.ad l.Iul.de vi publ.* Alex.*in Apoſtil.ad Bar.in l.ſi quis in tantam,C.vnde ui,* Socin.Senior *conſi.122.colu.2. uol.4.* Aret.*in §.recuperandæ,nu.2. inſtitu. de inter-dict.* vbi dr̃ incõtinenti facere,etiam ſi quis ſteterit per decem annos, dummodo fuerit intentus præparationi armorum. Boſſ.*ti.de pluribus uiol.t.*

66 *nu.7.* Quinimo pro defenſione dignitatis,vel officij & ex interuallo,vi mediante,poteſt recuperare,quod fuit in diſcrimen poſitum. Bar.*in repe. l.1.nu.6.C.unde ui.per tex.in l.item apud Labeonem, in §.afficitur,ff.de iniur.* Et ideo cum iſta Bulla ſit contra ius commune, & potiſſimum prohibeat, ne poſſeſſiones accipiantur,retineantur,vel tecu perentur manu armatorum, quod etſi verbis am

67 plioribus declaret, nullo modo tamen eſt extendenda,ſed tãtummodo in expreſſis,vel ſimilibus caſibus intelligenda.tex.& ibi gl.*auth.quas acti ones,C.de Sacroſan.eccl.* vbi Bar.*nu.8.* Bal.& alij Docto.*in l.illam,* vbi Caſtrẽ. Alex. & alij *,C.de collat.* Dec.*in c.tranſlata,in 2.lect.nu.10.de conſti.* Bar.*in l.Cæſar.C.de uecti.* Gabr.*conſi.17.nu.1.& ſeq.& cõſi.180.nu.7.* Albet.*in l.ſi quis non dicam rapere,n.2. & 24.C.de epiſ.& cler.* Soci.iun.*conſi.16.n.4.et 30. nu.26.uol.1.* Pariſ.*conſi.69.nu.175.& ſeq.uolum.3.* Crauet.*conſi.173.nu.13.& conſi.176.nu.2.*

LAVS DEO.

Reſponſum alterius incerti ſcribentis, in materia eiuſdem Bullæ Sanctiſſimo datum.

ADSIT DEVS. Quærit,an conſtitutio fœlicis record. Sixti V.contra facientes caualcatas,intelligat̃ reſtricta ad eũ caſum tantũ, quo Duces,Barones,& alię perſonę in ea nominatim expreſſę conuocant ad arma, & congregant gentes,ad effectum adipiſcendi, vel recuperandi poſſeſſionẽ;vel generaliter locum habeat in quibuſcunq; congregationibus ab eiſdẽ factis, ad alios effectus,& in ſpecie ad proſequendos,& inſultãdos inimicos? Cui quidẽ quæſtioni vt reſpõdeã,

K *Euentus.* Regula eſt in contrarium,quia immo in delictis attenditur animus, & volunras, non autem euentus, & veritas, tex. eſt expreſſ. in l. Diuus Adrianus,ff.ad l.Cornel.de ſica. cuius verba ſunt hæc, Diuus Adrianus in hæc verba reſcripſit, in maleficijs voluntas ſpectatur, non exitus, & ibi glo.alia concordantia iura in idem allegat. Luc. de Penn.in l.quoties, nume.6.C.de exact. tribut.lib. 10. vbi bene exornat hanc concluſionem. Igne. in l.1.§.impubes,num.35.ff.ad ſyllan.Anchar.conſ. 216.Nos Bartholomeus.nume.4.et conſi.175.prætermittendum eſt,num.2.Tiraq. de pæn. temper. cauſ.51. nu.7.& nu.9. vbi facit concluſionem generalem, quod actus hominũ non euentu,ſed conſilio metiendi,& æſtimandi ſunt,ad tex.in l.verum,§.ſciẽdum,ff.de minor.& in l.ſed an vltro, §. 1.ff. de neg. geſt.& in l.fraudis interpretatio. ff. de reg. iur. Vbi dicitur,fraudis interpretatio ſemper in iure ciuili,non ex euentu duntaxat, ſed ex conſilio quoque deſideratur.Barth. Thæge. in ſuis tract.crim. par.19.num.13.et num.17.Oldrad.conſi. 53. nu. 4. verſ.et cum ex delictis,et nu.5.

Benè verum eſt, quod hęc regula patitur principaliter duas limitationes;quarum prima eſt,vt procedat in eo, qui omninò habuit animum nõ delinquendi;tunc enim nõ tenetur de omni euẽtu, & exitu, qui contra eius voluntatem contigit,& iſto caſu non veritas actus, ſed agentis intentio inſpicitur; ſecus autem in eo, qui habuit animum delinquendi, ſed non tantum, quantũ poſtea ſequutum fuit, quia tunc tenetur de omni exitu,& euentu; & ſic non voluntas, ſed veritas attenditur,ita declarat Bar.in l.Diuus Adrianus.ante numerum primum,in primo, & tertio exemplo.ff. ad l. Cornel.de ſicar. refert, & ſequitur Ti-

raq.

taquel. *de reuoc.donat.in verbo,reuertatur, nu.* 353. vbi & hanc limitationem declarat,non procedere in pœnis impoſitis ipſo iure, in quibus etiam iſto caſu non magis inſpicitur opinio delinquẽtis,quàm veritas, ſeu exitus, ex Aret. quem allegat *in l.qui ſe pupillum,in fi. de acquiren. hæred.* Verum,vt benè aduertit Bart.in loco præcitato,materia huius limitationis tractatur *in l. quoniam multa facinora.C.ad l.Iul. de vi publ.*

Secunda eſt limitatio, vt non procedat, quando veritas rei tendit in vtilitatem accuſati,& ſic quando accuſatus habuit anim um delinquẽdi, & credebat ſe delinquere,ſed reuera nõ deliquit; vt puta, quia actus ab eo geſtus, nõ erat delictũ; tunc enim non attenditur ipſius opinio, & credulitas,ſed veritas rei.ita Bart. *in l.inter omnes.§. rectè in fin. ff. de furt.* benè comprobat Menoch. *de arbitr. libro primo,q.*90.*numero* 20.*&* 25.& fuit de mente Alber.*in l.non ſolum.§.proculus.nume.* 3. *ff. de iniur.* & ſic in pœnalibus modò attenditur veritas,& modò opinio, prout reo fauorabilius eſt,ad euitandum pęnam. ſequitur Aym. *conſi.*2. *nume.*2.Franc.Becci.*conſi.*60. *nume.* 15.& hæc limitatio procedit etiam, quod accuſatus fateretur ſe deliquiſſe,& pœnam mereri; nã adhuc nec talis confeſſio ei noceet.

l *Dolus.* Dolus,an,& quando requiratur in delictis,& quando non,& an,& quando ſufficiat lata culpa,poſuit latiſſimè regulam cũ ſuis ampliationibus, & limitationibus D. meus Farinac. *in tit.de pæn.temper.q.* 87.

m *Occidere.* Ad materiam occidentis Titium dum credebat eum eſſe Meuium,diſtinguẽdi ſunt plures caſus. Primus erit,puta quando quis occidit Titium credendo eum eſſe Meuium; & ſic quando errat in perſona, & an iſto caſu teneatur occidens de omni eo, quod ſequutum eſt, ſeu potius pęna extraordinaria ſit puniendus,remitto te ad tex.*in l.eum,qui nocentem.§. fin.in princip.ff.de iniur.& in l.ſi per errorem.ff. de iuriſd. omn.iudic.* & ibi Doctor. Iaſ.*in l.pater.colum.*2. *C.de hered.inſti. & in l.clam.poſſidere.§.qui ad nundinas,numero* 57. *ff.de acquir.poſſeſſ.et in l.lex eſt.numero* 18.*ff. de legibus.* Angel.*in l.ſi cum ſeruo.ff.de iniur.* Alc. *in addit.*ad Bart. *in l. reſpiciendum.§. delinquunt.ff. de pæn.*gloſ.*in cap.ſi verò,il ſecondo, de ſenten. excommun.*Carrer.*in §.homicidij,nume.*57.*fol.*54.ſecundum vnam impreſſionem, & ſecundum aliam *verſic.tertio quæro fol.*108. Boſſ.*in titu.de homicid. num.*73.Bonif.*in tit.de inſultu, et percuſſ.colum.*8. *verſ.ſed quid ſi percuſſi.nume.*37. Plac. *in epith. delict.cap.*27.*num.*1.Grammat.*conſi.*5. *& ſuper conſtit.Regni fol.mihi* 14.*nu.* 21. Couar. *in repet. cap. Alma mater.de ſententexcommu.in* 6.§. 10. *verſ.*6. *infertur.nu.*14.Clar.*in §. homicidium. verſ. dicunt etiam aliqui,et ibi relatos per Baiar.nu.*12.Alb. *conſ.* 30.*num.*1.*et* 2.Theſaur.*deciſ.Pedemont.*243. Suarez.*in addit.*ad Gomez.*in tit.de homic.nu.* 34. *litera H.*Mandell.*conſ.*30.*nu.*2.

Secundus erit caſus, quando non erratur in perſona; ſed quia ego volens vulnerare Titium meum inimicum, quem benè cognoui, occidam aliud ibidem proximè ſtantem, vel caſu præter-euntem,puta cum baculo,lapide,archibugio,ſeu alio inſtrumento, & an iſto caſu pęna ordinaria, ſeu extraordinaria teneatur? remitto te pariter ad eoſdem Boſſ.*in tit.de homicid.nu.* 73. *circa fin.* Bonif.de Vitel. *in tit. de inſultu, & percuſſ.nume.*35. Plac.*lib.*1.*cap.*27.*nume.*1.*propè fi.* Gomez. *d.tit.de homicid.n.*35.Couar.*in d.c. Alma mater nu.*6.§.10. *verſ.*6.*infertur.*Maſcard.*lib.*2.*conclu.*864. *num.*6. *& ſeqq.*Theſaur.*deciſ.Pedemont.*243.

Tertius erit caſus in iniuriãte vnum, quando vellet iniuriare alium, & tunc quomodo puniatur,& an teneatur eadem actione iniuriarum,traditur per eundem tex.expreſſum *in l. eum,qui nocentem.§.fi.in princ.ff.de iniur.* Plac. *d.c.*27.*num.*4. Gomez. *d.tit.de homicid.nu.*34.

Quartus erit caſus in occidente mediatorem, & quomodo iſto caſu puniatur occidens,vide latè per eundem Plac.*d.cap.*27.*nu.*12.Gomez.*d.tit. de homicid.nu.*35. Herculan. *de caut. de non offen. cap.*34.*nu.*13.*et ſeqq.*Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu* 324.*nu.*9.

Et quid de occidente Principem, ſeu Magnatem, neſciens eum eſſe talem, vide eundem Plac. qui alios adducit *d.c.*27.*nu.*6.

Aduerte tamen,quod inquiſito dicẽti ſe occidiſſe vnum pro alio,nõ creditur ſuper tali errore,ſi aliunde conſtat de delicto;ſed potius eſt torquendus ad habendũ veritatem,ſi adſunt aliquæ coniecturæ in contrarium, iuxta ea, quæ conſulendo tradidit idem Mandell.*d.conſ.*30.*nu.*3.

n *Extraordinarium.* Iſta materia ponitur lariſſimè per D.meum Farinac.*in tit. de indic.& tortur. q.*30.*nu.*3.

o *Torturam.* Hæc concluſio regulariter in iure eſt veriſſima,ſed patitur multas declarationes,de quibus per D.meum Farinac. *tit. de indic. & tort. q.*37.*nu.*54.*et ſeqq.*

p *Reſpiciunt.* Contrarium,quod immo talia ſtatuta ſint odioſa,& propterea non largè, ſed ſtrictè interpretanda, ſenſiſſe videntur Fortun. Garz.*in repet.l.conuentionum.num.*12.*in fine.ff. de pact.*vbi dixit,huiuſmodi ſtatuta eſſe odioſa,pęnalia,& iuris communis correctoria.Alber. *in* 4. *p.ſtatutorum.q.*18.*nu.*6.*ad fin. verſicu. & maximè, quia.*vbi,quod hoc ſtatutum eſt contra ius commune,odioſum,& in mitiorem partem interpretandum. Decia. *in tract.crimin.lib.*4.*cap.* 29.*nu.* 2. *in fine.*Brunor.à Sole *in quæſt.legal.q.*26.*num.*21. *in fine*, vbi quod hoc ſtatutum eſt ſtricti iuris, & contra ius commune. Tu tamen ab iſta concluſione,quę magis communis eſt, non recedas; Nã quod huiuſmodi ſtatuta ſint introducta propter publicam vtilitatem, voluerunt Barto. *in l.* 2.*numero* 1. *C.quan.liceat vnicuique ſine indi.vind.* Ioan. Andr. *in addit.ad Specul. in titu. de conſtit. in fine, in vltim. addit.verſicu. concludamus igitur.* Anan.*in capit.*1.*num.*5.*colum.*3. *ad med.verſic.pro hoc etiam facit, extra de maled.* & Bart. quem allegat *in conſi.incip.ſtatutum caſtri plebis.*Ioan. Bapt. de Sancto Seuer. *in repet. l. omnes populi, poſt nume.*54.*ff.de iuſt.et iur.* Silueſtr. Aldobr. *in addit.* ad Dec. *in cap. quæ in eccleſiarum. nume.* 54.*et ſeq. litera C.et litera D.extra de conſtitut.*Nell.*in tract.* *de*

de bannit.in 1.*par.ſecundi tempor.queſt*.1.Gozzad. *conſi*.61.*num*.16.Marſil.*in pract*.§.*aggredior. num*. 53.*& ſeqq.in diſcurſu, & in ſing*.294.*incip. odia reſtringi*.Clar.*in pract*.§.*homicidium.nu*.43.*verſ.plerię; etiam.ibi,videntur enim talia statuta*. Hercula. *de cant.c*.23.*nu*.7.*ad fi*.Vulpell.*conſ*.58.*nu*. 2.

Iccircò tanquam fauorabilia fore extēdenda, & largè Interpretanda, ſcripſerunt relati per Silueſtr. Aldobr. *in addit*. ad Dec.*in d. cap.quæ in eccleſiarum.nume*.54.*& ſeq.litera C. & litera D.extra de conſti*.& ibi etiam Bero.*num*.110.*& num*. 117. *verſi.u. Sed reuertendo,ſuncto verſic. non aduerſatur, &c*. vbi benè comprobat, & reſpondet contrarijs.idem Dec.*in c.dilecti.nu*.21.*de except*.Nell. *de bannit.in* 2.*par*.2.*tempor.q*.7.*in fine. verſ. & tale statutum.lib*.3.Gozzad.*conſi*.61.*nu*. 20.*verſi. item talia ſtatuta*.Soci.*conſi*.257.*nu*.1. Cæpoll. *conſi*.5. *num*.12.*ad finem*.Marſ. *in pract*.§. *aggredior.nu*. 1. *in fine,et latius nu*.57.*et ſeqq*.Viui.*opi*.770.*num*. 2. Vulpell.*conſ*.59.*nu*.20.Brunot.à Sole *in quæſt.legal.q*.26.*nu*.3.Burſat.*conſ*.134.*nu*.3. *lib*. 2.

Sic & fauorabile eſſe ſtatutū, conſtituens prę-mium occidenti, ſeu capienti bannitum propter publicam vtilitatem, & conſequenter extendendum, colligitur ex allegatis per Silueſtr.Aldobr. *in addit*.ad Dec.*in cap. quæ in eccleſiarum.num*. 55. *litera D. extra de constitut*. vbi Dec. *in conſilio* 65. *nume*.3.*lib*.1.idem Dec.*in cap. dilecti. nume*. 38.*de except*.Decia.*in tract.crimin.lib*.4.*capit*.29.*num*.2. *in fine. verſic. ſed quando dat præmium est fauorabile,&c*. Brunor.à Sole *in quæſt.legal.queſt*. 27.*nume*.3.*& ſeqq.et numero* 6.*& ſeqq*. Vbi proptereà, quod tale ſtatutum extenditur etiam ad perſonas inhabiles, ex quibus propoſitam ampliationem communiter receptam eſſe, negari non poteſt, prout hæc omnia benè congeſſit idem Domeus Farinac.*in titu.de var. ac diuer.queſt.q*.103. *num*.4.*& ſeqq*.

q *Acquirit*. In hac propoſitione Doctores magis communiter concludunt, quod occidens bānitum zelo iuſtitiæ, & publicę vtilitatis, eſt tutus in foro conſcientię; ſecus ſi occidat ex cauſa odij, & ad vindictam. colligitur hęc diſtinctio ex traditis per Ioan. Andr. *in addit.ad Specul.in titu. de conſtit.in fine, in vlt. addit. ad verſic. peccat enim qui id non agit zelo iuſtitiæ*.Anto.de Butr. *in capit. quæ in eccleſiarum.numero* 22.*ad med.extra de conſtit*.& ibi etiam Felyn. *nume*. 13.*et* 14. vbi quod an quis occiderit zelo iuſtitiæ, vel propter vindictam, ſtabitur dicto occidentis. Dec.*num*.56. Alber.*in* 4.*par.ſtatutorum.quæſt*.19.*et* 20.*nu*.5.*in fin*. Nell.*de bannit.in* 2.*par*.2.*tempo.queſt*.11.Carauir. *ſuper pragm.Regni de exul.num*.85.*& ſeqq*. vbi relatis, & reprobatis cōtrarijs, teſtatur, communē eſſe opinionem, occidentem bannitum non peccare in foro conſcientiæ, quando illum occidit, non ad vindictam, & animo fundendi ſanguinē humanum, ſed zelo iuſtitiæ, & publicę vtilitatis; & propterea ſubdit ſe credere, paucos occidētes bannitos non peccare in foro conſcientiæ, cum pauci ſint, qui ſolum zelo Reipublicæ illos occidant, ſed ſolum, aut propter vindictam, aut propter conſequutionem præmij, aut vt ſe eximant a proprijs delictis, & ibidem alia notabilia ponit in materia. Boſſ.*in tit.bannit quid amittant, ſub nume*.4.Petr.à Plach.*in epith.delict.lib*.1.*c*.36.*nu*. 12. *et ſeqq*.vbi latè de materia. Ant.Gomez. *in l.tauri* 76.*nu*.18.Cæphal.*conſ*.35.*poſt num*.22.*lib*.1.Cla. *in pract*.§.*homicidium.nu*.44.*verſ.ſed nunquid*. vbi de materia.Menoch.*de arbit.lib*. 1.*q*.90.*nume*.6. Brunot à Sole *in quæſt.legali.q*.26.*nu*.69.

Fam. Cent. V.I.D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

Plura adducuntur ad excuſationem filię, quę, vt ſuam ſaluaret pudicitiam, de qua à Patre tentabatur, Patrem ipſum occidi procurauit: Et plura etiā de pęna mitigāda filio minori: qui eidem parricidio conſentijt. Et de reuocatione mandati, quando mandantem excuſet, ſequuto homicidio, non obſtante reuocatione.

SVMMARIVM.

Parricidij pœna locum non habet, quando pater tentans pudicitiam filiæ, fuit ab ipſa filia occiſus. num.1.*& ſeqq. & præſertim nu*.4.*Vbi an teneatur patrem accuſare, ſi accuſandi commoditatem habet, & nu*. 5.*Vbi quid ſi occidat ex interuallo poſt vim illatam, & non eodem inſtanti. nu*.5.*&* 6.

Parricidij pęna locum non habet, quando pater occidit filium, vel èccontra, ex vna illarum cauſarum, propter quas permiſſa eſt exhæredatio. nu.1.

Pater impunè occidit filium, qui ſuam nouercam, ſeu etiam patris concubinam carnaliter cognouit.nu.1. *& num. verſ. Quod ſi Pater; Vbi quid ſi occidat non incontinenti, ſed ex interuallo poſt commiſſum adulterium*.

Pater committendo in filium aliquam ingratitudinem, perdit priuilegium paternum, & èccontra.nu.2.

Pater volens carnaliter cognoſcere filiam, ſe patrem non facit, nec ſe verè patrem eſſe oſtendit.nu.2.

Parricidia plura impunita dimiſſa fuerunt, ex iuſta cauſa commiſſa, de quib. ponūtur exēpla.nu.2.*verſ. Et hinc plura*.

Occidens eum, qui ſibi vel ſuis ſtuprū inferre intendit, ſine pœna dimittendus eſt.nu.3.*& nu*.6.*Vbi quid ſi occidit non in actu ſtupri, ſed propter periculum futuri ſtupri*.

Iniuriam facere non dicitur, qui ſe tueri voluit, cum aliàs non poſſit.nu.3.

Dolor iuſtus facit mitigare pœnam, etiam in occidente ex interuallo.nu.5.*in fine*.

Minor in delictis non excuſatur, nec in integrum reſtituitur; Benè tamen propter minorē ætatē pęna mitigatur.nu.7.

Minori delinquenti mitigāda eſt pęna, etiam in grauioribus, & atrocioribus. num. 7. *verſ. quæ quidem concluſio, & num*.8.*Vbi ibidem in crimine raptus, inceſtus, ſodomiæ, falſæ moneta, & alijs atrociſſimis delictis; quod an verum ſit, vide in addit. liter. A*

Minor viginti annorum, ſed maior quatuordecim, licet vigore motus proprij Pij Quarti nullam pœnæ diminutionem in crimine homicidij habeat; Recipit tamen ille Motus proprius

proprius tres declarationes: Prima, ſcilicet, vt loquatur in bannitis, & in contumaciam cõdemnatis; non in alijs: Secundo, vt non per hoc ſint ligatæ manus Iudicis quin poſſit pęnam mitigare: Tertia, vt non extendatur ad participes, & conſentientes, nu. 9. & nu. 10.

Statutum de delinquente trahitur etiam ad mandantem, declara, vt nu. 11.

Mandans, & mandatarius pari pęna puniuntur. num. 11. Vbi declaratur procedere quoad pęnam legalem, non autem quoad ſtatutariam.

Mandans non propriè, ſed interpretatiuè dicitur facere. numero 11.

Furor cauſat delinquentem. nu. 13. Vbi idem de inſano, fatuo, demente, frenetico, malinconico, mentecapto, & alijs. nume. 13.

Confeſſio quamuis ſpontanea, quandoque etiam non vera eſt. num. 14.

Confeſſio furioſi confitenti non nocet, nu. 14. in fine.

Excuſatio ſocij criminis non tollit plenas delicti probationes, & multo minus oris proprij confeſſionis; debilitat tamen. num. 15.

Mandans poſt mandati reuocationem factam reintegra non tenetur amplius de delicto ſequuto; etiam quod reuocationem non intimauerit occidendo. nu. 16.

Vxor non reuelans ſuo marito mortem ipſi inferendam, quomodo puniatur. nu. 17.

Delictum non reuelans nunquam punitur pęna capitis. numero 17.

Agentes & conſentientes pari pœna puniuntur. nu. 18.

CONSILIVM LXVI.

1 ADSIT DEVS. Pater ſancte, licet Beatrix Cincia Franciſci patris necem impiè procurauerit, ſi tamen verum eſt (prout veriſſimum creditur) quod idem Franciſcus eandem Beatricem in Caſtro Petrellæ (vbi occiſus fuit) in obſcuris, & recluſis ſtantijs more carceris retinẽdo, & male tractãdo, illius pudicitiam violare tentauerit, non erit contra ius dicere, quod aliqua miſeratione digna ſit. Certiſſimi enim iuris eſt, quod mortis, & parricidij pęna locum nõ habet, quando parentes occidunt filios, vel ècõtra, ex vna illarum quatuordecim cauſarum, quibus inter eos permiſſa eſt exhæredatio, & de quibus *in Authent. vt cum de appellatione cognoſcitur. §. cauſas autem. tex. eſt in l. Diuus Adrianus. ff. de parricid.* Qui quidem text. licet ſpecialiter loquatur in filio à patre occiſo, ex eo quod nouercam, ſeu ipſius patris concubinam carnaliter cognouerit, generaliter tamen ad omnia parricidia commiſſa ex quacunque ingratitudinis cauſa, in eadem auth. comprehenſa, eundem tex. extendi debere, dixerunt Bart. & Angel. ibidem. Iaſ. *in l. ius autem ciuile. nume. 28. ff. de iuſtit. & iur.* Petras. *ſing. 2. num. 8. verſic. Adde tamen.* Carrer. *in pract. crimin. in verbo, pœnis debitis feriantur. nume. 27.* Petr. à Plach. *in Epith. delict. ca. 22. num. 28.* Pract. Conrad. *tit. de homicid. nume. 14. in 22. limit.* Menoch. *de arbitr. q. lib. 2. caſu 356. & ſeqq.* Qui omnes Doctores per tex. in d. l. Diuus, expreſsè, & vno ore dicunt, nõ pœnam mortis naturalis, ſed vel deportationis, vel aliam iudicantis arbitrio, hoc caſu imponi debere.

2 Quod autem tentare pudicitiam filię, dicatur grauis & inhoneſta iniuria, & cõſequenter comprehẽdatur inter cauſas enumeratas *in dicto Authentico, vt cum de appell. cogno. in illis verbis, ſi grauem, & inhoneſtam iniuriam eis ingeſſerit*; & quod etiam ſit maior ingratitudo, maiusve delictum, quam illud filij, qui patris nouercam, aut concubinam cognoſcit. De quo *in eodem Authẽ. In illis alijs verbis, Si nouercæ ſuæ, aut concubinæ patris filius ſe ſe immiſcuerit*; Dubitandum non eſt, ex pręallegatis Doctoribus, dicentibus quòd ſi pater ingratitudinis cauſas in filium commiſerit, vel ècontra, perditur ab vtroque omne paternum, ac filiale priuilegium reſpectiuè; Ergo multo magis illud perdit pater, dum quærit carnaliter cognoſcere filiam; Cum ex hoc ſe patrẽ non faciat, nec ſe verè patrem eſſe oſtendat, ad trad. poſt Alber. quem allegat per Marſil. *in l. inauditum. numero 2. ff. de ſicar. & ſin. 160. incip. Pater, & filius poſt princip.* & per Boer. *deciſ. 318. poſt num. 2.* Vbi docet ex antiquorum hiſtorijs, quandoque etiam irrationabilibus animalibus commixtionem parentum cum filiabus horridam viſam fuiſſe; Et hinc plura antiqua recitantur exẽpla, quibus antiquitus huiuſmodi parricidia ſic ex cauſa commiſſa, impunita remãſere, vt ex Cellio *lib. 12. cap. 37.* & Iuſtin. *lib. 1.* legitur de Semiramide Matre à Nino filio interẽpta, quod eius concubitum & cõgreſſum optaſſet. & ex Plutar. in Paral. de Cyane filia, quæ Patrem Cyamnũ, quod ab eo per vim ſtuprata fuiſſet, gladio cõfoderit; & de Medullina filia, quæ ab Aruntio Patre ebrio violata, eidem mortẽ intulit, & ex Cic. pro Milone de Horeſte, qui ob eius ſcelera matrem occiderat; In primis à dimidia parte Iudicum damnatus, ab alia abſolutus, tandem à Minerua liberatus extitit.

3 Verum & magis in ſpecie ad huius miſerrimæ mulieris excuſationem, facere videtur tex. *in l. 1. §. fi. ff. de ſicar.* vbi dicitur, dimittendum eſſe eum, qui ſibi, vel ſuis ſtuprum per vim inferentem, occidit, *& ibi gloſſ. in verbo, dimittendum.* Allegat text. *in l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ.* Vbi dicitur, ſtupri timorem maiorem eſſe quam mortis. Item allegat text. *in l. tertia. §. quod ait Prætor. in fine. ff. de inced. ruin. & naufra.* Vbi habetur, non dici iniuriã hoc facere, qui ſe tueri voluit, cũ aliàs non poſſet; & faciunt trad. per Carer. *in pract. crim. in tract. de homicid. §. 26. excuſatur.* Vbi alijs relatis facit generalem concluſionem, excuſari, ſcilicet eum, qui occidit volentem per vim ſe, vel ſuos ſtuprare; Et legitur apud Valerium Maximum *lib. 6. cap. 1. de pudic. rubr. 12.* C. Marium Imperatorẽ pronunciaſſe, iure occiſum fuiſſe C. Lucium Nepotem à C. Plotio Mancipulario; cum idem Lucius eundem Plotium de ſtupro compellere auſus fuerit; ſic etiam, *& in l. 2. §. initium. ff. de orig. iur.* legitur, Virginium patrem excuſatum fuiſſe ab homicidio Virginis filiæ licet innocuę, & inculpabilis, vt eam à ſtupro Appi liberaret; Ergo multo magis excuſanda videtur Beatrix, quæ patrem delinquentem, & ſtuprum committere volentem, occidit.

4 Nec dicat fiſcus, quòd ſi Beatrix tẽtata fuit de ſtupro à Patre, debebat Patrem, nõ occidere, ſed accu-

accuſare; prout annuere videtur tex. *in l. inauditum, ff. ad l. Pomp. de parricid.* Nam vltra quod accuſandi poteſtas erat ſibi à patre ſublata per illius retentionem ianuis clauſis, & ſub claue; ipſaque eadem Beatrix ſæpius ad Vrbem ſuis conſanguineis nuntios tranſmiſerit, & literas, quibus in genere de malis tractamentis paternis cõquerebatur; ſubſidiumq; poſtulabat; & ob id etiã tũc fuerint Sanctiſſimo memorialia porrecta; prout hæc omnia concludenter probata credũtur; adhuc tamen vnico verbo reſpondetur, quod hoc ideo tex. *in d. l. diuus, ff. de parricid.* mandat iſto caſu parricidam nõ prorſus impunitum dimittere, ſed pęna deportationis plecti, quia non accuſauit, ſed occidit; ſi enim nõ occidiſſet, ſed accuſaſſet, nulla prorſus pœna afficienda eſſet, vt benè adnotauit glo. *in d. l. diuus, verſ. Relegatur ergo.*

5 Nec etiam dicat idem fiſcus (prout ſic dicentem mihi ipſi illum videre videor) quod prędicta omnia procedunt, ſi Beatrix tempore tẽtati ſeu commiſſi ſtupri, in ipſum manus iniuliſſet; ſecus autem ſi ex interuallo, prout fecit, & procurauit per alium occidi. Nam pro reſponſione dicitur, quod immo tex. *in dict. l. Diuus Adrianus, ff. ad l. Pomp. de parricid.* expreſsè loquitur in parricidio commiſſo ex interuallo poſt iniuriam illatam, cum ponat caſum in patre occidente filium non repertum in actu venereo cum matre, ſed in venatione, & in ſiluis; & ſic poſt commiſſum adulterium; & tamen non mortis (propter iuſtum dolorem) ſed deportationis pœnam imponit, vt benè adnotauit Decian. *in ſuis tract. crimin. in tom. 2. lib. 9. capitu. 8. rubr. de aſcendentibus deſcendentes occidentibus, numero 11.* Tacitè ſentiens, quod ſi pater filium cum vxore deprehenſum, occidiſſet, nulla pœna punitus fuiſſet. Quod etiam fuit de mente gloſſ. *in d. l. diuus. in fine*, & expreſsè tradiderunt ibidem Bart. & Ang. Alijque plures relati per Bertazz. *conſi. 359. num. 8. lib. 2.* & faciunt tradita per Afflict. *in conſt. ii. ſi maritus, numero 2.* & per Carer. *in pract. crim. in tract. de homicid. verſ. 6. excuſat, num. 5.* Vbi alijs relatis facit concluſionem, Quod iuſtus dolor minuit pœnam, etiam in occidente ex interuallo.

6 Et in terminis in occidente propter ſtupri periculum. quòd ſufficiat timor, non ſolum inſtantis, ſed futuri periculi (Prout in hoc periculo ſemper erat Beatrix) voluit gloſſ. *in l. iſti quidem, & in l. metum. in 1. gloſſ. ff. quod met. cauſ.* & probat tex. *in l. 1. ff. eod.* Vbi dicit, metum eſſe mentis trepidationem, non ſolum inſtantis periculi, ſed etiam futuri. Igitur quicquid fecit Beatrix, id vtique feciſſe dicendum eſt, aut propter imminẽtis, ſeu futuri ſtupri periculum ac metũ; & ſic iſto reſpectu ſit excuſanda tanquam ſi pro ſui honoris defenſione occidiſſet. Clar. *in pract. §. homicidium, verſ. idemque.* Aſin. *conſi. crim. diuerſor. 114. num. 2. & ſeqq. lib. 2.* Aut ſi forſan ſtuprata fuit, in vindictam illatæ iniuriæ: & tunc pariter etiam excuſanda propter iuſtum dolorem, etiam quod ex interuallo occideret, ſeu occidi fecerit, ex præallegatis; & hæc quoad Beatricem.

7 Quo verò ad Bernardũ, qui & ipſe pariter in huiuſmodi parricidij tractatu, facto per Sicariũ Olimpium cum Iacobo, aſſenſum pręſtitiſſe fatetur: pono ante oculos Sanctitatis Veſtræ in primis illius tenellam & minorem ętatem; tempore enim patrati delicti, non niſi 16. attigerat annũ, vt mihi ſupponitur. Quare ſubintrat concluſio, quod licet in delictis minor in integrum non reſtituatur, ad hoc, vt in totum excuſetur à pœna, *l. 1. C. ſi aduerſ. delict. l. ſi ex cauſa, §. nunc videndum, ff. de minor.* Benè tamen ratione ætatis illius miſeratio habenda, ac pœna etiam minuenda eſt. *l. ferè in omnibus, ff. de reg. iur. l. aut facta, §. perſonam, ff. de pœn.* Clar. *in pract. §. fi. quaſt. 60. in princ.* Quæ quidem concluſio procedit generaliter in omnibus delictis. *dict. l. ferè in omnibus, ff. de regul. iur. l. aut facta, §. perſonam, ff. de pœn.* Clar. *in pract. §. fin. q. 60. in princ.* Quæ quidem concluſio procedit generaliter in omnibus delictis, *d. l. ferè in omnibus*, & ſic etiã quod grauiora, & atrociora ſint, prout adnotarunt Alber. *in l. auxilium, §. in delictis, nu. 3. ff. de minor.* Io. de Anan. *in c. 1. nu. 8. in fi. in glo. fi. de delict. puer.* Guliel. Mayner. *in d. l. ferè in omnibus, nu. 14.* Aret. *in § in ſumma, nu. 1. inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſcun. et in tract. malef. in verbo, ſcienter & doloſè, poſt nu. 12.* Gerard. Mazzon. *conſi. 64. nu. 1. in fine,* Roland. *conſi. 7. nume. 8. lib. 3.* Franc. Calder. *in repet. l. ſi curatorem. in verbo, vel aduerſarij dolo. nu. 61. C. de in integr. reſt. minor.*

8 Hinc in pluribus atrociſſimis delictis minorẽ ætatem fuiſſe legitimam cauſam minuendi pœnam, videtur communiter receptum per Docto. prout in crimine raptus & in minore 18. annorũ, conſuluit Cuman. *conſ. 95. incip. Chriſtophorus, ad finem verſi. & hæc benignior ſententia.* quem referendo ſequuti ſunt Roland. *conſi. 77. num. 9. lib. 3.* Hippol. Riminal. *conſi. crim. diuerſ. 135. nu. 16. to. 1.* & in crimine inceſtus habemus in text. *in l. ſi adulterium cum inceſtu, § fratres, ff. ad l. Iul. de adulter.* per quem tex. idẽ tradiderunt Nouell. *in trac. ad defenſam, par. 2. nu. 37.* Maurit. *de reſt. in integ. c. 153. nu. 5. in fine.* Rolan. *d. conſi. 77. num. 7. lib. 3.* Menoch. *de arbit. q. lib. 2. caſu 329. nu. 3.* & in crimine ſodomiæ conſuluit in minore viginti annorum, Soc. iun. *conſ. 7. lib. 3.* Quem pariter referendo ſequuti ſunt Hippol. Rimin. *d. conſi. 535. num. 18.* Menoch. *d. caſu 329. nu. 5. & caſu 386. nu. 18.* Rolan. *d. conſi. 77. nu. 9. verſ. ſextodecimo accedit.* & in crimine falſæ motæ, quod ſub læſa maieſtate continetur, habemus tex. *in l. 1. §. impuberes, C. de falſ. monet.* Vbi quod impuberes in totum excuſantur; ſed in puberibus quod pariter excuſẽtur à pœna ordinaria, conſuluit Caccialup. *conſi. crimin. diuerſ. q. 5. nume. 3. in fine, & ſeq. tom. 1.* quem pariter ſequuti ſunt Roland. *d. conſi. 77. nume. 9. ſub verſi. decimooctauo, &c.* Et Hippol. Rimin. *conſil. 245. nu. 24. lib. 3.* Ex quibus etiam in atrociſſi-
a mis [a] minorem ætatem à pęna ordinaria excuſare, communiter receptum eſſe videtur.

9 Nec obſtet motus proprius Pij Quarti, volẽs homicidis minorem ętatem non prodeſſe, ſi xiv. expleuerint annum; Reſpondetur enim primo, quod loquitur in bannitis, & in contumaciam condemnatis; ideo non extẽdendus ad non bānitos,

nitos,& non condemnatos. Et nihilominus nõ per hoc erunt ligatæ manus Iudicis, propter minorem ætatem,pęnã diminuere, prout in terminis prędicti Motus proprij bene probault Sforz. Odd,*de reſt.in integ.par.2.quæſt.81.nu.33.& ſeqq.* Et latè conſuluit Honded.*conſi.99.nu.48.& ſeq.* Vbi in fine cõſilij teſtatur ita de anno 1583. fuiſſe Peruſiæ ſeruatum,& iudicatum.

10 Reſpondetur ſecundo,quod Motus proprius loquitur in homicidis; ergo nõ extendendus ad participes,& conſentientes,prout in ſimili Bulla conſuluit Corne.*conſi.159.lib.* 1. Et in terminis noſtræ conſtitutionis ſcripſit Flamin.Cartar.*de exeq.ſenteut.c.fin.nu.*233. Vbi alijs relatis concordãtibus, teſtatur magis communem Doctorum opinionem eſſe, quod ſtatuta de homicidis loquentia,non trahantur ad conſultores,perſuaſores, & complices.

11 Nec facit reſponſio D. Fiſcalis dicentis,quod nos non ſumus in ſimiplici conſenſu,vel cõſilio, ſed in mandato;quo caſu ſtatutum de delinquẽte trahitur etiam ad mandantem: quia mãdans, & mandatarius pari pęna puniuntur.*l.non ſolum. §.ſi mandato.ff. de iniur. l. lex Cornelia. §.fina. ff. eod.* Et qui per alium facit,per ſe ipſum facere videtur.*l. 3.§. deieciſſe.ff. de vi & vi armat. l.ita autem. §.geſſiſſe.ff. de adminiſtratione tutor. cum ſimilibus.* Huic enim reſponſioni replicatur. Primo, quod mandans, & mandatarius pari pœna puniuntur,ſcilicet legali, non autem ſtatutaria. Quia mandans non verè & propriè,ſed interpretatiuè facere videtur; Et propterea conſtitutio pęnalis,de perſona homicidæ loquens (prout loquitur Bulla noſtra)non comprehendit mandãtem (licet forſan ſecus eſſet ſi conſtitutio loqueretur in rem,puniretque non homicidam,ſed homicidium)fuit magiſtralis doctrina Bart. *in l.hæc verba, poſt numerũ* 1.*ff. de adulter. & in l. aut qui aliter.§. hæc verba per iſtum tex.num.*3. & ibi præcipuè Alex.*in addit.in fine.ff.quod vi,aut clam,*quam communiter ſequuti ſunt Doctores,prout videre eſt apud Iaſ. qui relatis aliorum opinionibus, ſic de communi teſtatur *in l.ſi quis id quod. nume.* 36.*ff. de iuriſd.omn.iudic.* Afflict.*deciſ.*404.*num.*6. Boſſ.*in tit.de pæn.nu.*14.

12 Replicatur ſecundo, & in hoc S. V. dignetur reſpicere, quòd Bernardus non fatetur ſe principalem authorem ſubſequuti parricidij,ſed tantũ dixiſſe ſe conſcium, & conſentientem tractatui iam facti inter Beatricem & Olimpium; ſic enim cantant propria verba Beatricis, dum confitendo delictum dicit, *Et io diſſi ad Olimpio,che non voleuo ſe ne faceſſe niente, ſe non ci era il conſenſo de' miei fratelli, cioè Giacomo, Bernardo & Paolo; Et coſi Olimpio reſtò in appuntamento,che voleua venire lui à parlarci, & mi diſſe s'accordaranno bene li voſtri fratelli:* Et paulo infra; *Et tornato Olimpio da Roma,mi diſſe, che haueua parlato con Giacomo ſolo, & che non haueua parlato con gli altri fratelli,perche non haueua voluto trattare con Razazzi,* prout etiã ſic, idem Bernardus *in ſua confeſſione* dicit, *Olimpio parlò con Giacomo & Paolo mio fratello, & diſſe, che voleua ammazzare noſtro Padre,sì perche l'haueua toccato all'honore, & l'haueua cacciato dalla Rocca; Quant'anco,che Beatrice noſtra ſorella reſtaua male ſodisfatta di detto noſtro Padre, che la teneua tanto riſtretta,& che non voleua ſtar più à quella vita:& che perciò lei s'era deliberata di farlo morire, & che voleua, che detto Olimpio faceſſe detto effetto, & che detta Beatrice voleua, che ſi foſſe fatto con conſenſo di detto Giacomo, di Paolo, & mio, cioè voleua, che noi lo ſapeſſimo prima, che ſi faceſſe, & che foſſimo bene contenti: & che però lui era venuto à Roma ad intendere la volontà noſtra, & detto Giacomo, Paolo & io, gli diceſſimo, che faceſſe quello li parea com'ha detto Signor Giacomo.* Quare cum Bernardus nullum dederit mandatum,ſed ſimplicem præſtitiſſe conſenſum fateatur,ceſſat vtique ex facto D.Fiſcalis conſideratio, quod ſcilicet conſtitutio puniens delinquentem, trahatur etiam ad mandantem.

13 Pono rurſus ante oculos Sãctitatis Veſtrę fatuitatem, & imbecillitatem intellectus eiuſdem adoleſcentuli (quæ etiam probata creditur) & ex qua non admodum mirandum videtur, ſi Iacobi fratris forſan perſuaſionibus facilis fuit ad ſic conſentiendum,& annuendum ijs, quæ idem Iacobus cum Olimpio ſicario pertractabat. Quare ex hac ſola intellectus debilitate, & imbecillitate,iũcta præſertim tenella ætate, videtur ab ordinaria pœna excuſandus, cum de iure iſtud operetur nedum furor ipſe, ſed quælibet intellectus debilitas,& defectus.& Docto. tractantes materiã promiſcuè loquuntur non ſolum de furioſo, ſed de inſano,fatuo,demente,& ſrenetico,malinconico, mentecapto, & huiuſmodi generis alijs omnibus,vt per Alex.*in l.ex facto.nume.* 34.*ff. de vulgar.& pupill.* Maria.Socin.*in c. ad audientiam. nu.*28.*ad finem.de homic.* Blanch.*in pract.crim. in §.imbecillitate etiam.nu.*11.Gram.*conſi.*16.*nu.*7.*in fine & ſeqq.* Clar.*in pract.§.fi.nu.*60.*verſ.Itẽ quæro.* & alibi paſſim,& communiter Doctores.

14 Nec omittendum cenſui, Pater Sancte, quòd vtinam Bernardi confeſſio vera ſit, nec releuat, quòd ſine tortura, & ex ſola Iacobi confrontatione emanauerit, & ſic quodammodo ſpontanea reputari debeat;ſuccedunt enim pluchra verba text. *in l.1.§.ſi quis vltrò.ff. de quæſtion.* Dum ibi dicitur, *ſi quis vltro de maleficio fateatur, non ſemper ei fides habenda eſt*; Nonnunquam enim aut metu,aut aliqua alia de cauſa in ſe confitentur;Metus enim inferendæ torturæ, iſtum puerũ ad ſic confitendum, forſan adduxit, cum facile putauerit ex dicto Iacobi ipſum eſſe torquendum,prout Iacobus tortus fuit; ſic etiam & teneras ætas, & intellectus imbecillitas, facile etiam potuerunt in cauſa eſſe,vt ſic, vt fatuus eſt, fateretur; ſicut enim ſi vere patiens intellectus defectum,delictum commiſit, excuſari iure debet, vt ſupra probaui; ita etiam ſi illud fateatur,confeſſionis ratio habenda non eſt. Bald.*conſi.*347.*nu.*4.*lib.*3.Igne.*in l.3.§.ignoſcitur. nume.*75.*in fine.ff. ad ſyllan.* Foller.*in pract.crimin.in prima parte,tertia partis principalis,verbo,& ſi confitebuntur. num.* 28.*fol.mihi* 297.

15 Accedente præſertim, quod cõfeſſio prædicta

emanauit

Digitized by Google

emanauit ad nominationẽ Iacobi, facta ad eius faciem;& tamen Iacobus dum ſua peccata ſacerdoti confeſſus eſt, cum ſacerdos illum abſoluere noluiſſet, niſi, quod de alijs falſo cõfinxit, prout poterat, reuocaſſet, eundem Bernardum in ſcriptis, & ſolẽniter exculpauit; exculpationeq́; (vt audio) pro ſuæ conſcientiæ exoneratione, Illuſtriſſimo D. Cardinali Alexandrino tranſmiſit, vt de ea S.V. fidem faceret. Per hãc autem exculpationem, licet non ignorem, minimè tolli plenas delicti probationes, & multò minus oris proprij confeſſionẽ, negari tamen non poteſt, quin etiam probationes, & confeſſiones debilitet, ad trad. per Gram. *vot. 3. nu. 15. et ſeqq. & voto 11. nu. 11. in fin.* Marſi. *conſi. 106. nu. 30. et ſeqq.* Tiber. Decian. *conſi. 18. nu. 65. & ſeq. lib. 1.* Hipp. Rimin. *conſil. 420. nu. 17. lib. 4.* Sed hæc vltima, Bernardi confeſſionẽ reſpicientia, ſint dicta ex abundãti, cum ex pręmiſſis, minoritate, ſcilicet & fatuitate, ſatis videatur ipſum excuſare poſſe à pęna ordinaria.

26 Quod verò attinet ad Lucretiam vxorẽ Franciſci, ſupplicatur S. V. vt illius confeſſionem ſecundum veritatem, in actis apparentem, conſiderare dignetur; Veritas enim eſt, quod licet à principio ipſa etiam conſenſerit Parricidio per ſicarios committendo, de ordine, & mandato Beatricis, & forſan etiam ipſius Lucretiæ, conſenſum tamen, ſiue mandatum datum, re integra reuocauit: imò & ſicarijs in die ante commiſſum delictũ acriter perſuaſit, vt à tanto ſcelere ſe abſtinerẽt; & ex ſtantijs, in quibus ad ſcelus perpetrandum conducti erant, eos abire fecit, animo, & intentione amplius delictum non committendi; quãuis poſtea, ipſa ignorante, & à ſola Beatrice ſeducti, die ſequenti reuerſi, Franciſcum occiderint; ſic enim, & non aliàs, ipſa fatetur, & eius confeſſio comprobatur ex depoſitionibus Martij ſicarij, & Beatricis: Quare ſubintrat concluſio quod quando mandans mandatum reuocat, etiã quod poſtea delictum ſequatur, non amplius de mandato, ac delicto tenetur, tex. *in c. quicumque. ibi, niſi licẽt iam re integra reuocarent, de ſent. excom.* Bar. *in l. non ſolum. §. ſi mandato, nu. 12. ff. de iniur.* Ang. *de maleſ. in verbo, Sempronium mandatorem, nume. 15.* Blanch. *caut. 7. num. 2. poſt pract. crim.* Menoch. *de arbit. q. lib. 2. caſu 357. num. 7.* Etiam quod reuocatum mandatum occidendo non intimauerit. Auguſt. ad Ang. *de maleſ. vbi ſupra, ſub nume. 15. verſic. Quinimò, &c.* Pract. Conrad. *tit. de mandante homicidium, nu. 6.*

17 Et licèt vxor non reuelando viro ſuo mortẽ, ipſi inferendam, forſan dici poſſet, ex ſola non reuelatione, quod puniri debeat; id tamen intelligendum eſt, de pęna extraordinaria, & relegationis, non autem de pęna mortis, & ordinaria, prout text. *in l. frater. ff. ad l. Pompei. de parricid.* per quem text. Marſi. ibi facit generalem concluſionem, quod nunquam propter non reuelationem delicti, imponitur pœna capitis; niſi quando delictum erat committendum contra Principem, aut Papam; ſecus ſi contra alios, etiam ſub nomine parricidij comprehenſos.

18 De perſona Iacobi plura eſſent dicenda, quæ propter temporis breuitatem, omittere cogor, alijſque DD. Scribentibus proponenda reſeruo. Hoc ſolum addito, quod ſi Beatrix ſoror, quæ in hoc delicto principalis operatrix fuit, propter cauſam, quam habuit, aliquam mereatur commiſerationem, ſequitur, quod Iacobus, qui tantum eſt particeps & conſcius, non poſſit in plus condemnari, quam ipſa principalis, per regulã, quod agentes & conſentientes, non diſpari, ſed pari pęna plecti debent. de qua *in l. ſi quemque. C. de epiſ. & cler. & in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.* cum alijs per Boſſ. *in tit. de mandat. ad homicid. nu. 59.* & per Clar. *in pract. §. fi. q. 88. in princ.*

19 Hęc, Pater ſancte, currẽti ferè calamo, propter temporis anguſtiam, in tam ardua cauſa dixiſſe volui, vt ſi ex illis S. V. ad aliquam pęnæ mitigationem iure deueniri poſſe exiſtimauerit, clementia & pietate ſua vtatur in iſtos miſerrimos carceratos, qui non D. Iudicis ſententiam, nec Do. Fiſcalis miſericordiam, in quibus etiam plurimũ fidunt, ſed eiuſdem S. V. ſanctiſſimum expectant iudicium, illique humiliter, & genuflexi ſe ſubmittunt.

Omnes fuerunt vltimo ſupplicio affecti, excepto Bernardo, qui ad triremes cum bonorum cõfiſcatione condemnatus fuit; ac etiam ad intereſſendum aliorum morti, prout interfuit. Delictum enim iſtud adeò horribile fuit, & inauditũ, vt ſcilicet duo filij, vna filia, & vxor in patris, & mariti reſpectiuè, necem conſpirauerint, etiã mediante pecunia; vt quidẽ dici poſſit, non, niſi maxima ſanctiſſimi Pontificis benignitate, Bernardum minorem, fuiſſe à morte ſaluatum, prout & idẽ firmiter ſperabatur de ſorore Beatrice, ſi ꝓpoſitã excuſationẽ probaſſet, prout non probauit.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ADDITIO.

a *Etiam in atrociſſimis.* Iſte Bernardus Cincius, qui conſenſit neci Franciſci patris, fuit à morte liberatus, nedum propter eius minorem ætatem, ſed etiam, quia re vera ferè fatuus, & puſillanimi reputatus fuit; in tantum, quòd accedente Iacobi maioris exculpatione, cum prius ipſum inculpaſſet, ex qua quidẽ inculpatione idem Bernardus ſe ad confidendum duxit, aliquantulum de eius confeſſione fuit dubitatum: & alijs omnibus cõcurrentibus, non tibi mirum videatur, ſi accedente etiam Sanctiſſimi Pontificis clementia, mortem euaſit; Alioquin, quòd ſola minoritas ſufficiens fuiſſet in hoc crimine, ad mitigandum pœnam, vix credo obtinui potuiſſet, cum nõ deſint Doctores, qui (quicquid ſecus ſenſerint in atrocibus, ſeu atrocioribus delictis,) in atrociſſimis, propter minorem ætatem, pœnam in aliquo diminuendam non eſſe, apertiſſimè affirmauerint, gloſſ. *in l. ferè in omnibus, in gl. 1. verſ. aut atrociſſima. ff. de reg. iur.* Vbi quod iſto caſu minori in nihilo ſuccurritur, & videtur de mente Petr. de Bellap. *in l. 1. C. ſi aduerſ. delict. col. 2. verſ. ſi autem quæritur de criminali,* & idem Cyn. *nu. 1. verſ. ſi de atrocioribus,*

Digitized by Google

cioribus, qui videntur exemplificare in crimine adulrerij, facit alia glo. *in l. auxilium. §. in delictis. in verbo, atrociora, in fi. ff. de minor.* vbi dixit, quod in atrociſſimis nullo modo ſubuenitur minori. Anchar. *in c. 1. nu. 4. verſ. ſi de atrocioribus. de delict. puer.* Gand. *in tit. de pœn. reor. nume. 30. verſ. aut eſt atrociſſimum.* Duen. *reg. 259. in ſecũda limit.* Plac. in Epith. *delict. c. 32. num. 5.* Gram. *in conſtitu. Regni, in tit. de reſtit. minor. nu. 7.* vbi refert duos caſus ibi deciſos, quem poſt alios referendo ſequitur Sforz. Odd. *de reſtitu. in integrum, par. 2. q. 80. nu. 101.* Vulpell. *conſi. 101. per totum, & præſert. in nu. 13. & 14.* Vbi conſuluit in caſu duorum parricidum, audacterque teſtatur, quod ita Romæ ſeruatur, vbi ipſe pluries iudicauit (ſed vtinam is vel Romæ fuerit Iudex, vel tantum fuerit, vt de hac obſeruantia teſtari poſſit) & Vulpellum ſic dicẽtem refert Flamin. Cartar. *de exeq. ſententiæ. c. fi. nu. 235. ſeq.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen. 17. nume. 55. iuncto nu. 72. ſeqq.* vbi refert, in Vrbe fuiſſe ſuſpenſum puerum minorem annorum quatuordecim, qui vna cum craſſatoribus viarum, tenuit habenas equi cuidam Tabellioni Venetorum, dum ipſum in via publica derobarunt. Brunor. à Sole *in ſuo Compendio Iuris verſ. Minor capax mali. fol. 135. col. 4. in princ.* Vbi refert gl. *in d. l. ferè*, & ego memini etiam tempore Gregorij Decimitertij, in arce ſancti Angeli, ſuſpenſum per pedes quendam adoleſcentulum, qui fuit conſcius, & particeps fugæ, quam iam præparauerat ex illa arce facere (prout in ipſo actu fugæ fuit præuentus & captus) Cæſar, qui & ipſe tunc fuit capite obtruncatus.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

De incurſu Bullæ Alexandrinę.

SVMMARIVM.

Bulla Alexandrinæ, vt locus ſit, tria copulatiuè requiruntur; Primo, ſcilicet Dolus; ſecundo quod iniuria fuerit illata ex cauſa litis: tertio, quod iniurians non fuerit prouocatus nu. 1 & nu. 8.

Rixæ inconſultus calor, facit abeſſe omnem dolum. nu. 2. & in addit litera. A

Iracũdia facit, vt delinquẽs mitius puniatur. in add. litera. A

Offenſio inter litigantes præſumitur, non ex cauſa litis. num. 3. & num 9.

Teſtis vnicus examinatus pro informatione Curiæ, plenè probat contra Curiam. nu. 3. in fi.

Prouocans dicitur non ſolum, qui facto, ſed etiam qui verbis alium incitat ad iram. nu. 4. in fine.

Prouocans delinquendo dicitur delinquere ſine dolo. num. 5. & in addit litera. B

Prouocans offendendo prouocantem dicitur offendens ex noua cauſa, & non ex antiqua. nu. 5.

Prouocatus non tenetur actione iniuriarum, ſi prouocanti iniuriam infert. nu. 5. in fine.

Teſtibus magis informatis, & plenè narrantib. totã facti ſeriẽ minus creditur, quam alijs non tantum informatis. nu. 6.

Author rixæ dicitur prouocans, & non prouocatus. nu. 7.

Dolus in offenſione cognoſcitur ex genere percuſſionis et inſtrumẽti, cũ quo fuit facta percuſſio. nu. 8. verſ. De dolo enim.

Confeſſio qualificata diuidi non poteſt. nu. 8. verſic. Et perpendendo.

Precarium poteſt quandocunque reuocari. nu. 8. in fine.

Offenſio ſemper tribuenda eſt cauſæ, cui magis conuenit. nu. 9.

CONSILIVM LXVII.

1 ADSIT DEVS. Ad hoc, vt Alexandrina locum habeat, tria copulatiuè requirũtur; Primò, quòd in offenſione, ſeu minis, & iniurijs dolus interuenerit; Secundo, quod eadem offenſio, ſeu iniuriarum illatio ex cauſa litis proceſſerit. Tertio, quòd ex parte offenſi, ſeu iniuriati nulla interceſſerit prouocatio; Et vno ex dictis requiſitis deficiente Alexandrinæ Conſtitutioni locum non eſſe, fuit reſolutum coram Illuſtriſſimo Domino Blanchetto die Veneris decima Nouembris 1581. Cuius Deciſionis copia datur infra.

2 In caſu noſtro dolus nõ interuenit, quia quicquid pro parte fiſci, & inſtigatorum contra Mutium prætenditur, id omne proceſſit, non appenſatè, aut præmeditatè, ſed in ſubitanea & improuiſa rixa, calore iracundię, prout conſtat ex Proceſſu: & de hoc non eſt dubitandum; quo caſu
a dolum [a] abeſſe, probat tex. *in l. quicquid*, & ibi præſertim Cagnol. qui in ſpecie loquitur in crimine iniuriarum., *numero 10. & ſeq. ff. de reg. iur. capit. ira. § notandum. 11. qu. eſt. 3. l. 1. § quæris. ff. ad Turpill.* cum alijs per Tiraquel. *de pœn. temperan. cauſ. 1. nu. 1. & ſeqq.*

3 Minus poteſt dici, prætenſas minas, ſeu iniurias per Mutium illatas aduerſario, proceſſiſſe ex cauſa litis, tum quia in dubio noua cauſa pręſumitur, & non litis, ſecundum Iaſ. *in l. qui ſeruũ. numero 2. verſ. Et aduerte. ff. de verb. oblig.* Cæphal. *conſi. 35. nume. 4. lib. 1.* Et habetur in eadem deciſione coram Illuſtriſſimo Blanchetto, *in verſicu. quod autem.* Tum etiam, quia, vt deponit Ambroſius teſtis Curiæ, idem Mutius cępit in aduerſarium iniurias proferre, propter alia turpia & iniurioſa verba in ipſum ab aduerſario prolata; & ſic non propter litem; huic autem teſti licet vnicus ſit, plenè credendum eſt contra Curiam eo, quia ab ipſa Curia productus, & examinatus fuit. Ay. *conſilio 100. num. 13.* Soc. iun. *conſi. 69. nu. 11. lib. 1.* Gabr. *tit. de teſtib. concluſ. 1. poſt nu. 14. lib. 1.* Burſ. *conſi. 311. nu. 21. lib. 3.*

4 Hinc & tertio ceſſat aliud requiſitum, quod ſcilicet iniuriatus iniuriantem non prouocauerit, cum ex depoſitione eiuſdem teſtis, conſtet, ꝙ aduerſarius prouocauit Mutiũ, dum ei, pro ſuis deuotionibus in Eccleſia incedenti, incępit dicere; *Doue andate*: & ipſe reſpondit; *Per le mie orationi, che per gratia di Dio non ſono prigione*; Et Dominicus replicauit: *Quando te ci farò metter io, nõ vſcirai*: Ex quibus verbis, Dominicum fuiſſe authorem rixæ, & prouocantem, negari nõ poteſt, cum prouocans is propriè dicatur, qui alium nedum facto, ſed etiam verbis ad irã incitat. Arch.

in c. ſi

Digitized by Google

*in c.ſi quis facer dotum.nu.*2.1 1.*q.*1.Aret.*conſ.*33.*in fine.*Aym.*conſi.*119.*nu.*11.

5 Data prouocatione, duo neceſſario ſequunt.
b Primum, q̄d quicquid poſtea facit prouocatus[b], ſine dolo facere dicitur. Cæpol. *conſi.* 51. *num.*9. Marſ.*conſ.*137.*nu.*21.*& ſeq.& in pract.crim.*§.*quoniam nu.*65.*& ſeq.*Nouel.*in trac. ad defenſ.in prin. nu.*29. Secundum, quod ex prouocatione noua cauſa producta cenſetur. Philip.de Vbal.*conſ.criminal.diuer.*153.*nu.*2.*& .*1.Vulpel.*de pace.q.*48.*nu.*2.*& nu.*7.Hercul.*de caut.de non offen.c.*34.*num.*18. Surd.*deciſ.Mant.*79.*nu.*1.Et conſequẽter in caſu noſtro, ceſſante dolo pro parte Mutij, pro parte autem aduerſarij, exiſtente prouocatione, quæ nouam cauſam inducit, dubitandū non eſt, non ſolum non eſſe locum Alexandrinæ ex præallegatis, ſed nec etiam alicui alteri pęnæ arbitrariæ, pro prætenſa illatione iniuriarum; quia data prouocatione etiam in crimine iniuriarum, omnis ceſſat pęna, vulgata *l.ut vim,cum ibi notat.per Doct.* & præcipuè Iaſ.*nu.*36. & Bolognet.*nu.*94. *in prin.ff.de iuſt.& iur.*Beluiſ.*in pract.lib.*1.*c.*3.*tit.de iniur.nu.*16.Gram.*deciſ.*37.*nu.*3.*ſeqq.*

6 Nec obſtant alij tres teſtes pro fiſco examinati, qui videntur deponere de minis & inſultu cum manibus erectis ipſius Mutij in aduerſarium; nā teſtes prædicti non deponunt de principio rixę, prout deponit Ambroſius alius teſtis Curiæ; & propterea magis credẽdū eſt ipſi Ambroſio, tanquam magis informato de tota ſerie facti a principio vſque ad finem; quam alijs, qui à principio rixæ non aſtiterunt. Bal.*in l.Lucius,in prima lectura.nu.*5.*ff.de infam.*Nel.*de teſtib.nu.*198.Rebuf.*de teſtib.par.*1.*gl.*8.*nu.*5.Bertaz.*conſ.*251.*n.*40.Et tñ data prouocatione, vt ſupra, excuſandus eſt Mutius a minis & inſultu prædictis, nulla præſertim ſequuta offenſione perſonarum, ex pręallegatis.

7 Quę de tumultu in Eccleſia per eoſdem teſtes dicuntur, tolluntur ex fide canonicorum eiuſdẽ eccleſiæ contrarium deponentium; & nihilominus quatenus ẽt diuina fuiſſet impedita, (prout nō fuerunt) rixæ author & inceptor, qui fuit aduerſarius, teneri debet, & nō Mutius, qui prouocatus vlciſci quærebat. *l.quoniam multa facinora. C.ad l.Iul.de vi publica.l.hoc iudic. ff.de ſeru.corrup.* Bal.*in l.*1.*nu.*14.*in fi.C.de ſeru.fugit.* L. D.

Deciſio coram Illuſtriſſ.D. Blanchetto Veneris 10.*Nouembris* 1581. *Cuius ſupra fit mentio.*

8 PRopoſui cauſam Roman. incurſus Alexandrinæ, & dubitaui, an in caſu, de quo agitur, ſit locus Alexandrinæ; & cui veniat applicanda pęna, parti, vel potius fiſco? & fuit reſolutum in caſu propoſito, non eſſe locū conſtitutioni Alexandrinæ; non enim quælibet rixa, aut percuſſio ſufficit ad effectum, vt ſit locus d.conſtitutioni, ſed requiritur, vt interueniat dolus, vt per Card. *in Clemen.*1.39.*q.de priuil.* Marſ.*ſing.*283.cū alijs allegatis pro Annibale. Secundo neceſſe eſt, vt iniuria verbis, vel factis illata, ſit ex cauſa litis. Put.*deciſ.*104.*lib.*1. Quorum neutrum probatur in caſu, de quo agitur; de dolo.n.Fabij non conſtat; imò ex genere percuſſionis, & inſtrumenro, quo percuſſit Octauium, leuior videtur offenſa, quàm, vt ſit locus Alexandrinę; & iura de verberatione, ſeu inuaſione loquẽtia, videnẽ poſſe cōuenire propoſito caſui; & perpendendo Fabij cōfeſſionem, quæ diuidi non pōt, Bar.*in l.Aurelius, §.idem quæſiit.ff.de liber.leg.* Abb. & alij *in c.bonæ. il* 2.*de poſtul.prał.* potius videtur ipſum prouocatum fuiſſe ab Octauio, q̄ Octauiū inuaſiſſe, cū in primo conſtituto dicat, Octauiū voluiſſe p vim gradus aſcendere; in ſecundo, ꝙ prouocatus ab eius importunitate, eū repulit. Vnde ſicut Octauius ſibi ipſi, patruo prohibente, ius dicere nō debebat, ita nec Fabius cogebatur pati, vt eo inuito, ad partem per domum ſuam accederet, præcipuè, cum quo ad ius habitandi, iam obtinuiſſet Fabius mandatum de euacuando contra Octauium, & patrem ipſius, qui precario nomine domum inhabitabant, vt videre licet ex obligatione Ioan. extract.fol.38. & eius declaratione, fol. 210.quod præcarium poterat Fabius qñcunque reuocare. Abb.*in c.fi.de precar.n.*6. Dec.*in c.ad noſtram.in fine.de confirm.vti.uel inutil.* Cum igitur iure permittente Fabius prohibuerit Octauio altiorem aſcenſum, non dicitur doloſè repuliſſe.

9 Quod autẽ id totum acciderit ex noua cauſa, primo ita præſumitur in dubio. Iaſ.*in l.qui ſeruū. nu.*2.*verſi.& aduerte.ff.de verb.obli.* Cæphal.*conſi.*35.*nu.*4.Put.*d.deciſ.*104.Secundo ex ſupradictis patet, quod fuit occaſione tranſitus Octauij per gradus, qui actus reſpicit poſſeſſionem domus; quæ poſſeſſio non erat amplius in lite; vnde offenſio potius eſt tribuenda cauſæ, cui magis conuenit Cæph.*in loco allegato.* Tertio ſi alicuius litis occaſioni eſſet attribuenda, potius conueniret illi, pro qua fuerat tunc citatus Fabius, quàm huic, in qua iudicio poſſeſſorio obtinuerat. Nec obſtat, quod Fabius dicat, quod de domo cōtro uerteret in iudicio cum Octauio, quia in primo conſtituto dicit, quod litigauerat, & lis erat finita, prout erat in poſſeſſorio; In ſecundo conſtituto narrat factum, non autem, quod occaſione litis ipſum verberauerit; ſed quia nolebat, vt trãſiret per domum ſuam, ex quibus, & alijs deductis pro hærede Fabij, Domini dixerunt, non eſſe locum Bullæ Alexandrinæ. Quare non fuit neceſſaria Deciſio ſecundæ partis dubij, de applicatione poenæ, &c.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Dolum abeſſe.* Si iracundia facit abeſſe dolum, ſequitur etiam, ꝙ delictum iracundia commiſſum, mitius puniatur, ſcilicet, non pro dolo, ſed pro culpa, prout eſt tex.*in l.*2.*ibi, ſeu calorem, &c. C.de abolit.& in l. aut facta.* §. *cauſa. ibi, cum quis per iram ab extraneo pulſatus eſt.ff.de pœn.& in cap. ſi quis iratus,& ibi glo.*1.2.*q.*3.*& in ca.ira.*11.*q.*3. vbi quod ira ſæpe innocẽtes ad crimen adducit.

Item gl. in l.3.gl.1.de diuort. vbi quod ita excuſat a culpa,& minuit delictum,& idem dixit in l.quicquid.ff.de reg.iur. Quod.n.inconſulto iracundiæ calore fit,dolo caret.l.1.§.pueri.ff.ad Turp.p quæ & alia plura, additis ēt Philoſophorum Ariſt. ac Plat.authoritatib.Hiſtoricorũ Valerij Maximi, Plutarchi & Auli Gellij exẽplis, Theologorũ,ac ēt ſacræ paginæ confirmationibus, hãc regulam plurib.cõprobat & exornat Tiraq.de pæn.tēp.cauſ.1.nu.1.& oĩbus ſeq.in diſcurſu. Rom.ſing.514.volo commentare.nu.5.& in l.cũ mulier, nu.65.ſeq.ff.ſol.matr.Fel.in c.ſicut.n.2.et nu.4.in fi.de iure iur.Dec.in l.quicquid.nu.7.& 8.ff.de reg.iur. Cagn.ibid.nu.6.& 7.Miſinger.nu.3.& nu.7.Iaſ.in l.ſi aliam iuã.nu.6.ver.tertio fallit.C.de inoff.teſt. Iac.Belenc.in repet.l.capitalium.§.famoſos.nu.195.ff.de pœn. Nouel.in tract.ad defenſam.nu.82.verſ.calor iracũdia, vbi loquens in homicidio calore iracundiæ commiſſo,dixit,iſto caſu eſſe imponẽdã, nõ pęnã ordinariã homicidij,ſed aliã mitiorẽ,arbitrio iudicantis. Gram.voto 13.& 14.ſeq. Carer.in pract. in tract.de homic.§.ſeptimo excuſat.nu.1.& ſeq.fol.mihi 161.Bero.conſ.189.nu.2.ſeq li.3.Petr.a Plac.in Epith.delict.li.1.c.2.nu.19.vbi plurib.exornat hãc concluſionẽ. Duen.reg.292.in 9.limit. verſ.in quo eſt notãdũ.Boſſ.in ti.de homic.nu.60.vbi propterea ex authoritate D. Gregorij dixit, difficilius eſſe iram continere,ꝗ miracula facere. Clar.in pract.§.fi.q.60.verſ.eſt ēt,vbi dixit, quod licet Iaſ.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.il 2.poſt nu.1. ff.de iure iur.dixerit,factum calore iracundiæ nõ eſſe punibile, & quod ita ſolet cõiter dici ; veritas tñ eſt ſecundũ omnes.quod mitius punitur. Card.Alba.conſ.6.nu.2.Moron.in tract.de fid.treg. & pace.q.164.num.1.ſeq.Menoc. de arbitr.quæſt.li.2.caſu 319.n.33.& de præſump.li.5.præſump.3.nu.117.& li.1.q.14.nu.21.22.& 36.Honded.conſ.105.nu.47. Claud.ad Bertaz.conſ.135.litera B,lib.1. vbi præſertim,quando ira ſubito animum concitat.

Et licet contrarium, quod imò in delictis ira non excuſet,per tex.in l.ſi non conuicij, C.de iniur. & eo quia ſi aliter diceremus, nunquam punirentur delicta,cum nullum ferè ſit delictum, qđ ſine ira committatur,& illud pręſertim,quod ſub iniuriarum actione cadit,voluerint Bal. in d. l.ſi nõ conuicij,poſt nu.2.verſ.vel dic,vbi dixit,ꝙ quędam ſunt,quæ ſortiũtur iuris effectum, & repudium, & iſta nihil operantur, ſi fiant calore iracundiæ ; quia nõ procedunt ex animo, ſed potius ſecũdũ quandam alterationẽ ; quædam vero ſunt, quæ non ſortiuntur effectum, ſicut ſunt maleficia, & in illis non diſtinguitur, an emanauerint calore iracundiæ,vel non, quoniãm maleficia nũquam debent remanere impunita, Ang.in d.l.ſi non conuicij.nu.6.Fely.in c.dilecti filij.nu.15.in fin.verſ. de alijs geſtis.de except.vbi refert verba Bal.in d.l.ſi nõ conuicii.Aret.in l.1.verſ.in text. &c. C.ſi aduerſ.delict.Bertaz.conſi.44.nu.8. vbi tamen limitat, niſi ira fuerit talis, & tanta, quòd hominem a mente extraxerit ; quod difficile eſt probare.

Non tñ per hoc recedas a prima opinione;veritas tñ eſt, ꝙ in delictis ira non excuſat in totũ, prout loquuntur iuris Doctores pro ſecũda opinione allegati, ſed tantũ facit vt mitius delinquens puniatur; & ita loquũtur Doctores pro prima opinione allegati,& expreſsè declarat Roma.d.ſing.314.nu.5.reſpondendo d.l.ſi non conuicii,prout etiã ſic reſpondet Dec.in l.quicquid,nu.7.& 8.ff.de regu.iur.Cagn.ibid.num.6. & 7. vbi ſic intelligunt verba Baldi,per eos relata in d.l.ſi non conuicii.Nauar.in c.ſi quis iratus,nu.4.verſi.3. quod &c. de pœnit.diſt.1.fol.261.tomo 1.in magnis. Et nihilominus,nec etiam ira delinquens mitius punitur,niſi prouenerit ex iuſta cauſa.

Et in ſpecie ad noſtrum propoſitum,quod vbi datur rixa,ibi ceſſet dolus,vide tex.in l.1.§.diuus, in fine.ff.de ſicariis,& ibi Alber.nu.5.in fine,& in l.ſi in rixa.poſt nu.1.ff.eod.Gram.deciſ.17.nu.4.& voto 23.nu.20.& deciſ.23.nu.6.Menoch.de arbit.qõ.caſu 362.nu.4.verſ.hæc iuris et Doctorum ſententia, & nu.11.in fine.verſic.Quo vero ad pœnam,& num.26.Ludouic.Peguer. deciſio.criminal.14.num.15. Clar.in pract.§.homicidium,nu.30. verſ. alia etiam eſt defenſio.in fine.Honded.conſ.99.num.45. lib.1. Qui propterea inferunt, homicidium in rixa cõmiſſum,tanquam ſine dolo commiſſum, non puniri pœna mortis.

b Prouocatus ſine dolo. Veriſſima eſt iſta concluſio,quod quicquid facit prouocatus,ſine dolo facere dicatur,quam vltra hic allegatos comprobarunt etiam Rom.ſingu.3. Tiraq.de pœn. temperan. cauſ.1.nu.6. Et licet aliquando dicant Doctores, quod prouocatus dolosè & ex propoſito delinquit,licet nõ appenſatè,vt per Gram.deciſi.5.nu.18.Cæpol.conſ.42.nu.5.Alex.conſ.76.ſub nu.1.li.1.Tiraq.d.cauſ.1.nu.8.Boſſ.in tit.de homic. ſub nu.91.Veritas tamen eſt, quòd dolus prouocati dicitur cauſatus a deteriori dolo prouocantis ; & propterea non habetur in cõſideratione quoad effectum pœnæ ; quia ſemper prouocatus ſi prouocatum offendat, mitius punitur, etiam quod inculpatę tutelæ moderamen excedat; ignoſcendum.n.eſſe ei,qui prouocatus ſe vlciſci voluit,dicit text. in l.qui cum maior.§.ſi libertus. ff.de bon.libert.& per iſtum textum hanc firmarunt concluſionem Io.Andr.in c.ſignificauit.in verbo,antecedẽtis,iuncta gl.ibi,de pœnit.& remiſſ. Spec.in ti.de accuſat.§.1.verſi.quid ſi te vocaui. Ang. in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.Imperatores. ff.de adulter. Florian.in l.1. §.cum arietes. ff.ſi quadrup.paup. feciſ.dic.Luc.de Penn.in l.erat.in q.5.C.de caſtr.pec.lib.12.Aret.conſ.34. viſis diligẽter teſtibus. ante finem. Iaſ.in l.vt vim,nu.11.ff.de iuſt.& iur. Fely. in c.ſignificaſti.il 2.nu.14.de homici.& in c.dilecti filii.nu.12.de excep.Et ibi etiam Abb.nu.17.in fi.& nu.18. Idem Abb.in c.1.nu.2.de iniur.Miſinger. in l.quicquid.nu.4.verſ.et eſt ratio.ff.de reg.iur.Iacob.Boulenc.in repet.l.capitalium, §.famoſos. numero 195. verſ.pro hoc facit.ff.de pœn. Nouell. in tract.ad defenſam,nu.79.ſeqq.verſi.Prouocatus,&c.Tiraquel. de pœn.temperan.cauſa 1.nu.3.& nu.5.ſeq. Vbi pluribus Doctorũ authoritatibus hanc comprobat ampliationem.Marſil. in pract.§.quoniam.nu.62.& ſeqq.& conſil.137.per totum. Cæpol.conſil.crim.29.numero 41.& ſeqq.Meren. in tracta. ad defenſ.num.60.& ſeqq.Boſſ.in tit.de homicid. ſub num.59.

Vbi

Vbi amplius de prouocato ab eo, qui ridere cœpit. Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 60. verſ. Nunc quæro.* Ant. Gom. *de delict. in tit. de homics. nu. 24. in fine.* ex quibus hanc cōcluſionem communiter, & ab omnibus receptam eſſe, dubitandum non eſt.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Recurſus ad curiam ſecularem, ad impediendum executionem iuriſdictionis eccleſiaſticæ, quando ſit improbatus, aut licitus.

SVMMARIVM.

Clericus opponens coram iudice eccleſiaſtico de pendentia litis coram iudice ſeculari, eſt excommunicatus, nu. 1.

Clericus impediens iuriſdictionem eccleſiaſticam recurrendo ad curiam ſecularem, & faciendo illi committi cauſam, eſt ipſo iure excommunicatus. nu. 1. & nu. 10. & nu. 12. & num. 15.

Recurſus in cauſis eccleſiaſticis ad iudices laicos non ſolum eſt prohibitus, ſed etiam ſic recurrens, committit ſacrilegiū, nu. 1. in fine, & nu. 18.

Recurſus ad Iudices ſeculares eſt prohibitus etiam, quod Iudex eccleſiaſticus vim faciat & male procedat, nu. 2. & nu. 10. contra, nu. 6. & nu. 14. vbi quando Iudex eccleſiaſticus de facto procedit, vtputa non obſtante appellatione, dicas hanc ſecundam opinionē procedere duobus concurrentibus. Primo, vt conſtet de malo & iniuſto proceſſu iudicis eccleſiaſtici; Secundo, vt grauatus non habeat cōmoditatem recurrendi ad ſuperiores eccleſiaſticos, & ab illis obtinendi remedium; ſecus ſi grauamen ſit reparabile per recurſum ad ſuperiores eccleſiaſticos, quia tunc recurſus ad ſeculares eſt prohibitus etiam, quod eccleſiaſticus de facto & male procedat d num. 6. ſeq. & nu. 11. & nu. 25. & nu. 17. vbi quod in omnem euentum nec etiam quando iudex eccleſiaſticus procedit de facto, recurri poteſt ad ſecularem ad effectum obtinendi mandata contra iudices eccleſiaſticos, ne eorum officium gerant.

Iudex ſecularis non poteſt ſupplere negligentiam iudicis eccleſiaſtici, nu. 2. & nu. 10.

Conſuetudo recurrendi ad iudices ſeculares, non excuſat ab excommunicatione, nu. 3. & nu. 8. in fi. & num. 11. verſ. Ex quibus, &c. & nu. 16. & nu. 25.

Prouiſio iudicis ſecularis ad impediendum iuriſdictionem eccleſiaſticam, præſumitur attentata de mandato eius, de cuius intereſſe agitur, nu. 4. & nu. 24.

Recurrens ad curiam ſecularem ad effectum impediendi exequutionem literarum apoſtolicarum, cadit ab omni commodo litis, nu. 5.

Recurſus ad iudices ſeculares eſt punibilis, etiam quod iudex ſecularis non inhibuerit iudici eccleſiaſtico, nu. 9.

Recurſus ad curiam ſecularem eſt punibilis etiam, quod poſtea recurrens proſequutus fuerit grauaminis cauſam coram iudice eccleſiaſtico, nu. 11.

Iudex ſecularis non poteſt iudicem eccleſiaſticum citare ad allegandum cauſam, quare parere non teneatur ſuæ inhibitioni, nu. 11.

Iudex laicus eſt incapax iuriſdictionis in perſonas eccleſiaſticas, & in eorum cauſas. nu. 11. verſ. Ex quibus, & nu. 17.

Canonicatus poſſeſſio dicitur vacare per reſignationem illius factam in manibus ordinarij. nu. 13.

Excommunicatus auditur pro defenſione ſuæ poſſeſſionis, nu. 14 in fine.

Priuilegio ſpeciali per legem generalem nunquam cenſetur derogatum, nu. 20.

Recurſus ad iudices ſeculares tanto magis punibilis eſt, quando recurrens fecit carcerare exequutores literarum apoſtolicarum, nu. 22.

Recurſus ad curiam ſecularem probatur iuribus minus formiter extractis propter difficultatem illa extrahēdi, ſeruatis ſeruandis, nu. 23.

Priuilegio abutens, priuilegio gaudere non debet, nu. 26.

Excommunicatus non poteſt opponere declinatoriam fori, nec a cenſuris abſolui, niſi conſtet de paritione, nu. 26.

CONSILIVM LXVIII.

1 ADSIT DEVS. Do. Ferdinandus, qui lite pendente ſuper beneficio Sancti Petri coram Reuerendiſs. Epiſcopo Caputaquen. ſiue illius Vicario Delegato Apoſtolico inter ipsū & D. Nicolaum, declinando eccleſiaſticum forum, expreſsè proteſtatus fuit de pendentia litis corā Cappellano maiori iudice ſeculari, coram quo iam obtinuerat a Prorege Neapolis cōmitti cauſam prædictam, & poſtmodum ſequuta ſentētia ad fauorem dicti D. Nicolai, ad illius exequutionem impediēdum, affixit, ſeu affigi fecit Regiam prouiſionē in Oſtio Eccleſię S. Petri, ſine dubio, tum de iure communi, tum ēt ex Bulla in Cœna Dñi ipſo iure excōicatus eſt. *c. nouerit. & c. graue. de ſenten. excom.* & in d. Bulla §. 16. Recurſus. n. in cauſis eccleſiaſticis ad iudices laicos, non ſolū eſt probibitus, *c. qualiter, & quādo, vbi Doctores oēs, de iudic.* ſed ēt ſic recurrens ſacrilegiū cōmittit. Caiet. *in ſumma, in uerbo, excommunicatio. c. 20. & ſeq.*

2 Imò recurſus ad ſecularem iudicē eſt prohibitus etiā, quod iudex eccleſiaſticus uim faceret, & male procederet; nō enim poteſt ſecularis iudex, cuius minor eſt poteſtas, ſupplere negligentiam eccleſiaſtici, qui ipſo ſeculari, & poteſtate, & authoritate maior eſt, ſecundum Io. Andr. & Abb. Antiq. *in d. c. qualiter, & quando, nu. 1.* & ibi etiam Imol. *nu. 7.* & Barb. *nu. 3. de iudic.* ſed bene ſecularis iudicis negligentiam eccleſiaſticus ſupplet. *c. ex tranſmiſſa. & c. licet. cum ſeq. de foro compet.*

3 Nec releuat aſſerta cōſuetudo in Regno Neapolis concedendi huiuſmodi conſeruatorias; nā vltra quod in dicta Bulla in Cęna Domini derogatur omnibus contrarijs conſuetudinibus, & iam immemorabilibus, adhuc tamen de iure talis conſuetudo reprobata eſt. Rota *deciſio. 10. de conſuetud. in antiq.* Biſignet. *deciſi. 2. eod. tit.*

4 Prout etiā nec obſtat, quod talis Regia prouiſio fuerit obtēta ab eius Procuratore, ipſo ignorante, & ſine eius mandato; nam vltra quod ipſe talem ignorantiam allegare non poteſt, cum expreſsè de pendentia litis corā iudice ſeculari proteſtatus fuerit coram iudice eccleſiaſtico, adhuc tamen quod talis prouiſio fuerit ad eius inſtantiam emanata, præſumitur a iure, Bart. *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori, nu. 19. ff. de oper. nou. nunci.* Et patet ex memoriali inſerto in dicta prouiſione, prout etiam ita alias fuit reſolutum in Rota, in vna Leodicen. Canonicatus, Lunę 11. Martij 1596. coram R. P. D. Blanchetto.

5 Et ex præmiſſis ſequitur, quod dictus D. Ferdinandus ceciderit ab omni iure tam in petitorio, quam in poſſeſſorio, quod habet, ſeu habere prętendit in beneficio, de quo agitur, iuxta Innocētij *Conſtitutionem 14. in ordine incip. officij noſtri. de qua in Bullario par. 1. fol. mihi* 132. ſecundum quam alias fuit reſolutum per tres conformes latas a tribus ordinarijs tribunalibus Vrbis A. C. Gubernatoris, & Vicarij in quadam cauſa Abbatię pro Illuſtriſſimo D. Cardinale de Aragona contra D. Abbatem Sellarolum.

6 Et pariter non obſtet, quod videatur pęnam, de qua agitur, ceſſare, quādo talis recurſus fit ad effectum reſiſtendi iudici Eccleſiaſtico, procedēti de facto, ad Achil. *deciſ. vlt. de attentat.* & coram R. P. D. Blanchetto in vna Salamantina Canonicatus, 24. Maij 1595. Hæc enim declaratio procedit, duobus concurrentibus; Primo, vt conſtet & appareat de huiuſmodi violentia, & proceſſu de facto, ex quo ſe excuſare prætendit, recurrens ad Curiam ſecularem, vt expreſsè legitur in illa Salamantina, in qua iudex ille interpoſitam appellationem non admiſit, & in ijs terminis loquitur etiam Couar. *pract. quæſt. cap. 35. num. 3.* Vbi latè. Secundo neceſſe eſt, vt is, qui ſe grauatum prætendit, & qui vim iudicis Eccleſiaſtici timet, non habeat commoditatem recurrendi ad alium ſuperiorem Eccleſiaſticum; ſecus ſi potuiſſet eccleſiaſticū ſuperiorem adire, ita in terminis hæc materia & Doctrina Couarr. *in præcitato loco*, declaratur, in illa Oſcen. Pęnitentiariæ ſæpius allegata coram eodem R. P. D. Blanchetto 10. Aprilis 1595. Et in alia Leodicen. Canonicatus corā eodem 11. Martij 1596.

7 Sed in caſu noſtro aduerſarius non ſolum nō docet de non admiſſione ſuæ appellationis, imò in actis conſtat de admiſſione; & quod peius eſt, ante prolatā ſententiam, recurſum habuit ad iudicem ſecularem, eidemque fecit cōmittere cauſam; & quod magis deterius, lite pendēte noluit conſentire in iuriſdictionem iudicis Eccleſiaſtici; ſed eius forum declinando, expreſsè proteſtatus fuit de pendentia litis coram iudice ſeculari. Et demum prolata ſententia, non appellauit ad Papam, eiuſq; ſanctam ſedem Apoſtolicam, prout regulariter appellari ſolet & debet, ſed ad Superiores, volens intelligere de iudicibus ſecularibus, prout poſtea facto ſe declarauit, affigēdo Regias prouiſiones in foribus Cathedralis Eccleſię; Et tamen poterat recurrere ad Nuntiū Apoſtolicum, commorātem in ciuitate Neapolis; ex quibus omnibus certè non video, quō poſſit cenſuras aufugere, cum ſolus recurſus ad ſeculares iudices illas comminetur & infligat *c. nouerit, & c. graue, de ſen. excom.* cum alijs allegatis; Igitur in ſpecie reſpondendo ex aduerſo deductis, non obſtet in primis deciſio Salamātina, quia ibi iudex de facto procedebat, dū appellationē non admiſit; nec alia via erat ſuccurſum parti, niſi recurrendo ad ſeculares iudices; quæ omnia ceſſant in caſu noſtro, vt mox dixi, & ſic nulla eſt contrarietas inter illā Salamantinam, & hanc noſtram Oſcen. vt ſupra deduxi.

8 Minus obſtat, quod in illa Oſcen. recurſus fuerit habitus poſt rem iudicatam, & conſenſū partis recurrentis, quia quomodocunque illius facti veritas ſe habeat, ſatis eſt, ꝙ ex lectura deciſionis talis ratio non habeť in conſideratione; nec deciſio in cōſenſu, aut re iudicata fundatur, ſed in eo potiſſimum, quod recurſus huiuſmodi eſt illicitus; & quod laici iudices ſunt incapaces iuriſdictionis in perſonas eccleſiaſticas, non obſtante quacunque conſuetudine etiam immemorabili contraria, Fely. *in c. 2. de maior. & obed.* Rot. *deciſ. 10. de cōſuetud. in antiqui. cū alijs in d. dec. allegatis.*

9 Et demum non obſtat, quod iudici eccleſiaſtico non fuerit inhibitum, quia vltra, quod ſatis aduerſarius credidit inhibuiſſe per affixionē prouiſionis Regiæ ante fores eccleſiæ cathedralis; adhuc tamen ad incurrendum pœnas Bullæ in Cœna Dōmini, nō legitur in ea eſſe neceſſariam inhibitionem, ſed bene ſufficere recurſum, ad effectum impediendi iuriſdictionem eccleſiaſticā; qui quidem recurſus in caſu noſtro eſt patens & probatus, ideo, &c.

Tenor autem deciſionum ſupra allegatarum mox ſequitur infra. LAVS DEO,

Deciſio coram Illuſtriß. D. Blanchetto: Oſcen. Pœnitentiaria Luna 10. Aprilis 1595.

10 DOmini dixerunt, ſententiam abſolutoriam vltimo loco datam in iudicio criminali, ad fauorem Pauli, ſubſtineri non poſſe; nā & de iure communi, & ex Bulla in Cęna Domini, recurſus in cauſis eccleſiaſticis ad iudices laicos eſt ꝓhibitus. *c. qualiter & quando, vbi Docto. de iudic.* & recurrēs eſt ipſo iure excommunicatus. *c. nouerit. & c. graue. de ſent. excom. & in d. Bulla.* §. 16. & committit ſacrilegium. Caet. *in ſumma, in uerbo, excommunicatio. c. 30. & ſeq.* nec excuſari poteſt, ex trad. per Couar. *pract. quæſt. c. 35. nu. 3.* Nam & ſi iudex eccleſiaſticus male procedat, non poteſt iudex ſecularis, cuius eſt minor poteſtas, ſupplere neglīgēriam eccleſiaſtici, qui ipſo poteſtate & authoritate eſt maior, vt declarant omnes Doctores *in d. c. qualiter & quando, de iudic.* videlicet Io. Andr. & Abb. *antiq. nu. 1.* Collect. *in fi.* Card. *etiam in fine.* Anch. *nu. 5.* Butr. *nu. 8.* Abb. *nu. 7.* Imol. *num. 7.* Barba. *nu.* 23. ſed illius negligentiam eccleſiaſticus ſupplet. *c. ex tranſmiſſa. c. licet cum ſeq. de foro compet.* Superioritatem autem iuriſdictionis probant. *c. ſolita, de maior. & obed. c. denique. 96. diſt. & Clemen. Romani. de iureiuran.*

11 Quæ licet de planè procedant, multo magis applicantur propoſito caſui, in quo Paulus habuit recurſum ad iudices laicos, nō ſolum ſemel, ſed pluries, ad effectū impediendi mandatum, de manutenendo, ad fauorem Capituli, ritè & rectè decretum, ſcilicet 19. Octobris 1587. & 18. Nouembris, & 11. Decembris, eodem anno, de mēſe Februarij, 1589. etiam quando obtulerat ſe paratum parere mandatis Archiepiſcopi Cęſarauguſtani,

ſtani; nec excuſari poteſt Paulus a tali recurſu; ex eo, quod poſtea voluerit proſequi grauaminis cauſam coram eccleſiaſtico, quia talis excuſatio non habet locum, quãdo recurri poteſt ad eccleſiaſticum, qui tale grauamen impediat, prout poterat Paulus adeundo Metropolitanũ, vel Nuntium Apoſtolicum, & illum ad iſtum effectũ nõ recurriſſe, euentus docuit, quia neutrum adiuit, & prouiſiones Regię multo magis hoc declarãt, quia non ſolum inhiberut iudici eccleſiaſtico ne ad vlteriora procedat, ſed illi mãdauerat, vt quæ decreuerat, reuocet & coram ipſo iudice ſeculari compareat, ad allegandas cauſas, ex quibus parere non teneatur. Ex quibus nihil aliud inferri poteſt, niſi quod ipſi iudices volunt de cauſa eccleſiaſtica cognoſcere; quod eſt admodũ abſurdũ, cum iudex laicus ſit incapax iuriſdictionis in perſonas eccleſiaſticas, & eorum cauſas; nec immemorabilis hoc caſu ſibi ſuffragatur, Doct. *in c. cauſam. de præſcrip.* Fely. *in c. 2. de maior. & obed.* Rota 11. *de conſuetud. in antiq.* & Biſign. 2. *eod. tit.* præcipuè cum in d. Bulla in Cęna Domini derogetur conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

12 Non obſtant, quæ allegantur de defectu iuriſdictionis; & quod Rota non cognoſcit de iuſtitia ſententiarum, quæ ſunt extra Rotam latæ, quando de illarũ exequutione non agitur; quia in caſu propoſito Hieronymus Pinos habet fundatam intentionem ſuper recurſibus, & clara iuris diſpoſitione, per quam Paulus propter excõmunicationem incurſam, redditur incapax beneficiorum; & cum ipſe Paulus ex[illegible]at de abſolutoria, quam tranſiuiſſe in rem iudicatam prætendit, licitum eſt Hieronymo replicare de illius notoria iniuſtitia: præterea vltra recurſus productos corã Locũtenẽte criminali A.C. adſunt alij producti coram me, regiſtrati fol. 326. & 335. Ex quibus, ipſum incidiſſe in pęnas in Bulla in Cœna Domini contentas, negari non poteſt.

LAVS DEO.

Deciſio coram Illuſtriſſ. D. Blanchetto die Mercurij, 14. Maij, 1595. Canonicatus Salamant.

13 REſolutũ fuit, Antoniũ de Soria manutenẽdum; cũ. n. per reſignationẽ Felicis, factam in manibus Ordinarij, vacaret poſſeſſio Canonicatus, de quo agitur, Rot. *de renun. antiq.* Caſſad. *deciſ. 4. nu. 3. de reſti. ſpol.* potuit illius capere poſſeſſionem Antonius, & eius poſſeſſio eſt manutenibilis; nec obſtat, quod acta nõ ſint integra, qa notarius teſtatur de contrario, fol. regiſtri 42.

14 Nec obſtat exceptio excõmunicationis, propter recursũ ad Conſiliũ Regiũ. Nam iſte recurſus hoc caſu ob defenſionẽ propriæ poſſeſſionis, & appellationis admiſſionem, non eſt improbatus, Achil. *deciſ. 36. de appel.* Vrbanius. n. egit, cum poſſet iudici de facto ꝓcedẽti, de facto ẽt reſiſtere. Pariſ. *conſi. vlt. li. 4.* & fuit dictum in illa Tarraconen. Villæ de Reus, coram R.P.D. meo Decano; præterea excõicatus auditur pro defenſione ſuę poſſeſſionis, *c. intelleximus, de iudicijs*, Menoc. *de retinen. remed. 3. nu. 711. & ſeq.* LAVS DEO.

Deciſio coram R.P.D. Pegna Oſcen. Canonicatus die Veneris, prima Decembris, 1595.

15 VTraque parte informante ſuper dubio dato, an Paulus Lizanus fuiſſet excõmunicatus, ob recurſum ad Tribunal ſeculare iuſtitiæ Aragonũ, a quo illius procurator obtinuerat firmam iuris ad inhibẽ. Iudici Eccleſiaſtico, ne appellatione pendente, aliquid innouaret; & Paulus dicta inhibitione fuerat vſus ſub prætextu, quòd ſibi licebat, iuxta diſpoſitionem Sacrorum ordinum Canonum; vno tantum ex DD. Paulum excuſari poſſe dicente; Cæteri affirmatiuè reſponderunt, illum ipſo iure incidiſſe in ſententiam excommunicationis, quia recurrẽdo ad iudices ſeculares, cauſam præbuit, vt immunitas eccleſiaſtica violaretur, *c. nouerit, & c. graue, de ſent. excom. & §. 16. Bullæ in Cœna Domini.* Vbi excommunicationis vinculo innodantur, qui ad Cancellarias & ad Curias ſeculares recurrũt, pro obtinendis prohibitionibus, & mandatis contra Prælatos & iudices Eccleſiaſticos.

16 Nec Paulus tueẽ copioſa turba Doctorum, aſſerentiũ, licitos eſſe in quibuſdam caſibus ipſos recurſus ad iudices ſeculares; qm̃ Sacrorũ Canonum authoritas illis oĩbus pręponderabat, per q̃ ẽt excludebatur prætenſa antiquiſſima conſuetudo nonnullarũ Prouinciarũ, de qua teſtabanẽ Couar. *in pract. quæſt. c. 35. n. 3.* Nauar. *in Manual. c. 27. nu. 70.* Menoch. *tract. de retin. poſſeſ. remed. 3. nu. 365. et ſeq.* & Petr. de Aeſtudan. *tract. de exequ. manda. Reg. li. 1. c. 1. nu. 72.* Dicebatur enim, talem conſuetudinem, tanquam improbatam, & ſacris Canonibus inimicam, quę clericos iuriſdictioni laicorum quandoque ſupponit, non fuiſſe attendendã *c. qualiter, & quando*, vbi communiter Docto. & Abb. *nu. 7. de iudic.* Marian. Soci. *in c. ſi quis clericus. num. 28. & in c. ſanè, nu. 10. de for. compet.* Rot. *in deciſ. 10. de conſuet. in antiq.*

17 Neque Deciſiones Rotales Achil. 30. *de appell. impreſſ.* & R. P. D. Decani in illa Tarraconen. Villæ ad Reus, die 4. Decembris, 1592. & R. P. D. Blanchetti in Salamantina Canonicatus die 24. Maij proximè præteriti, ſuffragabantur Paulo; quia licet per illas deciſiones concedertur facultas recurrendi ad iudices laicos, & inuocandi eorum auxilium ad defenſionem propriæ poſſeſſionis, qua quis de facto ſpolietur, & quam quis propria authoritate defendere poteſt, nuſquam tamen dicitur in eis, quod talis recurſus fieri poſſit, ad effectum obtinendi mandata contra Prælatos & iudices Eccleſiaſticos, ne eorum officium rectè & ritè exerceant. Hoc enim nunquam docuit Rota, quæ optimè nouit, Iudices laicos nec actu neque habitu habere iuriſdictionem in clericos; immo illius eſſe penitus incapaces. *cap. cauſam, de reſcript. & cap. ſacerdotibus,*

11. q.1. & propterea cum ſint inferiores Iudicib. Eccleſiaſticis. *c. denique. 96. diſt. & Clem. ne Romani de iureiur.* nec poſſe, nec debere Eccleſiaſticos corrigere, aut alia præcepta facere, Abb. *in d. c. qualiter, & quando, nu. 7.* Vnde Dñi non receſſerũt a deciſione in hac cauſa coram R.P.D. meo Blãchetto die 10. Aprilis proximè præteriti. L.D.

Deciſio coram Illuſtriſſ. D. Blanchetto Leodien. Canonicatus, die 11. Martij 1596.

18 PEndente lite ſuper Canonicatu, de quo agitur, inter Egidium Blocquerium, & Ioannẽ Clarium A.C. Doctore Vniuerſitatis Louaniẽſis, fuit declinatus forus ſub prætextu Priuilegiorum cõceſſorum a fel. record. Martino V. Paulo II. & Gregorio XIII. Vniuerſitati Louan. quib. cauetur, ne cauſæ ipſorum cognoſcantur extra dictam Ciuitatem, cum decreto irritante, & clauſula ſublata; Ideo propoſito negotio in Signatura Sanctiſſimi D. N. fuit reſcriptum Rotæ, ꝙ conſtito, in huiuſmodi cauſa priuilegia non obſtare, cauſam & cauſas cognoſcat: alioquin ſuã inhibitionem moderetur. Quare commiſſa mihi cauſa, dubitaui, an priuilegia obſtarent, ad effectum, de quo agitur, ſcilicet cognitionis cauſæ, vel moderationis inhibitionis.

19 Pro parte Egidij ad euitanda priuilegia, tria potiſſimum deducta fuerunt; Primo, quòd huiuſmodi priuilegia erant reuocata per Conciliũ Tridentinum, *ſeſ. 24. c. 20.* Secũdo quod cõfirmatio fel. record. Gregorij XIII. habebat clauſulã, *quatenus ſint in vſu*; & ideo de illorum vſu docendum. Vltimo quod Ioannes Clarius propter recurſus habitos ad iudices laicos, ad impediẽdam exequutionem literarũm Apoſtolicarũ, non merebat gaudere priuilegijs, quibus fuerat abuſus.

20 Et 12. Ianuarij proximè præteriti propoſito per me ſupradicto dubio, Domini circumſcripto vltimo capite, cenſuerũt, priores duas oppoſitiones Egidij non habere locum; & priuilegia obſtare; illa. n. ſunt clariſſima, quibus per Conciliũ nõ fuiſſe derogatum, probatur; Primo ex regula, ꝙ priuilegio ſpeciali per legem generalem nunquã cenſetur derogatum. Bal. *in l. non plures, nu. 4. C. de ſacroſ. eccl.* Quod multo magis ꝓcedit, quoad priuilegia Vniuerſitati cõceſſa, Rom. *conſi. 436.* Secũdo, quia per Sacram Cõcilij Congregationẽ, fuit reſolutum, literas conſeruatorias, de quibus in decreto eiuſdem Concilij, *ſeſ. 14. c. 20.* eſſe ſaluas, nec eſſe ſublatas *per d. c. 24.* Tertio fęlic. record. Gregorius XIII. atteſtabatur in ſua confirmatione, ex prędicto decreto ipſis priuilegijs nõ eſſe derogatum, cuius atteſtationi, cum ſummã in eccleſia habeat poteſtatem, & iuris eminẽtem ſcientiam, nemo dubitat ſtandum eſſe.

21 Nec obſtat clauſula, quatenus ſint in vſu; quia de vſu ſatis dicebant Domini conſtare, & de his priuilegijs habui mentionem circa facultates nominandi, per Put. *deciſ. 11. de priuileg.*

22 Quare Domini mandarũt, vt ſupra tertia obiectione Egidij, particulariter dubitari, videlicet, an cõſtet de tali recurſu Io. Clarij ad iudices laicos, vt ipſe priuilegijs ſupra dictis gaudere non poſſit. Et hodie 11. Martij concorditer per Dominos fuit reſolutum, conſtare de tali recurſu Io. Clarij ad iudices laicos, vt priuilegijs prętenſis gaudere non poſſit; ipſe. n. obtinuit tam a Cõcilio Brabantiæ ſuper ſeſſoriam, quàm a Gubernatore Bruxellenſi, inhiberi iudicibus Apoſtolicis, ne in hmõi cauſa procedãt, vt ẽt fecit carceribus mãcipari exequutorem, qui ſibi monitoriũ, ab Auditore Cameræ decretum, prędentauit, ex quibus incidit in pęnas Bullæ in Cęna Domini.

23 Nec obſtat, quod iura non ſint in forma probante, quia ex facto conſtat, quod iura fuerunt extracta, citata parte, cum interuentu iudicis, & notarij ſubſcriptione; & in probandis huiuſmodi recurſibus, Rota pluries fidem adhibuit iuribus minus formiter extractis, propter difficultatem illa extrahendi, ſeruatis ſeruandis.

24 Nec etiam obſtat, quod non ſit probatum, inhibitiones emanaſſe ad inſtantiã Ioãnis Clarij, quia id præſumitur, Bar. *in l. de pupillo, §. ſi quis ipſi Pretorij, nu. 19. ff. de oper. nou. nunci.* ſecũdo ex tenore ſupplicationũ cõſtat, Ioannem ſupplicaſſe.

25 Nec obſtat, quod recurrerit ad effectum obſeruationis priuilegiorũ; quia debebat recurrere ad Cõſeruatores, & ad iudices Eccleſiaſticos vſque ad Papam, *c. qualiter, & quando. de iudic.* vbi Egid. *verſ. 1. quæritur.* Butr. *nu. 2.* Imol. *nu. 3.* Io. de Ana. *nu. 1. in fine,* Alex. *conſi. 8. num. 1. verſ. quinimo. li. 1.* Vt enim fuit dictum coram me in cauſa Oſcen. Pęnitentiariæ de menſe Aprilis, anni præſentis, iudex laicus non poteſt ſupplere negligentiam Eccleſiaſtici, ſed bene ècontra Eccleſiaſticus poteſt ſupplere negligentiam laici.

26 Nec etiam ſuffragatur conſuetudo, quia eſt improbata a iure. *cap. nouerit. de ſent. excom.* & per Bullam in Cœna Domini.

Ex quibus ſequitur, Ioãnẽm ſibi pręiudicaſſe, tum quia priuilegio abutens, priuilegio gaudere non debet, *c. ſuarum, c. verum, de priuil.* tum etiam, quia vti excommunicatus non poteſt opponere declinatoriam fori; & a cenſuris abſolui non poteſt, niſi conſtet de pactione. LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

Iudex criminalis, an & quando poſſit incidenter ſeu principaliter ſuper ciuili intereſſe, & actione partis, reo criminaliter abſoluto, vel condemnato: aut etiam omiſſa criminali condemnatione, pronunciare, articulus practicabilis & ſecundum veritatem reſolutus.

SVMMARIVM.

Iudex criminalis an poſſit pronunciare, ſcripturam de falſo ſuſpectum, non probare, abſque eo quod reum criminaliter

Digitized by Google

naliter condemnet, num. 1. & omnibus ſeqq. in diſcurſu, & nu. 9. ſeqq.

Actio ciuilis ut ſcripturæ fides non detur, deſcendit ex crimine falſi, num. 1.

Iudex criminalis poteſt cognoſcere de actione ciuili deſcendente ex crimine, etiam principaliter, nu. 1. Vbi tamen dubitatur de hac concluſione, & nu. 9.

Cauſa dicitur criminalis & non ciuilis, etiam quod de crimine ciuiliter agatur, nu. 1. in fine.

Iudex criminalis poteſt reum criminaliter condemnare in pœnam, & inſimul ad intereſſe partis, nu. 2.

Iudex criminalis non poteſt reum expreſſe abſoluere a criminalitate & eundem ciuiliter condemnare. nu. 3.

Iudex criminalis poteſt omiſſa criminali condemnatione, reum ciuiliter condemnare, num. 4. Declara primo procedere, quando ciuilis actio ex crimine deſcendens principaliter intentatur coram iudice criminali; ſecus ſi incidenter, d. nu. 4. Declara ſecundo, dummodo de crimine plene conſtat; ſecus ſi aliter, nu. 5.

Iudex criminalis male facit condemnando ex præſumptionibus reum, coram ipſo ciuiliter querelatum, de crimine falſi, nu. 4. in fine.

Relaxatio rei carcerati abſque cautione, habet vim abſolutionis, numero 5. verſi. qua quidem relaxatio. Vbi amplius quod non poteſt amplius moleſtari, niſi noua ſuperueniant indicia.

Iudex criminalis non poteſt reum relaxatum ſine cautione ciuiliter condemnare. nu. 5. in fine.

Actus annullatio dicitur pœna, num. 6. Vbi tamen quod non per hoc cauſa dicitur criminalis, quando agitur de annullatione actus.

Cauſa non dicitur criminalis, quando pœna applicatur parti, & non fiſco, nu. 6.

Notarius non incurrit infamiam ex eo, quòd eius inſtrumentum fidem non facere, tanquam de falſo ſuſpectum, declaratur, nu. 7.

Pœna infamiæ non ex præſumptionibus, ſed plenis & concludentibus probationibus irrogatur, nu. 7. verſi. Pœna enim infamiæ.

Pœna infamiæ non incurritur, niſi per ſententiam, vel confeſſionem partis, nu. 7. verſi. immo nec ſola probatio.

Iudex criminalis poteſt omiſſa criminali condemnatione declarare, inſtrumentum non probare, quando plenè conſtat de crimine, reuſque ſub fideiuſſione relaxatur ac fiſco ius criminaliter agendi ad pœnam reſeruatur, numero 8.

Falſi crimen producit duplicem actionem, vna eſt criminalis ad pœnam, alia ciuilis, vt non detur fides ſcripturæ, numero 9.

CONSILIVM LXIX.

1 ADSIT DEVS. Deciſio Robuſterij in illa Bononienſi nullitatis legitimationis de Sancto Petro per Illuſtriſſimam D. V. ad fauorem aduerſarij allegata, in qua dicitur, validã eſſe ſententiam Iudicis criminalis, declarantis nõ eſſe adhibendam fidem ſcripturæ, omiſſa criminali condemnarione ad pœnam, eo, quia ciuilis actio, vt ſcilicet ſcripturæ fides non detur, ex crimine falſi deſcendit *l. damus.* Vbi Salyc. *C. de crimin. falſ.* & quãdo actio oritur ex crimine, poteſt Iudex cauſæ criminalis de illa cognoſcere. Bal. *in l. ſi pro fure. §. conditio. ff. de condit. furtiu.* Boſſ. *in ti. de decret. Mediolani numero* 30. Apud me (quãuis Rotæ authoritas magna ſit) non tranſit ſine diſficultate; &, ni fallor, videtur eſſe contra omnia iura & Doctorum communes opiniones, volentes, iudicem criminalem non poſſe de actione ciuili, etiam ex crimine deſcendente, principaliter cognoſcere, ſed tantum incidenter, cum tũc cauſa adhuc non dicatur ciuilis, ſed criminalis, ad trad. per Felyn. *in cap. meminimus. numero* 11. *de accuſat.* Rot. *deciſio.* 19. *Nota quod vbi agitur. titu. de iudic. in antiq. & in titu. de appellat. deciſio.* 10. *incip. An Iudex appellationis, in antiquioribus*, cum alijs per Menoch. *de arbitr. quæſtio. libro* 1. *quæſt.* 82. *numero* 2. *& ſeqq.*

8 Verum admiſſa deciſione præfata; & pro reſolutione iſtius articuli, an ſcilicet, & quãdo poſſit Iudex criminalis, ſeu principaliter ſuper ciuili actione, pro intereſſe partis pronunciare; Diſtinguendi ſunt ſecundum veritatem plures caſus; quorum primus eſt, quando Iudex criminalis cõdemnat accuſatum in aliquam pœnã, & inſimul etiam ad intereſſe partis; & hoc caſu poteſt quidem Iudex hoc facere, & ualet ſententiã, Bart. *in l. interdum. §. qui furem. nu.* 4. *ff. de fur.* Boſſ. *in ti. de fur. nu.* 49. Rol. *conſi.* 30. *nu.* 1. *& ſeqq. li.* 2. Clar. *in pract. §. fi. q.* 2. *ſub verſ. & hac quidem concluſio*, ſed iſte non eſt caſus noſter.

3 Secundus eſt caſus, quando Iudex criminalis Reum expreſſe abſoluit a criminalitate, & deinde eundem condemnat ciuiliter; & tunc certum eſt, quod neque Iudex poteſt hoc facere, neque ſentẽtia vllo pacto ſubſtinetur, ad trad. per Nattam *in conſi.* 407. *numero* 14. *lib.* 2. Hippol. Riminal. *conſil. crimin. diuerſor.* 106. *numero* 8. *libro* 1. *in paruis*; & latius per Bertaz. *conſilio* 232. *per totum li.* 1. & iſte pariter non videtur caſus noſter, cum Theodorus Ceraldus non fuerit expreſsè a Do. Capello abſolutus.

4 Tertius eſt caſus, quando Iudex omiſſa criminali condemnatione, vel expreſſa abſolutione, reum ciuiliter condemnat, aut ad rei reſtitutionem, aut ad annullationem inſtrumenti; prout ſic feciſſe videtur D. Capellus, & tunc licet hanc ſentẽtiam ſubſtineri poſſe prima facie de iure videatur, ex deciſione Robuſterij allegata; eſt tamen aduertendum, quod eadem Deciſio recipit duas notabiles declarationes, quæ optimè caſui noſtro applicantur; quarum prima ſumitur ex Doctoribus allegatis in eadem Deciſione, videlicet ex Bal. *in l. ſi pro fure §. condictio, ff. de condict. furtiu.* & ex Boſſ. *in tit. de decret. Mediolani, numero* 30. Qui quidem Boſſ. eo loci materiam hanc declarando & diſtinguendo dicit, poſſe Iudicem criminalẽ ſuper ciuili actione ex crimine deſcendente principaliter, omiſſa cõdemnatione ad pœnam, cognoſcere, & pronunciare, quando ea ciuilis actio principaliter, & nõ incidenter coram eo intentatur, (quod in caſu noſtro factũ non fuit) & ita dicit eſſe intelligendã doctrinam Baldi in *d. §. condictio*; ſecus autem quando coram ipſo criminali Iudice criminalis actio principaliter intentatur, & ciuilis incidenter (prout propriè in caſu noſtro contingit;) tunc enim inquit Boſſ. *num.* 31. abſurdum eſt dicere, quod contra formam petitionis poſſit Iudex omiſſa condemnatione, ad pœnam principaliter intentata, ſuper

ciuili actione incidēter petita cognoſcere,& pronunciare,ſecundū Bar.*l.interdum,§.qui furem,ff.de fur.*cuius opinionem dixit communem, ex Felyn.& Aret.in locis ibi per eum relatis, & melius declarat idem Boſſ. *in tit.de plurib. violen.poſt nu.* 113.*verſ.& notabilis quæſtio*: vbi dixit male facere Iudicem criminalem, ſi data coram ipſo querela ſuper crimine falſi,condemnat querelatum ciuiliter,ex pręſumptionibus,cum ſuper crimine cōcludentes non habent probationes;id enim non niſi Principi,vel Senarui licitum eſt facere,vt ibi per eum; & hæc ſit ſecunda reſponſio ad deciſionem Robuſterij.

Secunda eſt declaratio, vt eadem deciſio procedat, quando iam plenè cōſtat de delicto, & qn̄ iam conſtat,accuſatum eſſe criminoſum;ſic.n.loquuntur omnes Doctores volentes,Iudicem criminalem poſſe accuſarum condemnare ciuiliter; ſecus autem ſi de crimine non conſtat, nec reum eſſe criminoſum apparet, ita vt poſſit criminaliter condemnari,ſecundum Boſſ. *in d.tit.de plurib. violen.eodem nu.*113.& Creſcēt. *deciſ.5.aliàs* 167.*nu.2.& 3.in tit.de Iudic.* Quod autem in caſu noſtro non conſtaret de aſſerto crimine Theodori, nec ipſum fuiſſe criminoſum, non eſt dubitandum, poſtquam iudex dum ipſum ciuiliter condemnauit,eūdem criminaliter accuſatum & carceratum abſque vlla cautione relaxari mādauit; quę quidem relaxatio,aut habet vim abſolutionis,ſecundum Anan. *in conſi.17.col.fin.verſi.præterea,&c.*aut illius innocentiam arguit,& ſecundum Alex.*in conſi.179.incip. In cauſa Angelorum, nu.9.lib.*2.Et vtcumque ſit, ſic relaxatus tanquā tacitè declaratus non culpabilis, non poteſt amplius,niſi noua ſuperueniant, carcerari & moleſtari,vt bene declarat Boſſ. *in tit.de ſenten.nu.66.& ſeq.*Nec diſſentit Baiard.ad Clar.*quæſt.57.nu.7.quæſt.62.num.6.*

6 Nec pręmiſſis obſtent leuia quędam exaduerſo conſiderata.Et primo,quòd ſatis D.Capellus cenſeatur criminaliter condemnaſſe per annullationem inſtrumenti, quæ pœna eſt, *ad l.Turpia, ff.de leg.*1.cum alijs exaduerſo allegatis; nam ad hoc,vt cauſa dicatur criminalis,& vt ſuper ea criminalis Iudex poſſit pronūciare,pœna nō debet reſpicere intereſſe partis,ſed fiſci,ſecundum glo. *in l.2.in prin.in verbo,aureorum*, & ibi Bar.*nu.1.ff.de ſepulch.viola.*Felyn.*in rubr.de indic.nu.*1.& ibi Aret.*nu.*21.teſtatur de communi opinione. Peregr.*de iure fiſci,li.4.tit.8.rubr.de pœn.& mulct.nu.6.& nu.*8. Alioquin ſequeretur abſurdum, quod omnes cauſæ reſpicientes annullationem inſtrumentorum, ſi de pęna corporali,aut pecuniaria fiſco applicanda, non ageretur, poſſint coram criminali Iudice intentari, contra communem iudiciorum ſtilum,& practicam.

7 Nec etiam obſtet dum pariter dicitur,quod in caſu noſtro ſatis dicatur pronunciatū ſuper pœna,cum fuerit dictum inſtrumentum de falſo ſuſpectum,per quam declarationem dicatur etiam Notario irrogata infamia,quę maxima pęna eſt. Hoc enim aſſumptum ſicut de iure non ſubſiſtit,ita etiam exaduerſo ſcribens nihil pro eo allegat.Pœna enim infamiæ non ex ſuſpicionibus & præſumptionibus;ſed ex plenis & concludentibus probationibus,irrogatur. Alci.*de præſump. reg.22.num.*4.Pract. Conrad.*rubr.de contumac.& bannit.nu.*35. Imò nec ſola probatio ſufficit, niſi adſit expreſſa ſententia vel confeſſio.glo.*in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.fi.in verbo, probatum eſſet.ff.de iure iur.*Bald.*in cap.teſtimonium.nu.5.extra de teſtibus.* Gram.*conſi.34.nu.6.& vot.3.nu.36.*

8 Et ex ijs tollitur exemplum illius ſententiæ alias per me datæ,ad fauorem Octauiani Aromatarij, contra quoſdam notarios de falſo accuſatos; dum eram locumtenens criminalis A.C. in qua omiſſa criminali condemnatione, inſtrumētum,de quo agebatur, nullius fidei declaraui; in illa enim cauſa conſtabat de crimine, Reique nō ſimpliciter,ſed ſub fideiuſſione,relaxati fuerunt; & vlterius fiſco ius criminaliter agendi ad pœnam,expreſsè reſeruaui, iuxta practicam, de qua per Boſſ.in loco ſupra citato. Quibus concurrentibus,nō potuit dici, eos tacitè fuiſſe abſolutos, aut declaratos innocentes, prout in caſu noſtro fuit declaratus Theodorus ex præallegatis.

LAVS DEO.

Deciſio Robuſterij, de qua ſupra fit mentio Bononienſis, Nullitatis legitimationis de Sancto Petro, Luna 28. *Aprilis* 1578.

9 DIfficultas fuit per me reſtricta ad defectum iuriſdictionis, in quo fuit reſolutum, quòd ſententia extra Rotam lata, non ſit nulla, ad effectū iuriſdictionis; ſed ſit valida, quia iudex in ſententia non iudicauit in cauſa ciuili, reſtitutionis rei; ſed iudicauit ſuper eo,quod non ſit adhibenda fides illi ſcripturæ,quod prouenit a crimine falſi. Nam ex hoc crimine oritur duplex actio æquè principalis,criminalis ad pęnam;ciuilis,vt non detur fides ſcripturæ. *l.damus.C.de crimin.falſ.*vbi Salyc. quod poteſt agi ſuper vtraq; ſi pars velit,& poſt alios Iul. Clar. *in pract.crim. q.19.verſ.Per exceptionem.* Et quando actio oritur ex crimine,prout hic, iudex cauſæ criminalis poteſt cognoſcere de illa. Bal.*in l.ſi pro fure.§.condictio,de condictio.fur.* Boſ.videndus poſt alios *in tit.de decre.Mediolan.nu.*30.Quæ res nullam protſus difficultatem habuit pęnes Dominos.

10 Præſertim ſtantibus commiſſionibus directis eidē iudici; & licet vltima videatur limitare omnes ad ciuilem,quæ habet originem a crimine, tamen hæc cauſa ciuilis, ſuper qua fuit pronunciatum,eſt talis, vt dictum eſt, cum non ſuper reſtitutione rei fuerit pronunciatum, ſed ſuper eo, quod non ſit adhibenda fides dictæ ſcripturæ.

Et ex hoc, quod Iudex non condemnauit ſuper reſtitutione rei, ſed tantum ſuper eo, quod prouenit a crimine, tolluntur omnia, quæ exaduerſo adducebantur,&c.

*Fam.Cent.I.V.*D.*Galeſ.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Tractatur in hoc conſilio materia pacti, de quota litis, & alienationis rei litigioſę: ſed pręcipuè diſcutitur, an pęna pacti prædicti habeat locum in clientulo, qui cum Procuratore, ſeu Aduocato de quota litis paciſcitur: Et quid ſi pactum prædictum ſit nullum: Et hinc plura de teſtium fide, & probatione: ac etiam de recognitione apochę per teſtes, qui notam habeant manum ſcribentis: aut per comparationem litterarum deponentes: Pluraque etiam de probatione ſcientię, per præſumptiones facienda: ac demum, an tortura dari poſſit, vbi agitur de pęna pecuniaria, & infamię: & in ſpecie, quid in pacto, de quota litis.

SVMMARIVM.

Pœna non habet locum, niſi in caſu à iure expreſſo. nume. 1. Et in addit. litera A. Vbi de materia.

Pœna pacti de quota litis, an habeat locum in clientulo, qui tale pactum facit paſſiuè, num. 1. & ſeqq. & nu. 22. & ſeqq. & in addit. litera E.

Pactum de quota litis, eſt prohibitum, quia per illud inuitantur Aduocati, & Procuratores ad vincendum litem per fas, & nefas, & ſic ad delinquendum, num. 2. & in addi. litera B.

Ratione ceſſante, ceſſat etiam diſpoſitio. nu. 2. in fine.

Pactum de quota litis, nõ punitur, niſi fuerit factum cum Aduocato aut Procuratore. nu. 3. quod an verum ſit, & quando, vide in add. litera C. & nu. 8.

Aduocati & procuratores facientes pactum de quota litis, vocantur crudeles, & depredatores, nu. 4. & nu. 25.

Ceſſio rei litigioſæ facta Aduocato ſeu Procuratori, an ſit valida ſeu punibilis, in addit. litera C.

Aduocati & Procuratores facientes pactum de quota litis, non repetunt expẽſas factas in lite de ſuo, nec etiam repetũt, ſi aliquid tanquam fideiuſſores ſoluerunt. nu. 5.

Verba ſtatuti vbi non conueniunt, ibi nec etiam conuenit ſtatuti diſpoſitio. nu. 6.

Litigioſæ rei alienatio valet, ſi eius effectus collatus fuit poſt litem. nu. 7.

Inquiſitio formari non poteſt, Vbi delictum non adeſt. nu. 7.

Pactum de quota litis, eſt improbatum, etiam quod illud fiat nomine honorarij, aut ſalarij. nu. 8.

Scientia de iure non præſumitur. nu. 4.

Scientia non præſumptionibus, ſed plenis & concludentibus probationibus probanda eſt, quando agitur de pęna. nu. 9. & nu. 38.

Teſtes, qui dicunt ſe recognoſcere apocham manu alicuius ſcriptam, quia illius manum notam habent, non probant, niſi etiam dicant ſe alias vidiſſe illum ſcribere. num. 10. & poſt nu. 76.

Teſtes niſi fuerint præſentes, quando apocha fuit ſcripta, non plenè probare illius cognitionem, etiam quod dicant ſe habere notam manum ſcribentis. num. 11. & nume. 76. & num. 77. verſ. in prima, &c. & quid de ſtilo Rotæ. nu. 12. & num. 76. in fine, & num. 77. verſ. Non obſtat ſtilus Rotæ: & quid vigore ſtatuti Vrbis. nu. 13. Vbi etiam quid in criminalibus, & in addit. litera D.

Statutum ſimpliciter loquens, non debet trahi ad cauſas criminales, quando eſt poſitum in libro Ciuilium. nu. 13.

Comparatio litterarum non facit indicium ad torturam, niſi alia concurrant. nu. 14.

Comparatio litterarum debet fieri coram iudice. nu. 15.

Periti deponentes ſuper comparatione litterarum, debent eligi à iudice, non autem a fiſco, debentque eſſe vtrique parti confidentes, nu. 16.

Peritorum iuramentum non poteſt recipi, niſi partibus præſentibus, aut legitimè citatis. nume. 16. Vbi idem quod nec peritorum relatio recipienda eſt, parte non citata.

Comparatio litterarum nunquam facienda, niſi in ſubſidiũ, & in defectum probationum. nu. 17. vbi propterea quod pro forma requiritur iuramentum partis affirmantis ſe non habere alias probationes.

Delicti corpus probari debet plene & concludenter, non autem præſumptiue. nu. 18.

Falſitatis præſumptiones tollunt fidem apochæ, & inſtrumenti. nu. 20.

Probatio ſtatutaria contra vel præter ius commune dicetur requiſita pro forma, nec poteſt per æquipollens adimpleri. num. 21.

Statuta generalia & indefinita recipiunt interpretationem paſſiuam a iure communi. nu. 22.

Aduocatus ſeu Procurator faciendo pactum de quota litis, dicitur litis redemptor. nu. 23.

Statuti vna pars præcedens declarat aliam partem ſubſequentem, nu. 24.

Relatiuum quis vel qui habet relationem ad præcedentia, & ſecundum ea declarationem, & reſtrictionem recipit, numero 24.

Statutum loquens de pacto de quota litis, non comprehendit forenſem, nu 26.

Verbum fuerit, prouenerit, & ſim. denotat actum conſumatum & perfectum. nu. 27.

Auferri a me non poteſt illud, quod nunquam habui nu. 27.

Pœna non incurritur ex pacto nullo. nu. 28. fallit in prohibitis. nu. 29. Declara fallentiam, vt d. nu. 29. & quid ſi agatur de amiſſione rei ex aliquo contractu a iure vel a ſtatuto prohibito. nu. 30. & ſeq.

Ceſſio facta in potentiorem prohibita a ſtatuto poſt pœnam non habet locum, quando eſt nulla & inualida. nu. 30.

Emphyteoſis ſeu feudatarius alienans feudum ſeu emphyteoſim ſine domini conſenſu, ſi alienatio fuerit nulla, nõ amittit rem alienatam, nu. 31.

Pactum de quota litis, nullam facit incurrere pœnam, num. 32. & ſeqq.

Tortura non poteſt dari, vbi agitur de pœna pecuniaria. nu. 33. & nu. 52.

Tortura dari non poteſt, etiam quod agatur de pœna infamiæ. nu. 34. & nu. 35.

Iniuriarum actio infamiam irrogat cõdemnato, etiam quod iniuria leuis ſit. nu. 34.

Tortura dari non poteſt, vbi agitur de iniuria verbis illata. num. 34.

Tortura non datur niſi, vbi agitur de crimine atroci, & capitali. nu. 34.

Cauſa non efficitur criminalis, ex eo ſolum, quod actio in famatoria intentetur. nu. 35.

Pactum de quota litis, facientes, an incurrant crimen falſi. nu. 36. & ſeq.

Tortura

Tortura an poſſit dari in pacto de quota litis, nu. 33. & ſeqq. & in addit. litera G. & nu. 50. & ſeqq.

Pœna pacti de quota litis, quæ ſit, ſub nume. 33. & in addit. litera F.

Teſtimonium de auditu auditus, non habetur pro teſtimonio. num. 39.

Teſtis ſibi varius, & contrarius, reputatur falſus. nume. 39.

Teſtis denunciator, & accuſator repellitur a teſtificando. nume. 39. in fine.

Teſtis odioſus & maleuolus non probat, etiam quod odium nõ ſit capitale. nu. 41.

Teſtis famulus accuſatoris non admittitur. nu. 41.

Teſtis tractans de ſuo proprio commodo & intereſſe, repellendus eſt, etiam quod commodum & intereſſe ſit ſecundarium. nu. 43.

Confeſſio extraiudicialis probanda eſt per conteſtes idoneos, & omni exceptione maiores, quando ſumus in criminalibus. nu. 43.

Confeſſio extraiudicialis non facit plenam probationem, ſed tantum indicium. nu. 44.

Teſtes prorſus inhabiles, & qui a teſtimonio repelluntur, nec probationem nec indicium faciunt, nume. 44. Nec ſupplentur ex adminiculis, nu. 45.

Identitas rei non præſumitur, ſed pluralitas, ad effectum excludendi delictum, nu. 46.

Teſtes ſingulares non probant adminicula. nu. 47.

Imperfecta plura non coniunguntur, quando vnumquodque de per ſe non eſt concludenter probatum. nu. 47.

Ignorantia probatur iuramento. nu. 48.

Scientia debet probari plenè, & non per præſumptiones, quando pro ignorantia concurrit aliqua præſumpt. num. 48.

Ignorans non acceptat nec ratificat. nu. 49.

Acceptatio ex ſola taciturnitate, non ſequuto aliquo actu poſitiuo, non inducitur. nu. 49.

Tortura non datur vbi non adeſt delictum, nu. 50.

Bulla Gregorij XIII. de datis, & promiſſis non habet locum, quando nihil fuit promiſſum officiali iuſtitiam miniſtranti, nume. 51. Vbi alia de materia dicta Bulla, quando habeat & quando non habeat locum.

Litigioſi vitium non intrat, quando lis eſt ſuper poſſeſſorio ſuſpenſo petitorio. num. 51. Vbi etiam quod lis ſuper petitorio non facit fructus litigioſos.

Tortura eſt maior pœna, quàm vtriuſque manus abſciſſio. nume. 52.

Pœna omnis corporalis quamuis minima, eſt maior omni pęna pecuniaria quamuis magna. nu. 52. in fine.

Torqueri quis non poteſt in caput aliorum, niſi fuerit confeſſus aut plenè conuictus de delicto. nu. 53.

Teſtes recognoſcentes ſcripturam alienius, quia notam habent manum ſcribentis, plenè probant, quando concurrunt adminicula, quod quando verum ſit & de materia, nu. 45. 55. & 56. & nu. 58. & in omnis ſeqq.

Cauſa matrimonialis an æquiparetur cauſa criminali in materia probationis. nu. 55.

Teſtes in cauſa matrimoniali admittuntur etiam non omni exceptione maiores, ſecus autem in cauſa criminali. nume. 55.

Probationes duæ ſemiplenæ iunctis adminiculis probare plenè in criminalibus, ſecus autem ſine adminiculis. numero 56. & nume. 69. & ſeq. & num. 77. verſic. & addebant.

Probatio plena inducitur ex varijs indicijs, & adminiculis, num. 58.

Scriptura priuata, quæ ſola non ſufficit ad probationem, ſufficit tamen iunctis adminiculis. nu. 59.

Apocha ſeu ſcriptura confecta a tertio nihil probat, niſi concurrant adminicula. nu. 59.

Teſtes recognoſcentes ſcripturam, quia notam habent manum ſcribentis, faciunt aliqualem probationem, vel ſemiplenam vel ferè ſemiplenam. numero 60.

Teſtes qui dicunt ſe notam habere manum alienius, de facili decipi poſſunt, nu. 62.

Probationes omnes ſunt iudici arbitrariæ, poteſtque iudex varijs, & diuerſis animi motibus ad perfectam probationẽ, & credulitatem induci. nu. 63.

Veriſimilitudo facit admitti probationem, quæ alias nõ admitteretur. nu. 65. in fine. & nu. 64.

Aminicula operantur admiſſione probationis, quæ alias non admitteretur. nu. 64.

Comparatio literarum ſcriptura priuata facit plenam probationem concurrentibus adminiculis. nu. 65. & 66. & nu. 71. Vbi ampliatur etiam in criminalibus.

Comparatio litterarum non facit plenam probationem, quia manus de facili poſſunt falſificari. nu. 66.

Imperfectè probationes etiam diuerſi generis coniunguntur ſi tendant ad eundem rei finem, num. 57. etiam in cauſa matrimoniali. nu. 88.

Cauſa matrimonialis non requirit fortiores probationes quam cauſa criminalis, nu. 70. & nu. 77. ante finem.

Qualitas & adminiculum facilius probatur quam ſubſtantia rei. nu. 72.

Matrimonium requirit leuiores probationes quando principaliter diſputatur non de illius exiſtentia, ſed ad effectum legitimitatis. nu. 73. & nu. 77. ad finem.

Comparatio litterarum non requirit illam exactam probationem de qua per Doctores in l. comparationes, C. de fide inſtrum. nu. 74.

Teſtes recognoſcentes ſcripturas, quæ regulariter fieri ſolent abſente parte, probant, ſi notam habent manum ſcribentis, poſt nu. 76.

CONSILIVM LXX.

1 ADSIT DEVS. Apocha, de qua agitur,
etiam data illius veritate, non continet in
ſe aliquod punibile delictum reſpectu D. A. qui
prætẽditur paſſiuè feciſſe pactum de quota litis;
Non enim in iure reperio ſtatutam pœnam ali-
quam litigantibus, qui cum Aduocatis, & Procu
ratoribus huiuſmodi pacta faciunt, licèt benè ip-
ſi Procuratores, & Aduocati puniantur: Ideo
ſubintrat concluſio quod vbi pœna non eſt ex-
a preſſa, [a] ibi dicendum eſt, illam à iudice imponi
non poſſe, *l. at ſi quis. §. diuus, ff. de relig. §. cum igi-
tur. in Authen. de non eligen.* Dec. *in l. factum, §. in
pœnalibus, numero 51. ff. de reg. iur.* Roland. *conſi.
27. nume. 14. lib. 1.* Hippol. Riminal. *conſi. 327. nu.
28. lib. 3.*

2 Et quod pęna pacti de quota litis, inflicta Ad-
uocatis & Procuratoribus, qui talia pacta procu-
rant, non habeat locum in promittentibus, & liti
gantibus, facit argumentum à ceſſante ratione;
cum non alia de cauſa talia pacta à iure impro-
bentur, & punibilia ſint, niſi quia per ea Aduo-
cati & Procuratores inuitantur ratione lucri ad
b vincendum litem per fas, & nefas [b] Barto. *in l. ſi
quis Aduocatorum, ver. nam ſicut reprobatur,* &
etiam Alberi. *poſt numerũ ſecundũ, in fine, verſ. quia
præſumptio eſt.* & Paul. de Caſtr. *numero 2. in fine.
verſic. & iſta fuit cauſa, C. de poſtulan.* Plor. *de in
lit. iuran. §. 16. numero 8. verſi. Ne detur eis materiæ
delinquendi.* Quæ quidem ratio cum ceſſet in par-
tibus litigantibus, ſine dubio ceſſare etiam debet
pœna, *l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patronat. cum
ſimilibus,*

Et

Digitized by Google

3 Et propterea quod plus eſt pęnam prædictam
etiam reſpectu recipientium tales promiſſiones,
& pacta, locum non habere, niſi dicti paciſcentes
c fuerint Aduocati, ſeu Procuratores, [c] ſcripſerunt
Paris *conſilio* 19.*num.*53.*lib.*3. Natt. *conſi.* 145. *nu.*
16. Plot. *de in lit.iuran.d.* §.16. *nume.* 11. Peregr. *de
iure fiſci, lib.*4.*tit.*7.*nume.* 16. *in fine*, Franc. Becc.
*conſi.*49. *num.*2. Ergo multò minus debet habere
locum in parte litigante, & promittente, in qua,
vt prædixi, prorſus ceſſat ratio pœnalis diſpoſi-
tionis.

4 Quod apertius demonſtratur ex eo, quòd iura
ciuilia, non ſolum non puniunt partes litigãtes,
ſic ab Aduocatis ſeu Procuratoribus per pactum
de quota litis, oppreſſas; verum etiam earum mi-
ſerentur, propter damnum & deprædationẽ, quã
per huiuſmodi pacta patiuntur ab Aduocatis,
quos propterea leges appellãt crudeles, & deprę-
datores ipſorum litigantium. tex. *in d.l. ſi quis Ad-
* uocatorum*, & ibi communiter omnes. Præpoſ.
in cap. infames, §. arcentur, num. 1. 3. *quæſt.* 7. Plot.
§.16.*num.*8.*verſi. & dicunt eſſe depredatores*, Virg.
Boccac. *in tract. de pactis, par.*3.*nu.*29. *& num.* 47.
*verſi.*3. *paciſcentes, & nu.*48. Vbi quod pactum de
quota litis, dicitur derobatio & furtum.

5 Immo volunt, quod ſi Aduocati ſeu Procura-
tores aliquid expenderint in lite, aut ẽt aliquid
ſoluerint, tanquã fideiuſſores ſui clientuli, actio-
nem mandati perdant, & nihil ab eo reperere poſ
* ſint, per tex. *in l. ſumptus*, & ibi gloſ. & communi-
ter omnes, *ff. de pactis, & in l. ſi contra, C. mandati*,
& ibi præſertim Bald. & Salyc. *in ſumm.* Quare
non eſt credẽdum, quod ex pacto de quota litis,
iura voluerint punire clẽtulos, poſtquam ex eo-
dem pacto illos lucrari permittunt.

6 Sic & ſtatutum Vrbis *lib.*1.*cap.*118. non impo
nit pęnam parti litiganti, & paciſcenti de quo-
ta litis, ſeu actiones in litem deductas in alium
transferenti; ſed tantum ipſi litis redemptori, res
ſeu actiones in iudicium deductas, in ſe trãsferri
facienti; ab eaque omne lucrum & commodum,
quod inde habuiſſet, & etiam tãtundem, aufert.
Quæ verba cum non poſſint applicari clientulo
litiganti, & paciſcenti, ſequitur, quod nec etiam
applicari poſſit pœna ſtatuti, *l. factum*, §. *in pœ-
nalibus*, *ff. de regul. iur. l.* 1. §. *is qui nauem*, *ff. de
exerc. actio.* Bald. *in capit. ſignificante, num.* 6. *de ap-
pellat.*

Et eo magis, cum iam fiſcus prætẽdat, apochã
7 fuiſſe factam tempore litis, & ſic tempore illici-
to; & quod illius exequutio fuerit collata poſt tẽ
pus litis, & ſic ad tempus licitum, ad effectum fu-
giendi vitium litigioſi, & ad faciendum fraudem
legi; Et tamen quando res litigioſa venditur tẽ-
pore litis, ſed illius effectus transfertur ad litem
finitam, quòd tunc non intrat aliqua pœna, ad-
eſt deciſio Guidonis Papæ 337. *cum alijs* per Io.
Sicar. qui videatur *in l. fin. num.* 20. *C. de litig.* Igi-
tur cum reſpectu D. A. non tractetur de aliquo
delicto, fruſta etiã videtur tractari de ipſius tor-
tura, aut condemnatione, cum vbi delictum non
cadit, ibi nec inquiſitio formari poteſt, nec carce
rationi locus eſt, ne dum pœna. Alber. *in l. prætor*
edixit. §. *præterea, ff. de iniur.* Bart. & alij *in l. ubi pa-
ctum, C. de tranſact.* Marſil. *conſi.* 126. *num.* 25. Hip-
pol. Rimin. *conſi.* 327. *nu.* 29. *lib.* 3.

8 Quod vero attinet ad D. V. pariter etiam pro
nunc ſine veritatis præiudicio, data apocha præ-
dicta, & illius ſcientia & acceptatione, nõ video
ex ipſius parte, poſſe dari aliquod delictum, cum
iura punientia paciſcentes de quota litis, non lo
quantur, vt dixi, niſi in Aduocatis & Procurato
ribus, & illis quidẽ, qui ſub colore honorarij, ſeu
ſalarij faciunt huiuſmodi pacta de quota litis, *d.
l. ſi quis Aduocatorum, & ibi gloſ. in verbo, hono-
rariorum.* Odofred. *poſt nume.* 1. & Alberic. *ante
nume.* 1. *C. de poſtulan.* Archidiac. *in cap. infames*, §.
arcentur. in verbo. honorariorum, & ibi Turrecre-
mat. *ante num.* 1. 3. *quæſt.* 7. Ergo non poſſunt tra-
hi ad D. Valerium, qui nunquam operas ſuas tan
quam Aduocatus pro aliquo ſalario locauit, nec
locare ſolitus eſt; ſed iudicandi munere functus,
ſemper ſe laudabiliter geſſit; Et in huiuſmodi lite
non ſpe lucri, aut ſalarij, nec tanquam Aduoca-
tus, ſed ratione affectionis & parẽtelę ſe ingeſſit.

9 Et nihilominus etiam indebitè vexatur, cum
apocham non ſcripſerit, aut ſubſcripſerit; nec qđ
eam ſcribi fecerit, aut ſcientiam habuerit, ſeu ali-
quo modo acceptauerit, in proceſſu non appa-
reat; Immo vt bene in facto deducitur, probatio-
nes, ſeu præſumptiones ſcientiæ, quæ contra ip-
ſum prætenduntur, prorſus falſæ deteguntur; &
tamen vltra quod ſcientia de iure non præſumi-
tur, *l. verius. ff. de probat.* adhuc ad effectum incur-
rendi pœnam, præſertim priuationis officij, ſeu
dignitatis; & ſic quando agitur de graui præiudi
cio, ſcientia non præſumptionibus, ſed plenius,
& concludentibus probationibus deducenda
eſt. Pariſ. *conſi.* 23. *num.* 241. *lib.* 7. Put. *deciſ.* 77. *nu.*
7. *lib.* 2. Rot. *de dol. & contumac. deciſ.* 21. *in anti-
quis.* Mohedan. *deciſ.* 4. *alias* 160. *titu. de probat.* Si-
mon de Pretis *conſi.* 199. *nu.* 36. Riminal. *conſi.* 66.
nu. 19. *lib.* 3.

10 Verum præmiſſa omnia procedũt, vt prędixi,
præſuppoſita veritate apochæ; ſed illa ceſſante,
corruunt omnia fundamenta fiſci; qui propterea
nõ credat, ſe dictam apocham legitimè feciſſe re-
cognoſcere; Nam teſtes, qui illam recognoſcere
nituntur, tanquam habentes notam manum, ni-
hil probant: Primo, quia non dicunt, ſe aliàs vi-
diſſe ſcribere D. A. Caputaq. *deciſ.* 27. *libro* 1. *in
manuſcript.*

11 Secũdo, quia etiam, quòd dixiſſent ſe aliàs vi-
diſſe ſcribere D. A. adhuc nec etiam probant, niſi
fuerint præſentes ſcripturæ, de qua agitur; & hoc
propter facilitatem contrafaciendi alienas ma-
nus text. *in* §. *ſi quis igitur. in Auth. de inſtrumen-
tor. cautela, & fide, collat.* 6. Alexand. *conſi.* 150.
lib. 5. Marſil. *rubr. de probat. nu.* 299. Aym. *de antiq.
tempor. par.* 1. *ſect. quæritur etiam in hac materia, nu.*
59. & 60.

12 Nec obſtat ſtilus Rotæ, ſeu Curiæ conſuetu-
do, recognoſcendi ſcripturas per notitiã manus,
quia talis recognitio, & ſtilus limitatur, vt non
procedat in recognitione apocharum. Peregr.
deciſ. 276. *lib.* 2. Rota *diuerſ. deciſ.* 277. *nu.* 2. *p.* 3. &

fuit

fuit reſolutum in vna Comen. Iuriſpatronatus
d Lunæ 6. Martij 1565. coram Millino.[d]

13 Et quicquid ſit in Ciuilibus, in quibus procedit Rotæ & Curię ſtilus, in criminalibus talis ſtilus non apparet probatus; Ideo non infertẽdum, niſi probetur in ſpecie, quando criminaliter agitur. Nec ſuffragatur ſtatutum Vrbis *lib. 1. ca. 84.* Quia pariter nõ loquitur in criminalibus, ſed in ciuilibus, prout apparet ex libro, in quo dictũ ſtatutum eſt ſituatum, videlicet inter cauſas ciuiles, *l. Imperatores. ff. de in diem adiect.* Menoch. *de retinen. poſſeſſ. remed. 3. nume. 608. in fine*, Anchar. Regien. *quæſt. 1. nume. 4. par. 1.* Bertazz. *conſi. 399. num. 2. par. 2.* & cum expreſsè de criminalibus cauſis non loquatur, vtique ad eas trahendum non eſt, cum criminales cauſæ ſpecialem requirant expreſſionem: aliàs in generali diſpoſitione non comprehenduntur, *c. licet. de offic. Vicarij. Clemen. non poteſt. de procurat. cum vulgarib.*

14 Nec ẽt obſt. q idẽ fiſcus faciat fundamẽtum in comparatione litterarum, facta per peritos; Nam vltra quod comparatio litterarum, niſi alia concurrant, nec etiam indicium facit ad torturam, Curt. iun. *in l. admonendi, nu. 116.* & ibi etiam Purpurat. *nume. 187. ff. de iureiuran.* Aymon. *de antiq. tempor. par. 1. §. quæritur etiam in hac materia, num. 72.* Vulpell. *conſ. 135. num. 14.* Thom. Triuiſ. *deciſ. 52. num. 28.*

15 In caſu tamen de quo agitur, iſta comparatio eſt prorſus nulla; Primo, quia non fuit facta coram iudice. Bald. *in l. comparationes, num. 17.* & ibi etiam Ang. *nume. 4.* & Paul. de Caſtr. *nume. 10. C. de fide inſtrum.* Natta *conſi. 632. poſt nume. 6. lib. 3.* Vulpell. *conſi. 135. nu. 5.*

16 Secundò, quia periti, qui ſuper comparatione depoſuerunt, fuerunt electi à fiſco, non autem à iudice, prout eligi debebant; & illi quidem vtriq; parti confidentes: & ſic de conſenſu partium. Salyc. *in d. l. comparationes, nume. 18. in fine, verſicu. & debent eligi, vel dari non ſuſpecti.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu 114. poſt nume. 26.* Vulpell. *conſi. 135. nume. 3.* & propterea peritorum iuramentum non poſſe recipi, niſi partibus præſentibus, aut legitimè citatis adhoc, vt poſſint opponere, ſi eos habeant pro ſuſpectis, ſcripſerunt Barto. *in l. Theopompus, nume. 11. ff. de dot. prælegat.* & Felyn. *in capit. quia indicante, nume. 1. de præſcript.* & cum, vt dixi, periti nõ fuerint electi de conſenſu partium, non potuit eorum relatio ſeu iudiciũ recipi, niſi parte citata. Bar. & Fely. in locis præcitatis, & eſt communis, vt per Villalob. *in commun. opin. litera E. nume. 30.* cum alijs relatis per Maſcard. *de probat. concluſ. 930. nume. 21.* licèt ſecus, quando periti de communi partium conſenſu ſunt electi, vt pluribus probat Pacian. in tract. *de probat. lib. 1. c. 47. nu. 124.*

17 Tertiò ad comparationẽ litterarum nunquã poteſt deueniri, niſi in defectum probationũ; & iſto caſu pro forma requiritur iuramentum partis, quòd non, niſi per literarum comparationem, ſuam intentionem probare poteſt. text. *in Auth. de inſtrumentorum fide, & cautela, §. ſi verò nihil.* Salyc. *in d. l. comparationes, nume. 7.* & ibi etiam Ang. *nume. 11.* Natta *conſi. 632. num. 5. & 6. in fin.* Menoch. *d. caſu 114. nume. 34.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 330. nume. 33.* quæ iuramenti forma cum in caſu noſtro non fuerit adhibita, comparatio eſt ipſo iure nulla. Bald. *in d. l. comparationes, colum. 2. in fine, num. 5. in 3. oppoſit.* & ibi etiam Paul. de Caſtr. *poſt num. 12.* Bero. *conſi. 86. num. 8. lib. 3.* Vulpell. *conſi. 135. nume. 2.* Triuiſan. *d. deciſ. 52. num. 29. & 30.*

18 Ex quibus cum appareat, comparationem factam per peritos, eſſe nullam ipſo iure, teſteſque recognoſcẽtes apocam, quia notam manum habent, nullam facere probationem; neceſſario ſequitur, quòd prætenſi delicti corpus non eſt probatum, prout illud nõ ſolum probari, ſed plenè, & non præſumptiuè, probari debere, probat tex. *in l. 1. §. item illud. in verbo, loquere, ff. ad Syllan. & in l. ſi quando, in verbo, pateſacta,* & ibi Bald. *nume. 2.* & Iaſ. *num. 4. in 4. notab. C. vnde vi*, Boer. *deciſ. 288. num. 2. in fine, verſ. ſi verò agitur de maximo præiudicio.*

19 Et hęc vltima ſint dicta ex abundanti, cum, vt prædixi, etiam probata veritate apochę, reſpectu A. nullum poteſt conſiderari delictum; reſpectu vero D. V. nulla apparet participatio, ſeu legitima ſcientia.

20 Verum quia, præmiſſis non obſtantibus, Illuſtriſſimus Do. meus Theſaurarius, in huiuſmodi cauſa iudex, adhuc dubitare videtur, An idem A. ſit plenè conuictus, quod ſcripſerit apocham, de qua agitur, ſeu ſaltem ad torturam indiciatus p teſtes prædictos, ſcripturam recognoſcentes, & propter comparationẽ litterarum, & etiam propter notitiam manus, quam habent, ipſius ſcribẽtis: Iccirco, quod attinet ad primã partem, An A. ſit conuictus, conſiderandę in primis ſunt tot, tãtæque præſumptiones falſitatis, quæ aduerſus apocham per informantes in facto deducuntur; & ex quibus ne dum ipſi apochæ, ſed etiam publico inſtrumento fidem tolli indubitatum eſt, Neuizzan. *conſi. 27. nume. 12. & ſeq. & nume. 25.* Menoch. *in l. fin. nume. 700. C. de edict. diu. Adrian. tollen. & in tract. de præſumpt. lib. 1. quæſt. 99. nu. 5.* Cæphal. *conſi. 338. nume. 71. & ſeqq. lib. 3.* Decian. *conſi. 100. nu. 9. & nu. 11.*

21 Nec dicatur, quòd quicquid ſit de iure cõmuni, & in alijs delictis, in hoc, de quo agitur, crimine, & vigore ſtatuti Vrbis, *lib. 1. cap. 118.* publica fama, per tres idoneos teſtes probata, aliquali indicio pręcedente, facit plenam probationẽ; quoniam, omiſſis alijs reſpõſionibus, ſatis ſit pro nũc dicere, quòd in proceſſu nõ conſtat de aſſerta fama; & cum hęc ſtatutaria probatio ſit contra, vel præter ius commune, non poteſt per æquipollẽs adimpleri, ex quo cenſetur requiſita pro forma. Felyn. *in cap. cum dilecta, nu. 6. colum. 9. in fin. verſi. nonum ſignum. extra de reſcript.* Anchar. *conſi. 241. in fine, verſ. Nam quando lex.* Soc. iun. *conſi. 2. nu. 7. lib. 2.* Roland. *conſi. 72. nu. 6. lib. 3.*

22 Sed, vt ſupra iterum dixi, etiam data plena recognitione apochæ, nõ video, quomodo contra
e D. A. propter pactum de quota litis, paſſiuè [e] factum, prout prætẽditur, poſſit tractari de aliqua pœna;

pœna. Nec obſtet, quod contrarium ſuaderi videatur ex prædicto Vrbis ſtatuto, quod prima facie videtur, quòd magis generaliter loquatur, nẽpè de eo, qui facit pactum de quota litis, & ſic vtramque perſonam comprehẽdere. Nam quod immò non debeat intelligi, niſi de faciente pactũ quotæ litis actiuè, non autem paſſiuè, facit iuris concluſio, quòd ſtatuta generalia ſeu indefinita recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi. Deciſ. Pedemont. 177. *num.* 5. Rolan. *conſ.* 72. *num.* 28. 32. *& ſeqq. lib.* 3. *& conſi.* 37. *num.* 2. *lib.* 2. Cæphal. *conſi.* 52. *nu.* 17. *& ſeqq. lib.* 1. Sed ſic eſt, quod de iure communi faciens pactum de quota litis paſſiuè, non meretur pęnam; ergo, &c.

23 Præterea hoc clarius demonſtratur. Nam prima pars ſtatuti, quæ ſolum tractat de tranſlatione rerum, ſeu actionum litigioſarum, expreſsè tãtum punit redemptores litium, non autem venditores; Ita & ſecunda pars loquens de eo, qui facit pactum de quota litis, intelligi debet de eodẽ redemptore, & ſic non de litigante, ſed de Aduocato ſeu Procuratore, qui faciendo tale pactum propriè dicitur litis redemptor, *l. ſi remunerandi.* §. *Maurus, & ibi gloſſ. in verbo, redemptionem, ff. mandati, l. litem, & ibi glo. in verbo, redemiſſe,* Bald. *in fine, verſ.* 3 *nota.* Paul. de Caſt. *nume.* 1. *verſic. & quando dicatur litem redimere.* Salyc. *nume.* 2. Fulgol. *num.* 3. & Ioan. Sicar. *nume.* 1. *verſic. ſed is appellatur redemptor litis, C. de procurat. & in l. ſalarium. in vltimis verbis, ff. mandati, & in l. ſi contra. in in verbo, redemiſti, C. mandati.*

24 Et talis interpretatio facienda eſt, tum quia pars ſtatuti præcedens declarat ſubſequentẽ partem, Deciſ. Pedem. 68. *nu.* 8. *& deciſ.* 147. *num.* 16. Cæphal. *conſi.* 58. *nu.* 12. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *caſu* 64. *nu.* 19. *&* 20. Tum ẽt propter illã copulam, &, ac propter ſubſequens relatiuum, qui, *ibi, & qui de litis quota pactum fecerit.* per quæ verba relationẽ fieri ad præcedentia, & conſequenter iuxta ea, ſecundam partẽ ſtatuti fore declarãdam, & reſtringendam, probatur ex trad. per Euerard. *in loco à natura copulæ, nu.* 2. Cæphal. *conſ.* 16. *nu.* 20. *lib.* 1. Roland. *conſi.* 58. *nu.* 23. *lib.* 3.

25 Et vlterius, quòd ſtatutum hanc omninò recipiat declarationem, probatur ex qualitate pœnę expreſſæ in eo, videlicet, dũ ibi dicitur, Et omne lucrũ & commodum, quod ex inde prouenerit, turpe, & illicitum cenſeatur, & ab eo auferatur. Quæ quidem verba non poſſunt applicari parti litiganti, quæ ex huiuſmodi pactis non ſolũ non recipiunt lucrum, aut cõmodum, ſed euidens dãnum, prout dicit tex. *in l. ſi qui Aduocatorum. ibi, cũ graui damno litigatoris, C. de poſtulan.* & propterea furtum, & deprædationem pati dicuntur, *d. l. ſi quis Aduocatorum. in verbo, & deprædatione.* & ibi Bal. *poſt nu.* 1. Alber. *nu.* 2. *verſ. not. prędã.* Cuman. *nu.* 1. *in* 2. *notab.* & Aret. *nu.* 3. Plat. *de in lit. iuran.* §. 16. *nu.* 8. *verſ. dicuntur eſſe deprædatores.*

26 Quibus accedat, quod Aſcanius eſt forenſis, ideo non comprehenditur ſub ſtatuto Romano, prout in terminis ſcripſit Carpan. *ad ſtatutum Mediolan. c.* 429. *num.* ....

27 Immo fortius dico, & in hoc ſupplicatur aduerti, quòd data veritate pacti, nec etiam reſpectu Procuratoris & aduocati poteſt hodie fiſcus prætendere (prout prætendit) auferre fructus in dictum præſertim pactum, deductos. Nam aut loquimur de iure communi, & tunc crederem, rẽ eſſe expeditam, quod tales fructus nõ cadunt in commiſſum, cum hoc à iure cautum nõ reperiatur: aut loquimur de iure ſtatutario, & tunc idẽ reſpondendum, ex quo nondum peruenerunt ad manus Aduocati, ſeu Procuratoris, prout requirit ſtatutum in illo verbo, *prouenerit*, & in alio verbo, *auferatur*; verbum enim, prouenerit, actũ conſumatum & perfectũ, & ſic traditionem realem ſignificat. tex. ferè ad litteram *in l.* 1. §. *fi. quod quiſque iur.* ſic & verbum, auferatur, ſignificat idẽ, quia non poteſt à me auferri, quod nunquã habui, *l. decem, ff. verbor. oblig. l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iur. l.* 1. §. *cæterũ, ff. quib. mod. vſusfruct. amittat.* & vbi ſtatuti verba non conueniunt, ibi nec ſtatutum locum habet, *l.* 1. §. *is qui nauem, ff. de exercit. actio.* Bald. *in rub. de poſtulat. prælat. num.* 11. *cum vulgar.*

28 Addo demum (& hoc fundamentũ reſpicit ẽt D.V.) φ dnnatio, de qua agitur, ꝑꝑ plures, quos patitur, defectus tã iuris, q̃ ſtatutarios, eſt ex omni parte nulla; ex pacto aũt nullo pęna non incurritur. *l. ſi quis legatum, C. de falſis, l.* 1. §. *fi. et ibi notãt omnes, ff. quod quiſque iuris, cum ſimilibus.*

29 Nec dicatur, quòd in prohibitis ad excuſandũ à pęna, non requiratur validitas actus: Nam aut nullitas reſultat ſolum ex conſtitutione prohibente actum, & tunc eſt verum, quod in prohibitis ex actu nullo incurritur pœna, prout eſt in diſtractione corporum Sãctorum martyrum, quæ ab eadem lege & punitur & annullatur, de qua in *l. nemo martyrum, & ibi gloſſ. in l. diſtrahat, C. de ſacr. ſanct. Eccleſiis.* Item & in eo qui ducit duas vxores, qui pariter ab eadem lege punitur, cum annullatinne ſecundi matrimonij, vt *in l. eum qui duas, & ibi gloſſ. in verbo, effectus, C. ad l. Iul. de adulterijs*, & iſte non eſt caſus noſter; Si vero nullitas reſultat aliũde, quam ex lege, vel ſtatuto prohibente actum: & tunc, ſi actus eſt nullus, pœna non incurritur, etiam quod ſimus in prohibitis, ſecundum Tiraq. *de legib. connub. gl.* 8. *num.* 207. *& de vtroq; retract. p.* 1. §. 1. *gl.* 2. poſt *nu.* 6. Sarmient. *Select. interpr. lib.* 1. *c.* 14. *nu.* 6. *&* 7. vbi reddit rationem, quia primo caſu adeſt vnus defectus, ſecundo aũt adeſt duplex defectus; & p̃ſertim, qñ nullitas reſultat ex defectu formę, ꝑut in caſu noſtro.

30 Et in ſpecie, quãdo agitur de amiſſione rei ex aliquo contractu à iure vel à ſtatuto prohibito, quod talis pęna non habeat locũ, quãdo contractus eſt nullus, voluit Bar. *in l. filium.* §. *ſi quis contra tabulas, nu.* 1. *ff. de legat. præſtan.* vbi loquitur de ceſſione in potentiorẽ prohibitam à ſtatuto ſub pœna, quòd cedens cadat à iure ſuo. & Bar. ſic dicentem ſequuti ſunt plures Doctores relati per Tiraq. *de legib. connub. d. gl.* 8. *num.* 209. reprobato Bal. contrarium tenente *in l. quid ergo.* §. *cum autem. ad finem, ff. de his qui not. infam.*

31 Et in alienatione emphyteuſis, vel feudi ſine Domini conſenſu, quod res alienata non cadat

in

in cõmiſſum, ſi alienatio fuerit nulla, voluit Bal. *in l.2.nu.3.C. de epiſcopali audientia*, quem ſequuti ſunt innumeri ferè Doctores, relati per Tiraq. *de legib.cõnub.d.gl.8.nu.205.& de retractu, vbi ſupra, nu.6.*& per Catell.Cott.*in ſuis memoral. in verbo, actus nullus.verſ.& ideo ſingulariter decidit Bal.*& p Simonc.*in tract.de decr.li.2.tit.6.inſpec.6.n.30.*

32 Et in terminis pacti de quota litis, voluit Carpan.*ad ſtat.Mediol.c.*429.*num.*28.poſt Bar. Aret. Alciat,& Iaſ.in locis per eum relatis.

33 Siue igitur apocha, de qua agitur, ſit plenè recognita, ſiue non, videtur ex præmiſſis D D.A.& V.indebitè moleſtari.

Quod vero attinet ad ſecundã partem dubij, quæ torturam reſpicit, non eſſet vlterius inſiſtẽdum, quia ſi etiam data veritate apochæ, delictũ in ea non continetur, fruſtra tractatur de tortura: & nihilominus vt plenè D. meo ſatisfaciam, cum pro pacto de quota litis de iure communi, f non imponatur aliqua pœna[f] corporalis, vigore autem ſtatuti Vrbis imponatur tantũ pecuniaria, nempè amiſſio lucri, in pactũ deducti; g neceſſario ſequitur, quod torturæ[g] locus eſſe non poteſt. Aym.*conſi.*137.*num.*11.*& ſeqq.* Vbi teſtatur ita ſeruari in Curia Delphinali, *& conſi.*41.*nu.*9. Vbi quod ita etiam ſeruatur per ſupremam Curiam Gratianopolis. Iodoch.*in pract.crimin.c.*35.*rub.de criminoſ.traden.tortur.nu.*4. Ludo. Peguer. *deciſ.crim.*16.*nu.*3.Boſſ.*in tit.de iudic.& conſidera. ante tortur.nu.*92.Vbi quod ita in pract.ſeruatur, ex Angel.quem allegat *in l.fi.nu.4.verſ.quarto nota, C.de quæſt.* Anto.Gomez.*de delict.cap.13.rub.* * *de tortur.reor.nu.*2.Vbi de communi. Vulpell.*conſil.24.nu.13.& conſi.33.nu.*7. Bertazz.*conſil.*215.*num.7.lib.*1.Suarez *in commun.opin.litera Q.nu.*1. Franc.Perſonal.*in tract.de indic.& tortur.nu.*11. *verſ.Tu vero prudens Iudex.*

34 Nec refert, quod pro pacto de quota litis imponatur pœna infamiæ; nam non per hoc tortura inferri poteſt; quod probo euidẽti ratione. Nam actio iniuriarum, etiam quòd iniuria ſit leuis, condemnato infamiam irrogat.*cap.cum te*,& ibi Butr.*num.1.in 1.notab.*Imol.*num.1.& 2.verſ.* * *& nota.* Card. Zabarell.*num.*2.Vbi de communi. Abb.*nume.7.& ſeq.* Felyn.*nume.*9. Vbi etiam de * communi.Alexand.de Neuo,*num.4.et nu.26.extra de re ind.* Quicquid alij contrarium dixerint. Clar.*in pract.§.iniuria.num.9.verſic.item condem-* * *natus.*Vbi etiam de communi. Andr. Gayl.*obſer.*102.*num.*1.*& nume.6.par.*2.& tamen abſurdum eſſet dicere, quod pro leui, & verbali iniuria propter infamiam, poſſet irrogari tortura, prout aduertit Iodoch.*in pract.crimin.cap.35.rubr.de criminoſ.traden.torturæ, nume.*5. Cum & generaliter non pro leui delicto, ſed tantum pro capitalibus, & atrocioribus tortura à iure permittatur, prout dicit tex.*in l edictum.* & ibi præſertim Marſil.*nu.*1.*ff.de quæſtion.* cum alijs per Anto. Gomez.*variar.reſolut.tom.3.capit.13.rubr.de tortura reorum.* * Vbi de communi.& per Boſſ.*in tit.de ind.& conſiderat.ante tortur.nu.*92.

35 Immo infamia non ſolum non operatur effectum torturæ, ſed nec etiã operatur, vt cauſa ſeu actio dicatur criminalis; Actio enim depoſiti, mãdati, & de dolo ſine dubio infamat: & tamen nõ criminalis, ſed ciuilis reputatur, prout benè aduertit Miſinger.*obſer.98.in fine, centur.2.& conſi.7.nu.*18. & tamen pariter erit abſurdum dicere, quòd in cauſa ciuili inferatur tortura, *l. Diuus.in* * *fine*, & ibi communiter omnes, *ff. de quæſt.* Caſon.*de tormentis, cap.8.nu.*1. Brun.*de indic.& tortur.par.2.q.3.nu.5.& 6.*

36 Nec etiam obſtet, ſi dicatur, quod faciẽtes pactum de quota litis, incurrant crimen falſi, prout voluit Virg.Boccac.*in tract.de pactis, par.3.num.46.* cum allegatis per eum. Nam vltra quod ad inferendam torturam, non attenditur qualitas criminis, ſed qualitas pœnæ, nec iure cautum reperitur, quod pro crimine falſi poſſit inſligi tortura, quãdo nõ, niſi pęna pecuniaria, imponitur;

37 Adhuc ſupplicatur aduerti, quod hæc opinio non eſt vera in iure. Nam gloſſ.quæ ad id allegatur, *in l.1.§.fin.ff.de falſis*, nihil tale dicit, licèt gl. *in l.ex Senatuſconſulto, ff. ad l. Iul. de vi priuata*, loquatur in diuerſis terminis; nempè quando interuenit ius, aut cõcuſſio, vt ibidem aduertit gl. 1.Rolan.autem *in conſi.36.num.21.lib.*3. allegat gloſſ.& Bartol.*in l.ſumptus, ff. de pactis*, qui nihil de pœna falſi dicunt, & ita etiam Peregr.*in tract. de iure fiſci, lib.4.titu.7.num.*16. teſtatur ita com- * muniter teneri per Doctores, *in d.l.ſumptus, & in l.litem. C. de procuratorib.* qui nec etiam tale quid dicunt: ideo ſicut Doctori ſine legibus aut authoritatibus loquenti, non creditur, ita minus credendum, quando non fideliter allegant.

38 Omnia autem prædicta eo magis procedunt ad fauorem D.V.quem, vt etiam ſuperius tetigi, dato millies quod apocha prædicta ſit concludẽter recognita, tanquam manu D. A. ſcripta; Attamen aliquam de ipſa apocha habuiſſe ſcientiã, in proceſſu non conſtat, nedum quod illam acceptauerit: & in ſpecie in hac prætenſa ſcientia aliquantulum, ex deductis in proceſſu, immorando, reaſſumo concluſionem ſupra firmatam, nu. 9. nempè, quod in caſu noſtro ſcientia non per pręſumptiones & coniecturas, ſed per concludẽtiſſimas probationes per fiſcum deducenda eſt. Primò, quia agitur de graui præiudicio. Abb. *in capit.cum in iure, nume.2.verſi.item cum agitur.extra de offic.deleg.* Ruin.*conſi.66.nume.13.& ſeq.lib.*3.Iaſ.*conſi.159.col penult.verſ.quarto principaliter.lib.*2. Deciſ. Pedemont.174.*poſt nume.*4. Secundò, quia agitur de pęna infamię, priuationis, Rot.*de dol.& contumac.deciſ.21.in antiq.* Mohedan.*deciſ.4.alias 160.tit.de probat.*& etiam voluit Rota in vna Romana Secretariatus coram D. Seraphino, Lunæ 17. Februarij 1592. Vbi dixit, quod quando agitur de pęna ferenda, requiritur certa, & indubitata ſcientia.

39 Sed quod immo, nec verè, nec præſumptiuè de hac aſſerta ſcientia in proceſſu conſtet, apparet euidenter diſcurrendo dicta teſtium, qui ſuper ea deponere conantur. Depoſitio enim nullatenus eſt attendenda; Tum quia eſt de auditu ab A.& ſic de auditu auditus; quo caſu iura talem depoſitionem non habent pro teſtimonio,

nio, capit. licèt ex quadam, & ibi omnes. extra de teſtibus, Abb. in capit. cum litteris, nume. 5. verſ. Nam talis, & ibi Felyn. nume. 2. ante finem, eodem titu. Natt. conſilio 170. nume. 1. in fine. Tum quia redditur falſus ex negatione A. Bald. in capit. cum cauſam quæ, inter. nume. 17. de teſtibus. Gram. conſi. 26. nume. 20. & conſilio 38. num. 28. Gabr. tit. de teſtib. lib. 1. concluſ. 2. nume. 11. Tum demum, quia vt benè in facto deducitur circa hoc particulare de ſcientia, eſt ſibi expreſſè varius & cõtrarius, ideo falſus, l. qui falſo, ff. de teſtibus. l. eos, ff. de falſis, cap. in tua, & ibi omnes. extra eod. Boſſ. in titu. de oppoſ. contra teſtes, nume. 2. & nu. 10. verſ. immo eum, &c. Et quando hæc omnia deeſſent, negari non poteſt, quin ſit denunciator, & accuſator (omiſſis alijs) cap. forus, §. in omni. de verbo. ſignifi. c. accuſatores, 3. q. 5. Specul. in tit. de teſte, §. 1. num. 89. verſ. item quod ipſe eſt teſtis & accuſator.

40 Aſſerta cõfeſſio extraiudicialis, probata, vt dicitur, per duos alios teſtes, nec pariter attendenda eſt, cũ vnus ſit viliſſimus, & pauperrimus, quæ vilitas, & paupertas inſimul iuncta, non ſolũ diminuit de fide teſtis; ſed facit omnino ipſum à teſtimonio repellere, præſertim in criminalibus. Pariſ. conſi. 54. nu. 57. lib. 4. Aym. cõſ. 249. nu. 12. verſ. accedit etiam vilitas. Rol. conſi. 63. num. 34. lib. 2. de
* communi. Ant. Gomez. de delict. c. 12. rub. de prob. delict. nu. 19. Menoch. de arbitr. caſu 96. nu. 6. & 7. Vbi ampliat, etiam quod eſſemus in caſu, in quo teſtes inhabiles admitterentur.

41 Faceturque etiam ſe non beneuolum, ſed maleuolum A. quæ maleuolentia tollit fidem teſti, etiam quod inde nõ oriatur capitalis inimicitia. Specul. in tit. de teſte, §. 1. nu. 82. verſ. item quod amore, odio, &c. Gig. de crim. læſ. maieſt. lib. 2. rub. quom. & per quos crimen læſæ maieſt. probetur. q. 2. nu. 30. Bertazz. conſi. 178. nu. 17. lib. 1. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1127. nu. 6. & ſeq.

42. Et quando aliàs nõ paterent exceptiones, de quib. in informatione facti, ſatis eſt, quod eſt famulus F. accuſatoris, l. etiam. C. de teſtib. l. 1. §. ad quæſtionem, ff. de quæſt. cap. ſi teſtes, 4. q. 3. Gabr. tit. de teſtib. lib. 1. concluſ. 19. nu. 4.

43 Alter autem agit de ſuo proprio cõmodo, cũ ex ſua depoſitione ſperet recuperare mutuatas pecunias, ideo pariter repellendus ratione proprij intereſſe. l. omnibus, & ibi præſertim Bald. C. de teſtib. l. nullus, ff. eod. etiam, quod commodum, & intereſſe eſſet ſecundarium, & in cõſequentiam, gloſſ. in d. l. omnibus, in verbo, in re propria; & ibi Salyc. nu. 1. verſ. ſed nec hæc videtur tuta, iuncto nu. 2. Odofr. num. 1. verſ. & idem eſt in cauſa propria ſecũdario. Cæphal. conſi. 65. nu. 37. & certum eſt in iure, quod confeſſio extraiudicialis debet probari non ſolum per duos conteſtes, Bero. in c. at ſi clerici, nu. 135. verſ. requiritur etiam, et nu. 136. & ſeq. de iudic. Foller. in pract. crim. verbo, & ſi confitebuntur, par. 2. nu. 1. fol. 316. Deciſ. Pedem. 79. num. 29. ſed etiam per teſtes idoneos, & omni exceptione maiores. Bero. in d. cap. at ſi clerici, eod. nume. 13. & præcipuè in criminalibus. Bald. in l. fin. nume. 5. verſic. quadam eſt probatio maior, & ibi alij Doctores. C. de probat. Dec. conſi. 429. nume. 12. verſ. 4. in criminalibus. Boſſ. in tit. de conuict. num. 11.

44 Et in omnem euẽtum extraiudicialis confeſſio nõ inducit plenam probationem; ſed tantum facit indicium. gl. in l. c. 5. in verbo, accuſatori. verſ. ſed ſi extraiudicium, ff. ad l. Iul. de adult. Specul. in tit. de confeſſ. §. nunquid videndum, verſ. ſi quidẽ quis confitetur crimen extraiudicium. Bart. in l. ſi confeſſus, nu. 3. & ibi Ang. nu. 1. ff. de cuſtod. reor. ex indicio autem non poteſt dici probata ſcientia, ad effectum, de quo agitur, ex præallegatis; ſed in caſu noſtro cum teſtes prædicti ſint prorſus inhabiles, & à teſtimonio repellantur, nec probationẽ, nec indicium faciunt. Fely. in c. cum dilecti, nu. 10. & ſeq. de accuſ. Marſi. ſing. 197. poſt med. Diaz. reg. 755. in 3. fallen. Carrer. in pract. in tract. de indic. §. vltimo an teſtis, nu. 33.

45 Nec dicat fiſcus, quòd licet prædicti teſtes aliquas patiãtur exceptiones, attamen eorum dicta ſupplentur ex adminiculis. Nam vltra quod teſtes ſunt prorſus inhabiles, non ſupplẽtur ex adminiculis: quia nihil adminiculandum reperiũt. Corn. in l. 1. num. 35. verſ. Tu dicas, C. de teſtamen. Gram. deciſ. 11. num. 2. Hippol. Rimin. conſi. 409. nume. 28. & ſeqq. lib. 4.

46 Adhuc dicitur quod in proceſſu nulla adſunt adminicula aſſertæ ſcientię; Dum enim fiſcus facit fundamentum in confeſſione D D. V. & A. dicentium, fuiſſe tractatum de alia apocha, ex hoc inferens quod cum alia nõ reperiatur apocha, cõcludendum ſit, quod apocha, de qua in actis, ſit illa; Hoc aſſumptum non procedit de iure, ſecundum quòd præſumitur pluralitas, & non identitas. Alex. & Ruin. in locis relatis per Ror. diuerſ. 441. nume. 2. & vbi aliàs præſumeretur identitas, ea tamen non pręſumitur in criminalibus. Aym. poſt Corn. quem allegat in conſi. 244. in 2. Gramat. conſi. 23. nume. 1. Foller. conſi. crimin. diuerſ. 140. nume. 17. lib. 1. Octau. Cacheran. conſi. 64. nu. 45. poſt med. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 496. num. 6. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 2. nu. 9. & propterea fiſco incumbit onus probandi, quod hæc apocha ſit illa.

47 Dum etiam idem fiſcus nititur in depoſitione M. & P. ſupplicatur aduerti, quòd vltra exceptiones, quas patiũtur in perſonis & in dictis, de quibus in informatione facta, quam videri ſupplicatur, ſunt ſingulares in eorum depoſitionibus, quia vnus deponit de vna re, & alius de alia; adminicula autem non probantur per teſtes ſingulares, quia vnumquodq; adminiculum de per ſe debet plenè & concludenter per duos teſtes probari. Boſſ. titu. de indic. nume. 18. 19. & 22. Deciſ. Pedemont. 79. nume. 30. in fine, Clar. in pract. q. 22. in princip. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 894. numero 2. & in terminis ſcientiæ Corn. conſi. 153. nume. 4. lib. 4. Nec poſſunt plura imperfecta inſimul coniungi, quando vnumquodque de per ſe non eſt concludenter probatum. Bald. in l. ſi quis ex argentarijs, §. 1. num. 4. ff. de eden. Alexand. conſi. 180. num. 6. lib. 2. Grammat. conſi. 3. num. 18. Surd. conſi. 132. nu. 58. in fine lib. 1.

48 Accedat præmiſſis vltra alias coniecturas, maxima veriſimilitudo ignorãtiæ D. V. qui ſi apo-

chæ

chæ fabricationis particeps fuiſſet, vtique credẽdum eſt, quòd procuraſſet etiam eiuſdem apochæ, vel copiam, vel retentionem. Quod cum nõ fecerit, non modica oritur ignorantiæ præſumptio, quæ non ſolum facit, vt eius iuramento ſuper tali ignorantia ſtandum ſit, *c. nulli. in fine, de elect. in 6.* Mandell. *conſ. 9. num.* 36. Cæphal. *conſ.* 250. *nu.* 12. Sed etiam operatur, vt qui ſcientiam probare voluerit, non præſumptiones, ſed cõcludentes probationes afferre debet. Rota Ianuen. *deciſ.* 14. *nu.* 76. cum alijs per Cæphal. *conſil.* 241. *nu.* 96. *& conſ.* 259. *nu.* 11. *& conſ.* 393. *nu.* 93.

49 Et ex prædictis infertur neceſſariò, quod ſi D. V. ignorauit apochã, vtique non poteſt dici, qđ illam acceptauerit, quia ignorans, nec acceptar, nec ratificat *l. nec ignorãs, C. de donat.* Bar. *in l. qua dotis, nu.* 20. *ff. ſolut. matr.* Soc. *conſ.* 159. *nu.* 31. *lib.* 2. Pariſ. 47. *nu.* 97. *& ſeqq. lib.* 1. & dato rurſus qđ ſcientiam habuiſſet, non per hoc dr̃, illam acceptaſſe ex ſola taciturnitate, non ſequuto aliquo actu poſitiuo, de quo nullibi conſtat. Aym. *de antiq. tempo. par.* 1. §. *viſo de verbis, nu.* 20. *& ſeqq. cum allegatis per alios DD. Scribentes.*

50 Sed quia non video Illuſtrem D. meum Commiſſarium in rotum quieſcere, quin ſaltem prædictos DD. V. & A. torquendos prætendat, & quia ſi apocha, de qua agitur, nõ eſt plenè recognita, negari tamen non poteſt, quin adſint indicia ꝓbabilia, quod fuerit ſcripta manu ipſius A. ſicut & pariter, ſi ſcientia D. V. non eſt plenè probata, pariter nec negari poſſe videtur, quin adſint dictę ſcientiæ indicia, ex quibus & ipſe D. V. poſſit torqueri; Iccirco hoc particulare dubium de tortura iterum reaſſumendo, dico, triplici ratione non poſſe tractari de prætenſa tortura; Primo, quia vbi non adeſt delictum, tortura non infertur. text. ad literam, licèt vulgaris *in l.* 1. §. *item illud. ff. ad ſyllan.* Boſſ. *in tit. de delict. num.* 14. Gabr. *lib.* 7. *concluſ.* 17. *nu.* 1.

51 Et quod hic non adſit delictum, demõſtratur. Nam Bulla Gregorij XIII. de datis & promiſſis, non intrat, quia nihil fuit promiſſum officiali iuſtitiam miniſtranti, prout aliàs declarauit Rota in deciſione, cuius copia data fuit, & infra regiſtrabitur; ſic nec pariter intrat pactum de quota litis, tum quia reſpectu D. A. eſt impunibile; tum &, quia idem eſt reſpectu D. V. ſtante nullitate prętenſæ donationis, prout ſupra dictũ fuit. Nec etiam intrat vitium litigioſi, quia quando D. A. tanquam tertius fuit admiſſus ad litẽ, ſuper poſſeſſorio tantum litigabatur, ſuſpenſo iam petitorio; lis autem ſuper poſſeſſorio litigio ſam rẽ non * facit, ſecundum communem, de qua in Deciſ. Pedemont. 44. *num.* 10. etiam quod primo fuerit intentatũ petitorium, & poſtea ſuſpenſum. Curt. iun. *conſ.* 184. *colum.* 2. Aym. *conſ.* 182. *num.* 5. Menoch. *de arbitr. q. caſu* 202. *nu.* 26. & in omnẽ euẽtum lis ſuper petitorio non facit fructus litigioſos. Afflict. *ſuper Conſtit. Regni. lib.* 2. *rubr.* 41. *verſ. decimuſoctauus caſus.*

52 Secunda eſt ratio, quia ſiue agatur de pęna litigioſi, ſiue etiam de pęna pacti de quota litis, pęna non eſt, niſi pecuniaria; in qua torturam nũmè inferri poſſe, ſatis ſuperque ſupra probatum fuit; & facit inconuincibilis ratio per Doctores * communiter cõſiderata, quia ſi aliter diceremus, ſequeretur abſurdum, quod ex modo probandi, reus grauius puniretur, quàm ex modo condemnandi; cum tortura ſit maior pœna, quàm vtriuſque manus abſciſſio, ad trad. per Marſi. *in l. diuus, nu.* 2. *&* 3. *ff. de quæſt.* cum alijs per me cumulatis, *d. q.* 42. *nu.* 14. Omniſque corporalis pęna quamuis minima, maior ſit qualibet pecuniaria pęna, quamuis magna *l. in ſeruorum, ff. de pœnis.*

53 Tertiò & eò minus poſſet tractari de tortura contra D. A. in caput V. quoniam ad hoc vt quis in caput aliorum torqueri poſſit, neceſſe eſt, ꝙ ſit confeſſus, aut plenè conuictus de delicto, de quo inquiritur, *l. qui vltimo, ff. de pœn.* Lud. Peguer. *deciſ. cri.* 5. *nu.* 29. *verſ. ſcias tñ.* Quod aũt. D. A. non ſit plenè conuictus, nõ eſt opus repetere iã dicta.

54 Nec obſtat modo deciſio cum informationibus datis in illa Toletana matrimonij de Pugnoroſto, in qua concluditur, in cauſa matrimoniali plenam induci probationem, per teſtes deponentes ſe habere notam manum ſcribẽtis, iunctis adminiculis, de quibus ibi: Nam pro reſpõſione in primis ſupplicatur aduerti, quod ĩ caſu illius Deciſionis multa concurrebant, quæ hic non concurrunt: ibi enim vltra teſtes deponentes de nota manu ſcribentis, aderant quinque teſtes deponentes de veritate matrimonij. Hic autem nullus adeſt teſtis, qui deponat de veritate pacti de quota litis. Ibi teſtes, qui recognoſcebãt ſcripturam per notitiam manus, erant producti ab eo, q̃ ſcripturam impugnabat; hic non. Ibi teſtes recognoſcentes ſcripturam, erant octo, ſi benè eos numeraui; hic autem non ſunt niſi tres; Ibi aderant vtriuſque partis teſtes pluſquam centũ, deponẽtes de publica voce & fama matrimonij, de quo agebatur; hic autem nullus. Ibi aderant teſtes plenè probantes confeſſionem extraiudicialem ſcribentis; hic autem nullus: Ibi vltra alia adminicula, ſcriptura, de quà agebatur, fuit aliàs producta parte præſente, & nihil opponente; ex qua non oppoſitione, prout dicit Rota, res erat in confeſſo, nedum in probato; hic autem apocha fuit ſemper impugnata; Ideo non inferendũ de caſu illius deciſionis ad caſum noſtrum.

55 Præterea nõ eſt facienda etiam illatio de cauſa matrimoniali, quamuis ſit grauis, ad cauſam criminalem, in qua agitur de pęna & pecuniaria, & infamiæ. Nam licet, prout inquit Rota, cauſa matrimonialis non requirat fortiores probationes, quàm cauſa criminalis, non tamen è contra ſequitur, quòd in cauſa criminali ſufficiant probationes, quæ ſufficiunt in cauſa matrimoniali; & poſſent dari multa exempla, ex quibus hoc vnum ſufficiat, quod in cauſa matrimoniali admittuntur teſtes non omni exceptione maiores. Rota *diuerſ. par.* 1. *deciſ.* 336. *num.* 3. & Cæſar de Graſſ. *deciſ.* 72. *nume.* 10. & tamen in criminalibus eſt indubitatũ, quod teſtes debent eſſe omni exceptione maiores. Bald. *in l. fin. nume.* 5. *verſ. quædam eſt probatio maior, & ibi notant omnes, C. de probat.* Boſſ. *in titul. de conuict. numero* 11. Hippol.

Digitized by Google

Hippol. Rimin. *conſ.* 524. *nu.* 10. *li.* 5. Lud. Peguer. *deciſ. crim.* 17. *nu.* 38. *in fine & ſeqq.*

56 Et proptetea ſupplicatur aduerti, quod eadē Rota in dicta Toletana expreſsè dixit, qđ in criminalibus, ad effectum prædictum, non ſufficiūt adminicula cū vnica ſemiplena probatione; ſed debent eſſe duæ ſemiplenæ probationes, vltra dicta adminicula. quod & idē voluerunt Gandin. *in ti. de præsūpt. & indic. indubitat. nu.* 2. *ad med. uer. & licet in cauſa ciuili.* Simanch. *in tract. de hæret. c.* 50. *nu.* 2. vbi de communi Boſſ. *in ti. de conuict. nu.* 23. Ant. Gom. *de delict. c.* 12. *nu.* 26. Bertaz. *cōſ.* 41. *nu.* 21. *in fine*, Hippol. Rimin. *conſ. crim. diuerſ.* 84. *nu.* 11. *li.* 2. Maſc. *de prob. li.* 1. *concl.* 459. *n.* 7. in caſu autem noſtro non reperiuntur iſtę duæ ſemiplenæ probationes; quia comparatio litterarum, vltra quod non eſt legitimè facta, in criminalibus nec indicium facit; nedum ſemiplenam; Teſtes autem de nota manu, pariter nec ſemiplenam inducunt; ergo nō poteſt dici plenè recognita ſcriptura, de qua agitur. LAVS DEO.

Deciſio 144. *coram. . . . . die* 8. *Iunij*, 1588. *de qua fit mentio ſupra num.* 51.

57 FVit reſolutum, declaratoriā fel. recor. Gregorij XIII. non obſtare, quo minus poſſit procedi ad taxationē expen. & relaxationis mādati, pro Fructibus & dānis & intereſſe, ad fauorē hęredum Pomponij; præfata. n. declaratoria, per quā innouatur diſpoſitio Bonifacij Octaui, quæ habet *in c.* 1. *de ſent. excom. in extrauag.* locum habet cōtra illos, qui pro iuſtitia, vel gratia obtinenda ab ipſomet Papa, vel ab officialibus, vel delegatis eorū in Curia, vel vbi Papa reſidet, aliqđ ſoluūt, vel promittunt, vt potentiorū ſuffragationibus petita obtineant; quę res multū differt a caſu pro poſito, in quo promiſſio facta eſt in Prouincia Marchiæ, & pro dotibus filiarum, & pro labore. & expēſis factis per genetos Dianæ; quo caſu nō eſt locus Bullę, vt per Nauar. *ſuper d. Bulla. nu.* 26. *verſ.* 3. Hic. n. nihil datū eſt, vel promiſſū Curialibus, vel alijs exercentibus iuſtitiā, pro obtinēdis fauoribus ab ijs, qui ab antiquis dicebantur iuris vēditores; & ſic hmōi corruptela hoc caſu nō poteſt conſiderari; fuit. n. conſideratum, Bullam nō habere locum, qñ aliquid datur pro conſequēda iuſtitia, ſi ille, qui dedit, verè fouebat iuſtitiā, vt in caſu iſto, ex litis exitu liquet, vt per Nauar. *ubi ſupra nu.* 14. *uerſ. pretio uero.* Quod vero deducitur ex pacto de quota litis, ex *l. ſi qui Aduocatorum, C. de poſtulan.* non pertinet ad pręſentem inſpectionem, quæ continet exceptionem, impedientem exequutionem, quæ nunc petitur. L. D.

Reſponſum Horatij Arigoni, de quo fit mentio ſupra nu. 54.

58 ADSIT DEVS. Quòd per teſtes deponentes, ſe habere notam manum & litteram ſcribentis, concurrētibus alijs adminiculis, cedula dicatur recognita, fuit alias reſolutum in vna Taruiſin. Matrimonj coram Reuerend. Paleotto, prout ipſe adnotauit in deciſ. 62. verſ. Præterea id fortè procederet, & ita alias fuit reſolutū in Barchionen. Matrimonij coram R. P. D. meo Robuſterio de anno 1565. & ita etiam in hac cauſa fuit firmatū de menſe Februarij præſentis anni. Et hæc concluſio probatur, quia quando concurrūt adminiculo, inducitur plena probatio, vt eſt tex. *in c. cum cauſam. de proba.* cum etiam in ciuilibus ex varijs indicijs, inducatur plena probatio. gl. *in l.* 2. *in uerbo legitimus, ff. de excuſ. tut.* cum infinitis accumulat. per Marſi. *in rubr. C. de proba. nu.* 309. *& ſeqq.*

59 Sicut etiam probatur ex textu *in l. inſtrumenta, C. de proba.* Vbi eſt tex. expreſſus, quod ſcriptura priuata, quæ ſola non ſufficeret ad probationem, ſufficit tñ, ſi alijs adminiculis adiuuetur, & prout ibi habetur. In gl. *in verbo, inſtrumenta*, ille tex. loquitur etiam in ſcriptura cōfecta a tertio, prout etiam ibi declarat Bal. ante numerum primum, & Salyc. *nu.* 1. & tamen ſcriptura tertij de per ſe nihil probat, vt tradunt omnes *in l. admonēdi, ff. de iureiu.* Salyc. *in l. in bonæ fidei, n.* 13. *C. de reb. credit.* Fely. *in c.* 2. *col.* 2. *verſ. ſexta declaratio. de fide inſtr.* quanto igitur magis hoc eſt dicendum in caſu noſtro, cum teſtes, qui deponunt habere notam manum, aliquid probent.

60 Nam & videmus, quod ſcriptura non iuuata aliquo adminiculo, facit aliqualem pręſumptionem; quia non eſt præſumendum de facili, quod quis faceret vnam falſam apodiſſam, propter timorem magnæ pœnæ. Item quia ſcit quod poteſt de facili probari cōtrarium per comparationem litterarum, vt trad. Bat. *in l. admonendi, ante n.* 26. *ff. de iureiur.* cum quo ibi omnes tranſeunt, & eſt communis opinio, vt habetur per Rolan. a Vall. *in conſ.* 26. *nu.* 14. *vol.* 1. ergo ſequitur, quod ſi etiam concurrant teſtes deponentes ſe habere notam manum, quod faciant aliqualem probationem, vel ſemiplenam, vel fere ſemiplenam, vt latiſſime tradit Ruin. *in conſil.* 46. *ſub num.* 8. *verſ. nam adſunt plurimi teſtes, cum pluribus ſeqq. vol.* 4. & Roland. de Valle. *in d. conſ.* 26. *num.* 24. *volum.* 1. Ita quod iunctis adminiculis, reſultabit plena probatio, vt patet ex ſuperius adductis, & infra adducen.

61 Et in ſpecie, qđ ſcriptura priuata dicatur plene probata ſtantibus adminiculis, trad. Anto. de Butr. *in d. c.* 2. *col.* 3. *uerſ. tertius caſus. de fide inſtr.* & ibi etiam Abb. *col.* 3. *verſ. ſi vero non producuntur teſtes, & uerſ. dicerem tanta.* & Iaſ. *in repet. l. admonendi, nu.* 9. *ff. de iureiur.* & trad. Alex. *in conſ.* 76. *col.* 1. *uer. conſtat autem iunctis his quæ dicit col.* 2. *uerſ. ſed hic poteſt reſponderi, lib.* 3. & latiſſime Iaſ. *in conſil.* 129. *per tot. uol.* 1. qui loquitur in fortioribus terminis, quando ſcriptura debiti erat confecta per ipſummet creditorem, & tamen propter adminicula vult quod plene probet.

62 Confirmantur præmiſſa, quia ratio, quare non probent teſtes dicen. ſe habere notam manum, quia teſtes poſſunt de facili decipi, propter

KK ſimili-

ſimilitudinem litterarum,& quia poteſt quis litteras alicuius de facili contrafacere, vt per Grãmat. *in deciſ.84.per tot.* & per Dec. *in conſi.615.col.2.verſ.nam licet teſtis viderit*, & propterea ceſſante hac ratione, ceſſare debet regula. *l. adigere. §. quamuis.ff.de iure patron.*

63 Sed quando adſunt adminicula, ceſſat huiuſmodi ratio, quia materia probationis arbitraria eſt,& repoſita in arbitriũ ipſius iudicis, & ex mero eius iudicio pendet, an aliquid ſit ſufficienter & concludenter probatum, *l.3.§.1.ibi, Tu magis ſcire potes,ff.de teſtib.* Dec. *in conſi.94.nu.1.* & quãdo iudex inducitur ad fidem indubitatam, ſatis dicitur adducta concludens probatio. *d.l.3.§.1.& l.quinquaginta.ff.de proba.* Bar.& alij *in d.l.admonendi*, Soci. *in conſi.98.nu.8.vol.4.* Ita quod iudex ex diuerſis animi motibus, & varijs ſuggeſtionibus deuenit ad perfectam probationem; in qua quidem materia probationũ verſatur fauor publicus,& generalis, ne facultas probationum reſtringatur; & propterea nimirum ſi ſtantibus adminiculis, ceſſat ratio ipſius regulæ, quia ipſis ſtãtibus, ceſſat ſuſpicio, ſuper qua fundatur regula; & etiam inducitur veriſimilitudo, propter quam veriſimilitudinẽ admittitur probatio, quæ alias non ſufficeret, vt plura ad huiuſmodi propoſitum facientia, cumulat Aym. *in tracta.de antiqui. temp.in 1.par.nu.214.cum ſeq.*

64 Prȩſertim, quia in caſu noſtro cedula iſtã non adducitur ad plenè probandum matrimonium, ſed tantum ad probationẽ matrimonij adminiculan. Imò quod plus eſt, & in cauſa criminali, & matrimoniali, propter adminicula, admittitur illa probatio, quæ alias non admitteretur, vt per Aret. *in conſ.13.ſub num.9.verſ.ſed caſus noſter eſt longè diſsimilis.* Dec. *conſ.163.ſub num.7.paulo poſt prin.verſ.2.põt reſponderi,& nu.8.* & per Ant. Gab. *in li.1.in tit.de proba.concl.1.nu.29.& nu.42.*

LAVS DEO.

Reſponſum Tiberij Ceraſii ad præſens digniſsimi et Illuſtriſ. Theſaurarii, in eadem cauſa, de quo ſit etiam mentio ſupra nu.54.

65 ADSIT DEVS. Limitatio pluries per Rotam videtur fundata ſuper *auth. at ſi cõtractus, C.de fid.inſtr.* Vbi diſponitur, ꝙ comparatio litterarum in ſcriptura priuata faciat plenã probationem, quando iungitur aliquo argumento, idem ponit Salyc. *in l.comparationes, col.vlt. C. de fide inſtr.* Abb. *in c.2.ante nu.3.verſ.dicerem tamẽ.de fide inſtru.* Alex. *in conſi.239.ſub nu.4.verſ.accedit.& ſub nu.5.ibi, concurrentibus alijs adminiculis, & ſub nu.6.verſ.& tunc regulariter.cum nu.ſeq.vol.6.& in conſ.58.ſub nu.1.verſ.præterea poſito.li.7.* Socin. *conſi.41.ſub nu.2.verſ.vel ſecundo, vol.3.* Natt. *conſi.632.nu.2.3.& 4.vol.3.* Io.Cȩphal. *conſi.141.ſub nu.10.& ſub num.22.verſ.nam quatenus*, & in proprijs terminis, quod teſtes dicentes ſe habere notam manum, ſufficiant cum adminiculis. Rui. *conſi.46.ſub nu.9.verſ.Item ſi volunt,& nu.11.in fine,& ſub num.12.verſi.quod autem, & numero 14.volum.4.*

66 Secundo fundari videtur, quia ratio, quare in apocha priuata non ſufficit comparatio, eſt, propter ſuſpicionẽ falſitatis, quæ de facili in iſtis poteſt cõmitti, *vt in Auth.de inſtru.caut.et fid.in prin.* quȩ ſuſpicio ceſſat, vbi adſunt in contrarium adminicula pro ueritate apochæ, quia ſuſpicio falſitatis tollitur ex coniecturis contrarijs. Pariſ. *cõſil.28.nu.50.vol.2.* Ideo tunc remanet incorrectũ ius antiquum, ſecundum quod ſola comparatio ſufficit. *l.comparationes,C.de fide inſtrum.*

67 Accedit & tertio pro limitatione alia regula, quòd plures imperfectæ probationes ẽt diuerſi generis, ſi tendant ad eundem finem, cõiungantur, ad faciendam plenam probationem, *c.cũ cauſam.& ibi gl.in ver.adminicula.* Abb. *nu.2.* Fely. *ſub nu.10.verſ.ſecundo caſu.* Dec. *nu.10.de proba.* ſimilis gloſ. *in l.2.in ver.legitimis.de excuſ.tut.* Bal. *in l.Spadonem,§.qui iura.ff.eod.* Bar. *in l.admonendi, nu.48.* & ibi Iaſ.de communi. *nu.257.de iuretur.* cum alijs per Gabr. *de commu.opin.fol.1.nu.1.*

68 Nec dicatur, quod iſta coniunctio non datur in cauſa matrimoniali, & vbi agitur de præiudicio alterius matrimonij, quia cõtrarium uidetur verius, per ea quæ trad. Iacob.de Leoniſſa *inter conſi.matrimon.conſi.51.per tot.& præſertim, num.vlt.volum.1.* Cæpol. *conſ.ciuil.3.ſub nu.9.verſ.tertio principaliter.*

69 Quod ſine difficultate procedit, vbi vltra duas ſemiplenas, additur aliquod adminiculum, ſecũdum Aret. *in conſi.13.ſub num.9.verſ.eſt præterea.* Bar. *conſi.26.num.8.& in fine, vol.4.* Dec. *conſ.163.ſub nu.7.verſi.2.poteſt reſponderi.* Gabr. *commu.cõclu.fol.4.nu.4.* Socin.Iun. *conſ.31.nu.34.& 35.vol.2.* & eſt de mente eiuſdem Aret. *in c.veniens,el 1.nu.22.* Dec. *ſub nu.15.verſ.& ideo iunct.verſ.ſupra facta.de teſt.* Ducn. *in 1.par.reg.300.amplia.2.& limita.1.* Vbi concluſionem per eos ampliatam ad cauſam matrimonialem, vt non conſtringantur probationes, limitat, niſi vltra duas ſemiplenas, adderetur aliud adminiculum.

70 Nam & in criminalibus hoc indubitatè procedit, vt docet Bal. *in l.ſi quis ex argentarijs, §.1.ſub nu.4.ff.de eden.* Aret. *in d.c.bonitas, el 1.ſub nu.22.verſi.pro veritate.* Fely. *nu.13.* Dec. *ſub nu.15.verſi.ſuper facta.de teſt.* Boſſ. *in praxi crim.tit.de conuict.nu.23.* Cæphal. *conſi.141.nu.10.* cum alijs per Gabr. *fol.3.nu.29.* pari ratione id procedere debet in cauſa matrimoniali, in qua fortiores probationes non requiruntur, ſecundum Alex. *conſi.143.ſub nu.4 vol.2.* Dec. *in c.pro debilitate.ſub nu.4.verſic.2.quod.* Abb. *de off.delega.* & ita in ſpecie argumentatur Aret. *d.conſi.13.ſub num.9.verſic.ſi ergo.* Dec. *d.conſi.163.ſub nu.7.verſ.2.* Socin.Iun. *conſi.31.nu.34.vol.2.*

71 Et quod, vbi agitur ad pœnam, ſufficiat comparatio cum adminiculis, concludit Io.Cæph. *in alleg.conſi.141.num.10.& col.fi.lib.1.* ergo eodem modo in cauſa matrimoniali.

72 Præterea eſt aduertendum, quod iſta adminicula modo nõ deducuntur principaliter, ad probandum

Digitized by Google

bandum matrimonium,ſed iſtam qualitatẽ tantum, quod cedula ſit ſcripta manu Comitis I.B. quo caſu leuiores probationes ſufficere deberẽt, cum qualitas facilius probetur, quàm ſubſtãtia. gl.*in l.talis ſcriptura*, §.*fi.in verb.vniuerſa,de leg*.1. Ang.*in l.ſciẽdum,col.2.de uerb.obli.* Grat.*conſi*.43.*nu*.9.*&* 11.*lib*.2. Aym. *de antiq.temp.par.2.nu*.63. Natta *conſi*.460.*nu*.8.*vol*.2.

73 Prout etiam ſi directè tenderent ad matrimonium probandum,tñ,quia non diſputatur principaliter ſup matrimoniũ,ad effectũ pronunciãdi ſuper eo,ſed incidenter, ad effectum legitimitatis vel illegitimitatis, adhuc leuiores probationes ſufficere debent. Gemin.*cõſ*.27.*n*.8. cum alijs per Pariſ.*conſi*.57.*num*.41.*cum plurib.ſeq. vol*.4.& per Cæph.*d.conſ*.141.*n*.9.& pluries tenuit Rota.

*Deciſio coram Paleotto Taruiſina matrimonij de qua fit mentio ſupra num.*58.

74 DIe 13.Iunij 1558. concluſum fuit, nemine diſcrepante, recognitam eſſe abundè cedulam ex depoſitionibus teſtium, de quibus in dubio; nec enim requiritur exacta illa probatio, de qua per Docto.*in l.comparationes,C.de fideinſtr.*cũ Rota acquieſcat legitimis tantum coniectutis; alias raro hic in Curia poſſent recognoſci iura partium. Alex. *conſi*. 14.*nu*.10. Præterea id fottè pro cederet, ſi ſola hæc probatio niteretur tantũ dicto illorum duorum, aut trium teſtium. Verũ hic concurrunt plura alia adminicula,de quibus in alio dubio,ante a me propoſito,& facit conſi. Decij 163.*nu*. 3. *in prin*. & quod per literas acceptas,vbi adeſt conſenſus in matrimoniũ de præſenti,id probetur,ait Put.*de ſponſal*.5.

75 Recognita autem cedula, Domini nihil dubitarunt,quin ex ea probaretur matrimonium, tũ ex verbis illius claris,tum ex alijs adminiculis,veluti ex confeſſione ipſius Margaritæ, teſtibus de publica voce, & depoſitione aliorum teſtium,ac cæteris de quibus in dubio alias propoſito.L.D.

*Deciſio Barchionen. matrimonij coram Robuſterio,de qua fit mentio ſupra eodem nu.*58.

76 DIe mercutij 31.Ianuatij 1565. Domini pro maiori parte reſoluerunt,quod ex iſtis trib. teſtibus ſolis non ſit ſufficienter recognita cedula,quia quicquid ſit in apocha publica,in priuata oportet, quod teſtes deponentes pto recognitione, reddant cauſam ſcientiæ, quia erant præſentes cũ ſcriberetur cedula,& tecognoſcant manum. Affl.*deciſ*.181.*n*.8. Dec.*in conſ*.615.*uel* 616.*nu*.3. Fel.*in c.2.nu*.14. *de fide inſtru*. & ibi ẽt Dec. Ruin.*in conſi*.69.*nu*.2.*in* 4.cum alijs quæ fuerunt dicta coram Do. Paleotto in Romana duorum millium de menſe Maij, 1559. & in cauſa criminali. Alex.*in conſi*.150.*nu*.16.*li*.5.& ſecundũ hanc regulam certum eſt, cedulam non eſſe ſufficiẽter recognitam, quia nullus teſtis vidit eũ ſcribere. Hęc regula ſolet limitari variè,ſed præcipuè duobus modis;primo, vbi concurrunt aliç coniecturę, vt quia teſtes per comparationẽ,& alia ſigna, notam habent manum. Alex.*in d.conſ*.150.*n*.16. *li*.5.& ita fuit dictum coram D.Paleotto in Taruiſina matrimonij de menſe Iunij 1558. Vñ hic viden.eſſet, ſi alia concurrant,& quæ ſunt; ſecundo eadẽ regula limitatur in ſcripturis,quæ regulariter fieri ſolent abſente parte,prout in Epiſtolis,& cedulis mercatorum, & tunc ẽt non requiritur exacta illa probatio; dũmodo recognoſcẽs viderit illum alia ſcribere,& rationem differẽtiæ inter iſtum caſum, & alios,ponit Soci. *in l.ſi ſcripſero,col.penul.in fine,ff.de condi.& demonſtr*.Ruin. *in conſi*.78.*num*.4.*in* 4. & alias fuit dictum in vna Auinionen.coram D.Oradino de menſe Aprilis 1560.Sed nec iſte eſt caſus noſter,quia ambę partes erant præſentes,& quia ſaltem alterũ de duobus requiritur, vel quod viderit alia ſcribere,vel quòd erat præſens, quando ipſam apocham ſcribebat,& primus, & tertius nunquam viderũt Petrum ſcribentẽ;ideo nõ probant: Non obſtat ſtilus;nã vel procedit in inſtrumentis publicis,non priuatis, vel in apochis Romanis, fortè propter ſtatuta vel alia; ſed quia Domini guſtarũt quod hic aderant plura alia,ideo ordinarunt,vt ponãtur omnia inſimul, circumſcriptis omnibus exceptionibus,de quibus ad partem videbitur; & dubitetur, an cedula ſit ſufficienter recognita, & conſtet de matrimonio. LAVS DEO.

Particula Deciſionis *Toletana matrimonij coram..... Sabbati* 23. *Februarij*, 1572.

77 CIrca ſecũdã difficultatẽ dixerunt, illã ẽt habere plures partes;Prima eſt,an in iſta ſpecie ſcripturarũ,ſufficere debeant in caſu iſto, pro illius recognitione,teſtes, qui deponũt ſe hr̃e notã manũ ſcriben. quia viderũt illũ alias ſcribere; vel potius neceſſarij ſint teſtes qui viderunt illũ tunc ſcribere dictã cedulam. Secũda,poſito ꝙ nõ ſufficiant tales teſtes,qui dicunt habere notã manum,&c.an ſint veræ illæ duæ limitationes,quæ pro parte Ariç adducuntur,ẽt in materia matrimoniali,cum tot circunſtãtijs, prout hic, qñ adſunt adminicula, vel qñ non poteſt parti producenti cedulam,aliquid imputari.Tertia,poſito ꝙ ſint veræ iſtæ limitationes in iure, an applicẽtur in facto huic caſui, de quo agimus; & ſic an adſint adminicula ſufficientia, vel in iſto caſu poſſit parti producenti imputari. Quarta,an ſuſpiciones, quæ adducuntur cõtra dictam cedulam, ſint de iure conſiderabiles;& taliter ꝙ præponderẽt dictis adminiculis;ita quod cedula non ſit habenda pro ſufficienter recognita. In prima Dñi firmarunt regulam pro Dom. Ioanne,quod pro recognitione huiuſmodi cedularum, regulariter non ſufficiunt teſtes,qui dicunt habere notã manum, quia viderũt illum alias ſcribere, vt hic benededucunt informantes D.Ioãnis; Nõ obſtat

ſtilus Rotæ, de qua per Mohed. poſt Alexand. & alios exaduerſo allegatos, quia dicebant procedere reſpectu tertij; & quando teſtes ſunt examinari in Curia; nam rũc propter difficultatem copiæ teſtium fortè exiſtẽtiũ in longinquis partibus, facilè eſt, vt admittatur talis probatio; ſed in caſu iſto probatio ſuper recognitione eſt in partibus recepta, in qua, ſi pars in cõfectione ſcripturæ illos adhibuiſſet, potuiſſet illos habere, & ſic ceſſat ratio in iſto caſu; & quamuis reſpectu Domini Ariæ fortè poſſet dici, q̃ ſumus in tertio, cui nihil poteſt imputari, tñ dicebat hoc pendere à veritate ſecundæ limitationis, quæ per Rotã reducitur ad diſpoſitionem iuris communis, cũ ſtilus procedat in probatione facta in Curia, & hic eſt facta probatio extra Curiam. In ſecunda firmarunt, limitationem pro D. Aria, hoc eſt, regulam huiuſmodi pro Do. Ioanne firmatam, non procedere, qñ concurrunt aliqua adminicula, qa tunc ſufficiũt teſtes dicentes recognoſcere cedulam & habere notam manum, quia viderũt alias ſcribere, *c. cum cauſam, & ibi gl. & ſcriben. de proba.* cum multis alijs hic per informantes adductis; quod procedit etiam in cauſa matrimoniali, ac ẽt, vbi agitur de infringendo ſecundo matrimonio publico, ac indubitato, quia iſta non requirunt maiorem probationem, quam crimen requirit. Aret. *conſi. 13. nu. 3.* Dec. *conſ. 163. n. 7. poſt prin. verſi. ſecundo poteſt reſponderi*, & addebant, quod licet in criminalibus duæ ſemiplenæ non coniũgantur, tñ quãdo adſunt alia adminicula, ſeu cõiecturæ, bene coniunguntur. Bal. *in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. de eden.* Fely. Grat. Cæpol. & alij per Gabr. *de commu. opin. li. 1. tit. de proba. concl. 1. num. 29. 36. & 42.* Pręſertim, cũ hic agatur principaliter de matrimonio ad effectũ illegitimitatis tantum, quo caſu Rota ſolet ſeruare *conſi. Gemin. 27.* quod non requiratur tam exacta probatio, vt firmauit in vna Mediolan. legitimitatis, & in alijs pluribus cauſis. Quoad ſecundam limitationem, quando nihil poteſt parti imputari, nihil fuit firmatum, neque in iure, neque in facto; ſed Domini remiſerunt hanc diſputationem ad aliam Rotam, ſi opus fuerit. LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Expreſſa.* Pluribus Doctorum authoritatibus comprobatur hæc eadem concluſio per eundem Do. meum Farin. *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de delict. & pœn. q. 18. nu. 6. & 7.* ſed in contrarium fortiter videtur vrgere tex. *in l. 1. C. de theſaur. li. 10. in fine, in illis uerbis, & velut temerator legis ſaluberrime puniatur, & ibi gl. in uerbo, legis.* quẽ tex. notãt ibi Doctores, quòd contrauenions prohibitioni legis, extra ordinẽ, iudicis arbitrio, punitur, licet in ipſa lege pęna expreſſè non imponatur, vt videre eſt per Bar. ibi *ibi. in prin. verſ. Quarto puniuntur*, & Alex. *in addit. ad eundem Bar. litera E,* Bald. *ante nu. 1. verſ. et qui imperaret*, & Io. de Platea, *n. 1.*

b *Per fas & nefas.* Hanc eandem rationem adduxerunt Bar. *in l. ſumptus, nu. 2. &c. verſ. vt igitur. ff. de pact.* & ibi etiam Paul. de Caſtr. *nu. 2. ad finem. verſ. quoniam datur ſibi materia calumniandi.* Fulg. *nu. 1. verſ. præſumptum enim.* Bellapert. *in l. litẽ, col. 2. verſ. præſumitur enim, C. de procur.* & ibi ẽt Cyn. *nu. 1. in fine, verſ. licet enim.* Alex. *nu. 2. verſ. et huius ratio eſt.* Iaſ. *nu. 1. verſ. ratio huius prohibitionis.* Fulgoſ. *col. 2. verſ. ſuſpectum enim habuit lex.* & Io. Sicar. *nu. 1. verſ. ratio autem legis.* Goz. *conſ. 3. nu. 25. ad med. uerſ. ergo in fortioribus.* Plot. *de in lit. iur. §. 16. nu. 8. verſ. ne detur eis materia delinquẽdi.* Frãc. Boer. *conſi. 49. nu. 2.* Nauar. *conſi. 4. ſub nu. 3. tit. de pact. lib. 1. & in Manuali confeſſ. c. 25. rub. de peccat. aduocat. & procur. nu. 30. ad finem.* ſequitur Iac. de Graff. *in deciſ. caſ. conſcien. lib. 3. c. 8. num. 12. par. 1.* Vinc. de Franch. *deciſ. 265. num. 2. par. 1.* Alphon. Villagut. *in pract. crim. canon. li. 9. rub. de Aduocatis, tit. 2. concl. 14. in fi. verſ. probatur & tertio.* Sũma Siluestr. *in verbo, Aduocatis, num. 12. uerſ. & ratio prohibitionis,* Sot. *de iuſt. & iure, li. 5. q. 9. ar. 4. uerſi. vnum autem.* Virg. Boccac. *in tract. de pactis, par. 3. nu. 25.* Marcabrun. ab Anguil. *conſi. 45. nu. 6.*

c *Aduocati ſeu Procuratores.* Hanc eandem cõcluſionem ſequuti ſunt Bologn. *deciſ. 41. n. 44. par. 1.* Io. Pet. Surd. *conſ. 306. nu. 10. li. 3.* Carpan. *in comment. ad ſtatut. Mediolan. c. 429. litera E, uerſ. de iure communi.*

Immo ſecundũ Bertran. *conſ. 160. nu. 1. in prin. et d. nu. 1. in fine, li. 4.* Pęna pacti de quota litis, nec ẽt habet locum in Aduocato & Procuratore, qui litem exercet, non ſicut Aduocatus aut Procurator in cauſa, & dixit etiam Pariſ. *d. conſi. 19. eo. nu. 53. lib. 3.* poſt Paul. de Caſt. & alios quos allegat, quod ceſſio facta alicui Procuratori vel Aduocato, non inducit pactum de quota litis, quamuis conſtituatur Procurator in rem ſuam, ſequitur Plot. *de in lit. iuran. d. §. 16. eod. num. 11.* In quo tamen vide Franc. Marc. *deciſ. 19. ſub num. 4. par. 1.* Vbi refert fuiſſe condemnatum in priuationem procurationis, & etiam in certam pœnam pecuniariam quendam Procuratorem, qui tempore ſuo ſibi fieri fecerat quandam ceſſionem, & remiſſionem a ſuo clientulo de re, de qua lis pẽdebat, quod & idem repetit *deciſi. 470. par. 2. num. 38.* & Horat. Carpan. *in comment. ad ſtatuta Mediolan. c. 429. litera R, in fine.*

Et vide rurſus in propoſito Vrbis ſtatutũ *lib. 1. cap. 118.* Vbi nulla facta mentione de Aduocatis ſeu Procuratoribus, ſimpliciter loquitur de facientibus pactum de quota litis; niſi dixeris huiuſmodi ſtatuta recipere interpretationem paſſiuam a iure communi; ſed bannimenta Gubernatoris Vrbis, *c. 50.* expreſſè loquuntur non ſolum de Aduocatis & cauſidicis, ſed etiam de notarijs, ſollicitatoribus, & alijs facientibus huiuſmodi pacta. Item bannimenta generalia ſtatus Eccleſiaſtici, ſub *cap. 78.* loquuntur de aduocatis, cauſidicis, notarijs & ſollicitatoribus.

d *Coram Millino.* Particula Deciſionis hic allegatæ eſt tenoris infraſcripti. Addebant etiam quod non ſunt bene recognitæ, quia in recognitione cedularum priuatarum, non ſufficit, quod teſtes dicant ſe habere notam manum, ſed requiritur quod fuerint præſentes, & viderint ſcribere, vt

fuit

Digitized by Google

fuit reſolutum *in cauſa Auinionen. fideicommiſſi 26. Iunij* 1583. coram bo.me. D. de Rubeis, & in cauſa Bracchian. matrimonij 31. *Ianuarij* 1575. coram D. Epiſcopo Triolen.

c *Paſſiuè*. Pluribus vt vides hic D. meus contendit, pœnam pacti de quota litis, nec de iure communi, nec vigore ſtatuti Vrbis, afficere cliētulū, qui paſſiuè tale pactum facit, & quidem ita magiſtraliter hanc nouam declarationem defendit vt in eam adduxerit Illuſtriſſimum Dom. Theſaurarium huius cauſæ iudicem, ſub cuius iudicio adhuc controuerſiam hanc indeciſam pendere, teſtatus fuit idem Dom. meus *in ſua pract. crim. par. 2. tit. de uar. ac diuerſ. crimin. quæſt.* 106. *nu.* 67. Vbi tamen ipſe de hac declaratione dubitati videtur vigore ſtatuti Vrbis & bannimentorum tam Vrbis quam ſtatus eccleſiaſtici, de quibus ibi.

f *Pœna*. Pœna pacti de quota litis, de iure communi non eſt pecuniaria, ſed priuationis aduocationis in aduocato, tex. expreſſus *in l. ſi qui aduocatorum, in fine, in illis verbis, ab hac profeſſione penitus arceātur, C. de poſtulan.* & ibi gl. *in verbo, ſi quis, in fine*. Bar. *in ſumm.* Bald. *num.* 1. Angel. *in ſumm.* Paul. de Caſtr. *in ſumm.* Cuman. *ante nu.* 1. Salyc. *in prin. & in figuratione caſus*. Aret. *ante nu.* 1. Paul. de Caſtr. *in l. ſumptus, nu. 2. verſi. & debet ſibi interdici, &c. ff. de pact. Alius text. in l. ſi remunerandi. §. Maurus, ff. mandati, in illis verbis, aduocationibus eiſdem Saturninus interdixerat, & ibi glo. in verbo, interdixerat*. Fulgoſ. *nu.* 1. Odofr. *col. 2. in princ. & d. col. 2. ad med. in verbo, interdixerat. gloſ. in l. litem. in gl. fin. C. de procurat. tex. in c. infames, §. arceantur, & ibi Canoniſta. 3. q. 7.* Gram. *deciſ.* 73. *nu.* 16. Peregr. *de iure fiſci, li. 4. tit. 7. num.* 16. Vbi de communi Rolan. *conſi. 36. nu. 21. li. 3.* Franc. Marc. *deciſ. 19. num. 1. verſic. & ex pœna priuationis. par. 1. & deciſ.* 470. *nu.* 1. *par.* 2. Bertaz. *conſ. 91. nu. 38. li. 1.* Virgil. Boccac. *in tract. de pact. par. 3. nu. 47. in prin. & verſic. quinto puniantur.* & facit ſtatutum Vrbis *lib. 1. cap.* 118. Vbi quod faciens pactum de quota litis, perpetuo infamis eſt. Horat. Carpan. *in commen. ad ſtatut. Mediolan. c. 429. litera O*, & voluit Guid. Pap. *deciſ.* 102. *nu.* 2.

g *Torturæ locus*. Dixit quantum potuit hic Do. meus, ad effectum, vt ſui clientuli torturam euitent; ſed vtinam hoc obtineat, poſtquam fructus deducti in prætenſum pactum de quota litis, de quorum amiſſione agitur, aſcendunt ad maximā quantitatem; & etiam, vbi pœna pecuniaria eſt magna, nam iudices quandoque, licet non bene, ad torturam prorumpunt. Verum quod maximam facit dubitationem, eſt, quod vigore bannimentorum Vrbis, facientes pactum de quota litis non ſolum amittunt rem, ſeu pecuniam in pactum deductam, ſed etiam puniuntur pęna pecuniaria, & etiam corporali arbitrio iudicis, ideo non de ſimplici pęna pecuniaria, ſed de corporali agi dicitur. Fuit tamen hęc controuerſia per compoſitionem reſoluta.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

An, & quando bona mobilia ſpectent ad Dominum confiſcantem, an veró ad Dominum loci, vbi ſita ſunt.

SVMMARIVM.

Bona mobilia in caſu confiſcationis, ſpectant ad Dominum illius loci, vbi delinquens condemnatus eſt, non autem ad Dominum loci, vbi bona ſita ſunt, nu. 1. & nu. 3.

Bona mobilia ſequuntur perſonam condemnatam, numero 1. in fine.

Domicilium non dicitur quis contrahere in loco, ubi commoratur non animo ſemper habitandi; ſed recreationis gratia, nu. 2.

Opinio communis ſemper in iudicando ſequenda eſt, num. 3. in fine.

Bona mobilia in caſu confiſcationis ſpectant ad Dominum loci, ubi delinquens condemnatus eſt, etiam quod Dominus loci, ubi bona ſita ſunt, habeat ius confiſcandi, nu. 4. contra nu. 6.

Bona mobilia in caſu confiſcationis hodie de conſuetudine ſpectant ad Dominum loci, ubi bona ſita ſunt, & non ad Dominum confiſcantem, nu. 5.

Bona mobilia confiſcanda non ſpectāt ad iudicem confiſcantē, ſed ad fiſcum loci, ubi bona ſita ſunt, quando delictum in illo loco fuit commiſſum, nu. 7.

Forus ratione delicti eſt potentior, quam ratione originis, nu. 7. ad finem.

CONSILIVM LXXI.

1 ADSIT DEVS. In iſta Subiacen. confiſcationis dicebatur pro parte fiſci, quod bona ſtabilia D. Pauli de S. Cruce ſpectabant ad fiſcum Vrbis, vbi ipſe fuit factus contumax, & cōdemnatus, non autem ad fiſcum terræ Subiaci, vbi bona ſita ſunt, & vbi delictum commiſit, per text. *in c. 1. §. ſi iudex, in illis verbis, eius omnia bona mobilia ſub ſacramento iudici repreſentet.* vbi And. de Iſer. Aluar. & Affl. *de pac. ten. in vſib. feud.* Affli. *in d. c. 1. §. ſi quis hominem. in 10. notab. nu. 1. & 2. & in c. 1. §. his conſequenter. nu. 11. in ti. hic finit lex Feder. l. mercatores, vbi Bal. C. de cōmer. & mercat.* Oldr. *conſ. 17. n. 2.* Alex. *in addit. ad Bar. in l. cunctos populos, nu. 50. in verbo, impoſitionem. C. de ſum. Trin. & fid. cathol. & in cōſ. 31. n. 4. & ſeq. vol. 1.* Gig. *in tracta. de crim. l. eſ. maieſt. q. 2. in fine. ſub ti. de pœn. commit. crim. l. eſ. maieſt.* Pet. Pecch. *de iur. ſiſten. c. 8. nu.* 6. Io. Lecirier, *in tract. de primog. li. 2. q. 8. nu. 1. & 2.* Vbi dicit, quod iſta eſt mera veritas. Iac. de Sancto Georg. *in tract. de feud. in verbo, cum mixto imperio, nu. 17. verſ. ſed veritas eſt in contrarium.* Bar. Caſſan. *ſuper conſuet. Burgun. in tit. de confiſc. in verbo, & appartient la confiſcations. verſ. Aduerte, quia Bal.* Stracch. *in tract. de aſſecurat. glo. 35. num. 9. in fine, & ſeq.* communem dicit Roman. *in ſuo ſingu. 572. incip. licet magna*, & magis approbatam opinionem eſſe dicit, Carauir. *ſuper rit. magna Curia*

rit. 132.

rit. 132.*num.*4. Et ratio optima eſt, quia mobilia ſequuntur perſonam, vt per Bald. Afflict. & alios ſupra allegatos, & propterea ſicut perſona dicti D. Pauli eſt obnoxia ſententiæ latæ contra eum in hoc tribunali; ita & ſubiacent illius bona mobilia, quæ eius perſonam ſequuntur. Regula *acceſſorium, de reg. iur.* cum ſimilibus.

2 Quod eo magis procedit, quia hęc mobilia nõ erant in loco Subiaci perpetuo permanſura, ſed ad tempus tantum, cum Paulus illac acceſſerit recreationis gratia, ad effugiendos calores æſtiuos. Salyc. *in l. cunctos populos, nu.* 14. *verſic. Et hoc intelligo. C. de ſumm. Trin. & fide cathol.* Alex. *conſi.* 16. *nu.* 2. *verſ. venio ad ſecundam, li.* 1. quod infinitis more ſolito comprobat Tiraq. *de iure primogenit. q.* 48. *nu.* 34. *& ſeq.* Et quia non cenſentur eſſe eius loci, in quo ſunt illa, quę ad tempus tantum ſunt in eo loco, ad alium locum reuocanda, ſed dicuntur eſſe illius loci, ad quem reuocanda ſũt. *l. ex facto. §. rerum. ff. de hæred. inſtit. vbi Doctores omnes. l. penul. §. cum ita legatum. ff. de aur. & arg. lega.* Tiraq. *vbi ſupra nu.* 4. *& ſeq.*

3 Non obſtat tex. *in d. c.* 1. *§. ſi vero violator, ibi, a iudice in populo publicentur,* & ibi Bal. *de pac. tenen.* quia illa verba, *in populo*, intelliguntur de populo, ſecundum primum intellectum, quem ad illũ tex. tradit Iſer. *in §. ſi vero violator, nu.* 2. vbi Aluarot. *in prin.* & Affl. *in d. §. ſi quis hominem. in* 10. *notab.* Et nobis ſufficit, quod pro hac parte ſit communis, & magis communis opinio, prout ſupra oſtendimus, quia ab ea non eſt recedendum, ſed in iudicando illa ſequi debet, argum. *l. quod maior. ff. ad municip.* Io. And. Abb. Butr. & alij *in c.* 1. *circa finem. extra de conſtit.* Alex. *conſ.* 92. *nu.* 7. *vol.* 3. Berou. *conſi.* 78. *nu.* 7. *vol.* 2.

4 Minus obſtat, dum exaduerſo reſpondet, iſtud procedere, qñ Dominus loci, in quo mobilia reperta ſunt, non habebat ius cõfiſcandi, quia hæc diſtinctio non probatur iure, & communiter tollitur per omnes Doct. ſupra allegatos, qui loquũtur quando Dominus Territorij, vbi mobilia reperta ſunt, habet ius cõfiſcandi, quia illi tribuũt bona ſtabilia tanquam territorio adhærentia, quæ non poſſent tribui, niſi haberet tale ius, vt patet ex lectura eorum, & cuique ad ſenſum; ſed vera ratio & diſtinctio eſt, quòd bona ſtabilia ſequuntur territorium ſuum, & ideo Domino territorij applicantur; mobilia vero perſonam Domini, vt per Bald. Tiraq. & alios ſupra allegatos, qui vnanimiter ita tenent, & diſtinguunt; & propterea iudici, qui perſonam fecit contumacem, & condemnauit, tribui debent, &c.

5 Quibus nõ obſtantibus, ſic, vt ſupra per D. Fiſci Aduocatum, ſubtiliter deductis, ego, qui pro Fiſco terræ Subiaci conſultus reſpondebam, dicebam, ꝙ illa concluſio Doctorum, volentium, in caſu confiſcationis bonorũ, mobilia bona ſpectare ad iudicem, ſeu Dominum confiſcantẽ, nõ autem ad iudicem loci, ſeu territorij vbi ſita ſũt, de qua per Bal. Oldrad. Afflict. & alios plures ſupra allegatos; Recipit tres declarationes, quarũ vnaquæq; caſui noſtro optimè applicari poteſt. Prima enim eſt declaratio, quod quicquid ſit de iure, contrarium in practica ſeruatur, ſicuti teſtãtur. Clar. *in pract. §. fi. q.* 78. *verſ. ſed hic quæro nunquid. in fine.* Burſ. *conſi.* 43. *nu.* 13. Peregr. *de iure fiſci, li.* 5. *rubr. de publ. bonor. c.* 1. *nu.* 141.

6 Secundo eadem concluſio declaratur, vt procedat, quando Dominus, ſeu iudex loci, vbi bona ſita ſunt, non habet ius confiſcandi; ſecus ſi illud habeat, prout in caſu noſtro; ſic enim poſt Andr. de Iſern. quem allegat, expreſsè concordãdo contraria, & diſtinguendo ſcripſit Affl. exaduerſo allegatus *in c.* 1. *§. ſi quis hominem. in* 10. *notab. nu.* 1. *verſ. vel dic ſecũdo, & nu.* 12. *iuncto nu.* 15. Vbi optimam reddit rationem, & idem repetijt *in eod. c.* 1. *§. ſi iudex. nu.* 12. *in fine. in verſ. Item quoniam Raro non habet Imperium.*

7 Tertia eſt declaratio, vt tex. *in d. c.* 1. *§. ſi quis iudex. extra de pace tenen.* in quo pręcipuè fundatur concluſio exaduerſo firmata, non loquatᷣ, quando Reus, cuius bona confiſcantur, deliquit in territorio, & in loco, in quo eius mobilia ſita ſunt, prout propriè cõtigit in caſu, de quo agitur, ſed extra illud, videlicet in loco iudicis procedentis, & confiſcantis; ſic enim & pariter, tex. illum expreſsè declarant ibi Bal. *nu.* 1. *in fine. verſ. & nota, iuncto nu.* 4. *verſ. Reſpondeo, & verſ. vel dic.* Affl. *nu.* 9. *verſ. tertio nota, & nu.* 12. *verſ. dicit hic Bal. iuncto verſ. Item quoniam nemo, &c.* Et propterea prout etiam bene aduertit Do. exaduerſo ſcribens, dicunt communiter Doctores, bona mobilia ſpectare ad Iudicem procedentem, & confiſcantem, propter delictum in ſuo territorio commiſſum, & non ad iudicem loci, vbi bona ſita ſunt, quia perſona delinquentis, propter delictum, magis obnoxia eſt iudici confiſcanti, quam iudici loci bonorum; & bona mobilia ſunt talis naturæ, vt ſequantur perſonam, non autem locum, vbi ſita ſunt. Igitur retorquendo iura & rationes exaduerſo allegata, dicitur, bona mobilia Pauli ſanctæ Crucis exiſtẽtia in terra Subiaci, magis ſpectare ad illum fiſcum, quàm ad fiſcum iudicis cõdemnantis, cum propter delictum ibi commiſsũ, magis illi foro, & iuriſdictioni obnoxia ſit delinquentis perſona, quàm foro, & iuriſdictioni iudicis confiſcantis, & procedentis ratione originis. *l.* 1. *C. de iuriſd. om. iud. Auth. qua in prouincia. C. ubi de crim. agi opor.* cum alijs per Cyril. *in ſumma crimi. tit. vbi de crim. agi opor. num.* 2. Et ita in proprijs terminis arguendo de delictis ad contractus declarat Alex. *conſi.* 16. *poſt nu.* 2. *col.* 3. *ad med. verſ. & dato quod etiam teneremus. lib.* 1.

8 Quæ omnia eo magis procedere videntur in propoſita facti ſpecie, in qua, niſi Princeps ſupremus cauſam ad ſe auocaſſet, dubium non eſt, qđ Illuſtriſs. D. Abbas Subiaci potuiſſet procedere, & omnia bona, etiam mobilia confiſcare. Nec propterea credendum eſt, Sanctiſſimum voluiſſe præiudicare eidem Illuſtriſſimo in ſuo iure confiſcandi, cum hoc expreſsè non dixerit.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Nunquid hodie ſi mulier fuerit criminaliter accuſata, & condemnata de adulterio: & in monaſterium detruſa: eius dos acquiratur marito, an vero monaſterio & filijs, iuxta diſpoſitionem textus *in Authent. ſed hodie, C. ad l. Iul. de adult.* Cuius authenticæ intellectus magiſtraliter, & ſecundum veritatem diſcutitur.

SVMMARIVM.

Dos vxoris adulteræ criminaliter accuſatæ, & in monaſterium detruſæ, nunquid hodie acquiratur monaſterio, & filijs, an vero marito, nu. 1. & omnibus ſeqq.

Tex. in l. conſenſu. C. de repud. & in auth. vt licet matri. & auiæ. §. quia vero plurimas, videntur correcti per tex. in §. adulteram. in auth. vt nulli iudicum, & in auth. ſed hodie C. de adulter nu. 1. & contra nu. 2.

Dos vxoris adulteræ, & in monaſterium detruſæ, acquiritur viro, quando fuit ciuiliter actum, ſi vero criminaliter, acquiritur monaſterio, uel filijs, numero 3. contra quod acquiratur marito etiam, quod criminaliter fuerit actum, nu. 4. & ſeqq.

Dos vxoris adulteræ non amittitur, et viro non acquiritur, niſi idem vir criminaliter ipſam accuſauerit, num. 5. contra quod dos amittatur, et viro acquiratur etiam, quod fuerit actum ciuiliter & per viam exceptionis, nu. 6.

Dos uxoris adulteræ hodie de iure canonico marito acquiritur, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur, per tex. in c. plerunque. de donat. inter uirum & uxorem, per quem tex. corriguntur iura ciuilia contrarium diſponentia, nu. 8.

CONSILIVM LXXII.

1 ADSIT DEVS. Requiſitus, vt pro veritate reſponderem, nunquid hodie mulier criminaliter condemnata de adulterio, & in monaſterium detruſa, dotem amittat ad viri ſui lucrũ, & vtilitatem, iuxta text. *in l. Conſenſu, C. de repud. & in Auth. vt liceat matri. & auiæ. §. quia vero plurimas.* Primo, quidem aſpectu inclinabam pro negatiua, per text. *in §. adulteram. in Authen. vt nulli iudic. & in Auth. ſed hodie. C. ad l. Iul. de adult.* quibus cauetur, iſto caſu dotem ipſam non viro, ſed monaſterio, & filijs applicari; Et per quæ iura corrigi tex. *in d. l. conſenſu. C. de repud. & in d. auth. vt liceat matri. & auiæ. §. quia vero plurimas*, dixit Curt. iun. *in rubr. C. de eden. num. 28. & ante eum* Alex. *in l. cum mulier. in fi. ff. ſol. matr.* vbi teſtatur de veriori opinione.

2 Et dato, quod in caſu noſtro iſta legum correctio non ſit admittenda, prout nec eam in ijs terminis admiſiſſe videtur gl. fin. in d. auth. ſed hodie, in prima ſolutione & poſt gl. magis clare Roman. *in l. Lucius Titius, nu. 16. verſ. ſed certè. ff. ſol. matrim.* & Salyc. *in d. auth. ſed hodie, poſt nu. 4.* cum
* quo trãſire communem Doctorum opinionem, reprobato Curt. in loco præcitato, teſtatur Bolognet. *in eadem rubr. C. de eden. nu. 28.* & bene cõprobat Bertaz. *conſi. 20. nu. 28. ſeq.*

3 Adhuc tamen pro concordia prædictarum legum Doctores diſtinguunt, quod tex. *in d. l. conſenſu, & in d. §. quia vero.* procedunt, quando maritus pro adulterio ciuiliter egit; tex. vero *in d. §. adulteram, & in auth. ſed hodie*, procedant, quando criminaliter fuit actum (prout in caſu noſtro) ſecundum gl. *in d. l. conſenſu, §. vir quoque, in uerbo. ſibi habere, in vltima ſolutione.* Butrig. *in d. auth. ſed hodie. in fine*, & ibi etiam Cyn. *nu. 4.* Bal. etiam *nu. 4.* & ibi relati per Alex. *in d. l. cum mulier. col. fin. in fine*, & ibi etiam Imol. *nu. 22.* vbi poſt longam diſputationem in hac opinione reſidere videtur, quando præſertim fuit actum criminaliter, non ad ſeparationem thori, ſed ad aliam pęnam. Præpoſ. Alexandrin. *in c. plerunque, nu. 4. verſ. ſed certè, de donat. inter vir. & vxor.* Dydac. *in 4. Decreta. par. 2. c. 3. §. 9. nu. 4.* Bertaz. *conſ. 20. num. 3. lib. 1.* vbi
* quod hæc diſtinctio ab omnibus defenditur.

4 Verũ quicquid dicant Doctores prædicti, crederem, omnino eorum opinionem, ac diſtinctionem eſſe contra tex. expreſſos, ac etiã contra ma-
* gis cõmunem omnium aliorum opinionem, qui tractantes materiã amiſſionis dotis propter adulterium, ſecundum terminos *d. l. conſenſu, & d. §. quia uero plurimas*, loquuntur præcipuè, quando mulier criminaliter accuſatur, tex. eſt *in d. §. quia vero, & in l. maritus. §. ſocer. ff. de adulterijs.* Per quę iura (quæ iudicio meo clariſſima ſunt in eorum lectura) non ſolum apparet dotis amiſſionem locum habere in criminali iudicio, prout etiam adnotauit gl. *in d. l. conſenſu, in verbo, adultera*, & voluerunt Boer. *deciſ. 338. nu. 2.* Bolognet. *in d. rubr. C. de eden. nu. 27.* & Surd. de Aliment. *titu. 7. q. 16. ſub nu. 54. & ſeqq. in diſcurſu.*

5 Sed imò etiam Bar. *in d. §. Socer.* auſus eſt affirmare, niſi criminaliter agatur, dotis amiſſioni locum non eſſe, prout etiam hoc idem voluit Cardi. Zabar. *in c. plerunque. nu. 1. in fine, de donat. inter vir. & vxor.* & de communi videtur ibidem teſtari Ant. de Butr. *nu. 9.*

6 Et licet non ignorem, hanc Bart. opinionem reprobari per Bald. *in d. l. cum mulier. col. 4. in 13. oppoſit.* Roman. *in d. l. Lucius. nu. 7. & pluribus ſeqq. iuncto num. 23.* Abb. *in d. c. plerunque, num. 4.* & ibi etiam Alexan. de Neuo *nu. 4.* Alex. *conſi. 189. nu.*
* *1. & nu. 10. lib. 6.* Vbi de communi. Pariſ. *conſi. 54. nu. 58. lib. 4.* Pract. Conrad. *rubr. de Adulter. nu. 23.* Clar. *in pract. §. adulterium. verſic. & ſcias. in fine*, communiter dicẽtes, quod dotis amiſſio locum habet, ſiue criminaliter agatur, ſiue etiam ciuiliter, & ſiue per modum actionis, ſiue etiam per viam exceptionis.

7 Adhuc tamen omnes prędicti Doctores pro indubitato admittunt, poſſe criminaliter agi ad amiſſionem dotis, cum ſolum dubitẽt, an poſſit agi ciuiliter & per viam exceptionis; ergo nimis abſurdum videtur dicere, prout dixerunt Cyn. Butrig. & Bald. *in d. Auth ſed hodie.* alijque præcitati Doctores, quòd text. *in d. l. conſenſu, & in d. §. quia vero*, ſint intelligendi, quando ciuiliter

agitur; nō autem quando criminaliter, poſtquā iſtorum intelligentiæ repugnant expreſſa iura, & aliorū omnium doctorum intellectus; & propterea prędicta diſtinctio nō immerito minimè placuiſſe videtur gl. *in d. auth. ſed hodie*. cum eam ponat in ſecunda ſolutione, & poſt eam aliā ponat ſolutionem, in qua, tāquam ultimo loco per eam relata, ipſam reſidere credendum eſt; nec eadem diſtinctio placuit addenti ad eandem gl. *in verſ. vel dic in margine*. & expreſſe reprobatur per Salyc. *in d. authen. ſed hodie, nu. 4.* & per Rom. *in d. l. Lucius. col. 3. nu. 15 in quinta, & ſexta ſolutione, & col. 4. nu. 16. & ſeq.* vbi ampliat etiam, quod fuerit criminaliter actum ad pęnam detruſionis in monaſterium.

8 Ex quibus licet etiam hodie de iure ciuili omnino exiſtimarē, mulierē criminaliter de adulterio conuictam, dotem amittere, & marito applicari, attamen de iure Canonico res nullam videt habere difficultatem, per text. *in d. c. plerunque, de donat. inter vir. & vxor.* Qui tex. dubium non eſt, quod communiter per omnes intelligitur, ſiue ciuiliter, ſiue etiam criminaliter agatur, prout aduerterunt Abb. ibidem *nu. 4.* Alex. de Neuo. *nu. 4. & nu. 19.* & Rom. *in d. l. Lucius. nu. 23.* Et cum ſuperuenerit poſt leges Iuſtiniani; & poſt ius authenticorum, clariſſimi iuris eſt, quod per illud cenſetur etiam correcta *auth. ſed hodie*, ſecundum communem Doctorum opinionem, de qua teſtatur idem Bolognet. *in d. rubr. C. de eden. nu. 29.* Et cum ſimus in terris eccleſiæ, ius canonicum ſeruandum eſt, & non ciuile. Et ita vt ſupra pro veritate, ſaluo ſemper iudicio melius ſentientis, reſpondendum cenſui. LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

De aſerto ſocio criminis carceratus, altero ſocio in contumaciam condemnato, quando poſſit pro ſui defenſione proponere defenſiones reſpicientes etiam innocentiam, & defenſionē prędicti condemnati: & an ſi admittatur, & recipiatur, talis defenſio proſit in aliqua parte eidem contumaci: & an etiam reus inquiſitus teneatur fiſco nomina teſtium examinandorum, nominare: Et quid ſi aliquos nominauit, eoſque examinare fecit, An poſſit vltra nominatos, et examinatos, alios nominare, et examinare, nondum didicitis depoſitionibus teſtium examinatorum.

SVMMARIVM.

Socius criminis pro ſuo intereſſe poteſt aſſumere defenſionem, quamuis cōem cum altero ſocio, nu. 1. in prin. & num. 5.

Conſors litis poteſt ſine mandato pro ſuo conſorte comparere, & defenſiones facere in ciuilibus, vel ēt in criminalibus ſi delicta leuia ſint, ſecus ſi grauia, nu. 1. Contra quod ēt in criminalibus poſſit conſors, ſine mandato comparere, & defenſiones facere, nu. 3. ſeq.

Socius criminis poteſt pro ſuo intereſſe facere defenſiones, quamuis communes cum altero ſocio, quando ſumus in delictis correlatiuis, prout eſt adulterium, ſtuprum et ſimilia; ſecus ſi delicta non ſint correlatiua, ſeu connexa; & quando in propoſito delicta dicantur correlatiua, & connexa, nu. 2. & nu. 7.

Procurator, ſeu defenſor in criminalibus, quando admittitur, poteſt probare ad ſui principalis excuſationem, proponendo, quod homicidium fuit factum ad defenſionem, vel quod occiſus erat bannitus, non autem poteſt negare delictum, nu. 3. & in addit. litera A, vbi de materia.

Confeſſio partis non admittit probationem in contrarium, quia illa ſuperat omnes alias probationes, nu. 3. in fine.

Socius criminis poteſt proponere defenſiones communes cum ſocio, non ad excuſandum ſocium, ſed ad ſeipſum defendendum, & propterea talis defenſio non prodeſt ſocio abſenti. nu. 5. & nu. 8.

Procurator poteſt in criminalibus comparere pro abſenti contumace, quando delictum non eſt capitale, quamuis ſit publicum, nu. 6.

Mandans & mandatarius ſunt correlatiua, nu. 7. in fine.

Defenſio denegari non poteſt a iudice, etiam habente abſolutiſſimum, & ampliſſimum arbitrium, nu. 8. in fine.

Teſtium nomina aduerſario quis edere tenetur ad hoc, vt eorū perſonis cognitis poſſit idem aduerſarius ſua interrogatoria formare, nu. 10.

Teſtium nomina reus non tenetur fiſco edere, nu. 11.

Stilus quando eſt notorius & reſpicit ordinatoria iudicij, poteſt iudex ſe de eo extraiudicialiter, & in camera informare, nu. 11. ad finem.

Teſtium nomina ſi fuerint ſemel ſpecificata a reo, non per hoc prohibetur vltra ſpecificatos & examinatos, alios nominare & examinare, dummodo examinatorum teſtium dicta, non fuerint dedicita, numero 10. & omnibus ſeqq.

Teſtium productiones, & nominationes plures fieri poſſunt in prima inſtantia, nu. 13.

CONSILIVM LXXIII.

1 ADSIT DEVS. Videbatur prima facie dicendum, Illuſtriſ. Do. Ludouicum Bonellum imputatum, q mandauerit Lazzaro de Mōtecchio, vt occideret Io. Baptiſtam Florutium; iam pro tali homicidio in contumaciam condēdemnato, non debere admitti ad probandum infirmitatem prædicti Lazzari tempore aſſerti homicidij; qm, prout diceba: Excellentiſſimus D. Io. Baptiſta Spada, fiſci, & ſacræ Aulæ digniſſimus Aduocatus, concluſio illa, qd ſocius criminis poſſit pro ſuo intereſſe aſſumere defenſionē ſocij contumacis, iuxta gl. *in c. ſi quando. in verbo, per exploratores, in fi. 2. q. 6. et in c. hæc quippe. in verſ. expulſus, 3. q. 6.* non procedit in delictis grauibus, & capitalibus, in quibus alias regulariter procurator non admittitur; quale eſt iſtud, de quo agitur. Præpoſ. *in d. c. ſi quando, col. penul. in fine, ſub numero 30. verſ. in gloſ. circa intellectum, &c.* Dec.

in

*in c.cum M.nu.*12.*in* 4.*limitat.*& ibi Rip. *num.*54.
in prima f.llen.de conſtit.& per Butr.& alios. hanc
dicit magis communem Gabr. *de crim. concluſ.* 9.
*nu.*87. *in* 20. *limitat.* & ex Modernioribus, idem
dicit Iodoch. *in ſua prax. crimin. c.* 24. *col.* 2. *verſ.*
in conſortibus leuiorum criminũ, &c. vbi dicit hoc
procedere in leuioribus criminib. & hoc optimè
probatur ex Bal.quem nemo citat *in l. ſeruũ quo-*
que.§.publicè,ff. de procurat. Vbi cum diſtinxiſſet
cauſas criminales in tria membra;In primo mem
bro,in quo tractat de capitalib. indiſtinctè,dicit
quod nullus admittitur pro reo contumace; In
ſecundo mẽbro, in quo tractat de cauſis medijs,
quod incipit *col.* 2.*verſ.Venio ad ſecũdũ partẽ, &c.*
dicit, quod in iſtis cauſis ſocius admittatur pro
ſocio contumace,*vt in col.*7.*verſ.Nũ hic q̃ro,&c.*
& ſic manifeſtè ſentit, quod ſocius criminis ad-
mittitur pro ſocio ſolum in cauſis medijs, non
autem in capitalibus vt dixi.
2 Rurſus concluſio ſupradicta, quod ſocius cri-
minis poſſit aſſumere defenſionem ſocij abſẽtis,
intelligitur ĩ delictis correllatiuis,hoc eſt in illis,
quæ de ſui natura non poſſunt committi, niſi cõ
currentibus duabus perſonis, vt in adulterio, ſtu
pro,& ſimilibus; ſecus autem in alijs, vt per Soc.
*in c.veniens,ſub nu.*273.*in* 35.*fallen.de accuſ.*ſequi
tur Fely.*in d.c.cum M.ſub nu.*8.*de conſt.* Homici-
dium autem non eſt tale,quia potuit committi à
Lazzaro ſine aliquo interuentu D. Ludouici,&
ſic reſpectu ipſius homicidij non poteſt D.Ludo
uicus aſſumere defenſionem Lazzari, & dicere
non fuiſſe ab ipſo commiſſum, licèt poſſit negã-
re illum tanquam mandatarium occidiſſe, cum
mandatum huiuſmodi ſit delictum correlatiuũ,
vt de ſe patet,per ſupradicta.
3 Vlterius etiam, quando admitteretur huiuſ-
modi defenſor, tamen non poſſet negare illum
commiſiſſe delictum, ſed poſſet tãtum illum ex-
cuſare, quod commiſit ad ſui defenſionem, vel
a quod occiſus erat bannitus, [a] de quo conſtabat
notoriè,vel aliquid eiuſmodi. Rub. Alexandrin.
*in tract.de poteſt.Procur.nu.*353.& Soc.ſen.*in quo-*
dam ſuo conſilio,quod impreſſum eſt poſt tracta. Ant.
de Cauar.de excuſatore.incip.prædictam dubitationẽ.
poſt med.in verſ.Ideo obſeruabimus,&c. Et infra
prope finem,verſ.Prima eſt, vbi loquitur de eo,qui
comparet tanquam principalis, qui benè poteſt
excuſare reum contumacem, non tamen negare
delictum; quod tantò magis procedet in caſu no
ſtro, in quo Lazzarus vigore conſtitutionum
Apoſtolicarum habetur pro confeſſo, & tanquã
talis eſt etiam condemnatus; quia contra confeſ
ſionem partis nulla poteſt admitti probatio, cũ
illa omnes probationes ſuperet. *l. contra qui pro-*
priam,C.de non numer.pecun. l. ob carmen, §. *teſtes.*
*ff. de teſtib.*Aym.*conſi.*171. *nu.* 10.
4 Et ex his patet reſponſio ad contraria, quæ lo
quuntur in excuſatione, nõ in negatiua delicti:
nec in delictis capitalibus,& nõ correlatiuis,qua
le eſt homicidium,& multò minus loquuntur in
iam confeſſis, & condemnatis.
5 Verum,ijs non obſtantibus, nihil video de iu
re ſubſiſtere,quod impedire poſſit, quin idem Il-
luſtriſſimus Do.Ludouicus probare valeat,Laz-
zarum aſſertum mandatarium non occidiſſe,nec
potuiſſe tunc Io. Baptiſtam occidere, quia erat
infirmus;licèt enim hæc defenſio reſpicere videa
tur innocentiam abſentis condemnati, pro quo
tam de iure communi,quàm vigore conſtitutio-
num nemo audiri poſſit, quia tamẽ eadem defen
ſio eſt etiam communis conſorti carcerato, & ab
illo proponitur,non ad effectum defendendi ab-
ſentem; ſed ad effectum defendendi ſeipſum; Ic-
circo, quod omnino admittenda ſit, communi-
ter receptum eſſe,negari non poteſt, ex gloſ.*in c.*
ſi quando.in verbo, per exploratores, in fine, verſ. Itẽ
*per ſocium litis.*2.*quaſt.*6.*& in cap.ſtatuit.in verbo,*
*alter illorum,*2.*q.*5.*& in cap. hæc quippe. in verbo,de*
*expulſis,*3.*q.*6.Aret.*in cap.veniens,nu.*79. *de accuſ.*
Specul.*in tit.de procurat.*§.1.*nume.*10.*in fine, verſ.*
12.*per ſocium.*Albet. *in l. ſeruum quoque,* §. *publicè,*
*num.*6.*in fine,verſ. Item eſt caſus ſatis notabilis, ff.*
de procu.in l.penult.§.*ad crimen,num.*1.*in fine,verſ.*
eſt & alius caſus,ff.de publ.iudic. Rub. Alex. *ibidẽ,*
*num.*106. Vbi quamuis dubitet de hac opinione
Alberici, dicit tamen ab ea in iudicando non eſ-
ſe recedendum. Nouell.*poſt tract.ad defenſ.fallen.*
20.*fol.mihi* 176.Bart. de Valmarin. *conſi.crimin.*
*diuerſ.*69.*num.*46.*lib.*1.Iul.Scarlatin. *inter eadem*
*Conſilia conſi.*114.*nu.*21. *eodem lib.* 1. Vbi teſtatur
ita alias Ferrariæ fuiſſe iudicatum.
6 Quibus non obſtent Imol.Prępoſ.Doct.Rip.
& Butr.in locis relatis per Gabr. qui de magis cõ
mun.opin.teſtatur *lib.*7. *concluſ.* 9.*poſt nume.*82.
Declarantes,quod illa concluſio,quę vult,cõſor
tem pro conſorte ſine mandato audiri,habeat lo
cum in ciuilibus, non autem in criminalibus, &
capitalibus;Nam quod immo gl.*in d. cap.ſi quan-*
do, & omnes præallegati Doctores, qui eam ſe-
quuntur, expreſsè loquantur in criminalibus, &
capitalibus, ex eorum lectura apertè deprehendi
tur; Ideo aut declaratio eſt vera,aut ſaltem non
eſt communiter recepta. Vbi enim non agitur
criminaliter, vel delictum non eſt capitale, tunc
quod pro abſente admittatur Procurator,etiam
quod non ſit eiuſdem criminis aſſertus ſocius;ac
etiam quod delictum ſit publicum, eſt text. *in l.*
1.*ff. an per alium cauſa appellationis.* Odofr. *in l.*
ſeruum quoque,§.*publicè.in princip.verſ. primo ſi ali-*
quis.& ibi etiam Alberic.*num.*16. *colum.* 5. *verſic.*
ſunt etiam multi alij caſus.& Angel.*nu.*2.*ff.de pro-*
*cur.*ſcripſerunt Cyn. *in l. reos, nume.*5.*C. de accu-*
*ſat.*Marian.Socin.*in cap.veniens,nume.* 48. *verſic.*
videtur ergo. & nume. 49. *extra de accuſat.* Igitur
vt conſortium, & delicti communio ſuam opere
tur ſpecialitatem, iuxta mentem Doctorum, di-
cendum omnino eſt, vt procedat etiam in capita
libus,prout expreſsè in capitalibus,vltra præcita
tos Doctores,loquitur Bal.ex aduerſo allegatus
viden.*in dict. l.ſeruum quoque,* §. *publicè, colum.* 7.
*nume.*8.*verſ. Nunc hic quæro.* Vbi expreſsè dicit,
quod in cauſa criminali,& capitali,ille,qui eſt ſo
cius eiuſdem litis,poteſt facere cõmunem defen-
ſionem pro ſe,& alio ſocio, & quod ita dicũt Ca
noniſtę: & ſic apparet ita per Canoniſtas cõiter
teneri,prout ẽt teſtatur Valmar. *d.cõſi.*69.*nu.*46.

Secun-

7 Secundò reſponderur, quatenus etiam magis communis eſſet opinio, quod in capitalibus cõſors liris non admittatur pro cõſorte, illa tamen limitatur & declaratur, vt non procedat in delictis connexis ſeu correlatiuis, prout eſt mandatũ ad occidendum, cum homicidio vigore mandati commiſſo, ſecundum Felyn. *in capit. cum M. Ferrarienſis, nume. 8. extra de conſtit.* Marian. *in capit. veniens, num. 273. in fine, in 35. fallen. extra de conſtit.* & voluit Gabr. *d. conſi. 9. nume. 83.* Nec dicatur, prout dicitur in caſu noſtro, delictum non eſſe connexũ aut correlatiuum, cum Lazzarus potuerit occidere ſine interuentu Dom. Ludouici. Nam hic annexio & relatio conſideratur, nõ ex eo quòd ambo interuenerint in homicidio; ſed ex eo quod vnus occiderit ex mandato alterius, prout in monitorio, & iſto reſpectu mandantem & mandatariũ eſſe correlatiua, in ſpecie dixerũt Eucrar. *in loco à correlatiuis, nu. 2.* Decian. *in tract. crim. lib. 9. c. 33. nu. 1.* Indeq; exequutum delictum ambobus annexum, dubitandum non eſt.

8 Tertio reſpondetur (& hæc reſponſio tollit omnem difficultatem) aduertendum maximè eſſe, quod fruſtra hic diſputatur, An aſſertus criminis ſocius poſſit pro conſocio comparere, & ſuas facere defenſiones, prout loquũtur Præpoſ. Dec. & alij ſupra in contrarium allegati; Nam D. Ludouicus nec propoſuit, nec vnquàm proponere cogitauit defenſiones pro Lazzaro; & quod ex illis Lazzarus iuuetur: ſed tantum voluit pro ſe ipſo defenſionem proponere, & ita cantant articuli: quo caſu etiam, quod de iure criminis ſocius non admittatur pro conſocio, non tamen prohibetur pro ſe ipſo defenſionem proponere, quamuis communem cum ſocio; talis enim defenſio non iuuat ſocio, ſed tantum ſe ipſum, prout in his terminis bene aduerterunt Bald. *in d. l. ſeruum quoque. §. publicè. nume. 8. colum. 7. ad med. verſ. ſi autem vnus eorum faceret defenſionem ſuo nomine, ff. de procurat.* Valmarin. *d. conſi. 69. nume. 46. verſic. de iure ciuili*, & extat in terminis *inter eadem conſil. crimin. diuerſ. conſiliorum Scarlattini* 114. *numero* 8. *innctio nume. 16. in fine, & omnibus ſeqq. lib. 1.* Vbi propterea dicit, quod ad tollendũ omnẽ difficultatem, poteſt Iudex interloqui, & declarare defenſionẽ carcerati non prodeſſe condemnato abſenti; & quod ſi aliter fieret, eſſet cõtra omnia iura mũdi, & tolleretur defenſio, quæ à nullo iudice abſolutiſſimum, & ampliſſimum arbitrium habente, tolli nequit, ſecundum gl. *in Clement. ſæpè. §. non ſic tamen. in verbo, defenſiones, & ibi* Card. Zabarell. *col. 2. verſ. quæro de quibus, de verb. ſignifi.* Afflict. *deciſio. 241. poſt num. 2.* Boſſ. *in tit. de indic. & conſiderat. ante tortur. nu. 74.*

9 Et ex ijs tollitur etiã, quod ex quo Lazzarus propter eius contumaciam, & condemnationem habetur pro confeſſo, iccirco contra eius confeſſionem, & quod non deliquerit, nulla admittenda ſit probatio, cum, vt prædixi, non ad Lazzari fauorem, nec ad eius confeſſionem impugnãdũ; ſed tantum ad detegendum innocentiam Do. Ludouici, proponatur defenſio, quę nullo pacto reijcienda videtur, ex præallegatis.

10 Et hæc quoad primam dubitationẽ: Quo vero ad ſecundam, nunquid, ſcilicet, ſuper alijs articulis datis, poſſit idem Illuſtriſſimus Do. Inquiſitus, vltra iam nominatos & examinatos teſtes, alios nominare & examinare, nõdum publicatis ac didicit depoſitionibus eorundem teſtiũ examinatorum? affirmatiuè reſoluendum eſſe; facit naturalis ratio, quia nõ alia de cauſa tenetur producens teſtium nomina edere aduerſario, niſi, vt eorum perſonis ab eo cognitis, poſſit ſua interrogatoria formare, ſecundum Veſtr. *in ſua pract. lib. 6. c. 2. rub. de teſtib. & eorum inductione, nu. 18.* Ergo vbicunq; fiſco non auſertur poteſtas cognoſcendi perſonas teſtium & formãdi interrogatoria, nec ẽt producenti auſerri debet facultas alios nominandi, arguendo à non ceſſante ratione.

11 Et quod quis teneatur fiſco vel aduerſario edere nomina teſtium, non ita ſine controuerſia trãſit, quia contrarium ſcripſerunt Bald. *in l. fin. nu. 16. C. de eden.* Alexand. *in l. 1. §. editiones, nume. 20. & 21. ff. eodem.* Maran. in Speculo *par. 6. actio. 10. rubr. de actor. edit. nume. 60.* Campeg. *in tract. de teſtibus reg. 300. in princ.* quos omnes relatis & reprobatis contrarijs, refert, & ſequitur Honded. *in conſi. 101. num. 40. & ſeqq.* Vbi propterea infert in criminalibus, quod quando reus ad ſui defenſionem producit teſtes, non tenetur fiſco eorum nomina edere, quando vel adeſt accuſator principalis, vel fiſco adhęrens; Doctores autẽ affirmatiuam opinionem tenentes, intelliguntur, fiſco, aut parte petente, & non aliter, ſecundum Fulu. Pacian. *in tract. de probat. lib. 1. capit. 63. nume. 131.* & iſte eſt ſtilus Curiæ; prout antequam cauſa, de qua agitur, eſſet in rerum natura, adnotaui in ordinatorijs iudicij; vnde poterit Illuſtriſſimus D. meus de huiuſmodi ſtilo à Notarijs & Procuratoribus ſe in camera ĩformare, ad trad. per Grat. *reſpon. 78. nu. 1. par. 2.* Capell. Tholoſ. *deciſ. 115. nu. 3.* Vant. *in tit. de nullit. ex defect. proceſſ. & nullit. ſenten. nu. 87.* Roland. *conſi. 44. nu. 36. lib. 1.* Cacheran. *deciſ. Pedemont. 22. nume. 4.* Igitur cum D. fiſcalis nunquam inſteterit pro nominatione teſtium examinandorum, multò minus poteſt dici, quod hodie ſit nobis præcluſa via nominandi alios teſtes, per præallegata.

12 Verum ijs omnibus circumſcriptis, quòd ante didiciat teſtificata, & etiam poſt publicationem, poſſit quis alios teſtes nominare, & producere vltra iam nominatos & examinatos, eſt tex. expreſſus *in cap. conſtituti, il 2. in fine, extra de teſtib.* & ibi præſertim Bellam. *nu. 4. & ſeqq.* & expreſsè voluerunt Bal. *in Auth. at qui ſemel. nu. 5. verſi. ſed hic eſt dubitandum*, & ibi etiam Salyc. *num. 8. C. de probat.* And. Gayl. *obſer. 105. nu. 2. verſ. 1. fallit. & num. 3.* Vbi teſtatur, ita apud eum in illa Camera ſeruari. Ale. Strac. *in pract. iudiciar. ca. 18. nu. 67.* Vbi pariter teſtatur, ita ſeruari in pract. Surd. *deciſ. Mantuan. 153. nu. 1. in fine, & nu. 2.* ergo multò magis in caſu noſtro, in quo teſtes examinandi, fuerũt nominati, ne dum ante didicita teſtificata, ſed etiam ante publicationem teſtium.

13 Et demum quod in prima inſtantia poſt primam productionem teſtium, poſſit fieri ſecũda,

&

Digitized by Google

& tertia productio aliorum teſtium, eſt text. expreſſus *in §. quoniam vero multi*; & ibi præſertim Ang. *nu. 18. in 2. notab. in Auth. de teſtib.* & aduertit Butr. *in c. fraternitatis, nu. 14. col. 6. in fine, verſ. primum quando, & verſi. ſecundus quando.*

24 Quare ſi legibus certãdum eſt, concludi indubitanter deber, Illuſtriſſimum D. Ludouicum tã de iure, quàm etiam de ſtilo, poſſe alios teſtes inducere & nominare; & ita, vt ſupra tam in prima, quàm in ſecunda dubitatione, reſolutum fuit.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ADDITIONES.

a *Quod occiſus erat bannitus*. Veriſſima eſt iſta concluſio, quod in criminalib. admittitur Procurator, ſeu ſaltem defenſor, ad allegãdum, quòd occiſus erat bannitus, ſecundum Bar. *in l. vbi pactũ, nu. 10. C. de tranſac.* quẽ ſequuntur oẽs Doctores, teſte Marſ. *in conſ. 73. nu. 76.* vbi ſubdit, ſe hãc doctrinam millies practicaſſe, & obtinuiſſe. Alber. *in 4. p. ſtatutorum, q. 38. nu. 1. & ſeqq. per totã quaſtionem*. Vbi amplius, quod talis oppoſita exceptio impedit proceſſum ad vlteriora; Ibidemq; teſtatur de veriori cõi, & ſeruata opinione. idẽ Alber. *in l. ſeruũ quoque, §. publicè, nu. 19. ff. de procurat.* vbi relatis hincinde antiquorum contrarijs opinionibus, & argumentis, dixit eã vidiſſe ſeruari in iudicijs per magnos Doctores, licèt aliqui minus periti volentes ſe oſtentare, aliquãdo inhæſerint contrariæ ſententiæ. Pau. de Caſt. *ibidem, num. 5.* Aret. *in c. veniens. num. 34. & ſeqq. vſque ad nu. 38.* vbi benè hanc concluſionem comprobat, reſpondet contrarijs, eamq; veriorẽ, melioribuſq; & fortioribus rationibus comprobatam, affirmat, quã contraria, Marian. Socin. *ibidem, nu. 191. & ſeqq. vſque ad num. 199.* Vbi refert Doctores & argumenta, quæ faciunt pro & cõtra, ſed tamen, ni fallor, in hac videtur reſidere ſententia Gandin. *in titu. vtrum Procurator, &c. num. 15. vſque ad finem tituli.* Vbi diſputat primo, an exceptio banni impediat litis conteſtationẽ; & poſtea, an poſſit per Procuratorem opponi; & in vtroque diſputatione reſoluit, quod ſic: & ita teſtatur communiter ſentire Doctores, & communiter etiam obſeruari; licèt etiam dicat, quod quãdoque etiam vidit obſeruari contrarium. Cæpoll. *conſi. crim. 73. nu. 6. & ſeqq.* vbi ampliat, quod etiam poſt ſententiã poteſt opponi exceptio banni, ac inſtari, ſententiam caſſari, & occiſorem abſolui. Barth. de Valmarin. *conſi. crim. diuerſ. 69. nu. 36. lib. 1.* Angel. de Caſti. *conſi. crim. diuerſ. 61. nu. 1. lib. 2.* Cæpoll. *caut. 65. nu. 2. ad med.* Marſi. *in pract. §. ſequitur. num. 40. verſ. modo vlterius ſcias.* Clar. *in pract. §. fi. q. 32. nu. 19. verſ. Quæro modo, in princ.* Vbi licet apud eum ſeruari teſtetur, non admitti Procuratorem ad exhibendum bannum, niſi reo in carceribus cõſtituto, hanc tamen concluſionem de iure communi à Doctoribus communiter receptam, non inficiatur, relati per Gab. *lib. 7. concl. 9. nu. 28.* Vbi plures referuntur. Menoch. *de arbit. q. lib. 1. q. 80. num. 135. & ſeq.* Vbi alios refert concordantes, & teſtatur de recepta opinione. Montic. *reg. crim. 13. nu. 19. & 49. verſ. Alia ẽt erit cautella. fol. 129. col. 1.* Iodoch. *in pract. crim. ca. 24. rub. de Procuratoribus, nu. 5. verſ. ſi vere per ſtatutum.* Bertazz. *conſi. 303. nu. 3. lib. 2.* Carauit. *ſuper pragm. Regni de exul. la 1. nu. 160. ſeqq.* Vbi bene referuntur dicta Doctorũ, qui hanc tenent concluſionẽ; Et licet hęc concluſio, vt vides, cõiter ſit recepta, recipit tñ duas notabiles declarationes, poſitas per D. meũ Farin. *in ſua pract. crim. p. 2. in tit. de var. ac diuer. q. nondum impreſſ. q. 99. num. 194. & ſeqq.*

Sic etiam idem Procurator ſeu defenſor poterit, prout hic firmat Do. Conſultor, proponere, quod homicidium fuit factum ad defenſionẽ, ſecundum Cæpoll. *in conſi. 47. nume. 11. & conſi. 48. poſt num. 3. & conſi. 50. nu. 2. & conſi. 73. poſt nu. 1.* Monticell. *reg. crim. 23. nu. 34.*

Et generaliter eundem Procuratorem ſeu defenſorem admitti ad allegãdum impunitatẽ delicti commiſſi, ſcripſerunt Marſi. *in pract. §. ſequitur. num. 27. in fine, verſ. & per iſta, & nu. 28.* vbi atteſtatur, in contingentia facti, & in contradictorio iudicio aliàs feciſſe abſoluere per Procuratorem quendam puerum ſeptem annorum, qui caſualiter percuſſit, & occidit alium puerum. Nouell. *poſt tract. ad defenſam, in 15. fallen. folio mihi 175.* Rol. *conſi. 11. num. 20. lib. 3.* Menoch. *de arbit. quæſt. lib. 1. quæſt. 80. num. 135. & num. 139.* vbi infert, quando maritus vxorem in adulterio deprehenſam, interfecit, quia tunc poterit is audiri per Procuratorem, ex Paris *in conſi. 154. in fine, lib. 4.* Vbi ampliat etiam in inquiſitis, quòd aſſociauerint vnum, ad occidendum dictam vxorem adulteram, & in adulterio comprehenſam. Nam & hos poſſe per Procuratorẽ audiri, ibidẽ tradit.

Quamuis cõtrarium, quòd non ſolum Procurator, ſed quod nec etiam defenſor & inſtructor innocentiæ poſſit proponere aliam defenſionẽ, ſeu excuſationem, per quam dicatur, delictũ cõmiſſum quacunque ratione, eſſe impunibile, voluerit Ant. de Canar. *in tract. de excuſatore, par. 2. num. 2.* dicens amplius, quòd nec iudex ex ſuo officio, iſto caſu, reo non petente, poſſet ſupplere.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

An ingrediens ſub nomine Curię in domum mulieris, animo illam carnaliter cognoſcendi, poſſit de iure communi puniri pęna mortis.

SVMMARIVM.

Ingrediens ſub nomine Curiæ domum mulieris, ac illam carnaliter cognoſcens an puniatur pęna mortis, nu. 1. & omnibus ſeqq.

Magiſtratus nomen falſo aſſumens, tenetur pœna l. Iuliæ maieſtatis.

ieſtatis,nu.1. Declara, quando hoc fecerit animo vſurpã di iuriſdictionem Principis; ſecus ſine tali animo; Quia tunc non tenetur,niſi pęna arbitraria,nu.2. Declara ſecũdo,quando ſub nomine magiſtratus hominẽ occiderit,aut ſaltem occidi curauerit;ſecus ſi hæc non fecerit, nu.3.

Vſurpantes iuriſdictionem officij Sanctæ inquiſitionis,& cum eo alios terrentes atque concutientes, non pęna mortis, ſed alia mitiori arbitrio iudicis puniendi ſunt, nu.4.

Doctorem vel militem ſe faciens cum non ſit,tenetur pęna falſi;quæ iſto caſu erit arbitraria,& non mortis,nu.5.

Clericum ſe faciens cum non ſit, tenetur pęna arbitraria, & non mortis,nu.5.

Comitem Palatiuum ſe faciens, legitimãdo baſtardos, cum nõ ſit,ad mortem condemnatur,nu.3.

Notarium ſe faciens,& falſa inſtrumenta conficiens, cum non ſit Notarius,punitur pœna mortis, nu. 6.

Citare faciens coram ſe Dominos Parlamenti ſine authoritate punitur,vt nu.7.

Nobilem ſe faciens cum ignobilis ſit, tenetur pęna falſi & non læſæ maieſtatis,nu.8.

Vſurpans indebitum dignitatis locum,ſacrilegij pęna tenetur. num.9.

Sacrilegij pœna arbitraria eſt,& non mortis,nu.9. in fin.

Faciens ſe fiſcalem cum non ſit, actusque iuriſdictionales exercens,ſub nomine fiſcalis,qua pœna puniatur. nu.10.

Carceris priuati pœna non habet locum in eo, qui libidinis cauſa, mulierem clauſam retinet, nume.11.verſic.& valde facit.

CONSILIVM LXXIII.

1 ADSIT DEVS. Licet regula ſit, quod gerens ſe pro magiſtratu cum nõ ſit, pęna legis Iuliæ maieſt.teneatur.*l.3.et ibi* Angel, *num. 2.ff.ad leg.Iul.Maieſt.* Capic.*deciſ.*130.*nume.*21. Tiraquell. *de nobilitat. capit.*13.*nume.*1. *in fi.* Gig. *tit. qualiter & à quibus crimen læſæ maieſt. committ. q.*22.*nu.*15. & conſequenter gerens ſe pro curia, cum non ſit, tale crimen incidere videatur; Hæc tamen regula patitur duas notabiles limitationes, quæ caſui noſtro rectiſſimè applicantur.

2 Prima eſt, vt talis falſus actus fiat animo vſurpandi iuriſdictionem Principis, & non ad alium effectum, Bart.*in l. omnes populi, num.* 14.*ff. de iuſtit.& iur.* Caccialup.*ibidem,nume.*22.& Iaſ.*num.* 35.*ad finem,* vbi expreſsè dicit,quod ſi nõ animo vſurpandi iuriſdictionem Principis, quis vtitur falſa poteſtate,punitur pęna arbitraria,idẽ Caccialup.*in lege, Imperium, nume.* 14. *ff. de iuriſdict. omn.iudic.* Decian.*lib.*7.*capit.*9.*nume.*5. *verſi. Qua tamen vera intelligo,& nume.*9. vbi teſtatur quod omnes Doctores ſequuntur doctrinam Bar. *in d. l.omnes populi*,& ita etiam expreſsè ſeipſum declarat,Gig.*vbi ſup.q.*55.*nu.* 1.

3 Secũda eſt limitatio,vt is,qui magiſtratus falſum nomen aſſumpſit, aut hominem occiderit, aut ſaltem occidi curauerit, tunc teneatur pœna mortis, & læſæ maieſt. ſecus vero ſi talia non fecit. ita in ſpecie poſt Andr.de Iſern. quem allegat,voluit Caccialup.*in d.l.omnes populi,num.*22. *verſ.adde quod.ff.de iuſt.& iure,& in d.l.Imperium, num.*14.*verſi vero non occidiſſet, ff. de iuriſdict.om. iudic.* vbi hoc dicit notandum,Decian.*lib.*2.*d.ca.*9.*num.*5. Menoch. *de arbitr. quæſt.lib.*2.*caſu* 320. *num.*2.*& nu.*4. vbi miratur,quod Gig. *in d. q.*22. non aduertit, & quod fuerit immemor huius declarationis, quod non dixiſſet Menoc. ſi vidiſſet eundem Gigam.*in quæſt.*55.*nume.*3. *ad finem*, vbi & ipſe in terminis approbat ſupradictas limitationes.

4 Quare licet Marcus Antonius carceratus, ingreſſus fuerit ſub nomine Curię domum Minicę mulieris,nõ animo vſurpandi iuriſdictione Principis, nec aliquem occidendi, ſed tantum animo carnaliter cognoſcendi eandem Minicam (licet non cognouerit) neceſſariò ſequitur,quod is pęna mortis non teneatur,per pręallegata,& per id quod in fortioribus terminis poſt Simanc.quem allegat,voluit idem Menoch.*d.caſu* 320. *num.*11. vbi dixit, quod vſurpantes Sanctę Inquiſitionis officium,& cum eo alios terrentes,atque concutientes,nõ pęna mortis, ſed alia mitiori, arbitrio iudicis,puniendi ſunt.

5 Quibus non obſtent doctiſſimæ allegationes Illuſtriſſimi D.mei Gubernatoris,& primo argumentum ſumptum *ex l. eos, §. fin. ff. de falſis*, per quem textum voluerunt Docto.quòd faciens ſe militem vel Doctorem, cum non ſit,pęna falſi teneatur,vt per Bar.*in d. l. eos*, & ibi etiam Alberic. *nume.*3.Felyn.*in proœm.decret.nume.* 37. *ad finem, verſ. & idem eſt.* Caſſan. *in conſuetud. Burgund. fol.*214.*colum.* 2.*nume.*10.Bon.de Cortil.*in tract. de nobilit.par.*3.*num.*165.Tiraquel.*de nobilit.capit.* 13.*nu.* 2. pœna enim falſi iſto caſu non erit pęna mortis, ſed alia extra ordinem, iudicis arbitrio, ita in terminis Menoch.*de arbitr.q. lib.*2.*caſu* 318. *nume.*20.*&* 22.*& d.caſu* 320.*nume.* 7. & maximè facit, quia faciẽs ſe clericum cum non ſit, pariter non pœna mortis, ſed arbitraria punitur, idem Felyn.*vbi ſupra,num.*38.Menoch.*d.caſu* 318. *nu.* 21.Tiraq.*d.c.*13.*num.*14.*in fine*,Bon.de Cortil.*d. par.*3.*num.*265.

6 Secundò non obſtet doctrina Baldi *in l. data opera,num.*50.*C.qui accuſ.non poſſ.* vbi dicit,quod poteſt ad mortem condemnari,qui,tanquam comes Palatinus, baſtardos legitimauerit, vel tanquam Notarius,inſtrumenta celebrauerit,cũ nõ eſſet Comes, aut Notarius; Non enim ex caſu Baldi eſt inferendum ad caſum noſtrũ, quia quãdo Comes Palatinus legitimat baſtardos,& notarius celebrat inſtrumenta,tũc vtique vltra nomen Comitis & Notarij, quod falſo aſſumunt, exercent etiam iuriſdictionales actus,& ſic Principis iuriſdictionem vſurpant. Quæ quidem non fecit iſte infelix carceratus, qui licet Curiæ nomen ſibi adſcripſerit, non tamen Principis iuriſdictionem in aliquo vſurpauit,nec iuriſdictionales actus exercuit; & propterea doctrinam Baldi non eſſe extendendam ad alios caſus,in terminis voluit Menoch.viden.*d.caſu* 320.*num.*8. *& ſeqq.*

7 Pariter etiam & ſic benè reſpondetur *deciſio.* Guid.Pap.423.in qua ille nobilis Rodulphus fecerat plures actus iuriſdictionales: citare enim fecerat Dominos Parlamenti,ad comparẽdum coram ipſo:eos nõ comparentes mulctauerat; aliaque plura fecerat, tirãnidem ſapiẽtia, vt benè ibi adnotauit Additionator littera A, in princ. quæ minimè interuenerunt in caſu noſtro.

8 Tertiò nec etiam obſtent tradita per Tiraq.*in tract.*

tract. de nobilitat. capit. 13. *nume.* 1. Vbi dixit, quòd faciens ſe nobilem, cum non ſit, vel incidit in crimen falſi, vel etiam in crimen lęſæ maieſt. labitur enim Tiraquell. dum credit, pęna lęſæ maieſt. teneri eum, qui nobilitatem vſurpat, cum ignobilis ſit, & tex. *in l.* 1. *ff. ad l. Iul. Maieſt.* per ipſum ad id allegatus, non probat intentionē ſuam; & valdè abſurdum eſſet, ſi hodie vellemus punire pœna mortis omnes eos, qui faciunt ſe nobiles, cum ſint ignobiles; iſtorum enim multitudine omnes ciuitates plenę ſunt; & propterea melius loquuti ſunt Caſſan. *d. fol.* 214. *nume.* 10. Ioan. de Platea *in l.* 1. *nume.* 7. *verſ. item in lata.* & ante eum Bart. *nume.* 64. *C. de dignitatibus, lib.* 12. Bon. de Cortil. *d. par.* 3. *nume.* 165. qui iſto caſu non dixerunt imponi pœnam mortis, ſed pœnam falſi, quæ, vt ſupra dixi, arbitraria eſt.

9 Quartò nec etiam obſtet, quòd vſurpans indebitum dignitatis locum, ſacrilegij pœna teneatur, Barr. *in l.* 1. *per illum tex. C. vt dignit. ord. ſerue.* Bon. de Cortil. *de nobilit. d. par.* 3. *nume.* 166. *in fine*, Tiraquel. *d. cap.* 13. *num.* 3. Nam vtcunque ſit, iſto caſu pęna ſacrilegij non eſt mortis, ſed arbitraria, prout benè declarat Menoch. *d. caſu* 320. *nume.* 15.

10 Quintò & demum nec obſtet deciſio Frāciſci Marci. *ſub nume.* 3. *ad finem*, Vbi de eo, qui fingendo ſe procuratorem fiſcalem, ſub vmbra officij, & de nocte, fieri fecit aperturam Cameræ cuiuſdam iuuenculæ; dicitque quòd videtur exercuiſſe officium magiſtratus, *ad l.* 1. *ff. ad leg. Iul. maieſt.* & pariter incidiſſe in pœnam falſi, *d. l. eos, ff. de falſis.* Hæc enim deciſio, vltra quod dubitatiue ibi loquitur per verbum, videtur, & aliter ponit iſtum caſum, adhuc tamen non dicitur ibi iſtum puniendum pœna læſæ maieſt. ſed tantum pœna falſi.

11 Et ex his indubitanter concludo, ingredientē ſub nomine Curiæ, alienam domum, animo cognoſcēdi carnaliter mulierem, non poſſe de iure communi pœna mortis puniri. Quod præſertim eſt magis dicendum in caſu noſtro, in quo nulla mulier fuit carnaliter cognita; & mulier, cuius domum Marcus Antonius ingreſſus fuit, erat nedū inhoneſta, ſed publica meretrix. Et valdè facit, quòd licèt alias pęna priuati carceris ſit pœna mortis, & læſæ maieſtatis, non tamen eſt talis, quādo quis in priuato carcere retinet mulierem libidinis cauſa. Bar. *in l. verum, in fine, nume.* 6. *ff. de furtis*, Angel. *de malef. in verb. index dictum Caium. nume.* 10. Neuizzan. in Silua *lib.* 4. *numero* 46. *in* 4. *limitatione, verſic. facit quia includens meretricem.* Foller. *in pract. crimin. in verbo, item quod commiſit crimen leſæ maieſtatis, nume.* 109. *ad finem.* Boſſ. *in titu. de plur. violen. nume.* 62. Bertazz. *conſi.* 426. *num.* 2. *in fine, lib.* 2. & in caſu noſtro nō ſolum nō poteſt tractari de pęna mortis, ſed nec etiam de aliqua alia corporali pęna, quia iam probatum eſt, quod mulier, cuius domum ingreſſus fuit Marcus Antonius per vim, & ſub nomine Curiæ, erat inhoneſta, & meretrix. Ideo ſubintrāt bannimenta D. Gubernatoris Vrbis expreſsè volentia, quòd ſi quis per vim ingreſſus fuerit domum inhoneſtę mulieris, animo illam carnaliter cognoſcendi, & non cognouerit, non pęna mortis, aut corporalis, ſed trium ictuum funis, & ſcutorum centum punietur. Et ita fuit ſaluatus à pęna mortis, ſed non à pęna triremium.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C. Rom.

ARGVMENTVM.

Simonia quando, & ex quibus actibus inducatur; quomodo probetur: & de pluribus actibus, ſeu pręſumptionibus includentibus, ac excludentibus ſimonię crimen, latiſſimè, & magiſtraliter explicatur materia in ſequentibus Conſilio, & Deciſionibus infraſcriptis.

SVMMARIVM.

Simonia eſt, reſignare beneficium ad fauorem certæ perſonæ cum reſeruatione penſionis, & cum clauſula, & non aliter, &c. nu. 1.

Declara, dummodo præcedat pactio, & conuentio de ſic reſignando; ſecus ſi nulla præcedat pactio. nume. 2. *item declara, quia talis reſignatio conditionalis, ſeu modalis non inducit veram ſimoniam, ſed tantum ſpeciem ſimoniæ, quæ ad priuationem non ſufficit. nume.* 14. *Item declara procedere, dummodo beneficium fuerit collatum illa reſeruatione penſionis; ſecus ſi ſine ea. num.* 15. *Item declara procedere, quando reſignatio fit in manibus ordinarij; ſecus ſi fiat in manibus Papæ, quia tunc non committitur ſimonia, cum Papa poſſit conferre cui vult libere, & ſine penſione. nume.* 17. *& nume.* 18. *Vbi ampliatur hæc declaratio, ſiue reſignatio fiat ab eo, qui non tenetur reſignare, & ſiue ab eo, qui tenetur, & ſiue intercedat ſcientia Papæ, ſiue non, & nume.* 33. *immo nec etiam iſto caſu per reſignationem in manibus ordinarij cum reſeruatione, &c. dicitur probata ſimonia, niſi etiam probetur ſcientia, & conſenſus ipſius ordinarij. num.* . . . *Item declara, niſi reſignatio fiat reſeruato Papæ beneplacito. nu.* 19. *&* 33. *& nu.* 32.

Simonia non committitur ex quouis actu ſimoniaco, niſi præcedente conuentione, aut pactione ſimoniaca. nume. 2. *& nume.* 3. *Vbi ampliatur etiam, quod poſt reſignationem fuerit data aliqua pecunia, & num.* 11. *& num.* 13. *& num.* 24. *& nu.* 42. *& nu.* 44. *& nu.* 48. *& num.* 53. *& nu.* 62. *& nu.* 64. *& nu.* 80. *& nu.* 95. *& nu.* 109.

Simonia committitur ex datione pecuniæ poſt reſignationem beneficij, niſi fuerit probatum, quod ante reſignationem præceſſerat pactum de dando illam pecuniam reſignanti, ſed eſt præſumendum quod fuerit data ex cauſa ſpontaneæ renunciationis, & gratitudinis, quæ non inducit ſimoniam. nume. 3. *& nume.* 42. *& nume.* 44. *& numero* 48. *& ſub nume.* 53. *poſt medium, & num.* 62. *& nume.* 82. *in fine.*

Teſtes examinati in iudicio ciuili fidem non faciunt in criminali.

nali. nume. 5. Declara, niſi fuerint examinati formiter inter eaſdem perſonas, & ad eundem finem; tunc enim licet non inducant plenam fidem, faciunt tamen quandam præſumptionem, ſeu indicium ſufficiens ad inquirendum. num. 6.

Socij criminis depoſitio non nocet nominato in crimine ſimoniæ. numero 7. & in addit. litera A. Vbi de materia, & nume. 29. in fine, & num. 41. & num. 46. & nu. 81. & nu. 106. poſt med.

Confeſſio extraiudicialis non facit plenam probationem. nume. 8.

Teſtes ſingulares loco, & tempore non probant in crimine ſimoniæ, & præſertim confeſſionem extraiudicialem. nume. 8. etiam in materia ſimoniæ. nume. 9. & num. 27. in fine, & nume. 29. & nume. 43. & nume. 50. & nume. 63. & numero 106. verſic. aut ſunt ſingulares litera D.

Teſtes ſingulares probant, quando tendunt ad eundem finem. num. 9.

Simonia probatur ex correſpectiuitate actuum. num. 11. & nume. 39. vbi quod vtens mandatis correſpectiuis, cenſetur comiſiſſe ſimoniam, quæ impedit reſtitutionem in ſpolio: declara, vt ibi.

Simonia ad hoc, vt dicatur ex correſpectiuitate actuum, neceſſe eſt non ſolum identitas notarij, & teſtium, ſed etiam quod actus incontinenti, & ſubſequenter vnus poſt aliũ, fuerint celebrati. num. 11. & num. 35. conſi. 54. vbi quod actus non dicuntur correſpectiui, quando partes digreſſæ fuerunt ad extraneos actus, & nu. 93.

Simonia quæ inducitur ex correſpectiuitate actuum, non dicitur vera ſimonia, ſed præſumpta, & non apta ad priuationem. nu. 11. & nu. 39. vbi declaratur.

Simonia non inducitur ex correſpectiuitate actuum, niſi probetur præcedens pactio & conuentio. num. 11. in fine, & ſub num. 53.

Simonia præſumpta ex correſpectiuitate actuum excuſatur in Rota, quantum fieri poteſt. nume. 12. & ſub nume. 39.

Correſpectiuitas actuum eſt potius interpretanda in non ſimoniam, quàm in ſimoniam. nume. 12. & ſub nume. 53.

Simonia non per præſumptiones, ſed per concludentes probationes probanda eſt, quando agitur ad priuationem, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter agatur. nume. 13. Vbi pleniſſima, & exactiſſima probatio, & nume. 25. Vbi requiritur quod quis ſit legitimè conuictus, & quod requiritur clariſſima probatio, quando agitur ad condemnandum criminaliter, licet ſecus, quando agitur, aut ciuiliter, aut tantum ad effectum inquirendi, & num. 43. Vbi quod requiritur concludens probatio etiam quod de crimine ciuiliter agatur, & nume. 45. Vbi declarat, contraria procedere, non quando agitur ad priuationem, ſed ad repellendum aliquem ab aſſequutione beneficij nondum obtenti, & nume. 52. & nume. 65. & nume. 104. Vbi exemplificatur, quando debet eſſe iſta plena probatio, & in addit. litera B. Vbi de materia, & nume. 105. & num. 106. Vbi quod requiritur exactiſſima probatio.

Simonia conuentionalis punitur ſicut realis. numero 16. Vbi hoc declaratur procedere, dummodo poſt dationem, vel promiſſionem ſequatur effectus, propter quem quid datum, aut promiſſum fuit; aliàs ſecus. nume. 16. & numero 38.

Simonia non punitur, nec committitur, niſi ſequuto effectu, propter quem fuit aliquid datum, vel promiſſum. nume. 15. & nume. 19. & num. 38. & num. 83. in fine. Vbi amplius quod effectus exequutio debet eſſe conformis tractatui, aliter non dicitur inducta ſimonia, & nume. 106. ad med. verſ. nam cum Papa.

Simonia an ſit, & quando, aliquid dare, vel promittere colligenti ad hoc, vt renunciet liti. nu. 20. & ſeqq.

Impedimentum non ſufficit allegare, ſed oportet probare. nume. 21.

Accuſator in crimine Simoniæ non admittitur, niſi ſe ſubſcripſerit ad pœnam Talionis, aut arbitrariæ. num. 23. & nume. 114.

Simonia probatur iudicijs, & coniecturis. nume. 25. ante fin. & ſub nume 45. & nume. 79. intellige, dummodo coniecturæ, & indicia ſint euidentia, & concludentia, & talia, vt reum omnino de crimine conuincant, alias ſecus, nu. 26. & num. 43. & nume. 45. Vbi quod dictæ coniecturæ debent eſſe euidentes, claræ, & ſimoniam neceſſario concludentes, ita vt nihil aliud importare poſſint, quàm ſimoniam, & num. 61. & nu. 66. & d. num. 79. verſ. coniecturæ autem, & nu. 104. ubi declaratur, quales debent eſſe iſtæ præſumptiones.

Teſtis examinatus, ſine interrogatorijs, & tractans de ſe exonerando, nihil probat in cauſa ſimoniæ. nu. 28.

Teſtis deponens de auditu alieno, nihil probat. nu. 32.

Teſtis dictum ſemper interpretatur contra producentem. nume. 41.

Confeſſio reſignantis, cedentis, ſeu donantis non præiudicat ceſſionario, Reſignatario, ſeu donatario, quando emanauerit poſt reſignationem, ceſſionem, ſeu donationem. nu. 41. & nu. 46. & num. 52. vbi de confeſſione reſignantis facta in ſupplicatione ad effectum obtinendi abſolutionem à ſimonia, & nu. 103. in fine.

Simonia non probatur per famam cum vno teſte. nume. 43. & & nume. 47. Vbi multo minus probatur per ſolam famam, & num. 50. Vbi idem ſi cum fama concurrat confeſſio extraiudicialis, & num. 58. & num. 106. poſt medium, & nu. 113.

Teſtis dicto primo loco licet ſtãdum ſit potius quàm ſecundo, attamen per ſecundum etiam extraiudiciale detrabitur primo dicto tantum, vt illius vigore non poſſit deueniri ad ſententiam. nu. 26. in fine.

Simonia non probatur per verba generalia, vt puta ſi dicatur, quod non erit ingratus, aut ſimilia verba. num. 49. & nu. 105. ad finem, & num. 106. ad finem.

Teſtes ſingulares concurrentibus adminiculis, non probant in crimine ſimoniæ. nu. 51.

Confeſſio ſocij criminis facta in ſupplicatione ad effectum obtinendi abſolutionem à ſimonia, non nocet alteri ſocio. nume. 52.

Simonia in dubio non præſumitur commiſſa, actuſque præſumendus eſt potius geſtus pro excluſione ſimoniæ, quam pro incluſione. nume. 53. poſt medium, & nu. 12. & num. 75. & nu. 90. in fine. & nu. 98. & nu. 104. in fi.

Simonia inducitur per reſignationes, retroceſſiones cum reſeruatione penſionis, & per regreſſus. nume. 54. in fine.

Simonia nõ dicitur probata per ſupplicationes hinc inde datas eodem tempore, præſtitoſque conſenſus ſuper vtraque ſupplicatione, quando hæc fiunt, non à principalibus, ſed à procuratoribus. nu. 55.

Simonia non cenſetur probata ex ſupplicationib. ſignatis in Curia ſub eadem data, niſi etiam mandata fuerint correſpectiua. nu. 65.

Procurator non cenſetur habere mandatum faciendi incidere dominum in pœnam. nu. 55.

Confeſſio interpretanda eſt, vt minus noceat confitenti, quàm ſit poſſibile. nu. 56.

Verba quæ aliquid præſupponũt, nihil diſponunt ſuper eo quod ſupponunt. nu. 56. in fine.

Verba enunciatiua non probant, quando contingit principaliter dubitare de enunciato. nu. 58.

Teſtes ſuper fama deponentes, non probant, ſi non deponunt de authoribus famæ. nume. 58. ad finem. & nume. 113.

Simonia commiſſa à tertio, ignorante eo, qui aſſequutus fuit

beneſi-

Digitized by Google

beneficium, an faciat beneficium ſimoniacum poſt triennalem poſſeſſionem. nume. 59. & ſeq. & de materia. nume.74.
Simonia non dicitur probata ex eo, quod reſignanti fuerit à reſignatario pecunia mutuata in die reſignationis. nume. 62.
Simoniæ præſumptio reſultans ex correſpectiuitate actuum, tollitur ex qualitate perſonæ. nu. 62.
Teſtes ſingulares, & de auditu non probant in crimine ſimoniæ. nu. 63.
Scientia debet eſſe certa, & ſpecifica ad effectum, vt quis de crimine ſimoniæ conuincatur. nu. 67.
Poſſibile, & non poſſibile pro conſtante poni non poteſt. nume. 67.
Credens honeſto viro circa illud, quod eius officium concernebat, non dicitur eſſe in culpa. nu. 68.
Veriſimile, quod magis eſt, attendi debet. nu. 69.
Actus palam geſtus arguit bonam fidem etiam, quod prohibitus ſit. nu. 70.
Confeſſio ſpontanea arguit dolum abeſſe. nu. 71.
Præcedentia declarant ſequentia. nu. 72.
Simonia non committitur ſine animo illam committendi. nume. 72.
Præſumptio fortior tollit debiliorem. nu. 73.
Præſumptiones plures vincunt pauciores. nu. 73.
Præſumptiones plures coniunguntur ad faciendum plenam probationem. nu. 73.
Voluntas hominis magis declaratur facto, quàm verbis. nume. 75.
Abſoluendus in dubio potius eſt reus, quam condemnandus. nu. 75. in fine.
Simonia committitur non aliter ex præcedenti mutuo, quam ſi pecunia gratis data fuiſſet. nu. 77.
Simoniæ crimen atrociſſimum eſt, & in iure pontificio maxime execratum. nu. 78.
Teſtis inimicus non admittitur in crimine ſimoniæ. numero 81.
Teſtis de auditu non probat, non exprimendo eos, à quibus audiuit. nu. 82.
Simonia non probatur ex probatione tractatus præcedentis, niſi etiam probetur tractatum fuiſſe concluſum, & conuentum. nu. 80. & 83.
Actum aliquid eſſe, non arguitur ex iis, qui geſta non ſunt. nume. 83.
Donare, & iactare ſuum nemo præſumitur. numero 84. Vbi tamen, quod hæc regula non procedit in mutuo gratuito.
Mutuum eſt actus permiſſus, à charitatis fonte emanans, numero octuageſimoquarto. Vbi ampliatur etiam ſi mutuans aliquid ſecundario ab eo cui mutuauit, ſperaret.
Simonia non dicitur probata ex mutuo pecuniarum. num. 84. declara vt nu. 97. & nu. 99.
Simonia an cenſeatur probata ex præſtatione parui conſenſus. nnm. 87.
Simonia non præſumitur ex correſpectiuitate actuum, quando actus correſpectiuè habent cauſam expreſſam, et licitam. nu. 91. & ſeq.
Voluntas datur pro ratione in iis, quæ ſunt in noſtra facultate. nu. 94.
Inſtrumentum publicum habet præſumptionem pro ſe, & non præſumitur ſimulatum. nu. 96.
Simulatum, qui dicis inſtrumentum, debet etiam cauſam ſimulationis probare. nu. 97.
Quietantia verificata in certis ſummis, præſumitur vera in totum. nu. 97.
Simonia, ſeu confidentia non probatur ex eo ſolum, quod poteſt reſignationem beneficij reſignans ſteterit in illius poſſeſſione. nu. 98.
Mutuans gratis poteſt aliquid à mutuatario ex gratia liberalitas recipere, non præcedente pactione. numero 99.
Liber mercatorum non probat pro tertio, nec contra tertium. nu. 103.
Præſumptiones hominis non ſufficiunt ad condemnandum. nu. 104. & in addit. litera C. vbi de materia.
Teſtes recepti parte non citata ne dum probationem non faciunt, ſed nec indicium. nn. 105. & nu. 106.
Teſtes deponentes ſuper aliqua re, & quia viderunt literas, & inſtrumentum, non probant, niſi appareant literæ, & inſtrumentum. nu. 105. in fine.
Teſtis inſtigatus non probat contra accuſatum. numero 106.
Teſtes non reddentes cauſam ſcientiæ, & non interrogati in criminalibus non probant. nume. 106. verſic. Non obſtat quartus teſtis.
Simonia non probatur per probationem ſimplicis promiſſionis; niſi etiam probetur acceptatio. numero 106. in fine.
Simonia non cenſetur probata ex correſpectiuitate conditionali, non verificata conditione. nu. 107.
Confidentiæ crimen requirit plenam probationem, etiam ſi de ea ciuiliter agatur. nu. 108.
Teſtes nimis audacter, & animosè deponentes, non probant. nume. 108.
Teſtes adhærentes factioni inimicorum habentur pro inimicis. nu. 108.
Confidentia non probatur ex perceptione certorum fructuum; niſi conſtet de præcedenti conuentione. numero 109.
Beneficiati poſſunt in vita de fructibus beneficij liberè diſponere.
Patronus pauperali de fratribus beneficij. numero 109. in fine.
Teſtibus de tempore deponentibus magis creditur, quàm deponentibus ſine tempore. nu. 110.
Teſtibus deponentibus ad fauorem rei, & ad excluſionem delicti magis creditur quam deponentibus ad fauorem fiſci. nu. 110.
Teſtis in parte falſus in totum reputatur falſus. numero 111.
Teſtes deponentes de publica fama, conuincuntur per alios teſtes, qui de prædicta fama nihil deponunt. numero 112.
Fama publica non probat crimen confidentiæ. numero 113.

CONSILIVM LXXV.

1 ADSIT DEVS. Ne ſcripturarum pluralitas legentem iudicem faſtidiat, reaſſumam in præſenti reſpōſo ea, quæ alias in hac cauſa ſcripſi, & paucis additis, quàm breuius potero, reſpondebo fundamentis, & rationibus ex aduerſo adductis: Prætendit nempe aduerſarius fuiſſe commiſſam ſimoniam per Dominum Policanū, ex eo quod, cum tam de iure, quam vigore decreti, de quo in bulla archidiaconatus, debuiſſet ſuū canonicatum libere dimittere in manibus Papę, illum reſignare voluit, nō liberè, ſed ad fauorem Domini Matiani, cum reſeruatione pēſionis ducatorum 80. ad fauorem Domini Franciſci B. & cum clauſula non aliter, &c. Quibus caſibus bene commiſſam ſimoniam, probat text. *in cap. cum pridem, extra de pact.* gloſſ. *in capit. ordinationes, in verbo, precio. 1. q. 1.* cum aliis poſt Redoan. *de ſimo. par. 2. cap. 10. nu. 1. & ſeqq.*

Reſpon-

2 Reſpõdebam ad hæc primo loco, & modo rurſus repeto, concluſionem prædictam veriſſimam eſſe, eamque benè procedere, quando reſignationes cum conditionibus, & reſeruationibus prędictis fiunt, pręcedente pactione & conuentiones: ſic enim expreſsè loquitur tex. ex aduerſo allegatus *in d. capit. cum pridem, in verſic. nos etiam non duximus, &c.* Abb. *in cap. non ſatis. poſt nume. 8. de ſimon.* Redoan. *pariter ex aduerſo allegatus d. capit. 10. num. 1. & ſeqq.* Pactione autem aut conuentione non præcedente, nulla committitur ſimonia ex reſignationibus conditionalibus, & ad fauorem tertij; ſic enim expreſsè declarat gl. ex aduerſo allegata *in dict. cap. ordinationes, 1. q. 1.* Innocent. *in capit. tua nos. in fine, de ſimon.* Archid. *in ca. quicunque. verſic. item duplex eſt actus, 1. quæſt. 1.* Summa Angel. *in verbo, ſimonia, il 3. num. 39. verſ. vtrum renuncians.* Redoan. in ex aduerſo allegato *c. 10. num. 6. & 7.*

3 Et quod generale ſit ſimonia non committi non præcedẽte pacto, aut conuentione, ẽt quod appareat poſt reſignationem beneficij data pecunia, fuit ſæpius reſolutum in Rota, videlicet coram Illuſtriſſimo. Dom. Blanchetto *in vna Romana ſimoniæ 7. Februarÿ 1596. in verſ. Ad conſtituendum autem*, & in alia coram Dom. Seraphino *in vna Tullen. parochialis 28. Maÿ 1598. verſ. Non obſtante teſtes deponentes de ſolutione.*

4 Et cum hæc in iure nullam habeant difficultatem, pars aduerſa prætendit ex triplici capite; Primò ſcilicet per teſtes, Secundò per confeſſionem Dom. Pellicani. Tertiò per actiuam correſpectiuitatem conſtare de præcedente pactione, & conuentione Dom. Pellicani cum D. Biſſio, de ſic reſignando Archidiaconatum prædictum, ad hoc vt poſtea ipſe Dom. Biſſius cederet liti, quam ſecum habebat ſuper d. Archidiaconatu, prout reuera ceſſit.

5 Circa teſtes, dicebam in primis, eos non probare, quia non ſunt examinati in hoc iudicio criminali, quod ad pręſens tractatur coram AC. ſed in iudicio ciuili, & in Rota. Quo caſu ſubintrat concluſio, quod teſtes examinati in iudicio ciuili, fidem non faciunt in criminali. Felyn. *in c. qualiter, & quando, il 2. §. ad corrigendos, numero 49. verſi. ſed aduerte de accuſat.* Innocen. *in capit. per Inquiſitionem, nume. 2. verſi. & non obſtat*, & ibi etiam Bellam. *nume. 3. in 3. concluſ.* & Burr. *nume. 30. de elect.* Paul. de Caſtr. *in conſi. 168. ſuper primo dubio. num. 3. lib. 1.*

6 Nec obſtet, quod modo dicatur, quòd immo probent, quia ſunt examinati formiter inter eaſdem perſonas, & ad eundem effectum, ſecundum Pariſ. *in conſi. 80. num. 50. lib. 1.* cum alijs ex aduerſo allegatis. Nam vltra quod non eſt verum in facto, & ꝙ ſimus inter eaſdẽ perſonas: & quod agat ad eundem finem; quia in hoc iudicio interuenit perſona fiſci, quæ in iudicio Rotali non interueniebat; item hic agitur criminaliter, & ad puniendum; in iudicio vero ciuili, nec criminaliter, nec ad puniendum agebatur; adhuc tamen dicitur, quòd etiam, quòd agatur inter eaſdem perſonas, acta, & probationes factæ in iudicio ciuili, nõ inducunt plenam fidem in iudicio criminali, licet benè faciant quandam præſumptionem, ſeu indicium ſufficiens ad inquirendum, prout expreſsè tradunt omnes Doctores ex aduerſo allegati per Dominum ſcribentem. Baldus ſcilicet *in l. quod euitandi, poſt nume. 1. C. de condic. ob turp. cau.* Bart. *in l. 2. §. hoc edicto, numero 5. ff. de arbitris.* Abb. *in capit. at ſi clerici, num. 29.* & ibi etiam Felyn. *nu. 12.* vbi teſtatur de commun. opinione, Dec. *num. 203. & ſeqq. ext. de iudic.*

7 Dicebã ſecundo, iſtos teſtes nõ probare, quia aliud non deponunt, niſi de extraiudiciali confeſſione Domini Franciſci Biſſi, aſſerti ſocij criminis ſimoniæ, & etiam forſan Dom. Pelliciani; & in eo quod deponunt de confeſſione d. Dom. Biſſi nihil prorſus afficiunt, quia etiam quod D. Biſſius hæc iudicaliter deponeret, talis depoſitio

a Pellicano non nocet, [a] prout fuit reſolutum *in d. Tollen. parochialis coram Domino Seraphino in verſicu. quæ autem & verſic. final. & in alia Tullen. prætenſæ ſimoniæ coram Domino Orano 21. Aprilis 1597.*

8 In eo autem quod deponunt de extraiudiciali confeſſione Domini Pellicani, vltra quod extraiudicialis confeſſio plenam probationem nõ inducit, Spec. *in tit. de confeſſ. §. nunc videndum, verſic. ſiquidem quis confiteatur crimen extra iudicium.* Bart. *in l. ſi confeſſum. numero 3. & ibi etiam* Angel. *num. 1. ff. de cuſtod. reorum*, ſuccedit etiam, quod ex quo iſti teſtes ſunt ſingulares loco & tẽpore, non dicuntur, præſertim in criminalibus, plenè probare confeſſionem extraiudicialem. Marſ. *in l. de minore, §. plurimum, nume. 115. ff. de quæſt.* Pariſ. *conſi. 154. nume. 27. & ſeqq. lib. 4.* Folle. *in pract. crimin. in 2. par. 3. par. principalis verbo, etſi confitebuntur, nume. 2. & 3.* Boſſ. *in tit. de indic. & conſiderat. ante tortur. num. 21.*

9 Nec huic ſecundæ reſponſioni obſtet replicare, quòd teſtes ſingulares etiam probant, quãdo tendũt ad eundem finem, ad tradita per Ioſeph. Ludou. *in deciſ. Peruſin. 4. num. 9. & ſeq.* Lanfran. Dec. & Cæphal. *in locis ſupra citatis.* Nam fruſtra recurritur ad iſtas generales regulas, poſtquam in ſpecie in materia teſtium deponentiũ de confeſſione extraiudiciali, habemus certas doctrinas volentes, eos nõ probare, ſi ſint ſingulares loco, & tempore, prout & in terminis in materia ſimoniæ alias dixi extare *deciſ. Put. 171. num. 11. lib. 2.* & etiam fuiſſe reſolutum in Rota coram eodem Domino Seraphino, *vbi ſupra verſ. non obſtant teſtes deponentes de confeſſione, & verſicu. ſeq. &* coram eodem Domino Orano, *in verſic. aut ſunt ſingulares.*

10 Circa vero aſſertam cõfeſſionem Domini Pellicani, aſſerentis ſe renunciaſſe hunc canonicatum cum reſeruatione penſionis, quia ſic requiritur à d. Biſſio: qua quidem confeſſione, nullam eſſe maiorem probationem, Dominus ex aduerſo ſcribens contendit; Reſpondetur in facto (& in hoc dignetur aduertere Dominus Iudex cum in traditione copiæ huius confeſſionis imperfecta proponitur ab aduerſario Domino Pellicani reſponſio.) Quia veritas eſt quod ipſe Dominus

Pellicanus

Digitized by Google

Pellicanus nunquam fatetur pactũ ſeu conuentionem aliquam de ſic reſignando Canonicatũ, immo illud expreſsè negat per hæc verba videlicet; *Non ho fatto patto alcuno, ne prima ne poi circa la reſegna del Canonicato*; Sed ſolum fatetur requiſitionem ſibi factam a D. Biſſio. Et illã quidẽ poſt ceſſionem litis prout in interrogatorio 13. 16. & 19. quorũ copia datᷣ in hac parte; Et ſic non pōt ptẽdi aliqua præcedens conuentio; Tũ quia illa expreſsè negatᷣ; Tum ẽt quia requiſitio prædicta dicitur facta poſt ceſſionem, & non antea.

11 Et demum circa correſpectiuitatem actuum, a Biſſio Pellicano & Do. de Bononia eodem die & coram eodem Notario factorum, ex qua præcedere ſimoniacam conuentionem, pręſumitur ſecundum Rotam *diuerſ. deciſ.* 81. *par.* 3. *lib.* 1. *& deciſio.* 503. *par.* 3. *lib.* 3. *cum alijs exaduerſo allegatis*: Supplicatur in primis aduerti, non eſſe verum in facto, omnes aſſertos actus fuiſſe celebratos eodem die, & corã eodem Notario & teſtibus: Nã ceſſio litis fuit facta per Do. Biſſiũ per plures dies ante reſignationem Canonicatus, & ẽt corã diuerſis teſtibus, licet eodẽ die confecta fuere, mandatum ſcilicet, Domini Pellicani ad reſignandũ, & mandatum Domini Mariani de Bononia ad conſentiendum penſioni; Et tamen ad inducendum actuum correſpectiuitatem, neceſſaria eſt non ſolum identitas Notarij, & teſtium, ſed etiã quod actus incontinenti, & ſubſequenter vnus poſt alium fuerint celebrati, prout loquuntur deciſ. exaduerſo allegatæ.

Et nihilominus etiam quod omnes prædicti actus eſſent celebrati eodem tempore, ac coram eodem Notario, & teſtibus, nõ ex hoc inducitur vera ſimonia, ſed tantum præſumptio, quæ non eſt apta ad priuationem, *cap. cum pridem, de pact. cap. conſtitutus, & cap. ſuper eo. de tranſact.* Niſi enim probetur præcedens pactio & conuentio, ſola actuum correſpectiuitas non inducit veram ſimoniam. gloſſa *in cap. tua nos, in verbo, purè*, & ibi præſertim Card. Zabarel. *numero* 2. *in fine, & numero tertio, de ſimon.* Put. *deciſione* 171. *numero nono, ſequentib. libro* 2. Rota vbi ſupra coram eodem Illuſtriſſimo Domino Domino Blanchetto, *in verſi. iſtis non refragantur.*

12 Et inſuper etiam ſimonia præſumpta ex correſpectiuitate actuum excuſatur in Rota, quantum fieri poteſt, quia aliter ferè omnia mandata, quæ de partibus veniunt, ad reſignandum, propter huiuſmodi correſpectiuitatem, iudicarẽtur ſimoniaca; Et propterea hæc præſumptio, ex correſpectiuitate oriens, regulariter nõ admittitur, & excuſatur. Rota *deciſi.* 82. *par.* 3. *lib.* 1. Et in dubio actus correſpectiui interpretandi ſunt potius in non ſimoniam, quam in ſimoniam; Rota coram dicto Illuſtriſsimo Domino Blanchetto *verſi. neque enim omnia, &c.*

13 Et ex omnibus prædictis ſtat firma prima reſponſio alias data ad ea, quæ exaduerſo ſcribuntur, videlicet, nullam eſſe probatam ſimoniã ex reſignatione Canonicatus ad fauorem tertij, facta per Dominũ Pellicanum cum clauſulis, & reſeruationibus, de quibus in ea, ex quo nõ eſt pbata præcedens pactio, & conuentio de ſic reſignando; Et nihilominus quando agitur ne dum criminaliter (prout in caſu noſtro) ſed etiam ciuiliter ad probationem, tunc non ſolum non admittuntur præſumptiones, ſed requiritur pleniſſima & exactiſſima probatio, prout ſæpius fuit reſolutum in Rota in pluribus deciſionibus relatis vltimo loco per Dominum Oranum in illa Tullẽ. prætenſæ ſimoniæ, vltima Ianuarij 1597. & rurſus 21. Aprilis eiuſdem anni.

14 Reſpondetur ſecundo quod ſimonia, quæ ex aduerſo prætenditur, ex eo ſcilicet, quod reſignatio Canonicatus non eſt libera, ſed conditionalis, ſeu modalis, non eſt propria & vera ſimonia, ſed tantum habet ſpeciem ſimoniæ; Ideo ad priuationem non ſufficit; ſecũdum communem, de qua alijs relatis teſtatur Pariſ. *conſi.* 29. *nu.* 1. *ſeq. lib.* 4. quem ſequuta eſt Rota Chiſſan. 38. Clar. *in pract. §. ſimonia, verſ. item clericus.*

15 Reſpondetur tertio, quod etiã data præcedẽti pactione, & cõuentione, quia tamen reſignatio & reſeruatio facta per D. Pellicanum non habuerunt effectum, cum Papa beneficium alteri contulerit ſine vlla reſolutione pẽſionis; ideo ceſſat ſimoniæ pęna, prout fuit reſolutum coram Do. Orano in illa Tullen. prætenſæ ſimoniæ, *verſ. Nã cum Papa*. Vbi licet præceſſerint ſimoniacæ promiſſiones, ad effectũ habendi conſenſum pro aſſequutione coadiutoriæ cum futura ſucceſſione cuiuſdam Abbatiæ; quia tamen non fuit facta collatio illius Abbatiæ, in vim dicti conſenſus, ideo reſoluit Rota, non fuiſſe commiſſam ſimoniam, ſaltem punibilem, allegat inter alia Summam Armillam, *in verbo, ſimonia, nu.* 4.

16 Nec obſtet, quod ſimonia conuentionalis puniatur ſicut realis: & quod paria ſunt promittere, vel dare, ad tradita p Redoã. & alios exaduerſo allegatos; Nam hæc vera ſunt, dummodo poſt dationem, vel promiſſionem ſequatur effectus, propter quem quid datum, aut promiſſum fuit; alias ſecus, & iſti ſunt proprij termini d. deciſionis Tullen. poſt Summ. Armill. quam allegat *in verbo, ſimoniæ, nu.* 4. & in caſu noſtro non ſolum non fuit ſequutus effectus reſignationis, ſed nec etiam fuit extenſus in curia aliquis conſenſus a procuratore, facto ad reſignandum. Ideo ſimonia non dicitur completa, nec punibilis eſt, vt per Nauar. *in tit. de ſimon. conſi.* 23. *nu.* 3. *ver. ſecunda ratio, & conſi.* 36. *nu.* 4. *lib.* 5.

17 Reſpondetᷣ quarto, quod qñ reſignatio fit in manibus Papæ, ẽt quod fiat ad fauorem tertij, & cum reſeruatione penſionis, & cum clauſula, nõ aliter, &c. non dicitur ſimoniaca (quicquid ſecus ſit quando fit reſignatio in manibus ordinarij, prout exaduerſo allegati loquuntur, Bero. *cõſil.* 87. *nu.* 7. *li.* 1. Caſſado. *tit. de ſimon. deciſi.* 2. *in fi. nu.* 6. *&* 7. *& tit. de renunciat. deciſ.* 3. *nu.* 1. *&* 2. Couar. *var. reſol. lib.* 1. *c.* 5. *verſ. verum Rom. Pontif.* Redoan. *de ſimo. par.* 2. *c.* 13. *nu.* 1. *ſeqq.* Decian. *to.* 1. *lib.* 5. *c.* 84. *nu.* 9. *verſ. & ideo reſignatio, & verſ. & ideo ſi quis denunciat.* Rot. *diuerſ. to.* 3. *lib.* 1. *deciſi.* 79.

18 Nec obſtent declarationes exaduerſo datæ, quòd ſcilicet propoſita cõcluſio intelligatur, vel

in reſignatione facta ab eo, qui reſignare non tenebatur, vel accedente ſciẽtia Papę, aliter ſecus; quæ declarationes prædictæ ſunt diuinatiuæ, & contra rationem dictæ cõcluſionis, cum ſcilicet, quis renunciat beneficium in manibus Papæ, & non obſtante quacunque conditione, ſeu reſeruatione, Papa confert illud beneficium cui vult: Et ſic reſignationem acceptat; conditionem reijcit; Nec inquam eſt ratio, qua mouentur Doctores ad excludendam ſimoniã in reſignationibus, quæ fiunt in manibus Papę, prout in ſpecie conſiderauit Rota *diuerſ. dicta deciſio. 79. par. 3. lib. 1.* igitur ſiue reſignatio fiat ab eo, qui non tenetur reſginare, & ſiue ab eo, qui tenetur, & ſiue ẽt intercedat ſcientia Papæ, ſiue non, ſemper militat ratio prædicta, quod Papa non aſtringitur ſeruare conditiones, & reſeruationes in reſignatione appoſitas: Ergo ſemper dicitur excluſa ſimonia, arguendo ab identitate rationis.

19 Reſpondetur quinto, quod mandatũ, de quo agitur, ad reſignandũ cum reſeruatione penſionis, videtur reſtrictum ad beneplacitum Papæ, & Sedis Apoſtolicæ, cum dicat, modiſq; & formis in omnibus, & per omnia prout in ſupplicatione deſuper ſignata, & ſignanda continetur ſeu continebitur & alias, iuxta eiuſdem ſupplicationis tenorẽ, & non aliter nec alio modo. Quibus ſtantibus omnis excluditur ſimonia propter reſeruatam Papæ authoritatem, & beneplacitũ, ad plenè tradita per Decian. vbi ſupra *d. c. 84. num. 9.* & alias fuit bene iudicatum per Dominum meum in illa Compoſtellan. prætenſæ ſimoniæ.

20 Reſpondetur vltimo loco, quod quicquid fecit Dominus Pellicanus, illud vtiq; fecit, vt tolleret impedimentũ pręſtitum a Domino Biſſio, petente aduerſario, & cui propter ſuam impotentiam, minimè reſiſtere ualens, non erat poſsibile habere exceptionem litterarum Apoſtolicarum; Ideo iſto caſu etiã pro cõſecutione poſſeſsionis ſine ſimoniæ labe pecuniam dare potuit, nedum reſignare Canonicatum cum reſeruatione penſionis, ad fauorem d. tunc aduerſarij. Abb. *in c. dilecti, il 1. num. quarto, verſi. puto tamen.* & ibi etiam Marian. *num. 6. verſ. ſubdit tamen.* Anan. *nu. 8. circa finem, verſ. puta tamen hic. extra de ſimon.* Decia. *d. c. 34. num.* 10.

21 Nec dicatur hic non conſtare de impedimento prædicto & potentia Domini Biſsi, prout impedimentum non ſufficit allegare, ſed oportet etiã illud probare, ad trad. per Aym. Dec. Boer. & alios exaduerſo allegatos; Nam quod de impedimento, & impedimenti potentia pleniſsimè conſtet, teſtes, de quib. in præſuppoſitis, & quorum copia datur, pleniſsimè docent.

22 Nec etiam obſtet, quod in huiuſmodi excuſatione a ſimonia non cõcurrant tria requiſita, de quibus per Armill. *in ſumma, verbo, ſimonia, numero vigeſimoquinto.* Primo ſcilicet, quòd ſit ius aquiſitum. Secundo quod ſit certus de aquiſitione. Tertiò quod ſit in poſſeſsione; Nam prima duo requiſita ſatis conſtant; Tum ex litteris Apoſtolicis Archidiaconatus ad fauorem Dñi Pellicani; Tum etiam ex ceſsione litis facta per Dominum Biſsium, in qua declarat, nullum ius in dict. Archidiaconatu habuiſſe, & habere. Tertium vero requiſitũ, ſcilicet poſſeſſio, non eſt neceſſarium, quando aduerſarius eſt potens, quia tunc etiam pro conſequutione poſſeſſionis eſt licitum dare pecuniam ſine ſimoniæ labe, ſecundũ Abb. Marian. Anan. & Decian. in locis proximè citatis, qui in terminis, & expreſsè ita declarant. Et eſt communis, a qua in iudicando non eſſe recedendum, dixit & teſtatus fuit Io. Bapt. Ferret. viden. *conſi. 235. nu. 1. & 2. lib. 1.* Et ex iſtis omnibus reſponſionibus, quarum vnaquæque ad victoriam ſufficit, excluſa videtur omnis fiſci, & inſtigatoris intentio.

23 Prædictis autem alter ſcribens addebat eſſe cõſiderandũ, quod in caſu, de quo agitur, cum agatur de crimine ſimoniæ criminaliter, tria neceſſario ſunt firmanda: Primo, quod in hoc crimine nullus accuſator auditur, niſi ſe ſubſcripſerit ad pœnam talionis. *c. licet nullus. de ſimon. in c. dudũ, il 2. numero 2. verſic. & ideo, de elect.* vel ſaltem ad pęnam extraordinariam arbitrio iudicis, iuxta *c. ſuper his. de accuſat.* vbi But. *ante num. 2.* Præpoſ. *in c. 1. 2. q. 8. nu. 13. in medio verſiculi. Tamen vt fatetur.* in his terminis ita firmauit Rota vt p Creſcent. *deciſ. 159. in manuſcrip.* & hoc ſolum fuit reſolutum coram bo. me. Domino Cantuario in vna Hiſpalen. beneficij de Carmona 13. Februarij 1581. Quapropter cum exaduerſo talis inſcriptio facta non ſit, vtique querela deſuper data, omnino venit reijcienda.

24 Secundo quod hoc crimen nũquam committitur, niſi præcedente pactione, *capitulo, tua nos, capitulo fin. de ſimon. cap. Artaldus, 8. quaeſt. 3.* Doctores omnes *in dict. capitulo, veniens,* Pute. *deciſi. 171. num. 9. libro ſecundo,* Caputaque. *deciſio. 239. nu. 7. par. 3.* & ita fuit firmatum coram Sanctiſsimo, in vna Firman. Capellaniæ 7. Maij 1582. & hoc eſt indubitatum ex tot deciſionibus in his terminis in Rota factis.

25 Tertio quòd cum hic agatur criminaliter ad effectum condemnandi, neceſſariò requiritur, quod quis ſit legitimè conuictus, vt clarè habetur in conſtitutione fel. rec. Pij Quinti ſuper ſimonia edita in Bullario, *nu.* 5. & ex textu claro *in c. de hoc. de ſimon.* Gloſ. communiter approbata *in c. veniens, in verb. per illorum. de teſtibus.* Alciat. de communi *conſi. 2. num. 4. & 41. libro primo. tomo primo,* & ſæpiſſimè firmauit Rota, vt recenſetur in illa Romana ſeu Hiſpalen. ſimonia coram Illuſtriſſimo Domino Blanchetto 7. Februarij 1596. & propterea vt quis conuictus dici poſſit, ad effectum illum condemnandi, requiritur clariſſima probatio, quæ nullatenus excludi poſſit. *l. qui ſententiam,* & ibi Salycet. *in ſummario, C. de pœn. l. raptores, vbi gloſſa in verbo, conuicti, C. de Epiſcopis & Clericis,* Albericus *in ſuo dictionario, in verbo, conuictus,* cum alijs ſimilibus, & conſequenter licet in hoc crimine admittantur coniecturæ, & indicia, hoc tamen intelligi debet, quando agitur ciuiliter, aut ad effectum inquirendi, vel reum in carceribus detrudendi; non autem, quando agitur ad cõdemnationem crimi-

Digitized by Google

criminaliter, vt bene declarat Decius *in c. porrecta, nu. 2. de confirm. vtili, vel inutili.* Et ita diſtinguit Marian. Socin. ſen. omnino viden. *in c. ſicut, nu. 5. verſ. ſed plus placet, de ſimon.* Vbi etiã Zabar.

26 Et quicquid ſit, ſaltem coniecturæ, & præſumptiones huiuſmodi debent eſſe tales, quæ omnino reum de tali crimine conuincant, Alexander de Neuo *conſilio 64. numero quarto*, Clarus *in §. ſimonia, in fine*, quam opinionem ſemper amplexa fuit Rota, vt atteſtatur dictus Illuſtriſſimus Dominus Blanchettus in vna Aquen. ſimoniæ, 19. Ianuarij 1594. & ſucceſſiuè in dict. Hiſpalenſ.

27 His firmatis, nulli dubium eſt, quod principalis noſter omnino venit abſoluendus, tum reſpectu perſonæ querelantis, quæ ſe non ſubſcripſit; tum etiam reſpectu probationis. Et quod attinet ad probationẽ, certè hic non ſolum non adeſt clariſſima probatio, prout requiritur, ſed nec etiam aliqua ſuſpicio, vt apparet ſingula diſcurrendo. Quæ autem hic deducuntur pro ſimonia, ſunt hæc; primo depoſitiones quorũdam teſtiũ, qui ad effectum, de quo agitur, nihil probãt; tum quia non ſunt examinati in hoc iudicio, ſed in cauſa ciuili, & ad alium effectum, quo caſu in iudicio criminali, nihil probãt, maximè interueniẽte fiſco, & ſic tertia perſona: Tum etiam quia in dicto non concludunt. Nam Nicolaus, Antonius Ferrarius ſecundus teſtis nihil probat, cum ſit ſingularis, & præcipuè, quia deponit ſolum de confeſſione extraiudiciali Domini Pellicani, quo caſu talis confeſſio ſic probata nihil nocet, & ẽt quia non eſt ſufficiẽter probata, cum requirantur duo teſtes conteſtes, ad Afflict. *deciſione 364. numero quarto*, quam paſſim ſequuta fuit Rota vt per Pute. *deciſione 470. & ſequen. libro ſecundo*; & ita fuit firmatum in hac cauſa coram Reueren. P. Dom. Pegna 15. Iunij 1591. & in termin. ſimoniæ fuit ita deciſum coram Sanctiſsimo in vna Firmana Capellaniç 7. Maij 1582. & in alia Tullen. Parochialis coram R. P. D. Seraphino 28. Maij 1593.

28 Franciſcus Fortunatus tertius teſtis, qui fuerat deputatus relator pro exequutore Regio, de quo in eodẽ proceſſu, *fol. 92.* licet patiat̃ multas exceptiones, ex quo fuit examinatus abſque interrogatorijs, & tractat de ſe exonerando, & eſt inimiciſsimus noſtri principalis, & conſequẽter eius depoſitio eſt nullius momẽti, vt pluries Rota firmauit, vt habetur in illa Romana ſiue Hiſpalen. ſimonia corã Illuſtriſsimo Domino Blãchetto; tamen adhuc, nec etiam in dicto aliquid probat circa ſimoniam; ſolum enim deponit de negligentia noſtri principalis circa expeditionẽ Regij exequutoris, per quã nihil ad ſimoniam inferre poteſt, cum ſit quid diuerſum a ſimonia.

29 Septimus & nonus teſtes deponunt de cõfeſſione B. quo caſu nihil probant, & pręcipuè cum ſint ſingulares, vt ex dictis reſolutionibus factis in Firmana Capellania coram Sanctiſsimo Tullen. Parochialis coram Domino Seraphino, & in alia Calaguritana coram Domino Pãphilio latè firmatur. Vltra quod talis cõfeſsio quantumuis probata, tamẽ confeſſio ſocij criminis, nihil releuaret, vt in eiſdem depoſitionibus habetur.

30 Octauianus Piuotta, vltimus teſtis, loquitur ſolũ de auditu alieno, & ſic nihil penitus probat. *c. licet ex quadam, de teſtibus, cum ſimil.*

31 Pirrus Bonamicus non ſolum non probat aliquam ſimoniam, dum deponit de tractatu faciendo de penſione imponenda ſuper Archidiaconatu, ſed certè eam penitus excludit, dum expreſsè deponit ſe intrepidè credere, inter Pellicanum, & Byſſum nullam interueniſſe colluſionem.

32 Secundò deducitur ceſſio litis facta per dictũ Byſſum ſub die 7. Octobris 1588. per quam idem Byſſus recognoſcẽdo, & aſſerendo ſe nullum habere ius, conſentit immiſſioni in poſſeſſionẽ Domino Pellicano, quo ceſſio licita, & valida fuit. Pute. *deciſ. 495. lib. 2.*

33 Tertiò deducitur reſignatio facta per principalem noſtrum ad fauorem Mariani de Bononia; ſed hæc cum ſit facta in manibus Sanctiſſimi, caret omni labe ſimoniæ, non obſtante gloſſa *capituli, ex parte, de offic. delegat.* cum alijs ex aduerſo allegatis, ita atteſtatur Caſſado. *deciſione ſecunda, numero ſecundo, de renunc. & deciſ. ſecunda, de ſimon.* Nauarr. in Manual. *in cap. 23. numero 107. verſicul. ad decimum dico, cum alijs cumulatis per Modernos de reſignat. libro primo, quæſtione ſecunda, numero ſexto, cum ſequent.* Præſertim cum eadem reſignatio fuerit facta, reſeruato beneplacito Sanctiſſimi, & non aliàs, vt apparet ex illis verbis, iuxta formam ſupplicationis deſuper ſignatæ vel ſignandæ, & nõ aliàs &c. & conſequenter ceſſat omnis ſimonia. Paleot. *deciſione 320.* Redoan. *de ſimon. capitulo 15. numero 32. & 42.*

34 Quartò deducitur confeſſio ipſius met Pellicani, in qua dicit ſe cõſenſiſſe reſignare Canonicatum cũ penſione ad fauorem Byſſi ex eo, quia ipſe erat forenſis in illis partibus, & ad effectum ſe cum dicto Byſſo reconciliandi, & ſe ab eius vexationibus redimendi; ſed hæc confeſſio nec ẽe aliquid circa crimen, de quo agitur, probat; Tum quia in fine dicit, intelligendo tamen hæc facere velle, accedente beneplacito Sedis Apoſtolicæ; Tum etiam, quia ſtãtibus vexationibus præſtitis ab eodem Byſſo, de quibus in ipſamet confeſſione, & latius vna cum eiuſdem Byſſi potẽtia, probant plures teſtes deſuper examinati, vtique prædictam reſignationem licitè facere poterat, ad redimendum ſe à vexationibus prædictis.

35 Et ex his ceſſant omnia, quæ ex aduerſo obijciuntur, & omnino principalis noſter abſoluendus eſt ex eo, quod prætenſa querela nõ fuit ſubſcripta ad pęnam iuris, tam ex quo nulla probatur pactio præcedens, ſine qua ſimonia nunquã committitur, vt eſt tritiſſimum in iure.

36 Nec dicatur, ex correſpectiuitate nonnullorũ actuum præſumi debere ſimoniam; Quia talis correſpectiuitas ad hoc vt noceat, actus debent eſſe conſtituti ſub vna & eadem die, coram eodẽ Notario & teſtibus, & debent eſſe proportionati, & coniuncti; ita vt vſus neceſſario ab alio deſcendat. Verall. *deciſione quarta, lib. 2. in manuſcript.*

ſcript. Mohedan. *deciſio.* 224. *alias tertia.de ſimon.* Pur, *deciſ.* 171. *&* 490. *li.* 2. Cottà 673. *alias* 37. & hæc opinio fuit etiam firmata in dicta Romana ſiue Hiſpalen. ſimonia, quæ correſpectiuitas in caſu noſtro nullo modo probat: ceſſio.n.litis fuit facta ſub die 7. Octobris 88. per acta vnius Notarij; poſſeſſio capta per Dom. Pellicanum fuit ſub die 13. eius per acta Ioannis Lucæ alterius Notarij; reſignatio vero licet fuerit p acta eiuſdē Ioānis Lucę, non tamen fuit coram eiſdem teſtibus, Vnde ceſſare debet omnis correſpectiuitas.

37 Et in omnem euentum, ꝙ, vt dixi, reſignatio fuerit facta cum beneplacito Sedis Apoſtolicæ, & nō alias, vtique ſiue fuerit correſpectiua, ſiue conditionalis, ſiue quantumuis illicita, & ſimoniaca, tamen nihil nocet reſignāti, vt ſupra oſtēdi. Et ita vt ſupra concluſum fuit. Iſte probus Sacerdos fuit abſolutus in tribunali Illuſtriſſimi D.A.C. de voto etiam doctiſſimi viri. L. D.

Tenor autem deciſionum allegatarum, infrà ſequitur.

Deciſio coram Domin. Chiſanen. in ordine 37.

38 Dies 19. Decembris coram Do. Chiſanen. in vna Lucana Canonicatus inter Vincentiū de Colle, & Matthęum, in qua facta erat conuētio de permutando beneficia, & ad partes alia cōuentio, quod Venantius liberaret domum Malegaſii ab annuo cenſu Florenorum 13. & reperiebatur inſtrumentū, in quo fuerant aſſignata melioramenta aſcendentia ad valorem ducatorum 120. fratribus dicti Malegaſii, & teſtes examinati dicebant dictā aſſignationem fuiſſe factam ex dicta cauſa ante permutationem. Fuit dubitatum, an eſſet probata ſimonia? & cōcluſum fuit quod non, quia executio nō erat conformis tractatui, & conuentioni; & potuit ex alia cauſa eſſe factum inſtrumentum; & quia ad priuandum quē beneficio, de neceſſitate debet probari ſimonia realis, Abb. *in c. cō ſtitutus. de tranſact. & c. cum pridem. de pact. in c. ſuper eodem. de tranſac.* Paris. *cōſilio* 13. *nu.* 14. *vol.* 4. *& conſ.* 29. *nu.* 13. *eodem volum.* Mohedan. *deciſ.* 224. *& idem fuit firmatum in eadē cauſa* 29. *Iunij* 1557. LAVS DEO.

Deciſio coram eodem Chiſanen. in ordine 42.

39 Die prima Februarij in vna Lucana Canonicatus inter Vincentium de Colle, & Matthæum Veridium fuit dubitatū, an ex quo Matthæus vſus fuerat mandatis correſpectiuis, cenſeretur commiſiſſe ſimoniam quæ impediret reſtitutionem in ſpolio? & fuit concluſū quod non, cū non ſit realis, nec etiā expreſſa conuentionalis, ſed tantum præſumptiua, id eſt quæ habet ſpeciem ſimoniæ, quæ non apta eſt ad priuationem. *c. cum quidem. de pact. & c. conſtitutus, & c. ſuper eo, de tranſact.* & maximè, quia huiuſmodi mandata reciproca paſſim fieri ſolent in partibus, nec partes ſciunt omnino eſſe ſimoniaca; ideo mitius cū illis agendum; & præſertim in cauſa ſpolij, & ad adducta in contrariū, videlicet Creſcen. 74. Mohed. 224. Gomez. 4. *in prin.* Put. 3. *de ſimon.* Peregr. 82. *&* 83. non procedunt in ſpolio; ſed in priuatione in forma iuris.

LAVS DEO.

Deciſio coram Reueren. P. Dom. Aldobrandino nunc Sanctiſſ. D. N. Firmana Capellaniæ S. Mariæ de Ieſu, Luna, 7. Maij 1581.

40 Domini tenuerunt, ſimoniam non probari; quatuor enim prætendunt pro parte Cinthij probare reſtes ab ipſo examinati; confeſſionem Hieronimi donantis, qui donauerat præcedenti conuentione de ſibi dandis his, de quibus deponunt teſtes; Confeſſionem Antonij, quod præceſſerit huiuſmodi conuentio; famam prętēſę conuentionis; effectuationem ralis promiſſionis, ex quo teſtes deponunt, quod Antonius ſibi pro duobus vel tribus annis illa præſtitit.

41 Quoad confeſſionem Hieronimi alias Ciampaglias ſecundus, ad ſextum deponit de confeſſione poſt donationem factam & eſt ſingularis, quia dicit, quod quando Ciampaglia id ſibi dixit, erant ſoli, & idem dixit ſuper primo ibi, *anco me lo diſſe in piazza da lui & me*, tertius & quintus ad 16. & ſuper ſecundo videtur percutere tempus poſt donationem; quartus percutit idem tempus, vltra, quod videtur ſingularis in omnibus; & illa verba, *& non ci fu preſente niſſuno*, poſſunt referri, tam ad ea, quæ ipſe referr dixiſſe Antonio, & dictum teſtis ſemper interpretatur contra producentem, Rota *in antiq. ſexto, de teſtibus.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. primo, gloſſa ſexta, numero quarto*, quàm ad id, ſuper quo deponit, videlicet, de confeſſione Hieronymi ante & poſt donationem; idem deponit ſextus de confeſſione poſt donationem, & eſt ſingularis, quia dicit, quando id dixit Hieronymus, non aderat, niſi Hieronymus; & teſtis examinatus ſolum deponit de tempore poſt donationē, taliter quod octauus, tertius, quartus, ſextus, deponunt de cōfeſſione poſt donationem, quæ donatario non pręiudicat, vt dicunt Paulus de Caſtro *conſ.* 337. *in princ. lib.* 2. Corneus *conſilio decimoquinto, numero octauo, prope finem, libro primo*, & eſt generale, quod confeſſio cedentis poſt confeſſionem non præiudicat ceſsionario. Paulus de Caſtro *in l. facta, §. ſi hæres. ff. ad Trebellen.* Afflictus *deciſio.* 165. *numero quinto*, Riminald. *conſilio* 151. *numero ſecundo, libro primo, & conſilio* 381. *numero* 21. *&* 23. *libro ſecundo,*

42 Accedit quod ſecūdus, quartus, & ſextus, ſunt ſingulares, & quāuis tertius, & quintus videātur deponere de confeſsione et ante donationē, ꝗ ſolet piudicare, tñ ambo iſti teſtes sūt admodū dñis ſuſpecti

ſuſpecti,& graues patiuntur exceptiones;tertius enim eſt Cornelia ſoror vxoris Ciampagliæ, & ſic intrat concluſio,quòd ſi non valeret dicta donatio,ſuccederet in hoc iure patronatus. Quintus eſt ſoror Ciampagliç, dicens, ſe commiſiſſe hanc ſimoniam. Cuius dictum,tanquam illius, qui huius criminis participes fuiſſet, non nocuit donatario,*c.ſunt primo, vbi Doctor.de teſtib.* Alex. de Neuo *conſi.64.nu.4.cum ſeq.*ergo non præiudicabir dictum illorum, qui aſſerunt, ab ipſo audiuiſſe,*c.licet,ex quadam,de teſtibus.*

Quoad confeſſionem Antonij, de ea deponit ſolūmodo Vincentius, & conſequenter tanquā ſolus,& ſingularis, non probat; vltra quod non probet, vt patet ex illis verbis;*Hieronimo gli ho dato tanto,non gli voglio dare più niente*;fieri enim poteſt,quod dederit,non ea cōuētione, ſed ex cauſa remunerationis; quo caſu non committitur ſimonia,& hoc eſt quod ſonat illud quod ad 20. *me diſſe che ſe lui donaua le predette coſe, gli donò per vna certa coſa,& baſta*, ſi enim erat donatio, ergo non eſt ex præcedenti conuentione & pacto. Et illa verba,*per vna certa coſa*, poſſunt interpretari ex cauſa remunerationis ſpontaneæ, non autem quod præcederet conuentio, quod ſimoniacum non eſt,*c. Artaldus,8.q.7.* Dec.*in c.ueniens.1.nu.7. de teſtibus.*

43 Fama non obſtat,quia etiam quod de crimine ſimoniç ciuiliter agatur,requiritur nihilominus concludens probatio; & propterea non ſufficit fama cum vno teſte,gl.*in c.veniens,primo,de teſtibus*,communiter approbata,vt dicit Decius *conſ. 210.prope finem*, licet enim probetur per indicia, & coniecturas, debent tamen eſſe euidentia, & cōcludentia.Iulius Clarus,*§.ſimonia,in fine.*hinc eſt, quod fama ſimul cum teſtibus ſingularibus de confeſſione,non probat ſimoniam. Dec. *in d. c.veniens,nu.12.in fine,uerſ. non obſtat. extra de teſtibus.*Put.*deciſ.171.in fine.lib.2.*

44 Effectuatio non obſtat,quia etiam ſi probaretur, Antonium aliquid dediſſe Ciampagliç,poſt reſignationem,id non argueret concludenter ſimoniam, non probata conuentione præcedenti.Doctor.*in dicto capitulo veniens, de teſtibus*, vbi Decius *numero ſeptimo, & dicto conſilio 210. columna finali*,& Domini inhærere voluerunt huic rigori exactæ probationis, quatenus requiritur in hoc crimine, propter vehementes exceptiones,quas patiuntur teſtes; ſecundus enim eſt filius Iacobi Ciampagliæ,qui Curtium præſentauit, qui negat ſe conſanguineum Curtij, & tamen in proceſſu folio 64. de contrario apparet: & ſuper ſecundo deponit id eſſe notorium. Primus ignorat; tertius in vxorem habet ſororem Ciampagliæ: Sextus ſoror Ciampagliæ; ſeptimus eſt vxor Ciampagliæ: Octauus,vt deponūt teſtes reprobatarij, patitur multas exceptiones; vltra quòd iſte teſtis nihil concludit: & primus, & octauus, qui non ſunt affines, & conſanguinei,nihil deponunt de publica voce, & fama; de ea autem deponunt illi teſtes,qui ſunt affines, & conſanguinei, & patiuntur exceptiones, cum ſi vera fuiſſet fama, potuiſſet per alios teſtes non patientes huiuſmodi exceptiones probari, & cætera.

LAVS DEO.

Deciſio coram Reueren. P.D. Stephano Decano Veneris 28. Maij 1593. Tullen. Parochialis, in eadem materia.

45 FVit reſolutum, ſimoniā, in caſu, de quo agitur,non probari; nam cum agatur ad effectū priuationis,ea plenè & concludenter eſt probanda.gloſſa,*in c.veniens,il 1. in verbo,illorum,de teſtibus*, & ibi Abbas *num.* 4. quam eſſe communiter approbatā,teſtatur Alciat.*conſilio ſecundo, numero 40.& 41.libro primo,tomo primo*,& tenuit Rota in cauſa Firmana Capellaniæ, 7. Maij 1582.coram Sanctiſſimo Domino noſtro, quicquid ſit, vbi agitur ad repellendum aliquem ab aſſequutione beneficij,nondum obtenti; quo caſu ſufficiant probationes leuiores, vt per Fab. *deciſ.47. libro ſecundo*, & tenuit Rota in cauſa Caurcen. Canonicatus coram me 19.Maij 1581.& in alia Calaguritana,*che barò* 20.Maij 1590.coram Domino Comitulo, & quamuis in hac materia, vti difficilis probationis, ſoleant admitti coniecturæ,& indicia,*cap.per tuas,de ſimon.capitulo, primo, de teſtibus,in ſexto*, Corneus *conſilio* 342. *numero decimooctauo,libro primo,conſilio* 122. *numero octauo*,Menoch. *de arbitr. caſ.....num.vigeſimoſecundo*, Clar.*in §.ſimonia,verſic.Item ſciat*; Nihilominus huiuſmodi indicia,& coniecturæ,etiam ſi ciuiliter agatur, debent eſſe euidentes, & claræ, ac ſimoniam neceſſario concludentes, ita vt nihil aliud importare poſſent. Felyn. *in capitulo, ſuper his,numero decimoſeptimo,de accuſatio.* Natta *conſilio 299.numero decimotertio*,Verall.*deciſione* 202. *par.*1. Clarus *in d.§.ſimonia,in fine*, & habetur in dicta deciſione Firmana Capellaniæ.

46 Quæ autem hic pro ſimonia deducuntur, ſunt hæc: primo dictum Deſiderij reſignantis, qui dicit, ſe reſignaſſe parochialem ſub promiſſione cuiuſdam ſummæ pecuniarum, equi, & quarundam aliarum rerum; ſed hæc depoſitio non probat, cum ſit confeſſio cedentis, facta poſt reſignationem, quæ non nocet ceſſionario. Caſtren. *in l. facta, §.ſi heres. ad Trebellian.* Afflictus *deciſione* 165.*numero quinto*, Riminald. *conſilio* 151.*numero duodecimo, libro primo, &* 381. *numero vigeſimo primo, libro ſecundo*. Caputaque. *deciſione* 185.*parte prima*, & fuit dictum in dicta Firmana. Præterea non probat, quia Deſiderius eſt ſocius criminis, qui in hac materia non admittitur,*capitulo,ſicut, il primo, de teſtibus*, Alexand. de Neuo *conſilio ſexageſimo quarto, numero quarto*, præſertim vbi agitur ad effectum priuationis, vt diſtinguit Fab.*dicta deciſione* 47. *libro ſecundo*. gloſſa *in dicto capitu. veniens, in verbo, confeſſo*, & Alciat. *dicto reſponſ. ſecundo, numero tertio, & quarto*, maximè cum iſta confeſſio facta fuerit inter pocula, & poſtea reuocata,

& licet regulariter ſit ſtandũ primo dicto, tamen per ſecundum etiam extraiudiciale tantum, detrahitur primo, vt illius vigore non poſſet deueniri ad ſententiam. But. & Abb. *in cap. cum in tua. de teſtibus*, cum alijs per Gabr. *concl.* 30. *de crimin. nu.* 30. & hoc modo tollitur etiam probatio eorum, qui deponunt de confeſſione Deſiderij, ne plus credatur copiæ, quàm originali.

47 Non obſtant teſtes deponentes de fama, quia ad effectum priuationis, nõ admittitur, etiam ſi ciuiliter agatur. gl. *in d. c. ueniens*, & ibi Abb. *num.* 8. & Dec. *nu.* 12. *de teſtib.* idem Decius *conſ.* 210. *prope finem*. Clar. *d. §. ſimonia in fi.* Gabr. *concl.* 1. *de proba. nu.* 12. Put. 171. *in fine, li.* 2. & fuit dictum in cauſa Immolen. confidentiæ coram R. P. D. meo Pamphilio de menſe Februarij 1592. & etiam in prærcitata Deciſione Firmana.

48 Non obſtant teſtes deponentes de ſolutione pecuniarum, & emptione equi, quia neſciunt ex qua cauſa fuerint hæc facta, neque deponunt de præcedenti conuentione, vel animo & intentione ſimoniaca; quod tamẽ eſſet neceſſarium, cum abſque præcedenti pactione non inducatur ſimonia. *c. artaldus.* 8. *q.* 3. gl. *in c. quam pie, in uerbo, poſt modum,* 1. *q.* 2. & tradunt communiter Butr. *in d. c. ueniens*. Dec. *conſ.* 118. *nu.* 4. Paris *conſ.* 30. *nu.* 21. *li.* 4. Put. *deciſ.* 171. *nu.* 9. *lib.* 2. Mohed. 166. & fuit latè deductum a R. P. D. meo Orano in Deciſione Luſentina confidentiæ.

49 Non obſtant ijdem teſtes, dicentes, audiuiſſe partem reſignatarij, dicentem, ſe non fore ingratum; hæc enim verba generalia nullam probant ſimoniam, vt per Sotum *de iuſt. & iur. li.* 9. *q.* 8. *ar.* 5. *concl.* 3. & fuit dictum in vna Britonocien. penſionis coram R. P. D. meo Giptio, immo ex iſtis verbis potius excluditur præcedens pactio, & infertur, pecunias, & equum datas poſt iam datum mandatum ad reſignandum.

50 Non obſtant teſtes deponentes de confeſſione Georgij reſignatarij, quia ſunt ſingulares, & eſt notiſſima concluſio, confeſſionem per teſtes ſingulares non probari Alex. *conſ.* 132. *nu.* 6. *li.* 5. Put. *deciſ.* 3. *de proba.* Alber. *in repertorio tit. de teſtibus. nu.* 23. Alciat. *d. conſ.* 2. *nu.* 5. etiam ſi cum confeſſione concurrat fama. Dec. *in d. c. ueniens. num.* 12. *in fin.* Put. 171. *in fi. li.* 2. & fuit dictum in ſupra citata cauſa Firman.

51 Non obſtat deciſio facta in cauſa Biſſignanẽ. penſionis coram Illuſtriſſimo Lãcellotto de anno 1574. quia ibi concurrebant multa adminicula; & præſertim ſuſpenſio facta ab ordinario ob ſimoniam, & cõfeſſio utriuſque ante reſignationem, & fundatur in dicto Gabr. *in concl.* 2. *de teſtibus, in fin.* Qui generaliter dicit, teſtes ſingulares probare concurrentibus adminiculis, nec loquitur in materia ſimoniæ, ad effectum priuationis. In quo caſu factæ fuerũt poſteriores deciſiones, quæ ſunt in proprijs terminis ſimoniæ, & fuerãt maiori ſtudio elaboratæ.

52 Poſtremo nõ obſtat porrectio ſupplicationis pro abſolutione a ſimonia, quia cum hæc confeſſio proueniat ob eodem Deſiderio, ea nõ poteſt præiudicare reſignatario, vt per Bal. *in l. in bon. e fi. dei, col.* 5. *verſ. expedita eſt tertia pars, C. de reb. cred.* Fel. *in c. ſi conſtiterit, col.* 2. *de accuſa.* Dec. *in rubr. de conſtit. nu.* 14. Vltra alias reſponſiones ſupra deductas. Et ita concluſum, &c. LAVS DEO.

Deciſio coram R. P. D. Pamphilio Calaguritan Confidentiæ, Ven. 25. Iulij 1593.

53 Domini ſteterũt in reſolutis coram R. P. D. Penia, qđ non conſtet de tali confidentia, aut ſimoniaca pactione, quæ præiudicet Iuſtino & Dominico; cum enim in hoc crimine requiratur plena probatio, etiam ſi de eo ciuiliter agaẽ, Abb. *in c. ueniens. il* 1. *nu.* 4. *de teſtibus,* poſt gl. ibi, quam communiter eſſe approbatam, teſtatur Alciat. *conſ.* 2. *nu.* 41. *Thoma.* & tenuit Rot. *in cauſa Imolen. cõfidentiæ, de anno præterito.* viſum fuit Dominis, in caſu, de quo agitur, talem probationẽ non adeſſe, quia quod Ioannes Sanctorius dederit mandatum ad conſentiendum pro Coaditore ſui Canonicatus cum futura ſucceſſione, ad fauorem Didaci, cuius Pater Franciſcus per tres dies antea; dederat ſimile mandatum pro Coauditoria ſui Canonicatus cum futura ſucceſſione ad fauorem Iuſtini filij ipſius Ioannis; non includit de neceſſitate confidentiam, niſi conſtet de præcedenti conuentione, vel animo, ſeu intentione ſimoniaca vſque ab initio conſentiendi Coauditoriæ, ad fauorem filij alterius Canonici, vt alter canonicus pariter & ipſe conſentiret Coauditoriæ, ad fauorem ſui filij; quia cum poſſit dari caſus, quod actus iſte ſecundi conſenſus factus fuerit, ſeclusã omni pactione, & vitio, ad oſtenden. gratitudinem ergo primum conſentien. quod non eſt prohibitũ, ad *l. ſi non ſortem, §. libertus, vbi gl. in verbo, natura, ff. de cond. indeb.* & ita in dubio ad excludendũ delictum cenſetur factus, *l. merito, ff. pro ſoc.* Put. *deciſ.* 440. *lib.* 2. ex eo non infertur de neceſſitate ad confidentiã ſeu ſimoniam, quia ex his, quæ poſtea ſequũtur, abſq; præcedenti pactione nõ probantur, *c. Artaldus, ibi, antequam eligeretur.* 8. *quaſt.* 1. *gl. in c. quã pro. in verbo, poſtmodũ,* 1. *q.* 2. gl. & Doct. *in c. tua nos. de ſimon. & in c. ueniens, il* 1. vbi Dec. *nu.* 7. *de teſtibus,* idem Dec. *conſ.* 118. *nu.* 4. Pariſ. *conſ.* 30. *nu.* 21. *li.* 4. Put. *deciſ.* 171. *nu.* 9. *lib.* .... Mohed. *deci.* 166. & fuit reſolutũ in cauſa Cuſentin. Confidentiæ coram D. meo Orano, & poſtea in plurib. alijs cauſis ſæpiſſime.

54 Neque obſtat quod iſta mandata ad conſentiendum Coadiutorijs, ſint facta intra modicũ tempus, & in perſona eiuſdem prioris, quia cum non ſint facta eodem die, ſed poſt triduũ, & poſtquam partes digreſſæ fuerũt ad extraneos actus, ceſſat correſpectiuitas ſufficiens ad inducendam ſimoniam, iuxta deciſ. Caput. 197. *p.* 2. *in impreſſ.* quicquid dicendũ ſit ad alios effectus, vt loquuntur Anchar. *conſ.* 434. *num.* 3. Aym. *conſ.* 153. *nu.* 8. & alios ponderauit Rota *in cauſa Oſcen. prioratus* 20. *Iulij* 1582. coram D. Orien. Neque obſtant deciſiones in cõtrarium allegatæ, quia vel

loquuntur

loquuntut in mandatis datis eodem die, vt Pere
gr. *decisi.*82.*li.* 1. Paleot. 150. vel mulra alia con-
currebant pro probatione confidentiæ, vel ſimo
niæ, quæ hic deficiunt, vt in cauſa Reatin. penſio
nis coram me, & in alia Feranden. præceptoriæ
coram D. meo Gipſio, in quibus aderant reſigna
tiones, & retroceſſiones cum reſeruatione pẽſio-
nis, & regreſſus, quas vti ſimoniacas, ac confiden
tiales, expreſsè damnat conſtitutio fel. recor. Pij
Quinti, ſuper confidentijs addita.

55 Neque obſtat qđ ſupplicationes fuerint expe
ditæ ſub eadẽ data, & per Priorem vnico contex
tu, & coram eiſdẽ Notario, & teſtibus, pręſtitus
cõſenſus ſuper vtraque ſupplicatione; quia quic
quid dicendum ſit, quando eodem tempore pręſ-
ſtatur conſenſus ab ipſiſmet principalibus, & lo-
quitur Achill. *decis. vnic. de reſignat. & decis. in cau*
ſa Bononienſi, tranſlationis penſionis coram Sanctiſs.
Tamen, quando conſenſus præſtatur a Procura-
tore, ſat eſt, quod mandata non fuerint correſpe
ctiua, & ſimoniaca; & nihil refert quod ſupplica-
tiones fuerint expeditæ in Curia ſub eadem da-
ta, quia non attenditur data ſupplicationis circa
correſpectiuitatem, ſed tempus mandatorum; &
ſi fuerint diuerſa tempore, & abſque ſimonia vel
confidentiæ vitio, expedita, non potuit procura
tor porrigendo eodem tempore ſupplicationes,
& præſtando conſenſum, vnico contextu facere
correſpectiua mandata, quæ non erant, & facere
incidere Dominos in pęnam cõfidentiæ, cum ad
hoc mandatum non extendatur. *l.* 1. §. *ſi procura-*
tores, ff. ſi quis iuſdic. non obtemp. Bar. *in l. ſi procura-*
tores, nu. 8. & Iaſ. *nu.* 5. *ff. de condict. indeb.* Alexan.
conſi. 17. *nu.* 12. *lib.* 6.

56 Non obſtat, qđ Iuſtinus interrogatus a iudi-
ce, an permutationes Canonicatuum inter Frã-
ciſcum & Ioannem fuerint factæ ſub beneplaci-
to ſedis Apoſtolicæ, & rñdendo facta fuiſſe ſub
beneplacito dictæ Sedis, videatur ſaltẽ implicite
fateri, illas fuiſſe permutationes; quia cum iudex
non interrogauerit, an gratia Iuſtini eſſet facta
permutatio, ſed præſupponendo illam eſſe per-
mutationem, ne dicam ſuggerendo interrogaue
rit, an eſſet facta ſub beneplacito Sedis Apoſto-
licæ; Reſponſio Iuſtini debet intelligi iuxta in-
terrogationem, quod ſcilicet interuenerit bene-
placitum Apoſtolicum, non autem, quod volue
rit aliquid firmare ſuper eo, an eſſet permutatio,
vt confeſſio minus noceat confitenti, iuxta *l. ſi*
quis intentione ambigua, ff. de iudic. Mohed. *dec.* 37.
maximè, quod Iuſtinus tam ante, quam poſtea
interrogatus de tractatus cõuentionibus, & per-
mutatione, & an ſciret cauſam, cur Franciſcus ſi-
bi reſignauit Canonicatum, ſemper reſpondit,
eo quia de dicto tempore cauſa ſtudiorum reſide
bat in loco de Arnedo; quod ſuadet, ipſum no-
luiſſe in prædicta reſpõſione fateri permutatio-
nẽ, quam ignorabat; & vulgaris eſt regula, quod
verba, quę aliquid pręſupponunt, nihil diſponũt
ſuper eo, quod ſupponunt, ad *l. ex facto, la* 1. *de ha*
red. inſtit. Clem. 1. *de præben.* Rot. *decis.* 23. *de procu-*
ra. in antiq. Fely. *in c. ſedes, colum.* 8. *verſic.* 6. *declar.*
de reſcrip.

57 Minus facit falſa confeſſio Didaci in quibuſ-
dã ſuis litteris, quia vltra quod nihil præiudicat
Iuſtino, folium, in quo adeſt narratio facti, non
eſt recognitum; & licet oſtendantur litteræ Di-
daco, in quibus dicit ſe tranſmittere folium, ſeu
factum ſui negotij, non tamen conſtat, quod fo-
lium, de quo agitur, ſit illud, quod Didacus trãſ-
mittit; & in omnem euentum cõtinet potius re-
lationem prætenſionis Andreæ, quàm quòd ali-
quid fateatur, cũ in principio dicat, illud eſſe fa-
ctum, qđ ipſi opponebatur, adnotata per Rot. *de*
cis. 60. *de reſcrip. in antiq.* Caſſad. *dec.* 4. *n.* 8. *de prob.*

58 Non obſtant teſtes de publica voce, & fama,
quia præter id quod Dominis non videbatur ſa-
tis concludens eorum depoſitio, quæ de permu-
tatione enunciatiuè tantum loquebatur, Bart.
conſ. 113. *nu.* 5. *li.* 1. maximè, quando, prout hic, cõ
tingit principaliter dubitare de enunciato, gl. *in*
l. optimam. de contrah. & committ. ſtipul. Alex. *conſi.*
21. *lib.* 1. Dec. *in auth. ſi quis in aliquo. num.* 37. *C. de*
eden. fuit dictum crimen confidentię, & ſimonię;
& ſi de eo ciuiliter agatur, non probatur ex pu-
blica voce & fama, etiam cum vno teſte, qñ, pro-
ut hic, agitur de priuatione beneficij, gl. *in d. c. ve*
niens, il 1. & ibi Abb. *ſub nu.* 8. & Dec. *conſ.* 210. *pro*
pe fin. Clar. *in* §. *ſimonia, in fi.* Put. *decis.* 171. *in fi. li.*
1. cum alijs per Gabr. *concl.* 1. *de proba. nu.* 12. *cum*
ſeq. & fuit reſolutum in cauſa Firmana Capella-
niæ 7. Maij. 1582. coram Sanctiſſ. & alias ſæpiſſi-
mè, maximè, cum non conſtet, vnde iſte rumor
habuerit originem, & potuerit proceſſiſſe a male
uolis vel intereſſatis. Anchar. *conſ.* 154. Dec. *conſ.*
175. *col.* 2. Aym. *conſ.* 41. *nu.* 2. & quidem iſta fama
eſt per ſe valde inuériſimilis ex eo, quod ordina-
rius, qui ſingulis annis viſitat ſuam Eccleſiam,
non potuiſſet hoc tanto tempore ignorare, nec
tollerare. Rot. *decis.* 6. *de iur. patr. in nou.* Caſſad. *de*
ciſi. 2. *nu.* 3. *de cauſ. poſſ. & propr.* Dec. *conſi.* 118. *nu.*
2. Fel. *in c. ſicut. nu.* 29. *verſ. tertia fallent. de re iudi.*

59 Et ita Domini cõcluſerunt, maximè, quia ver
ſamur in ſimonia, vel cõfidentia, commiſſa a pa-
rentibus Iuſtini, & Didaci; & ſic a tertijs, abſque
eo quod cõſtet, ipſos habuiſſe de ea notitiã, quæ
non tollit beneficium regulæ de triennali, vt per
Sarnen. *ſuper d. regula, quæſt.* 12. *nu.* 8. & fuit deci-
ſum in cauſa Iſpalen. beneficij, 16. Nouembris
1579. coram Sanctiſſimo.

60 Neque obſtat, quod regula nõ habeat locum
contra ſuperiorem, quia Caſſad. *decisio.* 7. *nu.* 10.
ſuper regulis, & alij in cõtrarium allegati, loquũ
tur, qñ ordinarius inquireret de titulo, non au-
tem quando ob crimen ſimoniæ contra tertiũ,
quia ſufficit allegare triennalem, præſertim cum
Iuſtinus non modo ſit triennalis, ſed decenna-
lis, imò etiam vicennalis, & vlterior poſſeſſor pa
cificus; quo caſu intrat etiam præſumptio alte-
rius tituli. Caſſad. *decisi.* 8. *ſuper reg.* ita vt forſan
defendi poſſit, etiam ab ordinario inquirente de
tit. ad not. per Franc. *in c. ordinarij in tertia limita-*
tione, de officio ordin. in 6.

Alia bene tolluntur per informantes.

LAVS DEO.

Deciſio coram Illuſtriſsimo D. *Blāchetto Aquen. ſimoniæ Mercurij* 19. *Ianuarij* 1594.

61 FVit reſolutum, non conſtare de tali ſimonia, quæ noceat Alexandro; ſæpius enim in Rota fuit reſolutum, quod ad probationē ſimonię, non quælibet indicia & coniecturæ ſufficiūt; ſed illas, ex quibus reus conuincitur, *ex conſ.* Alex. de Neuo 64.*n.*2. Fel. *in c. ſuper his. n.*17. *de accuſ.* Clar. *in §. ſimonia, num.*2. vt in cauſa Firmana Capellanię coram Sanctiſſimo Domino Noſtro in cauſa Tullen. parochialis, coram R. P. D. meo Decano, & in alia Brittonorien. commendæ corā R. P. D. meo Gipſio anno 1586.

62 Coniecturę autem & indicia, ſtante reſolutione vltimo loco facta, quod apocha Iulij Spinolę non probet, ſunt admodum leues. Nam mandatum ad reſignandum, & mutuum vno & eodem die fuerunt cōfecta, tamen cum neutrum loquatur de Alexandro Butio, & vtrunque ſit permiſſum, videlicet reſignare beneficiū liberè, & dare pecunias mutuo, nō poteſt ex illis inferri ad delictum, vt fuit reſolutū coram R. P. D. meo Penia in cauſa Calaguritana confidentiæ 24. Decembris 1592. Præterea ſi aliqua ex hac correſpectiuitate poſſit oriri præſumptio, illa eliditur ex qualitate Iulij Spinolæ, & cum totum hoc negocium non potuerit perfici ſine ſcientia ordinarij, in cuius facultate erat, beneficium liberè in manibus ſuis reſignatū, perſouæ ſibi bene viſæ conferre, non probata eius ſcientia, & conſenſu, præſumptiones pro parte Stephani eliduntur.

63 Non obſtat inſtrumentum inter Iacobum & Alexandrum ac fratrem eius; Primo, quia cū habeat ſuam cauſam ſeparatā & expreſſam licitā, non probat ſimoniam, Put. *deciſ.*171. *&* 489. *lib.* 2. Nec refragatur obiectus ſimulationis, quia ex teſtibus pro parte Alexādri conſtat de veritate, & teſtes deponentes contrarium, ſunt inimici ipſius, qui eos repellit, vt fuit dictum in hac cauſa, & ſunt ſingulares, & de auditu, qui nihil probāt, Io. de Amicis. *conſi.* 123. *nu.* 10.

64 Non obſtat etiam, quod ſi attendantur verba inſtrumentorum, nūquam poterit probari ſimonia, quia ad palliandum, ſemper cauſa licita in illis exprimitꝰ; quia tunc cauſa expreſſa non attenditur, quando probata eſt præcedens pactio, ſine qua, ſimonia non probatur. Pariſ. *conſ.* 30. *nu.* 21. *li.* 4. Mohed. *deciſi.* 167. &c. L. D.

Deciſio coram R. P. D. Litta Aretina Confidentiæ Lunæ 23. *Ianuarij* 1595.

65 DOmini pro maiori parte tenuerunt, ſimoniā non fuiſſe probatam in caſu, & ad effectum, de quo agitur; & moti fuerunt, quia ad probandum huiuſmodi crimē, & ſi ciuiliter agatur, requiritur probatio plena, & cōcludens. Abb. *in c. veniens, nu.* 4. vbi Dec. *num.* 8. *de teſtibus.* Alciat. *conſ.* 2. *nu.* 41. *lo.* 1. Natta *conſ.* 299. *nu.* 3. *in fine, verſic. quia reſpondeo, li.* 2. ita ſæpe tenuit Rota & præſertim in illa Firmana Capellaniæ. 7. Maij 1582. coram Sanctiſs. D. N. tunc Rotæ Auditore, & in illa Calaguritana Confidentiæ. 25. Iunij 1592. coram R. P. D. Pamphilio; tales aūt probationes non afferuntur aduerſus D. Emiliam, ideo, &c.

66 Nec refert, quod etiam per coniecturas probari poſſit, ſecundum Buttium, & alios *in c. ſicut de ſimonia.* Quia hæc opinio procedit, vbi ſigna & coniecturæ, quæ deducuntur, ſint adeo vrgētes, quæ reum ipſum de tali crimine omnino conuincant, ad *conſil.* Alexandri de Neuo 64. *plures* per Rotam Canonizatum.

67 Quæ aūt adducuntur aduerſus D. Emiliū, nō ſunt tales, immo vnica videtur coniectura, & admodū debilis, vt merito inſufficiens reputari debuit, vti fundata ſuper præſumpta ſcientia illius Clauſulæ, additæ a reuiſore in ſupplicatione ſignata per Papā, attenta, ſ. Marij paupertate, &c. & deſumpta ex eo, quod in actu præſentationis magni conſenſus Emilius ipſe potuerit eſſe certus de contentis in ipſa ſupplicatione, ad text. *in l. non eſt ferendus, ff. de tranſact.* Siquidem, quia cū ēt poſſibile ſit, Emilium talem conſenſum pręſtitiſſe abſque eo, quod legerit ſupplicationem, nō poteſt idcirco, ex ſola pręſtatione conſenſus, inferri concludenter ad certam & ſpecificam ſcientiam dicti Decreti, in ipſa ſupplicatione appoſiti, qualis requiritur ad effectum, vt quis conuincatur de tali crimine, & pœna eius innodetꝰ. Put. *deciſ.* 147. *li.* 1. Mohed. *deciſ.* 4. *de prob.* quod. n. eſſe & non eſſe poteſt, pro conſtanti poni nō debet. *l. non hoc, C. vnde cognati,* cū vulgaribus, pręſertim cum pro ignorantia dicti Decreti, & excuſatione ipſius Emilij, plura hoc in caſu concurrant.

68 Primum eſt, quod ex actis conſtat ab expeditore dictę ſupplicationis, Emilio pro litteris fuiſſe ſignificatū, qualiter ſupplicatio dictæ reſignationis fuerat per Papā admiſſa, & ſignata, iuxta actum ipſius reſignatarij, quod erat vt de licētia Papæ poſſet pro reſignante, cui reſeruabatur certa penſio, expenſas illum tangentes ſoluere; quo fit, vt meritò in culpa dici non poſſit Emilius, dū credidit honeſto viro, circa illud, quod concernebat officium eius. gl. *in l. Titio cui fundus, ff. de condit. & demonſtra. & in c. cupientes, in prin. in verbo, notitia, de elect. in* 6. cum alijs per Decian. *conſi.* 29. *nu.* 19. *lib.* 2.

69 Secūdum eſt, quod ſupplicatio reperitur ſcripta Galliæ, & ſatis obſcurè; quo fit, vt veriſimile ſit, Emilium eam non legiſſe, minuſque ab eo in actu præſtationis conſenſus in Cancellaria legi potuiſſe. Vnde merito id quod magis ueriſimile eſt, hoc in caſu attendi debet. *l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. & reg. in obſcuris, eodem titul. libro* 6.

70 Tertium eſt, quod ſi Emilius notitiam habuiſſet dicti Decreti, vtique non ſoluiſſet ita palam, prout ſoluit, ſed in occulto, & clam; quod quidem bonam fidem arguit in eo. *l. non exiſtimo, ff. de adminiſtra. tuto.* & bene facit tex. *in l. vlt. ff. de ritu nupt.* vt Batt. *in ſummario* dicit, quod ſi actus prohibi-

Digitized by Google

prohibitus celebretur palā, pōt quis prætextu ignorantiæ excuſari; ſecus ſi clā, & in abſcondito, &c.

71 Quartū eſt, quia carceratus Emilius occaſione huius prętenſi delicti, & interrogatus, an Matius reſignans eſſet pauper, reſpondit, non eſſe pauperem: quod ſi dictum decretum nō ignoraſſet, vtique ſic non reſpōdiſſet, cum proprium hominis ſit, ea, quę ſibi proficua ſunt, liberè fateri; cum difficultate autem, quæ ſibi nociua eſſe cognoſcit; ſed potius dixiſſet, eū pauperem eſſe, maximè cū paupertas & diuitiæ ex conditione perſonarum, & modo facultatum variæ ęſtimentur.

72 Quintum eſt, quod in pręcedenti pactione de ſoluendis prędictis expenſis pro reſignante, reſeruatur beneplacitum Papæ. Quæ reſeruatio licitā non tantum reddit ipſam pactionem, ad cōgeſta per Moder. *de reſign. lib. 14. quæſt. 5. nume. 9. & ſeq. tit. 2.* ſed etiam ſimul non leue argumentum præbet, quod Emilius non habuerit animum cōmittendi aliquo modo tale crimen: ſolent namq; ex præcedentibus, quæ ſequuntur, declarari. *l. ſi ſeruus plurium, in fi. ff. de leg. 1.* Caſſad. *deciſ. 24. nu. 7. ſuper regu.* & indubitati iuris eſt, ſine animo non committi ſimoniam, ſicut de furto dicitur, quod ſine affectu furandi non committitur, *l. furtum, ff. de vſucap. & §. ſi tamen, Inſtit. eodem tit.*

73 Sextū & vltimum eſt, quod ſtatim factus certus Emilius de dicto Decreto, repetijt, & cum effectu conſequutus eſt omne, quod pro Mario reſignante ſoluerat; Quę omnia quin ſaltem vnita iuſtificent ignorantiā dicti Decreti, & excludāt vnicam illam coniecturam ſcientiæ, deſumptam ex ſola præſtatione magni conſenſus, ſuper ipſa ſupplicatione, præſertim ad effectum, de quo agitur, negari non poteſt; Tum quia fortior coniectura debiliorē vincit, *c. afferte. de præſump.* & plures pauciores ſuperār, *gl. in l. diuus, ff. de in integrū reſt.* cū alijs per Ang. *in conſ. 134. incipit, diſſoluto matrimonio, ibi prope finē*; tū ēt, qa abſurdū nō eſt, vt plures coniecturæ ſimul iungantur ad faciendā plenā probationē. *gl. in c. 3. loco, in c. cum cauſam, de probat.* gloſſ. *in c. illud. de præſumpt.* cū alijs per Barbatiam *conſ. 27. nu. 2. & ſeq. lib. 1.*

74 Nec obſtat, quod ignorātia etiam ſi ſit probabilis, impediat acquiſitionem ex tit ſimoniaco, *c. vobis, de ſimonia*; Quia reſpondetur, quod ſi Emilius propter iuſtam ignorantiam excuſatur à crimine ſimoniæ, & tale delictum, attentis ſuppradictis, verè non poteſt dici ab eo, vel ab alio cōmiſſum; merito igitur ceſſat obiectū, quod procedit dumtaxat eo pro conſtanti pſuppoſito, qđ commiſſa fuerit ſimonia ab aliquo, & ea mediante beneficiū fuerit obtētū. arg. *l. mancipia, C. de ſeruis fugit. & l. Lucius Titius, ff. de fideicom. libert.*

75 Neque obſtat, quod poſt ſcientiā dicti decreti Emilius fuerit adeptus poſſeſſionem beneficij; quia reſpondetur, quòd imò ex tali actu per eum facto, poſtea quàm accuſatus, & proceſſatus fuerat de tali crimine, iūcta maximè repetitione ei⁹, quod indebite ſoluerat pro Mario, arguitur, ſuæ intentionis nunq̄ fuiſſe, cōmittere ſimoniā, cum facto nō minus, q̄ verbis declaretur hominis intentio. vulgata *l. Paulus. ff. rē ratā haberi*; & in ſenſum ſenſati hominis cadere non debeat, accuſatum de ſimonia, pendente iudicio, ſimoniacum actum facere voluiſſe. Et ſupradictā opinionē, q. ſ. non ſit probata ſimonia, ad effectum, de quo agitur, eò libentius amplexi ſunt Dñi; quia ſic excluditur præſumptio delicti, iuxta tex. *in l. merito. ff. pro ſoc.* ideo reus ipſe cōſtituitur ī ſtatu abſolutionis, prout ſemper in dubio recti iudicis partes eſſe debent, Ang. *in l. de die. nu. 1. ff. qui ſatiſdare cogātur, per tex. in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.*

LAVS DEO.

Deciſio coram nunc Illuſtriſſimo Dom. Blanchetto Romana, ſeu Iſpalenſis Simoniæ Mercurij 7. Febr. 1596.

76 EGit Fiſcus contra D. Gaſparem Varellam, tanquam reum Simonię commiſſæ inter ipſum & quondā Fabritium della Pegna, ſuper reſignatione nōnullorū beneficiorū in diœc. Cordubeñ. & Iſpaleñ. quam deduxit in ſerie facti ſub ſequenti. Nā beneficia hæc obtinebantur, prout hodie obtinentur, à Guagdinſaluo della Pegna, fratre Fabritij, qui diſcedens ab Vrbe conſtituit duos procuratores, ad illa reſignandum, quę fuerunt reſignata dicto Fabritio, licèt nulliter, prout Rota reſoluit; Ante tamen, & poſt ipſorum reſignationem, ad ſui fauorem, Fabritius tractauit cum Gabriele de Soria, de illis ſibi reſignandis, cum reſeruatione penſionis; ſed Gabriel recuſauit, poſtea tractauit de illorum reſignatione cum D. Varella cum reſeruatione penſionis, vel fructuum; quod non negat Dominus Varella; ſed dicit, ſe noluiſſe conſentire alicui ex dictis reſeruationibus. Verūtamen, vt prætendit fiſcus, ad euitandum ſolutionem cōpoſitionis, conuenerunt, vt nomine ficti mutui, Varella exburſaret Fabritio ſcuta quinque mille monetæ; & quā do beneficia erāt grauata annua penſione ducatorum de Camera 140. in fauorē Nicolai de Palatios, & vt illa liberè cōſequeretur, Varella emere ſimularet pro ſcutis 1400. cenſum Vitalitiū à Fabritio, ad rationem decem pro centenario, ſub periculo vitæ dicti Nicolai de Palatios penſionarij, & admodum ſenis, & beneficia huiuſmodi poſtea liberè reſignantur in ſui fauorem. Nunc autem cōtractum ſimoniacum probat. Primo, quia beneficia, vt prætendit fiſcus, aſcendunt ad valorem ſcutorum mille, vt ex calculo valoris producto per Lelium della Pegna inſtigatorem in hac cauſa contra Varellam. Secundo, quia ante ipſam reſignationem die 7. Aprilis 1588. reperitur quidam paruus conſenſus Fabritij ſuper reſignatione horum beneficiorum; & die ſequenti, 8. dicti menſis, Varella & Fabritius acceperunt à Dominis de Pinello ſcuta 4. millia ad cambium ſub expreſſione, quod illa accipiebant pro negocijs expediendis, quæ à Baldaſſare Suarez mercatore Granateñ. fuerant ſibi tranſmiſſa, & literæ cambij fuerunt directę Ferdinando Varellæ procuratori dicti Domini Gaſparis; ſed ſtatim dicta ſcuta quinque milia monetæ ceſſerunt in commodum

dum Fabritij, de mandato & Varellę, & illa ſoluta fuerunt cuidam Spinolę creditori Fabritij; die vero 15. eiuſdē menſis obligationi prędictę acceſſit Lelius frater Fabritij, & accuſator; eadem die ſtatim fuit initus cōtractus cenſus ſuper vita Nicolai, vt dictum fuit; & Pater Varellę cōſtitutus procurator irreuocabilis ad exigendum fructus dicti anni 1588. ne D. Varella damnū pateretur, propter quandā fideiuſſionē, prę ſtitā per ipſum, pro ſumma ſcutorum 550. ad cābiū accepta à D. Fabritio ab eiſdem Pinellis. His peractis die 8. Maij, & ſic per menſem poſt à Fabritio reſignantur hæc beneficia libere in fauorem Varellæ. Poſtea ante tempus redditus literarum Camilli, Varella reſtituit pecunias Pinellis, & fecit ſibi iura cedi ab eiſdem tam contra Fabritiū q̄ contra Leliū. Quod cū perueniſſet ad aures Fabritij, miſit ipſe ad Varellam Notariū Pontianum nomine, rogans eum, vt tali ceſſioni vellet renunciare; cui Varella reſpondit, quod daret ſatisfactionem Fabritio; de mēſe Februarij 1589. celebratū quoddā inſtrumentū inter Fabritiū, & Varellam, in quo inſertis tribus quietantijs Varellæ, pro diuerſis pecuniarū ſummis a Fabritio receptis ad computum dicti mutui, & numeratis ſibi actualiter, ꝓut teſtatur Notarius, ſcutis mille & quingētis à Fabritio pro reſiduo ſcutorum quinq; millium mutuatorum, abſoluitur & quietatur Fabritius à toto prædicto debito de menſe Auguſti eodem anno 1589. Fabritius aſſumēs certam pecunię quātitatem acceſſit ad domum Laurentiæ filiæ Nicolai de Palatios cum Varella, & ſimulauit ſibi vendere cenſū Vitaliiiū 120. ſcutorum dicens Varellæ, quod deſeruire debeat pro extinctione penſionis, q̄ D. Nicolaus habebat ſup dictis beneficijs; in præparatorijs aūt huius contractus Varella dicit ſe interueniſſe; reliquum audiuiſſe à Fabritio, qui illinc ad nonnullos dies miſit Notarium ad Varellā, vt conſentiret caſſationi cenſus Vitalitij per ipſum empti; cui Varella reſpondit, ſe allocuturum Fabritium, cum quo poſtquam fuit allocutus; Notarius, receſſit, nec ſtipulatus fuit prędictam caſſationem.

77 Iſta igitur omnia coniungendo, & ab his, quæ vno quoq; tempore geſta fuerunt, arguendo, ꝑtendebat fiſcus, ſimoniam concludenter probatā. Nā inueriſimile vī, q amicus amico gratis, abſque vlla obligatione, mutuo det ſcuta quinque millia; & quod quis emat cauſam ſuper vita ſenis forte decrepiti, præcipuē reſpondentē penſioni, q̄ idē ſenex ſuper beneficijs reſignatis habebat, prout ex parte Fabritij inueriſimile eſt, quod ille voluerit fratrē inopē priuare beneficijs, & Varellę diuiti renūciare. Quib. accedit quod Cābium fuit captū pro expediendis negocijs Baldaſſaris Zuares, & tñ nulla negocia illius cōmiſſa reperiebātur; imò Varella ī ſuis cōſtitutis interrogatus ſi d. Baldaſſarē cognoſcat, negat ſe illum cognoſcere, licet poſtea oſtenſa ſibi partita, dixerit putaſſe ſe interrogatū, an aliquē Baldaſſarem Zuares Curialem, & Romæ reſidētē cognoſceret, nō autem extra curiam: litteræ quæ debebant dirigi ad d. Baldaſſarem Zuares, fuerunt directę Procuratori Varellæ; ante redditū illarum fuerunt reſtitutæ pecuniæ Pinellis à Varella, apud quē nullo alio prætextu poterat intrare Fabritius pro extinctione iurium ſibi à Pinello contra ipſum ceſſorum; niſi, quia per reſignationem ſibi fuerat ſatisfactū. Præterea, ad quid Fabritius debebat ꝓcurare extinctionem penſionis, mediāte cauſa ſuper, vita Laurentiæ, niſi quia Prior ille cenſus ſcutorum 140. fuerat factus pro cautella Varellæ, ne penſionem ſoluēdo verſaretur in damno: non enim alia de cauſa poterat inſtare Fabritius pro extinctione huius cēſus, niſi quia pēſio erat extincta. Hinc ſequi videbatur ꝓbatio ſimoniæ concludens; nec ſuffragari videbatur inſtrumentum reſtitutionis pecuniarum, quia aut erat, aut non erat ſimulatum mutuum; ſi erat ſimulatum, & inſtrumentū reſtitutionis eidem vitio ſubiacebat: ſi erat verum, reſtitutio pecuniarū non excludit ſimoniam, cum ex mutuo pecuniarum ad effectum obtinendi beneficiorum reſignationē, committatur ſimonia perinde, ac ſi pecuniæ fuiſſent gratis datæ.

78 Quare de mandato S.D.N. propoſui in Rota, an eſſet probata ſimonia, & cauſa ab omnibus Dñis diligentiſſimè diſcuſſa, prædictis minimè obſtantibus, quæ copioſiſſimis, & doctiſſimis tā per fiſci aduocatum informationibus, q̄ per nōnullos ex R.DD. meos in cauſæ propoſitæ rōnibus, & authoritatibus fuerūt in Rota allegata, & roborata, maior pars Dominorum cenſuit, ad effectum vt D. Varella tanq̄ ſimoniæ reus poſſit condemnari, dictam ſimoniam nō eſſe probatā. Agitur. n. de atrociſſimo crimine, quo nullum reperitur in iure pontificio, & extra, & à Sanctis Patribus magis exuberādis propoſitionibus intricatum, *cap. eos. 1. q. 1.* vbi Ioan. de Turrecrem. *c. per tuas, de ſimon.* & cum alijs, quos enumerat per duas columnas Tiber. Decia. *tract. crim. inp. 1. c.* 85. & Ioan. Bernard. Diaz. *in ſua prac. crim. canon. cap. 91.* & ideo in illius odium plura ad illius probationem ſpecialia ſunt ſtatuta.

79 Inter cætera aūt ex eo, quia occultè committi conſueuit, cautum eſt, vt ex pręſumptionibus, & coniecturis probetur, *c. per tuas, c. ſicut.* vbi Inno. & Abb. *de ſim. c. 1. de teſtibus, in* 6. Aym. *conſi.* 122. *nu.* 7. Sarnen. *in reg. trien. q.* 18. *verſ. ſed tenuit Rota.* coniecturæ aūt dēnt eſſe vehementes, & reum de crimine conuincentes, *cap. euidentia, de accuſat.* Alex. de Neuo *conſ.* 64. *nu.* 2. Fel. *in c. ſuper his, nu.* 13. *de accuſ.* Caputaq. *deciſ.* 202. *per totum, lib.* 1. & tenuit Rota coram S.D.N. in vna Firmana Capellaniæ, 10. Maij 1582. & poſtea corā R R. DD. meis, & Auditoribus in in ſubſcriptis cauſis, corā Dño Ginſio in vna Brittonien. Commendæ 17. Decembris 1588. coram Domino Orano in vna Conſentina Confidentiæ. 24. Februarij 1591. & coram D. Pegna 4. Decembris 1592. in vna Calaguritana Cōdentię, & in vna Tullen. parochialis coram Domino Decano 28. Maij 1593. & coram me in vna Aquen. ſimoniæ 12. Maij eodem anno & 19. Ianuarij 1594. & coram Do. Litta in vna Aretina confidentiæ 23. Ianuarij 1595. & hanc ſententiam ſequūtur Clar. *in ſua pract. criminal.*

Digitized by Google

*minal.in verbo,ſimonia,nu.*12.Foller. *in prac. etiam cri.c.*18.*nu.*2.Ignat.Lopez.*in eadẽ prac.c.*91.*lit.*B. & cauetur conſtitutione Pij V.*nu.* 5.*in Bullario,* §. *& vt ſimonia*, vbi vult quod reus ſit confeſſus.

80 Ad conſtituendam autem probationem concludentẽ,neceſſaria eſt probatio tractatus præcedentis,& pactionis,*cap. Artaldus*,8.*q.*3.*gl.in c. quã Pio.in verbo,poſtmodum,* 1.*q.* 2.Doctor.cõiter *in c. veniens,ſl* 1.*de teſtib.*Dec.*conſi.*128.*nu.*4.Paris *cõſ.* 30.*nu.*21.*lib.*4.Alciat.*conſ.*2.*nu.*20. *lib.* 1. Put. *deciſ.*171.*lib.*2.& Mohed.*deciſ.* 266. fuit reſolutum ferè in omnibus ſupradictis cauſis.In caſu aũt,de quo agitur,non probatur iſta cõuentio,ꝙ ad eui tandã ſolutionẽ cõpoſitionis in Dataria, partes, quæ per prius tractauerant de reſignatione horũ beneficiorum cũ reſeruatione fructuũ ſeu pẽſionis,poſtea cõuenerint,vt numeratis Fabritio ſcutis quinq; millia monetę, reſignatio libera fieret.

81 De cauſa enim ſolus deponit Lelius della Pegna,accuſator,in ſua querela,& memoriali porrecto S. D. N. idq; ſine iuramento,qui cũ eſſet inimicus Varellæ,fidem non meretur, vt in d. cauſa Firmana Capellanię,& in d.Immoleñ.coram D. Pamphilio,& in alia Aqueñ. cotã me reſolutum fuit;deinde cũ fuerit ſocius criminis, & muneris, minus ei eſt credendum.gl.*fin.in c.*1.*de teſtib.in* 6.

82 Nicolaus autẽ de Palacios quamuis poſſit repelli vt inimicus, quia tũc temporis litigabat cũ Varella, tñ eſt de ſimplici auditu, & nõ exprimit à quibus:& cum factum eſſet de recenti,facilè poterat reminiſci,à quibus,& vbi audiuiſſet dici;tertio eius depoſitio contrariatur facto; dicit enim audiuiſſe tractatum fuiſſe de reſignatione beneficiorum inter Fabritium, & Varellam cum reſeruatione penſionis 650. ducatorum, & quod poſtea beneficia fuerunt liberè reſignata; demum quod Varella, vt ſubueniret Fabritio in ſuis neceſſitatibus, dederat illi pecunias;& tamen prius fuerunt mutuo datæ pecunię,quam reſignata beneficia; & ſic attendendum ꝙ cauſa pecuniarum datarum ab ipſo expreſſa,non eſt illicita,quia nõ dicit quod contemplatione beneficiorum fuerint data quinque millia, ſed ad effectum ſubueniendi Fabritio in ſuis neceſſitatibus;quod eſt licitum,vt infra dicetur.

83 Minus põt argui iſta prætenſa conuentio per fiſcum ex tractatu præcedenti,probato de renunciãdis iſtis beneficijs, cum reſeruatione fructuũ, vel penſionis,quoniã ad effectum huius criminis probandi,requiritur probatio concluſionis,non tractatus, cum multa tractentur, quæ non perficiuntur.*l.fi. C. de his quibus vt indig.* & in materia ſimoniæ tradit Alex.*in d.conſi.*2.*nu.*30. & propterea ex his,quæ geſta non fuere,non arguitur, aliquid actum fuiſſe, *l.in l.ff.de contrah. empt.* Anch. *conſi.*302.*num.*9.*verſ.præſumen.* Aym.*conſi.*20.*nu.* 9.Menoch.*de præſumpt.lib.*1.*q.*23.*nu.*1.& pro hac ſententia *deciſ.*36.*in manuſcript.* in qua dicitur coram Chiſſaneñ. fuiſſe in vna Lucana Canonicatus dubitatum, an conſtaret de ſimonia ex eo, quod probatur inter Vincentium,& Matthæum conuentum fuiſſe de permutandis certis beneficijs ad partes,pacto adiecto,quod alter eorum liberaret quandã alterius domũ ab annuo cenſu florenorũ 13. & cũ liberatio iſta non habuiſſet effectum; ſed illi, cuius commodo debebat cedere liberatio, fuiſſent conſignata certa melioramenta aſcendentia ad 120.florenos, nihilominus Rota reſoluit, non eſſe probatã, quia executio non erat conformis tractarui; & tamen vt in deciſione legitur,aderant teſtes deponentes, illa melioramenta fuiſſe conſignata ex cauſa dictæ permutationis beneficiorum.

84 Non obſtat pretenſum argumentum ex regula,quòd nemo præſumitur iactare ſuum,ad *l.cum de indebito,C.de probat.*tam contra Varellam, quã contra Fabritium ponderatum,& deductum.Nã contra Varellam deducitur hoc pacto, quod nõ præſumitur ipſum voluiſſe gratis Fabritio ferè decocto, abſque obligatione Camerali, mutuo dare tantã pecuniæ quantitatẽ,ſi ab eo non fuiſſet recepturus hæc beneficia: qđ attendit paruus conſenſus ſub datũ die 7. Aprilis,præcedente cõtractu mutui. Contra Fabritiũ aũt,ꝙ ipſe non pſumitur voluiſſe homini diuiti reſignare gratis beneficia valoris,vt pretendit fiſcus,mille ſcutorum & illis fratrẽ ptiuare. Multis.n.modis reſpõdetur: & primo, ꝙ in mutuo gratuito non habet locũ regula d.l. cum de indebito, vt poſt Bart. *in l.ſi tibi decem in prin.ff.de pact.& in l.*2.§. *mutui datio.ff.ſi cer.pet.*tradit Burſ.*conſ.*389.*nu.*9.*lib.*4.mutuum. n. eſt actus permiſſus, à Charitatis fonte emanans.S.Thomas.2.2.*q.*78.*art.*2. ẽt ſi mutuãs ſecundario aliquid à mutuum recipiente, ſperet. S.Thomas vbi ſupra.gl.*in c.conſuluit.in verbo,ſperantes.de vſur.*Nauarra *in Manual.c.*17.*nu.* 219.

85 Secundo eadem præſumptio militaret contra Pinellos, qui cum dederint dicta ſcuta quatuor millia tam Fabritio,quàm Varellę inſolidũ,cum ſola epiſtola cambij, directa Ferdinãdo Varellæ, poſſent præſumi voluiſſe iactate ſuum, cum fidẽ Fabritij fuerint ſequuti; nec dicendum videtur, ipſos ſequutos fuiſſe fidem Varellæ, nõ Fabritij, quia illinc ad octo dies voluerunt obligationem Lęlij, præcipuè cum tunc temporis Fabritius nõ eſſet, nec reputaretur decoctus, imò, vt eſt notũ, illinc ad annum, vel paulò poſt obtinuit à fel.record. Sixto V. deſtinati Collector ſpoliorum in Hiſpaniam. Nec obſtat quod Varella nullam receperit obligationẽ Fabritij, quia aut Fabritius ſoluebat Pinellis, & Varella erat liberatus, aut ſolui cogebatur Varella,& per ceſſionem iurium à Pinellis erat ſibi ſuccurſum.

86 Tertiò cum poſt mutuum vſque ad tempus reſignationis, non eſſet cautum Varellæ ſuper reſignatione faciẽda ſibi per Fabritium illinc ad mẽſem, cum potuiſſet Fabritium pœnitere vel potuiſſet mori, argumentum de præſumptione deſumptum non concludit. Nõ eſt enim veriſimile quod pro beneficijs,quorum valor reperitur expreſſus ad ducatos 400. & erant grauata penſione 140.ducatorum auri de camera, Varella voluerit tantam pecuniæ quantitatem erogare.

87 Nec ſuffragatur paruus cõſenſus. Primo quia neſcitur vnde ille prouenerit.Secundò cum eſſet reuocabilis,non poterat per illum eſſe cautũ Varellæ;

rellæ;

relle; & ideo non poteſt ex illo inferri ad præſũptionem ſimoniæ. Nauarra *de ſimon. conſi.* 50. & 51. Put. *deciſ.* 445. *lib.* 1. Immo non eſt veriſimile, quod vir iuris peritus, Referendarius Iuſtitiæ, diues, qui poterat in officijs ſeu cenſibus ſuas collocare pecunias, voluerit animam, & honorẽ ſuum periculo damnationis æternæ & perpetuæ infamiæ ſubijcere.

88 Obiectum de litteris cambij directis procuratori Varellæ, quæ debebãt dirigi Baldaſſari Zuares, tollitur, quia Varella in ſuis conſtitutis dicit dictum Baldaſſarem Zuares fuiſſe ſolitum ad ipſum tranſmittere negocia, mediante procuratore; & licet aliquo modo variare videatur in ſuis conſtitutis circa cognitionem Baldaſſaris, tamẽ non videtur conſiderabilis variatio.

89 Nec obſtat conſideratio ex perſona Fabritij, & qualitate beneficiorum. Valor enim ad ſcuta mille non probatur; quæ enim fuerunt mihi data computa per fiſcum, illa nedum non ſunt in forma probanti, ſed ſunt etiam in multis alterata, & producta fuerunt à Lelio accuſatore, etiam inſtigatore, vt mihi retulit Notarius, & contra dicta computa vrget expreſſio valoris facta in reſignatione obtenta per Fabritium, in qua exprimitur, beneficia iſta non excedere valorem 400. ducatorum, prout etiam exprimitur idem valor in reſignatione, de qua agitur.

90 Accedit, quod de tempore reſignationis factæ à Fabritio in fauorem Varellæ, Fabritius erat incapax iſtorum beneficiorum, quia cum eſſet natus in Vrbe, nõ poterat illa beneficia retinere; & quod à Guida ſaluo fratre, qui in ſui fauorẽ reſignauerat, controuerſiã patiebatur ſuper iſtis beneficijs; iam enim ille ſeſe oppoſuerat procuratori Fabritij, qui horum beneficiorum poſſeſſionẽ capere contendebat, & poſſeſſionem nunquam dimiſit, vt videre licet, prout ego vidi, in ꝓceſſu coram R. P. D. Giptio in cauſa ſuper iſtis teſtimonijs agitata inter Varellam, & dictum Gundi ſaluum fol. 58. & 69. Quare hoc caſu ad excludẽdum delictum, debet prævalere præſumptio oriẽs ex amicitia mutua inter Varellam & Fabritium. Caputaq. *deciſ.* 202. *lib.* 1. amicitia. n. eſt ſufficiens ad excludendũ doli præſumptionem. Blanch. *in pract. crim. fol. mihi* 125. *nu.* 21. & in ſimili tradit Put. *deciſ.* 387. *in vna Iſpalen. lib.* 1. vbi in proœmio inſtrumenti; quod deducebatur ad probañ. Simoniam, erant expreſſæ cauſa liberalitatis; & cauſa concordiæ: iſta erat apta ad inducendã ſimoniã, per illam excludebatur: tñ Rota maluit amplecti cauſam excluſiuam ſimoniæ, quàm incluſiuam, ad idem facit *deciſio.* 42. *diuerſ. in manuſcript.*

91 Non obſtat prætenſa correſpectiuitas, oriens ex tot actibus die 8. Aprilis celebratis, videlicet, Cãbij cum Dominis de Pinellis, mutui inter Fabritium, & Varellam, mandati irreuocabilis facti in perſonam procuratoris Varellæ ad exigendũ fructus illius anni, & emptionis cenſus 140. duc. ſuper vita Nicolai de Palacios. Primo, quia mandatum irreuocabile arguit contrarium; ſi enim Fabritius erat reſignaturus beneficia, ad quid cõſtituere Ferdinandum Varellam procuratorem, ad exigendum fructus illius anni, cum debebat ad ipſius filium & reſignatarium pertinere.

92 Secundo, quando actus correſpectiui habent cauſam expreſſam licitã, excludunt præſumptionem ſimoniæ. Put. *deciſ.* 171. *lib.* 2. Mohed. 223. fuit reſolutũ prima Februarij 1591. coram R. P. D. Giptio in cauſa ſuper iſtis beneficijs, & corã me in cauſa Aquieñ. ſimoniæ. 19. Ianuar. 1594. Quod autem reſignatio beneficiorum ſit licita, & contractus mutui ſint à iure approbati, eſt indubitatum, & fuit ſupra deductum.

93 Tertio, vbi datur temporis interuallum, ceſſat correſpectiuitas. Tiraq. *de retract. cõuent.* §. 1. *gl.* 4. *idẽ in præf. repetit. l. ſi vnquã. C. de reuoc. donat. n.* 83.

94 Non obſtat impoſitio cenſus ſuper vitam Nicolai de Palacios, quia in his, quæ ſunt in facultate noſtra, datur pro ratione voluntas; ſed quod dicta impoſitio cenſus non reſpexerit pẽſionem 140. ducatorum impoſitam ſuper beneficijs iſtis, videtur colligi. Primo igitur cenſus erat ſcutorũ 140. auri in auro; penſio vero ducatorum auri de Camera. Secundo, quia magis expediebat Varellæ pro extinctione penſionis agere cum ipſomet Nicolao, & non cũ Fabritio; Nicolaus enim pro ſatis minori ſumma extinxiſſet illam, vt poſtea euentus docuit, vel ſuſcepiſſet in ſe onus ſoluendi penſionem vita ſenis durante; nam vtroq; modo minorem quantitatem pecuniarum Fabritio numeraſſet: & mors dicti Nicolai ceſſiſſet comodo Varellæ, non autem Fabritij, ſeu Lelij, qui etiam impoſitioni huius cenſus conſenſerat, & pro illo ſe obligauerat.

95 Iſtis non refragantur quæ de renunciatione iſtorum beneficiorũ fuerunt ſubſequuta. Primo, quia omnia geſta poſt reſignationem, nõ probato tractatu præcedenti, non inducunt probationem ſimoniæ, vt fuit dictum in omnibus præcedentibus cauſis in Rota.

96 Sed ſigillatim omnia percutrẽdo etiam remouentur. Primo conſideratur reſtitutio facta per Varellam pecuniarum Pinellis, & ceſſit obtenta contra Fabritium ab eiſdem, & inſtãtia Fabritij pro caſſatione dictæ ceſſionis. Nã dicta reſtitutio pecuniarũ reſpicit potius cõtractum inter Pinellos, & Varellam, quam renunciationem beneficiorum, quando hoc negotium fuit geſtum cum illis, qui quoad beneficia nullum intereſſe habebant; Ceſſio iurium obtenta, excludit potius præſumptionem ſimoniæ; Ad quid enim dediſſet pecunias Fabritio, ſi ad effectũ obtinendi beneficia, voluiſſet cedi ſibi iura contra eundẽ de Pinellis? Inſtantia Fabritij pro extinctione ceſſionis iurium non concludit, quia illam non obtinuit; nam licet Varella dixerit Pontiano, quod daret ſatisfactionem Fabritio, tamen illam nunquam dedit, niſi illinc ad decem menſes, reſtitutis ſibi pecunijs; ſi enim geſta per Fabritium ſunt ponderanda, ſunt etiam habenda in conſideratione geſta per Varellam.

97 Nec mouerunt allegata contra dictum inſtrumentum quietantiæ: nam inſtrumentum publicum habet præſumptionẽ pro ſe. Pariſ. *conſi.* 104. *nume.* 61. *lib.* 1. eſt enim probatio probata, *l. cum precibus.*

precibus.C.de proba.& allegans illius ſimulationẽ, ſeu falſitatẽ debet cauſam ſimulationis probare. Bart.*conſi.65*.ſæpius in rota canonizato. In caſu aũt propoſito cã ſimulationis quietantię non p batur,niſi ex præſumpta ſimulatione mutui pręcedentis,q̃ non eſt probata, & eſt cardo totius di ſputationis. Excluditur ẽt hæc præſumptio ſimu lationis,quia,vt dictum fuit,facta eſt cũ inſertione aliarũ quietãtiarum,pro certis ſummis,& reali ſolutione 1500.&pro reſiduo,ex qua excluditur præſumptio ſimulationis. Saly. *in l.ab Anaſtaſio.nu.4. C. mand.* & iuſtificatur etiã,quia Varella oſtendit, ſe tempore receptarum pecuniarum à Fabritio, ſeu paulò poſt,feciſſe nonnullas expen ſas in Cancellaria, & extinxiſſe penſionem, quã ſoluebat Gundiſaluo Marin. aſcendentes ad nõ modicam pecuniæ quantitatem: & licet median te mutuo contrahatur ſimonia, tamen hoc eſt ve rum,ſi præcedat tractatus de mutuãdis pecunijs, & reſignando beneficia,quia hoc caſu nõ probatur, nec etiam deducitur, cum allegetur emptio beneficiorum ex precio conuento; ex quibus om nibus, & ſimul iunctis, & ſigillatim, excluditur prætenſa ſimulatio huius contractus.

98 Neque enim omnia ſunt in deteriorem partẽ interpretanda, immo in hoc caſu pręſumptiones ſunt in melius referendæ. Tiber. Decian. *in tract. crimin.p.1.c.86.nu.7.* vbi de hoc crimine agit. Chi ſanen. *deciſ.169.* in qua cum quidam reſignaſſet beneficiũ, deinde remãſiſſet in poſſeſſione illius, & poſt beneficium coram eiſdẽ Notario, ac teſti bus eodẽ die, reſignatario numerauit cenſum, & dedit vineã, & obtinuit retroceſſionem dicti beneficij; Rota maluit pecuniam, & vineæ cõſignationem adſcribere reſtitutioni fructuum per biẽnium indebitè perceptorũ, q̃ cauſam obtineri ob beneficiorum reſignationem; de reſtitutione tñ nulla fuerat facta mentio, & fuit etiam dictum coram D. Litta in illa Aretinæ confidentiæ.

99 Preterea licet ex aliquo actu poſſit oriri aliqua ſuſpicio, non tamen contractus irritatur, & geſta, vti illicita, reuocari debent; vt in eo, qui mutuo dedit gratis pecunias, ſi poſtea à mutuatario ex cauſa liberalitatis aliquid recipiat, ex nonnullis tamen circunſtantijs cauſa liberalitatis præſu mitur falſa, quia dans erat pauper, recipiens erat lucri cupidus, licet receptio ſit ſcãdaloſa, & apta ad incurrendam notã vſurarię prauitatis: recipiẽ ti tamen non ideo primus contractus cenſetur v ſurarius, & recipiens ad reſtitutionẽ recepti tenetur, vt per Corrad. *de contract.q.29.3. concluſ. verſ.45.caſus, iuncta concluſ.5.*

100 Non obſtant geſta cum Laurentia filia Nicolai de Palacios, quia non obſtante tali contractu, de quo Varella erat informatus, vt ſupra dictum fuit, ipſe ſoluit per quinq; menſes poſt pen ſionẽ Nicolao de Palacios; ſi enim probaſſet geſta per Fabritium, poterat nõ ſoluere; & cum Fabritius intraret apud Varellã pro caſſatione cenſus & Varella recuſauerit, & intentioni Fabritij non ſatisfecerit, imò obtinuerit mandatum contra Lelium, non poteſt inferri ad contentionem ſimoniacã inter ipſos; potuit enim Fabritius cre dere, quòd ex cauſa gratitudinis Varella cum liberaret à cenſus ſolutione, multò magis ſtante prætenſa penſionis extinctione.

101 Non obſtat ſupplicatio caſſationis pẽſionis, reperta in regiſtro ſupplicationum, quia Varella negat illam fuiſſe de conſenſu ſuo porrectam, & eſt admodum inueriſimile, quòd illam porrexerit; cum enim expreſſiſſet valorem iſtorum beneficiorum ad 400. ducatorum, petendo caſſari pẽſionẽ 650. ducatorum, impoſitam ſuper illis, parabat ex propria confeſſione concludentem probationem volenti impetrare hæc beneficia, propter non expreſſionem veri valoris.

102 Non obſtant litteræ directę Epiſcopo Corbeñ. in quibus Varella aſſerit hæc beneficia ſibi reſignata, cum fructuum reſeruatione, ad fauorẽ Fabritij; Primo, quia dictæ litteræ non fuerunt tranſmiſſæ. Secundo, quia apparet ex qua cauſa illas ſcripſerit, id eſt ne occaſionem vnionis factæ ſeu faciendę ſeminario, impedirent in perceptione fructuum illorum beneficiorum.

103 Vltimò nõ obſtat partita libri Fabritij, quia tritiſſimum eſt, ꝙ partitæ ẽr mercatorum pro tertio, nec contra tertium, probant. Doctores *in l. admonendi. ff. de iur. iur.* & renuit Rota in pluribus cauſis. Secundo iſta partita fuerat annotata 16. Septembris 1589. & ſic per 16. menſes poſt reſignata beneficia; ideo non pōt præiudicare Varellæ; confeſſio enim reſignãtis perfecta reſignatione, ad probandã ſimoniam, non nocet reſignatario, vt fuit reſolutum in dictis cauſis Firmana Capp. coram S.D.N. & Pallen. Parochialis corã Reuerendo Domino Decano.

104 Quare cum fiſci probatio non fundetur ſuper aliquo publico inſtrumento, ſeu aliqua Varellæ clara confeſſione, atque vlla iuris, & de iure præſumptione, cum non probetur tale factum, quod lex præſupponat ſimoniacum, & ſuper illo diſponat, non eſt cenſendus conuictus Varella.[b]

b Regulæ autem *l. cum de indebito. C. de probat.* correſpectiuitati ponderatæ fuit ſatisfactum; nec cum vllas aliàs fiſcus adduxerit iuris pręſumptiones, minus debet ſequi condemnatio, præcipuè in magno & grauiſſimo delicto, cum illæ non ſufficiunt, ad effectum condemnandi. Innocent. *in cap. quam veriſimile. de præſumpt.* Doct. omnes *in cap. afferte gladium, eod. tit.* Veriſimilia autem, & inueriſimilia alia allegata, cum incaleſcant in hominis præſumptiones, & contrarjs coniecturis, & veriſimilibus, & inueriſimilibus confundantur, non conſtituunt certum probationis ſtatum. *l. diues. ff. de in integ. reſtit. capit. ex tranſmiſſa, qui fil. ſint legit.* Bald. *in l. vti poſſidetis. in vlt. col. C. de probat.* & non debet ex illis Dominus Varella reus condemnari; Tum, quia ex præſumptionibus [c] hominis nemo condemnandus eſt, Marſ. *in pract. crim.§. diligenter. nu.13. 21. & 22.* Boſſ. *de coniect. nu.46.* Tiraq. *de pæn. temperan. cauſ.27.* Berou. *conſ. crim.299. nu.2. & 341. num.16.* Iodoc. *in pract. crim. c.10. num. 16. & c.49. nu.4.* & in terminis ſimoniæ Pur. *deciſ.387. lib.1. & idẽ deciſ.4. de ſimon.* Tum, quia in concurſu probationum illæ ſunt præferendæ, quæ excludunt delictum, *cap. ſi*

de

de præſumpt. Rom. *conſi.* 68. ſanctius eſt enim nocentem abſoluere, quam innocentem cõdemnare. *l. abſentem. ff. de pœn.* Ex his itaque pro maiori parte ſimoniam non probari, deciſum fuit, &c.

LAVS DEO.

Deciſio coram D. *Orano Tullen. prætenſa ſimonia Veneris vltima Ianuarij* 1597.

105 DOmini altera parte informante, conuenerunt, non cõſtare de ſimoniaca electione, facta per conuentum Canonicorum Regularũ Monaſterij S. Huberti de Atteijo, ad effectum, vt ex ea poſſit deueniri ad condemnationem D. Nicolai Laurentij Abbatis dicti Monaſterij. Quia teſtes ad hoc inducti, fuerũt recepti pro informatione Curiæ, & non repetiti parte citata; quo caſu nedum probationem non faciunt, ſed nec aliquod indicium ad torturam, vel ſentẽtiam, ſecũdam communem opinionem, quam tradit Ant. Gomes. *t.* 3. *de delict. c.* 12. *nu.* 18. quem refert, & ſequitur Iul. Clar. *in pract. crim. q.* 11. *nu.* 2. *& q.* 45. *nu.* 13. Ioannes Royas *ſing.* 96. & latè Bertaz. *conſi.* 95. *crim. nu. fin. lib.* 1. & hoc eſt, quia deficiente partis citatione nullum pondus habet teſtimonium. *c. ſignificauit. de teſtibus. l. ſi quando. C. eod. l. indices. C. de fide inſtrumen.* & licet iudices ab initio non citent reos, ſed illis nõ aliter vocatis, ſoleant teſtes ſummaric examinare, tñ ſi velint ad punitionẽ procedere, neceſſe eſt, vt iterũ teſtes prę̨uio iuramento formaliter repetant. Secundo dicebatur, quod etiam circumſcripto priori capite, teſtes non faciebant fidem. Nam primus deponit, quod Laurentius ſe fecerit elegi in Abbatem per ingreſſum ſimoniacum, reddens rationem, quia ſic intellexit per litteras de partibus, Peregr. *deciſio.* 121. *incipit nu. decima eiuſdem. lib.* 3. Vbi dixerũt Dñi non probari intruſionem per teſtes deponẽtes ſe vidiſſe litteras, & inſtrumentũ poſſeſſionis intruſi, niſi inſtrumenrũ producatur in actis. Secundus & Tertius teſtes minus probant, cũ teſtificẽtur de promiſſionib. in genere, nec cõcludãt, Laurentiũ obtinuiſſe Abbatiã mediantib. illius promiſſionibus; & tñ crimen ſimoniæ ẽt, quod ciuiliter agatur, debet probari concludenter, vt eſt gl. *in c. veniens, el* t. vbi Abb. *nu.* 4. Dec. *nu.* 8. *de teſtibus.* Dec. *conſi.* 37. *num.* 7. Natt. *conſi.* 199. *nume.* 13. *lib.* 2. & fuit dictum coram Sanctiſſimo in vna firmana Capellaniæ, & in multis alijs cauſis.

LAVS DEO.

Deciſio coram eodem D. *Orano in eadem Tullen. prætenſa ſimoniæ die Lunæ* 21. *Aprilis*, 1597.

106 IN vna Tulleñ. prætenſæ Simoniæ, in qua fiſcus contra D. Nicolaũ Laurentium Abbatem de Atteijo, ad priuationem agendo, petebat, ipſum ad pactiones illicitas, & diuerſas promiſſiones deſcendiſſe, ad effectum, vt à prędeceſſore conſenſum, pro aſſecutione coadiutoriæ, cum futura ſucceſſione, impetraret; ideoque quamplurimos teſtes ꝓ informatione Curię examinari curauerat. Verum cum deuentum eſſet ad propoſitionem dubij ſequentis, An ex teſtibus reſultaret probatio ſimoniæ, Domini, fiſco, & illi adhęrente, informare recuſantibus, reſoluerunt negatiue; & ratio fuit, quia quando ad priuationem inſtituitur actio, nõ ſufficit quælibet, ſed exactiſſima, etiam ſi ciuiliter agatur, requiritur probatio. gloſſ. *capit. veniens, il primo, in verbo, illorum*, vbi Abb. *nume.* 4. Dec. *nume.* 8. *de teſtibus.* Alciat. *conſil.* 2. *nume.* 19. *& ſequen.* Natt. *conſi.* 299. *nume.* 15. *verſic. Quia reſpondetur. lib.* 2. Et ſępius tenuit Rota, vt in vna firmana Capellaniæ Coram Sanctiſſimo, & in alia Tulleñ. parochialis coram R. P. D. meo Decano, ac in cauſa Calaguritana cõfidentię coram R. P. D. meo Pamphilio, & pluribus alijs cauſis; hanc autem probationem deſiderari in hac cauſa, patebat; Tum quia teſtes fuerãt in partibus inducti abſque partis citatione, iuxta *l. ſi quando. C. de teſtibus*, & ille qui examinatus fuerat in curia, erat vnicus, & inſtigator fiſci, vnde non attendendus. *c.* 1. *de elect. lib.* 6. Rota *deciſio.* 50. *de appell. in no.* ex quo viderur ad ſui commodum depoſuiſſe. Bart. cõiter approbatus *in l. deferre. ff. de iure fiſci.* Tum etiam, quoniam admiſſo eorum valido examine, nullus reſultabat eius effectus: Nam cũ Papa eidem D. Laurentio contulerit Abbatiam ſimpliciter per obitum prædeceſſoris, pactiones præcedentes, de quibus per teſtes, cauſarunt quidem delictum, ſed tale, quod per pęnitentiã potuit aboleri, non autem ſimoniam punibilem, ita Silueſt. *in ſumma, in verbo, Simonia, num.* 4. & ibi Armil. *eod. num.* Felyn. *in c. fin. num.* 3. *de ſimo.* Gig. *de penſio. q.* 4. *nu.* 3. Rebuff. *conſ.* 63. *per totum.* Decia. *in praxi criminal. libro quinto, capit.* 82. *tit. ex quibus contract. vel pact. induc. ſimo. numero duodecimo.* Quod eò magis videbatur dicendum, quia teſtes de pollicitationibus deponentes, aut de auditu loquuntur, aut ſuum dictum referunt ad famam, quæ non ſufficit. Deci. *conſil.* 110. *propè finem.* Clar. *in* §. *ſimonia, in fin.* Put. *deciſio.* 171. *numero vndecimo, libro ſecundo.* Moheda. *deciſione tertia, de ſimon.* Aut ſunt ſingulares, aut ſocij, & participes criminis, quos notiſſimum eſt in hac materia non admitti, *capit. ſicut. il primo, de teſtibus.* Alexand. de Neu. *conſil.* 64. *nume.* 4. Fab. *deciſ.* 47. *libro ſecundo.* Non obſtat quartus teſtis deponens de ſcientia iſtius promiſſionis, quia cum non reddat cauſam ſcientiæ, non concludit; Potuit enim certus eſſe, vel per famam, vel aliam opinionem. Bald. *in cap. fin. de iuram. calum.* Rayn. *conſi.* 30. *per totum. libro* 1. Nam in cauſa criminali mota ad inſtãtiam fiſci, nunquam creditur teſti, rationem non aſſignanti, etiam, quod non fuerit interrogatus. Dec. *conſil.* 429. *nume.* 11. Marſil. *ſingul.* 621. *verſicu. tertio ſcias.* Pariter nullum fieri poteſt fundamẽtum in dicto ſeptimi teſtis, quia deponit tantummodo de promiſſione generali, & vrbana gratitudine, quæ verba non inducunt ſimoniam, iux. *tex. in cap. cum veniſſent. de inſtitut.* Boer. *deciſio.* 153. *nu.* 37.

num.37.& 38. & fuit dictum coram R.P.D.meo Gipſio in vna Bictonaueñ. commendæ. Addito, quod deponit de ſimplici promiſſione, non aũt acceptatione, vt bene hic per informãtes, quorũ ad omnia particularis reſponſio placuit.

LAVS DEO.

Deciſio coram D. Robuſtero Pampilonen. Abbatiæ de Sangueſſa 10. *Nouembris* 1597.

107 Domini dixerunt, quod valida ſit præſentatio ſub conditione, quod teneatur ſeruare capitulationes, ſi propterea approbauerit illas, quia hęc eſt conditio vel modus de iure approbatus, ac licitus; Ideo non vitiat præſentationem, neque præſentatio reſoluitur, ſi Papa non approbat capitulationes, quia correſpectiuitas eſt cum illa conditione ſi Papa approbauerit, non autem eſt ſimplex correſpectiuitas, ſed limitata & conditionalis; vnde non exiſtente conditione correſpectiuitatis, non corruit præſentatio, ſed correſpectiuitas; & ſic obſeruatio conſtitutionum; & hoc eſt, quod dicitur, quod clauſula, ſaluo beneplacito, non refertur ad præſentationem, ſed ad obſeruationem cõſtitutionum, & ſic omnes, qui viderant, ſi fuerunt pro non ſimonia.

LAVS DEO.

Deciſio coram Reueren. P. D. Pamphilio Imolen. Confidentiæ Lunæ, 24. *Februarij* 1592.

108 Domini reſoluerunt, non eſſe adhibendam aliquã fidem teſtibus examinatis pro parte fiſci, quia cũ tractetur de crimine confidẽtiæ, in qua requiritur plena probatio, etiam ſi de ea ciuiliter agatur, Abb. *in c. veniens, il 1. nu. 4. de teſtibus*, poſt glo. ibi, quam communiter eſſe approbatam, teſtatur Alciat. *conſi. 2. nu. 41. s. 1.* Viſum fuit Dominis, non eſſe credendum iſtis teſtibus, qui nimis audacter, & animoſe loquuntur contra Laurentium, Ancha. *conſi. 227. ſub nu. 5.* Ale. *conſ. 15. nu. 4. lib. 3.* Gram. *conſi. 15. nume. 14.* latè Aym. *conſi. 2. num. 6.* & vt perſpicitur ex eotum lectura, tanquam adhærentes factioni illorum de Rainaldis, qui ſunt inimici Laurentij, oſtendunt ſe pariter eſſe illius inimicos, *c. repelluntur, & c. cum oporteat. cum ibi notat. de accuſ.* Bald. *in l. ſi quis teſtibus. nu. 15.* & ibi Salyc. *nu. 13. C. de teſtib.* latè poſt alios Iaſ. *in l. liberi. nu. 2. C. de inoffi. teſtam.*

109 Præſertim, quia ſi eorum dicta rectè perpendantur, nec etiam concludenter probãt aliquam confidentiam: tantum enim dicunt, Laurẽtium patronum Capellarum, de quibus agitur, poſt factam præſentationem, percepiſſe certam partem fructuum ex dictis Capellis; quod de neceſſitate non includit condentiam, niſi conſtet de præcedenti conuentione, vel animo, ſeu intentione ſimoniaca, percipiendi præfatos fructus vſque ab initio; quia cum poſſit dari caſus, quod ex poſt facto Rectores ſponte ſua, vel ex aliqua iuſta cauſa, conceſſerint certam partẽ fructuum patrono, quod nõ eſt prohibitum, ex quo beneficiati poſſunt in vita diſponere libere de fructibus ſui beneficij, gl. *in c. præſenti. de offic. ordin. in 6.* & tradũt communiter ſcribentes *in cap. fi. de pecul. cleric.* ex his, quæ poſtea ſubſequuntur, ſimonia, vel confidentia abſque præcedenti pactione non probatur, *c. Artaldus. ibi, antequam eligeretur. 8. q. 1. glo. in c. quam pio, in verbo, poſt medium. 1. q. 2. no. communiter Doct. in d. c. veniens, il 1. de teſtibus.* Dec. *conſi. 118. nu. 4.* Pariſ. *conſi. 30. num. 21. lib. 4.* Put. *deciſio. 171. nume. 9. lib. 2.* Mohed. *deciſ. 166.* & fuit alias reſolutum in cauſa Cuſentina confidentiæ corã D. meo Orano de anno præterito; & ceſſat difficultas in hoc caſu, vbi cõſtat de cauſa perceptionis iſtorum fructuum vigore ſententię ordinarij Imolen. latę de anno 1572. per quam vergente Laurentio ad inopiam, fuerunt condemnati Rectores ad præſtandum ipſi certam portionem fructuum dictarum Capellarum pro alimentis ſuis, & ſuæ familiæ, iuxta tex. *in cap. quicunque. 16. q. 7. c. nobis. §. fi. cum ibi no. de iur. patr.* Lamber. *lib. 3. q. 1. principali, nu. 1. cum alijs allegatis*, quæ cauſa cum poſt factã præſentationẽ ſuperuenerit, & ſic diſtincta, & ſeparata ipſa præſentatione, excludit omnem cõfidentiã, Put. *d. deciſ. 171. & deciſ. 440. lib. 1. & 401. lib. 2.* Mohed. *deciſ. 224. cum ſimilib.*

110 Nec obſtat, quod aliqui ex præfatis teſtibus videantur deponere de perceptione fructuum, ẽt ante ſententiam ordinarij Imolen: quia præter id quod non videntur bene percutere illud tempus, vt animaduertunt informantes pro Laurentio, nihil dicunt de præcedente conuentione: & in omnem euentũ conuincuntur ex teſtibus examinatis pro Laurentio, quibus Domini dicebãt magis eſſe credendum, quia diſtinguunt tempora ante & poſt ſententiam; & optimè probant de primo tempore, Rectores percepiſſe integros fructus, quouſque ſuperueniente ſententia, Laurentius incępit leuare, & percipere medietatem illorum pro alimentis ſibi aſſignatam. Alexan. *conſi. 88. nu. 8. lib. 5.* Dec. *conſi. 448. num. 37.* latè Aym. *conſi 94. num. 3.* præſertim cum eorum dicta coadiuuentur ex ipſis met ſententijs. *gl. in l. cenſus, & ibi not. omnes, ff. de probat.* deponunt ad fauorẽ rei, excludendo delictum. Rom. *conſi. 166. num. 2.* Gram. *conſi. 60. col. 2.* cum alijs allegat. per Gabr. *concluſ. 4. nu. 21. & nu. 44. de teſtibus.*

111 Ponderabant etiam Domini, quod teſtes fiſci conuincuntur de mandato, quatenus aſſerũt, Lautentium habere modicam familiam, & multa bona, & quod poteſt ſe, & ſuam familiam ſuſtentare abſque iſtis fructibus Capellarum, qnia contrariũ patet ex teſtibus Laurẽtij, qui iunctis ſententijs bene probant eius neceſſitatem, & paupertatem de tempore ſententiarum; vnde propter induiduitatem iuramenti, eorum depoſitio in totum redditur falſa. Innoc. Card. & alij *in c. fraternitatis, de hæretic.* latè alios congetit Gabr. *concluſ. de crim.*

112 Et ita non obſtat, quod præſati teſtes deponant de publica voce, & fama, & quod confiden-

tia

tia fuit publica, & notoria in loco Tuſſignani per multos annos; quia conuincuntur ex plurib. teſtibus examinatis, qui de hac fama nihil deponunt. Aym. *conſ.* 57. *nume.* 10. vltra quod eorum depoſitio redditur penitus inueriſimilis ex eo, q̃ ordinarius, qui ſingulis annis viſitat ſuam Eccleſiam, non potuiſſet illam tanto tempore ignorare, nec illam tolleraſſet. Rot. *deciſ.* 6. *de iure patr.* b
in nouis, Caſſad. *deciſ.* 2. *nu.* 3. *de cauſ. poſſ. & propr.* Dec. *conſi.* 118. *nu.* 2. Fely. *in cap. ſicut. nu.* 29. *verſi. fallit, de re indic.*

113 Accedit, quod crimen confidentiæ, & ſimoniæ, etiam ſi de ea ciuiliter agatur, non probatur publica voce, & fama, etiam cum vno teſte, quando prout hic, tractatur de priuatione beneficij. gl. & Abb. *in d. c. nenſens. il* 1. *ſub nu.* 8. & Dec. *num.* 12. *in fi. verſ. non obſtat. de teſtib.* idem Dec. *cõſ.* 210. *propè fin.* Clar. *in* §. *ſimonia, in fi.* Put. *deciſ.* 171. *in fi. lib.* 2. cum alijs allegatis per Gab. *concluſ.* 1. *de probat. nu.* 12. *cum ſeq.* & fuit alias reſolutum in cauſa Firmana Capellaniæ de anno 1582. maxime cū non conſtet vnde iſte rumor habuerit originem. c
Anch. *conſ.* 254. Dec. *conſ.* 575. *col.* 2. Aym. *conſ.* 41. *nume.* 1. potuit enim proceſſiſſe à maleuolis, & inimicis, prout in hoc caſu factū fuiſſe aſſerit Io. Paulus, qui poſtquam examinatus ſuper confidentia, deponit de ea ex publica voce & fama, & in quadam ſua atteſtatione dicit, omnia per ipſum depoſita audiuiſſe à quibuſdam per ipſum nominatis, qui ſunt inimici ipſius Laurentij, & hæc diuulgauerant, & quod nec ante, nec poſtea intellexerat, &c.

Deciſio Creſcentij 160. In manuſcriptis.

114 IMpetrans certo modo, deducens poſtea ſimoniam, ad effectum, vt aduerſarius declaretur priuatus beneficio, & ſic ciuiliter, *ad cap. per tuas,* *
in fi. de ſimo. & deciſ. 420. *in nouis.* licet non debeat ſe inſcribere ad pœnam tallionis, cum criminaliter non agatur, *ad cap. qualiter & quando. de accuſatio.* tamen Domini dixerunt, quod ſe inſcriberet ad pœnam extraordinariam, iudicis arbitrio, iux. *cap. ſuper litteris, eod. tit.* & notant Doctores, Abbas, & Fel. *in* 4. *col. eod. tit.* licet Ale. *in l. ſi cui in prin. in apoſt. de accuſationibus*, teneat indiſtincte, q̃ non habet locum inſcriptio, quādo agitur ciuiliter, ſed debet intelligi, vt ſupra; & tantò magis, quantò ſi in litteris expreſſiſſet vacationem ſimoniacam, Papa non dediſſet, nec vnquam cōſueuit date, niſi præcedente inſcriptione, & in forma iuris, & in hoc in vna conuerſana coram Domino Ludouico.

ADDITIONES.

a *Non nocet.* Socius criminis, an & quando admittatur in teſtem in crimine ſimoniæ, vide quæ dixit D. meus Farin. *in pract. crim. p.* 1. *tit. de indic. & tor. q.* 43. *nu.* 53. Vbi facit regulam negatiuam, quod. ſi ſocius criminis, nec etiā in materia ſimoniæ admittatur in teſtem, quando criminaliter agitur, licet alij cōtra, *nu.* 55. ſi vero agatur ciuiliter, admittitur particeps ſceleris, & non muneris, *d. nu.* 13. item admittitur contra eum, qui fecit ſimoniam, ſecus contra tertium, *nu.* 54. Item admittitur contra diffamatum, ſecus contra non diffamatum, *d. num.* 54.

b *Conuictus Varella.* Iſta deciſio fuit magis plena & magis exemplaris omnibus alijs deciſionibus hucuſque factis in Rota, in materia ſimoniæ; & quidem mirabilis eſt illius cōcluſio, ex qua videtur colligi, ſimoniam nō dici plene probatam, ad effectum conuincendi Reum, niſi de ea conſtiterit, aut ex publico inſtrumento, aut ex clara confeſſione, aut ex præſumptione iuris, & de iure. Si enim hæc ita ſimpliciter admittēda ſint, nunquā ferè erit caſus detegēdi ſimoniam, cum nullus ſit tam fatuus, qui aut ſimoniam fateatur, aut illius cōficere faciat publicum inſtrumentum, aut etiā actum gerat, ex quo eiuſdem ſimoniæ oriatur præſumptio iuris & de iure. Cogita.

c *Præſumptionibus hominis.* Doctores allegati in hac deciſione probant regulā illam, quod ex præſumptionibus nemo cōdemnādus eſt. Quæ quidem regula, & concluſio eſt in ſe veriſſima, & bene probata *in l. abſentem. in prin. ff. de pæn. & ibi glo. in verbo, damnari,* & ibi Bar. *col.* 1. *verſ. venio ad ſecundum.* Bal. *in l. milites. nu.* 5. *C. de q.* Bart. *in l. quod Nerua. nu.* 15. *in fine. ff. depoſit.* Aret. *in c.* 3. *loco. num.* 15. *in fin. de proba. gl. in l. fi. in verbo, vel indicijs, verſ. non autem ex præſumptione. C. de probat.* & ibi Cyn. *nu.* 1. Pau. de Caſt. *nu.* 3. Bal. *in l.* 1. *nu.* 6. *verſ. item quoniam ad commiſſionem pœnarum. C. de his, quæ pæn. nom.* Boer. *deciſ.* 164. *nu.* 1. Bru. *de indic. & tor. par.* 1. *q.* 4. *nu.* 7. *verſ. item adde.* Ang. de Caſt. *conſi. crim. diuerſ.* 94. *nu.* 2. *lib.* 1. *in paruis.* Gram. *conſ.* 13. *nu.* 37. Dec. *conſ.* 189. *nu.* 3. *& nu.* 15. Boſſ. *in tit. de conuict. nu.* 16. Ant. Gomez. *de delict. c.* 12. *rub. de prob. delict. nu.* 25. vbi de cōi. Monticell. *reg. crim.* 11. *nu.* 2. vbi ampliat ēt, quod præſumptiones eſſent probabiles, & euidentes. Octauian. Cauale. *conſi.* 65. *nu.* 46. Maſcar. *de probat. lib.* 1. *concl.* 459. *nu.* 8. *&* 9. *& concluſ.* 496. *nu.* 2. *& lib.* 3. *concl.* 1167. *nu.* 3. Et faciunt pro hac concluſione, à qua, tanquam veriſſima, in iudicando nō recedas, Doctores allegati infra hac *cad. q. nu.* 3. *in ſeq. ampliat.*

Quamuis cōtrarium, quod imò ex indicijs, & præſumptionibus poſſit quis criminaliter condemnari, videatur fuiſſe de mente Doctorum allegatorum infra *hac cad. q. num.* 4. & in ſpecie ſcripſerunt Marſi. *in l.* 1. §. *idem Cornelio, ſub nu.* 3. *ff. de q.* vbi alios refert concordantes. Rom. *conſ.* 7. *nu.* 3. & ibi Mandoſ. *in addit. littera D.* vbi plures alios refert concordantes.

Verū in ſpecie de præſumptionibus hominis, quòd non ſufficiant ad condemnādum criminaliter, voluit gl. *in l. abſentem. in prin. per illū tex. in verbo, damnari, in fine,* & ibi Bar. *col.* 1. *verſ. venio ad ſecundum,* & Alber. *nu.* 2. *ad finē, verſ. aut eſt præſumptio hominis. ff. de pæn.* Roma. *in l. excipiuntur, nu.* 3. *in fine, verſ. aut ſunt alia indicia. ff. ad ſylla.* & videtur de mente Diaz *reg.* 370. *in* 1. *limit.* Maſc. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1221. *num.* 50. *& num.* 76. *re-*

lati

lati per Menoch. (quos tamen ipſe nõ ſequitur) *de præſump.lib.1.q.97.nu.22.*

Quod vtique intelligendũ eſt, vt hominis prę ſumptiones non ſufficiant ad condemnandũ, regulariter; ſed in caſibus, in quibus præſumptiua probatio admittitur, quod tunc etiam præſumptiones hominis recipiantur, ſcripſerunt Dec. *in cap.tertio loco, numero 57.in fine.de probatio.* Abb. *in cap.Aſſerto poſt numerum primum, de præſumpt.* vbi dixit poſſe iudicem ſe mouere ad condemnandũ ex præſumptionibus, quas ipſe ſolus elicuit iudicio ſui intellectus. Marſil. *in l.1.§.idem Cornelio, numero 3.poſt med.ff.de quaſt.* Boſſ. *in tit.de conuic. numero 20.& 21.* vbi hominis prę ſumptiones eas dicit in propoſito, quas iura iudicis arbitrio remittunt, vt iuxta facti & perſonarum qualitatẽ præſumat, *& numero* 37. vbi loquitur in prę ſumptionibus hominis violentiſſimis, *& in ti.de part. ſuppoſ. numero* 34. Cæphal. *conſilio* 448. *numero* 20. *libro* 3. Ioſeph. Ludou. *concluſi.45.in 5.ampliatione*, & ita etiam videtur de mente Maſcar. *de probatio. libro 3. concluſio.* 1221. *& 37.ſeqq.* Menoch. *de præſumptio.libro primo, quæſtio.58.numero 20.ſequen.* Vbi alios refert concordantes, *quæſtio. 97. num.15.& 16.*

Et tamen præcedentem declarationem iterum declara, vt procedat, quando hominis præſumptiones ſunt violentæ & indubitatæ; ſecus ſi nõ ſint tales, prout expreſsè declarat Menoch. *de præſumptionibus, lib.1.q.94.numero 2.verſic. tertius eſt caſus, & ſeq. & latius in quæſt.97.num.16.et ſeq.* prout in præſumptionibus violentiſſimis loquitur Boſſ. *in tit.de conuict.num.37.* & etiam in præſumptionibus vehementibus, hoc idem admittit Roman. *in d.l.excipiuntur, ſub numero quarto, ff.ad Syllan.*

Et nihilominus etiã ex præſumptionibus hominis violentis & indubitatis, non vera pęna delicti, ſed mitior imponenda erit, iuxta tradita per eundem Maſcar. *d.concluſio.1221.num.37.& ſeq.* admittit Rom. *in d.l.excipiuntur, num.4.in fine, ff. ad Syllan.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ARGVMENTVM.

Agitur de immunitate Eccleſiaſtica, in qua reſoluuntur aliquę notabiles dubitationes, ſpecialiter expoſitæ in principio Reſponſi.

SVMMARIVM.

Iudex Eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui facto per iudicem ſecularem, nu.1.

Iudex in cauſa propria nemo eſſe poteſt, nu.1. verſ. Quod maximè proceſſus factus ab incompetenti iudice fidem non facit, nu.1.in fine.

Delegatus ad cognitionem cauſæ, cenſetur etiam delegatus ad aſſumendum probationes ſuper illa cauſa, numero ſecundo. Vbi etiam quod cenſetur delegatus ad diffinitionem illius cauſæ, etiam quod non fuerit expreſsè dictum.

Immunitate Eccleſiaſtica regulariter gaudere debent confugientes ad eccleſiam, ex qua extrahi non poſſunt, numero 3.

Regulam habens pro ſe dicitur habere præſumptionem iuris, numero 3.

Præſumptionem iuris habens contra ſe, debet contrarium probare concludentiſſimè & euidentiſſimè, nu.3.

Qualitas tribuens iuriſdictionem non præſumptiuè & per indicia, ſed concludenter probari debet, nu.4.

Probatio aliqua, vbi requiritur a lege, intelligitur de plena probatione, non autem de præſumptiua, nu.5.

Vera eſſe dicimus ea, quæ vel proprijs oculis inſpeximus, vel alias indubitanter nouimus, nu.5.in fine, & num.21. Vbi propterea quod non dicitur verè conſtare illud, quod conſtat per præſumptiones & coniecturas.

Probatio vbi requiritur ſub conditione, illa tunc debet eſſe concludens & plena, non autem præſumptiua, nu.6.

Iudex Eccleſiaſticus non tenetur remittere Curiæ ſeculari captos in eccleſia, niſi ex proceſſu ab ipſo facto, non autem a iudice ſeculari, ſi verè, plenè, & concludenter, non autem præſumptiuè, conſtiterit eos deliquiſſe, nu.1.ſeqq. in prima & ſecunda dubitatione.

Proditoriè non dicitur occiſus is, qui fuit occiſus a ſuo inimico, quamuis per inſidias, num.7.verſic. Nec refert & ſeq. & num.15.

Verè, aduerbium, importat idem quod propriè, nu.8.

Conſtitutionis verba propriè ſunt intelligenda, nu.8.in fine.

Bulla Gregorij Decimiquarti ſuper immunitate Eccleſiæ, ab illa excludens tantummodo duos caſus, nempè homicidium proditorium, & in Eccleſia aut Cimiterio commiſſum, non debet extendi ad alios caſus, numero 9. & ſeqq.

Immunitas Eccleſiaſtica habet locum etiam in committentibus delicta grauiſſima & atrociſſima, numero 9. verſic. cum quatenus, & nu.15.

Immunitas Eccleſiaſtica an debeat ſuffragari committenti homicidium, præcedente tractatu & animo deliberato, nu.10.& nu.17.& ſeqq.

Immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragatur delinquentibus propè eccleſias, & quomodo intelligatur iſtud, propè, numero 11.& num.20.

Immunitas Eccleſiaſtica ſecundum aliquos in deſuetudinem abijt, num 12.

Exceptio firmat contrarium in caſibus non exceptis, num.13. verſ.Primo, quia.

Taxatiua dictio tantum impedit extenſionem ad non expreſſa, nu.13.verſ.& præſertim.

Formæ nihil addi, aut minui poteſt, num.13.verſ.Immo in eadem conſtitutione.

Permiſſum in certo loco cenſetur prohibitum in alio loco, numero 14.

Clauſula ſublata, &c. excludit omnem extraneam interpretationem & extenſionem, nu.14.

CONSILIVM LXXVI.

ADSIT DEVS. Pater Sancte, in hac cauſa immunitatis Eccleſiaſticæ quatuor reſoluendæ videntur dubitationes; Prima eſt, nũquid Ordinarius, cui vigore Bullæ Gregorianæ, commiſſa eſt cognitio ſuper remiſſione delinquentiũ ad Curiã ſecularem, debeat ẽt ad effectũ pręmiſſum recipere probationes ſuper prætẽſo delicto; an vero teneatᷣ ſtare proceſſui fabricato per ipsã ſecularem Curiã. Secũda, an ſufficiat de eodẽ delicto cõſtare per indicia, & pręſũptiones; an vero

debeat id per concludenres probationes apparere. Tertia, an delictũ, de quo agitur, & quod prætendirur, ſir comprehenſum in dicta Bulla Gregoriana. Quarta; an eadem Bulla ad alios caſus quam ad ibi expreſſos, extendi poſſit.

1 Et quidem aſſumendo defenſionem immunitatis eccleſiaſticæ, crederem, circa primam dubitationem, reſpõdendum, quòd Archiepiſcopus Panormitanus debeat ſuper prætenſo delicto probationes admitrere, nec ſecularis iudicis proceſſui vllo pacto ſtare. Primo, quia regulare eſt, ꝙ iudex eccleſiaſticus non teneatur ſtare proceſſui facto per iudicem ſecularem. Gram. *conſi.* 42. *nu.* 1. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 36. *verſi. vltimo quæro.* Vbi dcõi; quod maximè debet procedere in iſto caſu, in quo iudex ſecularis contendit de ſua iuriſdictione; & ſic eò magis reputatur incompetens reſpectu propriæ cauſę, & proprij intereſſe, *l.* 1. *C. ne quis in ſua cauſa, l. nulli. C. de iudi.* Proceſſus aũt factus ab incompetẽti iudice, nullibi fidem facere poteſt, *l. fi. & per totum, C. ſi non a compet. iudi.*

2 Secundo quia cognitio iſtius articuli per dictã Bullã ſpecialirer demandata eſt ordinario, vt patet in illis verbis, *niſi cognito prius per Epiſcopum ſeu ab eo deputatum, &c.* Cui aũt delegatur cognitio alicuius articuli vel cauſæ, delegata etiam cẽſetur poteſtas ſumendi probationes ſuper illo articulo, & cauſa, *l. vbi, & ibi gl. in verbo, relationis,* & Iacob. Butrig. *col.* 2. *verſ. & reſpondetur. C. de falſis.* Et quod plus eſt, delegatus a lege vel a Principe ad cognitionem cauſæ, non ſolum cenſetur delegatus ad receptionẽ probationum, vt ſupra; ſed etiam ad eiuſdem cauſæ diffinitionem. Salyc. *in d. l. vbi. nu.* 4. *ad finem.* cum alijs per Menoc. *de arb. quæſt. li.* 1. *q.* 37. *nu.* 13. *& ſeq. nu.* 37.

3 Ad ſecundam dubitationem crederem rñdendum, non poſſe Archiepiſcopum prætenſos delinquentes Curię ſeculari conſignare, niſi prius ſibi conſtito de delicto plenè, certè, & concludẽter, nõ autẽ per indicia, & præſumptiuè; Primo, quia capti in eccleſia habẽt regulã immunitatis eccleſiaſticæ pro ſe, *c. penul. & fin. de immunit. eccl. c. ſicut antiquitus.* 17. *q.* 4. Qui autem habet pro ſe regulam, dicitur etiam pro ſe habere iuris præſũptionem, *l. ab ea parte, ff. de probat.* Gl. *in rub. de reg. iur. nu.* 6. *verſi. & dicitur regula,* Alciat. *de præſump. reg.* 1. *præſumpt.* 28. *nu.* 6. ergo qui dicit caſum non comprehenſum in regula immunitatis eccleſiaſticę, cum faciat aſſertionem contra pręſumptionem iuris, eam debet concludentiſſimè & euidentiſſimè probare. *l. fin. in fin. in princ. & ibi omnes, ff. quod metus cauſa.* Abb. *in c. quia veriſimile. in* 2. *notab. de præſumptio.* Aym. *de antiq. par.* 2. *ſect. ex præmiſſis, nu.* 46. *& ſeq.*

4 Secundo, quia qualitas tribuens iuriſdictionem, non præſumptiuè & per indicia, ſed concludenter probari debet. *l.* 2. §. *ſed ſi dubitetur. ff. de iudi.* Paris de Put. *de ſindic. in uerbo, iudex, c.* 12. *num.* 13. *uerſic. iudici ſemper debet conſtare.* Benintend. *deciſio.* 18. *num.* 3. Andr. Gayl. *de pace publica, c.* 13. *nu.* 12. *& ſeqq. li.* 1. ergo qui pro Curia ſeculari inſtant, carceratos ſibi conſignari, tanquam ſubditos ſuę iuriſdictioni, propter qualitatem cõmiſſi delicti, debent ipſum delictum & qualitatem plenè probare, per præallegata.

5 Tertio qñ lex probarionem requirit, intelligi debet de probatione plena, & vera, nõ autem de præſumptiua; Patet, quia quando eadem lex voluit eſſe contenta argumentis & præſumptionibus, id expreſſe dixit, vt *in l. non omnes,* §. *a Barbaris. ibi, argumentis tamen cognoſcendum eſt. ff. de re milit. & in c. pro humani, ibi, et poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis, &c. de homicid. in* 6. & alibi ſæpiſſimè. Verum Bulla Gregorij non ſolum nõ expreſſit hoc, ſed immò expreſsè voluit, vt verè conſtet Ordinario crimen tale commiſſum, propter quod immunitas eccleſiaſtica non habeat locum, vt patet in illis verbis, *an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint.* Ideo ſubintrat doctr. Innoc. *in c. cum cauſam, col.* 2. *verſ. illud autem. extra de iur. an. calumniæ.* Vbi dixit, ꝙ vera eſſe dicimus ea, quæ vel proprijs oculis inſpeximus, vel alias indubitanter nouimus; ergo non ea, quæ præſumptiuè tantum credere poſſumus.

6 Quarto noſtra conſtitutio non ſolum ſpecialiter, ſed per modũ conditionis voluit prius conſtare de veritate criminum commiſſorum antequam criminoſi Curiæ ſeculari tradantur, vt patet in illis verbis, *conſtito prius per Epiſcopum, vt ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint*; Ideo talis probatio non ſufficit præſumptiua, ſed debet eſſe plena & concludens, *l. Lucius,* & ibi Bart. *ff. de condi. & demonſtr.* Natta *conſi.* 29. *nu.* 3. *& cõſi.* 202. *nu.* 8. *ſeq. li.* 1. Paris *conſi.* 104. *nu.* 9. *ſeq. lib.* 4.

7 Ad tertiam dubitationem reſponſio eſt facilis in facto, quia caſus noſter eſt caſus prætenſi homicidij. Homicidia aũt vigore d. Bullæ non gaudent immunitate eccleſiæ in duobus caſibus tantũ, videlicet, quando vel fuerũt patrata in ipſa eccleſia, aut Cimiterio; vel proditoriè: homicidiũ autem, quod contra carceratos prętenditur, non eſt patratum in eccleſia, nec Cimiterio, minus ꝓditoriè, ergo, &c. Nec refert, quod dicatur cõmiſſum per inſidias, videlicet, ex feneſtra, & cũ archibuſijs, & ſic quodammodo proditoriè ſecũdum vulgarem quendam loquendi vſum. Quia cũ occiſus eſſet inimicus carceratorum, vniq; eorum grauiſſimam iniuriam perſonalẽ intulerit, vt in informatione facti, & ob id bene poterat futurã vindictam præuidere, & ſibi præcauere; non propterea videtur per proditionem occiſus, ẽt quod per inſidias occiſus fuerit. Bart. *in l. reſpiciendum,* §. *delinquunt, num.* 1. *ff. de pœu.* quem communiter omnes poſtea ſcribẽtes ſequuti ſunt, teſte Igneo *in l. ſi certus,* §. *ſi vnus ex Dominis. nu.* 14. *ff. ad Syllan.* Gerard. *ſing.* 14. *nu.* 5. *&* 6. Ant. Gom. *var. reſolu. tomo* 3. *rubr. de homicid. c.* 3. *nu.* 5. & ibi Soarez *in addit. littera B.* Hanc Bar. doctr. eſſe veriſſimam & cõiter receptã, teſtatur Cæph. *conſi.* 57. *n.* 13. *li.* 1.

8 Et in propoſito facit, quia dum Bulla expreſſit aliqua crimina, quibus immunitatẽ eccleſiaſticã ſuffragari minimè voluit, voluit ẽt eadẽ crimina vera eſſe, quaſi dicẽs, nõ impropriè, aut per interpretationẽ talia, ſed ꝓpriè; verbũ. n. verè, importat idem, quod, propriè. gl. *in l. ſingularia, in verbo, non acceperis,* & ibi Curt. iun. *num.* 23. *ff. ſi cert. pet.*

Qui

Digitized by Google

Qui autem occidit inimicũ ſuum per inſidias, licet forſan largo modo poſſit dici proditor, non tamen videtur propriè proditor, per præallegata. Ideo inter caſus a Bulla exceptos, minimè cõprehenditur, cum & certi iuris ſit, cõſtitutionis verba propriè, non aũt impropriè eſſe intelligenda, *l. 1. §. ſi is qui nauem, verſ. in re igitur, ff. de exercit. act. 10. l. non aliter, ff. de leg. 3. cum vulgarib.* præſertim pro conſeruatione eccleſiaſticæ immunitatis.

9 Ad quartam dubitationẽ crederem pariter reſpondendum, Bullam non eſſe extendendam ad alios caſus & homicidia vltra expreſſa in ea; & ad id dicendum moueor, quia vt ex illius proœmio bene colligitur, Summus ille Põtifex bene nouerat Doctorũ controuerſias & altercationes, pluresq; ac diuerſas extenſiones & interpretationes canonibus ab eiſdẽ Doctorib. datas, ac inde plures etiam inductas cõſuetudines ſeu potius abuſus, priuilegia ac indulta in præiudiciũ immunitatis eccleſiaſticæ. Nã quatenus ad tem noſtram attinet, licet tex. *in c. inter alia, extra de immu. eccl.* expreſsè eandem immunitatem extenderit ad cõmittentes crimina grauiſſima & atrociſſima, vt patet in illis verbis ibi, *quantumcunque grauia maleficia perpetrauerit, non eſt ab eccleſia extrahendus*, non defuerunt tñ plures & magnæ authoritatis Doct. (quos retuli *in meo 1. lib. q. 28. ſub nu. 15.*) q; contra expreſsã diſpoſitionẽ illius canonis, prędictã immunitatem in grauiſſimis delictis nõ ſuffragari, ſaltẽ de conſuetudine, apertè ſcripſerũt.

10 Sic pariter licet Inn. & Hoſt. *in d. c. inter alia, de immun. eccl.* Abb. Matian. Alex. Gig. Blanch. Couar. Boſſ. & alij quam plures per me relati *in d. q. 28. nu. 23.* dixerint, ſecundum comm. opin. homicidam, & deliberatum, & ex propoſito, gaudere debere immunitate eccleſiaſtica, nõ tñ defuerũt alij, qui de fact cõtrariũ apud eos obſeruari, atteſtati ſunt, prout fuerunt Boer. Pract. Papien. & Clar. per me etiam relati *d. q. 28. eodem nu. 23.*

11 Et licet & expreſsè dicatur *in c. f. de immu. eccl.* q; delicta commiſſa in ipſa eccleſia vel cęmiterio, non gaudeant illius immunitate, non defuerunt tñ Doct. qui illam decretalem & ad delinquẽtes extra eccleſias, propè tñ eas, extendere voluerũt, prout etiam eos retuli *in d. q. 28. nu. 56.* & iſtud, propè eccleſiã, aliqui intellexerunt ſolum de hoſtio, ſchalis, aut clauſtro ipſius eccleſię, ad trad. p Ang. *de maleſ. in verbo, et in Schalis Sancti Petrony, nu. 3.* & in ſpecie conſuluit Vulpel. *conſi. 130. li. 1.* & alios plures retuli *in d. q. 28. nu. 14.*

12 Et demum eò excreuit ſecularis iuriſdictionis audacia, vt immunitatem eccleſiaſticã omninò in deſuetudinẽ abijſſe, plures teſtati fuerint Doctores, vt videre eſt apud Buberiũ *in ſuo Viator. iuris rubr. de violat. immunit. c. 33. nu. 3. in f.* Foller. *in pract. crim. in verbo, notatos capiat de perſona, nu. 6. in fine,* Clar. *in pract. §. fin. q. 30. ver. ſcias autem.*

13 Hinc ad tollendũ iſtos varios intellectus, extẽſiones, interpretationes, abuſus, ac etiam alia quæuis priuilegia, & indulta in præiudicium eccleſiaſticę immunitatis, ſucceſſit Bulla Gregoriana, quæ ſpecificauit caſus in quibus delinquẽtes poſſunt ab eccleſia extrahi, eamq; propterea non eſſe ad alios caſus extendendam, quàm ad expreſſos in ea. Probatur primo, quia in dicta conſtitutione excipiunt aliqui caſus ab immunitate eccleſiaſtica, iõ in reliquis cenſetur facta oĩum incluſio, per regulã, q; exceptio firmat regulã in cõtrarium in caſibus non exceptis, *l. nam quod liquidè, §. fin. in 1. reſpon. ff. de pœnu lega. c. domus, 32. q. 7.* Eo pręſertim, quia dũ in dicta conſtitutione excipiuntur caſus prædicti, apponitur dictio taxatiua, tantum, quæ de ſui natura eſt impedire extenſionem ad non expreſſa *l. properandum, §. 1. C. de iudic. l. ſi cum exceptio, §. quod ſi homo. quod metus cauſa, §. t. in fine, inſtitu. de ſtipulatione ſeruor.* Dec. *conſi. 54. nu. 7. in fine lib. 1.* imò in eadem conſtitutione eorũdem caſuum exceptio fit per modum formæ, vt patet ibi *ad unam tantum formam reduci mus*; ergo illis nihil addi, aut minui poteſt, ſed ad vnguem debet ſeruari. Pariſ. *conſi. 19. nu. 188. li. 2. & conſi. 61. nu. 15. lib. 3.* Rol. *conſi. 30. nu. 3. & conſil. 72. nu. 60. & 68. & ſeq. li. 3.*

14 Secundo, & quod attinet ad locum delicti, conſtitutio excipit tantummodo homicidium commiſſum in eccleſia vel cęmiterio; Ideo non eſt extendẽda exceptio ad commiſſum extra eccleſiã, licet prope eam, per regulã, quod certo loco permiſſum, in alio loco prohibitũ cenſetur, & èconțra *l. cum lex, ff. de legibus, l. cum prætor, ff. de iudic. cum vulgaribus,* & generaliter fruſtra hic tractandum de extenſione huius conſtitutionis ad alios caſus, cum in ea adſit clauſula, ſublata, quæ omnem protſus extraneam interpretationem excludit. Dec. *conſi. 61. nu. 2. li. 1.* Aym. *conſi. 201. nu. 43.* Put. *deciſi. 50. nu. 5. lib. 1.*

Et ex his, ni fallor, ſic crederem reſoluenda dubia per Reu. D. Archiepiſcopum Panormitanũ excitata, ſeruato tamen exquiſitiſſimo iudicio Sanctiſſimi D. N. cui humillime hæc mea ſcripta ſubmitto.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

Reſponſum Gabrielis Falconij, in eadem cauſa.

15 ADSIT DEVS. Verſamur in caſu, in quo tã ex nouiſſima conſtitutione fel. record. Gregorij XIII I. quã ex antiqui iuris diſpoſitione, Don Carolus de Gregorio, & alij Oratores, qui ad eccleſiam confugierunt, debent immunitate eccleſiaſtica gaudere, nec ab ea uiolenter extrahi; quia & ſi homicidium eſſet contra dictos Oratores plenè probatũ, cum tñ non fuerit proditoriũ, non eſt ab immunitate exceptũ, ex quo Bulla excipit tantum illũ, qui proditoriè proximum ſuum occiderit; cum autem inter dictũ D. Carolũ de Gregorio, & Don Carolũ de Arnato præcederet inimicitia, & quidem capitalis, etiã ſi animo deliberato, & per induſtriam illũ occiderit, non tñ proditoriè dicitur occidiſſe; quia qui quacũq; adhibita arte occidit illum, cũ quo publicam gerit inimicitiam, nunquam dicitur occidiſſe proditoriè, ex doctr. Bartoli, quem poſtea

omnes ſequuti ſunt, in l.reſpiciendũ, §. delinquũt, ff.de pœn. dum determinat, proditoriũ dici homicidium, vbi nullus præcedebat rancor, ſed potius ſimulabatur amicitia, quia videlicet ſimul comedebant, vel ſimul erant in irinere; & ſic vnum gerebatur in corde, aliud in verbis; cæterũ ſi inimicitia præcedebat, quia occiſus potuit & debuit præcauere, homicidium non eſt proditorium, & Bar. ſequuntur Bal. in c. 1. in prin. quibus modis feudum amittatur. Io. And. in c. 1. de feudis. Vbi dicit, Proditorem eſſe, qui ſine diffidatione occidit illum, qui de eo confidit. Andr. de Iſer. in c. 1. quib. mod. feud. amittatur. Luc. de Pen. in l. ſeruum, in fi. verſ. item nota mores proditoris, C. de dela. li. 20. Vbi prodirorem deſcribit, quia inſignia fideliraris oſtẽdit, & cuius ſermones ſunt moliri ſupra oleũ, & ipſi ſunt iacula, allegat Prouer. c. 58. Canoniſtæ communitet in c. 1. de homici. Alex. conſil. 145. nu. 5. li. 3. Gerard. ſing. 14. Colleg. Aduoca. Curię Prouinciæ Marchiæ conſi. 150. nu. 42. tom. 1. crim. Cæphal. conſi. 57. nu. 13. l. 1. Couat. var. reſol. li. 2. c. 20. nu. 1. Butſ. conſil. 187. nu. 22. Carrer. in praxi in §. vigeſimus eſt caſus, nu. 7. Bero. conſi. 165. n. 12. li. 3. de communi Clat. in §. homicidium, in ver. proditoriè. Affl. deciſi. 265. nu. 68. Gomez. tit. de homic. c. 3. nu. 5. & ab omnibus qui poſt Bar. ſcripſerunt, eſſe receptam, Igne. in repet. l. & ſi certus, §. ſi vnus ex Dominis, nu. 18. ff. ad Syllan.

16 Proinde cũ eccleſia gaudeat antiquiſſima immunitate, vt nullus ab ea, quantumuis grauia delicta commiſerit, ſit extrahendus, c. inter alia, de immunit. eccleſi. c. ſicut antiquitus, 17. q. 8. c. reum, c. frater. eadẽ cauſa & quæſtio. l. præſenti, & toto titulo, C. de his qui ad eccleſiam confugiunt, & conſtitutio Gregorij per dictiones taxatiuas, ibi, ad vnam tãtum formam reducimus, & ibi, quoad ſuperius deſcripta tantum, excipiat particulares caſus, in quorũ nullo verſamur, conſequens eſt quod etiam ſi eſſet probatum, delictum fuiſſe perpetrarum per D. Carolum, tamen nullo modo poſſe extrahi ſine violatione immunitatis eccleſiaſticæ.

17 Et licet attento tenore ipſius conſtitutionis, res reddatur ſatis clara, adhuc etiam illa circumſcripta in terminis iuris communis Do. Carolus debet gaudere immunitate, quantumuis homicidium fuerit appoſtatè, & animo deliberato commiſſum, cum deficiat qualitas proditoris. Inn. in c. inter alia. & ibi Hoſt. idem in ſumma tit. de homicidio, §. in quantum. Abb. c. 1. eo. tit. & in c. at ſi clerici, nu. 39. de iudic. Io. de Viſchis tract. de immun. eccl. nu. 42. to. 3. primæ par. tract. nouiter impreſſ. Summa Angelica in verbo, immunitas, §. 16. Egid. Bellam. conſi. 16. Alex. conſi. 185. nu. 5. & 6. uol. 7. & Canoniſtarum omnium opinionem communem eſſe, teſtatur Boer. deciſi. 109. nu. 39. Decian. conſi. 80. nu. 21. & 33. lib. 2. & veriorem hanc opinionem fatetur Gomez. de delict. c. 10. nu. 2. de commu. Socin. in c. 1. de homici. & obſeruari a iudicibus Deũ timẽtibus, Boſſ. de captura, nu. 21. licet Boer. Boſſ. & Gomez. dicant contrarium obſeruari in Curijs ſecularibus; ideo ad tollendum iſtum abusũ, fortè emanauerit conſtitutio Gregorij.

18 Nec cõmuni Canoniſtarum concluſioni aduerſatur cap. 1. de homic. quia ille tex. habet uarios intellectus, quos recenſet Gig. de crim. læſ. maieſ. li. 1. q. 10. nu. 8. & ſeq. & multi illum reſtringũt ad Clericos, quod non loquatur de morte naturali; ideo non poteſt allegari ad deciſionẽ iſtius concluſionis, vt in ſpecie Alex. allegatus in conſ. 185. nu. 8. li. 7. Et quatenus recipiatur intellectus, q̃d loquatur de laicis, & de materia immunitatis; adhuc dico, Doct. intelligere illa verba, ſi quis per induſtriam, & per inſidias, ideſt proditoriè, vt ibi Anch. nu. 2. Io. de Ana. nu. 3. Fel. in prin. Remig. de immunit. eccleſi. fallen. 18. nu. 2. Alex. d. conſil. 185. num. 5. & 6. lib. 7.

19 Non obſtat aſſerta obſeruantia Curiæ ſecularis; quia ex prædictis eſt cẽſenda corruptela, cum ſeculares iudices nõ poſſint immunitatẽ eccleſię diminuere, attẽto maximè, q̃d auctor vti cõtrarię opinionis allegatur Practica Papienſis, quem de eccleſia malè ſenſiſſe compertum eſt, vt ẽt index librorũ prohibitorũ nouiſſimè editus cõprobauit, & in indiuiduo in iſto loco fuit correctus.

20 Nõ obſtat quod infra triginta paſſus eccleſiæ homicidium dicatur commiſſum, quia Archid. in c. quiſquis. 17. q. 4. paſſus triginta, eccleſiis extra muros Ciuitatis conſtitutis, cõpetere cõcludit, nõ autem ijs, quæ intra muros ſunt, & ita viſum obſeruare tradit Ign. in l. 1. in prin. nu. 58. ff. Ad Syllan. Couar. c. 20. li. 2. var. reſol. nu. 5. Alex. cõſi. 185. num. 13. li. 7. cum alijs per Decian. lib. 6. tit. de conſtru. eccleſi. cap. 25. num. 9.

21 Ergo tãto magis debent gaudere oratores immunitate eccleſiaſtica, cum non ſint conuicti de dicto homicidio, quia cõſtitutio Gregorij vult, reos etiam in caſibus permiſſis, extrahi non poſſe, niſi prius cognitum fuerit, quod ipſi verè crimina, de quibus vrget contra illos aliqua præſũptio, commiſerint; & non poteſt dici verè cõſtare de eo, quando conſtat per præſumptiones, & coniecturas, Rom. in l. 1. C. de teſtam. mil. Ruin. cõſil. 128. nu. 2. li. 8. Natta conſi. 29. nu. 3. L. D.

22 Iſti carcerati timentes traditionem Curiæ ſeculari, noluerunt expectare reſolutionem Sanctiſſimi; ſed corruptis cuſtodibus, ex carceribus aufugerunt.

ARGVMENTVM.

De laico, qui poſt commiſſum delictum clericatum aſſumpſit, quando dicatur illum aſſumpſiſſe in fraudem, quandovè, et quomodo ſit exemptus a iuriſdictione ſeculari.

SVMMARIVM.

Laicus aſſumendo clericatum poſt delictum, an ſit exemptus a iuriſdictione ſeculari, plures fuerunt Doctorum opiniones, nu. 1.

Laicus ſi in fraudem aſſumpſit clericatum, non eximit ſe a ſeculari iuriſdictione, ſecus ſi ſine fraude, nu. 2.

Laicus aſſumens clericatum poſt accuſationem, delationem, ſeu inquiſitionem delicti per eum commiſſi, dicitur in fraudem illum aſſumpſiſſe; ſecus ſi ante delationem, & accuſationem criminis, nu. 4. Quamuis alij contra, nu. 5.

Laicus

Laicus aſſumens clericatum, ſtatim & incontinenti commiſſo delicto, dicitur in fraudem illum aſſumere, etiam quod de ipſo delicto non adſit accuſatio, vel delatio, nu. 5.

Laicus faciens ſe clericum ex voto, dicitur non in fraudem clericatum aſſumere, quamuis illum aſſumat poſt delicti delationem, & accuſationem, nu. 6. Debet tamen de voto conſtare aliter quam per iuramentum delinquentis, nu. 7. Quamuis alij contra, quod immo etiam toto plenè probato delinquens non ſit exemptus a iuriſdictione ſeculari, dixerint alij, nu. 8.

Laicus qui in fraudem aſſumpſit clericatum, adhuc remanet ſub iuriſdictione ſeculari; intellige quoad pœnas pecuniarias, & exequutionem realem, non autem quoad pœnas corporales, & perſonalem exequutionem, num. 9. Etiam quod ipſe reus ſit in manibus Curiæ ſæcularis, d. nu. 9. in fi. & nu. 10. Vbi amplius quod iſto caſu clericus carceratur & torquetur a iudice Eccleſiaſtico, non autem a ſeculari.

Laicus delinquens ſi fecit ſe clericum poſt capturam, & in carcere, puniri poteſt a iudice ſeculari, etiam corporaliter, num. 11.

Iudex ſecularis poteſt etiam corporaliter punire delinquentẽ, qui in fraudem poſt delictum, clericatum aſſumpſit poſt quam fuit declaratus a iudice Eccleſiaſtico, & quid ſi iudex Eccleſiaſticus nolit ipſum declarare, nu. 12. Et quid etiam ſi delictum commiſſum non ſit declaratione dignum, nu. 14.

Clericus qui ſe ſponte conſtituit in Curia Eccleſiaſtica, vt a iudice Eccleſiaſtico eius cauſa cognoſcatur, non debet remitti ad iudicem ſecularem, nu. 14. in fine.

CONSILIVM LXXVII.

ADSIT DEVS. Licet in meo primo libro *quæſt. 8. nu. 104. & ſeq.* plenè (ni fallor) attigerim quæſtionem illam, an laicus effectus clericus poſt delictum dicatur in fraudem aſſumpſiſſe clericatum, ita quod ſecularem forum minimè effugiat, quia tamen hodie eadem queſtio in iſta Cremonẽ. tractanda eſt corã Illuſtriſs. & ſapientiſſimis viris; ideo plenius & accuratius formatis infraſcriptis concluſionibus eam, mihi diſcutiendam propoſui.

1 Prima erit cõcluſio, quòd licet Doct. antiqui valde cõtrouerterint in reſoluendo hãc difficultatẽ; & ob id eorũ ſeptem recitẽtur diuerſæ opiniones, vt videre eſt apud Io. And. *in c. 1. nu. 19. et ſeq. de oblig. ad ratiocin.* Abb. *ibid. nu. 4.* Marian. *in c. propoſuiſti. nu. 45. & ſeqq. de foro compet.* Henric. Boyc. *ibid. nu. 7. & ſeqq.* Igne. *in l. fideicommiſſum, nu. 263. & ſeqq. ff. ad Syllan.*

2 Hodie tñ magis cõmuniter recepta eſt opinio Dyni *in l. idem Vulpianus, ff. de excuſ. tut.* dicentis, quòd ſi laicus clericatũ in fraudem aſſumpſit, adhuc remanet ſub ſeculari iudicio; ſecus ſi ſine fraude, & hãc Dyni opinionem ſequuti sũt Bar. *l. 1. col. 2. verſ. aut fecit ſe clericum in fraudem, ff. de pœn.* Alberic. *in l. cum ratio. §. ex bonis, ſub nu. 2. ff. de bon. damnato.* Ang. *in l. ſi quis poſtea, nu. 4. ff. de iud.* Saly. *in auth. ſtatuimus, poſt nu. 2. C. de epiſc. & cler.* Marſil. *in l. ſtatu liber. num. 5.* Vbi alios plures refert, & teſtatur de communi, *ff. de quæſtio.* Igne. *in l. fideicommiſſum, num. 261. & nu. 266. in 4. opin. & nu. 267. verſ. & licet (vbi inducit tex. in auth. de monach. §. 1. verſ. ſi quis agitur collat. 1.) & numero 268. ver. procedamus, &c. & numero 269. & ſeqq.* Vbi reſpondet contrarijs, & reprobat alias opiniones, & earum argumenta, *ff. ad Syllan.* Mariã. *in c. propoſuiſti, nu. 13.* Vbi dicit, hanc diſtinctionem ſibi videri multum æquam, & ibi etiã Boyc. *nu. 10. de foro compet.* Anan. *in cap. 1. nu. 7. verſic. ad iura allegata, de oblig. ad ratiocin.* Arnal. Albert. *in c. 1. q. 13. nu. 3. in 1. & 2. concl.* Vbi alijs relatis teſtatur de communi opinione. *de hæret. in 6.* Boſſ. *in tit. de pœn. nu. 38.* & alij plures per me relati *d. q. 8. num. 104. & ſeq.*

3 Secunda eſt concluſio, quòd clericatus præſumitur in fraudem aſſumptus, quãdo poſt accuſationem, delationem, inquiſitionem, aut alias inchoatum proceſſum, & multo magis ſi poſt citationem, contumaciam, & condẽnationem laicus ſe clericum fecerit. Bart. *in d. l. 1. col. 2. verſ. aut eſt dubium, iuncto verſic. & iſta determinatio, ff. de pœn.* Alber. *in l. cum ratio. §. ex bonis, ff. de bon. dam.* Ang. *in l. ſi quis poſtea, nu. 4. ff. de iudic.* Marſ. *in d. l. ſtat. liber. nu. 5. verſ. aut eſt dubium, ff. de queſtio.* Igne. *l. fideicommiſſum. num. 261. ver. aut eſt dubium, ff. ad Syllan.* Anan. *in c. 1. nu. 7. verſ. ſi vero eſſet dubium, de oblig. ad ratiocin.* & ibi etiam Abb. *num. 5. verſic. quarto dicunt, & verſ. quoad primum dic.* Marian. *in c. propoſuiſti, num. 53. verſ. & ſumus in dubio*, & ibi etiam Boyc. *nu. 10. verſ. in dubio autem. de foro compet.* Arnal. Albertin. *in d. c. 1. q. 13. nu. 10. in 5. declar. de hæret. in 6.* Cyril. *in ſumma crim. rubr. 3. §. vnico, nu. 20. in fine,* Boſſ. *in tit. de pœn. poſt num. 38.* Marquar. *de Iud. par. 3. c. 5. nu. 3.* Vinc. de Franc. *deciſ. 209. nu. 1. & ſeqq. par. 1.* & alij plures, quos retuli *in d. q. 8. nu. 110.*

4 Secus autem ſi clericatus aſſumitur ante delationem & accuſationem criminis; tunc enim nõ præſumitur in fraudem aſſumptus, etiam quòd poſt delictum aſſumptus fuerit. Alberic. *in d. l. cũ ratio. §. ex bonis, nu. 1. in princ. iuncto verſ. aut dubitatur, ff. de bon. damnator.* Saly. *in auth. ſtatuimus, num. 2. verſi. dic autem ante accuſationem, C. de epiſ. & cler.* Ang. *in d. l. ſi quis poſtea, nu. 4. verſic. conclude, &c. ff. de iud.* Marſil. *in l. ſtatu liber. nu. 5. verſic. ſi autem non erat diffamatus, ff. de quæſtion.* Marian. *in dict. cap. propoſuiſti, nu. 53. verſi. aut ſumus in dubio,* & ibi etiam Boyc. *num. 10. verſic. in dubio autem, de foro competen.* Anan. *in cap 1. numero 7. verſic. aut non immediatè. de obliga. ad ratiocin.* Abb. *ibidem, numero 5. colum. 3. in princ. verſi. alias præſumitur bona fide, & colum. 4. in princip. verſic. ſi non eſt infamatus.* Arnald. Albertin. *in d. cap. 1. quæſt. 13. in 5. declaratione, nu. 10. verſi. quod ſi ante accuſationem, de hæret. in 6.* Marquar. *de Iud. par. 3. capit. 5. nu. 3.* Ex quibus apparet concluſionem prædictam non ſolum veram eſſe, prout probaui *in d. q. 8. nu. 101.* ſed etiam ita communiter a Doctoribus receptam.

5 Quamuis quod immo etiam non præcedente delatione, aut accuſatione criminis, fraus præſumatur eo ipſo, quod quis ſe facit clericum poſt delictum, argumentetur Alberic. *in d. l. cum ratio, §. ex bonis, numero primo, in princip.* & ſenſiſſe videatur Bal. *in l. 1. numero 2. C. an ſeru. ex ſuo facto,* quem refert Plach. *in Epitho. delict. capitulo 35.*

num.1. & nu.2.in fine,verſ.ſi quis poſt delictum, & Igne.in l.fideicōmiſſum,nu.261.uerſ.aut eſt dubiū. Quorum opinio poterit procedere,ſi laicus Clericatum aſſumpſerit ſtatim, incontinenti,& immediatè poſt delictum commiſſum; Tunc enim fraus præſumitur,ẽt quod nulla præcedat criminis accuſatio,aut delatio, prout dixerunt Salyc. in d.auth.ſtatuimus, nu.2.uerſ.in dubio. C. de Epiſc. & Cler.Marſ.in d.l.ſtatu liber.nu.6.& ſeq.ff.de qō. Vbi plurib.exornat Anan.in c.1.nu.7.verſ.aut nō immediatè.de oblig.ad ratiocin. Arnal. Albertin. in d.c.1.q.13.in 5.declaratione.nu.10.uerſ.& dicit Gul. de Cun.de hæret.in 6.Boſſ.in ti.de pœn.poſt nu.38.

6 Tertia ſuccedit concluſio declaratoria præcedentis ſecundę cōcluſionis,quod licet fraus pręſumatur ex aſſumptione clericatus poſt criminis delationem,& accuſationem,tollitur tñ hæc pręſumptio, ſi conſtat, laicum ſe feciſſe clericum ex voto emiſſo ante delictum;fuit doctrina Bal.in l.1.in fi.nu.4.C.an ſeru.ex facto ſuo,quæ bene notanda eſſe in practica, ad euadēdum amicum a pęna mortis,ſcripſerunt Iaſ.in l.cum quædam puella,nu.11.ff.de iuriſd.omn.iud.Petraſ.ſing.51.Marc.Ant. Bard.de temp.util.c.11.num.13. & omiſſis alijs per me cumulatis,in d.q.8.nu.112.& ſeq.Hanc cōcluſionem, reprobatis alijs contrarium aſſerētibus, dixit magis communem;& ita alias apud cū cauſa bene diſcuſſa, reſolutum fuiſſe, teſtatur Viui. viden.in commu.opin.opin.112.nu.3.& ſeqq.

7 Et quamuis plures Docto.per me relati in d.q.8.nu.112.ſeq. hanc cōcluſionem amplient etiam quod de voto conſtaret ex ſolo iuramento vouentis,hęc tñ ampliatio mihi nullatenus placet, ſicut nec etiam placuit Claud.Seyſell. in d.l.1.C. an ſerui.ex ſuo facto.Couar.pract.quæſt.c.32.ad finem.& Plach.in Epit.delic.c.35.nu.6. ea potiſſimū ratione,quia quando de maximo agitur præiudicio alicuius,iuratę aſſertioni non creditur. Verū ſi votum aſſertum, fuiſſet cōcludenter per teſtes probatum,tunc vtique abſurdum putarem recedere a communi opinione, per ea quæ dixi in d.q.8.num.114.verſ.arbitror hac in re. Nec diſſentit Plach.ubi ſup.nu.5.in fi.uerſ.atque in hunc ſenſum.

8 Quibus nō obſter id qđ dixit Cou.d.c.32.in fi. ꝙ ẽt voto plene probato, adhuc non eſt ſublata fraudis ſuſpicio, ꝑꝑ frequentes cautelas, quibus paſſim vtuntur homines, ad effugiendum pęnas delictorū;& propterea non eſſe mirandū,ſi Baldi ſnīa in praxi repellitur, & iſto caſu Didacum rectè loquutum fuiſſe poſt Caſſan.in conſuet.Burg. fol.51.nu.68.teſtatur ẽt Clar.in prac.§.fi.q.98.uer.ſed quid,&c.in fi. Nam quoad Couar. parcat mihi inſignis ille Doct. ſi dixero,ipſum loqui nedū contra cōem & practicatam opinionē, prout teſtantur Doct.præcitati,ſed ẽt ſine ratione; quia ſi verū eſt plenè probatū, ceſſat omnis pręſūptio fraudis, cū præſūptio cedat veritati & probationi.Sic nec ẽt obſtāt Caſſan.& Clar.in locis præcitatis,quia loquuntur qñ laicus exiſtens in manibus iudicis ſecularis ad effugiendum illius iudicium,& pęnā,dicit ſe feciſſe votū clericatus; & ſic loquuntur, voto non adimpleto, & clericatu non aſſumpto. Tunc.n.forſan ſententia Bal.nō reciperetur in practica,vt ibi per eos; ſecus ſi iam voto adimpleto, ante capturā laicus ſe clericum fecerit, quia tunc probato voto, ceſſat omnis fraudis ſuſpicio, prout etiam videntur aſſentire Chaſſan.& Clar.in locis prædictis.

9 Quarta ſubintrat cōcluſio, ꝙ q̄uis laicus effectus clericus,poſt delicti delationem, ſiue accuſationē,ob fraudem præſumptā,non effugiat ſeculare iudicium,hoc tñ ſanè intelligēdū eſt,vt procedat,quoad pęnas pecuniarias, & exequutionē realem,nō aūt quoad pęnas corporales & perſonalē exequutionē;Nā quoad perſonā, & quoad oēm manus iniectionem exemptus eſt clericus a ſeculari iuriſdictione,ẽt quod ſe clericum fecerit poſt accuſationem, fuit originalis doctrina Io. Andr.in c.1.n.19.in fi.uerſ.puto quod,&c.& nu.20. de oblig.ad ratiocin. quem ſequuti ſunt Bar. in l.1. col.2.in fi.ff.de pœn.Bal.in l.1.nu.2.C.an ſeru.ex ſuo facto.Salyc.in auth.ſtatuimus,ver.addens,&c.C.de epiſ.& cler.Igne.in l.fideicōmiſſum,nu.263.ad Syllan. vbi quod hæc opinio ab omnibus hr̄ pro indubitata. Anan.in d.c.1.col.fi.uerſ.quandoque,&c. & ibi ẽt Abb. videndus,nu.5.ante finem.col.4.uerſ. concludendo,&c.ext.de ratiocin. Marian. in c.propoſuiſti,nu.52.et 53.& ibi ẽt Boyc.nu.10.uerſ.ſed credo,& nu.11.de for.compet.Arnul.Alber.in c.1.q.13. nu.4.de hæret.in 6.Pet.Billag. in Spec. prin. rub.11. §.videdum,c.ex præmiſſis.verſ.ſed de multis,nu.21. fol.40.Vbi dixit in hoc oēs concordare,prout illum refert Vincen.de Franch.deciſ.209.n.1. licet in caſu ſuo,in quo laicus ſe clericum fecerat,poſt ſententiam contra ipſum latā, cauſa ſæpius propoſita ac diſcuſſa in conſilio, non fuiſſe deciſū teſtatur,ex quibus,iunctis alijs relatis in d.q.8.nu. 107. hanc quartam concluſionem communiter approbatam eſſe,negari non poteſt.Et loquuntur Doct.pręfati generaliter,etiam quando reus eſt in manibus Curiæ ſecularis.

10 Sicut pariter & in ſpecie ac expreſsè loquitur, qñ clericatus eſt aſſumptus in fraudē.Abb.in d.c. 1.loco præcitato.de oblig.ad ratiocin. Ang. in l.ſi quis poſtea,nu.4.ver.poſt proceſſum,ff.de iud. Marian. in c.propoſuiſti,nu.53.verſ. aut eſt certū quod fecit cum fraude,de for.comp.Boſſ.in ti.de foro compe.nu.144. & in ti.de pœn.nu.38.verſ.Item addit Bar.&c. Vbi teſtaī de cōi & ſeruata apud eū opinione;& propterea ſi iſto caſu contingat,clericū carcerari,vel torqueri, iudex Eccleſiaſticus hoc faciet, nō aūt ſecularis.Saly.in d.auth.ſtatuimus,uerſ.Addēs,etc. C.de ep.& cler.Ana.in c.ad falſariorū,in fi.de crimine falſi.Arnal.Alber.in d.c.1.q.13.n.5.de hær.in 6.

11 Quæ omnia locū non habent,qñ laicus ſe clericū feciſſet poſt capturā,& in carcere,quia tunc per iudicem laicum etiam corporaliter puniri poteſt.Ita declarat Io.Andr.in d.c.1.nu.20.verſ.quæ dicta ſunt.de oblig.ad ratiocin. & ibi ẽt Abb. col.4. verſ.ſi quæritur.& uerſ.quādoque quæritur. Ang. in l.ſi quis poſtea.nu.4.in fi.uerſ.fallit ſi eſſet detentus. ff.de iud.Marian.in c.propoſuiſti,nu.52.verſ.ſubdit ẽt.& nu.53.in fine, de foro compet. Chaſſan. in conſuet.Burg.fol.51.nu.68.Vinc.de Franch.d.deciſio. 209.nu.3.& ſeq.vbi nu.6.dicit,non dari caſum,in quo quis ordines ſacros ſuſcipiat in carcere.

Quinta

12 Quinta & vltima ſit cõcluſio, pręcedẽtis quartæ concluſionis declaratiua, quòd poteſt laicus, qui in fraudem clericatum aſſumpſit, etiã corporaliter per iudicem ſecularem puniri, quando iudex Eccleſiaſticus illum degradauit; & quia hodie Eccleſiaſtici iudices ſunt renitentes in degradando clericos, euenit, quòd quando ſeculares iudices illos habent in manibus, puniunt eos, & corporaliter, nulla pręcedẽte degradatione. Bar. *in l. 5. colum. 2. in fine, verſ. ſed vt ego dixi, ff. de pæn.* Igne. *in l. fideicommiſſum, nu. 266. ad finem, et num. 78. & ſeqq. ff. ad Syllan.* Vbi quod ita communis Galliæ praxis obſeruat in clericis primæ tõſuræ, quod & idem voluerunt Petr. a Plach. Couarr. Clar. & alij per nos citati *d. q. 8. nu. 108. & ſeq.* vbi Couar. *in d. c. 32. nu. 2. in fine, uerſ. utcumque tamẽ ſit, nu. 4. uerſ. tertia concluſio,* id quod dixit Ign. de Clerico primę tonſurę, declaratur procedere, quñ non incedit in habitu, & tonſura; aliter ſecus.

13 Sed vtcumquè ſit, omnes præcitati Doctores communiter dicunt, quod iudices ſeculares malè faciunt puniendo corporaliter clericos ſine degradatione; Et in omnem euentũ præcedens concluſio eſt intelligenda, quando crimẽ eſt tale, vt mortẽ & degradationẽ incurrere faciat: alias ſecus, vt bene declarat Abb. vidẽdus *in d. c. 1. n. 6. in fi. de oblig. ad ratiocin.* Nec diſſentit Couar. *d. c. 32. nu. 4. in 3. concluſione, uerſ. erit tamen.* & Plach. *cap. 35. nu. 4.* Abſurdiſſimum eſſet enim dicere, quod iudex Eccleſiaſticus debeat clericum degradare, niſi in caſibus a iure expreſſis, de quibus *in c. cum non ab homine, de iudic. c. ad abolendam, extra de hæret. & c. ad falſariorum. de crimine falſi,* & latius explicaui *d. q. 8. nu. 73. & ſeqq.*

14 Quare inferendo ad caſum noſtrum, dr̃, quòd licet D. Cæſar Caſaroſius, ex quo clericatum aſſumpſit poſt accuſationem, & delationem criminis, præſumatur illum aſſumpſiſſe in fraudẽ, prout dixi in ſecunda concluſione, & conſequenter ex hoc videatur nnn poſſe declinare forum ſeculare, prout pariter dixi in prima cõcluſione; quia tñ non ex ſolo eius iuramẽto, ſed per teſtes omni exceptione maiores, concludentiſſimè probauit votum aſſumendi clericatum, emiſſum ante prętenſum delictum commiſſum, ideo eſt omnino exemptus a ſeculari iuriſdictione, vt dictum eſt in 3. concluſione; & in omni caſu non eſt vllo pacto remittẽdus iudici ſeculari, ad effectum illum carcerandi, torquendi, & corporaliter puniendi, prout contra omnem iuſtitiam exaduerſo prætenditur, vt probatum fuit in 4. concluſ. ſed corã Eccleſiaſtico iudice remanens, ſuam demonſtrabit innocentiam; & quatenus fuerit culpabilis, punietur iuxta delicti qualitatem & etiam degradabitur, & curiæ ſeculari tradetur, ſi patratũ crimen tali degradatione, & traditione dignũ erit; alias ſecus, prout dixi in 5. concluſione. Et ita fieri ſperatur, cum cauſa agatur coram ampliſſimis & integerrimis Patribus, qui non partium fauoribus, & clamoribus inclinati, ſed iurium & Doctorũ authoritatibus cauſam terminabunt; & præſertim, quòd ipſe D. Cęſar ſpontè ſua ſe in carceribus conſtituit; quæ quidem ſpõtanea cõſtitutio vltra quod eſt maximum eius innocentiæ indicium, operatur etiam, vt non debeat quodammodo ſub fide publica decipi, poſtquam ſic ſe cõſtituit, vt a Curia Eccleſiaſtica defendatur, & cum expreſſa proteſtatione, vt reſtituatur in ſuam priſtinam libertatem, quatenus Curiæ ſeculari eſſet remittendus. *l. 1. C. de his qui uen. ætat. impetra. cum ſimilibus.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ARGVMENTVM.

Defenditur hic O. qui pręcipué de receptione munerum contra Bullam Sãctiſſimi, ac de carnali mulierum cognitione inquirebatur: & propterea diſcutitur primo, an & quę munera poſſint hodie religioſi recipere ſine incurſu dictę Bullę: Secundo ex quibus & quando adulterium, & carnalis cognitio probetur. Tertio plura aduerſus teſtes obijciuntur, tam quoad perſonas, quám quoad dicta, ex quibus illorum fides tollitur in criminalibus.

SVMMARIVM.

Conſtitutio ante publicationem, non ligat, nu. 1.

Decretum in conſtitutione appoſitum, quod liget poſt tantum tempus non aliter ac ſi perſonaliter fuiſſet intimata, operatur quoad inualiditatem actus, non autem quoad pænam, num. 2.

Scientia præſumpta non ſufficit, quando agitur de magno prę iudicio, & de incurrendo pænam, nu. 2.

Modica multa non faciunt vnum ſatis in pænalibus, numero 3,

Summarum coaceruatio non fit in odioſis, nu. 3.

Teſtis vnicus Curiæ plenè probat contra Curiam, nu. 4. & numero 16. Vbi quod teſtes a fiſco examinati, probant contra fiſcum, & num. 24. Vbi declaratur, quando verè ſunt examinati ad inſtantiam fiſci; ſecus ſi a iudice ex ſuo officio; ſed contra declarationem, nu. 35. Vbi etiam quod quando fiſcus producit examen teſtium, illud ponendo inter copias iudiciorum, tunc omnino dicitur approbare dictum examen.

Religioſi poſſunt capere munera modici valoris, num. 3. & numero 5. vbi etiam quod iſto caſu modicus exceſſus non eſt attendendus.

Ratio quænam fuerit, qua Religioſi prohibentur munera recipere, nu. 6.

Argumentum a ceſſante ratione validum eſt, nu. 6.

Ratio ſcripta in conſtitutione illam ampliat & reſtringit, numero 6.

Religioſi non prohibentur capere illa munera, quæ recipientis animum corrumpere non valent, numero 5. verſic. Immo etiam.

Munera modica dicuntur illa, quæ veriſimiliter recipientis animum non corrumpunt, nu. 6. verſ. immo etiam.

Teſtes laici non probant contra clericos etiam primæ tonſuræ, nu. 8. verſ. ſunt enim laici.

Teſtes pauperes in criminalibus repelluntur, & quid ſi ſit pauper & bonæ famæ, nu. 9.

Teſtis exercens mechanicam artem in criminalibus repellitur, nu. 9. verſ. & quando.

Teſtis vilis & pauper ſimul omnino in criminalibus, nu. 10.

Teſtes ſingulares in criminalibus, nec etiam faciunt indiciũ, numero 11.

Teſtes ſingulares probant adulterium ſeu fornicationem in genere, nu. 11. verſ. & licet ſecus autem ſi agatur de probatione adulterij in ſpecie, nu. 12.

Teſtes ſingulares non probant fornicationem, ſeu adulterium, quando deponunt non immediate ſuper delicto, ſed de aliquo actu extrinſeco, nu. 16.

Teſtes ſingulares probant adulterium & fornicationem, quando agitur ciuiliter, ſecus ſi criminaliter, nu. 14.

Teſtes inhabiles ex pluribus exceptionibus, & defectibus non probant etiam in occultis & difficilis probationis, num. 15. & 32.

Teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores, nu. 15. in fine, verſ. & tamen certum eſt.

Teſtibus deponentibus contra fiſcum magis creditur quam deponentibus pro fiſco, etiam quod teſtes fiſci affirmarent, & teſtes contra fiſcum negarent, num. 16. verſ. Tum etiam.

Carnalis copula non probatur per ingreſſum in domum mulieris, niſi ingreſſus deprehendatur in actibus venereis; ſed bene ex tali ingreſſu præſumitur voluntas ad carnalem cognitionem, nu. 34. & 17. Vbi amplius quod omnis mala præſumptio ceſſat, quando apparet de cauſa ingreſſus excludente delictum.

Mendacium non nocet quando reſpicit ea quæ ſi reus confeſſus eſſet, contra ipſum indicium non fuiſſet, nu. 18.

Teſtis falſus in vno reputatur falſus in omnibus, nu. 19.

Teſtes contrarij ſunt omnino etiam per verborum impropriationem eorum depoſitionis, concordandi, vt euitent falſum, non vt probent, nu. 20.

Teſtis ſibi ipſi varius & contrarius fidem non facit, numero 21.

Teſtis varij primæ depoſitioni ſtandum eſt potius, quàm ſecundæ, nu. 21. in fine.

Copula & cognitio carnalis non probatur ex præparatorijs & præſumptiuis actibus etiam proximis, quando criminaliter agitur & ad priuationem, licet ſecus ſi ciuiliter agatur, nu. 22. & nu. 25. verſ. & repeto iuncto verſ. & modo conſidero, & verſic. & vt alias allegaui d. numero 25. in fine.

Teſtes ſingulares iunctis adminiculis plenè probant, ſaltem ad effectum imponendi pœnam extraordinariam, nu. 23. contra nu. 33.

Teſtes ſingulares probant ſemiplenè, numero 23. Contra numero 33.

Præſumptiones violentæ non ſufficiunt ad condemnandum, quando criminaliter agitur, licet bene ſufficiunt, quando ciuiliter, nu. 25. verſ. & modo conſidero, & in addit. littera A, vbi de materia.

Præſumptiones & indicia non ſufficiunt ad condemnandum, ciuiliter, nu. 25. verſ. & modo conſidero, & in addit. littera A, vbi de materia, nu. 26.

Indicium illud dicitur indubitatum quod taliter arctat mentem iudicis, vt omnino credat delictum, nec poſſit in contrarium inclinare, nu. 27.

Indicia indubitata non ſufficiunt ad condemnandum in pœnam ordinariam, ſed tantum extraordinariam, num. 27. verſi. vnde cum.

Præſumptionibus non eſt certandum, quando habemus facti veritatem, nu. 28.

Præſumptiua & dubia probatio ad fauorem rei concludentem fiſci probationem, nu. 28. in fi.

Negatiua probanda eſt per fundantem ſe in ea, numero 31. in fine.

Probationes duæ ſemiplenæ in criminalibus ad condemnandum non coniunguntur, nu. 33. in fine, & in addit. littera E, vbi de materia.

Probatio ſemiplena iunctis adminiculis, an ad condemnãdum ſufficiat, nu. 33. & in addit. littera B.

Teſtibus deponentibus de fama negatiua magis credendum, quam deponentibus de affirmatiua. num. 36.

Teſtes deponentes de fama confunduntur per teſtes qui dicunt ſe tale, quid non audiuiſſe, numero 36. verſic. & inter alios teſtes.

Fama quæ habet originem a maleuolis & inimicis, nihil probat, nu. 36. poſt med.

Teſtes non probant famam, niſi nominent eos, a quibus audiuerunt, nu. 36. ante finem.

Fama ſuccedit loco accuſatoris, nu. 36. in fine.

CONSILIVM. LXXVIII.

1 ADSIT DEVS. Licet Reuer. D. Generalis liberè fateatur munera, quæ recepit in Hiſpania, non tamen per hoc eũ incurriſſe pęnas contentas in Bulla Sanctiſſimi Do. Noſtri, ex infraſcriptis demonſtratur; Et primo, q̃a poſt illius publicationem factam in illis partibus, nihil prorſus etiam minimum recepit; quicquid ergo ante publicationem habuit nõ ſubijcitur cenſuræ Bullæ; quia cõſtitutio ante publicationem non ligat, præſertim ad incurrendum pœnam, *l. fin. §. fin.* & ibi Bal. *C. de caduc. tollen. l. fi.* & ibi gl. & Bartol. *ff. de decret. ab ordin. facien. c. vt animarum. cum ibi notatis, de conſtit.*

2 Nec obſtet decretũ, de quo in ipſa Bulla, quòd ſcilicet, poſt lapſum quatuor menſiũ arctet & efficiat, ac ſi perſonaliter fuiſſet intimata, quia huiuſmodi decreta procedũt & ligant quò ad actus inualiditatem, non autem quoad pœnarum incurſum. Gabr. *in tit. de clauſul. concl. 3. nu.* 8. Menoch. *de arbitr. quæſt. li. 2. caſu* 185. *nu.* 25. Rota *diuerſ. deciſ.* 579. *nu. 3. par. 1. in nouiſſimis*; Et facit ratio, quia licet Princeps poſſit facere, vt ex curſu quatuor menſium præſumatur ſcientia conſtitutionis; hæc tamen præſumpta ſcientia nunquã ſufficit, vbi agitur de magno pręiudicio, & ad incurrendum pęnam. Pariſ. *conſi. 23. nu. 241. lib. 2.* Rot. *de dol. & contumac. deciſ. 21. in antiq.* Mohed. *deciſi. 4. alias 160. tit. de proba.* Put. *deciſ. 147. nu. 2. li. 1. & deciſi. 77. nu. 7. li. 2.*

3 Secũdo dicimus, quòd nos eſſe videmur in caſu excepto a Bulla, videlicet, in receptione munuſculorum & rerum minimarũ, præſertim quoad porcellanas, balſamum, & bezoar; quæ quidem res (vt notiſſimum eſt) in Hiſpaniarum partibus, nedum parui, ſed minimi valoris ſunt, caſque D. Generalis recepit ſingulariter diuerſis temporibus, & in modica quantitate: Nec iſto caſu habebit locũ regula, quod multa modica faciunt vnũ ſatis; quia in odioſis & pœnalibus non fit coaceruatio ſummarum & temporis, ſecundum cõmunem, de qua poſt alios teſtantur Iaſ. *in l. ſi idẽ cum eodem, num. 3. & ſequen.* Dec. *ibidem, num. 1.*

&

& numero 16. Claud. Seyſell. *num.* 1. *& nu.* 2. *ff. de iuriſd. omn. ind.*

4 Et quoad libros Diui Thomæ, iam conſtat ex proceſſu, quòd nō donati, ſed empti fuerūt; Quo vero ad alios libros, non eſt inſiſtendum, quia illos recepit & acceptauit nō nomine proprio, ſed nomine Religionis, & cū expreſſa declaratione, vt inſeruirent Bibliothecæ Romanæ, prout deponit Suarez teſtis Curię, qui licèt vnicus, ſit plenè probat contra Curiam. Aym. *conſi.* 100. *nume.* 13. Gabr. *tit. de teſt. concluſ.* 1. *lib.* 1. *poſt nume.* 14. Burſat. *conſi.* 311. *num.* 21. *lib.* 3. Hippol. Riminal. *conſ.* 209. *num.* 28. *& ſeqq. lib.* 2.

5 Sed & in omnem euentum, dato quòd in receptione iſtorum munerum qualibet vice eſſet aliquo modo exceſſum, & ſic quod D. Generalis receperit munus non minimum, negari tamen nō poteſt, quin exceſſus fuerit modicus; ideo non attendendus, *c. cum te, & ibi glo. in verbo. minima, extra de re ind.* Bald. *in l.* 1. *nu.* 5. *in fine, verſ. & qui parum trāſgreditur, ff. de legib. & in l.* 2. *nu,* 6. *verſ. item & illud. C. de reſcind. vendit.* cum alijs per Tiraq. *de iud. in reb. exigu. verſ.* 6. *fol. mihi* 33. *in paruis.*

6 Quòd verò non ſimus in caſu huius Bullæ, arguitur ab illius rōne ceſſante. Ratio. n. Bullæ ea eſt, ne ſcilicet religioſi praua ambitione impulſi, pro conſequendis in ſua Religione gradib. & dignitatibus, alterius gratiā, aut beneuolentiā aucupenrur; ſed ſic eſt quod munera recepta per D. Generalem nō fuerunt talia, vt illius rectum animum in conferendis officijs, & dignitatibus flectere potuerint, prout nec flexerūt, quia ex donationibus nullus electus fuit ad aliquod officium; ergo nec etiam poſſunt dici compræhenſa in Bulla, arguendo à ceſſante ratione, *l. licèt, §. ea obligatio. ff. de procurat. l.* 1. *ff. de adopt. cum* ſimilibus, & certi iuris eſt, rationem conſtitutionis, eam præſertim, quæ ſcripta eſt, conſtitutionē ipſam nedū ampliare, ſed etiam reſtringere, vulgata *l. cum pater, §. dulciſſimis, ff. de legat.* 2. Aym. *de antiq. tempo. par.* 4. *§. materia iſta ſingularitatis, nu.* 60. Cæphal. *conſi.* 16. *nu.* 4. *lib.* 1. Tiraq. *ceſſan. cauſa, par.* 1. *num.* 139. *ſeqq. & nu.* 164. Immo etiam q; in cōſtitutione non eſſet expreſſa ratio prædicta, adhuc tamē à iure recipere debet interpretationem, vt non extēdatur ad illa munera, quę recipientis animū corrumpere non valeant; nam & ea iudicantur modica, *c. & ſi quæſtiones, in fine, verſi. quod autem, & ibi gloſſ. in verbo, modici pretij. extra de ſimon. glo. in c. non licet. in gloſſ.* 1. *in fine.* 1 1. *quæſt.* 3. Tiraquel. *de iudic. in reb. exigu. verſi.* 82. *fol. mihi* 46. *in paruis.* & hæc quod munera.

7 Quo verò ad mulieres, ſtrictè deueniendo ad ea, quæ magis afficere videntur Do. Generalem, Reperio cōtra ipſum præcipuè vrgere depoſitiones Alphonſi de Vega, Catherinæ viduæ, & Alphonſi dell'Orca, aſſerentium vidiſſe de tempore feſtiuitatis ſacratiſſimi corporis Chriſti, eundem D. Generalem ingredientem in domum matris, ac ſororis Sarmienti; & tamen ipſe D. Generalis ingreſſum prædictum expreſſè negat. Nec non etiam depoſitionem Andreæ de Caſtro dicentis, quod toto tempore, quod D. Generalis ſtetit in Villa Floritę, Bernardina mulier ibidem commorata fuit, comedendo, bibendo, & dormiendo cū ipſo Do. Generali: ex quibus, iunctis forſan quibuſdam alijs adminiculis, ex proceſſu colligibilibus, & quod ſumus in delicto occulto, & difficilis probationis, carnalem cognitionem concludenter probari, fiſcus prætendit.

8 Verum, ijs non obſtantibus, omnibus benè diſcuſſis, nihil in proceſſu releuās deduci poſſe crediderim, quod viro de inhoneſta, & incontinēti vita ipſum D. Generalem arguere poſſit; & in primis ad depoſitiones Alphonſi dell'Orca, Alphōſi de Vega, & Catherinæ viduæ, circa ingreſſum D. Generalis in domum Bernardinæ; Reſpondetur; Primò, quod talis ingreſſus non probatur per teſtes prædictos, cum patiantur infraſcriptas exceptiones: ſunt enim laici, qui propterea in criminalibus cōtra clericos recipi minimè poſſunt, *cap. de cætero, & ibi notant omnes. extra de teſt.* Boſſ. *in tit. de oppoſ. contra teſt. nu.* 91. Couar. *practicar. q. cap.* 18. *nu.* 2. Clar. *in pract. §. fi. q.* 24. *verſi. Præterea quæro.* Quod procedit etiam contra Clericum primæ tonſuræ. Fely. *in d. c. de cætero, in princ. verſi. & procedit etiam.* Moncad. ad Crot. *de teſtib. num.* 59. *littera S. in verbo, contra Clericum.* Diaz. *in pract. crim. canon. c.* 20. *in princ. verſi. Quod procedit etiam;* ergo multò magis contra ſacerdotem, Prælatum & in ampliſſima dignitate conſtitutum, prout ſunt Generales Religionum.

9 Sunt præterea ijdem teſtes viles, & pauperes, cum præſertim eorum vnus ſit artifex, & faber lignarius; quo caſu ſubintrat concluſio, quòd in criminalibus (quicquid forſan ſecus ſit in ciuilibus.) ſola paupertas non ſolum diminuit de fide teſtis, ſed etiam ipſum à teſtificando omnino repellit, ad tex. *in l. nonnulli. C. de accuſat.* per quem tex. ita expreſsè tradiderunt Ang. *de maleſ. in verbo, Et ad querelam. nu.* 34. Crot. *de teſtib. par.* 3. *nu.* 24. *verſi. Aduertè tamen.* Socin. *reg.* 289. *in ſecunda fallen.* Vbi de communi. Viui. *in commun. opin. in verbo, teſtis propter ſolam paupertatem, in fine. verſi. ſed prædicta.* Et licèt Clar. *in pract. §. fin. q.* 24. *verſ. Quæro etiam nunquid hoc,* declaret non procedere in paupere bonæ famæ & honeſtæ vitæ, hæc tamen bonitatis, & honeſtatis qualitas cum à fiſco non ſit probata, minimè præſumitur. *§. ſancimus. in fine. in Authen. de teſtib.* Aym. *conſi.* 249. *nu.* 11. *verſi. primo quoniam.* Iul. Scarlatin. *conſi. crim. diuerſor.* 118. *nume.* 25. *verſi. Et maximè. lib.* 1. Anto. Gomez, *variar. reſolut. tom.* 3. *cap.* 12. *rub. de probat. delict. nume.* 18. *verſic. vel ſumus in dubio;* Et quando cū paupertate concurrit ēt vilitas, prout in caſu noſtro, cum ex dictis teſtibus, vnus mechanicam artem excerceat, qui propterea ſine dubio à teſtimonio repellitur. *d. §. Sancimus, & ibi glo. in verbo, ignobiles,* ponit exemplum in Carpentarijs, Spec. *in titu. de teſtib. §.* 1. *nume.* 66. *verſi. item quod eſt artifex.* Aymon. *conſi.* 163. *nume.* 2. Tunc nulla eſt difficultas, quod tale teſtimoniū omnino à iure improbatur. Pariſ. *conſi.* 54. *nume.* 57. *lib.* 4. Aym. *d. conſi.* 249. *nume.* 12. *verſic. accedit etiam vilitas.* Roland. *conſi.* 63. *nume.* 34. *lib.* 2. vbi de communi. Menoch. *de arb. quæſt. lib.* 2. *caſu* 96. *num.* 6.

nu.6.& 7.Ebl ampliat etiam,quod ſimus in caſu, in quo teſtes inhabiles à iure admittantur.

10 Sũt etiam dicti teſtes inhabiles ratione ſexus, cum ex eis Catherina vidua in crimalinalibus tã quam mulier,à teſtificando repellitur. c.mulierẽ, & ibi gl.in verbo,nec teſtis.33.q.4.c.forus.in fine, et ibi gl.in verbo.fœmina,de uerb.ſign.Cãpeg.de teſtib. reg.125.in prin.& in 2.fallen.vbi de communi.

11 Sunt demum ijdem teſtes ſingulares loco, & tẽpore; quo caſu in criminalibus, nec probationem, nec indicium faciũt, ſecundum communẽ, de qua,alijs relatis,teſtãtur Ant.Gomez. variar. reſolut. tom. 3. titu. de probat. delict. nume. 10. verſic. Item adde.Clar.in pract.§.fina.quæſt.53.verſi. dixi etiam. Io. Royas in tract. de hæretic. par. 2. aſſert.6.num.120. Et licet non ignorem,plures Doctores ſenſiſſe, quòd ad probandum adulterium, ſeu fornicationem in genere,ſufficiant teſtes ſingulares,vt videre eſt apud Alc. conſ.13.nu.24.lib. 7.Aym.conſ.73.nu.33.Gram.deciſ.107.in fine.cũ alijs, qui poſſint allegari, horum tamen concluſio non applicatur caſui noſtro, ex pluribus.

12 Primo, quia non agitur de probando adulterium; & fornicationem in genere, ſeu ingreſſum Do.Generalis in domos plurium mulierũ;ſed in ſpecie agitur ad probandum fornicationem commiſſam cũ Bernardina, & ingreſſum in illius domum; quo caſu teſtes ſingulares minimè coniunguntur.Præpoſ.in capit.nihilominus. nume. 8. verſic. vnde ſi volo probare quem adulterum. 3.quæſt.9. Alberic.de teſtib.c.ſi.nu.22.Bertazz.conſi.311.nu. 6.& conſi.452.nu.18.Maſcard.de probat.lib.1.concluſ.65.nu.2.verſ.aliter ſentit.

13 Secundo, quia quando teſtes deponunt non immediatè ſuper adulterio,aũt fornicatione, ſed ſuper aliquo extrinſeco actu, fornicationem,ſeu adulterium inferẽte,prout in caſu noſtro,in quo teſtes prædicti nitũtur probare ingreſſum D. Generalis in domum mulieris, & ex ingreſſu huiuſmodi, fiſcus poſtea vult inferre fornicationem, tunc,inquam, ſingulares teſtes talem actum non probant,ſed debent eſſe ſuper quolibet actu duo teſtes,& conteſtes.Abb.Fel. & alij relati per Maſcard.d.concl.65.nume.2.in fin.verſ.diſtingue, &c. Hector Emil.in tract. de teſtib. verbo, teſtis adulterium deponens nu.35.

14 Tertio, quia etiam quod ageretur, prout non agitur, de probando fornicationem, ſeu adulterium in genere, adhuc tamen illa cõcluſio, quòd iſto caſu teſtes ſingulares admittãtur,& coniungantur,declaratur,vt procedat, quando de crimine agitur ciuiliter:ſecus ſi criminaliter ad puniẽdum,prout in caſu noſtro, ſecundum veriorẽ, & receptiorem opinionem, de qua teſtatur Bertaz. conſ.452.num.16.ſeq.lib.2. Nec diſſentit Clar. d. q.53.eodem verſi. dixi etiam. Pegna in director.inquiſitor.par.3.comment.121.verſi.poſtremo,&c. Symanch.de hæret.tit.64.nu.37. Vbi dixit,ſomnium & chymeram eſſe, dicere, quod ad effectum puniendi teſtes ſingulares probent carnalem cognitionem in genere.

15 Quare cum prædicti teſtes deponentes ſuper ingreſſu D.Generalis in domũ Bernardinæ,plures patiantur exceptiones, & in eorum perſonis, ac dicto,ſubintrat concluſio,quòd nullum prorſus faciũt Indicium etiam, quod eſſemus in delicto occulto difficilis probationis, & in quo aliàs teſtes inhabiles admittuntur. Marſil. conſi. 102. nume.12. Natta conſi.298.nume.6.Gabriel.titu.de teſtibus concluſ.7.num.10.lib. 1. Et tamen certum eſt in iure,quòd in criminalibus teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, & inuulnerabiles. Bald.in l.ſi.nume.5.verſic. quædam eſt probatio maior.C.de probat.Dec.conſi.429.num.12.verſic.quarto in criminalibus. Franciſc. Marc. deciſio. 283.nume.4.lib.2.Ludou.Piguer.deciſ.crim.17.nume.38. in fine,& ſeq. Et hæc ſit prima reſponſio ad prædictos tres teſtes.

16 Reſpõdetur ſecundo, quòd dato etiam, quòd teſtes prædicti nullam paterentur exceptionem, adhuc tamen nihil eis credendum eſt, cum conuincantur de falſo per depoſitiones aliorum teſtium,expreſsè aſſerentium,D.Generalem de eo tempore nunquam reuera ingreſſum fuiſſe in illam domum; noſtris autem teſtibus magis credendum eſt, quàm teſtibus fiſci,tum quia ſunt à fiſco examinati,& ſic approbati,per reg. l. ſi quis teſtibus, C. de teſtibus, quæ locum habet non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, Bru. conſi.crim.diuerſ.115.nume.41.lib.1. Thob. Non. conſi.98.nume.10.& 18.Cæphal.conſi.110.nume. 26.ſeqq.lib.1. Tum etiam quia ſunt teſtes deponentes prò eo.gloſſ.in capit. in noſtra. in verbo, aduerſa,& ibi Butr.nume.8.Aret.num.3.& 23.Abb. nume.1.in fine,in 1. notab.& nume. 4.verſic. ſi vero teſtes.extra de teſtibus, Crot. de teſtibus.part. 5. num.369.Boſſ.in tit. de oppoſ.contra teſtes.ſub num. 9.& in tit.de defenſ.reorum,nu.7.in ſi.Etiam quod teſtes pro fiſco affirmarent, teſtes autem contra fiſcum negarent.Bart.in l. data opera. nu.44. C.de his qui accuſ.non poſſ.Aret.in d.c.in noſtra, nu. 24. de teſtib.Roman.conſi.241.poſt num.5.Boſſ. d.tit. de defenſ.reorum, nu.32.

Reſpondetur tertiò,quòd etiam quòd ingreſſus prædictus eſſet plenè probatus,non tamẽ per hoc poteſt inferri ad carnalẽ cognitionem illius mulieris,cuius domum quis ingreditur; Longè enim diſtat carnalis cognitio ab ingreſſu domus; & tamen vt omnes ſciunt,ad Inferendum adulterium,ſeu fornicationem, præſumptiones debent eſſe proximæ & violentæ,non autem remotæ; & in omnem euentum ex ingreſſu domus pulchræ mulieris,abſque eo,quod deprehendatur in actibus venereis,non carnalem cognitionem,ſed tãtummodo voluntatem ſic carnaliter cognoſcendi inferri aliquo modo poſſe, voluerunt Abb. in capit.tertio loco, nume.10.de probat. & in capit.cum non ab homine.nume. 19. verſicu. immo plus dicit. de iudic.Aret.in cap.præterea,num.5.de teſtibus,Aym. conſi.215.nume.21. & quando poteſt dari alia cauſa ingreſſus,quàm carnalis cognitionis(prout in caſu noſtro,in quo D. Generalis poterat illuc accedere ex cauſa fratris Sarmenti) tunc non eſt præſumenda mala cauſa,ſed ea quæ delictum excludit. Grammat.deciſ.18. numero 5. Alci. de præſumpt.regul.3.præſumptio.1.nu.2.

Nec

18 Nec iſto caſu eſſet facienda vis in negatione D.Generalis, quia mēdacium nullum facit indiciū, qñ reſpicit ea, quæ ſi quis cōfeſſus fuiſſet, ipſi non nocuiſſent. Marſ. *conſ.15.nu.15.verſ.præterea ēt reſpondeo, & conſ.51.nu.66. verſ. ſed iſtis reſpondeo.* Horar. Lut. *conſ.cri.diuerſ.161.nu.36.& ſeq.lib.1.* Verū hæc tertia reſponſio ſit dicta ex abundanti, quia veritas eſt, quod D. Generalis nunquam in illam domum ingreſſus fuit, nec talis ingreſſus in proceſſu probatur, vt ex præallegatis apparet.

19 Quo vero ad depoſitionē Andreę de Caſtro, dicentis, ſe vidiſſe Bernardinam comedentem, & dormiēntem cum D.Generale toto tempore, quo ſtetit in Villa Floritę, non eſt multum elaborandum, quia falſitas ſuæ depoſitionis colligitur ex depoſitione Alphōſi della Vega teſtis Curię, dicentis, quod de dicto tempore Bernardina ibat, & redibat aliquoties ad domum ſuam; ergo non eſt verum, quod toto illo tempore ſtaret in Villa Floritæ cum D. Generali, & falſus in hoc, redditur falſus in omnibus. Bal. *in l.fi.nu.* 18. *C. de edic. diu. Adria.tollen.* Saly. *in l.ſi ex falſis.nu.14.in prin. iuncto verſi. ſed veritas eſt. C. de tranſact.* Boſſ. *in tit. de falſ.nu.*147.

20 Nec releuat, ſi vellemus hos teſtes cōcordare, declarando illa verba, toto tempore, &c. vt intelligantur, non abſolutè de toto tēpore, ſed de maiori parte tēporis, ad hoc, vt teſtis à falſitate excuſetur; ad quod oīs debeat fieri interpretatio, ēt per verborum impropriationē, ad tex. *in c.cum tu. cum ibi notatis per Docto. extra de teſt.* Nam quælibet verborum intelligentia, & interpretatio excuſans teſtes à falſo, non facit, vt illis propterea fides adhibeatur. Tindar. *de teſtib. p.3.c. fina. num.1. ad med. verſ. ſed d. Antonius.* Alber. *de teſtib. capit. fina.nu.*30. Crot. *de teſtib.par.7.nu.* 333.

21 Verū falſitas depoſitionis prędictæ deprehenditur clariſſimè ex alio præcedenti examine eiuſdem teſtis, ſub die 12. Septembris 1595. dicentis, quod in ea Villa de nocte nunquam mulieres cōmoratæ fuerunt, prærerquā vxor D. Tarilli, quæ vna vice propter defectum currus ibidē permanſit; & quod alias mulieres ibi non vidit; vnde ſi iterum poſtea, de eodem mēſe examinatus, contrarium aſſerere non erubeſcit, ſequuntur duo; Primum, quòd tanquā ſibi ipſi varius & contrarius, nullam facit fidem, & pro falſo reputatur. *l. qui falſo. ff. de teſtib. l. eos. ff. de falſ. ca. cum in tua, & ibi communiter omnes. extra de teſtib.* Secundum, ꝙ quando teſtis bis examinatus cōtraria deponit, ſtandum eſt potius primæ depoſitioni, quàm ſecundæ, quia ſecunda præſumitur facta ad partis ſubornationem. Alber. *in l. qui falſo. nu.6. verſi. & quod ſit ſtandum,* & ibi etiam Bal. *ante num.1. ff. de teſtib.* Alciat. *de præſumpt. regul.2. præſumpt. 29.nu. 5. & nu.7.* Gabr. *lib.7. concl.27.nu.* 14.

22 Et ijs ſtantibus non eſt inſiſtendum in quibuſdam alijs leuibus adminiculis, quibus forſan fiſcus prętendit, D. Generalem grauari, vltra depoſitiones prædictorum teſtium; quia & ſi ſingulariter poſſet vnicuiq; prætenſo adminiculo in ſpecie reſponderi, quia tamen remota ſunt, & extra venereos actus, non pōt propterea ex illis inferri aliqua fornicationis probatio, qñ tñ criminaliter agitur, prout in caſu noſtro; nec ēt ſi ex pręparatorijs, & venereis actibus, ac violentis præſumptionibus, carnalis cognitio probetur (licèt forſan ſecus ſit, quando ciuiliter) Adden. ad Bar. *in l. capite 5. nu.2. verſ. nota ergo. ff. de adult.* Corn. *conſ.191. in fine. lib.4.* Aym. *cōſ.205.nu.20. ſeq.* Mathesil. *notab.*118. Imò qñ agitur ad priuationem, requiritur plena, & concludens probatio ēt, qđ ciuiliter agatur, prout nouiſſimè reſoluit Rota coram D. Pegna in vna Tullen. Monaſterij Sancti Manſueti, die Lunę 27. Ianuarj 1597. Et ex ijs D. Generalem eſſe in aperto abſolutionis caſu indubitanter concludi poſſe, crediderim.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

Reſponſum ſecundum eiuſdem Farinacij in eadem cauſa.

ADSIT DEVS. Dubitationes excitatæ contra D. Generalem circa caput mulierum, & circa primam Villam, reducuntur ad infraſcripta indicia.

Primo, quòd D. Generalis tempore, quo prætenditur ſtetiſſe in domo Bernardinæ, ſtetit occultus, & latitans.

Secundo, negatiua ſeruorum circa acceſſum cum mulis vſq; ad mediam viā, ex qua negatiua deprehenditur mendacium D. Generalis.

Tertio, aliud mendacium eiuſdem D. Generalis apparens ex negatiua probata per plures teſtes, quod ipſe non ſtetit in illa Villa, in qua aſſeruit ſe ſtetiſſe.

23 Quarto, depoſitiones trium teſtium de ingreſſu domus Bernardinæ, qui teſtes licèt ſint ſingulares, probant tamen iunctis adminiculis. Socin. *conſi.*190. & ſi non probant plenè, probant tamē ſemiplenè, & cōſequenter alijs concurrentibus, poteſt ſequi condemnatio in pęnam extraordinariam. Bal. *in l. fi. C. de probat.*

Quinto, fama & ſcandalum in monaſterio.

Sexto, quod ſecretarius neſcit deſcribere villā.

24 Nec obſtant teſtes deponentes cōtrarium circa ingreſſum domus Bernardinæ, quia non ſunt examinati ad inſtantiam fiſci, ſed à iudice ex ſuo officio; ideo non intrat regula *l. ſi quis teſtib. C. de teſt. per gl. in c. cum. ideſt extra de re iud.*

25 Pro reſolutione pręmiſſorum diuidam ea, quę dicturus ſum, in duas partes; in quarum prima, ni fallor, clariſſimè in iure demōſtrabo, quod etiam ſubſiſtentibus omnibus ſupradictis indicijs, nō poteſt vllo pacto tractari de condemnando d. D. Generalem in aliquam pœnam. In ſecunda ſingulariter reſpondebo ſingulis prædictis indicijs, eaque nec in facto, nec in iure ſubſiſtere, pariter demonſtrabo: & quoad primam partem, dixi, & repeto primo loco, quòd illa cōcluſio Doctorū, volēs, ex præparatorijs carnalis cognitionis, ſeu etiam ex præſumptionibus, & coniecturis probari fornicationem, procedit, & habet locum, quādo ciuiliter agitur, ſecus ſi criminaliter. Addē. ad

Bar.

Bart.*in l. capite quinto, nume.2. verſic. nota ergo, ff. de adulter.* Corn.*conſi.*191.*in fine, lib.*4. Aym.*conſil.* 205. *nume.* 20. *& ſeq.* Mattheſilan.*notab.*118. & modo conſidero quod prædicti Doctores non ſolum loquuntur in præſumptionibus violẽtis, ſed etiam in vrgentiſſimis & proximis indicijs, videlicet, quando quis ſolus cum ſola, nudus cum nuda, aut quid ſimile reperitur; ergo ad effectum condemnandi, multò minus poteſt fieri fundamentum in ſupradictis indicijs, quæ multum remota ſunt à carnali cognitione, ex præallegatis; ac etiam ex alia communi, & generali concluſione Doctorum, dicentium, quòd ex violentis præ
a ſumptionibus [a] poteſt quis condemnari, quando ciuiliter agitur, non autem quando criminaliter, prout communiter notant Doctores per illũ tex. *in c. afferte,* & ibi præcipuè Anan. *nu.*1.*verſ. & pcedit iſtud in cauſa ciuili.* Ant. de Butr.*nu.*7.*verſ. ſed poſſet dici.* Card. Zab.*in fi. verſ. ex hoc dici.* Imo. *nu.*3.*verſ. poſſet tamen dici, & nu.*4.*verſ. aduerte tamen.* Anch.*nu.*3.*in* 4.*notab. extra de præſump.* Paul. de Caſt.*in l. ſciant cuncti. poſt nu.*4.*C. de probat.* & alios plures refert concordãtes Gab. Seray.*in addit.* ad Mattheſil.*d. ſing.*118.*verſ. violenta præſumptio.* & vt aliàs allegaui, quando agitur de priuatione, quod tunc requiratur plena & concludẽs probatio, etiam ſi ciuiliter ageretur, aliàs reſoluit Rota in vna Tullen. Monaſterij Sancti Manſueti, die Lunæ 27. Ianuarij 1597. coram R.P. Dom. Pegna, & hæc ſit prima reſponſio ad prędicta omnia indicia.

26 Secundò dico quod etiam admiſſo quod poſſit quis in aliquam pœnam extraordinariam cõdemnari ex indicijs, & præſumptionibus, id vtique intelligendum eſt, quando præſumptiones, & indicia ſunt ĩdubitata; ſic enim expreſſè de indicijs indubitatis loquitur tex. qui eſt clauis huius materiæ, *in l. fi. & ibi glo. in verbo, indicijs,* Bart. *in* 2.*oppoſit.* Bal.*nu.*2. Alber. *in ſummario, & nu.*1 *verſ. Item quod indicia indubitata etiam in prima oppoſitione, & verſi. item ex quolibet indicio indubitato. C. de probatio.* Boſſ.*in tit. de conuict. nu.* 5. *& nu.* 26. *&* 27. *& ſub nu.*30. Quod ſi præſumptiones & indicia non ſint indubitata, ſed probabilia & apparentia, prout forſan poſſent dici indicia p̃dicta; & tunc ex huiuſmodi præſumptionibus & indicijs poſſe deueniri ad condemnationem, omnes Doctores negant. *glo. in d. l. fi. in verbo, vel indicijs, verſ. non autem ex præſumptione,* & ibi Cyn. *nu.* 1. Pau. de Caſtr.*nu.*3.*C. de probat.* Aret. *in cap. tertio loco, num.*15.*in fine. de probationib. delict. nume.* 25. vbi de communi, & reſoluit Rota in vna Romana ſeu Hiſpalen. ſimoniæ, die 7. Februarij 1596. coram R.P.D. Blanchetto in fine deciſionis.

27 Indicia autem ſeu præſumptiones non dicuntur indubitata, niſi taliter arctẽt mẽtem iudicis, vt omnino credat delictum, nec poſſit in contrarium inclinare, ſecundum Paul. de Caſtr.*in d. l. fi. nu.*5.*C. de probat.* quem ſequuti ſunt Boer. *d. deciſ.* 164.*nu.*3.*&* 4. & Conrad. *in pract. in tit. de negat. crim. & tormen. num.*46.*fol.*305.*col.*1. & propterea dixit Iacob. Butrig.*in d. l. fi. in fi.* quem etiam referẽdo ſequutus eſt Ant. Gomez.*d. c.* 12.*nu.* 25.*poſt verſ. ex quib. infero.* ꝙ vbicumq; poſſibile eſt rem aliter ſe habere, tunc non dr̃ indiciũ indubitatũ; Vnde cũ ex præpoſitis, licèt forſan remotis, apparẽtibus, & probabilibus indicijs, mens iudicis nõ arctet̃ ad taliter credendũ, vt nec ẽt debeat cogitare rẽ aliter ſe haberi poſſe, neceſſario concludẽdum eſt, nec in extraordinariam pęnã ſequi poſſe cõdemnationem: qñ. n. indicia eſſent indubibitata, nõ poſſet niſi de extraordinaria pęna tractari, ſecundum cõnem, de qua per Ant. de Butr. *in c. afferte. poſt nu.*7. & ibi ẽt Card. Zabat. *in fine,* Imol.*nu.*3. Fely.*nu.*6.*de præſump.* Boer.*deciſ.*164. *nu.*6. Boſſ.*in tit. de conuict. nu.* 38. 40. 42. *&* 45. ergo vbi non adſunt indubitata, nec ẽt de extraordinaria tractandum eſt, & hæc ſit ſecunda Reſponſio ad eadem omnia indicia.

28 Tertiò cõſidero, prout etiam aliàs deductum fuit, quòd per quinque teſtes pro informatione Curiæ examinatos, expreſſè cõſtat, quod D. Generalis eo tempore, quo imputatur, minimè fuit in domo dictæ Bernardinæ, & iſtis teſtibus magis credendum eſſe, quàm teſtibus deponentibus ad fauorem fiſci, triplici ratione aliàs demõſtraui. Primò quia erant examinari pro informatione Curiæ, ideo probant cõtra Curiam; Secundò quia magis credendum eſt teſtibus deponẽtibus contra fiſcum, quàm pro fiſco. Tertiò, quia teſtes fiſci patiebantur plures admodum exceptiones; quas hic repetere ſuperfluum eſt; & ſic no eſt certandũ præſumptionibus, poſtquam habemus facti veritatem ab ipſomet Iudice derectam, *l. cum de indebito,* §.1.*ff. de probat. cap. quicumque,* 80. *diſtinct.* Mcnoch.*de præſumpt. præſumpt.*19.31. & nihilominus omiſſo pro nunc, an teſtes examinati ex officio iudicis probent contra Curiam, negari ſaltem nõ poteſt, quin prędicta depoſitio obnubilet, ſeu dubiam reddat depoſitionem aliorum teſtium contrarium deponentium pro fiſci intẽtione; ideo ſubintrat alia communis concluſio, quod præſumptiua & dubia probatio tollit concludentem probationem fiſci, de qua per Bart. & Doct. *in l. non ſolum,* §. *ſed vt probari, ff. de non. oper. nunciat.* Boſſ.*in titu. de conuict. nume.*59. Neuiz. *in Silua, lib.*1.*cap.*2.*num.*66. Eugen.*conſ.*31.*num.*70. Maſcard.*de probat. lib.*2.*concluſ.*904.*nu.* 16. *& hæc ſit tertia Reſponſio.*

Verum oĩa præmiſſa (& nunc deſcendo ad ſecundam partem) ſint dicta ex abundanti. Nam ſingula indicia, de quib. in dubitationibus, optimè tolluntur ex infraſcriptis. Primum enim indicium de latitatione Dom. Generalis, benè tollitur per Dom. informantem in facto, dum dicit, quod per depoſitionẽ Prouincialis, & Magiſtri Alfij conſtat de cauſa, quare ſic ſe non omnibus apparentem faciebat Dom. Generalis, dum in illa villa commorabatur; tum ſcilicet ratione infirmitatis, vt ſe à negocijs ſegregaret, & vt etiam facilius viſitationis negotia componeret; Tum etiam, ne quotidie ad eum fratres accederent, & locus ille eſſet vti conuentus fratrum; accedente etiã depoſitione Marci Antonij Perici, dicentis, ſe conduxiſſe generalem & ſecretarium ad Hortum Ioannis Anſaldi Ianuenſis; vbi ſteterunt

per

per ſpatium decem, aut duodecim dierum abſq; eo quod exirent, niſi ad audiendum miſſam.

30 Secundum indicium circa acceſſum D. Generalis, & ſecretarij cum mulis vſq; ad mediam viã, pariter tollitur ex facto, cum Ioannes Niger, qui hunc acceſſum cũ mulis negat, conuincatur mendax, & falſus ex cõtraria depoſitione Caracappę Ianitoris, qui eſt inſuper inimicus D. Generalis.

31 Tertium indiciũ de negatiua probata per plures teſtes, quod D. Generalis nõ ſtetit in illa Villa, tollitur ex æquiuocatione; Nam D. Generalis non ſtetit in horto Ioannis dell'Infante; ſed in horto Ioannis Anſaldi, & licet Ioannes dell'Infante habeat hortum in cõſpectu Patrum ſocietatis Ieſus, in qua parte D. Generalis aſſerit ſe ſtetiſſe, non per hoc tamen ſequitur, quin potuerit ſtare in alijs hortis in eadem parte & regione exiſtentibus; cum pro parte fiſci non fuerit probatum, quod in conſpectu dictorum Patrum non adeſſet alius hortus, quàm ille Ioãnis dell'Infante; & tamen non minus negatiua quàm affirmatiua plene, & concludenter probari debet. Herc. *de negat. nu. 23. vbi alios refert.*

32 Quartum indicium reſultãs ex tribus teſtibus deponentibus de ingreſſu D. Generalis in domũ Bernardinę, tollitur ex iam aliàs allegatis, cũ ſint laici, viles & pauperes, & vna mulier, & demũ ſingulares, loco, & tẽpore; ex quo ea ſuccedit cõcluſio, quòd quando teſtes tot patiuntur defectus, tunc nullum prorſus faciunt indicium ẽt, quod eſſemus in delictis occultis, & difficilis probationis, vel aliàs in caſu, in quo teſtes inhabiles admitterentur, ac etiam quod in tortura depoſuiſſent. Aym. *conſ. 66. nu. 55. & 57.* Rolan. *conſ. 3. nu. 49. & seqq. lib. 3. & conſ. 98. nu. 46. lib. 4.* Hippol. Rimin. *conſ. 360. nu. 82. & ſequentib. lib.* 3. Rota corã Fabio *deciſ. 126. nu. 4.* & coram Illuſtriſſimo D. Paleotto *deciſ. 689. nu. 3. lib. 3. diuerſ.*

33 Nec credo verum prout in dubitationibus, ꝙ teſtes ſingulares faciant ſemiplenam probatio-
b nem, quæ forſan iuncta cũ alijs adminiculis, ſufficeret ad condemnandum, ſaltem in pęnam extraordinariam, ad Bal. *in l. fi. C. de probat.* Nam, qđ immo ſemiplenam probationẽ non faciãt, ſcripſerunt Alex. *conſ. 94. nu. 2. lib. 6.* Ripa *in l. admonendi. nu.* 205. & ibi Franc. Curt. *nu. 178. ff. de iure iur.* Lanfranc. *de teſta. nu. 26. verſi. nec etiam ſemiplenã.* Pract. Corrad. *in tit. de teſt. rub. de ſingu. teſt. nu. 25. verſi. ampliari ẽt poteſt fol.* 125. Rolan. *conſi. 33. nu. 19. lib. 2.* Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 954. nu. 20.* Vltra quod quicquid ſecus ſit in ciuilibus, in cri-
c minalibus tamen duæ ſemiplenæ probationes (ne dum vna ſemiplena probatio iunctis adminiculis) ad condẽnandũ non coniungũtur. Gand. *in tit. de præſump. et indic. indubit. nu. 2. ad med. verſ. & licèt in cauſa ciuili.* Boſſ. *in tit. de conuict. nu. 23.* Bertaz. *cõſ. 41. n. 21. in fi. lib. 1.* Maſ. *de prob. lib. 1. cõclu. 459. n. 7.* apud quos cõcordantes reperiũtur.

34 Sed certè fruſtra hic agitur de aliqua ſemiplena publicatione delicti, reſultante ex teſtibus ſingularibus, ſeu de cõiunctione ſemiplenæ probationis, cum alijs adminiculis, quia teſtes prędicti non deponunt immediatè de delicto, ſed de actu remoto ad delictum, videlicet de ingreſſu in domum mulieris, ex quo in omnem euentũ nõ deducitur aliqua ꝓbatio carnalis cognitionis; ſed tantummodo coniecturata voluntas ad illam, ſecundum Abb. *in c. 3. loco, num. 10. de probat. & in c. cum non ab homine. nu. 19. verſ. imò plus, de iud.* Aret. *in c. præterea. nu. 5. de teſtib.* Aym. *conſi. 215. nu. 21.*

35 Nec obſter, quod teſtes prædicti non probent plenè contra fiſcum, quia non ſunt examinati à fiſco, ſeu ad illius inſtantiam, ſed tantum à iudice ex officio; quo caſu non dicitur approbata eorum perſona, ad glo. *in capit. cum I. & A. de re iud.* Nam vltra, quod talem glo. ſic dicentem reperire non potui *in d. cap. cum I. & A.* Adhuc dicitur, quod in caſu noſtro non ſolum Iudex illos examinauit, vt ſupra, ſed modo fiſcus talibus depoſitionibus vſus eſt, in faciendo ponere eas inter indicia, & illorum copias, quæ contra D. Generalem habere prætendit; vnde ſubintrat generalis Regula, quod vtens teſtium depoſitionibus, & perſonas, & dicta approbare cenſerur. Maran. *in Speculo par. 6. rubr. de teſt. repul. nu. 12. verſ. fatens tamen.* Aym. *de antiq. temp. p. 1. Quæritur etiam in hac materia, nu.* 14. Thob. Non. *conſ. 24. nu. 24. & 25.* Menoch. *de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 45. nu. 3.*

36 Quintum indicium, videlicet fama, & ſcandalum in monaſterio, tollitur tum ex alijs teſtibus deponentibus de contraria fama, quibus magis eſt credendum, quàm deponentibus de fama affirmatiua. Bar. *in l. de minore. §. plurium. num.* 25. & ibi Alexan. *in addit. num. 19. ſub litera D. ff. de quæſtion.* Bald. *in l. ea quidem. nume. 54. C. de accuſat.* Grammat. *vot. 34. nume. 17. verſieu. Et nihilominus.* Boſſ. *in tit. de mandat. ad homicid. numero* 45. Et inter alios teſtes adeſt Marmodeus dicens, ꝙ nulla murmuratio erat contra D. Generalem, niſi quod male faciebat non ſtando in conuentu, & tamen ſi talis murmuratio fuiſſet, ipſe teſtis eã non ignoraſſet, prout in eiſdem terminis cõſiderauit Rota in d. Tullen. Monaſterij, verſi. Elidebatur præterea; & in alia Burgen. Abbatiæ 16. Iulij 1589. coram eodem Dom. Pegna. Et in alia Imolen. confidentię coram D. Pamphilio, 24. Februarij 1592. Tũ etiam, quia apparet in proceſſu; hanc pretenſam famam habuiſſe originem à magiſtro Enriquez, capite cõiurationis factæ cõtra D. Generalem; & ſic nullatenus attẽdenda, cum certiſſimi iuris ſit, nihil probari eam famam, quæ à maleuolis, & inimicis originem traxit, *cap. qualiter, & quando, il ſecondo, de accuſat.* & propterea famam nõ dici plenè probatam, niſi teſtes ſuper ea deponentes, dixerint etiam, à quibus audiuerint, voluerunt Bart. *in dict. l. de minore. §. plurium, nume.* 23. Et ibi etiam Marſil. *nume. 55. & ſeq. ff. de quæſtion.* Innocent. *in capit. qualiter, & quando, il ſecondo, nume. 1. de accuſat.* Et in materia carnalis cognitionis ſic conſiderauit Rota in eadem Tullen. Monaſterij, in verſic. quibus accedebat; vbi amplius ſubdit, quòd cum fama ſuccedat loco accuſatoris, *d. cap. qualiter & quando, de accuſat. & capit. licet Hely, de ſimon.* ideo nõ plus famæ credendum eſt, quam maleuolo accuſatori, & eſt pulcherrima conſideratio.

Sextum

37 Sextum indicium non indiget reſpõſione iuris, quia ex ijs, quæ in facto deducuntur, optimè diluitur, Et ex ijs (ni fallor) ſuper hoc præſertim capite mulierum Reuerendiſſimi Do. Generalis innocentiam lucidam, & claram apparere, indubitanter affirmari poſſe crederem.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Ex violentis præſumptionibus.* Præſumptionum plures gradus ſunt, quia aliæ leues, aliæ graues, ſeu violentæ; aliæ etiam grauiſſimę, ſeu violẽtiſſimę, dici poſſunt; & quod attinet ad præſumptiones violentas, de quibus loquitur hic D. meus cõſultor, fieri põt concluſio negatiua, quòd ſcilicet ex violenta præſumptione condemnari nemo põt, ſecundum Iaſonem *in l. ſeruum fugitiuum. nu. 29. C. de ſeru. fug.* Marſ. *in rub. C. de pbat. nu. 254. ſeqq. vſque ad nu.* 260. Vbi latè defendit hanc opinionem; alios refert & teſtatur de magis cõmuni, & æquiori opinione, *& in l. repeti. nu. 27. ff. de quæſt. & in pract. §. quoniam. nu. 32. & in §. diligenter. num.* 22. Foller. *in pract. crim. in verbo, dentur capitula, nume.* 24. vbi alij referuntur. Mattheſil. *in ſuis regul. crim. verſ. in criminali etiam violenta præſumptio. fol. n. ibi 344. colum. 2. inter commun. opi. diuerſ. to.* 1. Relati per Menoc. quos tamẽ ipſe non ſequitur, *de præſump. lib. 1. q. 97. num.* 22. Cæphal. *conſi.* 204. *nu. 23. vbi de communi.*

Et licet in contrarium, quòd imò ex præſumptione violenta poſſit ſequi condemnatio, videatur *tex. in capit. afferte, & ibi gloſſ. in verbo, date, & notant communiter omnes in ſummario, extra de præſumptionib.* & ibi præſertim Abb. *n. 6. in fine, verſic. aut præſumptiones non ſunt vrgentiſſimæ,* vbi expreſsè loquitur non ſolum, quando agitur ciuiliter, prout videtur loqui ille tex. ſed etiam ſi criminaliter; & quod etiã in criminalibus ex violentis præſumptionibus poſſit quis condemnari, voluit Monticell. *qui alios refert reg. crim.* 11. *nu.* 5. Vbi amplius dixit, quod violenta præſumptio importat idem, quod indubitatum indicium, Auguſt. ad Ang. *de malef. in verbo, quod fama publica, ſub num. 22. &* 24. Vbi ſentire videtur, ex præſumptione violenta poſſe etiam ſequi condemnationem, & pro hac parte faciunt deducta per Marſi. *in rubr. C. de probat. num. 248. ſeqq. vſque ad 254. & 255. ſeqq.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 94. num. 3.* Vbi quod ita omnes admittunt *in d. c. afferte.* Ioſeph. Ludou. *conclu. 45. verſ. Declara id, vbi de præſumpt. vrgente, & verſ. ſeq. vbi de præſump. violen.*

Si tamen propoſitam negatiuam concluſionem ſubſtinere volueris, facile tibi erit reſpondere d. cap. afferte; licèt enim ibi fuerit lata ſententia ex violenta præſumptione, non tamen fuit lata criminaliter, & ad pœnam prout ſunt termini propoſitæ dubitationis; ſed tantum ciuiliter & ad reſtitutionem rei, prout videtur communis intellectus illius tex. prout vltra hic allegatos aduerterunt etiam Præpoſ. *in c. is qui fidem. nu. 4. de ſponſalibus.* Boſſ. *in tit. de partu ſuppoſ. nu.* 31. & Sarmien. *ſelect. interpret. lib. 1. c. 1. nu.* 8.

Verum ad præmiſſa ne erres, aduerte, quia benè procedunt, quando ageretur de pœna corporali: Tunc enim verũ omnino crediderim, ex violenta præſumptionè neminem poſſe condemnari; ſecus ſi de pęna pecuniaria, prout loquitur Auguſt. ad Ang. *de malef. in verbo, fama publica, num. 22. & 24.* & expreſsè diſtinguit Marſi. *in rubr. de probat. nu. 254. & ſeqq. in verſ. ſic iſta videtur communis opinio, & in l. repeti. nu. 26. & 27. ff. de q.* latè etiam docet Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 97. nu. 19. & ſeqq.* Et faciunt pro hac diſtinctione, quæ dixit D. meus Farinac. *in ſua pract. crim. p. 2. in tit. de reo confeſſ. & conuict. nondum impreſſo q. 86. nu.* 78. & quando præſumptio violenta non eſt vna tantum, ſed plures; & tunc abſq; dubio ex ijs ad cõdemnationem criminalem deueniri poſſe, dubitandum non eſt, per ea quę dixit D. meus Far. *d. q. 86. num. 55. 62. & 113. & ſeqq.* vbi benè hanc materiam explicatam reperies.

b *Cum alijs adminiculis.* Quod ſemiplena probatio non ſufficiat ad condemandum, iunctis adminiculis, voluerunt Paul. de Caſtr. *in l. fi. num. 6. C. de probat.* poſt Bal. *in loco per eum citato.* Ant. Gomez. *de delict. c. 12. rub. de probat. delict. nu.* 26. Vbi alios refert concordantes. Bertaz. *conſ. 41. nu. 22. lib.* 1. Hippol. Rim. *conſi. cri. diuerſ. 83. nu. 18. ſeqq. lib.* 2. Decian. *conſi. 92. num. 8. lib. 2.* vbi quod contrarium tenentes loquuntur in ciuilibus, non autem in criminalibus. Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 459. nu.* 13. Vbi pariter, quod qui contrariũ tenent, ſunt intelligendi quoad torturam, non quoad condemnationem, facit, quia ſi, vt dixi ſupra in antecedenti ampliatione, duæ ſemiplenæ non ſufficiunt; multò minus poteſt ſufficere vna ſemiplena cum adminiculis.

Contrarium, quòd imò ſemiplena probatio vnius, puta teſtis de viſu, cum alijs adminiculis coniungatur, & ſufficiat ad condemnandum, voluerunt Bart. *in l. 1. §. idem Cornelio. nume.* 3. & ibi latius Marſil. *etiam nume. 3. ff. de quæſtio.* Bald. *in l. fin. verſi. quædam eſt probatio. C. de probat.* Aretin. *in cap. tertio loco. nume. 16. in fin. verſicu. ſed tamen hic. extra de probat.* Brun. *de indic. par. 1. q. 4. nume.* 2. ad finem. Marſil. *in rub. C. de probat. nume.* 249. *in fine.* Vbi ex Socin. quem allegat, dixit, quod vehemens adminiculum ſupplet ſemiplenam probationem. Grammat. *decis. 42. nume. 6. in fine, & ſeqq.* Vbi in caſu ſuo vltra vnum teſtem de viſu, concurrebant aſſertio vulnerati, fama; inimicia, & fuga, cum enſibus denudatis. Capy. *decis.* 126. *numero 13. ſeqq.* ex Bald. quem allegat *in d. l. fin. C. de probat.* Boſſ. *in titu. de conuict. nume. 37. verſic. Primo quando. & nume.* 47. Maſcard. *de probat. lib. 3. concluſ. 1223. nume. 8. ſeq.* vbi alios plures refert concordantes; Relati per Decian. *conſil. 92. nume. 8. lib.* 2. Item relati per eundem Maſcard. *de probat. libro 1. concluſio. 459. nume. 11. & ſeq.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 40. num.* 10. Ludou. Piguer. *decis. crimin. 17. num. 40. in fine, & omnibus ſeqq.* Vbi relatis, & reprobatis cõtrarijs,

hanc

hanc ſuſtinet opinionem, & ita dicit aliàs apud eum ſeruatum, & iudicatum fuiſſe, etiam quoad pęnam ordinariam & capitalem; quod vltimum mihi nullo pacto placet.

Et ſi volueris ſubſtinere hanc ſecundam opinionem, eam omnino intellige, dummodo adminicula, ſeu pręſumptiones perficiant aliam ſemiplenam probationem: alias ſecus, vt ex pręallegatis per Brunor. à Sole *in ſuo conſi. crim. num.* 83. & per Maſcard. *de probat. lib. 3. concluſ.* 1223. *nu.* 11. *&* 18. *& nu.* 12. Vbi amplius declarat, dummodo dictum vnius teſtis conſtituens vnam ſemiplenam probationem, & aliæ præſumptiones, tenderent ad eundem finem; aliàs ſecus.

In hac contrarietate potes diſtinguere inter pęnam corporalem & pecuniariam, prout de pęna corporali loquuntur Pau. de Caſt. & Ant. Gomez. in locis pręcitatis, & quoad pęnam pecuniariam, ſic. n. expreſsè reperio diſtinguētem Bal. *in d. l. fi. in loco præcitato. C. de prob.* & expreſsè declarat Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q.* 8. *nu.* 1. *& ſeqq.*

c *Duæ ſemiplenæ probationes.* Quod duæ ſemiplenę probationes non coniungantur, ad effectum condemnandi, vltra allegatos hic per Do. meum Conſultorem, addo Io. Bapt. de Sancto Seuerino *in repet. l. admonendi. nu.* 207. *ff. de iur. iur.* Vbi quod ita videtur teneri per Doctores ibi per eũ allegatos, quibus dicit non inueniſſe contradictorem. Grat. *conſ.* 47. *nu.* 7. *lib.* 2. vbi de communi prout eum refert Symanch. *de hæret. c.* 50. *nu.* 2. & ambo ſic dicentes, refert Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 63. *verſ. Tu ſcis.* Gabr. *lib.* 1. *tit. de probat. concluſ.* 1. *nu.* 23. *&* 26. vbi de communi licet aliqui per eum relati contrarium dixerint. Ant. Gomez *de delict. c.* 12. *rub. de probat. delict. num.* 76. Vbi alios plures refert concordantes. Hippol. Rimi. *conſi. crim. diuerſ.* 84. *nu.* 11. *lib.* 2.

Et quamuis contrarium, quod immo duæ ſemiplenæ probationes, etiam in criminalibus, ad effectum condemnandi coniungantur; dixerint Alber. *in l.* 2. §. *fin. nu.* 2. *ff. de excuſa. tuto.* Vbi quod ita vidit communiter teneri, prout illum refert Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 63. *verſ. Tu ſcis, in princ.* Alex. *conſ.* 24. *nu.* 41. *lib.* 2. vbi benè loquitur. Menoch. *de arbit. q. lib.* 2. *caſu* 499. *nu.* 2. *&* 3. vbi tamen hoc iudicis arbitrio relinquit, ex Io. Bapt. de Sancto Seuerino, quem allegat in loco præcitato:

Ego tamen non crederem recedendum à propoſita concluſione tãquam veriori & magis cõi, vt patet ex præallegatis; & ex alijs quæ D. meus Farin. dixit in ſimili de fama iuncta cum vno teſte, *in ſua pract. crim. in titu. de indic. & tortu. q.* 47. *nu.* 80. & tamen pro concordia potes diſtinguere quod prima opinio, & ſic cõcluſio procedat, quo ad pęnam corporalē, prout de corporali loquutus fuit Ant. Gomez. Vbi ſupra; ſecunda autem procedat, quo ad pęnam pecuniariam; ſic enim pluribus relatis concordantibus, expreſsè declarauit Menoc. *de præſump. lib.* 1. *q.* 41. *n.* 8. *& ſeq.* vbi teſtatur de magis recepta Doctorum ſententia.

LAVS DEO.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

De materia criminis læſę maieſtatis, in qua plura de teſtium, ac ſociorum criminis in hoc crimine, alijſque criminibus occultis, & difficilis probationis fide, & probatione, ac de eorũdem ſociorum criminis exculpatione, diſcutiuntur.

SVMMARIVM.

Socij criminis & inhabiles teſtes licet admittuntur in crimine læſæ maieſtatis, & alijs exceptis criminibus, non tamen admittuntur, quando patiuntur plures defectus, & in caſu, in quo veritas aliter haberi non poteſt, nec etiam faciunt tunc indicium ad inquirendum. nu. 1.

Banniti capitaliter repelluntur à teſtimonio, tum de iure communi, tum vigore Bullæ Pij V. nu. 2.

Periuri repelluntur à teſtimonio, etiam in crimine læſæ maieſtatis. nu. 3.

Teſtes inhabiles admittuntur in crimine læſæ maieſtatis, quādo inhabilitas concernit perſonas teſtium; ſecus ſi eorum dicta. num. 3.

Socius criminis periurus nullum facit indicium etiam in criminibus exceptis. nu. 3.

Socius criminis, qui primo examinatus negat delictum, deinde variando fatetur & complices nominat, nullum facit indicium. nu. 4.

Inimicus conſanguinei mei dicitur meus inimicus. num. 5. *Vbi etiam vſque ad quem gradum iſto caſu conſideretur conſanguinitas.*

Inimici repelluntur à teſtificando etiam in caſibus, in quibus difficilis eſt probatio, ac etiā in crimine læſæ maieſtatis, hæreſis, ſimoniæ, & alijs exceptis criminibus. nu. 6.

Socius criminis inimicus nullum prorſus facit indicium. nu. 6.

Productio examinis teſtis in aliqua parte non inducit approbationem teſtimonij in totum. nu. 9.

Teſtes inter ſe contrarij non probant etiam quod eſſent mille. num. 8.

Socius criminis nullum facit indicium, niſi ſuum dictum confirmauerit in tortura, nec ſufficit prima tortura, in qua emanauit confeſſio dicti ſocij. nu. 9.

Tortura ſupplet vnum defectum, non plures. nu. 18.

Socius criminis patiens plures defectus, nullum facit indiciū etiam, quod in tortura depoſuerit. nu. 10.

Teſtis pluries variando pluries torquendus eſt. nume. 11. *ante finem.*

Teſtis dicto vltimo in tortura emanato, ſtandum eſt, & non primo. nu. 11. *in fine.*

Teſtes examinati reo non citato, nec ad eius faciem confrontati, nullum faciunt indicium, & modicum, etiam in crimine aſſaſſinij, læſæ maieſtatis, & alijs atrociſſimis criminibus. nu. 12. *&* 13.

Exculpatio facta à prętenſo ſocio criminis in articulo mortis, maxime prodeſt exculpato. nu. 14. *& ſeq.*

Teſti in articulo mortis aſſerenti ſe falſum depoſuiſſe ad inſtantiam alicuius, an & quantum credendum. numero 15.

Teſtis de auditu auditus in criminalibus præſertim, non probat, nec indicium facit. nu. 16.

Teſtis de auditu eo minus probat, ſi is, à quo dicit ſe audiuiſſe,

uiſſe, non eſt perſona fide digna, numero 16. in fine.

Mandatarius aliunde infamis, crimino ſus, & periurus, non facit indicium contra mandantem, præſertim ſi non depoſuit in tortura, nu. 17.

Exculpatio perſonæ, quæ prætenditur offenſa, valde prodeſt exculpato, nu. 18.

Scientia non præſumitur, ſed ignorantia, num. 19. verſ. ſed ex abundanti.

Scientia præſumptiuè, ſed concludenter et plenè probari debet, quando agitur de graui præiudicio. nu. 19. in fine.

Tortura ſine legitimis indicijs, nec etiam in atrociſſimis, inferri poteſt, nu. 20.

Iura tranſgredi quando liceat in atrociſſimis, nu. 20.

Indicia etiam in delictis occultis & difficilis probationis, debent eſſe certa & legitima, nu. 21.

Fama bona tollit omnes delicti ſuſpiciones & præſumptiones, num. 22.

Socij criminis depoſitio non facit indicium contra hominem bonæ ſama, etiam in crimine læſæ maieſtatis, num. 23.

Fama negatiua delicti tollit contrariam ſamam, nu. 24.

Innocentia & defenſio rei probatur per vnicum teſtem & per ſemiplenam probationem, nu. 25.

Iudice recuſato ſuſpecto omnia inde per ipſum geſta ſunt ipſo iure nulla, nu. 26.

Iudicis recuſatio ſuſtinetur etiam cauſa ſuſpicionis non expreſſa, nu. 26. in fine.

Innocentia & defenſio rei dicitur concludenter probata per dubiam probationem, nu. 27.

Reuelans crimen læſæ maieſtatis, gaudere debet præmio, numero 28.

CONSILIVM LXXIX.

ADSIT DEVS. Ex doctiſſimis dubitationibus per Dominum Iudicē excitatis, quatuor præcipuè proponuntur indicia contra Illuſtriſſimum & Eccellentiſſimum Do. Ducem Sforciam: Quibus ſublatis, clariſſima eiuſdem d. Ducis innocentia apparebit.

Primò namque proponuntur depoſitiones Oratij Equitis, Ferualli, Antęi, & Oliuerij, qui expreſsè ipſum Dominum Ducem conſcium, & participem in eorum depoſitionibus expreſsè confitentur.

Secundò depoſitiones prædictorum Antęi, & Quintij, quod idem Dux Angeli opera vti voluerit, ad occidendum Plebanum terræ Sanctæ Floræ.

Tertiò tolleratio D. Ducis & ipſius miniſtrorum, quod prædicti facinoroſi homines commorarentur in terra S. Florę.

Quarto qualitas delicti, nempè atrociſſimi, lęſæ maieſtatis, ac difficilis probationis, in quo infames, ſocij criminis, & aliàs inhabiles admittuntur, & ex præſumptionibus non ſolum ad torturam, ſed etiam ad condemnationem deuenitur, vulgatis iuribus & doctrinis.

1 Deueniendo ad primū indicium, quod prima facie magis vrgere videtur, dicitur in primis, quòd omnes prædicti quatuor aſſerti teſtes ſunt alium de criminoſi, facinoroſi, & tam pro homicidijs, quam etiam pro alijs capitalibus delictis, publicè diffamati; quo caſu ſubintrat concluſio, quòd licèt in crimine læſæ maieſtatis, & alijs exceptis criminibus admittantur, & indicium faciant ſocij criminis, & aliàs inhabiles, non tamen admittuntur ſic ex pluribus defectibus inhabiles, facinoroſi, & criminoſi. Gram. *conſilio 70. num. 7. in fi. & ſeqq.* vbi loquitur etiam in caſu, in quo veritas aliter haberi non poteſt. Follet. *in pract. crimin. in 1. parte 3. par. principalis. verbo, & ſi confitebuntur, num. 102. ad medium.* vbi generaliter loquitur in caſib. exceptis. Gig. *de cri. læſæ maieſt. quō prob. q. 7. nu. 6.* vbi in terminis loquitur in crimine lęſę Maieſtatis. Burſat. *conſi. 69. nu. 25. & conſ. 239. nu. 42.* vbi teſtatur de communi, *& conſi. 275. nume. 19.* vbi quod iſto caſu talis depoſitio nec etiam ſufficit, ad inquirendum. Lauren. Kircho, *in ſuis commun. opin. capit. 4. concluſ. 49.* Vbi etiam de communi. Maſcard. *de probat. libro 1. concluſ. 462. numero 25.* vbi loquitur etiam in crimine læſæ maieſtatis.

2 Secundò ex prædictis aliqui ſunt pro homicidijs, & forſan alijs capitaliter banniti, & per ſententiam condemnati, & per conſequens à teſtimonio repelluntur non ſolum de iure communi, Marſ. *in tract. de bannit. in verbo, exules, nume. 8.* Donat. à fin *lib. 4. concluſionum, verbo, teſtis, verſ. bannitus. fol. mihi* 311. Hector Aemil. *in tract. de teſtibus, verbo, bannitus, nume. 1. & 2. fol. mihi* 323. *par. 1.* Pract. Corrad. *titu. de teſtibus, verbo, bannitus. num. 1. & 3. fol. mihi* 86. Burſat. *conſi. 20. nume. 50. & ſeqq.* vbi alijs relatis teſtatur de magis communi; ſed etiam vigore Bullæ Pij Quinti contra homicidas, & bannitos, de qua in Bullario, *p. 2. fol. mihi* 937. quæ quidem Bulla loquitur non ſolum de bannitis, & condemnatis pro homicidio, ſed etiam de his quorum delictum ſit notorium, vel de eo intentatis.

3 Tertiò dicti quatuor aſſerti teſtes ſunt omnes periuri, ideo repelluntur à teſtimonio, etiam in crimine læſæ maieſtatis. Aym. *conſi. 6. nu.* 58. Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 462. num. 39. & ſeqq.* Vbi reddunt rationem, quia ſcilicet in hoc crimine licet habilitētur teſtes inhabiles ratione perſonæ, non tamen diſpenſatur eorum inhabilitas circa dicta, & in ſpecie de ſocio criminis periuro, quod nullum faciat indicium in criminalibus exceptis, non ſolum ad torturam, Rolan *conſ.* 16. *num. 9. & ſeqq. lib. 1.* Bertazz. *conſi. 39. nume. 14. & conſi. 40. num. 12. & conſi. 61. nume. 10.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. num. 74.* ſed nec etiam ad inquirendum, idem Roland. *d. conſi. 16. eod. nu. 9. & ſeqq. & conſi. 73. nume. 6. & ſeqq. & nume. 18. & ſeqq. d. lib. 1.* Vbi quod hæc eſt indubitata iuris concluſio, *& conſi. 57. nume. 15. lib. 4. & conſi. 94. nume. 20. & ſeqq. & conſi. 98. nume. 21. d. lib. 4.* Cæphal. *conſi. 204. num. 32. & conſi. 233. nume. 6. & 7. lib. 2.* Laurentius Kircho *in ſuis communib. opin. c. 4. concluſ. 39.* vbi pariter teſtatur de communi, & indubitata concluſione.

4 Et magis in ſpecie de ſocio criminis, qui primo examinatus negauerit delictum quoad ſe, & quoad alios, vel de ſe confeſſus delictum, complices retinuerit, ſi poſtea tortus, aut ſpontè variando à prima depoſitione ſocios nominauerit, quod talis nominatio nullum prorſus faciat indicium, ſcripſerunt Carrer. *in pract. crimin. in 2. tract. de indit. ad tortu. §. 8. indicium, numero* 18.

Gram.

Grammat.voto 34.numero 10.& ſeqq.Dec.conſilio 189.nu.8.Natta conſi.289.nu.7.in fine,ſeq. Ceph. conſi.233.nu.14.& ſeq.& conſi.234.nu.9. & ſeq.li. 2.Bertaz.conſi.28.n.4.& conſi.341.n.27.vbi quod iſto caſu talis depoſitio, nec etiam facit indiciũ ad inquirendum.

5 . Quarto ex prædictis aſſertis ſocijs criminis duo ſunt capitales inimici D.Ducis, nempè Antæus Paulonius, & Eques Feruallus: inimicitia Antæi conſtat ex eius propria depoſitione, dum dicit ſe alias dubitaſſe de Illuſtriſſimo Domino Paulo Sfortia, patruo Domini Ducis, quia illius necem & perniciem tractabat; de inimicitia autem Equitis Ferualli pariter conſtat, cum notum ſit, & ipſe Eques fatetur, quod Illuſtriſſimus D. Aſcanius Sfortia conſanguineus eiuſdem D. Ducis, occiderit Angelum eius fratrem; ex quibus cum ex parte Antæi & Equitis prædicti, ſit contracta capitalis inimicitia cum conſanguineis ipſius Ducis, ideo reputatur a iure eiuſdem Ducis capitalis inimicus (etiam quod Do. Dux non fuiſſet particeps homicidij prædicti, prout ex aduerſo prætenditur) per regulam, quòd inimicus conſanguinei mei dicitur inimicus meus. Bar.in l.tutor.§.1.& ibi Alexand. in addit.ff.de ſuſpect.tutor. Alexand.conſilio 99.numero 4. lib. 1. & in l.ſi ita ſtipulatus, §.Chryſogonus, numero 21.ff.de verb.obligat. Aufrer.de reprobat.teſt.num.46. ad finem. Decian.in ſuis tract.a. crimin. par.1.lib.3.cap. 25.numero 17. Maſcard. de probat.lib.2. concluſione 898.num.39.& iſto caſu ſanguinis coniunctio non ſolum ſufficit, quod ſit infra quartum gradum, vt per Decian.d.c.25.nu.17.& per Menoch. de arbitr.quæſt.lib.2. caſu 262. numero 2.ſed etiam quandoque etiam vltra quartum gradum ex facti qualitate & regionis conſuetudine iudex inimicitiã oriri ex iniuria facta coniuncto arbitrari poteſt. Bar.in d. §.ſi tutor, in fin. Marſil.in l. prima, §.præterea, nu.55.ante finem. Blanc.de indic.nu. 174.Menoch.dicto caſu 262.nu.3.Decian.d.c.25. poſt num.67.

6 . Inimici autem repelluntur etiam in caſibus, in quibus difficilis eſt probatio, & aliunde veritas haberi non poteſt. Aufrer.de reprobat.teſtium, nu.16.verſ.item verum etiam. Anton.Gomez.rub. de proba.delict.c.....in nu.21.in fi.verſ.aduertendum tamen. Menoch.de arbitr.quæſt.lib.1.q.28.num.2. Hippol.Rimin.inter conſil.crimin.diuerſ.conſi.84. nu.8.numero 2.Burſat.conſi. 346.nu.12.verſ. quibus inſtantibus, & numero 37.lib.4. Bertaz.conſilio 528.numero 6. libro 2. Item repelluntur in crimine hæreſis, læſæ maieſtatis, ſimoniæ, & alijs exceptis, & grauiſſimis delictis, cap.per tuas, vbi Ioan. de Anania, & communiter omnes, extra de ſimonia. Specul.in titu.de accuſat.§.primo, in fin. Angel. & Alber.in l.famoſi, ff. ad legem Iuliam maieſtatis, Gig. de crimine læſæ maieſtatis, libro ſecundo, titu. quomo. & per quos crimen læſæ maieſtatis probatur. quæſt.2.numero 1.& ſequent. Crot.de teſtibus par. 3.num.97.in prima, & ſecunda ampliatione. Campeg.de teſtibus, regula 26.in princ. Clar.in pract.§. fin.quæſt.24. verſi. item quæro. Maſcard. de probat. libro primo, concluſio.462.numero 31.& libro 2.concluſio.857.numero 40. & ſeq. vbi teſtatur de communi opinione, & in ſpecie de ſocio criminis inimico, quod etiam in caſibus exceptis non admittatur, nec aliquod indicium faciat. Alexan.conſ. 127.poſt num.16.lib.4.Carrer.in pract.in 2.trac.de indic.ad tortu.§.8.indicium, nu.24. Gig.de crimin. læſæ maieſtatis, lib.2.tit.quomodo & per quos crimen læſæ maieſtatis probetur.quæſt.7.nu.6. Menoch. de arbitr.quæſt.li.2.caſu 474.nu.55. Maſcar.de proba. li.1.concl.462.nu.24. vbi in terminis loquitur de crimine læſæ maieſt.

7 Nec obſtet, quod quoad perſonam Angeli per reproductionem exculpationis per ipſum factæ, videatur approbata illius inhabilitas; nam ſi fuit reproducta eius exculpatio, non fuit ipſe Angelus in teſtem productus, prout requiritur ad hoc, vt perſona teſtis dicatur approbata, ad tex.in l.ſi quis teſtibus, C.de teſt.& in c.3.verſic.ſi quis, quarta quæſt.3.& vtrobique communiter Doctor. vltra quod repetitio & reproductio omnium actorum fuit facta per procuratorem D.Ducis in parte & partibus cum expreſſa proteſtatione de non confitendo fiſci intentionem.

8 . Quinto omnes prædicti ſunt inter ſe contrarij in pluribus, de quibus in informatione facti, ideo nihil probãt, etiam in criminibus exceptis. Simanc.in tract.de hæret.tit.64.nu.62. Gram.conſilio ciuili 89.numero quarto, Bertazzol.conſilio 41. numero 12.lib.1.Maſcard.de probat.lib.3.concluſio. 1361.nu.4.etiam quod eſſent mille.idem Bertaz. conſi.283.nu.2.lib.2.

9 . Sexto Eques Ferualllus, Antæus, & Oliuerius non cõfirmauerunt eorũ dictum in tortura; quo caſu etiam in criminibus exceptis, dictũ ſocij criminis nullum facit indicium. Carrer. in pract.in 2.tract.de indic.ad tortu.§.8.indicium, nu.12.in fine, iuncto nu.16.Gig.de crim. læſæ maieſt. quom. probetur.q.24.nu.3.Boſſ.in tit.de indic.nu.51. Clarus in pract.§.fi.q.21.verſ.ſcias etiam. vbi quod ita ſeruatur, & q.45.verſi.cæterum ſi reus, vbi etiam, quod non ſufficit illa prima tortura, in qua reus eſt cõfeſſus delictum, ſed debet eſſe ſpecialis pro confirmatione depoſitionis. Burſ.conſi.239.nu.42.vbi de communi. Maſcar.de proba.lib.2.concl.857.nu. 34.vbi ampliat etiam in crimine hæreſis.

10 Et licet Horatius de Comitibus depoſuerit in tortura, non tamen per hoc ſanantur tot, tantique defectus, quos eius depoſitio tam in perſona, quam in dicto patitur; tortura enim non plures, ſed vnum tantum defectum ſupplere poteſt. Claud. ad Bertazzol.conſilio 71.littera H, vltra quod teſtium inhabilitas purgatur per torturã, non in criminalibus, ſed in ciuilibus, Dec.conſilio 6.numero 16.Cæphal. conſilio 34. numero 19. libro 2. & in ſocio criminis plures defectus patiente, quod tortura illos non purgat, conſuluit Burſa. conſilio 192.numero 21.& ſequentib.& conſilio 239. nu.42. Vbi de communi, & in ſpecie quod tortura in ſocio criminis non purget defectum periurij, conſuluerunt Rolan.conſi.16.nu.4.& ſeq.li.1. Cæphal.conſi.233.nu.6.& 7.li.2.Lauren. Kircho cent.4.concl.39.vbi teſtatur de communi, & indubitata concluſione.

Digitized by Google

11 Quoad Horatium & Antæū, quorū dicta magis afficere videntur D. Ducem, eſt aduertendum in facto, quod in exculpatione, quam vnuſquiſque fecit de alijs falſo per eum nominatis, & inculpatis, ambo virtualiter reuocant eorum confeſſiones, & nominationes de D. Duce Sfortia. Horatius.n. aliud non deponit contra D. Ducē, niſi quod ipſi communicauit ſermonem habitū cū N. ſuper mina; verum ex iudicis officio examinatus, reuocat ſuam cōfeſſionem, ac dicit ſe nunquam cum dicto N. de hac re loquutum fuiſſe; ſi cum N. ſermonem non habuit, ergo non potuit illum ſermonem cum Duce communicare; pariter & Antęus ex officio examinatus, reuocando ea, quæ falſo dixit de N. addit generaliter, quod quicquid dixit & ſcriptum eſt, ad iudicum ſuggeſtionem dixit, & depoſuit; & etiam quia ſibi perſuadebatur cum falſa nominatione magnatum, cauſam ſuam melius defendere potuiſſe; & tam Horatius, quam Antæus ſuper præmiſſis fortes perſtiterunt, ideo non eſt amplius tractandū de eorum prima confeſſione & nominatione, quia huic vltimæ ſtandū eſt, & non primæ; ſicut enim teſtis pluries variando, pluries torqueri poteſt, ſecundnm Marſ. *in l. repeti, nu. 16. ff. de quaſt. & in pract. § quoniam. nu.* 17. Cæph. *conſ. 60. nu. 19. verſ. et ideo.* Boſſ. *in tit. de tortu. teſt. nu.* 21. ita etiam eius vltimo dicto in tortura ſtandū eſt, & non primo. Cæpol. & Marſil. vbi ſupra. Vulpel. *conſi.* 104. *nu.* 10. & ante iſtos Bar. *in l. eos, num. 2. & num.* 4. & ibi etiam Marſil. *nu.* 8. *ff. ad l. Corneliam de falſis.* Fel. *in c. cum in tua, nu.* 3. & ibi etiam Abb. *num.* 9. & Aret. *nu.* 11. *extra de teſtibus.* Rom. *conſi.* 505. *num.* 3. *ad medium,* vbi ampliat ſiue incontinenti, ſiue ēt ex interuallo ſecundum dictum in tortura emanauerit. Clar. *in pract. q. 53. ſub verſ. quartus eſt caſus: poſt medium ibi, in hoc tamen ducatu, &c.* Meno. *de arbitr. q. li. 2. caſu* 108. *nu.* 14.

12 Octauo & generaliter cōtra omnes excipitur, quod fuerant examinati, D. Duce nō citato, nec ad eius faciem cōfrontati: quo caſu in criminalibus, nec aliquod indicium etiam modicū, nec argumentū, nec præſumptionem inducunt, *c. 2. in illis verbis, nullius momenti,* & ibi Abb. *nu.* 14. Aret. *nu. 1. in 1. notabili, & nu. 11. ſub verſ. quinto fallit, et nu. 15. in prin.* Fel. *nu. 3. extra de teſt.* Bar. *in l. maritus, nu. 3. in fi. ff. de queſt.* Burſ. *conſi.* 20. *nu.* 65. vbi teſtatur de magis commu. opin. etiam canonizata in Rota Romana. Creſcen. *rubr. de teſt. deciſ. 2. alias* 264. vbi teſtatur de veriori opinione. Oſaſc. *deciſ. Pedemon. 79. n. 18. verſ. nec etiam facit indiciū.* vbi de communi. Hippol. Rimin. *conſi.* 213. *nu.* 95. *& ſeq. li.* 2. vbi pariter de communi. Viu. *opi.* 931. *nu.* 9. vbi quod nec etiam faciunt fumum. & Peregrin. *deciſ. 99. li.* 3. & hæc concluſio procedit etiā in crimine aſſaſſinij, & alijs quibuſcunque atrociſſimis delictis. Gram. *vot. 11. nu.* 16. Burſa. *conſi.* 201. *nu.* 112. *& ſeq.* vbi de veriori opinione. Bertaz. *conſi. 359. nu. 22. in fi. & conſi. 553. n. 5. li.* 2. Creſcen. *tit. de teſt. d. deciſ.* 2. Viu. *d. opin.* 935. *nu. 7. et* 8.

13 Quod & idem in crimine læſæ maieſt. voluerunt Dec. *in c. 2. num. 56. de teſt.* Carter. *in pract. in tract. de homicid. & aſſaſſ. § circa igitur tertium. nu.* 32. Foller. *in pract. crimi. in verbo, & ſic conſitebuntur, in 3. par. principali, nu.* 43. Pet. a Plac. *in epit. delict. c. 10. nu. 17. verſic. quod conuinci poſſet.* Grauat. ad Veſtrium *in pract. li. 6. c. 2. nu. 30. verſi. 9. in crimine laſæ maieſtatis.* Paul. Meren. *conſi. crim. diuer.* 88. *numero 37. verſ. ſed in crimine laſa maieſt. lib.* 2. & magis in terminis de ſocio criminis, quod nullum faciat indicium, etiam in exceptis, niſi vltra torturā depoſuerit, citato nominato, vel ad eius faciem, ſcripſerūt Boer. *deciſ. 319. poſt nu.* 4. Clar. *in pract. §. fin. q. 21. verſ. quæro nunquid in fine.* Vulpel. *conſi. 30. nu. 7. & conſi. 83. nu.* 8.

14 Nono & quatenus omnia præmiſſa deficerēt, prout vnumquodque eorum ad victoriam bene ſufficit, adhuc ſuccedunt omnium prędictorum aſſertorum teſtium iteratæ & multiplicatę exculpationes factæ tam ante ſuorū peccatorum confeſſionem, quàm poſt, etiam in actu aſſumptionis Sanctiſſimi Sacramenti vſque ad mortis articulum; ex quibus ſuccedit etiam concluſio, quod licet, vt exaduerſo deducitur, dici ſoleat, quod confeſſio facta in tormentis & ratificata, non tollatur per iſtas extraiudiciales reuocationes, & exculpationes, id tamen ſanè intelligendum eſt, quoad ipſum confitentem, non autem quoad tertium nominatum. Grammat. videndus *voto 3. num. 15. & ſeq.* vbi bene reſpondet contrarijs, & *voto 11. numero* 81. quem refert Carter. *in pract. in ſecundo tracta. de indic. ad tort. §. 8. indicium, numero* 29. Marſil. *conſi. 109. numero 30. & ſeqq.* ubi latè Tiber. Decian. *conſilio decimooctauo, numero 65. & ſequentib. libro primo,* Hippol. Riminald. *conſilio* 420. *numero* 17. *libro* 4. Burſat. *conſilio* 201. *numero* 146. *& ſeqq.* vbi præſertim loquitur de exculpatione geminata, & facta in cōfortatorio, ptout in caſu noſtro, dicitq; quod talis exculpatio reputatur, ac ſi fuiſſet iurata. Cæphal. *conſilio* 75. *numero 46. & ſeqq. libro primo,* vbi loquens in crimine læſæ maieſt. dixit, quod ad fauorem inquiſitorum admittantur etiam ſocij, & participes criminis.

15 Et hinc etiam ſequitur, quòd licet alias dicatur prout in motiuis Do. Iudicis, quòd non credatur teſti in articulo mortis, aſſerenti, ſe alias falſum depoſuiſſe, id ſanè intelligitur, vt ſcilicet non credatur, quando depoſuit in cauſa ciuili, ad fauorem alicuius; ſecus ſi in criminali in alterius præiudicium, per præallegata. Et nihilominus etiam in cauſa ciuili aſſertio ſi fuerit facta in articulo mortis, diminui de fide primę depoſitionis, conſuluit Alex. *in conſi. 114. numero 5. verſic. & poſito quod verum eſſet, li.* 6. poſt Innoc. Anton. de Butr. & Abb. in locis per eum relatis. Et quando res eſt integra, prout in caſu noſtro, tūc ex hac ſecunda aſſertione omnino tolli primā depoſitionem, etiam factam in cauſa ciuili, poſt Gramm. quem allegat, ſcripſit Gabr. *concl. 30. nu. 3. & conclu. 32. nu. 16. lib.* 7.

16 Pręmiſſis ad primi indicij eneruationem, ſic in iure firmatis, facile aliorum pretēſorum indiciorum reſolutio ſubſequetur. Nā quod attinet ad ſecundū indiciū, ſumptū ex mādato dato ad occidendū Plebanū, prout ex depoſitionib. Quintij,

&

Google

& Antęi, certè non eſſet plus elaborandum, cum prædicti Quintius, & Antæus patiantur tot & tãtas exceptiones, de quibus ſupra; & nihilominus adhuc dicitur, quod prædictus Quintius nihil deponit quoad Dominum Ducem, niſi de auditu ab Angelo; teſtis autem de auditu auditus, & pręſertim in criminalibus, non ſolum non probat, nec aliquod facit indicium, ſed immo non meretur nomen teſtis, cap. licet ex quadam, in prin. & ibi notant omnes, extra de teſtibus. Abb. in c. tam litteris, num. 5. verſi. nam talis, ibi etiam Fely. nu. 2. ante finem. extra de teſt. Marſil. conſi. 20. nu. 5. & conſ. 41. nu. 8. Menoch. conſi. 98. num. 55. lib. 1. & conſi. 144. nu. 24. lib. 2. Burſat. conſi. 316. nu. 18. & 19. libro 3. Hippol. Riminal. conſi. 260. num. 45. & conſi. 299. num. 31. lib. 3. eò minus huic Quintio credendum erit, cum deponat de auditu ab Angelo Ancharano, prout alias dictum, nedum criminoſo, ſed etiam capitaliter bannito, & condemnato; non enim plus copiæ, quam originali credendum eſt, d. c. licet ex quadam. et ibi gl. in verb. ab vno, in fine, et in verbo, auctores. et communiter omnes. extra de teſt. Aym. conſilio 6. num. 67. conſil. 41. numero 2. Cęph. conſi. 250. num. 27. verſic. item oportet. Hect. Aemil. in tracta. de teſt. in materia teſtis de auditu. fol. 247. num. 24. et ſeq.

17 Et inſuper dicitur, quod prædicto Antęo, qui mandatum huiuſmodi a Duce habuiſſe falſo aſſeruit, nulla prorſus eſt adhibenda fides, nec etiã ad inquirendum; tũ quia eſt aliunde infamis, criminoſus, & periurus, prout in terminis de mãdatario ſcripſerunt Gram. not. 34. num. 8. et ſeq. Rolan. conſi. 16. lib. 1. et conſi. 37. num. 17. lib. 1. Bertaz. conſil. 341. nu. 27. lib. 2. tum etiam quia in tortura non depoſuit prout pariter in terminis & de ſmã datario ſcripſerunt Carrer. in pract. in 2. tracta. de indic. ad tortu. §. nonum indicium, nu. 1. in fi. Eugen. conſi. 27. num. 46.

18 Et rurſus dicitur, quod omnis ſi quæ ſupererat ſuſpicio, fuit ſublata per depoſitionẽ eiuſdẽ Plebani, expreſsè D. Ducem pro ueritate exculpantis, & veriſſimis rationibus & cauſis per eũ in ſua depoſitione deductis, Bald. in l. 1. nu. 32. & ibi Iaſon. nu. 10. C. commun. de legat. Marſil. ſing. 22. incipiente, confeſſio offenſi. Nouell. in tract. ad defenſã, §. an indicia pro reo danda ſint, nu. 90. Couar. var. reſolu. lib. 2. c. 13. nu. 8. in fine princ. verſi. ſi uero uulneratus. Anton. Gomez. var. reſolu. tomo 3. cap. 13. rubr. de tortu. reorum, num. 17. ad finem, uerſi. ſi uero delictum.

19 Quod vero attinet ad tertium indicium, videlicet de tolerantia iſtorum bannitorum in terra Sanctæ Floræ, poſſet vnico verbo in facto reſpõderi, quod ſcilicet (prout probatũ fuit per teſtes ad defenſam) tẽpore quo prædicti homines commorabantur in dicta terra, Dom. Dux tanquam illegitimè ætatis non adminiſtrabat, nec aliquã curam habebat ſuorum ſubditorũ, & terrarum: ſed omnis cura & adminiſtratio ſpectabat, & pertinebat ad Illuſtriſſimam Dom. Fuluiam eius tutricem & curatricem. Sed ex abundanti dicitur, quod in proceſſu non conſtat quod ipſe Dom. Dux haberet ſcientiam, quod prędicti homines ſtarent in terra Sãctæ Floræ, & fiſcus, qui allegat tollerantiam, quę ſine ſcientia non dicitur, illam vtique probare debet. l. verius, ff. de proba. c. præſumitur. de regul. iur. in 6. Deciſ. Pedemon. 71. nu. 35. Nec ſufficit illam probare pręſumptiuè, ſed concludẽter & certam illam probare tenebitur, cum agitur de graui præiudicio. Pariſ. conſi. 23. nu. 241. lib. 1. Put. deciſ. 147. nu. 2. li. 1. et deciſio. 77. nu. 7. li. 2. Simon de Pretis conſilio 199. numero 36. & in caſu noſtro non ſolum non conſtat de ſcientia, ſed etiam conſtat de ignorantia, iuris præſumptione, cum Dom. Dux eo tempore eſſet abſens, cap. cognoſcentes, & ibi Abb. & Felyn. numero 10. Bero. numero 54. de conſtitut. Decius in capitulo ſuper litteris, numero ſeptimo, de reſcript. Menoch. de arbitrar. quæſtio. caſu 180. numero 16. Rolan. conſilio 9. num. 44. lib. 3.

20 Et demum, quod attinet ad vltimum indicium, ſcilicet, quod ſumus in delicto atrociſſimo, occulto, & difficilis probationis, in quo leuiora ſufficiunt indicia ad torquendum, & præſumptiones ad condemnandum; Reſponſio ſatis colligitur ex præmiſſis, ex quibus apparet, nulla extare indicia, & nullas remanere præſumptiones; & tamen etiam in atrociſſimis, quia tractatur de tortura, legitima præcedere debent indicia, ſcripſerunt Foller. in pract. crim. in verbo, quod ſuffocauit vxorem, nu. 18. Rolan. conſi. 12. nu. 89. li. 3. vbi teſtatur de communi opin. Hippol. Rimin. conſi. 88. nu. 53. li. 1. Latius conſi. 361. nu. 32. & ſeq. li. 3. vbi teſtatur de communi, diciq; quod quanto crimen eſt grauius, & atrocius, tanto præſumptiones, & indicia debent eſſe grauiora, & vehementiora: illud enim vulgare quod in atrociſſimis liceat iura tranſgredi, declaratur procedere, quando conſtat de delicto; ſecus quando ſolus quis imputatur; & ſic procedit in puniendo, non autem in procedendo, & torquendo. Marſil. in pract. §. diligenter, numero 157. & ſequentib. plurib. Foller. dicto verbo, quod ſuffocauit vxorem, numero 57. Carrer. in practi. §. circa quartum qualiter & quando, ad torturam deueniatur, numero octauo, Roland. conſilio 7. numero 42. libro 1. & conſilio 12. numero 72. & ſeq. lib. 3. vbi pluribus exornant hanc declarationem. Hippol. Rimin. d. conſi. 361. nu. 32. 33. & 37. lib. 3.

21 Sic pariter in delictis occultis, & difficilis probationis, indicia debere eſſe certa, ita vt vix reo denegare ſufficiat, expreſsè voluit Bal. (qui forſan originaliter quandoque in contrarium allegatur.) in l. quicunque, nu. 25. C. de ſeruis fugitiuis, cuius dicta bene ponderauit Oſaſc. deciſ. Pedemõ. 79. nu. 55. verſic. nec obſtet, & nu. 56. & in terminis in crimine læſæ maieſtatis, quod etiam legitima debeant pręcedere indicia, voluit gl. in l. 3. in verbo, coniunctis, & ibi Cynus, Baldus, Salye. & communiter omnes, C. ad l. Iuliam maieſtatis, Alber. videndus in l. famoſi, numero ſecũdo, ff. eodem. idem Albericus in Rubric. ff. eodem titu. numero 3. verſic. & tamen in iſto crimine. Franciſcus Caſonus poſt tractatum de indic. in quæſtionibus, cap. 5. rubr. de non torquendo ſine indicijs, etiam in crimine læſæ maieſtatis. Clar. in pract. §. final. quæſtio. 64. verſi.

dixi etiam, in fin. vbi teſtatur de communi. Menoch. *de arbitr. quæſt. li. 1. quæſt. 84. nu. 3.* Oſaſc. *deciſ. Pedemon. 79. nu. 14.*

22 Et licet ex præmiſſis plus quàm ad ſaturitatem conſtare credatur de innocentia D. Ducis, quia tamen in iſto proceſſu, quò me vertam, eiuſdem innocentiam reſonare video, vltra prædicta, eſt admittenda eiuſdem Do. Ducis illa nobilis, laudabilis, & honorabilis vita, ac vndique ſplendẽs bona fama per tot eximios, & ſingulares viros optimè & concludenter probata, quę quidem bona fama prout in iure notiſſimum eſt, omnes ſuſpiciones, & præſumptiones liquefacit. Caſo. *de indic. ad tortu. tract. 1. c. 2. rubr. de fama reorũ, nu. 9.* Io. Arnon. *Soliloq. 37.* vbi de communi. Foller. *in pract. crim. dicto verbo, item quod ſuffocauit vxorem, nu. 30.* Natta *conſi. 394. nu. 37.* Franc. Marc. *deciſ. 423. num. 20. par. 1.* cum infinitis alijs, quos referre longum eſſet.

23 Hinc ſocij criminis depoſitionem, nec etiam in exceptis criminibus aliquod facere indicium contra virum bonæ famæ, in ſpecie ſcripſerunt Carrer. *in pract. §. 8. indicium, nu. 13. & 14.* Gram. *conſi. 21. nu. 10. & conſi. 35. nu. 25. 49. & 50. & conſ. 61. nu. 1. & conſi. 70. num. 7.* vbi loquitur etiam in depoſitione plurium ſociorum criminis, *& deciſ. 28. ſub nu. 17.* Paris *conſi. 151. nu. 13. lib. 4.* Soci. Iunior. *conſi. 39. nu. 66. libro 2.* Rolan. *conſi. 16. nu. 24. & ſeqq. & conſi. 73. nu. 35. & ſeq. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 474. num. 42.* Maſcar. *de probat. lib. 3. concluſ. 1311. nu. 16. & ſeq.* Ludou. Pegn. *deciſ. crimin. 5. num. 31.* ex quibus hanc concluſionem communiter receptam dici poſſe, dubitandum non eſt; & in terminis, quòd in crimine lęſę maieſtatis maximè ſpectanda ſit qualitas perſonæ de tali delicto imputatæ, eſt tex. formalis *in l. famoſi. ibi, nam & perſona aſpectanda eſt, &c. & ibi notant omnes, ff. ad leg. Iuliam Maieſtatis.*

24 Verum in caſu noſtro nedum habemus probatam bonam famam in genere, ſed etiam in ſpecie famam negatiuam, licet in dubijs dicatur, eam non bene probatam, videlicet, quod eo ipſo quod in Vrbe incępit rumor iſtius imputationis in Dom. Ducem, ſtatim in vno ore publicè, & per totam ciuitatem, fuit dictum, imputationem fuiſſe falſam, incredibilem & impoſſibilem, ex cauſis & rationibus per iſtos teſtes in eorum depoſitionibus bene deductis. Quæ quidem fama negatiua, & omnes tollit ſuſpiciones, & etiã contrariam famam, quatenus adeſſet, prout non adeſt. Baldus *in l. ea quidem, numero 54. C. de accuſat. & in l. de minore, §. plurium, numero vigeſimo quinto.* & ibi Alexand. *in additio. numero 19. ſub littera D, ff. de quæſt.* Marſil. *in dicto §. plurium, numero 59.* Cirill. *in ſumma criminal. rubr. 29. de quæſtio. §. 6. numero 14. verſic. negatiuè quoque fama.* Paris. *conſilio 67. num. 107. lib. 3.* Cæphal. *conſi. 65. numero 54. lib. 1.*

25 Habemus inſuper probatam aliam negatiuã in ſpecie, quod videlicet Angelus, & Antæus nõ fuerunt in Palatio Dom. Ducis in Ciuitate Florẽtiæ de illo tempore, de quo prædictus Antæus, & Eques Feruallus falſo depoſuerunt; & licet in dubitationibus ſupra citatis dicat, hoc caſu non eſſe bene probatum, videtur tamen, quòd ſit ſufficienter probatum, quia de ea deponunt Eques Millinus, & cæteri teſtes, & ſi non concludẽter, ſaltem præſumptiuè; & certum eſt in iure, quod ad defenſionem rei & ad illius innocentiam probandam, omnis teſtis, & quælibet ſemiplena probatio, habetur pro plena & ſufficienti. Anchar. *conſilio 283. num. 4.* Ioan. de Amicis *conſi. 86. num. 19.* Aym. *conſi. 2. num. 16.* Natta *conſil. 412. nu. 23.* Horat. Lut. *conſi. crim. diuer. 168. nu. 17. lib. 1.* Maſcard. *de probat. concl. 491. nu. 17. & 18. lib. 1. & concluſ. 904. num. 10.*

26 Nec etiam eſt omittendum, quòd totus iſte proceſſus poteſt dici ipſo iure nullus, cum fuerit fabricatus a Reuer. tunc Vrbis Gubernatore, cuius nepotem Angelus Ancharanus & Oliuerius Saracinellus occidere fecerint, & ob id capitaliter banniti & condemnati fuerunt; necnon etiã a Domino Marco Aurelio eiuſdem Gubernatoris in criminalibus Locumtenente, qui expreſsè fuit ſuſpectus allegatus a Domino Equite; & nihilominus poſt allegatam ſuſpicionem ſæpius ſe in cauſam intromiſit. Nec refert quod talis inimicitia & cauſa ſuſpicionis non reſpiciebat Dom. Ducem, quia quando iudex eſt allegatus ſuſpectus, omnia inde ſequuta ſunt ipſo iure nulla; nec fit diſtinctio potius reſpectu vnius, quàm alterius, quia ſatis eſt quod proceſſus fuerit fabricatus a iudice recuſato, & ſic incompetenti, ſecũdũm magis communem, de qua poſt alios antiquiores teſtati ſunt Cæphal. *conſi. 241. num. 19. lib. 2.* Oſaſch. *deciſio. Pedemont. 84. per totam*, & latiſſimè Lancellot. *de attenta. par. 2. cap. 6. numero 4. & ſeqq.* vbi ampliat tam de iure ciuili, quam canonico, & *num. 18.* vbi ampliat etiam quod cauſa in recuſatione expreſſa, non fuiſſet probata, dummodo legitima.

27 Addo (& hoc apertè D. Ducis innocẽtiam patefacit) ꝙ iam conſtat in proceſſu & per teſtes defenſiuos fuit probatum, & etiam in dubitationibus D. Iudicis præſupponitur, quod hoc facinus peruenit ad notitiam Curię opera & medio Do. Ducis, qui Quintium captiuum fecit, illumq; & illius examen, & clauem ad Vrbem tranſmiſit, quæ ſi culpabilis fuiſſet, minimè feciſſet; & hæc præſumptio eſt tam valida, & fortis, vt nullatenus proſterni poſſit: nec ex eo dicatur, quod D. Dux reuelauerit hoc facinus, ne per alios forſitã prius detegeretur, cum per multorum manus proceſſiſſet, adhoc vt tanquam inculpabilis impunitate gauderet; hæc enim conſideratio prorſus euaneſcit, quia non ſolũ non conſtat in proceſſu, quod talis reuelatio & ſubminiſtratio fuerit facta cum animo habendi impunitatem, ſed ſemper conſtiterit, & hodie etiam conſtat de cõtrario, cũ D. Dux ſemper ſe innocentẽ profeſſus fuerit (prout eſt) & ob id ſe in carceribus conſtituit. Quare remanet, vt dixi, ipſius innocentiæ clara demonſtratio; & tamen ad innocentiã probandam, præſumptiua admittitur probatio. Cęphal. *conſi. 540. nu. 13.* Eug. *conſi. 31. nu. 70.* Maſc. *de probat. lib. 2. concluſ. 904. num. 16.*

Igitur

28 Igitur ſi reuelanti etiam participi dandum eſt præmium & honor, iuxta diſpoſitionem *l. quiſquis, §. ſanè ſi quis. C. ad l. Iul. maieſt.* multo magis honor iſte debetur Dom. Duci, qui innocens & inculpabilis, vt Sedis Apoſtolicæ fideliſſimus ſubditus, quicquid ſciuit, reuelauit; & quicquid habuit, conſignauit; nec aliud premium aliumve honorem expoſtulat, quàm ſuæ innocentiæ declarationem, quæ etiam de iure ſibi debetur; ex præallegatis. Et ita, vt ſupra, fauorabiliter abſolutus, & liberatus fuit.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C. Rom.

ARGVMENTVM.

Defenditur A. de Gallia, qui de pluribus exceſſibus, & præſertim de concubinatu inquirebatur: Hinc propterea multa deducuntur de teſtium fide & pręcipuè circa probationem famæ, multaque etiam de tacita & implicita confeſſione in teſtamento facta: necnon ad effectum condemnandi, ac imponendi pęnam priuationis beneficiorum in crimine concubinatus; quæ dicatur in hac materia legitima probatio, & quando ipſe concubinatus probetur.

SVMMARIVM.

Inſtrumentum non probat delictum, quando in eo continentur teſtium depoſitiones, nu. 1. & nu. 12.

Teſtimonialia inſtrumenta non probant delictum, numero primo.

Teſtes debent examinari a iudice, vel de commiſſione iudicis num. 1.

Teſtis in cauſa propria nullam facit fidem, numero primo, in fine.

Teſtes examinati in iudicio nullo & coram iudice incompetenti nihil probant, numero 2. & numero 17. & numero 43. in fine.

Famulus non præſumitur deliquiße de mandato Domini, etiam quod delinquat in re concernẽte ſuum Dominum. poſt num. 2.

Teſtes non probant famam, niſi exprimant rationes & cauſas concludentes, quibus fama orta eſt, numero 3. & nu. 35. & nu. 70.

Teſtes non probant famam, niſi etiam non interrogati nominent eos, a quibus fama ortum habuit, nu. 4. & nu. 54. & num. 70.

Teſtes deponentes ſuper fama, debent dicere ſe audiuiße a maiori parte populi, nu. 5.

Teſtes dicentes ſe ita publice dici audiuiſſe, non probant famam in criminalibus, nu. 6. & 32. licet ſecus ſit in ciuilibus, num. 31. & quod fama inducitur ad effectum plenę probationis, numero 32.

Teſtes dicentes ita dici ab omnibus alicuius Ciuitatis, ſunt de falſo ſuſpecti, nu. 7.

Concubinatus ad hoc, vt dicatur, requiritur continua diutina & publica cohabitatio, edendo, & bibendo in ſchemate concubinatus cum concubina; alias non dicitur concubinatus, numero 8. & numero 37. Declara vt numero 39.

Teſtes examinati pro informatione Curiæ, probant contra Curiam, nu. 9. & nu. 38.

Adulterium, & copula carnalis non probatur ex præſumptionibus, & præparatorijs, quando agitur criminaliter, & ad pęnam, nu. 10. & nu. 52.

Teſtes deponentes inueriſimile ſunt ſuſpecti de falſo, numero 11.

Inſtrumentali atteſtationi non ſtatur, quando de inſtrumento Notarius non eſt rogatus, nu. 12.

Clericus non priuatur beneficio propter adulterium aut concubinatum, niſi præcedat trina monitio, nu. 13. & nu. 47. & nu. 51. & 63.

Teſtes examinati ſine citatione nihil probant, nu. 15.

Notariatus qualitas probatur per legalitatem Ciuitatis, numero 16.

Delicta præſcribuntur ſpacio viginti annorum, nu. 18.

Delicta carnis præſcribuntur ſpacio quinque annorum, numero 18.

Stupratæ depoſitio non facit indicium contra ſtupratorem, num. 20.

Querela data diu poſt commiſſum delictum, præſumitur calumnioſa, nu. 21.

Mandatum nunquam præſumitur datum ad delinquendum, niſi concludenter probetur, nu. 65.

Teſtes litigantes cum aliquo non probant contra illum, cum quo litigant, nu. 65.

Teſtes ſe referentes ad informationes, non probant ſine informationibus, ad quas ſe referunt, nu. 66.

Notario non creditur de ijs, de quibus non eſt rogatus, numero 66.

Pœna priuationis beneficiorum non habet locum, niſi in caſu a iure expreſſo, nu. 67.

Reus negans cum iuramento delictum ab eo commiſſum, peccat mortaliter, nu. 68. verſi. tum præterea.

Socius criminis non admittitur in teſtem ſine tortura, numero 22.

Socius criminis quando patitur plures defectus, non probat etiam in exceptis & atrociſſimis, nu. 23.

Mulieri dicenti ſe tentatam de carnali cognitione, & quod recuſauit, minimè creditur, nu. 24.

Confeſſio extraiudicialis non probatur per vnicum teſtem, numero 23.

Confeſſio extraiudicialis incerta ſine cauſa, loco & tempore cõmiſſi delicti, non probat, nu. 26. & in addit. littera A, vbi de materia.

Confeſſio extraiudicialis clerici nihil operatur, niſi alia concurrant, numero 26. & in additione, littera B, vbi de materia.

Teſtibus deponentibus de auditu, non plus credendum, quam ijs, a quibus teſtes ipſi ita audiuiſſe affirmant, numero 27.

Teſtimonium de auditu auditus in criminalibus non admittitur, nu. 28.

Teſtimonium de credulitate in criminalibus repellitur, nu. 28. verſ. deponit inſuper.

Teſtes deponentes de publica voce & fama debent eſſe idonei, & omni exceptione maiores, immo ſecundum aliquos iſta qualitas articulanda, & probanda eſſe, nu. 29.

Fama eſt debile teſtimonium, quia vt plurimum fallax & mendax eſt, tranſmittique ſolet ab his, qui nocere cupiunt, nu. 30.

Fama non facit ſemiplenam probationem, quando agitur de

crimine etiam ciuiliter intentato, numero 34. & numero 53.

Teſtes debent reddere rationem ſuæ ſcientiæ, etiam interrogati, quando agitur de crimine etiam ciuiliter, numero 35.

Teſtes deponentes ſuper carnali cognitione, debent reddere rationem ſui dicti, nu. 36.

Teſtes deponentes ſine ratione, nec probationem, nec indicium faciunt, nu. 36.

Teſtibus deponentibus ad defenſionem rei magis creditur, quã deponentibus contra reum, nu. 38.

Teſtibus deponentibus cum ratione & cauſa eorum depoſitionis, magis creditur, quàm depoſitionibus ſine ea, nu. 38. verſ. 3. quia.

Teſtibus deponentibus veriſimiliora magis creditur, quam deponentibus minus veriſimilia, num. 38. verſi. Quarto teſtes, & nu. 61.

Falſitatis ſuſpeiciones tollunt fidem inſtrumento, & ſufficiunt duæ, nu. 39.

Confeſſio incidenter emanata, non ſufficit ad condemnandum, nu. 40.

Confeſſio ad hoc, vt ſufficiat ad condemnandum, debet eſſe clara, explicita, & expreſſa, non autem implicita tacita, & in conſequentiam, nu. 41.

Confitens, accuſatorem fuiſſe ſocium in crimine, de quo accuſatur, non per hoc dicitur fateri crimen, nu. 41.

Confitens ſe abſolutum ab extommunicatione, non per hoc dicitur fateri excommunicationem, nu. 41. in fi.

Confeſſio ad hoc, vt ſufficiat ad condemnandum, debet eſſe non generica, ſed ſpecifica, cum expreſſione loci, temporis, cauſæ, cum alijs qualitatibus, & circunſtantijs delicti, num. 42.

Notarius tenetur exhibere protocollum, & dicendo ſe illum nõ habere, non creditur, nu. 44. & nu. 60.

Dictum vnius, dictum nullius, nu. 44 in fi.

Teſtes de auditu non probant, niſi nominant eos, a quibus dici audiuerunt, nu. 45.

Confeſſio delicti facta in teſtamento non ſufficit ad condemnandum, præſertim quando non eſt facta parte præſente & fuit reuocata, nu. 46.

Clericus periurus non eſt priuatus beneficijs ipſo iure, ſed venit puniendus, nu. 69.

Teſtes de auditu non probant, nu. 70.

Teſtes deponentes ex ſe & extra interrogatoria, non probant, nu. 70.

Priuatio beneficij non inducitur, niſi delicto concludenter probato, nu. 70.

Vltramontani ſolent Italos vocare ſodomitos; quamuis non ſint, nu. 71.

Confeſſio extraiudicialis non ſufficit ad condemnandum, num. 46. in fi.

Periurium in reo criminaliter examinato, non punitur, nu. 48. & in addit. lit. E, vbi de materia quando & in quibus caſibus iſto caſu periurium ſit impunibile, & num. 68.

Probare vnuſquiſque tenetur ſuæ intentionis fundamentum, num. 49.

Abſoluendus in dubio reus eſt, nu. 50.

Clericus concubinarius etiam publicus ipſo iure beneficijs priuatus non eſt, nu. 51.

Concubinatus non probatur præſumptionibus, ſed concludentibus probationibus, quando agitur ad pœnam priuationis, num. 52.

Vſura plene & concludenter probanda eſt, & non per præſumptiones, quando agitur ad pœnam priuationis, numero 52.

Fama non facit probationem in crimine concubinatus, nu. 53. & 54. Vbi quod ſolum operatur indicium.

Fama ſuccedit loco accuſationis, nu. 54. ad med.

Fama debet probari quod fuerit ante litem motam, num. 54. in fine.

Teſtes nimis audacter deponentes, non probant, nu. 55.

Teſtes deponentes per eundem permeditatum ſermonem non probant, & quid ſi teſtes ſint plures, nu. 55.

Teſtes deponentes de fama publica conuincuntur de falſo per alios teſtes, qui dicunt ſe tale quid in ciuitate dici audiuiſſe, nu. 56.

Teſtes plenè probant contra producentem, ſi plures ſint; ſecus ſi vnicus, nu. 58.

Teſtis vnicus non probat plenè contra producentem, numero 58.

Notario non creditur de contentis in inſtrumento, niſi inſtrumentum exhibeat, nu. 60.

Filij generari poſſunt ex bino tertioue acceſſu ad mulierem, etiam ſine concubinatu, nu. 60.

Inueriſimile quod eſt, habet imaginem falſitatis, nu. 61.

Teſtis inſtrumentarius ſi contradicat inſtrumento, inducit ſiniſtram ſuſpicionem contra Notarium, nu. 62.

Clerici concubinarij damnantur, numero 63. Attamen cum agitur de priuatione beneficiorum, non raptim & feſtinanter priuatoriæ ſententiæ proferendæ ſunt, dicto numero 63.

CONSILIVM LXXX.

ADSIT DEVS. Tria ſunt delicta, quibus falſo imputatur Dominus A. lacerario ſcilicet, ſeu deturpatio Cedulonum, concubinatus cum quadam Carherina, & Somodia cum quadam alia nomine Iudirha.

1 In ptimo delicto pro parte fiſci producitur inſtrumenrum in partibus, rogatum per quendam Vinot aſſertum Norarium, in quo dicitur, R. M. conqueſtos fuiſſe de Domino A. ꝙ prędictos Cedulones lacerari, & derurpari fecerit; & quod ipſemet Notarius illos ſic laceratos, & deturpatos vidit. Nã hoc inſtrumentum conrinens relationes ſeu depoſitiones prædictorum Religioſorũ, nihil prorſus probat, quia nec a Iudice, nec de cõmiſſione Iudicis, vt requiritur, examinati fuerũt, ad tex. in Authen. vt defun. ſeu funer. §. *illud etiã. & ibi Gloſ. in verbo, teſtibus, ad fin. & in cap. 1. & ibi Gloſ. & communiter omnes, de teſt. cog.* Gloſ. *in Authen. ſed Iudex, in Glo.* 1. & ibi Salycet. *nu. 2. verſic. Oppono contra. C. de epiſc. & cler.* Cyn. *in l. Iudices, num. 1. & ibi etiam notant omnes. C. de fide inſtrum.* Vulgo enim vocantur talia inſtrumenta teſtimonialia, quibus non eſſe credendum, probat tex. *in l. teſtium, §. item Diuus. ibi, teſtibus non teſtimonijs, ff. de teſtibus, c. sua. de cohabit. cler. & mulier. gl. in c. teſtes, in verbo, ſcripturam. 3. q. 9.* Cyn. *in l. fi. col. 2. verſ. quid plura, C. de probat.* & dato quod eſſet credendum, adhuc tales reſtes in caſu noſtro non afficiunt D. Abbarem; Nam ſunt ipſimet Monaci interreſſati; & in cauſa propria deponentes, *l. nullus. ff. de teſtibus, l. omnibus, C. eodem titu. c. inſuper. extra eodem.*

2 Producuntur ẽt pro parte fiſci in hoc primo capite, quinque alij reſtes, qui deponunt, vidiſſe Cedulones deturparos a Dominico famulo D. A. Nã iſti reſtes nihil prorſus probant, duplici ratione, omiſſis alijs; primo, quia fuerũt in iudicio nullo, hoc eſt coram Iudicibus laicis, examinati, *l. fin.* vbi Bal. & Doct. *C. de teſtib.* Corn. *conſi. 277. nu. 3. lib. 3.* Aymon. *conſi. 2. nu. 7. conſ. 149. nu. 24. li. 1.* Marſilius *ſingul. 211. incip. teſtes examinati.*

Secun-

Secundo, quia nihil deponunt de mandato Do. A. quo caſu incidit communis & veriſſima concluſio, quod famulus non præſumitur delinquere de mãdato Domini, etiam quod delinquat in re ſpectante ad Dominum; niſi conſtet, quod illius ſcientia deliquerit. Alciat. *reg. 3. præſump. 40. nu. 1. & ſeq.* Natta *conſi. 499. num. 1. & ſeq.* Franc. Marc. *deciſi. 423. num. 12.* Clar. *in pract. §. fin. q. 86. verſi. hinc infertur. in fi.* Vulpel. *conſi. 62. nu. 11.* vbi de magis communi.

3 In ſecundo delicto, nempe concubinatus, adſunt pro parte fiſci nõnulli teſtes in Vrbe examinari, qui potiſſimum duo deponunt; vnum de publica fama contra D. A. aliud quandoque vidiſſe Catherinam, aſſertam concubinam, in domo dicti D. A. Iſti nempe teſtes nec pariter afficiunt innocentiam Domini A. Quia dum conantur probare famã, non exprimunt rationes, & cauſas cõcludentes, a quibus hæc fama orta ſit, prout exprimere debent. Alex. ad Bar. *in l. de minore, §. plurium. poſt num. 19. littera D. ff. de quæſt.* Decius *in c. veniens, nu. 35. de teſtibus*, & eſt communis, prout teſtantur Simanc. *in tract. de hæret. c. 65. poſt num. 37.* Clar. *in prac. §. fin. q. 6. uerſ. illud tamen.* Bertaz. *conſi. 148. nu. 3. li. 2.* Ludou. Peguer. *deciſi. crim. 17. numero 26.*

4 Item nec nominant eos, a quibus fama ortum habuit, prout pariter & nominare debent, etiam non interrogati, Bart. *in d. l. de minore, §. plurium, nu. 23.* & ibi etiam Marſ. *num. 55. & ſeq.* Vbi quod ita practica ſeruatur. Inn. *in c. qualiter, & quando, nu. 1. extra de accuſa.* quem ſequuntur communiter Doctores, teſte Alex. *in conſi. 100. poſt num. 4. verſi. ſextus teſtis. lib. 1.* Clar. *in d. quæſt. 6. uerſ. Amplius iuncto uerſi. ſed quid ſi non ſint interrogati.* vbi teſtatur de communi, & practicata opinione. Maſcar. *de probat. li. 2. concl. 479. nu. 13. ſeq.*

5 Et inſuper nec etiam dicunt ſe audiuiſſe a maiore parte populi, prout dicere tenentur. Bart. *in l. de minore, §. plurium, num. 13. & ſeqq.* & ibi etiam Marſil. *nu. 49. & nu. 55. ff. de quæſt.* Dec. *in c. 1. nu. 3. extra de appel.* Vbi teſtatur de communi, de qua etiam teſtatur Brun. *inter conſil. crim. diuerſ. conſil. 215. nu. 47. & 50. li. 2.* Vulpel. *conſi. 30. nu. 10.* Viui. *in commu. opin. in uerbo, teſtes in his quæ percipiũtur ſenſu corporeo, poſt medium. verſi. & iſta fama.* Lauren. *deciſi. Auinionen. 15. nu. 12.*

6 Nec iſto caſu ſufficit dicere, ſe ita publicè dici audiuiſſe, ex quo ſumus in criminalibus. Gram. *conſi. 26. poſt num. 13.* Galear. Maluat. *inter conſil. crim. diuerſ. conſi. 110. nu. 18. ſeq. lib. 1.* Hor. Lut. *inter eadem conſilia, conſil. 160. num. 11. & conſi. 161. nu. 29. d. lib. 1.* Vbi de communi. Brun. *d. conſ. 115. nu. 47. lib. 2.* Vbi de magis communi, & nouiſſimè Fulu. Pacian. *in tract. de probat. lib. 1. c. 49. num. 28. verſi. Mihi videtur.* quicquid forſan in ciuilibus ſecus ſit, ex ſtilo Rotæ, ſecundum Caſſad. *in titu. de probat. deciſi. 3. nu. 7.*

7 Et licet dicant ita dici audiuiſſe ab omnibus illius Ciuitatis, adhuc ſic dicentes non ſolũ non probant, ſed ſunt de falſo ſuſpecti, cum inueriſimile ſit, immo impoſſibile, quod omnes homines de vno loquantur cũ vna & eadẽ perſona. Grat. *conſi. 57. numero 32. lib. 2.* & pluribus comprobat Horat. Lut. *inter conſi. crim. diuerſ. conſi. 160. num. 25. et ſeqq. lib. 1.*

8 Dum aũt ijdem teſtes deponunt, vidiſſe quandoque Catherinam in domo A. neſcio certè videre, quomodo ex hoc mulieris acceſſu ad domũ A. (cum ipſa alibi habitaret) velit fiſcus ad concubinatum inferre, cum de ſubſtantia concubinatus, non ſolum requiratur cohabitatio, ſed ẽt continua & diutina cohabitatio, & ea quidẽ publicè, & palã inſimul edendo, & bibendo in ſchemate concubinatus; alias non poteſt de concubinatu tractari. *in Authẽ. quib. mod. natur. effic. ſui. §. ſi quis igitur de tali. et §. conſideremus, ver. ſi autẽ ei domo &c. in Auth. de trien. et ſemiſſ.* Gloſ. *in l. pen.* & ibi etiam Dyn. & Bar. *ff. de concubin.* Gram. *noto 4. nu. 1. et ſeq. et nu. 7. et ſeq. et nu. 11.* Maſc. *de prob. concl. 341. nu. 2. 11. 16. et ſeq. et nu. 21. et ſeq. li. 1.*

9 Præſertim in caſu noſtro, in quo caſu Catherina non ſolum habitabat ſeorſum ab A. ſed etiã erat publica meretrix, prout deponũt duo teſtes pro Curiæ informatione examinati, qui ſatis ꝓbant contra curiam. Bal. *in l. parentes, nu. 1. uerſ. et idem dico ſi eſt productus per iudicem inquirentem*, & ibi etiam Salyc. *num. 5. eodem uerſi. et idem ſi eſt productus. C. de teſtibus.* Alber. *de teſtibus, c. 1. num. 36.* Maſcar. ad Cro. *de teſtibus, par. 3. poſt num. 81. litteris dd. verſic. Et nota etiam.* Campeg. *de teſtibus reg. 5. in 4. fallent.* Si erat meretrix publica, ergo non erat concubina Dom. A.

10 Nec dicat fiſcus, quod ſi hic non poteſt tractari de concubinatu, tractabitur ſaltem de fornicatione. Nã reſpondetur, quod nec etiã præfati teſtes fornicationẽ probant; fama enim, & acceſſus mulieris ad domum viri, ſunt remota indicia. Et tamen certum eſt, quod vbi agitur criminaliter, & ad pœnam, prout in caſu noſtro, copula carnalis, & fornicatio non ſolum non probatur per iſta remota indicia, verum etiam nec per venereos actus, nec per propinqua præparatoria. Adden. ad Bart. *in l. capite quinto, nu. 2. verſi. nota ergo, ff. de adult.* Matthefil. *ſing. 119.* Corn. *conſi. 191. in fin. li. 4.* Aym. *conſi. 205. nu. 20. et ſeq.* Maſcar. *de probat. li. 1. conclu. 57. nu. 5. verſ. qua tamen ſententia. et conclu. 59. nu. 10. et nu. 20.*

11 Non omitto, quod prædicti teſtes, vltra quòd ſunt odioſi & maleuoli D. A. ac etiam deponunt animosè, affectatè & per eundem pręmeditatum ſermonem, vt ex lectura depoſitionũ clarè dignoſcitur, deponunt etiam id, quod valde inueriſimile, & forſan impoſſibile eſt, nempè quod D. A. fornicetur in ſua ne dicam ſenili, ſed decrepita ętate annorum 75. ideo tanquam de falſo ſuſpecti repellendi ſunt. Iacob. Egid. *in tract. de teſtibus, nu. 24.* Franc. Curt. *de teſtibus concluſi. 19. nu. 39. uerſi. illud enim, et concl. 32. num. 69.* Boſſ. *in tit. de oppoſi. cont. teſt. nu. 94. et 96.*

12 Nec aliquid facit aſſerta confeſſio D. A. dum monitus ab Epiſcopo, vt ſcortum Catherinã dimitteret, reſpondit, quòd illam dimittet, ſi dimittere debebit; & ſic tacitè ſeu implicitè fateatur retentionem dictæ concubinæ, vt in aſſerto inſtrumento in actis producto, & rogato per Gerardũ

Vinor. Nã pro reſponſione, alijs pro nunc omiſſis, dicitur, quòd hoc aſſertum inſtrumentum nõ eſt inſtrumentum rogatum ab ipſo Notario, nec in eo aſſeritur, ꝙ de eo inſtrumento fuerit rogatus; & ſic non poteſt dici inſtrumentum publicũ; ſed atteſtatio facta per inſtrumentum, cui quidẽ inſtrumentali atteſtationi ſic factæ, minimè credendum, voluerunt Cyn. *in l. ſciant cuncti, nu.* 2. & ibi etiam Bal. *nu.* 7. Salyc. *nu.* 4. *C. de proba.* gl. *in in c. cum in eccleſiis, in verbo, authẽticas*, & ibi Abb. *nu.* 2. & Fel. *num.* 1. *extra de maior. & obed.* Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 54. *in prin.* vbi de communi.

13 Et demum in hoc ſecundo capite, nec ẽt omitto, quòd hic non poteſt fiſcus aliquo pacto prætendere beneficiorum priuationem; quia poſt vnicam Ordinarij monitionẽ, de dimittẽdo ſcortum, factam D. A. 4. Februarij 1594. Teſtes prędicti nihil deponunt de conuerſatione D. A. cum Catherina; minuſque dicunt vidiſſe eandem Catherinam in domo Domini A. Et ſic ceſſat beneficiorum priuatio, quæ trinam requirit præcedere monitionem, vigore Decreti Cõcilij Tridentini, *de quo ſeſſ. 25. cap. 14. verſ. 14. Quod ſi a ſuperioribus moniti, &c.* Sed hoc vltimum ſit dictum ex abundanti, cum ex pręmiſſis appareat Do. A. nec ante nec poſt monitionem rem carnalem habuiſſe cum d. Catherina.

14 In tertio & vltimo capite contra Do. A. vrgere videntur infraſcripta. Primo depoſitio Iudithæ in partibus examinatæ de anno 1572. dicentis ſe fuiſſe ſtupratam a Domino A. ac deinde ab eo pluries cognitam, etiam præpoſtera Venere. Secundo depoſitiones Antoniettæ, & Ioannettę, dicentium, pluries fuiſſe carnaliter cognitas a Domino A. & etiam retẽtatas & requiſitas de nephando crimine, ſed noluiſſe conſentire. Tertio depoſitio Franciſcæ, deponentis de confeſſione extraiudiciali Domini A. quod deflorauerit Iuditham. Quarto depoſitio Dominicæ Caporalis de auditu aAreditha, quod fuit ſtuprata, & etiam contra naturam cognita a Domino A. Quinto depoſitio Catherinæ Mangiat de auditu a quadam Ioannetta, quod Dom. A. fregerat fundamẽta cuidẽ mulieri nomine Ioãnę; & quod ipſa teſtis hoc credebat uerum, quia aliquando vidit dictam Ioannam, incedentem ita largè, prout faciunt illi, qui in fundamento male ſe habẽt. Sexto & vltimo publica vox & fama, probata per omnes prędictas mulieres, ac etiam per teſtes in curia examinatos.

15 Omnia prædicta indicia ex prædictis teſtium depoſitionibus reſultantia, tolluntur plurib. modis. Et primo, quia teſtes prædicti ſunt informiter & ſine citatione examinati, *c.* 2. & ibi Abb. *nu.* 8. & Felyn. *num. 9. ad med. extra de teſtibus.* Gandin. *in tit. quom. de maleſi. cognoſ. per inquiſi. num.* 8. *verſ. ſed nunquid.* Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 11. *verſ. item quæro, in princ.*

16 Secundo, immo vero dici poteſt, quòd nõ ſũt examinati, quia de illis tantummodo cõſtat per quædam folia inſimul conſuta, quæ ſi per Dom. meũ videantur, illa vtique ſcartafacia iudicabit, & non teſtes in forma probante, cum nec ſignũ, nec ſubſcriptionem Notarii habeant, nec recognita ſit manus illius aſſerti Notarij, quæ in vno tantum folio ſcripta reperitur; nec quòd ille eſſet Notarius, in proceſſu per legalitatem Ciuitatis, ſeu alio modo appareat. ad text. *in Authen. de inſtrum. cautela, & fid.* §. *ſed & ſi inſtrumentum, & in l. fi. C. de aſſeſſor.* Abb. Fely. Dec. & alij *in c.* 1. *de fid. inſtru.* Bar. *in l. ſi quis ex argentarijs.* §. *ſi quis initium. nu.* 32. *ff. de eden.* Couar. *pract. quæſt. c.* 20. *nu.* 5. Deciſ. Pedemon. 117. *nu.* 17. *& ſeq.*

17 Tertio ſunt teſtes examinati coram iudice incompetenti. Aym. *conſilio* 2. *num.* 2. cum alijs ſupra allegatis.

18 Quarto iam ſunt lapſi anni 24. poſt datã querelam, & ſic D. A. eſt tutus præſcriptione legali, quæ in omnibus delictis tam publicis quam priuatis regulariter eſt viginti annorum, *l. querela, cum ibi notat.* per Glo. & Doct. *C. ad l. Corn. de falſ.* Gandin. *de maleſ. tit. qui accuſ. poſſ. vel non. nu.* 28. Balb. *de præſcript. in 4. par. quinta partis principalis. q. 2. in prin.* Boſſ. *in tit. quom. proced. per act. in delict. nu.* 17. Foller. *in pract. crim. verbo, fori iudicati, num.* 27. & in delictis carnis quinque annorum. *l. Mariti,* §. *ſex menſium. in fin. &* §. *quinquennium,* & ibi communiter omnes. *ff. ad l. Iul. de adult.* Glo. *in* §. *item lex Iulia, de adulterijs, in gl. fin. inſtit. de publ. iudic.* Foller. *vbi ſupra nu.* 19.

19 Et licet iſtæ quatuor generales reſponſiones, uidelicet, earum vnaquæque ſatis ſufficiat ad tollenda fundamenta fiſci ſuper hoc vltimo capite, nihilominus, quia ex omni parte clareſcit innocentia D. A. ſingulariter reſpondebo ſingulo indicio. Ad primum, videlicet ad depoſitionem Iudithæ, reſpondetur, ei nullatenus credendum; Primo, quia querelans eſt, & accuſatrix, & ad dotem expreſsè agit in querela. *c. forus.* §. *in omni. de verb. ſignif. c. accuſatoris.* 3. *q.* 5. glo. *in c.* 1. *in prin. in gl.* 1. 4. *q.* 4. Spec. *in tit. de teſte,* §. 1. *nu.* 89. *verſ. Item quod ipſe eſt teſtis, & accuſator.*

20 Secundo, quia dictum ſtupratæ non facit indicium contra aſſertum ſtupratorem. Alexand. *conſilio* 157. *in princ. lib.* 4. Grammat. *conſilio* 45. *numero* 1. Boer. *deciſi.* 319. *num.* 7. Aym. *conſi.* 41. *num.* 2. & eſt communis, vt per Vulpel. *conſilio* 30. *num.* 1. *& num.* 5. *& ſeq.* vbi ampliat etiam, quod depoſuerit in tortura.

21 Tertio eo minus facit indicium, cum querelã porrexit per quatuor annos poſt aſſertũ ſtuprũ; ideo ex hac temporis diuturnitate, calumnioſa, & falſa præſumitur. Bald. *conſilio* 37. *Quidam Tabellio, in fine lib.* 1. Caſen. *de indic. & tortu. tract.* 8. *cap.* 1. *rubr. de dicto offenſi. numero* 9. Boer. *deciſi.* 42. *numero* 2. Aym. *conſil.* 75. *num.* 9. Marſil. *in pract.* §. *diligenter, num.* 201.

22 Quarto fatetur ſe conueniſſe cum D. A. in nephando, non per vim, ſed ſponte; & ſic facit ſe ſociam criminis, & infamem; quo caſu eius dictum non debebat recipi ſine tortura. *l. ob carmen.* §. *ſi ea rei conditio. ff. de teſtibus.* Boſſ. *in titu. de indic. & conſid. ante tortur. num.* 51. Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 21. *verſic. ſcias etiam.*

23 Quinto eſt etiam vilis, infamis, & meretrix tẽpore examinis, & ſic cum patiatur tot defectus, admitti

admitti nō debent,& eius fides omnino proſternitur,etiã in exceptis atrociſſimis,& difficilis,pbationis,Gram.*conſ.35.nu.23.ſeq.& conſ.70. nu. 7.& ſeqq.* Gig.*de crim.leſ.maieſt.lib.2. tit. quom.& per quos cri.leſ.maieſt.prob.q.7.nu.7.ſeqq.* Menoc, *de arbitr.q.lib.2.caſu 474.nu.54.*

24 Ad ſecūdum videlicet ad depoſitiones Antonietę & Ioannettæ,Reſpondetur,quod patiuntur eaſdem exceptiones,quas patitur Iuditha, videlicet vilitatis, inhoneſtatis,in famiæ,& aſſertæ ſocietatis criminis: Et nihilominus,quòd mulieri dicenti ſe tentatam de carnali cognitione, & quod recuſauit,minimè credatur, faciunt ſcripta per Gram. *deciſ.*28.*nu.*26.& per Cæph. *conſ.*233. *nu.*16.*lib.*2.Marſ.*in pract.*§.*diligēter,nu.*37.& 39. Clar.*in pract.*§.*ſi.q.*21.*verſ.* *Ex hac concluſione.*

25 Ad tertium videlicet ad depoſitionem Franciſcæ, deponentis de confeſſione extraiudiciali A. ſuper defloratione Iudithæ, vltra exceptiones, quas patitur,eſt vnica;& ſic non probat extraiudicialem confeſſionem.Foller.*in prac.crim.p.*1.3. *partis.in verbo,& ſi confitebantur.nu.*1.& ſeqq. Arnal. Alber.*in tract.de agnoſ.aſſertion.*cath. *et haret. q.*25.*nu.*19.Dceiſ.Pedem.19.*num.*29.& *ſeq.* Maſcard.*de probat.lib.*1.*concluſ.*497.*nu.* 27.

26. Præterea deponit de confeſſione extraiudicia
a li,[a] incerta,ſine cauſa, loco, & tempore commiſſi delicti;quo caſu etiam,quòd eſſet per duos teſtes probata,non facit indicium.Diaz.*reg.*125.*in* 1.*limitatione.verſ.ſublimita quarto,*Follet.*in pract.cri. p.*1.2.*partis,in verbo,et ſi confitebuntur,nu.*46.Ant. Gomez.*de delict.tit. de tor.reorum, num.*8. Maſ.*de prob. concl.*350. *nu.*16.Bertaz.*conſ.*396.*nu.*9. *lib.*2, præſertim contra clericum,contra quem nun-
b quã confeſſio extraiudicialis operatur, niſi alia[b] concurrant. Diaz.*d.reg.*125.*in* 1.*limit.verſ. ſublimita* 3.Dec.*in c.at ſi clerici,num.*17.& 19.*extra de iud.*Maſcard.*d.concl.*350.*nu.*12.

27 Ad quartum,omiſſis alijs exceptionibus,dicitur,depoſitionem Dominicę Caporalis nihil facere,quia non deponit, niſi de auditu à Iuditha, q̃ cũ careat omni fide, per præallegata, non plus credendum eſt ei,quàm ipſi Iudithæ,ne plus credatur copiæ quàm originali,vt inquiunt Doctores, Iaſ.*conſ.*22.*nu.*3.*lib.*1.Aym.*conſ.*6.*num.*67.in terminis Bertazz.*conſ.*452.*nu.*20. *lib.*

28 Ad quintum, videlicet ad depoſitionē Catherinę Mãgiat, vltra exceptiones,quas patitur,deponit & ipſa de auditu ab alia muliere Iohannetta.Teſtimonium autem de auditu auditus, in criminalibus nō attēditur, etiam quoad indicium, ſeu præſumptionem.Marſ.*conſ.*20.*num.* 5.& *nu.* 10.& *conſ.*41.*num.*8.Roland. *conſ.* 24. *nume.*86. *lib.*1.Cæphal.*conſ.*204.*num.*7.& *nu.* 21.& *ſeqq. lib.*2.Menoch.*conſ.*98.*num.*55.*lib.*1.Deponit inſuper de iudicio ſuo,& de credulitate abſque allegatione cōcludentis rationis,& auctoritatis. Teſtimonium aũt de credulitate pariter & in criminalibus repellitur. Gloſ.*in l.*2.§.*pen. in verbo, memnor int.ff.de aqu.plu.arcen.* & *in l. teſtiũ.in verbo, praſto,C.de teſtib.& in ca.quoties,in verbo, credere, extra eod.*Cyn.*in d.l.teſtium,nu.*9.Bart. *nume.*14. Alber.*nu.*8.Saly.*nu.*14.Caſtren.*nu.* 10.

29 Ad vltimum de publica voce,& fama,ſatis ſupra reſponſum fuit,cum teſtes ſuper ea deponentes,nec bene concludant in eorum dictis, prout requiritur pro bonæ famæ probatione;& patiantur & plures exceptiones ſupra enumeratas. Et tũ certum eſt, ſpeciale eſſe in probatione famæ, quod teſtes ſuper ea deponentes, debeãt eſſe nedum idonei,ſed & omni exceptione maiores. Fely.*in c.cum oporteat.poſt nu.*6.*ex de accuſ.* Dec. *in c.* 1.*nu.*57.& *ſeqq.de appell.* Hier. de Monte *de finib. regen.c.*55.*nu.*9.Hippoly.Rimin. *conſ.* 64.*nu.* 11. *lib.*1.Burſat.*conſ.*216.*nu.* 24.*lib.* 2. Sim. de Præt. *conſ.*81.*nu.*13.Imo ſecundum aliquos talis qualitas in teſtibus articulanda & probãda eſt; aliter nihil probant.Dec.*in d.c.*1. *nu.* 59.& *ibi in addit. littera A.extra de appell,*Gab. Sarayn. *in addit. ad* Mattheſil.*ſing.*51.*verſi.& his caſibus.* Moncad.ad Crot.*in tract.de teſtib.nu.* 392. Hippol. Riminal. *d.conſi.*64.*nu.*12.*lib.*1.Cæphal.*conſi.*65.*nu.*53.*lib.* 1.& *conſi.*225.*nu.*53.*lib.*2.

30 Et præmiſſis etiam addi poteſt, quòd nullum deterius teſtimonium eſt, quã fama; eſt enim res fallax,mendax,pernicioſa,& vt plurimum, tranſmiſſa ab his,qui nocere cupiunt: & ideo niſi fuerit ſolida,inconcuſſa,creſcens,non leuis, non vaga, non cōtraria, nec in aliquo labefactata,nihil prorſus operatur.Bal.*conſi.*77.*nu.*6.*lib.*3. & *conſi.* 447.*nu.*10.*lib.*5.Gand.*in tit.de q.poſt nu.* 39.*verſi. eſt enim fama res fallax.*Marſi.*in l.de minore*.§.*plurium.nu.*63.*ad med.ff.de q.& in pract.* §. *diligenter. nu.*18.*in fine.*Caſon.*de indic.* & *tortur.tract.*8.*c.*2. *rub.de fama,ſeu dicto gent.nu.*4.& *ſeqq.*

Et ex his(ni fallor)ſũt ſublata omnia fiſci fundamenta,ita quod nobilis iſte vir, & Abbas omnino abſoluendus ſit,&c.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

Secundum reſponſum eiuſdem Farinacij in eadem cauſa.

31 ADSIT DEVS. Dixi & repeto, quod cōcubinatus, qui ex aduerſo prætenditur, ex hactenus deductis,non eſt bene probatus; Teſtes enim, qui ſuper illius fama deponere nituntur,& de quibus in ſummatio,nume.1. illam minimè probant, quia non exprimunt rationes ,& cauſas concludentes, & illius authores,à quibus aſſerta fama ortum habuit;nec etiã à maiori parte populi ſe audiuiſſe. Et licet Rota ſequi ſoleat contra Bart.opinionem Baldi *in cap. præterea.nume.*10. *extra de teſtibus,* volentis,quod ad probationem famæ ſufficiãt teſtes dicere, acta publicè dici audiuiſſe,prout teſtantur Caſſad.*deciſ.*3.*nu.* 7.*in titu. de probat.* & Caputaquen. *deciſ.*7.*par.*2. Hæc tamen Rotæ obſeruantia non procedit in caſu noſtro,duplici ratione.

32 Primò, quia agitur de pœna, & de priuatione beneficij; quo caſu magis communem criminaliſtę cenſuerunt eſſe opinionē Bartoli *in l. de minore*

Digitized by Google

nore §.plurimum. ff. de quæſtio. nume. 22. vt videre eſt apud Grammaticum conſilio 26.nume.13.Galeat. Maluaticen.conſi. crimin. diuerſ.conſilio 110. nume. 18. & ſeq. lib. 1. & inter eadem conſilia Lut. conſil. 160. nume. 11. & conſilio 161.nume.29.vbi de communi,& practicata opinione d.lib.1. Brun. inter eadem conſilia conſi.115. nume. 47. Vbi de magis communi.lib.2. Vulpell.conſi.30.num.10.vbi etiam de magis communi. Simanc.in trac.de hæret.c.65. poſt nu.37. & omiſſis aliorum infinitis propemodum authoritatibus,in foro criminali, in quo de maiori præiudicio agitur,& ob id clariores requiruntur probationes, hæc Bartoli opinio eſt magis communiter recepta, prout etiã in terminis, ſic Rotæ ſtilum eſſe intelligendum, reperio nouiſſimè declarãtem Fuluium Paciani in tract. de probat.lib.3.c.49.nu.28.verſ. mihi videtur.

33 Secundò opinio Baldi,& Rotæ procedit, quãdo fama inducitur, nõ ad plenam probationem, prout in caſu noſtro aduerſarij illã inducunt,ſed ad præſumptionem, ſeu indicium faciendum.ita in ſpecie declarat Caſſadot. dicta deciſ.3. nume.7. verſi.pro qua facit. & poſt eum Hier. de Monte in tract.de fin.regen.cap.56. num. 8. vbi adducit concordantes rationes.Mich.Craſſ. in commun. opin. lib.2.cap.19.q.5.in fin. verſ. poſſet tamen conciliari. Pet.Anto.à Petra in trac. de fideicom.q.13.nu.123. verſ.ſed omni caſu.

34 Tertiò & in omnem euẽtum, etiam quod iſta fama eſſet formiter probata(prout nõ eſt)abſurdum videtur dicere, quòd ex ea inſurgat concludẽs probatio, pro imponenda pęna priuationis; quia quando agitur de criminine,etiam ciuiliter intentato,fama nec etiam facit ſemiplenam probationem.Bald.in c.tam litteris,nu.1.in 2.notabili, extra de teſtibus.Butr.in c.veniens,nu.10. & ibi etiã Abbas nu.9.extra eodem. Natt. conſi.18.poſt nu.13. lib.1.Caputaquen.deciſ.8.nu.2.par.2.

35 Sic etiam nec aſſertus cõcubinatus probatur per alios duos teſtes, videlicet ſecundum & quartum,de quibus in ſummario,d.nu.1.qui audacter deponunt,vidiſſe in domo Commendatarij Catherinam,pro eius cõcubina,& quod Commendatarius domi ſuæ tetinet duos filios ex ea natos. Iſti enim teſtes non exprimunt cauſam eorũ ſcientiæ,quomodo ſcilicet ſciant,prædictam Catherinam eſſe concubinã A.& ex ea eundem Abbatem prolem ſuſcepiſſe; & tamen vbi agitur de crimine, certum eſt, quòd teſtes rationem dicti ſui reddere debent,etiam non interrogati.Crot. in tract.de teſtibus,nu.306.Ant.Gomez.var.reſol. to.1.c.12.nu.9.poſt medium,verſ.vnũ tamen eſt,&c. vbi de communi.Clar.in pract.§.fi.q.53.verſ.præterea dixi.vbi etiam de communi.

36 Quod maximè procedit, quando teſtes deponunt ſuper carnali cognitione alicuius mulieris; tunc enim eò magis tenentur reddere rationem, etiam non interrogati.Bald.in l. ſolam,nu.1.poſt medium. verſic. quapropter idem puto. C. de teſtam. Adden. ad Abbatem in cap. cum cauſam, nume. 6. littera D. verſic. addo quod teſtes deponunt ſuper adulterio, & ibi etiam Felyn. colum. 4. ante finem. extra de teſt. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ.65. nume.8.& lib.3.concluſ.1369.nume.48. & ex depoſitione horum teſtium,ſine ratione deponentiũ, nec etiam indicium, aut præſumptionem ſumi poſſe,ne dum probationem, ſcripſerunt Spec. in tit.de teſte,§.1.nume. 61. Abbas in d. cap. cum cauſam,nume.6.in princ. & ibi etiam Felyn.nu.2.in 1. fallentia, verſ. & talis teſtis interrogatus. extra de teſt.Crot.in tract.de teſtibus,nu.309.

37 Prærerea prædicti duo teſtes cõfunduntur ex depoſitione 71.& 81.teſtis, de quibus in ſummario,eodem num.1.qui deponunt, prædictam Catherinam eſſe publicam meretricem, & habitare in alia domo diſtanti à domo Cõmendatarij per paſſus 200.vel 300.Si igitur iſta Catherina habitabat ſeorſum ab A.& erat publica meretrix, ergo nõ eſt verum, quod ſtaret in concubinatu in eiuſdẽ A.domo, prout prædicti duo concludenter deponunt,cum,vt aliàs dixi, de ſubſtantia cõcubinatus requiritur cohabitatio continua,diutina,publica,ſimul edendo,& bibẽdo in ſchemate concubinatus;aliàs non poteſt de concubinatu tractari, vt in Authentico quib. mod. natur. effic. ſui.§.ſi quis igitur dotalia, & in Authen. de trien. & ſemiſ.§.conſideramus,verſ. ſi autem et domo,&c. gl. in l.penult.& ibi etiam Dyn.& Bart. ff.de concubinis.Grain.vot.4.nu.1.& ſeq.& nu.7.& ſeq.nu.11.

38 Iſtis autem duobus teſtibus magis credẽdum eſt,quàm teſtibus fiſci, quadruplici ratione; primo, quia teſtibus ad defenſionem rei deponentibus,magis creditur, quàm deponentibus contra reum.gloſſ. in capit. in noſtra, in verbo, aduerſa, & in verbo,præferenda, & ibi etiam Butr.nu.2. Aret. nume.3.& nume.23.Abb. nu. 1. in fine,& nume.4. extra de teſtibus. Boſſ. in titu. de oppoſit. contra teſtes, nume. 9. verſ.e. & data omnium paritate, & in titu.de defenſione reorum, nume.7. in fine. Secundo,quia ſeptimus teſtis eſt examinatus pro informatione Curiæ; ideo eò magis probat contra Curiam.Bald.in l.parentes, nume.1. uerſic. & idem ſi eſt productus, C. de teſt. Alberic. de teſt. capit. 1. nume.36.Moncad.ad Crot.de teſt.par. 3. poſt nume.81.litt.DD.verſ.et nota etiam. Campeg.de teſtibus,reg.1.in 4.fallentia. Tertio,quia teſtes contra Abbatem deponẽtes,ſine ratione deponunt;deponentes autem pro eo optimam reddunt rationem; ideo magis credendum eſt deponentibus pro A. quàm deponentibus contra. Aret. in l.1. num.17.& ibi Dec.num.19.ff. ſi cert. pet. Felyn.in capit.cum cauſam,num.4.extra de teſt. Boſſ.in titu. de oppoſit.contra teſtes, nume.13.in princip. verſi.et adde ut teſtis,etc. Primo, teſtes fiſci dum deponunt, Abbatem, qui eſt infirmus & in decrepita ætate, ſtare in concubinatu, deponunt vtique inueriſimilia; & ſic ſunt de falſo ſuſpecti. Boſſ. poſt alios in tit.de oppoſit.contra teſtes.nu.94.et 96. Teſtibus autem inueriſimilia deponentibus, minus creditur,quàm deponentibus veriſimilia, l. hoc carmen, §. ſi teſtes, & ibi Bald. in primo notabili.Alberic. nume.6. verſi. autem conſtat. Florian. in ſummario.Iacobin.nume.7.verſic.4. iudex, ff. de teſt.capit. licet cauſam, verſic. ex præmiſſis, & ibi Cardinal. in princip. Butr. numero 46. Abb.nume. 9.Imo.numero 13.verſic. item nota. Dec. nume. 87.

&

& ſequen. Bero.*nume.49.in fine, & nume.57.extra de probat.*

39 Quod attinet ad inſtrumentũ monitionis, de dimittendo ſcortum, factæ per Epiſcopum, & reſponſione in hęc verba, videlicet, ſe tale ſcortum ab eius domicilio ablegaturum, ſi illud ablegare debet; ex qua reſponſione prætendũt aduerſarij, eundem Abbatem tacitè confeſſum fuiſſe concubinatum; ſupplicatur in primis per Dominos bene conſiderari inſtrumentum monitionis prædictę, de quo in ſummario, num.2. cum omnibus in eo contentis, iunctis ijs, quę in informatione facti deducuntur, nu.14.& ſeqq. vſque ad nu.21. ex quibus eiuſdem inſtrumenti falſitas in pluribus detegitur; ideo nullam meretur fidem, cum ad fidem inſtrumenti tollendam (quicquid ſecus forſan ſit, quando agitur ad condemnationem, & ad pœnã) ſolas præſumptiones & ſuſpiciones ſufficere, ſcripſerunt Neuiz. *conſi.27.nume.12.& ſeqq.* Cæphal.*conſi.287.nume.15.& ſeqq.* Boſſ.*in tit.de falſis.num.*137. Soarez.*in commun. opi. verb. fi.num.*16.*&* 17. Clar. §.*falſum. verſ. trita eſt concluſio.* Et duas pręſumptiones eſſe ſufficientes, ad reddendum inſtrumentũ de falſo ſuſpectum, ſcripſerunt pariter Aym.*conſ.*134.*nu.*39. Cæphal. *d. conſ.*287.*nu.*40. Decia.*conſ.*100.*num.*11.*lib.*2.*& conſ.*19.*nu.*76.*d.lib.*2. Gab. *lib.7.concl.6.nu.*5. Menoch.*de præſumpt.lib.*1.*q.*40.*nu.*11.*&* 22.

40 Verum data veritate inſtrumẽti, quod adhuc ex prædicta A. reſpõſione nulla poſſit elici præiudicialis cõfeſſio, ad effectum, de quo agitur, nẽpe ad priuationem beneficij, demõſtratur ex infraſcriptis. Primo, quia dum Epiſcopus facit monitionem A. non agit ad perquirendam ab ipſo veritatem aſſerti concubinatus; ideo confeſſio A. ſuper concubinatu dicitur incidenter emanata, & ſic ad condemnandum non ſufficit. gl. *in c. cum ſuper. in verbo, confeſſus. verſic. ſed non ne iſte,* & ibi Butt.*nu.*10.*extra de confeſſis.* Bar. *in l.2.§.ſi publico.nu.20.ff.de adulter.* Roman. *in l. magiſtratibus.num.4.in fi.verſ. ſed quid ſi confeſſio.ff. de iuriſdict.omn. ind.*

41 Secundo cõfeſſio ad hoc, vt confitẽti noceat, debet eſſe clara, explicita, & expreſſa, non autem implicita, tacita, & in conſequentiam (prout eſt hæc, de qua agitur) ſic in fortioribus terminis de eo, qui reſpondendo accuſationi, fatetur, accuſatorem fuiſſe ſocium in crimine, de quo ipſe accuſatur, quòd non per hoc crimen fateatur, ſcripſerunt glo.*in c.1.in gl.fi.ad finem de teſt. in* 6. Felyn. *in c. at ſi clerici.nu.1.in prin. iuncto verſ.4. limita,* & ibi etiam Dec.*num.30. & ſeqq. extra de iud.* idem Fel.*in c.1.nu.6.verſ.item dicas.extra de excep.* Boſſ. *in tit.de confeſſis per torturam, poſt nu.* 12. vbi propterea, quod confeſſio rei non debet eſſe inuulnerabilis. Et in eo, qui inquiſitus de excommunicatione, niſi expreſſe ante exceptionem abſolutionis, dixerit ſe excommunicatum, latè conſuluit Io. de Amicis *conſ.49.conſ.99.per totum,* vbi teſtatur de magis communi.

42 Tertio, confeſſio debet eſſe non generica, ſed ſpecifica, cum expreſſione loci, temporis, cauſę, alijſque omnibus qualitatibus, & circumſtantijs delicti, quæ minimè in caſu noſtro cõcurrũt. Bellame. poſt Compoſtella. quem allegat, *in c. p inquiſitionẽ.nu.1.ad finẽ.de elect.* Paris de Puteo *de ſindicatu, in verbo, tortus, c.20.num.2.fol.351.col.4.* Boſſ.*in tit.de confeſſis.nu.43.& ſeqq.* Maſc.*de prob. lib.1.concl.345.nu.39.* Ergo ẽt q Abb. expreſsè ſe concubinarium faſſus eſſet, non põt ex hoc condemnari, cum nec tempus, nec locum, nec causã, nec qualitates aſſerti delicti ſpecificauerit.

43 Et demum, dum ad probationẽ huius aſſerti concubinatus, ex aduerſo adducuntur plures teſtes examinati ſuper tenore teſtamenti, aliàs per A. condiri, in quo prætenditur, ipſum inſtituiſſe hæredes Cæſarem, & Lucretiam, tanquam ſuos filios ex Catherina ſuſceptos, & conſequenter inde eiuſdem concubinatus confeſſionem oriri, quoniam teſtium depoſitiones habentur in ſummatio nume.7. Reſpondetur primo, quòd prædictorum teſtiũ nulla eſt habenda ratio, quia fuerunt examinati à Iudice deputato ad cõpulſandum prædictum teſtamentum, non autẽ ad examinandum ſuper illius tenore, & ſic a Iudice incompetenti.*l.3.§. item diuus. ff. de teſt.l.fin.* & ibi Bald. & Doct.*C. eodem.* Butr.*in c.1.num. 2. de teſt. cogen.* Aym.*conſi.2.nu.7.*

44 Reſpondetur ſecundo, quòd tertius teſtis, qui fuit Notarius teſtamenti prædicti, nihil probat; tum quia cum habeat, vel habere debeat originale, ſeu protocollum dicti teſtamẽti pęnes ſe, illud exhibere deberet; & non exhibendo, ac dicendo ſe A. tradidiſſe, nõ creditur, cũ, ratione ſui officij, tenebatur illud pœnes ſe retinere (& propterea eſt valde ſuſpectus) Bart.*in l.fin. nume.8.C. de fide inſtrumentorum. in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait.num.14.ff.de eden.* Abb.*conſi.*101.*poſt nume.*8. Cæphal.*conſi.170.nu.7.lib.*2. Tum ẽt, quia eſt vnicus: ideo dictũ vnius, dictũ nullius.*c. in omni negotio.extra de teſtibus.l. iuris iurandi.C. eodem tit.*

45 Primus & ſecundus teſtis pariter etiam nihil probant, quia non deponunt, niſi de auditu ab ipſo Notario, & ſic non plus probant, quàm Notarius ipſe *cap. licet ex quadam, & ibi gloſſ. & communiter omnes. extra de teſt.* Quartus & ſextus teſtis, qui ſunt teſtamentarij, nihil deponunt de nominatione aſſertorum filiorum. Quintus, ſeptimus, & octauus teſtis, nec etiã aliquid faciũt, quia deponunt de auditu auditus; nec etiam nominant, à quo audiuerint; & ſic eorum depoſitio non meretur nomen teſtimonij. Abbas *in c. tam litteris.num.5.verſic.nam talis,* & ibi etiam Felyn. *nume. 2. ante finem. extra de teſt.* Butr. *in cap. quoties, in fine,* & ibi etiam Abb.*nume.7.extra eodem,* præſertim, vbi agitur de crimine, & ad condemnandum; quo caſu tale teſtimonium, nec etiam facit indicium. Marſil.*conſi.20.nu.5.& nu.10.* Rolan.*conſi.24.nu.86.& conſ.98.nu.55.lib.1.*

46 Reſpõdetur tertio, quòd etiam data veritate huius aſſertæ nominationis filiorũ, factæ per A. in teſtamento, ex qua forſan poſſit reſultare eius tacita confeſſio cõcubinatus; immo etiam dato quod expreſsè Abb. in teſtamento ſe cõcubinarium faſſus fuiſſet, adhuc eadem confeſſio, ad effectum ipſum condemnãdi, & puniendi, nõ ſufficit

ficit in iudicio. Diaz. *reg.* 125. *in* 4. *fallen. verſ. ſed aduerte.* præſertim, cum nō ſit facta parte præſente, & fuit reuocata. Lanf. *in cap. quoniam contra. in verbo, confeſſio, poſt num.* 47. *verſi. quæritur vlterius. extra de probat.* Non enim talis confeſſio, etiam quod fuiſſet explicita (prout nō eſt) poteſt plus operari, quàm extraiudicialis: & tamen nec ea ſufficit ad condemnandum. gl. *in l. capite* 5. *in verbo, accuſatori. verſi. ſed ſi in iudicio*, & ibi Bar. *ante numerū primum.* Fulg. *nu.* 4. *ff. de cuſt. reorum.*

47 Et hæc quoad concubinatum; quibus etiam addo (& hoc omnem difficultatem tollit) quod poſt monitionem factam ab Epiſcopo, in proceſſu non cōſtat de aliquo prætenſo concubinatu; Ideo non poteſt tractari de priuatione, tū vigore Concilij Tridentini *ſeſſ.* 21. *c.* 14. *verſ. quod ſi à ſuperioribus moniti*; Tum etiam de iure communi, *c. ſicut. & cap. ſi autem. de cohabitat. cleric. & mulier.* præſertim cum Dominus A. non ſit in ſacris ordinibus cōſtitutus; quo caſu mitius cum eo agēdum eſt. Abbas *in d. c. ſicut. nu.* 1. *in fi.* & contra eū Epiſcopus iam elegit viam monitionis, vt benè ſcripſit idem Abb. *d. c. ſicut. nu.* 2. Præpoſ. *in c. nullus. nu.* 3. *verſi. & dicit Panor.* 32. *diſtinct.* Diaz. *in pract. crim. canon. c.* 79. *nu.* 3.

48 Quo verò ad prædicta periuria, tam latè in informatione facti deducta, vnico verbo reſpondetur,
c quòd impunibile eſt periurium [c] in reo, qui criminaliter examinatus, dicit mendacia, licèt bene ex iſtis mendacijs oriatur poſtea diſputatio, an faciant cōtra ipſum indicium ad torturam, ſecundum veram, communem, & practicatam opinionem, de qua per Boſſ. *in titu. de periu. nume.* 3. Cla. *ſ.* 45 *verſ. Quid ergo.* Emanuel Soarez. *in com. opin. verbo, periuriū. nu.* 96. Et quidē ſi aliter diceremus, criminales iudices non poſſent reſiſtere cognitioni cauſarū hmōi periurij, cum nunq̄ examinetur reus, qui in ſuis conſtitutis ad ſui defenſionē non dicat mille mendacia, ex quo plura ſequerentur inconuenientia, de quibus bene per Couar. *in c. quamuis. de pactis in* 6. *p.* 1. §. 7. *nu.* 7. & hoc in practica nullam habet difficultatem.

49 Quo verò ad prætenſam dilapidationem bonorum Eccleſiæ, ſeu fructuū malam diſtributionem, reſpondetur, in actu de ea nō conſtare; nec releuat prætenſum inſtrumentum, in quo quidā Vinot, & Chriſtophorus aſſerti notarij teſtificātur, ſe extraxiſſe ex quibuſdam prætenſis computis A. introitus, & onera illius; Nam vltra quòd talis extractio eſt facta, parte non citata, & ſine compulſorialibus, & ſic à non habentibus iuriſdictionem, non adhuc ſequitur: introitus A. & illius onera tantum importāt; ergo A. illos in malos vſus conſumpſit; quia poteſt eſſe, quòd A. dictos fructus non exegerit. Item ſi exegerit, quòd in Eccleſiæ vtilitatem diſtribuerit; & qui hoc negat, debet probare, cum ſit fundamentum intentionis ſuæ, etiam, quod in negatiua cōſiſtat. Iaſ. *in l. qui ſe obtulit.* §. *condemnandum. nu.* 7. *ff. de re iudic.* Gabr. *tit. de prob. conclu.* 6. *nu.* 1. *& ſeqq.*

50 Et ex his (ni fallor) res clariſſima redditur ad fauorem Abbatis: ſed quatenus eſſet dubia, prout non eſt, in dubio pro abſolutione pronunciandum eſt. *l. Arianus. ff. de actio. & obligatio. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

Deciſio coram R. P. D. Pegna Tullen. Monaſterij Sancti Manſueti. Die Lunæ 27. Ianuarij 1597.

51 VTraque parte informāte, propoſui dubium à Rota præſcriptum, An probaretur Cōcubinatus A. cum quadam Catherina la Roſne, ad effectum, vt vel ipſo iure foret priuatus A. vel ſaltem veniret per ſententiam priuandus? Et Rota primum cenſuit, Clericum cōcubinarium, etiam publicum, nō eſſe ipſo iure beneficijs priuatum, quia nedum aliquo expreſſo iure pontificio id non apparet ſancitum; quinimò aperte videtur conſtitutum contrarium, *in c. ſicut. & in c. ſi autē. de cohabit. cler. & mulier.* Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *capit.* 14. *de reformat.* quibus cauetur, clericos concubinarios prius eſſe monendos, inde ſuſpendendos; & tandem ſi non reſipiſcāt à ſuis beneficijs perpetuo remouendos, quod etiam adnotauit Philippus Probus *in additionib. ad gl. Prag. ſanctionis. tit. de concubinarijs.* §. *necnon. in verbo, priuet.*

52 Rurſus pronunciauit, quòd cum in hac facti ſpecie tractaretur de probando delicto concubinatus, ad effectū priuationis ipſo iure impoſitæ, vel imponendæ, neceſſaria erat plena, & concludens probatio, etiam ſi ciuiliter ageretur; quod regulariter verum eſt in omnibus delictis, in quibus agitur ad priuationē, veluti in ſimonia, vſura, & ſimilibus. gl. *in c. veniens. il primo*, vbi Abbas *nu.* 4. & Dec. *nu.* 8. *de teſtib.* Alciat. *conſi.* 2. *nu.* 41. *ſ.* 1. *lib.* 1. Natta *conſi.* 299. *num.* 15. *in fi. verſ. quia reſpondet. lib.* 2. & hanc ſententiam Rota amplexa eſt in multis cauſis, vt in illa Firman. Capellaniæ *die* 7. *Maij* 1572. *verſ. effectuatio non obſtat.* coram S. D. N. Clemente Octauo, tunc Rotæ Auditore, & in vna Tullen. parochialis *die* 28. *Maij.* 1593. corā R. P. D. meo Seraphino, & in alia Calagurirana cōfidentiæ *die* 25. *Ianuarij ann.* 1593. coram R. P. D. meo Pamphilio, & alias ſæpe.

53 Ex quibus inferebatur, per teſtes deponentes de publica voce, & fama, non oriri legitimam probationem. Mohedanus *deciſione* 160. *alias* 4. *numero* 2. *titu. de probatio.* Cæſar de Craſſis *deciſione* 184. *alias* 2. *numero* 2. *de accuſat.* Verallus *deciſ.* 8. *incip. fama. parte ſecunda.* Gabriel *de probat. concluſione prima, numero decimotertio*, & in terminis public. concubinatus, quòd non probetur per teſtes de publica voce, & fama, extat deciſio Rotæ 60. *diuerſ. in manuſcriptis. incip. die* 15. *Nouembris. in vna Peruſina.* per doctrinam Felyni *in capit. ſuper his. de accuſat.* & ratio eſt, quia quando agitur de crimine, etiam ciuiliter intentato, fama, nec etiam ſemiplenam probationem facit. Bald. *in capit. tam litteris. numero primo, de teſtibus.* Butr. *in capit. veniens. numero decimo*, & ibi

Abbas

Abbas *nu.9.de teſtib.* Natta *conſ.*18.*nu.* 13.*lib.*1. Verallus *deciſ.*8.*nu.*2.*par.*2.

54 Quibus accedebat, quia neq; teſtes, qui de publica voce, & fama cócubinatus teſtificãtes, explicabanr à quibus perſonis fama habuerit originem, cum tamen oporteret eos dixiſſe, ſe id audiuiſſe à viris bonis & honeſtis, nam cum ab inimicis, & maleuolis oriri ea fama potuerit, tanquam vana popnli vox, ſpernẽda foret, *c. in cunctis.*11. *q.*3.*c.qualiter & quando.lo* 2.*verſ. non quidẽ à maleuolis.de accuſ.* Bermun. Couar. *in tract. de publ.cõcub.ſuper illis verbis, concilijs ẽt prouincialibus, in o. incipien. Vnde traditur regula. nu.*1. *verſ. & ad probandam diffamationem.* Coſmus Gumier *in pragmat.ſanct.tit.de concubinarijs,§.in cõcilijs, in verbo, diffamatos.* Robertus Maranta *conſ.*6.*nu.*18.*verſ. vltra prædictas rationes*, & hanc oplnionem Rota profitetur. Achill.de Graſſis *deciſ.*321. *alias eſt* 8. *nu.*4.*de iure patronatus, in impreſſis.* & idẽ fuit deciſum in vna Calaguritana Confidentię corã me, die 14.Decembris 1592: quod optima rõne munitum eſt, quia cum fama ſuccedat loco accuſatoris, *d.c.ſimonia,* & notar gl.*in c.*1.*§.in verbo, inquirere, de offic.iud.* ſicut non adhibetur fides accuſatori maleuolo, ita nec ei famę credẽdum eſt, quæ vel à maleuolis fuit orta, vel incertum eſt, an à talibus originem traxerit; & deniq; cũ legitimè fama probata eſt, non ꝓbationem, ſed delicti ſolũ operatur indiciũ. Marſ.*in l.de minore, nu.*39.*ff.de q.* Aret.*in c.veniens, nu.*36. *de teſtib.* Pariſius *conſi.*153.*incip.in cauſa iſta, num.*12.*lib.*4. idem Marſil. *conſ.*3.*incip.ſępè ac ſępius decreui, nu.*5. Itaq; quãuis teſtes fuiſſent legitimè examinati, & attigiſſent tempus ante litem motam, vt fieri oportet, Thob.Non.*conſ.*99.*nu.*29. Decius. *conſ.*82.*nu.*1. Verallus *deciſ.*413.*p.*1.*& deciſ.*9.*parte* 2. & fuiſſent legitime repetiti, aut habiti pro repetitis, ob præcedentes rationes, non probaſſent famam, quæ releuaret, ad effectum priuationis.

55 Conſiderabatur etiam, eoſdem teſtes non ſolum incidenter & præter inſtitutum, de quo agebatur, nempe de valitudine Abbatis, ſed ſatis ẽt audacter contra illum, & per eundem ferè præmeditatum ſermonem, diuertiſſe ad teſtificandum ſuper concubinatu, vt ſuſpecti propterea merito redderentur. Crauetta *conſ.*78.*num.*11. Cæſar de Graſſ.*deciſ.*128.*nu.*7. Baldus *conſ.*455.*lib.*3. Imola *conſ.* 134. *in fine.* Et licet iſta ſuſpicio ceſſet, qñ teſtes ſunt plures, cum non ſit veriſimile multos facilè ſubornari, aut corrũpi potuiſſe, id tñ intelligitur, quando aliàs ſunt idonei. Natta *conſ.* 478.*num.*23.*lib.*2.

56 Elidebatur præterea non mediocriter illa publicè diffamationis probatio ſuper cócubinatu, ex dictis ſeptimi, & octaui teſtis, qui dicebant, nihil ſe tale in Ciuitate Tulleñ. audiuiſſe, quoniã ſi talis fama ĩ Ciuitate viguiſſet, veriſimiliter eã duo iſti teſtes ĩtellexiſſent, ac de ea depoſuiſſent *l.regula.ff.de iur.& facti ignorãtia.c.*1.*de poſtu. prælat.* Crauetta *conſi.*57.*nu.* 10.*verſ. profecto ſi talis fama,* & fuit deciſum corã me ĩ cauſa Burgẽ. Abbatiæ de Iobarzo, die 16. Iunij 1589.

57 Addebantq; turſus, prædictã Catherinã fuiſſe publicã meretricẽ, & ante tres annos habitaſſe in ea parte Ciuitatis Tullen. quæ appellatur, la porta mal pertuſa, lõgè poſita à domo Abbatis, habuiſſeq; domum ſeparatam; qđ excludebat & prætenſam probationem, vt mox dicetur.

58 Alteri autem ex iſtis duobus teſtibus minimè fidem adhibẽdam, Rota putauit, quia fuerat inductus, & examinatus ab agentibus contra Abbatem. Romanus *conſi.* 104.*prope finem*, Socinus iunior *conſi.*69.*nume.*12.*lib.*1. Verallus *deciſ.*268. *par.*3. Qui licet tanquam vnicus, plenè non probaret contra producentem, ex quo tamen cum dicto ipſius concordabat alius teſtis pro Abbate examinatus, negari non poterat, quin inde multum debilitaretur & cõſtringeretur probatio publicę diffamationis ſuper concubinatu Abbatis.

59 Ad duos teſtes, ſecũdum ſcilicet, & quartum, aſſerentes ſe vidiſſe Catherinam, tanquam cócubinam, in domo Abbatis, & filios ex ea ſuſceptos ibidẽ commorantes; reſpondebatur, primò ex illis non probari cóçubinatum cum qualitatibus de iure ciuili requiſitis, videlicet, cum continua cohabitatione, & communi lecto, & menſa, Crauetta *conſ.*368.*nu.*1. Natta *conſ.*474.*nu.*42. *et* 43. *lib.*2. Præpoſitus *in Rubrica de ſponſalib.nu.*5.*gl. in l.concubinam,* vbi Dyn. *ff. de concub.* & licet Rota non profiteatur hanc opinionẽ, ſm̃ quã facilè eſſet clericis, concubinas domi non retinendo, eludere pęnas à ſacris canonib. latas contra cócubinarios, ſed aliam, ꝙ tenet Bernardinus Diaz *in pract.crim.canon.c.*79.*de cõcubinarijs, principio, verſic. concubinarium inſuper,* vbi illum clericũ concubinarium rectè dici & eſſe putat, qui ẽt in aliena domo notam fœminã habet, cui ſolet carnaliter commiſceri, ſi de conſuetudine cõſtet, & diffamatus eſt in ſua, vel ipſius fęminę vicinia: tñ dicebatur ſecundò, neque iuxta hanc ſñiam probatum fuiſſe concubinatum, vt ex ſupradictis patet.

60 Secundo etiam loco (vt putabant informãtes contra) nec probant quidẽ alij teſtes, aſſerentes, Abbatem feciſſe teſtamentum, & in eo Cęſari, & Lucretiæ filijs ſuis, ex Catherina ſuſceptis, certũ aliquid reliquiſſe, quia præter ꝙ quod non producebatur teſtamentum, de quo non conſtabat, niſi ex ſola relatione Notarij, cui (cum ad eius cuſtodiam ex officio teneretur) de contentis in eo, niſi in publica forma exhibito, ẽt cum iuramento, non erat credendum, Federicus de Senis *conſ.* 113.*num.*2. Felynus *in cap.ſicut, nume.*9. *de re iud.* quanquam inde conſtitiſſet de liberorum procreatione, non tamen concludenter probabatur cócubinatus, tum quia ex ſimplici fornicatione, & ex bino, tertio ve acceſſu ad mulierẽ, filios ſuſcipere potuerat, cũ non probetur hoc eſſe, quod poteſt non eſſe. *c.in præſentia.de prob.l.nõ hoc.C.unde cognati,* tum quoniã ex iſta liberorum exiſtentia non inferebatur ad concubinatũ de tempore præſenti; cũ licet ex concubina olim illos filios procreauerit, iã ſenex deſtitiſſe potuerit impudicam fœminam, à ſuo conſortio ablegando.

61 Inueriſimilitudo etiã ſuadebat, aut ſuſpectũ, aut leue fuiſſe exiſtimandum hoc genus probationis, cum vix prudẽs quiſquam adduci poſſit,

vt

Digitized by Google

vt credat, Abbatem adeo ſui fuiſſe immemorem, vt Cæſarem, & Lucretiam in teſtamento filios ſuos eſſet nominaturus, cum inde præter pęnam amiſſionis omnium bonorũ, ex diſpoſitione cõſtitutionis Pij Quinti, contra teſtantes ad fauorem illegitimorum, propriam turpitudinem in publica ſcriptura propalando, honoris etiam iacturam eſſet facturus: nam quod inueriſimile eſt, imaginem falſitatis inducit. Corneus *conſi.* 56. *nu.*4.*lib.*1. Baldus *in l. fugitiuus. C. de ſeruis fugitiuis*; vnde meritò factum eſt, vt non credatur teſtibus inueriſimilia deponentibus. *cap. nulli. vbi gloſſ. in verbo, irrationabiliter. de electio.* Socinus ſenior *cõſil.* 195. *nu.*9. *lib.*2.

62 Tertiò ad conuincẽdum Abbatem de concubinatu, agentes contra ipſum nitebãtur propria eius confeſſione, contenta in quodam inſtrumẽto, confecto per quendã Vinot notarium, in quo aſſerebat ille, quod cum die 4. Februarij an. 1594. Epiſcopus Tullen. Abbatem Nicolaum corã ſe comparere iuſſiſſet, eundemque perſonaliter primo, ſecundo, & tertio monuiſſet, vt infra certũ ſibi præfixum tempus Catherinam ab eius conſortio, ac alias à ciuitate & ſuburbijs Tullen. ſub pęnis contentis in Concilio Tridentino, *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. penitus ablegaret, Abbas reſpondiſſet, ſe tale ſcortum ab eius domicilio ablegaturum ſi illud ablegare deberet; ex hac enim reſponſione inferebatur, Abbatem nõ negaſſe concubinam, ſed dubitaſſe, an concubinam à ſe expellere teneretur. Cęterum huic probationi Rota parum fidendum cenſuit, cum inſtrumentum falſi ſuſpicione non careret; nam pręterquam quod id erat contra teſtificationem duorum teſtium, aſſerentium, Catherinam ante tres annos habitaſſe in mal pertuſa vicinia, ſcilicet, longe ſita à domo Abbatis, vt ſupra patuit, & ob id non videbatur tunc in eius conſortio fuiſſe Dominicus et Canonicus, qui appoſitus reperiebatur pro teſte in inſtrumento: nec de monitione Epiſcopi factum fuiſſe inſtrumentum, nec teſtes fuiſſe vocatos, conſtabat; vnde ſiniſtra ſuſpicio contra Notariũ & eius inſtrumentum oriebatur. Boſſ. *tit. de falſis nume.*2. His accedebat, quia ex dictis aliorum teſtium apparebat, Epiſcopum duas Abbati feciſſe monitiones; vnam ſuper abdicatione ſcorti; alterã ſuper promotione ad ſacros ordines: Abbatẽ vero illam conditionem, ſi tenear, appoſuiſſe monitioni ſuper promotione, non autem monitioni ſuper dimiſſione Catherinæ: Notarium autẽ in hoc fuiſſe infidelem, qui conditionẽ appoſuerat ei monitioni, quæ nullam conditionem patitur, cum nullus Catholicus adeò ſit impudẽs, & ꝓprię ſalutis immemor, qui dubitet, an ſint ſcorta, & meretrices à conſortio fidelium ablegandę.

63 Poſtremò tametſi omnium dominorum concors ſententia fuerit, acri cenſura coercendos eſſe vbique clericos concubinarios, ob tria potiſſimum mala, quæ in chriſtianam rempublicam inuehuntur; primo quia aliorum, maximè verò laicorum, corda ſcandalizantur; ſecundo quoniam officium eccleſiaſticum vituperatur: tertiũ, quia præſtatur materia peccandi. *capit. ſi mala.* 2. *q.* 5. *capit. ſignificaſti. de adult. & capit. magnæ. de voto* Concil. Triden. *ſeſſ.* 25. *cap.* 14. ijdem tamen concluſerunt, cum agitur de priuatione beneficiorũ, non eſſe raptim, & feſtinanter ſententias priuatorias proferendas, ſed pręter fragilitatem humanam, & pronitatem multorum in venereas voluptates, quarum occultis illecebris velut acribus tormentis, & machinis bellicis viri etiam ſancti ſæpe torquentur, ac concutiuntur, penſanda diligenter eſſe pondera probationum, quæ in hac facti ſpecie ex eo potiſſimum defuiſſe cẽſebantur; quia tameſi ex deductis pro parte religioſorum monaſterij Sancti Mãſueti, eſſet probata aliqua cõcubinatus vmbra ante monitiones Abbati ab Epiſcopo factas, nullo tamen probationis genere docebatur, Abbatem poſt legitimas monitiones in concubinatu permanſiſſe: & tamen ad effectum priuationis, id tempus erat inſpiciendũ; cum enim ob cõcubinatum non inducatur ipſo iure beneficiorum priuatio, vt ſupra dictum fuit, nec ſit inducenda, niſi quando poſt vltimas monitiones indurato animo clericus in concubinatu perſeuerat, de hac contumacia nõ conſtabat; & veriſimile erat Abbatem ab incõtinentia poſt monitiones abſtinuiſſe, tum metu pęnarum ſibi denunciatarum, tum conſiderata longęua ipſius ętate; erat enim ferè ſeptuagenarius, quæ ętas ad militiã veneris profitẽdam, inepta eſſe putatur.

LAVS DEO.

Alia Deciſio in eadem cauſa Tullen. Monaſterij Sancti Manſueti coram eodẽ R.P.D. Pegna 16. Maij. 1597.

64 AGentes cõtra A. plura delicta cumularũt, vt tandem obtinerent declarari, illum ipſo iure priuatum, vel ſaltem priuandũ, videlicet ob concubinatũ, quem Rota cẽſuit non fuiſſe probatum die 27. Ianuarij proximi præteriti: itẽ nõ promotionem ad ſacros ordines, quam dixit ei non obſtitiſſe die 17. Martij. Item dilapidationẽ bonorum, quã excludit die 18. Aprilis in hac ꝑpoſitione, vna tantum parte informãte (quoniã promouẽtes cauſam contra A. ſępe citari, & per auditorem moniti, noluerũt informare) tria alia delicta, dilacerationem cedulonum, periurium, & crimen nefandum, reijcienda cenſuit.

65 Quia dilaceratio cedulonum, quibus A. denũciabatur excõmunicatus, nec probatur facta per ipſum, nec de ipſius mandato, quod nũquã præſumitur datum ad delinquendum, niſi cõcludenter probetur; & præſertim in hoc caſu, in quo ad lacerationem probandam producebatur inſtrumentum confectum per Gerardum Vinot Notarium, qui aſſerebat ex informationibus monacorum mihi nominatorum, ſibi conſtitiſſe, A. cedulones lacerari mãdaſſe; nã monachis contra Abbatem litigantibus, nulla fides fuit adhibita. Pariſ. *conſ.*...*n.*9. *lib.*4. Crauetta *conſi.* 171. *nu.* 8. Soc. ſenior. *conſ.* 47. *nu.* 15. *lib.*4. Verallus *deciſ.* 264. *incipien. teſtes ſubſtinentes litem, par.* 3.

Notatio

66 Notarin autem minus fuerat credẽdum, tum quia referebat ſe ad informationes, de quib. non conſtabat. Aret. *conſ.* 110. *nu.* 1. *verſ. nec valet ſi dicatur*. Corn *cõſ.* 57. *nu.* 6. *lib.* 3. Decian. *cõſ.* 121. *nu.* 18. *lib.* 3. tũ quia Notarius non fuerat de illa lace ratione rogatus. Dec. *cõſ.* 118. *n.* 4. Achilles *deci.* 4. *de fide inſtr.* tũ poſtremo, quia eundẽ Notariũ in hac cauſa eſſe ſuſpicabatur ſuſpectũ in alio iſtru mento, quod ediderat ſuper cõcubinatu, vt nullam propterea fidem ei cenſuerit adhibendam.

67 Sed difficultas tollebatur, quia licet mandatũ Abbatis ad lacerandũ, & declaratio etiã ipſa fuiſſet probata, nõ tamen propterea inducta erat ipſo iure priuatio, nec veniebat priuandus, quia talis pęna ob tale delictum non repetitur iure ſancita, gloſſ. communiter recepta *in cap. fin. vbi Abbas, & cæteri, de iure patronat.* Decius *in c.* 2. *num.* 3. *de reſcript.* Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu.* 248. *C. de reuoc. donat.*

68 Periurum nõ probatur ex eo, quod Abbas in cauſa criminali cum iuramẽto interrogatus, negauerit ſe habuiſſe cõcubinam, & filios ex ea ſuſcepiſſe: tum quia ex prima deciſione in hac cauſa facta, patebat, concubinatum nõ fuiſſe probatum, & conſequenter A. non iuraſſe falſum; tũ pterea, q̃m periurium ẽt probatum non punitur hac pœna; quamuis. n. reus à legitimo iudice legitimẽ, & ſm̃ formam iuris interrogatus, veritatẽ ſub reatu peccati mortalis confiteri teneatur, S. Thomas 2. 2. *q.* 69. *art.* 1. vbi Caietan. & communitet Theologi, nihilominus ſi reus circa proprium crimen falſum dixerit in iudicio, non punitur vt periurus, ſed Deum habet vltorem. Ale. ad Barto. *in addit. in l.* 1. *ff. de bonis eorum qui mort. ſibi conſcin.* Auguſtin. Berous *quæſt.* 134. *nume.* 6. Aegidius Boſſius *tit. de periurio, nu.* 3. *verſ. ergo ſi reus. idem in §. in periurium, nu.* 11. *verſ. ſcias etiam.*

69 Atque ex his ceſſabit indagatio illius difficultatis, an clericus ob periuriũ poſſit priuari beneficijs obtentis, vel ſit potius illis ipſo iure ptiuat⁹; quamuis enim communis ſentẽtia ſit, nõ eſſe ipſo iute priuatum, ſed venire priuandum, Federic. de Senis *conſ.* 50. Fel. *in c. ex parte, il* 1. *nu.* 2. *& ſeq. de reſcript.* Iulius Clar. *in d. §. periurium, nume.* 4. *verſ. item clericus.* Bernard. Diaz *in pract. crim. canon. c.* 92. *nu.* 3. Vbi Salzedas *in verbo, priuandus,* ea tñ intelligitur in vero periurio, & ob periuriũ verè probatum; quod non aderat in hac cauſa.

70 Poſtremo crimen peſſimum nõ erat probatũ, tum quia omnes teſtes loquebantur de auditu, *l. teſtium, C. de teſtibus*, tum quia ex ſe extra interrogatoria de illo deponebant. Barto. *in l. ſi duo, §. item Iulian. num.* 8. & ibi Alexander *num.* 14. *ff. de iureiuran.* Grammat. *deciſ.* 103. *num.* 80. tum ẽt quia ſolum dicebant in genere, quod publice reputabatur pro tali peccatore: nullũ tamen actũ particularem exprimebant; ex quibus non reſultabat concludens probatio, qualis requiritur ad effectum priuationis, *l. fi. C. de probat.* Marſ. *conſi.* 28. maxime cum teſtes non ſpecificarent eos à quibus fama originem habuerat, vt fieri oportebat, *c. qualiter & quando, il* 2. *de accuſ.* & cum à maleuolis, & inimicis initium habere potuerit, tanquam vana populi vox, erat ſpernenda.

71 Quibus augebat cõſuetudo Vltramontanorũ, qui cum cõiter Italos habeant de hoc crimine ſuſpectos, ideo tales vocare ſolent, quãuis nullius criminis in particulari rei eſſe probentur.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Incerta.* Hanc eandem concluſionem hic per Dominum meum firmatam, ꝯ videlicet confeſſio extraiudicialis ſine loco & tempore, generaliter, & ſimpliciter emanata, indicium nõ faciat, ſecuti ẽt ſunt Paris de Put. *de ſindicatu in verbo, tortura, c.* 3. *nu.* 1. *& ſeq. fol. mihi* 316. poſt Bald. in locis per eum relatis. Vbi propterea infert, quod confeſſio informis, vt quia quis fateatur commiſiſſe homicidium, nihil operatur. Marſ. *in l. de minore, in prin. nu.* 49. *in fine, ff. de quæſt.* Brun. *de indic. & tortur. p.* 1. *q.* 3. *nu.* 16. Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de indic. & tortur. §. ſeptimum indicium, nu.* 5. *&.* 6. Foller. *in pract. crim. verbo, & ſi confitebuntur, p.* 2. *nu.* 13. *fol.* 317. Menoc. *de præſump. lib.* 1. *q.* 89. *n.* 20. Paris *cõſ.* 153. *nu.* 31. *ad finẽ, verſi. præterea tũc. lib.* 4. Lud. Peguet. *deciſ. crim.* 17. *nu.* 3. 4. *Vbi de communi.*

Verum Boſſ. *in tit. de confeſſ. nu.* 45. dicit, quod hæc concluſio nõ obtineretur in pract. quia nullus reperitur, qui dũ extraiudicialiter fatetur delictum, rem ipſam recenſeat à principio vſque ad finem; & in ſpecie, quòd cõfeſſio extraiudicialis afficiat confitentem, etiam non expreſſo loco, & tempore commiſſi delicti, videtur de mente Tindar. *in tract. de teſtibus, lib.* 2. *parte* 1. *cap.* 6. *num.* 39. & pro hac contraria opinione Alber. *in l. quoniã. ſub num.* 1. *verſic. quidam enim, ff. de infam.* vbi dixit, quod non nocet extraiudicialis cõfeſſio, qđ quis homicidium commiſerit, nõ nominata perſona occiſa: ſed benè nocet, quãdo quis confitetur ſe occidiſſe Titium: & ſic non videtur requirere loci, & temporis expreſſionem, ſed tantũ ſpecificationem perſonę occiſæ, facit ad idem, quod voluit Anto. de Butr. poſt Iacob. de Aren. quem allegat, *in capit. at ſi clerici, nume.* 28. *colum. fin. in princip. extra de iud.* vbi dixit, non cenſeri confeſſionem extraiudicialem indiſcretam, quando in eo continetur certum delictum, & de certa perſona: ſecus ſi hæc non ſpecificaret confitens, & ita etiam exemplificat Anto. Gomez. *variar. reſ. tomo* 3. *capit.* 13 *rub. de probat. del. ẽt. num.* 8. *verſic. & intellige prædictam concluſionem*, & Ludou. Peguet. *deciſ.* 17. *nu.* 4. & ſic credo veritatem, quod non ſit neceſſe exprimere in confeſſione extraiudiciali qualitates loci, & temporis, ac alias circũſtantias delicti, ſed ſolum delictum & certã perſonam, in quam delictum fuit commiſſum; ſecus ſi hoc non exprimeretur, & ita potes concordare has contrarias opiniones.

Sic pariter, quòd confeſſio extraiudicialis nõ faciat indicium ad torturã, ſi fuerit emanata ſine cauſa, ſcriptum reliquerunt Iacob. de Aren. in l. quo-

l. quoniam. ff. de infam. prout illum refert Anto. de Butr. in c. at ſi clerici. nu. 28. col. fin. in princ. verſi. Iacobus de Arena, &c. extra de iud. refert, & ſequitur Abb. ibidē poſt nu. 16. Addo pro hac eadē cōcluſione Abb. in d. c. at ſi clerici. num. 16. poſt med. verſ. & etiam eſt neceſſe. de iudic. Innoc. in c. per inquiſitionē. nu. 2. verſ. & hæc ſunt vera, extra de elect. vbi quod confeſſio etiā extraiudicialis debet fieri ex cauſa expreſſa, & ibi etiam Bellame. poſt nu. 16. verſ. modo in prima inquiſitione. Anchar. nu. 2. ante finem. Card. Zab. nu. 6. verſi. dicit tamen Innocentius. Pur. de ſindi. verbo, tortura. cap. 3. ſub nu. 1. Adden. ad Matthesil. ſing. 13. poſt med. additionis. Diaz. reg. 124. in 1. limitatione. verſ. ſublimita. 4. relati per Maſ. de probat. lib. 1. concl. 345. nu. 2.

Sed & in hoc etiam, quod immo confeſſio extraiudicialis, etiam ſine cauſa, afficiat confitentem, videtur voluiſſe Alberic. in l. quoniam. ſub nume. 1. verſic. & hanc opinionem. ff. de infam. vbi dixit, quod in realibus, & criminibus non eſt neceſſaria expreſſio cauſę in cōfeſſione, licèt ſecus ſit in perſonalibus actionibus, & ita dicit communiter Doctores tenere, Tindar. de teſt. lib. 2. p. 1. c. 9. num. 39. Maſcard. qui alios refert, & de communi teſtatur, de probat. lib. 1. concluſ. 345. num. 2. verſicu. contrariam tamen, & nume. 3. & pro hac contraria opinione adduci poſſunt etiam Anto. de Butr. & Abb. in d. capit. at ſi clerici. in locis ſupra pro prima opinione allegatis. qui dicunt, tunc confeſſionem dici factam cum cauſa, qñ in caſu ſpecificatur certum delictum, & certa perſona; & ſic non videntur requirere aliam delicti cauſam; itē facit, quod voluit Foller. in pract. crim. verbo, etſi confitebuntur. parte 2. nume. 4. vbi poſt Blanch. in tract. de indic. nume. 207. dixit, confeſſionem extraiudicialem non operari, niſi etiam quis confiteatur cauſam delicti, vel aliter de ea conſter; & ſic nō requirit pro neceſſitate expreſſionem cauſæ in confeſſione, ſed bene requirit, vt de cauſa confeſſati delicti conſter; aliter non conſtito de cauſa, cōfeſſio redditur inueriſimilis, vt per Blā. d. num. 207. quia ceſſante cauſa delicti, delictum non præſumitur, & ita etiam videtur ſentire Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 89. nume. 17. vbi quod confeſſio, et extraiudicialis, ad hoc, vt operetur, debet habere cauſam præexiſtentem: nā ſine cauſa factum non præſumitur, vt ibi per eum, quod & idem dixit Viui. opin. 138. nu. 7.

b Niſi alia concurrant. Et propterea, niſi contra Clericum præcedat diffamatio extraiudicialis, confeſſio nihil operatur, prout etiam voluerunt Felyn. in d. cap. at ſi clerici. nume. 15. col. 5. in princip. verſic. tamen ego teneo, & num. 6. verſ. 3. reſtringit, vbi tamen non ſe firmat. Bero. num. 141. Mantua num. 31. ad finem, in quarta limitatione, extra de iudicijs, idem Fely. in cap. olim. num. 2. verſi. tertius caſus, de reſcript. & in c. de hoc. num. 2. verſ. 2. limita. de ſimonia. Carter. in pract. in ſecūdo tract. de indic. & tortur. §. ſeptimum indiciū. nu. 11. Foller. in pract. crim. in verbo, & ſi non confitebuntur, cap. 1. num. 1. verſic. debet etiam concurrere, & capit. 2. num. 22. in fine, in tertia limitatione, & licet contrarium ſentire omnes Doctores, teſtari videatur idem Fely. in d. cap. at ſi clerici. ſub nu. 6. verſi. cuius tamen contrarium, vbi propterea cogitandū relinquit. Nec diſſentire videatur Deci. ſibi contrarius ibidem num. 114. Et Addentes littera D. teſtentur pariter, quod ita obſeruatur, & alij referātur concordantes; negari tamen nō pōt, quin prima opinio ſit magis communiter recepta, & etiā verior; declarata tamen, prout declarat D. meus Farin. in ſua pract. crim. par. 1. in titu. de indic. & tortur. q. 41. nu. 8. & ſeqq. vbi vide.

c Impunibile eſt periurium. Veriſſima eſt iſta concluſio, quod periurium impunibile ſit in reo criminaliter examinato, pro qua adde latè Octau. Cacheran. Deciſ. Pedemont. 66. per totum. in diſcurſu. Bertazz. conſilio 124. & ibi etiam in addit. vbi de materia. Paul. Granut. theor. 3. numero 1. & ſeq. Vbi amplius, quod iſto caſu imponi non poteſt, nec etiam pœna extraordinaria, ſecundum magis communem, & practicatā opinionem, de qua ibi teſtatur, licet aliqui ibi relati cōtrarium dixerint, & cum communi opinione addo Cartar. in pract. interrogandor. reor. lib. 3. c. 3. nu. 15. Bonacoſſ. in commun. opin. crim. verſ. negās in delictis. vbi allegat Boer. q. 134. per totam, & dictum Sacræ Scripturæ, quia ſcriptum eſt, non te perdas. Idem Bonacoſſ. ibidem, in verſ. Periurus non dicitur, & ad prædictam materiam, vide inſuper Marant. diſp. 3. per totam. Pract. Corra. fol. mihi 280. verſ. quibus adde. Boſſ. in tit. de examinibus Reor. nu. 10. & in tit. de iniur. nu. 30. Clar. in pract. §. periurium. in fine.

Et per prædicta, ſtante impunibilitate dicti iuramenti, & propter periurij ſuſpicionem, licèt de iure non eſſet deferendum reo inquiſito iuramētum, de veritate dicenda, attamē prout omnibus notum eſt, cōtrarium de facto ſeruatur, prout bene explicat idem Cartar. in d. pract. interrogandor. reor. lib. 3. capit. 3. nume. 12. & ſeqq. vbi etiam nume. 15. ponit formam talis iuramenti: immo ſecundum aliquos in examinando reum ſuper aliqua ſpeciali, & ſubſtātiali interrogatione, poteſt iudex eidem reo interrogato cominari aliquam pœnam, ſi veritatem non dixerit; & ſi illa fuerit pecuniaria, poterit etiam exigere, ſecundū Neuizz. in ſilua nuptial. in verbo, monitoriæ, nume. 44. allegat Nicol. de Neapoli in l. ius alimentorum. §. 1. ff. vbi pupillus educari debeat, & idem tradiderunt Paul. Granut. theorem. 3. num. 12. lib. 1. Oſaſch. d. deciſ. Pedemont. 66. Cartar. vbi ſupra poſt nu. 17. ex quibus facile dici poteſt, ita cōmuniter eſſe receptum, quamuis de hac cōmuni dubitet Claud in addit. ad Bertazz. d. conſi. 124. littera B. & quidem, vt verum fatear, iſtam practicā cominandi reos, vt verum dicant, ſub pęna pecuniaria, & quandoq; etiam ſub pęna falſi, aut inciſionis manus, apud nos quandoque ſeruari vidi, pręſertim in inquiſitis ruſticis, ſeu idiotis, qui facillimè verbis commoti, & comminatæ pœnæ terrore, veritatem fatentur; ſed confeſſata veritate, nūquam vidi comminatam pęnam exigi, aut executioni mandari: ſatis enim fuit fiſco delicti veritatem inueniſſe.

Quare firma remanente propoſita concluſione, quod periurium impunibile ſit in reo criminaliter

naliter

nàliter examinato, amplia illum procedere, etiã quod is fuerit examinatus tanquam principalis quoad ſe, & teſtis quoad alios, de quo vide Cara uir. *ste.79. in fi.* Pau. Granut. *d. theor.* 30. *nu.* 11. Bertaz. *d. conſi.* 124. Cartar. *d. c.* 3. *nu.* 15.

Verum prædicta intellige procedere; quando ex delicto, de quo reus interrogatur, venit imponenda pęna ſanguinis; alias ſecus; hoc enim vltimo caſu periurium non eſt impunibile, ſecũdum Grillan. *in tract. de relaxa. carcer. in rubr. de fuga incarcerati. nu.* 9. Niſi forſan imponeretur pęna infamię, quia tunc pariter periurium eſt impunibile, quamuis non agatur de pęna ſanguinis, ſecũdum Neuiz. *in ſilua nupt. in uerbo, monitoriè. nu.* 42. *&* 44. Boſſ. *in tit. de examin. reorum. nu.* & Deciſio. Pedemon. 66. *nu.* 4.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

De pace, an & quando ſit probanda per inſtrumentum, vel potius ſufficiat per teſtes probata, ad effectum minuendi pœnam, ac ad effectum puniendi fractorem pacis: necnon etiam de pacis fractore, an debeat tanquam proditor depingi iuxta conſtitutionem Marchiæ 77. lib. 5. Vnde ſumpta occaſione etiam declaratur, an lex, ſeu conſtitutio noua recipiat interpretationem ab antiqua, & in quibus locis dicta conſtitutio ſeruanda ſit.

SVMMARIVM.

Pax de iure communi probari poteſt tam per inſtrumentũ, quã per teſtes, etiam in caſu ſtatuti pacem requirentis; de cõſuetudine tamen non, niſi per ſtatutum probetur, nu. 1.

Probatio per teſtes eandem vim habet, quam habet probatio per inſtrumentum, nu. 1.

Scriptura in quibus actibus requiratur remiſſiuè, num. 1. *& in addit. littera A.*

Pœna ſtatuti locum non habet, niſi qualitas a ſtatuto requiſita interueniat, nu. 1. *in fine.*

Præcedentia declarantur ex ſubſequentibus, nu. 2.

Clauſula, vt ſupra, refertur ad omnia præcedentia, nu. 2. *in fine.*

Formæ omiſſio, & contrauentio facit actum nullum, nu. 3.

Nullitas ipſo iure reſultat ex actu facto contra prohibitionem legis, nu 3. *in fine.*

Pacis fractores quando pax eſt priuata, non puniuntur pœna Aegidianę conſtitutionis, c. 76. *li.* 5. *nu.* 6.

Statuta tantum diſponunt, quantum loquuntur. nu. 6.

Pœna impoſita a ſtatuto, ſeu conſtitutione in aliquo caſu expreſſo, extra illum caſum imponi non poteſt, nu. 6. *verſic. tum etiam.*

Conſtitutio extenſiua & ampliatiua intelligenda, & interpretanda eſt iuxta qualitates conſtitutionis extenſæ & ampliatæ, nu. 7.

Dictio ſupradicta eſt relatiua ad præcedentia, nu. 8.

Clauſulæ, & qualitates appoſitæ in conſtitutione relata, cenſentur appoſitæ in referente, nu. 8.

Conſtitutio noua ſuperueniens ad interpretationem antiquæ conſtitutionis, cenſetur habilitare oẽs qualitates, & conditiones appoſitas in conſtitutione interpretata, nu. 9.

Pacis violatores de iure communi quomodo puniantur, nu. 10.

Statuta non dicuntur fauorabilia ex eo ſolum quod propter publicam vtilitatem puniantur delicta, nu. 11. *vbi declaratur hæc concluſio.*

Rationis diuerſitas impedit extenſionem etiam in materia fauorabili, nu. 12.

Ratio generalis expreſſa in aliqua conſtitutione non operatur extenſionem ad alios caſus, in quibus non militat ratio ſpecialis eiuſdem conſtitutionis, nu. 13.

Pœnalia non ſunt extendenda ex identitate rationis generalis & impulſiuæ in conſtitutione expreſſæ, quando reſpectu cauſæ finalis & ſpecialis aliqua diuerſitatis ratio conſiderari poteſt, nu. 13.

Pater non tenetur ſoluere legitimam pro filio adoptiuo delinquente, ſtante ſtatuto quod filij delinquentis legitima confiſcari poſſit, nu. 14.

Correctoria & pœnalia ſimul non patiuntur extenſionem ex maioritate rationis expreſſæ in ſtatuto, nu. 15.

Qualitates ſi plures in ſtatuto exprimantur, an ad hoc vt ſtatuti diſpoſitio locũ habeat, requiratur concurſus omnium qualitatũ; an uero ſufficiat unam tantum interuen. n. 16.

Conſtitutiones Carpenſes non niſi in prouincia Marchiæ ſeruantur, nu. 17.

CONSILIVM LXXXI.

1 ADSIT DEVS. Quamuis de iure cõmuni pax probari poſſit tam per inſtr̃m, quàm ẽt per teſtes, ex quo vtraque probatio pacis vim habet, *c. cũ Ioãnes, et ibi gl. in verbo, quodlibet inſtr̃m, de fid. inſtr.* nec pacis actus deſcriptus reperiaṫ inter
a illos actus, qui ad ſui probationẽ ſcripturã [a] requirunt, de quib. per gl. *in c.* 1. *§. poſtquã. §. in ſcriptis. de cenſib. in* 6. & per Spec. *in ti. de inſtr. edit. §. reſtat. uerſ. ſed ſi unus*, idq; procedere ẽt videatur in caſu ſtatuti pacem requirentis, vt per Caſtell. *in tract. ſindicatus, q.* 151. *nu.* 90. & Nel. *in trac. de bannit. in* 3. *par.* 2. *temporis. q.* 38. *nu.* 14. De conſuetudine tñ, qñ agitur de pace a ſtatuto requiſita, ad effectũ nedum augendi pęnam, ſed, & ꝙ plus eſt, ad effectum illam minuendi, nunquam pacis probatio dr̃ concludens, niſi illa per publicum inſtrumẽtũ deducatur: ſic. n. Mediolani ſeruari, teſtaṫ Clar. *in pract. §. fi. q.* 58. *uerſ. pen. nume.* 39. & idem ẽt ſeruari Romę, & in curia Vrbini, Perusiæ, & in prouincia Marchiæ pariter teſtatur Vulpel. *in tract. de pace, q.* 66. *nu.* 5. & Vulpel. refert, & ſequitur Baiar. ad Clar. *d. q.* 58. *nu.* 72. nec diſſentire videtur Nicol. Moro. *in trac. de fid. treg. & pac. q.* 106. *n.* 15. Volens inſuper, pacẽ eſſe in actis regiſtrandã in caſu gratię a Principe obtentæ, cũ conditione pacis habitę. Et in caſu noſtro res omni difficultate carere vr̃ ex Vrbeuetano ſtatuto, *lib.* 3. *rub.* 42. In quo, dum pęna fractoribus pacis imponitur, expreſsè adijcitur qualitas illa, qđ pax ipſa per publicum appareat inſtrumentũ. Quo caſu ſubintrat regula, quod pæna ſtatuti locum nõ habeat, niſi ab eo requiſita qualitas interuenerit. *l. penultim. § quadrig. e. ff. de leg.* 2. Clar. *in pract. §. fi. q.* 85. *ver. vbi agitur.* Olaſc. *deciſ. Pedem.* 163. *nu.* 6.

2 Et licet ſtatutum prædictum, in eius principio, videatur ſimpliciter loqui de turbãtib. pacẽ, non adiecta illa qualitate, quod ꝑ publicũ inſtrumẽ-

eum appareat; nihilominus ſic hmôi pacibus, per publicum inſtrm apparentibus, omnino intelligendum eſt, cum paulo infra expreſſe de pace per publicum inſtrm facta, loquatur. Et ex ſubſequẽtibus præcedentia declarari dubitandum nõ eſt, *l. ſi ſerui plurium in fine ff. de leg.* 1. Bar. *in l.* 1. §. *& parui ff. de vi, & vi armata.* cum alijs per Maſc. *de prob. li.* 3. *concl.* 1124. *nu.* 32. Imo quod talis interpretatio omnino facienda ſit, ſuadent illa uerba ſtaturi, videlicet; Sed ſi quis fuerit tantæ temeritatis, vt pacem factam per publicum inſtrm, vt dictum eſt ſupra, frangere prǽſumpſerit, &c. Ecce ergo, q per illam clauſulam, vt dictum eſt ſupra, frangere, apertè declaratur, ſuperiorem partẽ ſtatuti non, niſi de pace per publicum inſtrm apparente, intelligere voluiſſe, cum clauſula, vt ſupra, ad omnia præcedentia referatur. *l.* 1. §. *hoc edictũ. ff. de poſtu.* Dec. *conſi.* 182. *n.* 3. Ruin. *conſi.* 18. *n.* 12. *lib.* 2. Cæph. *conſi.* 78. *nu.* 1. *& conſi.* 107. *nu.* 3. *lib.* 1.

3 Et vltra ſtatutum, ſunt ẽt ponderanda Vrbeuetana bannimenta, quæ mihi in viridi obſeruãtia præſupponuntur, dum in illis, ad effectum, vt pacis fractores debitis pęnis puniri poſſint, declaratur; *Che non ſi poſſa trattar nè pigliar parola, ò concludere pace, ſe non con interuento de' Notarij ſotto le medeme pene, &c.* Vnde ſequit̃ q oẽs paces contra bannimentorũ pęnalium formã recептę, nullę & inualidæ reputantur, ad effectũ puniendi fractores pacis, prout bãnimenta prædicta loquuntur. *l. non dubium. C. de leg.* Bar. *in l. Prætor ait. in prin. ff. de nou. ope. nunci.* Preſertim in caſu noſtro, in quo ſtatutum prædictum prohibet potentiam aliter faciendi paces. Quo caſu pax aliter recepta, non ſolum eſt nulla, ſed ẽt ipſo iure nulla. *l. à diuo pio, ff. de rit. nup.* Bald. *in l.* 1. *col.* 2. *verſ. ſed hic quæro. C. plus valere quod agitur, nu.* 5. cum alijs per Tiraq. *de leg. connub. nu.* 5. *& ſeq.*

4 Siue igitur loquamur de generali cõſuetudine ſiue ẽt vigore ſtatutorũ Vrbiſueteris, & ſiue demum vigore bannimentorũ, exiſtimarem, ad effectum puniendi D. Seraphinũ, tanq̃ fractorem pacis, p p homicidiũ cõmiſſum in perſonã Innocentij, opus eſſe, vt per publicum inſtrumentum, nõ aũt per teſtes, eadem pax deducatur & probetur.

5 Verum quia admiſſa pacis fractione, etiã quod de pace ad effectum pręmiſſum legitimè conſtet, aduerſarius pętendit, hunc pacis fractorẽ debere, tanq̃ prodirorẽ, depingi cũ capite poſteriori, iuxta conſtitut. Aegidianam, *c.* 76. *li.* 5. extenſam ab alia Carpenſi cõſtit. *c.* 77. *eod. lib.* Et propterea fuit datum dubium, continens duas partes; Primo. ſ. An in caſu de quo agitur, intrent pęnæ d. conſtitutionis Aegidianæ, *c.* 76. Secundo, an intrent pęnæ eiuſdem Aegidianæ *c.* 77. an vero iuris communis tantum.

6 Icc irco circa primam partem dubij, negatiuè omnino reſpondendum exiſtimaui, eo pręcipuè, quia Aegidiana Conſtitutio, de qua *in d. cap.* 76. non loquitur generaliter, aut ſimpliciter, aut indefinitè contra violantes, ſeu rumpentes pacem; ſed reſtrictè, & qualificatiuè, de rumpentibus paces, & reconciliationes ciuitatum, caſtrorum, terrarum, & villarũ, factas per Rectorẽ, vel eius auctoritatẽ, ideo nullo pacto extendi pôt ad paces ſingularium perſonarũ ſine prędictã auctoritate confectas; Tum quia cõſtitutiones & ſtatuta tantum cẽſentur diſponere, quantũ loquuntur. Bal. *in l. teſtamentum. in fi. C. de teſtam.* Soci. iun. *conſ.* 5. *nu.* 27. *li.* 2. Rol. *conſi.* 68. *nu.* 19. *li.* 4. & vbi verba ſtatuti non conueniunt, nec cõuenit ẽt diſpoſitio. *l.* 4. §. *toties. ff. de dam. infect.* Bal. *in l. illam. nu.* 1. *C. de collat.* Grat. *conſi.* 85. *nu.* 9. *li.* 1. Tum etiam, quia pęna impoſita a ſtatuto, ſeu conſtitutione in aliquo caſu expreſſo, extra illum caſum imponi nõ poteſt. *l. at ſi quis.* §. *Diuus. ff. de relig. & ſumpt. fun.* Dec. *in l. factum.* §. *in pœnalibus. nu.* 11. *ff. de reg. iur.* Hippol. Rim. *conſi.* 327. *nu.* 26. Et, prout ſupra dixi, vbi in aliquo caſu nõ adeſt qualitas requiſita a conſtitutione pœnali, ibi nec ẽt conſtitutionis pęna ſuccedere poteſt. *l. peculium.* §. *quadriga. ff. de leg.* 2. Clar. & Oſaſc. *in locis præcitatis.*

7 Quod vero attinet ad ſecundã partem dubij, An. ſ. in caſu noſtro intrent pęnæ conſtitutionis Carpenſis, pariter & negatiuè reſpondendum videtur. Nã prædicta Carpenſis conſtitutio uenit ampliatiuè ad præcedentẽ conſtitutionẽ Aegidianam, vt patet ibi, *Et propter ſupradictam conſtitutionem ampliando, &c.* Ideo debet intelligi ſecũdum terminos, & qualitates expreſſas in d. Conſtitutione Aegidiana, ex vulgari regula, quod in conſtitutione extenſiua, & ampliatiua cẽſentur repetita omnia ea, quę in conſtitutione extenſa, & ampliata appoſita reperiũtur. *in l. nihil intereſt. C. de coniung. cum emancip. liberis.* Dec. *conſi.* 19. *nu.* 3. *col.* 3. *verſ. Nam quamuis ſtatutum.* Decia. *cõſ.* 26. *num.* 73. *li.* 2. vbi alia adducit concordantia iura. Hier. Gabr. *conſi.* 178. *nu.* 41. *& nu.* 44. *li.* 2. vbi loquitur in terminis conſtitutionis Pij IIII. cõtra duellantes, ampliatiuæ conſtitutionis Leonis, dicitque dictam Pij IIII. conſtitutionem omnino intelligendam & interpretandam eſſe ſecũdum formam eiuſdem Leoninæ conſtitutionis.

8 Quod potiſſimũ in caſu præſẽti dicendum vr, cũ Carpẽſis conſtitutio referat ſe ad Aegidianã conſtitut. vt patet ibi, *ſupradictam conſtitutionem.* Per hanc. n. dictionem, *ſupradictam,* dicitur facta relatio præcedentium. *l.* 1. §. *eum qui. ff. de poſtula.* Bar. *in l. talis ſcriptura. in fi. ff. de leg.* 1. Aret. *conſ.* 21. *col.* 1. *nu.* 1. *verſ. nã iſta dictio.* Quare ſubintrat alia concluſio, quod oẽs qualitates, & clauſulæ appoſitæ in conſtitutione relata, cẽſentur repetitæ in referente. Dec. *conſi.* 19. *nu.* 3. *col.* 3. *verſ. & quoniam cum ſtatutum.* Bero. *conſi.* 31. *nu.* 27. *lib.* 1.

9 Quod ſi Carpenſem cõſtitutionem non ampliatiuè, ſeu relatiuè (prout ſe veritas habet) ſed tantum interpretatiuè ad Aegidianam conſtitutionem ſtare dicere velimus, adhuc fiſcus effugere non poteſt, quin ſecundum terminos d. Aegidianę conſtitutionis, interpretari debeat. Vbi. n. noua conſtitutio ſuperuenit, ad interpretationẽ antiquæ conſtitutionis, tunc omnia dicta in conſtitutione interpretata, præſumuntur repetita in interpretante. Bart. *in l. prætor.* §. *eritque, numero* 2. *in fine, ff. de vi bonor. raptor. & in Authent. de filijs ante dotal. inſtrum. nat. numero* 1. Dec. *conſilio* 19. *numero* 3. *col.* 3. *uerſic. ſtatutum vero.* Cæph. *conſi,*

*conſi.*177.*nu.*4.*li.*2.Menoch.*de præſumpt.li.*2.*præſump.*7.*nu.*10.

10 Igitur cum Aegidiana cõſtitutio loquatur in caſu, in quo paces ſunt initæ, vel per Rectorẽ, vel eius auctoritate; ita ẽt dicẽdũ eſt, quod intelligi debeat ſubſequens conſtitutio Carpẽſis, ſiue ampliatiuè, ſiue relatiuè, ſiue ẽt interpretatiuè ad p̃cedentẽ conſtitutionẽ emanauerit. Et conſequẽter in caſu, de quo agitur, non cõſtitutionũ prædictarum pęnę; ſed tantum iuris communis, locũ habebunt, de quibus *in c.*1.*in tit.de pac.tenen.& in c.*1.*§.ſi quis vero.in tit.de pac.iuram.firman.*

11 Nec obſtent ea, quæ exaduerſo deducũtur de extenſione facienda in huiuſmodi cõſtitutionibus, tanquam fauorabilibus, & publicam vtilitatem reſpicientibus, pp delictorum punitionem; hæc.n.omnia ſunt contra cões regulas, & Doctorum concluſiones. Nam ſi ſtatuta punientia delicta propter publicã vtilitatem, reputarẽtur fauorabilia, & eſſent extẽdẽda vltra caſum, de quo loquuntur, vtiq; in totum deſtruerẽt cõis, & vetiſſima regula, qđ in pęnalibus extenſio facienda nõ ſit. Ideo aut concluſio, exaduerſo firmata, nõ eſt vera, aut ſaltem intelligenda, qñ delictũ omnino remaneret impunitum, ſi pęnalis conſtitutio nõ extẽderetur; ſecus aũt ſi delictũ adhuc puniretur, ſed mitiori pęna (prout in caſu noſtro) quia tunc nõ maior, ſed minor pęna eligenda eſt. Et quoad hunc effectum, non fauorabilis, ſed odioſa reputanda eſt conſtitutio, ad text. *in l.interpretatione, ff.de pœnis*, & optimè declarãt Sarm. *Selec.interpr. li.*1.*c.*12,*nu.*1.*& ſeq.* Thob. Non. *conſ.*45.*n.*9.& latius Menoc. *de recup.poſſ.remed.*1.*nu.*29.*& ſeq.*

12 Vltra ꝙ ſiue hęc cõſtitutio ſit fauorabilis ſiue odioſa, abſurdũ vr̃ tractare de illius extenſione, ſtante diuerſitate rationis. Magis.n.delinquit, q pacem publicam interrumpit, quã qui priuatam; magiſq; Reipublicę intereſt, publicam pacem ſeruari, quam priuatam; Sicut & rurſus magis delinquit, qui Prætoris auctoritatẽ, ſub qua ſequuta eſt pax, offendit, quã qui alterius priuatæ perſonæ. Ideo ab vno caſu ad aliũ extenſio fieri nõ debet, pp rationis diuerſitatẽ, quæ ẽt in materia fauorabili extenſionẽ impedit. Aym. *conſi.*6.*nu.*10.*&* 11.cũ alijs per Tiraq. *de legib.connub.gl.*5.*n.*115. Pręſertim qñ agitur de extenſione reſpiciente diuerſitatem perſonarum, quia ẽt ſtante idẽtitate rationis, illa eſt omnino prohibita. Mand. *cõſ.*74.*nu.*2. Cæpli. *conſ.*107.*nu.*18.*& ſeq. & conſ.*114.*nu.*7. Oſaſc. *deciſi.Pedemon.*23.*nu.*48.

13 Et vltra præmiſſa, quia adhuc video per exaduerſo ſcribẽtes vim fieri in idẽtitate rationis, expreſſæ in d.cõſtitutione Carpenſi, videlicet, pro bono pacis; quæ etiã videtur limitare in pacibus initis ſine iudiciali authoritate; ideo conſidero, ꝙ ratio in conſtitutione Carpẽſi, videlicet, de bono pacis conſeruando, eſt vtiq; generalis, ſed impulſiua, non autem ſpecialis, & finalis. Specialis enim, & finalis ratio, qua idem Aegidius motus fuit, ad illam grauem pœnam imponendam, fuit qualitas conſiderata tum reſpectu perſonarum, inter quas pax erat inita; Tum etiã reſpectu eius, cuius auctoritate pax inita fuit. Quæ ſpeciales rationes cũ non militent in omnibus pacibus, neceſſario dicẽdũ eſt, quòd ex generalitate rationis expreſſæ, non eſt facienda extenſio ad omnes caſus, in quibus eadẽ generalis ratio militat, ſtante diuerſitate ſpecialis rationis prædictæ. Ratio.n. generalis, vt delicta puniantur; vt pax conſeruetur, fauor Reipublicæ, & ſimilia, dicitur impulſiua, & non finalis. Finalis autẽ dicitur ea, quę magis in ſpecie ſtatuẽtes mouet ad ſic ſtatuendum. Quare ſubintrat concluſio, quod in pœnalibus, nec ẽt eſt facienda extenſio ex idẽtitate rationis generalis, & impulſiua, quãuis in ſtatuto expreſsè, reſpectu cauſę finalis & ſpecialis, aliqua diuerſitatis ratio conſiderari poteſt, prout in caſu noſtro, ſecundum Cyn. Bar. Bal. & alios *in l.conuenticulam.C.de epiſ.& cler.* Iaſ. *in Auth.quas actiones, nu.*17.*in fi.& num.*22.*etiam in fi.C.de ſacroſ.eccleſ.* Pariſ. *conſi.*69.*n.*178.*li.*3. cum alijs cumulatis per Marc. Ant. Eugen. *conſi.*49.*nu.*21.*& ſeq.* vbi amplius quod in dubio cauſa in conſtitutione expreſſa, præſumitur impulſiua, & non finalis, & per Honded. *conſi.*95.*nu.*113.*& ſeq.*

14 Et propterea conſtitutionẽ Sixti IV. volentẽ, patrem teneri ſoluere legitimam pro filio delinquente, & in qua eſt expreſſa rõ, ne filij ſciẽtes ſe nihil habere, & nihil ipſis propter delictum confiſcari poſſe, promptiores ſint ad delinquẽdum, non eſſe extendendam ad filios adoptiuos, quãuis in illis militet ratio expreſſa in cõſtitutione, cõſuluerũt in ſpecie Thob. Non. *conſi.*100. Eug. *d.conſ.*49. Honded. *d.conſi.*95.*nu.*114. ex quorum dictis optimè caſus noſter decidiť, & prorſus tolliť argumẽtatio exaduerſo facta de prætẽſa extẽſione pp expreſſam rõnẽ p̃dictã in cõſtitutione.

15 Et vt hæc materia vnico verbo perſtringatur, quicquid alias ſit in exorbitantibus ſolum vel in correctorijs ſolum, qñ tñ ſumus in correctorijs, & pęnalibus ſimul, ſeu etiã in exorbitantibus, & pœnalibus, prout in caſu noſtro; quòd tunc etiã quòd ratio ſit expreſſa, & etiam ex maioritate rationis, extenſio non concedatur, omnes Doctores cõiter admittunt, vt videre eſt apud Grat. *cõſ.*154.*n.*27. Iaſ. *cõſ.*146.*n.*8. Cur. iun. *conſ.*238.*n.*18.*& ſeq.li.*3. Boſſ. *in tit.de captura.nu.*44.*verſ.veritas tamen vr̃ eſſe.* Petr. a Plac. *in epith.delict.c.*1.*nu.*15. Oſaſc. *deciſ.Pedem.*21.*num.*13. Honded. qui alios plures refert concordantes, *conſ.*95.*nu.*99.*& ſeq.*

16 Et licet, quando in lege duæ exprimũtur qualitates, quarum vna ſufficit ad cõceſſionem eius, quod in lege ſtatuitur, nõ ſit neceſſe ambas qualitates concurrere, ſed vnam tãtum ſufficere, dixerit gl. *in c.*2.*cũ ibi notat per Doct.extra de reſcrip.* vbi Papa cõmittit, clericum a præbẽda amoueri, conſtito de illius periurio, ac priuatione, & tamẽ ibi gl. & Doct. dicunt ſufficere cõſtare aut de periurio, aut de priuatione, quia vnumquodq; de ſe ſufficiens reputatur a iure ad priuationẽ præbendę; non poteſt tamen caſui noſtro adaptari, quia nullo iure cauetur, quod ſola qualitas perſonarũ faciendi pacem, abſque qualitate authoritatis Prętoris, cuius medio facta ſit pax, ſufficiat ad imponendam pœnam, de qua in dicta conſtitutione; immo cum dicta conſtitutio ambas qualita-

ces requirat, Ideo ad hoc vt locum habeat, ambas interuenire debere, ꝓbatur ex traditis per Clar. *in pract. §. fi. q. 85. verſi. vbi agitur.* & Oſaſc. *d. deciſi. Pedemon. 163. nu. 6.*

37 Bulla Pauli III. ſub die 10. Septembris 1544. non facit ad ptopoſitum, quia Carpẽſes Conſtitutiones non, niſi in Prouincia Matchiæ, obſeruari mandat, in qua Prouincia non dr̃ eſſe Ciuitas Vrbiſveteris. Ergo omnibus iam dictis ceſſantibus (prout fortiter vrgent) non pōt in præſenti caſu tractari de pęna d. Carpenſis, cum non, niſi in Ptouincia Matchię, locum habeat, & hoc tollit omnem difficultatem. Sic etiã nec facit Bulla Sixti V. ſub dat. Romę, 10. Martij 1588. in verſi. declarantes; Tum quia talis conſtitutio licet in eius principio generaliter dicat, in toto ſtatu eccleſiaſtico eſſe ſeruandas conſtitutiones Pontificias, quãdo tamen loquitur de conſtitutionibus Marchiæ, expreſsè dicit, illas ſeruandas eſſe iuxta conſtitutionum Pauli III. confirmatoriam, quã idem Sixtus pariter approbat, & innouat. Bulla autem Pauli III. vt mox dixi, non niſi in Prouincia Marchiæ, Carpenſes conſtitutiones ſeruari mandat; Ideo non vlterius extendenda eſt conſtitutio Sixti, referens ſe ad conſtitutionẽ Pauli III. & illam approbans, & innouans ex allegatis; Tum etiam quia eadem Bulla Sixti V. tunc demum conſtitutionem Marchiæ ſeruari mandat; quando ſcilicet, non prouident loci ſtatuta, & ſi prouident, inualida ſunt. In caſu autẽ noſtro habemus ſtatutum Vrbiſueteris *lib. 3. rubr.* 42. quo certa pœna fractotibus pacis imponitur; & illud quidem eſt in vitidi obſeruantia: Ideo non eſt recurrendũ ad conſtitutiones Marchiæ. Quare tũ de iure communi, tum etiam vigore conſtitutionum Pauli III. & Sixti V. pęna Carpenſis conſtitutionis nullatenus applicari pōt in caſu, de quo agiť. Et ita fuit reſolutũ in Sacra Cõſulta. L.D.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ADDITIONES.

a *Scripturam requirunt*. Regulariter contractus ad ſui validitatem ſcripturam non requirit, licet conttactus per ſctipturam fiant pro facilioti eorum probatione. *l. contrahitur, ff. de pignorib. l. pen. ff. de fide inſtr. c. 1. de cenſib. in 6.* Verũ aliquos eſſe contractus, qui ſcripturam requirant, dubitandum non eſt, de quibus lectotem remitto ad Marſil. *in rub. de prob. nu. 20. & ſeq.* Rom. *ſing. 6.* Dec. *in l. pactum quod bona fide. nu. 2. C. de pactis.* Stephan. Lamberteng. *de contract. eorum, &c. glo. 7. nu. 90. q. 35.* Hercul. *in tract. de negatiua. nu. 93.*

Fam. Cent. V. I. D. *Galeſ.*

ARGVMENTVM.

Impugnatur ſententia iudicis, qui in fuſtigationis pęnam condemnauit reũ pro teſtium ſubornatione, de qua aliter non conſtabat, quam ex depoſitionibus eorundem teſtium, qui ſe ab ipſo ſubornatos aſſerebant.

SVMMARIVM.

Præſumptionibus, & indicijs quantumuis violentis, condemnari nemo poteſt in pœnam delicti ordinariam, num. 1. Contra addit. littera A.

Pœna falſi hodie eſt arbitraria. nu. 2.

Falſum committendo circa teſtes non perdit cauſam, nu. 2. in fine.

Pœna fuſtigationis reputatur grauiſſima, propter grauem quã infert, ignominiam & morti æquiparatur, num. 3. & in addit. littera B. vbi de veritate iſtius concluſionis.

Præſumptiones, & indicia indubitata non ſufficiunt ad condemnandum in pœnam corporalem. nu. 3. præſertim vbi ordinaria pœna delicti non eſt mortis, nu. 4.

Torqueri quando aliquis non poteſt propter defectum, aut dignitatem perſonę, tunc imponitur pœna extraordinaria, videlicet exilij, aut pecuniaria, nu. 5.

Teſtes plures dicentes falſum depoſuiſſe de mandato alterius faciunt de conſuetudine indicium ad torturam, duobus concurrentibus. Primo, vt non patiantur alios defectus. Secundo, vt in tortura depoſuerint; immo ſecundum aliquos iſto caſu tortura non purgat periurium & infamiã, nu. 6. Ad condemnationem vero nunquam ſufficiunt, nu. 7. & num. 11. vbi ampliatur etiam quòd teſtes afferant excuſationem, quare falſum depoſuerunt.

Teſtes, qui falſum depoſuerunt præſumuntur ſubornati a producente, quomodo hoc intelligatur, nu. 10. & nu. 11.

Res iudicata, pro veritate habetur, nu. 11.

Proceſſum, qui dicit nullum, & defectiuum, illum exhibere debet integrum, nu. 14

CONSILIVM LXXXII.

1 ADSIT DEVS. Domini exaduerſo ſcribentes, vt ſubſtineant ſententiam fuſtigationis, & amiſſionis cauſæ, datam in curia Capitolina contra Bernardinum L. conantur omnes demonſtrare, quod contra ipſum ex proceſſu reſultabant præſumptiones adeo vrgentes, & vehementes, vt ex ijs merito potuerit in pęnam extraordinariam condemnari, propter qualitatem delicti occulti, & difficilis probationis; & ego ꝓ nunc volo admittere eorum aſumptum, ſed vellem ſcire, quomodo poſſunt probare, pęnam inflictam D. Lucatello, fuiſſe extraordinariam, cũ ad vnguem illi fuerit impoſita ordinaria ſtatuti pœna: & tamen certum eſt in iure, quod quando iudex condemnat aliquem ex præſumptionibus
a quantumuis violentis, nunquam [a] ordinariam ſtatuti pęnam imponere poteſt. Innoc. communiter approbatus *in c. quia veriſimile, nu. 2. verſ. nota tamen. de præſump.* Boer. *deciſ. 164. nu. 6.* Boſſ. *in tit. de coniect. nu. 41.* Gig. *de crim. læſ. maieſtat. lib. 2. tit. quomodo & per quos crim. læſ. maieſt. probetur. q. 29. nu. 4.* Brun. *de indic. & tortu. par. 1. q. 4. nu. 13. ad fi. verſ. aduertendum tamen, & nu. 14.* Tiraq. *de pœn. cauſ. 27. nu. 1. & ſeqq.* Petr. a Plac. *in epith. delict. c. 14. nu. 3. in fi.* vbi teſtatur de magis cõi opinione. Ant. Gom. *de delict. c. 3. rubr. de homic. nu. 45.* & ibi Soarez *in addit. lit. I, in verb. vt eleganter.* vbi pariter de cõi, de qua etiam teſtati ſunt, Maſc. *de probat. lib. 3. concl. 1221. nu. 55. & nu. 73. & ſeq.*

2 Et ſi forſan (prout exaduerſo annuitur) dicatur, prędictas pęnas fuiſſe L. impoſitas, nõ in vim ſtatuti (quod loqui videtur in producente, non autem in ſubornante falſos teſtes) ſed vigore iuris

ris cõmunis, cuius pęna videtur eſſe deportationis,cum publicatione bonorũ.*l.*1.§.*fin.ff.de falſ.* & hodie arbitraria iuxta trad.per Clar. *in prac.*§.*falſum.verſi.ſed quæro quæ ſit.* Et tunc vellem etiã ſcire, vnde motus fuit D. Iudex ad condemnandum ipſum Lucatellum in amiſſionem cauſæ, cũ eodem iure cõi indubitatum ſit,quod falſum cõmittens circa teſtes,vel inſtrũ,cauſam non amittit.Bar.*in l.in fraudẽ.*§.*quoties. ff.de iure fiſci.* Dec. *in c.cum venerabilis.n.*21.*de excep.* Boer.*deciſ.*291.*poſt nu.*2.Franc.Turzan.*comm.opi.c.*81.cum alijs, quos in propoſito referendo ſequitur.

3 Et quidem ẽt inſpecta diſpoſitione iuris communis,ſicut ſententia prædicta fuit iniuſta reſpectu amiſſionis cauſę, ita etiã fuit iniuſta reſpectu fuſtigationis; quæ pęna negari non poteſt,quin ſit corporalis; & propter grauẽ,quã infert,ignominiam,grauiſſima [b] etiam reputari debeat;imò, & morti æquiparari,ad trad.per Clar.*in prac.*§.*fi.q.*70.*verſi.Mitra quoque impoſitio.* & per Menoch. *de arbitr.q. lib.*1.*q.*80.*num.*40.*&* 41.& per Ioſeph. Lud.*deciſ.Lucen.*1.*nu.*24.*& ſeq.par.*1. Et nihilominus firmatiſſima eſt iuris regula, quod quãdo ex præſumptionibus,ſeu indubitatis indicijs cõdemnatur,non in pęnã corporalem,ſed tantũ in pęnam pecuniariam condemnari põt,ſecundum Pau.de Caſt.*in l.fi.nu.*4.*& ſeq.C.de proba.* vbi ampliat ẽt , quod indicia, & præſumptiones eſſent mille.Aret.*in c.*3.*loco.ſub nu.*16.*de proba.*vbi de cõmuni.Fel.poſt alios *in c.Afferte.nu.*6.*de præſumpt.* Alciat.*de præſump.reg.*2.*præſum.*9.*nu.*4.Boſſ.*in ti. de coniect.nu.*34.*& ſeq.*vbi teſtatur de communi , & practicata opinione.Menoc.*de præſump.li.*1.*q.*97.*& nu.*18. Petr.a Plac.*in epit.delict.c.*19.*nu.*16. vbi de communi. Ant.Gom.*de delict.c.*12.*rub.de proba.delict.nu.*25.*verſic.ex quibus infero.& verſic. imò,& quòd magis eſt,vbi etiam de communi.*

4 Et licet non ignorem non deficere Doctores, qui dicant,qñque ex violentis prę ſumptionibus fuiſſe aliquos ad triremes condemnatos,& tranſmiſſos ne dum fuſtigatos,eſt tamen aduertendũ, quòd ipſi loquuntur in delicto, pro quo de iure communi pęna mortis imponebatur; tunc enim de conſuetudine,quando indicia ſunt indubitata, & præſumptiones ſunt violentiſſimæ , iudex recedendo a pęna mortis,ſolet quandoq; corporalem pęnam imponere; ſed quando pęna delicti ordinaria non eſt mortis, ſed corporalis(vtputa triremiũ, vel fuſtigationis prout in caſu noſtro) quod tunc ex prę ſumptionibus,& indicijs poſſit eandem pęnam corporalem infligere,ab omni iure,& ratione alienum eſt; nec tale quid fuiſſe vnquam alias ſeruatum,facilè teſtari poſſum.

5 Augentur prædicta,quia ſi(vt Dñs exaduerſo ſcribens,bene conſiderat) L.fuit cõdemnatus ex indicijs, & nõ tortus,eo quia nõ poterat torqueri , neceſſario ſequitur, ꝙ nec poterat D. Iudex iſto caſu corporalem pęnam, ſed tãtum exilij, & pecuniariã imponere, ſicut in ſpecie voluit Bal. *in l.fi.nu.*8.*verſ. ſi autem non adiungetur confeſsio. C.de proba.* quem referendo ſequuti ſunt Gram. *voto* 15.*nu.*15.& Capic.*deciſ.*126.*n.*14.& expreſsè firmat Baiard.*in addit.*ad Clar.*q.*64.*nu.*72.

6 Verũ ſupplicatur aduerti,ꝙ omnia præallegata procedunt, admiſſo aduerſariorũ præſuppoſito , quod.ſ.Lucatellus foret præſumptionib. conuictus,& potuerit in aliquam pęnam cõdẽnari;ſed veritas eſt, ꝙ non ſolum non erat conuictus; ſed nec ẽt indiciatus ad torturã, cũ vt oretenus probaui,licet teſtes plures,dicẽtes de alterius mãdato falſum depoſuiſſe,faciant de conſuetudine indiciũ ad torturam , per ea quæ teſtati ſunt Boer. *deciſ.*319.*nu.*5.*ad finem,verſ.& ſecundum hanc opi.* Boſſ.*in tit.de indic.& conſiderat. ante torturam.nu.*159.*& in tit.de inquiſ.* Vulpel.*conſ.*103.*nu.*5.*&*6. Clar.*in pract.*§.*fi.q.*21.*verſ.ſed pone.*Bertaz.*conſil.*110.*poſt nu.*1.Hoc tñ procedit,duobus concurrẽtibus.Primo,vt non patianẽ alios defectus, Rui. *conſi.*147.*ſub nu.*3.*li.*5.Nat.*conſi.*298.*nu.*6.*& ſeq. li.*2.Boſſ.*in tit.de indic.nu.*23. Vulpel.*conſi.*83.*nu.*6.*verſ.ſic & qualitas.*Secundo vt ijdẽ teſtes, tanquam aſſerti ſocij criminis, & infames, ſint torti ad faciem inquiſiti.Boer.*deciſ.*319.*poſt nu.*4. Vulpel.*conſi.*30.*nu.*7.*& conſ.*83.*nu.*8. Clar.*in pract.*§.*fi.q.*21.*verſ.quæro nũc.& in fi.* Imò ſecũdũ aliquos in teſtibus,qui dicunt ſe corruptos falſum dixiſſe,tortura,nec ẽt purgat periurium & infamiam. Dec.*cõſ.*189.*nu.*10.*ad fi.verſ.non ob. quod ſecũdum dictum fuit depoſitum in tormentis.& nu.*11.*verſ.nõ obſt.quod infamia videtur purgari per torturã.* Rui.*cõſ.*146.*n.*2.*verſ.& ĩõ eius teſtimoniũ ẽt poſt torturã, & nu.*3.*verſ.Nec obſt.ꝙ fuerit tortus.li.*5.cũ alijs ꝑ Cæph.*conſ.*233.*n.*7.*& conſi.*273.*nu.*1.*& ſeq.li.*2. Sed ſic eſt,quod teſtes prędicti vltra defectũ periurij,ſunt viles,& pauperes, deponũtq; cõtra virũ bonæ famæ,& qui ſe ſponte in carceribus conſtituit,& eorum duo ſine vlla prorſus tortura depoſuerunt;Iccirco eorum depoſitionibus eo minus ſumi poſſe aliquod indicium ne dum probationem,omnino ex pręmiſſis concludendum eſt.

7 Quibus non obſtent ſcripta per Ant.Gom.& per Lud.Pegu.in locis exaduerſo citatis,dicẽtes, poſſe deueniri ad condẽnationem ex diſpoſitionibus plurium aſſertorum ſociorũ criminis:nam iſti loquuntur contra communes Doct. opiniones,& cõiter reprobantur prout latè demonſtraui *in mea pract.crim.in tit.de indic.& tort.q.*43.*nu.*33.*& ſeq.& nu.*68.*& ſeq.& q.*45.*nu.*28. Et in terminis prout alias coram Illuſt. D.meo Senatore dicebã ; fuit reſolutum tpe Greg. XIII. in cauſa Alexandri Raſtelli Abbatis S. Sebaſtiani coram Illuſtriſ.tunc Vicario,in qua aderant tres teſtes, videlicet Rutilius Verallus,Alexander Hilarius, & Vincentius de Sanctis;oẽs nobili genere nati; & eorum duo Doctores,qui confeſſi fuerant falſum depoſuiſſe contra Io. Mariam Vbaldinũ de mandato d.Abbatis ; & tñ cauſa tunc diſcuſſa in plena carcerum viſitatione exiſtentibus iudicib. Bernardino Cotta , & Horatio de Benedictis, fuit idẽ Abbas ex carceribus relaxatus ſine tortura, ne dum ſine cõdemnatione , quãuis acerrimũ haberet inſtigatorem;vltra qđ Ant.Gom.& Ludo.Pegu.præſupponunt terminos habiles,quòd videlicet aſſerti ſocij criminis nõ patiantur alios defectus;& quod fuerint torti & legitimè examinati ; qđ vt ſupra dixi,nõ cõtigit in caſu noſtro.

8 Ad ea, quæ de teſte mediatore, & de facto proprio deponente, exaduerſo ſcribunt̃, nõ eſt opus reſpondere, cũ non faciãt ad propoſitum, ex quo ſumus in mediatore deponente de ſuo proprio crimine, & alium in ſocium nominante; quo caſu non intrant exaduerſo allegata.

9 Pariter nec opus eſt reſpõdere ad aſſerta adminicula, quę ſumuntur ex verificatione loci, tẽporis, & aliarum circũſtãtiæ; quas idem Lucatellus fatetur; cũ circũſtãtias, & qualitates, quas ipſe fatet̃, erant neceſſariæ ad examen teſtiũ; ſed non ad falſitatẽ; & ſic cũ nõ inferant ad delictum, ſed ad examẽ, nõ põt ex illis aliqua mala ſuſpicio oriri.

10 Et demũ, nec ẽt facit quod iſti teſtes fuerint in cauſa ciuili producti ab eodẽ L. & quod deponẽdo ad eius fauorẽ & cõmodũ, præſumantur ab ipſo ſubornati, ptout dixi *in mea pract. crim. d. q. 45. nu. 75 & ſeq.* (prout D. exaduerſo ſcribens ſic me ipſũ allegat &c.) Nam vt ibidẽ probaui *nu. 34. & ſeq.* prædicta poſſunt procedere, qñ conſtat de falſitate aliunde quàm per teſtes examinatos; & tñ ad cõdẽnationẽ nunquã ẽt in cauſa ciuili proceſſũ fuit, ptout voluit Rot. in illa Parmẽ. ſtatus, corã D. Seraphino, Lunæ 15. Iunij 1597. Ex quib. negari non põt, Lucatellũ non ſolũ nõ cõuictũ, ſed nec ẽt indiciatũ extitiſſe; & tñ fuit per Vrbẽ fuſtigatus, & in amiſſionẽ cauſæ cõdẽnatus; ſed talis ſententia fuit reuocata, dictumq; per iudicẽ appellationis malè fuiſſe fuſtigatũ, cũ nõ niſi in pecuniariã pęnam, debuiſſet condemnari. L. D.

Deciſio, de qua fit mentio ſupra nu. 10. in fine corã R. P. D. Seraphino Luna 15. Iunij 1597. Parmen. Status.

11 FVit dubitatũ, an exceptio ſubornationis teſtium obſtet DD. Pallauicinis; & ex pluribus rationibus Dñi cenſuerunt, non obſtare. Primo, quia cũ Pallauicini fuerint accuſati corã cõſilio Placentiæ ad inſtantiã Comitis Ludouici anno 1546. factis hinc inde probationib. ſecuta eſt abſolutio ad fauorẽ Pallauicinorũ cũ cõdẽnatione D. Ludouici ĩ expẽſis, & teſtes fuerũt cõdẽnati ĩ pęnã fuſtigationis, quæ ſnĩa cũ tranſierit in iudicatũ, pro veritate hr̃. Gabr. *de ſent. concl. 4. nu. 14. cum ſeqq.* Secundo, quia prætenſa ſubornatio in hac materia criminis, & odioſa, probanda eſt per probationes cõcludentes, vt fuit reſolutũ in cauſa Vlisbonen. coram bo. me. Cotta 20. Februarij 1573. & per alios teſtes quam eos, qui dicunt ſe fuiſſe corruptos. *c. ſicut nobis. vbi Doct. de teſtib.* Fely. *in c. cum in tua. nu. 7. de teſtib.* Rui. *conſi. 146. nu. 34. lib. 5.* latè Cęphal. *conſi. 233. lib. 2.* Nam ex eo quod dicunt ſe corruptos dixiſſe falſum, oſtẽdũt ſe eſſe periuros & falſarios; idcoque eis non creditur. *c. teſtimonium. de teſtib.* Ruin. *conſ. 147. nu. 5. li. 5.* Rol. *conſi. 16. nu. 7. li. 1.* Veral. *deciſ. 73. lib. 1. in manuſcrip.* vbi dicit hoc procedere, etiam ſi teſtes afferant excuſationes; & ita affirmat fuiſſe tentũ in hac cauſa Parmen. Status. 12. Iunij, 1551. coram Puteo; vnde cum Rangoni deſumant ſuas probationes ex dictis iſtorum teſtium, illæ non ſunt attendendæ, ſed requirendæ.

12 Tertio fuit conſideratũ depoſitionem eorũ de anno 1536. in qua dixerunt ſe fuiſſe inductos ad teſtificandum falſum a D. Co. Ludouico, eſſe co adiuuatã ꝑ alios teſtes, nẽpe presbyteri Baptiſtę de Ferrarijs teſtis pro parte Rangonorum examinati, & aliorũ, qui fuerunt ponderati in alia deciſione corã me facta in hac cauſa, deponentiũ, nõnullos de iſtis teſtibus eis dixiſſe ſe non reperire confeſſorẽ, qui eos abſoluere vellet, ꝑꝑ falſũ teſtimonium per eos dictum; Et hæc fuit cauſa, cur Pallauicini porrexerunt contra dictos teſtes querelam hic in curia antequam ſequeretur prætẽſa ſubornatio in loco Varani, quæ a Rangonibus prætẽditur, & hoc multum eneruat ſuſpicionem illam, quæ ex detentione teſtium in Caſtro Varani deducitur; Nam ſi non præceſſerat ſubornatio antè hoc tempus, vtique non fuerant ſubornati; ſic.n. de hac re conquerebantur cũ Baptiſta Ferrario, & alijs; nec verum videtur, fuiſſe teſtes priuata authoritate detentos in Caſtro Varani, qa cõtrariũ ꝓbatur ex depoſitione Marci de Opicis & Mõtauini, & ex litteris Senatoris Vrbis.

13 Quarto concurrunt coniecturę, quia poſt ſententiam latam Placentiæ contra Io. de Vbertis, & Bernardinum Montauinum ex eorum confeſſione & ratificatione ſequuta anno 1537. Co. Ludouicus tacuit ꝑ plures annos, & anno 1544. coram Cardinali Pariſio fecit inſtantiam pro remiſſoria, ad effectum examinãdi alios teſtes, qui nihil probarunt, & fuerunt per Dominos antiquos reiecti, vt ex deciſionibus Putei, & Caputaq. apparet, vnde tunc confugerunt Rangoni ad aliam exceptionem, quod non conſtaret de contractu matrimonij inter Bernardinum & Catherinam, quod prius per eos nunquam reperitur deductum in controuerſiam.

14 Non obſtat, ꝙ dr̃, proceſſum factum de anno 1536. fuiſſe nullũ & ſine citatione, & non fuiſſe adhibitã aliquam diligentiam, neq; facta debita interrogatoria in teſtiũ examine, & omnia geſta abſente & ignorante Co. Ludouico, quia de hac aſſertione conſtare non põt, cũ non reperiantur acta illius iudicis; & qui dicit, proceſſum eſſe nullũ, vel defectiuũ, illũ debet exhibere integrũ; vt pluries fuit in Rota reſolutum; quod maximè in hoc caſu eſt dicendũ, cũ cauſa per biẽnium, & vltra agitata fuerit in partibus, vbi nõ põt prætẽdi eius ignorãtia, & idem caſus annis elapſis in Rota cõtigit, cũ ꝓ parte Rãgonorum negaretur in examine facto corã bo. me. Dario, interueniſſe citationẽ partis, & tñ poſtea repertis actis cõſtitit de cõtrario, vt fuit dictum 10. Nouembris 1595.

15 Non obſtat, quod Sigiſmundus declinauerit forum vti laicus, quia hoc nõ obſtante, lata fuit indefinitè ſentẽtia ad fauorem Pallauicinorum, & cõdemnatus Ludouicus in expenſis; quod factum non fuiſſet, ſi aliqui tantum fuiſſent abſoluendi, etſi conſtitiſſet per alios fuiſſe factam ſubornationem; tunc enim non erat condẽnandus D. Ludouicus in expenſis. Quantum ad dictum Capitanei Ioã. Antonij, eius non fuit habita ratio, cum ſit vnicus, & multæ cõtra cum militent exceptiones, de quibus in alia deciſione vltima

coram

coram me facta. Ex his concluſum, ceſſare omnia exaduerſo conſiderata, & Pallauicinis non obſtare exceptionem ſubornationis.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ADDITIONES.

a *Ordinariam ſtatuti pœnam.* Veriſſima, & in tribunalibus recepta eſt concluſio iſta, quod nunquã imponitur pœna ordinaria delicti, quando quis condemnatur ex præſumptionibus, & indicijs, quantumuis violentis & indubitatis, nec mireris ſi ad illius comprobationem contra ſtilum Curiæ conſultor hic Doct. cæteruam allegauit, prout & alios quam plures allegare poterat; ſciebat enim eandem concluſionem non carere contradictorib. qui fuerũt Abb. *in c. afferte. nu. 6. in prin. iuncto verſ. aut agitur criminaliter. de præſump.* Carrer. poſt Brun. quem allegat *in pract. in 2. tract. de indic. & tort. §. in tex. ergo ibi, argumentis conuictus. nu. 5.* Menoc. *de præſump. li. 1. q. 97. nu. 83.* Bellame. *deciſ. 689. ſeu 688. nu. 33. in fi. verſ. ad undecimũ dico,* vbi propterea dicit, quod dictum Innocentij *in d. c. quia veriſimile,* cõiter reprobatur Maſcard. *de prob. li. 2. concl. 865. nu. 2. ſeq.* vbi plures admodũ refert Doct. dicentes (ſi tñ re vera hoc dicunt) ex indicijs indubitatis ſine alijs probationibus, poſſe deueniri ad pœnam mortis. Hier. Laur. *deciſ. Auinion. 15. nu. 18.* Vbi vř facere differentiam inter indicia indubitata, & præſumptiones violentiſſimas; Primo caſu dicit, nõ poſſe imponi pœnam mortis ordinariam; ſecundo aũt caſu ſic, & ante iſtos modernos adeas Sarmien. *ſelect. interpr. li. 1. c. 1. per totum,* vbi pluribus Innoc. doctrinam *in d. c. quia veriſimile,* improbat, reputat que abſurdiſſimum dicere, quod iudex poſſit ordinariam pœnã mitigare ex qualitate probationum; ideo iſto caſu, vel pœnã ordinaria plectendũ, vel omnino abſoluendum, concludit ex rationibus ibi per eum deductis; quas hic repetere, ſuperfluũ eſſet. Lud. Pegu. *deciſ. crim. 17. num. 41. & ſeq.* vbi loquens in caſu, in quo concurrebat ſemiplena probatio cũ alijs adminiculis, teſtatur, apud eum fuiſſe impoſitam pœnam vltimi ſupplicij, & ordinariam.

b *Grauiſſima etiam reputatur.* Quod fuſtigationis pœna grauiſſima reputetur, docuit etiam D. meus Farin. *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de delict. et pœn. q. 19. nu. 29.* & ſi ueritatem fateri volumus, ita veritati magis conuenit, quamuis non defuerint Doctores, qui per tex. *in l. 3. verſic. & quia plerique. ff. de offic. Præfecti Vigilum,* vbi ſtatuitur, ex præſumpta culpa immiſſi incendij per habitantes, poſſe quem fuſtigari; dixerunt generaliter, poſſe fuſtigationis pœnam vti leuem a iure reputatam imponi, quando quis ex præſumptionibus condemnatur, prout fuerunt Aret. *in c. 3. loco, num. 16. de proba.* Felyn. *in c. afferte. nu. 8. in 2. limit. de præſumpt.* Aug. ad Ang. *de maleſ. in verbo, quod fama publica, nu. 26.* Carrer. *in pract. crim. in 2. tract. de indic. et tort. in princ. §. in tex. ergo argumentis conuictus, nu. 2. & 4. in fi.* Brun. *de indit. & tort. par. 1. q. 4. num. 15. verſ. Item limitat.* Boſſ. *in tit. de conuict. nu. 36. verſ. Nec tamen videtur. & nu. 49.* & Capyc. *deciſ. 126. in fi.* Monricel. *reg. crim. 11. nu. 24. in 2. limit.* Clat. *in pract. §. fi. q. 20. verſi. ſcias tamen. in fin.* vbi quod ita apud eum ſeruatur. Maſcar. *de proba. lib. 3. concluſ. 1220. nu. 10. ſeqq.* Menoc. *de præſumpt. lib. 1. q. 97. num. 17.* Sed certè dicant Doctores quicquid velint, *text. in d. l. 3.* non eſt trahendus in conſequentiam generaliter, quia re uera loquitur in caſu ſpeciali, videlicet, incendij, in quo lex ita in ſpecie præſumpſit, ex habitantium culpa, incendiũ immiſſum; & ob id expreſsè fuſtigationis pœnam ſtatuit, ſicut hoc in ſpecie ex præallegatis Doctoribus plerique aduerterunt; & præſertim Boſſ. *in d. tit. de conuict. num. 49.* quare quando ex præſumptionibus quis condẽnatur, verius multo crediderim, fuſtigationis pœnam imponi minimè poſſe, cum magis cõiter receptum videatur, non, niſi pecuniariam, aut exilij, aut ad ſummum ictuum funis pœnam, ſi reus vilis fuerit, infligi poſſe, quando quis condemnatur ex præſumptiuis probationibus, prout latè tradidit D. meus Farin. *in ſua pract. crim. par. 2. tit. de reo confeſſ. & conuict. nondum impreſſ. quaſt. 86. num. 113. & ſeqq.*

Fam. Cent. V. I. D. *Galeſ.*

ARGVMENTVM.

Recenſentur in hoc reſponſo plura grauamina illata per Iudicem in quodã proceſſu per ipſum fabricato, & illius occaſione. Indebita teſtium tortura, indebitiſq; & ſuggeſtiuis interrogatorijs, eiſdem teſtibus factis, ex pluribus rationibus & capitibus, de quibus in ſummario: & pro quibus idem Iudex fuit ſuſpectus allegatus.

SVMMARIVM.

Teſtes quando ſunt torquendi, non torquentur niſi duo, aut tres tantum, nu. 1.

Tortura inferri non poteſt ex proceſſu informatiuo, nu. 2.

Tortura inferri non poteſt ex ſecretis informationibus, nu. 3.

Iudex etiam quod viderit proprijs oculis aliquem delinquere, non poteſt ex ſuo ſolo viſu delinquentes torquere, aut cõdemnare, nu. 3.

Iudex iudicare debet ſecundum acta & probata; non autem ſecundum ſuam conſcientiam, nu. 3.

Teſtes non poſſunt torqueri tanquam veriſimiliter informati, non præcedente aliquo indicio, ſeu veriſimilitudine ſcientiæ, num. 4.

Teſtibus inferenda tortura debet eſſe leuis & moderata, nu. 5.

Iudex an poſſit cum carcerato ponere aliquem exploratorem, aut alium, pro eruenda veritate, nu. 6. & in addit. littera A, vbi de materia.

Iudex pro eruenda veritate poteſt fictionibus, & ſimulationibus vti, non tamen poteſt vti falſitatibus, & mendacijs, nnm. 7. & in addit. littera C, & littera D, vbi præſertim quando ex ſimulatione, & fictione eſſet periculum alicuius magni damni, ſeu præiudicij, & alia ad materiam.

Suggeſtiones ſunt iudici prohibitæ, tam in examinibus reorũ, quam in tortura illis inferenda, nu.6. verſ. ſunt enim, & ibi in addit. littera B. vbi de materia.

Delegatus a Principe in cauſa criminali, non poteſt cauſam ſibi delegatam alteri ſubdelegare, præſertim, quando eſt electa induſtria perſonæ, nu.8.

Induſtria perſonæ cenſetur electa a Principe, quando cauſa delegata eſt magna, & ardua, & alias, vt nu.8.

Falſitas committitur non ſolum in ſcribendis plus, ſed etiam in ſcribendis minus, nu.9.

Iudex recuſari poteſt ſuſpectus ex qualibet leui cauſa. nu.10.

CONSILIVM LXXXIII.

ADSIT DEVS. Grauamina illata per D. Commiſſarium in cauſa Illuſtriſ. D. I. plura ſunt; ſed ex ijs nonnulla pro nunc afferam, ex quibus ab eiuſdem cauſæ vlteriori cognitione remouendum fore, facile vnuſquiſq; exiſtimabit.

1 Primo enim omnes ferè eos, qui ad eius manus carcerati peruenerunt, & ſunt num. 20. poſuit in tortura, tãquam teſtes veriſimiliter informatos de delicto, de quo agitur. Et tamen certum eſt in iure, & ita etiam practicatur a bonis iudicibus, quod in cauſa, in qua teſtes veriſimiliter informati ſunt plures; non oẽs torquentur, ſed tãtum eorum duo aut tres. Fuit originalis doctr. Bal. *in l. data opera. nu.26. C. de his qui accuſ. non poſſ.* Quẽ ſequuti ſunt Aug. ad Ang. *de maleſ. in verbo, comparuerunt dicti inquiſiti. & negauerunt. nu.48. in fi.* Brun. *de indic. & tort. par.2. q.4. nu.8. verſ. Illud tamen eſt bene notandum.* Boſſ. *in tit. de tort. teſt. num.10. in fine. verſi. Non poteſt tamen.* Cyril. *in ſumma crim. rubr.29. titu. de quæſt. §.3. nu.5. fol.150. col.2. verſ. Attamen teſtes.* Burſ. *conſi.216. nu.112.*

2 Secundo contra eoſdem teſtes, ſeu eorum aliquos, deuenit ad torturam, faciendo vim in decreto ſuper depoſitionibus aliorũ, deponẽtium contra ipſos teſtes; & ijs quidem non repetitis, nec confrontatis, ad illorum faciem, proceſſit ad torturam, vt dicitur ex proceſſu informatiuo, cõtra doct. Bar. *in l. fi. in fine poſt num.8. ff. de quæſt.* Marſ. *in l.1. in prin. nu.4. ff. eo.* Ant. *conſi.163. incip. ſicut Ioannes, col.3. poſt prin. verſ. ad reliqua vero crimina.* Affl. *in Conſtitu. ſi damnũ clandeſtina, in tit. de homicid. clandeſtino, par.5. nu.28. verſ. Si autem ille crimino ſus.* Hier. Laur. *deciſ. Auinionen. 15. nu.13.* & in Vrbe habemus Bullam Pauli Tertij, *de qua in 1. par. Bullarij, in ordine 58. verſ. Captum vero.*

3 Tertio non eſt mirum, ſi iſte Do. Commiſſarius; ſic vt ſupra, ad torturã proceſſit ex proceſſu informatiuo, cum etiam contra quendã B. a quo extorſit confeſſionem contra D. I. & de qua alias dicetur, proceſſit ex ſecretis informationibus, prout in Decreto Torturæ legitur ex ſecretis informationibus, &c. & tamen certum eſt quod non ſolũ ex ſecretis informationibus, ſed etiã quod iudex oculis proprijs vidiſſet delictũ committi, non poteſt ex ſuo proprio teſtimonio ad torturam deuenire, ſecundum communẽ, de qua alijs relatis teſtatur Clar. *in pract. §. fi. q.8. verſ. ſed pone quod iudex.* & facit vulgaris illa, ſed veriſſima concluſio, quod iudex, non ſecundum conſcientiã, ſed ſecundum acta & probata iudicare debet, de qua per Fel. *in c. Paſtoralis, §. quia vero, n.23. & ſeq. de offi. deleg.* Diaz. *reg.377.* Couar. *var. reſolu. li.1. c.1. poſt nu.6.* Capra *concl.32. per totam.* Vbi latè de materia. Oſaſc. *deciſ. Pedem.1. nu.39.* & per eũdem Clar. *in pract. d. §. fin. q.66. verſi. ſcias autem.*

4 Quarto prędictus D. Commiſſarius torſit, tãquam veriſimiliter informatos aliquos ex prędictis teſtibus, qui non ſolum re vera non erant informati, ſed nec etiam poterant eſſe informati, cum per paucos dies ante commiſſum delictum venerit ad ſeruitia D. I. & ideo quam veriſimile ſit quod eiſdem fuerit confiſum tam magnum facinus, ſi verum fuiſſet (prout non eſt) quiſque cõſideret. Quod negari non poteſt, quod iſti pauperes famuli, fuerunt indebitè torti nullo pręcedente indicio veriſimilis ſcientiæ, contra magiſtralem doctrinam Innocentij *in c. cum P. Manconella poſt nu.3.* & ibi etiam Ioannes Andr. *nu.5. in fine. verſ. aliqua præſumptio. extra de accuſ.* Tindar. *in tracta. de teſtib. l.2. c.12. nu.2.* Gram. *vot.6. nu.10.* Fitman. *in ſuo reperto. in uerbo, teſtium coactio, nu.7. in prin. & nu.8.* Ruin. *conſi.7. nu.2. & 3. li.5.* Bertaz. *conſi.124. nu.6.* Burſ. *conſi.216. nu.113.* Maſcard. *de probat. concluſ.353. nu.6.*

5 Quinto dictos teſtes acriter torſit, quia aliquos per horam, aliquos bina vice, aliquos tertia vice, aliquos cum multiplicata funis quaſſatione, & aliquos cum ligno ad pedes ligato, grauiſſimè tormentauit. Qui torquendi modus vix in reis & principalibus delinquentibus, & in atrociſſimis delictis tolleratur; in teſtibus autẽ ſicut hæc inaudita, & incredibilia ſunt, ita etiam ſunt maximè improbata in iure; & a Doctoribus cõmuniter volentibus, teſtibus moderatam inferendã torturam, nec vllatenus repetendam, Bal. *in l. fin. nu.1. C. de quæſtio.* Innoc. *in c. cum in contemplatione, verſi. pro crimine,* & ibi etiam Hoſtien. *nu.7. ad finem.* Henric. Boyc. *num.4. etiam ad finem.* Butr. *num.1. verſi.* Quod verum, *iuncto verſi. quod autem dicitur, de reg. iur.* Boſſ. *in tit. de mandat. ad homicid. nu.31. ſeq.* Cyril. *in ſumma crim. rubr.29. tit. de qõ. §.3. num.5. fol.150. col.2. in prin. verſi. tortus teſtis.* Burſ. *conſi.216. poſt nu.111. nu.115.*

6 Sexto ſi maturè conſiderabitur iſte proceſſus, & prout etiam ſuis loco, & tempore deducetur, vtiq; totus apparebit plenus ſuggeſtionibus, inter quos ea ſolum pro nunc in medium affertur, quod D. Commiſſarius retinuit in vno, & eodẽ carcere [a] Antonium cũ Ioanne famulo D. I. cui Ioanni ipſe Antonius ſuggeſſit qualitatẽ gladij, & ferraioli, inuẽtorum tempore, quo fuit vulneratus D. G. ad effectum, vt poſtea idem Ioannes tormentorũ metu, & dolore perterritus, illa recognoſceret, prout recognouit; licet falſo pro ferraiolo, & gladio, tortus fuerit familiaris ipſius D. I. ſed Dei benignitate factũ extitit, vt ipſe Ioãnes adhæc ratificandũ ductus, nõ ſolum illa reuocauerit, ſed ẽt ſuggeſtionem prædictam liberè confeſſus fuerit, & ob id iratus D. Commiſſarius ipſum denuo in tortura poſuit, & per horam retinuit cum baculo ad pedes. Quæ quidem quãtum bono Iudici cõueniãt, ſufficiat allegare Marian. Socin.

Soc. *in c. qualiter et quãdo, il 2. nu. 97. extra de accuſ.*
b ſunt. n. huiuſmodi ſuggeſtiones [b] nõ ſolum improbatæ, qñ iudex aut reo, aut teſti torturam infert, ad tex. *in l. 1. §. qui quæſtionem, & in d. c. qualiter, & quando, il 2. nu. 1102. verſ. dĩc tamẽ iudex.* Sal. *in l. fi. nu. 9. & nu. 10. in fine, C. de accuſ.* Blanc. *de indic. nu. 378. verſ. & eodem modo, & nu. 382.* Boſſ. *in tit. de indic. & conſi. ante tortur. nu. 148.* Cla. *in prac. §. fi. q. 21. verſ. retento igitur, ad finẽ.* Ludo. Peguer. *deciſ. crim. 5. nu. 21. & ſeq.* Verum etiam generaliter in quocumque examine etiam ſine tortura faciendũ, ad trad. per Boſſ. *in tit. de exam. reor. nu. 12. verſ. & illa confeſſio, cũ alijs per* Cartar. *in ſua pract. interrogandor. reor. lib. 2. c. 1. nu. 54. & ſeqq.*

7 Septimò & quod alias incredibile apparebat, ex eodẽ proceſſu conſtat, ꝙ D. Cõmiſſarius ſumpta occaſione cuiuſdã apochę inuẽtę in cibarijs, quæ tranſmittebantur D. I. propria manu & ſub falſo nomine ipſius D. I. ſcripſit aliã apocham reſponſiuã, eãq; tranſmiſit ad eius domũ, ad hoc, vt ſub iſtis mendacijs, & falſitatib. veniret in cognitione aſſerti criminis; quod omninò à iure im̃pbatum eſſe, dubitandũ non eſt: licèt. n. Iudex poſſit pro recipienda veritate, aliquid ſimulatè agere, [c] iuxta illud, de quo *in ca. afferte. extra de præſump.* cum alijs notar. per Bar. *in l. de minore, §. pluriũ, ff. de q.* quem refert & ſequitur Boſſ. *in titu. de confeſſ. per tort. poſt nu. 10. et in tit. de examinib. reor. nu. 3. et nu. 15. & nu. 18.* Carell. Cotta *in memorial. in ver. dolum bonũ.* Pet. à Plac. *in epito. delict. lib. 1. c. 37. nu. 2. & 3.* Couarr. *var. reſ. lib. 1. c. 2. nu. 16.* Ant. Gomez. *var. reſ. t. 3. c. 13. rub. de tortur. reor. num. 4. poſt prin.* Non tñ id põt cum medacijs & falſitatibus; differt. n. fictio & ſimulatio à mẽdacio; [d] mẽdacium aũt ſemper eſt illicitũ, nec facienda ſunt mala, vt veniant bona. *c. vndecumq; diſtinct. 56. c. neq; enim. 14. q. 15.* & in proprijs terminis declarat Afflict. *in cõſtitut. Regni, incipiente inter cæteras rub. 44. in 3. notab. nu. 3. & ſeqq. p. 1.* Hiero. Cucch. *in addit.* ad Dec. *in l. ea eſt natura, nu. 7. littera A. ff. de reg. iur.* Clar. *in pract. §. fin. q. 55. verſic. primum.* Franc. Pegna. *in addit. ad director. inquiſ. par. 3. comment. 23. fol. mihi 467. col. 2. verſ. dando ſibi.* Flam. Cartar. *in pract. interrogandor. reor. lib. 2. cap. 1. nu. 24. & num. 78. & ſequentibus.*

8 Octauò non contentus dictus D. Commiſſarius ijs, quę ipſe fecit, deputauit ẽt ſub ſe aliũ Cõmiſſariũ, qui ſtatim vt in cauſa interuenit, carceratos examinauit & eós etiam torturæ ſubiecit; non recordatus, veriorem & ſeruatam opinionẽ Doctorũ eſſe, quòd delegatus à Principe in cauſa criminali (quicquid forſan ſecus ſit in delegato ad vniuerſitatem cauſarum) ſubdelegare non põt, per Clar. *in pract. §. fi. q. 41. verſ. in delegato aũt à Principe*; & pluribus cõprobat Menoch. *de arb. q. lib. 1. q. 54. nu. 1. & omnibus ſeqq.* præſertim vbi electa eſt à Principe induſtria perſonæ; prout in caſu noſtro electã eſſe apparet, tum propter qualitatẽ cauſæ commiſſæ, quæ ardua & grauis reputatur à Sanctiſſimo; tum ẽt propter illa verba, de tua doctrina, experiẽtia, fide & integritate plurimum in Domino confiſi, de quibus in breui, iuxta not. per Fely. & alios *in c. fi. de offi. delegat.* Alex. Iaſ. & alios *in c. fin. de offi. eius.* Menoch. *de arbitr. q lib. 1. q. 68. num. 11. & lib. 2. caſu 205. nu. 1.*

9 Nonò eſt, non omittendũ, ꝙ in proceſſu multa fuerunt dicta & facta, quę tamen per Notariũ non fuerunt ſcripta, & inter alia apparet in 2. cõſtit. B. quod interrogatus de ſtringhis, & collecto, de quibus in dicto interrogatorio, præſupponit aliàs fuiſſe interrogatum; & tamen nunquã in alio præcedenti ſuo examine apparet ſcriptũ aliquod interrogatorium ſuper dictis ſtringhis, & collecto; pariter in ſecunda tortura Ioãnis d. mandat apponi tabellam, de qua in prima tortura, & tamen in dicta prima tortura minimè reperitur ſcripta appoſitio talis tabellæ; ex quibus ſine dubio reſultat proceſſus falſitas, quæ committitur non ſolum in ſcribendo plus, ſed ẽt in ſcribendo minus. *c. 1. de cri. falſ.* Hoſt. *in ſumma cod. tit. §. qualiter cõmittatur.* Bar. & Bal. *in l. presbyteri, C. de epiſ. et cle.* Marſ. *in rub. ff. ad l. Cor. de fal. n. 8. 9.*

10 Decimò, & ſi omnia prędicta grauamina, ſatis in facto, & in iure apparentia, & euidentia, non ſufficiunt ad remouendum iſtum D. Iudicem ab vlteriori cognitione cauſæ, de qua agitur, ſufficiat ad minus ſcire, quod ipſe aliàs fuit commenſalis familiaris, & ſalariatus à R. D. N. affine D. G. vulnerati. Vnde hodie inter eos beneuolã remanſiſſe amicitiam; & conſequenter quin poſſit ſuſpectus recuſari, dubitandum non eſt, cũ ad recuſandum Iudicem, quælibet leuis cauſa ẽt minor, in teſtes ſufficiat, Dec. *in c. poſtremo, nu. 12. de appel. & in c. ſpeciali, nu. 22. extra eod.* & in terminis de amico Oſaſch. *deciſ. Pedemont. 15. nu. 8.*

Ex quibus & alijs iuſtis de cauſis, cauſa hæc, quæ in partibus pẽdebat, fuit auocata ad Vrbẽ, & commiſſa Illuſtriſ. D. Auditori Cameræ.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *In vno & eodem carcere.* Suggeſtio eſt prohibita non ſolum facta immediatè à iudice, ſed etiam ſi fuerit facta per interpoſitam perſonam de mandato iudicis, quando puta in ſecretis carceribus ſupponit aliquem, qui plenè informatus de delicto, de quo quæritur, inſtruit, & ſuggerit carcerato factum cum ſuis qualitatibus, vt poſtea in tormẽtis eorum dolore oppreſſus, illud ſic fateatur, licèt forſan Innocens ſit; talis enim confeſſio ſic extorta, non ſufficit ad condemnandum. ita videtur de mente Marian. *in capit. qualiter & quando, il 2. nume. 975. extra de accuſat.* qui ponit vnum exemplum, & caſum ſuo tempore occurſum, in quo inſtigatores, & amici carcerati poſuerunt cum eo in carceribus vnum ad ſic ſuggerendum, & ſic re comperta innocens ille (qui tamen negauerat, euaſit innocens) ſed certè idem etiam ego crediderim ſi falſus fuiſſet; & multo magis id p̃hibitum exiſtimo iudicibus, qui talia faciũt; qui propterea aduertant, quod non excuſabũtur ex eo, quòd dixerint ſe illuc cũ carcerato introduxiſſe

xiſſe

Digitized by Google

xiſſe aliquem, vt pro fiſco vigilaret ne idem carceratus vel fugeret vel cum aliquo alloqueretur, vel alicui tranſmitteret apochas aut ſimilia faceret (prout hodie multos iudices obſeruare vidi & ego etiam quando periculum cognoui, obſeruaui,) ſi enim ſub prætextu prædictorum iſte ſic ad hunc fictum effectum introductus carceratū perſuaſerit, a I confitēdum ſub ſpe impunitatis, illeq; delictū & eius qualitates ſuggeſſerit (prout plurimum tales homines perſuadere, & ſuggerere ſolent, putantes iudici rem gratam facere abſque eo quod eorum animæ perniciem præ oculis habeant) ſciant inquam ſe grauiter peccare, & in hoc & in alio mundo debiras debere luere pœnas vnà cum iudice, qui talia mandat aut permittit.

Verum contra præmiſſa facit, quia pro habenda veritate, videtur iudici permiſſum cum carcerato intromittere extraneos, qui ipſius voluntatem perquirāt, & explorent ſecundum Eymeric. *director. inquiſit. parte 3. nume. 100. ſub rubr. cautela inquiſitorum, &c. folio mihi* 465. Vbi loquitur de intromiſſione cuſtodis, vel alterius ad effectum perſuadendi carcerato, vt veritatem iudici dicat, quia eſt homo miſericors, & ſimilia bona verba, & num. 106. in 8. cautela, vbi etiam quod quādo reus pertinaciter in negatiua perſiſtit, poteſt iudex intromittere ad eundem carceratum aliquem probum virū, qui ipſum perſuadeat ad fatendū veritatem: & quod ſi eam fatebitur, erit mediator ad procurandum gratiam. Nec diſſentit ibi Franc. Pegna *in addit. littera C. & littera, G. comment.* 23. Primò ſecundum eundem Eymeric. *ibidem nume.* 107. *in* 9. cautelam ponit iudicem poſſe intromittere cum carcerato vnum de complicibus confeſſum, ad effectum, vt illi veritatem dicere perſuadeat, & etiam ponere teſtes, & notarium extra carcerem in loco cōgruo, Vbi eorum ſermones audire poſſent, ad effectum, vt ipſorum colloquia auſcultātes, & verba colligētes, poſſent ſuper talibus colloquijs, & ſermonibus contra carceratum examinari, nec etiam ab iſta cautela diſſentit ibidem Franc. Pegna *in addit. littera I.* hoc addito temperamento, dummodo tamen illi ſic introcluſi, & intromiſſi ſiue ſint ſocij criminis ſiue alij, non dicant mendacia, quę vt ibi per eum, nullatenus dicenda ſunt pro quacūque veritate habenda; & licèt prædicti loquantur in crimine hæreſis, idem tamen iuris erit in alijs criminibus; & ſecundum has cautelas quandoque etiam vidi à iudicibus noſtri temporis ſeruarum, qui cum carceratis exiſtentibus in ſecretis carceribus, introduxerūt exploratores ad obſeruandum & referendum ea, quę ipſi carcerari dicebant, & faciebant, ac ad illis perſuadendum vt faterentur; & poſtea etiam ſuper geſtis, & dictis per ipſos carceratos examinabant, & hoc modo euenit, vt aliquādo plura interuenerint delicta.

Dicant tamen quicquid velint in propoſito Doctores, excepto crimine hæreſis, in alijs criminibus ab iſtis cautellis, omnino abſtinendum eſſe conſulo, maximè in introducendo cum carceratis exploratores, & homines, vt plurimum viles, & infames, qui cum mille mendacijs ac fallacijs ſolent reo perſuadere, nō vt veritatem dicat, ſed vt fateatur delictum, de quo imputatur, & ei promitunt gratiam nomine iudicis, & maria, & mōtes: hæc enim ſicut nō licent, & deteſtabilia ſunt in iudice ipſo, multò magis deteſtanda videntur in alio, qui de iudicis mandato hæc operatur; & benè ſcio quod quandoque iſti exploratores eorum malitiæ pœnitentiam agunt in eiſdem carceribus, in quibus alios decipere quærunt; cū nō multi ſint dies, quod quidā explorator in quadam cauſa magna intromiſſus in ſecretis carceribus Turris nonæ ad effectum, vt obſeruaret ea, quæ quidam nobilis carceratus ibidem diceret, aut ageret; nā detectus ab ipſo carcerato, & alijs ſocijs, de media nocte luminibus iam extinctis, pugnis adeò percuſſus, & male tractatus fuit, vt niſi ad eius magnos clamores cuſtodes ad illum locum cōuolaſſent, facile ipſum occidiſſent: ſed omninò iudicem abſtinendum conſulo, ab intromiſſionem ſocij criminis iam cōfeſſi in loco, vbi alter non confeſſus exiſtit. Hoc enim aliud non eſt, quam apertam ſuggeſtionem eorum, quæ ſunt in proceſſu, ſubminiſtrare.

b *Suggeſtiones.* Fiunt enim huiuſmodi ſuggeſtiones pluribus modis; ſed illa præcipuè magis frequens eſt, quando iudex ipſe reo denunciat circunſtantias, & qualitates ſpeciales commiſſi delicti; & propterea communiter concludunt Doctores, quòd iudex dictis circumſtantijs, & qualitatibus non poteſt neque debet reum interrogare, an ſcilicet interfecerit Titium in tali loco, tali die vulnerando in pectore cum enſe, & ſic de ſingulis: ſed debet ipſum generaliter interrogare, an à tanto tempore citra fecerit aliquam rixam, cum quo, in quo loco, qualiter, quo tempore, an illata fuerint aliqua vulnera, quę, quot, & in qua parte corporis, & his ſimilia, vt per Marian. *in capit. qualiter & quando, nume.* 950. & 1102. *verſ. vnde non debet interrogare, extra de accuſat.* Angel. *de maleſ. in verbo, fama publica, nume.* 118. & ibi Auguſt. *in addit.* Carrer. *in pract. in 2. tract. de indic. &c.* §. *circa ſeptimum, nume.* 11. Brun. *de indic. parte 2. quæſt.* 5. *nume.* 57. Franc. Caſon. *in tract. de tormen. capit.* 15. *num.* 2. Boſſ. *in tit. de examinibus reor. num.* 13. Vbi pariter, quod iudex non debet interrogare de modo & cauſa, ſed tantum in genere, ſi maleficium cōmiſit. Gaſp. Caballin. *in conſtit. Marchiæ, lib. 4. capit.* 1. *in verbo, comparuerit, nume.* 1. & 2. Vbi amplius, quod iudicis arbitrio remittitur, quæ dicantur interrogatoria ſuggeſtiua, & quæ non, Flamin. Cartar. *in pract. interrogandor. reor. lib.* 2. *capit.* 1 *nume.* 54. & *num.* 65. Vbi propterea infert, quod ad euitandum ſuggeſtionis periculum, iudex nō debet reo legere teſtium depoſitiones (quod tamen hodie parum obſeruatur & male) & *nume.* 67. *ſeq.* Vbi etiam benè exemplificat quomodo, & quando iudex non debeat reum interrogare ſuper circunſtantijs, & qualitatibus delicti. Sigiſmun. Scacc. *in tract. de iudic. cauſ. ciuil. & criminal. lib.* 1. *cap.* 86. *num.* 8. Vbi in propoſito duplicem ſuggeſtionis eſſe affirmat: vnam ſcilicet apertam: alteram vero palliatam; & ibi benè declarat, & exemplificat

plificat

Google

plificat, quando ſuggeſtio dicatur aperta, & quā do palliata; & inter alia dixit poſt Cartar. in loco per eũ relato, quòd palliata præſumetur ſuggeſtio, quando non apparet, de qua re fuerit reus interrogatus; Vt puta, quãdo ſubſequitur reſpõſio, notario ſcribẽte ob oportunam Domini interrogationem, & his ſimilia, & *nu.* 40.

c *Simulatè agere.* Contra quod immo non poſſit iudex ſub prætextu habẽdę veritatis à reo, vti cauillationibus, & fictionibus, probat tex. *in l. cũ hi, §. ſi cum lis, ff. de tranſact.* Vbi notat gloſ. malitijs viam aperiendam non eſſe, *& in l. 1. §. ſed & ſi quis, ff. de Carbonian. edict.* per quæ iura poteſt comprobari id, quod dixit Paul. de Caſtr. *in l. ſi per errorem, nume. 5. in fine, ff. de iuriſd. omn. iudic. & in l. edita, num. 9. C. de eden.* quod quamuis iſtæ cautellæ in foro fori admittantur, in foro tamen poli damnant iudicum animas, prout illum referunt Franc. Pegna *in addit. ad director. inquiſit. parte 3. comment. 23. nume. 98.* Flamin. Cartar. *in pract. interrogandor. reor. lib. 2. capit. 1. num. 17. ſeq.* Sigiſmun. Scacc. *de iudi. cauſ. ciuil. & crimin. lib. 1. cap. 36. nu. 35.*

d *Cum mendacijs & falſitatibus.* Sic nec iudex poterit taliter fingere, & ſimulare, vt ex ea fictione oriri poſſit aliquod magnum præiudiciũ, prout accidit Beato Ioãni Capiſtrano magno fiſci patrono Neapolis, in exẽplo, poſt Parid. de Put. relato per Boſſ. *in titu. de examin. reor. num. 4.* Vbi tamen quod iſto caſu iudex teneretur, non de toto, ſed de exceſſu. & cũ Alex. Hyppol. & alijs ibi per eum allegatis, alios refert concordantes Flamin. Cartar. *in ſua pract. interrogandor. reor. lib. 2. capit. 1. nume. 51. & ſeqq.* & Sigiſmund. Scaccia. *de iudic. cauſ. ciuil. & crimin. lib. 1. 86. num. 35. verſ. ſed difficultas egit.*

Sic & generaliter poterit iudex pro eruenda veritate, vti ſimulationibus, & cautellis laudabilibus, & ad bonũ finem ordinatis, ad text. *in cap. quanto. 63. diſtinct. in capit. illa præpoſitorum, 11. quaſt. 3.* ſecus autem ſimulationibus, & cautellis deceptorijs, & in malum finem directis. Franciſ. Pegna *ad director. inquiſit. parte 3. comment. 23. fol. 467. colum. 1. verſi. hoc ſemper eſt animaduertendum.* vbi in propoſito, quod nihil admittendum eſt, pro habẽda veritate contra æquitatem, & iuſtitiam; nec aliquod illicitum committẽdum; iudiceſque contrarium faciẽtes, vituperãdi, & deteſtandi ſunt, refert, & ſequitur Flamin. Cartar. *in pract. interrogandor. reor. lib. 2. capit. 1. nume. 18. & ſeqq. & nu. 82. ſeq. & num. 46. ſeqq. iuncto nu. 50.* nec poſt ipſos diſſentit Sigiſmund. Scacc. *de iudic. cauſar. ciuil. & crim. lib. 1. ca. 86. nu. 35. verſ. ſed tu, & num. 37.* vbi etiam declarat & exemplificat, quæ dicantur cautellæ honeſtæ & licitæ, quæ autem inhoneſtæ, & illicitæ, concluditque, id eſſe iudicis arbitrio remiſſum.

LAVS DEO.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

De copia indiciorum, conſtitutorum, actorum, & proceſſu, integra, & non diminutè concedenda.

SVMMARIVM.

Indiciorum copiæ tradendæ ſunt, antequam reus torqueatur; Item antequam condemnetur, & etiam quod ſit confeſſus, & conuictus, nu. 2.

Copia indiciorum & proceſſus danda eſt integra, non autem, diminuta. nu. 3. & ſeqq.

Actorũ omniũ copia danda eſt reo, nu. 3. verſ. ſic etiã in cauſa.

Indiciorum copiæ dantur ſine nominibus complicum, propter timorem, ne dicti complices certiorati fugiant, num. 4. Vbi hoc declaratur.

Copia etiam conſtitutorum ac examinum ipſius rei danda eſt ne dum indiciorum, & actorum, nu. 5. & ſeq. nu. 9.

Conſtituta & examina reorum dicuntur de actis, nu. 5.

Scriptura omnis quæ fit coram iudice, & coram notario de mãdato iudicis, dicitur de actis, nu. 5. verſi. vltra quod.

Pertinere ad cauſam dicitur illud, quod quandocunq; & qualitercunque ad cauſam facit, ſiue directè ſiue indirectè, ſiue etiam modicè, & ſiue de ſe ſiue etiam cum adiuncto, nume. 6. in fine, & nu. 15. Vbi tam pro producente, quam contra producentem, dũmodo aliquid inferat ad cauſam, vel loquatur de eadem materia.

Reus non poteſt interrogari à iudice de qualitate defenſionis ab ipſo faciendæ, nu. 7.

Acta iudicij ſunt communia nec poſſunt petentibus denegari, num. 8.

Teſtium pro curiæ informatione examinatorum, depoſitionum copia danda non eſt reo, niſi dicti teſtes fuerint repetiti. nu. 9. Declara hoc procedere de iure ciuili, & in terris imperij, ſecus de iure Canonico, & in terris curiæ, nu. 21.

Teſtes examinati parte non citata, non faciunt fidem, niſi fuerint repetiti, nu. 9. verſ. ratio differentia.

Confeſſio ſpontanea probat contra confitentem, etiam ſine ratificatione, nu. 9. verſ. ratio differentiæ.

Teſtes habiti pro repetitis probant etiam examinati ſine citatione, nu. 9. in fine.

Reus principalis ſi eſt examinatus tanquam teſtis, non per hoc deſinit eſſe reus, ſi reus eſt, & è contra, nu. 10.

Indiciorum copiæ dandæ ſunt à iudice. etiam habente liberum, & abſolutum arbitrium, nu. 12.

Princeps de ſua ordinaria facultate non poteſt denegare reo copias indiciorum, nu. 12. in fi.

Furtum & expilatio hæreditatis non dicitur committi in rẽ ſua, nu. 13. in fine.

Confeſſio emanata in criminali iudicio, probat etiam in ciuili inter eaſdem perſonas, nu. 14.

Actor tenetur edere ſua iura reo ſiue eiuſdem ſiue alterius cauſa, & etiam quod fiſcus vt actor ac etiam ad fundandam ipſius rei exceptionem, num. 14. verſ. tum etiam.

Productio alicuius ſcripturæ an poſſit fieri in parte, & partibus, num. 16. & 17. Vbi quod in omnem euentum data productione in parte, tota tamen ſcriptura & illius copia danda eſt aduerſario.

Teſtibus publicatis non poſſunt alij teſtes examinari, nume. 18. in fine.

Conſtituta & examina reorum dicuntur de actis, nu. 19.

Acta omnia ſunt edenda, nu. 19.

CONSILIVM LXXXIV.

1 ADSIT DEVS. Reuerendiſſimus Do. Hieronymus Auila fuit pluties examinatus ad inſtantiam Illuſtr. Dom. Commiſſarij C. Apoſtolicæ, prætendentis, hęreditatem quondã Didaci de Auila ad eandem Cameram ſpectare, ex quo ipſe Didacus clericus exiſtens de ſuis bonis diſpoſuerit in filios legitimatos contra formam Bullæ Pij Quinti. Publicato proceſſu & illius copia decreta, non intendit idem Do. Commiſſarius, vt copiarũ loco dentur omnia conſtituta ipſius Dom. Hieronymi, ſed tãtum aliqua, quæ ipſe ſolum repetijt, ac reproduxit; ex aduerſo pro parte D. Hieronymi prætenduntur copię omnium ſuorum Cõſtitutorum; Requiſitus, vt quid in huiuſmodi dubitatione ſentiam, & pro veritate dicam, non poſſum, eiuſdem veritatis ſtimulo coactus, aliud reſpondere, niſi quod omnino ſint tradendæ copiæ omnium conſtitutorum & examinum, non autem aliquorum; & ad ita dicendum moueor.

2 Quia certiſſimi iuris eſt, proceſſus & indiciorũ copias non ſolum eſſe tradendas, ad tex. *in l. deſertorem, §. ſi ad diem, ff. de re milit. & in l. vnius, §. cognitarum, ff. de quaſt. & in l. defenſionis facultas, C. de iure fiſci, lib. 10. & in c. cum inter. extra de except. & in Clem. paſtoral. de re iud. & in c. qualiter & quando. in §. debet. extra de accuſ.* quorum iurium authoritatibus Doctores communiter hanc expreſsè firmarunt concluſionem, prout alijs relatis antiquiorib. teſtatur Boſſ. *in tit. de indic. num.* 47. Clar. *in pract. §. ſi. q. 49. in princ. & q. 48. in fine principij, & q. 64. in verſ. ſed quid ſi ille.* Rol. *conſi.* 12. *num.* 42. *& ſeqq. lib.* 3. Hipp. Rim. *conſi.* 88. *num.* 53. *& ſeqq. lib.* 1. & nedum ante torturam, vt pręcitati Doctores loqui videntur, ſed etiam & multo magis ante condẽnationem, etiam quod reus eſſet confeſſus, aut conuictus, ſecũdum communem pract. de qua teſtatur Salyc. *in l. 2. poſt num.* 7. *C. de custod. reorum.* Ang. *de malef. in verbo, qui iudex dictis inquiſitis ſtatuit terminum, &c. nume.* 1. Foller. *in pract. crim. verbo, & ſi confitebuntur, in* 1. *par.* 3. *part. nu.* 64. Boſſ. *in tit. de confeſſ. nu.* 2. *in fine, & ſeqq. & nume.* 8. *&* 10. *& nu.* 14. *in fine,* Anto. Gomez. *de delict. c.* 12. *rubr. de probat. delict. num.* 3. *ad finem.* Clar. *d. q.* 49. *verſ. eſt igitur.* Hiero. Lauren. *decіſ. Auinionen. &c. nu.* 14. *verſ. propterea licet fuiſſet confeſſus.*

3 Verum etiam & dictas copias integras omniũ indiciorum, nõ autem aliquorum defectiuas fore tradendas, apertè voluit Foller. *in pract. crim. in verbo, detur copia omnium repertorum.* Iacob. Leon. *conſi. crimin. diuerſ.* 55. *numero* 5. *lib.* 1. Vbi quod omnis copia defenſionis cõcedi debet, Bertazzol. *conſilio* 130. *nume.* 1. *lib.* 1. vbi etiam quod dãda eſt copia omnium indiciorum. Franc. Perſonal. *de indic. & tortur. num.* 28. Vbi quod danda eſt copia indiciorum, & totius proceſſus. Ignat. Lopez *in addit. ad Diaz. in pract. crim. cap.* 127. *rub. de iuramento, &c. ante finem. ſub verſic. vnde manifeſte.* Vbi quod reo debet dari integra copia. Sic & in cauſa tam ciuili, quam criminali, ſicut reo actorum copia facienda eſt, ad tex. *in l.* 2. *C. de edẽ. & in c. quoniam contra. extra de probat.* Ita etiam & omnia acta, non autem eorum partẽ, exhibenda eſſe, probat tex. *l.* 1. *§. edenda ſunt omnia, ff. de eden.* & ſcripſerunt Iaſ. *in d. l.* 2. *nu.* 6. *verſ. ego teneo contrarium.* Maran. *de ord. n. iud. in* 6. *par. rub. de edict. actorum, nu.* 45. Aſin. *in pract. lib.* 1. *§.* 25. *c.* 6. *nu.* 3. Bertaz. *conſi.* 130. *nu.* 1. *lib.* 1.

4 Et quidem dum aliàs materiam hanc defenſionum in publicum edẽdam pręmanibus habebam, non inueni (quod meminerim) Doctorem aliquem dubitantem, an iſte copię debeant concedi omnium actorum, indiciorum, & proceſſus, an vero aliquorum tantũ. Quod non alia ratione, Doctores pręd ctos nõ dubitaſſe, crediderim, niſi qa apud eos res eſt indubitata, quod totius proceſſus, & non partis ipſius copia concedenda eſſet; Pręterquam in vno ſolum caſu, quando ſcilicet in proceſſu eſſent nominati alij complices, quia tunc ne forſan certiorati fugam ariperent, aut citati comparere recuſarent, nec eorum nomina, nec ea quę ad eos pertinebit, in copijs indiciorum apponũtur, prout Mediolani ſeruate teſtatut Clar. *d. qu. eſt.* 49. *verſ. ſed pone,* & ita etiam apud nos quotidie ſeruari, notiſſimum eſt. Et tamen quando ex tali nominum ſociorum criminis, & eorum, quæ ad ipſos pertinebit, deletione, in aliquo etiam minimo, tolleretur reo facultas ſe defendendi; quod tunc etiam & nomina complicum ſint apponenda in copijs indiciorum, & omnia, quæ ad eoſdem ſpectant apertè ſentit idẽ Clar. *in d. verſ. ſed pone, in fine, & ante eum* Foller. *in pract. crim. in verbo, detur copia capitulorum, nu.* 12. poſt Marſi. quem allegat.

5 Igitur ſi danda eſt copia omnium indiciorum & actorum, neceſſario etiam ſequitur, quod danda ſit copia omnium conſtitutorum & examinum, in quibus continentur iudicis interrogationes, & rei reſponſiones, quę actorum nomine continentur, prout apertè (ni fallor) probat tex. *in d. c. quoniam contra,* & ibi Glo. *in verbo, interrogationes. extra de probat.* & voluit Mill. *in pract. crim. fol. mihi* 150. *nu.* 2. Vltra quod omnis ſcriptura, quæ ſit coram Iudice, vel coram Notario de mãdato iudicis, dicitur de actis. Glo. *in l. acta. & ibi Alex. nu.* 3. *ff. de re iud. & in l. illud. in verbo, actorũ, C. de ſacroſanctis eccle.* Iaſ. *in d. l.* 2. *nu.* 4. & ibi etiã Dec. *nu.* 1. *et nu.* 3. *C. de eden.* Marant. *d. tit. de actorum edit. nu.* 1. *et nu.* 8. Rolan. *conſ.* 38. *nu.* 10. *lib.* 1.

6 Quibus ſic in iure firmatis, non obſtet dicere, quòd conſtituta, quæ dari recuſat Dom. Commiſſarius, nõ faciunt ad cauſam, & propterea dãda nõ ſint; nã ſi ſunt de actis cauſę, vt modo probaui, quomodo poſſumus dicere non facere ad cauſam? Nec ad cauſam non facere, præſumendũ eſt, cum nec etiam præſumatur, quod iudex, ſiue examinator interrogationes fecerit; & reſponſiones receperit, ad cauſam non facientes; & aliter dicere, eſſet omnino eundẽ Iudicem ſiue examinatorem redarguere de impertinentia interrogationum; quod ab omni veritate eſt alienũ: & ſi conſtituta, et examina prædicta ad cauſam

non

non faciunt, quid intereſt D. Cōmiſſarij, eorum copias reo conſignandas? ſed veritas eſt, ꝙ immo omnino ad cauſam pertineant, cum prout audiui à D. Subcomiſſario, contineant interrogationes, & reſponſiones ſuper quantitate bonorum relictorum a quondam Didaco Auila, ad effectū videndi, an Alfonſo filio legitimo fuerit reſeruata integra legitima, prout requirit in facultate teſtandi, eidem Didaco per Papam cōceſſa: ex quantitate enim bonorum relictorum dignoſcetur, an conditio ipſius gratiæ ſit verificata & cōſequenter, an ipſa gratia ſit iuſtificata necne? ergo quod deſuper emanatæ interrogationes, & ſubſequutę reſponſiones ad cauſam non faciūt, minimè verum eſſe opinor, cum eiuſdem gratiæ iuſtificationem, aut impugnationem reſpiciant; & tñ ad cauſam facere vel ad cauſam pertinere ſufficit, quod qūocunq;, & qualitercunq; faciat, ſiue directe, ſiue indirecte, & ſiue etiam modicè, & ſiue defectiuè, ēt cum adiuncto. Bal. per illum tex. *in c. quoniam. nu. 3. in fine, de teſtibus, & in l. cum virum. nu. 1. C. de fideicomiſſis.* Corn. *conſi.* 18. *nu.* 16. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 84. *nu.* 2. *col. pen. in fine.* Tiraq. *de reb. exig. verſ.* 47. Rol. *conſi.* 34. *nu.* 7. *& ſeqq. lib.* 8.

7 Præterea, an dicta examina D. Hieronymo ꝓ ſint vel ne, & an ex ijs ipſe D. Hieronymus poſſit aliquam defenſionem ſuſcipere, vel nō, & an defenſio, quam inde facere intendit, ſit releuās, necne? non eſt præſentis diſcuſſionis; Quia nec ſuper &c. D. Hieronymus interrogari poteſt, nec interrogatus reſpondere tenetur, cum ſatis ſit ipſi dicere ſe velle copiam omnium cōſtitutorum, vt poſſit ſe defendere & fiſci prætenſiones eneruare, ſecundum communem practicam, de qua poſt Blanch. teſtatur idem Clar. *d. q.* 49. *verſi. ſed quæro nunquid.* & illam ſibi tradendam eſſe negari non poteſt ex præmiſſis.

8 Nec obeſt, quod D. Cōmiſſarius non repetierit, aut reproduxerit oīa conſtituta, ſed aliqua tātum; qm̃ per hanc ficam repetitionē dici non poteſt, D. Hieronymo fuiſſe ſublatā facultatem habendi copias aliorū conſtitutorum non productorum; ſi. n. ſunt de actis, vt ſupra probaui, acta aūt ſunt communia, *l.* 2. *C. vt lite pendente*, neceſſario ſequitur, quod eorū copia omnino ſit reo facienda; nec pōt actor, ſeu fiſcus illa denegare, vt bene voluit Marant. *vbi ſupra d. rub. de edit. actorū. nu.* 45. Dec. *in d. l.* 2. *nu.* 10. *verſ.* 3. *vt alij. & num.* 16. *verſ. ſecus in actis. & nu.* 20. *verſ. nec obſtat. C. de eden.* & alibi paſſim, & communiter Doctores.

9 Quibus nec etiam obſtēt vltimo loco per eūdem Illuſtrem D. Cōmiſſarium deducta, quia dū primo loco dicitur, conſtitutum D. Hieronymi non eſſe de actis, ex quo fuit examinatus pro informatione curiæ, tanquam teſtis; teſtium autē pro curiæ informatione examinatorum depoſitionum reo copia danda non ſit, niſi repetantur ab ipſa curia, & illis vtatur; alias ſecus, ſecundum doctrinam Saliceti *in l. fin. in vltima q. C. de quæſt.* quam alij ex aduerſo allegati ſequuntur. Reſpōdetur, quod D. Hieronymus in cauſa, de qua agitur, non eſt teſtis, ſed principalis reus conuēctus, eiuſque examen non dicitur depoſitio teſtis, ſed conſtitutum rei principalis, & hoc in facto negari non poteſt, prout etiam in ſua informatione D. Scribens ſic, & ipſum reum, & eius examen cōſtitutum appellat. Quare non intrat doctrina Salic. quæ loquitur de depoſitionibus teſtiū pro curię informatione examinatorum, non autē de examine rei principalis coram iudice conſtituti, & ratio differentię eſt euidens, quia teſtes ſolum pro curiæ informatione, & ſic informiter examinati, fidem non faciunt, niſi denuo parte citata, fuerint repetiti. Bal. *in l.* 3. *§. ſi tibi. colu.* 2. *verſ. ſed nunquid iſti teſtes, ff. de cōdictione ob turp.* cauſ. Sal. *in l.* 1. *§. ſi. in fine. C. de q.* Clar. *in pract. §. fi. q.* 11. *ſub verſ. item quæro. & q.* 45. *verſ. cæterū ſi reus.* Reſponſiones autē, & confeſſiones rei principalis plenè probant contra ipsū, ēt nulla ſequuta repetitione, ſeu ratificatione. Bar. *in l. vnica. nu.* 9. *in fine. & nu.* 10. *C. de confeſſ. & in l.* 1. *nu.* 5. *ff. de cuſt. reorum.* Ang. *in l.* 1. *n.* 7. *ff. de confeſ.* Boſſ. *in tit. de confeſ. nu.* 2. Cla. *in prac. §. fi. q.* 65. *ver. ſed quæro nūquid.* ideo non inferēdum de vno ad aliud: imò retorquendo argumentum, dr̃, quod ſicut reo denegari nō pōt copia depoſitionis teſtiū pro curiæ informatione examinatorū, qm̃ parte citata fuerunt repetiti, vel qm̃ pars ipſos habuit ꝓ repetitis, eo quia tunc ſine alia citatione contra ipſam bene probant, Maran. *ſpe. p.* 6. *tit. de inquiſ. nu.* 8. *in fin.* Foll. *in pract. crim. in verbo, dentur capitul. nu.* 1. *ver. licet repetitio teſtibus.* Clar. *in pract. fin. q.* 49. *verſ. item ſcias.* Ita pariter, & copia reſponſionum, & confeſſionum ipſius rei principalis omnino danda eſt, cum abſque alia repetitione contra eundem reum plenam fidem faciunt, ex præallegatis.

10 Nec refert quod ipſe D. Hieronymus fuerit examinatus pro informatione curię, quia nō per hoc deſinit eſſe reus, & principalis, ſi re vera talis eſt, etiam quod fuiſſet examinatus, tanquam teſtis; forma enim examinandi non mutat naturā, & ſubſtātiam examinati, nec facit ipſum teſtem, ſi reus eſt, vel ècontra. Grammat. *deciſ.* 28. *nu.* 32. *ad finem.* Roland. *conſi.* 57. *nume.* 23. *lib.* 4. Bertaz. *conſi.* 124. *nu.* 4. *lib.* 1.

11 Sed vtcumque ſit, ſiue D. Hieronymum velimus eſſe reum principalem, ſiue etiam teſtem, dico, quod illius depoſitionis copia danda eſt, etiā quod fuerit pro informatione curiæ examinatus, & ēt ante repetitionem, & hoc quia doctrina Salicceti in loco præcitato, procedit de iure ciuili, & in terris Imperij; non autem de iure canonico in terris eccleſiæ. Marant. *vbi ſupra, num.* 10. Flam. Catrar. *in pract. interrogandor. reor. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 60. *iuncto num.* 67. *&* 69. vbi quod ita pręſertim ſeruatur in Vrbe, & ita aliàs tempore Gregorij XIIII. fuiſſe in conſulta reſolutum pro veritate, teſtari poſſum.

12 Dum ſecundo loco proponitur ampliſſima facultas Illuſtr. D. Theſaurarij procedendi non ſolum ciuiliter, ſed etiam criminaliter; reſpōſio eſt facilis, quia non per hoc cenſetur habere facultatem denegandi integram actorum, & proceſſus copiam, vt poſſit quis ſuas facere defenſiones, cū id nec etiam ſit permiſſum cuicunque iudici habenti liberum, & abſolutum arbitriū. gl. *in clem.*

ſæpe

ſæpe §. *non ſit tamen, in verbo, de fenſignes. de verb. ſiguif.* Marſ. *in pract.* §. *cõſtare. num.* 26. Boſſ. *in tit. de indit. nu.* 74. Menoch. *de arbitr. q. lib.* 1. *q.* 77. *nu.* 1. *& ſeqq. & q.* 78. *nu.* 5. imò nec ẽt Princeps ex ſua ordinaria facultate poſſet hoc facere. *cle. paſto. & ibi gl. in verbo, licuerit, et cõiter oẽs, de re iud. c.* 1. *de cau. poſſeſſ. & propriet.* Afflict. *deciſ.* 391. *nu.* 2. *& nu.* 9. Clar. *in prac.* §. *fin. q.* 49. *verſ. & hoc adeo verum eſt.*

13 Nec valet illatio, quod cum hic fuerit actum primo criminaliter pro expilata hæreditate, ſecũdo autem ciuiliter ad illius reſtitutionẽ, modoque ſuſpenſo criminali iudicio in quo D. Hieronymus fuit examinatus, procedatur tantũ in ciuili, propterea in eo non ſint edẽda acta alterius cauſæ criminalis. Hæc enim diſtinctio, ſi facti veritas inſpiciatur, non ſic, vt ponitur, procedit, cũ non videatur verum, quod primo fuerit actũ criminaliter pro expilata hæreditate; fuit enim D. Hieronymus hæres inſtitutus a quondam Didaco; ideo in hæreditate inſiſtens, ſeu illius bona detinens, non poteſt de expilatæ hæreditatis crimine notari, quia in re ſua nec furtum, nec expilatio cadit. *l.* 1. §. *furtum. ff. de furt.*

14 Nec fiſcus iſto caſu, ad expilatæ hæreditatis crimẽ ius aliquod hẽt, niſi tñ, quantũ prætẽdit, bona fuiſſe occultata, ad effectum, ne deregatur, quod non fuit relicta integra legitima Alphonſo; & conſequenter, quod non fuit gratia iuſtificata, ex quo poſtea ſucceſſio ad ipſum ſpectat; & ad iſtum effectum, non aũt pro expilata hæreditate, ſimpliciter fuit examinatus D. Hieronym⁹, hacque tendunt interrogationes ipſi factæ, & reſpõſiones ſubſequutę in ſuis cõſtitutis; quæ pręṫenſio cum ẽt vigeat in hoc iudicio (poſtq̃ iudicia ſic ſeparare volumus) ac de illius ſubſtantia agatur, non põt ſine dubio earũ copia denegari; tũ quia, vt ſupra probaui, oĩa acta ad cauſam facientia, integra, non aũt diminuta, exhiberi debent; cõfeſſiones aũt & reſpõſiones in criminali judicio factæ, faciunt ẽt fidẽ, & in alio ciuili iudicio, & præſertim inter eaſdem perſonas. Felin. *in c. cauſam, quæ. nume.* 23. *extra de teſtib.* Purpurat. *in l. is apud quem. nu.* 83. *in fine. verſ. & ẽcõtra. C. de edẽ.* Maſcar. qui alios refert, *de probat. lib.* 1. *concl.* 351. *nu.* 3. Tum etiam, quia quatenus non eſſent acta præſentis cauſæ (prout ſunt) adhuc tamen nunq̃ actor ſua iura reo edere denegare põt, ſiue eiuſdẽ ſiue alterius cauſæ ſint. *l. fi. C. de eden.* Spec. *in tit. de inſtrum. edit.* §. *videndum reſtat. nume.* 11. *verſ. reus vero.* vbi præſertim loquitur de atteſtationibus, & actis. Felyn. *in cap.* 1. *nu.* 25. *de probat.* etiam quod fiſcus actor ſit, agaturque, prout in caſu noſtro, de fundanda ipſius rei exceptione. *l. iuſtr. C. de eden.* Pereg. *de iur. fiſci. lib.* 7. *tit.* 3. *nu.* 27.

15 Dum aũt tertio prætenditur, partem tantum examinis D. Hieronymi potuiſſe reproduci, & repeti, illiuſq; tantum copiam D. Hieronymo eſſe exhibendam, non autem totius cõſtituti, ad doctrinam Bart. *l. argentarius.* §. *edi. ff. de eden.* quem alijs relatis ſequitur Dec. *in c.* 1. *num.* 286. *& ſeqq. extra de probat.* imprimis conſidero, quod Bar. eo loci expræſſe dicit, alicuius ſcripturę parti editionẽ nõ eſſe faciendã, niſi illius capituli, quod pertinet ad id, de quo agitur; pertineret autem, & ad propoſitum fuiſſet declarata, quũ faceret tam pro producente, quam contra producentem; ergo ſi Bar. doctrina vera eſt, fiſcus, qui produxit partẽ confeſſionis D. Hieronymi, ad ſui fauorẽ facientem, ſinat etiam eidẽ D. Hieronymo dari copiã alterius partis contra ſe facientem; quod ſi dixerit fiſcus, partem, quæ dari recuſarut, non pertinere ad id, de quo agitur, & non facere ad fauorẽ D. Hieronymi, quęſo, dicat, ſi ſic eſt, quod ad ei⁹ fauorem non faciat, cur recuſat illam dari? ſed q immo ad cauſam pertineat, & ad propoſitum faciat, ſatis ſupra probaui. quibus addo Dec. ex aduerſo allegatum *in d. c.* 1. *nu.* 288. *& ſeqq. de proba.* vbi quod ad cauſam facere, ad hoc, vt quid dicaẗ, ſufficit, vt aliquid conferat ad eã, vel vt loquatur de eadẽ materia, vel aliquo modo veniat ad declarationẽ, ſeu correctionẽ ſcripturæ productæ.

16 Præterea Barto. *in d. l. argentarius.* loquitur in producente ſcripturam alienam, vel etiam ſuam ipſius producẽtis propriam; vnde ſecus videtur, quãdo producitur ſcriptura confecta inter producentẽ actorem, ſeu ad illius inſtantiam, & reũ conuentum (prout ſunt interrogationes a d. iudice D. Hieronymo factæ, cũ reſpõſionibus ſubſequutis, eodem fiſco præſente, & inſtante) tunc enim talis ſcriptura non poteſt pro parte tantũ produci, quia non debet eſſe in poteſtate producentis reſtringere probationem illius ſcripturæ, quæ ab vtraque parte cõfecta eſt, prout benè deducit Oſcaſc. *Deciſ. Pedem.* 39. *nu.* 26. *& ſeq.* ex Felyn. quem allegat *in c.* 1. *nu.* 9. *verſ. fallit primo. de probat.* nec diſſentit Maſc. *lib.* 2. *concluſ.* 915. *nu.* 9. *& nu.* 22. vbi inferat ad acta iudicialia.

17 Non omitto (& ex abundanti) quod quamuis actor non poſſit cogi ad vtendum, niſi illa parte ſcripturæ, quæ ad ſui fauorem facit, illiuſque tantum partis copia ſit danda reo conuento, & non totius ſcripturæ; veritas tamen videtur, quod tota ſcriptura in actis producenda eſt, ad inſpiciendum, ac legendum, prout eſt tex. *in c. contingit. de fid. inſtrum.* & ibi Abb. *nu.* 2. *verſ. ſed inſtrumentũ,* & Fely. *poſt nu.* 1. vbi amplius, quod tota ſcriptura datur aduerſario producentis integraliter ad legendum, per *c. cum perſon. e. de priuileg. in* 6. nec diſſentire videtur Bar. *in d. l. argentarius,* §. edi, dũ in propoſito allegat tex. *in d. c. contingit.*

18 Et dum quarto loco credit fiſcus examen D. Hieronymi ſuccedere loco examinis alicuius teſtis, pro informatione curiæ recepti, & quod propterea illius copia danda non ſit, antequam reus faciat ſuas probationes, propter timorem ſubornationis, ad notata *in c. fraternitatis. de teſtibus,* iam ſupra fuit demõſtratum, D. Hier. in cauſa, de qua agitur, eſſe principalem reum conuentũ, nõ autẽ teſtem; ſed & quatenus eum pro teſte reputare velimus, nihil eſt, quod eiuſdẽ examinis copiam denegari debere ſuadeat. Nec tex. *in d. c. fraternitatis.* dicit, quod antequam reus faciat ſuas probationes, nõ ſit danda copia depoſitionis teſtium, propter timorem ſubornationis, ſed ſolũ quod teſtibus publicatis, non poteſt quis ſuper eiſdem, aut directo contrarijs, propter dictum ti-

morem

morem, alios teſtes examinare, de quò tamen nunc non eſt controuerſia.

Quare (vt cum D. meo Antonio Cicalotto Subcōmiſſario doctiſſimo, & integerrimo viro, ex aduerſo fuit per ſcribentem concluſum) ſi nihil eſt in conſtitutis D. Hieronymi, quod fiſco noceat, neſcio certe videre, cur ipſe fiſcus tam enixè inſtet pro illorũ integræ copię denegatione; veritas enim non eſt, niſi vna; ideo non debet dubitare, quin faciendæ probationis veritatem vllo pacto occultare valeant. Quod ſi ex dictis conſtitutis eius intentio aliquo modo obnubiletur, nec etiam debet ſic acriter repugnare, quin eorum integra detur copia, cum negari nequeat, illa eſſe de actis, *c. quoniam contra de probat.* & in actis reducta fuiſſe. acta autem eſſe edenda, probat tex. *in l. 2. C. de eden.* Nec vnquam acta dicuntur edita, niſi omnia, & integraliter edantur. *l. 1. §. edenda. ff. de eden. l. argentarius.* §. edi. ff. eodem, cum alijs ſupra allegatis.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

Cauſa quando dicatur criminalis, quando Ciuilis, quando mixta, & quid pręſertim de cauſa fraudatę gabellę: contumax quando audiatur, non exſolutis expenſis: Procurator quando in criminalibus pro abſente citato, admittatur, pręſertim ad appellandum, & ad dicendum de nullitatę: & quid ſi citatus erat perſona Illuſtris; ſtatutum quando extenditur de vna perſona ad alias: & an loquens de mandatario extendatur ad mandantem. Stylus quomodo introducatur, & probetur, & generaliter de validitate, & obſeruantia ſtyli: feriarum inobſeruantia quando reddat Proceſſum nullum. Commiſſio citationis, ſeu pręfixio dilationis, nondum lapſo termino primę citationis, ſeu dilationis commiſſę, aut pręfixę, an, & quando ſit nulla. Hęc inquam omnia abunde in ſeq. conſilio enucleantur.

SVMMARIVM.

Abſens per contumaciam habetur pro præſente, ad eius damnum. nu. 26.

Abſurdum eſt concedere per indirectum, quod principaliter fieri non permittitur. poſt nu. 50.

Abſurdum eſt retorqueri in fauorem ea, quæ in odium fuerunt inducta. nu. 58.

Acta iudicij quæ dicantur. nu. 54.

Acta iudicij debent fieri die iuridica, & non feriata. 54. Fallit pluribus modis. remiſſiuè. ibid.

Actus non poteſt fieri per Procuratorem, quando principalis præſentia requiritur. nu. 87.

Actus nullus ſuſtinetur, ſi aliquatenus offuſcari, vel dubius reddi poteſt. nu. 141.

Actus vt valeat potius quam pereat, ſemper eſt iudicandum. nu. 141. & 142. verſ. quoniam.

Appellare poteſt quilibet ſine mandato pro reo condemnato, etiam inuito. nu. 53. Fallit pro reo condemnato abſente, & contumace, quia regula procedit ſolum pro condemnato præſente, dum dicitur ad mortem. ibid.

Appellari poteſt à ſententia ſubrogati loco iudicis, à cuius ſententijs non licet prouocare, nu. 2. & 152.

Appellari non poteſt à ſententijs Superioris Gabellarum, niſi Sereniſſ. Princeps appellandi facultatem conceſſerit, nec reclamari, ſupplicari, querelari, ſeu reſtitutionem in integrum peti. 32. 36. Fallit 1. In cauſis mixtis. num. 57. Fallit 2. Quando ciuiliter agitata fuerit cauſa de conſuetudine. nu. 36.

Appellatio eſt actus extraiudicialis, & quare. 54. Fallit 1. In proſequutione, & Fallit 2. Quando fieret coram iudice à quo. ibid.

Appellatio à ſententia quæ tranſit in rem iudicatam deuolnere nequit. poſt nu. 100.

Appellatio elapſis ad appellandum temporibus, non admittitur. nu. 59.

Appellatio interpoſita per perſonam minus legitimam eſt nulla. nu. 52.

Appellatio interponitur de iure communi infra decem dies. num. 60.

Appellatio nõ tollit grauamen quod quis ſua ſibi negligentia, vel facto infert. nu. 96.

Appellatio reducit ſtatum cauſæ in terminis quibus reperiebatur tempore, quo lis conteſtari debebat. num. 67. 95. Fallit reſpectu confeſſionis, & aliorum actorum probatorum, quæ per appellationem non tolluntur. d. nume. 95.

Appellatione prohibita, cenſetur etiam prohibita nullitas, numero 146. Limita procedere vbi proponitur vnà cum appellatione, ſecus ſi principaliter, & ſeorſum, & quare ibid.

Argumentum ab incluſione vnius ad excluſionem alterius valet. nu. 161.

Argumentum à communiter accidentibus eſt in iure validiſſimum. nu. 161. in fi.

Argumentum à Correlatiuis eſt valde potens, & vtile, & procedit conſtructiuè, & deſtructiuè. nu. 74.

Argumentum de minori ad maius procedit etiam in criminalibus. nu. 76.

Aſſociatio noui Conſultoris dicenda eſt tanquam de priuato Conſultore. poſt nu. 153.

Attentata pendente nullitate reuocantur. nu. 172.

Auferens ius acquiſitum alteri, mortaliter peccat. poſt numerum 93.

Bonum multitudinis eſt maius bono vnius, poſt num. 76. verſ. & prædicta.

Cauſa an dicatur criminalis, vel ciuilis, quid perpendatur. numero 39.

Cauſa

Cauſa dicitur
- 1. Ciuilis quando pœna applicatur parti. numero 43.
- 2. Criminalis quando
  - 1. Pœna applicatur fiſco licet ciuiliter ageretur, nume. 42.
  - 2. Agitur de pœna corporis afflictiua ad publicam uindictam ibidem.
- 3. Mixta quando pœna appllicatur partim fiſco, & partim priuato, numero 37.
- Fallit
  - 1. In cauſis contrabanni licet pœnu applicetur conductoribus vectigalium. poſt nume. 38. in fin. & nu. 41.
  - 2. Quando pœna principaliter applicatur fiſco. nume. 38.
  - 3. Item quando intereſſe partis ex natura condemnationis venit neceſſariò ſimul cum pœna publica vindictæ. d. nume. 38.
  - His caſibus dicitur tota criminalis.
- Sublimita, quando intereſſe partis venit tãquã quid ſeparatum, & non de neceſſitate connexum cum intereſſe fiſci. d. num. 38.

Cauſa fraudalis { 1. Annonæ, & 2. Vectigalis. } Eſt publici iudicij. nume. 40. 41.

Cauſa nullitatis dicitur habere effectum ſuſpenſiuum. numero 172.

Cauſa plurimum ſociorum, ſeu complicum ucquit commodè expediri, niſi prius expeditis contumacibuc. nume. 101.

Cuaſæ, quæ per alium agi nequeunt, earundem nec appellutio agi oportebit. nu. 100.

Cauſæ carceratorum poßunt expediri etiam diebus feriatic. num. 161.

Ceßante ratione legis, ceſſat ipſa lex. poſt nu. 87.

Circuitus eſt euitandus. nu. 164.

Citandi modus etiam præter ius introducitur qnoque ex ſtylo. num. 110.

Citatio affixa valuis, quæ diciur per edictum, præſumitur ſemper permanſiſſe affixa, cum illa defigere ſit delictum. nu. 125. in fine.

Citatio debet fieri ſecundnm formam ſtatuti, alioqui proceſſus eſt uullus. nu. 101.

Citatio eſt de iure naturali, qnæ etiam a Principe tolli nequit, niſi iuſta ſubſiſtente cauſa. nu. 19. 125.

Citatio congruam dilationem non habens, vt citatus poſſit certiorari, videtur irrationabilis. nu. 19.

Citatio facta ad domum, vel per edictum non arctat cicatum ad comparendum, niſi affixio fiat hora, & tempore congruo, & niſi ita fiat, vt veriſimiliter ad aures citati valeat peruenire. nu. 7. & 8.

Citatio habet præſumptionem pro ſe quòd ſit facta legitimo tẽpore. poſt nu. 142. verſ. quoniam.

Citatio nulla ſuſtinetur ſi probari poſſit, quod citatus habuerit ſcientiam, & quomodo ſcientia probetur. nu. 126. 144. & ſeqq.

Citatio noua fieri poteſt pendente dilatione alteriuc citationis, vt incipiat illa finita. nume. 143. verſic. ſecundo quia.

Citatio non requiritur, vbi agitur de declaratione vigore pœnæ præcedentis contumaciæ. nu. 167.

Citatio per litteras ſubſidiales fit in Ciuilibus, non autem in Criminalibuc Ferrariæ, poſt numero 168. verſic. præterea.

Citatio trina, cum interuallo duorum dierum inter vnam, & aliam, ſufficit ad conſtituendum quem forenſem contumacem in Criminalibus Ferrariæ. poſt num. 168. verſ. ſi quidem, & alibi.

Citationis forma introducitur nedum ſtatuto, ſed ſtylo, & conſuetudine. nu. 110.

Citationis negatiua probatur, quando in actis non apparet de ea. nu. 126.

Citatus contra ſtylum conſuetum fori iudicij excuſatur a contumacia. nu. 108.

Citatus inualidè habetur pro legitimè citato, ſi citatio ad eius notitiam peruenerit, & quomodo præſumatur ſcientia. nu. 144.

Citatus per editum dicitur fictus contumax, quia non conſtat iudici, quod citatus habuerit notitiam. nu. 50.

Citatus per edictum, vel ad domum præſumitur ignorare. nume. 61.

Citatus per edictnm nec verè; nec fictè cenſenduc eſt contumax, niſi conſtet citationem ad eius notitiam perueniſſe. num. 49. Limita procedere, qnando iudici conſtat, Citatum non habuiſſe notitiam, vel fuiſſe legitimè impeditum, aliàs ſecus. nu. 50.

Citatus puta pro prima ad ſententiam poteſt purgare moram hora ſequenti re integra. nu. 125.

Clauſula, ſine figura iudicij, tollit dilationes. nu. 126.

Commiſſa cauſa, intelligitur commiſſa tam ciuiliter, quam criminaliter, & nedum quo ad cognitionem, ſed etiam quo ad illius deciſionem. nu. 133.

Commiſſio generalis non eſt neceſſaria in incidentibus, & acceſſorijs. nu. 132.

Comites quando dicantur Illuſtrec, & quando ſpectabilec. nume. 156.

Comites ſolum nomine dicuntur clariſſimi. nu. 157.

Condemnatus quando præſumatur habere notitiam ſententiæ. num. 50.

Conductores Vectigalium, vel redditunm alicuius Priuilegiati, non gaudent Priuilegio immunitatis, quo gauderet ipſe Priuilegiatus. nu. 45. Limita procedere, quo ad Priuilegia perſonalia, ſecus realia. ibid.

Conductores Vectigalium vide infra in verbo, ſuperiores.

Confeſſio ficta ſequuta pronunciatione remanet irreuocabilis, & transfert onus probandi in condemnatum rem aliter ſe habere, ſi de illius errore docere vellet, ſicut confeſſio vera. nu. 94.

Confeſſio ficta reſultans ex ſtatuto, quod quis habeatur pro confeſſo, equipollet confeſſioni veræ factæ in iudicio. nume. 25.

Confeſſio ficta
- Dicitur liquidiſſima probatio. nu. 28.
- Facit Notorium. nu. 29.
- Reuocari non poteſt etiam probato errore. nume. 30.

Confeſſio ficta non inducitur per proceßum factum ab incompetenti Iudice. nu. 104.

Confeſſio Procuratoric nocet Principali. poſt nu. 91.

Confeſſus & conuictus vere non appellat, & ſi appellaret, reijcienda eſt appellatio. nu. 23.

Confeſſus, & conuictus fictè non appellat, numero 24. & 170.

Fallit
- 1. Quando haberetur ſolum pro confeſſo, vel ſolum pro conuicto. d. nu. 24. 170.
- 2. Quando ſuſciperet onus probandi delictum non commiſiſſe. nu. 92. vel
- Eſſet condemnatus ex ſola contumacia. 151.

Confeſſus & conuictus ſi compareat poſt ſententiam non eſt audiendus, niſi fuerit admiſſus ad nouas defenſionet. nume. 91.

Confeſſus, & conuictus vigore ſtatuti quod contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, effugere nequit, vt non torqueatur, licet admiſſus ad nouas defenſiones fuerit. num. 91.

Coniunctio, & connexitas cauſæ facit, quòd ad eundem iudicem iri debeat, nu. 134.

Conſequentia non valet, quando oppoſitum conſequentis poteſt ſtare cum ſuo antecedenti, nu. 162.

Conſuetudo fori iudicis omnino attendenda, nu. 49. & 165. in fine.

Conſuetudo præſcripta valet etiam contra ius, nu. 123.

Conſultor & iudex valde differunt., poſt nu. 153.

Conſultor in præparatorijs, & ordinatorijs iudicij tenetur ſeruare, & ſequi conſuetudinem loci, vbi proceditur, numero 128.

Conſultor non fert ſententiam, nec vllam habet in partes iuriſdictionem, nec inter eas aliquem actum iuriſdictionalem exercet, poſt nu. 153.

Conſultoris poteſtas dependet a limitata conſulendi facultate, poſt nu. 153.

Continentia cauſæ dicitur etiam reſpectu eiuſdem inſtantiæ, nu. 161. verſ. ſed qualitas.

Continentia cauſæ diuidi minimè debet tum in ciuilibus, tum in criminalibus, nu. 161. verſ. Sed qualitas.

Contumacia ſola, abſque alijs inditijs, facit indicium ad torturam, nu. 49.

Amplia { *etiam in ſpontè comparente, nu. 89.* / *& tam in vero quam in ficto contumace, numero 90*

Contumax citatus ab incompetenti iudice, non tenetur comparere, nu. 104.

Contumax de iure ciuili dicitur ille, qui tribus edictis, vel uno peremptorio fuerit citatus, nu. 122.

Contumax de iure municipali Ferrariæ dicitur in criminalibus ille, qui tribus edictis fuerit citatus ſuper ſcalis Palatij, differentibus inter ſe per duorum dierum interualla, cum affixione cedulonum ad valuas Palatij, nu. 122.

Contumax ex ſtyllo gabellarum Ferrariæ dicitur ille, qui citatus fuerit ad valuas gabellarum per affixionem cedularum per tres, vel quatuor vices, nu. 122.

Contumax fictus appellare poteſt, nu. 1. & 151.

Fallit quando haberetur pro confeſſo, & conuicto, vel ſolum pro confeſſo, ſi vltra contumaciam iudex examinauerit teſtes, qui contra reum probauerit, numero vigeſimo quarto.

Sublimita, ſi ſuſciperet onus probandi rem aliter ſe habere, & ſic delictum non commiſiſſe, nu. 92. & 151.

Contumax fictus ſemper poteſt appellare a die ſcientiæ, præſumiturque a die ſcientiæ appellaſſe, licet fatale præterierit, & ſtatur eius iuramento quòd non habuerit ſcientiã, numero 61.

Fallit quando fuerit notificata ſententia ad eadem met loca, vbi fuit citatus ad ſententiam, d. nu. 51. 150.

Contumax fictus quis dici non poteſt, quando prima citatio caret relatione, nu. 6.

Contumax fictus, & / *Contumax verus* } *Aequiparantur, nu. 23. & ſeq.*

Contumax verus non auditur appellans, nu. 22.

Contumax habitus pro confeſſo, & conuicto, licet admiſſus fuerit ad nouas defenſiones, quin torqueatur, effugere non poteſt, nu. 91.

Contumax habitus pro confeſſo, & conuicto apparens poſt ſententiam non debet audiri, niſi fuerit a Principe admiſſa ad nouas defenſiones, vel niſi ſuſceperit onus probandi rem aliter ſe habere, numero 91. & pluribus ſequent.

Fallit quando compareret ante declarationem, nu. 97.

Contumax non auditur, niſi prius præſtita idonea ſatiſdatione de iudicio ſiſti & iudicatum ſoluendo, quamuis poſſideret bona æquiualentia debito, numero 46. 57. in fine. & 169. Et niſi refecerit omnes expenſas vſque ad vltimum quadrantem, numero 47. eſto quòd non fuerint petitæ ſecundum Iaſ. in l. Sancimus, poſt numerum ſextum. C. de iudi. Amplia procedere licet contumax inſtam cauſam litigandi habuerit, & tam in cauſa ciuili, quam criminali, nu. 47.

Fallit quando { *1. Fuiſſet legitimè impeditus, nu. 48.* / *2. Non habuerit notitiam citationis, numero 49.*

Sublimita procedere, quando impedimentum fuiſſet authoritate publica, & iudex de eo notitiam habuiſſet: ſecus ſi authoritate priuata, niſi contra priuatum habere poſſet regreſſum, d. nu. 48.

Contumax quas expenſas reficere teneatur, remiſſiuè, poſt numerum 45.

Contumax non poteſt facere reuocari, & ſuſpendi tenutam bonorum annotatorum, niſi prius refectis expenſis, ſatiſdederit de iudicio ſiſti, eſto quod poſſideret immobilia æquiualentia debito, vel carceres ingreſſus fuerit, docuerit de eius innocentia, & contrariam ſententiam reportauerit, nu. 169.

Contumax non poteſt dici ille, qui fuerit citatus contra ſtilum conſuetum fori iudicij, nu. 108.

Contumax non videtur prorogare iuriſdictionem, numero 104.

Contumax perdit beneficium dicendi quòd continentia cauſæ diuidatur, nu. 161. verſ. Sed qualitas.

Contumax poteſt ſe tueri nullitate proceſſus. 104.

Contumax poteſt torqueri ex ſola contumacia, eſto quòd ſpontè compareret, dummodo compareat poſt terminum a ſtatuto præfixum ad purgandam contumaciam, nu. 89. Amplia etiam in ficto contumace, nu. 90.

Correlatiuorum eadem eſt diſciplina, nu. 74.

Crimina omnia de iure Canonico ſunt publica, nu. 40.

Curia quælibet habet ſuos ritus quo ad ordinatoria proceſſus, qui vbi ſunt, ſeruari debent, nu. 117.

Damnari non poteſt, qui non deliquerit, nu. 65.

Damnum dat, qui damnum dari iubet, nu. 78.

Decennium quod datur condemnatis ad appellandum, datur ſolum ad deliberandum, an velint appellare: ideo ſi non datur appellatio, fruſtra expectatur, nu. 163.

Decianus reprobatur in cap. 47. numero 20. in tit. de ſenten. et appellat. lib. 7.

Decretum generale, & incertum non valet, nu. 161.

Delegatus Principis ad audiendum, videtur etiam delegatus ad diffiniendum, nu. 132.

Delegatus ad vnam cauſam videtur etiam delegatus ad quamlibet illi incidentem, nu. 132.

Delictum maius eſt illud quod maiori bono opponitur, poſt num. 76. verſ. & prædicta.

Delictum mandantis, & mandatarij vnum, & idem eſt, poſt nu. 76. verſ. nam ſequuto effectu.

Dilatione pendente nihil eſt innouandum, & iudicis officium conquieſcit, nu. 9. & 143.

Fallit pluribus modis ex Gabriele, lib. 2. tit. de dilatio. concluſ. 1. nu. 6. & ſeq.

Dilatione pendente alia dilatio dari poteſt, vt incipiat illa finita, nu. 143.

Diſpoſitum in vno ex correlatiuis, cenſetur etiam diſpoſitum in alio, etiam in odioſis, nu. 74.

Domicilium non conſtituitur ex ſola domus poſſeſſione, ſed ex aſſidua habitatione, poſt numerum 168. verſi. Præterea.

Duces non dicuntur Illuſtres de iure, niſi eis ferre coronam conceſſum ſit, nu. 156.

Duces quando dicantur Illuſtres, & quando ſpectabiles de iure, nu. 156.

Edicta præſumuntur ſemper permanſiſſe affixa, cum illa defigere ſit delictum, nu. 125. in fine.

Error non cadit in confeſſione ficta, quæ eſt iuris, nu. 31.

Ex diuerſis non fit illatio, poſt numerum 153. in fine, & 162.

Exceptio incompetentiæ quando opponi nequeat. nu. 134.

Exceptio nullitatis aduerſus ſententiam dubio procul opponi

poteſt etiam poſt triginta annos, nu. 101. in fi.
Fallit quando ſtatuto præfigeretur tempus ad dicendum de nullitate, quia tum elapſo termino, præcluſa eſt uia amplius dicendi de nullitate, nu. 148.
Executio ſententiæ nondum latæ fieri nequit. 176.
Executio ſententiæ non fit pendente nullitate euidenti, & notoria ex actis, nu. 171.
Fallit quando
- 1. Executio eſſet retractabilis, nu. 176.
- 2. Cumularetur una cum appellatione, & deferretur appellationis articulus, quia tunc fit executio, nu. 177.
- 3. Nullitas æque principaliter in iudicio proponitur, quia tunc fit executio, ſalua remanente quæſtione nullitatis, nu. 176.

Executio ſententiæ non ſuſpenditur per appellationem contra illum, qui habetur pro confeſſo, & conuicto, ſed appellatio reuicienda eſt, nu. 170.
Executio ſententiæ non poteſt committi intra decennium ſecundum ſtatuta Ferrariæ, alias tanquam attentatum reuocare debet, nu. 163.
Fallit
- 1. Quando non datur appellatio, quia tunc incontinenti fit executio. nu. 163.
- 2. In cauſis gabellarum, quibus ſtatim ſententia executioni demandatur, nulla obſtante exceptione, nu. 163.

Extenſio in pœnalibus non fit de perſona in perſonam, quando ſtatutum, ſeu alia diſpoſitio loquitur in perſonam, ſed ſolum quando loquitur in rem, nu. 72. & ſeq.
Fallit pluribus modis, vt erit videre infra in verbo, Statutum loquens in perſonam.
Extractio bladorum eſt prohibita principaliter gratia conſeruandi Annonam vberiorem, & per conſequens fauore publicæ vtilitatis, nu. 75.
Factum non dicitur etiam ſi ſit minimum, quando aliquid datum pro forma remanet ad agendum. 101.
Factum nulliter non debet reuocari, cum de nouo, ſi non eſſet factum fieri deberet, nu. 164.
Factum perperam iuſtius eſt confirmari, quam nouo iudicio inſtituto, illud idem conſequi. d. nu. 164.
Feriæ meſſium, vendemiarum, & repentinæ non obſeruantur in foro Gabellarum Ferrariæ, numero 161. verſic. tertio, quia.
Ferijs repentinis ius non redditur etiam in cauſis criminalibus Ferrariæ, nu. 11.
Fallit
- 1. Quando non fuerunt indictæ, & } 161
- 2. In cauſis Vectigalium. }

Ferrariæ ius Canonicum obſeruatur. nu. 41.
Fictus contumax an valeat appellare, uide in verbo, Contumax fictus.
Fiſcus acquiritur ius ex pronunciatione quòd contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, nu. 93.
Fiſco per priuatum ius acquiritur, d. nu. 93.
Forenſes ligantur ſtatutis loci delicti, maximè ſi ſint de loco vicino, nu. 34. 35.
Limita procedere in ordinatorijs: ſecus in Deciſorijs, numero 60.
Forenſes delinquentes in criminalibus non citantur per litteras, ſed ad valuas Palatij loci delicti per tres vices, cum interuallo duorum dierum inter vnam, & alteram citationem, nu. 168.
Forma data a ſtatuto, vel lege mutari, ac diminui minimè poteſt, poſt numerum 101. verſi. & prædicta, nec poteſt adimpleri per æquipollens, numero 102. debetque obſeruari etiam in tempore, nec recipit interuallum, numero 103. alioqui quicquid fit eſt ipſo iure nullum, numero 10. & 101. Amplia etiam in fauorabilibus, poſt num. 101. verſ. & prædicta.
Fallit
- quando pinguius fuerit obſeruatum, nu. 108.
- Et pluribus alijs modis remiſſiue, dicto numero 102.

Formæ minimus defectus vitiat actum, nu. 101.
Fraudare gabellam eſt crimen, nu. 40. & 129.
Fraudantibus Annonam indicitur de iure pœna relegationis etiam nobilioribus, nu. 70.
Idem iuris de crimine, & de eo quod tendit ad crimen, numero 175.
Ignorans ſemper eſt infra tempus ad dicendum de nullitate, nu. 149.
Ignorantia præſumitur in abſentibus, d. nu. 149.
Illius eſt deſtruere, cuius eſt condere, num. 88.
Illuſtres perſonæ poſſunt reſpondere per Procuratores in cauſis criminalibus, nu. 4.
Limita procedere in cauſis iniuriarum duntaxat, numero 159.
Illuſtres qui dicantur, nu. 155. & ſeq.
Illuſtris vt quis de iure dici valeat duo copulatiuè requiruntur, nempè dignitas, & adminiſtratio, nu. 157.
In cauſis gabellarum proceditur de plano cogendo, & exigendo, non citando, & procedendo, nu. 162.
In antiquis præſumitur interueniſſe omnes ſolemnitates de iure requiſitas, nu. 119.
In notorijs ordo iuris non eſt neceſſarius.
Incertitudo irritam reddit quamlibet diſpoſitionem. numero 161.
Indignum eſt, vt quis alterius pœnam immerito ſufferat, numero 65.
Inducta in odium non poſſunt retorqueri in fauorem, numero 58. 87.
Indicium ad torturam facit, vt corporalis rei præſentia requiratur, nu. 84. & ſeq.
Inferior nequit tollere legem ſuperioris. nu. 88.
Iniuſtitia notoria æquiparatur euidenti nullitati, poſt numerum 13.
Interpretatio legis nunquam intelligitur excluſa, nu. 83.
Intereſt reipublicæ ne delicta remaneant impunita, num. 76. verſi. & prædicta.
Iudex appellationis abſque alia ſpeciali commiſſione de nullitate tanquam incidenti, & acceſſorio cognoſcit, numero 131.
Iudex ciuilis, licet non habeat cognitionem rerum criminaliũ, habet tamen poteſtatem procedendi, & inquirendi in cauſis criminalibus incidentibus in cauſa ciuili, abſque alia delegatione. nu. 136.
Iudex debet iudicare ſecundum digniorem partem, numero 38.
Iudex debet abſoluere contumacem, quando videt nulliter fuiſſe proceſſum, poſt nu. 65.
Iudex datus ſuper aliquo negocio ſuper omnibus cognoſcere poteſt, ſine quibus negocium commiſſum commodè explicari nequit, nu. 135.
Iudex habens particulare tribunal, non poteſt citare ad aliena tribunalia. nu. 122.
Iudex in præparatorijs, & ordinatorijs iudicij, ſeu litis tenetur ſeruare atque ſequi conſuetudinem loci vbi proceditur. num. 128.
Iudex poteſt.
- Compellere reum perſonaliter comparẽdum, quando probata ſunt in eum indicia, nu. 98.
- Informare ſe de notorio parte non citata, & teſtibus non iuratis, 114.
- Differre ad ſequentem horam promulgare ſententiam, nu. 115. 142.

Iudex ſtudere debet, numquid nullitas ex iure, ex facto offuſcari, vel ſaltem dubia reddi poteſt, & re exiſtente dubia iudicare, vt actus valeat potius quàm pereat, numero 141.
Iudex proferens ſententiam contra ſtilum nulliter pronunciat, & facit litem ſuam, nu. 117.
Iudex quando valeat ſe informare de ſtilo in Thalamo parte non citata, nu. 14. 15. 111. & plurib. ſeq.

Iudex, qui tenetur ſententiare ſecundum conſilium Sapientis debet ſequi dictum conſilium illud aperiendo, & legendo, nu. 153.

Iudex veritatem conſequitur melius a Reo, quam a Procuratore, nu. 66.

Iudices Ferrariæ proferunt ſententias hora iuris, dummodo factu ſit relatio Præconis ante iuris horam. nu. 142. verſic. ſic enim.

Iudices in criminalibus non citant reos per litteras extra territorium, etiam ſub eodem Principe, ſed ad valuas Palatij, ſub nu. 168.

Iudicia publica ſunt criminalia, nu. 39.

Iudicium an dicatur ciuile, vel criminale, conſideratur modus agendi, non autem an pœna applicetur fiſco, vel parti, nec finis, vel effectus iudicij, ſed eius cauſæ origo, ac principium, nu. 38. & plurib. ſeq. vbi habetur quando iudicium dicatur criminale.

Ius acquiſitum parti per negligentiam alterius partis recta cō ſcientia nequit auferri, poſt nu. 93.

Ius municipale Ferrariæ ſeruatur pro iure communi, nu. 15. & 111.

Legem condere principis eſt, nu. 88,

Leges loquentes de confeſſione vera trahuntur ad fictam confeſſionem, nu. 27.

Legis interpretatio nunquam intelligitur excluſa, nu. 83.

Lex quæ non eſt vſu recepta, nec etiam eſt obſeruanda, numero 161.

Lex quamuis pœnalis & odioſa loquens de vno ex correlatiuis extenditur ad reliquum, nu. 74.

Lex ſuperioris non poteſt tolli per inferiorem, nu. 88.

Liquidatio contentorum in ſententia non poteſt fieri abſque cognitione & iudiciali diſcuſſione, nu. 13. Fallit in cauſis Gabellarum, & quando res ſunt liquidæ, nu. 161.

Magis potens trahit ad ſe minus potens, nu. 38.

Magiſtratus qui non habent poteſtatem legis condendæ non poſſunt introducere ſtilum, nu. 17. & 118.

Fallit vt infra in verbo, ſtilus non poteſt introduci.

Mandans dicitur magis principalis quàm mandatarius, numero 76.

Mandans & mandatarius ſequuto delicto æqualiter comprehenduntur ſub ſtatuto loquente de faciente, poſt nu. 76. verſic. & quòd, eſto quod ſtatutum excluderet interpretationem, nu. 83,

Mandans ex natura correlatiuorum punitur eadem pœna legali, qua mandatarius, poſt nu. 74. & nu. 82.

Mandans magis peccat quàm mandatarius, nu. 76. vbi deducuntur tres auctoritates.

Mandans plus delinquit quàm mandatarius, quia mandando delinquit, & mandatarium corrumpit, poſt numerum 76.

Mandans fieri delictum ſubiacet diſpoſitioni ſtatuti loci delicti, ſicut mandatarius, nu. 35.

Mandans quando comprehendatur ſub ſtatuto puniente ſacientem, uide in verbo, ſtatutum loquens in perſonam.

Mandantis & mandatarij delictum vnum & idem eſt, poſt num 76,

Marchiones quando dicantur illuſtres, & quando ſpectabiles, nu. 156.

Mixtum ſi deberet iudicari ſecundum naturam vnius ſimplicis deberet attendi illud ſimplex, cuius qualitas eſt potentior, nu. 161.

Mora purgari poteſt in iudicijs quandocunque ante ſententiam, nu. 125.

Fallit quando ius eſt acquiſitum parti, ſeu fiſco, poſt numerum 93.

Neceſſitati non ſubijcitur quod eſt in poteſtate, poſt num. 168. ante fin.

Nemo debet alterius odio pergrauari, nu. 161.

Nemo eſt Dominus membrorum ſuorum, nu. 64.

Notitia, vide in verbo ſcientia.

Notorietas quomodo probetur ex actis, nu. 126.

Notorium dicitur omne quod iudici conſtat per teſtes inſtrumenta, vel aliter, nu. 116.

Notorium non indiget probatione, ſed ſatis eſt, vt allegetur, nu. 142.

Notorium non poteſt dici id quod recipit probabile dubium facti. 126.

Notorium non releuat ab onere præponendi & allegandi, releuat tamen ab onere probandi, nu. 114. 142ſ

Fallit quando notorietas conſtat ex actis, tunc non eſt opus vt allegetur, poſt nu. 116.

Notorium reſultat ex confeſſione ficta. 15.

Nullitas euidens ex actis impedit executionem ſententiæ, numero 171.

Nullitas euidens nunquam cenſetur excluſa. 103. 148. impeditque executionem ſententiæ, licet tranſiuerit in rem iudicatam, ibi.

Fallit quando ſtatutum præfigeret tempus ad dicendum de nullitate, quoniam niſi dicatur infra illud tempus, præcluſa eſt uia amplius dicendi de nullitate, d. nu. 148.

Sublimita quando opponeretur per viam exceptionis, d. numero 148. in fine.

Nullitas euidens dici non poteſt quando diſceptationem recipere poteſt. 146.

Nullitas notoria non poteſt proponi per procuratorem, niſi proponatur ſeorſum ab appellatione, quando eſt prohibita appellatio, nu. 146. vide in verbo procurator.

Nullitas in iudicio ordinario principaliter propoſita deſiderat ſententiam. 176.

Nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis, reddit nullam fictam confeſsionem. 104.

Nullitatis effectus ineſt appellationi, quando ipſa nullitas cum appellatione proponitur. 146.

Officium procuratoris damnoſum eſſe non debet ipſi procuratori. 65.

Ordo iuris eſt ſeruandus etiam in cauſis fiſcalibus. nu. 162.

Fallit in exigendis publicis functionibus & datijs nu. 162. vide in verbo in cauſis.

Ordo iuris non eſt neceſſarius in notorijs. 115.

Paria ſunt excludere crimen directè, vel aliquid deducere per quod indirecte crimen excludatur. 175.

Paria ſunt quem eſſe verè confeſſum in iudicio, & ſolemniter, vel a ſtatuto ſeu ſtilo haberi pro confeſſo. 25.

Pœna fraudis Annonæ eſt relegationis, & maioris etiam. 79. & 80.

Pœna impoſita facienti intelligitur impoſita mandanti ſequuto effectu, poſt nu. 76. verſi. agitur.

Poſſibile vide in verbo, quando.

Præſcriptio non eſt neceſſaria ad inducendum ſtilum curiæ, & communem obſeruantiam. 124.

Præſes prouinciæ dicitur Clariſſimus, poſt nu. 159.

Præſumptio duplex ſcientiæ concurrit ex notificatione facta ad eademmet loca, vbi quis citatus fuerit ad ſententiam. nu. 150.

Princeps concedendo reſcripta plerumque a partibus decipitur. 130.

Princeps præſumitur habere ſcientiam omnium quæ fiunt ab eius magiſtratibus. 119.

Principis eſt condere legem. 88.

Principis intereſt ne delicta remaneant impunita, poſt numerum 76.

Procurator non admittitur ad dicendum de nullitate niſi reus perſonaliter ſe conſtituat, & alleget nullitatem. 140.

Fallit quando
- *1. Eſt adeo euidens & notoria, vt de ea nec in iure, nec in facto dubitari contingat, d. nu. 140. & 174. & nu. 126.*
- *2. Nullo modo tangit crimen, & ad alium finem examinatur nullitas, quam ad criminis excluſionem, d. nu. 174. & nu. 5.*

Sublimita:
- 1. Quando aliquatenus redditur dubia, d. numero 140.
- 2. Quando proponeretur cum appellatione, quia tunc prohibita appellatione cenſetur etiã prohibita nullitas. 146.

Procurator non admittitur ad dicendum de nullitate, niſi dixerit infra tempus præfixum a ſtatuto. 147.

Procurator nõ admittitur pro reo in criminalib.:
- 1. Quando agitur de pœna corporis afflictiua, 62 67.
- 2. Quando agitur de pœna pecuniaria, & corporali, ſeu corporis afflictiua, copulatiuè, nu. 68.
- 3. In publicis iudicijs. 70.
- Fallit:
  - 1. Quando agitur ſolum de pœna pecuniaria, & quare, 3. 63. & ſeqq.
  - 2. Poſt rei detentionem & litis conteſtationem. 67.
- 4. Quando agitur de pœna corporis afflictiua in ſubſidium pecuniariæ. 71.
- Fallit quando pœna in ſubſidium eſſet impoſita alia lege, vel iudicis officio, dicto num. 71.
- 5. Quando eſt locus torturæ pro veritate indaganda, nu. 84. & pluribus ſeq.
- 6. Quando fuerit citatus ad perſonaliter comparendum ad reſpondendum denunciæ ſiue agatur de pœna corporali, ſiue pecuniaria, nu. 99.
- Fallit pro Illuſtribus perſonis. nu. 4.
- Sublimita procedere ſolum in cauſis iniuriarum nu. 159.

Procurator, qui non poteſt interuenire in cauſa principali, non poteſt proſequi appellationem. 100.

Procurator rei contumacis nõ auditur, niſi:
- 1. Refectis expenſis. 58. &
- 2. Præſtita ſatiſdatione iudicatum ſolui, in primordio litis ingreſſu. 56. 64.
- Fallit quando fuerit releuatus in inſtrumento mandati. 57.
- Sublimita vbi releuans non poſſideret bona in loco iudicij æquiualentia debito, numero 57.

Procurator non debet eſſe melioris conditionis, quam principalis, nu. 58.

Procurator tenetur ad omnia, ad quæ tenebatur principalis conſtituens, d. nu. 58.

Procurator non poteſt eſſe in Ciuitate Ferrariæ, qui non fuerit approbatus in Collegio Procuratoris. 51. 138.

Fallit quando principalis eſſet præſens, per duas vices. 55.

Procurator non admittitur quoties præſentia principalis requiritur. 87.

Procurator non admittitur pro reo quando ordine iudiciario probata fuerint indicia contra eum, ni perſonaliter compareat. nu. 98.

Procurator rei debet ſatiſdare de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo ſi audiri deſiderat, nu. 139.

Procuratoris confeſſio nocet principali, poſt nu. 91.

Prohibitum iure municipali habetur ac ſi eſſet prohibitum iure communi, quando huiuſmodi ſtatuta prohibitiua vigent in eodem loco, poſt nu. 78.

Proſequutio appellationis dicitur actus iudicialis, poſt numerum 78.

Publicani, vide in verbo, ſuperiores vectigalium.

Qualitas carceratorum eſt potentior qualitate abſentium, nu. 161. verſ. quarto quia.

Quando aliquid habet ſe ad poſſibile, & ad impoſſibile, indicatur poſſibile, vt actus valeat, & non pereat, poſt numerum 45.

Quando requiritur præſentia alicuius non poteſt actus fieri por procuratorem. nu. 22.

Quoties in criminalibus locus eſt torturæ, principalis perſona deſideratur. nu. 17.

Quod principaliter fieri non permittitur non conceditur per indirectum, poſt nu. 50. verſ. ex quibus.

Reipublicæ intereſt ne delicta remaneant impunita, poſt numerum 76.

Reſcripta delegatoria quando ſtrictè, & quando latè ſint interpretanda, nu. 130.

Reus criminis debet citari per tres vices ad mediam ſcalam palatij Ferrariæ cum interuallo duorum dierum inter vnã, & aliam citationem, alioqui non poteſt dici contumax, nec haberi pro confeſſo, ſed quicquid fit eſt nullum, num. 101. & 168. verſi. ſiquidem.

Limita procedere quoad forenſes, ſecus quo ad diſtrictiuales Ferrariæ, qui ſemel dicantur, & poſtea ponuntur in banno cum termino octo dierum ſecundum ſtat. Ferrariæ, rubr. 5. lib. 3.

Reus non habens domicilium in loco delicti debet citari per literas, nu. 167. verſi. nec eſt locus.

Fallit de conſuetudine totius Italiæ, quia forenſes delinquentes citantur per edictum ad valuas palatij iuris cum affixione cedularum. ibi.

Reus indiciatus ad torturam debet carceribus detineri, eſto quòd ageretur ſolum de pœna pecuniaria, dummodo ſit talis, vt poſſit deueniri ad torturam, nu. 95.

Reus torquendus non poteſt relaxari fideiuſſoribus, & quare. 86. 87.

Reus perſonaliter comparere debet quando locus eſt torturæ, nu. 84

Reus non poteſt dici contumax, nec ad comparendum arctatur, quando citatio prima caret relatione. 6.

Reus non poteſt habere in conſequentia, quod principaliter aſſequi nequit, poſt nu. 87.

Reus non poteſt comparere per procuratorem quando in eum probata ſunt indicia, ſed debet ipſe venire coram iudice, per ſe reſpondere, & præſto eſſe auditorio in diſputanda cauſa, maximè vbi agitur de pœna corporis afflictiua, num. 63. & ſeqq. & num. 98. et vbi ex aliqua conſtitutione, vel ſtatuto contumax habetur pro confeſſo, & conuicto, d. nu. 98.

Scientia citationis præſumitur ſi citatus poſt citationis exequutionem ad eandem cauſam conſtituerit procuratorem, nu. 144.

Scientia ſententiæ præſumitur ſi vltra citationem ad ſententiam ipſa quoque ſententia fuerit notificata ad eundemmet locum vbi fuerat citatus, nu. 50. & 150.

Senatores { SuperIlluſtres, Illuſtres, & Clariſſimi. } qui ſint, nu. 158.

Senatores prouinciarum ſunt Clariſſimi, & non Illuſtres, ne rectus ſit nobilior regente, poſt nu. 158.

Sententia lata vigore fictæ contumaciæ ſurgentis ex inordinato proceſſu eſt prorſus nulla, poſt numerum 101. verſ. & prædicta.

Sententia nulla ex defectu iuriſdictionis non eſt exequenda, eſto quòd altiorem requireret indaginem, numero 104. Amplia etiam ſi fuerit lata in contumacem, ibi.

Statutum arctans tempus ad appellandum, non ad deciſoria, ſed ordinatoria pertinet, & ideo ligat forenſes, nu. 60.

Statuta communia Ferrariæ nullum poſſunt inferre præiudicium datijs, & gabellis Ferrariæ, nu. 107.

Statuta communia dantia formam citandi Reos in criminalibus, a quibus iudicibus ſint obſeruanda, numero 106. & ſeqq.

Statutum denegans appellationem valet, ligat forenſes, et tam mandantem quam mandatarium. 35.

Statutum derogans conſuetudini, & ſtilo etiam antiquis, non amplectitur ſtilum temporis immemorabilis. nu. 127.

Statutum loquens in perſonam non habet locum in rem, num. 72. & 73.

1. In

Fallit
1. *In Correlatiuis.74.*
2. *Quando ſtatutum concernit fauorem publicum.nu.75.*
3. *Vbi viget eadem,vel maior ratio.nu.76.*
4. *Quando ex actu illius de quo quæritur finis,et effectus,ſeu commodum concernit tantum agentem remotum.nu.77.*
5. *Vbicunque ſtatutum non facit delictū nouum ſed imponit pœnam quæ non erat a iure cōmuni impoſita.76.*
6. *Quando pœna iuris municipalis non exorbitat a iure communi.nu.79.*
7. *Quando ſtatutum imponit eandē pœnam impoſitam quoque a iure communi.nu.80.*
8. *Quando ſtatutum nihil inducit contra iut cōmune quo ad ſubſtantiam delicti, ſed tantum quo ad pœnam, quia auget, vel minuit nu.81.*

Statutum loquens in caſu ſimplici non habet locum in caſu mixto, etiam ſi vniuerſalis dictio ſimplici eſſet adiecta. nu.37.161.

Statutum puniens facientem non habet locum in mandante, & quare.nu.72.& 73.

Fallit pluribus modis,nu.74.& ſeq. & vt dixi ſupra in verbo, ſtatutum loquens in perſonam,&c.

Statutum recipit interpretationem a iure communi a quo determinatur,& diſtinguitur.nu.78.

Statutum requirens aliquid pro forma debet ad vnguem obſeruari, alias quicquid ſit præter formam eſt omnino nullū. nu.101.

Statutum tollens facultatem opponendi aduerſus ſententiam non procedit quoties nullitas eſt euidens, & ſcaturit ex actis,& proceſſu.103.

Limita procedere dummodo opponatur intra tempus a ſtatuto præfixum,alioqui præcluſa eſt via amplius dicendi de nullitate niſi per modum exceptionis.nu.127.

Statutum vſu non receptum non eſt obſeruandum,poſt nu.161.

Subrogatus ad rem cenſetur etiam ſubrogatus ad qualitatem adhærentem ipſi rei.44.

Subrogatus aſſumit nouam perſonam illius in cuius locum ſub rogatur.d.nu.44.

STILVS

Conſiſtit circa ea, quæ reſpiciunt modum ordinandi acta, ſententias,& alia quæ in ſcribendo verſantur.117.

debet
1. *Obſeruari in ordinatorijs, & concernentibus proceſſum,in foro, vbi cauſæ agitantur,pro lege ſicut ſtilus curiæ Romanæ, 108.109.117. necdū in cauſis ciuilibus, ſed & criminalibus ab omnibus iudicib. & habentibus liberum arbitrium procedendi,alias tenentur in ſindicatu, & faciunt litem ſuam,d.nu.108.*
2. *Probari plenè,nec ſatis eſt, vt allegatur, cū ſit quid facti.n.14.111. de eoque non poteſt ſe iudex informare in Thalamo,maximè quando eſt contra ius.15.*

Fallit quando
1. *Eſt Notorius, tunc enim iudex parte non citata, & teſtibus non iuratis poteſt ſe de eo informare in Thalamo a Tabellionibus, & practicis, vt partes releuentur ab onere probandi, & ſumptibus indulgeant. nu. 115.& ſeq.*
2. *Reſpicit ordinatoria.112.*

Derogat
1. *Iuri communi etiam ſi ſit contra ius quando eſt præſcriptus, & conſuetudine per tacitum conſenſum omnium firmatus fuerit.nu.123.124.*
2. *Solemnitati citationis.108.*

Eſt ius non ſcriptum ab vno iudice ſæpius circa acta iudiciaria introductum.117.

Inducitur { *Abſque præſcriptione.124.* / *Ex actibus ſolum iudicialibus.117.* }

Introducit citationi formam, & modum citandi etiam præter ius.110.

Ligat forenſes quo ad ordinatoria, ſecus quo ad deciſoria. nu.108.

Probatur nedum per teſtes,ſed etiam per acta, poſt numerum 117.

Reddit omnia valida.108.

Tribuit iuriſdictionem voluntariam, & contentioſam, & per eum acquiritur merum imperium, & cauſarum cognitio.108.

Non eſt prorogandus extra ſuos terminos, poſt numerum 36.

Non eſt recedendum ab eius forma.108.

Amplia etiamſi in contrarium eſſet iuris diſpoſitio. Statutaque ciuitatis aliter diſponerent. nu.108.

Non poteſt allegari ſtante forma ſtatuti Ferrariæ. numero 16.127.

Fallit
1. *In alijs Tribunalibus extra Palatium iuris,quæ habent particularia ſtatuta.*
2. *In cauſis Gabellarum.*
3. *In ſtilo temporis immemorabilis.*
127

Non poteſt derogare ſolemnitati citationis quando agitur de magno præiudicio.nu.20.

Limita procedere quando tolleretur citatio, ſecus quando dilationes arctantur.nu.126.

Non poteſt introduci a magiſtratibus non habentibus Poteſtatem legis condendæ.17.& 118

Fallit
1. *In ordinatorijs.nu.119.*
2. *Quando in notitiam maioris partis populi peruenerit, tunc in vim conſuetudinis valet.120.*
3. *Quando non eſt contra ius,nu.121. de quo vide infra in verbo non valet contra ius.*

Non poteſt præſcribi, nec valet quando ex ſtilo quis eſſet condemnandus abſque citatione.21.

Non requiritur quod fuerit in contradictorio iudicio obtentus,nec bis,vel pluries ita fuerit iudicatum, ſed ſatis eſt, vt ita aliquando ſaltem bis fuerit obſeruatum,nu.124.

Non valet
1. *Contra ius nu.18.*
Fallit
1. *Quando eſſet præſcriptus.123.*
2. *Vbi conſuetudine per tacitum conſenſum omnium fuerit firmatus.nu.124.*
2. *Niſi fuerit a ſuperiore confirmatus.17.*
Fallit
1. *In ordinatoris.nu.119.*
2. *In Antiquis, quia tunc omnes ſolemnitates præſumuntur interueniſſe.119.*
5. *Vt quis valeat abſque citatione condemnari. nu.21.*

Tempus ad appellandum ſiue ad dicendum de nullitate ficto contumaci non currit niſi a die ſcientiæ. num.61.149. & præſumitur appellatum & dictum de nullitate infra tempus ſcientiæ.ibi.

Fallit quando conſtare poſſet quod citatus habuerit ſcientiam. dicto numero 149.& qualiter probetur ſcientiam. numero 150.

Vna,& eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, numero 161. verſi.Sed qualitas.

Vtile per inutile non vitiatur in ſeparabilibus.145.verſic. cæterum,& num.166.

CONSILIVM LXXXV.

Reſponſum Peregrini Iannini.

A Patre luminum prodeat Iudicium meum. Quæ non minus doctè, quam elegāter excitata fuere contra Fiſcum, & conductores vectigalium, ad fauorem D.C.R. à Perilluſtri, & admodum Excellenti D. Paulo Emilio Caſato, circa admiſſionem procuratoris pro ipſo D.C. in cauſa commiſſorum contra ipſum inrentatorū, primo aſpectu plurimum vrgere videntur; ſed illis maturè perpenſis, Fiſcum, & conductores vectigalium iuſtius inducere arma ad excluſionem procuratoris, pro cōperto haberi poſſe, iure optimo cenſerem. Omnia enim in his verſantur.

1 Primo circa qualitatem contumaciæ fictæ, veluti, quod fiſcus contumax valeat appellare, ex traditis a Bartol. *in l. fin. poſt num. 11. ff. de in integr. reſtitut.* Lancel. *de attent. in ſecund. par. cap. 12. nu. 142.* Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defectu proceſſ. nu. 141.* & Rota *Deciſ. 364. in nouis, alias 16. de dol. & contumac.*

2 Secundo circa delegationem eiuſdem cauſæ factam Perilluſtri Domino Prætori, cuius delegationis vigore cenſetur, Principē voluiſſe poſſe appellari in dicta cauſa, eſto quòd dixiſſet ipſum poſſe procedere more Gabellarum, ad tradita per Socinum ſeniorem *conſil. 195. num. 1. & ſeqq. volum. 2.*

3 Tertio circa qualitatem pœnæ, negando agi de pœna corporali, ſeu corporis afflictiua, ſed ſolum de pecuniaria; pro cuius defenſione admitti procuratorem pro Reo, de iure communi comperti iuris eſt, ex traditis a Claro *in praxi. §. fin. q. 32. verſ. Cæterum*, & Abb. *in c. veniens. nu. 18. ext. de accuſat.*

4 Quarto circa qualitatem perſonæ Rei, cum ipſe videatur inter Illuſtres perſonas connumerandus; quæ quidem Illuſtres perſonæ poſſunt per procuratorem reſpondere, ſecundum Marſil. *in ſua praxi. criminali. §. ſequitur. nu. 25.* & Socin. *reg. 395. ſeptima limitatio.*

5 Quinto circa Nullitatem Proceſſus, illam aſſerendo eſſe notoriam; & pro illius iuſtificatione, procuratorem admitti debere, per ea, quæ dicunt Marſil. *in d. §. ſequitur. nu. 26.* & Soci. *in d. regul. 395. limitatio. ſecunda*, maximè, quando de ea ſeorſum a crimine cognoſci poteſt, & ad alium quàm ad examinationem, & deciſionem criminis, vt poſt Bald. Marſil. Grat. & alios, quos allegat, tradit Gabriel *in ſuis communibus concluſionibus. libro 7. concluſio. 9. limit. 17. num. 80. & ſequen. alias num. 78. & ſequent.* & propterea non potuiſſe condemnari, ſed debuiſſe abſolui, ſaltem ab obſeruatione Iudicij, quemadmodum facere debet iudex, quando videt nulliter fuiſſe proceſſum. Farinac. *libro primo quaſt. crim. tit. de inquiſit. q. 11. num. 35. poſt medium. verſic. & quod iſto caſu Iudex.*

Et huiuſmodi nullitatem deducit, & comprobat quinque fundamentis, & contraria circa ſtylum fori Iudicis, alijs quinque rationibus confu
6 tat. Comprobat, inquam nullitatem prædictam priori loco ex eo, quòd primordialis citatio caret relatione Nuntij; nec cōſtat quòd fuerit exequuta, & hac ratione nulla, & per conſequens inefficax ad conſtituendum quem contumacem etiam fictum ex ſtatuto. Corn. *conſilio 17. numero 3. libro 1.* & Cartar. *de exequut. ſentent. capto bannito. cap. fin. numero 158. & 161.* Nam illius virtute reus non arctatur ad comparendum. Rota *deciſi. 8. alias 225. in additionibus, de dolo & contum. in nouiſ.* Cæteræq; citationes minus legitimè fuerunt exequutæ, cum fuerint affixæ tempore, quo actus erat expediendus; ex quo liquido conſtat, citatum non potuiſſe veriſimiliter habere notitiam citationis ob tam modicum temporis interuallum inter affixionem factam ante iuris horā,
7 & horam expediendi actus. Ad hoc enim vt citatio arctet citatum ad comparendum, oportet, vt affixio fiat hora, & tempore congruo, ſecundum Aſinium *in praxi. §. 6. cap. 6. verſi. 7. vltra prædicta, per totum.*

8 Nec ſufficit ſola affixio, niſi ita fiat, vt veriſimiliter ad aures citati valeat peruenire, præſertim, vbi agitur de magno præiudicio. Bellam. *deciſi. 188.* Maſcard. *de probatio. concluſio. 291. numero 8.* & Vant. *de nullita. tit. de nullita. ſentent. ex defect. citatio. numero 141. verſic. nam vbi agitur de magno præiudicio.*

9 Fueruntq; prædictæ citationes aliæ alijs inculcatæ eadem die, qua retulit nuncius citaſſe, & ſic pendente dilatione, ob quā iudicis officium conquieſcit, *l. ſiue pars, ff. de dilatio.* & in terminis Bertaz. *conſi. 146. nu. 1. verſi. 3.*

10 Secundo, quia non fuit ſeruata forma ſtatutorum Ferrariæ, *titulo de modo citandi re, vel verbo accuſatum, & alio titulo, de modo procedendi per viam inquiſitionis*; cum in citationibus non fuerit inſertus tenor exequutionis; nec fuerit citatus fuerit per vnum ex bannitoribus, cum interuallo duorum dierum ſuper ſcalis Pallarij; nec bannitus fuerit ad mediam ſcalam cum termino octo dierum antequam haberetur pro confeſſo; quo fit, vt omnia geſta ipſo iure nulla reddantur ex diſpoſitione ipſius ſtatuti, quod expreſsè irritat omnia quæ facta fuerunt, non ſeruata forma ab eo tradita, & in terminis horum ſtatutorum videndi ſunt Anguil. *conſilio 50. num. 102. & ſeqq.* Bertazzol. *conſilio 146. 233. & 462. & ibidem addent.* & Riminal. iun. *conſi. 647. et 648. vbi latè.*

11 Tertio quia totus proceſſus fuit fabricatus de menſe Auguſti, quo erant feriæ repentinæ, ob quas non poteſt procedi in cauſa criminali, maximè quando rei non ſunt carcerati, vt in ſtatutis Ferrariæ *rubr. 50. lib. 3.* & Anguil. *dicto conſilio 50. numero 103.*

12 Quarto, quia commiſſa fuit exequutio antequam lapſi eſſent decem dies, qui dantur a ſtatuto *ſub rubr. 72. libro ſecundo*, ad committendam exequutionem, poſtquam ſententia tranſiuerit

in

Digitized by Google

in iudicatum ; ex quo nedum eſt nulla exequu-
tio, ſed tanquam attentatum reuocari debet ad
tradita per Lancel. *de attentatis ſecunda parte, c.*
11. nu. 13.
13 Quinto, quia eodem actu & inſtanti, quo exe
quutio fuit commiſſa, liquidatus quoque fuit va
lor omnium, nulla ſuper his habita cognitione,
vel iudiciali diſcuſſione, quemadmodum requi-
rebatur, ſecund. Crauer. *conſi.* 802. *num.* 27. & Ga
leſ. *in formul. obligat. Camer. vlt. par. tit. de liquidat.*
num. 3. & ſic videtur apparere de notoria iniuſti-
tia, quæ æquiparatur euidenti nullitati, per ea
quę dicit Vant. *de nullit. tit. coram quo nullitas pro-*
poni poſsit, poſt nu. 4. *in fi. iuncto nu. ſeq.*
Confutat vero obicem de ſtylo ſequentibus
rationibus.
14 Primo ex defectu probationis, cum non ſit ſa-
tis illum allegare, ſed plenè probari debeat. Rol.
a Valle *conſi.* 3. *nu.* 25. *lib.* 3. Soci. ſen. *conſi.* 39. *num.*
28. *lib.* 4. Rebuff. *ad conſtitu. reg. tit. de conſuetu. nu.*
15 54. *per tot.* Nec iudex valet de eo, ſe ex officio ſuo
informare, cũ ſit cõtra ius municipale, quod Fer
rariæ ſeruatur pro iure communi. Soc. & Rebuff.
locis proximè citatis.
16 Secundo, quia ſtylus non poteſt allegari ſtan
te diſpoſitione ſtatuti *rub.* 2. *lib.* 1. præter id quod
non conſtat de aliqua inueterata conſuetudinẽ
in contrarium, & obtenta in iudicio. *l. de quibus*
vbi gl. & Doct. ff. de legib.
17 Tertio, quoniam ſtylus non potuit introduci
a Magiſtratibus Gabellarum, ex quo non habẽt
poteſtatem legis condendæ. Bar. *in d. l. de quibus.*
nu. 10. & Alex. *in conſi.* 36. *in fi. li.* 2. Dec. *in rub. nu.*
15. *ext. de conſuetud.* Boer. *conſi.* 8. *nu.* 19. & Carau.
ſuper primo ritu magnæ Curię *nu.* 23. *& ſuper ri-*
tu 260. *nu.* 6. Nec valet niſi a ſuperiori fuerit con
firmatus. Natta *in addit. ad Alex. d. conſil.* 36. vbi
allegat Gram. *in conſi.* 1. *nu.* 20.
18 Quarto, quia ſtylus non valet, quando eſſet
contra ius. Alexand. *d. conſil.* 36. Natta *conſi.* 252.
numero 6. Crau. *conſil.* 201. *num.* 19. Rolan. a Val-
le *conſilio* 3. *numero* 36. *lib.* 3. Crauet. *de antiq. tem-*
19 *por.* 4. *par. numero* 36. *fol. mihi* 189. Et contra ius
dicitur, quando citatus non habuit congruam
dilationem, vt potuerit certiorari & comparere
in termino antequam haberetur pro contuma-
ce; quo caſu ſi condemnetur, videtur nimis irra-
tionabile, quia re ipſa tollitur citatio, quæ eſt iu-
ris naturalis, & quam Princeps ipſe tollere ne-
quit, niſi iuſta ſubſiſtente cauſa. Clem. *paſtoralis,*
§. cæterum. de re iudic. Maran. *in praxi par.* 6. *tit. de*
citatio. nu. 3. Dec. *in c. quæ in eccleſiarum. nu.* 87. *&*
ſeq. ext. de conſtit.
20 Quinto & vltimo, quoniam ſtylus licet quan
doque valeat ſolemnitati citationis derogare,
ſecundum Alexand. *conſi.* 65. *nu.* 10. *lib.* 1. non po-
teſt tamen derogare, quando agitur de magno
prȩiudicio, & niſi intra certum genus perſonarũ,
quæ ſunt ſolitæ delinquere; in quibus licet ali-
quando tranſgredi leges, vt declarat Afflict. con
21 tra Alex. *deciſi.* 391. *vbi addent.* Nec valet ſtylus,
vt quis valeat abſq; citatione condemnari, qua-
lis re ipſa eſſet hic ſtylus. Alex. poſt Bald. *in l. ſi ſic*
ſub num. 18. *ff. de leg.* 1. Nec poteſt præſcribi, quia
eſſet contra ius naturale & diuinum. Bald. *in c.* 1.
in fi. de feud. cognit.
Quæ planè quantum diſtent a victoria cau-
ſæ, facillimè dignoſcetur, ſi vnumquodque ada-
muſſim diſcutiatur. Et pro faciliori dilucida-
tione huius negotij operæ precium eſſe cenſeo,
vt duæ præcedant inſpectiones, nempè circa ap-
pellationem, demum circa nullitatem, num ſci-
licet ſuper illis ſit admittendus Procurator;
Quibus diſcuſſis motiuorum reſolutio facilis
erit negotij.
Aggrediendo igitur articulum appellationis
breuiter dicendum eſt, Procuratorem ſuper ea
non eſſe audiendum ex duplici defectu, altero
ex parte principalis, & altero ex parte ipſius Pro-
curatoris.
22 Ex parte principalis inquam multifariam.
Primo, quoniam contumax non auditur ap-
pellans ex relatis a Puteo *de ſindicatu in rubr. ap-*
pellatio. cap. 3. *num.* 2. *& ſeq. in fi.* Foller. *in pract. cri-*
min. in 4 *par.* 3. *par. rubr. & ſi confitebuntur. num.* 35.
Maranr. *in ſuo Speculo praxis ciuilis. par.* 6. *membro*
2. 1. *par. tit. de contum. numero* 19. *& actu.* 2. *vltim. e*
par. titu. de appellatio. num. 284. *vſque ad numerum*
292. Papien. *in forma appellat. a ſenten. diffinit. in*
prima glo. numero 9. & ibi Maſſuer. *in additio.* & Ve
ſtr. *in praxi ciuili lib.* 7. *cap.* 3. *tit. de appellat. num.* 22.
& ibi Grauat. *in addit. nu.* 54. præſertim, quando
23 habetur pro confeſſo & conuicto. Sicut enim
verè confeſſus & conuictus non appellat, & ſi ap
pellaret, reijcienda eſſet appellatio, per ea quæ di
cunt Clar. *in praxi. §. fin. quæſtio.* 94. *in princip.* Lan
cel. *de attentatis, parte ſecunda, capitulo duodecimo,*
de attentat. appellat. penden. in præfatio. ampliatio-
ne quarta, numero duodecimo, Aſini. *in praxi. §.*
19. *capitulo decimoquinto, numero primo.* Foller.
in d. rubr. & ſi confitebuntur. numero ſexageſimo-
ſexto, & octuageſimonono, & in parte 4. *rubr. pæ-*
nis debitis feriantur. numero ſexto. Veſtr. *in pra-*
xi. libro ſeptimo, capitulo tertio, rubr. de appellat.
numero decimoſexto, & ibi Grauat. *in additio.*
numero quadrageſimooctauo. Paris de Puteo *in*
d. rubr. de appellat. cap. primo. numero decimoquin-
to. & Cartar. *in d. tractat. de exequutio. ſentent. cap.*
primo, numero 68. *& ſeqq. & eſt text. in l.* 2. *vbi Do-*
ctor. C. quor. appellat. non recipian. in cap. Roma-
na. §. ſin autem poſt ſententiam. de appellatio. in
ſexto. & in cap. ei qui appellat. §. ſunt etiam quorum.
12. quæſt. 6.
24 Sic itidem fictè confeſſus & conuictus nequit
appellare, nempè quando habetur pro confeſſo,
& conuicto, vt in iſto caſu (vtrumque enim co-
pulatiuè requiritur, ſcilicet, vt ſit confeſſus & cõ
uictus, vt appellans non audiatur, cum altero de-
ficiente, nequeat appellatio denegari, ſecundum
Cartar. *in d. cap. primo, numero* 77.) vel quando ſo-
lum habetur pro confeſſo, dummodo vltra con-
tumaciam, iudex examinauerit teſtes, qui contra
Reum probauerint, & ita diſtinguendo tenent
communiter Doctor. teſtibus Foller. *in d.* 4. *par.*
3. *par. rubr. et ſi confitebuntur. numero* 35. Carter. *in*
pract. in materia appellatio. §. ſeptimus caſus eſt.

numero 1.7.& Auguſt.ad Angel.de malef.*in uerbo preſente Caio & appellante. ſub numero* 13. Boſſ. *tit.de remed.contra bannum.numero* 4. Cartar.*in d. cap.primo,numero* 59.*& plurib.ſeq. maximè, numero* 63.68.*&* 69.& Burſat.*conſ.*225.*nu.*134.*li.*2.*qui plures alios congerit.*

25 Paria namque ſunt, quem eſſe verè & ore proprio confeſſum in iudicio,& ſolemniter,vel a ſtatuto,ſeu a ſtylo, qui vt inferius dicā, habet vim legis & ſtatuti, haberi pro confeſſo, ex traditis a Nello *de Bannitis in prima par.ſecun.tempor. quaeſ.* 49.*in fin.verſ.quantum vero.& in* 3.*par.pri.tempor, quaeſt.*8.*verſ.cum ficta confeſſio.* Foller. *in d.rubr. etſi confitebuntur, nu.*29.*& ſeq.* Marſ.*in pract.crim. in* §.*poſtquam.nu.*35. Cyril.*in ſumma crimin. tit.de quaeſt.*§.6.*nu.*21.& Cartat. *in dicto cap.* 1. *num.*29. 31.*& ſeqq.*

26 Nam abſens per Contumaciam habetur pro præſente ad eius damnum. Bal.per illum text. *in auth. qua in Prouincia. C. vbi de crimin. agi opor.* & Marſ.*de bannit.in verbo,iuris ordine.nu.*150.

27 Legeſque de confeſſione vera loquentes, trahuntur ad fictam confeſſionem. Cartat.*in d.cap. pri.numero* 32.& Nell.*in d.tract. de bannit.par.*1.2. *temp.quaeſt.*49.

28 Quæ quidem ficta confeſſio dicitur liquidiſſima probatio,ad tradita per Foller. *in d. rubr. etſi confitebuntur,numero* 28. Ruin. *conſilio* 19.*num.* 3. *vol.*5. Riminal.*conſi.*217.*numero* 13.*vol.*2.& Nat.
29 *conſi.*542.*num.*8.*& ſeq.vol.* 3. Et ex ea notorium
reſultat,ſecundum Foller.*loco citato.nu.*34.quem
30 ſequutus fuit Cartat.*in d.c.*1.*numero* 52. Nec po
teſt reuocari, etiam probato errore, vt eſt com-
munis Doctorum opinio, teſte Bald.*in l.ſeruum*
31 *quoque.*§.*publicè.nu.*7.*in fi.ff.de procur.* Quoniam
error non cadit in confeſſione ficta, quæ eſt iu-
ris,ex relatis a Beccio *conſilio* 11. *numero* 1.*& ſeq.*
& Cartar. *in d. cap.* 1. *numero* 166. Cum igitur d.
D. C. fuerit condemnatus vti confeſſus & con-
uictus,firma remanet iuris concluſio, quòd licet
a ipſe perſonaliter comparuiſſet, appellare [a] vti-
que minimè potuiſſet, & tanto minus per Pro-
curatorem.

32 Secundo quoniam condemnatis per Superiores Gabellarum denegatur appellatio, niſi Se
reniſſimus Princeps appellandi facultatem con-
33 ceſſerit,vt in ſtatutis Gabellarum. Quod qui-
b dem ſtatutum denegans appellationem, valet [b],
ſecundum Clarum *in praxi.*§.*fin.quaeſt.*94.*verſ.caeterum in hoc Ducatu.*

34 Eiuſque diſpoſitioni ſubiacent Forenſes, ita quòd nulla tergiuerſatione excuſari valent, maximè ſi ſint de loco vicino, vt hoc in caſu Alber. *de ſtatut.libro* 2.*quaeſtio.prima. ſub numero* 13. Gandin.*de reb.non exportand. contra decretum.ſub numero* 7. Ripa *in tract.de remed. ad conſeruandam vbertatem,numero* 21.*& numero* 119.*verſic.decimotertio quaero.* Capr.*in reg.*5.*numero* 38. Bar.*in l.cunctos populos.quaeſtio.*2.*numero* 20. vbi quoque Bal. *numero* 22. & Caccialup. *ſub numero* 146. *C. de ſumm.Trinit.& fid.Cathol.* Roman.*conſil.*59.*num.* 5. Natta *conſilio* 149.*numero* 6.*& conſilio* 389.*ſub numero* 3.& Ant. Cabr.*in ſuis communib.concluſio. lib.*6.*tit.de regul.iur.quaeſtio.*6.*numero* 37.*&* 41.*vbi alios allegat.& eod.libro* 6.*de conſuetudine concluſio. ſecunda.num.*4.

35 Et nedum Forenſes principales delinquentes ligantur ſtatutis loci delicti, ſed etiam delictum fieri mandantes, Petr.Placa.*in epith.delict.lib.*1.*c.*15.*ſub nu.*17. Abb.*in c.fi.nu.*27.& Socin.*in c.poſtulaſti.ſub nu.*5.*de for.compet.*

36 Nec facit ad rem, ſi quis diceret, quòd aliquando conſueuerit appellari a ſententijs Superiorū Vectigalium, quoniā ſi id eſt verum, aut euenit, quod ita Princeps Sereniſſimus mandauerit, aut quod inter præſentes cauſa fuerit ciuiliter cognita; quando quidem Superiores Gabellarum, & ciuiliter & criminaliter, vt maluerint, poſſunt agere contra fraudantes Gabellam, vt in ſtatutis Gabellarum *rub.*108.*fol.*18.*uerſa pagina.* Non aūt quando fuit criminaliter agitata cauſa inter abſentes Contumaces, qui habiti fuerunt pro confeſſis & conuictis, vt in iſto caſu, quoniam tunc etiam de iure communi non datur appellatio, vt dixi ſupra nu. 24. Quorum equidem abſentium reſpectu, ſtatutum remanet in viridi obſeruātia. *l.praecipimus.in fi.C.de appel.* Reſpectu vero præſentium, minimè, quia ſtylus vltra ſuos terminos non eſt prorogandus. Areti.*conſi.*95.*ſub* 3. *dubio.* Soc.*conſi.*39.*nu.*29.*in.*4.& Pari.*conſi.*112.*numero* 12.*libro* 4.

37 Nec heſitari contingat, ſi replicaretur dictam
cauſam nō poſſe nuncupari totam criminalem,
ſed mixtam, quia pena partim pertinet ad fiſcū,
& partim ad Superiorem Gabellarū,& ſic ad pri-
uatum,& ideo poſſe appellari, cum ſtatutum lo-
quens in caſu ſimpliciter non comprehendat
mixtum,ex relatis a Boſſ. *titu. de appellat. num.* 8.
38 tripartiam enim reſpondetur. Primo ex defectu
c ſuppoſiti,cum cauſa non poſſit dici mixta [c] ſcili-
cet partim criminalis & ciuilis, quando ex natura condēnationis neceſſario ſimul cum pena publicæ vindictæ, venit etiam intereſſe partis, ſed tota cenſenda eſt criminalis, ex quo magis potens trahit ad ſe minus potens, ſicque iudicandum ſecundum digniorem partem. *l.cum quaeritur.ff.de ſtatu homin.l.mixtum.*§.*qui furtum.ff.de furt.* Clar.*in praxi.*§.*fin.quaeſt.*1.*verſi.tertius eſt caſus.ibi,ſed ego puto*, vbi dicit opinionem Boſſ. *d. num.*8. procedere, quando intereſſe partis venit tanquam quid ſeparatum, & non de neceſſitate connexū cum intereſſe fiſci, & non ex eadem lege vel ſtatuto,ſed ex alia; ſecus vero quando venit in conſequentiam intereſſe partis, & pœna principaliter applicatur Fiſco, vt in iſto caſu, cuius ſententiæ fuit etiam idem Boſſ. *dicto tit.de appellatio.numero* 9.& ante eum Corn. *conſi.*91,*nu.*11.*vol.primo.* Et in terminis noſtris, quod cauſa contrabanni ſit merè criminalis, & non mixta, licet pœna partim applicetur Conductoribus Vectigalium, tenuit D. Claud. Bertazol. *in vltima additio.ad conſilium criminale* 110. *Bertazzol. eius Patris lib.*2.

39 Secundo, quoniam publica iudicia ſunt criminalia. *l.prima. C. quand.ciuil. actio.crimin.praeiud.* Clar.*in praxi.*§.*fin.quaeſt.prima.verſic.prim.in fi. &*

ante

ante eum Blanc. *in practica criminali, verſicu. aliis indicijs. poſt nume.* 158. *verſicu. ſecunda opinio. fol. mihi* 61. vbi ante num. 159. dicit, quòd ad cognoſcendum, an Iudicium dicatur ciuile vel criminale, non debemus perpendere, vtrum pœna applicetur Fiſco vel parti, ſed modum agendi, per quē dignoſcitur Iudicium ciuile à criminali; nec inſpicere finem vel effectum Iudicij, ſed eius cauſam, originem, & principium. *l. ictus fuſtium. de*
40 *ijs qui notantur infam. l. ſi tamen. ff. ad Maced.* Et certum eſt, quòd nedum cauſa fraudis Annonæ eſt publici Iudicij, *l. prim. in fin. ff. de public. iudic.* §. *ſunt præterea. inſtit. eod.* & Menoc. *de arbit. iudic. quaſt.* 79. *nu.* 8. *lib.* 1. ſed etiam fraudis Vectigalis; ſi quidem, fraudare Gabellam eſt crimen. *l. fraudati. ff. de public. & vectigal.* & omnia crimina de iure Canonico ſunt publica, ex relatis ab eo. Blãc. *in d. pract. crimin. verſic. poſtquam vidimus. nu.* 2. & Clar. *in praxi.* §. *primo. verſicu. hæc tamen omnia.* vbi de communi, & eſt gloſſ. *in cap. infames. in verbo, fures.* 6. *quæſtio. prima.* & ex hoc infert Milleus *in pract. fol.* 147. *nume.* 32. quòd hodie titulus, de
41 priuatis delictis, non eſt in vſu. Vnde cum ſimus Ferrariæ, vbi ius Canonicũ ſeruatur, ex traditis à Cæphal. *conſ.* 159. *nume.* 11. *volum.* 2. concludẽdum eſt, fraudati Vectigalis crimen dici publicũ, & per conſequens criminale, & non ciuile, nec mixtum, maximè cauſa prædicta, cum fuerit criminaliter agitata.

42 Tertiò & vltimo, quoniam licet ciuiliter ageretur per crimine ad pœnam tantum pecuniariã, cauſa tamen reputatur criminalis, dummodo pœna applicetur Fiſco, ſecund. Farinac. *libro ſecundo quæſtio. crimin. q.* 59. *nu.* 6.

Rurſus, quoties agitur de pœna corporis afflictiua ad publicam vindictam, vt in iſto caſu, ſemper dicitur cauſa criminalis. Cla. *in praxi.* §. *in fin.*
43 *quæſtio.* 1. *verſic. ex quorum omnium dictis.* Nec dicatur, Iudicium non poſſe dici criminale, quo ad pœnas pecuniarias indictas per ſtatuta Gabellarum, ſed ciuile, cũ dictæ pœnæ applicentur Conductoribus Vectigalium, & ſic priuatis, & non Fiſco, ad tradita per Clar. *loco proximè citato. verſic. quarta igitur*; quoniam prædictæ pœnæ non applicantur Conductoribus immediatè vti priuatis, ſed per ſubrogationem & locationem eis
44 factam à Fiſco, ritulo oneroſo. Quandoquidem ſubrogatus ad rem, cenſetur etiã ſubrogatus ad qualitatem adhærentem ipſi rei, & aſſumere nouam perſonam, illius ſcilicet, in cuius locum ſubrogatur. Felyn. *in capit. dilecta. num.* 53. *de reſcript.* quem ſequutus fuit Lancell. *de attent. par.* 2. *capit.* 4. *de attentat. lit. penden. in præfatio. nume.* 165. Sed ſic eſt, quòd ante ſubrogationem & locationem pœna applicabatur Fiſco, ergo non poteſt dici, quòd per ſubrogationem & locationẽ, cauſa, quę prius erat criminalis, rationibus deductis, facta fuerit ciuilis; & ſic ceſſat omnis difficultas, an iudicium prædictum dicatur mixtum, & non criminale.

45 Nec heſitari contingat, ſi replicaretur, ꝙ Conductores Vectigalium vel redditũ alicuius principis vel alterius priuilegiati, non gaudẽt priuilegio immunitatis, quo gauderet ipſe Priuilegiatus, ex Tiraquel. *de retract. lignag. in* §. 1. *gl.* 13. *num.* 12. Franc. *in capit. quamquam. nume.* 4. *de cenſi. in* 6. & alijs relatis a Gabriel. *in ſuis communibus, concluſio. lib.* 6. *de reg. iur. concluſio.* 2. *nu.* 65. quoniam id eſt verum & procedit, quo ad priuilegia perſonalia; ſecus vero quando Priuilegium non eſſet perſonale, ſed reale, vt hoc in caſu. Rot. *in antiqu. deciſ.* 876. & *in antiquior. deciſ. prim. de decim.* & ita declarat Abba. *in cap. ex parte. el primo. num.* 4. *verſ. ſed eſt dubium. de decimis.* quem ſequitur Gabriel. *d. concluſ.* 2. *nu.* 66.

46 Tertiò principaliter, quoniam licet ipſe Principalis comparuiſſet appellare, & appellationem proſequi minimè potuiſſet, niſi prius idoneè ſatis dediſſet, ſtante eius contumacia; tamen contumax nullatenus audiri poteſt, niſi prius præſtita idonea fideiuſſione, de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, quamuis etiam poſſideret bona æquiualẽtia debito, ſecũd. gl. *in l. ſciendum.* §. *ſi vero ſemel. in verbo, fideiuſſorem. ff. qui ſatiſd. cog.* §. *ſi vero ſemel. Auth. de exhiben. reis.* & *capit. prim. de dolo & contum. in* 6. & faciunt quę dicam infra, *in verſic. quo vero ad exequutionis ſuſpenſionem. nume.* 169.

47 Quartò & vltimò, quoniam eidem denegãda fuiſſet audientia, niſi vltra ſatiſdationem iudicatum ſolui, refeciſſet quoque expenſas vſque ad
d vltimum quadrantem vigore contumaciæ. [d] *l. ſancimus. C. de iudic.* & ibi Iaſ. qui in 4. notabili regulam tradit cum duodecim ampliationibus, & circa id cumulat multas authoritates, *in authent. qui res. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Specul. *tit. de expenſis.* §. *ſi ante nume.* 5. Tiraquel. *in tract. ceſſante cauſa. parte* 1. *nu.* 69. & Grauat. ad Veſtrium *lib.* 4. *capit.* 4. *de dolo & contumacia. num.* 20. Marſ. *de bannitis, in verbo, contumaciam, nume.* 67. Maranta *in ſuo ſpeculo praxis ciuilis, parte* 6. *in ſecundo membro Iudicij, titu. de contumacia, verſicu. quarta pœna, nume.* 16. & Dec. *conſi.* 34. *nume.* 6. vbi dicit, quòd ſi vnus denarius deficeret, audiri contumax minimè poſſet; & dicunt Marſil. *in dicto verbo, contumaciam, nume.* 88. & Papienſ. *in forma libelli actio. realis in gloſ. & expenſis. nume.* 5. quòd eas offerre debet re & verbo. & eſt tex. expreſſus, & ibi not. *in d. l. ſancimus. C. de iudic.* & *in cap. quoniam frequenter.* §. *in alijs, & ibi gloſſ. in verbo, expenſarum. ext. vt lit. non conteſt.* & *gloſ. in capit. finem litibus. in verbo, expenſas. ext. de dol. & contumac.* Quod ſanè procedit, eſto quod iuſtam litigandi cauſam habuiſſet, ſecundum Caſſador. *deciſio.* 3. *nume.* 3. *de appellat.* & tam in ficto quàm in vero Contumace, ſecundum Iaſ. *in d. l. ſancimus. nume.* 15. *C. de iudic.* Oſaſ. *deciſ. Pedem.* 9. *nume.* 2. & Farinac. *lib.* 1. *quæſt. criminal. titu. de inquiſitio. quæſtio.* 11. *nume.* 69. *in fine.* vbi atteſtatur de communi, & faciunt quæ dicam infra in materia reuocationis ſuſpenſionis exequutionis ſententiæ, num. 169. Proceditque nedum in cauſa ciuili, ſed etiam criminali. Marſi. *in repetitione d. l. de vnoquoque, ad fin. repetitio. ff. de re iudic.* Quas vero expenſas teneatur contumax reficere, tradunt glo. *in d. l. ſancimus, in verbo, damna*, vbi Iaſ. *nume.* 8. *C. de iudic.*

dici. atque Maſſuet. *ad pract. Papienſ. in forma libelli actio realis. in glo. & expenſis. in additio. incipiente, adde nunquid. ibi, adde quòd in expenſis ratione contumaciæ.*

48 Nec obſtat ſi diceretur, Reum vti Contumacem non teneri reficere expenſas, quando fuerit legitimè impeditus, ex traditis à Fulgoſio *nume.* 2. Caſtrenſ. *nume. 2. in fin.* & Alexand. *nume. 3. in l. 2. §. 1. ff. ſi quis cautio.* & Iaſ. *in d. l. ſancimus. poſt nume. 7. verſic. ſecundo limita.* Quoniam id forſan eſſet verum, quando cõſtaret, impedimentũ adfuiſſe authoritate publica: puta ſi reus citatus ab aliquo iudice, alibi carceribus iniuſtè fuiſſet detentus; vel priuata, vt vbi quis ipſum, ne poſſet comparere, impediuiſſet, abſque eo quod contra eum poſſet habere regreſſum, & pariter Iudicẽ citantem de huiuſmodi impedimento notitiã habuiſſe, vti apertè colligitur ex traditionibus prędictorum Iuriſconſultorum, locis proximè citatis, neutrum quorum hoc in caſu concurrit, ob id parui faciendus eſt ob ex.

49 Nec itidem officit ſi replicaretur ſatis conſtare de impedimento legitimo, ex eo, ꝙ non conſtat, reum citationis notitiam habuiſſe, & per cõſequens non fuiſſe contumacẽ; & propterea non teneri reficere expenſas; ſiquidem citatus per edictum, vt hoc in caſu, nec verè nec fictè videatur cenſendus contumax, niſi conſtet, citationem ad eius notitiam perueniſſe, ex Deciano *in ſuo tract. criminali lib. 7. capit. 47. de ſentent. & appellatione, num.* 10. allegante Bart. *in extrau. ad reprimendum, in verbo, neglexerit,* & Gigant. *titu. qualiter in crimine læſæ maieſt. procedatur, quæſt.* 18. quoniam ad hæc facilis eſt reſponſio; quandoquidẽ Decianus ipſe valdè hallucinatus eſt; cum nõ valeat conſequentia; non conſtat Iudici citatum per Edictum habuiſſe notitiam citationis, ergo fuit fictus cõtumax; Quia oppoſitum conſequẽtis poteſt ſtare cum ſuo antecedenti, ex traditis
50 à Bald. *in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cler.* Nam citatus per edictum ideo dicitur fictus cõtumax, quia non conſtat Iudici, quòd citatus habuerit notitiam, ex traditis a Bart. *in dict. verſi. neglexerit,* aſſerens, illam cõſtitutionem non requirere, quod quis ſit verus contumax, ſed fictus ex modo citandi per edictum, cum per illud nõ cõſtet, quòd ad notitiam peruenerit; ſubdens hoc procedere, niſi Iudici poſtea conſtet, hoc ad citati notitiam nõ perueniſſe, vel ipſum fuiſſe legitimè impeditum, cum tunc nec verè nec fictè negligat, & per conſequens non poſſit dici verus nec fictus contumax: adeò quòd circumſcripta iuſtificatione facienda Iudici de notitia non habita, ſeu legitimo impedimento, clarum eſt, quòd ſola citatione per edictum facta abſq; alia probatione notitiæ, quis dicitur conſtitutus fictus cõtumax: imò ſi cõſtaret de notitia, diceretur verus cõtumax, vt annuit Bar. vbi ſupra, & tradunt idem Bart. in *l. fi. nume. 11. ff. de in integrum reſtit.* Marant. *in ſuo* Speculo *par. 6. titu. de contum. verſic. ſecundo principaliter quæro. nume.* 8. & Foller. *in praxi crimin. quær. par. 3. part. rub. etſi confitebuntur. poſt nume. 3. verſi. item verus contumax.* Ex quibus deprehenditur, quòd ſi Decianus rectè perpendiſſet doctrinã Bar. & etiam Gigantis, rectius loquutus fuiſſet. Cum igitur non fuerit deductum tale quid, propter quod poſſit dici conſtare Iudici, reũ non habuiſſe notitiam, vel fuiſſe legitimè impeditũ, non poteſt inficiari, quin ipſe reus ſit fictè contumax, & per conſequẽs ſit reijciendus, ob omiſſã impenſarum refectionem, vt dictum eſt ſuperius.

Ex quibus omnibus cõſequitur, principalem ipſum non poſſe audiri in appellando; ergo multo minus admittendus eſt procurator pro eo, nè per procuratorem, & ſic per indirectum concedatur, quod principaliter fieri non permittitur, qđ eſſet abſurdum, vti deuians a Iure communi, contra notata *in l. non dubium. C. de legib.*

Ex parte verò procuratoris intrepidè teneo, appellationẽ per eum interpoſitam, non deuoluere, cum deneganda ſit eidem, ſequentibus rationibus.

51 Primò, quia non habebat legitimam perſonã comparendi in Iudicio pro alio, cum non fuerit admiſſus & approbatus in Collegio Procuratorum huius almæ Ciuitatis Ferrariæ, quandoquidem nemini licet Procuratoris officium pro alio exercere, niſi prius fuerit examinatus, approbatus, & acceptatus in Collegio Procuratorum, & poſt approbationem etiam ceſſauerat per annũ procurare in cauſis excedentibus libras quinquaginta, ſecundum ſtatutum Ferrariæ *ſub rub. de ijs qui poſſunt exercere officium procuræ. capit. 4.*
52 *lib. 11. fol.* 278. Et clariſſimi iuris eſt, quod appellatio interpoſita per perſonam minus legitimã, eſt prorſus nulla, nec modo aliquo deuoluit, Rota *deciſ. 30. alias* 190. *de appell. in nou.* vt refert & ſequitur Lancell. *de atten. in 2. p. c. 12. de attent. appel. pend. limit. 50. nu.* 14.

53 Nec eſt cur heſitari debeat ex eo, ꝙ quilibet
e ẽt ſine mandato admittatur ad appellandũ [e] pro Reo condemnato, etiam inuito, per text. clarum *in l. non tantum. ff. de appellat.* Quoniam ille tex. loquitur in caſu ſpeciali, nẽpè, vbi quis ducitur ad mortem, & ſic pro præſente, non autẽ pro abſente, pro quo nullatenus admittitur procurator ad appellandum, maximè ſi fuerit condemnatus vti contumax, habitus pro confeſſo, vt hoc in caſu, ſecundum Alexandrinum *in tract. de poteſt. procurat. & defenſor. in cauſ. crimin. in ſecund. particula nume. 24. in duodecima quæſtio. per d. l. 1. ff. an per alium cau. appellat. & cæt.* quem refert & ſequitur licèt corruptè ipſum allegat Farinac. *lib primo, quæſtio. crimen. in titu. de inquiſit. quæſtio. 11. num. 49.*

54 Non officit etiam ſi diceretur, dictum ſtatutũ dumtaxat habere locum in actibus iudicialibus, non aũt extraiudicialibus; & propterea non impedire, quin appellatio valeat interponi per procuratorem eo, quia non eſt merè, & ſimpliciter actus iudicialis, ſed potius extraiudicialis, cũ valeat etiã interponi die feriata in honorem Dei, ex traditis ab Aretin. *in capit. veniens. num. 78. extra de accuſatio.* à Cardin. *in Clemen. 2. §. ſimiliter. in 2. quæſtio. in fin. de appellat.* & à Maranta *par. 6. titu. de appellat. num. 134. in fin. & not.* Bart. *in l. 1. §. dies.*

§.*dies.ff.quando app.ſit*. Quoniam pro reſponſione dicitur, quod non valet cõſequentia; actus poteſt fieri in die feriata, ergo eſt extraiudicialis; regula namque, quod acta Iudicij debeant fieri die non feriata, aliàs non valeãt, patitur plures limitationes, de quibus eſt videre apud eundem Marantã *d.par.6.tit.al.de actor. edit. verſicu. octauo requiritur.nume.37.& pluribus ſeqq.* Dicendum eſt igitur, quòd appellatio eſt actus Iudicialis & extraudicialis; Iudicialis, inquàm, quando fit corã Iudice à quo, vt plurimum fieri ſolet, & debet, vt not. Philip. Franc.*in cap.ſi iuſtus colum.4. de appellat.* ſi quidem acta Iudicij dicuntur ea, quæ fiunt in iudicio coram Iudice, vel Iudice mandante, & ſcribũtur per tabellionem, ad hoc deputatum, ſecundum Marantam, *in d.tit.de actor.edit.nume.1.* Extraiudicialis verò, quando non poteſt haberi copia Iudicis a quo, vt quia abſens ſit, vel per metum non poſſit coram eo appellari; tunc enim poteſt appellari coram honeſtis perſonis extra iudicium, ex tradit.a Maranta, *in d.tit. de appellat.nu.133.*& Bald.*in l.apertiſſimi.colum.1.C.de iudic.* & eſt gl.*in clem.1.in verbo.maiori, de appel.* & declarat plenè Socin.*in conſ.55.col.1.vol.1.*

Sed dato quòd appellatio eſſet ſolũ actus extraiudicialis, ex quo poteſt pſentari vbiq; extraiudicium, Notario actuario, abſq; iudicis pręſentia, ſecund. Alexand. ad Bart.*in l.1.§.libelli.in additione, incipiente, euidenter.ff.de appellat.* & Bal. *in d. Authen. quæ ſupplicatio. in princip. C. de precibus imper. offerend.* nihilominus ipſa appellatio eſt prorſus nulla, nec deuoluere poteſt, cum fuerit proſequuta per eundemmet procuratorem inhabilem vigore præcitati ſtatuti; Proſequutio nãque dicitur actus Iudicialis, cum fieri debeat coram Iudice ad quem, pro tribunali ſedenre, ſecũdum Marant.*d.tit.de appell.nu.133.*

55 Nec verendum eſt, ſi allegaretur aliud ſtatutũ *in eodem libro 11.poſt d.cap.immediatè ſequens*, per quod videtur impertiri licentia cuicunque comparendi pro alio, ſaltem per duas vices; quoniam illud ſtatutum loquitur ampliatiuè, non autem limitatiuè; Nam ſtatuentes conſiderantes fraudem, quę fieri poſſet pręcedenti ſtatuto, decreuerunt, quòd nullus procurator, qui non eſſet approbatus in Collegio Procuratorũ, vt ſupra, valeat comparere pro aliquo, etiam præſente & dicente, ſic ita dico, niſi per duas vices; & ſic loquitur, quando principalis eſt præſens, non autem quando eſt abſens; vt clarè deprehenditur ex verbis ipſius ſtatuti; & pptereà nulla alia fraus ſuperiori ſtatuto fieri poteſt, arguendo a partiũ enumeratione, niſi quando principalis eſt præſens; quia tunc ſi opponeretur perſonæ procuratoris, ipſe poſſet dicere, principalem præſentem ſic ita dicere; cum nũquam intelligatur eſſe prohibitũ principali allegare ſua iura, & ita fieret fraus dicto ſtatuto: ſed quãdo principalis eſt abſens, procurator nullam poteſt allegare cauſam cõtra ſtatutum; & hic eſt verus ſenſus ipſius ſtatuti.

56 Secundò, quia non legitimauit eius perſonã per ſatiſdationem iudicatum ſolui, vt tenebatur in ipſo litis ingreſſu. *l.vnica.§.rei autem Procurator.C. de ſatiſdat. l. qui proprio, §. qui alium. & ibi gloſſ. in verbo, cauere. l. minor. in fin. cum duabus ſeqq. ff. de procura. §. ſinautem per procuratorem. verſicu. ſi vero aliquis, inſtitu.de ſatiſdat.glo. ſingularis in capit.mandato.in verbo, mandat. ext. de procurat. & not.in clem.1.in 2.not.eod. tit.* & ita in terminis tenent Specu. *titu. de ſatiſdat.§. expedito.in princ.* Felyn.*in cap. meminimus.num.15.de accuſat.* & Abb.*in cap.veniens.nume.19. eod. titu.* & dixi *in tract.de citatio.reali.lib.3.cap.21.nu.64.*

57 Nec obeſt, quòd fuerit releuatus in inſtrumẽto mandati, & Dominus ipſe pro eo ſatiſdederit, quo caſu non tenetur aliam præſtare fideiuſſionem; ſed ſatis eſt, vt nuda cautione iudicatũ ſolui promittat, vt *tex.in d.§.ſinautem.verſi.ſi vero.* vbi Areti.*num.3.inſtit. de ſatiſda. in clement.1.& ibi gloſ.in verbo, caut. de procurat.* Speculator *in d.§. expedito. nume.1. verſ. ſi vero abſens.* Bart.*in rub. ff.iudic.ſolui.nume.3.& 4.* & dixi larius *in d.capit.21.lib.3.de citat.reali, poſt nume.67. verſicu. idem quoque*; quod vtrique procedit, non obſtante ſtatuto, ne procurator admittatur ſine ſatiſdatione, ex tradit.a Iaſ. *in l. exigendi. in princ. in quinta limit.C.de procurat.* Quoniam id planè procederet, quando Dominus releuans procuratorem poſſideret immobilia æquiualentia æſtimationi litis in loco iudicij. Addent. ad Bart. *in d.rubr.ff. iudic.ſolui, in addit. releuatus, ſub littera F. & in l. filius.ff.qui ſatiſ.cog.* Bald.*in l.fin.nume.8. ff. ſi cert. peta.& in l.ſciendum.nu.7.ff.qui ſatiſd.cog.* Bar. *in l.fin.nume.prim.C.de princip. agent.in reb. lib. 12.* Alexand.*in d.l.ſciendum.num.3. verſi. ſexto fallit. per glo.in d.l.fi.in verbo, iuratoriæ cautioni. in fin. & in eadem l.§.poſſeſſor.nume.1. & dixi in d.capit.21, poſt num.70.verſ. & ſemper poteſt opponi. libro 3.de citatio.reali*; & quod bona debeant poſſideri in loco iudicij, faciunt dicta per Crauet. *in conſ.pro genero.nu.494.*

Et tanto magis debebat ſatiſdare, quoniam d. D. C. eius Principalis fuit, & eſt contumax, qui nullatenus potuiſſet, nec poteſt audiri, niſi prius præſtita idonea fideiuſſione, de iudicio ſiſti & iudicatum ſoluendo, quamuis etiam poſſideret bona æquiualentia debito, vt re vera non poſſidet, vt dixi ſupra nu.45.& dicam infra nu. 169.

58 Tertiò, quia non refecit expenſas, ſtante contumacia eius principalis, argumento eorum, quę dixi ſup.nu.46.cum non debeat eſſe melioris cõditionis procurator, quàm principalis cõſtituẽs; alioqui ſequeretur abſurdũ huiuſmodi, quòd inducta per leges in odium contumacis, poſſent retorqueri, mediante eius procuratore, in eius fauorem, cum ipſe contumax, ad euitandam expenſarum refectionem, poſſet mittere procuratorẽ, & ita per indirectum audiretur expenſis minimè refuſis; quod non eſt dicendum, per tex. *in l.quod vero.ff. de legib.* Procurator namque tenetur ad ea omnia, ad quæ tenebatur principalis conſtituens, ex traditis a Gabriele *in ſuis communibus concluſionibus lib.6.de reg.iur.concluſ.ſecund.in 13. ampliat.nu.32.*

59 Quartò, quoniam non appellauit infra tempus quinque dierũ a ſtatutis Ferrariæ appellare volen-

volentibus præfixum ſub rub.65.lib. ſecundo; quo fit, vt iure optimo de aliqua deuolutione nequeat tractari, cũ ſententia iam trãſiuerit in iudicatum, tam ex diſpoſitione eiuſdẽ ſtatuti, quã iuris communis, vt habetur in Auth. de appell. in princip.ibi,cauſas perdidiſſe.in cap.Romana.§. ſi vero.de appellat.in 6. & capit. cum dilectus, in fin. ext. de elect.& in terminis contumacis, quòd eius appellatio elapſis ad appellandum temporibus, nõ admittatur,tenuit Farinac. lib.1.q.crim. tit. de inquiſitio.quæſt.11.poſt nume.48.in verſic. hæc tamen Nelli deſtinctio.

60 Nec eſt quod heſitari cõtingat,ſi diceretur, ſatis fuiſſe,quòd appellatio fuerit interpoſita intra decendium a iure communi ſtatutum,vt in d. Authen.de appellat.in princ. & in Auth.ſed hodie. C.eo.tit.cum ſtatutum arctans tempus ad appellandũ, non comprehendat,nec ligare poſſit d. D. C. vti in hac ciuitate forenſem,ex traditis a Bertaz. cõſ. crim.469.n.10.vol.2. Quoniam,vt dixi ſupra,nu. 34.Forenſes ſubiacent diſpoſitioni ſtatutorum, maximè in ordinatorijs, & vt communiter tradunt Doctor.in l.cunctos populos. C.de ſumma Tri. & fid.Cath. & faciunt dicta a Viuio in ſuis communibus lib.1.concl.156.num.1. Et ambigui iuris non eſt, quòd ſtatutum limitans tempus ad appellandum, a iure communi præſcriptum, non ad deciſoria,ſed ad ordinatoria pertinet,vt docuit Frãc. in cap.ſi duobus.§.denique.num.5.& in c.vt debitus. nu.18.verſi.cognita tamen. de appel.

61 Nec refragari poſſe notiſſimi iuris eſt, vbi forſan diceretur, regulariter ficto contumaci tempus ſtatutum ad appellandum non currere, niſi a die ſcientiæ.Rot.deciſ.364.alias deciſ.16.in nouis, de dolo & contuma. Alex.in l.1.num.8.ff.ſi quis cautio.Veſtr.in praxi.lib.8.cap.3.de reſt.in integ. nume. 11.Dec.conſi.34.num.4.Gabr.conſi.40. num.7.& ſeq.volu.1.Lanc.de attent.2.par.cap.12.de attent.appellat.penden.limit.50.nu.142.& 152. Carpan.ad ſtat.Mediol.cap.131.nu.71.cum ſeqq.Vant. de nullitat.tit.de nullit.ex defectu citatio.num. 141.& eſt tex.in l.1.§.fi.vbi not.Doctor.ff.quan appel.ſit; Nec ſufficere quamlibet ſciẽtiam, ſed opus eſſe quod condemnatus illam habeat de ſententia cum omnib.ſuis circumſtantijs,vt per Anch.conſi.362.in fi.Natt.conſi.51.nu.1.volu.1.& Cæphal.conſ.601. nume.49.volum. 4.& ſuper ea, cum in abſentibus citatis ad domum vel per edictum præſumatur ignorantia, ex traditis a Lancellotto, & Carpano locis proximè citatis, debet ſtari iuramento ipſius condemnati,ſecund.gloſ.in §.ſed iſt.e.inſti. de actio.Bece.conſi.47.num.28.& Crot.conſi.102. nume.6.Præſumique appellatum fuiſſe intra tempus ſtatutum a die ſcientiæ, licet fatale a die latæ præterierit.Fel.in cap. quo ad conſultationem. num. 25.de re iudica.Crot.conſi.7.nume.14.& Cæphal. conſi.106.nu.5.

Quoniam reſpondeo, prædicta procedere,qñ fictus contumax dumtaxat citatus fuerit ad ſententiam,ad domum,ſiue ad valuas, vbi Forenſes citantur, ſecundum ſtylum & vniuerſalem conſuetudinem totius Italiæ, vt inferius demonſtrabitur; ſecus verò, quando nedũ fuerit citatus ad ſententiam, ſed etiam ad eademmet loca notificata,& intimata fuerit ſententia;nam tũc ab hora notificationis tempus hoc quinque dierũ labi incipit,ita tenent & limitant Lancell. in d. 2.par. cap.12.de attent.appell.pend. nume. 156. Alexand. in d.l.1.dicto num.8. in fin. iunctis duobus ſeq. nu.... ff.ſi quis cautio.per l.ſcire oportet.§. oportet. ff. de excuſat.tut. Bald.in l.ſi ea.num. 14. C. de iis qui accuſ. non poſſ.in l.ab eo.nu.12.C.quomod. & quan. Iudex. in Auth.hodie.nu.1.in fin. C. de appellat. & in d.l. 1. nu.9.ff.ſi quis cautio.Iac.de Aretio in d.l.ſcire oportet.§.1.ff.de excuſ. tut. quẽ ibi ſequitur idem Bal. inquiens,hoc eſſe notandum.Fran. in c. bona. ſub nu.22.de appel.Felyn.in d.c. quo ad conſultationem. nu.33.de re iudic.& Bertachin.in tract. de epiſ.libr. 1.nume.7.verſ.quod intellige, adeo quòd iure meritò ambigi non poſſit,quin hæc ſit cõmunis ſcribentium opinio. Tunc enim concurrit duplex præſumptio ſcientiæ,ſecund.Bald.in d.l.ſcire oportet.§.fieri.ad finem.Felyn.dicto num.33.& Lancel. loco citato.nu.157.

62 Quintò quoniam vbi agitur de pœna corporali ſiue corporis afflictiua,vt hoc in caſu,quemadmodum erit videri infra ſub nu.69.& ſeq.non admittitur procurator ad appellandum pro abſente condemnato, vt in contradictorio iudicio Romæ fuit determinatum, teſte Farin. lib. prim. quæſt.crim.titu.de inquiſit.quæſt.11.nume.49.idem voluit Blanc.in praxi.crimin.§.verum quia,nu.92. fol.27. quod ſanè procedit ſiue ſimus in publico iudicio,vt per Socin.in cap.veniens.nu. 18. & nu. 29.verſi.3.moueor, ſiue in priuato, ad tradita per Clar.in praxi.§.fin.quæſt.32.verſic.1.& 2.verſi. ex
63 hac autem. Nam certo certius eſt, in nullo crimine poſſe interuenire procuratorem pro abſente, niſi quando ſolum pęna pecuniaria venit imponenda,ſecundum Abb.in d.c.veniens.num.18. ext. de accuſat.& Clar.in d.q.32. verſic.cæterum. Tribus potiſſimum rationibus.

64 Primò,quoniam procurator non poteſt defendere alium, niſi prius legitimauerit eius perſonã per ſatiſdationem de iudicatũ ſoluendo, ſecund. Abb.in d.cap.veniens.nume. 19.l.non ſolum.§.qui alieno.ff.de procurator.& dixit latius ſupra nu. 56. Sed vbi tractatur de alia pęna quam pecuniaria, nõ poteſt procurator in ſe ſuſcipere iudicium: ſiquidem nemo valet ſe pro alio ad pęnam corporalem aſtringere, cum nõ ſit Dominus membrorum ſuorum l.liber homo.ff.ad l.Aquil.& cap. ſi non licet.33.q.5.& ita tenet Abb. d. nu. 19.

65 Secundò, quoniã non licet, vt procurator dãnetur, quippe qui non deliquerit. l. ſancimus. C. de pæn. & cap. quæſiuit. ſupra de his quæ fi. a maio. par.c.Indignum namque eſt, vt quis alterius pœnam immeritò ſufferat; quod indignum ſi quando contigeret, nullam profecto haberet procurator actionem in conſtitutorem ſuum, vt a condemnatione liberaretur; vnde ſequęretur,procuratorium officium ipſi procuratori haud parum fore damnoſum, quod cũ rationis æquitate apertiſſimè pugnat l.ſed ſi quis.in princ.ff.quemadmod. teſtamen.aperiant.et dixi in tracta. de cenſi.reali.lib. 3.cap.21.num.8.

Tertiò,

66 Tertiò, quia (& hæc eſt vna omnium rationũ efficaciſſima) ex rei comparitione, & pręſentatione ęquè ex ipſius vultu, [f] aſpectu, conſtantia, trepidatione, & ex oculorum ſermoniſque indicio plurimum iudex conſequitur iudicij, & cenſurã ſubinde multò certiſſimam, quam ex procuratoris conſtitutione nunquam eliceret, ſecundũ Iodoch. damhaud. *in praxi. crim. c. 23. rub. de comparitio. per tot. & dixi in d. c. 21. nu. 8. lib. 3. decitatio. reali,* quo loci *num. 7. cum pluribus ſeqq.* poſui regulam, quòd in criminalibus non admittitur procurator, cum 26. limitationibus.

67 Et prædicta procedunt indiſtinctè ſaltem ante capturam, & principalis rei detentionem. Boſ. *titu. de carcerat. fideiuſſorib. commitcu. nu.* 16. Et antequam lis fuerit conteſtata, ex relatis a Claro *in praxi. §. fin. q. 32. verſ. item quæro.* Sed appellatio reducit ſtatum cauſæ in terminis, quibus reperiebatur cauſa tempore, quo lis conteſtari debebat. Oſcaſ. *Deciſ. Pedem. 5. ſub nu.* 1. Villal. *in communib. opinionibus, in littera A. verſic. appellatio, & paſſim ſcribentes.* Ergo appellatio per procuratorem vbi nulla facta fuit cõteſtatio, interponi nequaquã poteſt, cum ante litis conteſtationem, vbi agitur de pœna afflictiua procurator nequeat audiri, nec conſtitui etiam pro præſente carcerato, ſed tantum ad media cauſæ, ſecundum Blanc. *in praxi. §. verum quia. nu. 64. fol.* 24.

68 Sextò quia non admittitur procurator de iure in cauſis criminalibus, vbi agitur de pęna pecuniaria, & corporali copulatiuè, vt hoc in caſu, ex relatis a Blanco *in dicto. §. verum quia nu.* 108. *fol.* 29. Soc. *in d. c. veniens. poſt nume. 19. ante fin. verſi. quandoque vero. ext. de accuſatio.* & Menoch. *de arbitr. iud. lib. 1. q. 80. nu.* 24.

69 Quòd verò agatur de pęna pecuniaria, & corporis afflictiua copulatiuè, probatur in ſtatutis Gabellarum *c. 6. verſ. 22. verſa pag.*

70 Septimò quia, cum verſemur in publicis iudicijs, vt probaui ſupra, nu. 40 & ſeq. cõperti iuris eſt procuratorẽ in eis pro reo abſente non poſſe venire. *l. penul. §. ad crimen. ff. de publ. iud.* Soc. *in d. c. veniens. poſt nu. 11. verſ. quæro iuxta prædicta. ext. de accuſ.* Blanc. *in praxi. in d. §. verum quia. nu.* 38. *fol.* 18. & Menoc. *de arbitr. iudic. in d. q. 80. nu. 4. & ſeq.* Maximè ſi pęna corporis afflictiua veniat irrogãda, vt hoc in caſu, de cõi teſtatur Soc. *in d. c. veniens. nu. 18. & 29. verſ. 3. moucor. per tex. in d. l. 1. §. & ſi ea. ff. au per alium cau. appel. &c.*

71 Octauò, quoniam vbi in lege, ſtatuto, vel proclamate imponitur aliqua pęna corporis afflictiua in ſubſidiũ [g] pecuniariæ, vt hoc in caſu, quẽadmodum eſt videre in proclamatibus exemplatis ex ſtatutis Gabellæ magnæ fol. 90. & 100. & in alio ſtatuto fol. 87. nullatenus poteſt interuenire procurator, quia tũc dicitur agi de pęna corporali; ſecus vero ſi dicta pęna corporalis in ſubſidium eſſet impoſita Iudicis officio, vel per aliã legem, iuxta diſtinctionem Gabrielis *in ſuis communib. concluſionib. lib. 7. concluſio. 9. ampliat. 8. num. 13. alias nu. 15. & ſeq. vſque ad verſi. 9. ampliat.*

72 Non obſtat modò ſi diceretur, dictum ſtatutũ Gabellarum imponens vltra pœnam pecuniariã etiam corporis afflictiuam copulatiuè, & ſimiliter proclamata imponentia pœnam corporalem & corporis afflictuam, tum principaliter, tum in ſubſidium, non cõprehendere d. D. C. mandãtẽ, cum in pœnalibus non fiat extenſio de perſona ad perſonam, ſecund. Dec. *in regula, factum. §. in pęnalibus. nu. 5. ff. de reg. iur.* maximè, vbi verba ſtatuti, ſeu cõſtitutionis ſunt ſcripta in perſonam, ex relatis a Bar. *in l. ſi is qui pro emptore. nu. 61. ff. de vſucap. in l. ſed et ſi vnus. §. ſeruus. nu. 2. & ſeq. ff. de iniur. & in l. aut qui aliter. §. fi. num. 3. ff. quod vi aut clam.* Iaſ. *in l. ſi quis id quod. nu. 36. in fi. & ſeq. ff. de iuriſ. omn. iud. & in d. l. ſi is qui pro emptore. nu.* 361. Ale. *in d. l. 1. in prin. nu. 23. ff. de verb. obl.* Dec. *in d. l. ſi quis id quod. nu. 38. & ſeq.* Boſſ. *tit. de pen. nu.* 14. Ang. *de malef. in verbo, & Sempronium mandatorem. nu.* 30. Taeg. *in pract. crim. c. 10. nu.* 20. Pariſ. *conſi. 161. num. 15. in quarto volum.* Alex. *conſi. 65. nu. 11. lib. 4.* & Afflict. *deciſ. vlt. nu. 6.*

73 Quoniam contrarium tenuerunt, & de magis communi atteſtantur Gandinus ſummus pract. *in tit. de tranſactionibus & pact. q. vlti. ſub nu.* 26. Alber. *in 3. p. ſtatutorum. q. 44. nu.* 15. & Andr. Gaill. *in tract. de extenſio. nu. 66. verſi. & ex iſtis infero. & & nu.* 67. Et licet opinio Bar. & aliorum pro parte negatiua videatur magis cõis, & ab ea non ſit recedẽdum, vt dicit Clar. *in praxi. §. fi. q. 89. verſ. ſed quæro nunquid. in fi.* nihilominus hanc antonomiam conciliant hoc pacto ſcribẽtes, nempè vt illa regula, quòd ſtatutum puniens facientem delictum, non habeat locum nec extendatur in mãdantem; tunc procedat, vbi loquitur in perſonã; puta ſi quis occiderit, ſi quis vulnerauerit, & ſimilia; ſecus aũt, quando loquitur in rem, cũ tunc extenſionem recipiat, vt ſi dicat pro homicidio, pro furto, pro vulnere, vel alio delicto talis ſit pęna, vt præter citatos tenet Decianus *in ſuo tract. crimin. lib. 9. cap. 32. nume. 10. & capit. 39. num. 1. in fin. volum. ſecundo.* deinde etiam autumant, ſtatutum loquens in perſonam admittere etiam extenſionem prædictam, ex pluribus rationibus, quæ deſeruiunt huic caſui.

74 Primò namque regulam limitari affirmant in correlatiuis, cum lex quantumcumque pęnalis, odioſa & per conſequens reſtringenda, loquens in vno ex correlatiuis, extendatur ad reliquum, maximè, quando eadem ratio militat in vtroque correlatiuorum, ad tradita per Euerard. *in in ſua topica in loco a correlatiuis. nume. 9. iuncto nume. ſeq. & in loco a ratione legis. verſicu. decimoſexto limita. nume.* 73. Baptiſt. a Sancto Blaſio. *in tract. de correlatiuis. poſt numero 7. uerſ. quinto procedit. & poſt num. 19. uerſ. quinquageſimo quarto procedit.* Decia. *in tract. criminali. lib. 9. Cap. 33. nume. 1. tex. eſt in l. ſi cum dies. §. pen. ff. de arbit. l. veteres. ff. de actio. empt. l. cum emptor. ff. de reſcindenda vend. l. vltima. ff. de acceptilat. l. 1. C. de cupreſſ. lib. 11. & l. fi. C. de ind. vid. toll.* Argumentum enim a correlatiuis in iure eſt valde potens & vtile, proceditq; conſtructiuè, & deſtructiuè; quandoquidẽ in correlatiuis ex natura relationis, quæ requirit duo extrema in actu, neceſſe eſt, quod aut vtrumq; ſit verum, aut vtrumque falſum, ſecund. Bal. *in l. conuenticula.*

uenticul. A. *C. de epiſcop. & cle.* quem ſequitur Euer. *in d. loco a correlatiuis. nu.* 1. *& ſeq.* Et in terminis mandantis & mandatarij, vt ex natura correlatiuorum, diſpoſitum in vno cenſeatur etiam diſpoſitum in alio, tenet Decian. *d. c.* 33. *in princip.* Et prædicta indiſtinctè procedunt in pœnis legalibus, ſecundum Baptiſtam de Sancto Blaſio locis citatis, & in alijs quæ ſunt iuris, ut hoc in caſu, Decian. *in d. c.* 23. *nu.* 4. *ante fin.*

75 Secundò fallit, quando lex ſeu diſpoſitio pœnalis concernit fauorem publicum; tũc enim ex identitate rationis fit extenſio etiam ad aliã perſonam Euerar. *in loco a ratione legis. ver. duodecimo fallit. nu.* 71. Aug. ad Ang. *in verbo, & Sempronium mandatorem. ſub nu.* 33. ex doctrina Bar. *in l. quemadmodũ. C. de agric. & cẽſ. lib.* 11. Boſſ. *tit. de pœn. nu.* 12. *& ſeq.* & Crauet. *de antiq. temp. p.* 4. §. *videamus modo. nu.* 7. 11. *&* 24. quotieſcunq; n. principaliter de fauore publico tractatur, etiam in prohibitiua diſpoſitione pęnali, habet locum extenſio ob identitatem rationis, maximè in correlatiuis, ſecundũ Baptiſtam de Sancto Blaſio *in d. tract. de correlatiuis, poſt nu.* 19. *dict. verſicu. quinquageſimo quarto facit,* ergo diſpoſitum de faciẽte habet locum etiam in mandante. Cæterum extractiones frumenti & bladorum prohibitæ ſunt principaliter gratia conſeruandi annonam vberiorẽ, & per conſequens fauore publicę vtilitatis, ad trad. per Boſſ. *tit. de pœn. nu.* 20. vt deprehenditur etiam ex prohemio proclamatum ſuperinde editorum; quod quidem prohemium cauſam finalem diſpoſitionis pręſefert, ex relatis à Tiraq. *in tract. ceſſan te cauſa. limit.* 1. *nu.* 64. *cum ſeq.*

76 Tertiò fallit, quando viget eadem vel maior ratio, ex relatis ab Euerardo *in d. loco a ratione legis. num.* 55. 57. 59. *& ſeqq.* arguendo a minori ad maius, quod planè argumentum procedit etiam in criminalibus. *l. nec in ea.* §. *ſed qui occidere poteſt. ff. ad l. Iul. de adult.* Sed ſic eſt, quod maior ratio ineſt mandãti, quam in mãdatario, ergo &c. probo minorem ex infraſcriptis. Primo authoritate Saluatoris, D. N. IESV CHRISTI, qui, vt habetur Io. *capit.* 19. dixit Pilato, qui eum morti condemnauit, qui me tradit, ibi maius peccatum habet, & eſt optimus tex. *in cap. eum homo* 23. *q.* 5. *& in cap. qui aliorum.* 24. *q.* 3. Secundo authoritate Ariſtotelis *rethoric.* 1. *c.* 7. dum dixit, eũ, qui conſuluit vel mandauit, magis peccaſſe, quã qui fecerit: quoniam non eſſet factũ, niſi conſultum, vel mandatũ fuiſſet; facit illud axioma, quia propter quod vnumquodq; tale, & illud magis. Tertiò authoritate Accurſij *in l. Athletas.* §. *Pomponius. in verbo. in ſeruitute. ff. de his qui not. infam.* tenentis, quòd plus delinquit mandans, quia mãdando delinquit, & mandatarium corrumpit, idem tenet *gloſ. vltima in cap. gaudemus, de diuort.* ſequitur Dec. *in l. ei damnum dat. num.* 2. *ff. de reg. iur.* & probatur *in l. pri.* §. *perſuadere. ff. de ſer. corrupt. & in l. qui occidit.* §. *in hac. ff. ad l. Aquil.* per q̃ iura idem tenet Cæpol. *conſi.* 34. *nu.* 48. inquiens, quia mãdans eſt principalis cauſa, ideo plus punitur. *l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi,* & dicit Bal. poſt Cy. *in l. non ideo minus. in* 10. *q. C. de accuſatio.* quòd mandans dicitur magis principalis, quàm mandatarius, & videndi ſunt ẽt Ang. *de maleſ. in verbo, & Sempronium mandatorem, nu.* 37. & ibi Ang. & Gandin. *tit. de pœn. reor. num.* 12.

Et prędicta indiſtinctè procedunt, ſi delictum fuerit conſumatum, vt hoc in caſu: ſi enim conſideramus offenſam factã publico, & Sereniſſimo Principi, cuius intereſt, vt delicta non remaneãt impunita. *l. ita vulneratus.* §. *quod ſi quis. ff. ad l. Aquil.* certum eſt, quòd plus deliquit mandans quàm mandatarius; ſi quidem illud eſt maius delictum, quod maiori bono opponitur, vt inquit Ariſtot. 8. *ethic.* ſed bonum multitudinis eſt maius quàm bonum vnius, vt docet idem Ariſtot. 1. *ethic.* Igitur cum magis deliquerit mandans quã mandatarius, ſequitur dicendum, quòd pœna impoſita facienti multo magis intelligatur impoſita ipſi mandanti. Nam ſequuto effectu mandati, delictum mandantis, & mandatarij vnum & idẽ eſt, faciunt dicta per Bart. *in d. l. ſed ſi vnius.* §. *ſeruus meus. nume.* 5. *de iniur.* Bald. *in d. l. non ideo minus. num.* 4. *in ſecund. quaſt.* vbi etiam Salycet. in 10. *q. eſt. C. de accuſat.* Ang. *in d. verbo, & Sempronium. nu.* 25. Nell. *de bannit. in* 2. *part. prim. temp. q.* 7. *in fin.* & Carer. *in praxi.* §. 5. *nu.* 71. ſequitur Dec. *in trac. crim. lib.* 9. *c.* 39. *nu.* 20. *in fin. vol.* 2. Et quòd ſequuto delicto mandãs & mandatarius compręhendantur ęqualiter ſub ſtatuto loquente de faciente delictũ, perpulchrè tenet Decian. *dicto lib.* 9. *c.* 32. *num.* 5. *per tot. & poſt num.* 10. *verſ. ſed tamen per l.* 1. *iũct. a l. ſi per alium. ff. ne quis cum qui. l. prim.* §. *feciſſe. ff. de eo per quem fact. erit, & l.* 1. §. *deieciſſe. ff. de vi & vi arm.*

77 Quartò fallit, quando ex actu illius, de quo quæritur, finis & effectus, ſeu commodum, vt in iſto caſu, concernit tantum agentem remotum; tunc enim licet verba prolata in diſpoſitione nõ concernant vtrumque ex ipſorum ſignificatu, ipſe mandans comprehenditur ex verbis legis ſiue ſtatuti: ratio eſt, quia iſte actus ſoli mediato poteſt attribui, cum abſque eius mandato nõ poterat effectualiter fieri, vt poſt Salyc. *in d. l. non ideo minus. C. de accuſat.* tenet Angel. *de maleſ. in d. verbo, & Sempronium, num.* 30. *verſicu. aut verba ſpecialiter prolata.* Sed commodum ſpectabat ad d. D. C. qui ſubminiſtrabat pecunias mandatario pro emendis frumentis, & alijs bladis, ſine quo id negocij fieri minimè potuiſſet, ergo. &c.

78 Quintò fallit, vbicumque ſtatutum non facit delictum nouum, ſed imponit pœnam, quæ non erat à iure communi impoſita, niſi euidenter appareat quod tantum perſonam faciẽtis voluerit comprehendere; nam ſatis eſt, vt iure communi illud ſit delictũ, licet nulla certa pœna fuerit impoſita eo iure, cum ſtatuta recipiant interpretationem a iure communi, a quo determinantur & diſtinguuntur. *l. ſi ſerui veſtri. C. de noxal.* Caccialup. *in l. omnes populi. quæſt.* 6. *princip. ff. de iuſt. & iur.* Bart. & alij *in l.* 1. §. *lex falcidia. ff. ad l. falcid.* & Canon. *in capit. cum dilectus. de conſuetudin.* Oſaſ. *deciſ.* 167. *num.* 19. Roman. *conſi.* 144. *nume.* 3. Rolan. a Valle *conſi.* 37. *num.* 2. *& conſi.* 72. *num.* 28. 32. *& ſeq. volum.* 3. & Farinac. *titu. de accuſat. q.* 14.

q.14.nu.33.& tit.de delict.& pœn.q.17.nu.14.lib.1. & eo iure ſit regula generalis, quòd is damnum dat, qui damnum dari iubet, de qua videndus eſt Decian.*in d.c.39.poſt nu.10. verſic. aut vero ſtatutũ non facit.lib.9.volumin.2.*

Nec dicatur, d. D.C. mandatorem non comprehendi ſub dicto ſtatuto, loquẽte de faciente, ex eo quòd extractio bladorum non eſt de ſui natura de genere prohibitorum; quoniã eſto quòd eſſet delictum ſolum ex diſpoſitione ſtatuti, & proclamatum, nihilominus ex eo quòd eiuſmodi ſtatuta & prohibitiones ſunt in omni loco, Doctores volunt, vt ſit idem acſi illud eſſet prohibitum iure communi, ſecund. Boſſ. *tit.de pœnis. nu.*20.& Capr.*concluſ.5.nu.35.*

79 Sextò fallit vbi pœna iuris municipalis non exorbitat a iure communi, tunc idem ius cõprehendit etiam mandantem, eſto q; ſtatutum perſonaliter loquatur, vt concludit Mennch.*de arbitr. iud.lib.2.caſu 353.nu.* 12. quem ſequitur Decian. *lib.9.dicto c.39.& ſeq.* verum de iure cõmuni fraudem fieri annonæ prohibetur ſub pœna relegationis, etiã nobilioribus, ex Deciano *in ſuo tract. crim.lib.7.de fraudantib.annonam, cap.22.num.47. volum.* 2. ergo pœna fraudantis tenet tam mandantem, quàm mandatarium.

80 Septimò fallit, quando ſtatutum imponeret eãdem pœnam, quam imponit ius commune mandanti, vel facienti. Decian.*d. nu.* 10.*&* Boſſ. *tit.de mandato ad homicidiũ, nu.9.* ſed de iure communi quandoque imponitur pœna eiuſdẽ qualitatis, vt eſt pęna ſtatutaria, & etiã maior, ex Deciano *d.c.22.dict.nu.47.& ſeqq.* ergo.

81 Octauò fallit, quando ſtatutum nihil inducit contra ius commune quo ad ſubſtãtiam delicti, ſed tantum quo ad pœnam, quia impoſita a iure communi auget vel minuit; tunc enim eſt in arbitrio iudicis, eligere quam pęnam maluerit cõtra mandantem, niſi ſtatutum expreſsè prohiberet pœnam a iure communi impoſitam, niſi illa foret expreſſa in ſtatuto, ſecundum Decianum *in d.cap.39.poſt nu.10. verſi. tertius eſt caſus. & nu. ſeq.lib.9.vol.* 2.

82 Et certum eſt, quòd d. D. C. fuit condemnatus in eiſdem pœnis, quibus fuit condemnatus mandatarius; & iure merito, cum eadem pœna regulariter puniatur mãdans, qua mandatarius. *l.1.§.deiectiſſe.ff.de vi & vi arm.l.is damnum dat. ff.de reg.iur.l.non ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur. l.ſecund.§.diuus pius, ff.de iur.fiſci l.nihil intereſt.ff.ad l.Cornel.de ſiccar.& l.non ideo minus.C. de accuſatio.* vbi glo.adducit concordantes. *capit. qui per alium, de regul.iur.in 6. capit. cum ad ſedem, de reſtit.ſpoliat.& cap.mulieres.de ſent.excommun.*

83 Ratio eſt, quoniam mandans æquiparatur ex legis diſpoſitione mandatario. *l.nihil intereſt.ff.de ſiccar.d.l.is damnum.ff.de regu.iur.cum concordantibus.* ergo comprælienditur a ſtatuto puniente facientem, eſto quod ſtatutum expreſsè excluderet interpretationem, ſiquidem nunquam intelligitur excluſa interpretatio legis, ſecund. Iaſ.poſt Bald.*in l.quamuis.nume.2.ff.de in ius vocan.* maximè ſi agatur de fauore publico, vt in caſu Decianus *dict.lib.9.capit.32.poſt nume.*8.

Et ſic ex præmiſſis habetur hæc irreſragabilis concluſio, quòd d. D. C. comprehenditur a dicto ſtatuto Gabellarum, imponente pœnam corporis afflictiuam.

Quò verò ad proclamata, neſcio videre, quomodo d. D. C. poſſit dicere non comprehendi in eis, cum verba eorundem ſint adeò clara, vt nulli inficiationi locus eſſe poſſit, cum in eis inducetur pœna nedum extrahentibus, ſed extrahi facientibus auxiliatoribus, & fautoribus.

84 Nonò principaliter denegãda eſt audientia dicto procuratori, quoniam neceſſe erat, vt ipſe D. C. comparuiſſet, & in carceribus ſe conſtituiſſet; nam cum liqueat manifeſtè extare cõtra ipſum indicia ad torturam, conſequitur, neceſſariam fore rei ipſius præſentiam; alioqui tormentis ſubijci non poſſet, ſecund. Bald. *in l.1.§.ad crimen.nume.34.ff.de public.iudic.* & Clar. *in praxi. §.fin.quæſt.33.poſt verſic.ſed quod plus eſt.in fin.*
85 *& verſic.quinimo vt dixi.* Quotieſcunque enim Iudex habet contra reum indicia, quę ſtringant, & reddant ipſum ſuſpectum de crimine, propter quod inquiritur, ipſe reus detinẽdus eſt in carcere, etiam ſi ageretur dumtaxat de pęna pecuniaria, dummodo ſit talis, vt poſſit ad torturam deueniri pro veritate indagãda, quatenus reus iret inficias, ad tradita per Ghirlandum *in tract.de relaxat.carcerat.ſub rubr.de fideiuſſoribus reor.in ſe-*
86 *cund.quæſt.nu.*2. Et adeo eſt neceſſaria rei præſentia, quando locus eſt torturæ, quòd nullatenus poteſt relaxari ſub fideiuſſore, ex relatis à Farin. *lib.1.quæſt.crim.tit.de carcer & carcerat.q.33.poſt nu.16.& nu.38.& ſeq.*

Concludendum eſt igitur, quòd, ſicut ipſe D. C. ſi præſtò fuiſſet, audiri non potuiſſet extra carceres, donec fuiſſet cenſtitutus ſuper indicijs, eſto quòd fideiuſſores dare voluiſſet, tanto minus ſit
87 audiendus extra carceres per procuratorẽ. Quotieſcunque enim requiritur præſentia alicuius, non poteſt actus fieri per procuratorem, ſecũdũ Abb.*in cap.expoſuit.num.12.de dilatio.* alioquin ſequeretur iſtud inconueniens, quòd inducta per leges in odium delinquentis, haberent in ſe fauorem, quòd ipſe delinquens dum deberet carceribus includi, poſſet mittere procuratorem, cõtra tex.*in l.quod vero.ff.de legib.* Et quod reus in conſequentiã haberet id quod principaliter minimè aſſequi poſſet, hoc eſt, vt audiret extra carceres per procuratorem, cum ſi eſſet carceratus, nequiret relaxari ſub fideiuſſore; cõtra notata in l.nõ dubium.C.de legib. Ceſſaretque legum diſpoſitio; Nam ſi cõſideremus rationem cauſæ finalis; propter quam leges iubent reum indiciatum carceribus fore detinẽdum, nec fideiuſſoribus poſſe relaxari, donec inflicta fuerit tortura pro veritate indaganda, negari non poterit, quin ſit, vt torqueri valeat, quatenus iret ĩficias: ſed ſi admitteretur procurator abſque eo, quòd reus conſtitueretur in carceribus, ceſſaret dicta ratio; & per conſequens lex. *l.adigere.§.quamuis.ff.de iur.patron.l.quod dubium.ff.de pact.cap.ceſſante.de appell.*
88 *cum ſimilibus.* Et ſic tolleretur lex ſuperioris per

inferiorem

inferiorem, quod fieri minimè poteſt. *l. ille a quo. §. tempeſtiuum. ff. ad Trebel.* Quoniã illius eſt deſtruere, cuius eſt condere. Sed condere legẽ, Principis eſt, *c. rex pacificus. in prohemio decretalium.* gl. *in l. prim. in verbo, qui magiſtratum. ff. quod quiſq; iur. c. 1. extra, de conſtit.* Ergo lex non poteſt tolli per inferiorem, ſed obſeruari debet.

89 Quod verò adſint indicia ad torturam contra
dictum D.C. vltra informationes, de quib. in ꝓceſſu, patet ex eiuſdem contumacia, quæ ſola abſque alijs indicijs facit indicium ad torturam, ad tradita per Foller. *in pract. crim. in d. verbo, etſi cõfitebuntur. nu. 8. & 16.* Cla. *in praxi. §. fi. q. 64. verſ. ſed nunquid bannitus.* Cart. *in d. tract. de execut. ſen. c. 1. nu. 225. 275. & 452. & ſeq.* Maſc. *de probat. lib. 1. concluſ. 162. nu. 17.* & Farin. *d. tit. de inquiſ. q. 11. nu. 70. lib. 1.* qui congerit alios, & de communi atteſtatur. Quod ſanè procedit etiam in ſponte cõparente, ſecund. Cartar. *in d. cap. primo, dicto num. 452. & ſeq.* vbi de communi. & Farinac. *d. quæſt. 11. d. tit. de inquiſit. nume. 73.* dummodo compareat poſt terminum ſibi à ſtatuto pręfixũ, ad purgandam contumaciam. Boſſ. *tit. de indic. & conſiderat. ante torturam. nume. 134. in fin. & ſeq.* & Cartar. *dict. cap. primo, nu. 463.* tanto magis poſt ſen-
90 tentiam. Et licet nonnulli voluerint cõtumaciã
ſolum facere indicium ad torturam contra cõtumacem verum, non autem fictum, attamen communis Doctorum ſententia eſt, vt faciat etiã indicium ad torturam contra fictum contumacẽ. Farinac. *in d. q. 11. poſt d. nu. 70. verſi. & licet. ac nu. ſeqq.* & Cartar. *in eod. tract. de execut. ſenten. c. fi. nu. 180. & ſeq. vbi atteſtatur de communi.*

91 Et tanto magis locus eſt torturæ in hoc caſu, quoniam ipſe Domin. C. ob eius contumaciam habitus fuit pro confeſſo, & cõuicto, vt patet in actis. Et comperti iuris eſt, quòd contumax habitus pro confeſſo, licet fuerit admiſſus ad nouas defenſiones, vt admitti debet, ſi audiri deſiderat, quoties poſt ſententiam & cõdemnationẽ comparuerit. ſecund. Clar. *dicto §. fi. q. 44. verſic. quæro nunc,* & Cartar. *d. c. 1. nu. 141. atteſtantem de communi,* effugere minimè poteſt, quin torqueatur, ad veritatem eruendam, ad tradita per Alciat. *de præſumptionib. reg. 3. præſumptione 22. nu. 10.* Marſ. *in l. 1. in princ. nu. 3. ff. de q. & in conſi. 117. num. 51.* Blanc. *de indic. num. 293.* Boſſ. *tit. de lite. princ. in fi. in tit. de bannit. poſt num. 4. & titu. de indic. & conſiderat. ante torturam. nume. 133.* & latè per Foller. *in pract. crimin. in d. verbo, etſi confitebuntur. nu. 8. & plurib. ſeqq.* Quòd verò ipſe D.C. fuerit condẽnatus in cõtumaciã, vltra quòd apparet ex proceſſu & ſententia, conſtat etiam ex confeſſione eius procuratoris in libello appellatorio, quæ eidem nocere debet. Bart. *in l. teſtamentum. §. ſi conſcio abſente. de confeſſis. & alibi.*

92 Amplius dico, quòd vbi etiam ipſe D.C. comparuiſſet, & appellaſſet, admitti minimè potuiſſet, niſi expreſsè onus in ſe ſuſcepiſſet docẽdi de eius innocentia, & probãdi rem aliter ſe habere, & ſic delictũ non commiſiſſe, ex traditis a Cartario *in d. tract. de exequut. ſentent. capit. primo, nume. 104. 105. 109. & 119. 175. & ſeqq.* quibus locis plures allegat, idem tenẽtes; multo minus debet auditi procurator, qui expreſsè onus prædictum
93 non aſſumpſit. Ex illa namque pronũtiatione,
quòd contumax habeatur pro confeſſo, ius fiſco quæſitum dicitur, cui per priuatum ius acquiritur, vt not. Barto. *in l. 1. ff. de iur. fiſc.* per gloſſ. *in l. arbiter intra certum. ff. de arbitr.* Et propterea mora purgari non poteſt in præiudicium fiſci, cui iã ius acquiſitum eſt, ſecund. Bald. *in l. ſi inſulam. q. 8.* quem ibi ſequuntur Docto. *ff. de verbo. obligat.* Quod quidem ius acquiſitum parti, per negligẽtiam alterius partis, recta conſcientia auferri minimè poteſt, vt not. Felyn. *in c. cum olim. nu. 19. de indic.* & Boſſ. *tit. de princ. nu. 197.*

Quinimo ſi quis vellet huiuſmodi ius auferre, mortaliter peccaret. Gram. *voto 35. ſub nu. 10.*

94 Atque ita ſequuta pronuntiatione dicta ficta
cõfeſſio remanet irreuocabilis, & vt operetur aliquid, ſaltem debet transferre onus probandi in ipſum condemnatum, ſicut faceret vera confeſſio, ſi de illius errore quiſpiam docere vellet. *l. nõ fatetur. ff. de confeſſis.* Boſſ. *titu. de lit. princip. num. 5.* Becci. *conſi. 11. num. 1. lib. 1.* & poſt eos Cartar.
95 *d. cap. 1. nu. 175. & ſeqq.* Licet enim appellatio re-
ponat appellantem in eodem ſtatu, in quo erat, ſtatim lite conteſtata. *l. ita demum. C. de procurat.* non reponit tamẽ reſpectu confeſſionis, aliorũq; actorum probatoriorum, quæ per appellationẽ non tolluntur, ſecund. Bald. *in d. l. ita demum. in*
96 *fin.* & Becc. *conſilio 11. num. 3.* Quando quidem
appellatio nõ tollit grauamẽ, quod quis ſibi infert ſua negligentia vel facto, not. *in eadem l. ita demum.* Becc. *d. nume. 3.* Capol. *conſilio crimin. 63. num. 14.* Corn. *conſi. 45. nu. 4. verſic. & conſtat. libr. 3.* & Cartar. *d. cap. primo, num. 148. & 162.* Et ideo licet contumax comparens poſt terminum reponeretur in eo ſtatu, in quo ante fuiſſet lite conteſtata, vt audiri poſſit, cum tamen adhuc cõtra ipſum vigeat eius ficta cõfeſſio, a ſtylo ad inſtar ſtatuti inducta, & per appellationem non ſublata, Cartar. *d. c. primo, num. 147. & ſeq.* neceſſe habet probare innocentiam, & delictum non commiſiſſe, vt dictum eſt ſuperius.

97 Et prędicta indiſtinctè procedunt, quãdo ante diffinitiuam ſententiam pronũtiatum fuiſſet, eum haberi pro confeſſo; ſecus vero, quando nõ fuiſſet pronuntiatum, quia tunc non teneretur probare de ſua innocentia; quoniam ante prædictam declarationem, pro perfectè confeſſo non habetur. Nell. *de bannit. 4. par. prim. tempor. quæſt. 3.* & Becc. *d. conſi. 11. nu. 1. lib. 1.* Is etenim, cui terminus eſt præfixus, ſemper auditur poſt terminũ ante declarationem factam. Carta. *d. c. 1. nu. 172.*

98 Decimò deneganda eſt audiẽtia dicto aſſerto procuratori, quoniam vbicunque ordine iudiciario probata fuerint indicia contra reum, vt hoc in caſu, ſiue ſit locus torturæ, vt dixi *nume. 84. & ſeqq.* ſiue ſimplici interrogationi, Iudex poteſt & debet compellere reum ad perſonaliter comparẽdum, ex traditis à Bald. *in l. fin. num. 3. verſi. tu dic quòd vbi ſunt. C. de procurat.* Tunc enim ipſe reus debet venire coram Iudice, & interrogari, viderique, qua facie, quo colore, qua trepidatione loquatur,

loquatur *l. de minore. §. plurimum. ff. de quæſtio.* Et
exinde non poteſt procuratorem conſtituere,
quia ipſe tenetur reſpondere & præſto eſſe audi-
torio in diſputanda cauſa, & ſententia ferēda, vt
in l. 1. ff. an per alium cauſ. appel. & ita tenet Blanc.
in d. pract. crim. in d. verſ. verum quia. nu. 42. fol. 18.
Quod indiſtinctè procedit, quando vigore alicu
ius conſtitutionis contumax habetur pro cōfeſ-
ſo; & ſi ſecus diceretur, nunquam abſens vti con
tumax, poſſet condemnari, & ſic nunquam pro
confeſſo haberetur; quoniam ſi diffideret, ſe poſ-
ſe defendere, recederet vtique, latitaret, atq; pro-
curatorem mitteret, de magis cōmunis teſtatur
Alex. *conſi. 116. nu. 18. vol. 2.*

99 Vndecimo qm̄ citatio emanata contra reum
crimino ſum dicit, quòd reus debeat perſonaliter
comparere ad reſpondendū denuntię, ſeu inqui-
ſitioni, vt hoc in caſu, tūc ſiue agatur de pęna ca-
pitali, ſiue corporis afflictiua, ſiue pecuniaria, ſi-
ue de quauis alia leui, nunquam procurator ad-
mittitur, niſi reus principaliter cōpareat, ſecūd.
Clar. *in praxi. §. fi. quæſt. 32. poſt verſ. hæc autem con
cluſio,* & faciunt dicta per Abb. *in c. expoſuit. num.
12. de dilationibus.* & quæ dicam in ſeq.

100 Duodecimo & vltimo, quoniam eſto millies
quòd potuiſſet appellare, vt re vera nō potuit, ra
tionibus ſuperius deductis, nihilominus non po
h tuit proſequi [h] appellationem, vt in terminis tra
dit Crau. *conſi. 103. nu. 1.* Blanc. *in praxi. verſ. verū
quia. nu. 25. & probatur in d. l. 1. ff. an per alium cauſ.
appel. & ce. in fi.* quo loci regula conſtituitur gene
ralis, videlicet; quas cauſas per alium agere non
poſſumus, earundem nec appellationem per aliū
agi oportere, & ita communiter tenent omnes
ſcribentes *in d. l. pen. §. ad crimen. ff. de publ. iud.* Cū
igitur dicta appellatio minus legitimè fuerit pro
ſequuta, ſententia tranſiuit in iudicatum, & per
conſequens appellatio deuoluere non poteſt. *l.
fi. C. de ſent. reſcin. non poſſe.* Quòd vero cauſa prin
cipalis non poſſit agi per procuratorem, ſatis ſu-
perque ſuperius demonſtraui; ergo.

Reliquum eſt, vt ad ſecundam nullitatis inſpe
ctionem me conuertam, citra quam primo aſpe-
ctu videtur dicendum, proceſſum, & ſententiā vi
tio nullitatis ſubieciſſe, & ſubiacere ex pluribus.

Primo, quia non fuit ſeruata forma ſtatutorū
i Ferrariæ in citando dictum D. C. qui cum citari [i]
deberet ad mediam ſcalam per tres vices, ſecūdū
d. ſtatuta *ſub rubr. de modo citandi reum, vel accuſa-
tum, c. 4. & ſub rubr. de forma procedendi contra accu
ſatos. c. 5. lib. 3.* fuit citatus ad valuas gabellarum.
Clariſſimi enim iuris eſt, reum debere citari ſecū-
dum præcitatorum ſtatutorum formam, ex Ber-
taz. *conſi. 119. nu. 2. & conſil. 462. numero 11. lib. 2.* &
Marcabru. *conſi. 50. nu. 111.* alioqui non poteſt di
ci contumax, nec pro confeſſo haberi ſecundum
Bertaz. *d. conſi. 462. nu.* 13. Curt. ſen. *conſi. 60. num.*
38. Burſat. *conſi. 225. num. 165. volum.* 2. & Gram.
conſi. crim. 37. num. 2. & deciſ. 79. num. 10. ſed ban-
num ſententia, ac totus proceſſus corruit. Boſſ.
tit. de cita. num. 13. Gram. *conſi. crimin. 71. num.* 8. &
Clar. *d. §. fi. quæſt. 31. in princ.* quod vtique proce-
dit, etiam ſi ſtatutum expreſſè ſententiam non
abrogaret, ex quo forma non fuit ſeruata, nec ita
reus citatus, ſecundum Bertaz. *d. conſi. 119. nu. 60.
conſi. 146. nu. 6. & ſeq.* Marſ. *conſ. 76. nu. 9. conſilio
64. nu. 20. & 55. conſi. 97. nu.* 21. & Boſſ. *d. num. 13.
in tit. de citatio.* Quando enim ſumus in his, quæ
requiruntur pro forma, factum non dicitur, etiā
ſi ſit minimum, ſi quid remaneat ad agendū. Bar.
in l. 1. nu. 10. ff. de fid. inſtrum. Alex. *conſi. 42. nu. 28.
volum.* 1. & Calc. *conſi. 8. num.* 22. Quandoquidem
minimus formæ defectus vitiat actum. Cagnol.
in l. etſi nihil. nu. 2. ff. de reg. iur. Grammat. *deciſio.
79. num.* 14. & Medic. *de reg. iur. reg. 7. nu.* 70. Quo-
tieſcunque enim ſtatutum requirit aliquid pro
forma, illa debet ad vnguem ſeruari; alioquin
quicquid fit pręter formam, eſt ipſo iure nullum.
*l. mœuius. ff. de condit. & demonſtr. l. qui Romæ. §. Fla
uius hermes. ff. de verb. obligat. l. prolatam, & ibi gl. in
verbo, ſolitū. C. de ſent. et interloc. omn. iud. c. procura-
tor. c. prouida, & c. fin. de elect. in 6.* Marſ. *de bannitis
in verbo, incontinenti, nu.* 16. Nellus *in tract. eo. ban-
nit. in 3. par. pri. tempor. nu.* 9. Medic. *de reg. iur. d. re-
gu. 7. nu. 4. 49. &* 103. & Duen. *reg. 165. nu.* 1.

101 Et prædicta vſque adeo ſunt vera, quòd etiam
in fauorabilibus, ſi forma deficiat, nullū eſt quod
agitur, ad tradita per Bald. *in l. omnes populi. nu. 4.
ff. de iuſt. & iur.* Iaſ. *in l. 1. §. ſublata. nu. 8. ff. ad Tre-
bell.* Pariſ. *conſi. 33. nu. 24. vol.* 2. Goza. *conſi. 73. nu.*
13. Grat. *conſi. 16. nu.* 14. Dec. *conſi. 11. nu.* 9. & Eue-
rard. *in loco a defectu formæ. nu.* 6. quoniam ea quæ
ſunt de forma, mutati ac diminui minimè poſ-
ſunt, ſecundum Medic. *in d. reg. 7. nu.* 4. Vnde ex
ficta ac interpretata confeſſione, ex contuma-
cia ſurgere, per inordinatum proceſſum, nulla
poteſt ſequi ſententia; etſi ferat̄, prorſus eſt nul-
la, ex relatis a Gram. *conſilio 1. num. 20. in fi. & ſeq.*
Thob. Non. *conſi. 94. nu.* 12. Villalob. *in communib.
opi. in verbo, abſens, nu.* 10. Bal. *in l. fi. nu. 3. C. de fer.*
Marant. *tit. de cita. in par. 6. ſuæ praxis ciuil. poſt nu.
55. & nu. ſeq.* a Cartar. *in tract. de exequut. ſent. ca-
pro bannito. §. fi. nu. 162. & ſeq.* quo loci, *nu.* 165. vo
luit quòd talis exceptio contra ſententiam du-
bio procul opponi poſſit, etiam poſt triginta an-
nos, quod voluit etiam Bertaz. *conſi. 146. nu. 9. &
ſeq. & conſi. 233. nu. 5. volum.* 1.

102 Et quamuis habeamus regulam, nihil referre,
vt aliquid fiat ex æquipollentibus *l. certū. ff. ſi cer-
tum petatur. l. cum ſeruus. ff. de verb. oblig. & l. ſi ma
ter. C. de inſtit. & ſubſtitut.* Attamen forma data a
ſtatuto, eſt ſeruanda, nec valet per æquipollens
adimpleri, ſecundum Marſ. *de bannitis in d. verbo,
incontinenti. nu. 16. & ſeq.* Medic. *in d. reg. 7. nu.* 35.
Boer. *deciſ. 1. n.* 45. Oſaſc. *dec. Ped. 92. n.* 15. Aſin. *in
praxi. §. c. 36. num.* 12. & eſt cōis opinio ſecundum
Dec. *in l. ſi mater. nu. 4. C. de inſtit. & ſubſti.* & circa
formam videnda ſunt, quæ latè ſcripſi *in tract. de
citatio. reali, lib. 2. c. 1. nu. 135. vſque ad nu.* 208. vbi
poſui regulam cum limitationibus.

103 Nec obſtare videtur diſpoſitio alterius ſtatu-
ti, *ſub rub. de appel. interdictæ in cauſis criminalibus,
c. 47. li. 3.* auferentis facultatem dicendi de nullita-
te contra ſnīas latas in cauſis criminalibus. Qm̄
ſtatutum tollens facultatem opponendi aduer-
ſus ſententiā, non procedit, quoties nullitas eſſet

euidens, & ſcatutiret ex actis & proceſſu, ad tradita per Boſſ. tit. de proclamat. quod ſit bon. publica. nu. 15. Aſin. in praxi. §. 31. c. 53. per totum. Marſ. de bannit. in verbo, nullitas. nu. 2. & ſeq. Ruin. conſ. 144. nu. 5. vol. 4. Pariſ. conſi. 98. nu. 23. vol. 3. Corn. conſi. 4. nu. 8. & ſeq. vol. 2. & eſt communis opinio, teſte Viuio in ſuis communib. opinio. vol. 2. opinione 816. nu. 11. ſiquidem nullitas euidens nunquam cenſetur excluſa. Alexand. conſilio 47. nu. 9. volum. 5. Oldrad. conſilio 106. nu. 4. Barba. conſi. 38. nu. 1. vol. 2. Viui. dicta opinione 816. nu. 12. ſententiæq; impedit exequutionem, licet tranſiuerit in iudicatum, ſecundum Marſil. in verbo nullitas, nu. 12. maximè quando reſultat ex inobſeruantia formæ ſtatuti, Ripa in l. 4. §. condemnatum. nu. 13. ff. de re iud. quem ſequutus fuit Lancell. de attentat. par. 2. c. 17. de attent. nullit. p. ndente. nu. 50. Quæ quidem forma a ſtatuto data etiam in tempore, obſeruari debet, nec recipit interuallum, ex relatis a Marſil. in d. verbo, incontinenti. num. 16. Aſin. in d. §. 3. c. 36. nu. 4. & Medic. d. tract. de reg. iur. d. reg. 7. n. 107.

104 Secundo, quia ſuperior Gabellarum qui tulit ſententiam, nullam habebat cognitionem cauſarum criminalium; & ſic ex defectu iuriſdictionis ſententia eſt nulla; & propterea non eſt exequenda, eſto quòd altiorem requireret indaginem, ſecundum Bertaz. conſi. 51. nu. 16. quod vtiq; procedit etiam in ſententia lata in cõtumacem, qui poteſt ſe tueri nullitate proceſſus; nam cõtumax non videtur protogare iuriſdictionem. Marſi. de bannitis, in verbo. contumaciam, nu. 155. & Foller. in praxi crim. in d. verbo, etſi confitebuntur, nu. 24. quos nouiſſimè ſequutus fuit Cartar. d. tract. de exequ. ſententia. c. fi. nu. 197. & ſeq. vbi latè de hoc. Comparereque minimè tenetur, & conſequenter non inducitur ficta confeſſio, ſecundum Nellum de bannitis. 3. par. 1. tempor. quæſtio. 6. in fin. Quoniam nullitas proueniens ex defectu iuriſdictionis, nullã reddit ipſam confeſſionem, ex relatis a Gomez. c. 12. de delict. nu. 8. & ita deficit ſubſtantia ſeu fundamentum ſententiæ contumacialis, quę propterea non eſt exequenda, ſecundum Cart. d. c. fi. num. 206.

105 Attamen non obſtantibus prædictis intrepidè ſuſtineo, nullam in hoc iudicio fuiſſe commiſſam nullitatem, ſed d. D. C. fuiſſe legitimè citatum, & demum condemnatum a Iudice competenti habente iuriſdictionem criminalem. Nulla inquam fuit commiſſa nullitas in citando d. D. C. quod probo ex pluribus rationibus.

106 Primo qm̃ ſi rectè perpendantur verba ſtatutorũ, pro parte cõtraria allegatorũ, dãtiũ formã pro citandis reis accuſatis, nẽpè apparebit, dicta ſtatuta non arctare ad illã formã obſeruandam, niſi Pretorẽ, ac iudicẽ maleficiorũ Ferrariæ, non aũt alios iudices Ciuitatis, qui particularia fora, ac tribunalia hñt, vt ſunt iudices Cõmunis, iudices Bulletarũ, & ſuperiores vectigaliũ, qui in citandis reis non vtuntur forma prędictorũ ſtatutorũ, ſed ſtilo vti cõſueto ĩ eorũ foro reſpectiuè; Nec aduerſarij potuerũt vnq̃ oſtẽdere, ꝙ accuſati in officiũ gabellarũ fuerint citati ad mediã ſcalã, ſecũdũ ſtatuta cõia, ſed ſolũ ad valuas ſeu fores gabellarũ ſecundũ ſtilũ conſuetũ eiuſdẽ fori;

107 Secundo, quia dicta ſtatuta communia quando etiam generaliter loquerentur, nullo pacto aliquod præiudiciũ poſſunt inferre prouiſionib. gabellarum, quemadmodum eſt videre in earundem gabellarum ſtatutis. fol. 65. prima pagina.

108 Tertio quoniam cũ d. D. C. fuerit citatus ſaltẽ per nouem vices, tum ad reſpondendum, tum ad ſententiam, forma ſatis ſuperq; ſeruata dicitur, cum pinguius forma tradita a ſtatuto fuerit adimpleta, ex traditis a Iaſ. in l. qui quartam. nu. 3. in fi. cũ ſeq. ff. de leg. 1. quinimo ſi citatus fuiſſet ſecũdum ſtatuta, & non ſecundum ſtilum cõſuetum fori gabell. ipſe D. C. excuſaretur a contumacia, per ea quæ dicit Marſ. ſing. 118. quandoquidẽ ſtilus debet ſeruari nedum in cauſis ciuilibus, ſed ẽt criminalibus. Menoch. in tract. de præſumptionib. l. 2. præſump. 8. nu. 14. & ſeq. ab omnibus iudicibus etiam habentibus liberum arbitrium procedendi; alioqui faciunt litem ſuam, & tenentur in ſyndicatu, Menoch. de præſumpt. 8. nu. 16. & Neuiz. in lib. 3. ſyluæ nuptialis. nu. 32. in fi. obtinet enim vim legis, & pro forma habetur. Bar. in authent. qui ſemel. verſ. vlterius. C. quomo. & quan. ind. Bal. in l. ult. C. quæ ſit long. conſuet. Aſin. in praxi. §. 22. c. 16. limit. 3. numero 1. & 2. vbi plures allegat. Scala de conſi. Sapient. c. 27. verſi. ac ſicut nos. Alexan. conſilio 240. num. 2. volum. 6. Boer. conſi. 8. nu. 7. Pariſ. conſ. 107. numero 87. volum. 3. Rolan. conſi. 70. nu. 13. et ſeq. volum. 1. Neuizzan. conſilio 77. numero 22. Capella Toloſan. quæſtio. 115. & Guid. Pap. quæſtio. 293. numero 2. & 3. & facit text. in cap. autem. 17. diſtin. a qua ſtili forma non eſt recedendum, ſecundum Boer. d. conſi. 8. nu. 7. Lancel. de atten. par. 2. cap. 20. de attent. poſt inhibitionem. in præfationib. quæſt. 4. nu. 109. etiamſi in contrarium eſſet iuris diſpoſitio. l. ſi quando. in fin. C. de iniur. §. fi. inſtit. de ſatiſd. Alexand. dicto numero 2. & Aſinius loco proximè citato. ſtatutaque Ciuitatis aliter diſponerent, ſecundum Io. de Amicis conſ. 145. num. 8. & Aſin. in d. §. 22. c. 16. limit. 3. nu. 1. & ſeq. atque obſeruatur in procedendo. Io. de Amicis conſ. 42. numero 2. & ſeq. & conſi. 143. n. 3. & 4. Dec. conſi. 699. nu. 5. & Celſ. Vgo. conſi. 13. nu. 3. Omniaque reddit valida. c. 2. de tempor. ordinan. Pariſ. conſi. 113. in prin. vol. 4. & Rolan. d. conſi. 70. nu. 52. cum alijs ſeq. in 1. atque poteſt citationis ſolemnitati derogare. Alexand. conſil. 65. in fin. verſi. & d. uo. volum. 1. Rolan. a Valle dicto conſi. 70. num. 15. volum. 1. ligatque Forenſes quo ad ordinatoria, ſecus quo ad deciſoria, vt de communi atteſtatur Viuius in ſuis communibus opinionibus, libro primo, concluſio. 156. num. 1. atque iuriſdictionem voluntariam, & contentioſam tribuit, & per eum merum Imperium, & cauſarum cognitio acquiritur, ſecundum Barb. in c. cum contingat. nu. 64. & ſeq. ext. de foro competen.

109 Et quod ſtilus fori, in quo cauſæ agitantur, non autẽ curiæ delegantis, in ordinatorijs, & cõcernẽtib. proceſsũ ſeruari debeat, tenẽt Belabõc. & Doct. ab eo citati in communib. opinionibus diuerſorum noniter recollectis, tomo primo, libro tertio, titul. de indic. numero 44. Egid. deciſio. 78. & 82.

Marſ.

Marſ. dicto ſing. nu. 8. Scala d. c. 27. verſ. ac ſicut nos, & Guid. Pap. quæſt. 293. & in terminis citationis Clar. in praxi. §. fi. q. 44. verſi. item quæro in fi.

110 Poteſt namq; citationis forma nedũ ſtatuto,
ſed ſtilo & conſuetudine introduci. glo. & Doct.
in l. ſi accuſationib. C. de accuſ. Alex, in l. inter accuſa
torem. ff. de publ. iud. ſicuti modus citandi ẽt præ-
ter ius. Bal. in l. 1. col. 2. verſ. modus. C. quomo. & quã.
iud. arg. l. 3. §. vlt. ff. de teſtib. idẽ firmat Bal. in tract.
ſtatut. in verbo, abſens. q. 1. ſequitur Rebuff. in trac.
de cit. ar. 2. gl. 1. in prin. Affl. deciſ. 391. Gram. vot. 3.
ſub n. 24. & voto. 30. n. 24. Rom. conſi. 245. Dec. cõſ.
681. Rim. conſ. 59. vol. 1. Decian. conſ. 18. nu. 94. &
ſeq. vol. 1. & Maran. in Speculo. 16. diſt. ſub nu. 11.

111 Nec heſitari contingat, ſi diceretur, allegatũ
ſtilũ non prodeſſe ſuperiorib. gabellarũ, ex quo
nõ fuit probatus, vt probari debebat per allegan
tẽ, cũ ſit quid facti, ex traditis a Maſc. de prob. cõcl.
1338. in prin. Eugen. poſt alios conſ. 52. n. 24. Soc.
ſen. conſi. 39. nu. 28. li. 4. & Rol. a Valle conſi. 3. nu.
25. li. 3. maximè cũ ſit contra ius municipale, qđ
Ferrarię ſeruatur pro iure cõi, ex relatis ſupra in
motiuis, ſub nu. 15. biffariam enim reſpondéo.

112 Primo ꝗ ſtilus probari deber per allegantem
plenè, qñ reſpicit deciſoria; ſecus ſi ordinatoria,
vt hoc in caſu; tũc. n. iudices poſſunt ſe informa-
re in thalamo, ẽt ex officio, parte nõ citata, ex tra
ditis a Decio conſi. 400. nu. 10. 12. Rui. cõſ. 744. nu.
14. li. 4. Rol. conſ. 70. vol. 1. Maſc. d. concl. 1338. nu.
1. & ſeq. Aſin. in praxi. §. 22. c. 16. limit. 3. n. 7. Turz.
in communib. opinio. diuerſ. nouiter recoll. tomo 1. li. 1.
tit. de legib. & conſtitu. prin. nu. 331. & Boer. conſ. 8.
nu. 17. vbi dicit quod iudex a ſeipſo poteſt inter-
rogare Tabelliones, & alios circunſtantes practi
cos, qui veriſimiliter ſcire poſſunt, an talis ſit ſti-
lus, & an ita fuerit in curia obſeruatum, allegat
Bar. in l. 4. per illum tex. in fi. & ibi Alex. in addit. ff.
de teſtib. & Bal. in l. 1. in fi. C. vt quæ deſunt aduoc. &
l. Labeo. vbi Bened. de Plumbin. ff. de ſtat. lib.

113 Secundo, quod ſtilus eſt plene probandus per
allegantem, quando ageretur de ſtilo haud noto
rio; ſecus vero quando ſtilus eſt notorius, vt hoc
in caſu; tunc enim Iudex per ſe debet ſumere in-
formationes, etiam parte non citata, vt partes re
leuentur ab onere probandi, & ſumptibus, ac ex-
penſis indulgeant, ex traditis a Carauita omni-
no videndo ſuper 1. ritu magnæ curiæ. nu. 24. vſque
114 ad nu. 28. Boer. conſi. 8. nu. 17. Licet enim noto-
rium non releuet ab onere proponendi, & alle-
gandi, releuat tamen ab onere probandi, ſecun-
dum gl. in Clem. appellanti. in verbo, alias, de appella.
Imol. in c. cum ſuper. nu. 22. verſi. & not. de off. deleg.
Alex. in l. 2. nu. 14. ff. ſi quis in ius uoc. non ier. Negu
ſant. de pign. & hypoth. primo membro 8. par. prin. nu.
14. Federic. Schench. de appell. nu. 3. Io. Guter. de
contract. iurat. c. 70. nu. 4. Ange. de Perigl. de ſuita-
te. quæſt. 9. nu. 67. Et quod iudex informando ſe
de notorio, valeat ſummere informationem de
plano, parte non citata, & teſtibus etiam non iu-
ratis, probatur in c. bon. e. il primo, de elect. & in l. ſi
115 vero. §. qui pro rei. ff. qui ſatiſd. cog. Nam in noto-
rijs ordo iuris non eſt neceſſarius, c. perueuerit. ex
tr. de teſtib. c. conſuluit. de appell. c. manifeſta. 2. quæſ.
1. c. ad noſtram. il 3. de iur. iurand. c. ſuper 10. de teſtib.
cog. cap. quanto. de translat. prælat. & d. cap. bon. e. il
primo. de elect.

Quod vero ſtilus hoc in caſu ſit notorius, pa-
116 tet ex actis exhibitis, & ſtilo producto. Noto-
rium enim dicitur omne, quod iudici conſtat per
teſtes, inſtrumenta, vel aliter, ſecundum Ant. de
Butr. tract. de notorio. ar. 1. nu. 11. Quinimo quan-
do notorieras conſtat ex actis, non eſt opus, vt
allegetur, & proponatur, ad tradita per Fely. in c.
cum ordinem. nu. 11. de reſcr. Cur. iun. in l. ſi vnus. §.
pactus ne peteret. nu. 106. ff. de pact. ſed iudex de ea
debet ſe ſummatim informare, ita vt ex actis con
ſtet de ea. Io. Gutter. de contractib. iurat. c. 70. n. 7.

117 Stilus namque introducitur ſolum ex actibus
iudiciarijs, ſecũdum Boer. dicto conſ. 8. nu. 3. cum
ſit ius non ſcriptum ab vno Iudice, ſæpius circa
acta iudiciaria introductum, ex relatis a Caraui-
ta ſuper dicto primo ritu magnæ curiæ. poſt num. 17.
vbi num. 19. dicit, quod ſtilus circa ea conſiſtit,
quæ recipiunt modum ordinandi acta, ſenten-
tias, & alia, quæ in ſcribendo verſantur. Nam
quo ad ordinatoria vnaquęque curia habet ſuos
ritus, ex Carauita ſuper dicto primo ritu magnæ cu-
riæ, nu. 3. & 8. qui vbi ſunt, ſeruari debent, per no.
a Bar. in l. iuriſperitos. num. 4. ff. de excuſ. tut. & cap.
quam graui. extr. de falſ. & Fęlix Maleol. in trac. de
marr. numero 6. dicit, quòd ſicut ſtilus curiæ Ro-
manæ ſeruatur pro lege, ita & alij: alioqui ſi iu-
dex proferret ſententiam contra ſtilum, nulliter
pronunciaret, & faceret litem ſuam, ad tradita
per Guid. Pap. deciſio. 292. num. 2. Caſſan. in proœ-
mio conſuetud. Burgund. nu. 17. Silu. nupt. li. 3. verſ.
eſt nubendum. nu. 22. quos ſequutus fuit Caraui-
ta ſuper dicto primo ritu magna Curia, num. 26. Et
quòd ſtilus valeat probari nedum per teſtes, ſed
etiam per acta, tenent Aſin. in praxi. §. 22. cap. 16.
limit. 3. nu. 7. & Turzan. in commun. opin. diuerſ. no-
uiter recol. tomo 1. libro 1. tit. de legib. & conſtit. Prin-
cipum. num. 331.

118 Præterea non obſtat, quod ſtilus nequeat in-
troduci a Magiſtratibus gabellarum ex eo, quòd
non habent poteſtatem legis condendæ, ex rela-
tis ſupra in motiuis, num. 17. & probatur in deci-
ſio. 331. & 793. numero 2. parte prima. deciſio. nouiſ-
ſimarum, Borgn. deciſ. 13. nu. 61. par. 1. præſertim
contra ius, Alex. conſ. 36. nu. 10. vol. 2. Crau. de an-
tiq. temp. par. 4. nu. 36. Dec. in rub. de conſuetud. nu.
16. verſ. breuiter reſoluendo; quoniam huic obie-
cto multifariam reſponderi poteſt.

119 Primo quòd Doct. relati loquuntur de ſtilo
reſpiciente deciſoria, non autem ordinatoria, vt
hoc in caſu, quemadmodum eſt videre apud eos,
ſi eorundem verba rectè intueantur; & quòd Ma
giſtratus valeant inducere ſtilum in ordinato-
rijs, probatur ex Rebuff. in tract. de conſuetud. art.
2. glo. 13. nu. 15. & 54. Maſcard. in d. concluſi. 1338.
numero 4. & ſeqq. & Ioſepho Ludou. deciſio. Lu-
cenſ. 36. num. 17.

Nec nocet ſi replicaretur, non valere, cum nõ
fuerit confirmatus a Seren. Principe, ex doctrina
Gram. & Nattæ allegatorum ſup. in motiuis, d.
nu. 17. qm̃ vltra ꝙ loquuntur de ſtilo reſpiciente

deciſoria, qñ ſumus in antiquis (nunq̃.n.a ſeculo auditũ fuit ꝙ rei denunciati officio Gabellarum fuerint citari ad mediã ſcalã) oẽs ſolẽnitates requiſitæ prȩſumuntur interueniſſe, & oĩa rectè, & ritè fuiſſe geſta, vt tenẽt cõiter Doct. *in l.ſi filius, C.de pet. hered.* & præſertim cũ agatur de ſtilo introducto in hac ciuitate, in qua Seren. Princeps reſidet, & præſumitur eius celſitudinẽ habere notitiã omniũ, quæ fiũt a Magiſtratibus Ferrariæ.

120 Secundo, ꝙ cũ ſtilus in notitiã maioris partis populi peruenerit, vt hoc in caſu, in uim cõſuetudinis valet, ſecund. Alex. pro parte contraria allegatũ *d.conſ.36.ad fi.li.*2. tunc.n. non requiritur, ꝙ fuerit introductus a iudice maiore, habente poteſtatem condẽdi legem, ſed legitimè introductus exiſtimatur, ex relatis ab Aſinio *in praxi.d.c.22.c.16.n.4.& dixi in tract. de citatio.reali.li.1.c.1.n.73.*

121 Tertio, quoniam ſtilus nedum introducitur a Principe, ſeu ab alio ſuperiore habente poteſtatem legis condendȩ, ſed etiam a iudice inferiore, dummodo non ſit contra ius, ex relatis a Carauita *ſuper dicto 1.ritu magnæ curiæ.nu.23.*

122 Cæterũ non põt dici, ꝙ iſte ſtilus citandi reos ad fores gabellarũ, ſit cõtra ius, ſiue inſpiciamus ius cõe, ſiue ius municipale, cũ vtroq; iure tribus edictis quis conſtituatur in contumacia, & puniri poſſit, vt iure cõi in ſpecto adeſt text. & ibi ſcribentes *in l.contumacia.ff.de re iud.* iure vero municipali *in c.4.li.3.ſtatut.Ferrariæ*, vbi diſponitur, ꝙ reus abſens, qui non habitat, nec habitare cõſueuit in ciuitate Ferrariæ, & eius diſtrictu, trinis citationibus inter ſe differentib. per duorum dierũ interualli citari debeat ſup ſcalis Palatij, & citationes ad valuas Palatij affigi; cuius ſtatuti vigore conſueuit ſimiles reos citari ad primam iuris, interpoſitis duob. diebus inter vnam & aliam citationẽ, & illis exequutis, & relatis abſq; vlteriori citatione, & banno cõdemnati, vt oculata fide cernitur ex libris maleficiorũ, quod ſolum debet ponere ſecurim ad radicẽ huius controuerſiæ, cũ ad inſtar huius ſtatuti ipſe D.C. nedũ tribus edictis fuerit citatus, cũ debitis interuallis, ſed nouies anteq̃ in ipsũ lata fuerit diffinitiua ſentẽtia; & ſic nõ põt inficiari q̃n citationes fuerint factȩ cũ interuallo tp̃is, deputato a iure municipali cõpetente contra abſentes, & per conſequens non exorbitare a iure cõi; ſi quidẽ contra ius diceretũ, ſi tolleret citationẽ. Nec differt a ſtatuto cõi ẽt reſpectu loci, ex quo ſtatutũ mãdat citari ad mediam ſcalam, vbi adſunt fores Palatij, & ibidẽ citationes affigi; q̃m in eodem Palatio adeſt forũ Illuſt. D. Prȩtoris, & Iudicis maleficiorum, ſtilus vero Gabellarum requirit hæc fieri ad fores Palatij, vbi adeſt forum ſuperioris earundem Gabellarum; quod eſt rationabile, cum iudici habenti particulare tribunal, vbi ius reddit, non liceat citare ad aliena tribunalia, ſed qñ ẽt eſſet contra ius, quod tñ inficiatur; nihilominus regula, ꝙ ſtilus nequeat introduci per magiſtratum inferiorem contra ius, fallit in duobus caſibus.

123 Primo, vbi ſtilus hmõi, qui eſt contra ius, eſſet præſcriptus, vt hoc in caſu; tunc.n. valet vt cõſuetudo, quæ etiam contra ius valet, vt poſt Roch. de Curt. *in repet. rubrica de conſuet. q.4.* tenet Carauita *ſuper d.1.ritu magna curia, num. 23. verſ. limita, per tex. in c.fi.de conſuet.*

124 Secundo, qñ conſuetudine per tacitum conſẽſum oĩum firmatus fuerit, quia tũc derogare põt iure cõi, ex trad. ab Alex. *conſi.36.in finalib. verbis, vol.2.* pro parte contraria allegato, quem ſeq̃tur Carau. *ſuper rit. magnæ curia. nu.37.n.4.* Nec requiritur tunc, vt in contradictorio iudicio obtẽtus fuerit, ſecund. Rui. *cõſ.150.n.4.vol.5.* & Pariſ. *cõſ.113.n.4.vol.4.* nec ẽt vt bis vel pluries ita fuerit iudicatũ, vt dicimus de cõſuetudine; ſed ſatis eſt, ſi ita aliq̃n ſaltẽ bis fuerit obſeruatũ, ad tradita per Aſin. *in praxi.d.§.22.c.16.limit.3.n.5.* quo loci tenet ꝙ ad inducendum Curiæ ſtilum, & communẽ obſeruantiam, non eſt neceſſaria præſcriptio.

125 Non obſtant etiam allegata in motiuis ſupra *nu.*19. hmõi ſtilum videri nimis irrationabilem, cum citatus non habuerit congruam dilationẽ, vt potuerit certiorari; & ſic uideatur tolli citatio, quam ẽt princeps tollere nequit, cum ſit iuris naturalis; q̃m licet ex forma ſtatuti ad conſtituendum ipſum cõtumacem, ſatis fuiſſet dilatio octo vel nouem dierum, cum inter vnam & aliã citationem non requiratur, niſi interuallũ duorum dierum, vt dictum eſt ſup. nihilominus ipſe D.C. a prima citatione, quæ fuit facta die 5. Auguſti vſque ad vltimam, quæ fuit facta die 12. Septembris, habuit dilationem dierum 38. quo tẽpore nedum potuiſſet venire Ferrariam a ciuitate Bononiæ, ſed ex Hiſpania; præter id ꝙ citatio pro prima iuris hora non excludit, quin reus poſſit ẽt comparere alia ſequenti hora, & purgare moram, cum etiam iudex poſſit eius ſententiam promulgare eadem ſequenti hora, ex iuris municipalis diſpoſitione *ſub rub.64.li.2.* & etiã ex tex. *in c.cõſuluit.de off.deleg.* quinimo ſciebat, ſeu ſcire debebat poſſe comparere qñcunque ante ſententiam ex æquitate, & admitti ad purgandam moram. *l.ſi cum exceptione.§.hæc aũt actio.ff.quod met. cau.* & cum hmõi edicta præſumantur ſemper permanſiſſe affixa, cum illa defigere, ſit delictum, ſecundum Bar. *in extrau. ad reprimendum. in verbo, publicè.nu.* 1. non eſt dicendum ꝙ per tantum tẽporis ſpatium tot citationes nõ peruenerint ad notitiam citati, cũ ſtatutũ contrarium diſponat ſolũ ex tribus citationibus, ẽt in cauſis capitalibus, in quibus agitur de vita, & bonis hominum.

126 Non officit itidem, quod ſtilus nequeat derogare ſolemnitati citationis, vbi agitur de magno præiudicio, vt in motiuis ſupra *nu.* 20. quoniam id procederet, quãdo omnino tolleretur citatio, non autem vbi ſolum dilationes requiſitæ de iure communi arctantur, cũ id fieri non prohibeatũ, imò permittatur nedum ex ſtilo, verum etiam ſtatuto communi, vt dictum eſt ſuperius *ex rubr.4.lib.3.* & etiam ex ſtatuto ipſo Gabellæ magnæ fol.88. vbi admittit proceſſum ſine figura iudicij inſtitutũ; hæc.n. clauſula, ſine figura iudicii, tollit dilationes, vt in terminis per Bar. *in extrauag. ad reprimen. verſi. per edictum. nu.5.* ſed in caſu iſto nõ tollitur dilatio, quinimo pinguius obſeruatũ fuit, tam ex ſtilo quam ex forma ſtatuti, in citã-

doteos

do reos; ergo &c.idq; eò magis hoc in caſu debet procedere, cũ hmôi defectus citationis allegetur a procuratore,qui nõ debet audiri,niſi ſuper notoria nullitate, quæ nullo mõ tergiuerſati poſſit, vt inferius ad ſaturitatem dicetur *nu.* 140. *& ſeq.* quæ quidẽ notorietas ſolũ cadit, vbi ex rimatione actorũ cõſtat, nullã fuiſſe cõmiſsã, & relatam citationẽ,cum hoc pacto probetur negatiua citationis,vt no.Bar.*in l.hi qui ad ciuilia.num.4. verſ. quandoq; vtraq; pars.C.de appel.* Dec.*conſ.483.n.4.* Fel.*in c.quoniã cõtra.n.33.uerſ.limita uno modo.ext. de prob.* & paſſim ſcribentes; ſed ꝙ citatio non fuerit ſolẽniter facta circa dilationem in eo cõtẽtã, hoc nõ põt dici notoriũ, cum recipiat probabile dubiũ facti, ex quo potuit hr̃e ſcientiam, qua ꝓbata,ſuſtinetur proceſſus,nõ obſtãte defectu ſolẽnitatis prædictæ,vt dicã inferius *nu.*144.& propterea ceſſat notorietatis qualitas;cũ non ſit indubitata probatio neſcientię,quę nulla tergiuerſatione celari poſſit, vt requiritur in notorietate facti,ad tradita per Capr. *in tract.de notorio. nu.7.*

127 Poſtremo circa ſtilũ non eſt locus heſitationi, ꝙ ſtilus nõ poſſit allegari, ſtante diſpoſitione ſtatuti,*rub.2.li.1.vt in motiuis ſup.n.16.*per qđ ſtatutũ nedũ prohibetur ſtilus,& cõſuetudo cõtra ſtatuta, ſed ẽt pęna allegãti inducitur;quo caſu nõ põt induci aliquis ſtilus,aut cõſuetudo, ex traditis ab Abb.& alijs *in c.f.de cõſuet.* Qñ ſuperiores Gabellarũ hñt ſtatuta, puiſiones, cõſuetudines, ac ſtilus prorſus ſeparatos a ſtatutis cõibus; quæ quidẽ ſtatuta,cõſuetudines,ac ſtili,ſunt in maxima obſeruãtia;qđ eſſe non deberet,ſi ꝑ gñalia,& cõia ſtatuta ſublata,& abrogata eſſẽt.Et ꝙ dicta ſtatuta cõia nequeant allegari contra prouiſiones Gabellarũ,patet ex mente Principis declarata,vt eſt videre in ſtatutis Gabellæ magnæ plateę *fol.65.1.pag.*vbi eius celſitudo declarauit eius mẽtis nũquã fuiſſe, ꝙ prouiſiones cõis ciuitatis Ferrarię,modo aliquo rõne, vel cauſa prçiudicij aliquod afferre,aut tribuere valeant datijs, & gabellis eiuſdẽ ciuitatis; cuius declarationis tenor deſcribit̃ *inf.ſub nu.*181. & qñ apparet de expreſſa Principis volũtate allegatũ ſtatutũ nõ põt allegati contra ſtilum præter id,ꝙ ſtatutũ ſeu quęlibet ẽt Principis diſpoſitio derogans conſuetudini,& ſtilo ẽt antiquis,non amplectitur ſtilũ tẽpotis immemorabilis, ex relatis a Crau. *de antiq. temp.in 4.par.verſ.materia iſt.a.nn.43.fol.mihi 479.* vt eſt immemorabilis temporis ſtilus prædictus.

128 Nec facit ad rem,ſi diceretur,ſñiam eſſe nullã, cum non fuerit ſeruata forma ſtatuti in procedẽdo Perillu ſtrem D.Prætorem,qui ſtatuta,& non ſtilum alterius fori obſeruare tenetur;q:n nõ ipſe fabricauit proceſsũ,nec iudicauit,ſed ſuperior Gabellarũ cũ cõſilio Illuſ. D.Cõſultoris ordinarij,& dicti Illuſ.D.Prætoris Conſultoris qñquidem iudices in præparatorijs, & ordinatorijs iudicij,ſine litis,tenentur ſequi, & ſeruare conſuetudinẽ loci,vbi proceditur,vt in terminis Cõſultoris tenet Scala *in tract.de conſilio Sapientis,lib.3. c.27.verſ.ac ſicut nos.* Io.And.*in rub.de conſuet.* vbi de communi teſtatur, vt refert & ſequit̃ Michael Graſſ.*in communibus opinionibus diuerſ. tom.1.li.4.* *rub.de iud.nu.51.& ſeq.*ſecus in deciſor.Capr.*reg.* 24.& Petr.a Duen.*reg.*147.& ita tenet gl. *ſ. quod clericus.de for.compet.*pręter id quòd etiam forma ſtatuti fuit adimpleta,vt dictum eſt ſuperius.

Et ſic ex præmiſſis liquido cõſtat,nullam ſubeſſe nullitatẽ ex defectu citationis, & formæ nõ

129 ſeruatę in citãdo. Nulla quoq; ſubeſt nullitas ex defectu iuriſdictionis, cũ ſuperiores,& conductores Gabellarũ,ne dũ habeant cognitionẽ cauſarũ ciuiliũ, ſed ẽt criminaliũ contra quemlibet fraudantẽ gabellas, vt in ſtatutis gabellarũ *rubr.* *46.fol.8.c.77.fo.13.c.100.fol.17.& c.108.fol.19.* Habentq; particulare ſtatutũ imponens pęnã pecuniariã, & corporis afflictiuã copulatiuè cõtra vehentes quicquã ad alienũ diſtrictũ,vt in ſtatutis gabellæ magnę a Ripa.*c.6.fol.22.uerſa pag.*atque particularia proclamata ſuꝑ bladis & beſtijs non conducendis extra paſſus,imponentia pari-ter & nedum pęnã pecuniariã, ſed ẽt corporis afflictiuã in ſubſidiũ,vt in dictis ſtatutis gabellæ magnæ a Ripa *fol.* 88. & in ſtatutis gabellæ magnæ plateæ *fol.90.verſa pag.& fol.*100. fraudareq; gabella eſt crimen.*l.fraudati.ff.de publ.et vectig.*ergo habent cognitionem etiam criminalem.

Nec officit dicere, ꝙ licet habeant cognitionẽ cauſarũ fraudati vectigalis,poſſintq; condẽnare cõtrafacientes in pęnis,de quibus in ſtatu,& prouiſion.gabellar.nõ põt tñ condẽnate in pęnis in dictis a proclamãtib. Ducalib. cõtra extrahẽtes, ſeu extrahi mãdantes blada ext. diſtrictũ ad alienũ territoriũ abſq; licẽtia & mandato, q̃m Superio. gabellarũ ſunt iudices ordinarij oĩum ꝓclamatũ regiſtratarũ in ſtatutis gabellarũ,& per decretũ Ducale,quo Seren.Princeps dedit perilluſ. D.Gaſparẽ Lottũ Pretorẽ Ferrarię Conſultorẽ adiunctũ Illuſ.D. Conſultori ordinario gabellarũ,vt ambo haberent cõſulere ſuperiorib. gabellarũ in decidẽdis & terminandis per ſñiam cauſis dictæ fraudis,cũ omnib.incidẽtibus & emergentibus, tollitur omnis ambiguitas & heſitatio.

130 Licet.n.reſcripta ad lites ſint ſtrictè capiẽda,ex eo,ꝙ plerũque cõcedens a patrib.circa impetrata decipitur.*c.p.& g.de off.deleg.c.ſedes.e.ex tenore.& c.ſi.de reſcr.* hoc tñ intelligi debet ad effectum, ut ius cõe minus lædatur quàm fieri põt; nã tũc debet fieri ſtricta interpretatio,ſecundũ Alex.*conſ. 33.vol.6.*Dec.*conſ.33.uerſ.tertio præmitto.li.1.cõſ. 209.& conſ.233.li.2.* Verũ qñ reſcripta, & delegationes parũ,vel nihil ius cõe lædunt, vt ſunt iſta merè delegatoria,quæ gratioſa non ſunt, ſed iuris rationi nituntur,latiſſimè interpretari debẽt, hoc eſt quantũ patitur proprietas verborum,iuris neceſſitas, & mandantis intentio, vt declarat Io.Mill.*in uerbo,reſcripta ſunt ſtricti iuris,*& in terminis ponit Rom.*cõſ.363.*Hmôi.n.reſcripta delegatoria,ad omnia quæ extẽdi poſsũt, ex lato verborũ ſignificatu extendi debent,Rom.*d.cõſ.363.* Dec.*d.conſi.33.& conſi.285.verſic.nec obſtat.lib.2.*

131 Hinc eſt,quod iudex cauſæ appellationis abſ-

K que alia ſpeciali commiſſione de nullitate [k] tanquàm incidenti,& acceſſorio cognoſcit. Bal.*in l. 1.C.quan.prouoc.non eſt neceſſ.* & Fel. *in c.ſuper litteris.verſ.quarto facit.de reſcript.*

Digitized by Google

132 Hinc videmus ēt, q̄ delegatus Principis ad audiendū, vt ēt delegatus ad diffiniendū, quemadmodū delegatus ad vnā cauſam, vt ēt delegatus ad quamlibet illi incidentē; & ſic in incidētibus, & acceſſorijs nō eſt neceſſaria cōmiſſio ſpecialis, ſecundum Bal. per illum tex. *in l. fi. C. vbi & apud quem.* & Mil *in verbo reſcriptum ſi mandat*, & facit tex. *in l. qui proprio. §. ite n quæſitum. ff. de procur.*

133 Videmus ēt, q̄ cōmiſſa cā, intelligit̄ cōmiſiſſe tā ciuiliter, q̄ criminaliter, ſecun. Bal. in additio. ad Specul. *in tit. de iudi. deleg. verſ. cā ſimpliciter cōmiſſa*, & nedū quoad cognitionē, ſed ēt quoad illius deciſionē. arg. *l. de qua re. ff. de iudi. & c. ſi iudex. de ſent. excom. in 6.* & ponit Fel. *in c. ſuper quæſtionum. per illum tex. verſ. nota vbi cauſæ. de offi. deleg.*

134 Regula enim generalis eſt quod ratione coniunctionis & connexitatis cauſæ, ac diſpēdij, incōmoditatis, & perplexitatis euitandę, ad eundē iudicē iri debet, & qui cognoſcit de vno, pōt & reliquū cognoſcere, nec opponi pōt regulariter exceptio incompetentię. Bal. *in l. cum Papinianus. C. de ſent.* & Fel. *in c. præterea. verſ. nota quod vno cōceſſo. de off. deleg. & in c. cauſam quæ. verſi. vbi mandatum. de re iudi.* & Capic. *deciſ.* 122. dummodo iudex ſit capax cognitionis incidētis qōnis. *c. triū. ext. de ordin. cognit. & c. lator. qui fil. ſint legit.*

135 Et in ſumma Iudex datus ſuper aliquo negocio de omnib. incidentibus, depēdentibus, emergētibus, annexis, & connexis, ſine quib. negotiū cōmiſſum cōmodè explicari nō poſſet, cognoſcere pōt, ſecundum gl. *in c. cum dilectus. de arbitr.* ēt ſi eſſet acceſſorium acceſſorij, vt ponit Abb. *in c. prudentiam. §. ſi vero. in primo not. & in c. præterea. in vltimo notab. in fi.* vbi ēt plura de hoc poſuit Fely. *ext. de off. deleg.* & Iaſ. *in l. ſi procurator. C. de procur.*

136 Pro quo facit ēt, q̄ iudices ciuiles, licet cauſarum criminaliū non habeāt cognitionem, habēt tamen poteſtatem procedendi, & inquirendi in cauſis criminalibus, incidentibus in cauſa ciuili, abſque alia delegatione. Contad. *in praxi titu. de inquiſit. nu.* 6. Boſſ. *tit. de foro compet. nu.* 121. & Menoch. *in 3. remed. reſcind. poſſeſ. nu.* 552. vbi adducit alios concordantes. Sic in propoſito cum ſuperior gabellarū ſit iudex ordinarius contra fraudantes gabellam, maximè in extrahendo blada, pro qua extractione indicunt̄ per ſtatuta gabellarum pœnæ pecuniariæ, & corporis afflictiuæ, ac etiam per Proclamata ſuperinde emanata, regiſtrata in eiſdem ſtatutis, Sereniſsimuſque Princeps dederit adiunctum Conſultori ordinario conſulendi gratia dicto ſuperiori cum omnibus incidentibus, & emergentibus, firma remanet iuris concluſio, quod dictus D. Superior ratione etiā incidentis rectè valuerit cum conſilio Illuſtr. DD. Conſultorum ſententiare, & cōdemna-

137 re d. D. C. Superiores namque gabellarum tenentur ſententiare ſecundum Conſultoris conſiliū, q̄ Conſultor debet conſulere ſuperiori nedum in cauſis ordinarijs, ſed etiam delegatis pręſentibus & futuris, vt in capitulis gabellarum de quibus in earundem ſtatutis. fol. 125. verſic. item *che i Superiori*, & verſ. item *che il Conſultore*, quorum tenor deſcribetur infra ſub *nu.* 191.

Ex quibus oībus manifeſtè conſtat, nullo modo poſſe dici, q̄ ſnīa ſit nulla ex defectu iuriſdictionis, ſicut ēt non eſt nulla ex defectu citationis, vt ſatis ſuperq; ſuperius demonſtraui. Sequitur modo videre, an dictus procurator potuerit ac debeat admitti ad dicendū de nullitate pro d. D. C. abſente; & dico quod non, ex pluribus.

138 Primo, quia non habebat, nec habet legitimā perſonā cōparēdi in iudicio pro alio, cū nō fuerit acceptatus ab Illuſtr. D. Iudice duodecim Sapiētū, nec ab alijs, vt reqrit ſtatutū *rub. 4. li.* 11. & vt dixi ſupra *circa articulum appel. nu. 51. & ſeq.*

139 Secundo, quia nō legitimauit eius perſonam per ſatiſdationem de iudicio ſiſti & iudicatū ſoluendo, vt ſatiſdare tenebatur, ſi audiri volebat. *l. qui proprio. §. qui alium. ff. de procur.* & in terminis Fely *in c. meminimus. nu. 15. de accuſ.* & dixi latius *ſup. nu.* 56. quod procedit etiā licet dictæ expenſę non fuerint petitæ, ſecundum Iaſ. poſt alios *in l. ſancimus. poſt nu. 7. verſ. ſeptimo amplia. C. de iudi.*

140 Tertio, quia procurator nō admittitur ad dicendū de nullitate, ni reus ipſe perſonaliter ſe cōſtituat, & alleget nullitatem, ſecundum. Affl. *ſuper 2. par. conſtit. regni. rub. 3. nu. 27. in fi. & ſeq.* Fol. *in praxi crim. par. 1. 2. par. rub. capitis foriudicatis. nu.* 3. quos ſequutus fuit nouiſſimè Cart. *in tracta. de exequut. ſent. capto bannito. c. 3. nu.* 12.

Nec obſtare vr̄, quod procurator debeat admitti ad dicendum de nullitate, qn̄ eſt euidens, & notoria, ex relatis a Claro *in praxi. §. fin. q. 32. verſ. quæro an in cauſa nullitatis, & alijs ſupra in motiuis citatis. num. 4.* quoniam id forſan eſt verum, quando nullitas eſt adeo euidens & notoria, vt de ea nec in iure, nec in facto dubitari cōtingat, ex traditis a Boſſ. *tit. de carc. fideiuſſ. committen. nu. 16. & in tit. an in criminalibus iudic. quis poſſ. pro abſente interuenire. nu.* 16. ſecus vero, quādo aliquatenus redditur dubia, vt eſt communis Doct. ſententia, teſte Bero. *in d. c. veniens. nu. 32. ext. de accuſa.* quem refert & ſequitur Clar. *in d. q. 32. in verſi. pariterque etiam. in fi.* Et eſt ratio, quia non poteſt dici euidens & notoria, quādo dubitationem & diſceptationem recipere poteſt, ſecundū Franc. *in c. dilecto. nu. 153. ad fin. verſ. & intellige. & num. 168. in fi. ext. de appel.* & Dec. *in c. ex parte. el 2. verſi. 5. fallit. de off. deleg.* quos refert & ſequitur Ceph. *conſi. 201. nu. 10. vol.* 1. & dixi ſupra *nu.* 126.

141 Quinimo Iudex ſtudere debet, nunquid nullitas obiecta aliquo mō ex iure vel ex facto offuſcari, vel ſaltē dubia reddi poſſit; qn̄ re exiſtente dubia, contra nullitatē, & vt actus ſuſtineatur, & magis valeat q̄ pereat, iudicare debet, ex traditis a Vantio *de nullitatib. tit. fi. nu. 127. & eſt gl. in l. 1. in verb. non videbatur. in fi. ff. de eo quod cert. loc.*

142 Nec refragātur obiecta in motiuis *ſup. nu.* 6. q̄ conſtat de notoria nullitate ex actis ex eo, quod prima citatio caret relatione & alię fuerūt executæ t̄pe expediendi actus, & aliæ alijs inculcatæ, quoniam tantum abeſt vt dici poſſit illā apparere, vt potius aliquā nec ēt dubiam abeſſe pro cōperto facillimè haberi pōt, non obſtātibus cōtrarijs: qn̄quidē prima citatio non fuit facta ſub die ſecunda, ſed ſub die quinta Auguſti, nec caret relatione,

Digitized by Google

latione, ſed fuit legitimè executa per Frãciſcum Biolcam Præconẽ publicũ, vt retulit in actis Notarij maleficiorũ alterius Notarij cauſæ, ſub die 11. dicti menſis, vt conſtat in proceſſu authentico exhibito; Secũda citatio fuit facta die 23. eiuſdẽ menſis, & legitimè executa, vt cõſtat ex relatione Prçconis facta ſub die 26. eiuſdẽ mẽſis; Tertia fuit facta ſub die 26. d. menſis; Quarto ſub die 27. eiuſdẽ mẽſis & executa vt cõſtat ex relatione facta ſub die 29. d. mẽſis; Quinta ſub die 29. & legitimè executa; Sexta ſub die 30. & exequuta legitimè, vt conſtat ex Prçconis relatione ſub die vlt. d. mẽſis Augusti; Septima fuit facta die 6. mẽſis Septẽb. & exequuta ſub die 7. eiuſdẽ mẽſis, vt conſtat ex relatione Prçconis; Octaua fuit facta ſub die 9. d. mẽſis, & legitimè exequuta, vt cõſtat ex relatione facta ſub die 7. eiuſdem mẽſis; & cũ Illuſtr. DD. Conſultores non potuerint dare votũ eadẽ die 12. diſtulerunt ad primã, quod facere potuerũt tum vigore ſtili ad inſtar ſtatuti ſub rubr. ſi quis citatus fuerit. *c. 64. lib. 2.* tum ẽt de iure cõi. *c. conſuluit. ext. de off. iud. deleg.* & licet potuiſſent dare votũ, & iudex ſentẽtiã proferre abſque alia citatione, nihilominus mãdarunt citari pro d. hora, & ſic nona citatio fuit facta ſub d. die 12. eiuſdẽ menſis Septemb. & licet ex ſtilo ad inſtar ſtatuti, & actis exhibitis, liquido cõſtet, ſufficere tres citationes, nihilominus factę fuerunt nouẽ; inter quas adſunt quinque, quæ habent interuallũ congruum inter vnam & aliam, & maius profecto quam opus erat de ſtilo ad inſtar ſtatuti; ſatis etenim fuiſſet, ſi inter vnã & aliam citationẽ interuallũ duorum dierũ extitiſſet, eſto ꝙ dictũ interuallũ foret regulãdum ſecundum d. ſtatutũ ſub *rubr. 4. li. 3.* a prima namq; citatione ad ſecundã cucurrerunt dies decẽ & octo; a ſecũda ad tertiã dies tres; a ſexta (omiſſis alijs intermedijs vti ſuperuacaneis) dies ſex; a ſeptima ad octauã dies tres; ab octaua ad nonam dies tres; & ſic fuit pinguius ſtilo & ſtatuto adimpletum; quo fit vt nullatenus dici poſſit aliquam ſubeſſe nullitatem.

Nec refert ꝙ citationes ſub die 26. 27. 29. menſis Augusti fuerint eiſdem diebus quib. factę fuerunt relationes Prçconum de exequutionib. prçcedentium citationum, quoniam ſatis eſt, ꝙ relationes factæ fuerint ante iuris horã, & poſtea iuris hora cæteræ fuerunt commiſſæ. Quoniam nõ valet conſequentia, hodie facta fuit relatio, ergo hodie fuit exequuta, niſi qñ eademmet die fuerit ẽt cõmiſſa; ſiquidem citatio habet præſumptionem pro ſe, ꝙ ſit facta debito tempore. Soci. *conſi. 158. nu. 11.* Et ſemper eſt iudicandum, vt actus ſuſtineatur & magis valeat, quàm pereat. Vant. *de nullit. tit. qualiter & quib. mod. ſenten. & proceſſ. defendi poſſint. nu. 127.* Si. n. Iudices non poſſent interloqui, ac ſententiare eadem die, qua ante iuris horam facta fuit relatio per Præconem, deſtruerentur millia millium proceſſuum, & ſentẽtiarũ latarum per Iudices Ferrariæ a tanto tempore citra, ꝙ non eſt memoria in contrarium, vt eſt notorium ẽt Perilluſtr. DD. Iudicibus, quod nõ indiget probatione; ſed ſatis eſt, vt allegetur, & proponatur, ſecundum gl. *in clem. appellanti, in verbo, alias, de appell.* Imol. *in c. cum ſuper, nu. 22. verſic. & nota. de off. deleg.* & Alex. *in l. 2. num. 14. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.*

143 Et quãuis forſan poſſet dici tertiam, quartam & quintam citationem vitio nullitatis ſubiacere ex eo, ꝙ ab vna ad aliam non eſt interuallũ duorum dierum, ad inſtar ſtatuti per regulam, nihil innouandum eſſe dilatione pendente. *l. ſiue pars, C. de dilat. tex. cum gl. & Doct. in c. 2. & c. præterea, de dilat.* & per Abb. *in c. ſignificante. de appel.* nihilominus ex infraſcriptis rationibus de iure ſuſtineri poſſũt. Primo, quia ita ſe habet tribunalis, ĩ quo cauſa agitata eſt, ſtilus, & cõſuetudo, prout quãplurimis exemplis, ſi opus fuerit, res fiet manifeſta, & cui ſtilo, & conſuetudini ſtandũ eſſe, ita ſuperius edoctum fuit, vt nõ, niſi ſuperfluo, hic repetenda ſit eadem cantio. Secundo, quia non diuerſa ratione, alia pẽdente, noua citatio fieri poteſt, vt incipiat illa finita, a iure. n. permiſſum eſt, dilatione pendente, aliam dari poſſe, vt incipiat illa finita, *l. quãdiu,* vbi Bar. *ff. de acq. hær.* Soci. *reg. 93. fallen. poſt Lap. alleg. 82. nu. 6.* licet. n. vlt. dies, & hora tota cedat, & cedere debeat præcedenti citationi, ex quo tamen nullum interim allatũ fuit impedimentum, vel per citatum, vel aliter, quominus ad vlteriora per Iudices cauſæ procedi potuerit, non video, qũo ẽt non potuerit noua citatio emanare, cuius effectus principium ſuum inchoet, poſtquam prçcedens citatio iam expirauerit; neque aliquo modo priori citationi repugnare dici valeat. *l. generaliter. §. nullo. C. de reb. cred.* Bar. *in d. l. ſiue pars, & in l. 2. nu. 12. ff. de re iud.* Abb. *in d. c. ſignificante, nu. 9. de appel.* vltra alios, quos in propoſito adducit Apoſtil. *ad alleg. 2.* Lap. *in littera H.* maximè cum noua citatio, quæ aſſeritur inculcata, ad idem cum præcedenti tendat, & accelerationi litis, & cauſę faueat, vt perpẽdit Lap. *in præcitata alleg. 82. ſub nu. 6.* Neq; alienũ vr̃ a materia vectigaliũ, & cõmiſſorum, quã tractamus, cũ in ijs, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij, & velo leuato procedatur, vt alibi fuſius demonſtratũ eſt.

Tertio quoniam præter id ꝙ cæteræ quinque ſufficiunt illæ tres etiam poſſunt ſuſtineri, ſiquidem earũ prima & tertia habent interuallũ prædictũ, quæ ob id non vitiantur, ex eo ꝙ media habeat inculcationem dilationis cum dilatione alterius earum: licet. n. hoc uideatur prohibitũ de iure, *per d. l. ſiue pars,* nihilominus nõ uitiatur prima dilatio, ſed ſolum quicquid fit in pẽdenti, ut no. *in d. l. ſiue pars.* ubi ſcribentes, adeo ꝙ una tantũ ex nouem patitur obicem prædictũ, quinimo
144 hæc ẽt uidetur ſuſtentabilis. Quotieſcũque. n. probari põt, ꝙ citatio quæ dicitur inualida, peruenerit ad notitiam citati, & per illam certificari ualuerit, habebit̃ pro legitimè citato. ita per plures tenet. Vant. *tit. qualiter, & quib. modis ſent. quæ dicitur nulla, defendi poſſit nu. 122. & ibi nu. ſeq.* dicit ꝙ huiuſmodi notitia probabitur ſi conſtabit, ut hoc in caſu conſtat, citatum poſt exequutionem citationum ad eandem cauſam procuratorem conſtituiſſe, ut conſtituit d. D. C. Accedat, ꝙ dum proceſſus fiebat eiuſdẽ D. C. inter alios examinatus fuit quidam teſtis alias examinatus in

d.cauſa, dicẽdo ei, ſibi ipſis fuiſſe relatum, ipſum depoſuiſſe cõtra eorũ partẽ; & ſi vnquam inueſtigare potuerint, quod dixerit in cũ, ꝙ malè pro eo ageτur, ex quo præſumitur ſciẽtia citationum, & omnium quæ fiebant; & præterea Villa diui Auguſtini vbi d.D.C. habet ad vſum ſuũ, & eius familiæ demum, & ibidem tenet factorem, per quẽ commiſſa patrata fuerunt, ex quibus idem D.C. & factor fuerunt condemnati, nõ diſtat ab vrbe Ferrariẹ, niſi per quinque vel ſex millia paſſuum, quò facilè duobus vel tribus horis põt accedi; & ſic eſt poſſibile, ꝙ potuerit certiorari de die commiſſionis & afflxionis, & proficiſci Ferrariam die ſequẽti hora iuris. Qñ.n. aliquid habet ſe ad poſſibile, & ad impoſſibile, indicaꝰ poſſibile, vt actus valeat, & non pereat, qđ eſt notandũ, ſecundum Bal. *in l. ſi mihi & tibi*. §.1.*nu*.3.*ff. de leg*.1.

Cæterũ quicquid ſit de hac vna citatione, ſat eſt, vt ſuperius dixi, ꝙ aliæ remanent illæſæ, per regulam ꝙ vtile per inutile non vitiatur. *c. vtile, de reg. iur. in* 6. latè Mant. *ſing*. 535. Quę ſanè regula maximè procedit in plurib. ſeparabilibus, vnũ quid ſimul conſtituentibus; licet.n. illud cõmixtum ſit ex quibuſdam vtilibus, & quibuſdam inutilibus, ſi vtile ab inutili ſeparationem recipit, tũnc procedit diſtinctio, de qua *in l*.1.§. *item quæritur. & §. Trebatius. ff. de aqua quot. & æſti*. quòd ſcilicet vtile ab inutili non corrumpatur, vt pulchrè declarat Dyn. *in d.c. vtile. ſub nu*. 8. ſequitur Mant. *in præallegato ſing*. 535. quo loci concordantes tex. adducit. *l. ſiue generalis. ff. de iure dot. l. ſancimus. C. de donat. l. ſed & ſi quis*. §. *quæſitum. ff. ſi quis caut. l. eos*. §.1. *verſi. ſi qui autem. C. de vſu. l. certi condictio*. §. *quoniam. ff. ſi cer. pet. l. donationes quas. C. de donat. inter vir. & vxor. & l proprium. ff. cõmu. præd*. nulli autem dubium eſt, citationes, de quibus in cauſa, licet ad eundem finem tendentes, ſeparationem recipere, vt ad ſenſum patet.

146 Quarto, qñ ad hoc, vt nullitas ẽt notoria, valeat proponi per procuratorem, eſt, vt illam proponat principaliter, & ſeorſum ab appellatione; ſed ſi id faciat cum appellatione, dicendum eſt, ꝙ prohibita ipſa appellatione, cẽſetur ẽt prohibita nullitas, ea nempè ratione, quia eius effectus ineſt ipſi appellationi, ſecundum Vant. *de nullit. ti. quis poſſit dicere de nullitate. num*. 36. quem ſequutus fuit, & alios refert Grauat. ad Veſtrium *in praxi ciuili li*.8.*c*.1.*tit. de nullitate. nu*.14. *ſub littera G*.

147 Quinto & vltimo, quia cum non oppoſuerit nullitatem intra tempus quinque dierum, ex ſtatuto *ſub rub. li*.2. *dicere de nullitate volentibus præfixum*, non eſt audiendus; & nullitas reijcienda eſt, quãuis reſultaret ex actis, ad tradita per Burſ. *conſi*.74.*nu*.31.*vol*.1. Alex. *conſi*.225.*nu*.4.*cum ſeq. lib*.6. & Lancell. *de attentatis, tit. de attent. nullitate pendente. cap*. 17. *nu*. 132.

148 Nec heſitari contingat, quòd nullitas euidẽs, & notoria ex actis apparens, nunquam intelligatur excluſa a ſtatuto prohibẽte, poſſe dici de nullitate, quin ſemper valeat opponi, ſecundũ Vãt. *d. tit. quis poſſit dicere de nullitate. nu*.51. *& pluribus ſeq. vſque in fi. d. tit*. Boſſ. *tit. de proclam. quod fit bon. publ. nu*.17. Marſ. *de bannit. in verbo, nullitas. nu*.2. *& ſeq. & nu*.28. *& 29*. Aſin. *in praxi*. §.31.*c*.53. *per tot*. Rui. *conſ*.74.*nu*.22.*conſi*.144.*nu*.5.*vol*.4. Pariſ. *conſi*.97.*nu*.20. *& 23. conſ*.98. *nu*.23. *vol*.3. Corn. *conſi*.4.*nu*.8. *& ſeq. vol*.2. Alex. *conſ*.47.*nu*.9. *& cõſ*. 105.*nu*.4.*vol*.5. Oldr. *conſi*.106.*nu*.2. Barb. *cõſ*.38. *nu*.2.*vol*.2. Rol. a Valle *d. conſi*.83.*nu*.16.*vol*.1. & Burſ. *conſi*.73.*nu*.4.*cum ſeq. vol*. 1. Quoniam illud procedit, qñ ſtatutum ſimpliciter excluderet nullitatem, quia tunc non intelligitur tollere nullitatẽ euidẽtem, ſed qñ ſtatutum diceret, poſſe dici de nullitate, etiam principaliter, ſed præfigit tempus ad eam proponendam; quo elapſo excludit eam, & vult quòd prima ſententia firma maneat, vt eſt videre in ſtatutis *ſub rub. de appellat. c*. 65.*li*.2. elapſo dicto termino, pręcluſa eſt via amplius dicendi de nullitate etiam notoria, vt not. Bald. *in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur*. quem ſequitur Alex. *d. conſi*. 105.*nu*.7. *& ſeq. lib*.5. Rolan. a Valle *d. conſi*.83.*nu*.16.*vol*.1. Burſ. *conſi*.73.*nu*.4.*cum ſeq. vol*.1. Ruin. *conſi*.62.*nu*.14. *& 29. vol*.5. & Lancel. *tit. de attent. nullit. pendente, nu*.132. niſi qñ opponeretur per viam exceptionis, vt declarat idem Alexand. *conſi*.82. *verſ. non obſtat, lib*. 3. *& conſi*. 225.*nu*.2.*li*.6. quem ſequitur Vant. *d. tit. quis poſſit dicere de nullitate, nu*.54. quinimo Ruin. *cõſ*.12. *nu*.32.*vol*.3. tenet, quòd non valeat etiam opponi per modum exceptionis, niſi reſpectu tertij.

149 Nec obſtat, ſi diceretur dictum tempus non currere ficto contumaci, niſi a die ſcientiæ, ex tradit. a Lancell. *de attentatis* 2. *par. c*. 12. *limit*. 50. *nu*. 142. & Carpano *ſuper ſtatutis Mediol. c*.131. *num*. 71. *& ſeq*. præſumiq; fuiſſe dictum de nullitate infra tempus ſcientiæ, ſecundum Fel. *in c. quoad conſultationem. nu*.25. *de re iud*. quia in abſentibus ſẽper præſumitur ignorantia. *l*.1. *in fi. ff. de decr. ab ordin. faci*. & ignorans ſemper eſt infra tempus ad dicendũ de nullitate, ex tradit. a Bal. *in c. veniens. nu*.2. *de iur*. Quoniã hæc omnia vera ſunt & procedunt, niſi conſtare poſſet, quòd citatus habuerit ſcientiam citationis, vt declarat Rota *deciſio*. 16. *alias* 364. *in fin. verbis, in nouis, de dol. & cõtum*.

150 Scientiaq; ad hunc effectũ præſumitur, ſi vltra citationem factam ad locum ſolitũ ad ſententiã, ipſa quoque ſentẽtia fuerit ad eundem met locũ notificata, vt in iſto caſu ſecundum Lancel. *in d. limit*.50.*nu*.156. Tunc.n. duplex ſcientię concurrit præſumptio, ſecundum Bal. *in l. ſcire oportet*. §. *fieri. ad fi. ff. de excuſ. tut*. quem ſequuntur Fel. *in d. c. quo ad conſultationem. nu*.35. & Lancel. *loco citato. nu*.157. & videnda ſunt, quæ dixi ſup. *num*.61. Imputet igitur ſibi ipſi, & eius negligentiæ, & in poſterũ diſcat cautius negociari, & hæc ſufficiãt ad docendum, quòd appellatio & nullitatis dictio nullatenus deuoluit, ſed eſt penitus deſerta.

151 Supereſt modo ſolũ reſpõdere motiuis. Quapropter quo ad primum dico, fictum contumacẽ tunc poſſe appellare, qñ ob contumaciam ſolum habitus fuit pro confeſſo, vel pro conuicto, vel quando eſſet condemnatus ex ſola contumacia. ex traditis a Cartario. *de exequut. ſenten. capto bannito. c*.1. *num*.63. *& 77*. ſecus vero, quando habitus fuit pro confeſſo & conuicto, vel ſolum pro confeſſo, ſi vltra cõtumaciam iudex examinauerit

rit

rit teſtes, qui probauerint contra fictum contumacem, ſecund. eundem Carrar. *d. cap. 1. nume. 59. & pluribus ſeq. maximè, nu. 63. 68. & 69.* vbi de cōmuni atteſtatur, hoc tamen nō auderem affirmare per ea, quæ dicit Farinac. *lib. 1. quæſt. criminal. tit. de inquiſit. quæſt. 11. nu. 48. per tot.* vbi tenet indiſtinctè poſſe appellari; declarandum tamen eſt procedere, quando appellans ſuſceperit onus probandi, rem aliter ſe habere; & ſic delictū non commiſiſſe, vt dixi ſupra; alioqui deneganda eſſet appellatio. Sed quicquid ſit de iure nō diſputatur, an fictus contumax valeat appellare; ſed an appellatio potuerit interponi, & proſequi per procuratorem, & iure optimo concludendum eſt, quòd non, per duodecim rationes, vt latè dixi ſupra, *nu. 51. vſque ad nu. 101.*

152 Quo ad ſecundum, quòd per delegationem factam Illuſtr. D. Prætori cenſeatur Principē voluiſſe poſſe appellare, & ſic dixiſſet, ipſum poſſe procedere more gabellarum, vt ſupra *nume. 2.* nam quando non poteſt a principali iudice appellari, appellatur tamen ab eius ſubrogato, per tex. *in l. a proconſulibus. C. de appellat.* & ibi Paul. de Caſtr. *num. 2.* & Salic. *nume. 1.* & Felyn. *in cap. ſuper his. nume. 13. de accuſatio.* Reſpondeo, quòd cauſa non fuit commiſſa Illuſtr. D. Prætori, nec ipſe fuit ſubrogatus loco ſuperioris gabellarum, a cuius ſententijs non appellatur; ſed datus fuit adiunctus Conſultori ordinario in conſultorē, ita quòd ex conſilio amborum fuit lata ſententia per ſuperiorem gabellarum, & non per ipſum Illuſtr. D. Prætorem, vt loquitur Socin. ex aduerſo allegatus in terminis de iudice ſubrogato; ſed quando etiam eſſemus in caſu Iudicis ſubrogati, dicerē ab eius ſententijs non poſſe appellari, quādo a ſententijs Iudicis, in cuius locum fuiſſet ſubrogatus, non daretur appellatio, ſecund. Io. And. *in addit.* Specul. *tit. de appellat. §. quibus, verſ. quid ſi conuenit,* quē refert, & ſequitur Alex. *conſ. 93. col. fi. vol. 4.* & Fel. *in c. qualiter & quando. de iudic.* quos oēs refert Gab. *lib. 6. de reg. iur. concl. 2. n. 63.*

153 Per illam namque adiunctionem alterius cōſultoris ſuperior gabellar. nō deſijt eſſe iudex, licet dictum conſilium omnino amplecti, & ſequi debeat, vt per Vant. *tit. de nullit. ſentent. ex defect. iuriſd. ordin. ſub nu. 152. verſ. ſi igitur in loco iudicij,* illud tantum aperiendo, & legendo tanquàm Iudex, Vant. *eod. tit. nu. 159.*

Aſſociatio enim noui Cōſultoris licet viri habentis aliam diuerſam iuriſdictionem facta, dicēda eſt tanquam de priuato Conſultore, prout dicitur eſſe quilibet Conſultor non ordinarius. *l. 1. & tot. tit. C. de relatio. l. §. quæſitum. l. ex illo. & vtrobique not. ff. de appell. & l. cum a nobis. de dilat.* ſiquidem Conſultor non fert ſententiā, nec vllam habet iuriſdictionem in partes, nec inter eos vllum actum iuriſdictionalem exercet. Cumun. in terminis per iura mox allegata *conſ. 144. ad medium,* Cuius equidem poteſtas vniuerſa ob id pendet a limitata facultate conſulēdi in hac, vel illa cauſa. Bal. *conſ. 481. in fi. volum. 1.* Meritò igitur cum longè magnā conſtet eſſe differentiam inter Cōſultorem, & Iudicem, vt clarè dicitur *in l. ſi conuenerit. ff. de re iud. & in c. ſi pro debilitate. de offi. deleg.* non debemus inferre de perſona iudicis ad Conſultorem, atq. *l. Papinianus exuli. ff. de mino.*

154 Ad tertiū, quod debeat admitti procurator ad appellandum, cum ſolum agatur de pęna pecuniaria, non aūt corporis afflictiua, *vt ſup. nu. 3.* reſpondi ſupra *nu. 62. vſq; ad nu. 72.* quo loci probaui, agi nedum de pęna pecuniaria, ſed etiam corporis afflictiua, tam principaliter, quàm in ſubſidium; & propterea non admitti procuratorem ad appellandum, rationibus ibi adductis.

155 Ad quartum motiuum quòd dictus D. C. valeat reſpondere per procuratorem, ex quo eſt Illuſtris, vt ſupra *num. 4.* dico d. D. C. non poſſe dici de iure Illuſtrem, ſed abuſiuè tantum; quādoquidem inter Illuſtres ſolum cōnumerantur Reges, Duces, Marchiones, Comites, Epiſcopi, Cardinales, Patriarchæ, Conſiliarij Principum, & cæteri, de quibus latè dixi *in tract. de citatione reall. lib. 1. c. 1. nu. 755. & pluribus ſeq. vſque ad nu. 932.*

156 Quinimo Duces, Marchiones, & Comites, qui non habent regiam poteſtatem, nec eis ferre Coronam conceſſum fuerit, ſed dumtaxat Birretum, non dicuntur Illuſtres, ſed ſolum ſpectabiles, vt eſt communis Doctor. opinio, teſte Lancell. *in ſuo templo omn. iud. lib. prim. cap. 5. tit. de Duce. num. 5. & poſt num. 9. verſ. eſt tamen declaranda, & dixi in d. c. 1. nu. 932. 936. & 942.*

157 Et in ſumma, vt quis poſſit dici Illuſtris, de iure duo copulatiuè requiruntur, ſcilicet dignitas & adminiſtratio iuriſdictionis; alioqui ſi tantum quis haberet dignitatem ſine adminiſtratione, non poteſt etiā dici ſpectabilis, ſed inter Clariſſimos de iure connumeratur, vt dicimus de comitibus quibuſdā Italiæ, & Alemaniæ, qui quotidie creantur a Ducibus ſine iuriſdictione, ſed tantum nomine, qui dicuntur Clariſſimi, ſecun. Iaſ. *in l. 1. nu. 19. ff. de offic. eius.* & alios quos retuli in *d. c. 1. nu. 970. & ſeqq.*

158 Nec officit, quòd ſit Senator Bononiæ, vt aſſerit per eius procuratores, quoniam Senatorū alij ſunt ſuper Illuſtres, alij Illuſtres, & alij Clariſſimi. Super Illuſtres erant, qui Senatum Romanum gubernabant; Illuſtres ſunt, qui habent adminiſtrationem in Dominio ſuo, quod regnum cenſeri poteſt propter numerum decem, vel vndecim Ciuitatum in eo comprehēſarum, vt ſunt Senatores Venetiarum, ex traditis a Lancell. *in d. templo omn. iud. lib. prim. cap. 7. tit. de præſide, & ſenatoribus, nume. 9.* Clariſſimi verò ſunt Senatores Prouinciarum, ſecund. Lancell. *d. nume. 9. & d. 1. lib. cap. 1. §. 3. in tract. de duello par. 3. concl. 77. nu. 8.* & de his omnibus latè dixi *in d. c. 1.* de ſuper Illuſtribus, *nu. 706. vſque ad nu. 719. num. 753. & ſeq. & nu. 871.* de Illuſtribus *num. 776. & 870. & ſeq.* & de clariſſimis, *nu. 969.*

Ratio autem, quare Senatores prouinciarum sūt Clariſſimi, & nō Illuſtres, eſt, nè rectus ſit nobiliori regente: ſiquidem præſes prouinciæ omnibus in Prouincia præeſt, clariſſimus de iure dicitur, ſecund. *gl. in rub. ff. de offi. præſid.* & Lanc. *locis proximè citatis. ſcilicet d. num. 8. in d. concl. 77. & d. nu. 9. in d. c. 7. & dixi in d. c. prim. nu. 964.*

159 Sed eſto millies, quòd verè & non abuſiuè poſſet nuncupari Illuſtris, attamen in iſto caſu non poſſet reſpondere per procuratorem, quando quidem priuilegiũ cõceſſum Illuſtribus perſonis, vt in cauſis criminalibus valeant reſpondere per procuratorem, intelligitur ſolũ habere locum in cauſis iniuriarum, non autẽ in cauſis corporalibus. *c. abſens per alium. §. niſi. 3. quæſtio. 9. glo. in c. veniens. in verbo, criminali. extr. de accuſ. & in l. pen. §. ad crimen. in verbo, iudicij. ff. de publ. iudic.* Specul. *in titu. de procurat. §. primo, verſi. ſed præcedens. nu.* 10. Bar. *in d. l. ſi quando. in princ. C. de iniur.* Fely. *in c. cum te. poſt nu. 2. verſi. limita hæc. ext. de re iudic.* & alij quos refert Gabriel *in ſuis communib. concluſionibus lib. 7. de maleficijs, concluſio. 9. poſt ſeptimam limitationem, num. mihi* 55.

160 Quintum motiuum circa nullitatem proceſſus, quod procurator admittatur ad eam proponendam, quando eſt notoria, & euidẽs, facillimè tollitur per ea, quæ dixi ſupra *nume.* 140. *& pluribus ſeqq.*

Tollitur quoque primum fundamentum deductum ad probandam d. nullitatem ſub *num. 6.* per ea quæ dixi ſupra *nu. 142. & ſeqq.*

Secundum pariter ſub *num. 7.* tollitur per ea, quæ latè dixi ſupra *num. 106. & plurib. ſeqq.*

161 Ad tertium fundamentum, quòd proceſſus ſit nullus cum fuerit fabricatus de menſe Auguſti, quo erant ferię repentinæ, vt ſup. *nu.* 8. reſpondetur pluribus modis.

Primò quod feriæ repẽtinæ, de quibus agitur, non fuerunt formiter & legitimè indictę; cũ Decretum per Illuſtr. D. Iudicis XII. Sapientum ſit nimis generale & incertum; cũ indicet ferias, durantibus exceſſiuis caloribus, quorum permanentia eſt incerta; incertitudo enim irritam reddit quamlibet diſpoſitionem, ex relatis a Camillo Gallinio *c. 36. num. 46. lib. 9. de verb. ſignifi.* Cumque indictæ non fuerint, nec intimatæ ad officiũ gabellarum, ſed ſolum officialibus Palatij Domini Prætoris; (nam poſt factum decretum fuit ſolitum mandari pręconi Palatij illius obſeruantiã, præconi verò gabellarum nequaquam; vt cõſtat ex fide præconum vtriuſque fori) ſequitur, mentem indicentis fuiſſe tantum comprehendere forum Palatij, non autem gabellarum, arguendo ab incluſione vnius ad excluſionem alterius, per tex. *in l. cum prætor. ff. de iudic.*

Secundò quia, vbi etiam generaliter fuiſſent indictæ, nunquam tamen fuerunt vſu receptę in foro gabellarum, & in cauſis ad gabellam pertinentibus, nedum in prima inſtantia, ſed etiam in cauſis appellationum coram Illuſtr. D. Cõſultore perilluſt. DD. Factorum, vbi tamẽ appellationes ex reſcripto Sereniſſimi Principis permiſſæ fuerunt, vt dignoſcitur ex atteſtatione Cancellarij tribunalis eorundem perilluſtr. DD. Factorum: & vbi lex non eſt vſu recepta, nec etiam eſt vtique obſeruanda, pro quo facit tex. *in l. ſi de interpretatione & l. minimè. ff. de legibus.*

Tertiò, quia ſtatutum de ferijs *ſub rub. 45. lib. 2.* mãdat, ferias etiam introductas ob neceſſitatẽ hominum non obſeruari in cauſis gabellarum, ergo multo minus ob ſimplicem hominum commoditatem, nulla compellente neceſſitate, *Auth. multo magis. C. de ſacroſ. eccl.*

Quartò, quia ſtatutũ Ferrariæ, ſuper quo reus ſe fundat, decernit, ferias repẽtinas obſeruari debere in cauſis abſentium; ſecus autem carceratorum; & ſic loquitur in caſibus ſimplicibus; ſed de cauſis intentatis contra carceratos, & contumaces ſimul nihil diſponit; ergo de his ſtatutũ non loquitur, cum trita ſit iuris regula, quòd ſtatutũ loquens in caſu ſimplici, non habet locum in caſu mixto, vt no. omnes Doctor. *in l. 2. in princip. ff. de verbo. oblig.* Iaſ. *in §. prim. nu. 29. inſtit. de actio.* & ſi vniuerſalis dictio ſimpliciter fuerit adiecta, ex relatis a Gabriele *conſ. 8. n. 17. lib. 1.* & vbi mixtum deberet iudicari ſecundum naturam vnius ſimplicis, deberet profectò attendi illud ſimplex, cuius qualitas eſt potentior, ad tradita per eundem Gabrielem *conſi. 2. num. 17. lib. 1.*

Sed qualitas carceratorum eſt potentior, quo ad excludendas huiuſmodi ferias, cum cauſæ carceratorum valeãt expediri etiam diebus feriatis, *l. pen. ff. de ferijs*, & idem diſponit ſtatutum in oppoſitum allegatum *ſub rub. 50. lib. 3.* ergo debent intelligi excluſæ etiam quo ad contumaces, cum continentia cauſæ diuidi non debeat, nedum in ciuilibus, *l. nulli. C. de iudic. capit. primo, & ſecundo, de ſe quæſt. poſſ. & fruct.* verum etiam in criminalibus. *l. qui de crimine. C. de accuſat.* ſiquidem continentia cauſæ dicitur etiã reſpectu eiuſdem inſtantiæ, vt poſt Bald. *tradit Afflict. deciſ. 354. nu. 5.* cumque contumax perdat beneficium d. l. nulli, eſto quòd vellet reficere expenſas, Iaſ. *in eadem l. nulli. nume. 6. verſicul. 3. limita*, quem ſequitur Menoch. *de arbitr. iudic. caſu 371. nume. 22. verſic. tertia eſt declaratio:* cumque denique vna & eadẽ res, nempè inſtantia, non debeat diuerſo iure cẽſeri. *l. eum qui ædes. ff. de vſucapio. cum ſimilibus*, nemoque debeat alterius odio prægrauari, *l. nemo debet. ff. de reg. iur.*

Iccirco, cum eiuſdem cauſæ inſtãtia fuerit eodem contextu ex eiſdem cauſis inſtituta contra d. D. C. & alios eius complices carceratos, & præſertim Ioannem a Podio ad Triremes cõdemnatum & trãſmiſſum; cumque cauſę carceratorum ſint fauorabiliores, & in illis ferię prædictæ non attendantur, ipſiq; odio contumaciũ prægrauarentur, ſi deberet iudicium differri, donec ferię eſſent expiratę, ex quo carceratio prorogaretur; cũ cauſæ plurium ſociorum, ſeu complicum eiuſdẽ delicti expeditio fieri congruè nequaquàm valeat, niſi prius expeditis contumacibus, ſecund. Clar. *in praxi. §. fina. quæſtio. 49. verſicu. ſed pone,* dicendum eſt, vt fruſtra opponatur de prædictis ferijs repentinis, nedum ex prædictis, ſed etiam alijs, quæ facilè poſſent adduci, ſuper quibus nõ inſiſtam, tanquam in re non indigente vlteriori comprobatione.

Quintò, & vltimo, quoniã nõ conſtat, nec cõſtare poteſt, quòd ferię repentinæ fuerint tempore, quo fuit citatus d. D. C. quandoquidem aſſertę ferię fuerunt factæ ſub die ſeptima menſis Auguſti, durantibus dumtaxat exceſſiuis caloribus;

qui

qui quidem calores exceſſiui a communiter accidentibus non durant, niſi vſque ad mediū menſem Auguſti, & conſtat quòd prima citatio fuerat facta die quinta dicti menſis, & ſecunda die vigeſima tertia eiuſdem menſis; & ſic ſucceſſiuè aliæ fuerunt factæ poſt dictos calores; quod quidem argumentum a communiter accidentib. eſt in iure validiſſimum, teſte Euerardo in ſua topica in loco a communiter accidentibus per totū.

162 Quò ad quartum fundamentum quòd ſententia ſit nulla ex eo, quòd executio fuit commiſſa antequam fuerint lapſi decem dies, qui dãtur ad committendam exequutionem, poſt quàm ſententia tranſiuerit in iudicatum, vt ſupra *num. 9.* reſpondetur, quod modo non eſt diſputandum, an exequutio fuerit legitimè commiſſa; ſed ſolū, an detur appellatio, & poſſit interponi, ac proſequi per procuratorem; quia non valet conſequẽtia; exequutio eſt nulla, ergo ſententia corruit, cum oppoſitum conſequentis poſſit ſtare cū antecedenti. Bald. *in l. conuenticulam. in prin. C. de epiſ. & cler.* & Euerard. *in loco a communiter accidentib. poſt nu. 19. ante fi.* ex diuerſis enim non fit illatio. *l. Papinianus exuli ff. de minor.* præter id, ꝙ audacter affirmari poteſt, fuiſſe legitimè commiſſam ipſam exequutionem: ſiquidem in exigendis publicis functionibus, & datijs, proceditur, nullo iuris ordine ſeruato, compulſiuè velo leuato, abſque libelli productione, & litis conteſtatione, ſecund. Bal. *in conſi. 238. nu. 1. vol. 1. per §. coges. Auth. de mand. princip. l. commiſſa ff. de publ. l. 2. & l. miſſi opinatores. C. de exact. tribut. lib.* 10. & etiam abſq; citatione, ſecund. eundem Bald. *conſ. 434. num. 1. vol. 3.* & licet alias in cauſis fiſcalibus ordo iuris ſit ſeruandus. *l. omnes. C. de dilatio.* fallit tamen in cauſis vectigaliū, in quibus proceditur de plano, cogendo, & exigendo, non citando & procedendo. *§. non feſtinare. & §. deinde eos. & d. §. coges. Authent. de mand. princ. l. 2. C. de iud. & d. l. miſſi opinatores. cum ſimil.* Afin. *in praxi. §. 7. c. 5. limit. 33. nu. 1.* poſt Bal. & Marantam locis ab eo relatis; alioq; non inuenirentur conductores vectigalium, ſecund. Bal. *in d. conſil.* 238. poſt princ. Vnde pro libello ipſi publicani ſolẽt offerre capturam & carcerem ac rerum retentionem. *l. pen. §. nauem. ff. locat.* Et quòd ſuperiores gabellarum valeant contra fraudantes gabellas procedere, remota qualibet figura, & ſolemnitate iudicij, probatur in ſtatutis gabellarum plateæ fol. 84.

163 Præterea in cauſis criminalibus, quibus non datur appellatio, non expectatur, quòd elabantur decem dies ad committendam exequutionẽ ſententiarum; ſed illico ipſis publicatis exequutioni demandantur, tam in pœnis capitalibus, quàm pecunarijs; Rei etenim capitaliter damnati, ſtatim publicata ſententia, ſupplicio mittuntur, decapitantur, & ſuſpenduntur: & condemnati in pęnis pecuniarijs, lata ſententia, grauantur per exactores Ducalis Cameræ & Maſſariū Cõmunis Ferrarię, non aliter expectato, quòd tranſeãt decem dies. Fruſtra enim expectatur, ex quo appellari non poteſt. *l. aliquando. §. fi. ff. ad Velleianam* illud decenniū datur ſolum ad deliberãdū, an vellit appellare. *c. ante tenorẽ. 11. q. 6.* Sed quid vltra elaborandum? cum habeamus expreſſam deciſionem ſtatutorum gabellarum mandantiū, quòd ſententia debeat ſtatim, nulla exceptione obſtante, exequutioni demandari, vt in ſtatutis gabellarum *fol. 115. in fine primæ paginæ.* quemadmodum erit videre infra *nu. 192.*

164 Cæterum quando etiam dicta exequutio eſſet nulla, quod negatur, per hoc non deberet reuocari, cum de nouo eſſet concedenda; ſiquidem id, quod eſt nulliter factum, reuocari non debet, m eum de nouo, ſi non eſſet factū, fieri deberet, m per tex. clarum *in l. fi. §. fi. ff. quod met. cau.* & ita tenent per plura Achill. perſon. *de adipiſc. cenda poſſeſſ. nu. 250. verſic. & hoc quoque.* Neguſant. *de pigno. in 2. memb. 3. par. nu. 23.* & Iaſ. *in l. fi. num. 18. C. de edict. diui Adria. toll.* Circuitus enim eſt euitandus, vt *in clem. de reſcript. cap. auditor:* iuſtiuſque eſt per perã factum confirmari, ꝙ nouo iudicio inſtitutuo, illud idẽ cõſequi. Grã. *conſ. 40. n. 27. in crim.*

165 Ad quintum fundamentū, quod eodem inſtãti, quo fuit commiſſa exequutio, ſimiliter fuerit liquidatus valor omnium, nulla iudiciali diſcuſſione præcedente, quemadmodum requirebatur de iure, vt ſupra num. 10. dico, quòd non erat opus aliqua liquidatione, quo ad pęnam regulãdam a denunciatione, virtute ſententiæ, & rei iudicatæ; cum in ipſa denunciatione quantitas pecuniarum erogata in emptionem frumenti, farinæ, & bladorum extractorum, ſit certa, & determinata, ac per ſe liquidã & cõdemnatio relationem habet ad ipſam quãtitatem expreſſam: quæ quidem quantitas pęnę determinatæ & claræ excedit valorem bonorum in tenutam captorum; ſiquidem in denuntiatione de triginta millia aureis dicatur, & in ſentẽtia, de amiſſione eiuſdem quantitatis pro contractu non denuntiato, & in totidem pro extractione vltra gabellam duplicatam; adeo quòd non erat agendū niſi de exactione pęnæ liquidę in hac parte vigore rei iudicatę; quę quidem exactio, vt dictū eſt ſuperius in cauſis gabellarū, poteſt fieri abſq; citatione, ex Bal. *conſ. 238. in fin. vol. 1.* præſertim cum ita conſueuerit fieri ex inueterato ſtilo fori gabellarum; in his enim attenditur conſuetudo fori iudicij, vt eſt tex. *in d. l. miſſi opinatores. C. de exac. tribut. libr.* 10. & ita per illum tex. Bal. *in dicto conſi.* 238.

166 Et licet liquidatio forſan requireretur circa aliam partem pœnarum, hoc tamen nõ officeret, tum quia etiam circa liquidationem ita ſe habet conſuetudo inueterata; tum quia vtile per inutile non vitiatur, ex traditis a Vãtio *de nullit. tit. de nullit. ex defect. iuriſdict. nu. 35.* præter id, quod p̃-

167 ceſſerat contumacia rei in toto proceſſu, & ad ſententiam. Quando quidem citatio non requiritur, vbi agitur de declaratione pęnę præcedentis, cõtumaciæ vigore, vt poſt Bald. & Tiraq. tradit Afin. *in praxi. §. 7. c. 5. limit. 84. fol. mihi* 173.

Sed cum hæc non poſſint prodeſſe circa articulum, num procurator debeat admitti, nec ne, ad proſequendam aſſertam appellationem, cuius cognitio debet præcedere, & poſtea de meritis; ſuper his pro nunc vlterius non inſiſtam.

Quo

Quò verò ad quinque rationes contra ſtylum deductas in motiuis ſupra *num. 11. vſque ad nume. 16.* Ad confutandum obicem de ſtylo, ſatis ſuperque fuit reſponſum *ſup. nu. 111. vſque ad num. 129.* Nec eſt locus heſitationi, ſi diceretur, nõ fuiſſe ſeruatum ſtylum, cum d. D. C. non fuerit citatus per litteras, vt citari debebat, ex traditis a Boſſio *titu. de citatio. nume.* 21. & a Cartar. *de exequutio. ſentent. capit. fin. nume.* 185. quoniam ſiquis ſuper hoc inſiſteret, poſſet forſan de temeratio auſu coerceri, cum cauſa agatur in Senatu Principis, repræſentante ipſum Principẽ; quandoquidem Doctores ſuperius citati in eiſdemmet locis, & ſub eiſdemmet numeris autumant ex generali conſuetudine totius Italiæ, reos abſentes forenſes non habentes domicilium in loco delicti citari ad valuas Palatij cum affixione cedulæ, nõ autem per litteras, & idem intrepidè affirmarunt Iacob. de Beluiſ. *in pract. crim. tit. de fuga reor. num.* 21. Clar. *in praxi. §. fin. q. 31. verſi. ſed hæc quidem. in fin.* Decian. *conſ.* 18. *num.* 94. *volum.* 1. & nouiſſimè Farinac. *lib. 1. quæſt. crim. tit. de inquiſit. quæſt. 11. poſt nu. 43. verſ. ſed quicquid.*

Præterea quicquid ſit de iure communi, & cõſuetudine generali totius Italię, ſatis eſt, & quod fortius ſtringit, vt iure municipali huius Ciuitatis certo certius ſit, citationes ꝑ litteras ſubſidiales tantum decerni in cauſis ciuilibus, vt eſt videre ſub *rubr. 2. de modo citandi abſentes libro* 2. Vbi etiam id permittitur contra eos, qui cõſueuerũt habere domicilium in ciuitate, vel eius diſtrictu, vt ad literam legitur in eodemmet ſtatuto, quod ſanè applicari nequit huic caſui, cum d. D. C. nũquàm habuerit nec habeat domicilium in hac ciuitate, & eius diſtrictu; imò nec etiam in alio loco ditionis Sereniſſimi D. N. & licet, vt aſſeritur, iam habuerit domum in Ciuitate Regij, nihilominus præter id, quòd in ea nunquàm domicilium habuit, illam etiam vendidit D. Georgio & fratri de Alpis, qui in ea habitant, & illius poſſeſſionem aduerſus exequutionem ſententię prædictæ tanquàm rei ſuæ tueri conati ſunt, vt videre licet in actis exequutionis prædictæ: & quando etiam dictam domum non alienaſſet, attamẽ nõ poſſet dici, quòd ibi haberet domicilium, quãdo quidem ex ſola domus poſſeſſione nõ conſtituitur domicilium. *l. libertus. §. ſola domus. ff. ad municipal.* Maſcard. *de probat. concluſio.* 534. *nu.* 22. ſed ex aſſidua habitatione. Menoch. *de arbitr. lib. 2. cẽtur. 1. caſu* 86. *nu.* 14. vbi de communi atteſtatur, ſequitur Soarez. *in Theſaur. recept. ſenten. in verbo, domicilium, quod eſt primum*, & Maſcard. *vbi mox, nu. 8. par.* 1. Hinc igitur verius Bononiæ contractum eſſe domicilium ab eodem D. C. dici poterit, quem in eo loco maximam bonorum ſuorum partem retinere, illicque habitare pro comperto habetur. Bar. *in l. de iure. num. 2. ff. ad municip.* Menoc. *vbi ſupra caſu* 86. *nu.* 18. vltra alios adductos per Maſcar. *d. concl.* 534. *nu.* 21.

Nec dicatur, per litteras igitur ad Bononiẽſes Iudices ſaltem, vel alio modo in loco habitationis requirendum fuiſſe, cum in criminalibus ita conſtet, eiuſmodi litteras ab extraneis iudicibus omninò ſperni, prout in conſeſſo eſt ex generali conſuetudine, nullum Iudicem extra Territoriũ ſuum, etiam ſub eodem Principe, citare, vt præter Clar. & alios quos ſuperius citaui, tenet Michael Graſſ. *inter communes opiniones nouiſſimè recollectas, tomo 2. lib. 9. tit. 4. de requirẽdis rei. num. 6.* Siquidem in criminalibus etiam vigore ſtatuti Ferrariæ, rei non habẽtes nec habere ſoliti domicilium in ciuitate, & eius diſtrictu, *ſub rubr. 4. lib. 3.* non debent citari per litteras, vt dictum eſt in ciuilibus, ſed ſuper ſcalis Palatij, cũ affixione cedulæ ad fores eiuſdem Palatij, tribus dũtaxat citationibus inter ſe diſtãtibus per duorum dierũ interualla; cuius vigore ab immemorabili tempore citra, conſueuit citationes fieri ad primam iuris horam, interpoſito tamen inter vnam & alteram duorum dierum interuallo; quibus peractis abſque alia citatione, & banno fuit deuentum ad ſententias etiam in cauſis capitalibus, vt dignoſcitur ex atteſtatione quamplurimum notariorum, qui exercuerunt officiũ Cancellarię criminalis perilluſtr. D. Prætoris Ferrarię a decem, viginti, & triginta annis & vltra; quinimò id deprę henditur ex libris maleficiorum, in quibus apparet, quòd contra abſentes non habitantes, nec ſolitos habitare, eſtò, quòd habitarent in locis propinquis Territorio Ferrariæ, & ſubiectis ditioni Sereniſſimi Domini, fuerunt factæ tres citationes ad valuas Palatij, cum interuallo prædicto inter vnam & alteram citationem; & demum abſque alio actu condemnati fuere; adeo, quod, ſi ſtatutum dicitur ius commune in loco, in quo viget, iuribus ſuperius citatis nume. 15. dicendum eſt, vt ſtilus curiæ gabellarum nedum ſit conformis conſuetudini generali totius Italiæ, verum etiam iuri municipali, & per conſequens iuri communi in hac Ciuitate vigenti, cum citationes fuerint factæ ad primam, nedum tinę, ſed nouem; & nedum cum interuallo duorum dierũ, ſed longè maiori; & ſic pinguius diſpoſitione ſtatutaria fuit obſeruatum; ob id non reprehendendum, ſed potius laudandum, ad tradita per Ial. *in l. quartam. nu. 3. & ſeq. ff. de leg. 1.*

168 Quibus non obſtat, ſi opponeretur, ꝙ nonnumquàm ſuperior gabellarum conſueuerit citare aliquos reos per litteras ſubſidiales; Nã reſpõdetur, hoc nunquàm fuiſſe obſeruatum per litteras extra ditionem Sereniſſimi Domini, ſed ſolũ forſan ad loca eidem Sereniſſimo Domino ſubiecta, ac etiam iuriſdictioni immediatè ipſius Domini Superioris gabellarum, vt puta ad Prætorẽ Stellatę, Ficaroli, Melariæ, Tercetæ, Codegarij, Maſſæ fiſcaliæ, & aliorum locorum intra paſſus gabellarum prædictarum; qui quidem Prætores velint nolintque, aut citationem, vel aliam quãlibet licentiam relaxare tenẽtur, aut permittere, nũtios officij illam exequi, vt quotidiana docet practica, pręſertim in concernentib. intereſſe fiſcalis Camerę. At lõgè diuerſus eſt caſus d. D. C. denuntiati, qui extra Dominiũ Sereniſſimi Principis noſtri habitat, ac domicilium habet; qui nõ aliter citãdus eſt, quàm eo modo, quo omnes forẽſes eiuſmodi pro alijs criminibus & delictis, tũ

ex ſtilo

ex ſtilo inueterato eiuſdem officij, tum etiam ex forma citationum Curię Palatij Ferrariæ,hucuſ que citati indiſtinctè reperiuntur,ad valuas ſcili cet dictorum officiorum reſpectiuè; idem ſonãs, quod ad ſcalas Palatij, cum non aliæ extent valuæ in dicto Palatio,quàm quæ,vt ad oculum patet,in medijs ſcalis ipſis poſitę cõſpiciuntur. Ex quibus vti diuerſis,in ferri rectè non poteſt. *l. Papinianus exuli.ff.de minor.*

Poſtremò hoc magis roborare videtur intentionem fiſci,& gabellarum, cum ſtatutum particulare fori gabellarum diſponat, Superiorem gabellarum poſſe procedere contra fraudantes ciuiliter, & criminaliter; & ſic in eius voluntate reſidet, ad fraudes poſſe agere procedendo ciuiliter, ſeu criminaliter, vt maluerit pro pœna fraudis:& clarũ eſt, quòd ordo procedendi per litteras ſubſidiales reperitur præfinitus a iure municipali in cauſis ciuilibus; citandi verò per edictũ in criminalibus,vt dictum eſt ſuperius; ea propter nõ valet conſequẽtia ſi dicatur;ſuperior citauit aliquãdo per litteras, ergo ſemper debuit hoc facere,cũ eſſet arctare eius liberam facultatem procedendi vtroque modo, ad ordinem procedendi ciuiliter tantum, contra claram ſtatutorum gabellarũ diſpoſitionem, vt in eiſdem ſtatutis gabellæ *c. 46. fol.8.cap. 100.fol.*17.imò iuris communis,cum id quod eſt in poteſtate iudicis, illius neceſſitati ſubijciatur.*l.non quicquid.ff. de iud.*

Quo verò ad exequutionis ſuſpenſionẽ, dico, ipſam de iure non potuiſſe concedi,& eſſe conceſſam
169 in ptimis & ante omnia fore reuocandam. Cõperti enim iuris eſt, reum contumacem ſuſpendi, & reuocari facere tenutam bonorum annotatorum minimè poſſe, niſi prius refectis expenſis, & præſtita ſatiſdatione de iudicio ſiſti, eſto quod poſſideat immobilia, tex. eſt *in Auth.& qui iurat. C.de bon.Auth.iudic.poſſ.& in cap. quoniam frequenter.* §. *in alijs.ext. vt lit. non conteſt.* & ita tenuete Maranta *in ſuo Speculo praxis ciuilis tit.de contumacia.nu.*16.& 22. Marſ.*in tract.de bannitis.in verbo, contumaciam.nu.*71.*& in tract. de fideiuſſ. nu.* 247. Blanc.*in prac.crim.verſ.verum quia.nu.*39.*fol.* 18. *& dixi in tract. de citatio.reali lib.*1.*c.*2.*nu.*166. Vel carceres ingreſſus fuerit, docuerit de eius innocentia,contrariamq; reportauerit ſententiam, ſecund.Farinac.*lib.*1.*q. crim.tit. de inquiſit. quæſtio.* 11.*nu.*84.*vſque ad nu.*88.Cum igitur d. D. C. nihil prædictorum fecerit, firma iuris remanet concluſio,quòd dictæ exequutionis, & tenutæ ſuſpẽſio debet reuocari.

170 Nec obſtat,quòd fuerit appellatum; quĩ per appellationẽ interpoſitam pro reo habito pro cõfeſſo,& conuicto,vt hoc in caſu,poſt declarationem factã per iudicẽ ipſum haberi pro confeſſo, & conuicto, non dẽt ſuperſederi in exequutione ſñæ,ſed eſt reijcienda ipſa appellatio,ſecund. Afflict.*ſuper ſecunda parte conſt. regni rub.* 10.*nu.* 56. quem refert & ſequitur Car.*de exequut. ſententia, c.*1.*nu.*69.& dixi ſuperius.

171 Nõ officit etiam,quòd dictum fuerit de nullitate,qua pendente,in criminalibus non fit exequutio ſententiæ, maximè, quando nullitas eſt euidens, ex relatis a Marſilio *de bannitis, in verb. nullitas.nu.*12.*&* 28.*& ſeq.*Afin. *in praxi.*§.31.*c.*2. *poſt trigeſimam oct auam ampliationem.limit.*1. Lan
172 cel.*de attentatis.p.*2.*c.*17.*nu.*9.*& ſeqq.* Quandoquidem nullitatis cauſa ſuſpenſiuum dicitur habere effectum,ſecundum Veſtr. *in praxi lib.*8.*cap.* 1. *numero vndecimo*, & Lancell. *in dict. capit.* 17. *nu.*13.ita q; ſi quid interim fuerit attentatum,pri uilegio attentatorum venit reuocandum,ſecun.
173 Lancell.*d.c.*17.*nu.* 39.*& ſeqq.* Quoniam vltra, q; per plura ſuperius demonſtraui, nullam hoc in caſu ſubeſſe nullitatem, procurator non admittitur ad dicendum de nullitate,niſi prius ſatiſdederit, & reus ipſe perſonaliter ſe conſtituerit, & nullitatem allegauerit,vt dixi *ſup.nu.*139.*& pluribus.ſeqq.* præſertim, quando locus eſt torturæ pro veritate indaganda;quo caſu nunquam admittitur procurator, vt dixi *nu.* 84. *& pluribus ſeqq.*
174 Et quando dubium eſt, an ſententia ſit nulla procurator nõ poteſt proponere nullitatem, niſi ſit adeo clara & notoria,quòd de ea,nec in facto, nec in iure dubitari poſſit, vt dixi ſupra poſt num.40.& tũc etiam dummodo huiuſmodi nullitas nullo modo tangat crimen,& poſſit examinati ſeorſum a crimine, & ad alium finem, quàm ad criminis excluſionem, ex relatis a Gabriele *in ſuis communibus concluſionibus lib.*7.*de maleſic.concl.*9.*poſt limit.*17.*nu.*18.*alias* 79.Boſſ. *tit. de Carcer.fideiuſſ.commit.nu.*16.*& tit.an in criminalibus iudic. quis poſſit pro abſente interuenire. nu.* 16. Clat. *in praxi.*§.*fi.q.*32.*verſ.pariter etiam.*Abb. *in ca. veniens.nu.*16.vbi etiam Soc.*nu.*50. *vſque ad nu.*55. *quo loci perpulchrè,& latè enodat hunc articulum ex. de accuſ.& reiigi in tract.de citat.reali.c.*21.*nu.* 41.
175 *&* 42.*lib.*3. Paria.n.ſunt,excludere crimen directè, vel aliquid deducere, per quod indirectè crimen excludatur; vnde idem iuris eſt de crimine, & de eo q; tendit ad crimẽ: ſed ſuper crimine principali non admittitur procurator, vt dixi ſuperius, ergo non admittitur ſuper hoc, quod venit ad criminis excluſionem. Abb. & Socin. locis citatis,& Bald.*in d.l.reos.poſt num.*33. *verſi.contra. C.de accuſat.* Verum in caſu iſto nulla ſubeſt nullitas notoria,nec etiam dubia,vt ſuperius demõſtraui, ergo &c.
176 Accedat, quòd ob nullitatis dictionem exequutio ſententiæ impediri, & retardari nequit, quando nullitas æquè principaliter in iudicio proponitur,ex Lanc.*de attent.d.c.*17.*p.*2.*nu.*60.*& ſeqq.*& Vant.*de nullit.tit.quot & quibus mod. nullitas in iud. ppont poſſit.nu.*29. Et eſt ratio,quia nullitas in iudicio ordinario principaliter ꝓpoſita, deſiderat ſententiam. Vant. *dicto nu.* 29. Si enim per ſimplicem nullitatis propoſitionem, inconti nenti exequutio impediretur, eſſet dare exequutionem ſñię nondum latæ contra regulam iuris cõis.*l.*1.*C.de exequut. rei iudic. cum ſimilibus.* ideò fit exequutio,ſalua remanente quæſt.nullitatis. Vant.*d.nu.*29.*iuncto num.ſeq.* & hoc indiſtinctè procedit,quãdo exequutio eſt retractabilis,Vãr. *d.nu.*30.& Lancel.*d.c.*17.*nu.*32. *in fin.* & quando nullitas impediat exequutionẽ,nec ne, videndus
177 eſt Lancell.*d.c.*17.*per tot.* Et licèt Vantius poſt *d.num.*

d.nu.30.verſic.prout etiam. & Lancellotus *d. c.17. nu.68.& ſeqq.atque relati ab eiſdem interpretes*, voluerint, exequutionem ſententiæ impediri, quādo nullitas cumularetur cū appellatione, vt hoc in caſu, id profectò non procedat, quando appellationis deſereretur articulus; tūc enim vlterius non poteſt impediri exequutio. *ca. licet. de ſenten. excommu.in 6.* & ita prædicti Vant. *nu.35.* & Lancell. *num.69. locis proximè citatis.*

Qua de re ſiue dicamus, quòd nullitas fuerit propoſita æquè principaliter, ſiue vna cum appellatione, quæ rationibus deductis nullatenus deuoluit, concludendum eſt, vt non potuerit ſuſpendi exequutio ſententiæ prædictæ, ob dictam nullitatem propoſitam; quod tanto minus fieri debebat, cum ex diſpoſitione Ducalis Prouiſionis, de qua in ſtatutis gabellarum fol. 115. Superioris ſentētia, nulla exceptione obſtante, debet exequutioni demandari.

Ex quibus omnibus, quæ veluti præludia ad ea, quæ pleniori cornu à præclariſſimis DD. cauſæ Patronis poſthac, vt audiui, deducentur, pro tenuitate ingenij mei, in mediū afferre decreui, intrepidè arbitror, & Fiſcum, & Conductorem gabellarum optimum ius fouere, ſaluo ſemper ſaniori rectius ſentientis iudicio.

ADDITIONES.

a *Appellare.* Abſens in contumaciam condemnatus quando poſſit appellare, & quid ſi a ſtatuto eſt habitus pro confeſſo tantum, vel pro confeſſo & conuicto ſimul, & quid in Vrbe & ſtatu eccleſiaſtico ſeruetur, & an ad appellandum Procurator admittatur cum mandato, vel ſine, exactiſſimè tractatur materia per Dominum meum Farinaccum *in ſua pract. crim. par. 1. titu. de inquiſit. q. 11. nume.48. & ſeq. & p. 2. tit. de var. ac diuer. quæſt. q. 99. nu. 175. & ſeqq. & quæſtio. 101. nu. 23. & ſeqq. & q. 101. nu. 23. & ſeqq.*

b *Valet.* Statutum enim poſſe in criminalibus ✱ appellationem tollere, magis communiter receptum eſt, vt videre eſt apud Alberic. de Roſat. *in tract. ſtatutor. par. 3. q. 53. nume. 4.* Vbi ita ſeruari teſtatur Auguſt. ad Angel. de Maleſic. *vbi ſupra eodem verſic. Præſente dicto Caio, &c. poſt nume. 25.* Couarr. *practicar. quæſt. capit. 23. numero 6.* Vbi refert concordantes, pluribuſque hanc opinionem comprobat, reſpondet contrarijs, & bene declarat, an, & in quibus caſibus Princeps poſſit appellationem tollere. Clar. *in pract. §. fina. q. 94. num. 3. verſic. Cæterum in hoc Ducatu*; Vbi relatis contra- ✱ rijs etiam teſtantibus de magis communi opinione dixit ab hac limitatione non eſſe in practica recedendum. Refert & ſequitur Bertazz. *conſi. 422. nume. 16. lib. 2.* Sigiſmun. Scaccia *in tract. de iudic. cauſ. ciuil. & criminal. lib. 1. capit. 97. num. 62.* Vbi refert plura ſtatuta, conſtitutiones, & conſuetudines, prohibētes in cauſis criminalibus appellationē, Mediolani, ſcilicet, Neapoli, in locis Imperij, Flandriæ, Hiſpaniæ, & ferè in toto Orbe Chriſtiano, & ibi etiam diſcutit huiuſmodi conſtitutionum, & conſuetudinum rationem & eadem ferè ſtatuta & conſtitutiones refert etiā Baiard. ad Clar. *q. 94. nu. 30. & ſeqq.* Quāuis contrarium defendere conetur Ang. de Maleſ. *in verbo, Præſente dicto Caio, &c. nu. 25. & ibi in add.* Bern. de Landriano, allegans in idem Cæpoll. *conſi. 54.*

Verū quando hæc concluſio vera ſit, & quando non, & de materia, vide Couarr. *pract. quæſt. dict. cap. 23. nu. 6.* Boſſ. *in tit. de appellat. nu. ſeptimo, vbi remiſſiuè, & num. 13. & ſeqq.* vbi ponit plures quæſtiones in materia contingentes. Bertazz. *conſi. 79. nume. 1. & ſeqq. lib. 1.* Vbi quid, quando ſentētia continet manifeſtam iniuſtitiam, Plot. *conſilio crimin. diuerſor. 130. nume. 64.* Vbi ponit quinque limitationes, quas recipiūt ſtatuta, ſeu conſtitutiones, diſponentes, quod à ſententia lata in cauſa criminali, non poſſit appellari, querelari, de nullitate dici, in integrum reſtitutionem peti, vel alio iuris remedio vti. Baiard. ad Clar. *q. 94. nume. 43. & ſeqq.* Vbi pariter ponit quatuor limitationes. Prima eſt, quod per huiuſmodi ſtatutum prohibēs appellationem in criminalibus, non cenſeatur prohibita appellatio in cauſa ciuili incidente, & emergente ex criminali. Secunda eſt, quod nō cenſetur prohibita appellatio a ſentētia interloquutoria, niſi ſtatutum generaliter dixerit, quod à nulla ſententia criminali poſſit appellari. Tertia eſt, quod huiuſmodi ſtatutum non comprehēdit forenſes. Quarta eſt, quod nec etiam comprehendit notoriam iniuſtitiam.

e *Mixta.* Cauſa quando dicatur Mixta, non autē merè criminalis, nec merè ciuilis, duo poſſunt figurari caſus. Primus, ſcilicet quando pęna partim applicatur Fiſco, & partim parti. Secundus, quando inſimul agitur ad publicam vindictam, & pœnam criminalem, ac etiam ad commodum partis, & intereſſe priuatum. In primo caſu vna fuit opinio, quod cauſa dicatur mixta ſecundum Alex. *in addit.* ad Bar. *in l.3. in princip. littera D. ff. de ſepulc. violat.* poſt Bar. Ang. de Butr. & Imol. in locis per eū relatis. Dec. *in rub. de Iud. nu. 52. verſ. & cauſa mixta in ſecunda lectura*, & ibi ēt Rip. *nu. 100.* Firma. *in reperto. verbo, cauſa crimin. ſub nu. 5.* Arnon. *ſing. 41.* Maran. *de ordine iudiciorum. par. 4. in prin. diſtin. 1. nu. 73.* Boſſ. *in tit. de appel. nu. 8.* vbi ✱ alios refer, teſtatur de communi, & reprobat Papien. & Alexan. contrarium tenentes. Ioſeph. Ludou. *deciſ. 71. verſ. 2. incip. cōtrariam opinionem*, vbi audaciter teſtatur, iſtam opinionē hodie eſſe canonizatam per totum Orbem (quaſi quod ipſe per totum Orbem verſatus fuerit) reprobat o Menoch. contrarium tenente. Gab. Sarayn. *in addit.* ad Mattheſ. *ſingu. 70. col. 3. in fine. verſicu. & adde quod contrarium.* quod etiam iſto caſu cauſa reputetur criminalis, & non mixta, videtur de mente Mattheſ. *ſing. 70. incip. nota quod ſi ſtatutum. verſic. Quid autem ſi dicat*; & contrarium etiam voluiſſe videntur Alexan. *conſi. 82. ad finem. libr. 1.* Aret. Afflict. & Menoch. *in locis relatis per* Ioſeph. Ludou. *d. concluſ. 71. in princ.* dicentes, quod quando agitur de pœna applicanda partim fiſco & partim parti, adhuc cauſa reputetur criminalis eo, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum. & cum hac contraria opinione conſenſit.

Clar.

Clar. *in prac. crim. quæſt. 1. verſ. tertius eſt caſus*, vbi licèt videatur diſtinguere, An condemnatio pœnæ parti applicādæ, veniat ex diuerſa lege, aut ex eadem, vt primo caſu cauſa dicatur mixta, ſecundo aũt iudicetur criminalis; teſtatur tamen, vtroque caſu, & indiſtinctè ſemper vidiſſe ſeruari, vt talis cauſa fuerit reputata criminalis; & propterea iſto caſu ſemper fuiſſe reiectam appellationẽ eo modo, ac reijcitur in criminalibus. Anchara. Regien. *q. 1. num. 1. & ſeqq. vſque ad num. 7. par. 1.* Vbi & hanc ſententiam admittit, quando proceditur per viam accuſationis.

Et hæc contraria opinio abſque dubio procedit quando vna pars pœnæ applicatur fiſco, & altera accuſatori, prout quotidie contingit applicari, aut vigore ſtatuti, aut vigore bannimentorum; Tunc enim cauſa in totum reputabitur criminalis, ſecundũ Mattheſ. *ſing. 70. incip. Nota quod ſi ſtatutum, verſ. ſecus ſi dicat.* vbi tñ littera eſt corrupta, quia dum dicit, Merum iudiciũ ciuile, vult (ni fallor) dicere criminale, ſequitur Hier. Iauar. *in addit.* ad Cla. *in pract. §. fi. q. 1. in vltima additione. verſ. Item ſi pœnæ pars.* poſt Alc. in loco per eum relato, à cuius opinione dicit non eſſe recedendum, quamuis Dec. *in c. 1. poſt nume. 14. de probat.* contrarium dixerit.

Et in propoſito ſcias, quòd quando pœna venit applicãda partim Fiſco, & partim parti offenſæ, tunc tota pœna debet venire ad manus fiſci, & ex illius manu pars offenſa debet habere partem ſuam, ſecundũ Bar. *in l. Senatus cenſuit. §. Senatus, nume. 2. & ſeq. ff. de iure fiſci*, ponens exemplum in ſtatutis Italiæ volentibus, accuſatorem habere medietatem pœnæ; dicitq; totam pœnam Camerario communis ſolui debere; & poſtea Camerarius accuſatori dat ſuam dimidiam: & quod propterea Iudex debet condemnare delinquentem, ad ſoluendum totam pœnam ipſi Camerario, cuius medietas ſit communis, & alia medietas accuſatoris. Refert & ſequitur Mattheſ. *ſing. 70. incip. Nota quod ſi ſtatutum.* Vbi loquitur non ſolum quando vna pars pœnæ applicetur fiſco, & alia accuſatori; ſed ẽt ſi vna pars applicetur fiſco, & alia parti offenſæ. Marãt. *de ordine iudicior. p. 4. in prin. diſtinct. 1. nu. 74.* Vbi pariter quod in iſto iudicio mixto agens non debet concludere in libello, qđ pœna applicetur pro parte ſibi & pro parte fiſco, diuidenda cũ ipſo, ex Aret. quẽ allegat *in §. pœnales, col. 4. in fine verſ. vnum tamen. inſtit. de actio.* Gabr. Saraynus *in addit.* Mattheſ. *ſing. 70. col. 4. verſ. & in quantum.*

In ſecundo vero caſu, quãdo, ſcilicet inſimul agitur ciuiliter ad commodum partis & intereſſe priuatum, ac etiam criminaliter ad intereſſe publicum & publicam vindictam, vna fuit opinio, quod hæc cauſa dicatur mixta, ſecundum Anto. de Butr. *in rub. de iud. col. 1. poſt med. verſ. cauſa mixta.* Abb. *ibidem poſt nu. 5. verſi. cauſa mixta.* Vbi refert Ant. de Butr. in loco præcitato. Dec. *num. 52. verſ. & cauſa mixta. in 2. lect.* Veſtr. *in pract. lib. 3. c. 2. nu. 2. verſ. mixtum &c.* Grã. *conſ. 136. nu. 9. lib. 2.*

Contrarium, quod quando ſcilicet agitur ad vindictam publicam, vt puta, vt fur puniatur, & etiam ad reſtitutionem rerum ablatarum ipſi accuſatori, cauſa dicatur criminalis, videř de mente Rip. *in rub. extra de iud. nu. 97.* Clar. *in pract. §. fi. q. 1. verſi. Tertius eſt caſus.* Vbi reputat abſurdum dicere, quod iſto caſu cauſa dicatur mixta, & non criminalis: & quod ſemper vidit ſeruari, eam fuiſſe reputatam criminalem, quo ad receptionẽ appellationis, prout in criminalibus reijcitur, quicquid dixerit Boſſ. in loco præcitato.

In hac contrarietate non diſplicet diſtinctio Boſſ. *in tit. de appellat. nume. 9.* Et quam hic tenet cõſultor, quod ſcilicet, ſi fiſco aliquid veniat applicandum, &c. nõ principaliter, ſed in conſequẽtiam eius, quod principaliter parti applicatur, & debetur, etiam tunc tota cauſa videtur ciuilis, & non criminalis; & ècontra, ſi intereſſe partis, id, quod parti applicatur, venit in conſequentiam eius, quod principaliter fiſco debetur, & applicatur; & tunc cauſa tota reputetur criminalis, non aũt ciuilis, per regulam, quod in mixtis denominatio fieri debeat à potẽtiori, & ab eo quod principaliter agitur, non autem in conſequentiam. *l. mixtum. §. qui furtum. ff. de furt.* cum alijs ibi per eum allegatis, & Boſ. refert, & ſequitur Hier. Giacar. *in addit.* ad Clar. *q. 1. littera B. in princ.*

d *Vigore contumaciæ.* Et ita apud nos ſeruatur, quia quandocunque Reus poſt condemnationẽ compareat ſponte, ſiue etiam captus, admittatur à ſanctiſſimo ad nouas defenſiones faciendas, nõ auditur, niſi refectis expenſis contumacialibus, quæ reſtituuntur inſtigatori, ſi inſtigator illas fecit; ſi verò inſtigator non adfuit, vel ſi adfuit, nihil expendit, applicantur fiſco, ſic etiam volẽre, ſi bene memini, Conſtitutione Pij IV. Quamuis tempore, quo in tribunali Illuſtriſſimi D. A. C. inſeruiebam Dom. meo Farinac. pro eius agente in criminalibus, Procurator Fiſcalis male etiam prætenderet expenſas ab inſtigatore factas.

e *Ad appellandum.* Iam ſupra littera A. allegaui D. meum Farinacium *in pract. crim. p. 1. tit. de inq. q. 11. nu. 49. & par. 2. tit. de var. ac diuerſ. quæſtion. q. 99. num. 175. & ſeqq. & q. 101. nu. 23. & ſeqq.* Quibus in locis ad ſaturitatem explicat, an, quando, & quomodo criminalibus poſſit quis pro altero abſente, vel præſente appellare.

f *Ex ipſius vultu.* Et hinc eſt, quod inquiſitus abſens, & citatus tenetur ſemper perſonaliter cõparere, quando Iudex dicit ſe velle præſentiam Rei, ad effectũ illum examinandi, & videndi, quo vultu, quo colore, & qua trepidatione reſpõdeat, fuit opinio Bar. *in l. ſeruum quoque. §. publicè, num. 6. ff. de procurat.* reprobata opinione Iac. Butrig. credentis poſſe adhoc dari remedium, vt ſcilicet conſtituatur Procurator ſpecialiter ad ſic reſpondendum. Non enim remedium (inquit ibi Bart.) eſt inane, quia vultus, color, & trepidatio nõ colliguntur ex reſponſionibus Procuratoris, ſed rei principalis; Addo ego quod cum hodie interrogationes ſint diuerſæ, nunquam poteſt formari mandatum ad ſic reſpondendum interrogationibus iudicis, cum illas nemo poſſit diuinare. Alb. *in d. §. publicè. poſt nu. 25. verſ. Item fallit dicta regula.* Ful. *ibidem nu. 11. verſ. verum quia, & nu. 12. & num. 15.*

nu.15.verſ.Itē eſt altera ratio,& ſeq. Pau. de Caſt. num.13.vbi propterea, quod Iudices citant reum ad perſonaliter comparendum,& informandum Curiam,& quod ita ſeruat totus mundus. Et niſi hoc fieret, nunq̃ daretur aliqua ſententia contra abſentes in criminalibus, quoniam ſemper mitteret Procuratorem, qui cum ſuis cauillationibus illam impediret. Alber.in l.pen. §.ad crimen. nu.18.ff.de pub.iudic. Cyn.in l.Reos.nu.10.C.de accuſat. Vbi teſtatur, quod ita dicunt Doctores, & loquitur etiam in cauſis pecuniarijs; Idque dixit notandum aduerſus malitiam Aduocatorum,& delinquentium, ne a Procuratoribus & Aduocatis deludantur. Alber.in d.l.Reos.num.6.verſi. excipiuntur tamen, & nu. 11.ad finem.verſ.cauti tamen iudicis. Ang.poſt num.5. Aret.in c.veniens.nu.62.in fine, verſ.Et ideo reiectis iſtis rationibus,& num.63. extra de accuſat. Et ibi Marian. Socin.nu.62. Vbi refert ex hoc facile eſſe,iudici, non admittere procuratorem in caſibus, & cauſis, in quibus de iure non eſſet admittendus, & num. 135. verſic. & pro hac ſententia. Gand.in tit.vtrum Procurator,&c. nume.13.& 14. Vbi præſertim quando ſumus in caſu,in quo poteſt contra abſentem procedi. Aug. ad Ang.de malef.in verbo, Qui D.Iudex videns &c. nume.21.22.& 23. Vbi relatis hinc inde contrarijs opinionibus,& argumentis,hanc amplecti videtur ſententiam, ſaltem ſi cōtra inquiſitum aliqua præcedāt inditia, Cæpoll.conſi.crimin.46.ſub nume. 1. quod ita ſeruat communis practica, & conſi.52.nume.4. Marſil. in pract.§. ſequitur. nume. 7. Blanc.in pract.crimin.§.verum quia.num.42. fol. mihi 18. Cyrill.in ſumma crimin.rubr.10.de procurat.§.1.nume.1.fol.mihi 50.colum.4.poſt med.verſi. ſed ſi Iudex. Boſ.in tit. An in criminali iudic.num.2. Clar.in pract.§.fina.q.32.nume.11.verſicu. hac autem concluſio. ante finem. Ibi, & in omnem caſum. vbi propterea dixit, quod quando in Monitorio vocatur reus ad perſonaliter comparendum, nō eſt tractandum, an poſſit admitti Procurator vel excuſator; ſed neceſſe eſt, quod ipſi Reus principalis perſonaliter compareat, ex Ruyn. quem allegat in conſi.118.nume.5. Relati per Gabriel.libr. 7.concluſ.9. nume. 21. in. 11.ampliatione. Menoch. de arbitrar.quæſt.lib.1.q.80.nu.97.verſic.hic autem caſus. Monticell.reg.crimin.13.num.56. Bonacoſſ. in commun.opin.crim.par.1. verbo Procurator. il primo, fol.138.col.4.in fine.verſic.Sed cauti iudices. vbi
* de communi. Vant.in tit. de nullitate ex defect. inhabilit.& mandat.num.176.ante finem. And. Gail. de pace public.lib.1.cap.10.num.3. & ſeqq. Vbi allegat Sigiſmund.Scac.in tract.de iudic.cauſ. ciuil.& crim.c.101.num.44.verſic. Declara tamen. fol. 245. col.2.poſt med. Vbi propterea ex Ruyn.& Clar. in locis præcitatis, aduertit cautelam inuentam, vt in qualibet cauſa ēt pecuniaria moneatur Reus ad perſonaliter comparendum; Tunc enim (inquit ipſe) non auditur per Procuratorem etiam, quod non agatur de pœna capitali. Baiard. ad Clar.q. 32.nume.10. in fine,& ſeq. vbi quod ita ſeruat practica,& num.16.& extat pro hac limitatione plena deciſ.Capyc. 143. per totam, quam omnino videas. Ant. Scapp.de iure non ſcript. lib.3.c.42. vbi quod ita ſeruatur per totam Italiam.

Et quamuis contrarium, quod imò iſto caſu etiam procurator ſit admittendus, habens tamē ſpecificum mandatum ad ſic,& ſic reſpondendū, voluerit Iacob. Butrig. prout eum referendo ſequuti ſunt Imol. in l.penult.§.ad crimen.colum.fin. verſi.ſed pro complemento.ff.de publ. iud. Salyc. in l. Reos.col.fi.num.21. C. de accuſatio. Relati per Gabr.lib.7.concluſ.9.nume.21.verſic. Contrarium, &c.

In conſulendo tamen, & iudicando durum eſſet à propoſita ſublimitatione recedere, quæ abſque dubio,& magis procedet, quando Iudex cōtra reum exiſtimaret vigore indiciorum contra ipſum laborantium, deueniendum eſſe ad torturam, quia tunc tanto minus admittendus eſſet Procurator, ſecundum Adden.ad Bart.in d.§.publicè.littera A. in princip. Gandin. in d.rubr. vtrum Procurator,&c.poſt num.14. Ang.de malef.in verbo, Qui D.Iudex.num.17.ante med. verſic. Ego eram ſolitus; Vbi ſe ita aliàs hac cautela vſum fuiſſet, teſtatur, eamque dicit menti tenendum; tum quia in practica faciet honorem; tum etiam, quia iſto modo Iudex nunquam poteſt decipi. Auguſt.de Arimino ibidem nume. 22.& 23. Cæpoll.conſilio crim.52.poſt nume.6. Capyc. deciſ.143.in fine. Vbi quod iſto caſu, nec etiam admittitur defenſor.

Verum prædictam concluſionem declara quatuor notabilibus modis, quos optimè congeſſit Dom.meus Farinac. in ſua pract. crimin. par. 2. in tit.de var.ac diuerſ.quæſt.q.99.nu.249.& ſeqq. vſq; ad nu.256.

g In ſubſidium. Controuerſa eſt apud Doctores quæſtio, an in criminalibus admittatur Procurator, quando pœna poteſt eſſe corporalis in defectum pecuniariæ. Nam quod tunc admittatur, voluerunt Alber.in l.ſeruum quoque.§.publicè. nu. 20.poſt med.verſi.ſi enim ſtatutum;ff.de Procurat.& ibi etiam Fulgoſ.num.25.verſi.ſed ſi ſtatutum, vbi tamen dubitatiuè loquitur. idem Alber.in l. reos. nu.10.& ſeq.C.de accuſat. vbi benè comprobat,& reſpondet contrarijs. Anan.in c.veniens.num. 17. in fine.extra de accuſ. Bened. de Barz. conſ. crimin.
* diuerſ.q.1.nume.1.& ſeq.lib.1. Clar.in pract.§.fina. quæſt.32.nu.9.verſ.vlterius quæro. vbi de communi, ex Marian. Imol.& Rub.in locis præcitatis. Bonacoſſ.in commun.opinio.crim.par.1.verbo, Procurator, il primo, fol.mihi 138.col.3.in fine, verſ.Idem eſt
* ſi ſtatutum, &c. Vbi de communi. Moron. de fide treg.& pace.q.22.nu.4.& ſeqq. Vbi de pluribus rationibus hanc limitationem comprobat.

Contra, q̄ imò, nec iſto caſu admittatur Procurator, faciunt deducta per eundem Alber. in d. §.publicè eodem nu.20.poſt med.verſ.Cynus aūt.innuēto verſi.ex quib.etiā patet,& voluerunt Ang. in d. §.publicè.col.fi.poſt princ.verſ.& habet locū. Pau. in l. 2.nu.17.ff.de publ.iud. vbi arguit pro & contra. Et poſtea in hac contraria opinione reſidere videtur. Angel.in l.penult.§.ad crimen.num.8.ff. de pub. iudic. vbi quod ita ſeruatur de conſuetudine, & ibi etiam Benedic.de Plumbin.nume. 46. & Rub. Alexandrin.num.196.verſi. quartus caſus, vbi dixit, quod cum opinione Barto.in loco præcitato tranſeunt cæteri ſcribentes. Cyn. in l.reos.num.5.

in fine,

in fine, verſ. ſi autem in ſtatuto. C. de accuſ. Et ibi etiã Aug. nu. 2. in fine, col. 3. in princ. verſic. idem dico. refert Bar. in d. l. 2. Salycet. in d. l. reos. col. penul. num. 20. verſic. ſecundo caſu, & col. fi. verſ. quando autem. Card. Zabar. in c. veniens. nu. 10. verſ. quid ſi imponitur pecuniaria pœna. extra de accuſat. & ibi etiam Ant. de But. nu. 15. Marian. nu. 74. & ſeq. vſque & poſt nu. 78. Vbi licet multa effundat verba in hac materia; hanc tamen videtur tenere opinionem, vt præcipuè ibid. nu. 75. ante medium verſic. deinde ſubdit ea. Bal. quem allegat, & dicto num. 75. poſt medium verſic. ſed Ioannes de Imol. &c. & Imol. quem pariter allegat, & nu. 77. verſ. quandoque vero, & nu. 78. Vbi ampliat, ſiue reus re vera non ſit ſoluendo, ſiue etiam ſit ſoluendo, & nolit ſoluere; vtroque enim caſu affirmat, non eſſe audiendum per Procurarorem. Fely. in c. meminimus. num. 18. verſic. item adde, quod vbi pœna corporalis, extra de accuſ. Bartholom. de Valmarin. conſi. crimin. diuerſor. 69. nu. 42. lib. 1. Petras. ſing. 63. numero 2. & 3. Vbi licet referat hincinde contraria, concludere tamen videtur pro hac parte negatiua. Blanch. in pract. crimin. §. verum. quia. numero 108. in fine, verſic. quarto quando fol. mihi 28. a tergo. Cytil. in ſumma crimina. rubr. 10. de procurat. numero 1. verſi. ſed ſi ſtatutum addendo diceret. folio mihi 50. colum. 3. ante medium. Gabr. libro ſeptimo, concluſio. 9. num. 13. & ſeq. in octaua ampliatione. Vbi alijs relatis, dixit ita Doctores communiter tenere. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 1. quæſtio. 80. num. 17. & ſeqq. Vbi bene comprobat hanc opinionem. Brunor. à Sole in ſuo compend. iur. &c. verbo, Procurator in criminalibus. verſic. non tamen. folio 163. in fine. Ex quibus ſine dubio propoſitam ampliationem non eſſe communiter receptam, & hanc contrariam opinionem magis communiter approbatam eſſe, dici poteſt.

In hac contrarietate reperio Doctores diſtinguentes, quod prima opinio indubitanter procedat, quando pęna corporalis ſuccedit loco pecuniariæ; & ſic quando augumẽtatio pœnæ venit, non virtute eiuſdem, ſeu diuerſæ legis, ſed ex iudicis officio, & ex ſola iuris diſpoſitione, volente, quòd qui non habet in bonis, luat in corpus (de quo alibi diximus.) Tunc enim bene admittatur Procurator, ſecundum Bar. in l. 2. nu. 4. ff. de publ. iudic. Fulgoſ. in l. ſeruum quoque. §. publicè. nu. 25. verſi. vna eſt tamen mihi dubitatio. ff. de procurat. Imol. in l. pen. §. ad crimen. col. 14. nu. 20. in prin. verſic. ſed tamen conſiderato. ff. de publ. iud. & ibi etiam Rub. Alexandr. nu. 179. verſ. nec conſideratur. vbi quod hæc eſt communis omnium opinio. & nu. 181. & ſeq. vbi reſpondet contrariç opinioni. Salyc. in l. reos. nu. 20. verſ. primo caſu. C. de accuſ. Marian. Soci. in cap. veniens. num. 50. verſ. Nec conſideratur, & nu. 51. & ſeq. vbi proponuntut contraria, & illis reſponderut, et nu. 75. ante med. verſ. aut talis pœna corporalis. Petras. ſing. 63. num. 3. ad med. verſ. aut pœna corporalis. Maran. de ord. iudicior. par. 4. in prin. diſt. 1. nu. 38. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 1. q. 80. nu. 103. & ſeq.

Secunda autem opinio procedat, quando corporalis ſuccedit loco pecuniariæ, & pœnæ augumentatio non venit ex ſolo iudicis officio, aut iuris diſpoſitione generali, ſed ex ſpeciali diſpoſitione eiuſdem, aut diuerſę legis; tunc. n. Procurator non admittitur, ſecundum eundem Bart. in l. 2. nu. 4. ff. de publ. iudic. Vbi etiam ponit, qñ pœnæ augumentatio dicatur fieri virtute eiuſdem, aut alterius legis, & quando ex iudicis officio, & dicta Bart. in d. l. 2. bene examinat Rub. Alexandr. in l. penul. §. ad crimen. in num. 189. & ſeq. ff. de publ. iudic. Et vide etiam ad propoſitum huius ſublimitationis. Bal. in l. Reos. nu. 9. C. de accuſ. Vbi ſubtiliter & magiſtraliter loquitur Marian. in cap. veniens nu. 75. verſ. Bartolus vero, &c. iuncto verſi. ſed Io. de Imol. &c. extra de accuſ. vbi in hoc relata Bat. prædicta diſtinctione, refert poſtea Io. de Imol. in l. 2. ff. de publ. iud. dicentem, quod eadem Bar. diſtinctio imponit legem potius verbis quã rebus; & propterea ipſe credit indiſtinctè, Procuratorẽ non eſſe admittendum, cum ad iudicandum crimen capitale, ſatis ſit, quod inſpecta ordinata diſpoſitione legis, ſeu ſtatuti, poſſibile ſit, pęnã capitalem aliquo caſu imponi poſſe. Addo ad prędictam diſtinct. Gab. lib. 7. concl. 9. nu. 18.

Hæc diſtinctio in ſe eſt veriſſima; ſed per eius ſecundam partem omnino confirmatur propoſita ſecunda cootratia opinio.

Ideo ſuccedit alia diſtinctio Doctorum, qui dixerunt primam opinionem procedere, quãdo pęna pecuniaria principaliter eſt in obligatione, & condemnatione, prout eſt, quando ſtatutum mandat pro aliquo delicto ſolui pœnam pecuniariam; & ſi eam reus non ſoluat, incurrat corporalem; tunc enim poſſet forſan admitti Procurator; ſecunda autem opinio procedat, quando pęna corporalis eſt in obligatione, & condemnatione. vtputa quia ſtatutum imponat pęnã corporalem a principio, licet velit eam poſſe redimi ſoluendo pecuniariam infra tantum tempus; hoc enim caſu non admittitur Procurator, ſecundum Albe. in l. ſeruum quoque. §. publicè. nu. 20. poſt med. verſ. ſi enim ſtatutum. ff. de procur. Imo. in l. penul. §. ad crimen. poſt num. 20. col. 15. ad med. uer. quid autem ſi mixti. iuncto verſ. interdum vero. ff. de publ. iudic. Rub. Alexandr. in d. §. ad crimen. num. 196. verſ. tertius caſus eſt, vbi ſequitut ſecundum caput diſtinctionis præfatæ, Bald. in l. reos. nu. 10. C. de accuſ. Vbi facit eandem diſtinctionem, licet per diuerſa verba, videlicet, quod ſi ſtatutum incipit a præcedenti impoſitione pęnæ pecuniarię, & in illius defectum ſubrogat corporalem, tunc talis poena reputatur pecuniaria, & admittitur Procurator; ſi vero ſtatutum incipit ab impoſitione pœnæ corporalis, & dat facultatem illam redimendi cum pecuoia; & tunc pęna reputatur corporalis, & Procurator non admittitur. Gand. in tit. utrum Procurator, &c. nu. 17. in fi. verſ. ſi autẽ ſtatutum dicat. Clar. in pract. §. fin. q. 32. nu. 7. verſ. dictum eſt, ad finem. Ibi, ſi vero ſtatutum imponat pœnam mortis, &c. Monticel. reg. 13. nu. 8.

Et quidem ſecunda pars huius diſtinctionis communiter, vt vides, a Doctoribus recepta eſt, quamuis Alberic. in l. reos. numero 10. & ſeqq. C. de accuſat. conetur tenere ac defendere. quod ad-

mittatur Procurator, etiam quod pęna corporalis ſit in obligatione, & condemnatione, dixitq; hanc opinionem fuiſſe Vgolini della Fontana, a qua nec diſſentire videtur, ſaltem dato fideiuſſore, de ſoluendo pęnam pecuniariam, Blanch. *in pract. crim. §. verum quia. nu. 110. verſ. aduerte quod. & ſeq. fol. mihi* 29.

Imo contra primam partem diſtinctionis pręd ictę, & quod nec etiam admitratur Procurator, quando pęna pecuniaria principaliter eſt in obligatione, & condemnatione, tenent communiter omnes Doctores.

Quare ſubintrar alia opinio Maria. Socin. *in cap. veniens. num. 77. in fine. extra de accuſat.* dum dixit, quod iſto caſu porerit admirri Procurator ſub conditione, vt haberur pro non admiſſo, quatenus pœna corporali locus fuerit. Verum Marian. ſic dicentem, reprobat Rub. Alexandr. *in l. penult. §. ad crimen. numero 196. in fine. ff. de publ. iudic.*

Vnde ex præmiſſis colligitur, quod quando pœna corporalis ſuccedit loco pecuniariæ, non ex generali diſpoſitione iuris communis, volentis, quod nõ habens in bonis, luat in corpus; ſed ex aliqua ſpeciali lege, ſtaturo, ſeu conſtitutione, ſic expreſsè in aliquo delicto ſtatuente, Procuratore pro abſente citato non admittitur, nec ſimpliciter, nec ſub conditione; & ſiue pœna corporalis ſit in obligatione, & condemnatione, ſiue etiam pœna pecuniaria.

Sed an iſto caſu admittitur Procurator, dato fideiuſſore de ſoluendo pœnam pecuniariam in caſu ſuccumbentiæ; dic, quod ſic, ſecundum Marian. Socin. *in c. veniens. num. 75. in fine.* Et larius defendit Blanc. *in pract. crim. §. verum quia. num. 109. & omnib. ſeq. fol. mihi 28. in fine. & ſeq.* Clar. *in pract. §. fin. q. 32. num. 9. ſub verſ. vlterius quæro.* vbi dixit, quod ſi reus accuſarus ſit nororiè ſoluendo, non indiger fideiuſſore; ſi vero non ſit idoneus, ſufficir fideiuſſio. Er ita ſeruari reſtatur Blanc. *in loco præcitato.* refert & ſequirur Bonacoſ.
* *in commun. opin. crimin. parte prima, verbo Procurator. il primo, folio mihi 138. columna quarta, in princ. verſ. fallit, vt ibi.*

Conrrarium, quod ad effectũ admittendi Procuratorem, iſto caſu non ſufficiat ſola fideiuſſionis præſtario; immo nec eriam depoſitum, cum poſſit eſſe, quod pecunia perirer, vel fideiuſſor efficeretur non ſoluendo; ſed ſit neceſſaria ſolurio realis ſub conditione, quod in delicti cauſam, & fiſci vtilitarem conuertatur, ſi Reus fuerit condemnatus, voluerunt Bar. *in l. 1. de cuſto. reor.* quẽ in propoſito referr, & ſequirur Imol. *in l. penul. §. ad crimen. nu. 20. poſt medium. colum. 15. in fine. verſic. remedium ergo. ff. de public. iudic.* & Rub. Alexandrin. *num. 169. ad finem.* Vbi pariter dicit ſibi non placere ſolam cautelam fideiuſſionis propter dictæ fideiuſſionis fragilitatem. Angel. *in l. reos. nu. 2. in fine, col. 3. in princ. C. de accuſat.* Salyc. *ibidem num. 20. ad finem. verſic. conſilium tamen.* Marian. Socin. *in cap. veniens. numero 76. de accuſat.* Vbi refert & defendit hanc Batt. opinionem. Petras. *ſingul. 63. incip. ferè per totam Italiam. numero 2. verſ. ſed contra reum.* Vbi quod iſto caſu Reus nõ admittitur dando fideiuſſiones, vel fatendo depoſitum. Boſſ. *in tit. An in criminali iudicio. ſub nu. 5.* Vbi refert & ſequitur Bar. *in loco præcitato.* Gabr. *libro 7. concluſio. 9. num. 16.* Menoch. *de arbitrar. qu. eſt. lib. 1. q. 80. nu. 22.*

h *Proſequi appellationem.* Opinionem conſultoris veriorem credidit Bald. *in l. addictos. nu. 5. C. de Epiſcopali audientia.* in qua tanquam vltimo loco per eum relata, reſidere etiam videtur Alexan. ad Bar. *in l. non tantum, littera A. in fine. verſ. Et in materia, &c. ff. de appellat.*

Verum quod imò pro condemnato quiſque etiam admittatur ſine mandato, nõ ſolum ad appellandum, ſed etiam ad proſequendum appellationem, fuit opinio Guliel. de Cun. *in l. eos. C. de appell.* quem ſequuti ſunt Imol. *in l. notandum. col. 2. verſi. Bal. tamen. ff. de appel.* Vbi propterea reprobat Bal. contrarium tenentem in loco pręcitato, & etiam reſponder rationibus in contrarium adductis per Innocen. in loco per eum relato. Ang. de malef. *in verbo, præſente d. Caio. nu. 5. & ibi Auguſtin. in addit. nu. 6.* Vbi relatis contrarijs hanc partem dicit ſe credere veram.

i *Citari deberet.* Certiſſimi iuris eſt, & ita etiam in pract. paſſim ſeruatur, quod quando ſententia in contumaciam lata, eſt nulla, proprer non ſeruatos iuris ſtilos, aut ſtatuti terminos ſeruari ſolitos, & præſertim citationum, tunc nullo pacto tractandum eſt de illius exequutione. Et hæc cõcluſio ſeruatur etiam in Tribunali Gubernatoris Vrbis, quamuis vigore Bullæ Leonis Decimi contra ſententias dicti Tribunalis non poſſit dari de earũ nullitate, prout fuit reſolurum in Rota in vna Romana ſecretariatus coram R. P. D. Seraphino, tunc 17. Februarij, 1592. Nec iſto caſu poteſt vrbis Gubernator conqueri, quod eius facultates deprimanrur. Nã prout conſultor bene probat infra nu. 103. quamuis ſit prohibitum dicere de nullirate, non tamen cenſetur prohibitum allegare nullitatem, quæ euidenter ex actis colligitur, prout eſt, quando defectus ſtat in obſeruatione terminorum in citationibus, & earũ exequutione, aut quid ſimile.

K *De nullitate.* Iudex appellationis, quod poſſit cauſam nulliraris cognoſcere, etiam quod in libello appellationis non fuerit aliquid dictum de nullitate, voluerunt Bart. & alij *in l. ſi expreſſim. ff. de appellat.* Ror. *de lit. conteſtat. deciſio. 5. alias 340. numero 4. verſic. Immo ſecundum eum eſt tanta connexitas, in nouis. & in tit. de re iudic. deciſ. 29. alias 434. numero 4. in antiquis.* Maranta *in Speculo in forma appellationis a ſententia diffinitiua in gl. fuiſſe, & eſſe nullam. numero 2.* Franc. *in cap. dilecto. numero 71. de appellat.* Vant. *in tit. de nullit. ex defect. Proceſſ. numero octauo, & in titu. qualiter ſentent. & Proceſſ. numero ſexageſimooctauo.* Pract. Capitolin. *in titu. de cauſ. nullita. numero trigeſimonono, & numero trigeſimoſecundo.* Vbi limirat hoc non procedere in appellatione ab interloquutoria, quæ non deuoluit cauſam nullitatis, vt ibi per eum.

Sic &ècontra, quod Iudex nullitatis, & corã

quo

quo fuit datus libellus nullitatis, non deducta aliqua appellatione, poſſit de meritis cauſæ cognoſcere, voluerunt Salycet. *in l. ſi præſes. colum. penult. numero 6. verſicu. quæro aliquis ſententiam. C. quomodo & quando Iudex.* vbi declarat & diſtinguit Maran. *in dicta gloſ. ſuiſſe & eſſe nullam. eodem numero octauo.* Felyn. *in ſuo repertorio. in verſic. nullitas ſententiæ quis eſt competens.* Vbi cum Salyceto in loco præcitato, declarat, hoc procedere in Iudice ordinario; ſecus in delegato. Vāt. *in titu. coram quo poſsit, numero 12. & in titu. quot & quibus modis. numero 110. & pluribus ſequentib.* Pract. Capitol. *in titu. de cauſ. nullita. numero 22.* Vbi diſtinguit.

l *De nullitate.* Quia in hoc conſilio, & in ſequenti agitur præcipuè de procuratore in criminalibus admittendo, ad docendum de nullitate ſententiæ & proceſſus; & quia etiam articulus iſte de iure eſt controuerſus (dixi autem de iure, quia vigore Conſtitutionum Apoſtolicarum, res eſt expedita, quod nec etiam ad allegandum prętenſam nullitatem ſententiæ Procurator aut defenſor admittitur) Iccirco pro opinione affirmatiua, quod ſcilicet admittatur comparens poſt ſententiam latam ad opponendum de illius nullitate, etiam quod cauſa ſit capitalis, ſed nullitas proponatur ac diſputetur ſeparatim a crimine, ita vt non tangat merita cauſę, voluerunt Benedict. de Plumbin. *in l. penult. §. ad crimen. numero 59. ff. de publ. iudic.* & ibi etiam Rub. Alexandrin. *numero 94.* Aret. *in cap. veniens. numero 79. extra de accuſat.* Marian. Socin. *ibidem, numero* 288. Vbi hanc limitationem ampliat, non ſolum ſi de nullitate ſententiæ agatur principaliter, ſed etiam ſi agatur acceſſoriè per viam appellationis. Auguſ. ad Angel. de malefic. *in verbo, Qui Dom. Iudex videns, &c. numero 19. in fine.* Marſil. *in pract. §. ſequitur. numero 6.* Nouell. *poſt tract. ad defenſ. in ſeptima fallen. folio mihi 174.* Pract. Conrad. *rubr. de comparit. inquiſit. 6. in decimanona limitatione folio 263.* Gabriel. *libro ſeptimo, concluſione nona, numero 75. & ſeq. in 17. limitat.* Hiero. Magon. *deciſio. Lucen. 22. numero 17.* vbi alios refert concordantes, & ampliat etiam, ſtante ſtatuto prohibente in criminalibus defenſores audiri, reo in carceribus non conſtituto.

Contrarium tenuit Afflict. *in 2. parte conſtitutio. Regni. rubr. 3. numero 27. in fine,* vbi teſtatur ſe vidiſſe pronunciari aliquas ſententias criminales nullas, puta, quia eſſent latæ contra Clericū vel per errorem; dummodo tamen talis nullitas allegetur per ipſummet poſſibilem, & non per aliquem ſuum Procuratorem, vel coniunctam perſonam. & Afflict. ſic dicentem refert, & ſequitur Clar. *in pract. §. fina. quæſt. 32. numero 20. verſ. quæro, an in cauſa nullitatis.* Vbi amplius teſtatur apud eum ſeruari, vt nullus admittatur ad dicendum de nullitate, niſi ſe perſonaliter conſtituat, quando non vult demonſtrare nullitatem, ex ipſiſmet actis reſultantem, ſed per alias extrinſecas probationes, & Clari opinionem, & declarationem ſequitur Menoch. *de arbitrar. quæſtio. lib. primo, quæſt. 80. numero 81. & numero 82. verſic. vel etiam poteſt intelligi.* Quod & idem voluit Foller. *in pract. criminal. in verbo, captis for indiciatis, numero 3.* ſequitur Cartar. *de exequut. ſentent. cap. 3. numero 12.*

m *Fieri deberet.* Regula eſt, quod ſententia nulla confirmari poteſt, non obſtante nullitate, quando conſtat de bono iure in negocio principali. Verum iſta regula plures habet ampliationes pluresque patitur declarationes, & limitationes, de quibus lectorem remitto ad ea, quæ poſt alios, quos allegant, antiquiores, nouiſſimè ſcripta reliquerunt Alexand. *conſilio 111. libro quinto.* Aymon *conſilio 270. numero quarto, & in fine.* Roland. *conſilio 41. numero 17. & ſeqq. & numero 39. & ſeqq. libro 1.* Veſtr. *in pract. libro ſecundo, cap. 1. numero 15.* Vant. *in tractat. de nullit. tit. qualiter ſentent. & proceſſ. numero 26. & 129.* Virg. Boccac. *in conſtitut. Marchia. gloſ. 4. numero 71.* Paul. Granut. *theorem. 17. per totum. Borgnin. deciſio. 25. numero 8. & ſeqq. parte prima.* Lancellot. *de attentat. cap. 20. in 17. ampliatione, numero 3.* Et inter alias declarationes illa eſt præcipuè (quæ videtur quodammodo regulam deſtruere) vt ſcilicet eadē regula non procedat, quando pars principaliter nullitatem intentaret ante petita in cōfirmationem, quia tunc ſententia non poteſt cōfirmari, etiam quod conſtet de bono iure in negocio principali. Bartol. *in l. cum quærebatur. numero quarto, & quinto. ff. de re iudic. & in l. ſi vt proponis. numero ſexto. C. quomodo & quando iudex.* Imol. *in d. l. ſi expreſſim. numero 14. verſic. credo tamen. et verſic. puto etiam. ff. de appellat.* Franc. *in cap. dilecto. numero 25. extra eodem.* Put. *deciſio. 72. numero 3. libro 3.* Aymon *conſilio 270. in fine.* Veſtr. *in pract. libro 8. cap. 1. numero 15. folio mihi 236.* Rota *diuerſ. 1301. parte tertia.* Cæſar. de Graſſ. *deciſi. 9. numero 12. titu. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Gabriel. *conſilio 28. numero 1. libro 2.* Paul. Granut. *d. theorem. 17. in princip. iuncto numero 20. & ſeq.* Vbi declarat. Borgnin. *d. deciſio. 25. numero 8. & numero 10. in fine, parte prima.* Vbi quod ita iudicauit Rota Florentina, & etiam voluit Rota coram Illuſtriſſimo D. Platta in vna Vercellen. Spolij, Lunæ 5. Maij 1586.

Fam. Cent. V. I. D. *Galeſ.*

ARGVMENTVM.

Tractatur materia pręcedentis conſilij, & pręcipuè ponuntur decem nullitates Inquiſitionis contra abſentem formatę, ex quibus facile vnuſquiſque Inquiſitionis validitatem, aut nullitatem conijcere poterit. Et eſt Reſponſio ad dictum pręcedens conſilium.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

Forma procedendi contra abſentes de crimine imputatos ſecundum ius commune.nu.1.

Contumacia ſola non ſufficit ad condemnandum.nu.2.

Sententia lata in contumaciam nunquam tranſit in iudicatum ſub nu.3.

Sententia potius præſumitur lata ex contumacia quàm ex delicto.nu.3.& ibi in addit.littera A.

Sententia contumacialis non ſeruatis terminis ſeruari ſolitis & præſertim citationibus eſt nulla.nu.3.

Omnia noſtra facimus, quibus noſtram impartimur auctoritatem.nu.6.

Abſentes de iure communi non poſſunt diffinitiuè condemnari, niſi in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, aut humanæ. nu.9.

Stilus, & conſuetudo reprobatus a ſtatuto, ſeruandus non eſt. nu.10.& nu.65.& ſeq.vbi etiam, quod quando ſtatutũ improbat aliquem ſtilum, cẽſetur improbaſſe non ſolum ſtilum præteritum, ſed etiam futurum.

Stilus formiter probandus eſt, & non per ſubſcriptiones Notariorum.nu.11.

Stilus non vniformis, ſed vario modo ſeruatus, attendendus nõ eſt.nu.12.in fine.

Contumax ſine indicijs extrinſecis condemnari non poteſt.nu. 13.& 14.

Inquiſitio debet continere locum, & tempus commiſsi delicti, alias in contumaciam quis non poteſt haberi pro confeſſo.nu.15.& nu.38.

Citatio debet continere terminum competentem ad comparendum, alias non arctat citatum ad comparendum.nu.16. & nu.45.

Lex, ſeu ſtatutum non poteſt præcipere impoſsibilia. nu. 16. in fine.

Stilus quando dicatur reſpicere ordinatoria iudicij, vel potius deciſoria.nu.19.

Citatio nulla quando conualidetur per ſcientiam citati, & per illius comparitionem.nu.20.& 21.

Litteræ ſubſidiales quando denegantur a iudice requiſito, quomodo ſit procedendum.nu.22.

Stilus auferens defenſionem reorum, non eſt ſeruandus, numero 23.

Dies termini non computatur in terminis, nu.25.

Nuntij relatio in citatione debet continere diem exequutionis factæ.nu.25.

Termino vnius citationis pendente, non debet inculcari alteri citatio.nu.26.

Procurator in criminalibus pro abſente citato admittitur ad docendum de nullitate ſententiæ, & quare. numero 28. præſertim quando nullitas allegata eſt notoria.nu.29.et nu.36.vbi reſpondetur contrarijs, & num.69.& ſeq.vbi etiam quando nullitas reſpicit ineptitudinem inquiſitionis, & nu.71.& ſeq.vbi reſpondetur contrarijs, & num. 78.vbi multo magis, quando nullitas reſultat ex actis, et non indiget extrinſeca probatione, & num.75. vbi ampliatur non obſtante quocunque ſtatuto Procuratorem in criminalibus repellente, & nu.76.vbi præſertim, quando Procurator allegat aliquam nullitatem prouenientem ex alio ſtatuto.

Procurator, ſeu defenſor admittitur diſputationem vnius articuli, in quo non agatur de plena defenſione criminis. nu. 30.& in addit.littera B.& nu.42.

Prohibitum vno modo cenſetur permiſſum alio modo, numero 31.

Procurator quando in criminalibus admittitur pro abſente id vtique intelligendum eſt data per ipſam fideiuſsione & non alias, quod quando verum ſit.num.32.& ſeqq.& in addit.littera C.

Satiſdare non tenetur qui poſsidet immobilia. num. 33. & in addit.littera D.

Fideiuſſorem non inueniens propter paupertatem admittitur ad iuratoriam cautionem.nu.34.

Defenſor admittitur etiam ſine ſatisdatione pro abſente citato.nu.35.

Remota appellatione, cenſetur etiam remota nullitas per viam appellationis incidenter intentata.nu.37.

Nullitas quando principaliter, & quando incidenter facta dicatur.nu.37.

Sententia nulla propter defectum ſubſtantialium, vtputa inquiſitionis, citationis, & edictorum, non poteſt per iudicem confirmari, etiam quod conſtet de bono iure in meritis cauſa.nu.39.

Procurator in pœnis pecuniarijs admittitur ad appellandum pro abſente condemnato.nu.40.vbi etiam quod admittitur ad proſequendum appellationem, & nu.41.vbi ampliatur etiam in capitalibus.

Appellationis cauſa, & cauſa principalis procedant a pari.numero 42.

Contumax quis non efficitur ex inualida citatione. numero 43.

Appellatio vbi a ſtatuto eſt permiſſa, intelligitur, tam quoad præſentem, quam quoad abſentem.nu.44.

Citationis ſcientia non præſumitur, ſi domi facta eſt, ſub numero 45.

Appellandi tempus non currit a die ſententiæ, ſed a die ſcientiæ.nu.47.quod an verum ſit, & quando, vide in additio. littera E.

Contumacia nulla non facit indicium ad torturam, nu.48.vbi præſertim contra hominem bonæ famæ.

Procurator in criminalibus non admittitur pro abſente citato quoties, vel indicia adſunt contra reum, vel index mandat ipſum perſonaliter comparere.nu.50.

Illuſtres perſonæ, & decrepiti non poſſunt torqueri.num.50.in in fine.

Inquiſitione non formata proceſſus eſt nullus.nu.51.

Confeſsio non ſupplet defectum inquiſitionis.nu.51.

Confeſsio ficta non poteſt plus operari, quam vera.nu.51.

Denunciatio non ſupplet inquiſitionem, ſed tantum aperit viam iudici ad inquirendum, & formandum inquiſitionem.nu.52.

Inquiſitio formari debet poſt denunciam ſecreti denunciatoris. nu.53.

Proceſſus per viam ſecreti denunciatoris improbatus eſt a iure.nu.54.

Confeſsio ficta, & condemnatio inde ſequuta, eſt prorſus nulla, non conſtito de corpore delicti.nu.55.

Inquiſitionis, ſeu denunciationis tenor debet exprimi in citatione, quæ fit contra reum abſentem, & contumacem.numero 56.

Bannum eſt neceſſarium antequam abſens condemnetur. numero 57.

Denunciatio, ſeu inquiſitio eſt nulla, ex non expreſsione loci, & temporis.nu.58.

Inquiſitio, ſeu denunciatio alternatiua, & incerta non valet, num.59.

Inquiſitio contra plures, in qua dicitur quod vnus alteri opem præſtitit in delicto, eſt nulla, quando delinquentes fuerunt plures quam duo.nu.59.in fine.

Inquiſitio continens inueriſimilia, ſeu impoſsibilia eſt nulla. nu.60.

Quæcunque dictio omnia includit.nu.60.verſ.qui enim.

Omne qui dicit, nihil excludit.nu.60.verſ.qui enim.

Confeſsio inueriſimilis confitenti non nocet. nu.60. verſ. Data igitur, vbi idem in ficta confeſsione.

Teſtes inueriſimilia deponentes de falſo ſuſpecti ſunt. numero 61.

Teſtis deponens ſe vidiſſe, quod videre non potuit de falſo ſuſpectus eſt.nu.61.

Teſtes deponentes ſe vidiſſe de nocte, & luna non lucente de falſo ſuſpecti ſunt.num.61.verſ.præſertim ſi de nocte.

Inquiſi-

Inquiſitio, indicijs non præcedentibus, formata, nulla eſt. num. 61. ad finem.

Mandatum dicitur, quando delictum committendum reſpicit ſolam vtilitatem mandantis: ſi vero reſpiciat vtilitatem mandantis, & mandatarij, non dicitur mandatum, ſed conſilium. nu. 62.

Sententia, quæ ex actis non iuſtificatur, dicitur notoriè iniuſta. nu. 63.

Inquiſitione exiſtente nulla, omnia inde ſequuta corruunt, numero 64.

Decretum irritans, in ſtatuto appoſitum, cenſetur annullare omnem contrarium ſtilum, ſeu conſuetudinem futuram nu. 67.

Sententia non dicitur notoriè iniuſta, quando recipit aliquam dubitationem, & diſceptationem, ſiue in iure, ſiue in facto, & quomodo hoc intelligatur. nu. 74.

Nullitas prohibita a ſtatuto, non cenſetur prohibita nullitas proueniens ex alio ſtatuto. nu. 76.

Procurator in criminalibus admittitur pro infirmo, & quomodo iſto caſu dicatur conſtare de infirmitate. nu. 80.

CONSILIVM LXXXVI.

Reſponſio ſub nomine Dominici de Ceriacis in eadem cauſa.

SVpremum adſit auxilium. Cũ multa videam in allegationibus circumferri, quæ nec in facto, nec in iure conſiſtunt, plutima quoque inter ſe pugnantia adduci, dum nullitatem Proceſſus, ac ſententiæ ſanare ſummo ſtudio curat auctor illarum allegationum, ego quoque decreui totã hanc rẽ per quaſdam concluſiones replicare, ſimulq; præcipuis quibuſdã argumentis, quę exaduerſo afferuntur, ſatisfacere: nã ſi de ſingulis agẽdum eſſet, vix finem acciperet hæc controuerſia.

1 Concluſio ptior in ordine erit, Proceſſus, & ſententiã nullitatis vitio ſubiacere, ſiue ius commune intueamur, ſiue ſtatuta, ſiue potius ſtilum Gabellarum, ad quem, velut ſacram ancorã, publicani ſe cõferunt. De iute communi res eſt expedita, quod requiratut trina citatio, cum interuallis triginta dierum; deinde annotentut bona, quæ mox recuperat veniens intra annum; quo elapſo, amplius non auditur ſuper bonis; non tamen de crimine condemnatur, cum ſola cõtumacia non ſir ſufficiens ad condemnandum, vt per Boſſ. *tit. de citat. nu. 4. & tit. de ſent. nu. 3. & rurſus in tit. de requir. rer.* Cartar. *de execut. cont. banni. c. 1. in prin. vſque ad num. 9.* vbi de communi, Farin. *q. 11. in prin.* Claud. *in addit. ad conſil. Bertaz. patris, conſil. 200. in crim.* & de hoc dubitandum nõ eſt, cum nec Aduerſarij prærendant, ex hoc iure fundari proceſſum, vel ſententiam.

2 De iure ſtatutario non ſuſtinetut ſententia, quoniam illud plura requirit, quorum nullum video in hoc proceſſu. Cum enim ſtatuentes ſapientiſſimi in hac materia proceſſerunt, tres rubricas ſuper hoc ediderunt 4. 5. *& 6. libro* 3. Poſtquàm enim in illa *rubr.* 4. dixerunt de modo citandi prę́ſentes, vbi iuſſerunt, citationem debere fieri in ſcriptis, continentem effectum totius inquiſitionis, ſtatim ſequuntur diſponendo, quòd ſi reus habitationem, vel domicilium in ciuitate, vel diſtrictu non habuerit, tunc publicè citetur alta voce pet vnum ex bannitoribus, non minus ttibus denunciationib. inter ſe differentibus, per duorum dierum interualla, ſuper ſcalis Palatij, vt veniat ad ſe defendendum ab inquiſitione, ac querela, & vlterius citatio affigatur ad valuas Palatij; adduntq; nullitatem, ſi non fuerit ſeruata fotma prædicta, & in fine mandant relationem nuncij ſcribi ſerioſe per Notar. & hæc eſt forma citandi. In ſequenti vero ſtatuto ponitur forma procedendi, & in rub. dicitur de forma procedendi contra accuſatos, vel querelatos pręſentes, vel abſentes prædictos: non enim habuit ſtatutum ſatis teos toties citatos fuiſſe, ad hoc vt condemnatio ſequi poſſet; ſed vltra illas, Si rei comparuerint, mandat terminos, & dilationes aſſignari, teſtes recipi; Sed ſi non comparuerint, vult illos citari, & banniti publicè ſupet ſcalis Palatij, quòd infra octo dies veniãt, exprimendo tenorem accuſationis, vel denunciationis, ad ſe defendendum; infra quem terminum ſi nõ venerint, tunc habeantur pro confeſſis, & condemnentur iuxta qualitatem criminis; & ſi in termino huius banni comparuerint, defenſiones audiantut. Cæterum, quoniam ſtatutum hanc materiam contumaciæ pro odioſa reputauit, adhuc in verſic. humanius agentes, vult admitti comparitionem, etiam vſque ad publicationem ſententiæ. Subijciatur *rubr. 6.* quòd ad hoc vt banna hæc, & citationes perueniant facilius in notitiam citandorum, illa fieri debeant, quando officiales ſedent; cum eo tempore propter multitudinem perſonarum, facilior ſit bannorum notitia; de quo rempore notarius teneatur facere mentionem; alias cridatio ſit nulla, nec præiudicet citatis.

3 Quibus omnibus adamuſſim ſeruatis, adhuc tamen ſtaturum etiam poſt ſententiam, & condemnationem admittit bannitos, & condemnatos ad nouas defenſiones, vt *in ſtat. ſub rubr. 21. verſic. & ſi poſtea reus ipſe*, vt ex his videre liceat, quanta cura & diligentia ſtatutum in hac materia proceſſerit, & locum reliquerit oſtendendæ quandocunque innocentiæ, nec tantum tribuerit contumaciæ, quãtum aduerſarius defert. Nec id mirum, quoniam ſtatuentes habuerunt pro abſoluto, condemnationes latas in cõrumaciã, vti ſola pręſumptione innixas, nunquam tranſire in iudicatum, vt ex Anan. & alijs probat Nat. *conſilio 444. num.* 5. Cæphal. *conſil. 241. num. 77.* Et quod ſententiæ huiuſmodi contra abſentem a latę, videntur potius ex ipſa contumacia[a], quàm quod vere Reus deliquerit, *l. ſi ideo, ff. de euict.* Gabr. *conſilio* 171. *numero octauo. libro* 2. Rot. *deciſione 369. numero ſexto, parte prima*, vbi ſi delictum ſit indiciatum, non dicitur probari, & ex ſola comparitione reſoluitur, etiam ſtante ſtatuto. Cum igitur nihil horum, quæ in his ſtatutis habenrur, obſeruatum fuerit, non poteſt ſententia ex hoc capite ſubſtineti, nec aliqua contumacia vera, vel ficta induci; quoniam adhoc vt contumacia operetur fictam illam confeſſionem, oporter omnia ad vnguẽ ſeruari, quæ a ſtatutis eiuſmodi ad hũc effectũ requiruntut. Boſſ.

*tit.de cit.nu.*13.*& tit. de ban.nullit.* vbi quod citatio inualida non inducit contumaciam,& ex recentioribus Cartar.*de exec.c.ban.c.fin.nu.* 151.*& ſeq.*vbi quod non obſtante conſtitutione tollente appellationes, & nullitates,ſemper de hac opponi poteſt. Et quod nec in ſillaba errandum ſit in hac materia citationum. Farin.*q.*11.*nu.*36.*& ſeq.*Et in his ſtatutis noſtris egregiè Bertaz.*conſ.* 14.*& conſi.*119.*& conſi.*146.*& conſi.*233. Quibus in locis habetur,etiam in add. Sententias ac banna annullata fuiſſe, idemque decidit Anguil.*cõſi.* 50.*nu.*103.Rim.iun.*conſi.*648.*& ſeq.*

4 Neque reſiſtunt,quæ ad ſtatutorum obſeruationem dicuntur in allegationibus, *ſub nu.* 106. *& ſeq.*Nam ſomnium eſt dicere,quod ſtatuta locum tantummodo habeant; vbi cauſæ aguntur coram Poteſtate, ac Iudice Maleficiorum, & nõ coram alijs tribunalibus; hoc enim falſum conuincitur *ex rubr.* 1.*&* 2. *libri primi*, in quibus prohibet ſtatutũ,alia Iura,& cõſtitutiones poſſe ſeruari, quam ſtatuta ipſa, & loquitur in rem, non autem in perſonam. Sed & præterea non vno in loco ſtatutorum criminalium iniungitur obſeruatio nedum poteſtati,& ſed & alijs officialibus, vt patet *ſub rub.*12.*lib.*3.*ibi,nec poteſtas,nec eius iudices,nec aliqui alij officiales Ciuit.Ferrariæ,& in rubr.ſeq.in verſ.iubentes*; quod Poteſtas Ferrariæ,& quilibet alius iudex inquirens, vt hinc conijciamus fallaciam argumenti. Et quod licet ſtatuta, vt plurimum, nominent Prætorem, & Iudicem maleficiorum, tamen expreſſio hæc ratione frequentioris vſus facta non excludit, ſed includit alios officiales,*auth.caſſa.vbi gl.& Doct.C.de ſacr. ſanct.eccleſ.*

5 Minus officit quod dicitur *ſub nu.*107.*&* 127. *iunctis traditis ſub nu.*181. Nam licet Sereniſſimus Dux mandauerit prouiſiones editas per D.Paulum de Conſtabilis Iud.xij.Sapient.nõ poſſe nocere datijs, ac introitibus gabellæ ſuæ, non tñ a-

6 petit, quænã ſint iſtæ prouiſiones. Rurſus aliud eſt prouiſiones Iud.Sapientum nõ nocere,aliud eſt ſtatuta condita,& ab ipſo Principe confirmata,obſeruari debere. Nam cum Princeps ſtatuta confirmauerit, illorũq; obſeruantiã cunctis indixerit, non videntur amplius ſtatuta populi, ſed ipſius Principis. Quoniã oĩa noſtra facimus,quibus authoritatem noſtram impertimur.*l.*1.*§.omnia.C.de veter.iur.enucl.*& in ſpecie, quod ſtatuta confirmata dicantur leges Principis, Ruin.*conſi.* 130.*nu.*8.*in* 5.Rol.*conſi.*86.*nu.*18.*&* 29.*vol.*1.

7 Poſtremo loquitur conſtitutio illa de prouiſionibus, quæ damnum inferent gabellis, & introitibus Sereniſſimi Domini, hoc eſt minuerẽt commodum burſale,vel datia extinguerent; ſed obſeruatio ſtatutorum, quoad citandum abſentes,quæ tam ſãcte inſtituta fuit, nullum apta eſt producere damnum introitibus; ergo de his ſtatutis non poteſt intelligi prohibitio.

8 Quibus iam ſatis ſuperque apparet,neque formam iuris communis,neq; ſtatutorum fuiſſe ſeruatam,quod nec aduerſarius difiretur, qui ad ſtilum confugit. Sed & in hac parte Publicani ſuccumbunt. Etenim deducitur ſtilus hoc modo, quod formata denunciatione, & ſumptis informationibus; ſin minus,ẽt abſq; indicijs citantur Rei forenſes in ſcriptis, cũ affixione ad valuas gabellarum, tribus, aut quattuor vicibus, duabus primis ſimpliciter, & alijs duab.cum cõminatione,qđ habebuntur pro confeſſis; & ipſis nunquã comparentibus, ſuperior cum conſ.hora vltimæ citationis pronunciat,cõtumaces haberi pro cõfeſſis. Quæ quidẽ pronũciatio notificatur in ſcriptis prędictis Reis. Deinde citantur per plures vices,ſaltem duas cũ affixione Cedularum,& hora vltimæ citationis fertur ſententia diffinitiua. Et hæc eſt in ſumma continentia totius ſtili. Ad cuius corroborationem exhibentᷣ plures proceſſus.

9 Circa hæc dicimus primo,facultatem condẽnandi diffinitiuè abſentes, prouenit a lege communi,vel ſtatutaria. Nam iure cõmuni non proceditur contra abſentem, niſi in caſu læſæ Maieſtatis Diuinæ,vel humanæ,*vt in Conſtitutione ad reprimen.*vbi Bar.*in verbo,receptionem*, Gig.*de cri. læſe maieſt.li.*1.*tit.qual.in crim.læſ.maieſt.proced.q.* 18.*nu.*2.*c.cum contumacia,ubi Doc.de hæret.in* 6.At vero in alijs criminibus ſecus,vt per Rui.*conſ.*31. *in princ.vol.* 5.vbi contumax nullo modo poteſt haberi pro confeſſo,& eſt expeditum.

10 Quare cum nec ius commune,nec ſtatutũ,cuius forma nõ fuit ſeruata,militet in caſu noſtro, nec ſtilus quidem hanc contumaciã inducere potuit aduerſus diſpoſitionem iuris communis, & ſtatuti,quod non ſolũ annullat proceſſus, & ſententias, ſed prohibet etiam ſtilum contrarium. Nec dubium eſt quin ſtatutum poſſit tollere ſtilum,& conſuetudinem futuram, vt per Cyn. & alios *in l.*2.*C.quæ ſit long.conſuet.*Doct.*l.de quibus. ff.de ll.*Rui.*conſi.*32.*in princ.volum.*5. Idque procedit etiam in ſtilo temporis immemorabilis, vt per Fely.*c.accedentes,nu.*6.*in* 3.*fallen.de præſcr.*Et quòd non valeat ſtilus contra ſtatutum, tradit Bero.*conſi.*35.*nu.*9.*vol.*3.

11 Secundo, ꝙ nec ſtilus hoc modo probari potuit per ſubſcriptiones notariorũ, ſed formiter, vt alias dictum fuit, cum tendat ad deciſoria, & hunc modum eſſe abominabilem,& a iure reprobatum,oſtendit Bero.*conſi.*40.*nu.*7.*vol.*3.

12 Tertio, neque illud omittendum venit, quòd ipſimet,qui ſtilum deducunt, ſibi non parũ contrariantur; dum enim atteſtantur de duabus citationibus ſimpliciter,& alijs duabus cum comminatione confeſſi, non animaduertunt totũ contrariũ repetiti in proceſſibus impreſſis; nam nullus eſt ex illis,qui concordet cum ſtilo. Primus enim continet duas tantum citationes Antonij cuiuſdam cum comminatione,deinde ſubſequitur ſtatim pronunciatio ſuper cõfeſſo. At Ioan. Maria,& Pirrinus poſt citationem vnicam factã per literas ſubſidiales,citantur ad ſentẽtiam. Atque etiam ex hoc primo proceſſu apparet,ſtilum hunc,de quo agunt iſti notarij,non fuiſſe obſeruatum; Alter eſt proceſſus, in quo formata denũciatione aduerſus quoſdam Hyppol. & Lud. de Fachinis,duæ tantum citationes emittuntur, vna ſimplex,& alia cum comminatione. Deinde vero fertur ſententia,denunciatos haberi pro

confeſſis,

Digitized by Google

confeſſis; & ita quoque hic deuiat a ſtilo; deinde iijdem quinquies citantur ad ſententiam;cum tñ ſecũdum ſtilum non eſſent vltra binã citationẽ vocandi; ſic & ſub *nu.*20 1.adeſt vna citatio ſimplex,duæ cũ comminatione;deinde pronũciatio quòd habebitur pro confeſſo cũ modificatione, niſi ad primum. Et hic quoque modus deuiat ab alijs omnibus; Alter etiam proceſſus adducitur, in quo adſunt quattuor citationes ſimplices, & quinque cũ comminatione,poſtea pronuncia,& tres ad ſententiam, nec adhuc lata fuerat. Vltimus eſt proceſſus. In quo adſunt quattuor citationes cum comminatione. Ex quibus iam conijcere poſſumus,quanta fides huic toties decantato ſtilo danda ſit;minuſq; illis,qui cum eſſent cõſtituti inter has variationes,& cõtrarietates,auſi tamen fuerunt dicere, quòd ex ſtilo, & inueterata conſuetudine vniformiter,& indifferenter,ita fuerit obſeruatum; non.n.viderunt, aut videre noluerunt,vbinã eſſet hæc conformitas;ſed ideo in hunc errorem inciderunt, quoniam ad id tendebant, vt probarẽt ſtilum conformem proceſſui noſtro;nec tñ viderunt illum impugnari validiſſime ex proceſſibus, quos illi imprimi curatũt. Hinc quoque reſultat ſolidiſſimum fundamẽtũ pro hac parte, quod cum tam varius, ac multiplex fuerit ſtilus allegatus, qualem oſtendunt tot proceſſus, nullo modo tũc attendẽdus veniat,ſed ad ius commune,vel ſtatutum potius recurſus haberi debet,vt per Bar.*l.2.in prin.num.* 21.*ſoluto matrim.*Grauat.ad Veſtr. *lib.*5.*c.*3.*nu.*5. late Borgni.*deciſ.*1 1.*parte* 1.vbi latiſſimè inuehitur contra iudices volentes inducere ſtilum iuri contrarium.

13 Quarto,quod magis eſt, iidẽ qui ſtilum hunc affirmant, illud quoque addunt,quod valde mirum vr̃,quod ẽt abſque indicijs aliquibus, proceditur ad has citationes,& ſententias,quod tã abſurdum eſt,quã quod abſurdiſſimum; hoc.n.pacto maximè ſugillant famam indicanrium huius Ciuit.quos nequaquam veriſimile eſt procedere abſque indicijs,ſed ſeruare iura cõmunia,& municipalia,quæ mandant, indicia debere præcedere,vt habetur ſub *rub.*13.*libro* 3. Et de iure res eſt expedita,*vt per* Farinac.*quæſt.*1.*nu.*40.vbi de cõmuni,& obſeruata ſententia.

14 Rurſus non aduerterunt ſubſcribentes, quod quando nulla adſunt indicia,quę ſententiam ipſam iuſtam reddant, non ſuſtinetur condemnatio lata cõtra confeſſum ex forma ſtatuti, vt idẽ Farinac.ex mente aliorum deducit *quæſt.* 11.*nu.* 103.vbi quod niſi adſint plenæ probationes,vel legitima indicia, huiuſmodi ſententiæ non mittuntur executioni. Quod tanto minus fieri poterit Ferrariæ,vbi non fuerint ſeruatę citationes requiſitæ a ſtatuto, nec præceſſerint indicia ipſam citationem.

15 Quinto, ex ſtilo ipſo, iunctis proceſſibus impreſſis, apparet, quod inuentiones,quæ fiunt in foro gabellarum,ſunt certæ,& claræ, cõtinentes omnia requiſita; & nihilominus in hac contra Dom.Ruinum emanata, nihil continetur certi, cum nec tempus,nec locus,nec qualitas,nec perſonæ,quæ extraxerunt,cæteraq; his ſimilia ſpecificata fuerint;adeò,vt defenſio ablata fuerit Do. Ruino,qui,ſi vellet probare innocentiam ſuam, vix poſſet illam aliquo modo deducere. Et quod non poſſit quis haberi pro confeſſo; quoties inquiſitio non habet hæc requiſita, videatur Plot. *conſ.*5 2.*nu.*15. Cattar.*d.c.ſi.nu.*150. vbi alios allegat. Quæ practica confirmatur etiam ex ſtatuto pręcitato *rub.*4.vbi mandatur,in citationibus debere apponi effectũ delicti,accuſatoris, denunciantis,vel querelantis perſonam, & *rub.*1. mandat, apponi ſubſtantiam delicti, vna cum qualitatibus,& cohærentijs,anni, menſis, & loci delicti.Quapropter,cum hæc inuentio deriuauerit a forma ſtatuti, necnon a ſtilo aliarum, quæ exhibentur, impreſſæ, merito ex hoc capite ſtili non ſeruati,ſententia nulla erit.

16 Sexto,quod pertinet ad ſpeciem noſtrã,ſtilus huiuſmodi eſt impoſſibilis,nec attendendus, vtpote auferẽs defenſiones Reo. Cum.n.permittat citari Reos ad primam, & quidẽ bis ſimpliciter, & tantundẽ cum comminatione, ſequi poterit, quod proceſſus contra abſentẽ expedietur, antequam is notitiã habere poſſit citationũ. Quid.n. ſi habitans Romæ, vel Neapoli, aut Gallia, vel Germania, citetur hodie pro prima, & cras pro alia,& ſic deinceps, quõ poterit iſte habere notitiam citationis, aut comparere, quin reperiat ſe condemnatum? Ea pp receptiſſima eſt apud noſtros concluſio,ꝙ citatio non arctat, quoties nõ continet terminum competentem ad comparendum,qui debet ſtatui pro d ſtantia loci,& perſonarum qualitate,Bar.*l.at qui aliter.num.*2.*ff.quod vi aut clam.* Et melius *in Extrauag.Ad reprimendũ, in verbo per edictum,nu.*5.*&* 6.vbi docet practicã, vt iudex in citatione,quę fit per edictum,ſtatuat competentem terminum,intra quem poſſit citatus comparere; alioquin citatio nullius eſt momenti, & ad hoc faciunt elegantia uerba Oldra. *conſi.*43.*nu.*1.vbi dicit,in citationibus duo conſiderari,effectum intentum a iure, & modum perueniendi ad illum. Effectus.n.intentus a lege,eſt ſcientia citati,& facultas defendendi;ſicut.n.iure naturæ permiſſa eſt defenſio contra extraiudicialem uiolentiam;ſic & aduerſus uiolentiã iudicialem; & quia modus defendendi eſt commenſurãdus modo offendendi, idcirco neceſſaria eſt ſcientia uera, uel interpretatiua, quæ inducitur per citationem; quæ ſi afferat ſecũ impedimentũ aliquod,citanti notum,non arctat,uti tollens effectum,propter quem eſt inducta, ſ.defenſionis, & ſequitur Affli. qui eadem uerba ad literam refert *li.* 1.*rub.*50.*In conſtitutione,incipiente, cauſas, nu.*7.Vbi & ipſe dicit, citationem continentẽ nimis breuem terminũ,non arctare,quod & uoluit Ruin.*conſi.*31.*nu.*2.*volum.*5.Burſat.*conſi.*225.*numero* 128.Et plerique ex recentioribus,quos prętermitto.Planè in caſu noſtro ſciebant citantes Illuſtr.D.R. eſſe Bononiæ,& pro Bononienſi illum recognoſcunt in inuentione, citationibus, ac denique ſententia ipſa; ergo citationes, quæ fuerunt pro prima,uel aliter continentes impoſſibilitatẽ, non conſtituerunt illum in contuma-

cia vera, vel præſumpta, vt per eoſdē Doct. Quomodo.n. poſſibile eſt, vt Bononienſis citatus pro prima compareat? & ſe defendere queat? Cū ad minus debuiſſet habere congruam dilationem, cōputādo viginti millia paſſuū in ſingulos dies, *l. 1. ff. ſi quis caut.* Alciat. *reſp. 30. nu. 19. lib. 6.* vbi in terminis. Et ideo ſicuti lex, vel ſtaturū, aut Princeps non poſſunt præcipere impoſſibilia, *c. erit autem lex, 1. diſt. l. impoſsibilium, vbi not. Dec. & Cagn. de reg. iur.* Ita multo minus hoc per ſtilum induci poterit. Rectius itaque, ac ſanctius in hoc prouiderunt ſtatuta, dum nedum citationem per edicta, & ad valuas induxerunt, ſed & præconizationem ſuper ſcalis, & deinde alteram banni, quę fierent tempore, quo maior eſt frequentia perſonarum, ſcilicet, quando Officiales ſedent. Deinde vero adhuc admittunt reum ad defenſiones ſuas, quamuis & per edictum, & voce præconis fuerit citatus, prout & has citationes edicti, & præconizationis coniungi ad magis conuincendam ſcientiam rei, trad. Vant. *tit. de nullita. ex defect. citat. nu. 110.*

17 Secundo, quam erronea fuerit atteſtatio huius ſtili, vel ex eo patet, quod ſubſcribentes atteſtantur, forenſes, & non habētes domicilium in Ciuitate, aut diſtrictu Ferrariæ, citari per edictū, & ad valuas affigi citationes; & tamen ex parte noſtra fuerūt exhibiti ſex, vel ſeptem proceſſus, in quibus conſtat, etiam non habentes domicilium, modo eſſent ſubditi Sereniſſ. Ducis, fuiſſe citatos per literas ſubſidiales directas ad Officiales locorum; & ita etiam non animaduerterunt, quid in hac parte dicendum eſſet, cū & D. Ruin. ſubditus ſit Sereniſ. Domini, & vt audio habeat domum, & illam retineat in Ciuit. Regij, vt propterea idem in illo ſeruari debuerit, quod in cæteris ſubditis, vſu receptum fuerit.

18 Ex quibus corruit tota machina allegationū aduerſarij, quæ in ſtilo fundata eſt *a nu. 108. vſq; ad nu. 128.* cum nec ſtilus ipſe conueniat proceſſibus adductis, qui ſatis ſuperq; oſtendunt, quam variè in illo tribunali proceſſum fuerit, & vt idē Zaninus aſſerit *in ſuo tract. de citatione reali, li. 1. c. 1. nu. 79.* ſtilus vbi eſt varius, non eſt ſeruandus, qui *nu. 73.* cenſuit quoque non poſſe introduci a magiſtratibus inferioribus, niſi ſit præſcriptus, & ad notitiā maioris partis populi deueniri; quō autem ſtilus tam varius præſcribi potuerit, aut a maiori parte populi approbari, non video.

19 Illud tantum nō omitto, quod quatenus ille in allegatione ſub *nu. 122.* inquit, nos verſari in ſtilo concernente ordinatoria, fallitur, qm̄ nedū ſtilus inducit hoc, vt Rei citētur diuerſo modo a iure cōi; ſed & vult, reos non cōparentes pronunciari pro confeſſis; quod procul dubio reſpicit deciſoria, cum confeſſionē ſtatim ſubſequatur ipſa ſententia, *l. 1. ff. de confeſsis, cum vulgar.*

20 Non quoque nullitatibus præmiſſis refragabitur, quod idem ſubijcit *num. 144.* Defectum citationum, & earum inualiditatem tolli ex ſcientia, cum D. Ruin. citationis notitiam habuerit; quod apparet ex eo, quod conſtituit procuratores, per Vant. *tit. qualiter, & quib. mo. nu. 122.* Quoniam illud ita demum procedit, ſi notitia fuit habita tempore, quo adhuc integrum eſſet ius ipſius, & potuiſſet aduerſus iſtas citationes defenſionem parare, ita vt notitia adfuerit in termino citationis, vt probat Ruin. *conſ. 61. nu. 33. vol. 5.* Alioquin, vt dicebat addit. ad Bertaz. *conſ. 559. in fin.* ſequeretur ingens abſurdum, quod citationis nullitas ſanaretur ex qualibet comparitione, cū tamen comparitio fiat ad illam annullandam; & quod notitia requiratur in termino, notat gloſ. quam ſequuntur ibi Doct. *in Clem. cauſam. in fi. de elect.* Nec aliter dicendum: alioquin ſi ſufficeret ſcientia, quæ ſuperuenit poſt latam ſententiam, vel etiam pronunciationem ſuper confeſſo, validaretur proceſſus ſine aliqua culpa citati, qui prius non potuit occurrere.

21 Sed & præterea nunquam ex ſcientia citationis ſanatur alius defectus, quàm malè factæ, vel executæ citationis; cuius tamen ſcientiam habuerit citatus congruo tempore, vt dixi, non tamen alius defectus, vt per Mandoſ. *ad conſil. Roman. 360.* Gomeſ. *in compend. vtriuſque Signa. numero 81.* Sed hic alij defectus inſanabiles ſuperſunt, Inquiſitiones incertæ, ſtili varij, numeri citationum, breuitates tēporis, & interualli inter vnam, & alteram citationē, quo impoſſibile fuit notitiam haberi; ergo ſcientia non obeſt, quę tēpore incongruo ſuperuenit.

22 Similiter non obſunt, quæ ſub *nu. 167. & ſeq.* dicuntur de citatione facienda per litteras; & qđ ſi aliquando fuit factum a Gabellarijs, id fuit in locis ſubditis immediatè ſuperiori Gabellarum, non autem in alijs; & in cauſa ciuili, non autem criminali. Nam quoad primum modus citandi per litteras, etiam in cauſis criminalibus a iure approbatus eſt; & quotiens iudex loci non vult illas dare, proceditur tanquam ex iuriſdictione protogata, Alber. *l. 1. ff. de requir. reis.* latè Eugen. vbi de communi atteſtatur. *conſ. 2. nu. 14.*

23 Et quamuis de conſuetudine aliud ſeruari dicant Doctores, tamen non eo minus debuit ſeruari forma ſtatuti, quæ per ſtilum allegatum gabellæ, qui tam varius fuit, non dicit ſublata; vel ſi ſtilus aliquis attendi debebat, ſaltē dilationes congruæ aſſignandæ erāt, vt poſſibile eſſet ad hoc accedere; alioquin ſtilus talis, vti auferēs defenſionem, in criminalibus nullo modo tolleraē. Affl. *deciſ. 391.* Cumque ſit contra publicam vtilitatem, non valet, vt per Anguil. *conſ. 35. nu. 44.* & plenè Borgni. *d. deciſ. 11. nu. 52.* vbi inuehit acertimè contra fundantes ſe in ſtilo irrationabili.

24 Quod autem Gabellarij non tranſmiſerint literas ſubſidiales ad alia loca, falſum eſt, cū & ad Caſtra Finalis, & Centi, quæ ſunt ſeparata ab hac Ciuitate, & gabella, tranſmiſerint; ſicut & illud minimè verum eſt, quod in cauſis ciuilibus id receptum fuerit; quoniam id immo proceſſit in cauſis commiſſorum, quæ ex officio, & ad pęnas infligendas agebantur, vt ex ipſis proceſſibus dilucidè conſtat.

25 Ad id vero, quod dicitur ſub *num. 125.* D. R. a die primæ citationis, quæ fuit quinta Auguſti, vſque ad xij. Septemb. habuiſſe legitimum interuallum

uallum veniendi ad hanc ciuitatem; Facile reſpō
detur, citationem illam diei 5. nullam continere
relationem, quæ ſolum habetur ſub die 26. alte-
rius citationis, quæ fuerat impoſita die 23. Augu
ſti; atque ita a die prædicta 26. vſque ad diem 30.
qua fuit pronunciatum D.C. haberi pro confeſ-
ſo, cucurrerunt dies tres, cùm vtraque dies exclu
datſ termino, *l. 1. vbi Doct. ff. ſi quis cau.* & ita vbiq;
obſeruari, tradit Carauit. *rit.* 117. Bertaz. *in add.
ad patrē conſ.* 14. Et in hac re illud conſiderādum
eſt, quod cū relatio nuncij debeat continere diē
executionis, vt per Soc. *in tract. de citat. art. 13. n.*
5. Foller. *in ver. fiat relatio. nu.* 4. præſumitur, exe-
cutionem factā eſſe eadem die relationis, quod &
fatetur ipſemet D. Zaninus. Cum igitur non po-
tuiſſet D. R. cōputando dietas legales, accedere
ad hanc Ciuitatem in termino tridui, quis non
videt, proceſſum hūc omnino nullū, & inſanabi-
lem cenſeri?a die vero 30. vſq; ad diē 13. Septēb.
qua lata fuit ſententia, potuiſſet quidem accede-
re, ſi notitiā habuiſſet; ſed tū iam pronuncia pro
confeſſo nulla erat, quoniam citationes inuali-
dæ non induxerunt contumaciam, vt ſupra vi-
ſum fuit; & ideo omnia quæ ſucceſſerunt, vti de-
pendentia a primis citationibus nullis, ne quidē
aliquid validum efficere potuiſſent.

26 Illud quoque non omitto, quod tanta fuit fe
ſtinatio properandi ad finem huius proceſſus, vt
citationes fuerint toties inculcatæ, cum tū tota
dies cedere deberet. Nec, dilatione primę citatio
nis pendente, poſſet alia citatio inculcari, vt per
Bertaz. *conſ. 14. nu. 5. & conſi. 146. nu. 2. in crimin.*
Cum igitur acceleratio nimia interuenerit, quā
Summus Pōtifex *in Clem. Paſtoralis. §. uerum qa.
de re iud.* appellat nouercam Iuſtitiæ; non mirū
eſt, ſi intra ſpaciū decem, & ſeptē dierū, qui inter
primā citationem relatam, & executam, quæ fuit
ſub die 26. Auguſti; & diem ſnīæ, condemnatio
ducentorum, & vndecim millium aureorū ſequu
ta fuerit; ſed hoc mirum non videtur, ſi quis lege
rit, quæ habentur apud eundem Zaninum *in d.
ſuo tract. de citatione reali, lib. 1. c. 2. nu. 11. & ſeq.*

27 Reliquū eſt vt pauca de ſtilo Palatij dicamus,
qui, vt ingenue fatear, fruſtra membranas occu-
pat. Nam cum Gabelarij prætendant, ſe non ad
aliud teneri, quàm ad obſeruantiam proprij ſtili,
non erat, cur adducerent ſtilum Palatij; ſed quic
quid iſtud ſit, certum tamen eſt, quod ſtilus iſte
nihil concludit, tum quia ſi inſpiciantur proceſ-
ſus impreſſi, illi deuiant a ſtilo; tum etiam, quia
poſt tres citationes emanatas inquit ſtilus, Do.
Prætorem procedere ad ſententias condemnato
rias; ſeruatis de more ſeruandis. Quæ aūt iſthæc
ſint, relinquit nos in ambiguo, cum id ſit, de quo
diſputamus; tum & poſtremo, quoniam hic idē
mos habet eaſdem difficultates, quas ſuperius at-
tigimus, & maximè defenſionis ſublatę, ac impoſ
ſibilitatis, & contra ſtatuta expreſſa, quæ annul-
lāt & proceſſus, & ſtilum, & cætera omnia prout
etiam fuiſſet de facto hęc annullata, ſępius tradi
dit Bertaz. recentiſſimus Aduocatus in hoc foro.
Sed & ſi velint Illuſtriſs. Iudices ſuper hac re in-
terrogare notarios, reperient, illos non plenè at-
tigiſſe in ſtilo, quæ obſeruantur, quod etiā ſatis
conuinci poteſt ex verbis illis ambiguis, de qui-
bus in atteſtatione, dum dicunt, D. Prętorem ſer
uatis ſeruandis procedere ad ſententias.

Secūda cōcluſio erit, cauſam nullitatis potuiſ
ſe interponi, & agitari per Procuratorē, hancq;
ſnīam non eſſe ex illis, quę confirmari poſſint in
meritis, quicquid Zaninus in ſua epiſtola aſſerat.

28 Prima autem pars concluſionis abūde proba-
tur ex his, quæ aliàs dicta fuerunt in primis, ac ſe-
cundis allegationibus editis in fauorē Illuſtr. D.
Nā ideò admittitur Procurator ad dicen. de nul-
litate, quoniam cauſa nullitatis non dicitur cri-
minalis, ſed ciuilis. glo. *cap. hæc quippè, in verſic. de
expulſis. 3. quæſt. 6.* Aret. *cap. veniens. nume. 79. de
appell.* Plumb. *in rep. l. pen. §. ad crimen. nu. 59. ff. eo.*
vbi, quod ita de facto obtinuit. Eſt & alia ratio,
quia cauſa nullitatis ſeorſum examinatur ab ar-
tic. principali criminis, nec illud tāgit. Quo caſu
exceptio ſeorſum diſcutienda opponitur, etiam
in iudicio criminali per procuratorem. Bal. *l. reos.
num. 46. C. de accuſ. & conſi. 238. nu. 2. vol. 2.* qui di-
cit, quod vbicumque non ruminatur delictū, ſed
eſt qō ſeparata, veluti de nullitate, aut inteptitu
dine, Procurator admittitur. Idemq; tradit Gab.
tit. de crim. concl. 9. nu. 20. Theſaur. *deciſ. 265. num.*
11. Monticel. *in reg. 13. nume. 17. & 19.* Bertaz. &
alij, qui in alijs ſcriptis abunde relati fuerunt.

29 Quæ ſine dubio procedunt, quoties nullitas
allegata, vt in caſu noſtro, notoria redditur ex
inſpectione actorum. Ruin. *conſi. 9. nume. 6. volu.*
5. Gabr. *dict a concl. 9. nume.* 40. Burſat. *conſi.* 225.
num. 139. Et de communi, ac obſeruata ſentētia,
Addit *ad conſi. Aug. de Caſtr. 61. tom. 2. crim. Zilet.*
& fatetur ipſemet Zaninus tam in allegatione,
quam in ſuo *tract. de crim. Reali lib. 3. cap. 21. num.
41. & num.* 51. Vbi de exceptione non tangente
crimē, & de nullitate; quod autem hic adſint no-
toriæ nullitates, ſatis ſuperque oſtenſum fuit, dū
de ſtilo ageretur; quæ nec diſſimulātur ex aduer-
ſo, quamuis male excuſentur ſub *nu.* 142.

30 Et in omnem caſum nō eſſet negandum, quin
procurator, vel quilibet etiam vti defenſor, ad-
b datur, quoties ad vnum articulum [b] tātum, velu
ti ad diſputandum de nullitate, vel alio actu par
ticulari, in quo de criminis plena defenſione nō
agitur, compareret, vt poſt Ioan. Pagliaren. tradit
Baptiſta de Belant. *conſi. 80. num. 4. & 5. primo to.
Crim. Zilet.*

31 Neque obſt. quæ dicuntur ſub *num.* 138. non
potuiſſe dici de nullitate per Procuratorem non
matriculatum, vt habetur in ſtatut. *lib. 11. rub.* 4.
iunctis traditis *num. 57. 62. ſeq.* Nam pro reſpon-
ſione aliàs cōſiderabatur, quod ſtatutū ſub rub.
ſeq. admittit procuratorem vſque ad duas vices.
Prohibendo enim, vt nō interueniat vltra duas,
videtur a contrario includere duas. *l. prima. §. hu-
ius rei. ff. de off. eius, & l. cum prætor. de iud. cum vulg.*
Et illa verba, quod non poſſit etiam cum princi-
pali ſuo comparere, & dicere, talis ſic dicit, nō eò
pertinent, vt illis duabus vicibus nō poſſit abſq;
procuratore, ſed tantum ad tollendum difficulta
tem, quæ oriri potuiſſet, quando præſente prin-
cipali

cipali

cipali, procurator dictaret verba; quaſi tunc non videretur actus tribuendus procuratori, ſed principali, de cuius voluntate procurator loquebatur, qui non erat caſus cõprehenſus a ſtatuto; vel ſi aliter diceremus, hmõi ſtatutũ non ligaret forenſes, vti deciſoriũ contra *l. 1. ff. de procurat.* Cũ cuilibet licitum ſit per procuratorẽ cauſas agere.

32 Minus reſiſtit, ꝙ obijcitur de fideiuſſione[c], nõ
c præſtita per procuratorem, vt per Fel. *cap. meminimus, nu. 15. de accuſ. & in allegat. nu. 56.* vbi ẽt ſubijcitur, non attendi, ꝙ Dñs releuauerit procuratorem in mandato, quoties ipſe Dominus non poſſidet immobilia æquiualentia æſtimationi litis, Bartol. in rub. ff. iud. ſolui, cum alijs. Reſpõdetur enim primo, quod contrariũ procederet fortaſſe in procuratore, qui vellet plenam litis defenſionem ſuſcipere; ſecus vero in proponẽte exceptionem nullitatis, aut aliam, quę non concernit defenſionem, Bal. *l. exigendi. nu. 8. C. de procurat.* vbi allegat Innoc. *in c. veniens. de accuſ.*

33 Secundo, ꝙ imò D. R. tam in ditione Sereniſ. Ducis, q̃ in loco patriæ ſuæ, poſſidet immobilia, quæ poſſeſſio illum releuat ab onere ſatiſdandi, Bartol. Caſtrenſ. Iaſ. & cæteri, *in l. ſciendũ, qui ſatiſdare cogantur.* Quinimo ſubijcit Caſtren. *nu. 9.* ſufficere, ſi poſſideat rem magni valoris, licet nõ æquiualentem, quoniã ceſſat præſumptio fugæ.

34 Reſpondetur, & tertio, quod & ſi fideiuſſorẽ pręſtare cogendus eſſet, ſi tamen non inueniret, nõ propterea ius ſuum perire deberet, ſed præſta
d re cautionem iuratoriam[d] ſufficeret cum hypotheca bonorum, vt per Caſt. & Iaſ. *d. l. ſciendum,* Soc. *conſ. 120. col. 2. vol. 2.*

35 Poſtremo cũ quis, vti procurator, nequit admitti, vti defenſor admittitur; quoniam publicè intereſt, abſentes defendere, *l. ſeruum quoque, §. publicè de procurat.* nec tunc ſatiſdatur, quoniam non tam allegat ius rei, quàm publicam vtilitatem, vt per Carauit. *rit. 66. nu. 3.*

36 Et quamuis ſub *num. 140.* dicatur, procuratorem non admitti ad cauſam nullitatis, ex Afflict. & Foller. & Carrar. *de exec. c. ban. c. 3. nu. 12.* Tamẽ hæc opinio eſt contra receptiſſimam ſententiam omniũ Doctorũ, qui & ſupra, & in alijs ſcriptis adducti fuerunt; Cum enim quæſtio nullitatis ſeorſum a crimine veniat diſcutiẽda, non habẽt locum rationes, quæ excludunt procuratorem.

37 Ad quartum ſub *num. 146.* quatenus in eo dicitur, nullitatem incidenter propoſitam per viã appellationis, cenſeri remotam, cum remota ſit appellatio, ex Vant. *tit. quis poſſit dic. de null. num. 36.* Grauat. ad Veſtr. *lib. 8. capit. primo. nume. 24.* Reſponſio apparet ex actis ipſis, in quibus nullitas principaliter deducitur. Et quamuis dictum fuit, quòd quatenus aliqua eſſet ſententia appellationis, nihilominus & hoc modo nullitas principaliter deducitur, & conditionaliter, ac diſiunctiuè, vt de communi, & obſeruata opin. Vãt. atteſtatur *ſub rubr. quot, & quibus mod. num. 11.* Grauat. *loco cit. in dubio. num. 11.* Contard. *l. vnica, limit. 7. nu. 2. C. ſi de moment. poſſeſſ.*

38 Quo verò ad quintum de nullitate propoſita poſt terminum ſtatuti, & ſcientia præſumpta D. R. ex notificatione facta ad valuas; Reſponſum fuit ad ſatietatẽ in prioribus ſcriptis. Et ex deciſ. Rotę, & aliorum fuit oſtenſum, ſcientiã nõ præſumi. Et in hoc ſtari debere aſſertioni D. R.

39 Altera verò pars cõcluſionis, quòd ſententiæ nullitas non ſit ex his, quæ reformari valeant, vt tetigit Zaninus in ſua Epiſtola, modicam habet difficultatem; cum enim in hoc proceſſu omnia ſubſtantialia deficiant, & inquiſitio fuerit nulla, citationes, ac edicta, & alia inde ſecuta, certè nullum poteſt adhiberi remedium, cum nullitas hęc ſanari non valeat; quoniam idem ſemper error, eademque nullitas proceſſus inordinati remaneret, quæ nullam admittit confirmationem, per Doctor. *in l. ſi expreſſim. ff. de appell. l. 1. C. quando prouoc. nõ eſt nec.* Et apparet ex traditis per Vant. *in ſuo tract. in fin. nu. 129. & ſeqq.* poſt Alex. *conſ. 79. in 2. vol.* Dec. *conſ. 483. nu. 8.* & plures adducit Roueſcal. *ad d. conſ. Alex.* & eſt tritiſſimum.

40 Tertia ſuccedit concluſio, an ſuppoſito, quod hæc ſententia fuerit valida, quòd impoſſibile videtur, potuerit tamen appellari ab Ill. Ruino, & id quidem medio procuratoris. Et ſanè in alijs ſcriptis abundè probatum fuit, nos nõ verſari in aliqua pœna corporali, vt propterea merito dicamus, non eſſe nos in regula prohibitoria Procuratoris non admittendi, nec vllum eſt proclama, quod hanc pœnam in D. R. admittat; quo ſtante ſequitur, vt licet cauſa diceretur criminalis, vtpotè in qua agitur ad pęnam pecuniariam, fiſco applicandam, nihilominus Procurator admitteretur, & nedum ad actum ipſum interpoſitionis, quod dubium non habet, vt per Aret. *c. veniens. nume. 78. de accuſ.* Plumb. *d. §. ad Crimen. nume. 57.* Monticel. *d. reg. 13. nume. 22.* Theſaur. *d. deciſ. 265. num. 10.* lex. n. prima, an per alium, loquitur de examinãdis meritis cauſę, vt notat ibi Cuiac. & Veſembech. Sed etiam ad proſecutionẽ; quoniam vbi non ingeritur pęna corporalis, quamuis ſit pecuniaria, procurator admittitur, vt notatur *in d. l. 1. ff. an per al.* Vbi in ſpecie Angel. Aret. poſt alios *num. 4.* Et quòd cauſa criminalis in appellatione, modo ſit pecuniaria, per procuratorẽ agi poſſit, eſt tex. *in l. Lucius. ff. de app.* Vbi Dominus in cauſa ſerui damnati ad Beſtias, appellat, qm̃ ſua pecuniariter intereſt, vt explicat ibi gloſ.

41 Sed & propterea quod proſecutio appellationis fieri valeat a procuratore, etiam in cauſa capitali, ſuadetur, quoniã proſecutio appellationis non eſt proſecutio Criminis, quoniam expectat poſt ſe aſſignationem terminorũ, & incipit à citatione facta contra appellatum, Salyc. *in l. fin. §. illud, in princip. C. de temp. app.* Et quod procurator ſemper admittatur citra proſecutionem Criminis, notat Caſt. *d. l. ſeruum. §. publicè. col. pen. & er. bene tamen poteſt conſtit ui. de procurat.*

42 Et cum à pari procedat cauſa appellationis, & cauſa principalis, vt *in d. l. 1.* traduut Docto. *& in d. cap. veniens*; idcirco in omnibus caſibus, in quibus in principali admittitur procurator, in eiſdẽ admittetur in cauſa appellationis. Non eſt autẽ dubium, quin in cauſa principali in pleriſque caſibus admittatur; veluti ſi ad vnum tantum articulum,

culum, vt aduerſus perſonas Iudicis, vel accuſa-
toris,idemque in notarijs, vel ad oſtendendã in-
nocentiam accuſati, Menoch.*lib.1.q.80.num.53.*
Mõticel.*d.reg.13.nu.34.* Sic vbi verſamur a rele-
gatione infra, vt ꝓbatũ fuit in alijs ſcriptis, vt ꝑ
eundẽ Menoc.loco ꝑallegato *nu.86.*tũc generali
ter ꝓcurator admittetur ad examinandũ ea oĩa,
q̃ ſeorsũ veniunt à Crimine,vt per Bert.*cõſ.137.*
nu.2.in Crim. & ſupra ẽt abunde oſtenſum fuit.

43 Non obſt. modo, quæ aduerſus appellationẽ
longo apparatu deducuntur *a num.22.*vbi quòd
contumax non appellat. Nãq; , vt ſupra pluries
dictum fuit,nulla impingi põt contumacia vera,
vel ficta D. R. De vera non eſt dubium; De ficta
verò,cum nullus fuerit proceſſus,nulleq; citatio
nes,nõ potuit illa induci, ex deciſ. iam adductis,
& ſcribit Burſ.*d.conſ.225.nu.134.* Bert.*conſ.223.*
*nu.4.*Et tñ multa requiruntur ad hanc contuma-
ciã fictã inducendam , vt viginti enumerentur a
Follerio,*In ver.& ſi confitebũtur.il 4.nu.5.& ſeqq.*
quorum nullum concurrit in caſu noſtro.

Neque ea, quæ ſub *num.32.* habentur de pro-
hibita appellatione per ordines gabellarũ; Quo-
niam ad ea apparet multiplex reſponſio ex his ,
quæ dicta fuerunt in ſecundis allegationibus,
quæ hic inculcare ſuperuacuum eſt.

44 Quòd autem dicitur *num.36.* appellationem,
quæ, vt plurimum , data fuit in cauſis gabellarũ,
procedere, quoties cauſa agebatur ciuiliter, non
etiam criminaliter, minimè verum eſt,ſi inſpicia
mus proceſſus appellat. Nã apparebit cauſas fuiſ
ſe ſuper commiſſis,& quidem ex officio,& crimi-
naliter agitatas; & illa diſtinctio admittendæ ap
pellat.reſpectu præſentium, & non abſentiũ,vet
balis eſt,& contra rationem,*l.abſentem. ff. de pœn.*
In qua magis fauetur abſentibus,de quorum in-
nocentia ad Iudicem ſpectat inquirere, quã præ-
ſentibus,qui cauſam propriam melius tuentur.

45 Circa ea,quæ habentur ſub *nu.46.& 47.*quòd
D.Ruin.non audiatur,vti contumax,niſi præſti
ta fideiuſſione, & refectis expenſis, quod dicitur
etiam procedere in ficto cõtumace; Animaduer-
tendum eſt,ſemper ſupponi id, quod diſputatur.
Nam cum nunquã fuerit contumax , non habẽt
in eo locũ , quæ dicta ſunt de contumace; præci-
puè verò cum iudicibus conſtaret de notorio im
pedimento,quod proueniebat ex nimia breuita-
te termini ad comparendum,vt ſupra deductum
fuit. Proptcrea nec verè,nec ficte contumax dici
potuit. Bar.*in extrauag. ad reprimen.in verbo, negle
xerit,nu.2.*& ex cõmuni probat Burſ.*d conſ.225.*
nu.151.& ſeqq. Non.n. ſufficit præſumpta ſcien-
tia,quæ inducitur ex traditione citationis ad do
mum, & multo minus per edictum; cũ poſſit eſſe,
quòd non peruenerit notitia ad citatum.Ror.*de
ciſ.364.alias 16.de dol. & contum. in nou.* Theſau.
*d.deciſ.265.nu.5.*Remota igitur contumacia, ceſ
ſat quoq; reffectio expenſarum , ex quibus ẽt in
caſu noſtro defenditur opinio Decia.*lib.7.c.47.*
nu.10. Qm̃ Dominis Iudicibus ſatis conſtabat
de impedimẽto ex actis, & citationib. emanatis.

46 Ad ea, quæ contra procuratoris appellationẽ
dicuntur *a num.51.uſque ad num.59.* ſatis reſpon
ſum fuit in ea concluſione, in qua de nullitate
actum fuit,quæ & hic repetenda ſunt.

47 Non obſt.quod de appellatione extra tempus
quinq; dierum a Statuto præfixum , interpoſita
adducitur, replicando ad id, quod dictum fuerat
pro parte D.R. Tempus. ſ.non currere , niſi a die
e notitiæ, tum iure cõmuni,tum municipali;quo-
niam vbi notificatio ſententiæ ad eadẽ loca trãſ
miſſa fuit, ad quæ citatio ipſa,tũc tempus ab ho-
ra notificationis incipit. Lancel.*2.par.c.12.num.*
*156.*Felyn.Berrach. & alij relati ; quoniam alias
abundè ſatisfactum fuit in ſecundis allegationi-
bus , vbi videndum, ne hic incaſſum repetantur,
ſicut & ex eiſdem ſcriptis ceſſare poſſunt ea,quæ
habentur *a nu.62.vſque ad* 84. Nam nullam cor-
poralem pœnam,minuſuè afflictiuam in ſubſidiũ
pecuniariæ ex proclamatibus , vel ordinibus in
caſu noſtro infligi,ſatis oſtenſum fuit.

48 Euitantur quoque faciliter ea, quæ habentur
a nume.84.vſque ad nume.92. de procuratore non
admittendo,quoniam indicia ſint valida ad tor-
turam aduer. D.Ruin. & quòd contumax etiam
fictus ex ſola contumacia torqueri poteſt, vt per
Cartar. & Farinac. de quibus in allegationibus.
Nam reſpondeo,quòd tum demum hæc procede
rent, quoties ex proceſſu rectè formato cõtuma-
cia reſultaret ; tunc enim effectus contumacię id
operari poſſet; ſed cum in caſu noſtro non adfue
rint requiſita ad contumaciam , pariter quoque
ceſſabit effectus illius, Farinac. *d.queſt.11.nume.*
36.& *nume.50.* vbi quòd non dicitur contumax,
qui iuſta cauſa impeditus, venire non potuit, *&*
num.51. quòd tunc proceſſus eſt nullus , *& num.*
*80.*quod ſi ſententia ſit nulla,non poteſt deueni
ri ad torturam . Sed & vbicũque ſumus etiam in
contumace, ſi ſit bonæ opinionis,nõ torquetur,
vt per eundem *nu.76.& nu.* 81. vbi idem inquit
de nobili , qualis dr̃ in propoſito caſu D. Ruin.

49 Eadem quoque dici poſſunt , quatenus *nume.*
*92.*ſubiungitur, nõ audiri D. Ruin. niſi expreſſe
in ſe ſuſcipiat onus probandi contrarium. Quo-
niam hoc procederet, ſi contumacia,& eius pro-
nunciatio rectè proceſſiſſet ; verum quia nullum
iuris,aut ſtatuti fomentum habent,ideo nec effe
ctum prædictum inducere poſſunt.

50 Non obſt. ea, quæ traduntur ſub *nume.98.&*
*99.*ꝙ Reus debet perſonaliter venire,quoties,vel
indicia adſunt contra eum , vel Iudex mãdat ip-
ſum perſonaliter comparere,ad trad. *in l.fin. C.de
procurat.* Clar.*§.fi.q.32.poſt uerſi.hac autem* . Nam
illud procederet, ſi proceſſus rectè formatus fuiſ
ſet;verum,quoniam nec citationes, nec inquiſi-
tio legitima præceſſit,ne quidem indicia attendi
debent. Rurſus,quod dicitur, Reum perſonaliter
teneri comparere, non habet locũ, quãdo mittit
procuratorem inſtructum, quoniam non eſt hęc
ſpecies defenſionis illi auferenda . Saly. *in l.reos.
in fi.C.de accuſ.* Imol.*l.penul.§.ad Crimen,de accuſ.*

Præterea in omnem caſum non poteſt eſſe lo-
cus torturę aduerſus D.Ruin. ſiue quia in Magi-
ſtratu,& Senator Bononienſis eſt; quo caſu eiuſ
modi viri non torquentur ; ſiue qm̃ in ætate de-
crepita,ac imbecilli conſtitutus reperitur, vt nec
valeat

Digitized by Google

valeat torqueri, vt per Farinac. *q. 41. num. 29. & num. ſeq.*

LAVS DEO.

Reſponſum Proſperi Farinacij in eadem cauſa.

ADSIT DEVS. Viſis proceſſu formato contra periluſtrem D. C. R. pro prætenſa fraude gabellarum ciuitatis Ferrariæ illius, ſtatutis, ac doctiſſimis allegationib. hinc indè impreſſis, decreueram in hac cauſa manum ad ſcribēdū non apponere; ea enim omnia, in quib. quæſtionis punctus conſiſtere videbatur, adeo plenè, & ſubtiliter per Dominos allegantes diſcuſſa fuere, vt cum nihil eorū ſcriptis addi poſſe exiſtimarem, ſuperfluum putabam iam alias deducta, recātare. Sed, vt ſic volenti, & iubenti obtēperem, & ſumendo defenſionem dicti D. C. quā ſecundū veritatem, magis in iure ſubſtineri poſſe credidi, duas breuiter enucleandas inſpectiones mihi ꝓpono; prima erit; Nunquid proceſſus prædictus alicuius nullitatis vitio ſubiaceat; ſecunda, an in præſenti cauſa poſſit idem D. C. audiri per procuratorem abſque eo ꝙ ſe perſonaliter conſtituat.

51 Circa primā, omiſſa illa nullitate ex defectu citationis, ſuper qua in impreſſis allegationib. ad ſaturitatē diſcuſſum fuit, vr̄ primo loco, proceſſum hunc nullitatem pati, ob defectum inquiſitionis; Nō.n. in eo poſt denunciā factā a ſecreto denunciatore, video aliquā formatā inquiſitionem; ideo nulla ēt vr̄ ſubſequuta ficta per contumaciam confeſſio; ſi.n. vera confeſſio nō ſupplet inquiſitionis defectū, Bal. poſt Innoc. quem allegat *in l. 1. nu. 33. C. de confeſſ.* Fulg. *in l. 1. nu. 3. in fine ff. eodem, et in l. ſi confeſſus. nu. 2. ff. de cuſtod. reor.* Lanfr. *in c. quoniam contra. in verbo, confeſſio, num. 21. extra de probat.* multò minus illum ſupplere poterit ficta confeſſio; cum certum ſit, quod confeſſio ficta plus operari non poteſt, quàm vera. Bal. *in l. 2. §. quod ſi actor. in fi. nu. 5. C. de iur. iur. pp caln̄.* Bal. *in tract. de ſtatut. verbo, confitens, nu. 1. inter tractatus, to. 2. fol.* 101. Foller. *in pract. crim. in verbo, & ſi confitebuntur. in 4. par. 3. partis. nume. 25.*

52 Nec denunciatio ſupplet inquiſitionem, quia ex ea non inducitur diuerſus, ac ſeparatus procedendi modus, ſed tantum Iudici aperitur via ad inquirēdum, & inquiſitionem firmandam, & ita in practica ſeruatur, teſtibus Angel. *de malef. in verbo, necnon an denunciationem. nume. 4. verſicu. præterea dico.* Papien. *in pract. in forma inquiſitionis. in glo. 1. poſt num.* 38. Clar. *in pract. §. fina. quæſtio. 7. in princip. & verſi. quæro igitur.* vbi teſtatur de communi obſeruantia, a qua nec etiam diſſentire videtur ſtatutum Ferrariæ, *lib. 3. cap. 9. in fine,* dum in eo diſponitur, quod ex ſimplici denunciatione, non poſſit Iudex formare ſpecialem inquiſitionem contra aliquem, alijs non præcedentibus indicijs: & ſic poſt denunciam datā adhuc formandam eſſe inquiſitionē, apertè ſentire vr̄.

53 Verum admiſſa etiam eorum opinione, qui dixerūt, denunciationem de per ſe eſſe modū procedēdi, nec aliam poſt eam requiri inquiſitionē; erit vtique horum ſententia declaranda, vt procedat in denunciatione, in qua denunciantis nomen ſit expreſſum; vel vbi eſt tacitum, & ſecretū (prout in caſu noſtro) & poſtea Iudex ex officio inquirat; & ſic poſt denunciationem adhuc erit neceſſaria inquiſitio, prout declarat Boſſ. *in titu. de denunciat. nume.* 19. ex Batto. quem allegat *in extrauag. ad reprimendum, in ver' 'i, denunciationē. num. 1. in fine. verſ. quod eſt verum.*

54 Hinc oritur ſecūda nullitas proceſſus fabricati, ſcilicet ad denunciationem, denunciantis nomine non expreſſo contra formam ſtatuti *lib. 3. rub.* 4. vbi expreſſe cauetur, in denunciatione denunciatoris perſonā eſſe exprimendam, & *rub.* 7. vbi pariter cauetur reo, denūciatoris perſonam, ſeu publicam, ſeu priuatam patefaciendam eſſe, vt ſuum cognoſcat aduerſarium, & taliter ſubſequutam cōdemnationem nullam eſſe; nec ab huius ſtatuti laudabili diſpoſitione diſcordat ius cōmune, cum etiā ab eo proceſſus per viam ſecreti denunciatoris ſit improbatus, ad tex. *in cap. inquiſitionis. §. tertia, & ibi notant omnes, extra de accuſat.* Boſſ. *in titul. de accuſat. nume.* 3. vbi propterea quod male faciunt Iudices, & notarij recipiētes iſtas notificationes, ex quibus mille indebitæ, & calumnioſæ vexationes ſequuntur, *& in titu. de denunciat. nume.* 18. *& ſeqq.* vbi quod ſenatus ordinauit, tales notificationes non eſſe accipiendas, nec ſuper illis procedendum, quod & idem teſtatur Clar. *in pract. quæſtio. 5. verſic. ſcias etiam in fine.*

55 Tertia videtur nullitas, quia prout mihi in facto præſupponitur, in proceſſu non conſtat plenè de prætenſa extractione frumenti ex ciuitate Ferrariæ extra eius territorium; quo caſu ceſſat corpus delicti; & ideo ficta confeſſio, & condemnatio inde ſequuta, illud non ſupplet. Gugli. de Benedict. *in c. Raynutius. par. 2. in verbo, mortuo itaque teſtatore. il 1. nu. 162. & ſeqq. extra de teſt.* Foll. *in pract. crim. in 4. p. 3. partis nu. 15. & nu. 25.* Boſſ. *in tit. de banni nullitat. nu. 7. verſ. item quando conſtat Iudici.* Bertazz. *conſi.* 380. *num. 2. lib. 2.* ſi enim hoc non poteſt vera cōfeſſio. Boſſ. *in tit. de delict. nu. 15. & num. 22.* Clar. *in pract. §. fina. q. 55. verſi. poteſt etiam, & verſi. quomodo autem.* multò minus poterit ficta confeſſio.

56 Quarta ſuccedit nullitas, quia in prima citatione facta, vt prætenditur, Domino Carolo, nō eſt ſpecificatus tenor aſſertæ denunciationis, prout de iure ſpecificari debeat ſecundum communē, & a conſuetudine approbatam opinionē, de qua teſtatur Clar. *in pract. §. fin. q. 31. ver. quæro nunc, & verſ. quæro nunquid,* & Imol. Angel. Marian. & Foller. in locis per eum relatis; nec diſſentire videtur ſtatutum Ferrariæ *lib. 3. rub.* 4. quo cauetur, reum citari debere, vt veniat ad ſe excuſandum a tali crimine contra eum inſtituto, ponendo effectū delicti, & denunciationis, quæ non fuerit ſeruata in citatione, de qua agitur; vnde condemnatio ſubſequuta, ipſo iure nulla apparet, ex eodem ſtatuto ante finem *in verſ. ſi quis autem damnatus ſit, non ſeruata dicta citationis forma &c.*

57 Quinto loco nullitas condemnationis prædictæ

ſatis

ęt,ſatis apparet ex eo, quod in proceſſu fuit Dominus Carolus declaratus,& habitus pro cōfeſſo,abſque eo,quod eſſet poſitus in banno, ſecundum communem, & generalem practicam procedendi,de qua,alijs relatis,teſtatur Cla.*in pract.* §. *fi.q.44.verſ.ſed hodie.in princip.*refert,& ſequitur Cartar.*in tract.de exequut.ſenten.c.*1.*num.*426. *& ſeqq.*concordat ſtatutum Ferrariæ *lib.* 3. *rubr.* 5. *verſ.omnibus aūt*, vbi amplius,quod tale bannum debet continere tenorē accuſationis, & nomen accuſantis cū termino octo dierum ad comparēdum. Quæ forma,cū non fuerit ſeruata, nec vllū bannum datum,non potuit D.Carolus pro confeſſo haberi,& ſententia indè ſequuta nulla prorſus remanet.Bal.*in Auth. iubemus.nu.* 10.*C.de iud.* Bal.*in tract.de ſtat.d.verbo,confiteris,nu.*16. Hippol.Rimin.*conſ.*115.*nu.* 28.*lib.* 2. & licet prædictum ſtatutum loquatur in accuſatione, idem ſeruari debet, quando proceditur in denunciatione, ex eodem ſtatuto *lib.*3.*rub.*10. *&* 11.

58 Sexta etiam nullitas in eodem proceſſu conſiderari poteſt,quia in denūciatione propoſita nō exprimitur particularis locus, ex quo prætenſa frumēti extractio, & emptio reſpectiuè facta fuerit,nec etiam exprimitur tempus particulare,nec perſonę particulares,cum quibus,& quando prędicta prætenſa delicta patrata fuerunt; & tamen hęc omnia,immo etiam,& omnes delicti qualitates,& circunſtantias ſpecificari, & exprimi debere adhoc,vt inquiſitio, & accuſatio,ſeu denūciatio ſubſtineatur, aliàs tanquam vaga, & generalis nulla prorſus remaneat,per tex.*in l.libellorum. ff.de accuſ.*ſcripſerunt Bart.*in l.*2.§.*ſi publico.num.* 12.*ff.de adult.*Boſſ.*in tit.de inquiſit. nu.* 75. *&* 76. *& nu.*90.*&* 91.*& nu.* 94. vbi præſertim loquitur in inquiſitione formata contra mandantem, dicitq; eſſe exprimendum locum, & tempus commiſſi delicti,& mandati.Clar.*in pract.* §. *fina.q.* 7. *verſ.vlterius quaro.ad medium*,vbi in ſpecie loquitur de denunciatione,*& q.* 31. *verſ. quod de anno præſenti,& q*.32.*verſ.dixi exprimendum,& verſ.eſt aūt exprimendus*. vbi etiam, quod exprimēdus eſt locus cum deſignatione coherentiarum. Hippo. Rimin.*conſ.*723.*num.*86.*& ſeqq.lib.*6. vbi etiam quod eſt exprimendus locus loci ex Auguſt.poſt Speculat.quem allegat ad Angel. *de maleſ.in verbo, in platea communis. verſic. quæro, an locus loci. nume.*2.concordat ſtatutum Ferrariæ *lib.* 3.*rubr.* 1.quo expreſsè cauetur,denunciationem debere continere ſubſtantiam delicti cum qualitatib. & coherentijs ſuis,cum anno menſ.,& loco,ſaltem per duos confines declarato. Nec ſtilus gabellæ contrarius eſt,immo conformis,prout legitur in duabus denunciationibus poſitis in allegationibus ex aduerſo datis,ſub nu. 199.

59 Et ex præcedentib. infertur ſeptimo loco alia nullitas reſultans ex eo, quod in denunciatione prædicta dicitur,quod Dominus Carolus, & Raphael Pariſius,& alij extraxerunt,& extrahere fecerunt,vel ad minus de earum ſcientia, voluntate, & commiſſione extractæ fuerunt plures quantitates frumenti &c. ſic pariter,& in ſententia p̄dicti Dominus Carolus, & Raphel condemnantur ex eo quod extraxerint, & exconduxerint,ſiue extrahi, & exconduci fecerint dictum frumentum &c. Ex quibus tam denunciationem,quàm ſententiam alternatiuè conceptas extitiſſe apparet, & conſequenter indè non modicam oritam incertitudinem.*l.prætor edixit.§.quod autem,& ibi glo.& Bart.ff.de iniur.*incertam autem inquiſitionem minimè admittendam, & nullam reputari, tradiderunt Bald.*conſ.* 259. *nume.* 2. *lib.* 1. Iaſ.*in §.carere nume.*17. *inſtit. de actio.* Marant. *in titu. de inquiſit.nume.*37.cum alijs ſupra citatis. Prout etiam, & non modica reſultat incertitudo eiuſdem inquiſitionis,cum in ea dicatur, *dandoſi aiuto, conſeglio, & fauore l'vno, & l'altro in commettere le predette coſe &c.* Ex quo enim in dicta denuncia ſunt inquiſiti plures, quàm duo,debebat dicere vnus alteri, & inuicem omnes inter ſe dederunt,& præſtiterunt auxilium &c.aliter remanet inquiſitio incerta,& conſequēter nulla,prout voluit Bald.*in d.conſ.*259.*nu.*2.*lib.* 1.

60 Octauo valde conſiderabilis eſt alia nullitas eiuſdem denunciationis,dum in ea pro expreſſione temporis commiſſarum aſſertarum fraudū dicitur,*dell'anno* 1591. incluſiuè *in qua non ſolo ogni, & qualunque giorno, ma ogni, & qualunque notte per detto tempo ha comprato, & fatto comprare molta quantità di formenti &c.* Deinde dum pariter dicitur, item *ch'eſſi denunciati &c. hanno eſtratto, & fatto eſtrare &c. ogni notte per detto tempo, quando in poca, & quando in aſſai quantità di detti formenti &c.* Hæc enim inquiſitio, ſeu denunciatio continet iudicio meo a communiter accidentibus nedum inuerifimilia, ſed etiā ferè impoſſibilia,quod ſcilicet ab anno 1591. vſque ad menſem Auguſti 1594.qualibet nocte, & qualibet die fuerit facta emptio prędictorum frumentorum, eorumque qualibet nocte fuerit facta extractio,cum, alijs omiſſis,aſſiduę hyemales imbres,exundationes Padi,fangoſę vię,excurſiones crebrę ſatellitum,& alia ſexcenta impedimēta veriſimiliter contingibilia,exportationem huiuſmodi tandiu continuatam reddant,vt dixi,& inueriſimilem, & ſecundum rerum naturā,impoſſibilem;qui enim omnem, & quamcunque noctē dicit,nullam vtique noctem excludit. *l.a procuratore. C. mandati, cap. ſi Romanorum.* §. *dicendo vero.* 19. *diſtinct. capit. ſolitæ, de maiorit. & obedient.* Item qui dicit, omni nocte,vel omni die, idē eſt, ac ſi ſpecificè omnes noctes, & omnes dies expreſſiſſet.*l.omnes*,& ibi Bald.*in ſummario,& num.* 2.Angel.*etiam in ſummario,& in primo notab. C.de præſcriptio.*30.*vel* 40.*annor.* Aym. *conſ.*294. *num.* 2. *verſic. ſed magis in terminis.* Data igitur inueriſimilitudine, ſeu impoſſibilitate denunciationis prædictę,ſequitur etiam inueriſimilem,& impoſſibilē eſſe fictam cōfeſſionem,ex ea,& præter ſa contumacia reſultantem, & cōſequenter nullam eſſe Dominorū Iudicum declarationē, dum Dominum Carolum habuerunt pro cōfeſſo, & omnia,& ſingula in denunciatione cōtenta, pro veris;quia ſicut cōfeſſio,ex ore proprio ipſius rei emanans, ſi inueriſimilis ſit, confitenti non nocet,Dec. *in cap.at ſi clerici.nu.* 42. *& ſeqq. extra de iudic.*

Digitized by Google

indic. Marſi. in l. repeti. poſt nu. 19. ff. de q. & in rubr. C. de prob. nu. 120. & in pract. §. poſtquam. nu. 5. in fi. Boſſ. in tit. de confeſſ. nu. 46. Pariſ. conſi. 153. nu. 31. verſ. et bene facit lib. 4. & multo minus ſi ſit impoſſibilis, Marſ. in d. rub. de prob. nu. 118. & ſeq. vbi impoſſibilem confeſſionem arguit a cõmuniter accidentibus, & in pract. crim. §. poſtquam. nu. 6. in fi. verſi. patet etiam in confeſſione impoſſibili. Ponzin. in tracta. de lam. nu. 52. tanto minus nocere põt, aut debet ficta confeſſio, ex præallegatis, & voluit Foller. in pract. crim. in 4. par. 3. partis principalis, in verbo, & ſi confitebuntur. nu. 25.

61 Hinc, & ex eodẽ proceſſu nona reſultabit nullitas, quia ſicut inuериſimile, aut impoſſibile eſt, ꝙ emptio, & extractio frumentorũ ſit qualibet die, & qualibet nocte reſpectiuè facta, vt prædixi, ita etiam inueriſimile, aut impoſſibile eſt, quod Curia habuerit teſtes, qui emptionem, & extractionem prędictam qualibet die, & qualibet nocte viderint; & quatenus eos ſic dicentes habuerit, prædicti teſtes tãquam inueriſimilia, & impoſſibilia deponentes, vti de falſo ſuſpecti, minimè probabunt. Iacob. de Sancto Georg. in l. hoc carmen. §. fina. nu. 1. in fine, & ſeqq. ff. de teſtibus. Iacob. Egid. in tract. de teſt. nu. 24. Boſſ. in tit. de oppoſit. contra teſtes. nu. 94. Tiraq. de renocan. donat. in præfat. num. 44. & 45. Marſi. conſi. 20. num. 60. lib. 1. Dec. conſil. 448. nu. 15. vbi in ſpecie de teſte deponente ſe vidiſſe, quod videre non potuit, prout illũ refert, & ſequitur Maſc. de probat. lib. 2. concl. 745. nu. 17. & alibi paſſim, & communiter Doctores, præſertim ſi de nocte, & luna non lucente, ſic infinitis ferè vicibus frumentum extrahentes, ſe cognoſcere dixerint; quo caſu pariter, & falſi reputantur. Iaſ. in l. ſi non ſpeciali. nu. 10. C. de teſt. Felyn. in c. ſicut, poſt nu. 5. extra de re iud. Plot. de in lit. iuran. §. ſi. nu. 16. & ſeqq. Menoch. de arbitr. q. lib. 2. caſu 276. num. 35. & ſeqq. & conſequẽter ſine indicijs, & probationibus inquiſitionem formatã, & ſententiam ſubſequutam nullam eſſe, fatendum eſt. Angel. de maleſ. in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio, num. 30. Marſi. in pract. §. conſtante. nu. 33. Boſſ. in tit. de inquiſit. nu. 21. Cla. in pract. §. fin. q. 2. verſ. ad formandam. Menoch. de arbitr. queſtion. lib. 1. queſt. 78. nu. 1. Cæphal. conſ. 204. nu. 18. & conſi. 206. nu. 21. lib. 2. Rol. conſi. 96. nu. 1. & ſeq. lib. 4.

62 Nona, & vltima deducitur nullitas cõdemnationis prædictæ ex eo, quod in ea condemnãtur Dominus Carolus, & Raphael, & eorũ ſinguli, pro prætenſis fraudibus commiſſis per ipſum Raphaelem tam in emendo, quàm in extrahẽdo frumenta de conſenſu, ſcientia, & mandato prędicti Domini Caroli, ac communi vtilitate amborũ, ſi vtilitas huius prætenſæ fraudis erat cõmunis tam dicti Domini Caroli, quàm Raphaelis; ergo non eſt verum, quod Rphael de mandato Domini Caroli aliquid fecerit; mandatũ enim dicitur, quando delictum committendum reſpicit ſolam vtilitatem mandantis. Bartol. in l. non ſolum. §. ſi mandato. nu. 2. ff. de iniur. Alex. conſi. 128. nu. 2. lib. 4. Carer. in pract. in 2. tracta. de homic. & aſſaſſin. §. circa ſecundum, videlicet de mandante. nu. 1. Foller. ibi 122. Ant. Homel. de delict. tit. de homic. nu. 43.

ſi vero recipiat vtilitatem vtriuſque, tunc non mandatum, ſed conſilium dicitur. Corn. conſ. 57. num. 5. lib. 4. Hippol. Rimin. conſi. crim. diuerſ. 105. num. 39. & ſeq. lib. 1. in paruis, poſt Bald. & Grama. in locis per eum relatis.

63 Et in propoſito adhuc conſidero, quod in denunciatione Dominus Carolus imputatur non ſolum quod mandauerit emi, & extrahi frumenta, ſed etiam, quod ipſemet emerit, & extraxerit; in ſententia autem nõ condemnatur de emptione, & extractione, ſed tantum de mandato, quia vt creditur, curia non habebat probationes, prout etiam nec habere poterat, cum Dominus Carolus plures, & plures ſunt anni, quod nunquam egreſſus fuit territorium Bononienſe, ſuper emptione, & extractione prędicta; quo vero ad mandatum nec pariter condemnari poterat, cũ, vt ꝑfertur, data etiam vtilitate prætenſi principalis ementis, & extrahentis, excluditur mãdatum; & ſic ipſa ſentẽtia ex eius lectura redditur ſibi repugnans, nec ex actis iuſtificatur, ideò notorie iniuſta reputanda eſt. Curt. iun. conſi. 104. nu. 4. Pariſ. conſi. 54. nu. 1. & 2. & conſi. 107. nu. 11. & ſeqq. lib. 4. Aym. conſ. 299. num. 7. verſi. 3. reſpondeo & nu. 8. Rolan. conſi. 76. num. 27. lib. 1. Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 4. nu. 850. & ſeqq.

64 Et ex prædictis, denunciationem, ſeu inquiſitionem formatam contra Dominum Carolum nullam prorſus dici, facile crediderim; quod ſi inquiſitio nulla eſt, & proceſſus corruit, & condẽnatio cum omnibus indè ſequutis. l. libellorum. verſicu. quod ſi libelli. ff. de accuſat. l. ſi maritus. la 2. §. fina. verſicu. fina. ff. de adulter. Boſſ. in tit. de inquiſit. nume. 77. Foller. in pract. crimin. in 4. parte 3. partis principalis, verbo, & ſi confitebuntur, nume. 6. Anto. Homel. de delict. tit. qualiter formetur accuſatio. num. 1. Clar. in pract. §. fina. quæſt. 20. verſicul. ad formandum. Rolan. conſi. 94. num. 31. conſi. 57. nu. 30. lib. 4.

65 Nec obſtet ſi opponatur de cõtrario gabellæ, & illius fori aſſerto ſtilo; nam vltra quod prædictus ſtilus non probatur omni tempore vniformis, prout bene deduxit Dominus ſcribens pro Domino Carolo, adhuc etiã dato, quod vniformis probaretur, nõ poteſt per illum derogari formis, & ſolẽnitatibus traditis a ſtatutis Ferrariæ, cum ex eiuſdem ciuitatis ſtatuto lib. 1. cap. 2. improbetur omnis ſtilus, & omnis conſuetudo contraria tam antiqua, quàm ſuperueniens, cum expreſſa declararione, quòd ipſo iure nullum, & irritum ſit quicquid contra illorum ſtatutorum formam factum fuerit; ideò ſubintrat concluſio, quod ſtilus, ſeu conſuetudo reprobata non poteſt ad cauſarum deciſionem in foro allegari, Auth. caſſa. de ſacroſanct. eccleſ. Authen. nauigia. C. de furt. cap. fina. in fine. de conſuetud. Aym. de antiq. temp. par. 4. in princ. nu. 43.

66 Et vbi a lege, vel a ſtatuto ſimpliciter reprobatur ſtilus, vel conſuetudo, tunc cẽſetur etiam reprobatus futurus ſtilus, & conſuetudo, ſecundũ communem, de qua teſtantur Iaſ. in l. de quibus. nume. 55. ff. de legibus Capra concluſ. 12. nume. 24. & concluſ. 13. num. 29. Tiraquel. de renocan. donat. in præ-

in præfatione nu. 19. *& ſeq.* Cou. *var. reſ. lib.* 3. *c.* 13. *nu.* 4. *verſ.* 2. *concl.* Viu. *opinion.* 159. *verbo, conſuetudo.* Lud. Peguer. *deciſ.* 34. *nu.* 9. ergo multo magis, vbi expreſsè ſtatutum (prout in caſu noſtro) reprobat futurum ſtilum, & conſuetudinem. Bart. *in l. de quibus. nume.* 5. *verſi. oppono quod indiſtinctè. ff. de legibus*, & in ſimili ſtatuto Bononiæ ſcripſit Alexan. Strac. *in pract. iudicia. c.* 10. *nu.* 19. *& ſeq.*

67 Imò ex ſola clauſula, irritante, reprobari quilibet ſuperuenientem contrarium ſtilum, probatur *in d. Auth. caſſa, & ibi notant omnes. C. de ſacroſanct. eccl.* Franc. *in c. cum de beneficio. num.* 4. & ibi Geminian. *nu.* 6. *de præben. in* 6. Duen. *regu.* 144. *in prima ampliat. in* 3. *ampliat.* vbi ampliat, etiã, quod ſtilus, & conſuetudo ſit immemorabilis, & ibi cõcordantes allegat, quicquid in contrarium ſenſiſſe videatur Aym. ex aduerſo allegatus, *de antiq. tempor. par.* 4. §. *materia iſta. num.* 43.

68 Nec præmiſſis releuaret replicare, prout replicatur in allegationibus Domini ex aduerſo ſcribentis, *nu.* 100. quod ſcilicet ſtatuta Ferrariæ loquuntur de proceſſu formando per Prætorem, & Iudicem maleficiorum, non autẽ à alijs Iudicibus; nam quod immo ſtatuta prædicta ſint generaliter intelligenda, ſatis dilucidè demõſtrat Dominus ſcribens pro Domino Carolo *in verſi. neque reſiſtunt, & ſeq.* cuius cõſiderationes, & optima fundamenta hic repetere ſuperfluum eſſet.

Prout etiam nec releuat dicere, prout dicitur in ex aduerſo allegatis *num.* 107. *&* 127. quod ſcilicet ſtatuta ciuitatis Ferrariæ non debeant, nec poſſint præiudicare datijs, & gabellis eiuſdem ciuitatis; nam ad hãc obiectionem clariſſima colligitur reſponſio ex pͬmis allegationib. factis pro Domino Carolo. *in verſi. nec obſtat, & ſeq.* & in ſecundis allegationibus *in verſ. minus ſufficit etc.* quam pariter hic ſuperfluam reputandam putaui. Et hæc quoad primam inſpectionem.

Quo vero ad ſecundam, an. ſ. D. Carolus ad allegandum præmiſſa, poſſit audiri per Procuratorem abſq; eo, quod perſonaliter compareat; Res (credo) aut nullam, aut modicam habeat difficultatem; & pro illius reſolutione facio infra ſcriptas cõcluſiones in iure veriſſimas, & communes.

69 Prima ſit concluſio, quod ad allegandum nullitatem proceſſus, admittitur Procurator, etiam in cauſa vbi aliàs non eſſet de iure admittendus. Bald. *in l. reos. nume.* 35. *C. de accuſat.* vbi loquitur in caſu, in quo non diſputatur ſuper crimine, ſed tantum ſuper cancellatione condemnationis, & ibi teſtatur de veriori opinione, & quod ita ſuo tempore ſeruatur, idem Bal. *conſ.* 238. *nu.* 2. *lib.* 2. Rub. Alex. *in tract. de poteſt. Procur. nu.* 156. *&* 158. *in fi.* Gab. *lib.* 7. *concl.* 9. *nu.* 75. Menoch. *de arbitr. q. lib.* 1. *q.* 60. *nu.* 30. *& ſeqq. pract.* Corrad. *tit. de comparit. inquiſit. nu.* 6. *in* 19. *fallent. fol. mihi* 263. Cla. *in pract.* §. *fi. q.* 32. *verſi. quæro in cauſa.* vbi quod ita practicatur, pręſertim quando agitur de nullitate non deducenda per extrinſecas probationes.

70 Secunda eſt cõcluſio, & magis ſpecialis, quod ad opponendum de nullitate, & ineptitudine inquiſitionis pariter, & procurator admittitur, vbi aliàs non admitteretur, idem Bald. *in conſil.* 238. *num.* 2. *lib.* 2. Marſi. *conſi.* 24. *nu.* 41. *& conſi.* 39. *nu.* 61. *& in pract.* §. *ſequitur. nu.* 30. vbi quod ita aliàs practicauit cum honore, & lucro Aym. *conſ.* 151. *num.* 3. *in fine.* Grat. *conſi.* 73. *nu.* 3. Rub. Alexandr. *de poteſt. Procurat. nu.* 175. *& ſeqq.* Boſſ. *in tit. an in crim. iudic. nu.* 14. *in fine*, vbi quod quilibet põt diſputare ſuper ineptitudine inquiſitionis, & Procurator, & alius, Gabr. *lib.* 7. *concl.* 9. *nu.* 88. *pract.* Corrad. *d. tit. de cõparit. inquiſ. nu.* 6. *in* 17. *fallent.*

71 Ex quibus cum appareat, pręmiſſas duas concluſiones communiter a Doctoribus receptas eſſe, non eſt curandum de Baldo, qui ſibi cõtrarius contrarium dixiſſe videtur *in l. ſeruum quoque.* §. *publice. num.* 6. *verſi. iuxta prædicta quæro ff. de procurat.* Præſertim cum idem Baldus vbi ſupra allegatus *in l. reos. num.* 35. *C. de accuſ.* primam opinionem dixerit veriorem, & ſeruatam.

72 Sic pariter nec curãdum eſt de Afflicto allegato ex aduerſo *in* 2. *p. conſtitutionum Regni, rubr.* 3. *nu.* 27. *in fine, & ſeqq.* dicente, quod ad allegandum nullitatem, non admittitur procurator; ſed reus perſonaliter ſe debet conſtituere, quem reſerendo ſequi videntur Foller. *in pract. crim. in verbo, foro iudicatis. nu.* 3. Cartar. *de exequut. ſent. c.* 3. *nu.* 12. nã Afflictus, qui ad id originaliter citatur per prædictos Folle. & Cartar. vltra quod forſan credendum eſt, eũ loqui ſecundum conſuetudines, & pragmaticas illius Regni, nihil pro ſua opinione allegat. Ideo eius authoritas non eſt præferenda cõi contrariæ opinioni prædictæ.

73 Tertia ſit concluſio, & ea quidem caſu noſtro valdè applicabilis, quod quando nullitas, quę allegatur, eſt notoria, non indigẽs ſcilicet extrinſeca probatione, ſed ex actis reſultans, tũc indiſtinctè Procurator admittitur ad illam deducendũ, & allegandum. Boſſ. *in tit. an in crimin. iudic. num.* 13. *& ſeqq.* vbi latè comprobat, teſtatur de communi, & loquitur etiam de exceptione mixta, ea ſcilicet, quæ poteſt opponi ad crimen, & ad proceſſum, quod & idem voluit *in tit. de carcer. fideiuſſor. committen. nu.* 16. ſequitur Clar. *in pract.* §. *fina. q.* 32. *verſ. pariter etiam, & verſ. quæro an in cauſa.* Menoch. *de arbitrar. q. lib.* 1. *q.* 80. *nu.* 77. *& ſeqq. & nu.* 82. *verſi. ſed etiam poteſt intelligi.*

74 Nec obſtet, quòd ex aduerſo dicatur in allegationibus *nu.* 140. nullitatem tunc dici notoriam, quando nullam recipit dubitationẽ, & diſceptationem tam in iure, quàm in facto ex Boſſ. *in tit. de carcer. fideiuſſor. committen. nume.* 17. & Caphal. *in conſi.* 201. *num.* 10. nullitates enim oppoſitę aduerſus proceſſum, de quo agitur, ſi rectè inſpiciantur, ex actis euidenter apparent, & dubitationem non recipiunt; & iſto caſu non quælibet impugnatio, & diſputatio ſufficit ad tollendum, quod nullitates non ſint notoriæ; ſed debet eſſe, & colorata, & pͬbabilis. iudicis arbitrio, quia paria ſunt, non opponere, vel non probabiliter, & non coloratè opponere; & ſimplex negatio, vel oppugnatio nõ facit rem dubiam. Aym. *conſi.* 55. *nu.* 3. *cum alijs* per Rot. *dec.* 86. *nu.* 4. *et* 5. *p.* 1. *diuerſ.*

75 Quarta ſit concluſio, præcedentium ampliatiua, quod ad dicendum de nullitate proceſſus, admittitur procurator, nõ obſtante quocunq; ſtatuto,

ruto, procuratorē in criminalib. repellente. Boſſ. *vbi ſupra num.* 13. *in fine*, vbi loquitur in ſtatuto prohibente allegationē alicuius exceptionis per procuratorem, & *nu.* 14. vbi ampliat etiam, quod ſtatutum tolleret defenſionem, & *in tit. de carcer. fideiuſſor. committen. num.* 18. vbi teſtatur de communi. Bero. *in conſi.* 170. *nume.* 16. *& omnibus ſeq. lib.* 3. vbi pluribus hanc probat concluſionem, & loquitur in terminis ſtatuti volentis, quod nullus tanquā procurator, neç defenſor, nec vt vnus de populo, nec tanquam coninncta perſona in cauſa criminis poſſit comparere ad aliquid opponendum, ſeu allegandnm, aut aliquo modo pro abſente excipiendum. Menoc. *dicta quæſt.* 80. *nu.* 77. *& ſeq.* Mago. *deciſ. Lucen.* 22. *nume.* 17. vbi loquitur in ſtatuto prohibente in criminalibus audiri defenſores, reo non cōſtituto in carceribus.

76 Quinta ſit concluſio, præcedentis concluſionis ampliatiua, vt ſcilicet ea multo magis procedat, quando nullitates, quæ opponuntur, veniūt ex ventre aliorum ſtatutorum; tunc enim cū certi iuris ſir, exceptionibus a ſtatuto prohibitis, nō cenſeri prohibitas eas, quæ ab alio ſtatuto admittuntur, Barto. *in l.* 1. §. *& parui. nu.* 5. *ff. quod vi, aut clam.* Felyn. *in cap. ex parte. il* 2. *num.* 6. & ibi Dec. *num.* 5. *de offic. delegat.* Franc. *in capit. dilecto. num.* 131. *extra de appellat.* vbi ampliat etiam, quod ſtatutum diceret, non obſtante quocunque alio ſtatuto, Riminal. *conſi.* 63. *num.* 7. *lib.* 1. cum alijs per Aſin. *in pract.* §. 31. *capit.* 22. Ideo, non obſtante quocunque ſtatuto, prohibente, procuratorem in criminalibus admitti, ad opponēdum quaſcūque nullitates, & exceptiones, non cenſeri prohibitum eum, qui ad opponendum nullitates, ab alio ſtatuto admiſſas, compareat, conſuluit Matſil. *conſi.* 73. *num.* 75. *& ſeq.* Bertaz. *conſi.* 303. *num.* 5. *& nume.* 7. vbi loquitur in ſtatuto prohibente defenſorem, vel excuſatorem, & latius *conſi.* 137. *per totum*, vbi amplius concludit, quod non obſtante tali ſtatuto, iudex iſto caſu debet admittere inſtructorē, & defenſorem, etiam cum extrinſecis probationib. & quod ita aliàs fuit iudicatū.

77 His ſic firmatis cōcluſionibus, dico, quod nō poteſt negari Domino Ruino, qui in huiuſmodi cauſa per procuratorem audiatur, ad dicēdum de nullitate inquiſitionis proceſſus, & ſententiæ contra ipſum latę, cū præſertim tractetur de nullitatibus reſultantibus ex eiſdem actis, vigore ſtatutorum Ferrarię; & hoc non obſtante quocunque alio ſtatuto, prohibente, in criminalibus admitti procuratorem, excuſatorem, aut defenſorē, quibus nō obſtet, quod in allegationibus ex aduerſo datis *num.* 146. dicatur, id forſan procedere, quādo nullitas principaliter deduceretur; ſecus ſi incidēter, & in appellatione, prout videtur deducta in caſu noſtro, ex Vant. & Veſtr. *in locis relatis dicto nume.* 146. nam vt bene conſiderauit Dominus Scribens pro Domino Ruino, *in verſ. ad quartum, & ſeqq.* hæc obiectio tollitur ex facto, quia in caſu noſtro nullitas non incidenter, ſed principaliter deducta fuit.

78 Neque etiam obſtet ſtatutum Ferrariæ, *lib.* 2. *rubr.* 65. quo cauetur, non poſſe dici de nullitate ſententię, lapſo termino quinq; dierum; nam reſponſio ſatis cōgrua colligitur ex ijs, q̄ alias ſcripta fuere per D. Scribentem pro D. R. in allegationibus non impreſſis, ad quas ſe remittit *in impreſſis in verſi. non obſtat, quod de appellatione &c.*

79 Ad id etiam, quod in allegationib. ex aduerſo datis *nu.* 56. *& ſeqq.* dedncūtur de fideiuſ. præſtā. remitto me ad reſpōſiones datas per eūdē Dñm Scribentem pro D. R. *in verſ. minus reſiſtit, & ſeq.*

80 Verum quatenus præmiſſa omnia ceſſarēt ad fauorem Domini Ruyni, prout fortiter vrgent, non ceſſabit tamen eius ſimilis actus, & mala corporis diſpoſitio, & infirmitas, ex quibus Medici fidem fecerunt, eum nō poſſe ex ciuitate Bononiæ exire ſine vitę periculo; quo caſu indiſtinctè, ſiue agatur de nullitate ſententiæ, ſiue de illius iniuſtitia, audiendus eſt per Procuratorem, ſecūdum Bonifac. de Vitellin. *in titul. de procurat. & defenſ. nume.* 10. *& ſeqq.* Felyn. *in cap. meminimus. nume.* 13. *de accuſat.* Grat. *conſi.* 98. *num.* 10. Vbi teſtatur de communi, & ampliat etiam, quod agatur de pœna vitæ, dicitque hoc eſſe luce meridiana clarius. Clar. *in pract.* §. *fina. quæſt.* 34. *verſ. dici etiam.* Gabriel. *lib.* 7. *concluſ.* 9. *num.* 69. And. Gail. *de pace publ. lib.* 1. *cap.* 10. *nume.* 10. *in* 2. *fallen.* nec rectè diſſentit ſtatutum Ferrariæ *lib.* 3. *cap.* 21. & iſto caſu infirmitatem probari, vel per teſtes, vel per Medicos, dixerunt Bonf. de Vitellin. vbi ſupra *num.* 10. *in fine, & num.* 11. *in fine.* Grat. *d. conſil.* 98. *num.* 3. vbi quod ſufficit fides vnius Medici. Clar. *d. quæſt.* 34. *verſi. dixit etiam.* Quare ex pręmiſſis Perilluſtrem D. Carolum admitti debere per Procuratorem in cauſa prætenſæ fraudis gabellarū, pro qua fuit (vt creditur) nulliter, & indebitè condemnatus, indubitanter credo; & ita fieri debere, facile affirmare poſſum, cum cauſa agatur coram doctiſſimis, & conſumatiſſimis Iudicibus, & ſub Iuſtiſſimo, & Optimo Principe.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Contumacia.* Hæc concluſio, quod ſcilicet ſententia potius ex contumacia, quàm ex delicto, lata dicatur, eſt vera regulariter; ſed patitur plures exceptiones, de quibus vide D. meum Farinac. *in pract. crim. par.* 1. *q.* 11. *nu.* 92. *& ſeqq.*

b *Articulum.* Quamuis in criminalibus Procurator non admittatur ad totam cauſam, benè tamen admittitur ad aliquos articulos, & media cauſæ, vt puta ad producēdos teſtes, ꝓbatorios, vel reprobatorios, aut quid ſimile, præterquam ad ſententiam. Alberic. *in l. ſeruum quoque.* §. *publice. nume.* 25. *poſt med. verſ. ſed ad allegendas cauſas abſentia. ff. de procurat.* vbi teſtatur de communi opinione. Odofr. *ibidem nume.* 4. *ad finem.* Alber. *in l. penul.* §. *ad crimen. nume.* 7. vbi arguit pro, & cōtra, teſtatur ſe ita Bergomi ſæpius obtinuiſſe, & idem affirmat *in nume.* 13. Bened. de Plnmb. *num.* 55. vbi quamuis ſupra *num.* 48. aliorum antiquorum

tiquorum diuerſas retulerit opiniones, cõcludere videtur, quod admittatur Procurator ad producendum articulos,& teſtes examinandum, relati per Alber. *in l. reos, nu.8. verſi. item quæritur. C. de accuſat.* & ibi etiam Odofr. *num.4. verſi. ſed denuo quæro*, vbi benè comprobat, & reſpondet cõtrarijs. Anto. de Butr. *in c. veniens. nu.* 18. *extra de accuſat.* vbi & ipſe hanc opinionem admittit, quando iſto caſu quis comparet, non aſſumendo in ſe iudicium, ſeu iudicij partem, ſed tantum faciendo aliquem actum; vt puta producendo teſtes, iurando de calumnia, aut quid ſimile. Fely. *in cap. meminimus. num.16. colum.4. in fine, verſi. vlterius, &c. extra de accuſat. & ibidem num.* 18. *col. 5. verſic. item adde Innoc.* Cæpoll. *conſi. crim.45. nume.2. verſic. modo ad propoſitum.* Baptiſt. de Bellan. *conſil. crimin. diuerſ.* 80. *num.4. libro primo.* Clar. *in pract.* §. *fin. quæſt. 33. verſic. 1. in fine.* Vbi de communi ex Albe. in d. §. publicè, relati per Gabr. *libro ſeptimo, concluſ.9. num.86. in princip.* Monticel. *reg. crimin.13. num.34.* Bonacoſſ. *in commun. opin. crimin. parte prima, libro primo, uerbo, procurator, il primo, fol. mihi 139. colum. 1. verſic. item ad unum tantum articulum.*

Et quamuis præcedens concluſio ex præallegatis videatur communiter recepta, non deſunt tamen alij grauiſſimi Iuris Conſulti, volentes, Procuratorem nec etiam admitti ad vnum, ſeu plures articulos, vel ad media cauſæ, prout fuerunt Dyn. Speculat. & alij relati per Albe. *in l. ſeruum quoque.* §. *publicè, num.18. ante finem. verſi. Vltramontani tenent contrarium. ff. de procura.* Angel. *in dicto* §. *pulicè. nume.3. verſ. & ex prædictis habes.* Fulg. *nume.17.* Pau. de Caſtr. *nume.9. uerſ. ad alios verò actus.* Barto. *in l. penult.* §. *ad crimen. num.13. verſic. ſed ſi non eſt in carceribus. ff. de publ. iud.* & ibi etiam Ang. *nu.6. verſi. ſequitur. in glo.3.* Fulgoſ. *nume.1.* Benedict. de Plumb. *nume.48.* vbi relatis aliorum opinionibus, in hac ſententia, tũquam vltimo loco per eum relata, reſidere videtur, & Rub. Alexandrin. *num.49. & num.177.* Relati per Alber. *in l. reos. num.8. uerſi. Vltramontani tenent oppoſitum.* C. de accuſat. & ibi etiam Bald. *nume.30.* vbi in hac opinione tanquam vltimo loco per eum relata, reſidere videtur. Saly. *nu.9. verſic. Alij diſſerunt. il primo, & il ſecundo, col. mihi 4. ad fi. & num.15.* Card. Zabar. *in c. ueniens. col.2. in 9. oppoſ. extra de accuſat. & col.3. ante finem. verſ. aut ad articulum*, ibi etiam Ant. de Butr *num.18.* vbi & ipſe hanc opinionem admittit in eo, qui comparet, tanquam aſſumens in ſe iudicium, ſeu iudicij partem. Gandin. *in tit. Vtrũ Procurator, etc. nu.10. in fine. verſic. videtur tamen*, vbi quod Procurator non poteſt peruenire ad teſtes producendos. Marſil. *in practica.* §. *ſequitur. num.2. & 8.* vbi remiſſiuè alios tractantes hanc materiam, refert, Nouell. *poſt tracta. ad defen. nu.6. fol. mihi 171. pract.* Corrad. *rubr. de comparit. inquiſit. in ſecunda ampliat. fol.261.* relati per Gabr. *lib.7. concl.9. nu. 86. in 23. limitatio. uerſic. contrarium, &c.*

In hac cõtrarietate poteſt diſtingui, quod prima opinio procedat, quando ſumus in caſu, in quo poteſt procedi contra abſentem. Secunda autem, quando non poteſt procedi: Primo .n. caſu admittitur Procurator ad oẽs articulos, ꝑterq̃ ad articulum ſententiæ; Secundo aũt caſu nõ admittitur ad aliquẽ articulum concernentẽ merita negocij, ſm̃ Imol. *in l. pen.* §. *ad crimen. nume. 19. col.13. verſic. ſed tu potes dicere*, & ita etiam relatis hinc inde contrarijs opinionibus, & argumentis, diſtinguit. Marian. Soc. *in c. veniens. num. 209. & ſeqq. vſque ad nu.213. & nu.214. in fine.*

Verũ contra prædictam diſtinctionem, quod nec admittatur Procurator etiam, quod ſimus in caſu, in quo abſens poſſit damnari, reprobatis Imol. & Socin. contrarium tenentibus, defendit Rub. Alexandrin. *in l. penul.* §. *ad crimen. num.177. ff. de publ. iudic.*

c *Fideiuſſione.* Circa fideiuſſionem præſtandã ꝑ comparentem pro abſente citato, diſtinguendi ſunt tres caſus; Primus erit in comparente tanquam Procuratore, ad plenam defenſionem rei, in caſibus a iure permiſſis. Secundus erit in comparente tanquam defenſore, & inſtructore innocentiæ. Tertius erit in comparente, & allegante cauſas abſentiæ. In primo caſu dixit Alber. *in l. ſeruum quoque.* §. *publicè. nu.12. uerſi. ſed nunquid. ff. de procurat.* communiter teneri per Doctores, quod iſte Procurator teneatur ſatiſdare. Sed aduerte, quod idem Alber. in loco præcitato allegat Innoc. *in cap. ueniens. de accuſat.* dicentem, quod nec Procurator plenè defendens, teneatur hanç ſatiſdationem præſtare; & poſtea ſubdit, cõmuniter teneri, & ſeruari, quod nullam ſatiſdatione præſtet, quæ quidem ſubſequens atteſtatio videtur reſpicere etiam Procuratorem plenè defendentem, nedum cauſas abſentiæ allegantem, de quo mox dicam in tertio caſu. In ſecundo uerò caſu vna fuit opinio, quod defenſor, ſeu inſtructor innocentiæ admittatur ſine ſatiſdationẽ, ſecundum Anton. de Butr. *in cap. ueniens. num.17. colum.6. poſt med. verſic. dixit Innoc. extra de accuſat.* Bened. de Plumb. *in l. penultim.* §. *ad crimen. num.18. in fine. verſic. & puto quod non tenetur ſatiſdare. ff. de publ. iud.* Altera, & contraria fuit opinio, quod non admittatur defenſor, ſeu inſtructor innocẽtiæ ſine cautione de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, ſecundum Bernard. de Narn. *conſi. crim. diuer.29. nu.1. lib.1.* Franc. Marc. *deciſi. Delphinat.626. poſt nume.6. par.6.* Clar. *in pract.* §. *fina. quæſt.33. num.4. verſic. quæro nunquid.* Rot. *deciſ.35. alias 420. incipien. ſi committatur. tit. de procurat. in nouis.* vbi etiam, quod ſi defenſor propter paupertatem non habeat poſſibilitatem dandi hanc cautionem, tunc eo caſu omnes admittunt comparentem pro abſente ſine aliqua ſatiſdatione, ſecundum Alberic. *in l. ſeruum quoque.* §. *publicè. nu.12. uerſic. ſed nunquid allegans cauſas abſentiæ, ff. de procuratoribus.* vbi arguit pro & contra, & poſtea teſtatur, quod ita communiter Doctores tenent, & quod communiter ſeruatur in iudicijs, & ibi etiam Ang. *num.2. poſt med. uer. unde non tenetur. & num.6. in fine. uerſic. ſequitur in eadem gloſſ.* Rapha. Fulgoſ. *nume.6. uerſicul. ex quibus.* Paul. de Caſt. *nume.10. verſicu. talis autem excuſator.* Ang. *in l. penultim.* §. *ad crimen. nume.3.*

ff. de publ. iudic. & ibi etiam Fulgoſ. *numero tertio, verſicul. nota tertium dictum.* Bened. de Plumbin. *nume.* 18. *in fine. verſicul. & puto quod non tenetur ſatiſdare. & nume.* 41. & Rubr. Alexandrin. *nume.* 113. vbi etiam, quod ita communiter tenetur, *& numero* 197. *verſic. amplia primo.* Alberic. *in l. reos. numero octauo. C. de accuſa.* & ibi etiam Bald. *nume.* 38. *in fine. verſicul. ex hoc ſequitur.* Angel. *poſt numerum primum, verſicu. & ideo talis defenſor non debet cauere.* Innocen. *in capit. veniens. numero ſecundo, de accuſatio.* & ibi etiam Henric. Boich. *poſt numerum quintum*, Anchar. *nume.* 13. *in fine.* Marian. Socin. *nume.* 158. *ad finem.* Addo pro hac eadem concluſione Gandin. *in tit. vtrum procurator. numero quarto.* vbi arguit pro, & contra, & poſtea ita reſoluit. Ant. de Carter. *in tract. de excuſ. par.* 2. *quæſtio.* 30. *num.* 22. Boſſ. *in tit. an in criminali iudicio, num.* 11. *in fine. verſic. & talis, qui excuſat.* Clar. *in practic. §. fina. quæſt.* 33. *nu.* 4. *verſi. quaro nunquid.*

d *Iuratoriam.* Veriſſima eſt concluſio, quod cautionem non habens, admittitur ad iuratoriam, proceditque tam in ciuilibus, quàm in criminalibus de iure, ſed de conſuetudine contrarium ſeruatur, ad quæ vide ſcripta per D. meum Farinac. *in prac. crim. par.* 1. *tit. de carceribus, & carcera. q.* 33. *nu.* 43. *& ſeqq.*

e *Notitiæ.* Appellãdi tempus an currat à die ſciẽtiæ, an verò potius à die ſententiæ, eſt materia ſatis in cauſa; ſed quia quotidie cõtingit de ea dubitari, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus; idcirco aliqua ſummatim in medium afferam, quæ ne alieni laboris vſurpator dicar, fateor me didiciſſe, & habuiſſe ex quęſtionibus ciuilib. & iudiciarijs Dom. mei Farinacij. Vna eſt opinio quod hoc appellandi decem dierum tempus currat nõ à die ſcientiæ, ſed a die ſententiæ, vt voluerunt relati per Lancellott. *in tract. de attent. cap.* 12. *limit.* 50. *nu.* 43.

Contrarium quod hoc tempus currat à die ſcientiæ, & nõ ſententiæ, videtur tex. *in l.* 1. *§. fin. ff. quando appellat. ſit, & in l. ab eod. C. quomodo, & quando iud.* gloſſ. *in authent. hodie. C. de appellat. & in cap. cum inter. de ſent. & re iud.* gloſſ. *in cap. anterior.* 2. *quæſt.* 6. Specul. *in titu. de appellat. §. reſtat. verſic. ſed nunquid hoc tempus.* Couar. *pract. q. cap.* 15. *num.* 2. *pag. mihi* 103. *col.* 1. *&* 2. Corn. *conſi.* 17. *num.* 11. *& ſeqq. lib.* 1. Natta *conſil.* 51. *nume.* 1. *vol.* 1. *& conſi.* 348. *num.* 1. *colum.* 2. Deciſ. Pedemont. 142. *num.* 35. Cæphal. *conſi.* 106. *nume.* 4. *& ſeq. & conſi.* 279. *nume.* 1. *& ſeq. & plures alios enumerat* Grauat. ad Veſtr. *in praxi, lib.* 7. *c.* 3. *nu.* 52.

Immo appellãs poſt decẽ dies a die latæ ſentẽtiæ, præſumitur appellaſſe infra decem dies a die notitiæ, vt Cæpha. *conſil.* 106. *num.* 5. *&* Lancell. *d. c.* 52. *d. limit.* 50. *nu.* 178. *& ſeqq.*

Ideo ad generalem hanc materiam, an, & quãdo appellandi tempus a die ſcientiæ, vel ſententiæ currat, præter infraſcripta, vide Felyn. *in cap. quod ad conſultationem. num.* 22. *& ſeq. de iud.* Lanfran. *in c. quoniam contra. de probat. num.* 622. *& ibi in addit. litera b verſ. quod intellige.* Anan. *conſi.* 93. *num.* 6. Anchat. *conſil.* 372. Bard. *de tempor. vtil. & contin. pag. mihi* 20. *&* 21. Crot. *conſi.* 7. Natta *conſil.* 51. *lib.* 1. *& conſil.* 348. Ioachin. *obſer.* 2. *centur.* 2. *& obſer.* 11. *centur.* 3. Capyc. *deciſ.* 134. *per totam.* Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defect. cita. & vnde, ac quibus modis. num.* 92. Veſtr. *in pract. lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 21. & Grauat. *ibid. in addit. nu.* 52. Tiraq. *de retracta lignag. §. quæſt.... gloſſ.* 2. *num.* 42. *pag. mihi* 462. Cæphal. *conſil.* 106. *nume.* 4. *& ſeqq. & conſil.* 241. *num.* 52. *& ſeq. & conſi.* 279. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. Ioſeph Ludou. *concluſio.* 5. *verſ. penultim. & finali.* Menoch. *de arb. quæſt. quæſtio.* 66.

Et pro reſolutione facias infra dictas concluſiones.

Prima ſit concluſio, & generalis, quod fictus cõtumax appellat à die notitiæ, & non à die ſententiæ: ſecus vero ſi verus cõtumax. Rota *deciſ.* 2. *alias* 49. *ſi feratur. & deciſ.* 16. *alias* 364. *cum in ira. de dolo & contumacia. in nouis. & deciſ.* 46. *alias* 500. *ſi feratur. de appellat. in antiq.* teſtet, & ſequitur Lancell. *de attentat. cap.* 12. *limit.* 50. *num.* 142. Veſtet. *in praxi lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 21. vbi quod hæc eſt recepta opinio in ſacro Palatio. Peregr. *deciſ.* 31. *in l.* 1. vbi declarat, niſi ēt ſñia fuiſſet intimata.

Secunda ſit concluſio, quod citatus ad domũ poteſt ſimiliter appellare a die notitiæ, quia citatus ad domũ, nõ verus, ſed fictus contumax dicitur. Firman. *in reper. verbo citatio ad domum. num.* 10. *pag. mihi* 235. *à tergo.* Crot. *conſ.* 7. Rot. *deciſ.* 2. *alias* 49. *& deciſ.* 46. *alias* 500. Vant. *in tit. de nullit. ex defect. citat. nu.* 92. Cęphal. *conſil.* 241. *nu.* 55. *& ſeqq.* vbi ampliat etiam quod actum fuerit via regia, & ordine omiſſo. Veſtr. *in pract. lib.* 7. *cap.* 3. *nu.* 21. ſecus in citato perſonaliter, qui non appellat à die notitię, ſed ſententiæ, & idem in vtroq; capite tradit Capyc. *deciſ.* 139. *per totam.* ſed quid ſi citatus ad domum dixerit ſe nolle comparere, vide Cæphal. *d. conſ.* 241. *nu.* 54. *et ſeqq. & nu.* 102.

Limita hanc ſecundam concluſionem, quia ſi de ſtilo citatio ad ſententiam ſufficit, quod ſit facta ad domum, quẽ ſtilum valere dixit Mohed. *deciſ.* 161. Put. *deciſ.* 15. *de Iudic.* Peregin. *deciſi.* 51. tunc crederem, etiam iſto caſu tempus appellandi currere a die ſententiæ, & non ſciẽtiæ, quia talis citatio de ſtilo prædicto, videtur haberi, ac ſi eſſet perſonaliter facta.

Tertia ſit cõcluſio, quod citatus per edictum ſimiliter appellat a die notitiæ. Crot. *d. conſil.* 7. Rota *d. deciſ.* 16. *alias* 364. *cum ira. de dolo & contumat. in nouis.* Lancellot. *de attentat. d. cap.* 2. *limitat.* 50. *nu.* 44.

Quarta ſit concluſio, proximę prędẽti ſimilis, quod citatus per audientiam contradictarũ appellat a die notitiæ, ſi non de rigore, ſaltem de æquitate, ex cõmuni ſtilo & obſeruantia Rotæ, de qua teſtantur DD. *dec.* 22. *alias* 137. *incipien. appellatus, de appellat. in nouis.*

Limita hanc quartam cõcluſionem non procedere in eo, qui primò citatus perſonalem Procuratorem cõſtituerit, & poſtea ſe abſentauerit, quia ſi condemnatur, appellatio debet interponi à die ſentẽtiæ, nõ autem ſcientię. Io. Pau. *deciſ.* 3. *circa finẽ.* Tunc enim non fictus, ſed verus dicitur contumax. Caputaq. *deciſ.* 209. incipien. contumax

*max uerus.1.par.*tamen, quod iſto caſu licet non poſſit appellare, poteſt tamen in integrum reſtitui. Quem refert,& ſequitur Lancell. *de attentat. d.c.12.limitat.50.nu.147.& ſeqq.*

Imò quando quis fuit perſonaliter citatus, ēt quod Procuratorem non conſtituerit, non pōt amplius a die notitiæ appellare, vt *in d. deciſ. 10.* P*an.3.circa fi.*Cuius verba ſunt hæc: *Item fuit dictum quod appellatio Ioannis non debet conſiderari, quia eſt a die notitiæ, quæ non releuabat, cum fuiſſet ſemel perſonaliter citatus*, ſed vide deciſ. Pedem. 142.*nu.*36. vbi quod etiam perſonaliter citatus appellat a die notitiæ.

Quid aūt, ſi procurator citatus ad ſententiā, non appellauerit, an tunc principalis poſſit appellare à die notitiæ, & ſic an procuratoris negligentia in nō appellando,dño noceat.dicas quod hmôi negligentia nocet principali,qui dictis decē diebus lapſis,appellare non poteſt,ex traditis per Lançell.*de attent.appellatione pendente.ca.* 12. *limit.*50.*nu.*80.*& pluribus ſeqq.* vbi inter alios allegat Ioachin.*obſeruat.2. incip. decem dies. cent.2.* & Lanfranch.*deciſ.*235.*incip. decennium*, & idem Lancell. *ibidem cap.*11. *num.* 10. & vide etiam ad hoc Capyc.139.*per totam.*

Quinta ſit concluſio,quod citatus in loco beneficij ſimiliter appellat a die notitiæ,vt per Lācellot.*d.c.12.d.limit.50.nu.*145.

Sexta ſit concluſio & generalis, quod abſentes condemnati cum dicantur facti contumaces, non appellant a die ſententiæ, ſed ſcientiæ, vt per Lancell.*d.limit.50.nu.* 152.*& ſeqq.*

Septima ſit concluſio,quod fictus contumax, & oēs prænominati in præcedētibus concluſionibus,ſi citationis ad ſententiam, notitiā habuerint,& venire contēpſerint, dicuntur veri, & nō ficti contumaces, ratione cōtemptus,propterea debent appellare a die latæ ſententiæ infra decē dies. Rolan.*conſ.*47.*nu.*22.*& ſeqq.uol.*2. Lancell. *d.limitat.*50.*nu.*154.*& ſeqq.* Ioſeph. Lud.*concl.*5. *verſ.& iſta ſcientia.ubi declarat.*

Octaua ſit concluſio, quod ſi ſentētia fuit intimata condemnato, tunc non poteſt prætēdere illius ignorantiam; & propterea a qualibet ſētentia intimata, etiam quòd ſit de illis, de quib. in præcedentibus concluſionibus, debet appellare infra decem dies a die ſententiæ, vt per Lanc. *de attentat.d.limit.*50.*nu.*156.*& ſeq.* Pereg. *deciſ.* 31.*in* 1.*lib.* vbi loquitur in ficto contumace & domi citato,quod non appellat a die notitiæ, ſi ſententia fuit intimata.

An aūt adhoc, vt quis dicatur habuiſſe notitiā ſniæ, & ad effectum, vt non poſſit appellare, niſi infra decem dies, a die latæ ſētētiæ, ſit neceſſaria illius intimatio, nec ne, vltra infraſcriptos Doctores,dicas,quod regulariter ſententia intimari debet,& non intimata non nocet. Natta *cōſi.*51.*nu.*1.*vol.*1. *& conſ.*348.*nu.*1.*uol.*2.& concordantes allegat Cæphal.*conſi.*241.*nu.* 51. *& ſeqq. vol.*2. Amplia iſtam regulam procedere, quod ſētentia intimari debeat, etiam ſi prolata ſit a iudice habente arbitrium in procedendo, vt per Menoch.*de arbit.quæſt.q.66.nu.*1. Cęphal.*conſil.*241. *nu.*55.*& ſeqq.* vbi idem,vbi agitur via regia,& iuris ordine omiſſo; limita niſi condēnatus de ſententia aliunde habuerit notitiam, quia tunc nō eſt neceſſaria intimatio, vt ibidem per Cæphal. *num.*9.& Menoch.*d.q.66.nu.*3. Aduerte tamen, quod in dubio præſumitur ignorantia, & non ſcientia ſententiæ, vt ibidem per Cæphal. *conſil.* 95.*& ſeqq.*

Et quia forma dictæ ſentētię intimari debeat, præter infraſcriptos Doctores, vide Fely.*in c.quo ad conſultationem.num.* 22.*&* 23.*de ſent. & re iud.* Imol.in Clem.*cauſ.col.2.verſ.nota regulā.de elect.* Caſtren.*conſi.66.nu.8.lib.*1. Ale.*conſ.*95.*uol.*2. *nu.* 10.*uerſ.ſupereſt ad allegata,& in add.ſub littera* B. *in verbo,electionem.* Firma.*in repertorio,uerſi. appellatio quando.nu.*21.*in add.* Plot.*in l.ſi quando.C.vn. de vi.ſecundum antiquam impreſſionem.num.* 526. Afflict.*de iur.prothomiſ.§.2.nu.*4. Capy.*deciſ.*139. *nu.*4. Vbi quod ſufficit hanc intimationem eſſe factam domi. Tiraq.*de tract.§.36.glo.* 2.*nu.*30.*fol. mihi* 301.

Et dicas,quod intimatio ſententiæ ad hoc, vt afficiat, debet eſſe cum omnibus ſuis qualitatib. & tenore ipſius ſententiæ. Natta *conſi.*51.*num.*1. *vol.*1. Cæphal.*conſi.*241.*nu.*105.*& ſeqq.* Lancell. *de attentat.d.cap.*12.*in limitatione* 60.*num.*158.*& ſeqq.*Menoch.*de arbitr.quæſt.q.*66.*nu.*4.

Nemo.n.dr̄ ſcientiam ſniæ habere,niſi tenor, & qualitas grauaminis ſciatur.gl. *in c. cōcertatione.in uerbo,ſciuerit.de appel. in* 6. Inn.in Clc. *cauſ. col.2.uerſ.& aduerte.de elect.* Alex. *conſi.*114.*lib.*1. Natta *conſi.*51.*uiſo proceſſu.nu.*1.*lib.*1. Couar. *variar.reſol.fol.mihi* 936.cum alijs per Lāc. *de atten. d.limit.*50.158.& per Menoc.*de arb. quaſt.q.*66.

Ideo,adhoc ne condemnatus poſſit prætendere ignorantiam ſniæ,cautela erit,vt dicta ſnia ſibi intimetur per publicū inſtrumentū. Arch.*in c. quam magnam.*23.*q.*4. Specu.*in tit.de appel.§.qualiter.uerſ.cautus ēt,& in tit.de citat.§.ſequitur.poſt prin.*Deciſ.Pedem.146.*nu.*36.Natta *conſi.*51.*nu.*1. *vol.*1.Crot.*d.conſ.*6.Lanc.*d.c.*12.*in* 50.*lim.n.*159.

Quod declara procedere, quando intimatio fiat per partem; vnde ſecus, ſi fiat authoritate iudicis, quia tunc ſufficit intimare ſententiam latam abſque eo, quod eius tenor intimetur. Natta *conſ.*348.*in princ.lib.*2.Lancel.*d.c.*12.*d.limitat.* 50.*nu.* 160.*& ſeqq.*

Nona ſit concluſio , quod in dubio præſumitur,quod quis ſit potius fictus contumax,quam verus:ideo in dubio quis admittitur ad appellandum a die notitiæ,ad tradita per Lancel.*in d.c.limitat.*50.*nu.*165.

Decima ſit concluſio , quod appellatio extraiudicialis,puta ab electionibus poſtulationibus, prouiſionib. & ſimilibus, poteſt interponi poſt decem dies a die illati grauaminis;dummodo infra decem dies a die notitiæ. Lancell. *de attentat. c.*12.*limit.*50. *num.* 137. *& ſeqq.* Vbi limitat hoc non procedere, quando grauamen a quo extraiudicialiter appellatur,haberet vim ſentētiæ diffinitiuæ,vel interlocutoriæ,quia hoc caſu debet appellari infra decem dies, a die ſententiæ, non autem ſcientiæ,vt ibi per eum,*nu.* 40.

Sed quid de ratificatione appellationis, an debeat fieri infia decem dies, à die ſcientiæ, vel ſententiæ? Dicas, quod talis ratificatio debet fieri infra decē dies, alias nulla eſt, & ratificatio nō prodeſt. Guid. Pap. *conſi.* 124. *circa materiam. ſub nume.* 7. *verſi. ad ſextum contrarium*, & alij, de quibus per Lancell. *de attentat. de cap.* 12. *limitat.* 50. *num.* 55. *& ſeqq.* in qua materia vide Magon. *deciſio. Lucen.* 6. *num.* 22. *& ſeqq.* Vbi quod licèt appellatio ſit ratificanda infra decem dies, tamē id procedit, non a die ſententiæ, ſed ſcientiæ, quę in dubio non præſumirur; ideo præſumitur ſemper facta ratificario infra decem dies a die notitiæ, vt ibidem per eum.

Et quid de appellatione per tertium interponēda pro ſuo intereſſe, an iſtud tempus currat à die ſcientiæ, vel ſententiæ? videas Couarru. *practicar. quæſt. cap.* 15. *nume.* 2. Vbi quod iſtud tempus currat à die ſcientiæ, & non ſententiæ, & idē traditur per Lancellot. *de attentat. cap.* 12. *limitat.* 50. *num.* 168. *& ſeqq.* qui inter alios allegat Cæphal. *conſil.* 106. *num.* 4. *& per totum.* Vbi quod à ſententia lata contra emptorem, poteſt venditor appellare infra decem dies, a die ſcientiæ, etiā ſi ſciuerit cauſam agi; Quia ad hoc, vt ſibi currat tempus ad appellandum, non ſufficit ſcientia litis, ſed requiritur ſcientia ſentētiæ, vt ibidem per eum. Et idem repetit, idem Caphal. *in conſi.* 279. *tempus decem dierum, numero quinto, & ſeq. libro ſecundo*, & idem Lancellot. *cap.* 11. *num.* 48.

Et in materia ſcias, quod Romæ habemus ſtatutum, ſub *lib.* 1. *c.* 161. Vbi videas, quo cauetur, appellationem eſſe interponēdā infra octo dies, a die ſententiæ computandos; ſed aduerte, quod ſecundum Corn. *conſi.* 17. *nu.* 11. *& ſeqq. vol.* 1. & Aym. quos allegat, & ſequitur Luc. Pet. in *pract. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 14. Adhuc fictus contumax, qui ſcilicet domi citatus appellat a die ſcientiæ; licet enim ſtatutum dicat, a die ſententiæ computandos, appellari tamen debet præſuppoſita ſcientia, vt per Corn. *dict. conſi.* 17. *nume.* 14. de cuius opinione multum dubito in caſu noſtri ſtatuti, in quo ſolum dicitur, quòd octo dies ſunt cōputandi a die ſententiæ; ſed quod non poſſit prętēdi ignorantia; & quod ſufficiat, reum citatum fuiſſe ad ſententiam, quæ citatio ſufficit facta domi, *vt in lib.* 1. *cap.* 40.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſij.

ARGVMENTVM.

Multa de interpretatione Decreti, ſeu ſtatuti pęnalis ad hoc, vt illius diſpoſitio habeat, vel non habeat locum, & multa etiam ad excuſationem illius, qui in ſupplicatione, ſeu memoriali diffamauit annonæ Præfectos.

SVMMARIVM.

Præfatio conſtitutionis & ſtatuti declarat, & reſtringit ſubſequentem diſpoſitionem. nu. 1.

Præfationis verba, vbi non verificantur, ibi nec ſubſequens diſpoſitio locum habet. nu. 1. *in fine.*

Conſtitutio loquens per verba præſentis temporis, ſeu de perſonis tunc exiſtentibus, non trahitur ad futura. num. 2.

Qualitas ſubſequens qualificat omnia præcedentia, ſiue præcedentia ſint poſita copulatiuè, ſiue alternatiuè, & ſiue qualitas ſit poſita in verbis narratiuis nedum in diſpoſitiuis, & ſiue etiam in capitulis, & orationibus diuerſis, præſertim, quando agitur de euitando pœnam, & quando ſub vnico ſtructu verborum, & vnica oratione ponuntur. num. 3.

Qualitate ſtatuti ceſſante, ceſſat etiam ſtatuti diſpoſitio pœnalis. nume. 4. *Et an iſto caſu poſſit imponi pęna extraordinaria. nu.* 11.

Qualitas præcedentis copulati cenſetur repetita in ſequenti copulato. nu. 5.

Præcedentia declarant, qualificant, & reſtringunt ſubſequentia. nu. 5. *verſ. & ex præcedentibus.*

Ratio reſtricta diſpoſitionem quantum vis generalē, ſeu vniuerſalem, reſtringit. nu. 5. *verſ. vnde cum ratio.*

Ratio ſtatuti & conſtitutionis magis attenditur, quam verborum ſonus. nu. 5. *ante finem.*

Oratio indefinita non æquipollet vniuerſali in materia ſtatutaria, & contra ius commune. nu. 5. *in fine.*

Supplicationem diffamatoriam Principi porrigens contra aliquem, puniendus eſt. nu. 6.

Copulæ natura eſt, vt requirat vtriuſque copulati concurſum, præſertim in materia ſtatutaria, & pœnali. nu. 6. *in fine.*

Iniuriarum actione non tenetur, qui verum dicit ſiue iniuria ſit extraiudicialis, ſiue iudicialis. nu. 7.

Iniuriantis malus animus non præſumitur in iudicialibus. nu. 7. *verſ. qui omnes.*

Iniuria non committitur ſine animo iniuriandi, nec lata culpa ſufficit. nume. 7. *ad finem, & in addit. litera.* a *vbi etiam, an in dubio præſumatur iniuriandi animus, & de materia.*

Dolus præſumitur in eo, qui non facit id, quod ad ſui officij debitum ſpectat. nu 8.

Simulatio & fraus præſumitur ex coniunctione perſonarum. nu. 8. *verſ. ita etiam.*

Memoriale diffamatorium Principi porrigens, non tenetur, ſi contenta in memoriali vera ſunt. nume. 7. *& nume.* 8. *in fi. vbi quod ſufficit, quod in aliqua parte verificetur; ſecus ſi memoriale vera non contineat. nu.* 12.

Fama ſola excuſat a calumnia. nu. 9.

Aſſertio viri fide digni excuſat a calumnia. nu. 9.

Iudicia ſola ad inquirendum excuſant a calumnia. nu. 9.

Error ſiue verus, ſiue præſumptus excuſat a pœna iniuriarum. num. 9.

Cauſa iniuſta excuſat a pęna iniuriarum. nu. 9.

Animus iniuriandi in iniuria præſumitur, quod quando verum ſit. nu. 12. *& in addit. litera.* a

CONSILIVM LXXXVII.

1 ADSIT DEVS. Non iuſtè videntur condemnati Dom. Flaminius, & Eques Michdelburgus in pœnam vitæ, & confiſcationis bonorum virtute decreti Ducalis, cum nec eius verba, nec ratio conuenire dicātur facto, de quo agitur. Dicitur enim in præfatione decreti. *Si come non ſiamo mancati fin'hora, ne mancaremo per l'auuenire di fare tutte quelle prouiſioni, ch'a nos ſono ſtate,*

no ſtate, & ſaranno poſſibile, acciò li noſtri ſudditi in queſt' anno di coſi grã careſtia, non venghino a patire delle coſe neceſſarie al vitto: Coſi ci piace, &c. Ex quibus verbis aperte colligitur. Quod Princeps voluit prouidere inconuenientibus orituris illius præſentis anni, in quo erat tam magna penuria frumenti, non autem olei; & non oleariæ annonæ præfecti, ſed frumenrariæ tantum conſtituti erant: Ideo arguendo à vi & natura pręfationis, quę ſolet declarare, & reſtringere ſubſequentem diſpoſitionem, *l. fina. & ibi* Bart. *num. 3. de hæred. inſtitut.* Idem Bar. *in l. cum hi. §. eam trãſactionem. nu. 1. ff. de tranſact.* Rom. *conſi. 16. nu. 4.* Tiraq. *ceſſan. cauſ. limitatio. 1. nu. 65.* Omnino dicendũ eſt, quod decretum prædictum puniens offendentes Præfectos Annonæ, vel vt in eo dicitur, Abundanzerios, intelligi debeat de Præfectis & Abundanzerijs frumenti, qui tunc aderant, non autẽ de Præfectis olei, qui tũc non aderant. Vbi enim præfationis verba non verificantur, ibi nec etiã ſubſequens diſpoſitio locum habet. Oſaſc. *deciſ. Pedemont. 52. nu. 11. & deciſio. 59. nu. & ſeqq.* Rol. *conſi. 86. nu. 51. lib. 1.*

2 Et hinc infertur, quod cum decreti eadẽ præfatio habeat reſpectum ad præſens tempus, cum dicat; *In queſt' anno di coſi gran careſtia, &c.* Subintrare videtur alia concluſio; Quod conſtitutio loquens per verba præſentis tẽporis, ſeu de perſonis tunc exiſtentibus, non trahatur ad futura. Barto. Bald. & Io. de Plat. *in l. certa forma. per illũ tex. C. de iur. fiſci lib. 10.* Iul. Scarlatin. *conſ. crim. diuerſor. 113. num. 26. lib. 1.* Bertazz. *conſi. 343. num. 7. & ſeq. & conſi. 344. nu. 3. lib. 2.* Nouell. *reg. 81. in 2. fallen.* vbi præcipuè loquitur in oratione indefinita, & in odioſis prout in caſu noſtro.

3 Et quod verba decreti non habeant locum in caſu noſtro, nec quod vllo pacto intelligi debeãt de futuris Præfectis oleariæ annonę; Põdero inſuper alia ſubſequentia verba, poſt prædictã pręfationem appoſita, videlicet; *Et cercano ben ſpeſſo di offendere, &c. Abbondanzeri,* Paniſacoli *o Spacciatori di pane.* Hęc enim qualitas panis reſpicit nõ ſolum diſtributores, ſed etiam fornarios, ſeu Paniſaculos & Abũdanzerios, per regulã, quod ſubſequens qualitas qualificat omnia præcedentia. *l. Sci. e. §. Caio. & ibi* Bart. *ff. de fund. inſtruct. & inſtr. leg. l. Quæſitũ. §. 1. & ibi gl. ff. de lega. 3. l. Talis ſcriptura. §. fi. ff. de legat. 1.* cum alijs per Cæphal. *conſi. 138. nu. 50.* vbi præſertim, quando Orationis Thema eſt idem, prout in caſu noſtro, *et conſ. 140. nu. 17. & ſeqq.* Vbi ampliat, ſiue præcedentia ſint poſita copulatiuè, ſiue etiam alternatiuè. Et quando præcipuè agitur de euitando pęnam, *vt ibi nu. 25.* Neuiz. *conſ. 72. nu. 15.* vbi pariter etiam quod qualitas apponatur in verbis narratiuis, & nõ in diſpoſitiuis, & ẽt quod ponatur in orationibus, & capitulis diuerſis, & quæ non regantur ab eodem verbo; ergo multo magis in caſu noſtro, in quo omnes prædictæ perſonæ, ſub vnico ſtructu verborũ, vnica ve oratione ponuntur, & ab eodem verbo reguntur, prout conſiderauit Rota *diuer. deciſ. 70. nu. 2. et deciſ. 780. nu. 12. par. 1.*

4 Quare cũ, ni fallor, ex prædictis appareat, qđ decretum noſtrum non loquatur ſimpliciter de Abundanzerijs, ſeu Præfectis, ſed de Pręfectis & Abundanzerijs panis & frumenti, inde ſequitur, quod non poſſit vllo pacto trahi ad Præfectos olei, per aliam regulam, quod ceſſante qualitate ſtaturi, ceſſare etiam debeãt eiuſdem ſtatuti diſpoſitio. Bar. *in l. 1. §. Ait Prætor. ff. ne quid in flumine publico.* Soc. *conſi. 220. nu. 9. lib. 2.* Pariſ. *conſi. 27. nu. 75. lib. 2.* Præſertim in pęnalibus. Io. Andr. *in c. 1. de homicid. in 6.* Petr. a Plach. *in epitho. delict. c. 19. nu. 27. verſ. Ceterum, &c.* Clar. *in pract. §. fi. q. 85. verſ. vbi agitur. &c.*

5 Sed quod non ſolum decreti verba, ſed etiam ipſa ratio ſuadeat, in eo non comprehendi futuros olei Pręfectos; cõſidero, quod ratio, qua Princeps veriſimiliter motus fuit, ad ſic ſtatuendum, non fuit ſimpliciter, ad tollendas rixas & tumultus, prout in doctiſſimis per illũ dubitationibus Domini mei deducitur, ſed ad tollendas rixas, rumores & tumultus, quæ occaſione panis & in locis, vbi diſtribuitur & venditur panis, oriuntur, vt in illis verbis; *Et molti ſenza occaſione alcuna o poca fanno rumore per le piazze, et nelli luoghi doue ſi diſtribuiſce, & vende il pane.* Adeo quod ſubſequens clauſula, videlicet, *& danno occaſione con la impatiẽtia, & mal proceder loro di far riſſe, & tumulti,* cum veniant copulatiuè ad pręcedentem clauſulam, quæ reſtrictè loquitur ad rumores, q fiũt occaſione panis, declarari, & intelligi debet ſiñ qualitatem panis in præcedentib. appoſitã. Qualitas. n. præcedentis copulati ſemper in ſequenti copulato repetita cẽſetur. *l. Auia. in prin. & ibi gl. ff. de conditio. & demonſtrat.* Aym. *conſi. 9. num. 25.* Cæphal. *conſi. 16. nu. 20.* poſt Corn. & Alex. in locis per eum relatis. Et ex præcedentibus declarari, qualificari, & reſtringi ſubſequentia, probat tex. *in l. Quiſquis.* vbi Bart. & Docto. *ff. de leg. tertio,* glo. *in l. fi. §. cui dulcia. in verbo, ex collatione. ff. de tritic. vin. oleoque lega.* Bero. *conſi. 112. nu. 39. lib. ſecundo.* Menoch. *de arbitr. quæſt. caſu 64. nu. 19. & 20.* Vnde cum ratio decreti non ſit generalis ad euitandas rixas, & tumultus, ſed ſpecialis ad euitandas rixas, & tumultus, quæ occaſione panis, oriri poſſunt, dicitur quod decretum prædictũ, non ad offendentes omnes Abundanzerios, ſed tantum ad offendentes Abundanzerios panis trahi debet, cum reſtricta ratio diſpoſitionem quantumuis generalem, ſeu vniuerſalem, reſtringat. *l. Cum pater. §. dulciſſimis. ff. de acquiren. poſſeſ.* Roma. *conſi. 16. num. 4. in fine.* Aym. *conſi. 33. nu. 9.* poſt Bald. Iaſ. & Dec. in locis per eum relatis, magiſque attendatur ratio tanquam anima ſtatuti & conſtitutionis, quam verba. *l. ſcire oportet. §. aliud. verſic. Sed & ſi maxime. ff. de excuſat. tutor. l. Cum mulier. ff. ſoluto matrimo. capit. præterea. de verb. ſignific.* Roman. *conſi. 180. nume. 10. & conſil. 433. nume. 2.* Alexand. *conſi. 54. num. 9. lib. quarto.* Vltra quod, vt ſupra tetigi, decretum non loquitur generaliter, aut vniuerſaliter de omnibus pfectis, aut Abundanzerijs, ſed indefinite. Indefinita autem oratio in materia ſtatutaria, & contra ius commune, non æquipollet vniuerſali. Grammat. *conſilio decimoſexto, numero 10.*

& conſi. 122.*nu.* 17.*lib.* 1. Crot. *conſi.* 94.*nu.* 26.*lib.* 1.*deciſ.* Pedem. 166.*nu.* 21.

6 Verum admiſſo, quod ſub huiuſmodi decreto comprehendantur etiam illi, qui olearię annonę Præfectos in futurum offenderint (prout cōtrarium ex præmiſſis verius eſſe crediderim,) Adhuc tamen in decreti pœnam minimè incidiſſe Dñm Flaminium & Equitem, duplici fundamēto demonſtratur. Primo, quia nō video, iſtos nobiles viros ex alia cauſa prętendi in dictam pęnam incurriſſe, niſi quia in ſcriptis cum ſupplicatione, ſeu memoriali apud ſereniſſimum Ducem, & ēt verbis apud alios extraiudicialiter diffamauerint olei Præfectos, de doloſa adminiſtratione, & barattaria; quo caſu ſatis eos offendiſſe dicātur, ad trad. per Bar. & alios *in l. licitatio.* §. *Quod illicite. ff. de publ. ind.* Sed in hoc exiſtimarem aduertendum, quod decretum nō punit ſimpliciter offendentes, aut offendentes cum verbis, nec ēt offendentes alternatiue verbis, vel factis, prout in prima dubitatione explicatur, ſed copulatiue punit offendentes cum verbis, & factis: Ideo nō ſufficit verbis offendere pręfectum, niſi etiam, & is facto offendatur, arguēdo a natura copulæ, q̄ vtriuſq; copulati concurſum requirit. *l. ſi hæredi plures. ff. de conditio. inſtit. l. ſi is qui ducenta.* §. *verū, vbi gl.* & Bart. *ff. de reb. dub.* Præſertim in materia ſtatutaria, & pęnali. Rolan. *conſil.* 79.*nu.* 45.*& ſeqq. lib.* 3. Ancar. Regien. *q.* 9.*nu.* 6.*prima parte.* Iniuria aūt verbis, & per ſcripturam illata, nō inducit offenſionem facti. *l. prima.* §. *primo. ff. de iniur.* Herculan. *de eaut. cap.* 24.*nu.* 11.*in fine.*

7 Secundo & ijs omnibus ceſſantibus, prout fortiter vrgent, & eorum vnumquodque ad victoriam ſufficit, amplius dicendum eſt, quod ex quo contenta in memoriali porrecto ſereniſſimo Duci, ſunt vera, & etiam verificata, ideo nedum non intrat pœna ipſius decreti, ſed nec etiam aliqua alia iniuriarum, & legalis ordinaria, ſeu extraordinaria pœna; cum in iure ſatis expreſſum ſit, eum, qui verum dicit, iniuriarum actione non teneri. ad text. *in l. eum qui nocentem. ff. de iniur. & in capitulo primo,* (ſumpto argumento à contrario ſenſu) 5. *quæſtio.* 1. præſertim quando iniuria, ſeu conuitium continet delicta, quæ propalari, & nota fieri Reipublicæ intereſt (prout ſunt hæc, de quibus agitur) *l. quod reipublicæ. ff. de iniur.* Dec. *conſil.* 487.*numero decimoquarto.* Barto. poſt Petr. & Cyn. *in d. l. eum qui nocentem.* Boer. *conſilio* 4.*nume.* 36.*verſicul. teneo opinionem.* Anton. Gomez. *de delict. titu. de iniur. capit.* 6.*numero ſecundo,* Clar. *in pract.* §. *iniuria. verſicul. Item quæro.* Qui omnes loquuntur etiam in extraiudicialibus iniurijs, & diffamationibus. Ergo multo magis in Iudicialibus, ſeu Principi porrectis ad effectum, vt is, qui deliquit, puniatur. Tunc enim & eò minus prauus iniuriandi animus ineſſe videatur. *in l. iniuriarum actio.* §. 1. *ff. de iniur. l.* 1. *C. de famoſ. libell.* Marian. Socin. *in cap. ſi culpa, nu.* 71. *extra de iniur. & damno dat.* Honded. *conſi.* 112. *per totum,* vbi in terminis de eo, qui dedit memoriale ſereniſſimo Duci Vrbini, ad effectum, vt quis puniretur & cauſa comitteretur;

a ſine autem animo[a] iniuriandi, nec iniuria comittitur, nec eius pęna ſuccedit. *l. ſi non conuitij. C. de iniur. l.* 1. §. 1. *& l.* 3. §. *penul. & fin. ff. eodem.* in tantum, quod nec culpa ſufficit. Bal. *conſ.* 277. *In cauſa. in princ. lib.* 1. cum alijs de quibus per Aymon. *conſi.* 13. *num.* 2. & eſt glo. *in l. magna. de verb. ſign.* ſequitur Bertran. *conſi.* 42. *in fine. lib.* 6.

8 Quod autem iſti Domini carcerati verum dixerint, percurrenda ſunt verba, de quibus in memoriali, quæ etia præcipuè continent aduerſus Dominum Præfectum. Primum, quod dolo, & culpa lata ſe in olei negotio geſſerit. Secundum, quod olei miſturam non bonam, ſed male qualitatis emerit. Tertium, quod hoc forſan fecerit animo illud reemēdi, ſicut reemit a pluribus perſonis viliori precio. Quod autem attinet ad emptionem olei nedum malæ, ſed peſſimæ qualitatis, pleniſſimè creditur probatum per teſtes Curiæ ſicut, & pariter concludenter probatum eſt, ipſum Præfectum in pluribus fuiſſe negligētem in ſuo officio. Ex quibus etiam ſi aliud probatum non fuiſſet, iuris præſumptione dicitur, probatus dolus, quia non faciens id, quod ad ſui officij debitum ſpectat, dicitur in dolo. *l. tutor, qui repertorium. ff. de adminiſtrat. tutor.* Luc. de Penn. *in l. quemadmodum. nume. ſexto, in ſexto caſu. C. de Agric. & cenſit. lib.* 11. Bero. *conſil.* 191. *numero decimooctauo, & numero quadrageſimoquarto, libro primo.* Plot. *de in lit. iuran.* §. 48. *numero decimoquinto.* Menoch. *de præſumpt. libro quinto, præſumptio.* 3. *nume.* 66. *& ſeqq.* Ita etiam per eoſdem Curię teſtes, fuit probatum, quod frater, & filius Domini Præfecti reemerint, argumento tex. *in l. data. C. de donat. & in l. penulti. verſicu. primo. ff. de bon. libertorum,* cum alijs per Iaſ. *in* §. *Item ſi quis. num.* 41. *et ibi* etiam Faber. *numero nono. Inſti. de actionibus.* Boſſ. *in titulo de bonor. public. numero quadrageſimoſexto.* Maſcard. *de probat. lib. ſecundo, concluſio.* 415. *numero* 10. Et ſic & dolus & negligentia, & mala olei qualitas, & illius reemptio pro viliori precio, dicuntur verificata. Et nihilominus ad excuſandum a pœna calumniæ, ſuffi ciebat, vt Principi memoriale porrectum in aliqua parte verificaretur, prout in ijs terminis cōſiderauit Ioan. Paulus Lancilott. in ſubſcriptione ad dictum conſilium Honded. 112. *nume.* 50. *in fine, & nu.* 51.

9 Et quod attinet ad extraiudicialem aſſertionem D. Flaminij dicentis, quod D. Præfectus ab olei venditoribus habuerat plaſtras quinquaginta ad effectum, vt omne olei genus emeret, quāuis talis aſſertio non fuerit plenè probata, excuſatur tamen ab omni iniuriarum, & calumniæ pœna, ex quo probatum extitit, de hoc per Ciuitatem adeſſe famam, & quod ſic præcipuè audiuit à Domino Auguſtino Oddo ſacerdote, & fratre Sancti Franciſci. Quod enim fama excuſet a calumnia, ſcripſerunt Bartol. *in l. Cum quidam.* §. *quod dicitur. nu.* 3. *ff. de acquir. hæred.* Abb. *in cap.* 2. *num.* 5. & ibi etiam Felyn. *num.* 2. *extra de calumniat.* Boſſ. *in tit. de accuſat. nu.* 19. *in fine.* Cla. *in pract.* §. *fin. quæſt.* 62. *verſic. ſed pone quod accuſator,* ſic ēt quod ſola aſſertio viri fide digni ab eadem

dem

dem calumnia excuſet, ſcripſit idẽ Bar. *in l. athletas. §. calũniator. nu. 3. ff. de his qui not. infam.* Gab. *lib. 7. concl. 8. nu.* 40. Menoc. *de arbit.* 99. *lib. 2. caſu.* 321. *nu.* 20. cum alijs per me cumulatis *in pract. cr. tit. de accenſ. q. 16. nu. 51. & num. 61. & ſeq.* vbi amplius probaui, ad effectum excuſãdi a calumnia, ſola indicia ad inquirendum ſufficere; & non ſolum a calũnia, ſed ẽt a pœna iniuriarum errorem ſiue verum ſiue pręſumptum excuſare, conſuluit Ruin. *conſi. 145. nu. 16. vol.* 5. immo & iniuſtã cauſam ad excuſandum ſufficere, voluit Io. And. ad Spec. *in præallegato tit. de iniur. in prin. in uerbo, cõcipitur. verſ. propter quod, per tex. in l. item apud Labeonem. §. ſi quis Aſtrologus. ff. eod. tit.* Alber. *in d. l. ſi non conuicij. in 4. col. in prin.* Rim. *in d. l. fina. nu. 7. ff. quod quiſq; iur.* Hipp. de Marſi. *conſ. 7. num. 25. & 26. & conſ. 11. nu. 10. et 11. et conſ. 51. nu. 29. & conſ. 62. nu.* 3. Miſing. *conſi.* 19. *nu.* 2. Boſſ. *in tit. de iniur. nu. 3. uer. ſecundo fallit. & nu. 4. uerſi. ſed contra.*

10 Ex quibus omnibus facile affirmare poſſum, quod quocunque ſe vertat prudentiſſimus D. Iudex, vndique condemnatorum innonentiam fulgentem, reuideat, ſi conſequenter etiã ex præmiſſis virtualiter remanent ſublatæ eiuſdem D. Iudicis doctiſſimæ dubitationes. Dum primo dubitatur in caſu noſtro militare verba decreti, & illius rationem, iam fuit dictum, quod imò nec ratio, nec verba decreti militant.

11 Dum ſecundo dicitur, quod quando pęna decreti non poteſt habere locum propter deficientem qualitatem, tunc ſaltem poſſit imponi pęna extraordinaria, ad Bar. *in l. hos accuſare. § . fina. nu. 20. ff. de accuſ.* volentem, quod loco pœnę amputationis manus dexteræ, a ſtatuto ĩpoſitæ, ſi delinquens manum dexteram nõ habeat, poſſit Iudex aliam extra ordinem eius arbitrio infligere: reſponſio eſt clara, cum in concluſione Bar. iam pręſupponatur incurſus pęnę ſtatutariæ: ſed q̃a propter defectum perſonæ, illa non poterat imponi: ideo eius loco altera ſubrogatur; non ſic in caſu noſtro, in quo decreti pęnam non fuiſſe incurſum, ad ſaturitatem fuit ſupra demonſtratũ.

12 Dum tertio attentatur, quod ſi non intrat pęna decreti, intret ſaltem pęna iniuriarum, & calũniæ iuris cõis tum ꝑ extraiudicialem diffamationem, in qua, iuris præſumptione, iniuriandi animus cenſetur probatus, ad glo. & Doct. *in l. ſi non conuicij. C. de iniur.* cũ alijs allegatis; tũ ẽt propter memoriale Principi porrectũ, & non probatum, *ad l. itẽ apud Labeonẽ. §. ſi quis libello. ff. eodem, & l. qui nõ probat. C. de calũniat.* Iã pariter ex pręal. reſpõſio pluribus modis colligitur, quod. ſ. ex quo cõtenta in memoriali cõcludenter probata sũt, ſaltem pro maiori parte, & in reliquis adſit & fama & fide digna viri aſſertio, idcirco nec calumniæ, nec iniuriarum pęna locum habeat.

Et ex ijs condemnatoriam ſnĩam latam cõtra D. Flaminium, & equitem Adrianum Michdelburgum reuocandã eſſe indubiè exiſtimauerim, ſaluo ſemper iudicio integerrimi, & ſapientiſſimi D. mei Iudicis.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Sine autem animo iniuriandi.* Certiſſima eſt iſta concluſio, quod ſine animo iniuriandi, nec iniuria committitur, nec illius pœna locum habet, prout probatur in allegata *lege, ſi non conuicij, in princip. C. de iniur.* cuius quidem tex. verba ſunt hæc; *ſi non conuicij conſilio ſe aliquid iniurioſum dixiſſe probare poteſt, fides veri a calumnia ſe defendit*, & ibi hoc adnotarunt Alexand. *nume.* 1. Cyn. *nume. 1. in primo notab.* Salyc. *etiam numero 1. pariter in 1. notab.* vbi quod animi abſentia impedit actionem iniuriarum naſci; quæ quidem actio non, niſi ex voluntate, ſeu affectu inferentis, cauſatur, & Ange. *nume. 2. in fine.* item & tex. *in l. illud. §. 1. in illis verbis, cũ enim iniuria ex affectu facientis conſiſtat*, & ibi glo. in verbo, *ex affectu*, alia concordantia iura allegat, & Ang. *in ſummario, de iniurijs.* alius tex. *in l. non ſolum. in princ. in illis verbis, qui dolo fecit, & in l. ſi quis ſeruum. ibi, quoties ille, qui ſuadet, animum iniuria facienda, habet, ff. eodem.* Alb. *in d. l. illud, in diſcurſu.* Auguſtin. ad Angel. *de malef. in glo. verba iniurioſa. poſt num.* 2. Roman. *conſil. 96. nume.* 3. Grammar. *deciſ. 37. nume. 5. & num.* 9. Aym. *conſi. 9. num. 35. in fine, & num. 36. & ſeq.* vbi amplius, quod in actione iniuriarũ lata culpa non ęquiparatur dolo. Boer. *conſi. 4. nu.* 2. Iodoch. *in pract. crim. cap. 136. num.* 8. Petr. a Plach. *in epith. delict. c. 6. nu. 2. pract.* Corra. *tit. de iniurian. nu. 4. fol.* 403. Miſing. *conſ. 7. nu.* 24. Baiard. *in add. ad* Clar. *§. iniuria. nu.* 19. Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 97. nu.* 7. Claud. ad Bertazz. *in conſi. 206. in verſi. primum itaque.* Honded. *conſi. 112. nu. 22. & ſeqq.* Surd. *dec. Mantuan. 89. nu.* 23. vbi alij referuntur recentiores.

Verum, niſi iniurians de bono animo doceat, in dubio malus iniuriantis animus præſumitur, prout probat idem tex. *in d. l. ſi non conuicij. in princip. C. de iniur. in illis verbis, probare potes*, ſumpto inde argumento a contrario ſenſu, & ibi hoc adnotarunt gloſ. *in verbo, probare.* Burtig. *in 2. notab. & in verſ. oppono quod qui dolum &c.* Bellaper. *in princip.* Cyn. *num. 2. verſic. ad laſtam, & ibi in addit. littera, A.* Bald. *in ſummario.* Salyc. *nume. 1. in princip. & in prima oppoſitione.* Ang. *ſub nume.* 3. Io. Fab. *num. 4. in fine, & nume.* 5. Felin. *in cap. cum te. num. 18. verſic. & omne verbum. de ſentent. & re iud.* Doct. Baert. *in addit.* ad Beluiſ. *in pract. lib. 1. cap. 3. rub. de iniur. num. 5. in verbo, probare tenetur.* Auguſtin. *in addit.* ad Angel. *de malef. in gloſ. verba iniurioſa. nume.* 3. Roman. *conſil. 96. nume.* 4. & ibi Mandoſ. *in addit. littera*, B. Boniſ. de Vitallin. *in titul. de iniur. num.* 44. Socin. *conſil. 146. poſt nume. 7. lib.* 1. vbi quod ita communiter concludunt omnes. Iodoch. *in pract. crim. cap. 137. nume. 14. in fine.* Pract. Corrad. *tit. de iniurian. num. 5. fol.* 403. Miſing. *conſi. 7. num. 27. & 28.* And. Gayl. *obſer. 106. num.* 1. vbi de communi. Clar. *in pract. §. iniu. num. 13. verſ. quaro nunc.* vbi de communi. Suarez *in comm. opi. littera, I. nu.* 76. Ludou. Peguer. *deciſ. crim. 13. num. 7. ſeqq.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concl. 97. nu. 9. & lib. 2. concluſ. 902. num.* 6. vbi plures de

 communi

communi teſtantes, refert Magon. *deciſ. Floren.* 25. *num.* 5. *& num.* 12. vbi tamen quod hoc fallit in ruſtico, ex Grammat. & Cæpoll. in locis per eum relatis.

Quamuis contrarium, quod immo iniuriandi animus non præſumatur, ſed quod debeat probari, videtur de mente Azzon. *in ſumma de iniur. nume.* 4. *in fine. verſicul. immo debet oſtendi.* Beluiſ. *in practic. libro primo. cap.* 3. *in titul. de iniur. num.* 1. *& num.* 2. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 902. *numero* 4. iuribus ibi per eum allegatis. Honded. *conſil.* 112. *num.* 22. *&* 26. Miſing. *conſil.* 7. *dub.* 3. *num.* 20. *& ſeqq.* vbi conatur probare, ſtandum eſſe iuramento iniuriantis, quod iniuria non fuit illata animo iniuriandi, quod, & idem ſcripſit Maſc. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 97. *nume.* 10. ſed quod immo de iure, & ſecundum communem opinionem tale iuramentum non tollat præſumptionem mali animi in delicto iniuriarum, bene comprobat Andr. Gayl. *obſer.* 106. *nume.* 1. *& ſequent. part.* 2. & licet ibidem teſtetur, apud eum in camera ſeruari, quod de æquitate tale iuramentum (quod ipſe purgationis vocat) iniurianti præſtetur; aduerte tamen, quia loquitur, quando ratione loci, aut temporis, aut perſonarum conſtat, quod iniuria fuerit illata ſine animo iniuriandi; & ſic quando pro iuramento concurrunt præſumptiones, & coniecturæ; vnde ſecus, ſi aliter Baiard. *in add.* ad Clar. §. *iniuria. num.* 59. dixerit, vbi expreſſe tenet, quod non ſtatur iuramento iniuriantis, quòd non fecerit animo iniuriandi. allegat Alex. de Neuo *in conſi.* 82. *num.* 6.

Præmiſſa autem procedũt in verbis, ſeu factis, quę de ſui natura iniuriam præſeferũt, & illicita ſunt; in ijs, inquam, iniuriandi animus præſumitur: ſecus autem, ſi quis velit iniuriam arguere, ex verbis aut factis de ſui natura licitis, & iniuriam non continentibus in ſe: tunc enim animus iniuriandi non præſumitur, niſi probetur, ſecundum Alber. *in l. iniuriarum actio. in princip. num.* 1. *& in* §. *ſi quis per iniuriam, & in l. item apud Labeonem.* §. *ſi communem. ff. de iniur.* & bene etiam declarat Io. Fab. *in l. ſi non conuicij. nu.* 5. *C. de iniu.* vbi idem, quando verba prolata de ſe non iniurioſa, vt puta ironice dicta, *& in fin. num.* 5. *inſtit. eod.* Azzo. *in ſumma, de iniur. num.* 4. *in fine.* vbi ponit ſeptem caſus, in quibus animus iniuriandi non præſumitur, ſed oſtendi debet. Belu. *in prac. lib. prim. cap.* 3. *titu. de iniur. nume.* 7. *in fine. iuncto num.* 8. *verſicul. ut ſic iniuriatus &c.* Auguſt. *in additio.* ad Ang. *de malef. in gl. uerba iniurioſa. num.* 3. Surd. *deciſ. Mantua.* 89. *num.* 28. *in fine. verſi. reſpondetur ſecundo, & nu.* 31.

Quare in verbis indifferentibus, quæ poſſunt importare iniuriam, & eam non importare, in dubio iudicandum eſſe, quod non importent, & quod non malo animo prolata ſint, videtur de mente Doctorum allegatorum infra *nume.* 122. & in ſpecie pluribus exornat Aym. *conſi.* 9. *numero* 20. *& ſequent. vbi amplius numero* 24. quod verba debent impropriari, & etiam intelligi per fictionem iuris, ad fugiendum delictum, & malum animum, præſertim quando verba huiuſmodi ſunt prolata palam, & in publico: quo caſu, eo magis debet ceſſare ſuſpicio iniuriandi, & ibi per eum, *num.* 28.

Sic, & dicere alicui, tu defers magnam barbã, poteſt extrahi in iniuriam, & etiam in non iniuriam; ideo in dubio ſine malo animo talia verba prolata cẽſentur, ſecundum Bellapert. *in l. ſi non conuicij. colum.* 1. *in fine. verſic. ut ſi aliquis deferat magnam barbam. C. de iniur.*

Et licet, vt dixi, in dubio iniuriandi animus p̃ſumatur, attamen, quod quis iniuriam non intulerit animo iniuriandi, probatur per coniecturas, ſecundum Bellapert. *d. l. ſi non conuicij. poſt princip. verſiculo, & probabis. C. de iniur.* & ibi etiam Cyn. *numero* 2. *in fine. verſicul. dices modo*, & Angel. *numero* 3. *in fine. verſiculo, & ideo incumbet.* Felyn. *in capit. cum te. numero* 18. *in fine verſicul. quod cognoſcitur ex coniecturis. de ſentent. & re iud.* Ioan. Andr. in addit. ad Specul. *in titul. de iniur. in princip. in addit. magna, poſt med. verſicul. per circunſtantias enim.* Beluiſ. *in pract. libro primo, capit.* 3. *titul. de iniur. numero* 3. vbi quod coniecturæ iſto caſu ſumuntur ex facti, & perſonarum qualitate. Boet. *conſil.* 4. *numero* 3. vbi quod iſtæ coniecturæ colliguntur ex verbis & factis, cum talis præſumatur animus, qualem verba, aut facta demonſtrant. *l. quod Labeo. ff. de ſuppellect. legata*, cum alijs per eum adductis, & per Ludou. Bolognin. *in addit.* ad Anan. *conſi.* 44. *verſicu.* 2. *præmiſſo.* Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 97. *num.* 11. *& lib.* 2. *concluſ.* 902. *num.* 8. *& nume.* 10. Claud. ad Bertazz. *in conſi.* 209. *in verſicu. Primum itaq;* vbi pręcipuè tunc iniuriandi animum abeſſe aſſimat, quando inter iniuriantem, & iniuriatum nulla præcedebat inimicitia.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Defenditur Notarius inquiſitus de falſitate Inſtrumenti, contra quem vrgebat præcipuè depoſitio vnius teſtis inſtrumentarij, alijs indicijs, & præſuppoſitionibus grauata, & èc contra ad inſtrumenti comprobationem, & pro Notario plura alia concurrebant indicia, & præſumptiones. Omnes ſigillatim ponderantur prout in ſummario, ex quibus optimè quiſq. percipiet, quibus præſumptionibus inſtrumentum improbetur, & quibus comprobetur.

SVMMARIVM.

Teſtis familiaris, & domeſticus accuſatoris non probat contra accuſatum, etiam in delictis occultis, & difficilis probationis. nu. 2.

Inſtrumentum habet præſumptionem iuris pro ſe, & dicitur probatio probata. ſub nu. 2.

Teſtis domeſticus contra cuius dictum vrget aliqua præſumptio, nihil probat, etiam in caſu, in quo veritas aliter haberi non poteſt; Et in omnem euentum non admittitur ſine tortura. nu. 2. ad finem.

Teſtes, qui patiuntur plures defectus, non probant etiam in caſu, in quo aliàs teſtes inhabiles admittũtur. nu. 2. in fine.

Teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores. num. 3.

Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores, quando agitur de reprobando inſtrumentum. poſt nu. 3. Vbi etiam quod iſto caſu qualitas per teſtes articulanda, & probanda eſt.

Teſtis vnus ſi reprobat inſtrumentum, quamuis inſtrumentarius, non ſufficit eius dictum ad torturam, ſed tantummodo ad aſſumendum informationes, & in omnem euentũ tortura incipienda eſt à teſte, & non à notario. nu. 4.

Teſtes inhabiles etiam in caſu, in quo admittitur ad probandum, non intelligitur, quando agitur de probatione adminiculorum delicti principalis; ſed ſolum, quando agitur de probatione ipſius delicti. nu. 5.

Teſtes deponentes ſuper negatiua coarctata, non ad breue tempus, ſed ad quatuor menſes, ſunt ſuſpecti de falſo. nu. 6.

Obliuio præſumitur per biennium, vel ad plus per ſeptenniũ. nu. 5. verſ. & quod peius eſt.

Teſtes dicentes ſe non recordari, de quo veriſimiliter recordari poſſunt, & econtra, dicũtur ſuſpecti de falſo. nu. 6. in fine.

Conſuetudo excuſat notarium à pœna falſi. nu. 7.

Conſuetudo delinquendi non facit indicium, niſi ſit in eodem genere delicti, de quo quis inquiritur. num. 8.

Perſiſtens in tortura puram veritatem dixiſſe præſumitur. nu. 8. verſi. adhuc dicitur.

Falſitatis pœna non habet locum, dato primordio veritatis. num. 9.

Compoſitio ſuper crimine non inducit tacitam criminis confeſſionem, quando illam fecit, vt ſe redimat ab incommodis carceris, & quia non intendit litigare cum fiſco. nu. 9. verſ. ſed nihilominus.

Fuga non facit indicium poſt inquiſitionem formatam, ſeu accuſationem porrectam. nu. 10.

Querela porrecta diu poſt commiſſum delictum, præſumitur calumnioſa nu. 11.

Simulatio, ſeu falſitas inſtrumenti valde præſumitur, & etiã excluditur ex conſuetudine contrahentium. nu. 12.

Confeſſio extraiudicialis redacta in ſcriptis, plenè probat contra confitentem. nu. 13.

Soluens iuxta formam inſtrumenti cenſetur inſtrumentum approbare. nu. 14.

Confeſſio Procuratoris nocet Domino. nu. 15.

Epiſtola producta ab aliquo, plenè probat contra producentem. num. 16.

Falſitas ſine lucro, & cauſa non præſumitur commiſſa. numero 16.

Geminatio actuum tollit præſumptionem erroris. numero 17.

Notarij habent pro ſe præſumptionem excluſiuam falſitatis. num. 18.

Præſumptiones innocentiæ, & non delicti vincunt præſumptiones doli, & delicti, etiam quod ſint numero minores. num. 19.

Notarius de falſitate inſtrumenti inquiſitus, in dubio abſoluendus eſt, & in dubio etiam pro inſtrumento pronunciandum. nu. 20.

CONSILIVM LXXXVIII.

1 ADSIT DEVS. In hac cauſa præſentis falſitatis inſtrumenti, ex ijs, quæ mihi in facto exhibita fuerunt, contra D. Vincentium vrgere vidẽtur infraſcripta. Primò depoſitio Frãciſci teſtis inſtrumentarij. Secundò depoſitiones trium teſtium ſuper abſentia Franciſci ab Vrbe, tempore ſtipulati inſtrumẽti. Tertiò liber Eccleſiæ Sanctæ Mariæ Maioris, & D. Paulutij Matthæi. Quartò litteræ D. Honorij Trincij. Quintò quod Vincentius ſe pro teſte in inſtrumẽto deſcripſerit. Sextò conſuetudo delinquendi; Septimò fuga ſeu latitatio; Ex quibus omnibus, ſi nõ ad condemnandum, ſaltem ad torquẽdum, iudicem facile moueri poſſe, fiſcus prætẽdit, per regulam, quod ad effectum torturæ, fit coniũctio plurium imperfectorum, ad faciendum vnum perfectum indiciũ, ad trad. per Brun. *in pract. de indic. & tortu. par. 1. q. 2. nu. 6.* Cæpol. *conſ. crim. 32. num. 17.* Grammat. *conſ. 3. nu. 6.* Soc. *conſ. 54. nu. 2. & 3. lib. 3.* Pariſ. *conſ. 153. nu. 36. verſ. Quarto principaliter. lib. 4.* Gram. *deciſ. 34. num. 35.* Gabr. *lib. 1. tit. de probat. concl. 1. nu. 27.* Præſertim in caſu noſtro, in quo agitur de crimine falſi, quod reputatur occultum, & difficilis probationis; & in eo propterea non ſolum ad torquendum leuiora ſufficiũt indicia, ad trad. per Bald. *in l. quicunque, nu. 25. in 8. notab. C. de ſeru. fugit. & in l. 3. num. 3. C. de epiſc. audien.* Iaſ. *in l. 4. §. ſi tibi indicium, ff. de condic. ob turp. cauſ.* Brun. *de indic. par. 2. q. 5. nu. 6.* Martil. *in pract. §. principium, num. 16.* Boſſ. *in tit. de indic. nu. 170. & ſeqq.* Deciſ. Pedemont. *79. nu. 10.* Clar. *in pract. §. fin. q. 64. verſ. & ideo dici ſolet.* ſed etiam ad condemnandum, præſumptiones & indicia haberi pro concludenti probatione, ſcripſerũt idẽ Bald *in d. l. quicunque, eod. nu. 25.* Alex. *conſ. 69. nu. 1. ſeqq. lib. 2.* Aym. *conſ. 73. nu. 19.* Nouell. *reg. 160. in 3. fallen. & regul. 162. in 2. fallen.* Petraſan. *ſing. 8. in princ.* Deciſ. Pedemont. *72. nu. 1.* & alibi paſſim, & communiter Doctores.

2 Verũ ijs non obſtantibus, ad demonſtrandũ, quod D. Vincentius ſit in caſu abſolutionis, in in primis ſingulariter reſpondebo omnibus prædictis aſſertis indicijs, ac deinde pluribus rationibus & fundamentis ipſius innocentiam & inſtrumenti veritatem clariſſimè comprobabo: & ad primum, nempè ad depoſitionem Franciſci teſtis inſtrumentarij, negantis ſe inſtrumento interfuiſſe; reſpondetur, quod is nihil prorſus probat, quia eſt antiquus familiaris, & domeſticus querelantis. *l. teſtes eos, ff. de teſtibus, cap. ſi teſtes, 4. quæſt. 3. cap. ſuper prudentia, 14. quæſtio. 2.* Quod procedit etiam in delictis occultis. Marſil. *in l. 1. §. ad quæſtionem, numero 4. verſi. hæc tamen limitatio. ff. de quæſt.* Crot. *de teſtib. par. 3. num. 61.* Gabr. *tit. de teſtibus, concluſ. 10. num. 42. verſ. & generaliter. lib. 1.* & multo magis procedit, vbi tale teſtimonium datur contra inſtrumentum, quod nõ ſolum habet pro ſe iuris præſumptionem, ſed & dicitur probatio probata, *l. cum precibus, C. de probat. cap. licet cauſam, extra eodem.* Ideo dicti

dome-

Digitized by Google

domeſtici teſtimonium cõtra iuris præſumptionem, a iure ipſo probatur, etiam quod aliũde veritas haberi non poſſit, *c. in litteris. extra de teſtib.* Alber. de Malet. *de teſtib. p. 2. nu. 69.* Vbi notabiliter dixit, quod caſu quo tale teſtimoniũ admittatur, non tñ admittitur ſine tormento, per *l. conſenſu. C. de repud.* & cum iſte teſtis patiatur plures alios defectus, de quib. per aliũ ſcribentem, ſuccedit alia cõis concluſio, quod nullatenus probat, & quod eſſemus in caſu, in quo alij teſtes inhabiles admitterentur. Marſi. *conſi.* 102. *nume.* 12. Gram. *conſ.* 45. *nu.* 23. *in fine*, Aym. *conſi.* 66. *nu.* 55. Rota. *diuerſor.* 126. *nu.* 4. *& deciſ.* 689. *nu.* 3. *par.* 3.

3 Et tamen in criminalibus ad probãdum indicia, non ſolum proxima, ſed etiam remota, teſtes debere eſſe omni exceptione maiores, ſcripſerũt Alexand. de Neuo *inter conſ. crimin. diuerſ. conſil.* 92. *nume.* 14. Anton. Gomez. *de delict. cap.* 14. *rub. de tortur. reor. nume.* 18. *in fine*, *& nume.* 19. Bertazz. *conſi.* 39. *nume.* 15. *lib.* 2. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 894. *nume.* 3. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 91. *nume.* 5. *& numero* 6. Hippol. Rimi. *conſi.* 361. *nume.* 32. *& nume.* 39. *& ſeqq. lib.* 4. Vbi ampliat etiã in attrociſſimis, & in terminis quando agitur de reprobando inſtrumentum, quod vnus teſtis etiam inſtrumẽtarius, debeat eſſe omni exceptione maior, voluerunt Bald. *conſi.* 166. *proponitur quod ex quodam inſtrumento*, *nume.* 1. *verſ. in contrarium videtur. lib.* 2. Aym. *conſ.* 66. *nu.* 10. *verſ. Quod tamen intelligerem.* Teſtes enim inſtrumentarij licèt cenſeantur a partibus approbati, non tamen cenſentur approbati a notario. Alex. *conſi.* 70. *num.* 6. *lib.* 1. Cæpoll. *conſi.* 31. *num.* 7. Boſſ. *in tit. de falſ. nume.* 46. Ancharan. Regien. *q.* 71. *nu.* 8. *ſeq. par.* 1. Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *caſu* 105. *nu.* 7. *ad finem.* Vbi loquuntur non ſolum, quando inſtrumentum reprobatur per duos; immo & iſto caſu hæc qualitas, quod ſcilicet teſtis reprobans ſit omni exceptione maior, debet pro parte fiſci & articulari & probari. Boſſ. *in titu. de falſ. num.* 47. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 919. *num.* 8. Octau. Cacheran. *conſi.* 65. *nu.* 47. *& conſ.* 66. *nu.* 2. apud quos reperies concordantes.

4 Et in omnem euentum, & ex abundanti dico, & ſi prædicta omnia ceſſarẽt, ꝙ adhuc depoſitio iſtius Franciſci teſtis inſtrumentarij, vix contra Do. Vincentium feciſſet indicium, ad aſſumendum informationes, & ad capturam: ſecus autẽ ad torturam. Boſſ *in tit. de falſ. num.* 16. *iuncto nu.* 28. *&* 29. Menoch. *de arbitr. d. caſu.* 105. *nume.* 14. (reprobato Grammat. ibi per eum allegato, & contrarium tenente,) & quamuis de tortura eſſet tractandum, eſſet incipiendum a teſte, & non a notario. Bald. *conſi.* 166. *nu.* 2. *lib.* 2. *& conſi.* 383. *num.* 4. *in fine*, *lib.* 5. Boſſ. *vbi ſupra*, *num.* 16. *in fine.* Vbi quod non notarius, ſed teſtis, qui inſtrumẽto contradicit, torquendus eſt.

5 Ad ſecundum, videlicet ad depoſitiones teſtium probantium negatiuam, quod ſcilicet Frãciſcus tempore celebrati inſtrumẽti, non permanebat in Vrbe, ſed in Caſtro Pereti, iã per alium ſcribentem benè fuerunt deductę tot, tãtæq; exceptiones contra perſonas, & dicta iſtorum teſtium, vt quidem, eos nullam fidẽ mereri, omnino dicendum ſit, etiam quod eſſemus in caſibus exceptis, & in quibus teſtes inhabiles admitterẽtur, cum nõ deponant immediatè ſuper delicto, de quo quæritur, ſed ſuper adminiculis coadiuuantibus depoſitionem Frãciſci. *cap. per tuas. ibi, an etiam alia adminicula ſuffragentur. extra de ſimonia.* Bar. *in l. in quæſtionibus. ff. ad l. Iul. maieſt.* Gig. *de crim. læſ. mai. lib.* 1. *rub. qualiter & a quibus crim. læſ. maieſt. commiſſa.* Bal. *in l. ſi teſtis productus. nu.* 7. *de teſtib.* Marc. Anto. Eugen. *conſi.* 27. *num.* 64. Et præſertim, quando agitur de probatione negatiuæ coarctatæ: nã tunc eo magis idonei teſtes requirũtur, etiam, quod ſimus in delicto difficilis probationis. Hercul. *de negatiua, num.* 262. poſt Ale. quem allegat *in conſ.* 64. *col. fi. lib.* 1.

6 Præterea, & in hoc maximè aduertatur, iſti teſtes ſunt multum ſuſpecti de falſo, quia deponũt de negatiua coarctata, non ad breue tempus, ſed ad menſes quatuor, videlicet a menſe Iulij, vſq; ad menſem Octobris anni 1588. quo caſu nõ videtur eis credendum, ad trad. per Boſſ. *in tit. de defenſ. reor. num.* 17. *ſeqq.* Gab. *tit. de teſtibus, concl.* 4. *nume.* 4. poſt Bald. Anchar. & Aret. in locis per eum relatis. Aymo. *conſi.* 11. *in princip. lib.* 1. Fulu. Pacian. *in tract. de probat. lib.* 1. *cap.* 39. *nume.* 16. *& ſeqq.* Vbi loquitur de teſte deponente ſuper negatiua coarctata ad vnum menſem; dicitq;, hũc teſtem non ſolum non probare, ſed etiam eſſe de falſo ſuſpectum; ex Bald. quem allegat *in l. actor. nume.* 13. *verſic. quædam ſunt negatiuæ coarctatæ, col.* 2. *C. de probat.* cum alijs per eum allegatis; & quod peius eſt, deponunt de dicto anno 1588. quod per dictos quatuor menſes quolibet die viderunt ipſum Franciſcũ in Caſtro Pereti: quod quàm veriſimile ſit, quòd ipſi recordẽtur de hac tam longa, & continuata viſione ab annis hinc octo, optimè D. meus iudicabit, cum in teſtibus obliuio præſumatur, vel per biennium, Cæphal. *conſi.* 164. *num.* 5. *lib.* 2. vel per triennium, Hippo. Rimina. *conſ.* 344. *nu.* 75. *& ſeqq. lib.* 3. Vel ad plus per ſeptennium, Cæſar de Graſſis *deciſ.* 82. *num.* 13. *& deciſio* 73. *numero quarto*, *& ſexto*, *& deciſ.* 175. *nume.* 19. Et tamen teſtes prædicti profitentur memoriam non ſolum de geſtis vltra ſeptennium, ſed etiam aſtringunt ſe ad certã diẽ vnius anni, & ad ſingulas dies per quatuor menſes; ideo eò magis falſi præſumuntur. Lauren. *deciſio. Auinionen.* 91. *nu.* 5. *in fine, iuncto nu.* 6. *&* 7. & facit, quia teſtes dicentes ſe recordari de eo, de quo veriſimiliter non recordantur, nedum non probant, tanquam de falſo ſuſpecti, ſed etiam puniendi; quia ſic puniuntur, quando ècontra dicunt, ſe non recordari de eo, de quo veriſimiliter recordari poſſunt, Iaſ. *in l. præſcriptione. nu.* 3. *C. ſi contra ius, uel vtil. publ.* Aym. *conſil.* 115. *num.* 11. Rim. *conſ.* 75. *nu.* 16. *lib.* 1. ſaltem pęna extraordinaria. Plot. *in l. ſi quando. num.* 716. *C. unde ui*, vbi de cauſa. Pract. Conradi. §. 2. *tit. de teſtib. rub. de non recordantib. fol.* 142. *col.* 2. *nu.* 55.

7 Ad V. fiſci fundamentũ, videlicet qđ Vincentius ſe ꝓ teſte nominauerit in inſtrumẽto, iũcto & Tertio, & Quarto fundamẽtis, nẽpe libro ec-

clesiæ

Digitized by Google

cleſiæ ſanctæ Mariæ Maioris,& literis D.Honorij Trincij, quæ nihil concludunt contra inſtrumẽtum, prout optimè alter ſcribens in facto deduxit: reſpõſio eſt facilis, ſtante cõſuetudine notariorum C.apponendi Franciſcum pro teſte in dictis inſtrumentis, quam cõſuetudinem valere, & a falſi pœna,& a crimine excuſare, dubitandũ non eſt, per ea quæ ſcripta reliquerunt Bar. *inter conſi.crimin.diuerſ.conſ.*8.*nu.*13.*lib.*1.Bal.*in l.*1.*nume.*30.*in fine.uerſi.item quoniam.* C.*de confeſſ.* Iaſ. *in l.ſingularia.nu.*48.*verſic.nam regula eſt.ff.ſi cert.pet.* Ang.*de malef.in uerbo,falſario.nume.*2.*in fine verſic.& aduertendum*,& ibi Auguſt.de Arim.*nu.*6.Marſil.*in pract.*§.*quoniam.nu.*98. Plot. *de in lit.iuran.*§.6.*num.*55.Tiraq.*de pœn.cauſa* 42.*num.*11.

8 Ad ſextum de conſuetudine delinquendi, reſponſio eſt facilis: nam vltra quòd talis cõſuetudo non operatur, niſi in eodem genere delictorum. *l.ſi cui*,§.1.*ff.de accuſ.* Marſi. *conſi.*15.*num.*9. Foller. *in uerbo,item quod ſororem uenenauit, num.*28.Alciat.*de præſumpt.reg.*2.*præſump.*7.*num.*2.*in* 1.*limitat.* Menoch.*de præſumpt.lib.*5.*præſump.*32.*nu.*24.adhuc dicitur,quod D. Vincentius quando alias fuit proceſſatus,& carceratus, quoad falſitatem inſtrumenti,de quo inquirebatur, ne dũ nihil confeſſus eſt,ſed tortus perſtitit, & fuit abſolutus,& ad omnem famam, & honorem reſtitutus, & qui in tortura perſiſtit, purã veritatem dixiſſe iura præſumunt.glo. *in l.edictum.in uerbo, efficaciſſima,& ibi* Alber.*num.*3.*ff. de quæſt.* Alex. ad Bar.*in l.unius.*§.*reus.in* 2.*addit.ff.eodem.* Boer. *deciſ.*163.*nu.*12.Grammat.*deciſ.*8.*poſt nu.*1.Ideo retorquendo fundamenta fiſci, poreſt dici tunc apparuiſſe falſitatem non commiſiſſe, ergo ita etiam præſumendum eſt, quod nec modo commiſerit,prout imputatur.

9 Et licet compoſuerit pro quadam temeraria oppoſitione teſtium in inſtrumentis veris,cũ appoſuerit teſtes, qui re vera inſtrumentis non interfuerunt, non tamen per hoc eſt inferendũ ad falſitatem inſtrumenri,ex quo,vt pręfertur,non ſumus in eodem genere delicti;immo ex quo illa inſtrumenra eranr vera, videbatur forſan etiam excuſandus ab omni pęna falſi, quæ non ſuccedir daro primordio veritatis.*l.cum filius.*§.*hæres meus,& ibi notant omnes.ff.de lega.*2.Curt.ſen.*conſil.*55.*nu.*9.*in fine.uerſic. non obſtat tertium motiuũ.* Aym.*conſi.*46.*num.*8.Boſſ. *in titu. de oppoſi.contra teſtes.num.*18.Clar.*in pract.*§.*falſam.verſic.prætere*a, ſed nihilominus voluit cõponere, quia non expediebat ipſi, ramdiu in carceribus defatigato, diſputare,& litigare cum fiſco;quo caſu per compoſitionem quis non faretur delictum. *l. furti.*§.*pactus.ff.de ijs qui notan.infam.* Pariſ. *de ſindica. in verbo,compoſito,cap.*10.*num.*2. Ghirlan. *de relaxa. carcerat.tit.de pœn.compoſi.q.*1.*nume.*3.*& quæſt.*4.*num.*1.*&* 3.Gab.*lib.*7.*concluſ.*23.*nume.*8.Deciſ. Pedemon.138.*nu.*15.*& ſeqq.*

10 Ad ſeprimum de fuga, reſponſio pariter eſt in promptu,poſt quã de ea non conſtat poſt accuſationem porrectam,& formatum proceſſum; quo caſu nullum facit indicium, ſecundum Parid. de Put.*de ſindica.in uerbo,fuga officialis,capit.*2.*incip. index uel officialis.num.*2.*idem de malef.in uerbo,quod fama publica,nu.*46.*in prin.* Bolog. *in add.* ad Guid.de Suzzar.*in tract.de indic.et tort.nu.*40. Blanc.*de indic.ad l.fi.ff.de quæſt.n.*281. vbi de cõi, de qua ẽt per Viui.*in commun.opi.in materia fugæ, in uerſic.quæris Bart.* Clar.*in pract.*§.*fin.q.*21. *uerſ. fuga.* Ludou.Peguer.*deciſ.crim.*17.*nu.*31.*& ſeqq.*

11 Verũ dato, quod præmiſſa indicia non eſſent prorſus eneruata (prout re vera sũt funditus proſtrata)& quod etiam aliquæ ſuſpiciones remanerent contra D. Vincentiũ (prout nõ remanenr) adhuc dico, eas tolli per infraſcriptas innocẽtię, ne dicam præſumptiones,ſed concludentiſſimas probationes; & primo conſidero, quod querela fuit data per octo annos poſt inſtrumenti celebrationem, quo caſu iuris habet præſumptionẽ contra ſe.Bald.*conſ.*37.*quidam tabellio,in fine,lib.*1.Franc.Caſon.*de indic.& tort.tract.*8.*c.*1.*nu.*9. Foller.*in prac.crim.in uerbis,item quod commiſit falſitatem.nu.*18.Marſi.*in pract.*§.*diligenter.nu.*201. Boer.*deciſ.*42.*nu.*20.Aym.*conſi.*75.*nu.*9.Cæph. *conſi.*187.*nu.*13.*lib.*2.Vulpell.*conſ.*94.*nu.*5.cum præſertim iſto medio tpe, & ferè per annum ante querelã, querelans habuerit notitiam dicti inſtrumẽri,& non ſolũ tacuerit,ſed ẽt ſoluerit fructus, ut infra dicam, & augetur in hoc præſumptio,quia in querela dicitur: *Hora eſſendo uenuti i principali per li frutti delli cenſi, io ſon ſtato marauigliato, poiche non mi recordo mai l'eſſermi obligato,&c.* & tamen Ioannes Maria Ligognanius teſtatur,quod D.Paulurius dum ab eo petebantur fructus ad inſtantiam D.Liuiæ Gallerę,uiſo per eum inſtrumento cenſus, obtulit ſe ſemper in futurum libentiſſimè ſoluturum; & ſic de eo nec reclamauit,nec conquæſtus fuit.

12 Secundo ſuccedit,qđ ſicut pdicti DD. querelãres in ſexdecim alijs inſtrumentis cenſuum, & ſocietatum officiorũ reſpectiuè reperiuntur verè obligati ad inſtãtiam D. Honorij Trincij; ira ẽt veriſimile eſt,quod, & in hoc inſtrumẽro ſe obligauerint, cum ad includendum vel excludendũ ſimularionem, & falſirarem inſtrumenti, valde contrahenrium conſuetudo inſpici ſoleat. *l. non omnes.*§.*a Barbaris.ff. de re milit.l. Iulianus.*§.*idem Papin.ff. de act. empt.* cum alijs per Maſcard. *de probat.lib.*1.*concluſ.*445.*nu.*5.

13 Tertio fuit ad inſtantiam DD. querelantium creditorum D.Honorij, præſentata quædã liſta omnium obligationum factarũ per eoſdem D. querelantes,ad inſtanriã dicti D. Honorij,& inter alias obligariones reperiũtur inſtrumẽta, de quorum fide modo dubitatur; & ſic videntur ea pro veris ratificaſſe, quia extraiudicialis confeſſio in ſcriptis redacta, plene probar contra confitenrem,ſecundum Paul.de Caſt.*in l.Publia.*§.*Lucius Titius,nu.*5.*ff.de poſi.* cum alijs per Par.*libro* 1.*tit.de confeſſ.concl.*1.*nu.*57.

14 Quarto D.Paulurius ſponte, & abſq; vlla cõquæſtione ẽt extraiudiciali,& ſine citationibus, deficiente D. Honorio,ſoluit fructus cenſus dictæ D. Galleræ,ideo per hanc ſolutionem eo magis inſtrumentum dicitur approbaſſe, *l. cum fidem. C. de non nume. pecun.l. ad ſolutionem. C. de re iudica.*

*iudica.l.2.C.quod met.cauſ.*nec pręſumendum eſt, quod ſic ſponte ſoluiſſet, ſi debitor non ſeagnouiſſet, vulgata regula, quod nemo præſumitur iactare ſuum.

15 Quinto DD. querelantibus fuit pro eorũ parte, & per eorum procuratorem allegatum calculum; & ſic ꝙ iterũ iudicialiter inſtrumẽtũ fuit ratificatum; & ꝙ facto calculo iudex relaxauit mandatum: ideo inſtrumẽtum hoc, per iudicis decretum canonizatum, & per procuratorem acceptatũ, nõ põt amplius improbari, & in hoc procuratoris confeſſio nocet principali. *l.non ſolum, & ibi notant omnes.ff.de procurat.* Rolan.*conſi.*70.*nu.*2.*ſeqq.lib.*1.Deciſ.Pedemont. 39.*nu.*34.*ſeq.*

16 Sexto D. Vincentius nihil habuit pro hac prætenſa falſitate, prout apparet in epiſtola D. Honorij ex aduerſo producta, quę plenè probat contra producentem.gl.*in l.Publia.* §.*fi. ff.depoſ.* Oſaſc.*dict.deciſ.Pedemont.*39.*nu.*27.ſine autẽ lucro, & cauſa, falſitas non præſumitur commiſſa. Aym.*conſi.*75.*num.*14.*ſeq.*Cæphal.*conſi.*75.*num.*22.Rolan.*conſi.*11.*nu.*55.*ſeq.lib.*3.Port.*conſi.* 95. *nume.* 17. vbi quod falſitas non præſumitur, vbi non adeſt maximum lucrum; & eſt ratio, quia in modico falſitas non præſumitur commiſſa. Roland.*conſil.*38.*nu.*37.*ſeq.lib.*1.

17 Septimo, & ex pręmiſſis infertur, quod DD. querelantes non poſſunt dicere prædictos actus feciſſe per errorem, quia ſcilicet credebant inſtrumenta vera; nam ex geminatione tot factorum, ob id inde ſequuta ratificatione, error non pręſumitur, prout forſan præſumeretur ex ratificatione per vnicum tantum actum inducta.*l.ſi mulier. C.ad Vellean.*Fely.*in c.ſi cautio.nu.*31.*de fid.inſtr.* Cæphal.*con.*142.*nu.*54.*lib.*1.*& conſ.* 192.*nu.* 18. *ſeqq.lib.*2.

18 Octauo non omitto generalem iuris præſumptionem, quam pro ſe habent notarij, pro excluſione falſitatis.gl.*in c.accedens, de crim.falſ.*Aym. *conſi.*73.*nu.*8.Rolan.*conſi.*38.*nu.*31.*lib.*1. Maſcar. *de probat.lib.*2.*concl.*644.*nu.*1.*& concl.*1003.*num.*28.*& concl.*1094.*nu.*17.

19 Et ijs ſtantibus ſuccedit illa iuris concluſio, ꝙ ſcilicet in conflictu indiciorum, & præſumptionum, præſumptiones innocentiæ, & non delicti veniunt, non autem præſumptiones doli, & delicti, etiam quòd minores numero ſint, & minus fortes. Gram.*deciſ.*18.*num.*5.Follet.*conſ.crim.diuerſor.*139.*ſeq.lib.*1. Bertazz.*conſi.* 80.*nu.*10. ergo multo magis prædictę pręſumptiones debent in caſu noſtro vincere contrarias minus fortes, & prorſus ſublatas, ex præallegatis.

20 Quod ſi fiſcus hæc affirmare noluerit, negare tamen non poterit, quin ex præmiſſis res valde dubia reddatur, & in dubio pro notario, & pro illius inſtrumentis pronunciandum eſt.*c.in præſentia.de renunciat.*Rolan.*conſi.*28.*nu.* 32.*lib.*1. Dec. *conſi.*100.*num.*1.*lib.*2.Caputaq. *deciſ.*3.*nu.*1.*par.*2.Lauren.*deciſ. Auinionenſ.*91.*nu.*1.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

Enumerantur plures nullitates cuiuſdã ſententiæ in contumaciam latæ, ex quibus vnuſquiſque Iudex poterit facilè comprehendere modum procecedendi contra abſentes, eoſque monendi, citandi, & condemnandi.

SVMMARIVM.

Delegationis verba ſunt diligenter obſeruanda.nu. 1.

Delegatio non extenditur vltra expreſſa.nu. 1.*verſi. & vltra expreſſa.*

*Sententiandi facultas non cenſetur delegata, niſi in delegatione fuerit expreſſa.nu.*1.*per totum.*

*Limitata iuriſdictio limitatum debet parere effectum, num.*1. *verſi. & quia etiam.*

*Delegationis forma nõ ſeruata, omnia inde ſequuta corruunt. nu.*1. *ante finem.*

*Delegata iuriſdictione cognoſcendi cauſam, non cenſetur delegata facultas ſententiandi.nu.*1.*in fine.*

*Sententia lata contra mortuos, eſt ipſo iure nulla.nu.*2.

*Amplia etiam quod iudex mortem ignoret.d.num.*2.*& multo magis ſi mortem ſciuerit.ibidem.*

*Sententia contumacialis lata contra abſentem carceratum infirmum, aut aliàs impeditum, ſi iudex de impedimento notitiam habuit, eſt ipſo iure nulla.nu.*2.*in fine.*

*Monitorium non exequutum iuxtà formam in eo præſumptã, non afficit.num.*3. *vbi ponitur exemplum, quando iudex in monitorio mandat fieri diligentiam de perſonaliter apprehendendo, & talis diligentia non fit.*

*Citatio vbi eſt nulla, & inualida, non inducit contumaciam citati; nec ſententia illius vigore lata, facit contumacẽ haberi pro confeſſo, nec exequi poteſt.nu.*3.*ante finem.*

*Sententia contumacialis lata contra abſentem ſine citatione ad ſententiam, non valet.nu.*4.

*Sententia nulla contra abſentem contumacẽ lata, exequutionem nõ meretur.nu.*4.*verſ.igitur data nullitate ſentẽtię.*

*Sententia quæ non iuſtificatur ex actis, dicitur notoriè iniuſta. num.*5.

*Ignorans nec contendere nec contrauenire dicitur.nu.*5.*in fin.*

*Teſtes ſingulares non probant.num.*6.*vbi etiam, quod non faciunt indicium.*

*Teſtis dictũ ſe pro firmo vel pro certo credere, nõ probat.nu.*6.

*Scia præſumpta non ſufficit ad incurrẽdũ pęnam. nu.*6.*in fine.*

*Vnus non tenetur de delicto alterius.nu.*5.

*Socius non tenetur de delicto conſocij.nu.*7.

*Procurator non dicitur habere mandatum ad faciendum incurrere in pęnam ſuum principalem, niſi illud fuerit ſpeciale, & indiuiduum.nu.*5.*verſ.& ſi dicatur.*

*Qualitas tribuens iuriſdictionem procedendi ad pęnam, debet probari plene, & concludenter, non autem præſumptinè, nu.*7.*verſ.reſpondetur inſuper.*

Socij criminis non faciunt indicium, niſi ſuum dictum confirmauerint in tortura, & ad faciem ipſius rei. nu. 8.

*Teſtes examinati a iudice, vel de eius mandato, non probant. nume.*9.

*Teſtimonium de auditu nec probationem, nec indicium facit. num.*10.

*Confeſſio extraiudicialis non plenam, ſed ſemiplenam facit probationem.nu.*10.*verſic. & dum nituntur.*

*Teſtes ſingulares non probant confeſſionem extraiudicialem, num.*10.*in fine.*

Teſtis

Teſtis vnicus examinatus a curia, plenè probat contra curiã. num. 11.
Tempus quando eſt de ſubſtantia actus, de quo quæritur, eſt probandum per teſtes, aliter ipſi teſtes nihil probant. nu. 11. verſ. & conſequenter.
Sententia nulla ſententiæ nomen non meretur. nu. 12.
Pœna incurſa ipſo iure, poteſt ab hæredibus exigi. nu. 13.
Pœna nõ cenſetur impoſita ipſo iure, niſi expreſſe dictũ. nu. 13.
Pœna quando tranſit ad hæredes, citandi ſunt ipſi hæredes, non autem delinquens mortuus. nu. 13. in fine.

CONSILIVM LXXXIX.

1 ADSIT DEVS. Quod ſententia in contumaciam lata per D. Marinum, delegatum Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi D. Camerarij cõtra Samuellem Leui, Ioſephum, & Salamonẽ de Fano hæbreos, pro eo quod tranſuehendo ſal ꝑ padum ſine licentia R.C.A. inciderunt in pęnas comminatas in monitorio alias emanato, & vt dr̃ publicato de anno 1595. ſit prorſus, & ex eiſdẽ actis euidẽter nulla, apparet in primis, qa fuit lata ſine iuriſdictione; ſi enim bene inſpiciantur verba ſuæ delegationis, ipſe non fuit delegatus generaliter, ſeu ſimpliciter ad huiuſmodi cauſam, ſed tantummodo ad aliquos cauſæ articulos, videlicet ad inquirendum, procedendum, teſtes examinandum, bona deſcribenda, ſequeſtra facienda, carcerãdum, monẽdum, requirendum, citandum, inhibendum, & ad rigoroſum examẽ procedendum; ideo non potuit ad ſententiã deuenire, cum articulus ſententiandi non ſit in eadem delegatione expreſſus; ſunt enim delegationis verba diligenter obſeruanda, & cuſtodienda. *l. diligenter, in princ. ff. mandati*, & vltra expreſſa delegatio non extenditur, *cap. penult. vbi gloſ. & Doctor. de offic. delegat.* & quicquid in delegatione expreſſe conceſſum non reperitur, prohibitum cenſetur. *cap. inter corporalia. §. ſed neque. vbi Doctor. de translat. Prælatorum.* Anchar. *conſi.* 207. *in quæſtione. colum. 2. nume. 4.* Angel. *conſi.* 138. *viſis omnibus ſupradictis. num. 1. in fine, & nu. 2.* Vant. *in tit. de nullitate ex defect. iuriſd. delegat. num. 91. & 92.* eſt enim ſententiãdi articulus omnibus alijs potentior; & propterea non ſemper in huiuſmodi litteris patentibus, prout notum eſt, ſententiandi authoritas conceditur; & quando conceditur, ſolet ſemper in eiſdem litteris apponi clauſula vſque ad ſententiam incluſiuè; aut ſimilis, q̃ ſententiandi poteſtatem importet, prout benè aduertit Cuman. *in l. a Diuo Pio. nu. 5. ver. & ideo. ff. de re iudic.* vbi dixit ita communiter ſeruari, quæ quidem clauſula cum non fuerit appoſita, habetur pro omiſſa, ex præallegatis; & quia etiam limitata iuriſdictio, limitatum debet parere effectum, ſiue limitatio reſpiciat perſonas ſiue locũ, ſiue tempus, ſiue cauſas, ſiue etiam cauſarũ articulos, qualitates, aut quantitates, ad tex. *in c. ſuper quæſtionum articulis. §. nos autem. de offic. delegat.* & magiſtraliter docuit Ange. *in d. conſ.* 138. *nu. 1. in fine. verſ. limitata enim iuriſdictio*, & Vant. *eod. nu. 93.* vbi amplius dixerunt, quod quidquid præter verba, & formã delegationis factum fuit, omnino nullum, & inualidum eſt. *cap. cum dilecta. vbi ſcribentes. de reſcriptis. cap. cui. de præbendis in 6. cap. Piſanis. de reſtit. ſpoliator.* Innocent. *in c. ſuper litteris. verſ. in gloſ. & in communi forma. eod. tit. de reſcript.* immo, & quod plus eſt, dico, quod etiam quod fuiſſet ſimpliciter conceſſa facultas cognoſcendi cauſam, non per hoc dicitur cõceſſa facultas ſententiandi, ſecundum gloſ. *in l. qui procuratorem, in verbo, peragere, & ibi* Bar. *num. 1. et 2.* Fulg. *poſt num. 1. ff. de procurator.* Alex. *in l. a Diuo* Pio. *num. 18. in fine, verſ. paſſus videtur ſatis dubius*, & ibi ẽt Fulg. *nu. 5. de re iud.* Fulg. *in l. 1, num. 2. & ibi etiam* Salic. *in fine. verſ. vlterius attende, C. ſi contra ius vel vtil. publ.* Abb. *in c. cum ſuper. nu. 13. de cauſ. poſſeſ. & propries.* cum alijs relatis per Menoch. *de arbitr. q. lib. 1. q. 37. nu. 23.* vbi relatis, & reprobatis contrarijs, hanc ſententiam amplexus fuit vti veriorem, & crebriorem, ergo multo minus in præſenti caſu cenſetur tributa ſententianti iuriſdictio, cum etiam nulla fuerit data facultas cauſam, ſeu cauſas cognoſcendi.

Eſt inſuper eadem ſententia ipſo iure nulla, quia lata contra Samuelem, & Ioſephum, iam tẽpore dictæ ſententiæ mortuos, *l. in ſumma. §. fina.* vbi Bar. Caſtrenſ. & alij. *ff. de re iudic. l. pen. ff. quæ ſent. ſine appell. reſcind. l. de quare. §. fin. ff. de iudic.* idem Caſtrenſ. *in l. ſi deceſſerit, nu. 5. ff. qui ſatiſd. cogan.* Capyc. *decif. 1. nu. 26.* Ang. *conſi. 223. pro deciſione. num. 2. verſi. concludo igitur.* cum alijs per Vant. *in titu. de nullitate ex defect. iuriſd. & vnde &c. nu.* 106. vbi ampliat hanc concluſionem, etiam quod a iudice mors ignoretur, ergo multo magis in caſu noſtro, in quo non ſolum apparet quod iudex ſuſpicabatur de morte inquiſitorũ, prout in delegatione ſibi facta in illis verbis, *eorumq; reſpectiue hæredes, & ſucceſſores*, & rurſus in monitorio per D. Commiſſarium relaxato in illis alijs verbis, *vobis Salamoni, Ioſepho, & Samueli, quatenus in hac vita degatis, vel veſtris hæredib. et ſucceſſoribus &c.* verum etiam quod notitiam habuerit de ipſorum morte, prout in proteſtationibus ipſis factis, in quib. denunciatur, Samuelis, & Ioſephi hæredes tãtummodo minores remanſiſſe cum petitione termini, ad illos certiorandũ, & vlterius in ſequeſtris etiã ante inquiſitionem relaxatis, & exequutis contra hæredes prædictorum Samuelis, & Ioſephi, prout ex eorum lectura apparet expreſſe, iã curia eorundem mortem fatetur; quare ſi, prout Doctores loquuntur in impedimento momẽtaneo carceris infirmitatis, aut alio ſimili, ſententia lata contra impeditum comparere, quando iudex de impedimento notitiam habet, eſt ipſo iure nulla, ad trad. per Bart. *in l. 2. ff. de in ius vocan.* & per eundem Bart. Alex. & Doctores *in l. quæſitum. ff. de re iud.* Pariſ. *conſi. 102. nu. 1. & num. 3. lib. 4.* Afflict. *deciſ. 29. nume. 3.* Marſi. *in pract. §. ſequitur. num. 36.* Mſinger. *obſer. 57. centur. 4.* multo magis erit nulla ſententia hæc, de qua agitur, lata contra impeditum perpetuo impedimento mortis.

3 Tertio ſententia eſt nulla, quia lata ex præcedenti monitorio nulliter exequuto; eſt enim in dicto monitorio præſcripta certa forma illud exequendi, videlicet perſonaliter, quatenus moniti

niti

Digitized by Google

niti viuãt, & eorum perſonę cõmodè haberi poſ
ſint; ſin autem domibus eorũ habitationũ, nec
non ad valuas eccleſiæ, & ad Rengheriã Palatij
&c. verum cum prædictum monitoriũ fuerit exe
quutum in præfatis domibus, in valuis eccleſiæ,
& in Rengheria prædicta abſq; eo quod curſor,
ſeu preco fidem fecerit de adhibita diligẽtia per-
ſonaliter citandi, & quod eos nõ inuenerit, ſine
dubio eiuſdem monitorij exequutio dicitur nul
liter, & indebitè facta, propter non ſeruatã præ-
ſcriptam formam, ad tradita per Doctores in l. 4.
§. prætor ait. ff. de damn. infect. Rota de dol. & Con-
tumac. deciſ. 8. in nouis. Achil. de Graſſ. deciſ. 144.
alias 14. de dol. & contum. & in ijs terminis Capu-
raq. deciſ. 111. par. 1. & voluit Rota in vna Roma-
na ſecretariatus coram R. P. D. Seraphino luna. 17.
Februarij 1592. in verſ. quantum vero ad condemna
tionem. vbi expreſſe dicitur, ſnĩam contumacialẽ,
emanatam præcedente monitorio, ſicut ſupra,
nulliter exequuto, propter non factã diligentiã
de perſonaliter habendo monendum, nullam, &
inualidã eſſe; & eſt ratio, quia vbi prima citatio
eſt inualida, nec cõtumacia inducitur, nec ſentẽ
ria contumacialis facit contumacem haberi pro
confeſſo, nec vllo pacto exequi poteſt. Bald. in l.
1. in fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtẽp. Afflict. deciſ. 2.
nu. 6. Gram. deciſ. 79. nu. 10. Foller. in pract. crim. in
verbo, etſi confitebuntur, il 3. nu. 19. Nell. de bannit.
in 3. par. primi tempor. q. 2. Natta conſi. 540. nu. 26.
Boſſ. in tit. de bann. nullit. in princ. & nu. 1. & in tit.
de citat. num. 13. & ſeqq. Clar. in pract. §. fina. q. 31.
in princ. Decian. conſi. 18. num. 39. & ſeqq. lib. 1.

4 Quarto eiuſdem ſentẽtiæ nullitas eſt euidẽs,
poſtquam in proceſſu ad Vrbem tranſmiſſo, nõ
apparet de citatione ad ſententiam, ad latè tradi
ta per Vant. in tit. de nullit. ex defect. citation. nu. 1.
& ſeqq. & cum expreſſe appareat, iudicem voluiſ-
ſe ſeruare quattuor terminos ſeruare ſolitos in
Vrbe abſq; eo quod reus inquiſitus, & monitus
ponatur in bãno, nulli dubium, quod ſecundum
eandem practicam debebat præcedere citatio ad
ſententiam, prout dixi in mea pract. crim. titul. de
inquiſit. q. 11. nu. 44. & eſt notorium. igitur, data
nullitate ſententiæ in contumaciam latæ con-
tra teſtes hebræos, ex tot præcedentibus defecti-
bus, fruſtra tractatur de illius prætenſa exequu-
tione, ſecundum Ang. de maleſ. in uerbo, qui D. Iu-
dex videns quod dicti inquiſiti non comparẽt, nu. 32.
Marſ. in pract. §. poſtquã. nu. 57. Plot. conſ. cri. diuer
ſor. 72. nu. 14. & plurib. ſeq. lib. 2. Foller. in d. verbo,
etſi confitebuntur, nu. 18. Boſſ. in tit. de bann. nullit.
nu. 2. Clar. in pract. §. fi. q. 94. verſi. ſciat autem. Ro-
lan. conſi. 31. nu. 19. lib. 1. & conſi. 60. nu. 30. in fine.
lib. 2. Cæphal. conſi. 77. nu. 15. lib. 5.

5 Quinto, & vltra præmiſſas nullitates, ſenten-
tia prædicta eſt etiam notoriè iniuſta, quia non
iuſtificatur ex actis: nam, & tunc ſententiam eſſe
notoriè iniuſtam, tradit Franch. in capit. dilecto.
quæſtio. 55. de appellat. Burt. deciſ. 401. in fine. lib. 1.
Pariſ. conſi. 107. num. 9. & ſeqq. lib. 4. Caputaq. de-
ciſ. 85. lib. 2. & deciſ. 120. nu. 2. par. 3. Rolan. conſi.
76. nu. 27. lib. 1. Menoch. de adipiſc. poſſeſ. remed. 4.
nu. 852. & in terminis ſententiæ contumacialis
voluit Rot. in ead. Roma. ſecretariatus. de qua ſupra
in prin. in uerſi. nam quantum ad delictum. quod au
tẽ ex actis ſententia nõ iuſtificetur, apparet eui-
denter; nam hebręi fuerunt condemnati in pęnã
contentam in monitorio, aliàs vt dicitur publi-
cato de anno 1595. & pro illius cõtrauentione;
ſed dicat mihi quęſo D. Commiſſarius, in quanã
parte monitorij prædicti hebræi iſti compræhen
dũtur? eſt enim monitorium reſtrictum ad quaſ-
dam nominatas perſonas, & deinde ad alios ſub-
ditos Ducis tunc Ferrariæ, in illius exequutione
nominandos; & tamen in exequutione nunquã
fuerunt nominati iſti hebræi; quomodo ergo
vult quod contrauenerint, ſi non ſolum contra
eos exequutum non fuit, ſed nec etiam in eo no-
minati reperiuntur? Hęc mihi prorſus abſona, iu
ribus contraria, & ab omni ratione aliena viden
tur, vt quis ſcilicet teneatur ad pœnam pro con-
trauentione monitorij, in quo nec nominatus,
nec compręhenſus exiſtit; & nihilominus quate
nus ẽt hebræi prædicti fuiſſent in dicto monito-
rio nominati, & cõpręhẽſi (prout non ſunt) adhuc
data eorum ignorantia ex eo quod contra ipſos
exequutum non fuit, non poteſt de contrauen-
tione tractari, quia ignorans contemnere nec
contrauenire dicitur. l. nec ignorans. C. de donat. l.
mater decedens. ff. de inoffic. teſtament. Rota. deciſ.
38. alias 309. de appella. in nouis, cum alijs per Lã
cell. de attent. c. 12. in præfatione nu. 8. & ſequent. &
in limitat. 36. nu. 1. & ſeqq.

6 Nec releuat in hoc ex aduerſo prætenſa moni
torij ſcientia, vt dr, probata per depoſitiones Or
landini, & Zottimi; nam vltra quod, vt prædixi,
etiam quod monitorium proprijs oculis perlegiſ
ſent, ipſos non afficiebat, ex quo in eo non erãt
comprehenſi; dicitur etiam quod teſtes prædicti
nihil probant, tum quia ſunt ſingulares, ex quo
vnus deponit de delatione copiæ monitorij in
manibus Samuelis; alter vero de ſuæ formæ cre-
dulitate; teſtis enim etiam quod dicat ſe pro cer-
to, & pro forma credere, nec probationẽ, nec in-
dicium facit. Bald. in l. ſine poſſidetis. nume. 6. uer-
ſicul. ſed quæro. C. de probat. & in capit. cum cauſam.
num. 64. de teſtibus. Iaſ. in rub. ff. de iur. iuran. num.
2. in 2. ampliatione. Socin. conſi. 214. nume. 5. lib. 2.
Campeg. de teſtibus. reg. 209. in 20. fallen. pract.
Corrad. in tit. de teſtibus. rub. de credul. nu. 40. in 2.
fallen. Viu. opin. 965. nu. 4. Bertazz. conſi. 518. num.
8. lib. 2. ſic etiam, & teſtes ſingulares non ſolum
non probant, cap. cauſam. extra de probat. Gabr.
tit. de teſtibus. lib. 1. concl. 2. nu. 1. ſed nec etiam indi
cium faciunt, quãdo præſertim criminaliter aga
tur, ſecundum Foller. in pract. crim. in uerbo, item
quod ſororem veneuauit. nu. 13. & ſeqq. Marſil. conſ.
118. num. 12. & conſi. 41. num. 10. Gabr. d. concluſ.
2. nu. 10. in prima ampliatione. Cæphal. conſil. 204.
num. 19. lib. 2. Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 91. nu.
4. verſic. uerum opinio hæc a ceteris reijcitur, & dato
etiam quod ex depoſitionibus prædictorum te-
ſtium aliqua præſumeretur ſcientia (prout con-
trariũ verius eſt ex premiſſis, & ex alijs exceptio-
nibus, quas mox cõtra eoſdem teſtes ſubijciam)
attamen ad incurrendum pœnam talis præſum-

Digitized by Google

pta ſcientia minimè ſufficeret. Pariſ. *conſi.* 23. *nu.* 241. *lib.* 1. Ruyn. *conſi.* 66. *num.* 19. *lib.* 3. Bur. *deciſ.* 147. *num.* 2. *lib.* 1. *& deciſ.* 77. *num.* 7. *lib.* 2. Simon. de Pret. *conſi.* 199. *num.* 36. & voluit Rota *in eadē Roman. Secretariatus, de qua ſupra, in uerſ. etubi agitur de iure tollen. & pœna.* vbi quod iſto caſu requiritur certa, & indubitata ſcientia, ex Affict. Feli. & alijs Rotæ deciſionibus ibidem allegatis.

7 Sexto eadē ſententia nō iuſtificatur ex actis, præſertim quo ad Salamonem, & hæredes Ioſephi, quoniam dato ſine veri præiudicio, quod Samuel fecerit transferre ſal per Padum, non tamē ex hoc eadē pęna teneri debent hęredes Ioſephi, & ipſi Salamō, per regulā, quod vnus de delicto alterius non tenetur, de qua *in l. ſancimus. C. de pœnis. in l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffic. teſtam. & in l. fina. ff. ad Syllan.* Clar. *in pract. crim. quæſt.* 86. *in princip.* Couarr. *variar. reſolut. lib.* 2. *capit.* 8. *num.* 1. & ſi dicatur quod teneantur tanquam ſocij, omiſſa pro nūc diſputatione, an vnus ſocius poſſit facere incidere in pœnam ſuum conſociū; quod negatiuè reſoluēdum videtur, ex alia regula, quòd nemo facit alium incurrere in pęnam, niſi ad id habeat ſpeciale mandatum, de qua per gl. *in l.* 3. *§. ſi procurator. ff. quod quiſque iuris.* Alexan. *conſilio* 108. *nume.* 6. *verſicul. ſed de iure communi. lib.* 6. Pariſ. *conſilio* 110. *nume.* 7. *lib.* 3. Rolan. *conſil.* 71. *nume.* 41. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. quæſtio. libr.* 2. *caſu* 316. *nume.* 23. *& ſeq.* Hippol. Riminal. *conſil.* 345. *nu.* 8. *& ſeqq. lib.* 3. reſpōdetur inſuper, qđ de huiuſmodi ſocietate in actis non cōſtat prout conſtare debere, dubitandum non eſt, per aliā regulam, quod qualitas tribuens iuriſdictionem procedendi ad crimen, & ad pęnam, antequā procedatur, omnino conſtare debet. *l. ait prætor. ff. ne quid in flumine publico. l.* 2. *§. ſed ſi dubitetur. ff. de iudic.* Petr. a Plach. *in epitb. delict. lib.* 1. *cap.* 9. *nume.* 27. *verſic. cæterum &c.* & non per præſumptiones, & indicia, ſed per ſpecificas, plenas, & concludentes probationes, ad trad. per Ioſeph. Lud. *deciſ. lucen.* 52. *num.* 28. *par.* 1. & per Card. Alban. *conſi.* 14. *nu.* 13. & probatur iuribus præallegatis.

8 Quod autem in caſu noſtro de huiuſmodi ſocietate nec plenè nec concludēter appareat, apertiſſimè demonſtratur; nā quod attinet ad apodixam in actis productam, non eſt inſiſtendum, cū in proceſſu ad Vrbem tranſmiſſo, non adſit regiſtratus illius tenor; & nihilominus, prout audio, eſt quędā apodixa facta a Samuele nomine aliorum abſque mādato, & licet cum promiſſione de rato, de ratificatione tamen non docetur: quod vero attinet ad depoſitiones prædictorum Orlādini, & Zottini, dicitur, in eis nulliter poſſe fieri fundamentū, propter tot, & tantas exceptiones, quas in eorum dictis, perſonis, ac examine patiūtur; faciunt enim ſe primo loco ſocios, & participes criminis, poſtquam aſſerunt ſe habuiſſe notitiam monitorij emanati de anno 1595. tāquā miniſtros, & inſeruientes Samueli; fatentur cōtra formam dicti monitorij tranſportare feciſſe magnam ſalis quantitatem per Padum; compręhēdit enim monitorium prædictum, prout in eo clare legitur, non ſolum principales Dominos, ſeu conductores ſalis, ſed etiam eius miniſtros, & inſeruientes; & propterea, quando fuerunt examinati, debebant pro crimine, & pęna retineri; & ad afficiendum complices, tanquam aſſerti ſocij criminis, torqueri, cum ſine tortura nullū faciāt indicium. Marſil. *in pract. §. diligenter. nume.* 61. Blanc. *de indic. nume.* 380. Boer. *deciſ.* 218. *num.* 5. *in fine.* Boſſ. *in titu. de indic. num.* 51. Clar. *in pract. §. fina. quæſt.* 21. *uerſic. ſcias etiam.* Vulpell. *conſi.* 30. *num.* 7. *& conſi.* 27. *num.* 2. & alibi paſſim, & communiter Doctores.

Sūt inſuper ijdē teſtes examinati, ſed bene pſpexi ante expeditas litteras, patētes, D. Marino directas, & ſic ſine iuriſdictione & iudice, nō adhuc deputato; immo, & quod plus eſt, nec ab aliquo iudice, nec de eius mandato examinati in camera D. Cōmiſſarij Ferrarię, quę in pręſenti cauſa eſt principalis pars, & aduerſarius; nec etiā dicitur, a quo notorio, quo caſu eorū examina nullius eſſe roboris, & momenti, probat tex. *in auth. vt de funct. ſeu fune. eorum. §. illud etiam, & ibi gloſ. in verbo, teſtibus, ad finem, & in auth. ſed iudex, & ibi glo.* 1. & Salyc. *num.* 2. *uerſic. oppono contra. C. de epiſ. & cler.* Item gloſ. *in authen. apud eloquentiſſimum. in glo.* 1. *in fine, in ultima ſolutione, & ibi* Odofred. *num.* 1. & Fulgo. *poſt num.* 1. *C. de fid. inſtrum.* Veſtr. *in pract. lib.* 6. *c.* 2. *nu.* 11. *& ibi* Grauat. *in addit. nu.* 47. *&* 49. Boſſ. *in tit. de oppoſ. contra teſt. nu.* 26. Viui. *opin.* 927. *nu.* 1. *& ſeq.*

10 Et vlterius circa ipſam ſocietatem non depoſūt, niſi de auditu; quod quidem teſtimoniū nec probationem, nec indicium facit. *c. licet ex quadam, & ibi* Doctor. *extra de teſtibus.* Marſil. *conſi.* 20. *nume.* 5. *& conſil.* 41. *num.* 8. *& conſi.* 116. *nume.* 3. Rolan. *conſil.* 24. *nu.* 86. *& conſi.* 98. *num.* 55. *lib.* 1. Cæphal. *conſi.* 204. *num.* 7. *& num.* 21. *& ſeqq. lib.* 2. *& conſi.* 721. *num.* 35. *lib.* 5. Hippol. Riminal. *conſi.* 260. *num.* 45. *lib.* 3. & dum nituntur etiam probare extraiudicialem confeſſionem hebręorum, quæ in omnem euentum non induceret, niſi ſemiplenam probationē, gl. *in l. capite quinto, in verbo, accuſatore, & ibi* Bar. *num.* 1. & Fulg. *num.* 4. *ff. de adulter.* Alber. *in l. quoniam. num.* 1. *ff. de infamibus.* Specul. *in tit. de confeſſ. §. nunc uidendum. uerſi. ſiquidem ſi quis confitetur extra iudicium.* Bar. *in l. ſi confeſſus. nu.* 3. *& ibi etiam* Ang. *num.* 1. *ff. de cuſtod. reor.* Boer. *deciſ.* 90. *nu.* 5. Clar. *in pract. §. fin. quæſt.* 65. *in princip.* Menoch. *de arbitr. quæſtio. lib.* 2. *caſu* 351. ſunt tamen ſingulares in loco, & tempore, & conſequenter dictam extraiudicialem confeſſionem minimè probant, pręſertim in criminalibus. Marſi. *in l. de minore. §. plurimū. nu.* 115. *ff. de q.* Pariſ. *conſi.* 154. *num.* 77. *& ſeqq. lib.* 4. Plot. *conſil. crim. diuerſ.* 65. *num.* 11. *lib.* 1. Foller. *in pract. crim. in verbo, & ſi confitebuntur. il* 2. *nume.* 2. *&* 3. Boſſ. *in tit. de indic. &c. nu.* 21.

11 Immo adeſt vnus teſtis, videlicet Zottinus, q expreſſe deponit, ſocietatē ſalis inter Samuelē, & Ioſephum per paucos menſes duraſſe, dictæq; ſocietati per eundem Ioſephum, de conſenſu Samuelis, fuiſſe renūciatum, cui quidem teſti quāuis vnico, plenè credendum eſſe, tāquam examinato a Curia, in eo quod deponit contra Curiā. ſcripſe-

ſcripſerunt Socin.iun.*conſi.69.nu.*11.*lib.*1.Aym. *conſi.*100.*nu.*13.Gabr.*tit.de teſtibus,concl.* 14.*nu.* 14.*lib.*1.Cephal.*conſ.*82.*nu.*47.*& conſ.*141.*nu.*16. Burſ.*conſ.*311.*nu.*21.*lib.*3. Menoch.*conſi.* 60.*nu.* 18.*lib.*1.& conſequenter dum ex aduerſo prætenditur, ſal fuiſſe tãſuectum iſto paruo tẽpore durantis ſocietatis, debet præciſe de eodem tẽpore probari, per illam veriſſimam iuris concluſionẽ, quãdo tẽpus eſt de ſubſtantia actus, de quo litigatur, nõ ſufficit probare actum, niſi etiã probetur ipſum tempus, ſecũdum gl.*in c. venerabilib. de ſenten.excomm.in* 6.Bar. & Doctor. *in l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de nou.oper.nunciat.*Neguſ. *de pignorib.ſecundo mẽbro, ſecun.partis.n.*44.*deciſ. Ped.*127.*nu.*6.Maſc.*de probat.li.*2.*concl.*994.*nu.*2.

12 Septimo & vltimo nõ eſt omittendum, quod primum monitorium, quod prætẽditur publicatum de anno 1595.& de cuius contrauentione, & pęna agitur, nec etiã fuit legitimè exequutũ, propter eũdem defectum, quem patitur monitorium D.Marini, videlicet ob nõ ſeruatam formã in eo præſcriptam, de faciendo diligentiam perſonaliter apprehendendi nominatos in ipſo monitorio; immo & qđ plus eſt, ſi bene inſpiciatur, fides notarij, de qua in actis, ex qua prætenditur conſtare de exequutione monitorij, aperte deprehenditur, quod immo non conſtat, cõtra quos, in quo loco, nec quomodo fuerit exequutũ; ex quibus omnibus, ſi veritatem fateri velimus, ſententia prædicta adeò ex omni parte nullitatibus ſubiacet, vt nedum exequutionem, ſed nec etiã ſententiæ nomen mereatur. Grammat. *deciſ.* 29. *nume.*1.*& deciſ.*79.*nume.*10.Bertazz.*conſi.*83.*nu.* 9.*lib.*1.*& conſi.*380.*num.*1.*lib.* 2.omiſſis pluribus alijs rationibus, & fundamẽtis, quibus facile eãdem ſentẽtiam, vti nullam, & notoriè iniuſtam, ſubuertere potuiſſem, niſi tẽporis breuitas mihi ad ſcribẽdum aſſignata, ad ſtudendum breuitati, me interpellaret.

13 Ex quibus omnib. licet crediderim bene euacuata eſſe ea, quæ in informatione facti, & iuris ex aduerſo deducũtur, nihilominus in ſpecie ad id, in quo latè contenditur probari, pęnam, ſcilicet ipſo iure impoſitam, etiam morte delinquentis, poſſe ab hæredibus exigi; nec non ad effectũ, vt ius ſuper ea fiſco acquiratur, alia declaratione opus nõ eſſe, de qua re ad ſaturitatem dixi *in mea pract.crim.titul.de inquiſit.q.*10.*nu.*68.*& ſeqq.* reſpondetur, primo prædicta omnia ceſſare in caſu noſtro, quia vt ſupra tot fundamentis probaui, ĩ caſu, de quo agitur, nulla eſt incurſa pęna: ſecundo nõ eſſe verum, quod pęna in monitorio comminata, ipſo iure incurratur, cum tale quid in eo expreſſum non appareat, ex congeſtis per Tiraq.*de reuoc.donat.in verbo, reuertatur, nu.* 246. *et ſeqq.*Tertio ſiue ẽt pęna fuerit impoſita ipſo iure, & ad hęredes trãſierit, quũ tñ ad illius exactionẽ ꝓcedirur, nõ eſt citãdus delinquẽs mortuus, prout fecit D. Commiſſarius, ſed citandi ſunt hæredes, ex allegatis per me *in d.q.*10. *nume.* 83. quos hic repetere ſuperfluum putaui.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

Breuiter quidem ſed magiſtraliter, & ſecundum veritatem in hoc reſponſo diſcutitur, an, & quando impunibile ſit ſtuprum commiſſum in ancillam aliamve mulierem vilis, & abiectæ conditionis.

SVMMARIVM.

*Stuprum Commiſſum in mulierem vilis, & abiectæ conditionis, impunibile eſt.num.*1.*contra nume.*10.*& ſeqq.*

*Stuprum Commiſſum cum Domina alicuius Cauponæ, quamuis infimæ ſortis ſit, impunibile eſt.num.*10.

*Stuprum Commiſſum cum ancilla, ſeu vt alij dicũt, fanteſcha, ſeu fanteolaſtra libera, quamuis honeſta, impunibile eſt. num.*2.*contra nu.*12.

*Stuprum commiſſum cum ancilla alicuius Cauponæ impunibile eſt.num.*3.

*Stuprum Commiſſum cum aliena ſerua ſclaua, non punitur pęna ordinaria ſtupri, ſed extraordinaria; commiſſum vero cũ ſua ſerua ſclaua, prorſus impunibile eſt, nu.*4.5.*&* 6.

*Stuprum Commiſſum cum vidua vilis conditionis impunibile eſt de iure communi.nu.*7.*contra nume.*13.*de conſuetudine autem ceſſante violentia, ſtuprum commiſſum cum vidua non punitur.*

*Stuprum Commiſſum cum muliere vilis conditionis, impunibile etiam eſt de iure canonico. nu.*9.*contra num.*14.

*Stuprum Commiſſum cũ muliere humilis conditionis, mitius punitur, quam commiſſum cum perſona nobili. num.*15.

*Mulier vilis, & abiectæ conditionis non præſumitur honeſta; ideo ad hoc vt ſtuprum cum ea commiſſum, puniatur, probanda eſt ipſius honeſtas; aliter ſecus.nu.*16.

CONSILIVM XC.

1 ADSIT DEVS. Requiſitus ab Illuſtriſ.D. meo Ferrante Taberna Almæ Vrbis Gubernatore digniſſimo, vt pro veritate reſpõderẽ, nunquid ſtuprum cõmiſſum cũ miſere paupercula, abiectæ, & vilis conditionis, punibile ſit? Vt illius iuſſui morẽ gerã; Dico in primis, forſan cõiter receptum videri a Doctoribus, vt tale ſtuprũ impunibile ſit, per tex.*in l.quæ adulterium. in fine. C.de adulter.dum ibi ſic dicitur; hæ aũt immunes a iudiciaria ſeueritate, & ſtupri, & adulterij præſtentur, quas vitæ vilitas dignas legũ obſeruatione non credidit.*cccc.n.quod ex eo tex. probari videtur, perſonæ vilitatẽ a ſtupri pœna excuſare, cum vt in prima glo.& in figuratione caſus tex.ille loquaĩ de pęna quoad ſtupratorem, non quoad ſtupratã, & per iſtum tex.Ang.*ibi in princ. verſic. unde ſicut.* dixit, quod propter vilitatẽ vitæ, nec per accuſationem, nec per inquiſitionem de ſtupro, procedi poteſt.Bal.*conſi.*206.*num.* 1.*lib.* 3.allegat Azon. *in rub. de concubin. ſub nume.*1. vbi expreſſe dixit non committi ſtuprum cum virgine obſcuro loco nata; & alternatiuè loquitur, vel vt præfertur, quod ſit obſcuro loco nata, vel honeſta, vel inho-

neſta

neſta corpore ſuo quæſtum faciet, Caccialup. *in l. ſi qua Illuſtris. nu. 22. in fi. & nu. 23. in fi. vbi etiam quæ in propoſito dicantur humiles perſonæ. C. ad Orphician.* Goz. *conſ. 21. nu. 5. verſ. Præterea non poteſt*; & videtur de mente Soci *in conſi. 148. nu. 4. verſ. 3. talis coitus. li. 1.* Aym. *conſi. 166. nu. 6.* Ghirlan. *de pœnis omnifar. coitus. q. 7. nu. 4.* Natta *conſi. 421. num. 12. & 13. l. 2.* vbi tamen quod vilitas vitæ nõ præſumitur, ideo probanda per ſtuprantem. Pract. Conrad. *rubr. de ſtupratorib. num. 12. in 5. limit. fol.* 388. *col.* 2. vbi tamen quod ſtuptaror teneturt actione iniuriarum. Rota *diuerſ.* 808. *nu. 7. & nu. 9. in fi. & ſeq. par.* 1. Thob. Non. *conſi. 53. nu. 10. & 36.* Surd. *d. deciſ. Mantu. 249. nu. 7.* Theſaur. *deciſ. 3. nu. 3. verſ. Quarta concluſio.*

2 Et hinc propterea ſtuprum commiſſum cũ ancilla, vel, vt alij dicunt, cũ fanteſca, ſeu fanteo laſtra libera, impunibile ẽt eſſe, ſcripſerunt in ſpecie Caccialup. *in d. l. ſi qua Illuſtris, nu. 22. in fi. & nu. 23. pariter in fi.* vbi remiſſiue ponit, quę in propoſito dicantur humiles perſonæ, & *num. 49. poſt prin. verſ. Et ancilla erat vilis & abiectæ conditionis. C. ad Orphician.* Bal. *conſi. 206. poſt nu. 1. lib.* 3. Goz. *conſi. 31. nu. 5. verſ. Præterea non poteſt.* ex Ang. Soci. & Bal. Nouel. in ſubſcriptione *ad conſi.* Socin. (de quo infra) in locis per eum relatis. Soci. *conſi.* 148. *nu.* 4. vbi pariter allegat Ang. *in l. ſi uxor. ff. de adult.* Ghirlan. *d. q. 7. nu. 4.* Pract. Conrad. *rubr. de ſtupratoribus. nu. 12. in 5. limit. fol.* 388. *col.* 2. Rolã. *conſi. 74. nu. 17. poſt prin. li.* 1. allegat Bal. *in d. conſi.* 206. Thob. Non. *conſ. 53. nu. 10. & 36.*

3 Sic pariter impunibile eſſe ſtuprum cõmiſſum cũ ancilla, ſeu miniſtra alicuius cauponæ, probat tex. expreſſus *in d. l. qua adulterium. in prin. et ibi gl. 1. in figuratione caſus, iuxta glo. in uerbo, qua adulterium. C. ad l. Iul. de adult.* Dum ibi Imperator de huiuſmodi ancilla loquens, dixit; *Si vero potantibus miniſterium præbuerit, pro vilitate eius, quæ in reatum deducitur, accuſatione excluſa liberi, qui accuſantur, abſcindant, cum ab his fœminis pudicitiæ ratio requiratur.* Et ſic hoc ideo ſtuprum impunibile reddi videtur, propter præſumptam impudicitiam huiuſmodi ancillæ, quæ reſpectu ſeruitij, quod præſtat in caupona, magis pręſumitur quã in alijs ancillis, prout bene etiam cõſiderauit iudicio meo gl. *in l. ſi vxor. §. 1. in verbo, vulgaris, in ſecunda ſolutione, verſ. ſed alij dicunt. ff. de adulter.* Addo pro hac eadem concluſione Caccialup. *in l. ſi qua Illuſtris. nu. 22. in fi. C. ad Orphicia. & nu. 49. poſt prin. verſ. Item ex eo quod dicitur.* Paul. Ghirlã. *de pœn. omnif. coit. q. 7. nu. 4.* Boſſ. *in tit. de coitu damna. poſt nu. 25.* Vbi pariter huius concluſionis reddit rationem, quia ſcilicet iſtæ miniſtræ cauponis, vt plurimum, ſũt meretrices, & omnibus hoſpitantibus morem gerunt. Pract. Conrad. *rub. de ſtupratoribus. num. 12. in 5. limit. fol.* 388. *col.* 2. Vbi tamen quod iſto caſu tenetur actione iniuriarũ. Franc. Vegg. *conſi. 66. poſt num. 209. verſi. Fallit in iſtis fancelaſtris.*

4 Idemque iuris eſſe de ſtupro commiſſo cum aliena ſerua ſclaua, pro quo licet ſtuprans teneatur lege Aquilia, de ſeruo corrupto, & actione iniuriarum, ac etiam extra ordinem puniatur, pęnã tamen ſtupri ordinariam imponi minimè poſſe, probatur *in l. ſi ſtuprum. ff. de iniur. l. ſi quis ſeruum. in fi. ff. de ſeruo corrupto. l. inter liberas. & ibi gl. in uerbo, competet. in uerbo, de ſeruo corrupto. in verbo, erit. & in figuratione caſus, in prin. ff. ad l. Iul. de adult.* & ibi etiam Alber. *in priu. in verſ. in gl. ne etiam extra ordinem*, & Ang. *nu. 1. in fi. & nu. 2.* Alex. ad Bar. *ibidem in addi. littera A, verſ. Adde ſecund. Ang.* Alber. *pariter in prin.* Caccialup. *in l. ſi qua Illuſtris. num. 22. & nu. 26. C. ad Orphicia. & nu. 49. ad med. verſic. tandem licet.* Soci. *conſi. 148. nu. 3. in fi. lib.* 1. Bal. de Bartolin. *in ſubſcript. ad Soci. conſi. 148. nu. 9. lib.* 1. Ghirl. *d. q. 7. nu. 4.* Pract. Conrad. *rubr. de ſtupratorib. nu. 12. in 4. limit. fol. mihi* 388. *col.* 2. Franc. Veg. *conſi. 66. ſub nu. 207.*

5 Quamuis Iac. de Rauenna relatus per Ang. *in d. l. inter liberas. nu.* 2. dixerit eandem pęnam eſſe ſtupranris ſclauam, & ſtuprantis liberam mulierem, licet primo caſu detur vtilis actio, ſeu accuſatio, *ex ead. l. Iul. de adult.* priuara, quæ non cuilibet de populo cõpetir: ſecundo autem caſu detur accuſatio directa publica, & vnicuique competens. Angelumq; ſic dicentem refert Alex. *in addit. ad Bar. in ead. l. inter liberas. ad finem.*

6 Cũ ſerua aũt ſua ſclaua ſtuprum impunibile prorſus eſſe, ram quoad ordinariam, quã quoad extraordinariam pęnam, ſcripſerunt Caccialup. *in l. ſi qua illuſtris. nu. 49. ff. ad Orphician.* vbi ad partes diſputato articulo, reſider in hac opinione, pręſertim eo quia aſſerit ſe non recordari legiſſe, aut inueniſſe aliquam legem, ſeu doctorem dicẽtem, iſto caſu ſtuprãtem criminaliter puniri poſſe, quamuis in ſtuprãtem ſclauam alienam a iure pęna impoſita ſit, vt dixi ſupra *nu.* 4. Et loquirut Caccialupus, quod plus eſt, in vxorato carnaliter cognoſcente ſuam ſclauam; dicitq; quod eius vxor non criminaliter, ſed ciuiliter ranrum põt ipſum de adulrerio accuſare. Quod & idẽ voluit Soci. *in conſi. 148. nu. 4. li.* 1. & ibi Bal. de Bartolin. *in ſubſcrip. num. 8. in fi.* ſequitur Boſſ. *in tit. de coitu damna. num.* 28. Pract. Conrad. *rubr. de ſtupratorib. nu. 12. in 4. limit. fol. mihi* 388. *col.* 2. Baiard. *in addi. ad Clar. §. ſtuprum. nu.* 3. Vbi tamẽ quod iſto caſu ſuccedit pęna iudicis arbitrio ex Boſſ. & Menoc. in locis per eũ relatis, qui tñ hoc non dicũt. Frãc. Vegg. *in conſi. 66. nu. 207. verſ. talis tamen coitus.*

7 Et demum ſtuprũ commiſſum cum vidua vilis conditionis parirer impunibile eſſe, probare videtur tex. *in l. ſi vxor. §. 1. ff. de adult.* Vbi expreſsè dicitur, quod impunè ſtuprum cõmittitur cũ vidua, quę vulgaris fuerit, licet ſecus quoad adulteriũ, & ibi glo. *in uerbo, vulgaris, in fi.* Bal. *cõſ. 206, poſt nu. 1. li.* 3. allegat Azzon. *in ſumma. in rubr. de concubin. ſub nu.* 1. Vbi expreſsè dixit non cõmitti ſtuprum cũ vidua vel inhoneſta, vel in obſcuro loco nata, Rolan. *conſi. 74. nu. 17. ante finem. lib.* 1. allegat Ludou. de Sard. *in tract. de legitima. par. 2. nu. 157. in fine.* Rota *diuerſ. par. 1. deciſ. 808. nu. 5. & ſeq.* Vbi expreſsè dixit, illud verbum, *vulgaris*, poſitum *in d. l. ſi vxor.* intelligendum eſſe, non de muliere meretrice, ſed de plebeia, ex Bude. & Alciat. in locis ibidem allegaris. Thob. Non. *cõſi. 53. nu. 10. & 36.* Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucen. 61. nu. 13.*

8 Et facit pro hac opinione, quia de conſuetudine,remota violentia,in quacunque vidua indiſtinctè impunibile eſt,ſicuti teſtantur Anto.Gomez.*ſuper l.tauri.*8.*nu.*14.Clar.*in §.ſi autum.verſic.cæterum pro ſtupro.* Ioſeph.Ludou. *deciſ.Lucen.* 61.*nu.*12.*& ſeq.par.*1.Rota *diuerſ.d.deciſ.* 808.*nu.* 11.Claud.ad Bertaz.*cõſ.*435.*lit. A,verſ.ſed quæro.*

9 Et hæc omnia procedere videntur non ſolum de iure ciuili,ſed etiã de iure Canonico;quo iure licet omnis fornicatio cẽſeatur prohibita, & punibilis;*c.nemo,& c.meretrices.* 32.*q.*4. Clementina,*ad noſtram,ext. de hæret.* Attamen hoc intelligi debet in foro poli, non autem in foro fori. Et propterea nec etiam de iure canonico puniri poſſe ſtuprum commiſſum cum ancilla, ſeu alia vili perſona,ſuadetur ex trad.per Goz.*in conſi.*21.*nu.*5.*ad fi.*ex Soci.quem allegat *in conſi.*148.*nu.*6.*li.*1. Thob.Non.*conſi.*53.*nu.*11.*&* 37.

10 Verum re prudentius diſcuſſa & bene intus ruminata, contrariam ſentẽtiam de iure veriorem eſſe,ſicut etiam apud nos magis vſu forenſi recepta eſt, ex infraſcriptis facile demonſtrari poſſe exiſtimaui. Nã qđ imo omnino punibile ſit ſtuprũ commiſſum cũ muliere vilis & abiectæ conditionis,libera (Quæ enim de ſerua ſclaua ſupra nu.4.& 5.deducta ſunt,bene de iure procedũt ſecundum præmiſſam diſtinctionem.) dummodo inhoneſta non ſit, optimè(ni fallor)probat text. qui pro prima opinione allegatur, *in d.l.quæ adulterium.in prin.& ibi gl.in figuratione caſus, & in uerbo,domina.C.de adulterijs,*vbi dicitur punibile eſſe ſtuprum commiſſum cum Dña Cauponæ; & tũ hanc Dominam vilem eſſe perſonam, ambigendum non eſt,per tex.expreſſum *in l.humilem.§.humiles vero.C.de inceſtis nuptijs*, & expreſsè etiam hanc contrariam opinionẽ tenet Couar.*in epith. par.*2.*c.*8.§.5.*nu.*17.*ad finem. verſ. Nam commiſſũ ſtuprum*,vbi propterea dicit,quod text.*in d.l.quæ adulterium. C.de adulterijs*, quæ in contrarium a Doctoribus allegatur, loquitur in vilibus reſpectu morum, non autem reſpectu infimi generis; & propterea affirmat, tutius eſſe aſſerere, ſtuprũ punibile eſſe,commiſſum cum muliere honeſta, quamuis infimæ ſortis ſit,ex Bertr.quem allegat *in conſ.* 158.*lib.* 3. Alioquin maxima præberetur anſa libidinem paſſim exercendi,virgineſq; pauperes & honeſtas infimi generis vitiandi, vt ibi per eum. Et pro comprobatione eorum, quæ dixit Couar.*in loco præcitato*,facit(ni fallor)optimè tex.*in d.l.humilem.C.de inceſt.nupt.*per quem text. & ibi præſertim gl.fi.& Bal.in ſummario,notat, quod ſolã paupertas non inducit vilitatem mulieris,ſi bonis moribus induta eſt; ergo ſola generis humilitas ſine inhoneſtate vilitatem non inducit:& propterea text.ibi *in §.humiles uero,* non ancillas liberas,ſed ancillas ſeruas & ſclauas humiles & abiectas perſonas reputat;ergo ſtuprum commiſſum cũ ancilla libera, non põt dici commiſſum cum perſona vili,niſi concurrat inhoneſtas cum malis moribus, quæ ex accidenti vilitatem inducit; Et ita ẽt contrariũ expreſsè conſuluit Franc.Veg.*in conſ.*66.*nu.*206.*& ſeq.in diſcurſu.& præſertim n.*209.*in fine.& nu.*212.*& nu.*213.

11 Et rurſus ad eiuſdẽ contrariæ & verioris opin. confirm.eſt maximè attendendũ,qđ ſi benè ponderentur leges & Doct.in iſta materia loquẽtes, oĩno apparebit, ſic vilitatẽ conſideraſſe, non reſpectu natiuitatis,paupertatis,aut generis;ſed reſpectu inhoneſtatis,ſemperq; ferè,qñ de vilitate mentionẽ fecerunt,in ea ẽt inhoneſtatem immiſcuerunt, prout in primis expreſsè videtur colligi ex tex.*in d.l.quæ adulterium.C.de adul.*vbi facta propoſitione,quod ſtuprũ non puniatur, ſi fuerit commiſſum cum ancilla cauponæ,ſtante eius vilitate, redditur poſtea huius propoſitionis rõ, quia.ſ.ab his fęminis pudicitiæ ratio requiritur, & ſic vilitatẽ reſpectu impudicitię cõſiderat ibi Imperator. Et ibi gl.*in uerbo,pudicitiæ, & in uerbo, & ſtupri.*ponit exemplũ in muliere,quæ meretricio more viuit,& ita declarat eſſe intelligendum tex.*in l.ſi uxor.§.*1.*ff.eod.*de quo dicam *in num.*12. Necnon text.*in l.ſtuprum.ff.de rit.nup.* Quamquã alij de alia vilitate & vulgaritate intelligant, ſic ẽt fore intelligẽdã *d.l.quæ adulterium*. vr̃ de mẽte Iac.But.ibi in ſummario,vbi vitæ vilitatẽ in muliere cõſiderat eo,quia meretricio more viuit. Et Bellaper. ibidem in prin. intelligit de mulieribus non ſimpliciter vilibus,ſed de illis, quæ ſe publicè exponunt,prout ẽt intelligere vr̃ Ange. *in l.ſi ea.in fine.C.eodem.*vbi dixit,quod vilitas vitæ excuſat mulierem meretricantẽ a pęna ſtupri. Bal. Bartol in *in ſubſcriptione ad conſilium Soci.*148.*nu.*8.*ante fi.li.*vbi vilem mulierem declarat eam, quę (licet non ſtet in lupanari)ſe libenter præbet hominibus,latè Gram.*deciſ.vlt.per tot.in diſcurſu.*in qua ſemper cum vilitate inhoneſtatẽ pręſupponit. Et faciũt tradita per Boſſ.*in tit. de damna.coit.& punibil.ſub nu.*21.*& ſeq.* Vbi pariter cõſiderat, quod iura & Doct. in materia loquentes, immiſcent cum vilitate inhoneſtatem. Burſa.*conſi.*69.*nu.*13.*li.*1.vbi loquiẽ de muliere paupere filia cuiuſdam Nautæ, ſed inhoneſtam vitam ducente.

12 Sic ẽt quandó Doctores loquuti ſunt de ſtupro commiſſo cum ancilla, ſeu fanteolaſtra libera,pariter etiam & illius inhoneſtatem cõſiderarunt,prout videre eſt apud Ang. *in l.ſi uxor.nu.*2. *verſic.& ideo nota in Doctor.ff.de adult.* vbi loquitur de Doctoribus quotidie accedentibus ad cõcubinas Bononienſium, quæ communiter ſunt non ſclauæ,ſed fanteolaſtræ,& ſic præſupponendo concubinatum,præſupponit ẽt eiuſdem fanteolaſtrę inhoneſtam vitam,& loquitur ẽt idem Ang.*in l.ſi qua Illuſtris.nu.*2.*& num.*3.*& ſeq.ff.ad Orphic.*ubi dicit,natũ ex fanteolaſtra dici ſpuriũ, cum non habeat certum patrẽ, quando eſt talis, ut nunc unã domum,nunc alterã intret;quo caſu dr̃ natus ex meretrice, quia meretrix appellaẽ non ſolum illa, quæ exiſtit in lupanario,ſed etiã illa,quæ uadit ita diſcurrendo. Et propterea ſtatutũ imponens pęnam uiolantibus mulieres,exceptis meretricibus,nõ habet locum in iſtis fanteolaſtris ita diſcurrẽtibus, quia meretrices reputantur, ut ibi per eum; & ſic Ang. ibi ad hoc, ut pœna non habeat locum, nõ contentatur, quod ſit ſimpliciter ancilla; ſed quod uadat diſcurrendo per alienas domos cum inhoneſtate;& ſequitur

tur

Fur ibi Corn. *numero* 5. & ita etiam de fanteſchis minus honeſtæ viuentibus, loquitur Alex. *in conſil.* 13. *nu.* 5. *&* 6. *li.* 7. & Bal. de Bartholin. *in ſubſcriptione* ad Soci. *conſ.* 148. *num.* 8. *ante fin. libro* 1. loquitur de ancillaſtris, quæ licet non ſtent in lupanari, tamen ſe præbent libenter hominibus, & modo intrant vnam domum, & modo aliam. Pariſ. *conſ.* 160. *num.* 10. *li.* 4. Vbi pariter loquitur de fantolaſtris, modo vnam, modo aliam domum ingredientibus. Gram. *deciſ. vlt. in diſcurſu. et præſertim. nu.* 7. vbi de fanteſchis minus honeſtè viuentibus in domo ſuorum dominorũ, & faciunt ſcripta per Boſſ. *in ti. de coitu damnato. nu.* 26. *et* 27. Rol. *conſi.* 74. *nu.* 17. *in prin. li.* 1. vbi pariter de fanteſchis inhoneſtè viuentibus. Baiard. *in addit.* ad Clar. *in* §. *ſtuprum. nu.* 2. vbi dixit cum iſtis fanteſchis ſtuprũ non committi, niſi fuerint honeſtæ, ex Vegg. quem allegat *in conſil.* 66. *nu.* 205. *& nu.* 207. *& nu.* 208. *& nu.* 229.

13 Et quod attinet ad ſtuprum commiſſum cum vidua vilis conditionis, inſpecto iure communi, & circũſcripta conſuetudine, de qua ſupra, *nu.* 8. quod text. *in d. l. ſi vxor.* §. 1. intelligi debeat, non de vidua vulgari reſpectu conditionis perſonæ, ſed reſpectu meretricij moris, & ſic de ea, quæ ſe vulgo proſtituat, videtur voluiſſe gl. *in l. quæ adulterium. in verbo, & ſtupri. C. de adulter.* Ang. *in l. ſi vxor, poſt nu.* 2. *ff. eo. in illis verbis, ſicut poteſt haberi acceſſus ad illam, quæ vulgariter & more meretricis viuit*, & ſic vulgaritatem conſiderat reſpectu meretriciæ vitæ, & non vilitatis perſonæ, prout etiã ita conſiderat & declarat Saly. *in l. ſi ea, in diſcurſu. C. de adulter.* Et propterea quendam iuuenem fuiſſe condemnatum in pœnam confiſcationis medietatis partis ſuorum bonorum, eo quia pluribus vicibus ſe immiſcuit cum vidua honeſta, licet vilis conditionis, exiſtente in domo patris ſui, teſtatur Affl. *in conſtitu. ſi quis rapere. num.* 11. Quamuis contrarium credat, eo caſu fuiſſe iudicatum, ſi etiam fuiſſet probata eiuſdem viduæ inhoneſta vita, prout prætendebatur. Addo Couar. *in epith. par.* 2. *c.* 8. §. 5. *nu.* 17. *ad fin. verſ. Nam cõmiſſum ſtuprum.* vbi poſt Bertran. quem allegat *in conſ.* 158. *li.* 3. expreſsè tenet, punibile eſſe ſtuprum commiſſum cum vidua honeſta, quamuis infimæ ſortis ſit. Baiard. *in addit.* ad Clar. *in* §. *ſtuprum. nu.* 2. vbi dixit, ſtuprum committi cũ vidua, honeſta, etiam quod ſit fanteſca, & ſic vilis conditionis, ex Vegg. quem allegat *in conſi.* 66. *num.* 206. *ſeq. in diſcurſu. & præſertim. nu.* 229.

14 Quod ſi præmiſſa omnia procedunt de iure ciuili, multo magis procedere debent de iure canonico, ſecundũ quod (vt dixi ſupra nu. 12.) omnis fornicatio eſt magis prohibita & magis punibilis, quam ſecundũ ius ciuile: & propterea qđ huiuſmodi ſtupra commiſſa in terris eccleſię, in quibus omnino ius canonicum ſeruandum eſt, cum ancillis & mulieribus abiectis; nõ tamen inhoneſtis, omnino punibilia ſint, ſicut verius credo, & quoad virgines paſſim in practica recipitur, ita etiam videtur fuiſſe de mente Ang. *in d. l. ſi vxor. in fi. verſi. niſi dicas. ff. ad l. Iul. de adult.* nec diſſentire videtur Franc. Veg. *in conſi.* 66. *nu.* 213.

15 Bene fateor, primam opinionem poſſe locum habere in ancilla, & miniſtra alicuius cauponæ, propter maximam præſumptionẽ inhoneſtatis, de qua ſupra nu. 3. Verum in alijs ancillis, humilibuſq; ancillis, & puellis inhoneſtè viuentibus, abſurdum, & iniquum eſſet, ſtupri impunitatem admittere, quamuis non negarem maiori pœna dignum eſſe illũ, qui nobilem ſtuprat, quam qui ancillam, ſeu aliam abiectam mulierculam.

16 Et nihil minus pro cõplemento huius articuli, aduerte, ne erres, quia, vt ſuo loco *in tit. de delictis carnis*, ſi Deo placuerit, dicam, in muliere nõ abiecta, & vili, virginitas & honeſtas ſtupratæ iuramento probatur, cum ſit qualitas a natura inſita, & quæ a iure præſumitur: in muliere autem paupercula, & vilis conditionis, non erit præſumenda honeſtas, niſi probetur, & hoc operatur vilitas perſonæ; non autem quod ſtupro impunitatem præbeat. ſic enim reperio Boſſ. poſt plures cõſiderationes in dictis legum & Doctorum in materia loquentium per eum factas, diſtinguentem *in tit. de coitu damnat. num.* 25. *& ſeq. & in tit. de pluribus violen. nu.* 68. Vbi dixit, quod paupercula mulier pręſumitur facile in corpus ſuum peccare, ad *l. penul. C. de ſpecta. li.* 11. ſequitur Maſcar. *de probatio. lib.* 2. *concluſio.* 1067. *num.* 33. Nec diſſentit Baiard. *in addit.* ad Clar. §. *ſtuprum. poſt numerum* 2. Ex Vegg. quem allegat *in conſil.* 66. *numero* 244. Et ita (vt ſupra) iuris eſſe cenſeo, ſaluo prudentiori iudicio Illuſtriſſimi Domini mei, cui hæc ſcripta humillime ſubmitto.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ARGVMENTVM.

Materia illius Conſilij reſpicit probationem vſuræ, An ſcilicet & quando, & quibus pręſumptionibus deducatur, præſumatur, ac probetur; & præſertim, an illa arguatur ex pactis in contractu appoſitis contra illius naturam: & an ex præcedenti tractatu: & an etiam loco pęnę aliquid ſolui poſſit, quod citrà pęnam vſuram argueret.

SVMMARIVM.

Vſura non committitur in alijs contractibus, præterquam in mutuo vero vel ficto. nu. 1.

Mutui natura eſt, vt a mutuante mutuatario concedatur ad vtendum aliqua quantitas pecuniæ, vel alterius rei conſiſtentis pondere numero, vel menſura, ubi tantundem eiuſdem generis redderetur. nu. 2.

Mutuum fictum & palliatum quando dicatur. nu. 2.

Mutui natura eſt, vt periculum rei mutuatę pertineat ad recipientem, qui remanet debitor mutuantis in certa quantitate, quę perire non poteſt. nu. 3.

Fictio reqnirit extremorum poſſibilitatem nec trahitur ad impoſſibilia, nec habet locum, niſi inueniat rem, ſuper qua figat pedes,nn.3.

Locationis & conductionis contractus facit dominium rei remanere pœnes locatorem.nu.4.

Locationis contractus nihil habet commune cum mutuo: & in locatione uon cadit mutunm,nec verum,nec fictum. n.4.

Contractus talis præſnmitur, qualis in inſtrumentis a partibus denominatur. numero 5. Vbi quod hæc præſumptio nominationis contrahentium prænalet omnibus aliȷs.

Locationis contractus conſtituitur ex re locata ex illius conceſſione,& ex mercede in pecunia conuenta.nu.6.

Locationis contractus arguitur ex ſolntione quantitatis conuentæ & diuiſa per dinnmerationem temporum. nu. 6. vbi amplias etiam quod verba repugnent, & dinerſum contractum importent.

Simnlationis & vſnræ coniecturæ non operantur quando ex contractu apparet de non vſu.nu.7.

Præſnmptio non cadit ſuper certo,ſed ſuper incerto.nu.7.

Fiſcus & curia ſnam intentionem probare debet.nu.7.

Simulatio in dubio non præſumitur:& qni ſimulationem allegat, probare debet concludenter & liquidis probationib. nu.7.& ſeq.

Simulatio & vſnra quomodo arguatur ex præcedente tractatu. num.8.

Simulatio non probatur præſnmptionibus & coniecturis, niſi ſint iuris.nu.8.

Vſura non præſumitur.niſi probetur.nu.9.

Vſura an ſit, Attenditur forma, & figura contractus, numero 9.

Vſnrarum crimen non præſnmptionibus, ſed concludentibus probationibns probandnm eſt, qnando agitur criminaliter,& ad puniendnm. nu.10. Idem non ſufficiunt coniectnræ quando agitur de vſnraria pranitate,tanquam cauſa finali ſimulationis.nu.11.

Simulatio non dicitur probata niſi etiam fuerit probata cauſa ſimulationis concludenter,& quod talis cauſa fuerit veriſimilis.nu.11.

Vſuræ omnis ſuſpicio ceſſat in illo contractn in quo qnis ſuſtinet periculum vitæ.num.11 Vbi hoc ampliatur etiam quod quis ſit ſolitus fænerari.

Vſura probatnr coniectnris quando contractus eſt ſuſpectus ratione ſubiecti, vel ratione perſonæ contrahentis aliter ſecus.nu.12.

Vſura excluditur ex qualitate perſonæ contrahentis qua ſit nobilis & bonæ vitæ & famæ.nu.12.

Pacta,quæ ſinnt contra naturam contractus,regulariter arguūt ipſum contractum ſimulatum & vſurarium: quod quando verum ſit,vide nn.13.& ſeq.

Contractns naturalia ſnnt in duplici differentia.nu.13.Vbi bene hæc diſtinctio explicatur,& exemplificatur.

Pacta quando dicantnr contra naturam contractus, & quando præter naturam illins.nu.13.in fine.

Mutuum cum pacto, quod res deterior reddi poſſit, valet.numero 14.

Pactum quod emphyteota non cadat a iure ſuo, ob non ſolutionem canonis,valet,nn.14.

Emphytenta per triennium non ſoluens canonem, poteſt propria authoritate a Domino directo a poſſeſſione rei emphyteuticæ expelli.nu.14.in fine.

Pacta contra naturalia contractus extrinſeca ſimulationem & vſnram non arguunt.nu.15.

Simonia non committitur ex pactis a iure non reprobatis. numero 15.

Intellectus text. in cap. illo vos, extra de pignoribus. numero 16.

Vſura omnis ſuſpicio ceſſat ex pacto æquali quod ſcilicet, inter contrahentes poteſt ſe habere ad lucrum & damnum. numero 17.

Vſura non eſt vbi apponitur in contractu aliquod pactum illicitum pro pœna non ſeruantis promiſſa.num.18.

Pœna adiecta facto, & non dationi quantitatis exigi poteſt abſque vſurarum labe, præſertim quãdo talis pœna eſt adiecta ad fauorem perſonæ non ſolitæ ſenerari. nu.18.

Pœna adiecta non ad augendum obligationem, ſed ad maiorem cautelam facit ceſſare præſnmptionem vſuræ. numero 18.

Locatio fieri poteſt cum pacto quod ſi conductor deficiet in ſolutione penſionis cadat a contractu locationis, & teneatur ad intereſſe locatori, ſi rem locatam alteri locauerit pro maiori precio.nu.19.

Locationis & venditionis contractns cadunt ſub iiſdem regulis.nn.19.ante finem.

Periculum rei locatæ, ſeu venditæ regulariter ſpectat ad emptorem & locatorem,declara tribns modis,vt nu.20.

Cautela abnudans non nocet.nu.21.

Conſtitutio procuratoris facta ab vno contrahente in perſonam alterins ad aliquid faciendum in caſu non obſeruationis promiſſornm,valet,& tenet.nu.21.

Tractatus mutui argnit vſuram in ſubſequenti contractu non vſurario, quando non ſolum probatnr tractatus, ſed etiã quando probatur einſdem tractatus concluſio. nu. 22. & ſeq.vbi bene declaratur an,& quando ex præcedenti tractatn arguatur vſura.

Simulatio an arguatnr ex eo quod emptor non curauit ſcire precium rei emendæ.nu.25.

Vſura quando arguatur ex ſolutione penſionis correſpondentis interuſnrio pecuniarum exburſatarum.nu.26.

Veritas facti attendi debet,& non id quod dicitnr. num.26.in fine,& nn.28.

Simulatio quando arguatur ex locatione facta venditori poſt venditionem.nu.47.

Contrahentium mens attendi debet potius quam verba.numero 28.

Interpretatio ſemper facienda eſt, vt contrarietas euitetur in verbis.nu.28,

Mutuans pecuniam poteſt ad libitum illam repetere a mutuatario niſi contrarium actnm fuerit,ſub nu.28.

Simulatio an,& quando arguatur ex læſione.nu.29.

Vſura quando præſumitnr in locatione ex penſionis exceſſiuitate.nn.30.

CONSILIVM XCI.

1 ADSIT DEVS. Quod in contractibus,de quib.agirur,Illuſtris D.Io.Baptiſta Aſtius nullam commiſerit vſuram,vltra alias ſcripta,cõuincitur ex illa generali,ſed nouiſſima concluſione, quod vſura non committitur in alijs contractibus,præterquam in mutuo vero vel ficto,ſecũdum gl.*in c.conqueſtus*,& ibi ſcribentes omnes,& præſertim Bero.*in rub.nu.37.verſ.ſed præmiſſis,extra de uſuris.* Alex.de Neuo *conſi.45.nu.19.* Aym. *conſi.145.nu.6.& nu.17.li.1.* Decia.*conſil.3.nu.180.& ſeq.lib.1.* Sed in terminis noſtris non apparet mutuum verum,neque fictum;ergo ceſſat omnis ſuſpicio,& coniectura vſurariæ prauitatis.

2 Er quod nõ fuerit contractũ mutuũ verũ,apparet ex eo,ꝙ nulla quantitas pecuniæ, vel alterius rei conſiſtẽtis pondere,numero,vel mẽſura,fuit per D.Io.Baptiſtã Curſoribus ad vtendũ cõceſſa, vt tantundẽ eiuſdẽ generis redderetur, prout eſt natura mutui,ſecundũ Bat.Alex.Dec & alios quã multos ſcribentes *in l.2. §.appellata. ff. ſi cert. pet.* Prout nec ẽt cõſiderari põt mutuum fictum, quod cõtrahitur, qũ ſub velamine alicuius certi

contra-

contractus, diuerſi a mutuo, aliquid plus verâ æſtimatione, media, vel infima, percipitur ob dilataram, vel minus datur ob anticiparam ſolutionẽ, ſecundum Nau. qui ita deſcripſit mutuum pallia tum, *in ſuo Manual. c. 17. nu.* 206. quem refert & ſequitur Graſ. *in deciſ. caſ. conſcien. c. 19. nu.* 3. Alex. de Neuo *d. conſ. 95. nu. 19.* Mozzi. *in tract. de contract. ſub tit. de diuiſ. mutui. nu.* 13. ante iſtos Bero. *in d. rub. de vſur. nu. 38. verſ. contrahitur vero.* At in caſu noſtro nulla quantitas pecuniæ vel alterius rei mutuabilis fuit per dictum D. Io. Baptiſtam a Curſoribus recepta, vel ipſis data; ergo ceſſat omne palliatum mutuum.

3 Præterea de natura mutui ſimulati, & ficti eſt, vt periculũ pertineat ad recipienrẽ, qui remanet debitor mutuantis in certa quantitate, quæ perire non põt. *l. incendium. C. ſi cer. pet.* & nullo inte ritu liberatur. Aym. *conſ. 145. nu.* 17. Decia. *d. conſ. 2. nu. 180. & ſeq. li.* 1. Roni. *conſ. 500. nu.* 3. Hippol. Rim. *conſ. 463. nu. 30. verſ. Nec ſecundum. li.* 4. At in caſu noſtro nulla certa quãtitas fuit data, nec Curſores remanent alicuius quantitatis D. Io. Baptiſtæ debitores; ergo nullũ mutuũ extitit inter eos, neq; extare potuit; & per conſequens nec mutuũ extinxiſſe fingi põt; cum fictio requirat ex tremorũ poſſibilitatẽ. *l. talis ſcriptura. ff. de leg.* 1. Bal. *in c. nuncius. n. 8. verſ. oĩs fictio. ext. de procur.* Nec ad impoſſibilia extẽditur. *l. qui ad certũ. ff. locat.* & ferè in terminis noſtris Bar. *in l. ſingularia. nu. 20. verſ. ſi venianius ad tertiũ. ff. ſi cer. pe. & in l. neceſſario. n. 3. ff. de peric. et comod. res vẽd.* Vbi dixit, qđ fictio nõ hẽt locũ, niſi ſueniar eſſe, ſu pqua figat pedes.

4 Et rurſus ex alio non põt iudicari mutuũ in caſu noſtro, quia contractus inter partes initi ſunt contractus locationis, & cõductionis, in qua dominiũ rei remanet penes locatorẽ. *l. qui rem. & l. ſi quis conductione. C. locati.* & proprerea locatio nihil habet cõe cum mutuo, & in ea mutuũ, nec verũ, nec fictũ conſiderari poteſt. Aym. *d. conſ. 145. nu. 6. verſ. præterea.* & potiſſimum in hoc differre a mutuo, quod in locatione, quãuis percipiatur aliquid vltra ſortem, nõ committitur vſura, ſicut committitur in mutuo, ſecund. Alex. *in conſ. 107. nu. 5. verſ. & hæc eſt differentia et ſeq. li.* 3. Vbi elegãtes reddit rationes. Abb. *conſ. 15. ante finem. li.* 1.

5 Et quod contractus, de quibus agitur, ſint contractus locationis & cõductionis, pbarur ex eo, quia tales in inſtrumentis a partibus denominãtur. *l. fideiuſſores magiſtratuũ. §. 1. ff. de fideiuſ.* Nat. *conſ. 117. in fi. li.* 3. Neuiz. *in terminis locationis cõſ. 92. nu. 1. & 2.* Alexand. *conſ. 104. num. 2. li.* 1. Idq; ampliatur, etiam vt verba contrahentium præponderent quibuſcunque coniecturis contrariũ ſuadentibus. Dec. *conſ. 32. n. 3. verſ. qualitas enim conceſſionis.* Aym. *conſ. 20. nu.* 4. Menoc. *de præſum pt. lib. 3. præſumpt. 106. nu. 2. in fine.*

6 Et hæc ſine difficultate procedunt in caſu nr̃o, in quo talis apparet contractus in ſua figura, & ſubſtãtia, quia ſinteruenit res locata, conceſſio, ac merces in pecunia conuẽta, quæ omnia veram conſtituunt locationẽ. *inſti. de locatione & cõduct. in prin. & §. 1. l. 2. & l. ſi tibi fundum. ff. locati. l. cum fundus. et l. conductores. C. eodem.* & paſſim in dictis. iurib. gl. Bar. & ſcriberes oẽs; item ſolutio quãtitatis conuentæ, ſic diuiſa per dinumerationẽ tẽporum, arguit locationem, ſecund. Bar. poſt gl. *in l. 1. §. 1. in fi. ff. de ſuperficiebus.* etiam ſi verba repugnent, diu erſumq; contractũ a locatione importẽt. Idẽ Bart. *in ſua q. 4. Publicanus quidam. nu.* 11. quẽ refert & ſequtur plurib. exornat, & de magis cõi teſtatur Alex. *cõſ. 107. nu. 6. & ſeq. lib.* 3. vbi in terminis locat. Datij. Corn. *cõſ. 20. n. 7. et ſeq. li.* 2.

7 Ex quibus adeo res clara redditur ad fauorem D. Io. Baptiſtæ, vt fruſtra exaduerſo recurratur ad prætenſas ſimulationis, & vſuræ coniecturas, Dec. *d. cõſ. 32. n. 3. col. 2. poſt me d. uerſ. qualitas enim conceſſionis.* Cæpol. *de ſimulat. contract. præſump.* 1. *nu. 16. col. 3. in fi.* & eſt ratio, quia præſumptio non cadit ſuper certo, ſed ſuper incerto. glo. *in l. unica. §. accedat. in verbo, præſumatur. C. res iter alios acta, & in l. ſiue poſsideris. cũ ibi no. per Doctores. C. de probat.* Et etiam dato ꝙ res eſſet dubia, nihilominus D. Io. Baptiſta eſt in caſu abſolutionis, ex quo cu ria ſuam intentionẽ non probauit, vulgata *l. qui accuſare. C. de edendo,* & non ſolum non probauit intentionem ſuam, verum etiam habet contra ſe validiſſimas iuris præſumptiones tam quoad ſimulationẽ, quam ẽt quoad vſuram. Simulatio nẽ. n. in dubio non præſumi, probat tex. *in l. ſed ſi maritus. §. fin. ff. qui, & a quib. nota. in l. rogaſti. ff. ſi cer. pet.* Bal. *conſ. 456. n. 1. li.* 1. & videas Mar. Anr. Roueſcal. *in ſuis Scol. ſub d. nu. 1. in verbo, nũquam autem præſumitur ſimulatio,* vbi per multa quæ allegat, firmat, dictũ Bal. veriſſimum eſſe in foro ſoli, quicquid ſecus ſit, ſecũdum eum, in foro poli.

8 Et qui ſimulationem allegar, illã probare debet cõcludenter, & liquidis probationibus; vt ſi volo probare, quod vẽditio fuit ſimulata, debeo probare, qđ paulò ante fuit conuentum, & firma tũ inter contrahentes, quod quãuis inſtr̃m contineret vendirionem, res tamen vendita eſſet loco pignoris, vt creditor interim poſſet lucrari fructus. Alex. per hæc formalia verba *in conſ. 88. nu. 6. lib.* 4. Neque ſufficiunt coniecturæ ſaltem, niſi ſint coniecturæ, & præſumptiones iuris. Aym. *d. conſ. 145. nu. 2. verſ. probari debet ſimulatio.* Bald. *in conſ. 21. nu. 2. col. 2. ante fiaem. verſ. nec ſufficiũt pro battones coniecturales. li.* 4. Burſat. *conſ. 321. nu. 52. li. 3.* Aym. *d. conſ. 145. nu. 2. verſ. probatur ſimulatio. li.* 1. Honded. *conſ. 33. num. 51. li.* 2.

9 Sic & vſurã nõ præſumi, niſi probetur, probat tex. *in l. cum precibus.* & ibi Bal. *C. de probat.* Socin. *conſ. 27. nu. 12. li.* 4. Dec. *d. reſponſ. 2. num. 61. 65. & ſeq.* Rot. *diuer. deciſ. 228. nu. 2. par. 2. & deciſ.* 340. *nu. 1. par.* 1. Præſertim in foro cõtentioſo, in quo inſpici debet forma & figura contractus. *c. in ciui tate, extra de vſuris. & notatur in c. cũ Ioannes. extra de fid. inſtr.* Abb. *conſ. 15. ante finem. ver. ad indicandum autem. li. 1. & conſ. 49. nu. 1. uerſ. Mouetur primo. eod. li.* 1. refert & ſequitur Aym. *d. conſ. 145. nu.* 6.

10 Et licet dici ſoleat, prout ẽt dicit D. exaduerſo ſcribẽs, crimẽ vſurarũ ex præſumptionib. & cõiecturis probari, hoc rñ dictũ aliquas recipit declarationes, caſui noſtro bene applicabiles. Quarũ prima eſt, vt nõ pcedat, qñ agitur criminaliter, & ad puniendũ; Tunc. n. qui dicit contractũ vſurarium,

ratiũ, id legitimè probare debet per cõfeſſionem, vel per teſtes cõcludenter deponẽtes; ſic.n. argumento tex. in l. ſi. C. de proba. & in l. qui ſententiam. ff. de pæn. expreſsè poſt alios, quos allegant, antiquiores, ſcripſerunt Burſat. conſi. 135. nu. 13. lib. 2. & conſi. 321. nu. 88. & nu. 54. verſ. Beccius &c. lib. 3. Honded. conſi. 33. nu. 56. lib. 2.

11 Secũda eſt declaratio, vt eadẽ cõcluſio nõ procedat, qñ agitur de vſuraria prauitate, tãquã cauſa finali ſimulationis alicuius cõtractus. Qđ probatur ex eo, qm̃ allegant i ſimulationẽ cõtractus incũbit tẽt onus probãdi cauſã ſimulationis. Bar. conſi. 65. nu. 4. li. 1. Cępol. de ſimula. contract. præſũp. 24. nu. 24. verſ. debet intelligi. & præſumpt. 26. n. 89. Mandel. conſi. 9. nu. 8. & conſi. 97. nu. 24. & 28. li. 1. Quibus in locis prædicti Doctores cõiter cõcludunt, non ſolum concludenter conſtare debere de cauſa ſimulationis, ſed qđ ẽt ipſa cauſa ſit veriſimilis. quibus ẽt addo Honded. in conſil. 41. nu. 28. li. 2. Sed ſic eſt, ꝙ in cauſa prætenſæ ſimulationis vſura nõ ſolũ nõ probatur, ſed neq; ẽt eſt veriſimilis, cum D. Io. Baptiſta ſubſtineat periculũ ſortis, quod facit ceſſare oẽm ſuſpicionem vſurę, gl. in c. pleriq; 14. q. 3. Pau. de Caſtr. cõſ. 55. per totũ. & cõſ. 114. nu. 2. Vbi ampliat ẽt in ſolito fęnerari. li. 2. Corn. conſi. 1. in 6. quæſt. li. 4. Aym. in terminis d. conſi. 145. nu. 5. li. 1. ergo neque conſtat de cauſa prætenſæ ſimulationis, neque etiam de illius veriſimilitudine, & per conſequens in caſu, de quo agitur, vſurarum crimen non poteſt probari præſumptionibus, & coniecturis.

12 Tertia eſt declaratio, vt tunc demũ prẽſũptiones & coniecturæ probent vſurã, qñ. ſ. cõtractus eſt ſuſpectus ab initio ratione ſubiecti, vtputa ſi agatẽ de mutuo, pignore, ſocietate, aut alio cõtractu mutuo proximo & affine, vel ẽt ſi probetẽ originalẽ cauſã fuiſſe cõtractũ mutui. His inquã caſibus facilius præſumitẽ vſura, illaq; cõiecturis & præſũptionib. probatur, ſecũdũ oẽs in c. conſuluit. de vſur. & in c. ad noſtrã. de empt. & vend. Bal. conſi. 133. nu. 2. verſ. Item ſi in contractu mutui. lib. 1. Dec. d. reſpon. 2. nu. 188. Et idẽ qñ cõtractus eſſet ſuſpectus rõne perſonæ cõtrahentis, qui eſſet perſona vilis & ſolita fęnerari, ad tex. in Clem. 1. cum ibi no. de vſur. Bal. d. cõſ. 133. verſ. 3. caſ. li. 1. Verũ in caſu nr̃o contractus nõ eſt ſuſpectus rõne ſubiecti, cũ contractus locationis ſit bonę fidei, & nihil hẽt cõe cũ mutuo, vt ſupra oſtenſum eſt, perſona ẽt contrahens nõ eſt ſuſpecta, imò ex eius qualitate & nobilitate oĩs vſuræ præſumptio tollitur, ex Bal. d. conſi. 133. nu. 2. verſ. 3. caſ. lib. 1. Dec. d. reſp. 2. nu. 83. & ſeq. & nu. 162. & 188. li. 1. Burſat. conſi. 320. nu. 17. li. 3. Honded. d. conſi. 33. nu. 54. li. 2. Ergo pariter nec ſumus in caſu, in quo præſumptionibus & coniecturis vſura probetur.

13 Et in oẽm euentũ millies dato ꝙ vſura cõiecturis & præſumptionibus deducatur & probetẽ, adhuc dico in propoſita facti ſpecie, nullã extare pſumptionẽ vſuræ, prout ex ſubſequẽtibus reſpõſionibus, quas in ſpecie dabo prætẽſis cõiecturis ex aduerſo conſideratis, euidentiſſimè apparebit. Sed tñ prius aliq̃tulũ immorabor in illa generali præſumptione, & concluſione, per eundẽ D. Scribẽtẽ firmata, ꝙ. ſ. pacta, quæ fiunt cõtra naturam cõtractus, illũ arguant ſimulatũ & vſurariũ, per tex. in c. illo vos. cũ ibi notatis per Cardinalẽ & alios. extra de pignorib. cũ alijs allegatis: Pro reſolutione. n. huius fundamẽti, crederẽ animaduertẽdũ, naturalia cõtractus eſſe in duplici differentia; Alia. n. ſunt naturalia eſſentialia, ſine quibus actus eſſe nõ poteſt, vt in emptione & venditione res, merces, pecunia, & conſenſus, prout declarat gl. in l. pacta conuenta in prin. ff. de contrahen. emptio. & plenè Bal. in l. ad exactionem. in fi. C. de dotis promiſſione. & hæc ſunt illa naturalia, quæ per pactum a partibus immutari nõ poſſunt. l. 2. ff. de vſufruct. & quemadmodum quis vtatur. Bar. Caſt. Cur. iun. & alij in l. cum quid, & ibi præſertim Dec. nu. 9. ff. ſi cer. pet. & eſt gl. in d. l. pacta cõuẽta. ff. de cõtrah. empt. Cald. cõſ. 11. col. 1. poſt med. verſ. ad cuius declaratiõẽ. ĩti. de feudis. Alia ſũt naturalia cõtractus, quæ acceſſoriè accedũt ad illius naturã, & ex ea proueniũt, prout in locatione ꝙ locator teneatẽ ad ea q̃ ex bono & ęquo pcedũt, vt ad refectionẽ rei locatę & prout ẽt in vẽditione ꝙ vẽditor teneatur de euictione & ſimilia, de quib. naturalib. tradit ea. gl. magiſtralis in d. l. pacta cõuẽta. Bal. in d. l. ad exactionẽ. & in la. col. fi. n. 11. & in fi. ff. ſol. matr. Neguſ. in trac. de pign. in 1. mẽb. 3. par. n. 26. Et hmõi naturalia p pactũ tolli pñt. l. 1. §. ſi cõueniat. & §. ſæpè. ff. depoſiti. c. 1. extra de cõmod. c. bona fides. ext. de depoſito. Dec. ĩ d. l. cũ quid. n. 9. ff. ſi cer. pet. Et alia pacta dĩcũtur potius pter naturã cõtractus, q̃ cõtra naturã. Abb. in conſ. 49. nu. 3. verſ. valent enim pacta. li. 1.

14 Hinc eſt, ꝙ valet pactum in mutuo, qđ res deterior reddi poſſit, ſecund. Bar. & cõiter ſcribẽtes in d. l. cũ quid. ff. ſi cer. peta. & tñ de natura mutui eſt, vt idẽ genus eiuſdẽ qualitatis reddatur, prout dicũt oẽs in l. 2. §. mutui datio. & §. appellata. ff. ſi cer. pet. Rom. conſ. 500. n. 3. Prout ẽt & hinc eſt, quod valet cõuẽtio, quod emphyteota nõ cadat a iure ſuo ob non ſolutionem canonis. Bart. in l. 2. in 3. q. & ibi Bal. in 1. col. nu. 1. C. de iure emphyteotico. & tñ emphyteoſis natura eſt, vt liceat Dño, ẽt propria authoritate, emphyteotam expellere, ſi per triẽnium ceſſauerit in ſolutione canonis. Azzo. in ſumma. C. de iure emphyteotico. verſi. item idẽ eſt. Bar. in auth. qui rem. & ibi Bal. & Saly. C. de ſacroſ. eccl. Soci. conſi. 167. nu. 14. col. 5. ad finem.

15 Vnde ſequitur ꝙ hmõi pacta cõtra naturalia extrinſeca contrahentibus a iure permiſſa, nullã arguãt fraudẽ ſimulationis, & vſuræ. Abb. in terminis ſimulationis in d. conſ. 49. Anch. in reg. peccati venia. pag. 6. verſi. quæro. lib. 6. Dec. in conſi. 119. col. 2. poſt med. verſ. ſi ergo de iure &c. Aym. in d. conſil. 145. n. 4. Decia. in d. reſponſ. 2. n. 129. li. 1. Quod. n. lege permittente fit, nullam pęnam meretur. l. Gracchus. C. de adult. c. qui peccat. 16. q. 4. Et propterea ſimonia nõ cõmittitur ex pactis a iure nõ repbatis. Gl. & Doctores in c. ſignificaſti. de elect. Oldr. in conſ. 275. nu. 8. col. vlt. verſi. circa ſeptimum. At in caſu noſtro omnia pacta in inſtrumentis appoſita, ſuper quibus ſit fundamẽtum ex aduerſo, ſunt a iure permiſſa, vt ego infra demonſtrabo, ergo ceſſat aſſerta præſumptio, oriens ex aſſertis pactis contra naturam contractus.

Neque

Digitized by Google

16 Neque obſtat *tex. in c. illo vos. extra de pignorib.* ibi.n.eſt caſus, in quo infraſcripta quatuor concurrebant; primum, quod liceret emptori ab emptione diſcedere, & ſic cogere venditorem ad reſtitutionem pretij, quod ſapit naturam mutui ex parte emptoris, vt ſupra dictum eſt, & conſiderat Dec. *conſi. 123. nu. 1. poſt princ. verſi. porro reſtituere, &c.* vbi multa allegat; ſecundum quod fructus percepti computarentur in ſortem, qđ ſapit naturam pignoris, & eſt pactum contra ſubſtantiam venditionis, vt clarum eſt; tertium erat etiã ibi pactum, quod vltra ſortem deberet venditor reſtituere emptori ſolidos 60. & ita lucrum certę quantitatis vltra ſortẽ; quod eſt vnum eſſentiale vſuræ, vt patet ex illius definitione; & inſuper quarto loco concurrebat, quod emptor erat ſolitus fęnerari; & ſic in caſu illius tex. emptor poterat ſortem ad libitum repetere, & vltra ſortem certum quid; & inſuper computabantur in ſortẽ fructus contra naturã emptionis; & vlterius concurrebat conſuetudo fęnerandi, nimirum ergo ſi ibi vſura, ac ſimulatio præſumitur: in caſu autem noſtro nullum prædictorum interuenit, vt de ſe patet, & ſupra oſtenſum fuit, ergo &c.

17 Et in ſpecie aſſumendo pactum illud, in quo exaduerſo fit magnum fundamentũ, videlicet, quod in caſu moræ curſorum in ſoluẽdo, liceret D. Io. Baptiſtæ officium vendere; ita tñ, vt augumẽtũ, & diminutio pretij cederet lucro, & dãno curſorum; pro reſponſione dr̃ in primis, iſtud pactum non obſtare, quia æquale eſt, & põt ſe habere ad lucrum, & damnum propter dubium euentũ; & propterea caret omni ſuſpicione vſurarũ. *l. ſi pater puellæ.* & ibi Cyn. *ante finem Bal. & alij. C. de inoff. teſtam. & in l. ſi ex pactione. C. de vſur.* Hoſtien. *in ſum. ſub titu. de vſuris. §. in aliquo. circa finẽ. verſ. quid de his.* Caſtren. & alij *in l. de fideicommiſſo. C. de tranſac.* Lup. *in tract. de vſur. §. 5. nu. 21.*

18 Dicitur ſecundo, iſtud pactũ non obſtare, quia fuit adiectum in pęnã moroſi debitoris; quo caſu eſt licitum, ẽt quod alias eſſet illicitũ, & cõtra naturam actus. gl. *in c. conqueſtus etiam. in fine. de vſur.* Nauar. *conſi. 15. nu. 6. & in tit. de empt. & vẽd.* præſertim, cum talis pęna ſit adiecta facto, videlicet, in caſu, quo cõductor ceſſauerit ſoluere per duos menſes; non autẽ dationi quantitatis; quo caſu eo magis pœna taliter adiecta exigi poteſt, nec cenſetur in fraudem vſurarum appoſita. *l. Lucius,* & ibi gl. *ff. de actio. empt. l. ſi dictum. in princ. & ibi notatur. ff. de euict.* Alex. *conſi. 119. nu. 15. verſic. vnde eo ipſo lib. 2.* & eo magis quod talis pęna eſt adiecta ad fauorem perſonæ non ſolitæ fęnerari; quo caſu, ẽt ſi fuiſſet adiecta dationi quãtitatis, nõ præſumitur in fraudem vſurarum adiecta. gl. *in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verb. oblig. & in l. pœnã. ff. de vſur. & in c. illo nos. in gl. fi. extra de pignoribus.* Alex. poſt alios, quos allegat *d. conſi. 119. n. 6. li. 2.* & etiam præſertim, cum ſimus extra contractum mutui, adiectaq; ſit hæc pęna potius ad cautionẽ quàm ad augendum obligationem, idem Alex. *conſi. 66. in fine li. 5. vbi alijs relatis* teſtatur de com*muni, & ſeruata opinione.

19 Dicitur tertio, dictũ pactum non obſtare, quia in locatione eſt a iure expreſſe permiſſum, vt probat tex. *in l. ea lege.* & ibi Bart. Bal. Caſtr. & alij. *ff. locati.* vbi in locatione inter dominum, & colonũ valet pactum, quod ſi fundus eſt locatus, non colatur per colonũ ea lege, qua locatus fuit, & poſſit per locatorẽ alteri relocari, & quãto minus relocetur, reficiatur primus conductor; & adeo in fauorem locatoris tenet hoc pactũ, vt neq; etiam extendatur in fauorẽ conductoris ratione æqualitatis ſeruandæ, cum vt ibi expreſsè diſponitur, etiam ſi poſtea contigerit, quod locator pluries relocet rem locatã, non tenetur illud plus reſtituere illi primo conductori, qui tenet̃ de ſuo ſupplere locatori, ſi minus relocaſſet; ſicut ergo ibi licuit facere pactũ de taliter relocando damno primi conductoris in caſu illius inobſeruantiæ, ita, & multo magis in caſu noſtro licuit locatori paciſci cum conductore, de vẽdendo rem locatam damno, & cõmodo conductoris, contingente in augumento vel diminutione pretij in caſu non ſolutionis penſionis, & iſte tex. *in l. ea lege.* ni fallor, multum facit ad propoſitum, cũ in ſpecie loquatur de locatione, prout in caſu noſtro; neque intereſt, quod ibi ſit pactum de relocando, hic vero de vendendo; neque agatur de ſupplendo penſionem; hic autem de ſupplẽdo pretium; eſt enim conſiderandum, quod ratio illius tex. eſt, quia in huiuſmodi contractibus, & obligationib. id maximè ſpectare debemus, quid inter vtranque partem conuenit; quæ ratio etiam applicatur caſui noſtro, eo præſertim, cum locatio, & conductio, emptioq; & venditio ſint contractus adeo proximi, & affines, vt ſub ijſdem iuris regulis cadant. *l. 1. & 2. ff. locati. inſti. de loca. & conduct. in prin.* & vtrobiq; notant ſcribentes *l. 1. ff. de contrahen. emp.* notat Bal. *in l. gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & poſthu.* pretiumq; & penſio adeo fraternixant, vt plerumque pretium importet pẽſionem, *l. qui inſulam. §. qui adictum. ff. locati. l. ſi ante. ff. de acquiren. poſſeſſ.* Alex. *conſi. 107. nu. 9. lib. 3.*

20 Nec facit, ſi dicatur, quod periculũ rei ſpectet regulariter ad emptorem, & locatorem. *l. 1. & l. id quod, & tot. tit. ff. de peric. et comod. rei vend. cum alijs allegatis;* fateor enim, hanc concluſionem eſſe veram in dubio, & regulariter: ſed limitatur primo, vt nõ procedat, ſi contrarium conuentum ſit inter partes. *l. fiſtulas, in fine. ff. de contrahen. empt. l. 1. in prin. ff. de peric. & comod. rei vendit.* & in terminis locationis eſt text. *in l. qui fundum, in princ.* & ibi notant Doctores *ff. locati.* limitatur ſecundo eadem regula, vt procedat in periculo totalis peremptionis, ſeu deteriorationis rei, *l. neſcio. §. ſanè ſi res extet. ff. de peric. & comod. rei vend.* & iſta limitatio etiam applicatur caſui noſtro: limitatur tertio, vt non procedat in caſu, quo alter ex cõtrahentibus, ad quem ſpectet periculum, fuerit in mora, vt ſi venditor fuerit in mora tradendi rem venditam emptori; tunc enim periculum ſpectat ad venditorem. *l. ſi & per emptorem. in prin. ff. de actionib. empti,* cum ſimilibus, & hæc limitatio etiam fuit ad propoſitum.

21 Dum enim exaduerſo etiam põderatur, quod D. Ioan. Baptiſta cõſtituitur procurator in rem

ſuam ad vendendum, creditur hanc conſtitutionem procuratoris nihil ipſi obeſſe, cum fiat ad abundantiorem cautelam, quę nocere nõ debet. *l. teſtamẽtum. C. de teſtam.* vltra quod talis clauſula apponi ſolita, ẽt obſtet in cõtractibus, in quibus non agitur ad transferẽdum dominium in eũ, in cuius fauorem eadem clauſula apponitur; prout eſt, qñ apponitur tam in locatione, & cõductione ad fauorem conductoris, quam in emptione, & venditione ad fauorem emptoris, ſecundum Bar. *in l. 1. §. 1. in fine. ff. de ſuperficiebus.* & tñ nulli dubium, quod in locatione non agitur de transferendo dominium in conductorem, *l. ſi quis conductionis. C. locati. cum ſimilib.* præterea eſt in facto animaduertendum, quod in caſu noſtro conductores habebant a D. Io. Baptiſta promiſſionẽ de vendendo dictum officium; & propterea ſatis dicebantur haberi ius ad rem, ſecundum Alexand. *in conſi. 76. nu. 18. & 20. lib. 5.* vnde propterea non ab re fuit, vt in caſu moræ per dictam clauſulam omne illud ius, quod habebant, acquirendi prædicta officia, a ſe abdicarent, & in D. Ioan. Baptiſtam transferrent.

22 Et deueniendo rurſus ad particulares aſſertas coniecturas, & præſumptiones, quod attinet ad primam illam ex aduerſo deductam coniecturam ex eo, quod, vt prætenditur, ab initio fuerit tractatũ cum D. Io. Baptiſta, de mutuãdo pecunias curſorib. negatur in primis iſte tractatus, neque creditur in proceſſu, illum probari; ſed nihilominus dicitur, quod demũ tractatus mutui arguit ſubſequentẽ contractum diuerſum a contractu mutui ſimulatum, quando inter partes ab initio non ſolum ipſum mutuum fuit tractatum, ſed ẽt concluſum; ſecus, qñ fuiſſet ſolummodo tractatum, & non ab vtraque parte concluſum, per ea quæ notat Bal. *in l. cum allegas. in 2. col. nu. 5. C. de vſur. & in l. multum. C. ſi quis alteri vel ſibi.* Bal. & Ang. *in l. ſi quis alter. ff. de uerb. ſignif.* multa enim tractantur, quæ poſtea non fiunt. *l. ſi ea cauſa. §. nunc videmus. in fi. ff. de minoribus. l. voluntate. C. de reſcind. vend.* Alex. *conſi.* 88. *n.* 5. *li.* 4. ſed in caſu noſtro non probatur aliqua concluſio firmata futuri contractus inter partes; ergo quicquid a principio tractatum fuerit, curandum non eſt.

23 Et adhuc ẽt, quod a principio fuiſſet tractatũ de contrahẽdo mutuũ, ſi tñ poſtea ex interuallo ſequatur inter partes alius contractus, non propterea ex hoc inferendum eſt ad ſimulationem, niſi præceſſerit proteſtatio, quod ſi contingat celebrari alium tractatum, intelligatur tñ mutuũ celebratum, ſecundum Bar. *in l. pacta nouiſſima. C. de pact.* idem Bar. Bal. Ang. & Doct. *in l. item quia. §. item. ff. de pactis.* Ang. *in d. l. ſi quis cum alter. poſt principium. ff. de verb. oblig.* ſed in caſu noſtro non conſtat, quod contractus fuerit incontinenti celebratus poſt prętenſum tractatum, neque etiam conſtat de proteſtatione præmiſſa, ergo &c.

24 Et vlterius tũc demum ex præcedenti tractatu de mutuando pecuniam præſumitur vſura in ſubſequenti contractu, qñ contractus ille talis eſt, & taliter conceptus, vt in eo cadere poſſit vſura, prout in contractu emptionis, & venditionis celebratæ cum modicitate pretij, & pacto de retrouendendo, in qua numeratio pretij, & pecuniæ interuenit realiter; quo fit, vt inde præſumatur vſura, iũcto precedente tractatu mutui; quaſi quod partes in rei veritate voluerint non venditionẽ, ſed pignus conſtituere; ſecus in locatione, in qua nulla prorſus pecunia ex parte locatoris ad ipſum conductorem puenit, ex qua mutuũ argui poſſit, vt ſupra oſtenſum fuit, prout in fortioribus terminis, videlicet, in datione in ſolutũ, arguit Dec. *in conſi. 167. nu. 2. col. 2. ante med. verſi. tertio reſpondetur. lib. 1.*

25 Ad ſecundam coniecturam quod D. Io. Baptiſta non curauerit ſcire precium officiorũ emendorũ, reſpõdetur in facto, qđ licet hæc negatiua nõ cõſtet in proceſſu, prout nec cõſtare poterat, quia improbabilis eſt, attamẽ talis cõiectura nõ eſt tuta, prout de ea dubitauit. Affl. *in c. 1. in prin. nu. 41. de feud. dat. in uicẽ l. cõmiſ.* & poſt eũ Maſc. *de proba. li. 1. cõcl. 444. nu. 12. & ſeq.* & ẽt expreſsè reprobat Menoc. *de præſump. li. 3. cõcl. 122. nu. 85.*

26 Ad tertiam coniecturam, quod. ſ. penſiones cum curſoribus conuentæ, correſpondeant potius interuſurio pecuniarũ exburſatarum, quam fructibus officiorum; reſpondetur, hoc non eſſe verum in facto, licet bene verum ſit, quod facta computatione pecunię ſtant ad tantum pro centinario; ſed non quod ita conuentum ſit per partes, volentes habere reſpectum ad id, quod communiter ex pecunijs percipitur, prout loquitur Rol. ex aduerſo allegatus *in conſi. 40. nu. 28. li. 2.* & licet D. Io. Baptiſta in ſuis cõſtitutis dicat, *Il fitto io l'ho fatto con loro per dette ſomme*, verba hęc hic intelligi debent, non pro ſummis habentibus reſpectum ad pecunias; ſed pro ſummis pẽſionum; & cũ conſtet de veritate facti, & de vera emptione officiorum, attendi debet id, quod fecit, non id quod dixit. *l. ſciendum. §. edictum. C. de ædilit. edict.* Bal. *in conſi. 21. col. 2. ante finem. lib. 4.*

27 Ad quartam præſumptionem ſimulationis, & vſurę deductæ ex eo, quod ſi locatio vera eſſet, locator in contractu læſionẽ acciperet, ad trad. per Cæpol. *in tract. de præſump. contractuum. præſumpt. 17. nu. 63. cum alijs allegatis*; reſpondetur, non eſſe inferendum ad caſum noſtrum, quia Cępoll. & præcitati Doct. loquuntur, quando contractus locationis fit inter emptorem, & venditorẽ, non ſi cum tertio, prout in caſu noſtro; & etiam loquuntur, quando concurrit conſuetudo fęnerandi, quæ nec etiam concurrit in caſu noſtro.

28 Ad quintam coniecturam ſumptam ex verbo, reſtituere, quod videtur importare præcedẽs mutuum, iam alias fuit dictum, quod cum conſtet, qualis contractus initus fuerit inter partes, attẽdi debet potius id, quod actum eſt, quã quod dictum. *l. 1. & ibi ſcribentes, & tot tit. C. plus valere quod agitur.* Aym. *conſi. 20. num.....lib. 1.* potiuſque inſpicitur mens cõtrahentium, quam verba, vbi de pactorum interpretatione agitur. *l. iuris gentium. §. pactorum. ff. de pactis. l. ſed cenſus. §. ſi fundus. ff. de contrahen. emptione.* ſemperque interpretatio facienda eſt, vt euitetur contrarietas inter ſubſtantiam actus, de quo agitur, & inter verba

ba

ba diſpoſitionis. Aym. *conſ. 214. nu. 17.* Et in caſu noſtro ſic omnino dicendū eſt, quia dicta verba, *Che mi poſſano reſtituire*, non cōueniunt mutuo, cuius natura eſt, vt mutuans poſſit ad libitū mutuatā pecuniā repetere, niſi cōtrariū actū fuerit, vt notant Doct. *in l. 2. §. mutui datio. et §. appellata. ff. ſi cer. pet.* Dec. *de reſponſ. 2. nu. 180. & ſeqq. lib. 1.* & ſupra latius oſtēſū fuit; ſed ſic eſt, quod verba ꝓdicta importāt, vt cōductores poſſint ad libitū pecunias locatori reſtituere; ergo nō de mutuo, ſed de pacto francādi exaudiri debēt; & ita in terminis noſtris arguit Gab. *in conſ. 69. nume. 1. lib. 1.*

29 Ad ſextam coniecturā deductam ex læſione, quam reciperet D. Io. Baptiſta, ſi vēderet officia locata cōductoribus pro precijs, quibus illa emerat, negatur aſſumptum prætenſę læſionis: & nihilominus ad hoc, vt ex hac læſione oriatur pręſumptio, non ſolum ipſa læſio debet eſſe notabilis, ſecūdum Gab. *in conſi. 74. num. 19. & ſeq. lib. 1.* ſed etiam eadem læſio contingere debet in contractu emptionis & venditionis, in qua interuenit numeratio pecuniæ, & inde mutuum argui poteſt, & per conſequens vſura, ſicut loquuntur Docto. ex aduerſo allegati; ſecus in caſu noſtro, in quo, vt pluries dictum fuit, nulla interuenit numeratio pecuniæ.

30 Ad ſeptimam præſumptionem de expenſis faciendis à Curſoribus in expeditione officiorum, neſcio in de aliud oriri, niſi quod pro carioti penſione officium fuerit locatum, cum expenſæ iſtæ conſtituant maiorem penſionem, quæ prætenſæ pēſionis exceſſiuitas, prout in alijs allegationib. dictum fuit, in caſu, de quo agitur, non eſt conſiderabilis, propter magnum lucrum, quod Curſores recipiūt ex illis officijs. Item & propter incertitudinem, & periculum vitæ. Et in omnem euentum penſioni exceſſiuitas vſuram non inducit; Ex quibus licet credatur, omnia bona fuiſſe euacuata, nihilominus, quatenus adhuc aliqua remaneret ſuſpicio, ꝑut nō remanet, illa prorſus ſublata cenſebitur ex totalibus pręſumptionibus in caſu noſtro concurrentibus, vſuram excludentibus, nempe nobilitate D. Io. Baptiſtæ non ſoliti fęnerari, periculo vitæ, æqualitate pactorū, adiectione pęnę, cōtractib. publicè, & palam celebratis, ſimilibuſq; alij plurib. cōtractib. inter alias ꝑſonas initis, quę quidē præſumptiones ſunt grauiores & fortiores præſumptionib. aſſertis fiſci; & etiam quod eſſent tales vel leuiores, adhuc illæ vigent, & excludunt, vulgatis iuribus.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

Surreptio gratię an ſit probanda per fiſcum: An vero is, qui gratiam obtinuit, teneatur narrata iuſtificare; An ſurreptionis vitiū tollatur per clauſulas relatiuas ad proceſſum: An per ſcientiam Principis. Et an ex eo quod tertius non procurator gratiam impetrauit.

SVMMARIVM.

Surreptionem vel obreptionem allegans, tenetur illam probare, præſertim, quando gratia immediatè eſt facta a Principe, non autem ab alio de mandato Principis. nu. 1.

Impetrans gratiam, tenetur illam iuſtificare, & probare omnia contenta in ea, quando inſtat pro illius exequutione: ſecus autem, ſi iā gratia habuiſſet exequutionem, & agratiatus eſſet in poſſeſſione gratiæ. nu. 2.

Doloſam obreptionem allegans, probare debet. nu. 3.

Cancellatio banni præſumitur legitimè facta, niſi contrarium probetur ex ſtatuto Bononiæ. nu. 4.

Clauſula, ſtatum, &c. & clauſula, quorum tenores, &c. tollit omne vitium ſurreptionis & obreptionis, etiam quod agatur de præiudicio tertij, & etiam quod Princeps reſcribat ad inſtantiam partis. nu. 5.

Surreptionis & obreptionis vitium tollitur & Principis ſcientia. nu. 6.

Geminata gratia tollit præſumptionem erroris, & habet vim clauſulæ motus proprij. nu. 6. in fine.

Gratia, in qua remittuntur pęnæ corporales, & vltimi ſupplicij, non dicitur ſurreptitia. nu. 7.

Gratia ſurreptitia non nocet, quando eſt obtenta à tertia perſona. nu. 8.

Procurator non cenſetur habere mandatum ad faciendum incurrere dominum in pęnam, nu. 8.

Gratia cum ſolutione pecuniarum, non dicitur propriè gratia, ſed tranſit in contractum irreuocabilem, qui propterea reſcindi non poteſt ſub prætextu falſæ cauſæ. nu. 9.

CONSILIVM XCII.

1 ADSIT DEVS. Pro defenſione Illuſtriſſimi D. Cornelij Marſilij, reaſſumendo etiam aliàs ſcripta, Demonſtrabo in primis, quod fiſco incumbit onus probādi aſſertam ſurreptionem, vel obreptionē; Secundo, quod quatenus etiam D. Cornelio incumberet onus iuſtificandi gratiam ſuam, nō poteſt hodie fiſcus dare de ſurreptione, vel obreptione dictæ gratiæ. Tertio, quod in omnē euentū data ſurreptione, vel obreptione gratiæ, nō poteſt eadē ſurreptio, vel obreptio eidem D. Cornelio nocere. & quod attinet ad primam inſpectionē firmiſſima eſt iuris concluſio, quod excipiens contra gratiam de illius ſurreptione, vel obreptione tenetur probare, prout eſt text. *in l. ſi quando. C. de dilationibus.* Et notant communiter ſcribentes *in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam*, & ibi pręſertim Bellapert. *in vltimis verbis.* Cyn. *num. 12.* Bart. *num. 8.* & ibi Alexand. *in add. littera E.* & Ioan. Sicard. *etiam nume. 8.* Idem Bald. *in l. puniri. ad finem. verſicu. aut in eo quod vitiat. C. eod.* & voluit Rota coram Seraphino] *in vna Ciuitaten. Conſtitutionis Capellaniæ 20. Februarij* 1589. Quæ quidem concluſio eo magis procedit in gratia, de qua agitur, quæ immediatè fuit facta ab Illuſtriſſimo D. Legato, non autem fuit mandatum alteri, vt eam faceret iuxta doct. Ioan. And. *in addit.* ad Specul. *in titu. de clandeſtina deſponſatione, in rubr. littera H. in fine.* quam veriorem & ſibi magis placere dixit Pul. de Caſtr. *in d. l. puniri. nu. 2. C. ſi contra ius, vel vtilit. public.*

2 Et licet dici ſoleat, quod impetrans gratiam,

tenetur

tenetur illam iuſtificare, & probare omnia in ea contenta. Felyn. & Pau. *in capit. conſtitutus, de reſcriptis*. Aym. *conſi.* 104. *numero* 3. *& conſilio* 148. *nume.* 8. & per Pariſ. *in conſi.* 49. *nume.* 30. *libro* 4. Eſt tamen pro reſponſione aduertendum, illud procedere, quando impetrans vellet eiuſdem gratiæ exequutionē habere; ſecus ſi iam habuit exequutionē, & in illius poſſeſſione reperiatur, prout reperitur Do. Cornelius per annos 15. Tunc enim ratione dictæ poſſeſſionis, quæ releuat poſſeſſorem ab omni onere probandi, prout ſæpius fuit reſolutum in Rota: & præſertim coram Rubeo *in cauſa littoris Maris nona Decembris* 1575. Et coram Seraphino *in vna Romana fideicommiſſi Nouembris* 1591. Et Coram Corduba *in cauſa Mediolanen. Bonorum* 26. *Iunij* 1598. Surreptionem, vel obreptionem allegans, debet probare, & non poſſeſſor gratiæ, prout ſæpius fuit reſolutum in Rota, teſte Caputaq; *deciſ.* 220. *par. tertia*. Et etiã voluit Rota coram Seraphino *in vna Thelesina Beneficij vltima Ianuarij* 1594. Quarũ deciſionũ aliàs fuit data copia, quib. addo Corn. *in cõſ.* 349. *nu.* 8. *verſ. Nec obſtat, quod dicitur de ſurreptione. lib.* 1.

3 Quę omnia eo magis procedũt in caſu noſtro, in quo, prout D. meus Fiſcalis in vltima ſua informatione deducit, ad effectũ, vt D. Cornelius priuetur impetrata gratia, opponitur de doloſa obreptione; Et propterea, quia dolus non præſumitur, eo magis alleganti hanc obreptionem, probandi onus incumbit, ſecundum Alber. poſt Innoc. quem allegat *in d. l. præſcriptione. nu.* 5. vbi teſtatur, ita in practica ſeruari.

4 Et licet ex præmiſſis res clara reddatur, attamē omnis difficultas tollitur ex ſtatuto Bononiæ, *libro quinto, rubr. de generalibus pœnis bannitorum. in §. adycientes*, vbi expreſsè ſtatuitur, quod cancellatio banni præſumatur legitimè facta, niſi contrarium probetur: & quod ſic cancellatus, & abſolutus non poſſit amplius moleſtari, & in terminis dicti ſtatuti dixit Grat. *conſi.* 74. *nume.* 33. *lib.* 2. Quod cancellatus de banno non poteſt amplius moleſtari, etiam ſub prętextu ſurreptionis, præſertim, quando ſtetit per multum tempus in poſſeſſione gratiæ & cancellationis, prout in caſu noſtro, vtputà ſi poſt decennium, cum tunc vigore alterius ſtatuti *eodem lib.* 5. *in rubr. de caſibus, quibus poteſtas tenetur inquirere §. fin.* Inquit ibi Grat. omnis inquirendi poteſtas ſublata eſt; & loquitur in terminis in eo, qui fuit bannitus pro homicidio, & poſtea de banno cancellatus.

5 Quod verò attinet ad ſecundam inſpectionē, dixi & repeto, quod per clauſulam relatiuam ad proceſſum, videlicet ſtatum, &c. iuxta clauſulã, Quorum tenores, &c. Tollitur omne vitium ſurreptionis, & obreptionis, cum tales clauſulæ operentur illud idē, ac ſi totus proceſſus de verbo ad verbum & ſecundum veritatem in ſupplicatione regiſtratus eſſet, ſecundum Gemin. *in conſ.* 65. *nu.* 21. *& ſeq.* Vbi quod ita tenet Curia & Rota. Siluan. *conſ.* 50. *nu.* 28. Bero. *conſi.* 147. *nu.* 29. *& ſeq. lib.* 3. Vbi ampliat etiam quod agatur de præiudicio tertij. Aym. *conſ.* 126. *nu.* 7. Vbi ampliat ēt, quod Princeps reſcribat ad inſtantiã partis. Caputaq. *deciſ.* 204. *nu.* 2. *&* 3. *par.* 1. Vbi pariter loquitur in ſupplicatione ſignata ad inſtantiam partis. Et in terminis gratiæ obtentæ ab aliquo delicto Burſ. *conſi.* 177. *nu.* 5. *&* 6. *lib.* 2.

6 Secundo, aut obreptionis vitium tollitur ex veriſimili ſcientia Principis, qui gratiam fecit, ad trad. per Albe. *in d. l. præſcrip. nu.* 5. *verſ. Item ſecundum opinionē Canoniſtarũ. C. ſi cõtra ius, vel vtilitatē publicam*, & per Fel. *in c. ſuper literis. nu.* 8. *verſ. Tertia regula. & in c. in noſtra. nu.* 15. *extra de reſcript.* Et voluit Bal. ex aduerſo per D. meum Fiſcalem allegatus *in conſi.* 300. *in fine. lib.* 5. Et quod princeps de veritate facti & proceſſus ſcientiam haberet, colligitur, tum ex actis apud ipſius Tribunal exiſtentibus, quæ, vt aliàs probaui, in eodem Tribunali rem notoriam faciunt: tum etiã ex decreto admiſſionis gratiæ & caſſationis proceſſus, facto ab Auditore Turroni, cuius tempore homicidia patrata fuerunt, & qui proceſſum fabricauit; tum & tertio ex remiſſione exilij, illinc per quinque menſes poſt gratiam obtentam, ab eodem Illuſtriſſimo Dom. Legato factam, & ſic per geminatam gratiam. Quæ quidem geminatio non ſolum omnem præſumptionem erroris, & ignorantiæ excludit, vulgatis iuribus, verum etiã habet vim motus proprij. Alciat. *conſi.* 361. *num.* 3. Siluan. *conſi.* 50. *num.* 21. Burſ. *d. conſi.* 177. *num.* 9. Et conſequenter non poteſt amplius dari de ſurreptione, vel obreptione gratiæ, prout dicunt Doctores prædicti.

7 Tertio, & quod dari nõ poſſit de ſurreptione, & obreptione gratiæ, de qua agitur, præſertim in eo quod prætendatur, D. Cornelium falsò expoſuiſſe, quod fuit inſultatus & prouocatus ab illis de Piſcialacquis, apparet maniſeſtè ex eo, quod Illuſtriſſimus D. Legatus ipſi remittit omnes pęnas etiam corporales, & vltimi ſupplicij in banno inflictas; & tamen ſi idem D. Cornelius inſultatus & prouocatus illos occidiſſet, nõ meruiſſet pœnam vltimi ſupplicij, vulgata *l. vt vim. ff. de iuſti. & iur.* Ergo veriſimile eſt, quod ipſe Illuſtriſſimus Legatus voluerit gratiã facere, etiã quod ſine prouocatione, & inſultu dictos de Piſcialacquis occidiſſet, prout in ſimili arguit Aym. *in conſil.* 2. *nu.* 14. *verſ.* 2. *conſidero.*

8 Vltimæ vero inſpectioni ſatisfaciendo, dico, quod etiam data obreptione iſtius gratiæ, nõ propterea poteſt Do. Cornelius aliquo pacto ex ea moleſtari, quia non ipſe ſupplicationem formauit, cũ tunc eſſet abſens & bannitus, ſed eius agētes; Ideo æquum non eſt, vt vlterius factum ipſi præiudicet, prout in ijs terminis ſcripſerunt Felyn. *in d. cap. ex literis. num.* 8. *de reſcrip.* Aym. *conſi.* 2. *nu.* 15. *in fine*. Et voluit Rota *deciſ.* 74. *alias* 600. incipiente D. Vrbanus, *in tit. de reſcriptis. in antiquis*; Quibus non refragatur id quod D. meus Fiſcalis oretenus dicebat, quod mala electio procuratoris facta per D. Cornelium eſt in culpa; Nã vltra quod nulla reperitur facta Procuratoris electio, adhuc etiam quod procuratorem ad ſupplicandum conſtituiſſet, intelligi debet ad ſupplicandum legitimè, non autem ad ſurripiendũ, vel obripiendum: & certiſſimi iuris eſt, Procuratorē

nun-

nunquam cenſere habere mandatũ ad faciendũ incurrere in pęnã ſuum principalem. Alex. *conſi.* 108. *nu.*6. *verſ. ſed de iure cõmuni. lib.* 6. Pariſ. *conſi.* 100. *nu.*7. *lib.*3. Rol. *conſi.*71. *nu.*42. *lib.*1. Menoch. *de arb. q. lib.*2. *caſ.*316. *nu.*23. *& ſeqq.*

9 Et propterea dico, quod hic non ſumus in gratia, ſed in contractu tranſactionis, cum D. Cornelius non fuerit liberatus ex mera Principis liberalitate, ſed per ſolutionem pecunię, iniuncto exilio, & data cautione de ſe repręſentando; quo caſu talis gratia propriè tranſit in contractum irreuocabilem. Alba. *conſi.* 185. *nume.* 14. *& ſeq. lib.*4. Alciat. *conſi.* 262. *nume.* 3. Baiard. *in addit. ad Clar. quaſt.* 59. *num.* 11. poſt Bald. Roman. Fulgoſ. & Brun. quos allegat, & conſequenter non poteſt reſcindi ſub prætextu falſæ cauſæ, in eo adiectæ, cum ſit hinc inde obligatorius. Surd. *deciſ.* Mantua. 104. *num.* 32.

10 Quibus ſic ſtantibus, non obſtant concluſiones firmatæ pēr excellentiſſimum D. meum Fiſcalem, quod ſcilicet reſcripta gratiæ facilius irritantur propter vitiũ obreptionis, & ſurreptionis, quam reſcripta iuſtitiæ; & quod talia reſcripta habent in ſe tacitam conditionem, ſi preces veritate nitantur; & quod iudex obripiens dicatur eſſe in dolo, qui obripienti patrocinari non debeat, & quod ex obreptione nunquam cauſetur titulus, ad præſcribendum ſufficiens. Hæ inquam concluſiones generales, ſunt omnes veriſſimæ in iure, ſed quantum caſui noſtro applicentur, & an ex præallegatis D. Cornelio præiudicium faciant, optime iudicabit Illuſtriſſimus D. meus, cuius prudentiſſimo, & integerrimo iudicio hæc mea ſcripta humiliter ſubmitto. L. D.

Facto verbo cum sãctiſſimo per Illuſtriſs. D. Vrbis Gubernatorem, fuit reſolutum, gratiam nõ eſſe ſurreptitiam; fuit tamen D. Cornelius pro alijs pręrenſis nouis criminalibus ad compoſitionem admiſſus, & relaxatus.

ARGVMENTVM.

Agitur in hoc conſilio de alterius gratię ſurreptione, ob nõ expręſſionem delictorum, de quib. alias quis gratiam habuerat; & ob non ſeruationem exilij in eadem gratia iniuncti.

SVMMARIVM.

Gratia non dicitur ſurreptitia ob non expreſſionem aliorum delictorum, quando de illis Princeps, qui gratiam fecit, ſciẽtiam habebat. num. 2. vbi amplius, quod ſufficit præſumpta Principis ſcientia.

Surreptionis vitium tollitur per clauſulam relatiuam. nu. 3.

Expreſſum etiam dicitur illud, quod implicite, & per relationẽ demonſtratur. nu. 3.

Gratiæ ſurreptio tollitur per geminationem conceſſionis. nu. 4.

Geminatio habet vim clauſulæ, motus proprij, & clauſulæ, ex certa ſcientia. nu. 4.

Surreptionis vitium tollitur per clauſulã motus proprij. nu. 4.

Gratia redditur ſurreptitia ex taciturnitate eorum, quæ Principem ab illius conceſſione retraxiſſent, aut difficiliorem reddidiſſent. nu. 5.

Gratia non dicitur ſurreptitia ex taciturnitate eorum, quibus expreſſis adhuc Princeps veriſimiliter illam conceſſiſſet. nu. 5.

Gratia non redditur ſurreptitia, niſi ex taciturnitate eorum, de quibus iure cautum reperietur, quod Princeps gratiã non feciſſet, ſi fuiſſent expreſſa. nu. 6.

Princeps conſulendus eſt, quando agitur de ſurreptione gratiæ, & prætenditur quod is illam non conceſſiſſet, ſi ſibi expreſſa fuiſſent, ex quo expreſſa non fuerunt. nu. 6.

Gratia non dicitur ſurreptitia ob non expreſſionem contrauentionis exilij, & banni, quando bãnitus pro principali fuit agratiatus. nu. 7. & ſeq.

Conſuetudo, & ſtilus notorius probatione non indiget, & de eo poterit iudex ſe extraiudicialiter, & in camera informare. nu. 7.

Surreptio gratiæ non inducitur ex taciturnitate eorum, quibus etiam non expreſſis Princeps ſolitus eſt facere gratiam. nu. 7. in fine.

Gratia ſeu diſpenſatio trahitur etiam ad non expreſſa conſequutiua ſiuè acceſſoria, quando ſine illis gratia redderetur inutilis, & ſuum non ſortiretur effectum. nu. 8.

Bannitus, qui banno contrauenit non poteſt pro contrauentione conueniri quando poſt contrauentionem gratiam habuit de principali delicto. nu. 9.

Procedi non poteſt pro delicto quando res peruenit ad caſum a quo proceſſus incipere non poterat. nu. 9.

Pœna reincidentiæ quando non eſt impoſita ipſo iure, requirit ſententiam ad hoc ut imponi poſſit. nu. 9.

Pœna contrauentionis exilij non habet locum niſi exilium fuerit intimatum. nu. 10.

Pœna adiecta diſpoſitioni negatiuæ non habet locum niſi præcedat monitio. nu. 10.

Scientia non ſufficit ad incurrendum pœnã vbi monitio eſt neceſſaria. nu. 10.

Gratia conceſſa ſub conditione, an, & quando, conditione non adimpleta, reſoluatur. nume. 11. vbi etiam an & quando gratia dicatur conceſſa ſub conditione vel ſub modo, dum modo dictio in gratia appoſita non conditionem, ſed modum importat. nu. 11.

Diſpoſitio modalis reſoluitur nec ſuſpenditur per non adimplementum modi, ſed benè datur actio vt impleatur quod adimpletum non eſt. nu. 11.

CONSILIVM XCIII.

1 ADSIT DEVS. Facti ſpecies ſic proponitur, Illuſtriſs. D. Proſper Caetanus tres habuit gratias, primam ab Illuſtriſs. DD. Cardinalibus deputatis pro remiſſione bannitorum ſub die 17. Decembris 1592. In qua poſt delictorum plenariam remiſſionem, adijciũtur hæc verba, *& in ſuper volumus & mandamus per te ſeruari exilium ab Vrbe, & terra Filectini, nec non à loco præinſerti commiſſi delicti, & homicidij in perſonam Bartholomei Mannini, & a loco vbi habitant eius hæredes per quinquaginta milliaria circumcirca, donec pacem ab eis habueris, & ſub pœna ac incidentia.* Secundam obtinuit gratiam a ſanctiſſimo viuæ vocis oraculo, facto Illuſtriſſimo tunc Vrbis Gubernatore, ſub die 21. Nouembris 1593. In qua facta mentione reſeruationis exilij iuxta formam præcedentis gratiæ, idem ſanctiſſimus remiſit, & reuocauit exilium prædictum, præterquam

terquam ab Vrbe; & dummodo ipſe Dom. Proſper ſe perſonaliter conferat ad ciuitatem, & partes Auinionen. & ab eis non diſcedat abſque expreſſa licentia ipſius ſanctiſſimi; Tertiam, & vltimam habuit gratiam ſub die 22. Decembris 1594. In qua facta denuo mentione exilij ipſi iniuncti in prima gratia, ipſe ſanctiſſimus, ſtante pace ab hæredibus Bartholomei Mannini obtenta, non ſolum iterum, & de nouo dictum exilium remiſit, liberamque licentiam conceſſit, vt quò voluerit, abire & permanere poſſit, ſed etiam plura alia capitalia delicta, de quibus exilio durāte proceſſatus, & inquiſitus fuerat; quæ in ciuitate, & Regno Neapolis patratus fuerat, pariter remiſit, & indulſit. Prætendit modo fiſcus, hanc vltimam gratiā, in qua vltra remiſſionem exilij remittuntur etiam noua illa delicta Neapoli commiſſa, tanquam ſurrepritiam minimè ſuffragari Do. Proſpero, tū ex eo, quod in illa non fuerunt expreſſa prima delicta, de quibus vt ſupra ab Illuſtriſs. DD. Cardinalibus gratiam reportauerat; tum etiam, quia non fuit expreſſū, quod idem D. Proſper non ſolum non ſeruauit exilium in prima gratia ſub pœna reincidentiæ ſibi iniunctum, ſed nec etiam ſeruauit relegationem, in ſecunda gratia remiſſionis primi exilij appoſitam.

2 Quod attinet ad primā prætenſam ſurreptionem, propter non expreſſionem delictorum, de quibus antea Do. Proſper fuerat agratiatus, non eſt multum elaborandum, cum gratia fuerit facta ab eodem Pontifice, qui aliorum delictorum per prius gratiam fecerat. Data enim veriſimili ſcientia Principis, non eſt tractandum de ſurreptione. Albet. in l. præſcriptione. numero 5. verſicu. item ſecundum opinionem canoniſtarum. C. ſi contra ius vel vtilit. public. Felyn. in capit. ſuper literis. nume. 8. verſic. 3. regula, & in cap. in noſtra. nume. 15. extra de reſcriptis. Bald. conſi. 300. in fine. lib. quinto, Corn. conſi. 201. nume. 14. lib. 4. Iaſ. conſi. 185. col. 3. nume. 3. ante finem. verſicu. vbicumque ergo. libro 2. Aymon. conſi. 2. nume. 15. & conſi. 79. nume. 8. Alciat. conſi. 479. nume. 50. verſic. & licet aduerſus indultum. qui quidem doctores expreſſe etiam dicunt, ad effectum tollendi vitium ſurreptionis, in Principe ſufficere ſcientiam præſumptam, ſeu veriſimilem, ac in genere, & quod aut cogitauerit, aut cogitare potuerit, quod agratiatus alia delicta commiſerit.

3 Et in caſu noſtro res omni caret difficultate, cum in eadem vltima gratia fiat relatio ad primam gratiam, in qua ſunt expreſſa omnia delicta per D. Proſperum commiſſa; Relatiua autem clauſula tollit vitium ſurreptionis, quia expreſſum etiam dicitur illud, quod implicite, & per relationem demonſtratur. l. prætor ait. §. ſi iudex. & l. in ſumma. §. 1. ff. de re iudic. l. ſi ita ſcripſero. ff. de condition. & demonſtr. Aym. de antiquit. temp. par. 1. ſect. quæritur etiam in hac materia. nu. 22. Deciſ. Pedemont. 128. num. 2. cum alijs per Tiraq. de legibus connub. gl. 7. nu. 182.

4 Quod verò attinet ad ſurreptionem eiuſdem gratiæ, propter non expreſſionem cōtrauentionis exilij; Reſpondetur primò, quod ex quo gratia remiſſionis exilij eſt geminata, icirco ceſſat omnis ſurreptio; geminatio enim reſcripti oſtendit enixam voluntatem Principis, quod omnino non obſtante quacumque ſurreptione, gratiam concedere volebat. Silnan. conſilio 50. nume. 21. Alciat. conſi. 362. nume. 3. in 3. concluſione. Boſſ. in titu. de remed. ex ſola Clemen. Principis, nume. 40. Burſ. conſi. 177. nume. 7. & ſeqq. Vbi in terminis loquitur de geminata remiſſione ad patriam. Geminatio enim gratiæ habet vim motus proprij. Bald. in l. nec damnoſa. nume. primo, verſicu. ſed contra primum, & ibi Fulgoſ. in princip. verſicu. & ſic ſecundum Bald. C. de precib. Imperatori offeren. idem Fulgoſ. in l. reſcripta. nume. quinto, colum. fina. verſicu. idem videtur. C. eodem. Roman. in l. ſi vero. §. de viro, nume. 56. in 31. fallen. verſicu. ſecundo probatur. Decian. conſi. 21. nume. 24. lib. 1. Item habet vim clauſulæ ex certa ſcientia, gloſſ. in capit. 1. in verbo noſcatur, de conſtit. in 6. Felyn. per illum tex. in cap. ſi quando. num. 14. de reſcript. Dec. conſi. 649. nume. 19. Decian. dict. conſi. 21. eod. nume. 24. Cæphal. conſi. 90. nume. 29. lib. 1. Vbi autem in reſcripto adeſt clauſula motus proprij, ibi tollitur omnis exceptio ſurreptionis, Bald. in cap. niſi ſpectabilis, nume. 4. de offic. delegat. Franc. in capit. ſi motu proprio. nume. 5. & ibi etiam Ioan. Andr. in princip. & Gemin. nume. 5. de praben. in 6. Pariſ. conſil. 222. nume. 22. lib. 2. Caputaq. deciſ. 73. nu. 2. par. 2. & deciſ. 218. par. 3. ſic, & pariter ex clauſula, ex certa ſcientia, ſurreptionis vitium tolli ſcripſerunt gloſſ. in capit. 2. in verbo, non obſtantibus, & ibi Panormit. in fine. extra de filijs presbyterorum, Ioan. Andr. in capit. olim. nume. 4. verſi. ſin autem ex certa ſcientia, & ibi Hoſtienſ. nume. 5. verſicul. & ſi aliter fiat. Cardin. Zabarell. colum. 2. verſicul. & dicit Hoſtien. extra de verbor. ſignific. Corn. conſi. 313. num. 10. lib. 4. Pariſ. & Caputaq. vbi ſupra.

5 Reſpondetur ſecundo, quod ex quo ſummus Pontifex in vltima gratia remittit, non ſolū exilium in prima gratia iniunctum, ſed etiam indulget plura alia capitalia delicta; Nulli dubium, quod ſicut dicta capitalia delicta remiſit, ita etiam, & remiſiſſet ſimplicem contrauentionem exilij abſque eo quod contraueniendo maiora, conceſſiſſet etiam minora, quare ſubintrat concluſio, quod ſicut taciturnitas eorum, quæ Principem a conceſſione gratiæ, aut retraxiſſent, aut ad concedendum difficiliorem reddidiſſent, gratiam ipſam ſurrepritiam reddit, capit. dudum il 2. de electione, capit. poſtulaſti, & cap. ſuper litteris, cum ibi notatis per Doctor. extra de reſcriptis Felyn. in cap. noſtra. num. 19. eod. tit. Rota deciſ. 32. nume. 1. de reſcrip. in nouis cum alijs per Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 201. nume. 24. ita & è contra non inducitur ſurreptio ex taciturnitate eorum quibus expreſſis, ad huc Princeps veriſimiliter gratiam feciſſet. Rot. d. deciſ. 32. in fine, verſicul. modo ita eſt, & deciſ. 21. nume. 7. verſicul. modo non eſt. de praben. in nouis. Alciat. conſi. 362. nume. ſecundo, Grat. reſponſ. 71. nume. 16. lib. 1. & reſponſ. 144. nu. 11. lib. 2. vbi amplius, quod in gratia veniunt etiā

incerta,

incerta, & occulta, quando aliqualiter apparet de veriſimili intentione concedentis.

6 Immo non omnia tacita quæ Principem retraxiſſent aut difficiliorem reddidiſſent a conceſſione gratiæ, inducunt ſurreptionem, ſed illa tantum, de quibus iure cautum reperitur, quod eorũ expreſſione facta, Princeps gratiam non conceſſiſſet. Fel. *in c. poſtulaſti. col. 4. in prin. verſ. declara ẽt, de reſcrip.* Franc. *in c. ſi motu proprio. nu. 7. verſi. tamen non omnia. de præben. in 6.* Rota *d. deciſ. 32. nu. 5. & d. deciſ. 21. nu. 7. in princip.* Caputaq. *deciſ. 46. parte 2. & deciſ. 224. p. 3.* Boſſ. *in tit. de remed. ex ſola clementia Principis. nu. 34.* Alba. *conſi. 723. num. 2.* Grat. *reſponſ. 31. num. 17. lib. 1.* Decian. *conſi. 76. nume. 7. lib. 2.* ſed ſic eſt, quod non reperitur in iure cautum, quod Princeps non remiſiſſet exiliũ, niſi eiuſdem exilij contrauentio (abſque tamen alio delicto) in reſcripto expreſſa fuiſſet; immo vt ſupra dixi, etiam quod talis contrauentio expreſſa fuiſſet, veriſimiliter etiam, & illum Princeps remiſiſſet, ex quo maiora remiſit; ergo ex taciturnitate dictæ contrauentionis gratiam non vitiari, omnino dicendũ eſt, ex præallegatis: quibus adde, quod, an Princeps, etiam expreſſa contrauentione, illam remiſiſſet nec ne, non aliunde melius ſciri poteſt, quàm conſulendo eundem Principem, prout in ijs terminis ſcripſit Couar. *variar. reſol. lib. 1. c. 30. nu. 8. ad finem*, ex Alci. quẽ allegat *in c. cùm non ab homine. num. 43. de iudicijs.* quod ſi Illuſt. D. meus Gubernator in hoc perſcrutari dignabitur mentem ſanctiſs. firmiter creditur, & ſperatur ipſum ex incredibili eius clemẽtia, & bonitate, non niſi quod ex contrauentione remiſiſſet, ſe expreſſè fuiſſe reſponſurum, & ſic omnes ceſſabunt amaritudines.

7 Reſpondetur tertio, dictam exilij contrauentionem quamuis non expreſſam, fuiſſe omnino remiſſam ex remiſſione exilij, & aliorum delictorũ capitaliũ, præſuppoſito quod in cõtrauentione non fuerint patrata alia particularia delicta: & hoc ex generali conſuetudine Vrbis, & totius ſtatus eccleſiaſtici, ſecundum quam omnes capitaliter banniti etiam ſub pęna exilij (quæ vt notum eſt vltra pęnam vltimi ſupplicij in omnibus capitalibus condemnationibus apponi conſueuit) quando à Principe remittuntur, & reſtituuntur, cenſentur etiam reſtituti, & remiſſi, non obſtante quod banno durante illi cõtraueniendo, verſati fuerint in loco, a quo banniti fuerunt, & etiam quod in gratia nulla fuerit facta mentio contrauentionis prædictę; ſic enim omnia Vrbis tribunalia plena ſunt huiuſmodi gratijs, in quibus nunquam reperietur expreſſum quod bannitus exilio contrauenerit; notoriaque in hoc eſt cònſuetudo, & ſtilus, ideo probatione non indiget, & de ea poterit Illuſtriſs. D. meus ſe extraiudicialiter informare. Bald. *in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc. in fine.* Grat. *reſponſ. 78. num. 1. par. 2.* Vant. *in tit. de nullit. ex defect. proceſſ. & ſolemnit. ſenten. num. 86.* Hercul. de Silueſtr. *conſ. crim. diuerſo. 97. nu. 9. lib. 2.* Rol. *conſ. 44. nu. 36. lib. 1.* Rota Lucen. per Ludou. *deciſ. 36. nu. 15. par. 1.* & conſequenter non vitiari gratiam remiſſionis exilij, non facta expreſſione illius contrauẽtionis, quoniã de ſtilo, & cõſuetudine talis contrauentio exprimi nõ ſolet, & ea non expreſſa, Principem ſolitum eſſe indulgere, & remittere dubitandum non eſt, ex trad. per Præpoſit. Alexand. *in c. nos cõſuetudinem. nu. 3. col. 2. ante finem, verſ. aut interpretatio fit à conſuetudine. diſtinct. 12.* Fel. *in c. in noſtra. num. 19. de reſcrip.* Siluan. *conſ. 50. nu. 17.* Boſſ. *in tit. de remed. ex ſola clemen. Principis. num. 8.* Menoc. *d. caſ. 201. poſt nu. 27. verſ. aliqua vero, & nu. 31. in fi. principij.*

8 Et facit ratio, quia cõtrauentio exilij eſt quid conſequutiuum, & acceſſorium ad ipſum exiliũ; nec ſupplicanti remiſſionem exilij ipſius exilij remiſſio ſuffragaretur, niſi etiam, & præcedens contrauentio remiſſa fuiſſet; & propterea ſubintrat alia concluſio, quod diſpenſatio, ſeu gratia trahitur etiam ad non expreſſa conſequutiua ſiuè acceſſoria, quando ſine illis gratia redderetur inutilis, & ſuum non ſortiretur effectum, ſecundum Io. Andr. *in c. cum ex eo. nu. 4. verſ. ex contrario etiã. de electionibus in 6. & in cap. acceſſorium. in prin. nu. 3. & ſeqq. de reg. iur. in 6.* Præpoſ. *in d. c. nos conſuetudinem. num. 6. col. 3. poſt med. verſic. aut quærimus an diſpenſatio extendatur, et colum. 4. poſt principiũ. verſic. aut agitur de ea extendenda, diſtinct. 12.* & hinc dixit Boſſ. *in tit. de remed. ex ſola clemen. Principis, nu. 70.* quod ſecuritas conceſſa pro maioribus criminibus, cenſetur etiam conceſſa pro minoribus non expreſſis, ex Bald. quem allegat *in conſi. 413. confeſſus fuit. nu. 3. lib. 5.*

9 Reſpõdetur quarto, quod millies dato, quod per vltimam gratiam non cenſeretur remiſſa cõtrauentio exilij, nec pœna reincidentiæ ob contrauentionem impoſita, adhuc tamen cum ante remiſſionem dicti exilij curia non proceſſerit ad dictam contrauentionem, non poteſt ideo amplius hodie procedere, ex quo res peruenerit ad illum caſum, à quo proceſſus incipere non poterat (Non enim exilio exiſtente dari vllo pacto poteſt de illius contrauentione) arg. tex. *in l. pluribus. §. & ſi placeat*, & ibi Bar. Ang. Aret. & Paul. de Caſt. in ſumm. & Alber. *nume. 3. ff. de verbor. oblig.* qui omnes præcipuè loquuntur, quando diſpoſitio iam imperfecta, & non conſumata perueniſſet ad illum caſum, à quo incipere non poterat; & ſic procedit cõcluſio, etiam quod iam fuiſſet inceptus proceſſus, & non perfectus, quia remiſſo exilio, nec amplius perfici poterat, ex præallegatis; quæ eo magis militant in caſu noſtro, in quo pęna reincidentiæ in caſu contrauentionis exilij, non fuit impoſita ipſo iure; & propterea ad illius incurſum requirebatur ſententia; niſi aliter & expreſſe in adiectione pęnæ fuerit dictum, glo. *in c. in pœnis. de reg. iur. in 6. & in c. cupientes. §. ſi verò. in verbo, punientur. de electionibus in 6. & in c. 2. §. inhibemus. in verbo, innouetur. de hæreticis. in 6.* Bal. *in l. 1. in 2. oppoſi.* & ibi Iacob. de ſanct. Georg. *in 2. notab. C. ne liceat potentioribus.* Tiraq. *de reuoc. donat. in verbo, reuertatur. nume. 46.* Petr. à Plach. *in epith. delictor. c. 11. nu. 2. verſ. in dubio conſtantiſſimum eſt.* ſed ſic eſt quod tempore remiſſi exilij, etiam quod fuiſſet formatus proceſſus, non data adhuc ſententia, pęna non poterat dici perfecta,

& con-

& conſumata: ergo fruſtra hodie agitur ad illius exequutionem, re nō amplius exiſtente integra, & peruenta ad illum caſum, à quo nullo pacto incipere poterat.

10 Reſpondetur quinto, quod nec etiam tractari poteſt de contrauentione dicti exilij, cum illud minimè fuerit intimatum ipſi D. Proſpero, prout intimari debere, ad hoc, vt contraueniendo quis teneatur ad pęnam, & de iure, & de ſtilo notiſſimum eſt; fuit enim D. Proſpero impoſita pœna reincidentiæ, ſi exilium non ſeruauerit; quare ſuccedit concluſio, quod vbi in aliqua diſpoſitione negatiua adiūgitur pęna, illa non incurritur, niſi præcedat monitio. Innoc. *in capit. extirpandæ. num. ſecundo, verſi. item hæc habent locum*, & ibi Hoſtien. *nume. 16. in fine, & ſeqq.* Ioan. Andr. *nume. 11. extra de praben.* Felyn. *in cap. 1. num. 12. verſic. nec obſtat. de conſtit. & in conſi. 74. nume. 11.* Nec dicat fiſcus monitionem, ſeu intimationem non fuiſſe neceſſariam, ſtante quod D. Proſper nō poteſt allegare ignorantiam huius exilij, cum iam gratiam in publicam formam extraxerit, & illam pęnes ſe retinuerit: vbi enim monitio, ſeu intimatio eſt neceſſaria, ibi ſcientia non ſufficit, præſertim ad incurrendum pœnā. Bart. *in l. denunciaſſe. §. quod ergo nume. 1. verſi. quandoque requiritur*, & ibi Ang. *nume. 3. verſic. ſequitur &c. ff. ad l. Iul. de adulter. & in cap. 2. §. fina. in fine, & ibi addentes littera G. teſtantur de communi. ff. ſolut. matrim.* Bald. *in cap. ad hoc. num. 19. in fine. tit. de allod. & in c. 1. nu. 3. tit. ſi vaſſall. ab aliq. interpell. in vſib. feudor.* Alex. *conſi. 24. nu. 5. lib. 4. & eſt glo. in clem. cauſam. in glo. fina. de electione.*

11 Reſpondetur ſexto (& in hoc ſupplicatur aduerti in facto) quod ante ſecundam gratiam, in qua D. Proſpero fuit remiſſum exilium, dummodo ſeruet relegationem Auinionenſem ſibi iniūctam, nunquam Dom. Proſper dicto exilio contrauenit, (contrauentionem pro parte fiſci prætenditur poſt ſecundam gratiam, & non antea) Ideo neſcio videre, quomodo fiſcus poſſit prætendere pœnam reincidentiæ ob contrauentionem exilij, ſi dicta pœna iam fuerat ſublata, & remiſſa vna cum exilio per ſecundam gratiam, & hoc in facto non habet difficultatem; quod ſi dicat, ſe prætendere pœnam non ſeruatæ relegationis, & tunc dicat etiam, quænam pœna fuit impoſita tali caſu, inſtet pro illa, & reſpondebitur; & ſi forſan dixerit, quod ex quo D. Proſper non ſeruauit relegationem ſibi iniunctam in ſecunda gratia, idcirco eadem gratia, & remiſſio exilij cenſeatur reſoluta per non adimplementum cōditionis, & tunc reſpondeo, nō eſſe verum, quod dicta gratia, ſeu remiſſio exilij fuit cōditionalis, ſed bene modalis, per dictionem dummodo, quæ in gratia appoſita conditionem, ſed modum importat. Bar. *in l. quibus diebus. §. fina. ff. de conditio. & demonſtratio. & in l. cum ab ea. per illum text. in ſummario. ff. de contrahen. empt.* Aret. *in l. ſi ita quis §. Seia cadit. ff. de verbor. oblig.* & conſequenter per non adimplementum modi diſpoſitio non reſoluitur, nec ſuſpenditur. Bart. *in d. l. quibus dieb. §. Termilius. num. 1. in fine. ff. de conditio. & demonſt.* Ang. *conſi. 289. in princ.* Duen. *conſi. 20. nume. 2. & ſeqq. lib. 2. & conſi. 215. num. 6. & nu. 10. lib. 1. & conſil. 63. nume. 1. lib. 4.* poterit itaque fiſcus agere ad modi implementum, non autem dicere gratiam, ſeu remiſſionem exilij euanuiſſe, propter modi non adimplementum.

12 Ex quibus omnibus, quorum vnumquodque de per ſe ad victoriam ſufficit in hoc capite prætenſæ ſurreptionis, ſeu obreptionis gratiæ ipſum D. Proſperum de iure fore, & eſſe abſoluendum cenſeo, prout etiam in dubio ita fieri debere probat vulgaris tex. *in l. abſentem. ff. de pœnis.* L. D.

Vtinam in hac cauſa non ſuperueniſſet confeſſio huius Illuſtris viri de alijs delictis, pro quibus detinebatur, quia ex prætenſa gratiarum prædictarum ſurreptione, non fuiſſet vltimo ſupplicio affectus, cum ageretur coram ſanctiſſimo, & iuſtiſſimo Principe, ac integerrimo D. mei Ferranti Tabernæ, Vrbis Gubernatore.

ARGVMENTVM.

De militari dignitate multa explicātur notabilia, & precipuè in quibus militibus eadem dignitas locum habeat, & an etiam illi milites qui vulgo dicuntur lance ſpezzate, dicantur in dignitate conſtituti ad effectum vt cōprehendantur in ſtatuto loquente de dignitate fulgentibus, quod alijs precedere debeant.

SVMMARIVM.

Militia non eſt dignitas. nu. 2. & nu. 10.
Coquus Principis dicitur habere dignitatem. nu. 3.
Miles electus à Principe ad cuſtodiam ſuæ perſonæ dicitur habere dignitatem, & ſeq. omnibus.
Miles in ordine equeſtri poſitus dicitur eſſe in dignitate. nu. 4.
Doctor creatus a Principe præfertur militi nobili, & ſanguine decorato. nu. 4.
Doctor dicitur eſſe in dignitate, & doctoratus dicitur dignitas. num. 5.
Doctor non poteſt exercere officium notarij. num. 5. & in addit. littera A. vbi etiam an notariatus ſit dignitas, & alia ad materiam.
Miles nō poteſt exercere officium procuratoris. nu. 5. & in addit. lit. B. vbi etiam an procuratoris officium ſic dignitas.
Clericus non poteſt eſſe procurator, niſi in pijs cauſis, & pro miſerabilibus perſonis. num. 6. in fine, & in addit. littera C. vbi materia.
Arma legibus indigent, & econtra. nu. 6.
Doctor, & miles æquiparantur, & diſpoſitum in vno procedit etiam in alio. nu. 6.
Princeps poteſt in ſuo ſtatu dignitatem conferre. nu. 6.
Princeps in poſitiuis poteſt omnia, & eſt ſuper omnia ſicut Papa. nu. 6.
Principis poteſtas magna ipſiq; leges ſunt ſubiectæ. nu. 6.
Princeps ſupremus poteſt mutare naturalia, accidentalia, & ſubſtantialia. nu. 6.

Duces.

Duces, Comites, & Marchiones in eorũ Ducatu, Comitatu, & Marchionatu dicuntur Principes, quando ſunt perpetuo inueſtiti, poßuntque in eorum ſubditos omnia ea, quæ poteſt imperator. nu. 6.

Imperator dicitur Dominus totius orbis. nu. 6.

Statutum poteſt concedere dignitatem illam non habenti. nu. 6. in fine, & nu. 10.

Milites fiunt à Principe. nu. 7.

Miles vnus de conſuetudine facit alium militem. nu. 7.

Dignitatem aliquam habentes præcedere debent alijs etiam quod ſint maiores natu. nu. 8.

Dignitatum ordines ſeruandi ſunt. nu. 8.

Lex quamuis dura ſeruanda eſt. nu. 8.

Principis honor augetur, & dignitate ſeruientium. nu. 9.

Princeps pro ſuo ſeruitio debet eligere nobiles, et probatas perſonas. nu. 9.

Princeps ad ſui corporis cuſtodiam debet eligere viros fortes, & deuotiſſimos. nu. 9.

Principis perſonæ cuſtodiam habentes dicuntur eſſe in magna dignitate. nu. 9.

Dignitas, quæ prouenit a Principe maior eſt alijs dignitatibus a Principe non prouenientibus. nu. 9.

Principis perſonam cuſtodientes dicuntur protectores, potiunturque multis priuilegijs. num. 9. in fine, & maximè honorandi ſunt.

Statutum generaliter loquens generaliter intelligi debet. nume. 10.

Milites priuati, & pedeſtres dicuntur eſſe in aliqua dignitate: ſecus verò equeſtres, & principum cuſtodes. nu. 10.

Officium dicitur habere dignitatem ſi ita publicè reputatur ex conſuetudine loci. nu. 10.

Milites inſeruientes cuſtodiæ principis, potiuntur eodem priuilegio, quo potiuntur militantes in caſtris. nu. 11.

Lex ſine diſtinctione loquens non debet cum diſtinctione intelligi etiam quod maior ratio eſſet in vno caſu, quã in alio. nu. 11. in fine.

Ceſſante cauſa non ceſſat effectus, quando aliquæ remanent reliquiæ præcedentis cauſæ. nu. 12.

Milites gaudere priuilegijs militantibus quandiu viuunt, non autem quandiu militauerint. num. 12. vbi declaratur hoc procedere, dummodo habuerint a principe licentiam redeundi ad patriam.

Doctor, ſeu ſtipendiatus conſequitur ſalarium, etiam pro tempore abſentiæ, cum de licentia Domini receſſit. nume. 12. in fine.

Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi. nu. 12. in fine.

Priuilegio ſuo renunciaſſe dicitur, qui in contingenti caſu ipſo priuilegio vſus non eſt. nu. 13.

Ignorantia iuris milites excuſat. num. 13.

Priuilegium an & quando tollatur per vnicum contrarium actum. num. 13.

CONSILIVM XCIIII.

Reſponſum incerti D. Conſulentis in propoſita materia.

1 ADSIT DEVS, Qui eſt veritas. Extat ſtatutum in ciuitate Fori Sempronij diſponens, quod ſi quis aliqua fulſerit dignitate, vt doctoratus, militiæ, & comitatus, alios in ſedendo, & ambulando præcedere debeat. Quidã nomine Tiraquellus fuit Miles Sereniſſimi Do. N. Ducis Vrbini creatus, vt vulgo *Lanza ſpezzata*, & inſeruiuit eidem per annos quatuor diu, noctuque armis, & equis, quæritur ex quo ab ipſo Sereniſſimo fuerit ſtipendiatus ad cuſtodiam ſui corporis, militiaque equeſtri vſus fuerit per dictum tẽpus, an dictũ Tiraquellum dicatur fuiſſe dignitate, & conſequenter eum poſſe, debereque præcedere alios in ſedendo, & ambulando in ciuitate Fori Sempronij, in qua oriundus eſt.

2 Chriſti nomine repetito, Reſpondetur, quod licet militia non ſit per ſe dignitas, vt dicit Bart. *in l. ex eo tempore. in princip. ff. de teſtamen. milit. per l. fina. C. qui mil. poſſ. libro 10. & de equeſt. dignit. l. 1. eo lib.* videndus eſt Felyn. *in capit. clerici. in fin. 1. colum. extra de iudic.* Nihilominus, quia dictus Tiraquellus fuit creatus, & deputatus Miles a Sereniſſimo D. N. Duce, pro eius ſeruitio pro tuenda eius perſona, eiuſque ſtipẽdium acceperit per dictum tempus quadriennij, dicendum eſt, ob huiuſmodi officium dictum Tiraquellum fuiſſe in dignitate militari, his ſequentibus fundamentis, & rationibus.

3 Nam videmus, quod Coquus Principis, qui vtitur artificio ſuæ perſonæ in parãdis cibis pro eius menſa, & conſeruatione vitæ illius, dicitur eſſe in dignitate, vt inquit Bald. *in cap. 1. quis dicat com. vel March. in vſibus feud.* ergo tanto magis dici debet in dignitate militiæ dictus Tiraquellus, qui obtulit ſe paratum exponere vitam propriam pro conſeruatione vitę ſui Sereniſſimi Principis, qui ſi non cognouiſſet ipſum Tiraquellum dignum, vtique ipſum non elegiſſet in militem; ergo dici debet dignus illo honore, & eſſe in dignitate militiæ, poſtquam ipſum elegit. 17. *quaſt. 4. cap. ſi quis ſuadente. in fine gloſſ.* Vnde ſicut Miles exponendo vitam propriam pro ſeruitijs vitæ ſuperioris ſui, eſt dignior rebus, ita debet dici & ipſe magis dignus Coquo, qui abſque periculo, & aliquo diſcrimine vitæ ponit dũtaxat miniſterium, & operam pro ſuo Principe; perſona enim rebus præferenda eſt, vt dicit Imperator *in inſtit. de iur. perſonar.*

4 Et quod Miles, & maximè in ordine equeſtri, prout fuit dictus Tiraquellus, dicatur eſſe in dignitate, illaque fulgere, nos videmus a pluribus hæſitatum fuiſſe, an Doctor creatus à Principe præferatur militi nobili, & ſanguine decorato: & talis quæſtio ſic deciditur, quod in actibus militaribus præfertur miles: in actibus verò litteralibus præferatur Doctor, vt ſingulariter determinat Felyn. *in c. quanto. de Magiſt.* & in actis ambiguis, promiſcuis, & indifferentibus, quaſi ex præmio ſcientiæ literalis, maximo labore, & propria virtute acquiſito, pręferri debet Doctor: & quod Miles præcederet Doctori, quando priuilegia talis militis eſſent magis antiqua, & immutabilia, & perpetua, ſic tanquam magis dignus altiori loco ſedere deberet, & collocari. arg. *l. 3. ff. de interdict. & releg. & in l. 1. §. penult. ff. de aqua pluuia arc. & in l. Diuo Marco. C. de quaeſt. & in l. fina. C. de Tiron. lib. 11. cum ſimil.* Anto. Gomez. *in comment. l. 33. quæ eſt fin. tauri in fin. ſui oper.* & Nicaſ. *inſtit. de de militar. teſtament. in prin.*

5 Vnde cum Miles concurrit cum Doctore, & æquiparetur à præfato ſtatuto, Doctor dicitur eſſe in dignitate, quia Doctoratus eſt di-

gnitas,

gnitas, vt not. Barto. *in l. conſtit. C. verſicu. quaro circa hoc*, vbi allegat text. *in capit. quanto. de Magiſt.* vbi Abb. hoc tenet, & communem dicit opinionem Dec. *in conſilio 160. nume. 2.* & ideo non
a poteſt Doctor exercere officium notarij. [a] Dec. *in capit. ex litteris. nume. 16. extra de probat.* ſicut Miles non poteſt exercere officium procurato-
b ris. [b] & ratio eſt, ne reuocetur a militia in damnum Reipublicæ, vel Principis, quibus inſeruit armis, & equis, vt dicit *glo. in l. militem. C. de procurat.* & idem dicitur de milite cœleſti, qualis eſt cle-
c ricus [c] in ſacris ordinibus conſtitutus, *vt l. filius familias. §. Veterani, & ibi gloſ. in verbo, proſequatur. ff. de procurat.* niſi in pijs cauſis, & pro miſerabilibus perſonis. Nicaſ. *inſtit. de except. §. praeterea. num. 1. & 5.*

6 Et Sereniſſimus Princeps motus fuit condere tale ſtatutum, æquiparando Doctoratus dignitatem militiæ, optima ratione, quia ſicut arma, & leges fraternizant, quia arma legibus indigent, & econtra, *vt in proœm. inſtitut. & ibi gloſſ. C. de Iuſtin. C. confirm.* ita quod eſt diſpoſitum in doctore, cenſetur eſſe diſpoſitum in milite, cum à ſtatuto dignitas Doctoratus, & militiæ æquiparentur. gloſſ. ſing. ſecundum Petr. de Anchar. *in cap. ſi poſtquam. §. fina. de elect. in 6.* facit gloſſ. *in Clement. Abbates. de reſcrip.* & latè Iaſ. *inſtit. de act. §. ex maleficijs. numero 39.* ergo ſequitur, quod Miles, qui fuit creatus à Principe in ordine equeſtri, pro tuenda eius perſona, debeat præcedere in ſedendo, & ambulando alijs militibus ab alijs creatis, & non habentibus talem dignitatem vel officium, vt videtur annuere ſtatutum ipſum; Princeps enim potuit ex diſpoſitione ſtatuti conferre in ſuo ſtatu, ac ciuitate Fori Sempronij dignitatem militibus, & maximè iis, qui inſeruierunt perſonæ ipſius, quia Princeps in poſitiuis poteſt omnia, & eſt ſuper omnia, ſicut Papa. Bal. *in cap. 1. qualiter dom. propr. priuat.* & poteſt mutare quadrata rotundis, & non poteſt lex ſibi imponi cum Deus ſubiecerit ſibi leges, & canones, & poteſt Princeps mutare ſubſtantialia, vt latè per Curt. ſen. *conſilio 49. nume. 20.* & Dux Vrbini Sereniſſimus in ſuo Ducatu tenet locum ſupremi Principis, cuius poteſtas eſt tanta, quod poteſt mutare naturalia, accidentalia, & ſubſtantialia. gloſſ. *in cap. 1. extra de Capell. Monach.* & d. Curt. vbi ſupra *nume. 41.* quia Duces, Comites perpetui, ſiue Marchiones perpetuo conſtituti, cenſen-
d tur Principes [d] in ſuo Regno, Ducatu, Comitatu, & Marchionatu, & omnia poſſunt in ſubditos eorum, quæ poſſet Imperator in toto Orbe, qui dicitur Dominus totius Orbis. *l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iact.* & hoc procedit in conſequentiam dignitatum eis perpetuo conceſſarum, ita Paul. de Caſtr. *conſilio 225. incip. ſuper primo dubio. in 3. colum. & apertius in vltim. colum.* quem refert Alexand. *conſilio 2. in 1. volum.* & Curt. *in dict. conſilio 49. nume. 50.* & conſequenter potuit facere tale ſtatutum. *§. quod Principi. inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* & potuit talem dignitatem, vel officium militi concedere, vt dicit Spec. *in titu. de ciuit. §. 1. verſ. porrò.*

7 Ergo Miles Tiraquellus præferri debet alijs militibus ab alijs creatis, quia de iure milites fiunt à Principe ex conſuetudine; vnus Miles facit alium militem. *l. ex eo. ff. de milit. teſtament.* qui Tiraquellus cum etiam nobilis, & eius nobilitas, & dignitas aucta fuerit per Principem, conſequẽter reddit eum digniorem, & nobiliorem, vt dicit Soc. *in conſi. 128. incip. Præſtantiſſime. in verſic. primo, quia principium. volum. 1. & in conſi. 288. circa primum. verſ. ſed & præmiſſa circa med. volum. 2.*

8 Animaduertendum quoque eſt, quoniam illi, qui ſunt in dignitate aliqua, præcedere debent alijs, qui talem non habent, etiam quod ſint maiores natu. *l. 1. & 2. ff. de alb. ſcriben.* quia dignitatum ordines ſunt ſeruandi. *rubr. eſt expreſſa. C. vt dig. ordo ſerue. lib. 12.* & ſecundum dignitatem ſuã eſt honorandus aliquis in ſede. glo. *in c. cum olim. de conſuet. extra.* & ſuper impedimento prælationis poteſt iudex audiri, & eius officium implorari, vt dicit Ioan. Fab. & Ang. *in §. aliam verò. in gl. ſuper verbo, altiori. inſtit. de bon. poſſ.* & quia ſtatuta loci præcisè ſunt ſeruanda, & eius verbis inhærẽdum, quia prætor, & magiſtratus ciuitatis iuraue runt illa ſeruare, ideò non debent ab illis recedere, quia lex quantumcunque dura, eſt ſeruanda. *L. proſpexit. ff. qui, & à quibus.* ita Bald. *in l. quid ergo. §. pœna grauior. 2. Lectur. colum. 3. ff. de his qui not. infam. & in l. 1. C. ſi aduerſ. delict.* & ſtatuta determinant, quod milites, Doctores, Comites, qui fulſerunt aliqua dignitate militari, debent cõtra alios ſibi non pares, vti huiuſmodi Priuilegio.

LAVS DEO.

Aliud Reſponſum in eadem materia cum ſubſcriptionibus Excellentiſſimorum virorũ DD. Scotti, & Fagnani.

9 ADSIT DEVS. Auxilium à Domino. quod ſtatutum ciuitatis Fori Sempronij diſponens, dignitate fulgentes, vt Doctores, milites, & Comites alijs in ſedendo, & ambulando anteponendos eſſe, complectatur milites illos di ctos *Lanze Spezzate*, qui ad cuſtodiam ſui eligi ſolent, & de nobilibus, & illuſtribus familijs, à Sereniſſimo D. N. Vrbini Duce, & generoſis ſpumãtibus equis vecti, latera ipſius cuſtodiũt, cum iter facit: ita clarum videtur, vt nulli dubitationi locus relictus videatur, præſertim poſt tot rationes adductas ab eximio viro ad fauorem nobilis viri, in cuius ſententiam, & ipſe tranſeo libentiſſimè, per quam ipſius Principis dignitas quodammodo augetur; nam vt oſtendit Caſſane. *in ſuo tractat. de gloria mundi, parte 5. conſi. 19.* Honor Principis augetur per dignitatem ei ſeruientium præſertim cum eliguntur nobiles, probatque perſonæ, vt ſit à Sereniſſimo Duce noſtro, & fieri debere dicit Bald. per illum tex. *in l. omnium. in princ. C. de teſtamen.* Principis enim maximè intereſt, ad cuſtodiam ſui corporis eligere viros fortes, & deuotiſſimos, & vt nobiles eſſe ſolent, quibus honor eſt deferendus, & eo maior, cum ob ſingularem

rem induſtriam, explorata eorum fide, & nobili-
tare ad tanti muneris dignitatē, vt eſt cuſtodire
perſonam Principis, ab ipſomet Principe electi
ſunt, arg. *l. 1. in fi. ff. de offi. præfect.* confert *l. vni. C.*
de præpoſi. labo. li. 11. ibi, qui iudicio noſtro promouen-
tur. in eademque. l. dicitur, eos immunitate, & priui
legijs honoribuſq; dignos eſſe, quos Principis la
teris comitatus illuſtrat, & Luc. de Pen. *in l. vni.*
C. de equeſ. digni. li. 12. affirmauit alijs preferri, qui
a Principe eliguntur; alia.n. claritas a ſole prouc-
nit, & maior quam a luna, & ſtellis, & tex. *in l. ne-*
mo præfectus. in fine. C. de digni. li. 12. dicit, ſit digni-
tas, quæ nobis iubentibus ſuſtinetur, ideo cum dictū
genus militum vulgo dictū *Lance ſpezzate* a Du-
ce noſtro ſuſtineatur, magnaq; cum induſtria, &
inquiſitione eligatur, profecto habet in ſe digni-
tatem propriè quidem, & non largè ſumptā mo-
do illo, quo dicūt Doctores, etiam Coquū Prin-
cipis eſſe in dignitate; & ideo dicti milites pluri-
mum ſunt honorandi, vt per Caſſan. in loco ci-
tato. Hinc tales Principis perſonam cuſtodien-
tes, dicuntur protectores, vt docet Luc. *in l. 1. C.*
de domeſt. & protect. lib. 12. & per conſequens cō-
petūt eis multa priuilegia in dicto titulo enume
rata, & *in ead. l. 1.* dicitur ſacrilegij inſtar eſſe, iſtis
honorificentiam non deferre, & *in l. 2. & ſeq.* pro
bari videtur, hoſce milites in dignitate eſſe, ergo
a lege municipali prędicta comprehenduntur ſi-
cut Doctores, alijque in dignitatē conſtituti.

10 Et ſuperuacaneum eſſe arbitror quærere, vtrū
militia ſit dignitas, quia etiam quod nō eſſet re-
gulatiter, per *l. ſi quis in conſcribēdo, C. de pact. cum*
vulg. ſat eſt in hoc militiæ genere dignitatē verſa
ri per iura paulo ante adducta, & lex ipſa munici
palis id præſupponit, cū generaliter loquatur; er-
go generaliter eſt intelligenda. *l. 1. §. generaliter.*
ff. de leg. præſt. vt ſaltem comprehendat ſi non om
nes priuatos milites, ac pedeſtres, ſaltē equeſtres,
& Principum cuſtodes, cum ſint in dignitate, vt
per Cōna. *li. 4. iuris ciuilis. c. 15.* iſtis igitur honor
præſtandus eſt in ambulando, & ſedendo; nā de-
cet eos honore afficere, quos Princeps honorare
non eſt dedignatus, ſed ad honores elegit, cōcur-
rente præſertim diſpoſitione ſtatuti, a quo poſ-
ſunt nouæ dignitates conſtitui, quæ non ſint
de iure communi, vt bene oſtendit Bartol. *in l. 1.*
num. 83. loquendo in puncto & terminis noſtris. C. de
dignit. li. 12. & inferius in eadem *l. numero 97.* con-
ſtituit hanc regulam, ad cognoſcendum, ſi offi-
cium habet nobilitatem, & dignitatem annexā,
illud officium inquit, habet in ſe nobilitatem,
ſeu dignitatem annexam, quod in loco, vbi de
hoc agitur, reputatur habere; ſubditque ibi Bar.
dignitatem conſiſtere in acceptatione eius, qui
poteſt eam tribuere, quare cum certum ſit, ante
dictos milites tanquam reuera nobiles, & illu-
ſtris generis plerunque (Nam Dux noſter inter
iſtos habuit, habetque plures comites iuriſdi-
ctione) haberi pro nobilibus, & eis vti in digni-
tate conſtitutis, magnum honorem deferri, quia
a Principe ad tantum munus electi, ac accepta-
ti fuerunt, conſtat, nos eſſe extra omnem diffi-
cultatem.

11 Nec obſtat, quod in caſtris non verſantur, per
tex. notabilem *in l. vnic. C. de caſt. omni palat. pec. li.*
12. vbi dicit Imperator, quid tam ex caſtris eſt
quam quod nobis conſcijs, ac propè ſub conſpe-
ctibus noſtris acquiritur, & inferius hæc notata
digna verba habentur, alieni nō ſunt a puluere,
& labore annorum, qui Principi præſto ſunt, er-
go vti Duces in caſtris verſati cum ſint in digni-
tate ſicut ipſi, potiri debent priuilegio ſtatuti in
ambulando, & ſedendo, cæteriſq; ſimilibus acti-
bus, eo magis, quia dummodo milites ſint in di-
gnitate, lex municipalis nullā diſtinctionem fa-
cit, vnde nec nos debemus diſtinguere. glo. *in l. 1.*
§. quod autem. ff. de alee viſu. & aleat. & no. in l. 3. ff.
de off. præſid. et quod maior ratio eſſet in vno ca-
ſu, quam in alio. Grat. *conſi. 44. nu. 8. lib. 1.*

12 Et ſi diceretur, nobilē hunc virum in præſen-
tia vti non poſſe priuilegio dicti ſtatuti, quia nō
ſeruit amplius in eo militiæ genere; vnde ſubin-
trat notiſſima illa regula, ceſſante cauſa, ceſſat ef
fectus; Reſponderi poſſet, reliquias præcedentis
cauſæ ſuſtinere effectum illius, vt per Decian. *re-*
ſpon. 14. nu. 39. vol. 3. & ſufficit vt cauſa tempore
debito affuerit, licet poſtea ceſſet, vt copioſè do-
cet Tiraq. *in tract. ceſſan. cauſ. limit. 4.* & in pūcto,
quod milites priuilegijs potiantur, nō quandiu
militauerint duntaxat, ſed quandiu vixerint, o-
ptimè probat tex. *in l. eam legem. C. de excuſa. mun.*
lib. 10. quod puto habere locum, cū ab ipſo Prin-
cipe miſſionem obtinuerunt, & licentiam in Pa-
triam redeundi, per text. *in l. vlt. C. de priuil. eorum*
qui in ſac. palat. li. 12. ſed dictus nobilis eam obti-
nuit, & cum bona venia Sereniſs. iuſtis, ac legiti-
mis cauſis in Patriam remiſſus fuit, ad eamq; ſui
Patris iuſſu reuocatus, merito &c. Et hinc eſt ꝙ
Doctor, ſeu ſtipendiatus conſequitur ſalarium
etiā pro tempore abſentię, cum de licentia domi
ni receſſit. Bal. *in l. ſi ea conditione. C. de condi. inſert.*
ſequitur Roman. *ſingul. 453. incip. Doctor accidit.*
quod ſtatutum dat præcedentiam illis, qui fuiſſe-
runt aliqua dignitate, & ſic per verba præteriti
temporis, vnde ſubintrat notum illud, qualitas.
adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus
verbi. *l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxalibus a-*
ctio. l. Titius. ff. de milit. teſtam.

13 Et ſi iterum diceretur, nobilem iſtum virū ſe-
mel paſſum fuiſſe alium ſibi præponi, nec fuiſſe
vſum beneficio ſtatuti, & ideo eo nunc vti non
poſſe, ad not. per Fely. & alios *in c. cum acceſſiſſēt.*
extra de conſti. Reſponderi poſſet plurib. modis,
& primo quod dictus nobilis ignorauit diſpoſi-
tionem ſtatuti; ideo ea vſus non fuit, eique tan-
quam militi talis ignorantia non nocuit, vt non
poſſit eam allegare; quamuis enim quiſq; tenea-
tur ſcire leges. *l. leges. C. de legibus,* milites tamen
non tenentur, vt per gl. *in l. fi. in prin.* in verbo, ar-
ma, per illum tex. *C. de iur. deliber.*

14 Secundo rūdetur, tunc amitti priuilegiū, cum
effectus illius reiterationē nō recipit, alias per v-
nū actū contrariū non tollitur, vt per oēs *in d. c.*
cum acceſſiſſent, & eo magis, cū priuilegiū eſt gñ-
rale, vt eſt in caſu noſtro; & pōt exemplificari ſi
qs haberet priuilegiū ne teneretur ad aliqua mu

nera publica; tunc.n.ſi quis ſponte acceptauit aliquod munus, non præiudicat ſibi in alijs, nec &c in illo, ſi denuo vocetur ad illud, vt per Alexã. alios congerentem *conſ.33.incip. ponderatis.nu.4. et ſeq.li.5.per tex.in l.voluntariè.C.de excuſ.tut.*vbi gl.Cyn.Bal.Salyc.& alij; quo circa nobilis prædictus quamuis propter eius modeſtiam paſſus ſit alium ætate grandiorem ſibi in ſedẽdo, & ambulando præponi, non propterea amiſit beneficium ſtatuti, vt poſthac nõ poſſit conſequi præcedentiam ſibi iure debitam. LAVS DEO.

Secundum ea quæ proponuntur arbitror deducta per D. Conſultorem tanquam iure conſona ſubſiſtere, ideo de ſubſcriptione requiſitus proprio nomine me ſubſcripſi, Ego Bernardinus Scotus Sacræ Aulæ conciſtorialis, & Catholicæ Maieſtatis in curia aduocatus.

Eidem opinioni tanquam rationi conſentaneæ requiſitus ipſe quoque ſubſcribo, Ego Ioannes Franciſcus Fagnanus ſacræ Congregationis Concilij Secretarius.

ADDITIONES.

a *Officium notarij*. Notarij officium an ſit vile, & an nobilis efficiatur ignobilis exercendo officium notariatus, ponitur hæc materia per Aret. *in §.cum autem.num.8.inſt.de adop.*Aym.*conſ.163.nu.1.lib.1.*Rom.*ſing.* 814. Gnid. Pap.*q.399.*Couar.*pract.quæſt.c.19.nu.5.& ſeq.*Mantua.*conſi.96.num.4.*Cæph. *conſi.228.nu.12.lib.2.*Viui.*commun.opinion.547.num.1.& ſeq.*Soarez.*in commun.opin.verb.notarius.nu.37.*Rol.*conſi.66.nu.38.& ſeq.lib.1.& conſi.79.nu.51.& ſeq.lib.2.& conſi.87.nu.5.& ſeq. lib. 3.* vbi præcipuè de notario ad latus Principis ad banchum iuris, & in curia Papæ Imperatoris, vel Regis.

Et apud præfatos Doctores reperies etiam, an notarius poſſit eſſe is, qui infamis eſt, & an notarij infamis inſtrumenta valeant nec ne, de quo præcipuè vide Soarez, & Couar.in locis præcitatis, Diaz.*reg.493.*& ante iſtos Bar.*in l.3. §. hac lege.nu.4.ff.ad l.Iul.repet.* Aret. *in §.quibus.inſtit. de capit.demin.*Aluar.*conſ.crim.67.nu.14.& ſeq.lib.1. in paruis.*Io.de Anan.*in c.fraternitatis.nu.8.de hæret.*Io.de Platea *in l.1.num.2. C.de immuni.nemin. conced.lib.10.& in l.ſi aliquid.C.de ſuſcept. & arcar. eodem lib.*Caſt.*in l.& militibus.nu.5. C.de milit. teſtam.*Fely.*in d.c.fraternitatis.nu.70.*Alex.*conſ.80. nu.3.lib.3.*& de eodem vide etiam Rol. *d.conſ.87. num.5.& ſeq.lib.3.*

b *Officium procuratoris*. Procuratoris officium an ſit vile, & an is qui infamis eſt, poſſit illud exercere, vide Doct. alleg. in præcedenti additione, qui in ſimul loquuntur, tam de notario, quam de procuratore, & in ſpecie Iaſ. *in rub. C.de procurat. nu.5.*Fran.Turzan.*opin.85.*Rol.*d.conſi.66.nu.38. & ſeq.libro* 1.

c *Clericus*. De clericis, ſeu monacis an poſſint eſſe tabelliones, ſeu procuratores, vide Rom.*ſing. 277.& ſeq.*Capra *conclu.85.nu.10.& ſeq.*Couar. *pract.quæſt.cap.19.num.8.*

d *Principes*, Duces, Comites, & Marchiones, perpetuo inueſtiti, an, & quando poſſint in eorum Ducatu, Comitatu, & Marchionatu omnia ea, quæ facere poteſt ſupremus Princeps in ſuo Regno, & Dominio. vide Boſſ.*in tit.de crim.læſæ maieſt.numero 56.& ſeq.*Ceph.*conſi.58.nu.65.& ſeq. lib.1.*Rolan.*conſi.1.nu.49.& ſeq.& conſi.4.nu.39. & ſeq.lib.3.*Oſaſc.*deciſ.Pedem.139.nu.5.15.& ſeq. & deciſ.184.nu.1.*vbi de Duce Sabaudię, Mediolani, & Mantuæ.Socin.iun.*conſil.17.nu.3.& ſeq. nu.4.lib.4.& conſilio 1.num.65.eod.libro. & conſilio 126.num.1.et nu.11.lib.3.*Pancirol.*conſi.63.*Paul. de Caſtr.*conſi.34.lib.2.* Alex.*conſi.2. lib. 1.*Curtſen.*conſ.73.nu.28.*Socin.*conſi.500.num.21.lib.2.* Aym.*conſi.135.nu.2.& ſeq.*

ARGVMENTVM.

In ſubſequenti reſponſo D. Farinacij agitur de eadem materia, de qua in præcedenti: Et etiam diſcutitur, An miles non inſeruiendo militiæ, gaudeat militari priuilegio. Et an, & quando priuilegium amittatur per actus contrarios.

SVMMARIVM.

Milites moderni ex conſuetudine noſtri tẽporis sũt veri milites, licet in eis nõ ſit ſeruata antiqua militia forma.n.2.

Militiæ antiquæ forma fuit abrogata per generalem conſuetudinem.nu.2.

Conſuetudo etiam facto approbatur a Principe.num.2.effectus, & non modus attendendus eſt.nu.2.

Obſeruantia noua iure translationis ſuccedit loco veteris trãſlationis.nu.2.

Milites noſtri etiam non exiſtentes in ſeruitio belli, & vacãtes mercaturis potius quam armis fruantur illis priuilegijs militaribus quæ non ratione exercitij, ſed officij a legibus conceſſa fuerunt: ſecus vero in illis priuilegijs quæ fuerunt conceſſa ratione exercitij, & non officij.nu.3.

Scolaribus non ſtudentibus, & inhoneſte viuentibus adhuc cõpetũt priuilegia ſcolaſtico ordini, & officio cõceſſa.n.3.

Terminus abſtractus comprehendit vniuerſaliter omnia ſua concreta abſque alio præcedente ſigno vniuerſali. num.4. vbi ponuntur exempla.

Militiæ appellatione veniunt omnes milites etiam in humilieri gradu militiæ exiſtentes.nu.4.

Indefinita oratio æquipollet vniuerſali in materia ſtatutaria fauorabili, & præſertim concernente perſonas.nu.4.

Verba vbi ſunt clara non eſt vlterius diſputandum. nu.4.in fi.

Militia non eſt dignitas.nu.5.contra nu.8.& ſeq.

Verba cuiuſcunque diſpoſitionis intelligũtur potius demõſtratiuè quam taxatiuè.nu.5.

Demõſtratio falſa nõ vitiat diſpoſitionem vbi cõſtat de corpore de quo diſponitur.nu.5.in fine.

Vniuerſale præcedens mutat naturam ſuam ratione adiuncti ſubſequentis adeo vt non comprehendat ea quæ alias comprehenderet & ècontra.nu.6.

Habere verbum de ſui propria ſignificatione importat dominium, iunctum tamẽ cum verbo poſſidere denotat tantum ciuilem poſſeſſionem.num.6.

Concedo

Contedo verbum importat de propria ſignificatione tranſlationem ſimplicis vſus: quandoque tamen ratione adiuncti importat tranſlationem dominij. nu. 6.

Exempla declarant quod præcedentia ſunt eiuſdem naturæ cuius eſt exemplum. nu. 6.

Vt dictio ſtat exemplificatiuè. nu. 6.

Videlicet dictio quomodo interpretanda ſit ſub nu. 6. vbi etiam quod hæc dictio potius declarat limitat, & reſtringit præcedentia ad ſubſequentia quam è contra.

Præcedentia intelliguntur ſecundum ſubſequentia. nu. 6. in fine præſertim ad euitandam contrarietatem, & repugnãtiam. nu. 7.

Verba ſunt ſemper interpretanda vt euitetur implicitas contrarietas, & repugnantia. nu. 7. etiam diuidendo, & ſubdiſtinguendo. d. nu. 7.

Verba ſunt interpretanda ne diſpoſitio reddatur ſuperflua, & eluſoria etiam in materia odioſa ſub nu. 7.

Verba ſtatuti cenſentur ſemper prolata pro caſu ad quem poſſunt adaptari, & vt aliquid operentur etiam ad correctiõnem iuris antiqui. nu. 7.

Militia, & Decurionatus æquiparantur. nu. 8.

Decurionatus eſt dignitas. nu. 8. & 9. vbi declaratur Decuriones qui ſint. nu. 9.

Milites diſtinguuntur a priuatis perſonis, & quæ propriè dicantur perſonæ priuatæ. nu. 10.

Militia, & honor, nu. 11.

Honorarius titulus etiam ſine iuriſdictione, & adminiſtratione dicitur dignitas. nu. 11.

Militia eſt ordo, & militaris ordo dicitur dignitas, nu. 12.

Militia ex communi vſu loquendi dicitur dignitas. nu. 13.

Verba ſtatuti recipiunt interpretationem a communi vſu loquendi. nu. 13.

Dignitatis, & honoris gradus regulantur potius a conſuetudine, & exiſtimatione loci quam a iure communi. nu. 13.

Dignitas illa dicitur quæ a ſtatuto fuit ſic pro dignitate reputata licet ſecus eſſet de iure communi. nu. 14.

Dignitas cognoſcitur ex communi reputatione, & tractatu populi. nu. 14.

Nobile, & honorificum reputatur ſecundum exiſtimationem hominum. nu. 14. in fine.

Statutum dicitur fauorabile quando principaliter factum eſt fauore alicuius quamuis inde ſequatur alterius præiudicium. nu. 15. & in addit. littera A.

Statutum incluſiuum, & non inferens præiudicium alicui certæ perſonæ dicitur fauorabile. nu. 15.

Statutum dicitur fauorabile quando conformat ſe cum antiquo iure communi illudque non limitat vel corrigit. nu. 15. & ibi in addit. littera B, vbi de materia extenſionis facienda in correctorijs, & exorbitantibus.

Statuta ſunt ſemper interpretanda ne ſequatur abſurdum, & ne mereantur a ſapientibus reprehendi. nu. 16.

Verba ſtatutorum in dubio ſunt referenda ad tempus diſpoſitionis. nu. 16.

Qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi nu. 16.

Verba futuri temporis ſunt abnegatiua præteriti. nu. 16.

Statuta interpretantur vt futura tantum includant. nu. 16. ad finem.

Legis natura eſt reſpicere futura nu. 16. in fine.

Milites dicuntur qui recipiunt ſtipendium pro cuſtodia alicuius certæ perſonę aut certi loci, & præſertim ſi fuerint deputati ad cuſtodiam perſonæ principis. nu. 17.

Milites deputati ad cuſtodiam Principis ſunt digniores aliis militibus. num. 18. vbi etiam quod gaudent omnibus priuilegijs antiquis militibus conceſſis, et alia ad materiam iſtorum militum ad principis cuſtodiam deputatorum qui vulgo Lance ſpezzate nuncupantur.

Milites veterani præferuntur militibus non veteranis etiam quod a militia fuerint licentiati, nu. 19.

Priuilegium quando eſt mere fauorabile non amittitur vnica contrauentione. nu. 20.

Priuilegium non tollitur ex contrario actu qui non deſtruit ſubſtantiam priuilegij. nu. 20.

Priuilegio renunciare nemo præſumitur quando capi poteſt alia præſumptio quam renunciationis. nu. 20. in fine.

Ignorantia in milite eſt excuſabilis. nu. 20. in fine.

Priuilegium vniuerſale non tollitur ex contrario actu particulari. nu. 21.

Priuilegium non tollitur ex vnico actu contrario niſi ille actus ſit de directo contrarius. nu. 22.

Obſeruantia vel inobſeruantia per vnicum vel plures actus nõ afficit niſi concurrente legitima præſcriptione. nu. 22.

Priuilegium ſucceſſiue reiterabile, & perpetuum non tollitur ex vnico momentaneo actu contrario. nu. 23.

Priuilegium datum ordini, & officio non tollitur ex contrario actu facto a particulari perſona. nu. 24.

CONSILIVM XCV.

1 ADSIT DEVS. Præſuppoſito ſtatuto Fori Sempronij, quo cauetur, quod is, qui aliqua fulſerit dignitate, vt Doctoratus, militię, & comitatus, alios in ſedendo, & deambulando pręcedere debeat, de trib. mihi dubitandum proponitur: Primum eſt an d. ſtatutum comprehendat oẽs milites, & illos præſertim, qui deſeruiunt Seren. D. Vrbini Duci in officio, quod hodie vulgariter nuncupatur *Lancia ſpezzata*. Sec. an eos adhuc comprehendat poſt miſſionem obtentam a d. Ser. D. Duce, & quando amplius illi non inſeruiunt. Tert. an D. N. d. priuilegium amiſerit (dato quod illi competeret) ex eo quod paſſus fuerit alium ſibi vnica vice, & ſemel præponi.

2 Pro quorũ faciliori reſolut. pręmittẽdũ exiſtimo, ꝙ moderni milites inſpecta cõſuetudine noſtri tẽporis, ſunt veri milites, licet nõ ſit in eis ſeruata forma antiqua militiæ, ſecundũ Iac. de Rauen. Oldra. & Cyn. quos ſequitur, & allegat Bal. *in l. 1. nu.* 8. & ibi ẽt Saly. *nu. 8. C. de iur. & fact. ign.* antiqua. n. illa ſolẽnitas militiæ, quã refert gl. *in l. penul. ff. ex quib. cauſ. maiores*, & Spec. *in tit. de procura. §. 1. ver. item quod eſt miles.* fuit abrogata per conſuetudinem generalem, quæ eſt altera lex. *l. 2. C. quæ ſit longa conſuet. l. ſi diuturna. et l. de quib. ff. de legib.* Et quam conſuetudinem bene ſcit, & ẽt tollerat imperator, & ſecundũ illã milites in dies facit, & cõſequenter facto illam approbat. *l. quidam conſulebant. in fi. ff. de re iud.* cum alijs in propoſito adductis per Cyn. *in d. l. 1. nu. 2. C. de iur. & fact. ign.* & ibi Saly. *d. n.* 8. & Bar. *in prin. inſt. de teſt. mil. n.* 2. & quãuis, vt dixi, antiqua forma creandi milites in deſuetudinem abierit, remanſit tñ effectus, qui potius conſideratᷣ, quàm creationis modus. Alex. *in l. Centur. n. 23. ad fin. ff. de vulg. & pup.* Saly. *in d. l. 1. num. 8. ver. vt potius conſideretur. C. de iur. & fact. ign.* nouaque obſeruantia iure tranſlatio. ſucceſſit loco veteris. Bal. *in l. 1. qui bonis cedere poſſunt.* Io. de Anan. *in c. 4. extra de magiſtris etc.* Fel. *in c. tranſlato. col. 2. extr. de conſt.* Rip. *in d. l. Cẽtu. nu. 9. verſ. ſed reſpondetur. ff. de vulg. & pup.* ſic & in ſimili actiones remanſerunt quamuis antiqua formula ſublata fuerit. *l. fi. & tot tit. C. de form. impetr. act. ſublat. l. actio. ff. de nego. geſ. l. ordo. ff. de publ. iud. & facit tex. in l. decreto. C. de his qui nota. infam.*

3 Hinc eſt quod noſtris militibus etiã non exiſtentibus in expeditione, & ſeruitio belli, & vacantibus mercaturis potius quã armis, cõpetunt antiqua illa priuilegia, quæ non ratione exercitij, ſed officij a legibus conceſſa fuerunt, ſecundũ Salyc. *in d.l.1.nu.9.C.de iur.& fact.ign.* & poſt ipſum ac Bal. & alios quos allegat Alex. *in d.l.centurio.nu.25.ff.de vulg.& pup.* latè Dec. *in rub. C.de teſtam.mil.num.3.verſ.& iſta concluſio limitatur.* qui allegat Cyn.Bar.Bal.Salyc.& alios, & hoc comprobat per ſimile ſcolarium, qui non ſtudent, & inhoneſtè viuunt, quibus nihilominus ſecundũ ipſum Aret. & alios per eum ibi relatos, cõpetũt priuilegia, quæ ſcolaſtico ordini, & officio conceduntur; priuilegia autem quæ fuerunt militibus conceſſa ratione potius exercitij militaris quam officij, illis tantum militibus noſtri temporis cõpetunt, qui dant operam armorum exercitio, & ſtant parati pro defenſione ſui Principis, vel Reipublicæ, arg.tex. *in l.fin.ff.de teſtam.milit.& in l.1.C.de bon.poſſeſ.ſecund.tab.* & expreſſe dicit Iacob. de Rauen. quem refert, & ſequitur Cyn. *in d.l.1.num.11.C.de iur.& fact.igno.* & ibi Bald. *num.8.* & Salyc. etiam *nu.8.* & Paul.de Caſt. *in l.Scriniarios.C.de teſtam.mil.& in conſi.414.incip.viſo & examinato ſupra ſcripto puncto.nu.2.ver. nec obſtat.* Alex. *in d.l.Scriniarios.C.de teſtam. milit. & in d. l.centurio.num.23.ff.de vulg.& pupil.* Martin.Laud. *in ſuo tract.de milite q.5.* Dec. latè *in d. rubr. C. de teſtam. milit.ante finem, & in conſil. 578. incip. viſo conſilio clariſs.Doctoris.nu.2.* Bertr. *in conſi.196.li.6.* Bal. *in l.illud.ad finem. C. quibus modis re contrahitur oblig.* Rom. *in conſi.45.nu.4.verſ.ad quartum dubium. & in conſi.506.nu.8.verſ.nec tamen.* Seyſcl. *in d.l.centurio.nu.6.cum ſeq.* & ibi Rip. *nu.9.& ſeq.*

4 His ita præmiſſis circa primũ dubium arbitror affirmatiuè reſoluendum, quod.ſ.dictum ſtatutũ comprehendat omnes milites. & ẽt illos qui dicũtur *Lance ſpezzate*, & qui in tali officio Sereniſs. D.Vrbini Duci deſeruiunt, ponderando præcipuè illa verba, vt *Doctoratus & militia*. Quæ cum ſint termini abſtracti, ſequitur quod vniuerſaliter ẽt comprehendant omnia ſua concreta abſq; aliquo alio vniuerſali ſigno præcedẽte. prout in ſimili humanitas eſt vniuerſalis terminus ad oẽs homines, & æquè ſingulis hominibus ineſt, ſic & eadem eſt ſeruitus in omnibus ſeruis. *§.fi.inſti.de iure perſo.* ſic & hæreditatem quæ eſt terminus abſtractus eſſe vniuerſalẽ dictionẽ ad omnia bona hæreditaria, ſentit Alex. *in l.ſi legatus. §.ſi quis bona.nu.2.& ſeq.ff.ad ſenat.Conſul.Treb.* dum notat idem eſſe dicere, bona ſua, quod hæreditas. Pari ratione militiam de omnibus militib. prædicari, oẽſq; milites ẽt iu humiliori gradu militiæ comprehendere, dicendum eſt, & facit tex. *in l.colonos, C.de agric.& cenſit.lib.11.* cum ibi notatis; & quatenus etiam dici poſſet, quod dictio illa, militiæ, eſſet terminus indefinitus in caſu noſtro, in quo ſumus in materia fauorabili, & in verbis ſtatuti, abſque aliqua difficultate procedit vulgata illa regula, quod indefinita æquipollet vniuerſali. *l.ſi legatus.§.ſi quis bona.ad S.C.Treb.cum ſimil.* cum præſertim concernat perſonas. Bart. *in l.ſi plurib. num.6.ver.ſi vero cadit.ff.de leg.* & ibi ſcribentes; Quare cum habeamus ex verbis claram ſtatuti diſpoſitionẽ; vniuerſaliter, vt dixi, comprehendentem omnes milites, non videtur amplius de hoc diſcutiendum. *l. Ancilla, cum ibi notatis. C. de furtis.* Corn. *conſ.109.in fin.li.1.* Dec. *conſ.484.et 693. vtrobique in prin.* Crauet. *conſi.4.nu.20.lib.1.* Cæph. *conſi.138.nu.20.lib.1.*

5 Neq; obſtent præcedentia illa verba ſtatuti, *is qui aliqua dignitate &c.* & quod dicitur, militiã non eſſe dignitatem *l.fin.C.qui milit.a.non poſſunt.li.12.l.fin.C.de iuriſd.omn.iud.* Bart. *in l.1.nu.83.C.de dignit.lib.12.& in conſi.42.nu.6.* & latè Iaſ. *in l.penul.num.3.C.de pact.* multifariam.n. reſponderi poteſt; & primo, quod prædicta & quælibet alia verba cuiuſcunque diſpoſitionis in dubio intelliguntur potius demonſtratiuè, quam taxatiuè. Bar. *in l.Centurio.col.11.verſic.ſed quid ſi dixi. ff.de vulg.& pu.* Pariſ. *conſ.4.n.36.li.4.* Rota *deciſ.684.nu.4.par.1.in nouis diuer.* Vñ cũ in caſu noſtro ex claris verbis ſubſequentibus, videlicet vt Doctoratus & militiæ, conſtet, quod ſtatuentes voluerunt comprehendere milites, ſubintrat vulgaris concluſio, quod falſa demonſtratio non vitiat diſpoſitionem, vbi de corpore, de quo diſponitur, conſtat *l.demonſtratio. ff.de cond. & demonſtr.* vbi omnes, & maximè Bar. latè *nu.4. cum ſeq.* idẽ Bar. *in l.ſi pater.nu.2.C.de hered.inſtit.* & eſt tex. *in l.ſi quis in fundi vocabulo, & ibi notatur. ff. de leg.1.* Pari. *in d.conſi.4.nu.36.in prin.lib.1.*

6 Secundo reſpondetur, quod vniuerſale præcedens mutat naturã ſuã rõne adiuncti ſubſequentis, adeo vt non cõprehendat ſub ſe neq; importet ea, quæ alias comprehẽderet & importaret, & ècontra, Doct. *in l.Gallus.§.etiam ſi à parente. ff.de libe.& poſth.* vbi præſertim Caſtr. *nu.4.* Iaſ. diffuſè *nu.12.cum ſeq.& nu.19.& ſeq.* Menoc. *conſi.97.nu.125.lib.1.& 289.nu.37.& ſeq.li.3.* Affl. *deciſ.3.nu.4.* Hinc verbum, habere, quod alias de propria ſignificatione importat dominium, iunctum cum verbo, poſſidere, denotat tm̃ ciuilẽ poſſeſſionẽ, Bal. *in l.ſi in emptione.§.omnium.in antiqua lectura. ff.de contrah.empt.* & ex multis Honded. *conſi.69.nu.1.iuncto nu.36.* Hinc ẽt eſt, quod verbum, conceſſerunt, quod de propria ſignificatione importat ſolũ tranſlationẽ ſimplicis vſus, rõne adiuncti, importat qñque ẽt tranſlationem dominij. Bero. *conſi.88.nu.7.& ſeq.lib.1.* Hond. *conſi.91.nu.27.li.1.* nimirum itaque ex præmiſſis eſſe debet, ſi in caſu noſtro verbum, dignitas, ſe etiam extendit ad militiam rõne adiuncti verbi militiæ, maximè, quia illa verba ſubſequentia, vt Doctoratus, militiæ, & comitatus, addita fuerunt exemplificatiuè; Exempla autem declarant quod præcedens ſit illius naturæ, cuius eſt exemplum. *l.nam quod.§.fina.ff.de pen.legato.* & per illum text. Bartol. *in conſilio 51. poſt princip. volum. ſecundo.* & quod prædicta verba exemplificatiuè ſubiungantur, id apertè denotat dictio, vt, quæ importat exemplum. *l. iuris gentium. §.quinimo. ff. de pact. l.ſecund.§. interdictorum, & §. interdicta,* & ibi notant Bart. Alber. & cæteri *ff.de interdict.* vel ſi quis velit in caſu noſtro aliũ adaptare

huic

huic dictioni, vt, interpretationem, vtiq; dicer, illam poni pro dictione, videlicet, quę interpretatio minus ēt offendit ſupra ſcriptam reſponſionem; Nā ad interpretandum diſpoſitionē, in qua cadit dictio, videlicet, potius attēduntur verba, quæ ſequuntur, quā verba, quæ illam pręcedunt. Corn. *conſi.* 195. *nu.* 4. *li.* 3. per tex. *in l.* 1. *C. de bon. liber. & in l. fin. in fi. C. in quibus cauſis in integr. reſtit. non eſt neceſſ. facit tex. in l. in venditione. C. commun. prædio.* & ratio eſſe poteſt, quia dicta dictio, videlicet, declarat, & limitat potius ac reſtringit pręcedentia ad ſubſequentia, quàm ècontra, ſubſequentia ad præcedentia. *l. cū quidam.* §. 1. *ff. de vſu. c. ſtatutū. il* 2. *de hæret. in* 6. Bar. *in l.* 1. *ff. ad l. Aquil.* Dec. *in conſ.* 423. *nu.* 15. *& in l. iuſiurandum.* §. *fi. nu.* 9. *ff. de iureiur.* quibus etiam deſeruit vulgata regula, quod pręcedentia intelliguntur ſecundum ſubſequentia. *l. ſi ſeruus plurium.* §. *fin. ff. de leg.* 1. *d. l. nam quod.* §. *fi. de pen. legat. l. fi.* §. *cui dulcia. ff. de vino & tritico leg.* & ibi Bar. *& in præallegato conſ.* 151. *li.* 2. Alex. *in conſ.* 190. *n.* 18. *li.* 2. *nu.* 4. *li.* 5. Pariſ. *cōſ.* 78. *nu.* 18. *&* 81. *nu.* 20. *li.* 1. *&* 158. *nu.* 16. *li.* 4.

7 Reſpondetur, prædicta verba præcedentia in d. ſtatuto omnino intelligenda eſſe, ſecundū ſubſequentia, tum vt ſaluetur ſtatutum ab implicita contrarietate, & repūgnantia, ad reg. *l. vbi repugnantia.* vbi Dec. *de reg. iur.* Pariſ. *conſi.* 102. *nu.* 22. *li.* 1. Menoc. *conſi.* 2. *nu.* 61. Rolan. a Valle *conſi.* 85. *nu.* 16. *li.* 4. & in qualibet diſpoſitione ad euitandum contrarietatem, oportet etiam, vbi opus ſit, ſubdiuidere, & ſubdiſtinguere, Alex. *conſ.* 121. *nu.* 3. *li.* 5, Ruin. *conſ.* 109. *nu.* 9. *li.* 1. *& conſi.* 76. *n.* 4. *eod. lib.* & in caſu noſtro ſi alia reciperetur interpræt. cōtrarietas eſſet euidens ex eo, quod in eadē ſtructura verborū includerentur & excluderētur milites; Tū ēt, vt ſaluetur d. ſtatutū a ſuperfluitate, & cluſione: ſuperfluo. n. imò & cluſoriè appoſita fuiſſet illa dictio, militię, contra vulgatam regulam *l. ſi quando. de leg.* 1. quæ procedit in qualibet diſpoſitione etiam ſtricta, & odioſa. Craue. *conſi.* 272. *nu.* 7. *lib.* 2. *& conſi.* 294. *nu.* 13. *lib. eo. &c.* & ad euitandum ſuperfluitatem, ea ēt, quæ ſunt vltra naturā actus, in diſpoſitione includuntur. Bar. & alij *in l. ſed & ſi quis.* §. *quæſitum. ff. ſi quis cautionibus.* Grat. *reſponſ.* 94. *nu.* 33. *& ſeq. &* 159. *nu.* 9. *lib.* 2. & ſtatuti verba cenſentur ſemper prolata pro caſu, ad quē poſſunt adaptari. *l.* 3. §. *toties. de aqu. infect.* Alex. *in l. centurio. nu.* 96. *ff. de vulg. & pupill.* Cæph. *conſ.* 526. *nu.* 80. *li.* 4. & vt aliquid operenī, ēt ad correctionem iuris antiqui, Alex. *in l.* 1. *ff. de offic. eius.* Dec. *in conſi.* 293. *col.* 1. Bal. *conſi.* 13. *num.* 13. & nullū quidē verbū, imò nec ſyllaba cenſeri dēt in ſtatuto ſuperfluo appoſita, Bal. *in rub. de cōtrahen. emp. q.* 9. Crauet. poſt Corn. Calder. Iaſ. & alios *in conſi.* 294. *n.* 3. *ver. & ſi talia verba. li.* 2. imò (& hoc magis accedit ad rem noſtram) verba ſtatuti impropriantur ad euitandum ſuperfluitatē. Crauer. *conſi.* 20. *nu.* 9. *& conſi.* 135. *nu.* 24. *lib.* 1. *& conſ.* 297. *nu.* 4. *lib.* 2. vbi dicit, hanc impropriationem fieri etiam in materia ſtricta & multa iura & authoritates ad id probandum adducit.

8 Reſpondeo, ꝙ imò ſtatutum noſtrum, ēt quod militię verbū non appoſu. ſſet, poſt verbū, dignitatis, adhuc per ſe propriè ſub nomine dignitatis importat, & cōprehendit militiā, ea potiſſimū ratione, quia militia eſt verè dignitas, quod probo iure, & ratione: iure, quia text. clarus *l. inter alios. C. de Palatinis li.* 12. vbi expreſsè militare munus vocatur dignitas. ibi, *militari dignitate fruantur.* ratione, quia Decurionatus & militia ęquiparātur, præſertim quoad honores. *l. Veteranis. ff. de priuil. veter.* at decurionatus eſt dignitas. *l. fin. ff. de Decurio. l. Spurij. in prin. eod. tit.* Bar. *in l.* 1. *nu.* 82. *C. de dignit. li.* 12. ergo & militia conſequenter eſt clara, ab æquiparatis arguendo, vulgatis iuribus.

9 Et licet ad probādum, militiā non eſſe dignitatē, aliqua per Doctores in medium afferantur, quæ lōgum eſſet hic recenſere; attamen creditur eſſe aduertendum, quod eadem contraria intelliguntur de primis quatuor gradibus dignitatis, a iure potiſſimum conſideratis, quos refert gl. *in* §. *cūque. inſtit. in proœmio.* & Luc. de Pen. *in rub. in fi. C. de dignit. lib.* 12. dantur autem vltra prædictos quatuor gradus dignitatis, alius, & infimus dignitatis gradus, a iure antiquo parum conſideratus, & in hoc gradu dignitatis dicuntur eſſe decuriones, & omnes magiſtratus municipales, ſecundum glo. *in d.* §. *cūque,* & Luc. de Pen. *in d. rub. in fi.* Decurionis. n. officiū, eſt ſpecies magiſtratus municipalis. *l.* 2. *ff. ad municip.* Vigel. *in ſuo Methodo iuris. li.* 3. *c.* 24. *in prin.* vnde cū Decuriones non ſint conſtituti in aliquo ex prædictis quatuor gradibus dignitatis, vt probatur etiam *ex l.* 1. *C. de ſilētia. &c. li.* 12. adeo, vt Decuriones non poſſint dici ſuperilluſtres, ſpectabiles, & minus etiam Clariſſimi, & tamen ſint in dignitate, ex præallegatis; ita erit de militibus ipſis Decurionibus ęquiparatis, præſertim in materia honoris, de qua agitur. *d. l. Veteranis. ff. de priuil. veter.*

10 Facit ad præmiſſa, quia in iure milites a priuatis perſonis diſtinguuntur, vt *in authen. vt nullus mutuans Agricolæ &c.* §. *volumus. et in auth. ut iudices ſine quoquo ſuffrag.* & vtrobique notant Bar. & ſcribentes: priuati. n. dicuntur propriè omnes illi, qui non ſunt aliqua dignitate prædici, ſecūdū gl. *in c. priuilegia. in verſ. priuatorum. diſt.* 3. *& in c. denique. in verſ. dignitas. diſt.* 4. *per text. in c. qui contra.* 24. *q.* 1. refert ac ſequitur Præpoſ. *in d. c. priuilegia.* ꝙ milites, qui non ſunt priuati, dici debent in dignitate cunſtituti. arg. a contrario, ad text. *in l. & ſi contra. in fi. ff. de vulg. & pup. & in princ. inſt. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris, cum ſimilibus.* per Euerard. latè deductis in loco a contrarijs.

11 Pręterea militia eſt honor, *in l. quamuis, in prin. C. de decur. li.* 10. *l.* 3. *C. de re mil. lib.* 12. repræſentat publicum decus ac publicam honeſtatē, ēt in humiliori eius gradu. *l. colonos. C. de agric. & cenſit. li.* 11. & quilibet titulus honorarius ēt ſine aliqua poteſtate, & iuriſdictione, ſeu adminiſtratione, dicitur dignitas. *l. fi. C. de dignit. d. li.* 12. *& l. fi. C. ut dignit. ord. ſeruc. eod. lib.* & probat tex. *in c. cum ueniſſent. extra de inſt.* Luc. de Pen. *in d. rubr. C. de digni. in prin. uer. poteſt etiam dignitas. ergo, &c.*

12 Et turſus, quia militia eſt ordo, *l. is quidē. & ibi glo. in uerbo, ordinis. C. qui militare poſſunt. libro* 12. id eſt militaris ordo, nūcupatur dignitas, *vt in rub.*

Digitized by Google

*C.de equeſt.dignit.eod.lib.*12.*iuncta l.nuper.ff.de donat.inter vir.& vxor.& l.2.§.poſt hũc.ff.de orig.iur.* & per hæc iura ſic voluit Luc.de Pen.*in l.vnic.a.d.tit.C.de equeſt.dignit.* ergo militia de iure dicitur dignitas, tum, quia honor eſt, vt prædixi, tum quia ordo.

13 Addo quia paſſim de cõi vſu,& ſtilo loquendi militia appellatur dignitas,& nedũ a rudibus, & imperitis,verũ ẽt a peritiſſimis iuris, grauiſſimiſque iuriſcõſultis, vt ab Alex.*in d.l.centurio.n.*24.*ibi,rõ priuilegij ſuis nobilitas, ſeu quædam exceptio dignitatis militaris.* Et ante eum Salyc. *in d.l.*1.*nu.*8. Rip.Claud.Seyſel.& alij præallegati *in d.l.cẽtur.de vulg.& pup.* Dec.*in d.rub.C.de teſtam.mil.nu.*3.*ver.& iſta concluſio limitatur.* Vigel.*in ſuo Methodo iuris li.*3.*c.*20.*de mil.veter.reg.* 2. verba aũt ſtatuti recipiunt interpretationẽ a cõmuni vſu loquendi.*l.liberorum.§.quod tamen*,& ibi Bar.*de leg.*3.Iaſ.*in l.*2.*nu.*12.*C.de ſucceſs.edicto.*Io.de Amicis *conſi.*42.*nu.*17.*& ſeq.*Soc.iun.*conſ.*116.*n.*26.*li.*3. Grat*conſ.*151.*nu.*14.*li.*2. cũ præſertim ex authoritatibus præallegatorũ Doctorũ conſtet, talẽ vſum loquẽdi viguiſſe tempore condiri ſtatuti. Corn.*conſi.*201.*nu.*1.*&* 4.*& ſeq.li.*2.Honded.*conſ.*4.*nu.*67. & præſertim in caſu noſtro ratione ſubiectæ materiæ, honoris, & dignitatis, quæ regulantur magis ſecundũ conſuetudinẽ,& exiſtimationem loci,& hominũ,quam ſecundũ ius cõmune.*l.fin.ff.de muner.& honor.* per quem tex.ita dicit Bar.*in l.*1.*nu.*83.*C.de dignit.li.*12. qui dat exẽplũ de Decurionib. qui q̃uis ſint in dignitate de iure cõi, in ciuitate tñ Peruſij connumerantur inter plebeios,& ignobiles,& in ciuitate Venetiarum inter nobiles,& in dignitate conſtituros.

14 Verum omnia ſic forſan nimis diffuſe in hac 4. reſponſione deducta,ex abundanti dicta ſint,cũ, vt pariter in caſu noſtri ſtatuti, omnis fuit ſublata difficultas,ex qua ſtatuentes ipſi militiã pro dignitate habuerint; & hoc ſufficit,vt ſit dignitas, licet alias in iure non haberetur pro tali.*d.l.fin.in prin.ff.de muner.et honor.*Innoc.*in c.de multa.*& ibi Panor.*nu.*22.*ver.*3.*concluſio.extra de præben.* Barr.*in d.l.*1.*d.nu.*83.*& nu.*97.*C.de dignit.li.*12.qđ autẽ ſtatuẽtes habuerint militiã pro dignitate, pater, vt ẽr dixi, ex eo qđ militiam pro exemplo dignitatis inter duas claras dignitates retulerũt,& ſufficit talis verborum declaratio,ſecundum Bar.*in d.l.*1.*C.de dignit.nu.*97.*li.*12.vltra quod,vt audio in d.ciuitate Fori Sẽpronij non exigua reuerentia defertur militibus,quia honorificè tractãtur; quod eſt euidens ſignum, militiã illic pro dignitate haberi,ad tex.*in c.miſis.*16.*q.*2.*& in c.ad ſupplicationẽ.in fi.ext.de renunciationib.*Luc.de Pen.*in d.rub.n.*6.& facit in ſimili,quod quamuis procuratoris officiũ alias ſit vile,nobile tamen, & honorificum reputatur, ſecundũ exiſtimationem hominum,Honded.poſt Rip.*in conſi.*81.*nu.*13.& facit Bar.*in d.l.*1.*nu.*83.*C.de dignit.lib.*12.

15 Et cũ prędicta ſimpliciter,& indiſtinctè procedant etiam in materia ſtricta; vtique multo magis habent locum in caſu ſtatuti noſtri, quod ex pluribus conſtat,eſſe fauorabile;prima,quia conditũ fuit principaliter fauore illorũ, quibus hoc priuilegiũ honoris, & præcedentiæ conceditur; inſpicitur.n.principalis intentio ſtatuentiũ;& ſi quid principaliter vnius fauore ſtatuitur, ẽt qđ

a inde ſequatur alterius præiudiciũ [a], nihilominus ſtatutum dr̃ fauorabile.Bat.Caſtr.Alex.& Iaſ.*in l.qui exceptione.ff.de cond.indeb.*Bal.Dec.Cur.iun.& Rimin.ſenior.*l.*2.*C.de in ius voc.*Tiraq.*de retracta.tit.*1.§.30.*gl.*1.*nu.*5.Rimin.iun.*conſi.*72.*n.*42.*& ſeq.li.*1.*& conſ.*354.*nu.*16.*li.*4.Aret.*conſ.*26.*nu.*20.*verſ.*4.*præmitto*; ergo multo magis ſtatutũ noſtrum iudicari debet fauorabile, cũ in nullius certæ perſonæ vergat præiudicium, Hond.*conſ.*95.*nu.*112.*li.*1. Secundo,quia eſt ſimpliciter incluſiuum,ergo fauorabile. Bero.*conſ.*151.*n.*22.*ver.*2.*negari.li.*2.Burſ.*conſ.*76.*nu.*28.*lib.*1.qui de cõi teſtatur,*& conſ.*208.*nu.*5.*li.*2.*& conſ.*302.*n.*16.*li.*3. præſertim, cum ex incluſione non inferatur alicui certæ perſonæ præiudicium. Corn.*cõſ.*95.*nu.*20.*& conſ.*133.*nu.*10.*lib.*2.Hond.*conſ.*12.*nu.*18.*& conſi.*13.*nu.*41.*li.*2. Tertio,quia ſe conformat potius cum antiquo iure cõmuni, quam quod illud limitet vel corrigat, *in l.ſi unus.§.pactus ne peteret.* & ibi notatur per ſcribẽtes cõmuniter, *ff.de pact.*

16 Ex quibus cum clarum ſit, ſtatutum hoc comprehendere milites, remanet pro complemento reſolutionis primi dubij,videre, an cuſtodes hodierni Sereniſſimi D. Ducis Vrbini vulgo *detti Lance ſpezzate*,ſint milites adeo,vt tanquam tales ſub diſpoſitione dicti ſtatuti comprehendantur;etenim in dubium reuocari põt,an ſtatutum intelligendum ſit de militibus antiqui temporis; tum ne tanquam vnum irrationabile, & abſurdum, mereatur a ſapientibus reprehendi; quod omnino in ſtatutorum interpretatione debet euitari.Pariſ.*conſ.*59.*nu.*25.*lib.*3.Socin.iun. *conſ.*1.*num.*128.*& conſilio* 8.*num.*22.*& conſi.*9.*num.*7.*& conſi.*15.*nu.*9.*lib.*1.Riminal.*conſi.*427.*nu.* 29. Bal.*conſi.*91.*lib.*4.Aym.*conſi.*4.*num.*23.*et conſi.*5.*num.*14.Rolan.*conſi.*72.*nu.*41.*cum ſeq.lib.*3. Rot.*deciſ.*724.*nu.*11.*&* 700.*nu.*5.*par.*1.*&* 294.*nu.*4.*par.*2.*in nouis diuerſor.* tum etiam quia ſtatutorũ verba in dubio ſemper referuntur ad tempus diſpoſitionis.*l.ſi ita legatum*, & ibi Bar. *nu.*4.*ff.de aur.& arg.leg.*Pinel.*in l.*2.*C.de reſcind.vendit.*1.*par.rubr.nu.*23.latè Menoch.*conſi.*97.*n.*137.*verſ.nec obſtat quintum cum ſeq.* Tum & tertio,quia hoc ſtatutũ loquitur per verba futuri temporis ibi, is qui aliqua fulxerit &c. Ergo illius diſpoſitio quæ a dicto verbo regitur, debet intelligi ſecundum tempus verbi.*l.in delictis.§.ſi damnum.ff.de noxal.l.Titius.ff.de mil.teſt.*Mandel.*in conſ.*60.*nu.*12.Verba .n.futuri temporis abnegant omnino præteritũ, vt in ſimili de verbo, vendiderit, cõſiderat Rimi.iun.*con.*51.*& ſeq.li.*1.& poſt eum Hond.*d.cõſ.*52.*nu.*28.præſertim in interpretatione ſtatutorum, quæ interpretantur, vt futura tantum includãt. Cæph.*conſ.*461.*nu.*28.*& ſeq.li.*4. Bar.latè *in l.omnes populi.nu.*42.*cum ſeq.ff.de iuſt.& iur.* Honded.*in conſ.*16.*nu.*15.*& ſeq.li.*1. & talis eſt natura cuiuſcunque diſpoſitionis, quæ habet vim legis.*l.leges.C.de legib.§.Dico igitur,circa finem in authent.de nup.c.fin.extra de conſtit.* Bar.*in d.l.omnes populi, numero* 42.

Quod

17 Quod autem præfati uiri, qui ex nobilibus familijs a præd. Sereniſſimo D. Duce aſſumuntur ad illius obſequium, eiuſque cuſtodiæ deputantur, & illius vulgo dicuntur *Lance ſpezzate*, ſint milites, probatur ex eo quod deputati ad cuſtodiam cuiuſcunque etiam priuatæ perſonæ, dicũtur milites, & tanquam tales tecipiunt ſtipendiũ ab eo quem cuſtodiũt. *l. fi. C. de erog. milit. annonæ*, & ibi Bar. infert ad milites noſtri temporis deputatos ad cuſtodiam certi loci, qui per illum text. (vt obſeruat ibi Bar.) habere debent ſtipendium a loco, quem cuſtodiunt, non a ciuitate prædominante, vel a Principe deputante; & magis in ſpecie quòd deputati ad cuſtodiã Principis ſint verè milites, & de ipſis tanquam militibus determinetur, habemus text. clarum *in l. nemo*, & ibi Bar. Luc. de Pen. & omnes, *C. de re milit. li.* 12. vbi tales viri deputati ad cuſtodiã Principis, ponuntur pro vno numero militum, & de ipſorum ordine ac numero, ſicut de ordinibus & numeris aliorum militum in caſtris degentium pariformiter ibi determinatur.

18 Bene verum eſt (& hoc nobis deſeruit in propoſito) quod tales ſunt alijs militibus digniores, & eos præcedunt. Panorm. poſt Abb. Antiq. *in c. per tuas. nu. 1. verſ. facit tamẽ. extra de maioritate & obedientia*. Luc. de Pen. *in d. l. vnica. in prin. C. de dignitatib. li.* 12. Dec. *in d. rub. C. de teſtam. milit. nu. 2.* & facit tex. *in l. fi. ff. de alb. ſcriben. & in c. cum in diſtribuendis. cum ibi notatis. extra de tempor. ordin. & in c. hi qui. & in c. ſi a ſede. de preben. in 6.* ipſiſq; peculiaris reuerentia debetur. *l. 1. C. de domeſt. & protecto. li.* 12. & ibi gl. *in verbo, extimati, l. nihil commune. C. de palatinis &c. eod. lib.* & hi ſunt illi milites noſtri temporis, qui cum ſtent parati pro defenſione ſui Principis, gaudẽt omnibus priuilegijs, antiquis militibus cõceſſis, & in omnibus ac per omnia (excepta illa priſtina forma creationis) antiquis militibus exequantur, ſecundum Iacob. de Rauen. Oldr. Cyn. Bar. Bal. Salyc. Paul. de Caſtr. Alex. Marc. Lauden. Rom. Bertr. Dec. Claud. Seyſelli. Rip. & alios ſupra allegatos, quibus addo Aufr. *in addit. ad deciſ. Tholoſ. deciſ.* 141. & Hõded. qui hos allegat *in conſ. 83. nu. 96.* qui firmat prædictam æquiparationem in quibuſcunq; militibus noſtri temporis, qui ſalatium recipiunt; vnde milites iſti per Principem ad ſui cuſtodiam deputati, potientur, & gaudebunt ijſdem priuilegijs, & prærogatiuis, quæ olim habebant protectores ac Palatini; in eodem enim officio Principi ſuo deſeruiunt; qui enim olim aſſiſtebant ad cuſtodiã Principis & armati coram eo, dicebantur illius procuratores, vt probat tex. iuncta glo. *in rubr. C. de domeſt. & protect. & in l. fi. eod. tit. li.* 12. & iſtis honor debebatur ſub pœna ſacrilegij. *l. 1.* & eorum Primicerius erat ſpectabilis, ſubſequentes autem eum in ordine vſque ad decem, erant clariſſimi *l. 2. C. eo. tit. de domeſt. & protect.* quemadmodum etiam & generaliter quicunque milites deputati ad cuſtodiã Principis, & qui ab eo menſam accipiebant, dicebantur Palatini. gloſ. *in d. l. nemo. C. de re milit. & in l. ſequenti, in verbo, comitatenſibus.* vbi diſtinguit milites Palatinos a Comitatenſib. quia Palatini ſtabant in Vrbe ad mẽſam Principis, Comitatenſes autẽ ſtabant & ipſi in Vrbe, ſed non ad menſam Principis: Quod autem Palatini haberent dignitatem, probat tex. *in l. iubemus. in fine. ibi, adeptæ dignitatis &c. C. de Palat. li. 12. & in l. fi. ibi, dignitateſque ſuſceperint Palatinas. C. de priuil. eorum qui in ſacr. Palatio milit. eod. lib.* 12. & Palatini debebant honorari nedum ab inferioribus, verum etiam a maioribus, & in Prouincia degentibus Rectoribus Prouinciarum. *d. l. nihil. C. de Palat. &c.* & quoad honores & prærogatiuas exequabantur Palatini ſacrarum largitionum, & Palatini Principis, *d. l. iubemus. eod. tit. & lib.* vnde ſequitur ex præmiſſis, hos viros dicti Sereniſſimi D. Ducis, ab ipſo ad ſui cuſtodiã deputatos, nedum eſſe milites, & tanquam tales dicti ſtatuti priuilegio vti poſſe, & ſub dicto ſtatuto tam reſpectu illorum præcedentium verborũ; *is, qui aliqua fulxerit dignitate*; quàm ſubſequentium, *vt Doctoratus, & militia &c.* comprehẽdi, cũ ſint protectores, & Palatini dicti Principis; & per conſequens ex præfatis in dignitate conſtituti, verum etiam ipſis omnes honores, omniaque indulta & priuilegia competere, quę olim antiquis militibus ac Principi in eodem officio deſeruientibus, competebant ac deferebanrut; & ſic remanet reſolutum primum dubium.

19 Circa ſecundum breuiter exiſtimo, priuilegiũ dicti ſtatuti ac cætera quæcunque indulta & priuilegia præfatis viris ad cuſtodiam dicti Principis deputatis, etiam poſt miſſionem obtentam, competere, & illos (vt me reſtringam ad rem noſtram) pręcedere debere etiam proprios Commilitones in dicto officio, qui poſt eos ad dictũ munus aſſumpti fuerũt etiam eodem tempore, quo adhuc obſeruiunt, per tex. clarum *in l. fi. C. de priuil. eorum qui in ſacr. Palat. milit. lib.* 12. vbi Luc. de Pen. Bar. & cæteri, & facit text. *in l. iubemus. C. de Palat. eod. lib. 12. & in l. fi. C. de præpoſit. cubiculi. & in l. vnica. C. de Comit. qui prouin. aug. & in l. in ſcrinijs. C. de pr. epo. labo. eod. lib. 12. & in l. fi. ff. de decur. & in l. Veteranis. ff. de priuil. veteran.* vbi ſcribentes, quibus addo quod, vt dixi ſupra, priuilegia, quæ conceduntur militibus ratione officij, non exercitij, competunt ẽt ocioſis militibus noſtri temporis, vel vacantibus potius mercaturis, quam armis; ergo multo magis Veteranis, cum præſertim nos verſemur in priuilegio, quod conceditur ratione ordinis, & dignitatis, vt de ſe conſtat.

Circa tertium, & vltimum dubium, an D. N.
20 ſibi perpetuo præiudicauerit in dicto priuilegio, patiendo vnum ſemel ſibi in ſedendo præponi? arbitror pro negatiua reſoluendum, per text. *in l. 2. & 3. C. de his qui ſponte mun. publ. ſub. in l. 2. C. de priuileg. Veteran. in auth. presbiteros. C. de epiſc. & cleric. in l. voluntariæ. C. de excuſat. tuto. in l. in honoribus. §. quo muneris. ff. de uaca. mun. in cap. ſi Epiſcopum. 16. quæſtio. 16. in ca. cum tempore. extra de arbitr. in cap. accedentibus. ac in cap. ſi de terra. extra de priuil.* Ex quibus iuribus videtur conſtituenda regula negatiua, quod ſcilicet ex vnica contrauentione priuilegium non amittatur; quæ regula ſimpliciter in caſu noſtro procedit,

In quo priuilegium eſt mere fauorabile, vt ſupra probatum eſt; nullaq; ratio odij vrget aduerſus priuilegiatum, ad trad. per Compoſtil. *in d.c. cum acceſsiſſent. extra de conſt.* quem referunt ibi But. Imol. & alij, & Luc. de Pen. *in l. 2. nu. 3. circa finem. C. de his, qui ſponte mune. ſub. lib.* 11. maximè, quia actus prætenſæ contrauentionis non deſtruit, neque vllo modo elidit ſubſtantiam priuilegij; vnde non afficit priuilegiatum, niſi quatenus ex eo actu inferatur ad renunciationem priuilegij; quę nunquam pręſumitur, vbi poteſt cadere alia præſumptio quàm renunciationis, ſecundũ Butr. quem refert, & ſequitur Fel. *in d.c. cum acceſsiſſent. nu. 19. extra de conſti.* & quod poſſit in propoſito caſu cadere alia præſumptio quam renunciationis, ſatis conſtat, immo minus etiam probatũ, quod D. N. habuerit notitiã proprij priuilegij, & talis ignorantia in milite eſt excuſabilis, *ad l. 1. & ibi tradita. C. de iur. & fact. ign.*

21 Præterea data, cirra veri præiudicium, regula affirmatiua, quod ſcilicet priuilegium ex vnico actu contrauentionis amittatur, animaduerte, quod ex pluribus limitationibus illius regulę excipitur ab ea caſus noſter. Et primo, quia priuilegium huius ſtatuti eſt vniuerſale, & cõperit ordini militari, & omnibus militibus, & contra omnes perſonas tam in ſedendo, quàm in ambulando; actus autẽ prætenſæ contrauentionis eſt particularis, & reſtrictus ad vnam perſonam, & vnicum congreſſum, vnde non nocet priuilegio vniuerſali. gl. *in d. l. 2. ff. de priuil. veteran.* quam ſequitur Bar. ibi, & *in l. 2. §. fi. in fi. ff. de decurion.*

22 Secundo, quia priuilegium concernit factum, videlicet præcedentiæ: Actus autem, ex quo pręτenditur præiudicatũ priuilegio, reſpicit patientiam priuilegiati; vnica autem patientia nõ præiudicat, ſecundum Bal. *in d.c. cum acceſsiſsent. nu. 55. verſ. 2. dic. extra de conſtit.* & ratio eſt, quia nũquam vnicus actus præiudicat priuilegio, niſi ſit de directo contrarius; inobſeruantia aũt, vel nõ vſus per vnicum actum vel per plures non afficit, niſi concurrente legitima præſcriptione, vt dicunt poſt Io. And. Bald. Butr. & alios, ac canoniſtas omnes, Panor. in ſua ampla diſtinctione quã facit *in d.c. cum acceſsiſſent. nu. 6. in fine*, & ibi Fel. *nu. 29. in 2. limitatione.*

23 Tertio, quia priuilegium eſt ſucceſſiuũ, & perpetuũ, & illius effectus eſt reiterabilis; actus autẽ prætenſæ contrauentionis fuit momentaneus; ideo non nocuit, neque obeſſe potuit. Bar. *in l. fi. in fi. ff. de conſtit. prin.* Bal. *in d.c. cum acceſsiſſent. nu. 61. verſic. quædam ſunt*, & ante eum Luc. de Pen. *d. l. 2. nu. 8. C. de his qui ſponte mun. publ. ſub. lib.* 11. Abb. poſt alios *in d.c. cum acceſsiſſent. nu. 7. extra de conſtit.* & Fel. *ibidem nu. 29. verſ. vnde ſi quis &c.* Alexan. per multa quæ allegat *in conſi. 33. nu. 4. et per totum. lib. 5.*

24 Præterea demum ſi diſcurrãtur oẽs opiniones & diſtinctiones, quas tam *in d.c. cum acceſsiſſent. extra de conſtit.* quam alibi in præfatis iuribus, & alijs, vtique apparebit, caſum noſtrum eſſe extra omnem difficultatem, cũ agatur de præiudicãdo iuri diſponenti, & de priuilegio, quod eſt vniuerſale, perpetuum, purum, fauorabile, conceſsũ ordini, & officio, nõ perſonis; & è contra actus pręτenſæ contrauentionis eſt particularis, momentaneus, nõ directè contrarius, in non vſu potius & inobſeruantia quam in contrario vſu & facto conſiſtens; neque vllo modo elidit, & tangit ſubſtantiam priuilegij; ex quibus ſingulis dic. priuilegio nullum præiudicium facere potuit; Et ita vt ſupra in omnibus prædictis dubijs pro veritate reſpondendum putaui.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ADDITIONES.

a *Præiudicium.* Ad idem quod cõſtitutio partim odioſa, & partim fauorabilis, cẽſeri debeat fauorabilis, ſi principaliter in fauorẽ ſtatuta ſit, licet inde in conſequentiam aliquo reſpectu od iũ cõtineat, dixerunt Rom. *conſi. 39. nu. 2.* Tiraq. *in tracta. res inter alios acta, fol. mihi 5. a tergo. verſ. ex his fit. ſecundum paruam impreſsionem.* Ioſeph. Ludo. *decıſ. Lucenſ. 26. nu. 23. par.* 1. idem Tiraq. *de retracta. lignaier. §. 30. gl. 1. nu. 5.* Menoch. *de recuper. poſſeſ. remed. 1. nu. 37. in fine*, qui omnes vnanimiter concludunt, ſtatutum mixtum continens fauorem, & odium, reputari, aut fauorabile, aut odioſum, ſecundum quod fuit principalis mens ſtatuentium. à qua quidem concluſione non diſſentit Couar. *variar. reſolu. libro 1. c. 11. poſt numerum 5. verſ. ſolet enim adnota.* vbi tamen eam declarat procedere, quoties odium a fauore diſtingui nõ poteſt; ſi verò vnum ab altero diſtingui poteſt, & tunc fauor vt fauor, & odium vt odium, aſſumendum eſt, vt ibi per eũ; quod ſi de hac ſtatuentium mente principaliter non conſtat, fauorque ſtatuti non præponderat odio, vel èccontra, & tunc an ſtatutum reputari debeat fauorabile, vel odioſum, varij varia dixerunt; iſto enim caſu ſtatutum reputari debere partim odioſum, & partim fauorabile, pluribus demonſtrat Menoch. *vbi ſupra, numero 33. & ſeq.* vbi proponit contraria, & illis reſpondet, & cum hac opinione concordat Couar. in loco præcitato, quando ſcilicet fauor ab odio diſtingui poteſt, & èccontra contrarium, quod abſurdum ſit dicere, ſtatutum eſſe partim odioſum, & partim fauorabile, defendit Sarmien. *ſelect. interpret. libro primo, cap. 12. numero 2.* & non diſſentit Couar. vbi ſupra, quando odium a fauore diſtingui non poteſt; & propterea quod iſto caſu ſtatutum ſimpliciter debeat reputari odioſum, & non fauorabile, voluerunt plures Doctores relati per eundem Menoc. *dicto remed. primo, numero 16. & ſequent.* Oſaſc. *deciſio. Pedemont. 126. numero* 14. Honded. *conſi. 95. numero* 12.

b *A iure communi.* Facit ad idem, quia omnis receſſus a iure communi dicitur odioſus; ideo non mirũ, ſi ſtatuta correctoria iuris communis, ſeu in aliqua parte limitatoria, dicanт̃ odioſa, ex relatis per Tiraquel. *de retract. in præfatione. num. 62.* & per Aym. *de antiq. tempor. par. 4. §. 1. numero 43. & ſeq.* & per Menoch. *de recuper. poſſeſ. remed. 1. nu. 24.*

*nu.*24.apud quos plures alios concordantes Doctores reperies, vnanimiter dicentes, quod in correctorijs & exorbirantibus a iure communi, non eſt licita extenſio de vno caſu ad alium. Verum quia præmiſſa non ſemper vera ſunt, & quandoque etiam in correctorijs & exorbitantibus, ſi nõ ex identitate rationis, ſaltem ex maioritate eiuſdem rationis, datur extenſio: idcirco ad hanc materiam vide declarantes Doct. poſt glo. *in authen. quas actiones. C. de ſacr. ſanct. eccl.* Iaſ. *in rub. ff. de re iudic. num.* 13. & ibi etiam Ripa *num.* 22. Euerard. *in loco à ſpeciali & in loco à ratione legis larga, &c.* Vbi primo ponit de correctorijs, ſecũdo de exorbitantibus, & vtroque caſu facit regulam cum ampliationibus & limitationibus; Aym. *de antiq. tempor.* 1. *p. in princ. nu.* 75. *& ſeqq.* Natt. *conſi.* 532. *nu.* 30. *lib.* 3. Couarr. *var. reſol. lib.* 3. *c.* 36. *nu.* 4. Pet. Plach. *in epit. delict. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 15. Tiraq. *de leg. connub. glo.* 5. *nu.* 195. Hier. de Monte. *conſ.* 91. *num.* 16. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. remed.* 5. *nu.* 7. *& in l. fin. num.* 35. 134. *&* 173. *C. de edic. diui Adria. toll.* Cæph. *conſi.* 55. *nu.* 5. *lib.* 1. Rol. *conſi.* 27. *nu.* 7. 8. *& nu.* 21. *lib.* 1. *& conſ.* 72. *nu.* 34. *& ſeqq. eodem lib.* 1. *& conſ.* 74. *nu.* 17. *lib.* 3. Oſaſc. *deciſ. Pedem.* 21. *num.* 13. *& deciſ.* 120. *nu.* 4. *&* 5. *nu.* 8. *& nu.* 12. *& deciſ.* 147. *num.* 2. *&* 3.

Statutum autem quando dicatur exorbitans à iure communi, & quãdo correctoriũ, vide Euerard. *vbi ſupra in loco à ratione legis larga, &c. in diſcurſu.* Aym. *de antiq. tempor. d. p.* 4. *in prin. num.* 75. Menoch. *de recuper. poſſeſſ. d. remed.* 1. *nu.* 20. *& remed.* 14. *nu.* 13. cum relatis per eos, qui in ſumma concludunt, quod quando iuris communis aliqua regula declaratur, ampliatur, ſeu limitatur a ſtatuto, tunc illud ſtatutum dicitur exorbitans: ſi vero ius commune in totum tollitur & abrogatur, & tunc idem ſtatutum dicitur correctorium. Et vide etiam in materia Tiraq. *de tract. in præfatione, nu.* 31. vbi etiam declarat, quando quid dicatur contra ius, & quando præter ius.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

De adminiſtratore, qui pluries reddita ratione ſuæ adminiſtrationis fuit liberatus, & quietatus ab eo, cuius bona adminiſtrauit: An, & quando poſſit ſub prætextu doli in eadem adminiſtratione commiſſi, criminaliter inquiri, & moleſtari; quandove, & quibus in propoſito adminiſtratoris dolus arguatur, & probetur.

SVMMARIVM.

Ratio ſemel calculata iterum calculari non debet, fallit quando allegatur error calculi. nu. 1. Vbi ampliatur etiam quod ratio fuerit ſæpius calculata.

Adminiſtratoris quietatio, ſeu liberatio non impedit computorum reuiſionem quando agitur de dolo ipſius adminiſtratoris. nu. 2.

Adminiſtratori, qui pecunias per eum receptas in libro adminiſtrationis non deſcripſit, & in vſum proprium conuertit quietatio, & liberatio habita non ſuffragatur. num. 3.

Quietatio, & liberatio facta adminiſtratori non trahitur ad dolum etiam quod fuerit iurata, geminata, verbis, & facto ratificata in ampliſſima forma cum prægnantibus verbis cum pacto, tranſactione, laudo, ſe promiſſione de non contraueniendo, cum decreto iudicis, cum aſſertione quod computa fuerunt diligenter examinata, & ſub quibuſuis alijs ſimilibus clauſulis. nume. 4. & 29. 30. 34. & ſeqq.

Adminiſtrator dicitur in dolo ſi omnes pecunias per eum receptas in libro adminiſtrationis non deſcripſit. nu. 5. 28. 34. & ſeqq.

Adminiſtrator dicitur in dolo ſi omnes pecunias per eum receptas in vſum proprium conuertit. nu. 6. 28. 35.

Adminiſtrator non præſumitur ditatus ex bonis adminiſtratis, fallit niſi contrarium ſuadeatur ex breuitate temporis, vel ex aliqua alia præſumptione, ſeu coniectura. num. 7. Fallit ſecundo quando adminiſtrator non erat induſtrioſus, nec talis, vt aliundè potuerit diuitias parare quàm ex ipſis bonis adminiſtratis. nume. 8. Fallit tertio, quando durante adminiſtratione locuples euaſit. num. 9. Fallit quarto, quando non legitimè adminiſtrationis ſuæ rationem reddidit. nu. 10.

Adminiſtrator non reddendo libros ſuæ adminiſtrationis dicitur in dolo. nume. 11. Nec illi creditur aſſerenti librum penes alium dimiſiſſe. num. 12. Nec dicitur probata reſtitutio libri ex eo quod aliàs reddiderit computa, & rationem ſuæ adminiſtrationis. nu. 13.

Dolus etiam præſumptus poteſt criminaliter puniri. nu. 14.

Iuramentum in litem poteſt deferri etiam ex dolo præſumpto, & qui in omittendo conſiſtit. nume. 15. Præſertim ſi dolus præſumatur a lege, & non ab homine, vel ſi probetur non leuibus, ſed grauibus inditijs, vel quando reſultat ex omiſſione eius ad quod quis cogi poteſt iure actionis. nu. 16.

Adminiſtrator non deſcribens in libris adminiſtrationis data, & recepta æqualiter dicitur in dolo vero, & falſitatem committere, & propterea contra eum iuratur in litem. num. 17.

Falſitas committitur non ſolum in dicendo, ſeu ſcribendo falſum, ſed etiam in omittendo dicere, vel ſcribere verum. nu. 17. in fine.

Adminiſtrator retinendo pecunias ſui Domini in proprium vſum dicitur in dolo vero, ac manifeſto, tenetur de furto, & contra ipſum iuratur in litem. nu. 18. 28.

Doli actio criminalis ceſſat quando ipſe dolus poteſt purgari actione ciuili ex eodem contractu. nume. 19. vbi tamen quod debent tria concurrere de quibus eodẽ. nu. 19.

Adminiſtrationis velamen temperat furtum, & quando res habuit originem a contractu ceſſat actio furti. num. 20. vbi declaratur hæc concluſio.

Doli actio biennio præſcribitur. nume. 21. Limita primo quia datur reſtitutio in integrum d. nume. 21. Limita ſecundo, niſi dolus habeat cauſam permanentem, & ſucceſſiuam. num. 22. vbi idem quando ad manus doloſi aliquid peruenit. Limita tertio, niſi dolus tranſierit in ſpeciale nomen delicti. nu. 23.

Quietatio,

Digitized by Google

Quietatio, ſeu liberatio generalis extenditur ad dolum præſumptum præteritum dummodo concurrat coniunctio ſanguinis, & quod is qui liberationem obtiuuit, non ſit factus ex dolo locupletior. nu. 24.

Dolus ex propoſito nunquid præſumptionibus, An vero concludentibus probationibus detegendus ſit. nu. 25.

Dolus non præſumitur a iure, ſed probandus eſt ab eo qui dolum allegat. nu. 25.

Dolus non probatur quibuslibet indicijs, ſed illis tantum quæ perſpicua ſunt. nu. 26.

Indicia perſpicua dicuntur illa quæ non ſunt leuia, friuola, aut iniuſta iudicis arbitrio remiſſa. nu. 26.

Simulatio, & falſitas inſtrumenti probatur coniecturis. num. 25. in fine.

Dolus quandoque probatur coniecturis, & præſumptionibus iuris, quandoque autem coniecturis, & præſumptionibus hominis. nu. 27.

Præſumptionibus iuris inducit liquidam, & concludentem probationem. nu. 27.

Dolus a iure præſumptus dicitur verus dolus. numero 27. in fine.

Dolus verus dicitur ille, qui præſumptionibus, & coniecturis probatur. nu. 28.

Diuturnitas temporis calumniæ præſumptionem inducit. nume. 29.

Geminatio actus nunquid doli præſumptionem excludat. num. 29. & 30. ſeq.

Dolus ſemper cenſetur excluſus in qualibet diſpoſitione. nume. 30.

Dolo de præterito renunciari poteſt expreſſè. nu. 31.

Quietatio non trahitur ad dolum etiam quod in ea interuenerint Amici communes, & Periti. nu. 29. & 32.

Ignorans non dicitur remittere dolum tacendo. nu. 33.

Liber adminiſtrationis debet eſſe perfectus, non autem defectuoſus, & non continens omnes receptas pecunias. nume. 36.

Adminiſtrator quando eſt in dolo poteſt criminaliter conueniri. nu. 41.

Actio ciuilis & criminalis oritur ex quolibet delicto. num. 41. in fine.

Furtum an committat is, qui in vſum proprium conuertit pecuniam ſibi traditam non in ſpecie, ſed in quantitate. nume. 42. Et quid ſi illi pecunia tradatur, vt eam in aliquem vſum, & vtilitatem Domini conuertat, dicto num. 42.

Negans depoſitum tenetur furti, nu. 43.

Adminiſtrator non habens publicum officium nunquid teneatur conficere librum rationum, & non conficiendo nunquid contra ipſum detur iuramentum in litem. num. 44. & ſeqq.

Tutor, ſeu alius Adminiſtrator ſi non confecit librum rationum, nunquid dicatur in dolo, & contra ipſum detur iuramentum in litem, ſi aliunde paratus eſt reddere rationem ſuæ adminiſtrationis. num. 44. & ſeqq. & nume. 52. ſeq.

Adminiſtrator ſiue generalis, ſiue particularis, ſiue ſocius, ſiue negociorum geſtor, ſiue exactor, ſiue procurator tenetur conficere librum ſuæ adminiſtrationis. nume. 45.

Doctoris concluſio intelligenda eſt ſecundum leges, & auctoritates, quas allegat. nu. 46. in fine.

Tutor, ſeu Curator non poteſt adminiſtrare antequam conficiat librum rationum, alius verò adminiſtrator ſic. nume. 47.

Negociorum geſtor ſi aliquid ex voluntate gerere incipiat tenetur poſtea ex neceſſitate perficere. nu. 49.

Conuertens in vſum proprium alienam pecuniam committit furtum. nu. 50.

Iuramentum in litem recipit contrariam probationem. nume. 52. & ſeq.

Iuramentum in litem pendet à mero Iudicis arbitrio. nume. 53.

Adminiſtrationis ratio, An ſit ſufficienter reddita eligendi ſunt periti. nu. 54.

Librũ exhibere non cogitur aliquis, niſi probata illorum exiſtentia. nu. 55.

CONSILIVM XCVI.

1 ADSIT DEVS. Licet Do. Vincentius Bragadinus adminiſtrationis ſuę rationes & computa reddiderit Illuſtriſſimo D. Marcello de Lantibus, & ab eo quietationem receperit, nõ tamen põt hodie effugere, prout ex aduerſo contenditur per tex. *in l. ſemel. C. de Apoch. public. lib. 10.* quin iterum eaſdem rationes, & computa reddat, cum certiſſimi iuris ſit, rationes ſemel, ſeu pluries calculatas, poſſe, ac debere iterum, atque iterum calculari, ſi earum error, nedum dolus allegetur, ſecundum receptiſſimam Doctorum opinionem, de qua alijs relatis concordantibus teſtatur Soarez. *in commun. opin. littera E. num.* 159. Paul. Montan. *in tract. de iure tut. & curat. cap.* 38. *num.* 145. *& ſeqq.* & eſt vulgaris tex. *in l. 1. C. de error. calcul.*

2 Quod ſi de adminiſtratoris dolo tractetur, prout in caſu noſtro, tunc vtique res nullam habet difficultatem, ex quietatione ſcilicet, & liberatione computorum, reuiſionem non impediri. Socin. *conſilio* 92. *nume.* 19. *lib.* 4. Bero. *conſ.* 191. *num.* 15. *ſeqq. & num.* 27. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu* 209. *num.* 39. Hippol. Rimin. *conſil.* 338. *nume.* 55. *ſeqq. lib.* 3. vbi latè. *Deciſ. Pedem. viden.* 58. *num.* 10. *ſeqq. vſque ad nu.* 17. *iuncto num.* 35. *& ſeqq.* vbi etiam proponit contraria, & illis reſpondet.

3 Et magis in ſpecie, quando agitur de dolo adminiſtratoris, ex eo quòd non omnes acceptas pecunias in libro adminiſtrationis conſcripſerit, eaſque in vſum proprium conuerterit, quod tunc quietatio nihil operetur, conſulendo ſcripſerunt idem Socin. *conſilio* 159. *nume.* 12. *& ſeqq. omnibus lib. 2. in diſcurſu, & conſi.* 190. *numero* 4. *verſic. ex quibus. eodem lib.* 2. Pariſ. *conſi.* 89. *nume.* 16. *& ſeqq. omnibus. lib.* 1. Thob. Non. *conſi.* 63. *nu.* 2. Rolan. *conſi.* 49. *num.* 25. *& ſeqq. iuncto num.* 39. *& ſeqq. pluribus. lib.* 1.

4 Etiam quod quietatio ſit facta per publicũ inſtrumentum cum iuramento ex certa ſciẽtia, pluries & verbis, & facto ratificata in ampliſſima forma, cum prægnantibus verbis, cum pacto, tranſactione, laudo, ſeu etiam promiſſione de non contraueniendo, cum decreto Iudicis, & cum aſſertione, quod computa fuerunt benè viſa, diligenter examinata, ac ſaldata, ac ſub quibuſuis alijs ſimilibus clauſulis, & cautelis, ſic enim prædictas concluſiones ampliarunt Socin. *dict. conſi.* 159. *&* 190. *lib.* 2. Pariſ. *d. conſi.* 89. *lib.* 1. Thob. *d. conſil.* 63. *num.* 8. *ſeqq.* Hippol. Rimina. *d. conſi.* 338. *lib.* 3. vbi præſertim *num.* 10. *in fine, & num.* 55. loquitur quando in quietatione aſſereretur, qđ partes sũt pares, *& nume.* 15. Vbi idem, quando fuit renunciatum errori calculi, *& num.* 16. *ſeq. iuncto nu.* 66.

Vbi

Vbi etiam quod reuiſio peteretur poſt concluſas rationes, reprobato Papien. in loco ex aduerſo allegato, contrarium tenēte; licet enim quietatio, & liberatio facta adminiſtratori maximam vim habeat ad ipſum liberandum ab vlteriori, & iterata reddirione rationis ipſius adminiſtrationis, ad trad. per Bart. *in l. 2. in fine. C. de iure fiſc. libro* 11. Dec. *conſi. 94. num. 4. & in l. 1. num. 3. C. de errore calculi.* Paul. Montan. *de iure tut. & curat. cap. 38. nu. 123. & 132.* Hoc tamen intelligitur, niſi tractetur de dolo adminiſtratoris, quia tunc talis quietario nihil ſuffragatur, ex præallegatis.

5 Verum quod conſtet de dolo dicti aduerſarij in eius adminiſtratione, ac redditione rationum, probatur. Primo ex eo, quod bonam pecuniarū quantitatem per ipſum receptam in libro, ſuper quo fuit reddita ratio, minimè deſcripſit (prout latè deducitur in informatione facti) quo caſu ipſum eſſe in aperto dolo, dubitandum non eſt. Socin. *d. conſi. 159. nume. 8. ſeq. & num. 13. verſi. ſecundo principaliter, & ſub nu. 15. &* 18. Bero. *conſi. 191. poſt num. 18. lib. 1.* Pariſ. *conſi. 89. num. 19. verſic. Debebat enim. lib. 1.* Thob. *d. conſi. 63. num. 13. ad med. & num. 21. verſi. Tum etiam.* Iaſ. *conſi. 4. col. antepen. in fine verſ. Item cum d. Baptiſta. lib. 3.*

6 Secundo non ſolum pecunias prædictas in libro non deſcripſit, ſed poſt redditas rationes eas pęnes ſe retinuit, & in vſum proprium conuertit, & ob id iura ipſum non ſolum doloſum, ſed & prædonem reputarunt. *l. Pomponius. §. ex facto. & ibi* Ang. & Imol. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Socin. *d. conſi. 159. num. 10. & conſi. 190. num. 2. in fine. verſ. 4. quia lib. 4.* Dec. *conſi. 192. in fine.* Pariſ. *d. conſi. 89. nume. 33. & 36. lib. 1.* Iaſ. *d. conſi. 4. col. antepen. verſic. ex quo conuertit pecunias. lib. 3.* Plot. *de in lit. iuran. §. 5. num. 11.* Roland. *conſ. 49. nu. 26. lib. 1.*

7 Tertio, & hinc oritur contra eundē D. Aduerſarium alia mala præſumptio, quia dum venit ad ſeruitia Illuſtriſſimorum DD. de Lantibus, pauper admodum erat, & vix finita adminiſtratione per quinquennium opulentus, & diues euaſit. Hæc inquam breuitas temporis, in qua Adminiſtrator diuitias comparauit, de ſe ſola non bene olet, prout aduertit Bald. *in l. fi. num. 5. ff. de quæſt.* Menoch. *conſi. 207. num. 15.* Surd. *deciſ. Mantuan. 15. nume. 11.* Licet enim Adminiſtrator non præſumatur locupletatus ex bonis adminiſtratis, *ad l. ſi defunctus. C. arb. tut.* cum alijs per Burſar. ex aduerſo allegatum *in conſi. 325. nume. 103. ſeqq.* Hoc tamen fallit, niſi in contrarium vrgeat aliqua alia præſumptio, ſeu coniectura, etiam non tā efficax, & probabilis, prout benè comprobat Aym. *in conſ. 191. in fi. num.* 8. Et quidem coniectura prædicta oriens ex breuitate temporis & probabilis, & efficaciſſima eſt, ex præallegatis.

8 Præterea ad cōprobationem huius tertij fundamenti ſupplicatur aduerti, quod regula *d. l. ſi defunctus*, vltra prædictam declaratione patitur tres alias limitationes, quarum vnaquæque applicatur caſui noſtro. Prima eſt, vt eadem præſumptio ad fauorē adminiſtratoris procedat, qui ſ licet pauper tempore adminiſtrationis, erat tamen induſtrioſus, & talis, vt poſſibile erat cū ſua induſtria diuitias paraſſe. Data enim poſſibilitate quod diuitię potuerint ącquiri ex aliqua induſtria, lex ad excludendum delictum, excludit etiā præſumptionem, quod Adminiſtrator diues euaſerit ex bonis adminiſtratis: Verum data paupertate, & remota induſtria, ceſſat vtiq; poſſibilitas illa delicti excluſiua, & conſequenter ex adminiſtratione diuitias proueniſſe, ſicut magis veriſimile eſt, ita etiam [illegible] magis à iure præſumitur. Aym. *d. conſi. 191. num. 8. verſic. Non obſtat modo,* Bero. *d. conſi. 191. num. 49. verſ. & præſertim, & nu. 50. ſeq.* vbi pluribus hanc declarationem comprobat Borgnin. *deciſ. Finizzanen. 38. nu. 32. in tract. de tut. & cur. ſub n. 223.* & eſt veriſſima declaratio.

9 Secunda eſt declaratio, vt diſpoſitio *d. l. ſi defunctus*, procedat, quādo adminiſtrator efficitur diues, & acquirit bona poſt adminiſtrationem: ſecus ſi ea durante, prout acquiſiuit Do. Bragadinus. Salyc. *in auth. licentia. num. 2. verſi. & eſt ratio. C. de epiſc. & cler.* Pariſ. *in add. ad Bar. in d. l. ſi defunctus. in fine additio.* Bero. *d. conſ. 191. num. 59. lib. 1.* Maſcard. *de probat. lib. 3. concl. 1392. nu. 13.*

10 Tertia eſt declaratio, vt eadem præſumptio non procedat, quando adminiſtrator non legitimè adminiſtrationis ſuę rationes reddidit, & multo magis ſi aliquam pecuniam eiuſdē adminiſtrationis pęnes ſe retinuit, & in proprium vſum cōuertit, quia tunc ex regula ſemel malus &c. ex eadem adminiſtratione omninò ipſum locupletiorem factum eſſe, omninò præſumendum eſt. Arc. *conſi. 31. num. 3. verſi. Praterea illa lex.* Iaſ. *d. conſi. 4. col. antepen. verſi. item cum D. Baptiſta, & col. penul. verſi. quinto, & vltimo.* Socin. *d. conſi. 159. num. 19. verſi. Nam in termini noſtris. & conſi. 190. nume. 5. verſic. poſtremo reſpondetur. lib. 2.* Bero. *d. conſi. 191. nu. 48. ſeqq.* Thob. *conſi. 63. num. 21. in fine.* Roland. *conſi. 49. nu. 30. & nu. 58. lib. 1.*

11 Quarto eiuſdem D. Aduerſarij dolus etiā deprehenditur ex eo, quod poſt redditam rationem adminiſtrationis, & computorum, libros minimè reddidit, prout nec hodie reddidiſſet, niſi Illuſtriſſimus D. Marcellus ad eius domum accedēs, eos accepiſſet: & tamen nec hucuſque integros dedit libros, ſed pęnes ſe retinuit librum dictum il Giornale (quamuis illum non habere, ſed pœnes alium remanſiſſe affirmet) vnde cum reliqua non reſtituerit, doloſus dicitur adminiſtrator. *l. cum ſeruus, & l. Lucius Titius. ff. de manum. teſt.* Socin. *d. conſi. 159. poſt num. 11. & nu. 14. & conſ. 190. col. pen. verſi. Confirmatur hoc. lib. 2.* Bero. *conſi. 191. num. 16. ſeqq. & nu. 38. 42. & 47. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. caſu 209. num. 16.* vbi propriè loquitur de exhibitione Giornalis, *& nu. 21. ſeq. & num. 29.* Roland. *d. conſi. 49. nu. 21. & num. 59. in fine.* Hippol. Rimin. *d. conſi. 338. nu. 33. 37. & 45.*

12 Nec iſto caſu creditur Do. Bragadino dicenti dictum librum, il Giornale, nuncupatū pęnes tertium dimiſiſſe, quia immo ſic dicens præſumitur malitioſè occultaſſe. Anchar. *conſ. 316. nu. 4.* Soc. *d. conſ. 159. nu. 5. & conſ. 190. col. antepen. verſic. Et non excuſatur ſi dicat. lib. 2.* Thob. *d. conſ. 63. num. 6.* Borgnin. *de tut. & curat. nu. 204.* Rol. *d. cōſi. 49. nu. 33. lib. 1.* Honded. *conſ. 19. nu. 26. lib. 1.*

Nec

13 Nec facit, quod Illuſtriſſimus D. Marcellus in quietatione, quam ſibi facit, videatur tacitè cōfiteri, ipſum ſuæ adminiſtrationis rationem reddidiſſe, ex qua confeſſione reſultat alia cōfeſſio, quod libros omnes reſtituerit, cum non dicatur reddita ratio, niſi & libri fuerint reſtituti, vt pluribus voluit Ruin. *in conſi. 90. num. 6. & 7. libro 5.* Quoniam ſi veritatem fateri velimus, reddere cōputa adminiſtrationis, & reliqua, quorum appellatione veniunt libri reſtituendi, ſunt actus inter ſe diuerſi, poteſtque vnum ſine alio ſtare, prout eſt text. expreſſus *in l. fin. §. inter cæteras. & ibi gl. in verbo, eo. ff. de libera. legat.* Et proprerea dicūt Doctores ſupra allegati, quod non ſufficit adminiſtratori exhibuiſſe libros adminiſtrationis, & ſuper illis calculos feciſſe de adminiſtratis, niſi ēt ipſos libros, & reliqua reſtituerit, & conſequēter non eſt bona conſequentia, Bragadinus propter computa facta quietationem habuit, ergò libros reſtituit, prout in ijs terminis magiſtraliter docet Socin. videndus *in conſ. 190. col. antepenul. & ſeq. nume. 5. verſ. ſecundo poſito, & verſic. non obſtat ſecundum fundamentum, & num. 6. vſque ad verſic. & vltra præmiſſa. lib. 2. et conſ. 159 poſt num. 11. verſic. & ideo non videtur ſufficere ſola aſſertio. eodem lib. 2.* Bero. *conſi. 191. nume. 38. lib. 1.* Hipp. Rimin. *conſi. 338. nu. 23. et nu. 33. et ſeq. lib. 3.* Quicquid in contrarium ſcripſerit Ruin. *in loco præcitato*, cuius opinio attendēda non eſt, quia contra cōmunē.

14 Quare præſuppoſito dolo ex omnibus prædictis rationibus, duo inde neceſſario inferuntur. Primum, quod poteſt idem D. Aduerſarius criminaliter puniri; (de quo tamen non curatur, ſed tantum deducitur, ne inane, ac nullum iudicium fuiſſe intentatum quiſque prætendat.) Alterum, quod ex dolo prædicto debet omnino Illuſtriſſimis DD. de Lantibus deferri iuramentum in litem; & quod attinet ad punitionem, ſiue is dolus fuerit verus, ſiue etiam præſumptus, vt ex aduerſo contenditur, adhuc & præſumptum dolum poſſe criminaliter puniri, licet mitius quàm verus, plenè tradiderunt Tiraq. *de pen. temper. can. 15. num. 2.* Decian. *par. 1. lib. 1. capit. 4. nume. 17.* Menoch. *de recuperan. remed. 15. ſub nume. 135.* Cæphal. *conſi. 75. num. 15.* Burſat. *conſi. 77. num. 13. & 14. & conſi. 94. num. 8. lib. 1.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 530. nu. 6.*

15 Sic pariter, & ex dolo præſumpto, ac eo qui in omittendo conſiſtit, poſſe, ac debere deferri iuramentum in litem, poſt Bart. *in l. tutor qui repertorium. nume. 21. ff. de adminiſtrat. tut.* ſcripſerunt Anchar. *conſilio 316. nume. 3.* Socin. *conſi. 46. ſub num. 3. 5. & 9. libro 1.* Plot. *de in lit. iuran. §. 5. num. 12. et §. 50. nume. 31.* Thob. *d. conſi. 63. nume. 4. et ſeq. et num. 16.* Roland. *conſ. 49. num. 18. et num. 24. lib. 1.* apud quos plures alij referuntur concordātes Doctores; Et quamuis non ignorem, nonnullos alios Doctores contrariū tenuiſſe, quod imò ex dolo præſumpto, & in omittendo iuramentū in litem non deferatur, præterquam contra tutorem ex ſpeciali fauore pupillorū, vt præcipuè voluit Plot. *de in lit. iuran. d. §. 50. num. 30.* Phanuc. *in eod. tracta. par. 2. capit. 2. ſub num. 8.* Cæphal. *conſil. 192. nume. 52.* & Menoch. *de arbitr. caſu 208. nume. 14.* qui omnes ſic ex aduerſo pro hac opinione allegantur; Attamen generaliter contra quemlibet alium Adminiſtratorem deferendum eſſe iuramentum hoc ex dolo præſumpto, & in omittendo, dixit veriorem, & magis communem Doctorum opinionem Couarr. viden. *var. reſol. lib. 2. cap. 14. nu. 6.*

16 Et nihilominus etiam data veritate negatiuæ opinionis, adhuc illa recipit duas notabiles declarationes, quæ maximè deſeruiūt in propoſita facti ſpecie: Primo ſcilicet, quando dolus præſumitur à lege, & non ab homine, vel etiam quando probaretur in leuibus, ſed grauib. indicijs, Plot. *ex aduerſo allegatus d. §. 50. num. 31.* Secundo quādo dolus reſultat ex omiſſione eius, ad quod quis cogi poteſt iure actionis, prout Adminiſtratores cogi poſſe actione negociorum geſtorum ad reddendum legitimè rationes, dubitandum non eſt. Cagno. *in l. 1. nu. 126. ante finem. C. de eo quod intereſt*, vbi de magis communi, cum alijs per Maſc. *de probatio. lib. 2. concluſio. 334. nu. 15. et 16.*

17 Et licet præmiſſa ſufficiant ad firmandū, quod criminaliter agi poteſt, & quod eſt locus iuramēto in litem, adhuc tamen, & magis in ſpecie dico, quod Adminiſtrator non deſcribens in libris data, & recepta æqualiter, non ſolum dicitur in dolo, vt ſupra probaui, ſed etiam dicitur in dolo vero, ac manifeſto, quamuis in omittendo conſtat. Socin. *d. conſi. 159. numero 7. in fine. verſicu. 3. confirmatur, & conſilio 190. nume. 2. verſic. ex qua non deſcriptione. lib. 2.* Plot. *de in lit. iuran. d. §. 5. nume. 12.* Et propterea contra eum ex hac ſola non deſcriptione dari iuramentum in litem, in ſpecie affirmauerunt, idem Plot. *d. §. quinto, num. 12. et 14. & §. 50. nume. 31.* Rolan. *d. conſi. 49. num. 54. et ſeqq. & nu. 68. in fine lib. 1.* Et ex eadem non deſcriptione Adminiſtratorem non ſolum dici prędonem, tradidit idem Socin. *d. conſ. 46. nume. 9.* quem ſequitur Borgnin. *deciſ. 37. nume. 20.* ſed etiam falſitatem committere, & de falſo teneri, ſcripſerūt Bart. *in l. 1. §. tutores. ff. de falſ.* Gandin. *in titu. de falſar. nume. 2. in fine.* Bald. *in l. vbi exigitur. la prima §. dolo. ff. de eden.* Iaſ. *d. conſi. 4. colum. antepenul. in fine. verſi. ex quo, &c.* vbi amplius quod iſto caſu libris adminiſtratoris in parte defectiuis, & falſis, in totum non creditur. Socin. *d. conſi. 190. numero 2. verſicu. quod fortius. in ōcto verſ. confirmatur, etc.* Roland. *conſ. 49. num. 25. et 29. libro primo*, & eſt ratio, quia falſitas committitur non ſolum in dicendo, ſeu ſcribendo falſum, ſed etiam omittendo dicere, vel ſcribere verum, quod ſcribi & exprimi debebat. *cap. 1. de crimin. falſ.* Hoſtien. *in ſumma eod. tit. qualiter committatur.* Bar. *in l. ſi quis obrepſerit. ſub num. 3. verſ. quaro eum pars. ff. de falſ.* Bar. & Bal. *in l. presbyteri. C. de epiſ. et cleric.* Matth. *in rubr. ff. ad l. Corn. de falſ. nu. 8. et 9.* ex quibus conſequenter quin falſitatis pęna locum habeat, dubitandum non eſt.

18 Dico inſuper & etiam in ſpecie, quod Adminiſtrator retinens pęnes ſe pecunias ſui domini, & eas in proprium vſum conuertens, nō in præſumpto, ſed in vero ac manifeſto dolo eſſe dicitur. Pa-

riſ.

riſ.conſ.89.nu.23.lib.1.Honded.conſ.82.nu.23.lib. 2. Et propterea ex hoc dolo deferendum eſſe iuramentum in litem, in ſpecie ſcripſerunt Soc.d.conſil.46.nu.10.lib.1.Plot.de in lit.iuran.d.§.5.nu.11. & §.50.nu.3. Phanuc. ex aduerſo alleg. de in lit.iurant.p.2.c.2.poſt nu.7. Borgnin.d.deciſ.37.nu.10. & cum iſto caſu adminiſtratores reputentur prædones, vt ſupra probaui, cõſequitur etiam, vt de furto teneantur, & criminaliter puniãtur, prout in ijs terminis tradiderunt Aym.conſ.286.nu.1.verſic.2.reſpondeo.Pariſ.d.conſ.89.nu.20.& ſeqq.lib.1. Decian.conſ.11.nu.100.lib.1.Borgnin.de tutor.& curat.num.216.Surd.deciſ.304.nu.14.

19 Quib. non obſtet, dũ dicitur, hic ceſſare actionem de dolo criminalem, ex quo dolus ipſe prætenſus poteſt purgari actione ciuili ex eodem cõtractu, ad trad. per Corn. in conſi. 366. numero 12. & 37.lib.3.Roland.conſilio 75.nume.31.lib.1.cum alijs ex aduerſo allegatis. Hęc enim concluſio benè procedit tribus concurrentibus. Primo, quod dolus non tranſeat in particulare nomen delicti. Secũdo, quod materia ſit ordinata potius ad nulliter contrahendum, quam ad criminaliter committendum. Tertio, quod ex contractu is, qui dolum commiſit, non ſit factus locupletior cũ damno alterius. Ita colligitur ex Bald. in conſi. 14. & 15. libro 1. & benè explicatur in deciſ. Pedemonta. 137.nume.17. ſed in caſu noſtro dolus D. Bragadini tranſit in nomen furti, & falſi: Redditioque rationis per ipſum præſtita crimen prædictum in ſe continet, factuſq; eſt locupletior cum damno Illuſtriſſimorũ DD. de Lantibus: ergo nihil eſt, quod iure impediat criminale iudicium.

20 Et licet, vt ex aduerſo deducitur, adminiſtrationis velamen temperet furtum ad glo. in l. tres tutores in verbo, contrectare. ff. de adminiſtrat. tut. & propterea videatur ceſſare actio furti, quando res habuit originem à contractu ex Albe. in l. inficiando numero 5. ff. de furt. & Bart. in l. poſthumo. §. continua nu. tertio, ff. de tut. & rat. diſtrah. vbi dixit, quod tutor intercipiẽdo pecunias pupillares, & in vſum propriũ conuertens, dicitur in dolo præſumpto, & non in vero; & propterea non actione furti, ſed actione de rationibus diſtrahẽdis conuenitur. Hæc tamen procedunt, quando adminiſtrator pecuniam intercipit tempore adminiſtrationis; nec conſtat, quod illas interceperit, & in vſum proprium conuerterit, animo non reſtituendi; ſed ſi conſtat, quod animo non reſtituendi interceperit, & propterea eas in redditione rationis negauerit (prout in caſu noſtro, cum eas in libeiis non poſuerit) tunc ſine dubio, & in dolo vero eſſe dicitur, & actione furti tenetur, prout eſt tex. in l. 1. §. in tutela, & in l. actione, & ibi gl. in verbo, quod ſi furandi. ff. de tutel. & rat. diſtrah. et in l. tutor. ff. de furt. declarat Bar. in d. l. poſthumo. nu. 3. verſ. in ſecundo caſu, & Alber. in d. l. inficiando. nu. 4. in fi. Velamẽ enim adminiſtrationis temperat furtũ, quia ex adminiſtratione tolli videtur qualitas cõtrectationis, ſine qua furtum non cõmittitur, prout benè explicat tex. ĩ d. l. tres tutores. Verum dato animo non reſtituendi, etiam ſine contrectatione cõmittitur furtum; nec adminiſtrationis, aut contractus velamen furti actionẽ tollit, prout benè declarat Alber. in d. l. inficiando. inferes ex hoc, furti teneri eum, qui rem pęnes ipſum depoſitam, negat, quamuis ceſſet contrectatio, & quãuis etiam res habuerit originẽ a contractu, quod etiam idem voluit Aym. conſ. 287. nu. 2. Boſſ. in tit. de furt. nu. 45. & ſeqq. & probatur in l. hæreditatem. §. fin. ff. ad l. Falcid. & in l. 1. §. ſola, & in d. l. inficiando. ff. de furt.

21 Non obſtat ſecundo loco allegata biennalis præſcriptio in actione doli, & in crimine ſtellionatus, ad tex. in l. fin. C. de dolo. Cæphal. dict. conſil. 192. nume. 22. Hæc enim obiectio tollitur tribus modis. Primo, quod in omnem euentum aduerſus hanc præſcriptionem datur reſtitutio in integrum, non ſolum abſenti, ad glo. in d. l. fina. & ibi Bart. in prima oppoſ. Fulgoſ. & Salyc. numero 2. C. de dol. ſed etiam ignoranti, vt ibidem per Caſtr. qui videatur nume. 1. & per Io. Sicar. num. 3. q[.]ibus non refragantur ſcripta per Sfort. Odd. in tracta. de reſtitut. in integ. quæſt. 89. art. 3. nume. 20. & ſeqq. Tum quia generaliter loquuntur in reſtitutione aduerſus accuſationẽ, & perſequutionem iniuriæ, non autẽ in ſpecie aduerſus præſcriptionem actionis doli, prout in terminis loquuntur Doctores præallegati. Tum etiam, quia & ipſe Oddus non negat etiam aduerſus accuſationem dari reſtitutionem, quãdo, prout in caſu noſtro, criminaliter agitur, non ad vindictam, ſed ad reſtitutionem rei, ſeu damni, & intereſſe, vt ibi per eum, nume. 32. poſt glo. & Albet. in l. auxilium. ff. de minor. cum alijs ibi per eum allegatis.

22 Secundo dicitur, quod quando dolus habet cauſam permanentem, ſucceſſiuam, & continuã, prout eſt quando adminiſtrator retinet rem ſui Domini, tunc nulla doli currit præſcriptio. deciſ. Pedemont. viden. 58. nume. 35. in fine, verſic. & ratio eſt, & num. 37. verſi. non obſtat, prout nec eadem præſcriptio locum habet, quãdo ex dolo, de quo agitur, aliquid peruenit ad manus ipſius doloſi, ſecundum Maria. Socin. in cap. inter dilectos. num. 45. extra de exceſſ. prælat. quem ſequitur Paris de Put. in tract. de Ludo. nu. 38.

23 Tertio reſpondetur, quod hic non agitur de actione doli, ſeu de actione ſtellionatus, ſed de actione falſi, & furti, vt ſupra probaui; ideo non intrat præſcriptio actionis doli; ex quo iſto caſu conſideratur dolus, non tanquam ſeparatum delictum, ſed tanquam qualitas nominati delicti, prout declarat Boſſ. in tit. de crimin. ſtellionatus. nume. 1. & Decian. in tract. crim. lib. 1. cap. 4. num. 8. & 9. Si enim aliter diceremus, ſequeretur abſurdũ, quod omnia nominata delicta biennio præſcriberentur, cum nullum detur delictum, quod in ſe dolum non habeat.

24 Dum autem tertio loco ex aduerſo inſiſtitur in quietatione, ac liberatione facta per Illuſtriſſimum D. Marcellum D. Bragadino, ex eo quod liberatio prædicta extendatur etiã ad dolum pręſumptum, ad trad. per Menoc. de arbitr. caſu 209. numero 40. in fine, & Cæphal. conſi. 192. nume. 49. ex Dec. in locis per eum relatis, vltra quod iã ſupra plene proabui, in terminis noſtris agi de dolo

vero,

Digitized by Google

vero, non autem præſumpto, nec quietationem ad illam aliquo pacto extendi: adhoc, & magis in ſpecie reſpondetur, tunc demum quietationẽ, ſeu liberationem extendi ad dolum præſumptũ, & præteritum, qñ.ſ.concurrit coniunctio ſanguinis cum eo, qui dolum cõmiſit: & quod ex adminiſtratione non ſit factus locupletior: aliter ſecus, ſecundum Deci.relatum à Cæph.ex aduerſo allegato *in conſi.192.nu.4.in fine, & ſeq.* quẽ ſequitur Aym.*conſ.193.nu.9.* & communem dixit Couar. *variar.reſ.lib.2.c.14.num.4.verſi.7. erit conſiderandum*, vbi alios refert concordantes; ſed in caſu noſtro ceſſat coniunctio ſanguinis; Adminiſtratorque ex bonis adminiſtratis factus eſt locupletior; ergo quietatio nihil operatur.

25 Dum & quarto dolum in propoſito aduerſus quietationem non præſumptionibus, ſed euidenti probatione detegendũ eſſe, contenditur ex Socin *in conſil. 192. nume. 19. libro 4.* & ex Menoch. *de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 209.num.quarto*, & Monta.*d.cap.38.num.134.* Reſpondetur in primis hoc axioma non eſſe verum in iure, nec Socin.eo loci aliquid dicit, quod faciat ad propoſitum. Et licet Menoch. hoc affirmet *in d. nume. 49.* ex præfato Socin. Dec. & Rolan. in locis ibi per eum relatis, iſti tamen Doctores ſi percurrantur, minimè dicunt id, ad quod allegantur: ideo ipſi ſine lege, & authoritate loquenti credendum non eſt, præſertim cum loquatur aduerſus communem concluſionem Doctorum volẽtium, quod quamuis dolus non præſumatur à iure, *l.merito.ff.pro ſocio*, cũ alijs ex aduerſo cumulatis coniecturis, tamen ex indicijs illum eſſe concludenter probatum, not. communiter omnes *in d.l.dolum.C.de dolo.* eſt tex. *in c.2.de renunc.in 6.* & poſt alios antiquiores voluit idem Menoch. *de arbitr.caſu 116.ſub nu.21.& de præſump.lib.1.q.58.nu.10.et lib.5.præſump.3.nu. 42.* Et propterea Montanus ex aduerſo allegatus *d.c.38. nume.* 134. accuratius multò loquens, quàm loquutus fuerit Menoch. in præcitato loco, non loquutus fuit reſtrictiuè ad dolum verũ, ſed ampliatiuè per verbum, Maximè, ſentiens ẽt poſſe dari aduerſus calculatas rationes, & ſubſequutã abſolutionem, actio de dolo præſumpto.

26 Benè verum eſt, quod non quęlibet indicia dolum probant, ſed illa tantum, quę perſpicua ſunt, vt ad literam dicit text. *in d.l.dolum. C.de dol.* indicia autem perſpicua quæ ſint, iudicis arbitrio remiſſum eſt, Rota Ianuen. *deciſio.168.nume.13.* Qui quidem iudex ſatis doli indicia perſpicua eſſe exiſtimabit, ſi illa nõ leuia, friuola, aut iniuſta eſſe perſpicier, prout dixerunt *in d.l.dolum.* Barto. *nume.1.* Bald. *in verſicu. Nota quod ea.* & Alber. *nume.3.in fine.* Verum quod ad probandum dolum, qui eſt difficilis probationis, requiratur concludens, & exacta probatio, & quod nõ ſufficiat præſumptiua, & coniecturata, ſicut ex aduerſo prætenditur, eſt vtique contra omnes iuris regulas, & Doctorum receptas opiniones, quæ procedunt etiam aduerſus publica inſtrumenta, aduerſus quæ & dolum, & fraudem, & ſimulationem, & falſitatem ex pręſumptionibus, & coniecturis, dici concludenter probatum, omnia ſcribẽtium volumina plena ſunt, & in ſpecie ſcriptũ reliquerunt Boſſ. *in tit.de bon.publ.num.50.* Port. Imolen. *conſ.69.nu.6.deciſ.Pedem.41.nu.2.* Idem Menoc. *de arbitr.caſu 247.* Cæph. *conſi.287.nu.8.* & alibi paſſim, & communiter Doctores.

27 Reſpondetur ſecundo, quod dolus quandoq; probatur coniecturis, & præſumptionibus iuris; quandoque etiam coniecturis, & præſumptionibus hominis, prout benè declarat idem Menoch. *de præſumpt.lib.1.d.quæſt.58.nume.20.& ſeqq.* poſt glo. Corne. Soci. & Alex. in locis per eum relatis. Propterea etiam dato pro vero, quod in caſu, de quo agitur, dolus concludenter probari debeat, cum præſumptiones doli, quæ contra Bragadinũ adducuntur, ſint non hominis, ſed iuris: ſuccedit concluſio, quod ſatis dicitur concludenter, & liquiſſimè probatum illud, quod ex iuris præſumptione reſultat *l.licet Imperator.* & ibi Iaſ. *nu.13. ff.de lega.1.* Couar. *var.reſol.lib.2.c.6.nu.1.* & benè explicat idem Menoch. *de præſumpt.lib.1.q.36.nu. 3.& nu.8.* vbi alij plures referũtur cõcordãtes, & magis in ſpecie, quod dolus à iure pręſumptus dicatur verus dolus, declarat idẽ Menoc. *in eo.tract. de præſumptio.lib.5.præſumpt.3.nu.6.& ſeqq.* & voluit Cæph. *conſi.142.nu.33.& 34.lib.1.*

28 Imò & quod plus eſt, verum dolum eſſe illum, qui pręſumptionibus, & coniecturis etiam hominis detegitur, affirmarunt *in d.l.dolum.C.de dol.* Caſtren. *nu.4.* & Io. Sicar. *nu.5.* Pariſ. *conſ.49.nu. 30.& ſeqq.lib.1.* Phanuc. *de in lit.iuran.p.2.c.2.nu. 8.verſ.& adhoc facit, & verſ.2.autẽ modo.* Io. Petr. Surd. *deciſ.Mantuan.216.nu.8.* nec diſſentit idem Menoch. *in 15.remed.recup.poſſeſſ.nu.135.* & in terminis, quod adminiſtrator non deſcribens in libro rationum aliquam pecuniarum quantitatẽ, illãq; in vſum proprium conuertens, prout fecit Bragadinus, dicatur in vero, ac manifeſto dolo, voluerunt Soc. *conſ.159.num.7.in fine.verſ. Tertio confirmatur, & conſi. 190.nu.2.verſ. ex qua non deſcriptione.lib.2.* Plot. *de in lit.iuran.§.5.nu.12.* Pariſ. *conſ.89.nu.23.lib.1.* Honded. *conſ.82.nu.23.lib.2.* quos hic denuo reallegare volui, quia vt dixi in terminis tollunt hanc difficultatẽ, nec diſſentit Mant. ex aduerſo allegatus *d.c.38.nu.138.& 140.*

29 Dum quinto ad fauorem Bragadini conſideratur geminatio quietationum, ex qua videtur auferri allegatio doli, ad Afflict. *deciſ.220.num.6. & 7.* Montan. *d.c.38.nu.127.& ſeq.* Item & interuentus Baldini Amici, ad trad. per eundem Montan. *ibidem nu.129.* Item & taciturnitas per decennium poſt redditas rationes, quæ calumniæ præſumptionem inducit, ex Bald. Anch. Boer. & alijs relatis per Maſcard. *de probat.lib.1.concluſio.531. nu.54.* Menoch. *de præſumpt.lib.2.præſumpt.91.nu. 8.& lib.5.præſumpt.3.nu.105.*

30 Quod attinet ad geminationem actus, Reſpõdetur, non eſſe verum in iure, quod per illam excludatur doli allegatio, ſi dolus adeſt; Nã quod immo contrarium verius ſit, voluit Roman. *conſil.54.in fine.* Cæphal. *conſi.142.nu.55.* & in noſtris terminis Pariſ. *conſ.89.num.7.* cum alijs allegatis, qui expreſsè dicunt, allegationẽ doli aduerſus liberationem, & abſolutionẽ admitti, etiam quod

poſt

poſt eam ſubſequatur tranſactio, pactum, laudū, aut quælibet alia ratificatio verbis, aut facto; & hoc in iure difficultatem non habet, quia in qualibet diſpoſitione ſemper dolus cēſetur excluſus. *l.creditor.§. Lucius.ff.mādā.l.ſi pater.ff. quæ ī frau. cred.* Pariſ.*conſ.*107.*nu.*35.*lib.*3.Menoch. *de arbit. q.lib.*1.*q.*13.*nu.*8.*& ſeqq.* & in terminis quietatio nis voluit præcipuè Theſaur.*deciſ.Pede.*14.*nu.*7.

31 Nec obſtat Affl.in ex aduerſo alleg. *deciſ.*220. *num.*6.*&* 7.quem etiam refert Montan. *d.cap.*38. *nume.*127. loquitur enim Affict. in caſu, in quo quis expreſsè doli exceptioni renūciauit, & poſt renunciationem etiam illam ex interuallo ratificauit,ex qua ratificatione nō poteſt dicere,quod eadem facilitate,qua ductus fuit ad principaliter contrahendum,fuerit etiam ductus ad renunciādum exceptioni doli;quia ſic ex interuallo ratificans,videtur ſine errore, & deceptione diſponere,& hoc procedit de plano, quia non eſt nouum in iure, q quis dolo præterito renunciare poſſit, dummodò expreſsè, & in ſpecie renūciet, ad tex. *in l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar. ff. de pact.*& expreſsè aduertit Affli.*ibidem nu.*8.& Vrſil.*nu.*7. quæ minimè trahenda ſunt ad quictationem, de qua agitur, in qua non ſolum non fuit renunciatum dolum, verum etiam facta expreſſa reſeruatio erroris, multo magis doli.

32 Quod verò attinet ad interuentū Baldini pariter nihil facit, quia dato dolo non ſolum non operatur interuentus alicuius amici in redditione rationis, ſed nec etiam operatur interuētus Peritorum,& calculatorum cum iudicis decreto, quod plus eſt,prout in ijs terminis ſcripſerūt Pariſ.*conſ.*89.*nu.*28.*&* 58.*lib.*1.& Hippol.Riminal. *conſ.*338.*num.*27.*&* 80.*lib.*3.

33 Et demum ad taciturnitatem temporis per decennium poſt redditas rationes,Reſponſio eſt facilis,quia data ignorantia commiſſi doli, nulla illius commiſſio tacitè induci poteſt,per regulam, quod ignorās,nec remittere,nec renunciare cenſetur.*l.nec ignorans.C.de donat.l. Mater decedens.ff. de inoff.teſtam.*Pariſ. *conſ.*20.*nu.* 63.*lib.* 1.*& conſ.* 12.*nu.* 245.*lib.*2.Natt.*conſ.*363.*nu.*3.*&* 4.*lib.* 3.

34 Dum autem ſexto loco D.ex aduerſo ſcribens contendit oſtendere, quod Doctores per me allegati non faciant ad caſum,de quo agitur, nec illi eorum doctrinæ applicentur, eo quia in primis Socin. *conſ.*92.*libro* 4. loquitur in adoleſcente teneræ ætatis, vnde non inferendum ad illum exiſtentē in magiſtratu; Replicatio eſt facilis,quod licet Socin.eo loci loquatur in adoleſcente, non tamen per hoc negat, quin etiam in maiorem dolus per adminiſtratorem committi valeat, prout commiſit Bragadinus, non deſcribendo in libris omnes receptas pecunias, & illas in propriū vsū conuertendo, & ſi hoc voluiſſet non benè dixiſſet,ſed contra cōmunes Doctorū traditiones loquutus fuiſſet,& contra ea, quæ idē Soc. dixit *in d.conſ.*159.*nu.*12.*& ſeqq. omnibus lib.* 2. Vbi facit concluſionem generalem etiam in maiore.

35 Sic pariter licet idem Soc.*in d. conſ.*159.*lib.*2. loquatur in caſu,in quo libri rationum non fuerunt exhibiti, illique erant confuſi cum rationibus ſcribentis,& ad creditum tutoris eſſent poſita ea,quæ debebant poni ad creditum pupilli, nō tamen negat,quin etiā præ dictis ceſſantibus,dolus cōmitti poſſit ex ſola nō perfecta deſcriptione pecuniarum in libro adminiſtrationis,ac earū in proprium vſum conuerſione: immo,vt dixi, il lud expreſsè profitetur *nu.*2.*& ſeqq.*

36 Sic etiam Bero.*in conſ.*191.*nume.*18.*lib.*1. licet loquatur in caſu non exhibitionis librorū, idem tamen iuris eſſe affirmat, ſi libri exhibeantur defectuoſi, & non cōtinentes oēs receptas pecunias.

37 Et etiam Hippol.Rimin.*in conſ.*388.*num.* 55. *& ſeq.lib.*3.quamuis prout ex aduerſo conſideratur,loquatur in caſu, in quo ex ſola viſione libri rationum conſtat non eſſe verum,quod computa fuerint diligenter ſaldata, prout in quietatione aſſerebatur, hoc tamen optimè applicatur caſui noſtro,in quo ex ſola inſpectione librorū, ſuper quibus computa fuerunt reddita,cōſtat, Bragadinum omiſiſſe deſcribere tres partitas, vnam ſcutorum duorum millium, aliam ſcutorū 476. & aliam ſcutorum mille; & nihilominus hanc ſolam aſſertionem quietanti, quod computa fuerint diligenter viſa,inſpecta, & ſaldata non probare contra confitentem, plenè deduxit idem Riminal.*ibidem nu.*35.*& ſeqq.*49.*ſeqq.*67.*& ſeqq.*

38 Pariſ.*in conſ.*89.*nume.* 28.*&* 37.*libro* 1. quamuis præſupponat deceptionem probatam, & rem aliter ſe habere,quàm in libris & quietatione ſcriptum reperitur, hoc tamen probatum affirmat, *nume.* 16.*& omnibus ſeqq.* ex eo quod in ijſdem libris non deſcriptæ repetiantur omnes receptæ pecuniæ, & quod eas adminiſtrator per ſe retinuerit,prout contingit in caſu noſtro.

39 Roland.*conſ.*49.*nu.*53.*lib.*1.& Thob.*conſ.*63. *nume.*13.licet præſupponant,in caſu ſuo non eſſe libros exhibitos, non tamen per hoc excludūt dolum: immo illum expreſsè arguunt, quādo ex libris exhibitis apparet de nō perfecta deſcriptione pecuniarum, & de illarum retentione, vt ſupra, vt ibidem per Thob. *num.*2. & per Rolan. *nu.* 25.*ſeqq.*39.*& ſeqq.*

40 Et in ſumma quamuis Doctores per me allegati aliqua præſupponant, quæ in propoſita facti ſpecie minimè verificentur, ac etiam cōſuluerint,non in caſu, de quo agitur, ſed in alio, ſatis tamen eſt,quod omnes admittūt quietationem, & liberationem adminiſtratori factā, illi non ſuffragari, quando aliquo modo de ipſius dolo in adminiſtratione apparere poteſt, prout de dolo Bragadini quatuor mods conſtare in alia informatione latius deductum fuit.Primo inquam ex non deſcriptione omnium pecuniarum. Secundo ex illarum retentione, & in ipſius proprium vſum conuerſione. Tertio ex non reſtitutione librorum adminiſtrationis.Quarto ex locupletione durante adminiſtratione,nulla probata adminiſtratoris induſtria.

41 Nec refert, quod prallegati Doctores non dicant,poſſe criminaliter agi, quia non per hoc criminaliter agi poſſe negant: Conſuluerunt enim ipſi in caſu,in quo erat tantummodo inſtitutum ciuile iudicium, ad reddendū de nouo rationem admi-

adminiſtrationis; & ideo ſecundum ea, quæ proponuntur, non concludunt ad pęnam, ſed ad reddendum iteratam rationem; Et nihilominus adhoc dicunt, Adminiſtratores illos dici poſſe in dolo nedum præſumpto, ſed etiam vero; item verè dici prædones, & fures, ac etiam furtum, & falſum commiſiſſe, Ex quib. quidem verbis, quis vnquam negabit, quin etiam in neceſſariam conſequētiam admiſerint, poſſe criminaliter agi? Nullus certè, cum certiſſimi iuris ſit tàm ex furto, & falſo, quàm etiam ex omni dolo, ac crimine poſſe duplicem oriri actionem, ciuilē ſcilicet, & criminalem *l. fi. ff. de priu. delict. l. fi. ff. de furt. l. nihil aliud ff. de act. & oblig. l. 1. & ibi communiter Doctores poſt gl. C. quando ciuil. act. crim. praeiud.* Marant. *de ordin. iudic. par. 4. in prin. diſt. 1. nu. 3. & ſeqq.*

42 Dum ſeptimo ex aduerſo adducitur illa concluſio, quod furtum nō cōmittat is, qui in vſum proprium conuertit pecuniam ſibi traditam, nō in ſpecie, ſed in quantitate, ad Bar. *in l. eius qui. §. quas vero, & ibi Iaſ. nu. 6. & 7. ff. ſi cert. pet.* Alber. *in l. inficiando. nu. 3. 4. ff. de furt.* Caſtren. *conſ. 141. nu. 4. lib. 1.* Aym. *cōſ. 244. nu. 8. verſ. Quinimo &c.* Bertaz. *conſ. 224. nu. 18. ſeq. lib. 1.* Pro reſponſione eſt aduertendū, quod aut conſignatur pecunia numerata alicui perſonæ priuatæ ad effectum tm̄ illā retinendi, & reſtituendi ad libitum conſignantis, & ſic in depoſitum ſimplex; & tunc, quia per talem pecuniam transfertur dominiū in recipientem ex voluntate Dñi, ideo nō committitur furtum, quod in re propria non cadit, ſicut dicunt Doctores præallegati, & iſte nō eſt caſus noſter; ſi vero conſignatur pecunia alicui, vt in aliquem vſum in domini vtilitatem conuertatur, & recipiens non in illum vſum, ſed in proprium cōuertit; & tunc quicquid dicant Iaſ. & Aym. in locis præcitatis, verior, & ſeruata opinio eſt, vt ſic in proprium vſum conuertens, teneatur furti, & illius pœna, prout ſunt iura aperta, quæ cauillari nō poſſunt, *in l. ſi is cui,* & ibi præcipuè Bal. *in ſummario. C. de furt. & in l. ſi mandauero. la 2. §. ſi tibi cētū. ff. manda.* Foll. *in pract. cri. in fragmen. nu. 127.* Pract. Corrad. *tit. de furib. nu. 7. in fi. in 30. ampliatione.* Cla. *in prac. §. furtū. verſ. poſſet ēt* Bertaz. *cōſ. 412. nu. 1.* Io. Petr. Surd. *deciſ. Mantua. 304. nu. 14.*

43 Sed ſic eſt, quod pecuniæ, de quibus agitur, nō fuerunt conſignatæ Bragadino vti tertiæ, & priuatæ perſonæ in depoſitum ſimpliciter, ſed vt Agenti, & Adminiſtratori; ad effectum illas conuertendi in vtilitatē domus, & negociorum, quę gerebat; ideo conuertendo in proprium vſum, tenetur de furto, ex præallegatis. Et eo magis cum in redditione computorum nec in libris illas deſcripſerit, nec oretenus aliquid dixerit, ſed tacendo, ac non demonſtrando quid de dictis pecunijs fecerit, quietationem extorſit; quo caſu habetur pro negante, & cōſequenter tenetur furti, etiam ſi eſſet ſimplex depoſitarius. Albe. *in d. l. inficiando. numero 4.* Aymon. *conſi. 287. num. 2.* Boſſ. *in titu. de furt. nume. 45. & ſeqq.* & intrant etiam Doctores aliàs allegati, volentes in terminis adminiſtratorem, qui nō deſcripſit in libro omnes receptas pecunias, & illas pęnes ſe retinens, teneri crimine falſi, & furti, ac & prædonem reputari.

44 Dum octauo, & vltimo loco ad defenſionem D. Bragadini, & ad effugiendum criminale iudiciū allegatur Rota in vna Romana redditionis computorum corā R. P. D. Litta 14. Maij 1593. In qua expreſsè reſolui videtur, Adminiſtratorē non habentem publicum officium, prout erat ipſe Bragadinus, non teneri conficere librum rationum; nec ex eo quod librum non cōfecerit, dari contra eum iuramentum in litem, quando alium de quàm ex libris paratus eſt reddere rationem: ergo multominus tenebitur, ſi librum cōfecerit, ſed non omnia deſcripſerit.

45 Pro reſpōſione ſupplicatur aduerti, quod hæc deciſio, cuius copiam infra poſt conſilia ſuo loco reſcripſi, ſic ſimpliciter intellecta, eſt contra communem opinionem omnium Doctorum, volentium nedum tutorem, & curatorem, ſeu alium ex publico officio adminiſtratorem, ſed etiam quēlibet alium ſiue generalem, ſiue particularem adminiſtratorem, & ſiue publicum, ſiue priuatum, ſiue ſocium, ſiue non ſocium, ſiue etiam negociorum geſtorem, factorem, exactorem, & ſiue etiā Procuratorem teneri, pro reddenda ratione, conficere earumdem rationum, datorumque, & receptorum diſtinctum, & clarum librum: & non cōficiendo, contra eum dari iuramentum in litem, ſicut poſt alios, quos allegant, antiquiores, ex Socin. Pariſ. Bero. Dec. Thob. Non. Roland. & alijs in locis aliàs relatis plenè probaui. Et illis etiam addo Fulgoſ. *conſil. 88. col. 2. ante medium verſic. & per hoc,* vbi ab hac generali regula ſolum Patrem adminiſtratorem excipit. Corn. *conſil. 296. nume. 4. lib. 3.* Socin. *conſilio 24. nume. 37. & ſeqq. lib. 1.* Rota Ianuen. *deciſ. 116. nume. 3.* qui omnes apertè etiam dicunt, fundamentum redditionis adminiſtrationis eſſe librum; nec propterea ſine libro poſſe eiuſdem adminiſtrationis rationem benè reddi.

46 Quomodo ergo ad euitandum hanc iuris, & Doctorum apertam contrarietatem intelligenda eſt præfata Deciſio, apertè etiam volēs, priuatum adminiſtratorem nō teneri conficere rationum librum? Crederem in primis, Deciſionem prędictam fore intelligendam, ac reſtringendam iuxta Doctorum auctoritates, quas allegat, nempe ex Corn *in conſi. 81. numero 4. lib. 4.* & ex Pau. de Monte Pico *in conſi. 67. nume. 4. & nume. 18. verſic. vltima coniectura,* ſic enim dicta Doctorum ſecundum leges, & auctoritates, quas allegant, fore amplianda, & reſtringenda, notiſſimi iuris eſt, ex Barr. *in l. non ſolum. §. ſi liberationis verba. ff. de his quibus, vt indign. cum vulgar.*

47 Quare dignetur Illuſtriſſimus D. meus videre in primis, & benè conſiderare tradita per Corn. *in d. conſilio 81. num. 2. in fine, & nume. 3. & ſequen. lib. 4.* vbi benè hanc materiam declarando diſtinguit. Quod ſi adminiſtrator non habens publicū officium, redarguatur de dolo ex eo, qui adminiſtrare incępit non confecto inuentario: & tunc inanis eſt talis prætenſio, quia ſolus tutor, & curator, aut alius ex publico officio habens adminiſtrationem, prohibetur adminiſtrare, non confe-

cto in-

Digitized by Google

cto inuentario; ſi vero dicatur, Adminiſtratorem eſſe doloſum in reddendo rationẽ, quia poſt cæptam adminiſtrationem librum rationũ non cõfecit, & tunc ex non cõfectione libri rationũ dolus eſt manifeſtus, quia licet a principio, & antequam adminiſtrationem ſuſcipiat ex debito, vel ex forma ſui officij, quia publicũ non eſt, non teneatur conficere inuentariũ; tenetur tamen pro reddenda ratione de eo, quod poſtea ad manus ſuas peruenit, librum conficere. Si autem ad ſuas manus nihil peruenit, & tunc nec librum conficere, nec rationem reddere tenetur. Ita, ni fallor, expreſsè tradit Corn. *in loco præcitato*, & ante eum Iac. Butt. *in l. nulli. col.* 1. *verſ. Item nota quod facit inuentarium*, & ibi etiã Bal. *nu.* 10. *C. de epiſ. & cler.* ad literam dicẽtes, quod quilibet Adminiſtrator ſiue generalis, ſiue ſpecialis, debet facere inuentarium, ſi aliquid ad eum ex adminiſtratione perueniat; alias ſecus, & voluit etiam idem Bal. per eundem Corn. allegatus *in Authen. ſed ſi teſtator. in fine. nu.* 23. *C. Ad l. Falci.* & ſequitur Capra *in tractà. de exequutione teſtamenti, membr.* 5. *nu.* 23. qui omnes ſi per Illuſtriſſimum D. meũ videantur in fonte, ſine dubio exiſtimabit, diſtinctionẽ, & declarationem prædictam in iure receptam eſſe, & conſequẽter non faciet ad caſum noſtrum, quia non intẽdimus redarguere dictum Bragadinum de dolo ex eo, quia adminiſtrationem ſuſceperit nõ confecto inuentario, ſeu libro rationum; ſed quia pecunias ad eius manus peruentas, in libro non deſcripſit; quo caſu nec deciſio loquitur, nec Doctores in deciſione allegati tale quid admittunt; immo contrarium, vt dixi.

48 Sic nec obſtant ſcripta per Pau. de Monte Pico *in d. conſi.* 67. quia in caſu ſuo dolus excluditur in Adminiſtratore non conficiente librum rationum, non ex eo ſolo, quod non erat publicus, & generalis adminiſtrator, ſed ex alijs quatuor rationibus, & coniecturis, quæ in caſu noſtro non concurrunt. Ideo &c. Et hæc ſit prima reſponſio deciſionis prædictæ.

49 Secundo reſpondetur, quod eadẽ Deciſio loquitur, qñ Adminiſtrator nullum confecit librũ rationum, non autem qñ prout in caſu noſtro, librum confecit, & in eo aliquas pecuniarũ quantitates deſcribere incęperit, aliquas autem omiſerit: Tunc. n. prout alias plenè probaui, non deſcribendo perfectè oẽs partitas pecuniarum, quę ad ſuas peruenerunt manus, dr̃ eſſe in dolo manifeſto, & pęna falſi tenetur; & dato pro nunc ſine veri præiudicio, q D. Bragadinus non teneretur in ſuo rationum libro ſcribere pecunias ad eius manus peruẽtas, quas ipſe vocat extraordinarias (prout contrariũ de iure verius eſſe ſupra demonſtraui) cum tñ illas deſcribere incęperit, vtiq; tenebatur perficere, omneſq; pecunias ſine aliqua diminutione perfectè deſcribere, ex illa communi concluſione, quod ſi negociorũ geſtor a principio non ex neceſſitate officij, ſed ex voluntate aliquid gerat, ſi tamen gerere incęperit, tenetur poſtea ex quaſi contractu perficere. *l. commodato. §. ſicut. & l. Nam & Seruius. §. ſi vino. ff. commodati.* Bar. *in l. ſi pupilli. §. videamus. nu.* 1. *in prin. et in fi. ff. de neg. geſt. & in l. tutori. nu.* 2. vbi etiam Cy. etiam *nu.* 2. Pau. de Caſt. *nu.* 2. *verſ. non tamen intelligas*, & Salyc. *nu.* 8. *C. eod.* quare non deſcribendo omnes pecunias per ipſum habitas, ſicut deſcribere incœpit, & ſicut ex quaſi contractu, & actione negociorum geſtorum deſcribere tenebatur, ſine dubio dolum effugere non poteſt.

50 Tertio, & in omnẽ euentum deciſio prædicta pręſupponit, quod quamuis Adminiſtrator non confecerit librum rationum, ſeu etiam in eo non deſcripſerit receptas pecunias, aliunde tamen de dictis pecunijs receptis, & earum exitu rationem reddit; & iſto caſu veriſſimum eſt, quod ex hoc ſolo, quod Adminiſtrator librum nõ confecit, ſiue priuatus, ſiue etiam publicus ſit, non intratur cõtra ipſum in litem, quia ſat eſt, vt in eadem deciſione dicitur, & bene etiam declaratur *in illa Romana tutela de Maſſo corã Gyptio* 27. *Ianuarij* 1586. *&* 23. *eiuſdem* 1587. quas deciſiones infra reſcribam, quod aliunde quàm ex libro rationem reddar de receptis, & earum exitu; non ſic in caſu noſtro, in quo D. Bragadinus nec receptas pecunias deſcripſit, nec quid de illis actum fuerit, aliquid probat; quo caſu ſiue fecerit, ſiue non fecerit librum, & ſiue in libro pecunias receptas deſcripſerit, ſiue nõ, ex hoc ſolum, quod pecunias, quas adminiſtrat, in proprium vſum conuerterit (prout eas ſic conuertiſſe negare non poteſt D. Bragadinus) nedum in dolo eſſe dicitur, *l. Pomponius. §. ex facto*, & ibi Ang. & Imol. *ff. de acquir. poſſeſ.* Socin. *conſ.* 159. *num.* 10. *& conſi.* 190. *num.* 2. *in fine. verſ. quarto quia. li.* 2. Dec. *conſ.* 192. *in fine.* Pariſ. *conſ.* 89. *nu.* 23. *&* 33. *&* 36. *lib.* 1. Iaſ. *conſ.* 4. *col. antepen. verſ. ex quo conuertit pecunias. li.* 3. Plot. *de in lit. iuran. §.* 5. *nu.* 10. Rolan. *conſ.* 49. *nu.* 26. *lib.* 1. Honded. *conſ.* 82. *nu.* 23. *lib.* 2.

Verum etiam & de furto puniri poteſt. Aym. *conſi.* 286. *li.* 1. *verſ. ſecundo reſpondeo.* Pariſ. *d. conſi.* 89. *nu.* 20. *& ſeq. li.* 1. Decian. *conſ.* 11. *nu.* 100. *li.* 1. Borgn. *de tutor. & curat. nu.* 216. Surd. *deciſ. Mantuan.* 304. *nu.* 4. Et facit generalis cõcluſio, quod conuertens in vſum proprium alienam pecuniã, quæ in domini vtilitatem deſtinata erat, furtum committit. *l. ſi is cui*, & ibi Bald. *in ſummario. C. de furt. l. ſi mandauero. la ſecunda. §. ſi tibi centum. ff. mãdati.* Poller. *in pract. crimin. in fragmentis. num.* 127. Pract. Corrad. *tit. de fur. nu.* 7. *in fine. in* 30. *amplia.* Clar. *in pract. §. furtum. verſic. poſſit etiam.* Bertaz. *conſ.* 412. *nu.* 2. Surd. *d. deciſi.* 304. *nu.* 14.

51 Ex quibus omnibus non video, quomodo Bragadinus poſſit effugere reſtitutionem pecuniarum per ipſum habitarum, in libris adminiſtrationis non deſcriptarum, & in vſum proprium conuerſarum, non obſtantibus quietationibus, & liberationibus habitis, prout ſic cauſa bene diſcuſſa coram Illuſtriſſimo D. Vrbis Gubernatore, ac excellentiſſimo, & integerrimo D. Ioanne Baptiſta Gottarello in criminalibus Locumtenente, fuit ab eodem D. Locumtenente ad reſtitutionem dictarum pecuniarum, ac etiam propter dolum, in pęnam pecuniariam condemnatus. LAVS DEO.

Particula Deciſionis in vna Romana Tutelæ de Maſſo 27. Ianuarij. 1586. Coram Gyptio.

52 QVo vero ad ea, quæ pro excuſatione Tutoris, ob non cõfectionem libri rationum, in medium afferebantur, fuit per omnes Dominos concluſum, iurare poſſe in litẽ, niſi aliunde ipſe adminiſtrationis rationẽ reddere poſſit, quĩ dolus ita prǽſumitur in eo, qui non confecit librum rationum, ſicut in eo, qui inuentarium non fecit. Bar. *in l.* 1. §. *officio. de tutel. & rat. diſtrab.* Ang. *conſ.* 277 *in* 3. *dub. nu.* 5. Decian. *conſ.* 94. *nu.* 18. *lib.* 3. Quamuis non prohibetur, Tutorẽ etiam ſine libro rationum docere, quæ bona extabant tempore obitus teſtatoris ſiue ſuſceptæ tutelæ, & quæ ad ipſum peruenerunt. Calcan. *conſ.* 93. *verſ. ſed prius.* Plot. *in l. ſi quando.* §. 5. *nu.* 37. *verſ. Primo contra Tutorem. C. vnde vi.* Nam contra huiuſmodi iuramentum contrariæ probationes admittũtur, Marſil. *ſingul.* 357. Tiraq. *de retract. conſang.* §. 1. *glo.* 1. *in prin. &c.*

Alia Deciſio in eadem cauſa, Veneris 23. Ianuarij 1587. Coram eodem Gyptio.

53 REſolutum fuit, D. Hieronymum Ceulum, ſiue eius hæredes iuramentum in litem nõ poſſe euitare, niſi idoneam rationem adminiſtrationis tutelæ reddant, Domini tamen non dubitabant, ipſis licere etiam ſine inuentario, & libris rationum, aliunde probare, pupillos, & minores dumtaxat tot, & talia bona habuiſſe, ex quibus tantum, & non plus extractum, & de illis rectè, prout decet, diſpoſitum fuiſſe, iuxta *conſi. Calcan.* 93. Iaſ. *conſi.* 103. *colum.* 2. *lib.* 1. Aym. *conſi.* 275. *ſub nu.* 12. Plot. *in l. ſi quando.* §. 5. *num.* 37. *verſ. Primo contra. de in lit. iuran.*

Si quidem iuramentum in litem a mero iudicis arbitrio pendet, qui deferre, aut non deferre poteſt. *l. videamus.* §. *iurare. l. in actionib. in prin. de in lit. iuran.* Iacob. de Gracchis *inter conſil. Calcan. conſi.* 95. *circa medium*, & ratio eſt, quia contra hoc iuramentum probationes in contrarium admittuntur. Marſil. *ſingul.* 357. Tiraq. *de retract. conſang.* §. 4. *glo.* 1. vbi *num.* 3. de magis communi teſtatur.

54 An vero de ſufficienti redditione adminiſtrationis hoc in caſu ſatis conſtare dici poſſit, vidẽdum erit ad partem, & ad hunc effectum Periti eligendi erunt, iuxta deciſionem poſtremo loco factam.

55 Quod attinet ad libros C. & F. placuit Dominis, ad illorum exhibitionem mulieres de Maſſo cogendas non eſſe, niſi doceatur ad ipſarum manus perueniſſe per ea, quæ de anno præterito in ſimili materia exhibitionis Rota cenſuit in vna Cluſina Grani apud D. Robuſterium, &c.

Proſper Farinacius I.C. Rom.

ARGVMENTVM.

Hæredis inſtitutio facta a teſtatore, præſertim grauiter infirmante, ad notarij, ſeu alterius interrogationem, & per reſponſionem per verbum, ſic, An, quando, & in quibus caſibus valeat: An vero teſtamentum nullum, ſeu ſuſpectum reddatur, Plenè & magiſtraliter in hoc Reſponſo diſcutitur materia.

SVMMARIVM.

Inſtitutio hæredis facta a teſtatore reſpondente per verbum, ſic, notario interroganti, An vellet Titium eſſe ſuum hæredem, valet, & tenet. nu. 1. & nu. 29.

Teſtis vnicus productus a parte plenè probat contra producentem. nu. 2.

Teſtes non dicuntur probare negatiuam, quod quis aliquid non dixerit ex eo quod deponant, non audiuiſſe illum ſic dicentem. nu. 3. & 4.

Teſtamentum, ſeu inſtitutio hæredis facta nutu, valet de æquitate Canonica & ſubſtinetur ex clauſula codicillari. numero 5.

Inſtitutio hæredis facta per verbum, ſic, valet etiam quod non conſtet quod teſtator haberet animum teſtandi, nu. 6.

Animus teſtandi probatur duobus teſtibus. nu. 7.

Inſtitutio hæredis per verbũ, ſic, valet, quando conſtat teſtamẽtum fuiſſe ſcriptum de voluntate teſtatoris. n. 8. & n. 29.

Teſtamentum fieri poteſt a grauiter infirmo, & ab exiſtente in articulo mortis. nu. 10. Etiam quod teſtator habeat linguam balbutientem & groſſam. num. 11. Et etiam quod eius vox cum difficultate emittatur, & percipiatur. nu. 12. Et etiam quod tempore teſtandi ſuperuenerit infirmo aliquod accidens, ſi poſtea in ſe deuenit. nu. 15. in fine, & num. 30.

Articulatè loqui dicitur teſtator reſpondendo per verbum, ſic, num. 13.

Teſtator in dubio præſumitur ſanæ mentis, accedente præſertim aſſertione notarij. nu. 14.

Teſtis vnus contradicens teſtamento, non facit illud vacillare, quando contrarium deponunt alij teſtes. nu. 25.

Inſtitutio per verbum, ſic, valet etiam quod interrogatio fiat, non a notario, ſed a tertia perſona. nu. 16. vbi etiam quid ſi interrogatio fiat ab hærede, vel a legatario, & nu. 18. Vbi quid ſi interrogatio fiat a notario, & a tertia perſona ſimul.

Inſtitutio facta per verbum, ſic, valet etiam quod interrogatio ſit facta a perſona ſuſpecta nu. 17.

Inſtitutio facta per verbum, ſic, ad interrogationem notarij, nõ dicitur facta a perſona ſuſpecta. nu. 18. & 33.

Inſtitutio hæredis facta per verbum, ſic, non reddit falſum teſtamentum, in quo dicitur, teſtatorem proprio ore nominaſſe hæredem. nu. 59.

Teſtamentum primum reuocatum cenſetur per ſecundum etiam quod ſecundum non contineat clauſulam, caſſans, &c. nu. 20.

Notarius ſemper cenſetur rogatus apponere clauſulas conſuetes. numero 20. Et in additione littera A. Vbi latius de hac concluſione.

Teſtes

Teſtes præſumuntur rogati ex aſſertione notarij. nu.21. Itẽ ex eo, quod paſſi ſunt ſe in inſtrumento deſcribi. nu.22.

Teſtes dicuntur rogati ſiue rogentur a teſtatore, ſiue a notario, præſente teſtatore. nu.22.

Notarius præſumitur rogatus ex ipſius aſſertione ex clauſula, Actum, &c. & ex taciturnitate & patientia teſtatoris in publicatione & ſtipulatione teſtamenti. nu.23. Et ibi in addit. littera B. Vbi alia ad materiam.

Teſtamentum cenſetur eſſe perfectum, quando teſtator habuit illum pro perfecto, & multo magis ſi fuerit ſtipulatum & publicatum. nu.24.

Teſtamentum valet etiam quod notarius non fuerit vocatus a teſtatore, quando is erat ſanæ mentis, & paſſus eſt teſtamentum legi, & publicari. nu.26.

Inſtitutio facta per verbum, ſic, & nutu ſimul, valet, & tenet. nu.27.

Inſtitutio hæredis debet fieri a teſtatore ore proprio. nu.29.

Teſtes ſeptem de iure communi requiruntur in teſtamento. num.31. & ſeq. Vbi præſertim, quando teſtator ſic elegit teſtari coram ſeptem teſtibus.

CONSILIVM XCVII.

1 ADSIT DEVS. Illuſtriſſime Domine Vrbis Gubernator; fuit alias de conſenſu coram Illuſtriſſima D.V. cauſæ difficultas reſtricta, ni fallor, ad duo capita; Primum, an conſtet, teſtatricem nutu tantum, an vero reſpondendo per verbum, ſic, ad interrogationẽ notarij inſtituiſſe hæredes Andream Siluestrinum, & Franciſcum Piran dũ, ſtante quod exaduerſo præſupponitur in iure firmiſſimum, inſtitutionem hęredis nutu factam minimè valere. Secundum dato, quod inſtitutio fuerit facta per verbũ, ſic, ad Notarij interrogationem, an illa ſubſtineatur, ex quo ante reſponſionem prædictã ex parte Andreæ & Frãciſci dicatur conſtare in actis quod eadem teſtatrix declarauerat iam animum ſuum teſtandi, & ipſos inſtituendi, quo caſu & nos dicebamus firmiſſimum eſſe in iure, inſtitutionem prædictam valere. Quæ ambæ difficultates licet reſolutæ videantur per alium Excellentiſſimum D. Scribentem, ego tamen, vt res clarior reddatur, aliqua ẽt in medium adducam, non tamen extra dubiũ. Et poſtea exaduerſo oppoſita confutabo; præmiſſo prius quod magis cõmunis, & magis recepta Doctorum ſententia eſt, valere hæredis inſtitutionẽ factam a teſtatore reſpondente Notario interrogant i, an vellet Titium eſſe ſuum hæredẽ per verbum, ſic: Sic.n. alijs pluribus relatis antiquiorib. teſtantur Siluan. *conſi.54. nu.10.* Cæph. *conſi.545.* Menoch. *conſi.45. nu.1. & ſeq.* Franc. Becc. *conſilio 102. num.8.* Sforz. Odd. *conſi.76. num.3.* Nec exaduerſo negatur hanc eſſe communem Doctorum ſententiam.

2 Quod autem Teſtatrix Notario interroganti non annuerit ſimpliciter cum capite, ſed reſponderit etiam per verbum, ſic, aperte deponunt omnes infraſcripti teſtes, videlicet, Tertius iuxtà 21. *Il Notaro diſſe a Madonna Lucretia, voi mi hauete fatto ſcriuere per voſtri heredi Andrea & Franceſco; Ve contentate che ſiano voſtri heredi, & lei riſpoſe de ſi.* Septimus Teſtis: *Inchinò la teſta & cennò de ſi ſotto voce.* Nonus Teſtis iuxtà 21. *Et lei chinando la teſta accẽnò de ſi; Et anco inteſi ſotto voce che parlò de ſi;* Decimus Teſtis iuxtà idem. *Et lei accennando con la teſta diſſe de ſi.* Nec de fide iſtorum Teſtium dubitandum eſt; Tum quia ſunt examinati a parte aduerſa; Tum etiam quia eorum dicta ſunt producta a fiſco in præſenti iudicio; & propterea plenè probant, nedum quando ſunt duo, aut plures, ſed etiam quando eſt vnicus tantum. Aym. *conſi.100. nu.13.* Soci. iun. *conſi.69. num.11. lib.1.* Gabr. *tit. de teſtib. conclu.1. poſt nu.* 14. vbi de communi. Cæphal. *conſi.141. nu.16. lib.1.* Burſat. *conſi.311. nu.21. lib.3.*

3 Et licet aliqui alij teſtes deponant de inclinatione capitis abſque eo quod audiuerint Teſtatricem voce dixiſſe, ſic, prout eſt primus Teſtis; *Inchinò il capo & moſtrò de ſi.* Secundus Teſtis; *Inchinò la teſta de ſi;* Quartus Teſtis; *Inchinò la teſta accennando de ſi;* Sextus Teſtis; *Diſſero che haueua accennato con la teſta de ſi.* Eſt tamen aduertẽdum, quod non per hoc ijdem Teſtes cenſentur concludere ſuper negatiua; & quod teſtatrix nõ dixerit, ſic, etiam quod ipſi non audiuerint hoc verbum, ſic, cum potuiſſet eſſe quod ita dixiſſet, & quod ipſi nõ audiuiſſent. Bar. *in l.1. §. hoc interdicto. ſl primo. nu.8. ff. de itiner. actuque priuato.* Ange. *in §. hinc nobis. in auth. de heredib. & Falci.* Aret. *conſi.71. col.3. verſic. multo ergo fortius,* & eſt ratio, quia teſtis ſuper negatiua deponens, debet remouere actum a ſenſu, non aũt ſenſum ab actu. Bal. *in l.1. nu.7.* & ibi Alex. *nu.8. C. de bon. poſſeſ. ſecũdũ tabul.* Et in proprijs terminis Surd. *conſi.414. nu.3. & nu.6. in fine, iuncto nu.39. in fi. & nu.41.48.73. & ſeq.80. in fi. & ſeq.* vbi propterea concludit, teſtem teſtamentarium ad hoc vt concludat teſtatorem aliquid non dixiſſe, aut loquutum fuiſſe, debet dicere non ſolum quod ipſe non audiuit teſtatorem loquentem, ſed etiam addere, quod loqui non poterat, quin ipſe audiuiſſet.

4 Et in pręſenti caſu res nullã prorſus habet difficultatem in facto, quia ipſimet teſtes dicunt, ꝙ potuit eſſe quod teſtatrix etiam voce reſpondiſſet, ſic, & quod ipſi non audiuiſſent. Primus, ſcilicet, Teſtis, iuxtà 21. *Non inteſi che lo diceſſi con la bocca lo potria hauer detto, & io ſtando lontano non l'hauerò inteſo,* Secundus iuxtà idem; *Allhora inchinò la teſta, & ſe lei con la bocca diceſſe di ſi, Io ero lontano & non l'inteſi:* Quartus iuxtà idem; *Allhora inchinò la teſta accennando de ſi; Ma ſe lo diceſſe con la bocca, io non l'inteſi, perche ſono vn poco ſordo.* Ecce ergo quod ipſi teſtes excludunt negatiuam ex eorum proprio dicto, ad quæ videantur quæ in terminis conſiderauit Surd. *d. conſ.414. nu.50. verſic. Addo autem,* vbi bene infert, & exemplificat.

5 Et ex ijs reſolutum dicitur primum caput propoſitæ dubitationis, quia. ſ. concludentiſſimè cõſtat in proceſſu, inſtitutionẽ, de qua agiť, factam fuiſſe non nutu, ſed per reſponſionem teſtatricis cum verbo, ſic. Et nihilominus etiam in abundãti dicitur, quod teſtamentũ nutu factũ de æquitate Canonica ſubſtinetur in terris Eccleſiæ. Alber. *in l. iubemus. in fi. C. de teſtam.* Cæphal. *conſilio 546. nu.52. & ſeqq.* vbi propterea infert ad ciuitatem Mutinæ, quæ cum ſit eccleſiæ, ideo dicit in ea teſtamẽtum conditum ſignis & nutu ſubſtineri,

ſtineri,& accedente clauſula codicillari,prout in teſtamento,de quo agitur,accedit etiã, ſignis & nutu inſtitutionem fieri poſſe, ſcripſerunt Bar. Alber. Bal. Ang.& Iaſ.*in l.iubemus. C.de teſta.*Io. Dilect.*de arte teſtan.rubr.de his,qui non habent factionem teſtamenti.caut.9.*quos & alios referendo ſequuti ſunt Cæph.*d.conſ.546.nu.55.*& Menoc. *d.conſi.45.num.14.*

6 Sic etiam reſolutum videtur ſecundum caput, quia inſtitutio facta a teſtatore,reſpondente notario interrogãti per verbum, ſic, valet & tenet, ſiue conſtet quod teſtator habuerit aĩum teſtandi,ſiue etiam hoc non conſtet. Alex.*conſi.33.nu.12.li.3.*Soci.iun.*conſi.178.nu.6.& ſeq.li.2.*Menoch.*conſi.45.nu.6.iuncto nu.33.& ſeq.*vbi relatis & reprobatis contrarijs hanc opin.dixit veriorem, qñ teſtator erat ſanæ mentis,teſtĩm q; nõ ſubiacebat alicui falſitati,ſequitur Surd.*d.cõſ.414.n.58.* Et propterea nõ eſſet opus diſcurrere,an conſtet de aĩo teſtatricis,quod voluerit teſtari,nec ne.

7 Verũ,quia ex oĩ parte teſtamẽti validitas circũſpicitur; dico,imò cõſtare ꝙ teſtatrix volebat ẽt ante interrogationẽ ſibi factã a notario, teſtari, cũ ſecundus teſtis iuxta 23.dicat: *E vero che quando detta Teſtatrice dettò il teſtamẽto al notaro,vi erano molte donne,&c.*Tertius iuxta 15.*Signor ſi che il notaro che ſcriſſe il teſtamento era in Camera di Lucretia quando lei lo dettò,*& iuxta 23.*E vero quando madonna Lucretia dettò il teſtamento al notaro nominò gli heredi.*Quartum iuxta 14.*Lei lo fece ſcriuere il ſuo teſtamento dal notaro poco innanzi che faceſſe teſtamento in Camera.*Quintum iuxta 15. *Il notaro era dentro in Camera che ſcriſſe il teſtamento di Lucretia mentre che lei lo dettaua.* Octauus iuxta 15. *Signor ſi che vi era il notaro il quale ſcriſſe il teſtamẽto & ſtaua in Camera di Lucretia quãdo dettò il detto teſtamento.* Nonus iuxta 20. *Hò inteſo dire,che dopoi,che miſſer Quintiliano fu chiamato & entrato in Camera di Lucretia,lei propria dettò, & diſſe tutti gli legati, & nominò li ſuoi heredi Andrea & Franceſco.* Decimus qui eſt notarius iuxta 14.*Lucretia fece il teſtamẽto,io me ne rogai,lei me lo dettò.*Et paulo infra. *Lei nominò gli heredi & io ſeriueuo ſecondo mi diceua & dettaua*, & iuxta 15. *Io ſcriſsi il teſtamento ſecondo lei me lo dettaua.* Neſcio ergo videre qũo poſſit exaduerſo negari animus teſtãdi,ſtantibus depoſitionibus tot prędictorũ teſtiũ; & tũ aĩum iſtum duobus teſtib. cõcludenter probatũ eſſe,in ſpẽ ſcripſerũt Alex.*conſ.4.nu.11.li.7.* Soc. iun.*conſ.178.nu.6.li.2.*Surd.*d.conſ.414.nu.57.*

8 Et qñ conſtat teſtatorẽ ſic animum habuiſſe teſtandi,tunc indiſtinctè valere inſtitutionem hęredis per verbũ,ſic,ad interrogationẽ notarij factam,& pręſertim qñ ante interrogationẽ prædictam teſtĩm fuerit ſcriptum de volũtate teſtatoris, & multo magis ſeipſo præſente & dictante, prout in propoſita facti ſpecie ſcripſerunt Siluã. *d.conſ.54.nu.10.in fi.* vbi amplius,quod in hoc ſtatur atteſtationi ſolius notarij,prout, ẽt reſoluit Rota in cauſa ciuili, Franc.Becc.*conſi.102.nu.10.* Cęph.*conſ.646.n.20.iuncto nu.92. & 94.in princ. & in fi.uerſ.poſtremo reſpondeo,*vbi loquitur in fortiorib.terminis.Sur.*d.conſ.414.n.53.in fi.& n.54.*

vbi quod ſufficit quoquomodo appareat teſtatorem teſtari voluiſſe; & alijs relatis teſtatur,ita quotidie ſeruari,& ꝙ in hoc omnes concordant, & multa alia notabilia ad propoſitum adducit, nec diſſentit Sforz.Odd.*d.conſi.76.nu.6.*

9 Quib.ſic in facto & in iure firmatis,non obſtẽt ea,quæ per D.exaduerſo ſcribẽtẽ doctè,& ſubtiliter conſiderãtur,quia dũ primo põderatur grauitas morbi, in quo teſtatrix erat cõſtituta, & ꝙ inde ad paucas horas obijt, & ꝙ dictũ verbũ, ſic, nõ alta & ĩtelligibili, ſed plana, aut ſumiſſa voce protulerit, quaſi ꝙ tũc nõ exiſtens in recto ſẽſu, & ſana mente,nõ potuiſſet articulatè loqui,accedẽte pſertim depoſitione primi teſtis, deponẽtis teſtatricẽ dixiſſe,Ia,Ia,ꝗ verba nullũ habẽt ſignificatũ,& cõſequenter intrent limitationes Doc. datæ ad illam concluſionẽ, quod valeat teſtamẽtum factum ad interrogationem notarij, ex latè allegatis per eundem D.Scribentem; Hæc inquã omnia prorſus tolluntur ex infraſcriptis concluſionibus communiter a Doctoribus receptis.

10 Prima eſt concluſio ꝙ teſtm̃ fieri põt nõ ſolũ a grauiter infirmo, ſed ẽt ab exiſtente in articulo mortis,& in extremis laborante,dũmodo nõ cõſtet;ipsũ nõ eſſe ſanæ mentis,tex.eſt *in l.qm̃ indignũ.in uerbo.ſeminecis,&c.*& ibi gl.Ang.*nu.1.*Bal. *nu.2.*Salic.*n.1.*& Iaſ.*n.3.C.de teſtam.* idem Ang.*in l.iubemus.nu.2.C.eod.*Siluan.*cõſ.54.n.10.poſt med. et nu.13.uerſ.Nec refragatur.*Simon.de Pret.*de interpr.vlt.volunt.li.2.interpr.1.dubit.2.ſolut.1.num. 53.*Surd.*conſi.414.nu.59.* vbi quod ita tenẽt omnes Doctores,Rot.*diuerſ.deciſ.638.nu.8.*

11 Secũda eſt cõcluſio, ꝙ valet teſtm̃ non ſolũ factũ a grauiter infirmo, vt ſupra, ſed ẽt ab eo, cui pp morbi grauitatem lingua balbutiẽs & groſſa efficitur.*in d.l.indignum.*& ibi Pau.de Caſtr.*nu.3.* vbi magiſtraliter loquitur, Ang. *nu.1.* & Iaſ. *nu. 3.C.de teſt.*idẽ Ang.*in l.iubemus.n.2.*& ibi Iaſ.*nu. 3.C.eo.*Frãc.Becc.*conſ.102.n.10.uerſ.rurſus cõfert.* Rot.*d.deciſ.638.nu.8.*Honded.*conſ.37.nu.53.li.1.*

12 Tertia eſt concluſio a præcedenti nõ abſimilis, qđ pariter valet teſtm̃ conditum ab infirmo,cuius vox cũ difficultate emittitur, & cuius ſonus cũ eadem difficultate percipitur, & intelligitur. Alex.*conſi.33.nu.13.li.3.*Siluan.*conſ.54.n.10.poſt med.*Rim.ſen.*conſ.587.nu.11.uerſ.ſic non obſtante.* Cæph.*conſ.546.n.32.& ſeq.et nu.37.40.59.et 84.* Franc.Zunt.*in ſuo conſ.pro vxore.nu.943.et ſeq.*

13 Quarta eſt concluſio,ꝙ ſatis teſtator dr̃ articulatè loqui,quotieſcunq; apparet, ipſum reſpondere per verbum,ſic.Alex.*conſ.35.n.8.li.3.*Socin. *conſ.20.n.3.uerſ.Ex quib. videtur inferri.li.4.*Dec. *conſ.489.n.5.*Frãc.Becc.*d.conſ.102.n.10.uerſ.rurſus conferre.& nu.29.uerſ.Non obſtat tertium argumentum.*Cęph.*cõſ.546.poſt nu.46.& 89.*Menoc. *conſ.45.n.38.ad med.*Sur.*conſ.414.n.59.* Sfor. Od. *cõſ.76.nu.8.in fine.uerſ.quia non probatur in facto.*

14 Quinta eſt concluſio,qđ in dubio teſtatorem fuiſſe ſanę mentis, etiam quod graui infirmitate oppreſſus ſit,a iure præſumitur, Alexan.*conſi.33. nu.5.lib.3.*Dec.*conſil.489.nu.4.& 5.* Franc. Becc. *conſi.102.nu.12.*Surd.*conſi.414.num.60.* Et accedẽte notarij aſſertione fruſtra de hoc dubitatur.

Becc.

Becc.*d.conſ.*102.*nu.*12.Rota *diuerſ.deciſ.*638.*nu.* 8.*par.*1. Quorum authoritates loquuntur in terminis, quando teſtator grauiter infirmus hæredem inſtituit, notario interrogante, per verbũ, ſic, & voluit Rota in cauſa ciuili, dum dixit ipſi ſoli credendum eſſe, tum quia deponit quaſi de facto proprio; tum etiam, quia nullus alius ipſo melius potuit veritatem ſcire.

15 Sexta eſt concluſio, & hoc reſpicit depoſitionem primi teſtis ſuper illis verbis, Ia Ia, quod qñ vnus teſtis teſtamentarius dicit vnum, & de mẽdacio conuincitur ab alijs teſtibus, tunc illius teſtis depoſitio tanquam falſa, reijcitur, & nõ attẽditur, nec intrat cõcluſio quod vnus teſtis teſtamento contradicens facit illud vacillare. gl. *in l.* 1.§. *ſi quis neget*, & ibi Bar. *col.* 1. *in fi.* Bal. & Imol. *ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur.* Fel. *in c. cũ Ioannes. nu.* 51. *verſ. Tertio intellige. de fid. inſtrum.* Menoch. *de arbitr. quæſt. li.* 2. *caſ.* 105. *nu.* 22. quos in terminis referendo ſequitur Surd. *d. conſi.* 414. *nu.* 28. 29. *ad finem, iuncto nu.* 43. *in fine. & num.* 85. Et quod teſtatrix in caſu noſtro non dixerit, Ia Ia, ſed, *Iacomo, Iacomo*, oẽs alij teſtes ad partis inſtantiam examinati, vnanimiter deponunt; vltra quod verba prędicta fuerunt a teſtatrice prolata, dum deficiebat ei ex illo accidẽti ſibi superueniente, non autẽ quando in ſe reuerſa, fuit lectum teſtamẽtum, & de ſuis hæredibus interrogata, prout bene reſoluit Rota in cauſa ciuili, ſubdens qđ modicum interuallum propter corporis infirmitatẽ ſuperueniens, teſtamento non officit. *l. cum antiquitus. vbi Doct. C. de teſtam.* cum alijs in eadem deciſione allegatis.

16 Dũ ſecundo loco conſideratur, quod teſtatrix non fuit interrogata a notario, ſed ab altero, nẽpe a famula ipſius teſtatricis, & ſic a perſona ſuſpecta, propter legatum ſibi factum; Reſpõdetur primo loco, quod verior & communior eſt opinio, quod valet hæredis inſtitutio facta per verbum, ſic, non ſolum ad interrogationẽ notarij, ſed etiam alterius, dummodo non ſit perſona ſuſpecta, & ambiente pro ſe, aut ſuis, teſtatoris hęreditatem. gl. *in d. l. iubemus. in uerbo, quemadmodũ. verſ. ſed quid ſi alius. C. de teſtam.* Aret. *in l. hæredes palam. in fine principij. n.* 6. *in fine. ff. de teſtam.* Rui. *conſ.* 2. *n.* 9. *verſ. Nec obſtat quod Bal. & conſ.* 12. *nu.* 12. *li.* 2. Rot. *d. deciſ.* 638. *nu.* 8. vbi quod hæc opinio eſt communiter approbata. Siluan. *conſi.* 54. *nu.* 10. *in fi.* Menoc. *conſ.* 45. *nu.* 1. *& nu.* 4. *& nu.* 31. Vbi relatis & reprobatis contrarijs, hanc dixit * receptam & veram Doctorum ſententiam. Surd. *d. conſi.* 414. *nu.* 53. Vbi pariter de communi, & alios refert Simon de Pret. *de interpr. vlt. volunt. li.* 2. *interpr.* 1. *dubit.* 2. *ſolu.* 1. *n.* 50. *& ſeq.* vbi ampliát ẽt quod interrogatio fiat ab hærede; ergo multo magis ſi interrogatio fiat a legataria, cuius nihil intereſt, an vnus ſit potius hæres quam alter.

17 Reſpondetur ſecundo, non eſſe ponere os in cœlum, dicere, quod quando teſtator eſt ſanæ mentis, valeat tunc teſtamentum, & hęredis nominatio etiam facta ad interrogationem a perſona ſuſpecta. Ruin. *conſi.* 2. *num.* 10. *lib.* 3. Dec. *conſi.* 489. *nu.* 6. Alciat. *conſi.* 570. *nu.* 5. Vbi dę interrogatione facta ab hærede, quos & alios refert Menoc. *conſi.* 45. *nu.* 7. Simon de Pret. *de interpre. vlt. volunt. lib.* 2. *interpr.* 1. *dubit.* 2. *ſolut.* 1. *ſub nu.* 50. *& ſeq.* Vbi etiam in ſpecie de interrogatione facta ab hærede inſtituto, Surd. *conſi.* 414. *nu.* 58.

18 Reſpondetur tertio, non eſſe verum in facto, quod interrogatio fuerit facta ab illa famula ſola, ſed bene primo a famula, quæ teſtatricis memoriæ reduxit inſtitutionem Andreę & Franciſci, iam ſcriptam a notario; & deinde ab ipſo notario, & ita dicunt omnes teſtes ad partis inſtantiam examinati, quare nihil eſt quod poſt interrogationem alicuius priuatæ perſonæ impediat notarium interrogantem, nec inde inſtitutionis validitas infringitur, ſicut in ſpecię cõſuluit Rimin. ſen. *conſ.* 587. *nu.* 11. *& nu.* 12. *verſ. Nam præceſſit.* Rot. *diuerſ. d. deciſ.* 638. *nu.* 7. Et dicere iſto caſu, quod notarius ſit perſona ſuſpecta, eſt contra ſcripta per Alex. *in conſ.* 33. *nu.* 9. *li.* 3. Siluan. *d. conſ.* 54. *nu.* 10. *verſ. Notario etenim interrogante omnis ſiniſtra ſuſpicio tollitur, & num.* 13. *verſ. Ex quo fuit interrogatus a legali, et probato Tabellione*, & voluit Rota *diuerſ. d. deciſ.* 638. *poſt nu.* 5. *& nu.* 7.

19 Dum tertio quæritur improbari teſtamẽtum ex eo, quod in eo fuerit ſcriptum a notario hanc eſſe teſtatricis vltimam voluntatem cum clauſula, caſſans &c. Et quod notarius & teſtes fuerunt rogati a teſtatore, & quod hæredes fuerunt ore proprio nominati a teſtatrice, & tamẽ teſtes teſtamentarij nihil de eorũ, aut notarij rogitu deponunt; ſed tantum aſſerunt, teſtatricem ad notarii interrogationem reſpondiſſe, quod ſic. Ex quibus omnibus non ſolum teſtamentum prædictum videatur reddi nullũ, ſed ẽt falſum; Quod attinet ad hæredis nominationem, dico, notariũ minimè in falſum incurrere, nec teſtamẽtũ nullum reddi, ſi inſtitutio fuerit facta a teſtatore reſpondente per verbum, ſic. Et ipſe notarius ſcripſerit, quod teſtator ore proprio hæredẽ nominauerit, prout latè conſuluit Franc. Becc. *conſilio* 102. *per tot.* Ad cuius dicta me remittere ſat eſt, & expreſsè etiam voluit Surd. *in d. conſi.* 414. *numero* 53. *ad medium.*

20 Quod vero attinet ad clauſulam, caſſans, &c. certiſſimi iuris eſt, quod etiam quod in ſecundo teſtamento nõ expreſsè reuocetur primum, nec in eo apponatur clauſula reuocatoria primi teſtamenti, adhuc a iure ſubintelligitur. Bal. *in l. fi. in* 5. *q. C. de edict. diu. Adria. tollen.* Iaſ. *in l. duobus.* §. *idem Pomponius. n.* 4. *ff. de iur. iuran.* Dec. *conſ.* 475. *nu.* 5. Rolan. *conſ.* 33. *nu.* 40. *& ſeqq. lib.* 3. Michael Graſſ. *de teſtam. q.* 86. *nu.* 1. Et propterea quamuis teſtator dictam clauſulam non expreſſit, potuit notarius ex ſe ipſo illam exprimere & extendere ex communi concluſione, quia ſemper cenſetur rogatus apponere in inſtrumentis & teſtamẽtis a omnes clauſulas [a] ſolitas, conſuetas, & a iure præſumptas ad validitatem actus. *l. fi. & ibi gl. & communiter omnes. C. de fideiuſſorib.* Deci. *in l. ſemper in ſtipulationib. ff. de reg. iur.* Cagnol. *in l. ſi librarius. nu.* 50. *ff. eodem*, cum alijs per Tiraq. *de conſtit. par.* 3. *limit.* 31. *nu.* 7. *& ſeq.* & per Gabr. *tit. de conſuetu. concl.* 3. *nu.* 1. *lib.* 6.

Digitized by Google

21 Et quod attinet ad teſtes teſtamentarios, qđ non conſtet, eos fuiſſe rogatos, dicitur primo, id conſtare ex aſſertione notarij, cui in hoc plenè credendum eſt, Bar. *in l. hæredes palam. §. in teſtamē to. nu. 4. ff. de teſtam.* Port. *in §. nihil. nu. 12. inſti. eodem.* Pariſ. *conſ. 12. n. 13. li. 2.* Mantic. *de coniect. lib. 2. tit. 11. ſub nu. 21. & ſeq.* Vbi hanc ſententiā teſtatur communem & a contrarijs defendit.

22 Dicitū ſecundo, qđ ēt, qđ ipſi teſtes deponerēt (prout non deponunt) ſe non fuiſſe rogatos; adhuc rogati cenſenī eo ipſo, ꝙ paſſi ſunt ſe in teſtamento deſcribi. Bal. *in auth. rogati. n. 1. in fi. C. de teſtib.* Pau. de Caſt. *in l. hac conſultiſſima. in prin. n. 2. C. de teſtam.* Iac. Butrig. *in l. ſciendum. nu. 49.* & ibi Alex. *n. 39.* & Iaſ. *nu. 37. ff. de uer. obl.* Soci. iun. *cōſ. 178. n. 4. li. 2.* Et alibi paſſim & cōiter Doct. & idē eſt ꝙ rogētur a teſtatore, vel qđ fuerint rogati a notario, præſente teſtatore, quod pūctualiter in ijs terminis poſt alios plures, quos allegant, adnotarunt Franc. Bec. *d. conſ. 102. nu. 14.* & Surd. *d. cōſ. 414. in prin. & nu. 1. iuncto nu. 25. & ſeq.* vbi teſtatur de magis cōmuni opinione & de cōi ſtilo.

23 Et demū, quod attinet ad notarium ꝙ non appareat ipſum fuiſſe rogatū [b] a teſtatore, omiſſis alijs pluribus Doctorum authoritatibus, quę allegari poſſunt, ſufficiat allegari Surd. *in ſæpius alleg. conſi. 414. poſt nu. 3. & ſeq. iuncto nu. 36. & ſeq.* vbi in terminis, de quibus agimus, quod rogitus notarij probatur, tum ex eius aſſertione, tum ex clauſula, de qua in teſtamento Actum, &c. Tum ex taciturnitate & patientia teſtatoris per publicationem & ſtipulationem inſtrumenti.

24 Et ex ijs reſpondetur etiam ad id, quod prætēditur teſtm̄ eſſe imperfectum ratione volūtatis, cum per ſtipulationē & publicationem prædictā teſtatrix illud habuerit pro perfecto, prout reſoluit Rota in cauſa ciuili, & in fortioribus terminis conſiderauit Rot. *diuerſ. deciſ. 173. nu. 3. par. 2.* dicens, non ſolere deueniri ad ſtipulationē teſtamenti, niſi perfectè per notariū explorata teſtatoris voluntate; ergo multo magis, qñ teſtm̄ eſt iam ſtipulatum & publicatum licet ſecus forſan eſſet ſi mors, aut aliud impedimentū teſtatori ſuperueniret antequam notarius perficeret ſcripturā: Tunc. n. dicunt Doctores, teſtm̄ imperfectum ratione voluntatis reputari; alias ſecus. Aym. *cōſ. 45. n. 27. in fi.* Boer. *deciſ. 240. nu. 5.* Rim. ſen. *conſi. 587. n. 10.* Corn. *conſ. 118. nu. 4. ad med. verſi. ſed re vera. li. 3.* Iaſ. *conſ. 8. n. 1. per totum in diſcurſu.* Ruy. *conſ. 205. n. 7. in fi. & nu. 8. & 9.* Surd. *cōſ. 258. n. 18. in fi. & ſeq.* Cæph. *conſ. 294. n. 5. & ſeq. & nu. 10.* Laderch. Imol. *conſ. 157. n. 2. verſ. Attamē &c.* ex quorum dictis cōiter concluditur qđ qñ teſtator nō ſuſpēdit ſuā diſpoſitionē in futurum, vel in actu teſtandi morte aut alio impedimento præuētus nō fuerit, patiaturq; teſtm̄ ſtipulari & publicari, dicatī oīno illud habuiſſe pro ꝑfecto; aliter ſecus.

25 Dum quarto opponitur, quod notarius fuit vocatus non a teſtatrice, ſeu de illius ordine, ſed a Frācíſco Pirando, ſupplicatur in primis aduerti in facto non eſſe verum quod Frāciſcus notariū vocauerit, licet tertius teſtis qui vocatur Vincentius iuxta xv. dicat ſe iuiſſe ad vocandum notarium de ordine Frāciſci; Verum quartus teſtis iuxta idē deponit per hæc verba, videlicet; *Io pregai madonna Lucretia a far teſtamento, & quādo lei mi hebbe detto de ſi, diſſi in ſala a quelli che erano lì che andaſſero a chiamar il notario perche madonna Lucretia ſi contentaua far il teſtamento, & ſubbito ci andò Vincentio*; Ecce ergo quod notarius nō fuit vocatus a Franciſco, nec de eius ordine, ſed a Vincentio, & de ordine teſtatricis.

26 Et nihilominus etiā quod fuiſſet notarius vocatus a Franciſco, nihil referret, quādo vel teſtator erat ſanæ mētis, & alia verba protulit, prout in caſu noſtro, vel etiam quando fuit admiſſus a teſtatore, & ei mandatum vt ſcripturam legeret, & paſſus eſt publicari teſtm̄, vt pariter in caſu noſtro, Surd. *in terminis d. conſ. 414. nu. 58. & nu. 61.*

27 Dum vltimo loco prætenditur, hāc inſtitutionē eſſe nullā, ex quo non ſimpliciter facta eſt per verbum, ſic, ſed ēt nutu & ſignis, & ſic partim ad nutum & partim ad verbum, ſic, crederem ad cuiuſcunq; ſenſum patere, magis enixam teſtatoris voluntatem apparere, qñ nutu & voce dicit, ſic, quàm ſi abſque alio nutu & ſigno diceret ſolū, ſic, & in his terminis bene aduerterunt Cæph. *d. conſi. 546. nu. 18. in fi. iuncto nu. 71. verſ. Non obſtat,* vbi loquitur in fortioribus terminis, qñ videlicet teſtator nō explicitè protulit verbū, ſic, & cū difficultate potuit intelligi, & *num. 89.* vbi qđ ſigna iuuant, qñ verbum, ſic, non fuit bene intellectū. Sforz. Odd. *conſ. 76. nu. 8. verſ. ſecundo principaliter reſpondetur,* vbi quod ceſſat omnis difficultas, qñ teſtator capite annuit, & inſimul loquēdo dixit, quod ſic; Ex quib. licet oēs crediderim ceſſare oppoſitiones & amaritudines; attamen, qñ adhuc res dubia eſſet, pro teſtamenti validitate pronūciandū eſſet, ſtāte præſertim bona fama notarij, & quod teſtamentū ianuis apertis, teſtibuſq; ex improuiſo vocatis, altaq, & intelligibili voce publicatum fuit, prout pariter in ijs terminis cōcludit Surd. *in d. conſi. 414. nu. 95. in fi. & ſeq.* L. D.

Deciſio coram Reuerendiſſ. D. Iuſto in propoſita cauſa Romana hæreditatis de Bellauita. Lunæ, 5. Maij, 1600.

28 LVcretia de Bellauita volens ſuum vltimum condere teſtamētum, dum in lecto grauiter ægrotaret, vocari fecit ad ſe notarium, mandās, vt ſcriberet ſuam vltimam voluntatem, inſcriberetq; hęredes Andream Silueſtrinum, & Franciſcum Pirādum, & notarius poſtquam in alio cubiculo domus ſcripturam confeciſſet, reuerſuſq; ad Lucretiam teſtatricem ægrotātem legeret teſtamentum, cū perueniſſet ad hęredis inſtitutionē, dixit teſtatrici, vt ore proprio nominaret hæredes, quę ſtatim nominauit Andreā Silueſtrinū, & interiecto aliquo tēporis ſpacio, quia deficiebat, ſubiunxit *Iacomo Iacomo*; Adeo quod cū fuiſſet aliquātiſper recreata, notarius dubitās, quod ſenſerit teſtatrix in illa noīatione Iacobi, in memoriam reducebat teſtatrici, quod de mandato

ſuo

ſuo inſcripſerat hæredes Andream & Franciſcũ,
& an vellet ipſos hæredes, quos capite annuit,&
ſecũdũ aliquos teſtes ſummiſſa voce dixit ꝙ ſic,
& notarius habuit teſtamentum pro perfectõ,&
omnes circunſtantes pro hęredibus habuerũt, &
tenuerunt Andream & Franciſcũ,qui adiucrunt
hæreditatẽ, & poſſeſſionem omnium bonorum
acceptarũt; & nihilominus Iacobus Saluionus,
qui teſtatrici coniunctus erat parentela, incipit
prætendere ſe eſſe hæredem,excludere volẽs Frã
ciſcum: Quapropter commiſſa mihi cauſa in Ro
ta,pro parte Iacobi fuerunt examinati plures te-
ſtes, ad probandum ſuam intẽtionẽ, de quorum
releuantia volẽs diſputare, ego propoſui dubiũ,
An cõſtaret de legirima inſtitutione Iacobi; qđ
dubium fuit propoſitum die Lunę 5. Maij 1600.
Et Domini amplexi ſunt opinionem negatiuã,
quæ vera eſt, ſi probatum eſt, Franciſcum eſſe le- a
gitimè inſtitutum, cum vnus ipſorum alterũ ex-
cludunt in dimidia hæreditatis,& de hoc nõ du-
bitatur,& tanto magis ſi etiã non probatur fuiſ-
ſe inſtitutum Iacobum.

29 Et in hac materia regula iuris eſt clara, ꝙ hæres
in teſtõ debet nominari ore proprio a teſtatore.
*l. iubemus. §. quemadmodum. C. de teſtam. l. hæredes
palam. in prin. ff. eod.* Et cõis opinio Dñorum eſt,
qđ inſtitutio facta ad interrogationem notarij,
cui teſtator reſpondeat, ꝙ ſic, valet, & tenet. gl. *in
d. l. iubemus. in verſ. quemadmodum.* Iaſ. *in l. 1. num.
17. ff. de lib. & poſthu.* Rip. *in l. 1. §. ſi quis ita. num. 9.
ff. de verb. oblig.* Couar. *in c. cum tibi. nu. 4. de teſt.* Et
magis vera eſt hæc opinio, qñ teſtator fecit pri-
mo ſcribere teſtm̃, qa tũc ceſſat timor ſuggeſtio-
nis, de qua dubitari poſſet in ægrotãte, ad euitã-
dum interrogantis importunitatẽ. Bello. *cõſi. 74.
nu. 74. n. 14.* cũ alijs allegatis per Clar. *in §. teſtam.
q. 37. n. 7.* Et quib. probata vř inſtitutio Frãciſci,
vt illã probant teſtes in ſummario Frãciſci. *nu. 1.*

30 Iacobi aũt inſtitutio non probatur, ſiquidem
de deliberata volũtate teſtatoris Iacobũ inſtituẽ
di, nullibi cõſtat, ſed tñ de ſubita nominatione,
ex illis verbis, *Iacomo Iacomo*; dum deficeret, & rñ
ſi poſtea perſeuerauit in voluntate inſtit. Fran-
ciſcum, ceſſat omnis voluntas inſtituen. Iacobũ,
quia modicum interuallũ eueniens propter cor-
poris laborantis infirmitatem non officit teſtõ. *l.
cum antiquitus, vbi Doct. C. de teſtam.* Et maximè,
quia orta eſt opinio inter præſentes inſtitutum
fuiſſe Andream & Franciſcum, non Andream &
Iacobum, qui ex verbis & actibus teſtatricis be-
ne potuerunt percipere eius voluntatẽ, quæ trã-
ſiuit in diſpoſitionem, vt requirit. *l. quidam cum
filium. ff. de hær. inſtit.* Alex. *in l. 3. in fi. C. de lib. præ.*
Dec. *conſi. 377. nu. 2.* Soci. iun. *conſi. 111. nu. 2. li. 1.*

31 Non obſtant teſtes examinati, quia probant
factum, ſed de inſtitutione Iacobi nil deponũt;
Præterea non ſufficit numerus, quia de iure ciui-
li requiruntur ſeptem teſtes. gl. *in l. proponebatur.
in verbo. Coniectura*, & ibi Bar. *nu. 3. ff. de leg. 2.* Iaſ.
in l. error. num. 7. de teſtam. Dec. qui de communi
conſ. 105. num. 3.

32 Sed magis in hoc caſu vř tollenda difficultas, b
quia teſtatrix elegit teſtamentum ſuum cõficere
coram ſeptem teſtibus, & ideo pauciores nõ ſuffi
ciunt, quia ſolemnitas electa per teſtatorem eſt
ſeruanda. Dec. *conſ. 486. nu. 12.* Soci. iun. *conſ. 189.
num. 4. lib. 2.* cum allegatis, & ſumus in probanda
ſubſtantia teſtamenti.

33 Quę omnia confirmantur ex depoſitione no-
tarij examinati tanquam teſtis pro parte Iacobi,
ex trad. per Soci. iun. *d. conſi. 189. n. 54.* vbi conclu-
dit, ſoli notario credi poſſe, quaſi de proprio fa-
cto dicatur teſtificati, & nullus alius melius ſcire
poteſt veritatem, quia in hoc caſu in ſuo exami-
ne bene deponit omnia, de quibus ſupra, & ex
his ita fuit determinatum. LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ADDITIONES.

a *Clauſulas ſolitas.* Notarius an & quando, &
quas clauſulas poſſit in inſtrumento apponere,
ex eo quod apponi ſolitæ ſint, quamuis a parti-
bus non ſit in ſpecie rogatus, vt eas apponat, po-
nitur hæc materia per Iaſ. *in l. 2. nu. 31. & ſeq. C. de
iure emphyteutico.* Aym. *conſi. 73. num. 4. li. 4.* Diaz
reg. 147. Neuiz. *conſ. 28. per tot.* Marſ. *ſing. 123.* vbi
facit regulam affirmatiuam cum tribus limitatio
nib. Tiraq. *in tract. de conſti. limit. 31. & ſeq.* Catel.
Cotta *in ſuis memorialib. fol. mihi 607. & ſeq. alias
484. in fi. & ſeq. verſ. Notarius ſimpliciter, & verſic.
ſeq.* Maſſa *de oblig. Cameral. tit. de præambulis ipſius
proceſſus. rubr. de inſtrumento. q. 2. nu. 15. & ſeq.* om-
nino Gabr. *li. 6. tit. de conſuet. concl. 3. per tot.* vbi ge
neraliter & particulariter ponit totam materiã.
Couar. *in rubr. de teſta. par. 2. n. 14.* Michael Graſſ.
in commun. opin. li. 2. c. 3. q. 16. Cæph. *conſ. 88. per to-
tum in diſcurſu.* Steph. Lamberteng. *in tract. de cõ-
tractibus eorum &c. gl. fi. q. 2. nu. 18.* Pacem Scal. *in
tractat. de conſ. Sapientis, in diſcurſu, & præſertim in
vlt. par. cap. 1. & ſeq. pariter in diſcurſu.* Duen. *reg.
236. limit. 20. verſ. Eſt tamen notandum.* Menoch.
conſi. 37. nu. 43. & ſeq. li. 1. Franc. Zunt. *in ſuo conſ.
pro vxore. nu. 548. & ſeq.* Apud quos omnes in ſpe
cie etiam reperies de clauſula codicillari, de con-
ſtituto ſeu præcario, de iuramento, de hypothe-
ca, de quarentigia, de renunciatione exceptionis
diſcuſſionis, de pœna, de ſtipulatione, de ſubſtã-
tialibus inſtrumenti, de clauſula, iure inſtitutio-
nis, & alijs huiuſmodi clauſulis.

An autem clauſulæ prædictæ, ſic de ſtilo no-
tariorum apponi ſolitæ, appoſitæ in inſtrumen-
to, cenſeantur potius de ſtilo notariorum appo-
ſitæ, quam de voluntate contrahentium; & an
& quem effectum operentur, vide Couar. *in loco
præcitato*, Cæph. *conſi. 25. nu. 38. 39. & 42. & conſil.
142. nu. 51. & conſ. 94. nu. 29. & ſeq. lib. 1.* Neuiz. *d.
conſ. 28. nu. 8. & omnib. ſeq.* Menoch. *de arbit. qq. li.
2. caſu 144.* Hieron. de Monte *q. 3. nu. 45.* Mantic.
de coniect. li. 3. tit. 14. nu. 1. & ſeq. Anchar. *regien. q.
11. nu. 12. & ſeq. par. 2.* Roland. *conſ. 7. n. 27. & ſeq.
lib. 4.* apud quos reperies de vi & effectu clauſu-
larum prędictarum apponi ſolitarum, tam in cõ-
tractibus, quàm in vltimis voluntatibus.

b *Rogatum.* Notario aſſerenti ſe rogatum, an cre
datur; an & quãdo notarij rogitus præſumatur,

ſeu probetur, & de materia, vide Gram.*conſi.* 28. *nu.* 13. *lib.* 1. Io. Baptiſt. Villalob. *in commun. opin. verſ. Notarius. nu.* 23. *& ſeq.* Rolan. *conſil.* 32. *num.* 29. *& ſeq. li.* 2. *& conſi.* 44. *nu.* 25. *& ſeq.* 43. *& ſeq. li.* 3. *& conſ.* 26. *nu.* 13. *& ſeq. li.* 3. *& conſ.* 55. *per totum. lib.* 4. Hercul. *in tract. de negat. nu.* 26. *verſ.* 47. *infertur &c. & nu.* 284. *& ſeq.* Maſcar. *concl.* 4. *de proba. li.* 1. Virg. Boccac. *in conſtitu. March. gl.* 7. *num.* 19. Mantic. *de Coniectur. li.* 2. *tit.* 12. *nu.* 1. *& omnib. ſeq.*

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

An ex actis ſocialibus, & tacita iniuriarum remiſſione, cenſeatur inducta pax, ad effectum, vt ex ſubſequuta offenſione locus ſit pęnæ impoſitæ a Conſtitutione, & bannimentis contra fractores pacis.

SVMMARIVM.

Iniuria cenſetur remiſſa per ſalutationem & alloquutionem iniuriati cum iniuriante.

Iniuria diſſimulatione tollitur. nu. 1. *in fine.*

Pax probatur ex actibus ſocialibus & extrinſecis. nu. 2.

Pax aliud non eſt quam remiſſio iniuriarum. nu. 2. *Non tamen è contra omnis iniuriarum remiſſio eſt pax. nu.* 14.

Pax probatur ex remiſſione iniuriæ. nu. 2. *Contra nu.* 13.

Pactum faciens ſuper iniurijs, dicitur facere pacem, & concordiam. nu. 2.

Pax inducitur ex concordia, quia aliud non eſt quam diſcordiæ finis. nu. 2. *in fine.*

Pax rupta cenſetur propter exonerationem Archibuſij. nu. 3. *& in addit. littera A, vbi de materia.*

Pacem rumpere dicitur, & pœna fractæ pacis tenetur is, qui poſt diſſimulationem ac tacitam remiſſionem iniuriæ aduerſarium offendit. nu. 3. *Contra nu.* 4. *& omnibus ſeq. & præſertim. nu.* 11. *& nu.* 14.

Pax non inducitur ex actibus ſocialibus, ex quibus tacitè iniuria remittitur, quando dicti actus fiunt honeſtatis gratia, & vnica tantum vice. nu. 4. *& nu.* 12.

Iniuriarum remiſſio non dicitur facta ex eo, quod iniuriatus iniuriantem infirmum viſitet. nu. 4.

Iniuriarum remiſſio non cenſetur facta ex contractu celebrato inter iniuriantem & iniuriatum. nu. 5.

Iniuria non cenſetur remiſſa ex verbis, aut ſignis generalibus dubijs & æquiuocis. nu. 5.

Iniuria ad animum reuocata ex diſſimulatione & ſocialibus actibus, non cenſetur remiſſa. nu. 6. *ſed an hoc verum ſit et quomodo, vide in addit. littera B.*

Iniuria vbi non fuit ad animum reuocata, non oritur inde actio iniuriarum. nu. 7. *Sed an hoc verum ſit, vide in additione littera C.*

Pax non dicitur inita ſine pacto aut pactione, quia a pactione dicitur pax. nu. 8.

Iniuriam remittere diſſimulatione, aut verbo, vel pacto expreſſo differunt inter ſe. nu. 9.

Pax differt a remiſſione, ſeu concordia. nu. 10.

Concordia dicitur quædam remiſſio, pax vero eſt vera diſcordiarum ſedatio. nu. 10. *in fine.*

Pacem non eſſe fractam & pro non incurſu pœnæ fractæ pacis, in dubio iudicandum eſt. nu. 15.

CONSILIVM XCVIII.

1 ADSIT DEVS. Pulchra admodum, & ſubtilis, ni fallor, mihi proponitur reſoluenda dubitatio in infraſcripta facti ſpecie; Ioſeph. & Franciſcus per viam ambulantes, ſe inuicem cubitibus percuſſerunt, & ob id indignati remanſerunt. Ductus deinceps Ioſeph ab N. eius Patre ad Franciſcum, vt ſe cum eo pacificaret, dixit Ioſeph. Franciſco, etiam præſentibus alijs probis viris & communibus amicis, *Bona ſera*; Reſpondit Franciſcus, *Bona ſera bon anno*; Et poſtea magis ſe appropinquantes aliqua verba amicabiliter protulerunt vnanimiter dicentes, *Che non haueuano che far' inſieme*; Non tamen ad actum tactus palmarum ſeu oſculi deuenerunt. Quęritur, an ex ijs dicatur inter eos inita pax, ad effectum vt Ioſeph, qui poſt aliquos dies archibuſium in Franciſcum exonerauit, dicatur illam fregiſſe; teneaturque pœna fractoris pacis a bannimentis, ſeu alijs conſtitutionibus inflicta. Et quidem prima facie prout bene deducitur in motiuis doctiſſimi D. mei iudicis videbatur dicēdum, quod ſic, quia per ſalutationem & alloquutionem æquo animo inter eos, vt ſupra factam, omnis iniuria remiſſa cenſetur. Bal. *in l. filio, qui. ff. de liber. & poſthu.* Fely. *in proœm. decret. in verbo, Gregorius.* Alexan. *in l.* 1. *in princip. ff. de pact.* Afflict. *in vſibus feudorum de pact. iuramen. firman. §. iniuria. numero* 107. Accedentibus præſertim prædictis verbis, *Che non haueuano che far' inſieme*. Ex quibus diſſimulationem iniuriæ induci, & ex ea actionem aboleri, probat tex. *in §. fi. inſtit. de iniur. & in l. non ſolum. §.* 1. *ff. eod.*

2 Et conſequenter ex actibus prædictis ſocialibus, & extrinſecis pacem probari, ſcripſerūt Bal. *in l. Athletæ. §. dat remiſſionem. in* 3. *notab. ff. de excuſat. tutor.* Ruyn. *conſilio* 21. *numero* 8. *lib.* 4. Maſcar. *de probat. lib.* 3. *concluſio.* 1156. *num.* 14. *&* 15. Petr. Surd. *conſi.* 91. *num.* 22. *lib.* 1. Pax enim aliud non eſt, quàm iniuriarum remiſſio. Thob. *conſilio* 108. *num.* 6. poſt Specul. & Alber. *in locis per eum relatis*, idemque eſſe pacem & remiſſionem iniuriarum, dixit Odd. *de reſtit. in integr. q.* 85. *num.* 42. *par.* 2. ex Bald. *in l.* 1. *numero* 4. *C. de reſtit. in integr.* Et ex remiſſione iniuriæ, pacem probari, admittere etiam videntur omnes Doctores communiter *in l.* 1. *in prin. ff. de pactis.* Dum dicunt, quod faciēs pactum ſuper iniurijs dicitur facere pacem, & concordiam, ſicut poſt Bal. ibidem ſcriptum reliquerunt Ang. Paul. de Caſtr. Alex. & Fulgoſ. omnes *numero* 2. & Iaſ. *num.* 12. Sic & ex concordia pacem induci, probatur ex eo, quod dicitur, pacem eſſe diſcordiæ finem. Hoſtienſ. *in ſumma de tregu. & pace.* Goffred. Innoc. & alij *in cap.* 1. *de tregua & pace.* Alex. *in l. de fideicommiſſo. C. de tranſact.* Soci. *in c. ſi rixati. numero* 55. *de iniur.* Eugen. *conſilio* 82. *nu.* 35.

3 Quare poſt prædicta, ſuccedente exoneratio-
a ne[a] Archibuſij in Franciſcum, ex qua pax frangitur, Marſil. *conſ.* 21. *nu.* 39. Moron. *de fid. tregua & pace q.* 47. Abſq; dubio in terminis, de quibus

agitur,

agitur, etiam quod ex diſſimulatione deducatur pax, pœnæ fractionis pacis locus eſſe videtur, prout in puncto ponit Ang. Aret. *in d. §. fin. num. 1. poſt med. inſtit. de iniur.*

4 Quibus non obſtantibus contrarium reſpondendum cenſui, triplici ratione; Primò quia ſi factum, de quo agitur, bene inſpiciamus, ex actib. prędictis nulla poteſt dici remiſſa iniuria, ſeu indignatio: Ioſeph enim nõ ſponte acceſſit ad Frãciſcum, ſed ductus ab eius patre, qui inimicitias fugere volens, volebat etiam, vt is ſe cum Franciſco pacificaret; & ſic intercedente quodammodo metu reuerentiali patris, cuius mentem, & iuſſũ bene percipiebat Ioſeph, Franciſcũ ſalutauit, ei dicendo, *Bona ſera*, ſic & ècontra Franciſcus non ſpõte, & proprio motu reſalutauit Ioſephum, ei dicendo, *Bona ſera bonanno*; ſed honeſtatis gratia, cum indecens ſibi putaret, non reſalutare ſalutãtem, ductum a patre in præſentia aliorum amicorum, & inſuper vnica tantum vice in illo ſcilicet momentaneo actu, & patris tranſductione vt ſupra inſimul alloquuti ſunt, non autem pluries, & continuatis diebus prout feciſſent, ſi verè ſe recõciliaſſent, & iniuriam, ſeu indignationem remiſiſſent; ideo intrant ea quæ in ſimili dicunt Doctores de remiſſione iniuriæ præſumpta ex oſculo, ſeu conuerſatione inſimul edendo, & bibẽdo, vt non procedant nec locum habeant, quando hæc fiunt non ſponte, & motu proprio, ſed honeſtatis gratia, & quia aliter facere indecẽs erat. Ioan. Faber. *in d. §. fina. nume.* 1. & ibi etiam Aret. *num. 1. inſtit. de iniur.* Iodoch. *in pract. crim. capit. 136. nume. 22.* Petr. a Plach. *in epith. delicto. libr. 1. cap. 6. poſt num. 43. verſi. quibus conuenit.* Maſcard. *de probat. lib. 3. concluſ.* 1116. *nume.* 13. Baiard. *in addit. ad Clar. § iniuria. nume. 57. verſic. & quando comedunt ſimul*, & dixit in ſimili Ruin. *in conſi.* 131. *nume. 7. lib.* 4. quod viſitans infirmum inimicum moribundum, non dicitur ei remittere iniuriam ex eadem ratione, quia eſt actus potius honeſtatis, quam liberæ voluntatis. Bertaz. *conſi. 361. nu. 5. lib.* 1. vbi pariter quod ex vnico contractu ſponte cum inimico celebrato, niſi ſit contractus donationis, non cenſetur facta iniuriæ remiſſio, ſequitur Baiard. ad Clar. *d. § iniuria. num. 58. in fine.*

5 Quę potiſſimum procedunt in caſu noſtro, in quo inter iſtos iuuenes non interuenit palmarũ tactus, nec oſculum, quæ, vt notum eſt, quando fiunt paces, aut vnum, aut alterum, aut vtrumque interuenire ſolet, & debet, prout adnotauit Specul. *in tit. de treg. & pace, num. 2. in fine verſicu. item nota*, & eo magis credendum eſt ab amicis præſentibus fuiſſe procuratum, vt talia ſigna facerent, cum ad hoc, vt pacem faceret Ioſeph, ductus fuerit ad Franciſcum; vnde cum hęc non interuenerint, & fuerint recuſata ſub prætextu, *Che non haueano a fare coſa alcuna inſieme*: aperte apparet, quod non habebant animum ſe reconciliandi ac remittendi iniuriam, quæ vt alias dixi, nunquam cenſetur remiſſa, niſi remittendi animus ex verbis aut ſignis non generalibus, ſed ſpecialibus, nõ dubijs, & æquiuocis, ſed veris, neceſſarijs, & concludentibus deprehendatur. Beluiſ. *in pract. lib. 1. capit. 3. numero* 89. Bald. *in l. in ipſius. nume. 4. C. famil. erciſcun.* ſicut illum refert Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 902. nume. 28. & lib. 1. d. concluſ. 1156. nu. 20.* Viui. *deciſ. 330. nu. 1.*

6 Secundo, & eo minus iniuria remiſſa cẽſetur, cum, vt in dubijs præſupponitur, iam ex cubitalibus percuſſionibus tam Frãciſcus quam Ioſeph, indignari permanſerunt, eaſque ad animum reuocarunt, prout etiam in dubio ad animum reuocata extitiſſe, conſuluit Socin. *in conſi. 146. nume. 7. lib. 1.* ideo ſubintrat concluſio, quod licet aliàs ex diſſimulatione præſeferentibus præſumatur, ſeu cenſeatur remiſſa iniuria, non tamen ſic remiſſa cenſetur, quando eadem iniuria fuerit ad b animum reuocata,[b] tunc enim ad illius remiſſionem, nõ diſſimulatione, ſed expreſſo pacto, vel renunciatione opus eſt. ſecundum Hoſtienſ. *in cap. olim. ſub nu. 5. & ſeqq. nu. 8. verſ. ſolutio &c.* & ibi ẽt Io. And. *nu. 4.* Anto. de Butr. *nu. 7.* & Marian. Socin. *nu. 46. extra de iniur. Pract. Beluiſ. lib. 1. c. 3. rub. de iniur. nu. 88. in fi. Pract. Corrad. tit. de iniur. num.* 28. *fol.* 410. & dixi aliquid *in mea pract. crim. par. 1. tit. de inquiſit. q. 5. nu. 11. in 2. ampliat.* & eſt glo. *in §. fi. in vltima gl. in fin. inſtit. de iniur.*

7 Quod ſi cubitales percuſſiones prædictas ad animum reuocatas non fuiſſe, contendat fiſcus, & tunc intrat motiuum alterius Excellentiſſimi D. Scribentis, quod ex non reuocatione ad ani- c mum impeditur ortus[c] actionis iniuriarum, ſecundum Angel. *in l. non ſolum. §. 1. numero 2. ff. de iniur.* Ioan. Andr. *in cap. cum te. numr. 2. in fine, verſicu. naſcitur autem hæc actio*, & ibi etiam Anton. de Butr. *nume. 6.* & Alexan. de Neuo *num. 17. extra de re iudic.* idem Butr. *in capit. olim. nume. 7. verſic. Quid ſi inimicaliter. extra de iniurijs*, & conſequẽter ceſſante actione iniuriarum, ceſſat etiã illius remiſſio, ſicut bene exornat idem D. Scribens, cuius fundamenta hic repetere ſuperfluum putaui, & ceſſante remiſſione iniuriarum, ceſſat etiam nomen pacis, quæ nunquam datur, niſi in ea remittatur iniuria, ſecundum Thob. & Sforz. Odd. *in locis præcitatis.*

8 Tertio dato ſine veri præiudicio, quod per actus prædictos cenſeretur remiſſa iniuria, ſequutaque inter prædictos iuuenes concordia, ſeu reconciliatio, nõ tamen crederem, exinde dici poſſe, pacem initam extitiſſe ad effectum, de quo agitur; Non enim datur pax ſine pacto, quia a pactione vel a pacto dicitur pax, & ècontra, & pacis ſpecies vna, pactum dicitur. *l. 1. §. pactum autem*, & ibi gloſ. *in verbo, pactum.* Bald. *nu. 1. in 2. notab.* Alex. *nume. 1. ante finem*, & Paul. de Caſt. *poſt nume. 1. ff. de pactis*, ſed ſic eſt quod in remiſſione iniuriarum, quæ fit per diſſimulationem, non ineſt pactum, ergo nec pax.

9 Probatur minor per gloſ. *in §. fina. in verbo, non reuocauerit, in fi. inſtitut. de iniur.* vbi dicitur quod iniuria ad animum non reuocata, tollitur ſimplici voluntate, & diſſimulatione: reuocata autem ad animum, non tollitur nuda voluntate, ſed verbis, vel pacto expreſſo, quod & idem voluit Ant. de Butr. *in cap. olim. in fine. num. 7. verſi. ſi reuocat ad animum. extra de iniur.* ergo in remiſſione,

quæ

quæ fit per diſſimulationem, non ineſt, pactum; Differuntque inter ſe remiſſio, quæ fit per diſſimulationem, & quę fit per pactum, prout pariter voluit alia glo. *in d. §. fi. in verbo, diſſimulatione. in principio. ff. de iniur.* ceſſante igitur pacto, ceſſat pax, quæ eſt ſpecie pacti, vt ſupra dicunt Doctores præcitati.

10 Præterea, & magis in ſpecie, quod pax differat à ſimplici remiſſione, ſeu concordia, adduco Spec ul. *in titu. de treug. & pace, nume. 2. in fine, verſicu. item nota.* Vbi dicitur, quod ſi non fiat pax, ſed ſola concordia, tunc in inſtrumento non debet fieri mentio de oſculo, aut de pace, quia in tali re miſſione, ſeu concordia non ineſt pax: Quod & idem voluit ſumm. Rolandin. & Adden. ad eum *parte 1. titu. de compromiſſ. parte 2. rubr. de inſtrumento pacis, & concordiæ. in verſicu. ſuper quo eſt aduertendum. fol. mihi* 159. *colum.* 2. & dixit Carauit. *ſuper rit. magna Cur.* 275. *numero* 1. quod pax differt a remiſſione, quia plus eſt, ſe cum aliquo pacificare, quam remittere (licet in illo ritu huiuſmodi verba confundantur;) Non ergo ſequitur, partes fecerunt inter ſe concordiam, & remiſ ſionem iniuriarum, ergo pacem fecerunt ex præallegatis; Et quia etiam concordia ſeu remiſſio differt a pace, quia concordia datur ſine interuētu vlterioris amicitiæ, prout punctualiter accidit in caſu noſtro, pax autem non datur, niſi cum renouatione antiquæ amicitiæ. Fulgoſ. *in d. l. 1. nume. 4. ff. de pactis, & ibidem nume. 2. verſic. pax enim,* vbi propterea infert, quod qui habet pacem, habet concordiam, ſed non ècontra; & ruſus ſecūdum communem loquendi vſum, concordia dicitur quædam remiſſio, pax verò eſt vera diſcordiarum ſedatio. Bald. *in d. l. 1. num. 3. ad med. col. 2. verſ. in ea ibi &c.* & ibi etiam Alexan. *poſt nume. 3.* & Fulg. *num. 2. in fine.*

11 Et magis in terminis quod frangens remiſſionem ſeu concordiam, non dicatur frangere pacē, voluit idem Fulgoſ. *in d. l. 1. & d. nume. 4. ff. de pactis,* & addentes ad ſummam Rolandin. *vbi ſupr. fol. mihi* 140. *in verſicu. ſed alij dicunt,* vbi expreſsè dixit, quod ſtatuta punientia violatores pacis non procedunt in violatoribus concordiæ, ſeu remiſſionis iniuriarum, & ijs qui non corde, ſed exterioribus ſignis iniurias remittunt, & faciunt ſcripta per Angel. *in d. l. 1. nume. 3. in fine. ff. de pactis,* vbi quod ſtatutum exigens pacem in rebānitione banniti, non procedit ſi bannitus habuerit inſtrumentum concordiæ ſeu remiſſionis, ſequitur Caballin. *ad conſtit. Marchiæ lib. 2. cap. 1. in verbo, pacta, nu. 2. in fine.*

12 Ex quibus infertur, primo non obſtare, quod per ſalutationem beneuolam, allocutionem, & diſſimulationem cenſeatur remiſſa iniuria, quia hoc non procedit in caſu noſtro, triplici ratione; primo, quia prædicti actus non fuerunt ſpontanei, & continuati, ſed honeſtatis cauſa, & vnica tantum vice ſucceſſerunt; ſecundo, quia poſt reuocatas ad animum percuſſiones, nihil operantur tertio, quia & in omnem euentum non propterea dr inita aliqua pax, quæ frangi potuerit.

13 Secundo non obſtat quod dicatur pacem induci ex ſimplici diſſimulatione ſeu remiſſione iniuriarum, ex Bald. Ruyn. Surd. Maſcard. in locis præcitatis, quia & verior, & communior ex præallegatis apparet opinio, quod immo ex ipſa diſſimulatione, & remiſſione nulla propriè aut falſtem ſecundum communem loquendi vſum, ad effectum, de quo agitur, inducta cenſeatur pax.

14 Tertio nō obſtat quod dicatur, pacem eſſe remiſſionem iniuriarum & finem diſcordiæ, quia non per hoc ſequitur ècontra, quod iniuriarum remiſſio, & concordia pacem contineat, cum pax differat a remiſſione, & concordia ſicut ſpecies, a genere; niſi forſan in dicta remiſſione & concordia fiat expreſſum pactum prout loquuntur allegati Doctores *in d. l. 1. ff. de pactis.*

15 Quarto non obſtat authoritas Aret. *in §. fina. inſtit. de iniur.* quia contrarium & verius voluerunt Fulg. Rol. & Ang. *in locis præcitatis.*

16 Et licet (ni fallor) ex præmiſſis res videatur clara, adhuc tamē etiam quod eſſemus in dubio, pro non fractione pacis, & pro non incurſu pęnę, iudicandum eſt. Alex. *conſ. 19. nu. 2. in fi. lib.* 1. Corn. 167. *nu. 8. lib.* 3. Thob. Non. *conſ.* 111. *nu.* 25. Iaco. Pott. Imol. *conſ.* 213. *nu.* 6. LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Exoneratione archibuſij.* Ad idem adeas Vulpell. *conſ. 82. per tot. & conſ. 67. ſub nu. 5. & conſ.* 88. *nu. 5. in fine, & in tracta. de pace, q. 91. num. 7. in fine, & nu. 16. & q. 101. nu. 9. &* 10. Viui. *deciſ.* 368. *in fine, nu.* 33. Honded. *conſ.* 103. *nu. 1. & ſeqq.* Baiard. *in addit. ad* Clar. *quæſt. 47. nume. 44. & ſeqq.* apud quos hanc concluſionem declaratam reperies, niſi fuerit promiſſum non offendere in perſonam, quia tunc corpore non tacto, pax non dicitur rupta ex ſola archibuſij exoneratione.

b *Reuocata.* Verum quod iniuria quamuis ad animum reuocata, diſſimulatione tamen & ex actibus ſocialibus remiſſa cenſeatur, niſi fuerit in iudicium, & accuſationem deducta, voluerunt Ang. *in l. non ſolum. §. 1. nu. 2. verſ. ſi autem a principio. ff. de iniur.* Abb. *in c. olim. nu. 6. in fine, in vltimis verbis. extra de iniurijs.* Petrin. Bel. *de re militar. p. 10. tit. 2. nu.* 125. Viui. *deciſ.* 330. *nu.* 1. vbi dixit ita tenere omnes *in l. in ipſius. C. famil. Herciſc.* & etiā teſtatur fuiſſe iudicatum de anno 1589. in Regia audientia Barenſi.

c *Ortus actionis.* Contrarium, quod iniuriarum actio oriatur eo ipſo, quod iniuria infertur, & nō ex reuocatione ad animū, & quod propterea eadem actio orta dicatur, etiam quod non fuerit ad animū reuocata, ſed quod bene per non reuocationem ipſa actio tollatur, voluit gl. *in §. fi. in verbo, diſſimulatione,* & ibi Nicaſ. *nu. 5. inſtit. de iniur.* Ang. *in l. illud. nu. 3. ff. eod.* Hoſt. *in c. cum te. num. 5. verſ. naſcitur autem. extra de re iud.* Azzon. *in ſumma de iniur. num.* 18. *ver. Nam & natam eſſe.* Anan. *conſ. 44. num. 6. Pract.* Corrad. *tit. de iniur. nu. 26. fol.* 410 Carauit. *ſuper rit. magna Cur.* 275. *nu.* 3. vbi loquitur tam de iniuria facta verbis quam facto.

Conſilium XCIX.

ARGVMENTVM.

Tortura ſine indicijs, denegatisve defenſionibus, ac iuris ordine non ſeruato in quolibet atrociſſimo crimine, nec etiam de Principis mandato, inferri poteſt: & ſi inferatur, & tortus fateatur, talis confeſſio nec confitenti, nec tertio nocet. Aſſertio autem, ſeu inculpatio ſocij criminis, & mandatarij ad hoc vt contra mandantem inculpatum indicium faciat, plura requiruntur, de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

Facti ſpecies huius conſilij.nu.1.

Tres dubitationes in hoc conſilio reſoluuntur. Prima eſt, nunquid Biſſius fuerit legitimè tortus. Secunda, nunquid Curies fuerit etiam legitimè tortus. Tertia nunquid Comes Guidus ex deductis in proceſſu iure torqueri poſſit.num.2.

Aſſaſſinij crimen habet hoc ſpeciale, vt in eo puniatur affectus, etiam non ſequuto effectu nume.3. Intellige dummodo fuerit deuentum ad actum proximum aliàs ſecus nume. 49. Nec ad actum proximum dicitur deuentum niſi ex eo ſequatur offenſio, vel ſaltim inſultus.nume.50.

Teſtes ſingulares admittuntur in crimine aſſaſſinij. numero tertio.

Aſſaſſinij probabilia argumenta ad condemnandum ſufficiunt nume. 3. Probabilia autem argumenta dicuntur illa, ex quibus oritur indicium indubitatum, nume.29. Nec dicitur indubitatum indicium, niſi ſit tale, vt ex eo res ita apud oculos iudicis clara reddatur, vt contrarium credi non poſſit.num.30.

Atrociſſimum, vbi eſt delictum, licitum eſt iura tranſgredi, & ordinem non ſeruare, præſertim in maioribus magiſtratibus. numero 3. Non tamen propter criminis quamcunque atrocitatem poteſt inquiſitus ſine indicijs torqueri. nume. 25. vbi idem in crimine læſæ maieſtatis, & aſſaſſinij, prout nec propter eandem atrocitatem poſſunt reo defenſiones tolli. nume.26. etiam quod eſſemus in crimine hæreſis læſæ maieſtatis, & aſſaſſinij. d.num.26. Et etiam quod cauſa ageretur coram quocunque Magiſtratu habente amplum, & abſolutum arbitrium, ac poteſtatem procedendi, ſola facti veritate inſpecta.num. 27.

Delictum, vbi eſt difficilis probationis, tunc ad torquendum leuiora ſufficiunt indicia, etiam probata per teſtes inhabiles.num.4. Adhuc tamen, & iſto caſu aliqua requiruntur indicia, & illa quidem in ſuo genere legitima, & aliàs prout.num.31.

Vagabundus propter vitæ leuitatem poteſt ſine indicijs, aut ſaltim ex quolibet leui adminiculo torqueri.num.5. contra nu.32. & 34. vbi declaratur hæc concluſio.

Bannitus poteſt ſine alijs indicijs torqueri.nu.5. Declara, dummodo ſit famoſus, vel alias inſignis fur, & viarum craſſator, vel torqueatur ſuper complicibus delicti, pro quo fuit bannitus, & condemnatus, ac etiam pro receptatoribus aliàs ſecus.nu 32. & 33.

Mandatarius aſſaſſinus poteſt ſine alijs indicijs torqueri.num. 6. intellige in eo, qui de mandato eſt confeſſus, aut conuictus, qui propterea torqueri poteſt, vt indicet mandantem; aliàs ſecus.nu.55. & ſeq.

Mandatarius nulla iuris ſolemnitate torqueri poteſt. num. 6. contra nu.37.

Torqueri quis poteſt ſine indicijs, & denegatis defenſionibus principe conſulto, & de illius mandato nume. 7. contra nu.39. & ſeqq.

Iudici aſſerenti ſe aliquid feciſſe de mandato Principis creditur ipſo Principe præſente.nu.7. Declara dummodo aſſertio ſit explicite, & diſpoſitiuè emanata, ſecus ſi implicitè, & enunciatiuè.nu. 38.

Inquiſitio formata de conſcientia Principis ſubſtinetur etiam fama non præcedente.nu. 7.

Aſſaſſinij crimen tale eſt, vt in eo poſſit quis de Conſocijs interrogari.num. 8. vbi idem de generali conſuetudine in omni delicto occulto, & difficilis probationis.

Tortura poteſt grauior inferri, homini robuſto, ea quæ infertur homini non robuſto. numero 9. declara, vt nume. 57.

Tortura an ſit repetenda, iudicis arbitrio remiſſum eſt.num.9. declara dummodo arbitrium ſit a iure regulatum, non abſolutum.nu.57.

Socij criminis depoſitio iunctis adminiculis facit indicium ad torturam.nu. 10.

Mandatarij depoſitio facit indicium ad torturam, quando mandatum non acceptauit.nu.11. contra nu.45.

Conuerſatio mandantis cum mandatario non eſt leue adminiculum contra mandantem.nu.12.

Procuratorum traditio facit indicium contra tradentem in crimine aſſaſſinij. Et in dubio pecunia præſumitur data ob malam cauſam niſi probetur contrarium. numero 13.

Inimicitia ſola iuncto quolibet leui adminiculo facit indicium ad torturam.nu.15.

Mandatarius etiam aliàs criminoſus facit indicium contra mandantem ab ipſo nominato.num. 16. Contrarium verius.nu.67. in fine.

Indicia legitima non requiruntur, quando proceditur ſola facti veritate inſpecta.num. 17. Declara vt nu. 70.

Teſtis familiaris, & cum alio conuerſari ſolitus probat contra eum cuius eſt familiaris, & cum quo conuerſatur.nu. 18. contra nu.71.

Tortura purgat omnes defectus, num.19. Contra num. 69. Vbi quod non purgat, niſi vnicum defectum.

Socij criminis etiam periuri depoſitio, facit inditium ad torturam de generali conſuetudine.nume.20. Contra numero 64.

Socij criminis periuri inculpatio facit indicium ad torturam concurrentibus adminiculis. nume. 21. contra num. 65.

Torqueri nemo poteſt ſine indicijs.nu.23.

Reus, nec etiam interrogari poteſt ſine indicijs, & aliter faciens iudex, peccat.nu. 23.

Torqueri nemo poteſt denegatis defenſionibus.nu. 24.

Torqueri non poteſt infirmus, aut aliquo membro debilitatus. num.24.

Mandatarius non poteſt de mandante interrogari, & torqueri, niſi prius certè conſtet de mandato. nu. 47.

Princeps, vbi tollit defenſiones, eius mandatum intelligendū eſt de defenſione ciuili, non de naturali. Item de friuola defenſione, non de ſubſtantiali. nu.38. in fi.

Torqueri quis non poteſt ex informationibus non exiſtentibus in proceſſu.nu.42.

Iudex quamuis proprijs oculis delinquentem viderit, non tamen poteſt ex ſuo ſolo teſtimonio illum torquere. numero 42.

Iudex debet iudicare ſecundum acta, & probata non autem ſecundum ſuam conſcientiam. nu. 42. in fine.

Teſtes non in ſcriptis, ſed viua voce deponere debent. numero 43.

Teſtes examinati parte non citata, nec etiam probant in crimine aſſaſſinij. nu. 43.

Confeſſio non legitimis indicijs extorta, nõ nocet confitenti, nec tertio. nu. 46.

Socij criminis aſſertio non facit indicium contra inculpatum, niſi tribus concurrentibus. Primo, vt eadem aſſertio ſi non fuerit ſpontanea ſpontè ratificetur. Secundo, vt poſt ratificationem iterum in tortura confirmetur. Tertio, vt eadem tortura detur ad faciem inculpati. numero 47.

Tortura data cum ſquaſſis dicitur grauiſſima, & atrociſſima. nu. 48.

Delictum non dicitur atrociſſimum, ſi pro eo non imponitur pœna mortis. nu. 51.

Aſſaſſinium non dicitur, vbi mandantum non eſt de occidendo. nu. 52.

Confeſſio ex ſolis minis de torquendo dicitur facta metu torturæ num. 53. Præſertim in iudice ſolito minas exequi nu. 54. Et multò magis in eo iudice, qui paucis ante diebus ſine indicijs torturam intulerat. nu. 55.

Cõfeſſio millies ratificata, & geminata, nec confitenti, nec alijs nocet, ſi ſine indicijs metu tormentorum extorta fuerit. num. 56.

Tortura repeti non poteſt, niſi duobus concurrentibus. Primo, vt indicia ſint multa vrgentia. num. 58. Secundo, vt eadem indicia non ſint per primam torturam purgata. numero 59. & ſeq.

Torqueri quis immoderatè non debet. nu. 60. in fine.

Socij criminis aſſertio non facit indicium, quando emanauit per torturam ei indebite illatam. nu. 61. & ſeq.

Adminicula nihil operantur, quando nihil adminiculandum inuenerint. nu. 62.

Confeſſio non præcedentibus indicijs per torturam extorta, non reconualidatur ex ſuperuenientibus indicijs. numero 62.

Confeſſio metu tormentorum extorta, nemini præiudicat, etiã quod aliunde verificetur per inſpectionem occulorum nedum per adminicula. nu. 62.

Torqueri ſicut quis non poteſt ſine indicijs, ita etiam nec terreri, & multo minus leniter torqueri poteſt. numero 28.

Conſuetudo delinquendi iuncto aliquo adminiculo, an & quando indicium faciat ad torturam. nu. 34.

Defenſiones non ſunt deneganda reo aliàs criminoſo, & malæ famæ. nu. 35.

Delinquens non poteſt de conſocijs interrogari, niſi aliqua particularia præcedunt indicia. nu. 36.

Socius criminis varius, & periurus non facit indicium ad torturam. nu. 63.

Socij criminis depoſitio ſine adminiculis non facit indicium ad torturam. nu. 65.

Tortura non purgat periurium. nu. 66.

Socij criminis aliàs infamis, & criminoſi inculpatio non facit indicium ad torturam contra inculpatum. num. 67. Etiam quod procedatur ſola facti veritate inſpecta. numero 70.

Teſtis expreſſè approbatus a parte non poteſt amplius propter eius perſonæ inhabilitatem improbari. nu. 71.

Teſtes inſtrumentarij non cenſentur approbati a partibus quando eorum inhabilitas non dependet a voluntate approbantium. nu. 72.

Nobilitas excludit omnem turpem ſuſpicionem. nu. 73.

Conſtitutio ſpontanea eſt maximum Innocentiæ ſignum. numero 73.

CONSILIVM XCIX.

1 ADSIT DEVS. Facti ſpecies hęc mihi proponitur; Quidam nomine Biſſius fuit carceratus in ciuitate Taurini, tanquã ſuſpectus de eius vita; Et interrogatus fatetur ſe Mediolanenſem; Tortus vti forenſis & prætenſus vagabundus, vix eleuatus in tortura, dicit, ſe a quodam alio Mediolanẽſe, nomine Curte, in eadem Taurini Ciuitate commorante, requiſitum fuiſſe ad occidendum Comitem Ludouicũ Valpergam, ad inſtãtiam Comitis Guidi San Georgij; ſed mandatum non acceptaſſe.

Captus Curtes interrogatus de vita, fatetur ſe bãnitũ a Dominio Mediolani, viuit laute, fuit famulus, ſeu familiaris Comitis Guidi. Interrogat? de mãdato ſupradicti homicidij, negat; Tortus ſuper hoc acriter, & quaſſatus, ſubſtinet.

Verum poſt duos dies iterum conſtitutus, ei confrontatus Biſſius, & cõminata de nono tortura, fatetur ſe habuiſſe & acceptaſſe mandatum a Comite Guido, vt occideret Comitem Ludouicum, & quod receperat ab ipſo decem aureos, eidem perſolutos a quodam ſuo famulo, de mandato & ordine ipſius Comitis Guidi; Et fatetur etiam requiſiuiſſe in ſocium Biſſium prędictum, qui acceptare noluit. Die ſequenti ratificant earum diſpoſitiones tam Biſſius quam Curtes.

Comes Guidus certioratus de hoc, ſe contulit Taurinum, & ſpontè ſe conſtituit; Interrogatus, Fatetur famulatum, ſeu familiaritatem Curtis; Fatetur etiam ſe eidem per alium ſuum famulum dediſſe illos decem aureos in recõpenſationem præſtiti ſeruitij: ſed negat mandatum.

Adeſt inimicitia inter Comitem Guidum & Comitem Ludouicum; Et inſuper Taurini Gubernator recepit literas diuerſas, quæ ſunt extra Proceſſum, quibus certiorabatur quod benè aduerteret, quia Biſſius & Curtes in illa Ciuitate commorabantur vt occiderent Comitem *Ludo*uicum de mandato Comitis Guidi, & etiam adſunt nonnulli Teſtes examinati, quod quidam Cæſar armauerat in campanea, & pluries in inſidijs ſe poſuerat, vt occideret Comitem Ludouicum de mandato Comitis Guidi.

Comes Guidus eſt Iuuenis ętatem agens annorum xx. in circa. Nec vnquam commiſit aliquod delictum; Et interrogatus, an habeat teſtes pro ritè & rectè examinatis, negatiuè reſpondit; Et propterea fuerunt repetiti Biſſius & Curtes ipſo citato, qui priora dicta confirmarunt, & poſtmodum etiam in tortura idem Curtes idem ratificauit ad faciem Comitis.

Publicato Proceſſu, Opponitur ex parte Comitis Guidi, quod Biſſius fuit tortus abſque indicijs; quod Curtes fuit tortus abſque indicijs.

Replicatur pro parte Fiſci, quod ex quo Biſſius & Curtes erant banniti, & ſic facinoroſi; Et ſtantibus rebus, quæ Gubernator Taurini ad aures habebat, potuerunt torqueri etiam abſq; indicijs, cum ſimus in crimine aſſaſſinij, & apud ſupremum Magiſtratum & Principem, quãuis nõ fuerit ſequutus effectus, nec fuerit deuentum ad

actum

actum proximum; & conſequenter, quod ex eorũ depoſitione, ex inimicitia, & alijs ſupra narratis, remanet Comes Guidus indiciatus ad torturam.

Quæſitum à me fuit, quid iuris.

2 Poſt propoſitam mihi dubitationem prædictam, ſuperuenit ſummarium fabricati, & publicati proceſſus, vna cum tribus ſubtiliſſimis, & doctiſſimis Excellentiſſimorum Fiſci Ducalis Patronorum Iuris allegationibus, (quorum fundamenta quanto breuius potero referre conabor:) ex quibus omnibus iſtud idem factum latius explicatur; Iccirco pro faciliori reſolutione totam hanc quæſtionem in tria capita diſtinguendam exiſtimaui. Primum erit, nunquid Biſſius fuerit legitimè tortus. Secundum, nunquid Curtes fuerit etiam legitimè tortus. Tertium, nunquid hodie Comes Guidus iure torqueri poſſit ex depoſitionibus præfatorum Biſſi, & Curtis, coadiuuatis ex inimicitia inter Comitem Ludouicum, & Comitem Guidum, & alijs adminiculis ex proceſſu reſultantibus, bene per eoſdem Excellentiſſimos DD. ſcribentes deductis, & cõſideratis.

3 Et quod attinet ad primum caput torturæ, ſcilicet illatæ Biſſio, quod bene, & legitimè illata fuerit, præmittunt ijdem ex aduerſo Excellentiſſimi DD. pro fiſco ſcribentes, quod, ex quo ſumus in aſſaſſinio, & ſic in delicto atrociſſimo, in quo multa in iure inducuntur ſpecialia, nempe, quia punitur affectus, & nõ ſequuto effectu, creditur teſtibus ſingularibus; ideo ad condemnandum ſufficiunt probabilia argumẽta, ad trad. per Clar. *in §. aſſaſſinium. nu. 5. 6. & in q. 92. nu. 2. & 3.* Decian. *in tract. crim. p. 2. lib. 9. c. 30. per totum in diſcurſu*, & per Maſcar. *de prob. lib. 1. concl.* 137. 138. Et ideo ẽt, quod in tortura Biſſij non fuerint ſeruatę quædam iuris ſolemnitates, in alijs delictis non ſic atrocibus ſeruari ſolitæ, attamen adhuc illa ſubſtineatur; Primo, quia in atrociſſimis licet iura tranſgredi, & ordo ſit ordinem non ſeruare. Fel. poſt alios *in c. 1. de conſt. nu.* 48. 49. Gram. *deci.* 36. *nu.* 57. Hieron. Lauren. *deciſ. Auinionẽſ.* 15. *nu.* 3. Burſ. *conſ.* 20. *nu.* 37. Præſertim in maiorib. Magiſtratib. Marſ. *in tract. de bannit. in verbo, Atrocioribus. in fine.* Marc. Mantua. *ſing.* 149. Io. de Arnon. *ſing.* 8. *nu.* 2. Alex. Rauden. *conſ.* 49. *nu.* 81. *lib.* 1.

4 Secundo. Quia non ſolum hic agitur de delicto atrociſſimo, ſed etiam occulto, & difficilis probationis; In quibus ad torquendum, leuiora indicia ſufficiunt, inhabileſque & non idonei teſtes admittuntur. Bald. *in l. quicumque. colu. penul. in 8. notab. C. de ſeru. fugit.* Clar. *in pract. §. fin. q. 64. num.* 6. Burſ. *conſi.* 166. *nu.* 32. Cæphal. *conſi.* 62. *nu.* 4. *& ſeqq. lib.* 1. *cum alijs allegatis.*

5 Tertio, & eo magis, quia Biſſius prædictus prętenditur homo malæ famæ, vagabundus, & bannitus a ſtatu Mediolani, prout Curtes deponit; ideo eo magis ſuſpectus redditur, quod in ciuitate Taurini aliquid mali agere vellet; Eoque facilius potuit contra ipſum ad torturam deueniri, etiam ſine indicijs, ad trad. *in l. vnica. C. de mendicantib. valid. lib.* 11. facit tex. *in l. nam ſaltem. ff. de offi. præfect. Vigil. & in l. congruit. ff. de offic. præſid. & in c. fi. de reſcript. in* 6. Vbi quod vagatio indicat inſolentiam, & diſſolutionem; & contra vagantes ſtat omnis præſumptio; & propterea ex iſta leuitate vitę, iuncto aliquo alio adminiculo, non fuit incongruum cõtra ipſum ad torturam deuenire, per ea quæ ſcripſit Fulu. Pacian. *in tracta. de probat. lib. 2. c. 15. nu.* 64.

6 Quartò. Quia cum ſimus in Mandatario, & illo quidem aſſaſſino, potuit ſine dubio abſque alijs indicijs torqueri, Capic. *deciſ.* 155. *nu.* 26. 27. Alc. *conſ.* 67. *lib.* 1. vbi dixit, mandatariũ poſſe torqueri, nulla iuris ſolẽnitate ſeruata, Decian. *d. c.* 30. *nu.* 27. Ludou. Peguer. *deciſ. crim.* 5. *nu.* 19. & 29. Farin. (ſic enim vnus ex prædictis Excellentiſſimis DD. Conſulentibus me ipſum nuncupatim ſæpius allegat) *in ſua pract. crim. par. 1. q. 37. nume.* 154. *& q. 43. nu. 65. &* 120. *q. 44. nu.* 1.

7 Quinto. Licet ex præmiſſis tortura prædicta non poſſit etiam de iuris communis ſubtilitate impugnari, adhuc tamen omnis difficultas videtur ceſſare, cum illa fuerit illata de Principis ſciẽtia, & mandato. Bal. *in l. nullus, nu. 2. per illum tex. C. ad l. Iul. maieſt.* vbi in ſimili dixit, quod in inquiſitione formata de cõſcientia Principis, non eſt neceſſe, vt eam aliqua fama contra inquiſitũ præcedat, quod & idem voluit Inn. *in c. cum oporteat, ad finem. de accuſ.* & dixit Fari. *vbi ſupra in d. q. 37. nu. 83. ſeq.* Conſulto Principe, iudicẽ ſine dubio poſſe iura trãſgredi: Et iſto caſu iudici aſſerenti ſic de mandato Principis torturam intuliſſe, ipſo Principe præſente, omnino credendum eſt. Specul. *in tit. de probat. §. videndum reſtat. num. 3. in fin.* Abb. *in c. præterea. ſub num. 5. de dilat.* cum alijs
8 per Maſcard. *de probat. concluſ.* 1138. *nu.* 12.

Sexto. Et eò clarior res reddi videtur ex literis non exiſtentibus in proceſſu per graues & fide dignos viros, vt dicitur, ſcriptis, aut Sereniſſimo Principi, aut alijs Regentibus Ciuitatem, & Statum, in quibus ſignificatur, quod Biſſius & Curtes in eadem Ciuitate commorantur, vt occiderent Comitem Ludouicum de mandato Comitis Guidi; Quæ quidem literæ ſatis indicium, & iuſtam occaſionem dederunt inquirendi contra eos, carcerandi, ac etiam interrogandi ſuper ſocijs & mandatoribus, ex communi concluſione, quod in crimine aſſaſſinij ſocius criminis poteſt de conſocio interrogari. Farinac. *d. quæſt.* 43. *nume.* 65. Immo generale ſit in omni delicto occulto & difficilis probationis, poſſe quem de ſocijs & complicibus interrogari, ſecundum generalem conſuetudinem, de qua teſtatur Claud. ad Bertaz. *in conſi. 43. ſub nume. 123. & conſi. 255. nume.* 18. Et habet locum hæc concluſio, etiam in tractatu de occidendo, delicto non ſequuto, Bertaz. *conſi. 341. num. 9. lib.* 2.

9 Et hæc quoad torturam Biſſij; ex quibus etiã iuſtificari videtur tortura illata Curti, in qua ęquè militant omnia præmiſſa fundamenta & cõſiderationes; quibus nõ obſtet, ſi forſan vlterius diceretur (quoad Curtem) illius torturam quodammodo fuiſſe immoderatam. Quoniam inſpecta qualitate delicti, & eius perſonæ validitate, torturam non timente (prout bene per Excellẽ-

tiſſimum

tiſſimum D. Fiſci Patronum in facto deducitur) nullo pacto potuit dici immoderata. Guid. de Suzzar. *in tract. de indic. & tortur. nu.* 19. & ibi Ludouic. Bolognin. *in add.* Boſſ. *in titu. de tort. nu.* 39. *& ſeqq.* Aym. *conſi.* 287. *nu.* 6. Follet. *in pract. crim. in verbo, Rei indurati torqueantur. nu.* 16. Menoch. *de arbitr. q. lib.* 2. *caſu* 272. *nu.* 1. *ſeqq.* Et conſequenter non ſolum potuit ſecunda vice ſibi comminari tortura, ſed etiam repeti ex alia Iuris concluſione; quod an tortura repetenda ſit, necne, Iudicis arbitrio remiſſum eſt, Clar. *in pract.* §. *final. q.* 64. *num.* 46 *in princip.* Menoch. *d. caſ.* 272. *num.* 2. *&* 3. *& de præſumpt. lib.* 1. *cap.* 92. *nu.* 1. *&* 3.

10 Quibus ſic ſtantibus circa tertium caput propoſitæ quæſtionis, nempe torturæ inferendę Comiti Guido, Res proponitur indubitabilis a prædictis Excellentiſſimis Fiſci Patronis, nedũ quia ſumus in delicto atrociſſimo, ac difficilis probationis, in quo, vt præfertur, non plena, & non cõcludentia ſufficiunt ad torturam Indicia: verum etiam, quia ſi rectè ponderentur omnia ea, quæ ex proceſſu contra eundem Comitem colliguntur, Res, vt dixi, ferè indubitabilis ſecundum eos reddi videtur; Eorumque principale fundamentum conſiſtit in depoſitione Curtis, apertè concludentis, mandatum ad offendendum Comitẽ Ludouicum a Comite Guido ſibi datum; Quo caſu ſubintrat Iuris concluſio, quod licèt dictũ ſocij criminis de ſe ſolum nõ faciat indicium ad torturam, iunctis tamen adminiculis, ſine dubio indicium facit. Gram. *conſi.* 21. *nu.* 8. 11. *& ſequen.* Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 21. *nume.* 8. Ludouic. Peguer. *deciſ. crim. cap.* 5. *num.* 31. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1 *præſumpt.* 89. *nume.* 37. Et de *arbitr. q. lib.* 2. *caſ.* 474. *num.* 43. Burſ. *conſi.* 132. *nu.* 5. Farin. *in pract. crim. tit. de Indi. & tor. q.* 43. *ſub nu.* 6. *&* 145.

11 Coadiuuatur prædicta Curtis depoſitio; Primo ex alia depoſitione Biſſij, aſſerentis, ſe fuiſſe ab ipſo Curte requiſitum ad intereſſendum homicidio, ad inſtantiam Comitis Guidi committendo, & quod noluit requiſitionem acceptare. Quo caſu intrat alia concluſio, quod etiam ſola mandatarij depoſitio indicium facit ad torturã, quando ipſe mandatum recuſauit, & non acceptauit; Tunc enim non dicitur ſocius criminis, ſed vir bonus & laudandus. Bald. *conſi.* 97. *libr.* 5. Gram. *conſi.* 3. *num.* 1. Boſſ. *in tit. de indic. num.* 145. vbi ait, dictũ Baldi in loco præcitato obſeruari.

12 Secundo. Eadem Curtis depoſitio coadiuuatur ex famulatu ipſius Biſſij, & conuerſatione eiuſdem Comitis cum eo, ex qua ſola conuerſatione non modicum oritur Indicium contra nominatum Mandantem nedum ex famulatu. Farinac. *in pract. crimin. d. quæſt.* 43. *num.* 171. *& quæſtio.* 44. *nume.* 11.

13 Tertio. Succedit aliud adminiculum ſumptũ ex traditione pecuniarum, quas ipſe Comes fatetur fuiſſe de eius ordine datas ipſi Curti, quæ non ad alium effectum data præſumitur, niſi in mercedem mandati homicidij, de quo agitur; Tũ quia in dubio donatio non præſumitur. *l. cum de indebito. ff. de probat.* Tum etiam, quia non conſtat de alia cauſa, quam ob mandatum facinus; ideò ob eam data præſumitur. Bart. *in l. triticum. ff. de verb. obligat. & in l. ſi ita fuero ſtipulatus.* §. *fin. nu.* 3. *ff. de nouation.*

14 Quarto. Non minus fortè videtur oriri indicium ex teſtibus examinatis, quibus probatũ dicitur aliàs quendam Cæſarem Baltianum ſe in inſidijs poſuiſſe ad occidendum Comitem Ludouicum de mandato Comitis Guidi, ex quib. ſubintrat regula, quod ſemel malus &c.

15 Quinto. Subintrat grauis inimicitia inter Comitem Guidum & Comitem Ludouicum, quæ ſola, iuncto quolibet leui adminiculo, indicium facit ad torturam. Natt. *conſi.* 42. *nume.* 7. Clar. *in pract.* §. *fi. quæſt.* 21. *nu.* 30. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *præſumpt.* 89. *nu.* 51. Theſaur. *deciſ.* 24. *nu.* 1. Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 902. *nu.* 3. *&* 3. Farinac. *d. q.* 43. *nu.* 168. *& quæſt.* 44. *nu.* 11.

16 Nec præmiſſis obſtare inquiunt Excellentiſſ. DD. Fiſcales, quod tam Biſſius, quàm Curtes, vltra quod faciunt ſe ſocios criminis, patiantur alios defectus, quia ſcilicet pauperes, viles, banniti, & criminoſi. Huic enim obiectioni plurib. modis reſpondent; Et primo, quod mandatarius etiam criminoſus facit indicium ad torturã, quia mandata ad occidendum non, niſi criminoſis, cõmittuntur; & niſi mandatarius eſſet criminoſus, eius depoſitio tanquam inuerisimilis non afficeret mandantem, vt in ſimili arguit Roland. *conſi.* 73. *num.* 36. *&* 37. *lib.* 1.

17 Reſpondent ſecundo, quod quando proceditur, ſola facti veritate inſpecta, prout in caſu noſtro, tunc non requiruntur legitima indicia. Neuizan. *conſi.* 34. Boſſ. *in tit. de indic. & conſiderat. ante tortur. nu.* 13. & conſequenter admittitur etiam ſocius criminis aliàs criminoſus.

18 Reſpondent tertio, quod ex quo Curtes eſt familiaris Comitis, & cum eo ſolitus conuerſari; Iccirco cenſetur ab eo approbatus, nec poteſt eius dictum impugnari, quamuis aliàs criminoſus ſit, per id quod in ſimili de teſtibus inſtrumẽtarijs a partibus approbatis, ſcripſerũt Aym. *conſil.* 56. *num.* 9. *ſeq. & conſi.* 100. *in fin.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib.* 2. *caſu* 105. *num.* 107. Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1361. *nu.* 3. *&* 4.

19 Reſpondetur quarto, & in omnem euentum, quod ex tortura Curti illata ad faciem Comitis, omnes abſterguntur defectus, & maculæ. Cacheran. *deciſ.* 79. *nu.* 38. *in fine.* Sigiſmund. Scacc. *de indic. cauſ. ciuil. & criminali. &c. c.* 83. *nu.* 7.

20 Nec etiam obſtare dicunt ijdem Excellentiſſ. DD. ſcribentes, quod prædicti ſocij criminis, & mandatarij ſint periuri, tum quia de conſuetudine periurium non obſtat, quin faciant indicium ad torturam, Boſſ. *in tit. de indic. num.* 156. Clar. *in* §. *falſum. nu.* 3. Ioſeph. Ludouic. *deciſ. Lucen.* 15. *nu.* 4. *&* 5. Bonacoſſ. *in commun. opin. par.* 1. *verſ. indicium facit ſocius criminis, ad finem.*

21 Tum etiam, quia ſtantibus adminiculis eadẽ ſocij criminis periuri depoſitio facit pariter indicium ad torturam. Moror. *reſponſ.* 61. *nume.* 3. & in ſimili traditur de teſtibus ſingularibus, qui licet non probent regulariter, probant tamen cedentibus alijs adminiculis, idem Moror. *reſponſ.*

35. *num.*

35.num.23.& reſponſ.49.num. 40. cum alijs ſimilibus allegatis.

22 Et hæc ſunt(ni fallor)quę per Excelletiſſimos D.D. Fiſci Patronos multo melius, & accuratius fuerunt contra Comitem Guidum deducta, & explicata, quam per me reaſſumpta; Quibus non obſtantibus, in omnibus prædictis capitibus cõtratium de iure verius eſſe, ex infraſcriptis facilè demonſtrati poſſe, crediderim.

23 Et quod attinet ad primam partem, quæ reſpicit torturam Biſſij, non video, quomodo poſſit dici legitimè tortus, poſtquàm primo loco in primo eius conſtituto, paucis interiectis interrogatorijs abſque vlla(ni fallor) cauſa ex abrupto, & nullis penitus in proceſſu præcedẽtibus indicijs, tortus fuit, contra tex. *in l. 1. & in l. maritus, & l. vnius. §. in ea cauſa, & in l. ſi. ff. de quæſt.* Et tamen non ſolũ non torqueri, ſed nec ẽt interrogari ſine indicijs, & illis quidẽ legitimis, poterat. Marſ. *conſi.130.nu.34.in fine.verſ. Nam quando.* Boſſ. *in tit.de examin.reor.nu.6.ſeqq.* Sarmient.*ſelect.ar. interpret.c.13.nu.4.verſ.quinimo.lib.3.* vbi quod aliter faciẽs Iudex, peccat, quod & idẽ latiſſimè per nouem fundamenta comprobat Nauar.*in rub.de iudic.§.decimumtertium principale &c. nu.4.et pluribus ſeqq.* vbi etiam reſpondet contrarijs, nec diſſentit Clar.*in pract.q.20.ſub verſ.ad formandum.* vbi amplius dixit, quod ad interrogandum reum indicia debent eſſe grauia, & non leuia.

24 Secundo fuit etiam tortus, nõ datis defenſionibus pariter, contra tex. *in l. vnius.§.cognitarum. ff.de quæſt.& in l.defenſionis facultas. C.de iur.fiſci, & in c.cũ intereſt.de exceptionib.& in clem. paſtoralis. de re iud.* & quod peius eſt, nõ obſtante, quod ſe ruptũ in inteſtinis, ac propter vulnus cum Atchibuſata receptũ, ſe debilitatum affirmauerit, & quod Illuſtris D. Iudex, & examinator obtulerit facere illum a perito Medico viſitare, ſed non fecit; Illico ibidem crudeliori ignis tormento præparato, ipſum adhuc in tortura ligari, & eleuari mandauit, contra pariter tradita poſt Bal. quem allegat per Caſon.*in tract.a. de tormen. c.10.rubr. quæ perſon.torqueri poſſ. nu.8.*

25 Quibus non obſtent in contrarium ſupra deducta, quia dum primo loco ijdem Excellentiſſimi DD. ſcribentes prætendũt ſic procedi potuiſſe propter criminis aſſaſſinij ſcilicet atrocitatẽ, iuncta illa generali regula, quod in atrociſſimis licitum eſt iura tranſgredi, & ordo ſic ordinẽ nõ ſeruare; omiſſis declarationibus, quæ per Doctores regulæ prædictæ communiter dantur, ſufficiat dicere, & in ſpecie, quod in quãtumuis atrociſſimo crimine, nullus ſine indicijs torqueri poteſt, Foller.*in pract.crim.in verbo, Item, quod ſuffocauit vxorem.nu.*58.Rol.*conſi.12.nu.89.lib.4.* Vbi de communi.Cla.*in pract.§.fi.q.64.verſ.dixi etiã. in fine.* Hipp.Rimin.*conſ.361.nu.32.ſeq.lib.3.* Vbi reddit rationem, quia quãto crimen eſt grauius, & atrocius, eo magis præſumptiones, & indicia debent eſſe grauiora, & vehementia, cum de maiori agatur periculo, & in crimine læſæ maieſtatis, eſt gloſ.*in l.3.in verbo, conuictus, & ibi communiter omnes.C.ad l.Iul.maieſt.*eſt tex.*in l.famoſi, & ibi Alex.num.2.ff.eod.* Idem Alben *in rub.cod.tit.num.3.verſ.& tamen in iſto crimine. Deciſ. Pedem. 79.num.14.* & in crimine aſſaſſinij Carer.in terminis *in pract.crim.in 2.tract. de indic. & tort. §. circa quartum, qualiter & quando ad torturam deueniatur.nu.7.in prin.& nu.8.in fine.*

26 Neminique propter criminis atrocitatẽm, auferenda eſt ante torturam, ſe defendendi poteſtas, Gram.*vot.34.in fine.& vot.30 nu.2.et 31.*vbi loquitur in crimine parricidij. Rol.*conſ.12. num. 58.& ſeqq.nu.76.79.& 89.lib.3.* vbi latè Hieron. Lauren.*Deciſ.Auinionen.15.nu.3.nu.6.nu.20.nu. 18.* Et in crimine hæreſis idem voluerunt Patiſ. *conſ.2.nu.155.& ſeqq.lib.4.* Vulpell.*conſ.21.num. 3.* Roland.*d.conſ.12.nu.61.* Et in crimine lęſæ maieſtatis Rol.& Vulpell.& Hieron. Lauren.in locis præallegatis. Oſaſch.*Deciſ.Pedem.79.num.12. et ſeqq.* Et in ſpecie in crimine aſſaſſinij Carer.*vbi ſupra in §.circa quintum.nu.16.et d. Dec.Auinionen. 15.nu.16.iuncto nu.10.verſ.ſed his non obſtantibus.*

27 Et præmiſſa procedunt non ſolum in ordinario Iudice, ſed etiam in quocumque magno Magiſtratu, liberum, amplum, & abſolutum arbitriũ habente. Nam, & is ſicut ſine indicijs neminem torquere poteſt, Gandin.*in titu.de quæſtion.& tormen.nu.41.* Foller.*in practic.crim.in verbo, quod ſuffocauit vxorem, nu.58.* Roland.*conſi.12.nu.32.lib. 3.* Clar.*in pract.§.fina.q.64.ſub verſicu.dixi etiam.* Menoch.*de arbitr.q.lib.1.q.9.num.3.4.q.84.nu.1.* Vbi teſtatur de communi. Franc. Becc.*conſ.67. ſub nu. 14.* Ita nec extantibus indicijs torturam inferre valet, non datis Reo debitis defenſionib. Gloſ.*in clementin.ſæpe.§.non ſit tamen, in verbo, defenſiones, de verb.ſignificat.* Alex.*conſi.65.nu.2.lib. 1.* Plot.*de in lit.iuran.§.30.nu.9.* Afflict. *deciſ. 391. num.20.& ibi* Vrſill.*in add.* Hieron. Lauten.*Deciſ. Auinionen.15.num.4.* vbi loquitur de Capitaneo Iuſtitiæ Mediolanen. Menoch.*de arbitrar.q.lib.1. quæſt.77.nu.1.& ſeqq.& q.78.nu. 5.*

28 Et ſi reſpondeat Fiſcus, Biſſij torturam leuem fuiſſe, quia vix eleuatus confeſſus eſt; Replicatur, quod ſine indicijs nemo nedum leuiter torqueri, ſed nec etiam terreri poteſt. Marſil.*in l.1.in princip. nume. 55.ſeqq.ff. de quæſtion. Et in conſil. 8.numero 15.ſeqq.Et in pract. §. expedita.nume. 2. & ſeqq.* Caret.*vbi ſupra nume. 15.* Gram. *conſi. 15. nume.9.& ſeqq.* Hippol. Riminal. *conſi.crimin. diuerſor.84.nume.22.lib.2.* Bertazz.*conſ.341.nume. 11.& nume.38. in fine & ſeqq. lib. 2.* Et licet hæc concluſio habeat aliquos contradictores, quando Reus non eleuatur, ſed tantum comminatur tortura; & contra eum adſint aliqua indicia, licet non plena, & ſufficientia, attamen vbi ſumus in eleuatione, & nulla præcedunt indicia, magis communiter receptum eſt, & in practica ſeruatur, vt eleuari non poſſit.

29 Id autem quod pariter per vnum ex Excellentiſſimis D. Fiſci Patronis in propoſito etiam cõſideratur, quod in crimine aſſaſſinij ſufficiunt probabilia argumenta, facili negocio tollitur, quia non omnis leuis ſuſpicio, aut leue indicium inducit in eo crimine probabilia argumenta; ſed illa tantum indicia & præſumptiones ſufficiunt,

& admit-

Digitized by Google

& admittuntur, quæ indubiratum producāt indicium: ſic enim probabilia argumenta de indubitato indicio intelligi debere, ſcripſerunt Felin. *in capit. afferte, numero nono, in fine. de præſumpt.* Grammat. *vot.* 11. *nume.* 22. *& in conſilio* 1. *de for. indicat. num.* 4. *& ſeqq.* Carer. *in pract. in* 3. *tracta. de homicid. & aſſaſſin.* §. *circa igitur tertium. nume.* 27. *nu.* 30. *ſeqq.* Matth. Brun. *conſi. crimin. diuerſor.* 115. *num.* 80. *lib.* 2. Petr. a Plach. *in Epith. delictorum, cap.* 19. *num.* 14. Couarr. *variar. reſolut. lib.* 2. *capit.* 3. *num.* 5. *in fine.*

30 Nec dicitur indubitatum indicium, niſi fuerit tale, ex quo ita res apud oculos Iudicis clara reddatur, vt contrarium credi non poſſit, ſecundum Iacob. Butrig. *in l. fina. in fine*, & ibi Paul. de Caſtr. *nume.* 5. *C. de probat.* Boer. *deciſ.* 164. *nume.* 3. *&* 4. *Pract.* *Conrad. titul. de negat. crimin. & tormen. nume.* 48. *fol.* 350. *colum.* 1. Anton. Gomez. *de delict. capit.* 12. *rubr. de probat. delictor. nume.* 25. *verſic. ex quibus infero.* Clar. *in pract.* §. *fin. quæſtio.* 20. *in fine principij.* Iul. Scarlatin. *conſi. crimin. diuerſor.* 120. *nume.* 5. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1221. *num.* 49. Sed in caſu noſtro ante torturam Biſſij, nullum aderat indicium etiam dubitatum, nedum indubitatum, prout etiam mox infra latius explicabo; ergo non iure contra ipſum fuit deuentum ad torturam.

31 Dum ſecundo eadem tortura ſubſtineri quæritur, quia ſumus in delicto occulto, & difficilis probationis, ad trad. per Bald. *in l. quicumque. C. de ſeru. fugitiu. cum alijs allegatis*; Reſpondetur, quod Baldus non dicit, in delictis occultis non præcedētibus indicijs torturam inferri poſſe, ſed immo dicit, quod in delictis occultis indicia debent eſſe certa & talia, vt vix denegari poſſit delictum, prout verba Bald. melius pōderauit Oſaſc. *d. Deciſ. Pedemont.* 79. *num.* 55. *verſic. Nec obſtat, & nume.* 56. Benè verum eſt, quod iſto caſu leuiora ſufficiunt indicia, & hoc communiter receptum eſt a Doctoribus; debent tamen in genere ſuo eſſe legitima & ſufficientia, quæ contra Biſſiū nullo pacto fuerunt, prout ex lectura proceſſus euidenter apparet, & inferius demonſtrabitur.

32 Dum tertio adducitur qualitas perſonæ ipſius Biſſij, quia ſcilicet eſt bannitus & vagabundus, crederem in primis in facto dici poſſe, in proceſſu non cōſtare, præſertim ante torturam illatam, eum eſſe bannitum, aut malæ famæ, quamuis ſolus Curtes affirmet poſtea ipſum bannitū; ſed benè potius honorificè vixiſſe, & fideliter inſeruiſſe in cuſtodia Arcis Taurini; Et nihilominus etiam admiſſis prædictis, nō reperio iure cautum, quod vagabundus poſſit torqueri ad ſciendum, an, & quæ commiſerit delicta, & multo minus in ſpecie, an receperit mandatum ad occidendum aliquem, ſi de alijs delictis, ac de tali mandato nihil prorſus cōſtat in proceſſu, (prout in hoc proceſſu non conſtabat) ſolos enim viarum craſſatores, fures inſignes, & famoſos bannitos, poſſe de alijs delictis ſine indicijs, torqueri, non inficiantur Docto. vt videre eſt apud Brun. *in tract. de indic. & tortur. par.* 2. *quæſt.* 5. *nume.* 66. Marſil. *in l. repeti. nume.* 47. *ff. de quæſtion.* Grammat. *vot.* 13. *num.* 14. Monticell. *reg. crimin.* 16. *nume.* 3. 4. *& in contrarijs, in fine ibi verſic. ſed pro concordia, & reg.* 10. *num.* 34. Diaz. *in pract. crim. canon. cap.* 117. *num.* 3. apud quos, & plures alios, qui allegari poſſent, communiter firmatur ècontra, non poſſe aliquem ſine indicijs torqueri, ad habēdum alia delicta in genere, niſi contra eum adſit diffamatio, quod ſit crimino ſus, & facinoroſus.

33 Et licèt Clar. *in pract.* §. *fin. quæſt.* 64. *in verſic. ſucceſſiuè quæro. in fine.* dixerit, apud eum ſeruari in crimine aſſaſſinij, & furti, poſſe ſine indicijs quem de alijs interrogari; loquitur tamen in fure, ſeu aſſaſſino cōfeſſo, vel etiam (quoad alia delicta) in bannito a loco, in quo eſt captus, & etiā condemnato; quia antequam contra eū exequutioni mandetur ſententia; Torquetur prout ipſe dicit ſuper alijs delictis, ac etiam cōplicibus eiuſdem delicti, pro quo eſt bannitus, & condemnatus, & pro habendis receptatoribus; vnde nō inferendum ad caſum noſtrum in quo Biſſius nihil confeſſus fuerat, nec erat bannitus, aut cōdēnatus in ciuitate Taurini, ſeu alibi. Immo ſi fuiſſet bannitus a ſtatu Mediolani (prout non erat) adhuc magis apparebat cauſa, quare in illa ciuitate commorarentur, vt ſcilicet eſſet tutus a Curia, quæ ipſum exbanniuit, iccircò eo minus reddebatur ſuſpectus, & eo minus poterat torqueri.

34 Et licèt etiam leuitas vitæ, prout alter Excellentiſſimus D. ſcribens prætendit, iuncto alio leui adminiculo ſufficiat ad torquendum ex Pacian. *de probat. lib.* 2. *capit.* 15. *nume.* 64. eius tamen doctrina cum mille alijs, quæ cumulari poſſent; caſui noſtro nō applicatur. Primo, quia Pacian. non loquitur de leuitate vitæ ſimpliciter, ſed de conſuetudine delinquendi, quæ in Biſſio nō poteſt dici probata, cum ea non inducatur, niſi per binum delictum, vltra illud, de quo agitur. Grā. *conſi.* 34. *nume.* 5. *& deciſ.* 16. *nume.* 3. Marſi. *ſingu.* 378. *ſub nume.* 4. Cæphal. *conſi.* 28. *num.* 12. *lib.* 1. Simon. de Pret. *conſi.* 104. *num.* 27. Secundo quia non dicit ſufficere leue adminiculum, ſed immo requirit vltra dictam delinquentis conſuetudinem, illud adminiculū non leue, quę in hoc proceſſu non reperiuntur. Tertio, quia nō loquitur, quando quis torquetur ad habendum delicta, ſiue in genere, ſiue in ſpecie, de quibus non adſunt indicia, prout in caſu noſtro fuit tortus Biſſius, ideo non inferendum.

35 Et ita etiam nec reperio de iure eſſe, vt reo, aliàs crimino ſo, & malæ famæ ſint denegādæ defenſiones: immo contrarium expreſsè tradiderunt Auguſti. ad Ang. de Maleſi. *in verbo, quod fama publica. num.* 38. Blanc. *de Indic. nu.* 28. *& nu.* 46. *Boſſ. in tit. de Indic. nume.* 75. Roland. *conſi.* 12. *nu.* 55. *lib.* 3. Burſ. *conſi.* 201. *nu.* 70. *lib.* 2.

36 Dum quarto allegatur illa Doctorū concluſio, quod in crimine aſſaſſinij mandatarius torquetur & ſine indicijs, concluſio eſt veriſſima in iure, quando prætenſus mādatarius faſſus eſt mādatum ad hoc vt indicet mandantē; ſic. n. loquūtur Capic. & Decian. in locis ſupra citatis; non aūr vt mandatum fateatur, prout ſic ad hunc effectum fuit tortus Biſſius, & expreſsè declarat

Ludou.

Ludou.Peguer.pariter exaduerſo allegatus.*deciſio.crim.5.num.19.& 29.* vbi dixit, mandatarium non torqueri ad detegēdum ſocios, niſi duobus concurrentibus. Primo, vt fuerit de delicto confeſſus, aut conuictus. Secundo, vt præcedant indicia particularia, quod & idem voluerunt Ign. *in l.etſi certus.nu.10.ff.ad Syllan.* Salyc.*in l.fi.n.10. C.de accuſ.* Blanc.*de indic.nu.378.verſ.& hoc modo intelligi debet.* Ioſeph.Ludou.*deciſ.Lucen.13.num.73.* Boſſ.*in tit.de indic.&c.nu.147.& ſeq.* Ant.Gomez.*de delict.cap.12.rubr.de proba. delictor.numero 27.in fine.*

37 Nec reperio, ex Alex.*in conſi.77.li.1.*(prout ad id allegatur) quod mandatarius poſſit torqueri, nulla iuris ſolemnitate ſeruata; Immo qđ mandatarius non poſſit torqueri, niſi prius certū ſit, quod mandatum ſuſceperit, aut illud confeſſus fuerit, vt probāt clarè tex.*in l.etſi certus ſit percuſſor.& in l.prius.ibi,etſi confiteatur,tunc interrogetur quo mandante flagitium commiſſum ſit.ff.ad Syllan.* ergo niſi mandatarius mandatum confeſſus fuerit, aut illud alias certum ſit, abſurdum eſt dicere, quod ſine alijs indicijs poſſit de mandante interrogari, & torqueri. Et pondero, quod iura prędicta loquuntur in ſeruo mandatario; ideo multo magis procedent in perſona libera.

38 Dum quinto ad purgandum eiuſdem torturę nullitatem, ſubmittitur Principis ſciētia, authoritas, & mandatum, de quo iudici illud aſſerenti credendum ſit, ſtante ipſius Principis præſentia; non modicæ conſiderationis eſſe debet, quia in proceſſu non apparet, Illuſtrem D.Iudicem, ac examinatorem diſpoſitiuè, & explicitè, ſed tantum enunciatiuè, & implicitè fidem facere de Principis mandato, ſeu ordine, cum dicatur, Mādauit torqueri in exequutionem ordinis. Qualis autem ſit iſte ordo, & quid in ſpecie contineat, non explicatur. Hinc non modica oritur dubitatio, immo vix credi poteſt, Illuſtriſſimum illum Principem voluiſſe, ac mādaſſe homines torqueri ſine indicijs, denegatis defenſionibus, & nullo iuris ordine ſeruato, ad quæ bene faciunt ſcripta per Burſat.*in conſilio 201.numero 103.& ſequen. libro 2.* Vbi dixit, quod etiam quod Princeps mādauerit defenſiones reo tolli, eius mandatum intelligendum eſt de defenſione ciuili, non autem naturali, item de leui, & friuola defenſione, non autem de ſubſtantiali, ex Bald.& Marſil.in locis per eum relatis.

39 Verum etiam admiſſo, quod in ipſo proceſſu iudex tunc atteſtatus fuiſſet, Principem ſic expreſsè mādaſſe procedi debere ad torturam contra Biſſium, denegatis defenſionibus, & ſine indicijs, adhuc non credo ſit ponere os in cęlum, dicere quod Princeps non poteſt ſuo officiali mandare, vt reum ſine legitimis indicijs torqueat; Ad larè tradita per Gram.*vot.32.numero 9.* Clar.*in pract.§.fin.quæſt.64.verſic.dixi quoque.* Roland.*d.conſ.12.nu.47.& ſeq.lib.3.* Burſat. exaduerſo allegatus *in conſi.201.ſub nu.42.& 94.* Viu.*opin.638.nu.8.* Qui omnes etiam dicunt, iſto caſu iudicem ex dicto Principis mandato minimè excuſari, quia tenęatur in ſindicatu.

40 Prout nec etiam, Principē poſſe tollere defenſiones, probat text.ad literam.*in clem. Paſtoralis, propè finem,* & ibi gl.*in verbo,licuerit,et communiter omnes.de ſent.& re iud.& in cap.1. de cauſ.poſſeſ. & propriet.* Bald.*in l.3.§.ſi is,pro quo.verſ.in eadem gl.ibi,non obſtante &c.ff.quod quiſque iuris.* Nat.*conſ.451.nu.30.li.2.* Affl.*deciſ.391.nu.2.& 9.* & ibi Vrſil.*in addit.* vbi bene loquitur Boſſ.*in titu.de indic.nu.78.* Clar.*in pract.§.fin.q.49.verſ.& hoc adeo uerum eſt.* Hier.Lauren.*d.deciſ.15.nu.5.*

41 Ex quibus ceſſant exaduerſo adductę generales illæ concluſiones, quod ſcilicet in atrociſſimis, conſulto Principe, poſſit iudex iura tranſgredi, & quod in inquiſitione formata de Principis conſcientia, non eſt neceſſe famam præcedere, poſtquam habemus in ſpecie communes opiniones Doctorum, volentium, Principem non poſſe defenſiones tollere, nec mandare torturam ſine indicijs inferri.

42 Dum ſexto pro indicio contra Biſſium pōderantur litteræ quædam per viros fidedignos, vt dicitur, ſcriptæ, ſignificantes Biſſium, & Curtem in ciuitate Taurini commorari, vt Comitem Ludouicum occiderent de mandato Comitis Guidi, ſufficeret dicere, quod ex quo de iſtis litteris ante torturam Biſſij nihil conſtitit in proceſſu, iccirco nō poterat ex illis aliquod ſumi indiciū, cum abſurdum ſit dicere, quod iudex velit ex informationibus extraiudicialibus reos inquiſitos torquere, ſtante quod etiam, quod proprijs oculis delictum committi vidiſſet, non poteſt ex ſuo proprio teſtimonio ad torturam deuenire, ſecundum cōmunē, de qua per Clar. *in pract.§.fi.nu.8. verſ.ſed pone,quod iudex,* & facit vulgaris illa, ſed veriſſima concluſio, quod iudex non ſecundum conſcientiam, ſed ſecundum acta, & probata iudicare debet, de qua per Fely.*in c.paſtoralis.§.qcia vero.nu.23.& ſeq.de offic.deleg.* Couar.*var.reſolu.li.1.c.1.poſt nu.6.Deciſ.Pedemon.2.num.39.* & per Clar.*q.66.verſi.ſcias autem.*

43 Sed certè etiam, quod iſtæ litteræ fuiſſent in actis exhibitæ, quid, quæſo, indicare poterant, cū non fuiſſent recognitæ? & ēt recognitæ, nec aliquid probabant per regulam quod teſtes non in ſcriptis, ſed viua voce deponere debent.*c.teſtes.et ibi communiter Doct.3.q.9.c.a nobis.& ibi etiam Doct.o.qui matrim.accuſ.poſſ.* Bal.*in l.iuſiuran.nu.3.* & ibi Salyc.*nu.8.C.de teſtib.* Marſ.*in l.de minore.§.plurium.nu.3.ff.de quæſt.* Et rurſus etiam, quod ſcribentes a iudice examinari, illud, quod ſcripſerūt, medio iuramento confirmaſſent; nec vtique poterant indicium facere, cum informiter, & parte non citata, ſic depoſuiſſent, & ſecundum veriorem opinionē etiam in crimine aſaſsinij teſtes, parte non citata, examinati, indicium non facerent. Gram.*vot.11.num.16.* Gabr.*lib.2.de cita.conclu.1.nu.344.* Burſat.*conſ.201.nu.112.& ſeq.* Bertaz.*conſ.459.nu.22.in fine,& conſi.553.nu.5.li.2.* Viui.*opin.931.numero 7.& 8.* Creſcent.*deciſio.2.tit.de teſtib.*

44 Hactenus de tortura Biſſij, deuenio modo ad torturam Curtis, quæ non ſolum dicitur non legitimè data, ex eo quod, & ipſe denegatis

defenſionibus tortus fuit, ſed etiam quia nullis protſus præcedentibus indicijs, quamuis contra eum vrgeret Biſſij depoſitio, & præſertim ſtantibus præmiſſis concluſionibus ſic vt ſupra, in iure firmatis in tortura Biſſij, quæ æquè militant in tortura ipſius Curtis; immo in hac Curtis tortura fuit, etiam pluribus alijs reſpectibus non legitimè proceſſum; Et

45 Primo, quia dictum Biſſij quamuis aſſerat recuſaſſe mandatum ſibi datum a Curte, non tamen propterea faciebat cõtra Curtem indicium ad torturam ſecundum veriorem opinionem, de qua per Marſil. *in pract. §. diligenter. nu. 37. & num. 39. & ſeq.* Carrer. *in pract. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. ſequitur de mandatario. ſub nu.* 10. Gram. *conſi. 21. poſt nu. 14. & deciſ. 28. num.* 26. Hieron. de Monte *q. 16. nu.* 20. Clar. *in pract. q. 21. verſi. & ex hac concluſione*, vbi reprobato Boſſ. teſtatur de communi, & ſeruata opinione. Roland. *conſi. 14. num. 7. ſeqq. lib.* 4. Ex quibus ſine dubio apparet, hanc eſſe receptam Doctorum ſententiam, quicquid contrarium affirmauerint aliqui alij pauciores pro Fiſco allegati.

46 Secũdo, quia dato etiam, quod ex depoſitione Biſſij contra Curtem oriretur indiciũ ad torturam, hoc tamen intelligi debet, quando ipſe Biſſius fuiſſet legitimè, & præcedentibus indicijs tortus; ſed cum (vt ſupra latè demonſtraui) appareat non legitimè, & ſine præcedentibus indicijs tortum fuiſſe, ſequitur, quod talis confeſſio, nec ſibi, nec Curti per ipſum nominato, nocere poteſt. Gram. *vot. 34. ſub nu. 10. & conſi. 37. nu.* 6. Carrer. *in pract. in 1. tract. de appell. §. Tertius caſus. nu. 12. & in 2. tract. de indicijs. §. circa quartum. nu. 2. in fine.* Burſ. *conſi. 201. n. 58. verſ. & quidem iuncto nu. 61. verſ. vnde cum tortura non fuerit legitimè illata.*

47 Tertio & rurſus dato, quod Biſſij depoſitio legitimè emanaſſet, & quod contra Curtem faceret indicium ad torturam, non tamen tale indicium faciebat, niſi tribus cõcurrentibus; Primo, dummodo confeſſionem in torturam factã ſpõtè ratificaſſet. Carrer. *in pract. in 2. tracta. de indic. & tort. §. octauum indicium. nu. 17. & nu. 22. in fine.* Marſ. *in pract. §. diligenter. nu.* 153. & 154. Burſat. *d. conſ. 201. poſt num.* 58. Secundo, dummodo poſt ratificationem iterum in tortura ſuum dictum confirmaſſet. Clar. *in pract. §. fin. q. 45. verſi. cæterũ ſi reus.* Tertio, dummodo eadem tortura fuiſſet ad faciem inquiſiti illata. Clar. *quæſt. 21. verſ. nunquid. in fine.* Vulpel. *conſi. 30. nu. 7. & conſi. 83. num.* 8. Flamin. Carrer. *in pract. interrogandor. reor. libro 4. cap. 2. numero* 2. Quæ omnia cum non interuenerint antequam Curtes torqueretur (ſi ea, quæ mihi præſupponuntur vera ſunt) neſcio quidem videre, quomodo talis tortura Curti illata, poteſt iure ſubſtineri.

48 Quarto, & non ab re eſt dicere, quod tortura prædicta fuit immoderata, & exceſſiua, poſtquã cum pluribus ſquaſſis illata fuit; talis enim torquendi modus reputatur a Doctoribus grauiſſimus, & acerrimus, & non niſi in atrociſſimis delictis, inferri ſolitus Boſſ. *in tit. de tortur. num.* 16. Clar. *in pract. §. fin. quæſ. 64. verſ. Nunc de gradibus, & verſ. debet igitur iudex.* Hippol. Rimi. *conſi. 345. nu. 47. lib.* 4. Et ante iſtos Ghirlan. *de quæſt. & tormen. q. 4. nu.* 9.

49 Et ſi dixeris, prout Excellentiſſimi DD. Fiſci patroni dicunt, hic agi de aſſaſſinio, & ſic de atrociſsimo delicto, cum qua atrocitate omnes torturæ nullitates ſanare prætendunt; Conſideret quæſo, quiſque veritatis amator, ſi verè dici poteſt in propoſita facti ſpecie (circũſcripta tamen prætenſa fidei datæ, ſeu promiſſionis factæ Sereniſſimo Principi contrauentione.) Nunquid in propoſito caſu de atrociſſimo delicto tractari poſſit, cum non ſolum nullus fuerit ſequutus effectus, ſed nec etiam fuit deuentum ad actum aliquem nedum proximum; vix enim dicit Curtes vnica vice tractaſſe cum Comite Guido de afficiendo bonis percuſſionibus Comitem Ludouicum, & quod propterea idem Comes Ludouicus ad hunc effectum ei tranſmitter duos homines, & ordinem exburſationis pecuniarum; & tamen ad hoc, vt in crimine aſſaſſinij puniatur, eadem pœna affectus, non ſequuto effectu, neceſſe eſt, vt ad actum proximum deuentum fuerit, ſecundum veriorem, & magis communem Doctorum opinionem, de qua per Ioan. Monac. *in c. pro humani. nu. 6. de homicid. in* 6. Affl. *in rubr. de percuſ. illicit. cum armis. nu. 11. verſ. Et eſt tenendum in conſtitution. regni.* Marſil. *in l. qui falſam. numero 8. ff. de falſis.* Gram. *vot. 9. per totum.* Couar. *in clement. ſi furioſus. par. 2. in prin. nu. 9. verſi. ſecundus ſubijcitur caſus.* Gabr. *lib. 7. concl. 1. num.* 11. Menoch. *de arbitrar. q. lib. 2. caſ. 360. num. 42. & ſeq.* Decian. *in tract. crimin. libro 9. cap. 30. numero 13. verſi. quod ſi loquamur de aſſaſſinio interpretato.* Brun. a Sole *in quæſtion. legal. quæſtion. 34. numero 32. & ſequent.* vbi de communi, & quod ita vidit ſæpius iudicatum.

50 Ad actum autem proximum non dicitur deuentum, ex eo quod mandatarij pecunias receperint, & etiam quod ad locum delicti armati ſe contulerint, niſi in occidendum aut offenſio perſonæ ſequatur, aut ſaltem inſultus, prout colligitur ex Bald. *in l. ſi quis non dicam rapere. colum. 2. numero primo, in fine, poſt ſextam oppoſitionem.* Salyc. *in l. is qui cum telo, numero 6. colum. 2. verſic. aut in crimin. C. de ſicar.* Ang. *conſilio 14. poſt numerum tertium, colum. 2. in princip.* Corneus *conſilio 202. numero 3. libro ſecundo.* Franc. *in capit. pro humani, poſt numerum octauum, de homicid. in ſexto.* Capic. *deciſio. 126. numero 2. in fine.* Carrer. *in pract. crimi. in tract. de homicid. & aſſaſſin. §. ſequitur de mandatario, numero* 9. Grammat. *vot. 8. numero 15. verſic. & dicunt in ſpecie, & nu. 16. in tit. de homicid. nu* 16. Couar. *in d. clement. ſi furioſus, in princ. nu. 10. verſ. ſecundus ſubijcitur caſus, in fine, & in verſic. tertio proponitur.* Decian. *dicto c. 30. numero 13. ante medium.* Ex quibus ſine dubio apparet, ita communiter a Doctoribus receptum eſſe, quamuis non ignorem, aliquos pauciores huic ſententiæ contradixiſſe.

51 Sed ſic eſt, quod in caſu, de quo agitur, nõ poteſt Curia prætendere fuiſſe deuentum ad illum actum proximum, immo nec ad aliquem actum,

vt

Digitized by Google

vt ſupra dixi; Ergo nec etiam prætendere poteſt pęnam mortis; & conſequenter nec videtur poſſe dici hic agi de attrociſſimo crimine, quia crimen, pro quo ſecundum leges non imponitur pęna mortis, nõ poteſt dici attrociſſimum, ad trad. per Salic. in l. non ideo minus. nu. 10. C. de accuſ. Carrer. in pract. in 2. tract. de homici. & aſſaſsin. §. ſequitur ex quibus cauſis. nu. 3. Foller. in pract. crim. cano. in verbo, omnibuſque diligenter penſatis. nu. 8. Hier. de Monte q. 16. ſub num. 14. nec diſſentit Clar. in pract. crim. §. ſub. verſ. ſunt etiam.

52 Immo cũ aſſerat Curtes (licet falſo) ꝙ requiſitio ipſi per Comitẽ facta, non fuerit de occidendo, ſed de percutiendo, & faciendo ſaltare, nõ intrat propterea nomen aſſaſſinij, ẽt quod pecunię interuenerit promiſſio, Bene. n. pecunia facit delictum atrox. l. Cicero. ff. de pœn. ſed nõ facit aſsaſſinium, niſi ea mediante, tractetur de occidendo hominem, ſecundum veriorem Doctorum opin. de qua alijs relatis, teſtantur Gabr. lib. 7. concl. 1. nu. 30. & Maſcar. de prob. li. 1. concl. 138. num. 11. & ſeq. Brun. a Sole in quæſt. leg. il. q. 34. nu. 37. in fine.

53 Ceſſante itaq; atrocitate criminis, & legitima aſſaſſinij nominatione, tortura Curtis taliter illata cũ ſquaſſis, eo magis immoderata reputãda eſt, & tñ iterum ei conſtito, fuit eadem tortura comminata; quæ quidem cõminatio facit, vt ſubſequẽs cõfeſſio metu torturæ illatæ, dicatur emanata, quia ſolæ minæ iſto caſu torturæ æquiparãtur. Anch. conſ. 24. viſa inquiſitione. n. 2. in fi. Lãfr. in c. quoniã cõtra. in uerbo, cõfeſſio. n. 11. extra de prob. Marſ. in l. 1. in prin. nu. 54. & ſeq. & n. 57. ff. de quæſ. Caſon. in tract. de tormẽ. c. 18. rub. de cõfeſſione ſpõtanea nu. 3. & 4. Boſſ. in tit. de confeſſ. poſt num. 73.

54 Et licet hęc concluſio habeat etiam contradictores, tranſit tamen ſine difficultate, quando iudex erat ſolitus minas exequi. Bero. in c. at ſi clerici. nu. 51. verſ. quinto, quando &c. extra de iudi. Ludou. Bologn. in addit. ad Guid. de Suzzar. in trac. de indic. & tort. nu. 77. Brun. de indic. & tortu. par. 2. q. 6. nu. 20. in fine, & faciunt ſcripta per Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi pratori. nu. 14. & ſeq. ff. de nou. oper. nunciat.

55 Et multo magis ex ſolis minis de torquẽdo, cõfeſſio dicetur metu tormentorum facta, qñ minę præceſſerint ab illo iudice, qui præcedẽti die, ſeu alias prius carceratũ indebitè torſerat; tũc. n. cõfeſſio dicitur metu tormentorum facta, etiam ꝙ nullæ præceſſerint minæ, vt per Marſ. in conſi. 29. nu. 36. & ſeq. & nu. 54. Gram. conſ. 40. nu. 14. conſil. crim. diuerſ. 94. nu. 4. lib. 1. Bertaz. conſi. 162. nu. 7. & ſeq. & conſi. 225. nu. 23. Burſat. conſi. 201. nu. 19. in fine. & ſeq. li. 2. & præſertim in homine febricitante, & male ſe habente, prout tunc tempore cõminatæ torturæ Curtem & febricitare, & male ſe habere ex proceſſu conſtat.

56 Et propterea cõiter receptũ eſt a Doctotibus, quod confeſſio metu tormentorum extorta, etiã millies ratificata & geminata, nec cõfitenti, nec alijs nocet. Bar. in l. penul. nu. 1. verſ. & ita intelligo. ff. de quæſt. Alber. in l. 1. §. Antoninus Seuerus. nu. 2. ff. eod. Ang. in l. qui in aliena. §. Celſus. nu. 3. & ibi etiam Imol. nu. 3. in fine. verſ. & tormentis. Paul. de Caſt. nu. 7. in fine. Alex. nu. 11. Areti. nu. 10. verſic. primo caſu. Iaſ. nu. 37. & ſeq. ff. de acquir. hær. & alibi paſſim, & communiter omnes.

57 Nec dicat fiſcus, prout dicit, ꝙ iſto caſu poterat Curti nedum comminari tortura, ſed ẽt repeti, ſtante validitate ſui corporis torturam parui facientis, & atrocitate delicti, & quod torturę repetitio iudicis arbitrio remiſſa ſit. Quod. n. dicit de corporis fortitudine, tollitur, quia ſi eius corpus fuit forte, fuit ẽt, & fortior tortura. Ita ꝙ ſi legitima præceſſiſſent indicia, non potuiſſet dici, quin ſufficiẽter fuiſſet tortus. Id autem, quod de atrocitate criminis contenditur, fuit ſublatũ ob non ſequutum effectum, & quia ad nullũ proximũ actum deuentũ extitit; & id qđ dicit Doctores, torturæ repetitionem iudicis arbitrio remiſſam eſſe, intelligi debet, vt ſit remiſſa arbitrio, nõ abſoluto, ſed a iure regulato; & in dubio bonus, & regulatus iudex pro non repetitione arbitrabitur, prout in ſpecie tradiderunt Pariſ. de Put. de ſindic. in uerbo, tortura. il 3. c. 4. incipiente, de repetitione torturæ. verſ. & ſemper in dubijs. Clar. in practi. q. 64. verſ. hæc autem omnia. Marc. Ant. Eugen. conſ. 76. num. 129. & ſeq. lib. 1.

58 Nec vnquã iudex torturæ repetitioni locum eſſe arbitrabitur, niſi duobus cõcurrentibus; Primo, vt indicia nõ ſolũ ſint vrgentia, ſed multum vrgentia, & vt aliqui dicunt, vrgentiſſima, ſecundum Theoricam Bar. in l. vnius. §. 1. nu. 2. ff. de quõ quam ſequuti ſunt Pariſ. de Put. de ſindic. in verbo, tortura. il 2. viſo de indic. nu. 3. verſ. etſi habet contra talem indicia euidentia, & in uerbo, tortura, il 3. c. 4. incipiente, de repetitione. nu. 1. verſ. & ideo dicit. Blanc. de indic. nu. 11. & 12. Gram. conſil. 21. nu. 25. Foller. in pract. crim. in 3. par. tertiæ partis principalis, in verbo, etſi confitebuntur. nu. 78. Clar. in pract. quæſt. 64. verſ. debet igitur. Bertaz. conſil. 320. nu. 6. & 7. & conſi. 479. nu. 21. lib. 2.

59 Secundo, vt eadem indicia non ſint per primã torturam purgata, ad trad. per Bar. in d. l. vnius. §. 1. in 1. oppoſitione. ff. de quæſt. Pariſ. de Put. d. c. 4. de repetitione. nu. 6. Marſ. in l. repeti. nu. 4. & ſeq. & nu. 10. ff. de quæſt. Brun. de indic. par. 2. q. 5. nu. 59. prope finem, & nu. 62. Follet. vbi ſupra, nu. 78. uerſ. aut nõ fuit ſufficienter tortus. Clar. d. q. 64. verſ. vlt. videndum eſt, & verſ. hæc autem omnia, ad finem. Menoc. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 272. nu. 6.

60 Sed ſic eſt, quòd contra Curtem, vt ſupra probaui, nulla prorſus præcedebant indicia nedum non vrgentia, & manifeſta, prout requirunt Bartol. & alij ſupra citati, & in omnem euentum in prima atrociſſima tortura, ſi qua adfuiſſent vrgentiſſima indicia, illa prorſus expurgata extitiſsent; iccirco non iure iterum ſibi torturam comminatam fuiſſe, omnino exiſtimo, ex præallegatis, quicquid ſecus ſentiat Excellentiſſimus D. Fiſci patronus, credens, Iudicem iſto caſu ſubodorata criminis grauitate, potuiſſe ad acrem torturam, & morti proximam deueniri, contra text. in l. quæſtionis modum, qui amplius loquitur in perſona ſeruili, & ibi Barto. Alber. & communiter omnes. ff. de quæſtionib. & in l. de minore. §. tormenta. ff. eod. cum vulgarib. Ex quibus omnibus ſaltem

ſimul iunctis, torturam Curti non iure illatam fuiſſe, indubitanter (ni fallor) concludi poteſt.

61 Supereſt modo, vt de tortura inferenda Comiti Guido aliqua in medium afferam; & quidẽ, vt ſtrictè ad punctum veniã, ſi Biſſius, & Curtes fuiſſent legitimè, legitimiſq; præcedentibus indicijs torti, nullaſq; in eorum dictis, ac perſonis paterentur exceptiones (de quibus infra mox dicam.) Tunc vtique forſan intrarent exaduerſo cõſiderata. Et quod.ſ. idẽ Comes Guidus ex depoſitione ipſius Curtis aſſerti mandatarij, iũctis depoſitione Biſſij, eius famulatu, & conuerſatione, traditione pecuniarum, inimicitia, teſtibuſq; ſuper facto illius Cęſaris Baltiani, vt dicitur, examinatis, torqueri poſſet, per communem illam concluſionem, & regulam firmaram ab Excellẽtiſſimis DD. Fiſci parronati, quod ſcilicet ſocius criminis iunctis adminiculis facit contra nominatum ſocium indicium ad torturam; Verum quia hæc concluſio, vt ſuperius probaui, tũc demum procedit, quando ſocij criminis aſſertio, aut fuit ſpõtanea, aut per torturam legirimè extorta; ſecus ſi aliter, prout in caſu noſtro, & plenè fuit demonſtrarum; Iccirco non obſtantibus prædictis adminiculis, aſſertionem prædictam nullum facere præiudicium nec ipſi Curti, nec aliter tertio per ipſum nominato, ſine dubio de iure veriſſimum creditur, & hęc ſit prima reſponſio concluſioni ſupra contra Comitem firmatæ, quod ſcilicet ſocij criminis aſſertio, iunctis adminiculis, facit indicium ad torturam.

62 Et in hoc crederẽ eſſe bene aduertendũ, quod ad hoc vt adminicula ſuppleant inculpationẽ ſocij criminis, quæ de ſe, prout cõiter dicũt Doctores, non eſt ſufficiẽs ad torquendũ, neceſſe eſt, vt eadem inculpatio ſit in genere ſuo valida, & legitima, licet non ſufficiẽs, vt dixi, ad torturã, & iſto caſu iſta inſufficiẽtia ſuppletur per adminicula. Quod ſi talis aſſertio, & inculpario prorſus nulla & inualida ſit, & tũc adminicula nihil operantur, quia nihil adminiculandũ inueniũt, & ꝙ nullũ eſt, adminiculari & adiuuari nõ põt. *l. ſed ſi manẽte. ff. de precar.* Gram. *deciſ. 12. n. 2.* Et propterea in ſpecie dicunt Doct. ꝙ confeſſio extorta, nõ legitimis præcedentibus indicijs, nõ põt ex alijs ſuperuenientibus indicijs reconualidari. Alber. *in l. maritus. nu. 4. ff. de quæſt.* Alex. *in d. l. qui in aliena. §. Celſus. n. 12. in fi. ff. de acquir. hær.* Fel. *in c. At ſi clerici. nu. 1. in fi.* & ibi Dec. *n. 38. in fine.* & Bero. *n. 58. extra de iud.* Boſſ. *in tit. de confeſſ. ante tort. n. 6. in fi. verſ. & procedit hæc concluſio.* Viui. *opin. 139. n. 2.* & magis in ſpecie etiã dicunt, quod confeſſio metu tormentorum extorta, nihil operat̃, cõfitentiq; aut tertio nõ nocet, ẽt quod aliunde in totũ verificet̃ per inſpectionẽ oculorũ, nedũ per alia veriſimilia, ſeu adminicula. Marſ. *in pract. §. ſecunda quæſt. per totum.* Gabr. Sarayn. *in addit. ad Matthe. ſil. ſing. 55. in verſ. Item prædicta adeo vera ſunt.* vbi ponit norabile exemplũ ex Marſ. *in loco præcitato*, quem ẽt cõſulẽdo ſequutus eſt Bertaz. *conſ. 8. nu. 51. & conſ. 40. n. 6. & conſ. 162. n. 6. li. 1. et conſ. 341. nu. 21. & cõſ. 449. nu. 6. li. 2.* ſic in caſu noſtro quãuis inculpatio Curtis, prout tã latè Excellẽtiſſ. DD. contra Comitẽ ſcribentes cõtendunt, veriſimilis admodũ reddi videatur, ex prænarratis adminiculis; eidem tamen Comiti Guido, nec in minimo nocere poteſt, cum ſit nulla, inualida, & illegitima, ex præallegatis.

63 Et licet hæc prima reſponſio ſufficeret ad liberandum ipſum Comitem a tortura, vlterius dicitur, quod nec eadem Curtis nominatio faciat contra ipſum indicium, cum vltra plures inueriſimilitudines ex eius dicto reſultãtes, quas propter temporis breuitatem, mihi ad ſcribendũ aſſignatam, explicare non valeo, adhuc etiam pręſupponatur in pluribus varius, & periurus, nõ in modico, ſeu acceſſorijs, vt exaduerſo creditur, ſed in ſubſtantialibus circũſtantijs; immo in ipſa facti ſubſtantia, prout bene demonſtratur in cedula pro parte Comitis in proceſſu data, ſicut poſt alios relatos antiquiores ſcripſerũt Rolan. *conſi. 16. nu. 9. & ſeq. li. 1. & conſi. 73. n. 6. & ſeq. 18. ſeq. eod. lib. 1. & conſ. 57. nu. 15. & conſ. 94. n. 20. ſeq. & conſ. 98. nu. 21. li. 4.* Cæph. *conſi. 204. num. 32. & conſ. 233. nu. 6. & 7. lib. 5.* Bertaz. *conſ. 39. nu. 14. & conſ. 40. nu. 12. & conſ. 61. num. 10.* Menoc. *de præſump. lib. 1. quæſt. 89. num. 74.*

64 Nec obſtet allegata conſuetudo torquendi reos ex aſſertione ſocij criminis, etiam periuri, de qua per Boſſ. Clar. Ioſeph. Ludou. & Bonacoſſ. *in locis exaduerſo citatis*; Quoniam talem conſuetudinem non eſſe extendendam ad alia loca, in quibus præciſè non viget, contra Boſſ. & Clarũ ſcriptum reliquerunt Laurent. Chircoru. *in commun. opin. Centur. 4. concl. 39. in fine*, Rolan. *d. conſ. 94. nu. 21. in fine. ſeq. & conſil. 98. nu. 22. & ſeq. lib. 4.* Bertaz. *conſ. 156. nu. 5. ſeq. lib. 1.* qui amplius affirmant, talem conſuetudinem tanquam irrationabilem, & peccati nutritiuam, non valere, nec eſſe attendendam.

65 Nec etiam obſtet, quod adminicula prædicta ſuppleant periurium in ſocio criminis; quoniam ad effectum torturæ inferendæ, adminicula non poſſunt ſupplere periurium, cum certiſſimi iuris ſit, quod ſocius criminis etiam cum adminiculis, indicium non facit ad torturam, Gandin. *in tit. de quæſt. & tormen. nu. 16. verſ. hoc tamẽ facit, & ſeq.* Brun. *de indic. & tort. par. 1. q. 3. nu. 24. & 25.* Aug. ad Ang. *de malef. in verbo, quod fama publica. num. 31.* Marſ. *in pract. §. diligenter. n. 60.* Boer. *deciſ. 319. nu. 1. verſ. ſed præcedens.* Accedenre autem periurio, adminicula non poſſunt operari, quia periurus omnino a teſtificando repellitur; Et vbi teſtis reprobatur in totum, tunc eius dictum ex adminiculis non ſuppletur. Hipp. Rimin. *conſi. 409. nu. 8. & ſeq. lib. 4.*

66 Nec demum obſtat, quod tortura Curti illata periurium purget, quia immo, quod per torturam non purgetur periuriũ, in criminalibus ſcripſerunt Ruin. *conſ. 146. nu. 2. & 4. lib. 5.* Dec. *conſi. 189. ſub nu. 13.* Aym. *conſi. 6. num. 16. & 48.* Pract. Conrad. *tit. de teſtibus. in verbo, periurus. nu. 33. in fine.* Rolan. *conſ. 16. nu. 9. & 10. & conſil. 234. num. 1. libro 2.* Burſat. *conſilio 79. numero 11. lib. 1.* Marc. Anton. Eugen. *conſilio 27. numero 54.* & in ſpecie de ſocio criminis periurij ſcriptum relinque-

runt

ſunt Rolan. Cæphal. & alij *in locis præallegatis*.

67 Tertia eſt reſponſio, quod præmiſſis omnibus ceſſantibus, prædicta Curtis inculpatio non pōt facere indiciū ad torturam contra Comitē Guidum, cum aliunde ipſe Curtes ſit infamis, bānitus, & criminoſus, vltra vilitatem, & paupertatē. Marſ. *conſ.* 74. *nu.* 23. Gram. *conſ.* 35. *nu.* 23. *& ſeq.* Boer. *d. deciſ.* 319. *poſt nu.* 3. Natt. *conſ.* 298. *nu.* 6. *li.* 2. Menoc. *de arbitr. quæſt. li.* 2. *caſu* 474. *n.* 54. Burſ. *conſ.* 69. *nu.* 25. *li.* 1. & ita cōiter ab omnibus criminaliſtis, tam de iure, quā in practica approbatū, & receptum extitit, quicquid aliter coloratè potius, & ſubtiliter, quam ſecundum iuris regulas Excellentiſſimi DD. Fiſci defenſores oſtendere conērur eo, quia ſimilia mandata non, niſi criminoſis, & ſceleſtis hominibus, committi ſoleant.

68 Nec iſto caſu adminicula ſupplebunt hos defectus, ex præallegatis, quicquid contrariū dixerit Cacher. exaduerſo allegatus *deciſ.* 79. *nu.* 38. *in fine*, affirmans, ſocium aliunde infamē, facere indicium ad torturam iunctis adminiculis; allegat enim Gram. *in conſ.* 61. *num.* 1. *ſeq.* qui hoc non dicit, & ſi diceret, non bene loqueretur; Tum quia adminicula non ſupplent plures defectus, qui teſtis depoſitionem in totum proſternūt. Hippol. Riminal. *d. conſi.* 409. *nu.* 28. *ſeq. lib.* 4. Tum etiam, quia ſocius criminis, etiam quod aliūde infamis non ſit, ſine adminiculis indiciū non facit, vt ſupra probaui; ergo ſi aliunde ſit infamis, non facit indiciū, ēt cū adminiculis; alioquin ſubuerteretur cōis declaratio Doctorum, volentium, ſociū criminis, aliunde infamem, & criminoſum indicium non facere ad torturam, de qua ſupra.

69 Nec etiam poteſt prætēdi, quod defectus prędicti ſuppleantur per torturam, quia tortura nō plures, ſed vnicum tantum ſupplere poteſt defectum. Burſ. *conſ.* 239. *nu.* 42. *& conſ.* 192. *nu.* 11. *ſeq. & conſ.* 201. *n.* 57. *& conſ.* 75. *n.* 19. Nec Sigiſmun. Scac. *in tract. de iudic. cauſ. ciuil. & crim. exaduerſo allegatus c.* 83. *nu.* 7. aliquid in contratium dicit.

70 Nec rurſus aliquid facit, quod procedatur, ſola facti veritate inſpecta, quia non per hoc ſocij criminis dictum aliunde infamis, & criminoſi, facit indicium ad torturam, licet bene Boſſ. exaduerſo allegatus dicat, quod tunc ſufficiant teſtes non omni exceptione maiores, quia leuiores ſufficiunt probationes. Neuiz. pariter exaduerſo allegatus loquitur in ciuilibus, non in criminalibus, nihilq; dicit de indicio ad torturam; ſed tantum affirmat, quod quando proceditur ſine figura iudicij, admittuntur probationes, perſuaſiuè, & non perfectè concludentes; quæ omnia minimè caſui noſtro poſſunt applicari.

71 Et demum non obſtet, ꝙ ex quo Comes Guidus recepit Curtē pro ſuo familiari, & cū eo conuerſatus eſt, ea propter hodie non poſſit contra eius perſonā excipere, ad ea, quæ in ſimili Doct. exaduerſo allegati dicūt de teſtib. inſtrumentarijs a partibus approbatis, Eſt. n. in primis conſiderandū, quod Curtes non aliā cum Comite aſſertam familiaritatē, ſeu cōuerſationē habebat, niſi eā, quam ſimiles homines, qui ſe milites profitentur, habere ſolēt apud Illuſtriſſimos, & potētes Equites, prout erat Comes, ſolitus omnib. ſe gratū, ac beneuolū præſtare, ac præſertim ijs, qui militiæ profeſſionē exercent; & vtcūq; ſit, nō iure ſubſtineri poſſe exiſtimo, qđ Dñs nō poſſit excipere cōtra ſuum familiarem, quem domi retinet, ſi aliquid contra ipſum depoſuerit; Nec iure cautū reperitur, ꝙ ex quo quis cū alio cōuerſatur, icciro nō poſſit cōtra eundē teſtē examinatum opponere, quod ſit criminoſus, aut quid ſimile; Et illud quod dicunt Doct. de teſte inſtrumentario, nō pōt applicari ad famulum receptū in domo ſui Domini; Quia primo caſu teſtis eſt expreſſe rogatus, & approbatus pro teſte; Ideo amplius impugnari nō pōt, propter expreſsā approbationē, quæ hoc operatur, ad trad. per gl. *in l. licet. in fine, in uerbo, ſupplicijs. in Auth. de teſtibus.* Salyc, *in l. ſi quis teſtib. nu.* 1. *verſ. item nota, quòd de voluntate partium, et n.* 11. *uerſ. ex quo nota duo. C. de teſtib.* Marſ. *in rub. de prob. n.* 278. *et in l.* 1. *§. ad quæſtionem. n.* 28. *&* 45. *ſeq. ff. de quæſt.* Rom. *conſ.* 104. *ad finē. nu.* 26. *uerſ. clarum autem eſt.* Secundo autē ex eo, quod quis famulum in domo ſuo recipiat, non dicitur ipſum approbare pro teſte. Ideo &c.

72 Et nihilominus etiā arguendo de teſtibus inſtrumentariis ad familiares domi receptos, dico, quod teſtes inſtrumentarii cenſentur approbari a partibus, quando inhabilitas dependet a volūtate partium, vtputa ob præſumptā affectionē, vel odiū, cui partes ipſæ renūciare poſſunt; ſecus ſi repellātur propter defectum ipſius teſtis, quia excōicatus, bannitus, aut quid ſimile, quia tunc non cenſentur a partibus approbati, ſecundū Fely. *in c. cum oporteat. nu.* 3. *in uerſi.* 2. *limita. extra de accuſ.* Monticel. *in repert. teſtiū. fol.* 315. *col.* 2. *uerſi.* 2. Maſcar. *de proba. li.* 1. *concl.* 408. *nu.* 19.

73 Quare ſtante, quod tortura Curti nō iure illata fuit, & ſtantibus etiam defectibus, quos ipſe Curtes, & in dicto, & in perſona patitur, nullatenus crederem, non obſtātibus præſuppoſitis adminiculis, poſſe ex eius aſſertione ad torturā cōtra Comitē Guidū deueniri; ſtāte pręſertim eius nobilitate, quæ omnem turpis, ac famoſi criminis ſuſpicionem aufert. *l.* 2. *in fin. C. de debitoribus Ciuitatis. lib.* 10. Luc. de Penn. *in l.* 3. *col.* 8. *uerſ.* 109. *præſumitur. C. de apochis publicis li.* 11. Alciat. *de præſump. reg.* 1. *præſump.* 48. Menoch. *de præſump. lib.* 5. *præſump.* 4. *nu.* 6. *& ſeq.* & accedēte ſpōtanea conſtitutione ſtatim habito fumo, ne dum audito ſtrepitu ac falſo rumore cōtra ipſum orto, quod contra fidem datam Sereniſſimo Principi prædi-[illegible]ractauerit, & præcipuè in loco, in quo ſi citat[illegible]ad comparendum extitiſſet, & comparere noluiſſet, nihil ipſi confiſcari poterat, ex quibus ſuę innocentiæ quam maximum oriatur indicium, ad trad. per Marſil. *in pract. §. diligenter. n.* 204. *ſeq.* & per Foller. *in pract. crim. in uerbo, etſi compareant an[illegible] contumaciam. nu.* 1. quilque conſideret.

74 [illegible]ta vt ſupra, in omnibus prædictis dubitationibus de iure, & ſecundum veritatem reſpondendum cenſui, ſaluo ſemper prudentiori iudicio.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ARGVMENTVM.

De occidente Birroarium, quando excuſetur, dicendo ſe ignoraſſe, illum fuiſſe Birroarium; & ex quibus iſto caſu præſumitur ignorantia, ſeu ſcientia ad effectum condemnandi occiſorem, & in quam pęnam: & quando etiam idem occiſor excuſetur ex eo, quod vulnus non fuit mortale: & quod vulneratus obijt ex malo regimine, ſeu imperitia, aut negligentia medicorum.

SVMMARIVM.

Birroarios offendens excuſatur, ſi ignorabat, eos eſſe tales, & in dubio ignorantia præſumitur, niſi illi gererent inſignia Birroariorum. nu. 1. & ſeq. vbi ponuntur etiam quædam coniecturæ ignorantiæ, & nu. 22. vbi de materia, de qua etiam. nu. 33. & ſeq.

Scientia non probatur præſumptionibus, & coniecturis, quando agitur de pœna. nu. 2. ſed an hoc verum ſit, & quando. nu. 23. 24. 36. & ſeq.

Occidens non tenetur pœna mortis, quando vulneratus obijt, ob non adhibitionem medicorum, ſeu etiam negligentiam, & imperitiam. numero 3. & 4. & ſeq. vbi hoc declaratur procedere, quando vulnera licet eſſent periculoſa, & lethalia, non tamen erant de neceſſitate lethalia, & mortem allatura: ſecus ſi de neceſſitate erant lethalia, & num. 31.

Vulnerans aliquem lethaliter tenetur de occiſo, etiam quod alter examinauerit ſi vulnus per primum vulnerantem illatum, erat de neceſſitate mortale; ſecus ſi tantummodo erat ſimpliciter mortale, aut periculoſum. numero 5.

Birroarijs aſſerentibus ſe ab aliquo vulneratos non creditur, niſi ad inquirendum generaliter. numero 7. & ſequent.

Birroarijs affirmantibus, ſe aliquem inueniſſe cum armis, non creditur ad plenam probationem, ſed tantummodo ad torturam, quando agitur de pœna corporali. numero 8.

Indicium oritur indubitatum contra rixantem, quando ſedata rixa corrixans vulneratus, ſeu mortuus reperitur. nu. 12. & num. 9. vbi tamen, quod ex hoc indicio non poteſt imponi pœna mortis, ſed tantummodo, aut pecuniaria, aut lenis corporalis, aut infligi tortura, de quo etiam d. nu. 12. & 27.

Indicia indubitata, non ſufficiunt ad condemnandum in pœnam ordinariam. nu. 10.

Arma ſanguine madefacta faciunt indicium illati vulneris contra deferentem ea. nu. 11.

Vulnerato in articulo mortis exiſtenti, & aſſerenti ab aliquo ſe vulneratum, plurimum eſt deferendum. nu. 12. & num. 26. vbi contra.

Occiſus ſi reperiatur cum vnico vulnere, & plures fuerunt rixantes, ignoreturque, quis illud intulerit, omnes condemnantur in pœnam extraordinariam; ſi vero vnus tantum fuit rixans, ille ſolus punitur pœna ordinaria, quia præſumitur, quod ab eo fuerit occiſus. num. 12. in fine contra num. 27.

Indicium oritur indubitatum contra illum, qui viſus fuit admenare contra aliquem, ſi is contra quem fuit admenatū, reperiatur vulneratus. nu. 13.

Birroariorum atteſtationi plenè creditur, quando illa eſt adminiculata cum indicijs indubitatis. nu. 13.

Vulnus dicitur lethale, quando vulneratus incontinenti facere fuit coactus, nec potuit amplius ſe de illo loco amouere. num. 14.

Vulnus in inteſtinis dicitur mortale. nu. 15. Non tamen de neceſſitate mortale. nu. 4.

Vulnus dicitur mortale ex qualitate armorum, & ex latitudine vulneris. nu. 15.

Vulnus quando fuit mortale, vulneratus non excuſatur ex malo regimine vulnerati, vel ex negligentia, aut imperitia medicorum. numero 17. vbi præſertim, quando vulneratus ſtatim poſt receptum vulnus obijt. numero 12.

Scientia præſumitur ex conuerſatione, & habitatione. numero 18.

Scientia præſumitur ex veriſimili qualitate facti. numero 18.

Scientia præſumitur in his quæ communiter alijs innoteſcunt. nu. 18. in fine.

Scientia præſumitur ex communi contingentia. nu. 19.

Mendacium facit præſumptionem contra mandantem, numero 19.

Birroarijs creditur, quando eorum depoſitiones ſunt adminiculatæ. nu. 20. vbi idem, quando prædictæ depoſitiones in aliqua parte ſunt veræ.

Dictum, ſeu factum præſumitur, quod dici aut fieri conſuetum eſt. nu. 21.

Receptans bannitum non excuſatur ex ignorantia, quando notum erat, quod receptatus erat bannitus, etiam quo ad pœnam ordinariam. nu. 27. contra nu. 36.

Mandatum præſumptum ex alloquutione facta ad aures famuli, qui poſtea inimicum Domini occidat, an puniatur pœna ordinaria. num. 23. verſic. idem dicitur, & num. 37. & ſeq.

Crimen læſæ maieſtatis probatur coniecturis, etiam quo ad pœnam ordinariam, numero 24. declara verſicu. 29. & ſequent.

Qualitas alicuius actus facilius probatur, quam ſubſtantia. nu. 24. verſ. quod fortius. declara vt nu. 41.

Homicidium in rixa ſequutum non punitur pœna ordinaria. num. 28.

Birroarijs etiam in ſpectantibus ad eorum officium non creditur, niſi in leuibus, & vbi non agitur de pęna corporali.

Medicorum indicio ſuper lethalitate vulneris ſtandum eſt. num. 32.

Aſſertioni alicuius iuratæ creditur, quando eſt adminiculata, etiam quod contra ſe habeat aliquam præſumptionem. num. 34.

Inueriſimile quod eſt, præſumendum non eſt. nu. 35.

Præſumptionibus vbi quis condemnatur, nunquam imponitur pœna ordinaria delicti. nu. 37. in fine.

Priuilegium probationis datum in aliqua ſpecie delicti, intelligitur quoad probandum ſubſtantiam delicti, non autem illius qualitates, & circunſtantias. nu. 41.

CONSILIVM C.

1 ADSIT DEVS. Etiam quod plenè cõſtaret, Baldum occidiſſe Birroarium, dum prout prętenditur, infimul cum aliis pugione, & Archibuſiis armatis ſub nomine Curiæ volebat illum

illum perquirere, an arma portaret, non tamen ex hoc poſſet iudicio meo, ad mortem præſertim, damnari, quia iuſtè poteſt dicere ſe ignoraſſe, illos fuiſſe officiales Curiæ, ex doctrina Bart. *in l. prohibitum. nu. 1. in fine, verſ. fateor tamen. C. de iure fiſci. li. 10.* vbi ferè ad literã dixit, quod licet alias ſit præſumptio, quod officialis ſit notus in prouincia, hoc tamen intelligitur, dummodo gerãt aliqua ſigna, ſeu inſignia, alias impunè poteſt ei reſiſti, per tex. *in l. item apud Labeonem. §. ſi quis virginem. ff. de iniur. iunctã l. ſi quis ignorans, ff. locati.* quod & idem voluit Ang. *num. 1.* & Rebuff. *etiam nu. 1. verſ. eſt verum.* idem Ang. *in d. §. ſi quis virginem. nu. 2.* vbi propriè loquitur in eo, qui reſiſtit, ne perquiratur pro armis. Dicitq; non eſſe credẽdum perquirere volentibus, & afferentibus ſe familiares Curiæ, & quod ita de facto fuit determinatum in Ciuitate Senarum, & hoc dictum Angeli referendo, ſequuti ſunt Aretin. de maleſ. *in verbo, quod fama publica. nu. 55. in fine, verſ. & ideo quod dicit Ang.* Boer. *deciſ. 170. poſt nu. 5.* vbi quod ita dicunt Docto. Clar. *in pract. §. fin. quæſt. 29. nu. 1. in fine. verſ. item debent aduertere.* vbi expreſſe &̃ dicit, quod licitum eſt ſe defendere a Birroarijs, qui aut non habent licentiã capiendi in ſcriptis, aut ſaltem non habeant inſignia, qđ ſint ſatellites, & quod capiendus non tenetur illis credere.

2 Hęc autem ignorantia in caſu, de quo agitur, eo magis pręſumenda eſt ratione loci, nempe extra viam publicam, & in nemore, in quo latrones, & graſſatores quandoque inſiſtere ſolent; item ratione perſonæ, cum ipſe Baldus nihil haberet agere cũ Curia; nec Curia habuit aliquod indicium, quod ipſe arma gereret, ex quo quatenus etiam pugionem detuliſſet (prout detuliſſe non creditur) ille non fuit viſus a Birroarijs; & ſic eo minus poterat credere quod eſſet pro delatione armorũ ab illis perquirẽdus; itẽ & ratione armorũ, cum iſti Birroarij incederẽt armati ſicut alij bãniti, & graſſatores prædicti incedere ſolẽt, quæ omnes ſpeciales præſumptiones iuncta generali iuris præſumptione, quod in dubio præſumitur ignorantia, & nõ ſcientia, pręſertim ad excludendũ delictũ, reputari debent validiores, & fortiores alijs quibuſcunq; præſumptionib. ſciẽtiæ, quas forſan fiſcus in pręſenti caſu prætẽdere poſſet: vltra quod ẽt, qñ agitur de pęna capitali, abſurdũ eſt dicere, ꝙ præſumptionib. & cõiecturis probetur ſciẽtia. Aym. *cõſ. 193. n. 7. & 8.* Boſſ. *in tit. de rapin. nu. 29. & ſeq.* Cæph. *conſi. 720. n. 17. lib. 5.* Rot. *de dol. & contum. deciſ. 21. in antiq.* Mohed. *deciſ. 4. alias 160. tit. de probat.* & voluit idem Rot. coram D. Seraphino in vna Romana ſecretariatus Lunæ 17. Februarij 1592. *in verſ. ſecundo aũt monitorium,* vbi generaliter dixit, quod qñ agitur de pęna inferenda, requiritur certa & indubitata ſcientia, non autem præſumpta.

3 Et ſi hoc intrat fundamẽtũ, inde reſultat omnimoda delicti impunitas, quia ſi iure licebat reſiſtere, ſtultſta tractatur de pœna; verũ rurſus dato, qđ Baldus ſcienter, & doloſe Birroariũ occiderit, duobus vulnerib. in eius fœmur illatis, ex quorũ vno inteſtina aliquãtulũ egreſſa fuerint; Non tñ adhuc alio pacto exiſtimarẽ intrare ordinariam homicidij pœnã, pręſuppoſito quod per horas decẽ & octo, ſteterit in nemore ſine medico, & medicamentis, ſine cibo, & potu, & ſine vllo prorſus adiumento. hinc. n. negari non poteſt negligentia, culpa, ſeu malum regimen, prout in ijs terminis ſcripſerunt Bal. *in c. 1. nu. 9. quib. mod. feud. amitta. & in l. ſi ab hoſtibus. §. 1. verſ. item nota ex iſta gl.* & ibi Ang. *nu. 2. ff. ſolut. matrim.* Soci. *conſil. 178. col. 3. in prin. verſ. quod autem conſtet de negligẽtia, & verſ. ſecundo negligentia &c. li. 2.* Foller. *in pract. crim. in verbo, recipiantur defenſiones. nu. 7. in fine.* Boer. *deciſ. 323. poſt nu. 4. & nu. 24. verſi. & quando non adhibuit medicum.*

4 Data negligentia, & non conſtito, quod illata vulnera eſſent de neceſſitate mortalia, iuxta trad. per Soc. *in d. conſi. 178. col. 1. in fi. verſ. Nam diſtinguunt,* quod refert Clar. *in pract. §. homicidium. nu. 33. verſ. primus caſus eſt.* cum alijs per Hippol. Riminal. *conſi. 121. nu. 1. & ſeq. lib. 2.* & data poſſibilitate ex eiſdem vulneribus euadendi mortem; & ſic quod vulneris qualitas licet periculoſa, & in loco periculoſo, poterat tamen mortem inferre & non inferre, iuxta trad. per Socl. *in d. conſi. 178. col. penul. ante fi. verſ. & ad prædicta.* Boer. *d. deciſio. 223. nu. 3. & nu. 2.* Vbi exemplificat in vulnere illato in capite, in pectore, in gula, in cerebro, & in inteſtinis, ſequitur abſque dubio, mortis pęnam imponi non poſſe, quia in dubio præſumendum eſt vulneratum obijſſe potius ex malo regimine, & negligentia, quam ex illatis vulneribus, ſicut bene declarat Bal. *in d. c. 1. eod. num. 9. in d. l. ſi ab hoſtibus. eod. §. 1. verſ. item nota.* Soci. *d. conſ. 178. col. 2. in fine. verſ. Circa ſecundum caſum.* Clar. *in d. §. homicidium. nu. 33. verſ. Tertius eſt caſus,* & latiſſimè Hip. Rim. viden. *in d. conſ. 121. nu. 6. & omnib. ſeq.*

5 Licet ſecus eſſet, quando nulla probaretur negligentia, aut culpa, vel etiam quando illa probata, vulnus erat de neceſſitate mortẽ allatura, ſecundum præallegatos. Et in ſimili dicunt Doct. quod ſi vnus hominem vulnerauerit letaliter, alter vero exanimauit, primus tenetur de occiſo; alter vero de vulnere, quãdo primum vulnus erat de neceſſitate mortale; ſecus quando non de neceſſitate mortale erat, licet periculoſum, ſecundnm Cæpol. *caut. 5. nu. 2. & ſeq.* Affl. *in conſtit. terminum uita, nu. 41. q. 3. tit. de homic. puniendo.* Igne. *in l. 1. §. ſi quis in Villa. nu. 64. & ſeq. ff. ad Syllan.* Iacob. Bolẽgh. *in repet. leg. capital. §. famoſos. nu. 197. ff. de pœn.* Foller. *in pract. crim. in verbo, recipiantur defenſiones. nu. 7. in fine.* Didac. Couar. *in clem. ſi furioſus. par. 2. §. 2. num. 4. de homic.* Vbi hanc diſtinctionem frequentiori Doctorum calculo receptam eſſe, teſtatur; Qui omnes eam reddunt rationem, quia data poſſibilitate euadendi mortẽ, in dubio præſumitur quis, non ex vulnere, ſed ex malo regimine obijſſe.

6 Et in ijs terminis intelligendi ſunt Socin. & Clar. in locis præcitatis, & alij plerique volentes, culpam, & negligentiã non excuſare a pœna mortis, quando certum erat, vulnus eſſe letale, hoc eſt, quãdo omnino erat certum ad mortem, prout etiam bene declarat text. *in l. ſi ita vulneratus,*

tus, in prin. & in §. 1. *ff. ad l. Aquil.* & aduertit Hippol. Rim. *d. conſ.* 121. *nu.* 15. *verſ. Nec obſtant iura*, & eſt de mente Doctorum, dum eam reddunt rationem, quia ſcilicet diligentia, & bonum regimen poterat pro longare mortem, ſed non liberare a morte, ſicut econtra negligentia, & malum regimen potuit tantū modo accelerare mortem; ergo ſecus, vbi potuit cauſare.

7 Procedunt autem præmiſſa; cum præſuppoſito, quod Baldus ſit conuictus de homicidio; ſed cum hoc nō conſtet in proceſſu, res eo minorem patietur difficultatem; tantū enim abeſt, vt Birroarij, qui dicunt ſe a Baldo inſultatos & vulneratos, ipſum conuincant, vt vix contra eundem indiciū ad generaliter inquirendum & ad ſumendum informationes, ſufficiant, Alcia. *de præſump. reg.* 3. *præſūp.* 14. Boſ. *in tit. de denunci. nu.* 12. *& ſeq.* Menoc. *de arbitr. quæſt. li.* 2. *caſ.* 112. *n.* 11. *&* 13. Iodoc. *in pract. crim. c.* 13. *tit. de citatione reali. nu.* 31. Cæphal. *conſ.* 24. *n.* 69. *& ſeq. li.* 2. Decian. *in tract. crim. lib.* 8. *c.* 4. *nu.* 7. *& ſeq.*

8 Immo & qñ Birroarij ſe offenſos non affirmarent, & ſimpliciter deponerent de pertinentibus ad eorum officium, vt puta dicendo inueniſſe aliquem cum armis, adhuc illis vix pariter crederet, ad faciendum indicium ad torturam, ſi de graui ageretur pęna, ſecundum Vincent. de Franc. *deciſ.* 379. *par.* 2. vbi teſtatur de communi obſeruantia in Neapolitano Conſilio. Nec diſſentit Burſat. *in conſ.* 331. *nu.* 44. ergo multo minus credendum eſt illis, qñ dicunt ipſis factam reſiſtentiam armis, & vulneribus per præallegata. Et quidem pro veritate teſtari poſſum, quod non ſunt duo menſes, cum ſimilis eueniſſet caſus in terra Bracchiani, dū tres Birroarij voluerunt capere quendam Petrum Paulum de Turre, & quia eis fuerat dictum, quod prohibitam Piſtollam ſub pallio deferebat, & propterea in ipſum irruiſſent, vt caperent, & perquirerent; ille autem non permittens ſe capi, quia prout aſſerebat, non cognouit eos eſſe Curię officiales, dum ſic inſimul rixabantur, vnus ex dictis Birroarijs domi proſtratus, & occiſus fuit repertus, propter vulnus cum Archibuſetto exonerato in eius corpus illatum, codē etiam Archibuſetto inuento in terram proiecto, & quia teſtes non viderunt quiſnam Archibuſettum exonerauerit, & Birroarij Petrum Paulū occiſorem affirmarent, ille autem negaret, re mature diſcuſſa, & quia cum dicto Birroariorū plura alia contra dictum Petrum Paulum concurrebant, fuit tantūmmodo tortus, & quia perſtitit, liberatus; ſed hic non videtur poſſe tractari de tortura, cum Birroarij prædicti affirmando ſe inſultatos, & offenſos, tacitè etiam fateantur ſe Baldi capitales inimicos.

9 Nec facit q̄ ipſe fateatur deueniſſe ad manus cum Birroarijs, & quod ab illis arrepto pugione pro ſui corporis defenſione, feciſſet quicquid potuit; ex quibus indubitatum quodammodo oriatur indiciū, quod Birroarius, qui ſedata rixa occiſus reperitur, inquā, præſumatur a corrixante, prout non, deſunt Doctores qui hoc dicāt; nam quod ex hoc indicio quamuis indubitato, poſſit ordinaria homicidij pęna plecti, iure non cauetur, ſecundum Ang. de maleſ. *in verbo, quod fama publica, poſt nu.* 18. vbi loquitur etiam alijs concurrentibus indicijs, & tamen ex illis nō, niſi ad torturam, deueniri poſſe opinatur, ſequitur ibidem Auguſt. *nu.* 22. Nec diſſentit Blanch. *in tracta. de indic. nu.* 302. & ſi non ad torturam, ſed ad condēnationem Iudex deuenire voluerit, tunc abſtinebit ſe ab ordinaria delicti pęna, ſecundum æquiorē, & magis communē, de qua teſtatur Burſ. *conſ.* 346. *nu.* 6. *in fi. & ſeq. li.* 4. & non niſi aut pecuniariam, aut leuem corporalem imponet, vt per eundem Aug. *in loco præcitato. nu.* 26.

10 Generale enim eſt, ex quibuſcunq; indicijs & indubitatis, iudicem, aut reum torquere poſſe, ſecundū Albert. *in l. abſentem. nu.* 2. *ff. de pœn.* Brun. *de indic. & tor. par.* 1. *q.* 4. *ſub nu.* 11. Dec. *conſ.* 175. *nu.* 8. *col. fi. verſ. Præterea etiam.* vbi de communi Marſil. *in rubr. de proba. nu.* 154. *& ſeq.* vbi teſtatur de ęquiori & communiori opinione; aut non ordinariam, ſed extraordinariam delicti pęnam, & illam non, niſi pecuniariam, imponere, ſecūdum Paul. de Caſtr. *in l. fi. nu.* 5. *&* 6. *C. de prob.* Aug. ad Ang. de maleſ. *in verbo, quòd fama publica. nu.* 24. 26. *& ſeq.* Pet. a Plac. *in Epith. delict. li.* 1. *c.* 19. *n.* 16. Hip. Rim. *d. conſ.* 121. *num.* 25. *li.* 2. cum alijs relatis per Maſc. *de proba. li.* 1. *concl.* 459. *num.* 15. *& li.* 2. *concl.* 865. *nu.* 5. *& li.* 3. *concl.* 1220. *n.* 12. 13. *&* 14. vbi reprobatis contrarijs teſtatur de communi ſententia, & obſeruantia ex Boſſ. quem allegat *in tit. de coniect. nu.* 34. *& ſeq. & concl.* 1221. *num.* 57. *& ſeq. & num.* 73. *& ſeq.*

11 Quæ quidem ordinaria pęna cominus imponi poterit in propoſita facti ſpecie, in qua Birroarij prædicti tot patiuntur in eorum depoſitionibus variationes, & contrarietates, prout bene in facto deducitur, vt eos omnino, aut falſos, aut ſaltem de facto ſuſpectos merito reputare debeamus, cum in teſtiū dictis nullū efficacius falſitatis dicatur apparere ſignum, quam illud quod ex varietate & contrarietate reſultat, vulgaris iuribus; & propterea quod Baldus Birroariū nō vulnerauerit, non modicum videtur oriri indicium, & forſan probatio, ex eo quod pugio, cum quo vulneratus prætenditur, in nulla eius parte ſanguine aſperſus, aut maculatus apparet, ſicut ecō tra non leue orietur indicium vulneris, ſi ſāguine madefactus cōſpiceretur, Carrer. *in pract. crim. in trac. de indic. & tort. in* 35 *indicio.* Menoc. *de præſump. lib.* 1. *q.* 89. *nu.* 135. Bert. *conſ.* 116. *nu.* 15. *li.* 1.

Ex quibus omnibus ſaltem ſimul iunctis ipsū Baldum, aut nullum, aut modica extraordinaria pœna puniri poſſe, facile crediderim.

Dubia excitata per Illuſtr. Admodum, & Excellentiſs. D. Proſperum Biſcontem Spoletanæ ciuitatis digniſsimum Vicegubernatorem in cauſa prædicta.

12 BAldus de domo ex homicidio, ſequuto in perſonam Romuli Birroarij, videtur plectēdus pęna vltimi ſupplicij, cum certum ſit, ipſum

fuiſſe

Digitized by Google

fuiſſe percuſſorem & vulneratorē, & ita aſſeruit vulneratus in articulo mortis conſtitutus, cuius aſſertioni iuratæ plurimum eſt deferendū, ex his quæ ponit inſignis Farinac. q.46. & adſunt indicia indubitata, tum ex eo, quod ſedata rixa & rumore inter ipſum & ſatellites d. Romulus fuit viſus & repertus iacēs vulneratus, quod ſolum ad cōdemnationem ſufficit, vt poſt Salyc. ſcribit Socin. conſ.54.nu.10.lib.3. Franc. Brun. in tract. de indic. q.4. primæ partis, nu.7. Boer. deciſ.237. ſub num. 3. circa finem. Marſ. ſing.288. & conſ.208.nu.4. Idque conuincere voluerunt Doct. tradentes, ex vnico vulnere lethali illato ī rixa, in qua pluries interuenere offendentes ratione incertitudinis, oēs eſſe pœna extraordinaria puniēdos expreſsè ſentientes, aliud eſſe ſi vnus tantū offendens interueniſſet. Clar. in §. homicidium. verſ. alia etiam. Gomez. de homic. nu.36. Menoc. de arbitr. caſ.362. nu.19. & 20. Theſaur. Deciſ. Pedemon.31.nu.5.

13 Tum etiam ex admenatione cōtra Birroarios cum pugione denudato, quā fatetur Baldus, ex his quæ poſuit Ang. de malef. in verbo, admenauerit contra, & in verbo, quod fama publica, nu.18. Additis depoſitionib. trium Birroariorum, atteſtantium de præfato homicidio, quibus iunctis præſertim indicijs indubitatis, eſt omnino credēdū, ſicuti tradit idem Illuſtr. Farinac. q.56.nu.398.

14 Ne dubitandū eſt, vulnus non fuiſſe lethale, poſtq̄ effectus fuit ſequutus, ita demonſtrauit Bal. conſ.136.nu.2.lib.2. Gram. conſ.49.nu.2. Euerard. in loco ab effectu nu.... mihi 58. Quod ēt conuincitur ex alijs, dū Romulus in ventre percuſſus, incōtinenti iacere fuit coactus, qui immenſo dolore preſſus, nō valuit amplius ſe de loco mouere; nam huiuſmodi accidentia ſtatim ſequuta, indicant, vulnera eſſe mortalia. Gram. conſ.2.nu.7. Cæpoll. conſi.61.nu.13. Marſi. conſi.7.nu.30.

15 Immo eo ipſo, quod vulnus eſt in inteſtinis, dicitur mortale. Bald. conſi.328.lib.2. Boer. deciſ.323.num.3. Petr. Plach. cap.13.nume.4. Et eo magis, quia dicta percuſſio fuit facta punctim cū pugione, qui adeo inteſtina penetrauit, quod per latitudinem vulneris arguitur, & inde ex qualitate amorum vulnus illud lethale extitiſſe, demonſtratur. Boer. d. deciſ.323.num.14.15. quem ſequitur Menoch. d. caſ.275.nu.7.

16 Et lethale ēt iudicatur, quia Romulus obijt intra decimam octauam horam poſt vulnus receptum. Et ſic in eodem die, in quo illata fuit percuſſio, & obitus non ſolum in eodem die, ſed ēt infra triduū dicitur cauſaria vulnere lethali. Bal. in conſi.328.lib.2. Vbi ſingulariter inquit, quod natura ipſa oſtendit, vulnus morientis infra triduū fuiſſe mortale. Boer. d. deciſ.323.nu.11. Becc. conſi.405.nu.7. Menoch. d. caſ.275.nu.2. Gomez. de homicid. num.29. Andr. Gayl. obſer.111.num.11. Petr. Plach. c.13.nu.22. verſ. eſt alius.

17 Nec imperitia, negligētia, vel culpa poteſt aliquam excuſationē afferre, quia ex præmiſſis præſertim ſimul iunctis, certū redditur, vulnus fuiſſe omnino mortale; in quo caſu imperitia, negligētia, vel culpa nihil proſunt vulneranti, Gram. conſ.49.nume.11. Proſp. Barett. conſ.202.num.45. & ſeq. Soci. conſ.178.col.2.lib.2. Et quia in vulneribus, ex quibus ſtatim quis moritur, non eſt quęrendū de negligētia, vel peritia Medicorum, Bal. conſ.136.nu.5.lib.2. q̄ refert Boer. deciſ.323.nu.3. verſ. ſed illa. Aſin. latè inter conſi. crim. diuerſor.197. in prin. vbi teſtatur de communi. lib.2. *

18 Amplius, circumſcripto homicidio, Baldus videtur plectendus pœna mortis pro ſimplici reſiſtentia contra milites Curiæ, quam reſiſtentiam dictus Baldus pluries faſſus fuit, vt non ſit modo quærendum, an Birroarijs de reſiſtentia deponentibus ſit credendum; Pluraque, quæ demonſtrant, Baldum non ignoraſſe prædictos eſſe milites Curiæ, quia ipſe habitauit, & eſt verſatus in ciuitate, vbi tales Birroarij degunt, ex qua cōuerſatione ſcientia præſumitur, Aym. conſi.168.nume.60. Surd. conſi.88.nume.9. Et præſertim, quia Birroarij retinēt apothecam & habitationem in platea magna, in qua ante eā publicè permanēt; ita vt qualitas facti veriſimilē notitiam arguat, cap. quanto. de translat. Riminal. iun. conſi.234.nu.236.lib.3. Prout præſumitur etiam ſciētia in his, quæ communiter alijs innoteſcunt. Gram. conſi.36.nu.19. Becc. conſ.60.nu.40.

19 Idque maximè procedit in iuuenibus, qui ſolent habere notos milites Curiæ ex cōmuni contingentia, ex qua etiā arguitur ſcientia, Caſtrē. conſi.94.nume.2.lib.2. Dec. conſilio 303. numero 3. Crauet. conſi.123.nume.5. Roland. conſi.66.nume.23. & ſeq. lib.4. Quod fortius procedit contra Baldum, qui ad effugiendū & tergiuerſandum ſcientiam, falsò aſſeruit, ſe fuiſſe abſentem per nōnullos menſes a ciuitate, ex quo quidem mendacio contra reum eſt præſumendum. Bar. in l. fin. num.3. ff. de quæſtionibus. Et latius idem Farinac. de indic. & tortur. q.52. numero 2. Vltra quod ſcientia etiam deſumitur ex reſiſtentia Baldi in actu perquiſitionis, quæ ſolum fuit facta, ne in carcerem a Birroarijs duceretur ob delationem pugionis ab ipſo negatam, prout etiam longe ab omni veriſimilitudine & contra veritatem aſſeruit eripuiſſe pugionem de manu ſatellitis.

20 Rurſus præfata ſcientia deducitur ex atteſtationibus dictorum quatuor Birroariorū aſſerentium notificaſſe in principio dicto Baldo eſſe milites Curiæ, quorum dicta redduntur valde veriſimilia, cum licet ſinguli & vnuſquiſque ipſorū fuerit ſeparatim, & in diuerſis locis examinati, tamen in hoc omnes concordes eſſe demonſtratur. Et cum ſumus in caſu, in quo veritas non poteſt aliūde haberi, quam ex dictis Birroariorum, eis eſt credendum. Farinac. q.36. nume.379. Maximè, quia eorum dicta ſunt adminiculata. Maſcard. de probat. concluſ.189.nume.6. Idque eo magis credendum eſt, propter numerum longe excedendo numerum duorum, & deponunt de his, quæ ſpectāt ad eorum officia, prout eſt ſe eſſe officiales, vel de Curia, & tandem quia in alijs particulis ſuarum atteſtationum veritatem faſſi fuerunt, præſumendum eſt etiam veritatē in hoc dixiſſe ex his, quæ ponunt Gabriel. lib.1. ſuarum communium opinio. tit. de præſumpt. concluſ.5. Maſcar. de probat. lib.2. concluſ.974. nu.75.

Fortius

21 Fortius præmiſſa adiuuantur confeſſione Baldi, aſſerentis, quod ſatellites in principio pluries ſibi dixerunt, vt conſiſteret; quæ verba ſi verum fateri volumus, Birroarij neſciũt exprimere, niſi cũm adiuncto, *ferma la Corte*. Et præſumendum eſt non ſolum fuiſſe dictũ quod dici debebat, ſed etiam quod dici eſt conſuetum. *cap. diſpuimus. de reg. iur. 6.* Marſil. *in conſ. 86. ſub nu. 32.*

22 Nec dicatur non eſſe credendum aſſerentibus eſſe Birroarios, Nam ea præpoſitio poſſet procedere in locis, in quibus milites Curiæ ſolẽt deferre quædam particularia inſignia, nã ſi abſq; illis reperiantur, nõ creduntur eſſe tales, & ita loquitur Angel. *in l. item apud. §. ſi quis Virgines. ff. de iniur.* Farin. *de carcer. & carcerat. q. 32. nu. 37.* Præterquã qđ hæc indagatio eſt inanis in hac ſpecie, in qua Baldus allegat, nec nititur quod non crediderit Birroarijs, imo expreſsè aſſerit quod eis credidiſſet a principio, ſi ita dixiſſent, & quod in fine rixæ crediderit eſſe Birroarios, quia tunc dixerũt.

23 Ex quibus omnibus videtur pleniſſimè deduci ſcientiam dicti Baldi, quæ in propoſito non ſolum deducitur ex teſtibus; ſed etiam in præſumptionibus, & coniecturis, quæ ſufficiunt ad pęnã ordinariam infligendam, vt in receptatore banniti tradunt glo. & Bar. *in l. 1. in fine. ff. de recepta.* Salyc. *in l. 1. in fine, nu. 6. C. de ijs, qui latrones occultarunt.* Nell. de Bannit. *in 3. p. 21. tempor. num. 10.* Bal. poſt glo. *in c. Conuenticulas. col. 1. nu. 3. de pace iuram. firman.* Viuia. *opin. 695. nume. 3.* Idem dicitur de præſumpta ſcientia oriente ex alloquutione facta ad aures alicui, qui incontinenti perpetrauit homicidium in perſonam inimici dicti alloquentis, nam ſufficit ad condemnationem capitalem ordinariam. Bart. *in l. ſi veneri. §. fin. ff. de priuil. credit.* Vbi Ripa de communi teſtatur. idẽ Bar. Bal. Immo. Caſt. & alij *in l. ſi quis mihi bona. §. pater Seio. ff. de acquir. hæred.* Menoch. *de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 27. nu. 15. & ſeq.* Plach. *in epithom. delictor. c. 14. nu. 5. & 6.*

24 Præſertim quod verſamur in crimine læſæ maieſtatis vero, & nõ ficto, prout expreſsè ſtatuitur in Bulla Sixti Quinti contra homicidas; in quo crimine ſufficiunt præſumptiones ad condemnãdum ad mortem. Maſcar. *de probat. concluſ. 1221. nu. 83. lib. 3.* modernus Villagut. *de extenſione pœnæ in materia conatus. nu. 290.* Bertaz. *conſ. 83. nu. 28. lib. 1.* Quod fortius debet procedere in hoc caſu, in quo cõſtat clare de reſiſtentia, & ſic de ſubſtantia, & arguitur tm̃ de qualitate ſcientiæ, & clarũ eſt facilius probari qualitatẽ alicuius actꝰ, quã ſubſtantiã. idem Maſcard. *concl. 1248. nu. 4. 5.*

Ex quibus nullo pacto videtur dubitandum, Baldum condemnandum fore in pęnam ordinariam homicidij.

Reſolutio Dubiorum in eadem cauſa.

25 DOctiſſima quidem ſunt excitata motiua cõtra Baldum de domo carceratorũ; Non tamen ex ijs a iam ſcriptis retrahor, dum enim Primo prætenditur plenè conſtare, quod idem Baldus occiderit Romulum Birroarium, tũ ex querela vulnerati, & depoſitione aliorum Birroariorum, tum ex propria confeſſione ipſius carcerati non negantis rixaſſe & ad manus deueniſſe cum Romulo predicto, & contra ipſum admenaſſe, ex quibus indubitatum videtur oriri indiciũ, quod à corrixante fuerit occiſus.

26 Quod attinet ad aſſertionem vulnerati etiam exiſtentis in articulo mortis, quod vix indicium faciat ad inquirendum generaliter, & ad aſſumẽdum informationes ne dum ad torquendum, ſeu condemnandum, latè explicaui *in mea prac. crim. in tit. de indic. & tortur. q. 46. num. 1. & ſeqq.* (non enim nũc me allegare erubeſco poſtquam Excellentiſſimus Dominus meus ſic etiam & mea ſcripta referre non dedignabitur.)

27 Et quod etiam attinet ad indubitatum indicium oriens ex mortuo reperto poſt ſedatam rixam, vel etiam ex admenatione confeſſata (vltra quod non videtur Baldum hanc admenationem explicitè confiteri) iam dixi & probaui ex hoc & ſimilibus indubitatis indicijs, nõ poſſe ad ordinariam delicti pœnam deueniri, & ad id plures hoc tenẽtes allegaui, quibus non contradicũt Clar. Gomez. Menoch. & Theſaur. in locis ex aduerſo citatis, quia ſi eorum dicta bene perlegi, minimè dicunt, quod mortuo reperto cum vnico vulnere, quem certum eſt cum vno tantum rixaſſe, ipſe rixans ordinaria plectatur pœna, prout ad id allegantur, licet bene dicant, quod ſi rixantes fuerũt plures, omnes tũc extra ordinem puniuntur, niſi forſan vellemus ab eorum dictis ſumere argumẽtum a contrario ſenſu, quod non poteſt in dictis doctorum ſumi. Oſaſc. *Deciſ. Pedem. 58. nu. 32.*

28 Et ex Doctrina Clari ex aduerſo allegati *in §. homicidium. verſic. alia eſt defenſio. in fine*, crederem poſſe attentari, quod ẽt quod nõ ex indubitatis indicijs, ſed ex propria confeſſione Baldi cõſtaret, ipſum occidiſſe Birroarium, non tamen pęna mortis plecti poſſet, poſtquam homicidiũ in pura rixa fuit ſequutũ, cum idem Cla. ibidem teſtetur, apud eum raro propter homicidium in rixa commiſſum pęnam mortis imponi; Addo ego quod nec de iure talis pœna imponi poteſt, quia tale homicidium propter inconſultum rixæ calorem, caſu potius, quã dolo, ne dũ culpa, eueniſſe dicendum eſt, prout (ni fallor) ad literã ꝓbat tex. *in l. 1. §. diuus. in fine.* & ibi præſertim Alber. *nu. 5. etiam in fine. ff. de ſicarijs.* Idem Albe. *in l. ſi in rixa. poſt nu. 1. ff. eod.* Et voluit Menoc. *de arbitr. q. in ex aduerſo alleg. caſu 362. nu. 4. verſ. Hæc iuris & Doctorum ſententia, & nu. 11. in fi. verſ. Quo verò ad pœnam, & nu. 26.* Ludou. Peguer. *deciſ. cri. 14. nu. 15.*

29 Verum hoc vltimum fundamentum ſit dictũ ex abundanti, quia re vera Baldus de homicidio nec confeſſus, nec conuictus eſt, & quod attinet ad depoſitionem Birroariorũ, addo alias allegatis, quod etiam quod Birroarij deponerẽt in ſpectantibus immediatè ad eorum officium (prout in caſu noſtro contrarium verius eſt) nõ tamen eis creditur, quia nõ ſumus in leuibus, ſed in grauibus, nec agitur de pœna leui, ſeu pecuniaria, ſed corporali, & capitali, ſecundum communem

Doctorum

Doctorum diſtinctionem, de qua per Bar. *in l. diuus. nu. 8. ff. de cuſtod. reor.* Ang. *in l. ea quidē. num. 1. C. de accuſ.* Et ibi ēt Saly. *nu. 19. 21. & ſeq.* Ale. *conſil. 75. nu. 18. lib. 5.* Boſſ. *in tit. de denunciatione. nu. 10. in fine. verſ. Tertius tamen eſt*, vbi de cōi. Natta. *conſ. 550. nu. 8. & ſeqq.* Hipp. Rim. *conſi. crim. diuerſor. 82. nu. 24. lib. 2.* Burſ. *conſ. 330. nu.* 168.

30 Dum ſecundo prætenditur, vulnus illatū Birroario fuiſſe letale, Primò ex morte ſubſequuta, Secūdo ex eo quod ſtatim vulneratus Romulus cecidit in terram, Tertio quia in intreſtinis, Quarto quia pūctim cum pugione, Quinto quia obijt intra xviij. horam, qua ſtāte vulneris lethalitate & morte ſic breui tempore ſequuta, fruſtra recurratur, pro excuſando occiſore a pœna ordinaria, ad negligentiam in medendo, ſeu ad medicorum imperitiam, ex Bal. Gram. Boer. & alijs allegatis.

31 Dixi & repeto, quod tunc demum negligētia ſeu imperitia ad excuſationem vulnerantis allegati non poteſt, quādo ſcilicet vulnus erat de neceſſitate mortale, certamque mortem illaturum, ſiue adhiberetur, ſiue etiam non adhiberetur medicus; ſecus ſi tantummodo erat mortale, hoc eſt aptum ad producendum mortē, & vt melius alij dicunt periculoſum, non autem de neceſſitate, & iſta diſtinctio ſicut eſt veriſſima, ita etiam communiter recepta eſt, vt patet ex Doctoribus alias allegatis, quos hic repetere ſuperfluum eſt, & ita ſecundum hanc diſtinctionem intelligendi, & declarandi ſunt Bal. Grammat. Soci. Boer. & alij ex aduerſo adducti.

32 Et nihilominus in caſu noſtro ceſſat oīs difficultas, quia tum ex teſtibus ad defenſam examinatis, tum etiā ex depoſitione peritorum formiter, & cum iuramento iudicialiter facta, conſtat, & vulnus non fuiſſe mortale, & vulneratū obijſſe ob non adhibitionem medici; Medicorum autem iudicio in hoc ſtandum eſſe, dubitandum nō eſt. Petr. à Plach. *in Epith. delictor. c. 13. nu. 6.* Hip. Rim. *conſi. 121. nu. 5. lib. 1.* Menoch. *de arbit. q. caſ. 275. nu. 11.* Ant. Gomez. *de delic. c. 3. rub. de homic. nu. 28.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen. 62. nu.* 8. poſt alios plures, quos allegant, antiquiores.

33 Dum tertio fit fundamentum in reſiſtentia, quam Baldus negare non poteſt, licet negat Birroarios cognouiſſe & ad probandum hanc ſcientiam adducitur, Primò habitatio Baldi in ciuitate Spoleti, in qua Birroarij permanent; Secundo eorundem Birroariorum habitatio in platea publica; Tertio iuuētus Baldi; Quarto mendacium circa abſentiam a Ciuitate; Quinto Birroariorū atteſtationes in aliqua parte verificatæ: Sexto verba Birroariorum in Baldum prolata, vt conſiſteret, & alia de quibus in dubijs.

34 Pro reſponſione, vltra quod poſſem dicere, ꝙ iſtæ quales, quales ſcientiæ & preſūptiones proſternuntur per alias contrarias præſumptiones ignorantiæ, quas aliàs recenſui, & aliquæ etiam additæ fuerunt in proceſſu defenſiuo, & quibus propterea magis ſtādum eſt, tum quia ex illis delictum excluditur, tum etiam quia ſunt adminiculatæ præſumptione iuris, volentis, quod credatur reſiſtenti curię ac dicenti ſe ignoraſſe eſſe curiam ex iuramento inquiſiti. Oſaſc. *Deciſ. Pedem. 71. nu. 29.* Card. Alban. *conſi. 14. nu.* 8. Steph. Lamberteng. *de contractibus eorum glo. 1. nume. 182. & ſeq.* Anchar. Regien. *q. 73. nu. 8. & 9. par. 1.*

35 Et vltra etiam, quod maximè aduertendū crederem circa perſonarum qualitatē ipſorum Birroariorum: ſi enim ageretur de aliquo Birroario officiali & veriſimiliter in ciuitate cognito, prout eſt Bariſellus, tunc vtique facile crederem, ex eius habitatione in ciuitate in platea publica, ex iuuentute inquiſiti ex ijs, quæ veriſimiliter nota ſunt, & ex alijs ſimilibus coniecturis, ſcientiam illius perſonæ præſumi, eo quia non eſt veriſimile quod ciues & oppidani non cognoſcant perſonam publici alicuius officialis; ſecus autem ſi agatur de cognitione particularium militum curiæ, qui plures ſunt, & in dies mutantur, ac in eorum perſonas nullus ferè mētis oculos figit. Iſti enim & ſimiles Birroarij, quod hominib. ciuitatis noti ſint, & quod eorum cognitio præſumatur, in illis præſertim qui curiales non ſunt, & qui non ſolent cum eis conuerſari ab omni veriſimilitudine alienum mihi videtur; ideo non præſumendum, ad latè trad. per Tiraq. *de reuocan. donat. in prfatione, num. 57. & ſeqq.* & per Menoch. *de arbit. quaſt. lib. 2. caſ.* 85.

36 Adhuc & in omnem euentum non tollitur firmiſſima illa iuris aliàs plenè probata & in Rota Canonizata cōcluſio, quod vbi agitur de graui præiudicio, & de incurrendo pœnam, præſertim corporalē, ſciētia coniecturis probata, nihil operatur: cui quidem concluſioni maximè aſtipulantur ex aduerſo in dubijs allegata de receptāte bānitos; quamuis enim receptator ad euadendum pęnam, non poſſit allegare ignorantiā, quod receptatus eſſet bannitus, quando hoc erat notum in loco, vbi fuit receptatus, ex glo. Bar. Bal. Saly. & Nell. in locis ex aduerſo citatis, hoc tamen intelligitur, vt receptans poſſit condēnari, non in pęnā ordinariam, ſed mitiorem: vbi enim de corporali pœna agitur, ſcientia debet eſſe plena, & non præſumptiua, prout in ijs terminis voluit Bald. *in l. 1. nu. 2. C. de ijs qui latrones.* ſequitur Foller. *in prac. cri. in verbo, Banniantur. nu.* 13. Boſſ. *latè in tit. de rapin. nu. 29. & ſeqq.* Menoc. *de arbitr. q. lib. 2. caſ. 348, nu.* 15. Bertaz. *conſ. 126. nu. 5. lib. 1.* poſt Plot. & Couar. *in locis per eum relatis.*

37 Sic & aliud ſimile de Domino quod puniatur de mandato, quamuis illud pręſumptum ſit, quādo poſt receptam iniuriam & ſecretam alloquutionem famulo factā, idem famulus incontinenti inimicū dicti Domini occidat, ad trad. per Bar. Rip. Menoch. & Petr. à Plach. *in locis ex aduerſo citatis*, & per Docto. *in l. ſi quis mihi bona. §. pater. ff. de acq. her.* Procedit, non quoad pęnam ordinariam & corporalem, ſed tm̄ quoad extraordinariam & mitiorē, prout in ijſdem terminis ſcripſerunt Ant. Gomez. *de delict. ca. 3. rubr. de homic. nu. 46. in fine*, & Petr. à Plach. ex aduerſo allegatus *c. 14. nu. 6. verſ. quæ intelligenda fore. fol. mihi* 230. *in princ.* Monticel. *reg. crim. 7. nu. 19. & ſeqq.* ea mori ratione, quod qn̄ quis ex præſumptionibus condemnatur, nunquam ordinaria delicti pęna imponi

poni

poni pōt, de qua per Inno. *in c. quia veriſimile. nu. 2. verſ. nota tamen. de præſumpt.* quem communiter ſequuti ſunt Doctores, prout teſtantur Gram. *deciſ. 42. nu. 14.* Petr. à Plach. *in epith. delict. ca. 14. nu. 3. in fi.* Maſcard. *de prob. lib. 3. concl.* 1221. *nu.* 55. Menoch. *de præſumpt. lib. 1. q. 97. num. 15. & ſeqq.* Immo nec corporalis. Pau. de Caſt. *in l. fi. nu. 5. & 6. C. de prob.* Auguſ. ad Ang. *de maleſ. in verbo, quod fama public. nu. 24. & ſeqq.* Vbi teſtatur de veriori
* opinione. Marſ. *in rub. de prob. nu.* 254. Vbi de ma-
* gis communi. Boſſ. *in tit. de conuict. nu. 34. & ſeqq.*
* Vbi etiam de communi & ſeruata opinione. Anto. Gomez. *de delict. c. 12. rub. de probat. delictor. ſub*
* *num.* 25. Vbi etiam de communi, cum alijs pluribus, qui poſſint allegari.

38 Et licet Bart. *in d. l. ſi quis mihi bona*, quem alij Docto. ibi ſequuntur, & Rip. *in l. ſi ventri. §. fina. ff. de priuileg. creditor.* teſtentur Florentiæ fuiſſe decapitatum quēdam militem Florentinū, quia dixerat famulo, nō reuertaris domū niſi aliquid noui ſenſerim &c. Et ſic apertè Docto. iſti videntur ſentire ex hoc mandato ordinariā mortis pęnam infligi poſſe; eſt tamen aduertendum, quod iſto caſu mandatum nō eſt præſumptum, ſed expreſſum, & per verba expreſſa emanatū, licet generalia; ea propter non eſt mirum ſi intrat pœna ordinaria delicti, quia quod ſub generali ſermone continetur, expreſſum dicitur, prout optimè aduerterunt & declararunt Plach. *d. cap. 14. nu.* 5. & Gomez. d. *cap. 3. num.* 45. Vnde ſecus, quando mandatum apparetet, non expreſſum, licet generale, ſed præſumptum, vt per Plach. Gomez. & Monticell. *in locis præcitatis*, & ſic ex præallegatis magis confirmatur illa iuris propoſitio, quod præſumpta ſcientia non ſufficit ad condemnandum in pœnam ordinariam.

39 Illud autem quod dicitur vigore Bullæ Sixti Quinti, nos eſſe in caſu criminis læſæ maieſtatis, cum agatur de reſiſtētia facta curiæ, & propterea ēt ad condemnandum in pęnā mortis ſufficiant præſumptiones, & indicia, vt per Bertaz. *conſ.* 83. *nu.* 28. qui allegat Clar. *in q. 20. verſ. ſcias autem. & in §. Aſſaſſinium. verſ. Præterea.* & per Marſc. *conclu.* 1221. *nu.* 83. qui allegat Menoch. *conſi. 99. nu. 178. lib.* 1. & Clar. *in §. læſæ maieſtatis. in fine.*

40 Tollitur Primò, quia verius eſt, etiam in crimine læſæ maieſtatis non poſſe quem in pęnā ordinariā condēnari, ſicut ex profeſſo ſcripſit Gig. *in tracta. de cri. laeſ. maieſt. lib. 2. tit. quomod. & per quos cri. l. eſ. maie. probe*[illegible] *q.* 29. Clar. aūt & Menoch. *in locis relatis* per Marſc. & Bertaz. loquuntur in cōdemnatione cōtumaciali, non qn̄ Reus eſt præſens & carceratus, prout etiam ita loqui videntur Bertaz. & Maſcard. *in prædictis locis.*

41 Tollitur ſecundo, quia hic non agitur de probando reſiſtentiam & illius ſubſtantiam, ſed qualitatem ſcientiæ, & ſic adminiculum ad reſiſtentiam; priuilegium autem probationi alicuius delicti, propter illius immanitatem, ſeu difficultatē probationis, datum, non extenditur ad probationem qualitatum, & adminiculorum eiuſdē delicti. Barr. *in l. quæſtionibus. ff. ad l. Iul. maieſt.* Bald. *in auth. ſi teſtis productus. num. 7. C. de teſtib.* Gig. *de crim. læſ. maieſt. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læſ. maieſt. probetur. q. 5. num.* 1. Camp. *de teſtib. reg. 30. verſ. 6. quia*, Boſſ. *in tit. de ind. nu. 15. & in crim. læſ. maieſt. nu. 112. & ſeqq.* Eug. *conſi. 27. nu.* 64.

Et ex ijs, ni fallor, crederem bene reſponſum dubijs & motiuis integerrimi & ſapientiſſimi D. Iudicis, ob cuius integritatem & ſapientiam tute poteſt carceratus confidere, non niſi iuſtitiam ſe reportaturum.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ARGVMENTVM.

De Aſſaſſino & Rebelle, quando impune occi poſſit, non præcedente declaratoria. De pluribus caſibus in quibus Bānitus poteſt impnue occidi: et præſertim, quid ſi occidatur ad occultanda aliorum delicta. Et quid etiam ſi occidatur, cum potuerit viuus curiæ tradi.

SVMMARIVM.

Aſſaſſinus poteſt de iure communi impune oſtendi. nu. 1.
Aſſaſſinus dicitur etiam quod opera alicuius chriſtiani mandet homines occidi. nu. 2.
Aſſaſſinus dicitur & mandans & mandatarius.
Aſſaſſinus an poſſit impune occidi abſq; eo, quod fuerit declaratus talis. nu. 4. & ſeqq. & in additionibus littera A.
Pęnarum ipſo iure impoſitarum exequutio facta, declaratoria non præcedente, non dicitur iuri contraria, ſed ſubſtinetur, ſi poſtea conſtet de veritate facti. nu. 6.
Setentia declaratoria non requiritur in pęnis ipſo iure impoſitis; quando fit exequutio, non inchoato proceſſu. nu. 7.
Rebellis occultus & non declaratus poteſt impune occidi, ſufficitque conſtare de rebellione in proceſſu formato contra occiſorem. nu. 8. & ſeqq.
Rebellis an dicatur antequam declaretur talis. nu. 9.
Rebellis occultus poteſt occidi etiā quod non adſit timor alicuius magni pręiudicij, & periculū in mora. nu. 10. & ſeqq.
Sententia declaratoria trahitur retro ad tempus commiſſi delicti. nu. 11.
Rebellis & hoſtis dicitur, qui ſtatum Principis turbando, hoſtiliter peragratur. nu. 12.
Bannum an dicatur ſententia declaratoria. nu. 13.
Index competens dicitur ratione loci delicti. nu. 14.
Fama ſpecialis delicti iuncta mala fama inquiſiti facit indicium ad torturam. nu. 14.
Occidens Bannitum nulliter, An & quando gaudeat impunitate. nu. 15. & in addit. litera. B
Officiales & Commiſſarij contra bannitos poſſunt mandare aliquem impune occidi. nu. 16.
Bannitus in Regno poteſt occidi non ſolum a Regnicola, ſed etiam a Romano, etiam quod blandis verbis in territorio Romano fuerit conductus ad locum Banni. numero 17.
Aſſaſſinus poteſt vbique locorum impune occidi. nu. 18.

Bannitus

Bannitus ab vno territorio eccleſiæ mediate vel immediate ſubiecto, cenſetur etiam bannitus ab vniuerſo ſtatu eccleſiaſtico & vbique poteſt impune occidi.nu.19.

Bannitus, ſeu Aſsaſſinus an poſſit impune occidi ad effectum occultandi complices delictorum commiſſorum a bannito vel Aſsaſſino.nu.20. & ſeqq.

Bannitus occidi impune poteſt etiam ad vindictam, & non zelo iuſtitiæ.nu. 21.

Bannitus impune occidi poteſt etiam per Aſiaſſinum. numero 22.

Bannitum ſi quis occidat, ignorans eum eſſe bannitum, adhuc puniendus non eſt.nu.23.

Bannitum occidens animo ipſum derrobandi & ſpoliandi, adhuc pœnam non meretur.nu.24.

Bannitus impune occidi poteſt etiam in eccleſia.nu.25.

Bannitus impune occidi poteſt etiam cum Archibuſetis, & alijs armis prohibitis.nu 26.

Bannitus vt quis occideret ſi incendium immiſit in domo in quam bannitus ſe retraxerat, non tenetur de incendio. num 27.

Bannitum exiſtentem in manibus aliorum, qui illum ducebant ad curiam, occidens, puniendus non eſt.nu. 28.

Statutum tollens pœnam homicidij cenſetur etiam tollere omne delictum quod committetur, ſequuto homicidio. nume 29.

Subtrahens probationes fiſci ad effectum occultandi delictum non capitaliter, ſed arbitraria pœna puniendus eſt.nu.30. & in addis litera C.

Affectus effectu non ſequuto, nunquam punitur eadem pęna de generali conſuetudine nu. 31.

Occultare quærens parricidium, qua pęna puniatur. nu. 32. & ſeqq.

Auxilium præſtans poſt homicidium in ſepeliendo cadauere ne homicidium detegatur, quomodo puniatur. nu. 32. & ſeqq.

Equum accomodans occiſori, vt aufugiat, & euadat manus curiæ, quomodo puniatur.nu.34. & ſeqq.

Conſtitutio Sixti Quinti contra bannitos imponit pęnam ijs, qui non adhibent diligentiam in capiendo bannitos aut ne ij capiantur impedinerint vel captos occultauerint, aut euadendi commoditatem fecerint, aut curiæ non reuelauerint nu.37. & ſeqq. vbi bene declaratur quando pęna huius conſtitutionis locum habeat.

Reuelare delinquentem furem, vel latronem, nemo tenetur. nume.38.

Notorius Bannitus in vno loco non dicitur Notorius in alio nume.39.

Ignorantia præſumitur ex abſentia.nu.39.

Receptans Bannitum non tenetur ſi ignorabat eum eſſe Bannitum.num 34. & talis ſcientia debet eſſe certa, non autem præſumptiua.nu 40.

Scientia debet eſſe certa & concludens, non autem indicijs & coniecturis probata, quando agitur de pęna capitali. nume 40.

Bannitum occidens non tenetur ex eo, quod curiæ non reuelauit, & in manibus curiæ non tradidit viuum. nume. 42. & ſeqq.

Conſtitutio omnis recipit interpretationem paſſiuam a iure communi.nu.44.

Statutum quod bannitus poſſit impune occidi, dicitur fauorabile.num.45.

Bannitus captus non prohibetur incontinenti probare ſe commiſiſſe delictum impunibile, non obſtantibus conſtitutionibus Apoſtolicis, & quod non fuerit admiſſus a principe ad nouas defenſiones.nu.47.

Sententia lata contra contumacem continens pęnam delicto non condignam, exequenda non eſt.nu.48.

Minor ætas non excuſat in crimine Aſſaſſinij, & alijs atrociſſimis delictis.nu. 49.

CONSILIVM CI.

ADSIT DEVS. Pater Sancte, in hac cauſa prætenſæ per fiſcum exequutionis ſententiæ capitalis cõtra D. Marium Querrum, captum poſt annum, latæ, Illuſtriſſimus Do. Vrbis Gubernator eiuſdem cauſæ reſolutionem ad infraſcripta dubia reſtrinxit; Quorum primum eſt; Nunquid de iure communi Aſſaſſinus impune occidi poſſit.

1 Primum hoc dubium nullam habet in iure difficultatem, ſtante diſpoſitione tex. *in cap. pro humani. de homicid. in 6.* Vbi Aſſaſſinus ab omni chriſtiano populo diffidatur. Hinc enim illum poſſe impunè occidi, communiter ibidem tradiderunt Docto. Hoſtien. *num.32.* Ioan. Andr. *nume.5. in fine. in verbo, diffidatus.* Prob. *in addit.* ad Ioan. Monach. *nume.12. In verbo, ſententia requiratur, in fine. litera O.* Franch. *nume.5.* & Gemin. *in §. ſacri. nume. 4. & nume. 7. verſicu. quæro quare.* Cyn. *in l. Reos. in 6. quæſt. C. de accuſat.* Angel. *conſil. 14. in quæſtione præmiſſa. colum. 2. verſicu. in hoc ergo.* Aret. *conſi. 163. nume. 16. in fine.* Marſil. *in l. vnius. §. cogniturum. nume. 26. ff. de quæſtion.* Couar. *var. reſolut. lib. 2. cap. 20. nume. 10. verſic. Tertio eadem ratione &c.* Grammatic. *vot. 8. nu. 3. & vot. 9. num. 4.* Capic. *deciſ. 155. nu. 25.* Decian. *in tract. crim. lib. 4. c. 9. poſt nu. 78.*

2 Nec refert quod tex. *in d. capit. pro humani.* loquatur in certo genere perſonarum & Saracenorum, qui Dominis Imperantibus, potentes homines occidebant; Nam à conſuetudine interpretationem habuit, vt in omnibus, qui pecunia mediante occidunt, vel occidere faciunt, procedat & locum habeat. De qua communi conſuetudine, & obſeruantia alijs pluribus antiquioribus relatis, teſtati ſunt Clar. *in §. Aſſaſſinium. in princ.* Viu. *opinio. 74. Incipiente Aſſaſſini omnes.* Decian. *d. lib. 4. eod. c. 9. nu. 79. & ſeqq.*

3 Prout pariter quamuis idem tex. loqui videatur in mandante, non autem in mandatario, attamen, quod etiam ad mandatarios, & occiſores extendatur, dubium non eſt. Angel. *de malef. in verbo, & Sempronium mandatorem, num. 1.* Capyc. *deciſ. 155. num. 11. in fine. & ſeq. & num. 13. in fi. & ſeq.* latè ampliat Bruno à Sole *in quæſtionib. legal. q. 34. num. 1. & ſeqq.* & hæc in practica nullam habent difficultatem.

4 Secundum dubium; Nunquid Aſſaſſinus poſſit occidi abſq; eo quod ſit notorius delinquens, aut condemnatus, ſeu ſaltem declaratus: & An Olympius occiſus, eſſet talis. Hoc dubiũ ſic pro veritate videtur reſoluendum; ſi enim Aſſaſſinus fuerit notorius, aut condemnatus, & tũc nullus negat, quin poſſit occidi, ſicut è contra neminem reperij dicentem, quod non poſſit occidi, niſi fuerit Notorius, aut condemnatus. Bene verum eſt, quod Docto. *in d. cap. pro humani. & alibi,* ad effectum, vt Aſſaſſinus incurrat pęnas in illo Canone contentas, requirunt communiter declarato-
* riam, non incurſus pœnarum, ſed quod is ſit delinquens & culpabilis, per regulam quod & in pę

nis

Digitized by Google

nis ipſo iure impoſitis declaratoria requiratur, per regulam *cap. cum ſecundum. de haret. in 6. cum ſimilibus.*

5 Verum ad effectum, de quo agitur, an ſcilicet Aſſaſſinus poſſit impune offendi, quod declaratoria nõ requiratur, facit, quia nec in exequutione pœnarum ipſo iure impoſitarum, declaratoria requiritur, quando talis exequutio non requirit aliquod iudicis factum, ſeu miniſterium. Bal quẽ * communiter ſequuntur Doct. *in l. quæ ſub conditione. §. fina. in fine. verſicu. vel dic. 2. ff. de condit. inſtit.* Ruyn. *conſilio 4. in fine nume. 21. lib. 2.* Vbi præſertim, quando non agitur de aliquo pecuniario commodo fiſci, & ponit in ſpecie exemplum in eo, qui ſine declaratoria occidit diffidatũ à iure. ſequitur Tiraq. *de renocand. donat. in verbo, reuertatur. num.* 402. & in terminis de occidente Aſſaſſinium per hanc rationem alijs relatis concordantibus, bene concludit Marc. Anton. Eugen. *conſi. 22. nume.* 78. & ante eum Ang. *de malef. in verbo, Et Semproniũ mandatorem. nume. 1. verſic. ſi autem data pecunia.* Socin. inter conſilia Curt. ſenioris *conſi. 20. num. 43. ante finem, verſi. omitto.* Poſtremo, vbi teſtatur ſe ita alias obtinuiſſe, Alber. *in trac. ſtatutor. par. 4. quæſt.* 94. vbi generaliter dixit, quod is, qui a iure, ſeu ſtatuto ipſo facto habetur pro bannito, poteſt impune offendi abſq; alia iudicis ſentẽtia, teſtaturq; pariter ſe ita alias obtinuiſſe, ſequitur Nell. *de bannit. in 4. p. 1. tempor. quæſt. 9.* Io. Petr. Surd. *conſi. 425. num. 27. lib. 3.* vbi etiam generaliter dixit, quod in pœna, quod quis impune occidi poſſit, nulla requiritur iudicis declaratio, ex quibus (quicquid alij contradixerint) apparet ita ĩ pract. ſeruari,[a] quod ſufficit.

6 Præterea, & ſecundo loco; Dato etiam, quod in caſu noſtro & ad effectum, de quo agitur, declaratoria eſſet neceſſaria, non tamen per hoc ſequitur, quod exequutio pœnæ facta ſine declaratoria, ſit inualida & iuri contraria, ſi poſt eam conſtat de veritate facti. doctrina eſt Bald. *in cap. 1. nume. 2. verſic. Sed ſine aliqua declaratione. in titu. de feud. ſine culpa non amitten.* Ruyn. *conſi. 181. nume. 9. lib. 1. & d. conſi. 4. nume. 20. lib. 5.* Iaſ. *conſilio 21. colum. penult. verſicu. ſecundo reſpondetur. lib. 3.* Alexand. *conſi. 6. nume. 20. lib. 3.* Eugen. *d. conſi. 22. num. 76.* vbi teſtatur de veriori & magis communi opinione, & in terminis loquitur de occidente Aſſaſſinium.

7 Et præſertim, quando, prout in caſu noſtro, tẽpore factæ exequutionis pœnæ ipſo iure impoſitæ (quando ſcilicet fuit occiſus Olympius) erat iam contra ipſum inchoatus proceſſus; tũc enim quamuis declaratoria non præceſſerit, eo magis exequutio prædicta ſubſtinetur, ſicut poſt Ioan. And. quem originaliter allegant, ſcripſerunt Felyn. *in c. cum non ab homine. num. 10. verſic. limita. 2. de iud. & in c. Rodolphus. num. 37. in fine. eod. verſi. limita 2. de reſcript.* Franch. *in cap. cum ſecundum. §. confiſcationis. num. 1. in fine,* & ibi etiam Gemin. *nu. 2. in 2. notab. de hæret. in 6.* & ante iſtos Bar. *in trac. de tirannia. in 11. qõ. nu.* 36. cum alijs per Gabriel. *lib. 7. concl. 11. nu. 7. & concl. 12. nu. 9.*

8 Et optimè facit doctrina Bart. quam communiter Doct. ſequuntur *in extrauag. qui ſint rebelles, in verbo, rebellando, nume.* 22. Vbi dixit, occultum, & nõ declaratum rebellem eo, quia ipſo iure diffidatus eſt, impune occidi poſſe, ſufficereq; quod in proceſſu formato contra occiſorem conſtet, quod occiſus eſſet rebellis, etiam quod tempore quo occiſus fuit, hoc non conſtaret, & Bar. ſic dicentem ſequuti ſunt Anchar. *in conſil. 277. num. 2. verſ. pro hoc optime. & conſ. 439. nu. 3.* Corn. *conſ. 96. nu. 2. & 3. in 4. vol. & conſ. 312. nu. 10. verſ. & propterea dicit Bar lib. 1.* Ruyn. *d. conſi. 4. num. 7. verſi. 4. prædicta confirmantur. iuncto nu. 19. in fine. verſic. Poſtremo non obſtat. & ſeq. lib. 5.* Io. Baptiſta Ferret. *conſi. 31. num. 9.* Gig. *de crim. læſ. maieſt. lib. 1. rubr. qualiter & a quibus crimen. læſa maieſt. c ommitta. quæſt. 5. nu. 19. & 25. & in tit. de rebellibus. q. 8. per tot.* Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 35. num.* 4. vbi amplius dicit ſufficere hoc conſtare ex indicijs. *c. 37. nu. 13. & cap. 39. nu. 5. ſeq. & cap. 42. nu.* 10. Clar. *in pract. in §. læſ. maieſt. num. 18. verſ. hinc infertur,* vbi licet hanc Bart. doctrinam periculo* ſam dicat, eam tamen communem affirmat; & inſuper ſubdit, quod in omnem caſum ibi probaretur, occiſum fuiſſe rebellem, procaldubio homicida eſſet liberandus, & cũ hac Clari doctrina pertranſire videtur Decian. *vbi ſupra. cap. 32. nu. 11. in fine, & nume.* 25. & Ruger. *conſi. 21. nume.* 132. Quorum plerique ex hac Bar. doctrina teſtãtur, ita aliàs fuiſſe ſeruatum, quãdo Vrbini Dux fuit abſolutus ab homicidio per eũ cõmiſſo in perſonam Alidoſij, quicquid in contrarium, dubitatiuè tamen, contra eandem Bar. doctrinam (quã tamen communem nõ inficiatur) ſcripſerit Boſſ. in locis relatis per Clar. vbi ſupra: ſic punctualiter accidit in caſu noſtro, cum vt clare legitur in monitorio & ſententia contra Dominum Quertum lata, Iudex tũc declarat, Olympiũ occiſum, fuiſſe Aſſaſſinum, & ſic ex lectura ſententiæ apparet de illius notoria iniuſtitia; ideo fruſtra agitur de exequutione, vulgatis iuribus.

9 Et licet Gabriel. *libro 1. concluſ. 11. num. 5. in fine,* relatis hinc inde Doctoribus, dixerit, magis communem opinionem Doctorum eſſe, vt requiratur declaratoria antequam quis dicatur rebellis, ſeu Reus læſæ maieſtatis, quod & idem proſequitur Maſcard. *de probat. lib. 3. concluſ.* 1257. eſt tamen aduertendum, quod nõ per hoc ſequitur, quin ad effectum, de quo agitur, vt ſcilicet poſſit rebellis impune occidi, non ſufficiat conſtare de crimine tempore, quo fit proceſſus cõtra occiſorem, prout ſunt termini noſtri. Poteſt que ſtare, vt rebellis non dicatur, niſi ſit declaratus pro rebelle, & nihilominus, quod impunibilis ſit illius occiſio, ſi poſtea probetur, occiſum fuiſſe rebellẽ, prout bene aduertit Ruyn. *in d. conſi. 4. nume. 5. lib. 5.* vltra quod ſi Doctoribus allegatis per Gabr. pro opinione Bar. addantur alij, quos ſupra citauimus, non erit abſolute verum, quod opinio contra Bar. ſit magis communis, immo cõtrariũ, prout teſtãtur Boſſ. & Clar. in locis præallegatis.

10 Nec refert quod Bar. & alij præallegati loquãtur, nõ in Aſſaſſino, ſed in rebelle, in quo videtur eſſe ſpeciale, cum poſſe occidi ſine declaratoria,

propter

propter periculum in mora, ne, dum declaratoria expectatur, ipſe aliquid machinetur contra ſtatū Principis, prout videtur aduertiſſe Gig. *d. titu. de rebellibus. q.* 25. Quoniam ſi perlegantur dicta per Bart. & aliorum Doctorum ſupra allegatorum, nullum prorſus verbū faciunt de hac ratione per Gigantem conſiderata, ſed eam generalem adducunt rationē, quia ſcilicet ipſo iure diffidatus poteſt occidi, etiam quod ſit occultus; & hæc ratio non ſolum reſpicit rebellem & Aſſaſſinum, ſed etiam omnem alium delinquentē, vt patet ex allegatis per Tiraq. *de renor. donat. d. verbo, reuertatur, nu.* 295. & in terminis quod Bar. doctrina extendatur etiam ad Aſſaſſinum, bene conſuluit Eugen. *d. conſ.* 22. *nu.* 84. *& ſeq.*

11 Et facit ēt aliam generalis rō, quæ pariter & rebellē & aſſaſſinum & omnē aliū, qui ipſo iure ſit diffidatus, reſpicit, quia ſcilicet in ijs, quæ ipſo iure cōmittuntur, ſubſequēs declaratio retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis & delicti. *l. hæredes pa lam.* § *ſi quid.* & ibi præſertim Paul. de Caſt. *nu.* 3. *in fin. verſ. Item nota.* & Aret. *nu.* 7. *in priu. ff. de teſt.* Gab. *lib.* 6. *tit. de reg. iur. concl.* 3. *num.* 9. Rot. *diuerſ. deciſ.* 383. *nu.* 2. *p.* 1. Bertaz. *conſ.* 292. *nu.* 9. *lib.* 2.

12 Et in omnem euentū cum Olympius, vt mox dicā, fuerit, in Regno declaratus publicus & notorius delinquens eo, quia cum alijs bannitis armando, etiam eccleſiaſticum ſtatum turbādo, hoſtiliter peragrabatur; dubium non eſt, quod hoſtis publicus & rebellis a Bulla Sixti Quinti reputatur & declaratur, vt clare legitur in eadem Bulla *in verſic. vniuerſis & ſingulis.* Ea igitur quæ a Doctoribus de occulto rebelle occidendo dicuntur, optimè ipſi Olympio applicātur, cum a Bulla ſit reputatus rebellis, & non occultus, ſed publicus: & ſic ceſſat omnis amaritudo, & faciunt ſcripta per Bart. *in d. extrag. qui ſint rebel. in verbo, rebellando. num.* 21. prout illum refert, & ſequitur Decian. *in tract. crim. lib.* 7. *c.* 32. *rub. de rebell. num.* 34. vbi dixit, rebelles poſſe etiam nuncupari bannitos, qui poſſunt impune occidi.

13 Dicitur tertio, & hoc tollit omnem difficultatem; quod etiā tempore, quo fuit occiſus Olympius, aderat declaratoria aſſaſſinij cōmiſſi in perſonam Franciſci Cincij, cum pro aſſaſſinio prędicto fuerit reputatus contumax a Cōmiſſario Regio, & etiam poſitus in banno per affixionem, & voce præconis, prout nuper fuit doctum per publica inſtrumenta, & deponunt etiam teſtes fiſci in proceſſu cōtra Cincios examinatis prout hoc in banno, quod non ſolum ſit declaratoria ſentētia delicti, ſed quod amplius illa ſit diffinitiua; tradiderunt Natt. *conſ.* 542. *nu.* 6. *& ſeqq.* Ioſeph. Ludou. *concl.* 3. *in prin.* & ante eos Bal. *in l.* 1. *num.* 12. *verſ. & ſic apparet, & poſt nu.* 13. *C. de hæred. inſt.* licet aliqui dixerint eſſe ſententiam interloquutoriam, vt per Maran. *de ordin. iudiciorum. par.* 6. §. *expedito.* 2. *par. nu.* 30. quod quoad nos parum refert, an ſit interlocutoria, vel diffinitiua, cum ſufficiat eam eſſe declaratoriam. Ad quæ videatur Ioan. de Monteſperell. *in conſ.* 2. *nume.* 3. vbi poſt Bald. quem allegat, expreſſe dixit, Bannum aliud non eſſe quam hominis diffidationem.

14 Hæc autem declaratoria non poteſt prætendi nulla ex eo, quod ſit facta a Iudice incompetente: quia immo a competenti ratione loci delicti, *l.* 1. *C. de iuriſd. omn. iudic. l.* 1. *& l. ſi cui.* §. *penult. ff. de accuſat. Authen. qua in Prouincia. C. Vbi de crimine agi oportet.* Prout nec pariter poteſt prætendi nulla ex defectu præcedentium indiciorum, aut probationum, ex quo eam præcedebat publica fama in ſpecie de hoc Aſſaſſinio: necnon mala fama in genere ipſius Olympij, cum graſſatoribus viarum, & alijs bannitis conuerſantis & deambulantis; quæ inſimul iuncta nedum ad inquirendū & faciendum quem contumacem, ſed etiā ad torquendum ſufficiebant, ſecundum Gandin. *in tit. a quo, vel a quibus poſſit fama, &c. num.* 12. Ang. *de malef. in verbo, quod fama publica, nu.* 44. *verſ. tertio limitarem.* Brun. *de indic. & tort. p.* 1. *q.* 3. *nu.* 32. *ad finem.* Boſſ. *in tit. de indicijs, nu.* 65. *in fine.*

15 Et tamen etiam quod millies bannum prædictum fuiſſet nullum, non tamen ex hoc bānitum occidens, impunitatem perdit, cum ſatis ſit occiſori occiſum fuiſſe bannitū; nec propterea teneatur perquirere acta, an ritè, vel nulliter [b] fuerit in bāno poſitus. Alb. *in* 4. *p. ſtatu. q.* 30. Marſ. *cōſ.* 30. *nu.* 10. Vbi alijs relatis teſtatur de cōi, *& nu.* 16. *et in pract.* §. *aggredior. nu.* 16. Pet. a Plach. *in epith. delictor. lib.* 1. *q.* 90. *nu.* 7. *& ſeqq.* vbi teſtatur de receptiſſima opinione *& caſ.* 283. *nu.* 1. *lib.* 2.

16 Et ſuplicatur aduerti, quod in caſu noſtro nō ſolum Olympius fuit poſitus in Banno a Commiſſario Regio pro Aſſaſſinio Franciſci Cincij, ſed etiam fuit declaratus publicus, & facinoroſus delinquens a Vicerege Prouinciæ Aprutij, ſed eius Locumtenente, eo quia aſſociatus cum magna Bannitorum, & larronum ac graſſatorū copia, hoſtiliter non ſolum per loca ſtatus eccleſiaſtici (videlicet ꝑ territoriū terræ Capradoſſę) ſed etiam per territoria Regni Neapolitani publicè peragrabatur, cum expreſſo ordine & mandato, vt caperetꝰ viuus vel mortuus; quod enim quis poſſit impunè occidi, ſtatui poteſt nedum a lege, ſeu ſtatuto, ſed etiā a quolibet officiali deputato ad bannitorum, & facinoroſorum hominum perſequutionem. Ang. *in l.* 1. *nu.* 1. *verſi. vel ſi eſt deputatus. ff. quod quiſque iuris.* Hippol. Rim. *conſi.* 238. *num.* 5. *lib.* 3. præſertim contra graſſatores viarum, prout erat Olympius, qui etiam circumſcripto omni ſtatuto, & ordine, de iure communi poteſt impune occidi, ſicut poſt Fab. a Mōteleon. & Foller. quos allegat, ſcripſit Baiard. ad Clar. *in* §. *homicidium. nu.* 184.

17 Stantibus igitur declaratorijs prædictis, de neceſſitate cōcluditur, Olympium bene fuiſſe occiſum, ſiue occiſus fuerit in ſtatu Eccleſiaſtico, ſiue etiam in Regno; Nam ſi in Regno (prout cantat ſententia & monitorium) & tunc potuit impunè occidi non ſolum a Regnicola, ſed etiam a Romano. Nell. *in tracta. de bannit. in* 2. *par.* 2. *temporis. quæſt.* 56. Boſſ. *in titu. de foro compet. nume.* 62. *in fine, verſic. & quid ſi ego.* Clar. *in pract.* §. *homicidium. nume.* 57. *verſi. Vlterius quæro, ibi, quinimo reperio, &c. & ibi in additione* Baiard. *nume.* 287. qui apertè dicunt, quod occiſor Romani nec etiam

Romæ

Romæ puniti, quamuis bannitum blandis verbis ex territorio Romano conduxerint ad locum bā ni,& ibi ipſum occiderint, prout prætendit curia in propoſita facti ſpecie.

18 Quid ſi fuit occiſus in ſtatu eccleſiaſtico, prout pariter pretendit fiſcus,& tunc etiam impunè fuit occiſus. Prim̄o, quia Aſſaſſinus cū ſit ab omni chriſtiano populo diffidatus, *d.c.ap.pro humani. in fine*, poteſt propterea vbique locorum occidi, quia ius Canonum vbique ſeruari debet, & hoc non habet difficultatem.

19 Secundo, quia cum Regnum Neapolis ſit feu dū Eccleſiæ; ideirco ſubintrāt Bullæ Sixti Quarti, Clementis Septimi, Pij IV. & aliorum volentium, quod bannitus ab vno territorio Eccleſiæ mediatè vel immediatè ſubiecto, cenſeatur ēt bānitus ab vniuerſo eiuſdem eccleſiæ territorio & ſtatu. Is igitur, qui impunè occidi pōt in Regno Neapolis, pōt ēt impunè occidi in ſtatu eccleſiæ. Thob. Non. *conſ.98.nu.6.& ſeq.* Vbi propterea cō ſuluit, bannitum Eugubij potuiſſe Perufiæ occidi, ex Corn. quem allegat, *in conſ.192. viſo ſupradi cto ſtatuto per tot. lib.3*. Refert, & ſequitur Viui. *opin.770.nu.24*. Baiard. ad Clar. *in §. homicidium. nu.269*. Addo & Claud. *in addit.* ad Bertaz. *in cōſ. 223. litera A. verſ. quod procedere crederē*. Vulpell. *conſ.56. in princ. iuncto num. 4. & 5*. qui loquitur de bannito Placentiæ, quod poſſit impunè occidi in ſtatu Ducis Vrbini, ex quo tam locus Banni quam homicidij mediatè ſunt ſubiecti eccleſiæ, *& conſ. 53. & ſeqq.* vbi reſpondet contrarijs.

20 Tertium Dubium, nunquid Aſſaſſinus potuerit impunè occidi, nō zelo reipublicæ & iuſtitiæ, ſed ad occultandum patricidium, in quo ipſe occiſus interuenerat. Quod adhuc potuerit occidi aſſaſſinus, quamuis id fuerit procuratum, vt eius morte ſequuta, occultaretur aliud delictum, ſuadetur ex communi,& ab omnibus recepta ſententia Doctorum, volentium, impunitatem non eſſe denegandam occiſori banniti, quamuis illum occiderit, non zelo iuſtitiæ, aut Reipublicæ, ſed ex alia cauſa particulari, & etiā habuerit animū committendi aliud delictum; & quod reuera in dicta occiſione commiſerit aliquod aliud graue crimen, vt ex infraſcriptis.

21 Primo, quia occidens bannitum inimicum ad vindictam,& non zelo iuſtitiæ, nullam patitur pœnam. Foller. *in pragma. de exulibus la prima. nu. 15*.& ibi latius Caraui. *num.132.& ſeqq. in 11.q.* Boſſ. *in tit. banniti quid amittāt. nu.1. in fi.* vbi quod ita apud eum ſeruatur. Cla. *in prac. §. homicidium. nu.44. verſi. ſed nunquid. in fi.* vbi pariter quod ita obſeruatur. Vulpell. *conſ.59. num.9*. Vbi etiam de cōi, & ſeruata opinione in ſtatu eccleſiaſtico.

22 Secundo, quia nec etiam de aſſaſſinio punietur is, qui bānitum occidit, ſeu occidere facit pecunia mediante, & ſic per Aſſaſſinium. Albet. in *4.par. ſtatut.q.20*. Nell. *de Bannit. in 2.p.2. temporis, q.13*. Follet. *in pragma. de exulib. la prima. num. 15*. Boſſ. *in tit. banniti quid amitt. nu.1. verſ. Secundo nō videtur*. Viui. *opin.770. num.11*. Vincen. de Franc. *deciſio.276. num.4. par. 2*. Quorum pleriq; teſtantur, ita de conſuetudine ſeruari, quicquid ſecus aliqui alij contrarium dixerint.

23 Tertio, quia nec etiam punitur occidens bannitum; quem occidens, bānitum eſſe ignorabat, Bar. *in l. inter omnes. §. recto. nume. 4. ff. de furt.* Iaſ. *in l. omnes populi. num.49. verſi. Item adde. ff. de iuſtit. & iur.* Nell. *de bannit. in 2. par.2. temporis. q.15. 25.* Vbi de communi. Clar. *in pract. §. homicidium. num. 58. verſ. fuit etiam aliquando dubitatum.* Vulpell. *conſi.59. nume. 7*. Vbi etiam de receptiſſima opinione,& tamen in o caſu occidens verè habebat animum delinquendi.

24 Quarto, quia nec etiam punitur de furto & robaria, ſi quis illum occiderit animo ipſum derobandi, (& ignorans ipſum eſſe bannitum vt ſupra)& poſtquam occidit, illum ſpoliauit & derobauit. Marſi. *in pract. §. aggredior. num.83*. Boſſ. *in titu. Banniti quid amit. num.6. in fine*, vbi facit generalem concluſionem, quod ſtatutum tollens pœnam homicidij, tollit etiam omne delictum, quod committatur ſequuto homicidio, & ita in ſenatu ſeruatum fuiſſe teſtatur Viui. *opin. 770. num.79*. Baiard. ad Clar. *in §. homicidium. nu. 201. in fine, & nu. 276*.

25 Quinto, quod nec etiam punitur de ſacrilegio is, qui bannitum occidit in eccleſia, Nell. *de bannitis in 2. par. 2. temporis. q.58*. Boſſ. *in tit. banniti quid amitt. nu.6*. Burlat. *conſi. 134. nu.9*. Baiard. ad Cla. *in §. homicidium. nu.275*.

26 Sexto, quod nec etiam incurrat grauiſſimam pœnam delationis Archibuſetorum is, qui Archibuſeta deferens, bannitum occidit, in ſpecie ſcripſit Vulpell. *conſ.66. nume.7*. & ante eum Anchar. *in c. 1. num.254. de conſtit.* Nell. *de bannit. in 2. par. 2. temporis. q.48*. Bertaz. *conſi.132. num.5. lib.1*. & ibi Claud. *in addit.* ad Bertaz. *litera B.* vbi alijs relatis teſtatur de communi.

27 Septimo, quod nec etiam teneatur de incendio is, qui vt bannitum caperet, domum, in qua bannitus erat recluſus, combuſſit, latè conſuluit Burſ. *conſi. 134. per tot. lib.2*.

28 Octauo,& magis in ſpecie, quod nec etiam puniri poſſit is, qui occidit bannitum exiſtentem in manibus aliquorum, qui illum ducebant ad curiam, & ſic occidendo impediuerūt, ne in fortijs curiæ deueniret, videatur Nell. *de bannit. in 2. p.2. temporis. q.32*. vbi ad partes diſputata quæſtione, hanc ſubſtinet opinionem, tanquā æquiorem, ea potiſſimum ratione, quia quando bannitus non eſt in manibus Birruariorum, vel in publico carcere, non eſt tunc certum, quod is deueniat in manus curiæ; ideo ſi tunc occidatur etiam quod exiſteret in manibus aliorum priuatorū, qui ad curiam ipſum ducere volebant, fauorabilius fuit Reipublicæ eſſe in caſu certo, quā in caſu dubio: ſufficit enim Reipublicæ inquit Nell. quod moriatur Bannitus, quamuis forſan potuerit ad manus curiæ deueniri. Quæ quidem rationes eo magis applicātur caſui noſtro, in quo Olympius nō erat in manib. alicuius, qui ipſum ad curiā ducerer. Et hanc Nelli doctrinam referendo, ſequutē ſunt Foller. *in pract. crim. in verbo, foro indicentur. nu.13. & in pragm. de pœnalib. la prima, numero 16*. Baiard. *ad Clar. in §. homicidium. nu. 266*.

Nono

29 Nono facit Doctrina Boſſij *in tit. Banniti quid anit. nu. 6. in fine.* vbi dixit quod ſtatutum tollens pœnam homicidij, cenſetur etiam tollere omne delictum, quod reſultat, & committitur etiam ſequuto homicidio, & ita dicit apud eum ſeruatum fuiſſe in ſenatu.

30 Impedimentum ergo, ne bannitus in fortiam curiæ veniat, non attenditur in iure, nec punibile eſt, quando bannitus ipſe fuit occiſus, & præſertim ſi tẽpore quo fuit occiſus, non erat in carcere, aut in manibus familiæ, ex præallegatis; & nihilominus quatenus etiam eſſet tractandum de pęna illius, qui fiſco ſic bannitum occidendo ſubtrahere, ſeu occultare voluit probationes, adhuc non video, quomodo pęna hæc ſit capitalis, cum communiter receptum ſit, illam nõ eſſe niſi extraordinariam, aut arbitrariam [c]. Abb. *in c. cum cauſam. numero 18. verſ. Ego dicerem. extra de teſtibus.* Bald. *in c. peruenerit. il primo, verſ. ſed nunquid.* Et ibi Felyn. *numero 3. in fine.* Henric. Boic. *numero 3. etiam in fine, verſic. Vnde cum talis.* Bellamer. *nu. 4. extra de teſtibus.* Boer. *deciſ. 292. nu. 1. iuncto nu. 9. in fine.* Boſſ. *in tit. de falſis. nu.* 164.

31 Et in hoc creditur aduertendum, aliud eſſe, quod quis occultauerit delictum; Aliud autem quod occultare voluerit per ſubtractionem teſtium, ſeu probationem, prout prætenditur voluiſſe facere Dominum Querrum. Dato enim millies, quod pœna mortis puniendus eſſet is, qui ſubtrahendo fiſci probationes, delictum occultauit (prout iure cautum hoc non reperitur, & contrarium verius eſſe mox dicam) adhuc ſi delictum non fuit occultatum, per ſimplicem teſtium ſubtractionẽ non poteſt infligi eadem pęna, ſtante veriſſima illa concluſione, de generali conſuetudine, quod, effectu non ſequuto, nunquam pro delicto, quamuis capitali, imponitur pęna ordinaria. Grammat. *deciſ. 2. nu. 8. ſeq. & deciſ. 74. nu. 9.* Clar. *in pract. §. homicidium. verſ. vltimo quæro, & quæſt. 92. verſ. ſcias tamen.* Ant. Gom. *de delict. ti. de homic. nu.* 30. Hippol. Rim. *conſ. 327. nu. 11. lib. 3.* Ioſeph. Ludo. *deciſ. Lucen. 15. num. 26. ſeq. par. 1.* Peguer. *deciſ. crim. 7. nu.* 13.

32 Nec præmiſſis obſtet *deciſ. Boerij. 262. nu. 7. &* 8. In qua Excellentiſs. Dominus meus fiſcalis facit tam magnum feſtum; vtinam enim velit ipſe ſtare ijs, quæ ſcripſit Boer. eo loci. Dum enim *nu. 7. in prin.* facit concluſionem, quod præſtans opẽ poſt homicidium in ſepeliendo occiſum, vt homicidium celetur & occultetur, teneatur tanquã præſtans auxilium, ex Cæpoll. *in conſil. 27. col. 2. verſ. in contrarium facit.* fateor concluſionem veram, ergo tenetur pęna mortis & homicidij, nego conſequentiam, tum quia Boer. hoc non dicit; tum etiam, quia Cæpoll. per eum allegatus, qui videatur, expreſſè tenet contrarium. Et loquitur amplius in eo, qui habens ſcientiam homicidij committendi, dixit ſicarijs, Eatis, quia poſtea ego veniam cum zappa & badili, ad ſepeliendum cadauer. Et tamen adhuc non pęna ordinaria ipſum puniendum contendit.

33 Dum ſecundo idem Boer. *dict. numero* 7. recenſet caſum cuiuſdam matris, quæ reprehenderat filiam, cur infantem, quem ipſa occiderat, in profundiori loco non ſepelierat, non tamen ex hoc dicit, matrem prædictam aliqua pœna punitam fuiſſe; ſed tantum ex verbis prædictis, & alijs reſultantibus indicijs illam torquendam Iudex decreuit; ideo nihil ad propoſitum.

34 Et dum tertio loco idem Boer. *num. 8. in fine,* dixit in caſu ſuo vxorem teneri, ex quo amaſio ſuo, qui maritum occidit, ad fugiendum, & pęnam euadendum equum accommodauit; pariter eſt aduertendum, quòd non dicit, qua pęna teneatur; & ſi diceret, quod teneretur pęna ordinaria, vtique loqueretur contra communem opinionem Doctorum, volentium, accommodantem equũ homicidæ, vt fugiat, & euadat manus curiæ, niſi fuerit particeps præcedẽtis tractatus, non teneri pœna ordinaria de ſicarijs, ſed extra ordinem, & iudicis arbitrio, vt patet ex relatis per Clar. *in pract. in §. fina. quæſtio. 90. nu. 1. in fine, & nu. 12. in princ.* & per Hippolyt. Riminal. *conſil. 310. num. 32. lib.* 3.

35 Et tamen in caſu Boer. quamuis illa vxor eſſet particeps, & conſcia, quod ſuus amaſius volebat occidere maritum, vt patet in ſummario illius deciſionis, & numero ſecundo, verſicu. nam verum eſt, & numero tertio, & numero quinto, verſic. Si enim ipſa ab initio non conſenſiſſet; non tamen ex eo quod occiſori equum accommodauerit fuit in aliquam pœnam condemnata, ſed tantummodo torturæ ſubiecta, vt patet *ibidem nu.* 7. De qua quidem tortura non eſt opus diſceptare in caſu noſtro, cum ex depoſitionibus Iacobi, Beatricis, Bernardi & Lucretiæ conſtet de Innocentia D. Querri.

36 Quartũ dubium, Nunquid Bulla Sixti Quinti, contra bannitos, &c. Intret in caſu & ad effe-
37 ctum, de quo agitur? Negatiuè reſpondendum cenſeo; Nam licet eadem Bulla *in verſ. particulares perſonæ, & in verſ. Duces quoque. & in verſic. Ac demum &c.* Puniat arbitraria pęna etiam vltimi ſupplicij incluſiue eos, qui capiendo bannitos, homicidas, & alios nefarios homines omnem conatum non adhibuerint, aut ne ij capiantur impediuerint, vel captos occultauerint, aut euadendi cõmoditatem fecerint, aut demum intra tres dies eos curiæ non reuelauerint, adhuc tamen caſui, de quo agitur, nõ applicatur, duplici rõne.

38 Primo, quia Bulla in omni eius parte loquitur de Bannitis, homicidis, alijſque nefarijs hominibus, qui ſint, aut banniti & condemnati, aut ſaltem notorij delinquentes. Hos enim poſſe capi, carcerari, profligari, & etiam occidi mandat eadẽ Bulla, *in d. verſic. particulares perſonæ.* vnde ſecus in occultis homicidijs, & non bannitis, aut condemnatis, & hoc in pract. nullam habet difficultatem; & de iure res eſt clariſſima, quod occultum delinquẽtem etiam furem, vel latronem curiæ reuelare nemo tenetur, nedum tradere. *l. 1. ſi tibi,* & ibi Iaſ. *numero 1. ff. de condictio. ob turp. cauſ.* Hoſtien. *in ſumma tit. de furt. rubr. de condictio. furtiua. §. fina. verſicu. illud ſecundum.* Hippolyt. Riminald *conſilio 327. numero octauo. iuncto numero 26. & ſequen. libro tertio.* Bertaz. *conſ.* 107.

*nu.*10.*lib.*1.Vbi de communi. Sed ſic eſt, quod fiſcus affirmat & totis viribus contendit demonſtrare Olympium rẽpore quo fuit occiſus, fuiſſe occultum homicidam, ergo Bulla non intrat.

39 Nec refert, quod hodie ex iuribus ad inſtantiam Querri productis, conſtet, Olympium tempore mortis ſuæ fuiſſe declaratum notorium delinquentem aſſaſſinum, & viarum graſſatorem, quia hęc declaratio & notorietas erat in Regno, non autem in ſtatu eccleſiaſtico,& ſic notorium in vno loco non operatur in alio. Boſſ. in terminis.*in tit.de Rapinis.num.*22.*& ſeq.*& cum Dominus Querrus tunc abeſſet a Regno, ex hac abſentia præſumitur ignorantia. Bal. *in c.cognoſcentes*, & ibi Abb.*nu.*10. Fel.*num.*19.& Dec.*in fine,verſ. ſucceſſiue.de conſtitut.*Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib.*2.*caſu* 186.*numero* 16.Rolan.*conſil.*9.*num.*44. *li.*3.vbi ampliat etiam in notorijs, & eorum quæ publicè faciunt. Et in ijs terminis Boſſ. *vbi ſupra num.*25.Gabr.*conſilio* 168.*numero*7.& ſic non intrat Bulla, quæ in reuelante, ſeu capere negligente, præſupponit ſcientiam; Non probata enim ſcientia Bannitum receptum non reuelans, ſeu occultans, non tenetur. Gloſ.Bar. & alij *in l.*1.*ff. de receptatoribus*. Ang. de malefic. *in uerbo, dicto Maleficio.numero* 23.& ibi Auguſtin. *in additione*. Gandin.*in rubr. de furibus & latronibus. nu.* 13. *& ſeqq.*Boſſ.*d.ti.de Rapin.num.*21. Anto. Gomez.*de delict.tit.de homicid.num.*80.Hier.Gabr.*conſ.*160. *nu.*10.*ſeq.*vbi loquitur in officiali, qui prætendebatur negligens in capiendo bannitos, illóſq; illæſos abire iuſſerat.

40 Et ad effectum puniendi occultantem, ſeu nõ reuelantem Bannitum pęna capitali, ſeu corporali, ſcientia debet eſſe certa & concludens, non autem indicijs,& coniecturis probata. Boſſ.*d.tit. de rapin.nu.*29.*& ſeqq.*Menoch. *de arbitrar.quæſt. libro ſecundo.caſu* 348.*numero* 15. Aym.*conſi.*193. *num.*7.*&* 8. & voluit Rota coram Seraphino in vna Romana ſecretariatus de Glorerijs, Lunæ 17.Februarij,1592.

41 Et ſi dicatur, quod data ignorantia prædicta D.Querrus puniendus ſit de homicidio; reſpondetur, quod occidens bannitum etiam ignoranter, gaudet impunitate, ex præallegatis.

42 Secundo etiam, quod Do. Querrus habuiſſet notitiam, quod Olympius eſſet notorius Aſſaſſinus, & delinquens tempore, qui ipſum occidere fecit (vt fiſcus prætendit,) nõ tamen ex eo quod fuit negligens in capiendo illum & reuelãdo curiæ, poteſt pœna Bullæ puniri; Quia ſatis eſt, qđ illum occiderit. Non enim Bulla quamuis homicidas,& nepharios homines capi & curiæ reuelari voluerit, prohibet ex hoc eoſdem occidi, immo & etiam profligari & occidi mandat, vt expreſsè ſequitur *in d.verſ.particulares perſonæ*. Ideo per occiſionem Olympij magis dicatur conſultum reipublicæ quam per capturam, vt in terminis aduertit Nell.vbi ſupra allegatus *de Bannit. in* 2.*par.*2.*temporis.q.*32.

43 Et certiſſimi iuris eſt, vt ſupra probaui,& in ſacra conſulta fuit reſolutum, quod occidens Bannitum gaudet impunitate, etiam quod illum viuum curiæ tradere potuiſſet, cum pręſertim Principis iuſſu poteſt(prout poterat Olympius) curiæ tradi, aut viuus aut mortuus; quo caſu propter alternatiuæ proprietatem, offenſio & occiſio non eſt prohibita, vt in terminis ſcripſit idem Ioan.de Monteſperello *d.conſ.*2.*nu.*9.

44 Immo etiam, quod Bulla expreſsè nõ permitteret bannitorum occiſionem(prout ſine dubio eam permittit, & iubet) non tñ per hoc cẽſeretur illam prohibere, quando bannitus eſſet talis, vt de iure communi poſſet impunè occidi, prout eſt Aſſaſſinus, ex communi regula, & concluſione, quod omnis conſtitutio recipit paſſiuam interpretationem a iure communi.*l.*2. *C. de noualibus*, Fulgoſ.*conſilio* 84.*num.*4. Curt.iun.*conſil.*7.*nu.*8. Rot.*deciſ.*512.*nu.*5.*par.* 1. *inter diuer.* Ergo multo magis interpretationem recipere debet ab eadem conſtitutione & Bulla permittente & iubẽte nos delinquentes occidi.

45 Et cum agaĩ de impunitate concedenda occidenti bannitos, & facinoroſos homines, agitur ſine dubio de conſtitutione fauorabili; ideo non reſtringenda, ſed extendenda eſt. Bart. *in l.*2.*numero* 1.*C.quando liceat vnicuique ſe ſine indic. vindic.*Dec.*in cap.quæ in eccleſiarum.numero* 59. & ibi Clariſſimus Silueſter Aldobrandinus *in additio. litera C, & litera D,* & Beto.*numero* 110.*&* 117. *verſic.Sed reuertendo. iuncto verſic. non aduerſatur. extra de conſtitut.*Nell.*de bannit. in* 2.*par.*2. *temporis.q.*7.*in fine.verſ. Quarto tale ſtatutum.* Gozadi. *conſi.*61.*nu.*20.*verſ.item talia ſtatuta.* Viu.*opi.*770. *nu.*2.*vbi de communi.*

46 Quintum dubium, nunquid ſuper præmiſſis ad impediendum exequutionem ſententiæ; poſſit in contumaciam condemnatus audiri, abſque eo, quod fuerit admiſſus ad nouas defenſiones.

47 Hoc vltimum dubium nullã prorſus habet difficultatem; quia Dominus Querrus non negat mandatum, & ſic delictum, de quo eſt condẽnatus; ſed dicit, delictum prædictum eſſe impunibile, quia occiſus poterat occidi. Hoc enim caſu, non obſtantib. quibuſcũque literis Apoſtolicis, contumaci condemnato non denegatur audientia, præſertim ſi incontinenti doceatur, quod occiſus impunè occidi poterat, vt fuit doctum in caſu noſtro, prout in terminis plenè conſuluit M. Anto. Eugen.*in conſi.*20.*per totum.*

48 Et cum ſententia, de qua agitur, ex præmiſſis appareat in totum, aut ſaltem in parte exceſſiua quoad pœnam, neceſſario ſequitur, quod nullam mereatur exequutionem, non obſtantib. conſtitutionibus prædictis, vt bene explicat Plot.*conſ.criminal.diuer.*72.*nu.*31.*& ſeq.li.*2. Barbat.*conſ.*23.*nu.*25.*& ſeq.li.*2. Aym.*conſ.*941.*nu.*23.*li.*5. latè Cartar.*de exequutione ſententiæ.c.fin.nu.*48.*& ſeq.* Biard.ad Clar.*q.*96.*nu.*10.

49 Qui omnes eam optimè reddunt rationem, quia ſcilicet in abſentem & contumacẽ non poteſt maior imponi pęna, quàm in præſentem, cũ ficta confeſſio nõ poſſit plus operari, quàm vera; & ex hac inconuincibili ratione vellẽ ſcire, quomodo hodie poſſit iudex exequi hanc ſententiã contra Dominum Querrum in pęnam mortis,

post-

poſtquam Cæſarem Interamnen, principalē ſicarium & conductorem, oreque proprio confeſſum & viliſſimam perſonam, nō niſi ad triremes condemnauit; & ſi dixerit hoc fuiſſe factum propter minorem ætatem ipſius Cæſaris, replicatur, quod hoc non potuit eſſe, quia in atrociſſimis, prout eſt Aſſaſſinium, minor ætas non excuſat, nec facit mitigare pęnam. gl. *in l. ferè in omnibus, in gl. 1. verſ. aut atrociſſima. ff. de reg. iur. & in l. auxilium. §. in delictis. in uerbo, atrociora, in fine. ff. de minoribus.* Gandin. *in tit. de pæn. reor. nu. 30. verſic. aut eſt atrociſſimum.* Duen. *reg. 295. in 2. limit.*

30 Quare reſpondendo præpoſitis dubitationibus, ſententiam præfaram minimè exequi poſſe, exiſtimarem, & ita non exequendam firmiter creditur, cum cauſa tractetur ab integerrimo, & ſapientiſſimo Domino meo Gubernatore Iudice, & coram Iuſtiſſimo & ſanctiſſimo Principe, cuius prudentiſſimo iudicio humillimè, ac genuflexus hæc mea & omnia alia ſcripta ſubmitto. b

LAVS DEO.

S. V. Minimus ſeruus & ſubditus deuotiſſimus.

Proſper Farinacius I.C.Rom.

ADDITIONES.

a *In practica ſeruari.* Dixit hic Dominus meus ita in practica ſeruati, nec dicere voluit, quod ita communiter tenetur, quia multum bene ſciebat, * communem eſſe in contrarium, quod ſcilicet nō poſſit Aſſaſſinus impunè occidi, non conſtito in proceſſu per probabilia argumenta, quod ille ſit talis, prout dicit tex. *in d. cap. pro humani, in fine*, & niſi etiam ſuper hoc ſit lata declaratoria; ſic enim * communiter tradunt Doct. *in d. c. pro humani*, vt videre eſt ibidem apud Hoſtien. *nu. 33. in fine, & poſt num. 37. in verbo, conſtiterit, et nu. 38. & ſeq.* Io. Andr. *nu. 7. in eod. verbo, conſtiterit, & nu. 8. & ſeq.* Archid. *col. 2. in verbo, eanquam, & in uerbo, requiratur.* Prob. ad Io. Monach. *nu. 12. in uerbo. ſententia. litera O.* & Gemin. *in §. ſacri. nu. 3. & nu. 5. & nu. 9. ſeq.* Franch. poſt Gemin. *in cap. Felicis. in §. nullus. nu. 3. ante finem. de pæn. in 6.* vbi magiſtraliter diſtinguit ad comprobationem communis ſenten * tiæ. Capic. *deciſ. 112. in fine*, vbi de communi, reprobato Socino contrarium dicente *in d. conſilio 20.* Carrer. *in pract. crimin. in 3. tract. de homicid. & Aſſaſsinio. §. circa igitur tertium. nu. 16. iuncto num. 15. & 23.* Alex. *conſi. 166. num. 5. libro 7.* Boſſ. *in tit. de defenſ. reor. nu. 63. & in tit. de foro compet. nu. 65. 67. & ſeq. & in tit. de heret. num. 29.* Vbi etiam de communi. *& in tit. de mandato ad homicidium. nu. 19.* Vbi etiam declarat, qualis debeat eſſe hæc declaratoria, & an ſolum Bannum ſufficiat. Gabr. *lib. 7. concluſio. 1. numero 34. in prima limitatione.* * Vbi de communi, reprobato Ang. *de malef. & alijs ibi relatis contrarium tenentibus.* Bonacoſſ. *in communi opinio. parte prima, verſic. Aſſaſsinus, vt quis poſsit impune offendi. folio mihi 11. col. 2.* Hier. Giacchar. *in addit.* ad Clar. *in §. Aſſaſsinium. litera C*, vbi etiam de communi, ex quibus hanc ſecundam opinionem eſſe magis communiter receptam, dubitandum non eſt; ex præallegatis, & per Maſcard. *de proba. li. 1. concl. 138. nu. 16.*

Et quod attinet ad practicam, licet Alberic. & Soci. in locis præcitatis, teſtentur, ſic obtinuiſſe ipſo iure, ſcilicet, bannitum poſſe occidi abſque declaratoria, intelligenda tamen eſt eorum theorica & practica, vt procedat, dummodo poſt mortem banniti occiſi ante declaratoriam ſuperueniat probatio, quod occiſus eſſet Aſſaſſinus, ad ea quæ latius explicat idem Dominus meus *ſupra num. 6. & ſeqq.*

b *Nulliter.* Contrarium, quod immo occidens bannitum nulliter non excuſetur, voluerunt idē Barto. Angel. & Alexan. in locis relatis per Dec. *in cap. quæ in eccleſiarum. num. 64. verſ. tertius caſus eſt.* & ibi Aldobrandin. *in addit. litera C, dicit ita conſuluiſſe ſuum genitorem in conſil. 68. in princ. extra de conſtitu.* Cæpol. *conſil. 6. num. 16.* & faciunt pro hac contraria opinione tradita per Blanc. *in pract. crim. in §. ignorantia an excuſet a delicto, num. 36. & ſeq.* vbi plures adducit rationes. Viu. *opinio. 770. nu. 16.* vbi audacter teſtatur, quod ita tenēt * communiter omnes Canoniſtæ, & omnes Legiſtæ relati per Monticell. *reg. crim. 3. nu. 18.* Rolan. *conſ. 46. num. 66. lib. 1.* Vbi teſtatur, quod ita poſt Bar. *in l. 1. ff. de adult.* tenent Bal. & alij Doctores * communiter *in l. 3. §. ſeruus. ff. de acquiren. poſſeſs.* Claud. *in addit.* ad Bertaz. *conſ. 223. litera A. uerſi. quarto banno exiſtente nullo, &c.* vbi alios refert & * teſtatur de communi, relati per Brun. a Sole *in quaſt. legal. quaſt. 26. nu. 23.* vide igitur in hac contrarietare bene diſtinguentem, & declarantem Dom. meum Farin. *in ſua pract. crim. par. 3. q. 103. nu. 38. & ſeq.*

c *Arbitrarium.* Quod ſubtrahens teſtes, ne deponant in cauſa criminali, ſeu ciuili, puniatur pęna arbitraria, & extraordinaria, non autem mortis, quaſi tunc videatur præſtare auxilium poſt delictum; quod quidem auxilium pęna mortis non punitur, vt *in hoc eidem conſilio* bene explicatur *ſub nu. 32. & ſeq.* optimè, ac in ſpecie in terminis noſtris comprobat idem Dominus meus Farinacius *in tract. de teſtib. quaſt. 67. n. 251. & quaſt. 78. nu. 138.* Secundum tertiam impreſſionem.

Fam. Cent. V. I. D. *Galeſ.*

ARGVMENTVM.

Mandatum tacitum, ſeu pręſumptum, An & quando inducatur ex alloquutione ſecreta facta per Dominum famulo, qui incontinenti eiuſdem Domini inimicum occidat: & an etiam inducatur ex verbis: Non redeas domum, donec aliquid noui ſenſerim de N. qui poſtea pariter occidatur.

SVMMARIVM.

Mandatum præſumitur ex alloquutione Domini facta ad aures famuli, qui poſt eam occidit illum a quo Dominus iniuriam recepit. num. 1. & in addit. litera A, ſed nunquid iſto caſu poſſit imponi pœna ordinaria homicidij. nu. 34. & ſeq. & in additione, litera F.

Mandatum præſumitur ſi Dominus dixerit famulo ſuo: Non redeas domum, niſi ſenſerim aliquid de nouo de illo negotio, ſi poſtea famulus ille occiderit illius Domini inimicum. num. 2. & in addit. litera B, in princ. ſed nunquid iſto caſu poſſit imponi pœna ordinaria homicidij. numero 3. & numero 33. 38. & numero 39. in addit. litera E.

Mandatum vt præſumatur ex ſecreta alloquutione, tria requiruntur, videlicet ſecreta ipſa alloquutio, homicidium incontinenti ſequutum, & præcedens capitalis inimicitia. numero 3. & numero 29. & in additione, litera C, vbi alia ad materiam, & nu. 22. & an vnum ex dictis requiſitis deficiens ſuppleatur per alia indicia. nu. 24. & num. 32. & in addit. litera D.

Inimicitia oritur ex riualitate. nu. 4. & nu. 16.

Inimicitiæ cauſa exiſtente, ibi præſumitur eſſe inimicitia. numero 4.

Inimicitia oritur etiam ex falſa cauſa, dummodo quis eam cauſam veram credat. nu. 4.

Mandatarij depoſitio facit indicium contra mandantem, iuncto aliquo alio adminiculo, vtputa conuerſatione cum mandante. nu. 6. & nu. 9.

Minæ iuncta inimicitia ſufficiunt ad torquendum & etiam ad condemnandum. nu. 7.

Mendacium & variatio circa ſubſtantialia, ſufficiunt ad torturam. nu. 8.

Mandatum præſumptum ex alloquutione ad aures, & mandatum præſumptum ex verbis famulo dictis: Non redeas domum, &c. An æquiparentur, nu. 11. & 12. 35. & 36. & in addit. littera G.

Inimicitia an ſit capitalis, vel nè, remittitur arbitrio iudicis. num. 14.

Delictum non capitale ob retractationem efficitur capitale. numero 15.

Delicti grauitas cognoſcitur ex grauitate pœnæ. nu. 15.

Inimicitia, vt operetur, non ſufficit probatio in genere, ſed erit probanda in tempore qualitas & cauſa ipſius inimicitiæ. num. 17.

Inimicitiæ, quando ſunt plures, illa attenditur, & facit iudicium, quæ grauior eſt. nu. 18. Vel quæ magis adminiculata reperitur, nu. 19.

Minæ an faciant indicium prolatæ per iſta æquiuoca verba videlicet, Lo farò pentire, lo caſtigarò, numero 20. & num. 45. ſeq.

Minæ adminiculatæ alijs præſumptionibus faciunt indicium, etiam quod minans non ſit ſolitus minas exequi. numero 21.

Confeſſio eſt fortior quacunque mundi probatione, quolibet publico inſtrumento, & quibuſcunque teſtium depoſitionibus. nu. 23.

Mandans an poſſit moleſtari & inquiri quando mandatarius, nec inquiri, nec moleſtari poteſt. nu. 25.

Incontinenti quando dicatur ſequutum homicidium ad hoc vt præſumatur mandatum ex ſecreta alloquutione, nu. 26. & ſeq. & nu. 44.

Mandatum nunquam præſumitur ex ſecreta alloquutione, vel ex verbis: Non redeas domum, &c. Niſi verè appareat aliter quam per confeſſionem mandatarij, homicidium ab ipſo mandatario commiſſum. nu. 22. 23. & 24. 29. & ſeq.

Confeſſio illegitima non nocet confitenti, nec alteri. nu. 30.

Qualitas, ſeu præſuppoſitum requiſitum a lege, ſi non probetur, legis diſpoſitio non habet locum, nu. 31.

Mandans non poteſt condemnari de confeſſato mandato, niſi plenè conſtet quod mandatarius homicidium commiſit. num. 31.

Mandatum præſumitur ex verbis; Non redeas domum &c. etiam quod dicta verba non ſint ſecreti prolata, & quod homicidium non ſit incontinenti ſequutum. num. 36. & ſeq. & in addit. litera G.

Præſumptiones & indicia quamuis violenta & indubitata, non ſufficiunt ad condemnandum in pœnam ordinariam. num. 39.

Indicia remota non probantur per vnicum teſtem. numero 41.

Mandatum non præſumitur ex ſecreta alloquutione ad aures &c. ac etiam ex verbis famulo dictis, vt non redeat domum, &c. niſi capitalis inimicitia proueniat ex iniuria correſpondente vindictæ factæ per mandatarium. nu. 42. ſeq. & in addit. litera H.

Minæ non faciunt indicium, quando fuerunt prolatæ ex interuallo ante delictum ſequutum nu. 27. & 46.

Variatio facit indicium ad torturam, iunctis alijs præſumptionibus; aliter ſecus. nu. 47. Præſertim, quando non eſt circa ſubſtantiam delicti.

Conuerſatio & amicitia cum delinquente facit indicium ad torturam, quod quando verum ſit. numero 6. 9. & numero 48.

Præſumptio vna tollit aliam, & in concurſu præſumptionum præſumptio excluſiua delicti tollit incluſiuam. num. 49. in fine.

Tortura facit præſumere perſiſtentem in ea veritatem dixiſſe. numero 50.

Defenſio & innocentia Rei probatur per indicia per præſumptiones & per poſſibiles, ac dubias probationes. numero 51.

Mandatum non præſumitur ex alloquutione famuli ad aures Domini, in additione, litera A, verſiculo. In quo aduerte.

Mandatum præſumitur ex alloquutione ad aures facta per Dominum famulo etiam quod non Dominus, ſed ipſe famulus iniuriam receperit ab occiſo in additione, litera B, verſic. Hæc concluſio & ſeq. vbi etiam contra.

Mandatum præſumitur ex verbis per Dominum famulo dictis, vt non redeat domum, &c. etiam quod idem Dominus famulo prohibuiſſet, ne occideret. in addit. litera B. verſ. Ampliatur ſecundo, & in verſ. ſeq. Vbi de veritate huius concluſionis.

Mandatum non præſumitur ex verbis alicui dictis, Non redeas domum &c. niſi ille, cum quo dicta verba proferuntur; ſit talis, vt eorundem verborum alia veriſimilis interpretatio cadere non poſſit, quam delicti, in addit. litera B, verſ. Limitatur autem.

Mandatum præſumitur ex verbis a Domino famulo dictis; Non redeas domum, &c. quando recepta iniuria fuit illicitè illata; ſecus ſi iniuria non fuit ſic illicite illata, in additione, litera B, in fine verſicu. Limitatur ſecundo.

Alloquutio ſecreta cum occiſore non facit de ſe ſola indicium ad torturam, in additione, litera C. verſ. ſolum enim colloquium & ſeq.

Alloquutio etiam ſecretà, debet in dubio præſumi in bonam, non autem in malam partem. in addit. litera C, verſic. Et eſt ratio, & ſeq. vbi præſertim, ſi alloquutio fuit facta in loco publico & non in ſecreto.

Homicidium præſumitur factum in vim præcedentis colloquij, ſeu tractatus facti de aliquem occidendo, etiam quod teſtes non deponant de concluſione colloquij, in additione litera C, in fine verſic. Bene tamen verum eſt.

CON-

CONSILIVM CII.

1 ADSIT DEVS. Contra Capitaneum Valerium Armenzanum olim Vrbis Barigellum & inquiſitum, quod de menſe Octobris anni præteriti 1602. mandauerit Aquilanti Birroario, vt occideret Iacobum Flandrum exploratorem(prout idem Aquilantes ſic ipſum occidiſſe faſſus eſt) Excellentiſſimus Dominus Benaducius, Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Domini A.C. in criminalibus meritiſſimus Locumtenens, & in huiuſmodi cauſa a Sanctiſſimo D. N. Iudex adiunctus deputatus, dubitandi cauſa dixit, ex indicijs & præſumptionibus in proceſſu deductis poſſe facile deueniri ad illius condemnationem; Et Primo ex doctrina Bartoli *in l. ſi ventri. §. fina. numero primo. ff. de priuil. cred.* Vbi ſi Dominus alloquutus fuerit ad aures fa-
a muli [a] poſt illatam ſibi iniuriam, qui famulus ſtatim interficiat eius inimicum, erit præſumendum de mandato Domini feciſſe, & ſequitur ibidem Angel. *numero ſecundo* Bald. *in l. 1. numero* 10. *C. de ſeru. fugit.* Felyn. *in cap. 1. numero* 13. *verſic. Verum autem. de offic. deleg. & in cap. Petrus. ſub numero* 5. *de homicid.* Marſil. *conſilio* 3. *numero* 8. Auguſt. ad Angel. de maleſ. *in verbo, & Sempronium mandatorem, numero* 42. *verſic. Et fortius dixit Bald.* Crauet. *conſilio* 35. *numero* 3. *in fine.* Caſon. *tracta.* 7. *cap.* 1. *numero* 5. Grat. *conſilio* 110. *numero* 11. *& ſequen. libro* 1. Menoch. *in tracta. de præſumpt. libro* 5. *præſumpt.* 27. *numero* 16. Anan. *conſilio* 19. *ſub numero* 2. Maſcard. *concluſio.* 1012. *numero* 6. Vbi dicit, quod mandatum non ſolum inducitur per verba audita, ſed etiam per verba non audita, vt ſi quis ſummiſsè alloquatur ad aurem famuli poſt illatam ſibi iniuriam, & ipſe ſtatim interficiat inimicum Domini, & hanc eſſe communem opinionem affirmat, quam etiam magis communem appellat Plach. *in Epith. delictor. cap.* 14. *numero* 50. *verſic. pro frequentiori. libro* 1.

2 Et facit quod in ſimili ſcripſit idem Barto. *in l. ſi quis mihi bona. §. pater Seio. ff. de acquiren. hæredita.* Vbi ſi Dominus dixerit famulo; Ne redeas domum, niſi ſentiam aliquid de nouo de illo negotio, ſi poſtea famulus occiderit inimicum Domini, erit præſumendum ab eo mandatum pro-
b ceſſiſſe, & ita in facti contingentia ſeruatum fuiſſe, ſubdit in ciuitate Florentiæ, vbi amputatum fuit caput illi militi Florentino, qui talia verba protulit, quam doctrinam ſequuntur ibidem Bal. Caſtren. *numero* 4. Angel. *numero* 4. Iaſ. *numero* 12. *&* 13. Vbi aſſerit hanc Bart. opinionem eſſe ab omnibus indifferenter approbatam. idem Bald. *in cap. veritatis. numero* 5. *de dol. & contumac.* Angel. de maleſ. *verbo, & Sempro. mandato. numero* 42. & ibidem Auguſtin. *in addit.* Abb. *in cap. ex litteris. numero* 3. *de exceſſ. Prælat.* & ibi Sebaſt. Sap. *in additio.* Roman. *ſingul.* 719. *numero* 1. Mattheſil. *ſingul.* 187. *numero* 2. Marſil. *conſi.* 132. *in princ.* Alexan. *conſilio* 127. *numero* 4. *libro* 4. Gabr. *concluſio.* 2. *nu.* 45. *libro* 7. Carter. *in pract. crim. tract. de homicid. §. Circa ſecundum, videlicet de mandante. nu.* 4. *fol. mihi* 122. Maſcar. *concl.* 866. *nu.* 17. Gome. *de delict. c.* 3. *num.* 45. Plach. cum alijs per eum allegatis *in Epith. delict. c.* 15. *nu.* 13. *lib.* 1. Vbi hanc opinionem frequentiori Doctorum calculo receptam eſſe dicit.

3 Et licet Clar. *in pract. crim. q.* 89. *verſi. ſed quid ſi Dominus,* dicat, quod ipſe hoc caſu non puniret dominum pœna homicidij, niſi alia incurrerent, puta quod Dominus ſolitus eſſet talia facere, & iniuria eſſet talis, propter quam debuiſſet veriſimiliter mandare tale homicidium fieri; ſubdenſque, in dubio melius eſſe torquere Dominum, & etiam pęna extraordinaria illum dam-
b nare; tamen dicitur, quod ſi illa tria requiſita [b] concurrunt, nempe inimicitia capitalis cum occiſo, ſecreta alloquutio cum famulo, & delictum incontinenti ſequutum, omnes Doctores communiter admittunt, tali caſu mandatum præſumi a Domino præceſſiſſe, ipſumque de homicidio teneri, prout ita declarat Bald. *in d. l.* 1. *nu.* 10. *C. de ſeru. fugit.* Iaſ. *nu.* 30. *limita.* 5. Dec. *conſi.* 234. *nu.* 4. Marſ. *conſi.* 132. *in prin. iuncto nu.* 22. Monticel. *in pract. crim. reg.* 7. *nu.* 9. *& ſeq.* Plach. *d. cap.* 14. *ſub nu.* 5. Vbi de magis communi.

4 Quod autem in caſu noſtro concurrant iſta tria, optimè apparet; Nam primo concurrit veriſimilis cauſa inimicitiæ inter ipſum Capitaneum Valerium, & Iacobum interfectum, ex quo ipſe Capitaneus Valerius ſemper in animo tenuit, quod præfatus Iacobus lenocinium feciſſet Hieronymæ Calextariæ & Antoniæ ſuis amaſijs, & quod prædictam Antoniam a domo ſua deuiauerit, ac ſimiliter quod lenocinium feciſſet Do. Deliæ, de qua ipſe Valerius erat valde amore captus; & proinde pluries de hoc ipſe Capitaneus Valerius conqueſtus fuit, & minatus aduerſus dictum Iacobum; vnde cum iſta riualitas ſit potiſſima cauſa inimicitiæ, vt dicit Blanch. *de indic. numero* 255. Caſon. *in pract. crim. tract.* 2. *cap.* 2. *numero* 3. *& cap.* 3. *numero* 3. Farinac. *quæſtio.* 52. *numero* 145. Ergo præſumitur adeſſe etiam ipſa inimicitia. Alex. *conſi.* 99. *num.* 2. *lib.* 1. Decian. *in pract. crimin. lib.* 3. *cap.* 25. *nu.* 12. dicentes, quod vbi adeſt cauſa inimicitiæ, ibi prçſumitur eſſe inimicitia; quod adeo verum eſt, vt procedat etiam, ſi ipſa cauſa lenocinij verè non adfuiſſet; dummodo tamen ipſe Capitaneus Valerius putaſſet adeſſe. Caſon. *d. c.* 3. *numero* 3. *verſ. Nihil tamen refert.* Farin. *q.* 52. *numero* 146. & ratio eſt, quia inimici dicuntur nedum illi, qui odium in mente habent, ſed etiam qui inimicitiæ cauſam habent, vel habere præſumuntur. Innoc. *in c. cum i. & a. nu.* 7. *de re iud.* Decian. *d. cap.* 25. *numero* 12. Farinac. *q.* 49. *num.* 95. Quinimo eſt adeo vrgens huiuſmodi cauſa inimicitiæ orta ex riualitate, vt ſi ex duobus riualibus vnus interfectus fuit, prçſumitur ab altero factum homicidium. Blanch. *de indic. numero* 256. *verſic. quod idem dici poteſt in duobus riualibus.* Caſon. *in d. tracta. crimin. tract.* 2. *c.* 2. *numero* 3.

5 Cōcurrit ſecundo ſecreta alloquutio ante delictū inter Aquilantem & Capitaneum Valeriū,

plenè probata per domeſticos ipſius Capitanei, & per ipſum confeſſata. Ac tertio concurrit delictum incontinenti ſequutum in die ſequẽti poſt alloquutionem præfatam.

6 Præterea dicitur, quod in caſu Bar. nõ legitur, quod ille famulus fuerit captus & teſtificatus cõtra Dominum, ſed tantummodo adeſſẽt illa tria requiſita; & in caſu noſtro vltra prædicta concurrit etiam teſtificatio ipſius Aquilantis, dicentis, de ordine & mandato Capitanei Valerij tale homicidium patraſſe; quæ aſſertio videtur facere indicium ad torturã, cum ſimus in mandato, quod ſecreto fit. Aret. *conſi.* 61. *nu.* 3. Boſſ. *in tit. de indic. nu.* 155. Vbi concludit, quod ex depoſitione mandatarij mandantem nominantis in tortura, iuncto alio adminiculo, poteſt deueniri ad torturã. Blanc. *de indic. nu.* 387. *in fine.* Gram. *conſ.* 35. *num.* 16. *& vot.* 6. *nu.* 3. qui pro adminiculo ponit conuerſationem nominati cum nominante ſocio, prout eſt in caſu, de quo agitur, & ſequitur Monticel. *in pract. crimin. reg.* 4. *numero* 30. *& reg.* 5. *numero* 13. Vbi alia ponit adminicula. Carrer. *in practi. crimin. tit. de indic.* §. *octauum indicium. num.* 10. *in fin. fol. mihi* 40.

7 Quinto vltra prædicta concurrit indicium minarum pluries ab ipſo Capitaneo Valerio prolatarum ante homicidium prædictũ contra ipſum Iacobum interfectum; quod quidẽ indiciũ, iuncta præcedente inimicitia & odio, non ſolũ facit indicium ad torturam, ex trad. per Gomez. *in tit. de tort. reor. nu.* 11. Gandin. *in tract. malef. tit. de indic. indub. nu.* 23. Specul. *in tit. de præſump.* §. *ſpecies. nu.* 7. Clar. *q.* 21. *verſ. minæ in fin.* Et ibi Baiard. *nu.* 141. Marſ. *conſi.* 3. *nu.* 13. Boſſ. *in tit. de indic. nu.* 44. Claud. Bettaz. *in addit.* ad Patr. *conſ.* 103. *litera V, verſ. Ego vero contrarium*, vbi teſtatur de communi opinione. Maſc. *concl.* 1057. *nu.* 1. Vbi dicit omnes criminaliſtas hoc infallibiliter tenere, ex Boſſ. Blanch. & alijs in locis per ipſum citatis; verum etiam erit ſufficiens ad condemnandum. Brun. *de indic. q.* 3. 1. *par. nu.* 33. *verſ. quod ſi plura.* Maſcar. *concl.* 496. *nu.* 17. Carrer. *in pract. tit. de indic.* §. 12. *indicium. nu.* 2. Corrad. *in pract. crim. tit. de neg. crimi. ſub nu.* 24. *verſ. vigeſimo mina.* Plot. *de in lit. iur. nu.* 885. vbi de cõmuni opinione teſtatur. Crau. *cõſ.* 35. *n.* 4. vbi pluribus cõprobat, quod minis odio & delicto incontinenti ſequuto, cõcurrendo, poteſt contra minantem procedi ad condemnationẽ, dato etiam quod ipſe minans non eſt ſolitus minas executione demãdare: Nec diſſentit Farin. *q.* 50. *n.* 36. *iuncto nu.* 38. Dummodo delictum ſit de nocte commiſſum, & difficilis probationis, prout eſt hoc, de quo agitur.

8 Vrgent ſexto contra Capitaneum Valerium mẽdacia ipſius, quia interrogatus, an cum Aquilante alloquutus fuerit in illa hebdomada commiſſi delicti, pluries atque pluries negauit, & tandem ore proprio faſſus fuit, ex quo ſolo mendacio & variatione circa ſubſtãtialia delicti, poteſt deueniri ad torturam. Bar. *in l. fi. n.* 3. *ff. de quæſtionib.* Rom. *conſ.* 8. *nu.* 2. *verſ. Tertium quidem indicium*, & ibi Mandoſ. *in addit. litera D.* Vbi firmat, ex ſolo mendacio Reum torqueri poſſe, & de crebriori opin. affirmat Boet. *dec.* 163. *n.* 21. Alex. *cõſ.* 77. *verſ. Primum indicium. li.* 1. Rol. *cõſ.* 14. *n.* 19. *li.* 4. *& c.* Vbi de cõi. Follet. *in pract. crim. verbo, Itẽ qui ſororẽ venenauit. nu.* 9. Marſ. *ſing.* 103. *n.* 3. vbi in facti cõtingẽtia ita practicaſſe ſubdit. *& in* §. *diligẽter. n.* 34. *iũcto nu.* 98. *& in* §. *qm̃. nu.* 27. vbi monet iudices, ne calamo parcant, ſed reorũ dicta ſic varia in actis ſcribere faciant, quia nunquam redargui poterunt ꝙ eos ſine indicijs tormẽtauerint.

9 Septimo eo magis præmiſſa in caſu noſtro procedere videntur, quia clarè cõſtat, Aquilãtẽ occiſorẽ amicum, & familiarem eſſe dicti Capitanei; ꝑ quod indicium mãdati mirũ in modũ augeri videbatur, ex trad. per Gandin. *in tit. de præſump. & indic. indub. nu.* 12. vbi dicit, qđ ſi aliquis inculpatur de mãdato ad homicidiũ, & probaſ primo quod erat capitalis inimicus occiſi; itẽ qđ homicida erat domeſticus dicti mãdantis; tertio quod mandãs iactauerit ſe velle occidi facere; quarto, quod offenſæ fuerint inter prædictos; qđ ex iſtis & alijs ſimul iunctis, poterit ad condemnationẽ deueniri, & ſequitur Vitalin *in tit. de indic. nu.* 14. Abb. *in c. tertio loco. ſub nu.* 9. *verſ. ponit etiam aliud exẽplũ. de prob.* Io. And. *in addit.* ad Spec. *ti. de prob.* §. *vlt. ſuper verbo, ſciant. verſic. aliud exemplum.*

10 Vnde ex his omnibus indicijs, & præſumptionibus ſimul iunctis, videtur affirmari poſſe, contra Capitaneum Valerium deueniri poſſe ad cõdemnationem, ex quo ſumus in caſu minus dubitabili illius Bar. in quo concurrebant ſolum illa tria indicia, & hic longe plura.

11 Nec obſtat ſi diceretur, doct. Bar. *in d. l. ſi quis, mihi bona.* §. *pater Seio. ff. de acquir. hær.* non poſſe inferri ad caſum noſtrum, quia ibi expreſsè conſtabat, quod dominus dixerat famulo; Non reuertaris domum, niſi aliquid ſentiam de nouo; quæ verba cum ſint clara, & nõ poſſint interpretari niſi in vindictam extraiudicialẽ, & priuatã, nõ mirum, ſi ob hæc verba ille miles decapitatus fuit, & in caſu noſtro ſecus videtur, cum nõ conſtet quid famulo dictũ fuerit, ſed ſolum præſupponitur inter eos adfuiſſe ſecretam alloquutionem; quæ tanquam dubia & incerta in meliorem partem interpretari debebit, & ſic quod de homicidio committendo non tractauerint. Quia reſponderi poſſet, quod ſi Doctorum dicta perpendamus, fateri oportebit, quod ne dũ inter caſum Barr. & noſtrũ non adeſt differentia, ſed æquiparantur; nam illa verba Bar. *in d.* §. *pater Seio.* poterit interpretari in bonam & malam partem, vt ad ſenſum patet, quia illa verba, Fac vt aliquid ſentiam de nouo, poterant in dubio intelligi de alio negotio licito, & tamen fuerunt interpretata in mandatum, ob præcedentia, ideſt inimicitiam inter Dominum & offenſum, & obſequentia, ideſt delictum ſequutum, vt dicit Alex. *conſ.* 128. *ſub nu.* 3. *& 4. li.* 4. ſic dicen. eſt in caſu noſtro; Nam licet illa alloquutio ad aures poſſet interpretari in bonam & malam partem. Matſil. *conſi.* 21. *nu.* 12. *in fine, & ſeq.* Honded. *conſi.* 96. *nu.* 44. *li.* 2. Tamen ex præcedenti alloquutione ſecreta, & delicto incontinenti ſequuto, debet in mandatum interpretari, per iura ſupra adducta.

Secundo

12 Secundo, quod iſti caſus æquiparentur, probatur ex doctr. Bal. *in l. 1. nu. C. de ſeru. fugit.* Vbi loquens de alloquutione ſecreta facta ad aures famuli, allegat Bart. *in l. ſi quis mihi bona. §. pater Seio. de acquir. hær. & in l. ſi ventri. §. fi. ff. de priuil. credit.* & tamen Bar. *in d. §. pater Seio.* loquitur de eo, qui dixit famulo; Vade & non redeas domum, niſi ſentiam aliquid de nouo, & ſic Bal. videtur confundere, & æquiparare iſtos caſus.

13 Tertio dicitur, nos eſſe extra omnem ambiguitatem, quia dum Doctores loquũtur de alloquutione ſecreta facta ad aurem famuli, cõmuniter admittunt Dñm teneri de mandato, ſi illa tria requiſita concurrunt, prout ex pluribus Doct. authoritatib. ſupra firmauimus, & quatenus aliqđ dubium remaneret, poſſet ẽt dici quod in pręſẽti caſu vltra tacitã alloquutionẽ cõcurrunt etiam expreſſa verba mandati, prout concurrebant in caſu Bar. *in cit. §. pater Seio*, poſtquam Aquilantes fatetur in ſuis conſtitutis, quod Capitaneus Valerius ſibi dixerat; *Và & ammazzalo.*

14 Nec obſtat ſi dicatur, quod in caſu, de quo agiẽ, ad hoc vt inducatur prẹſumptio mandati, requiritur, quod inimicitia ſit capitalis, aliàs ceſſare debet illa violenta præſumptio. Quia primo reſpõdetur, quod an inimicitia ſit capitalis, vel nõ, remittitur arbitrio iudicis. Carrer. *in pract. crim. de indic. & tort. §. quartum indicium. n. 14. fol. mihi* 46. Menoc. *caſ.* 110. *nu.* 3. Gram. *deciſ.* 34. *nu.* 28. Boſſ. *de delict. c. 12. nu. 14. verſ. intellige tamen*, vbi de cõ- * muni opi. teſtatur Clar. *q. 24. verſ. Itẽ quæro circa. finẽ.* vbi de cõi. Maſc. *conclu.* 893. *nu.* 25. vnde cum in præſenti caſu concurrant prædicta lenocinia, & minæ prolatæ a Capitaneo Valerio, non erit inconueniens arbitrari, eam eſſe capitalem.

15 Secundo reſponderi poſſet, quod dato, non tamen conceſſo, quod ex vnico lenocinio inimicitia capitalis non oriatur, tamen ſecus eſſet in caſu noſtro, vbi plura lenocinia præſupponuntur facta a Iacobo interfecto Amaſiis Capitanei Valerij. Ex quibus geminatis latrocinijs magis offenſus dicitur adeo, vt ſi pro vno lenocinio dici potuiſſet leuiter offenſus, negari tamen non poteſt, quod ex alijs cumulatis offenſa fuerit effecta grauior & capitalis, cũ generaliter videamus geminationem actuũ maximæ eſſe importantiæ & efficaciæ; Adeo quod delictum nõ capitale ob reiterationem capitale efficiatur. Bart. & Ang. *in l. 1. C. de ſuperexact. lib.* 10. Marſil. *ſing.* 378. *num.* 1. Maſcard. *concluſ.* 838. *nu.* 1. *& ſeq.* vbi de communi, pro quo benefacit illud quod voluit Bar. *in l. leui. in priu. ff. de accuſ.* dicens, quod ex qualitate pœnæ quæ pro delicto imponitur, cognoſcitur grauitas delicti, & offenſionis, & tanto grauius delictum iudicari debet, quanto grauior pœna pro eo imponitur, ſequitur Clar. *in prac. crim.* §. 1. *verſ. ſunt etiam.* Cæpoll. *conſi.* 11. *n.* 25. Sed clarum eſt in iure, quod offenſiones geminatæ grauius puniuntur, quam ſimplices, tex. *in l. nunquam plura, & ibi communiter ſcribentes. ff. de priuat. delict.* ergo grauiores etiam reputantur.

16 Tertio dicitur, nos verſari extra omnem ambiguitatem, quia ex Doctorũ authoritatibus clarè apparet, quod ex lenocinio, & corriualitate oritur capitalis inimicitia, dum dicunt, quod ſi ex duobus corriualibus, vnus interfectus fuerit, ab altero occiſus præſumatur. Blanc. *in titu. de indic. nu. 256. verſi. quod idem dici poteſt in duobus riualibus.* Caſon. *in tract. crim. tract. 2. c. 3. nu.* 3.

17 Minuſque obſtat, quod dictus Iacobus plures haberet inimicos, quo caſu ceſſare vr̃ illa violẽta præſumptio, ex ipſa inimicitia cauſata, cum propter inimicorum pluralitatem, dubia, & incerta reddatur. Quia Primo rñdeẽ, quod ad hoc vt inimicitia aliquid operetur, requiritur, vt nõ ſolum probetur ipſa inimicitia in genere, ſed erit probãda in tẽpore qualitas, & cauſa ipſius inimicitiæ. Gram. *vot.* 34. *nu.* 4. Galeat. Maluaticen. *conſi. crimin. diuerſ.* 110. *nu.* 25. *li.* 1. Menoc. *de præſump. lib. 1. q. 96. nu.* 58. Maſcar. cum alijs per eum adductis *concl.* 692. *nu.* 1. *&* 3. ſed in proceſſu nullibi apparet fuiſſe aliquam ſpecificam cauſam inimicitiæ probatam contra alium, quam contra Capitaneum Valerium, ergo ipſa ſola erit attendenda.

18 Secundo reſpondetur, quod dato etiam ſine veritatis præiudicio, quod dictus Iacobus plures ſpecificos haberet inimicos, tamẽ adhuc dicitur, quod iſto caſu erit attendenda grauior inimicitia, vt poſt Foller. *in pract. crimi. verbo, recipiantur defenſiones Reo. ſub num. 2. verſ. Item poterit.* voluit Farin. *q. 49. n.* 115. Io. Turrius *conſ. crim. diuer.* 81. *nu. 34. verſ. Sed vlterius, & nu. 35. verſ. certè præſumendum. li.* 2. vbi ſubdit, qđ ex plurib. inimicis ille præſumitur offendiſſe, qui per prius magis offenſus fuit; ſed in præſenti caſu, neminem apparet fuiſſe tam grauiter offenſum, vti fuit Capitaneus Valerius, ex tot lenocinijs, ergo, &c.

19 Tertio dicitur, illam inimicitiã eſſe attendendam, quæ eſt magis adminiculata indicijs, & præſumptionibus, prout eſt iſta Capitanei Valerij, fulcita tot, tantiſq; præſumptionibus ſupra memoratis, Franc, Marc. *deciſ. Delfi.* 423. *nu.* 27. quẽ refert & ſequitur Farin. *q. 49. nu.* 115.

20 Similiter non obſtat, ſi dicatur, quod cum minæ non fuerint prolatæ in ſpecie, ſed tantummodo in genere, videlicet, *Lo farò pentire, lo caſtigarò,* & ſimilia, quod non debeãt aliquid operari; quia ad hoc Reſpondetur, quod aut quis minatus fuit in ſpecie, & tũc, niſi ſequatur effectus, ſecundum minas prolatas, non faciunt indicium, vt per Foller. *in pract. crimi. verbo, Item quod ſororem venenauit. numero* 23. Dec. *conſilio.* 189. *numero* 17. Natta *conſ. 42. num.* 2. Aut quis minatus fuit in genere, videlicet, *Lo farò pentire, lo caſtigarò,* & ſimilia; Et tunc, quia genus eſt aptum comprehendere omnes ſpecies, indicium facere debet, quia illud quod ſub genere comprehẽditur, dicitur verè & propriè, & tanquam expreſſum cõprehendi. Crauet. *conſilio 294. numero 2. verſic. Sed magis in terminis.* Dec. *in l. in toto. in princip. verſic. Et hoc propriè. ff. de reg. iur.* Farinac. qui ita contrarias opiniones conciliat. *q. 50. numero* 24. Et cõtrarium aſſerere ridiculoſum eſſe ſubdit; & ideo cum a Capitaneo Valerio fuerint ſupraſcripta verba generalia prolata, quæ quamcumq; offenſionem ac ẽt mortem comprehendere ſunt apta, non mirũ, ſi

indicium facere debeant; vltra quod ſumus in caſu claro, poſtquam conſtat in Proceſſu, dictũ Capitaneum Valerium minatum fuiſſe.

21 Nec pariter obſtat, quod ad hoc vt minæ faciant indicium, debet probari, quod minãs ſit ſolitus minas exequi; quod non conſtat in caſu noſtro. Quia reſpondetur, illud verum eſſe, quando indicium minarum nõ eſſet alijs præſumptionibus adminiculatum, prout in caſu noſtro, in quo vltra minas, quãplurima alia indicia concurrũt; quo caſu indiciũ faciunt, dato quod minãs non ſit ſolitus minas exequi. Menoch. *de præſump. lib. li. 1. q. 89. nu. 62.* Crauet. *conſi. 35. nu. 4.* Clar. *q. 21. verſi. minæ circa finem.* Farinac. *q. 50. nu. 11.* Quintimo cum concurrat cum prædictis minis inimicitia, & delictum incontinenti ſequutum, debent eſſe ſufficientes etiam ad condemnandum, vt ſupra probaui ex Crauet. & alijs.

22 Nec minus obſtat, ſi dicatur, quod in caſu Bar, pro certo habebatur, quod ille famulus, cũ quo Dominus ſecretè allocutus fuit, interfecerat inimicum Domini; quod nõ poteſt dici in caſu noſtro, ex quo non apparet, quod Aquilãtes interfecerit dictum Iacobum inimicũ Capitanei Valerij, & per conſequẽs cũ ceſſet vnum ex illis tribus requiſitis neceſſarijs, ceſſare debet etiã mandatum. Iaſ. *in d. l. 1. nu. 30. limita. 5. C. de ſeru. fugit.* Carrer. *in pract. crim. tit. de homicid. §. circa ſecundũ de mandante. nu. 16. & nu. 21. ſeq. fol. mihi 123.* & facit text. *in l. 4. §. toties. ff. de damn. infect.* quod vbi non conueniunt verba legis, nec eius diſpoſitio conuenire debet.

23 Nam primo rñdet, quod immo clarè cõſtat in caſu noſtro, Aquilãtem fuiſſe interfectorẽ, tum ex propria ipſius confeſſione, quæ dr̃ probatio probata, & eſt fortior quacunque mundi probatione. Iaſ. *in l. cum te. nu. 6.* Neuiz. *conſi. 73. num. 7.* Honded. *conſi. 108. nu. 1. li. 1.* Et omnium Illuſtriſſima eſt adeo, vt quolibet publico inſtrumento, & quibuſcunque teſtium depoſitionibus maior ſit. Rim. iun. *conſi. 503. nu. 2. & ſeq. li. 1.* Tantiq; põderis eſt, vt iudex non poſſet cam nullam pronũciare. Crau. *conſi. 61. nu. 3.* ac ipſi ſtandum eſt, etiã ſi totus mundus contrariũ diceret. Pau. Merend. *inter conſil. crim. diuerſ. 88. nu. 31. lib. 2.* Tum etiam ex alijs pluribus indicijs, & præſumptionibus in proceſſu contra ipſum deductis.

24 Secundo reſpondetur, quod dato, non tamen cõceſſo, quod ceſſet in caſu noſtro iſtud vltimũ requiſitum, tamen dicitur, quod quãdo aliæ probationes & præſumptiones concurrunt in præſenti caſu, tunc illæ ſupplent illud requiſitum deficiens. Vulpel. *conſi. 115. in princ.*

25 Similiter non obſtat, ſi dicatur, quod cum nõ appareat Aquilantem fuiſſe homicidam, nec ẽt poſſit ipſe Capitaneus Valerius, tanquam mandans, puniri; quia vltra quod dici poteſt in caſu noſtro ſatis ſuperq; apparere ex confeſſione ipſius Aquilantis, ipſum fuiſſe homicidam, tñ admiſſo, ſed non conceſſo, quod dicta confeſſio tãquam tormentis extorta, non ſit attendenda, nõ per hoc ſequitur, quod procedi non poſſit cõtra Capitaneum Valerium; Quia dũ Doctores tractant, an exceptio competens mandatario competat ẽt mandãti, diſtinguunt, qđ aut cõſtat, delictũ, de quo in inquiſitione continetur, nõ fuiſſe commiſſum, & tunc exceptio competens mandatario, competit ẽt mandanti; Aut conſtat, delictum fuiſſe commiſſum, ſed plenè nõ fuit probatum contra mandatarium, & tunc inquiri poteſt contra mandantẽ, dato, quod indicia minus ſufficienter adeſſent contra ipſum mãdatariũ. Dyn. *in reg. ratihabitionem. in vlt. quæſ. de reg. iur. in 6.* Menoc. *de arbitr. iud. caſ. 351. nu. 3. & ſeq. & caſ. 352. nu. 12.* Aug. ad Ang. *de malef. verbo, & Sempron. mãdatorem. nu. 41.* Gram. *deciſ. 39. num. 9.* Decian. *in prax. crim. li. 9. c. 33. nu. 7.* vbi hanc opinionẽ a cõtrarijs defendit; & ideo cũ in præſenti caſu manifeſtè appareat, homicidiũ fuiſſe cõmiſſũ, & quãplurima adſint indicia, & præſumptiones contra Capitaneum Valerium, dubitari non põt, quin cõtra ipſum procedi poſſit, licet aliqua exceptio adeſſet in fauorem Aquilantis mandatarij.

26 Vltimo nõ obſtabit, ſi diceretur, quod ad hoc vt doctrina Bart. & aliorum locum habeat, opus eſt, quod delictum ſit ſequutũ incontinenti poſt alloquutionem factam famulo. Quia reſpondetur, ſatis incõtinenti dici quid ſequutum fuiſſe, ſi die ſequenti ſequutũ fuit, vt dicit Menoc. *conſ. 107. nu. 40. li. 2.* qui loquens de propulſatione iniuriæ, quæ fieri debet incontinenti; affirmat, tũc dici fieri incontinenti, ſi die ſequenti fiat, & ſequitur Baiard. cum alijs per eum adductis *in §. homicidium. nu. 21.* prout ẽt incontinenti quid fieri dicitur, ſi fiat cum primũ poteſt, & occaſio ſeſe offert. Menoch. *d. conſi. 107. nu. 39.* Farin. *q. 50. n. 16. in fi.* Bar. *in l. 3. §. cum igitur. nu. 1. ff. de vi & vi arm.*

27 Secundo reſpondetur, quod an delictum ſit incontinenti ſequutum, remittitur arbitrio iudicis. Bar. *in d. l. ſi is, a quo. num. 3. circa finem. ff. vt in poſſ. leg.* Menoch. *de arbitr. iud. caſu 11. num. 3. et 361. numero 21.* Farinac. *q. 50. num. 16. & ſeq.* vbi loquens in terminis noſtris de eo, qui minatus fuit contra aliquem, aſſerit, tunc minas facere indicium ad torturam, ſi delictum incontinenti ſequatur; & an fuerit incontinenti ſequutum, dicit repoſitum eſſe in arbitrio iudicis, qui in propoſito conſiderare debebit qualitatem perſonæ, an, & quo tempore receptas iniurias obliuioni demandauerit; & an alias antea habuerit commoditatem illas vlciſcendi, & ſimilia.

28 Tertio reſpondetur, nihil referre, an delictum ſit incontinenti ſequutum, vel paulo poſt, vt dicit Plach. *in d. capit. 14. ſub num. 5. verſicu. pro frequentiori. lib. 1. &c.*

29 Verum præmiſſis dubitationibus ſic magiſtraliter ab Excellentiſſimo D. meo Iudice explicatis, non obſtantibus, quod ipſe Capitaneus Valerius omnino de iure abſoluendus ſit, Probatur Primo, quia Bar. *in l. ſi neutri. §. coniuratio. ff. de priuil. credit. & in l. is quis mihi bona. §. Sed ſi mandatu. ff. de acquiren. hered.* & omnes Doctores, qui eum ſequuntur, dum volunt, ex alloquutione ſecreta, vel ex verbis famulo dictis, Non redeas domum, &c. mandatum præſumi; Vltra tria illa requiſita, videlicet ſecretam alloquutionem inimi

citiam

titiam capitalem, & temporis breuitatẽ, ſemper loquuntur, & præſupponunt, quod liquido conſtet, quod famulus, cui Dominus ſic ad aures loquutus fuit, aut verba prædicta protulerit, occiderit eiuſdẽ Domini inimicũ, vt videre eſt apud Iaſ. & Caret. in locis ſupra nu. 22. allegatis in dubijs, quibus addo Fulg. in d. §. eorum. nu. 1. & Rip. nu. 4. verſ. intellige tribus concurrentibus. Fel. in c. afferte. nu. 15. de præſump. Caſon. de indic. trac. 7. nu. 6. Bal. conſ. 150. in q. D. Malani. nu. 1. in fi. lib. 1. Marſ. conſi. 132. nu. 22. Blanc. de indic. num. 232. verſi. intellige prædicta, ſed ſic eſt, quod non cõſtat, quod Aquilantes occiderit Iacobum: ergo &c.

30 Quod ſi dixerit fiſcus id conſtare ex propria Aquilantis confeſſione, cuius nulla maior probatio, & tunc reſpondetur, quod ex quo talis confeſſio extorta fuit, non legitimis præcedentibus indicijs, ex tormẽtorũ exceſſu, ex proceſſu informatiuo; non veriſimilis, nõ poſſibilis, nõ verificata, & ex omni eius parte falſa, a contraria falſæ inculpationi vulnerantis, prout latius oretenus dictum fuit, & eſt notorium; propterea, ſicut confeſſio prædicta quo ad confitentem homicidium non probat, ita multo minus probat quo ad capitaneũ Valeriũ. Gram. vot. 34. nu. 10. & vot. 6. nu. 10. & conſ. 22. nu. 19. et conſ. 37. ſub nu. 61. Burſ. cõſ. 201. nu. 58. verſ. & quidem cũ tortura. iuncto nu. 61. verſ. vnde cũ tortura non fuerit legitimè illata. lib. 2.

31 Et ad effectum, de quo agitur, & ad hoc vt intrent Doctrinæ prædictæ, ex quibus prætẽditur etiam ad condemnationem poſſe deueniri, dato millies, quod confeſſio Aquilantis legitimè emanaſſet, non tamen per hoc quo ad capitaneũ Valerium dicitur plenè conſtare, quod ipſe occiderit Iacobum, cum (prout in dubitationibus) dictum mandatarij non plenam probationem, ſed tantum indicium faciat, iunctis alijs; & quando Bart. & Doctor. volunt præſumi mandatum ex alloquutione ſecreta, & ex illis verbis, Non redeas domum &c. præſupponunt, vt dixi, quod plenè conſtet, famulum occidiſſe inimicum Domini; non autẽ quod ad id ſimpliciter arctatur famulus, quia hoc vltimo caſu nõ eſt agendum de condemnatione, ſed ſolum de tortura, iuxta diſputationem doctorum, an ſcilicet mandatarij dictum iunctis alijs faciat indiciũ &c. Quare cõcluſiones Bart. & aliorum Doctorum circa præſumptionem mandati, ad effectum condemnandi, præſupponentes verè conſtare, quod mandatarius occiderit, non conſtito de hoc præſuppoſito, quod occiderit, minimè locum habent, nec caſui noſtro applicari poſſunt. l. Mancip. vbi Bartol. Salyc. & alij. C. de ſeru. fugit. Dec. conſilio 205. nume. 2. & conſil. 233. nu. 6. in fine. Socin. iun. conſil. 114. num. 22. lib. 3. Natt. conſi. 343. nume. 2. lib. 2. Roland. conſi. 10. nume. 14. & ſeq. lib. 4. & in terminis conſuluit Ruyn. conſi. 6. nu. 11. lib. 5. vbi & quod plus eſt, dixit, nec etiam ex mãdato expreſſo, & per mandantem cõfeſſato, poſſe ipſum mãdantem condemnare, niſi plenè conſtiterit mandatariũ commiſiſſe mandatum homicidium, (cũ potuerit ab alio committi) & Ruyn. ſic dicẽtem ſequutus eſt Surd. viden. in conſi. 40. nume. 9. ſeq. lib. 1. nec diſſentit Ruger. conſi. 21. nume. 19. & 23. lib. 1. ergo multo minus ex mandato pręſumpto, & per aſſertum mandantem non confeſſato.

32 Nec facit, quod in eiſdem dubitationibus dicatur, hoc præſuppoſitum ſuppleri ex alijs
d prætenſis indicijs[d] ſeu pręſumptionibus, ad trad. per Vulpell. in conſ. 115. in prin. nam Vulpell. eo loci, nihil dicit de hoc generali præſuppoſito, videlicet, quod famulus verè occiderit dominum, ſed tm̃ loquitur de requiſito inimicitię, illudq; benè ſuppleri credidit ex alijs præſumptionib. Quod & idem de requiſito inimicitiæ ſcriptum reliquerunt Fulg. in d. l. ſi ventri. §. eorũ ratio. nu. 1. ff. de priuileg. cred. Fely. in c. afferte. nu. 13. de præſumpt. Arc. in c. 3. loco. ſub nu. 30. de probat. & tamen etiam vltra indicium inimicitiæ, aut aliud æquipollens, ad effectum, vt poſſit ſequi prætenſa condemnatio, iuxta doctrin. Bart. in locis prærallegatis, neceſſe eſt, vt plenè cõſtet, illum famulum occidiſſe inimicum domini ſui, ex communi omnium prærallegatorum opinione.

33 Secundo etiam quod plenè conſtaret, quod Aquilantes occidiſſet Iacobum, & quod etiam concurrerent omnia alia tria requiſita prædicta (prout non concurrere verius eſſe demõſtrabo) adhuc non video, quomodo hic poſſit tractari de aliqua condemnatione; nam ſi velimus hoc in caſu applicare doctrinam Bart. in d. l. ſi mandauit. vbi refert fuiſſe decapitatum Florentię illum nobilem militem, & tunc dicit Bar. loqui nõ in mãdato præſumpto ex ſecreta alloquutione, ſed in præſumpto ex illis verbis; Nec redeas domũ, niſi aliquid noui ſenſerim; quę verba a capitaneo Valerio fuiſſe prolata, nec quidem per ſomnium apparet; & ſic licet hoc caſu Bar. & qui eum ſequuntur, ſentire videantur, poſſe dominum condem-
e nari etiam in pęnam mortis,[e] cum non improbẽt illam decapitationem factam Florentiæ, & expreſsè profitetur, & defendit Plach. in epith. delictor. lib. 1. capit. 14. nu. 5. verſi. illud tamen non omittam, & ante eum Anton. Gomez. de delict. capit. 3. rub. de homicid. num. 45.

34 Attamen in mandato præſumpto, non ex verbis expreſſis, ſed ex ſecreta alloquutione (quæ pro parte fiſci hoc caſu prætenditur) capitali inimicitia, & homicidio incõtinenti ſequuto, iuxta aliam doctrinam Bart. in d. l. ſi ventri. §. fi. ff. de pri-
* uil. credito. & verior, & cõmunior eſt opinio,[f] non
f poſſe ad condemnationem deueniri, ſed vix ad torturam, Fulgoſ. in d. §. eorum ratio. nume. 1. Vbi amplius etiam accedente publica fama. Blanc. de indic. num. 232. vbi quod aliter intellecta opinio Bar. eſt multum dura. Gabr. lib. 7. concl. 2. num. 48. Ant. Gomez. de delict. c. 3. rub. de homic. num. 46. in fine. verſ. adde tamen. Franc. Marc. deciſ. 423. nu. 9. verſ. ſed pro contraria parte, & num. 15. p. 1. Clar. in pract. §. fin. q. 89. verſ. fi. & ibi in add. Baiard. nu. 27. qui etiam allegat Petr. Anton. Anguiſc. in conſil. 16. l. b. 1. per totum. Maſc. de prob. lib. 1. concluſ. 80. nu. 3. in fine, & concl. 1112. nu. 6. Decian. in tracta. crim. lib. 7. cap. 17. nu. 36. & lib. 9. c. 34. num. 13. Honded. conſ. 87. nu. 22. iuncto nu. 140. lib. 2. vbi quod hæc eſt clara iuris concluſio. Menoc. de præſump. lib. 1.

lib.1.q.89.nu.115.& ſeqq. vbi expreſsè dixit oriri indicium ad torturã. Ruger. *conſ.21.nu.80.lib.2.*

35 Nec verum creditur (prout in motiuis) non eſſe differentiam inter caſum Bart. *in d.l.ſi ventri,* & alium caſum, de quo idem Bar. *in d.§.ſed ſi mandauit;* nam quod immo ſit maxima differentia, in terminis allego Boſſ. qui contrarijs reſpondet *in tit.de mandato ad homicidium. numero 50.* Vbi expreſſe dixit, quod pręſumptio mandati oriens ex verbis prædictis, eſt fortior ea, quæ oritur ex ſecreta alloquutione ad aures, in qua non ſentitur quid dicatur.

36 Et quod inter vnum, & alterum caſum ſit differentia,[g] probo, quia in caſu Bar. *in d.l.ſi ventri.* requiritur vltra inimicitiam, quod alloquutio ſit ſecreta, & quod homicidium ſit incontinenti commiſſum; in caſu autem Barto. *in d.§.ſi mandauit*, non requiritur, quod verba fuerint ſecrete prolata, ſecundum Imol. *in d.§.ſed quid ſi mandauit.num.4.* & Franc.Marc. *d. deciſ.423.ſub nu.15. 1.p.* nec etiam requiritur, quod homicidium fuerit incontinenti ſequutum, vt poſt alios, quos allegant, ſcripſerunt Duen. *reg.302.in 2. ampliatione.* Boſſ. *d.tit. de mandato ad homicidium. ſub eodem nu.50.* Gabr. *lib.7.concl.2.nu.50.* Petr. a Plach. *in Epith.delictor.lib.1.c.14.nu.6.verſi. cæterum ad prioris quæſtionis congruam reſolutionem.*

37 Et magis in ſpecie, quod quando verba expreſſa interuenerunt, poſſit ſequi condemnatio, non ſic quando fuit alloquutio ſecreta, diſtinguendo tradiderunt Anton. Gomez. & Franc. Marc. *in locis præallegatis.*

38 Cum igitur in facto nõ prætendatur pro parte fiſci mandatum ex aliquibus verbis capitanei Valerij, ſed tantum ex ſecreta alloquutione, iunctis alijs duobus prætenſis requiſitis, abſque dubio tractari non poteſt de aliqua condemnatione, ex præallegatis; vltra quod etiam in caſu Bar. *in d.§.ſi mandauit*, non deſunt in terminis Doctores dicentes, nec etiam poſſe imponi pęnam ſaltẽ ordinariam, prout fuerũt Pau. de Caſt. *in l.1.nu.4.C.de his quib.vt indign.* Carer. *in pract.crim.in 3. tract.de homic.& aſſaſſin.§. circa ſecundum, videlicet de mandante.nu.18.& ſeqq.* Gab. *lib.7.concluſ.2.nu.48.* Cla. *in pract.§.fina.q.89.nu.6.verſ. ſed hic incidenter quæro in fine.* Monticel. *reg.crimin.7.nu.21.* Ruger. *conſi.21.nu.80.*

39 Et horum ſententia inconuincibili, ni fallor, veſtitur ratione, quia prout communiter dicunt omnes Doctores in dubitationibus allegati, etiã in caſu Bar. *in d.§.ſed ſi mandauit*, mandatum hoc non dicitur expreſſum, ſed præſumptum, (Quicquid in contrarium dixerint Anton. Gomez. & Plach. in locis pręcitatis) vbi autẽ agitur de præſumptiua probatione, nunquam pœna ordinaria imponi poteſt, etiam quod ageretur de violẽtis pręſumptionibus, ac indubitatis indicijs, ſecũdum doctrinam Innocẽtij communiter ab omnibus approbatam. *in c.quia veriſimile.nu.2.verſi. notatamen*, & ibi Anto.de Butr. *poſt nu.7.* Card. Zabar. *in fi.* Imol. *nu.3.* & Fely. *nu.6.de præſumpt.* Alb. *in l.abſentem.nu.3.ff.de pæn.* Marſ. *in rub. de reprob. nu.260.* Boſſ. *in tit. de conuict.nu. 38.40.42.& 45.* *& in titu.de confeſſ.nu.21.* Maſcar. *de probat. lib.3. concluſ.221.nu.55.*

40 Dicere autem, prout in dubitationibus dicitur, quod in caſu noſtro probatur mandatũ verbis expreſſis ex eo, quod Aquilantes fateatur, capitaneum Valerium ſibi dixiſſe, *Va & ammazzalo*: Aliud nõ eſt, quàm pro certo ſupponere id, de quo dubitatur, cum iam credo ſit abſolutum, Aquilantis confeſſionem non ſubſiſtere; & etiam ꝙ ſubſiſteret, nõ tñ ex ea induceretur probatio.

41 Tertio, vt D. meus Fiſcalis ſciat hic nec de tortura, nec etiam de pœna extraordinaria agendum, iuxta eandem doctr. Bart. *in d.§.eorum, & in d.§.ſed ſi mandauit*, amplius dico, quod in propoſita facti ſpecie ceſſant omnia requiſita, de quĩbus ſupra, nempe ſecreta alloquutio, quia de ea (quicquid ſecus in dubitationibus dicatur) nullus alius deponit niſi Lucatellus, qui nihil probat; tum quia fuit repetitus ab vno iudice iam ſuſpecto allegato, & poſtquam de ordine Sanctiſſimi ſibi in adiunctum datus fuit D. Benaducius; tum etiam, quia vnicus (vltra alias quas patitur exceptiones) & cum alloquutio ſit indicium remotum, indubitatum eſt, ex vnius teſtis depoſitione non dici probatum. Boſſ. *de indic.nume.18. 19.& 22. Deciſ.Pedemont.79.num.30. in fine.* Cla. *in pract.§.fina.quæſt.22.in prin.* Menoch. *de arbitr. quæſt.lib.2.Caſ.270.num.23.* & in terminis de alloquutione ſecreta Eugen. *conſi.27.nu.35.* Honded. *deciſ.87.nu.120.lib.2.*

42 Quod autem deficiat inimicitia, probo; nam ad hoc vt locum habeant doctrinæ Bart. in locis præallegatis, communiter receptum eſt a Doctoribus, vt nõ ſufficiat ſola capitalis inimicitia, ſed quod illa debeat prouenire ex atrociſſima[h] iniuria, & tali, vt pro illius vindicta neceſſe fuerit iniuriantem occidi; & ponunt exemplum, quando Dominus fuit baculo, alapa, ſeu pugno percuſſus; tunc enim ex hoc nulli dubium, quod inter Dominum, & percutientem exorta fuit capitalis inimicitia, quæ ex qualibet perſonali iniuria regulariter perducitur. Marſil. *in l.1.§.præterea. nume.57. verſic.item oritur etiam capitalis inimicitia eo ipſo, quod quis offendit. ff. de quæſtionibus.* Pegn. *in directo. inquiſitor. 659.colum. 1. in 12. cauſa.* & eſt ratio, quia perſonalis iniuria atrox reputatur. *l. item apud Labeonem. §. atrocem.l.prætor edixit.§.fin.in fine.ff.de iniur.§.atrox.inſtitu. eodem*, & tamen iſto caſu Doctores expreſſe dicunt, ex ſecreta alloquutione, & homicidio incontinenti ſequuto, non pręſumi mandatum ad occidendum, ſed potius mandata vindicta cum ſimili percuſſione, & iniuria; ſecus autem inquiunt Docto. quando Dominus ferro vulneratus fuiſſet; tunc enim bene præſumitur datum mandatum ad occidendum; quia ferro recepta iniuria, non niſi cum ferro vindicari poteſt. Fulgoſ. *in d.§.ſed quid ſi mandauit.* quem legit eum *§.iuſſum.nume.17.* & etiam Roman. *num.6.verſic.tu pondera.* Alexan. *num.15.verſic. ad confirmationem limitationis.* Iaſ. *in l.1.nume.21.in 2.limitatione.C.de ſeru.fugit.* Corſett. *ſing.in verbo, præceptum, il 1.incipiente, famulus cuiuſdã nobilis.verſ.*

quod

quod dict ũ ego tibi limito. Auguſt. ad Ang. *de maleſ. in verbo, & Sempronium Rodolphi. nume.* 42. *verſic. ſed aduertas.*

43 Sed ſic eſt, quod capitaneus Valerius a Iacobo occiſo nullam nec alapa, nec baculo, nec ferro iniuriam recipit, ſed ſolum, vt prætenditur, habuit ſuſpicionem, vt is lenocinium faceret quibuſdam vilibus, & inhoneſtis mulierculis, quæ ſuſpicio vſu ſimiliter nõ merebatur mortis vindictã, vt de ſe patet, & præſertim in Capitaneo Valerio, prout per teſtes defenſiuos probatũ eſt, nec earum amore erat captus; immo eas paruipendebar, & vt ſæpius dictũ fuit, habebat commoditatem hanc prętenſam iniuriam abſque vllo ſuę vitę periculo alio modo vindicandi, & eũdem Iacobũ occiſum ad triremes tranſmittendi; ergo exin de nullo pacto dici poteſt, ortam eſſe eam inimicitiam, quæ ſi ca præallegatis Doctoribus requiſita, inducat præſumptionem mandati ad occidẽdum; & in hoc admitto concluſionem in dubitationibus firmatã, quod inimicitia qualis & quanta ſit, remittatur arbitrio iudicis, qui, ni fallor, in caſu, de quo agitur, nunquã arbitrari poterit, habendo præſertim reſpectũ ad qualitatem perſonæ ipſius capitanei Valerij, & Iacobi occiſi, ex præmiſſa prętenſa ſuſptione, oriri iniuriam talẽ, vt ad illã vindicãdã opus eſſet Iacobũ occidere.

44 Deficit etiam temporis breuitas: licet. n. incõtinenti fieri, vario modo dicatur, quia quandoq; minori, quandoque autem longiori tempore, ſecundum ſubiectam materiam, & iudicis arbitrio hoc remittatur, ex allegatis ĩ dubitationibus, attamen in terminis, de quibus agitur, & ad hoc vt habear locum doctrin. Bar. *in d.* §. *ſi ventri.* incontinenti homicidium ſequutum non dicitur, niſi illud ſequatur eodem contextu, eodem inſtanti, & ſtatim poſt ſecretam loquutionem, antequam occidens ad extraneos actus diuertat, prout in ijs termini bene probat Honded. videndus *conſ.* 87. *nume.* 142. *& ſeqq. lib.* 2. & nihilominus in facto verum non creditur, prout in dubitationib. præſupponitur, quod homicidium fuerit factum paulo poſt, aut in die ſequenti poſt prætenſam ſecretam alloquutionem, quia immo intereſſerunt ferè duo dies ab alloquutione Capitanei Valerij cum Aquilante, quæ ſecundum diſpoſitionem Lucatelli fuit in die Iouis, ſummo mane, ipſo Capitaneo Valerio in lecto iacente, & homicidium poſtea fuit factũ die ſabbati per horam ante diem. Ceſſantibus itaque ſecreta alloquutione, capitali inimicitia, & temporis breuitate, fruſtra prætendit fiſcus probationem, ſeu præſumptionem alicuius mandati ex præallegatis, qui expreſsè dicunt, quod vno ex prædictis requiſitis deficientibus, deficit etiam mandati pręſumptio; ergo multo magis omnibus deficiẽtib.

45 Non obſtant modo aliqua alia prætenſa per fiſcum indicia, de quibus pariter in dubitationibus, & primo quod ſæpius contra Iacobum occiſum Capitaneus Valerius minatus fuerit, dicendo, *Lo farò pentire, lo caſtigarò*, & ſimilia; nam vt omnes ſciũt, hæc verba de faciendo pęnitere, & de faciendo vindictam, ſunt æquiuoca ad vindictam iuris licitam, & ad vindictam facti illicitam: & alio non docto, interpretãda ſunt de vindicta iuris, non aũt de vindicta facti, ad tex. *in l. vxor. vbi gl. & cõiter oẽs. C. qui accuſ. non poſſ.* Natt. *conſ.* 42. *nu.* 3. *lib.* 1. Octau. Cacheran. *conſ.* 64. *nu.* 95. *& ſeq.* Honded. *conſ.* 197. *num.* 44. *lib.* 1. & licet prout in dubitationib. deducitur, ego ipſe *in mea pract. crim. q.* 50. *num.* 24. dixerim ſub generalibus minis, de faciendo vindictam, comprehendi etiã vindictas facti, & ſpeciales, iuxta ea quæ ſuperius dixeram eadem *q.* 50. *nu.* 21. eſt tñ conſiderandũ, quod tradita per me *eod. nu.* 21. declarantur procere, qñ qualitas perſonæ ſic cõminatis vindictam eſt talis, vt veriſimiliter potuerit intelligere de vindicta facti, non aũt iuris, prout magiſtraliter docet Bal. relatus per Parid. de Put. *in tract. ſind. in verbo, tortura, c.* 6. *incipiente, & an ſi quis dixerit. num.* 2. *cuius verba retuli d. q.* 50. *nu.* 22.

46 Quæ quidem perſonæ qualitas non poteſt in caſu noſtro conſiderari, tum reſpectu Capitanei Valerij, qui fuit ſemper diligens iuſtitiæ miniſter & amator; rum reſpectu Iacobi occiſi, de quo vindictam facere poterat idẽ Capitaneus Valerius via iuris, non autem facti, cum ipſe Iacobus eſſet ab Vrbe bannitus ſub pœna triremium, & in vrbe verſabatur intuitu Capitani Valerij, & nihilominus cum verba prædicta de faciẽdo pęnitere, & de caſtigando fuerint prolata per multos dies ante commiſſum homicidium, nullũ faciunt iudicium contra illa proferentẽ, ex trad. per Gandin. *in tit. de præſumpt. & indub. ind. num.* 25. *Pract. Corrad. rub. de negat. cri. et torm. nu.* 24. *verſ. vigeſimo mine.* Maſcard. *de prob. lib.* 2. *concluſ.* 157. *nu.* 4.

47 Non obſtat ſecundo variatio Capitanei Valerij circa alloquutionẽ cum Aquilãte in die iouis ante commiſſum delictum; Nam ſi conſtaret quod Aquilantes occidiſſet Iacobum, eiuſq; confeſſio eſſet legitima, tunc vtique non negarem, quod iſta variatio contra Capitaneum Valeriũ nominatum ab Aquilãte, faceret indicium, alijs tamen iunctis coniecturis, ac præſumptionibus, ſecundum communem, de qua per Carer. *in practic. cri. in* 1 *trac. de ind. & tort.* §. *quintũ indiciũ. poſt nu.* 1. Plot. *de in lit. iur. an.* §. 54. *nu.* 11. *Deciſ. Pedem.* 79. *nu.* 18. Thob. Non. *conſ.* 99. *nu.* 20. *&* 24. Franc. Perſon. *de ind. & tor. nu.* 87. 96. Sed cum iam credatur reſoluta confeſſionem Aquilantis non ſubſiſtere, vbi emanata eſt in tortura exceſſiua, & non legitimis præcedentibus indicijs inflicta, & ſic nõ conſtat, quod Aquilãte occiderat Iacobum, ſequitur quod negare id, quod Aquilantes fatetur, & ẽcontra, & præſertim variare circa ea, quæ reſpiciunt perſonam Aquilantis, non ſit de ſubſtantia delicti; & propterea nullum ex variatione oriatur indicium, Blanch. *de indic. nu.* 263. Caſſon. *de indic. tract.* 9. *c.* 2. *nu.* 1. *& ſeq.* Boſſ. *in tit. de ind. & conſider. ante tort. ſub nu.* 36. *&* 38. *Dec. Pede.* 70. *nu.* 17. 18. Roland. *conſ.* 3. *num.* 53. *lib.* 3. & alibi paſſim, & communiter Doctores.

48 Sic etiam reſpondetur prætenſę familiaritati, & amicitiæ inter Aquilantem, & Capitaneũ Valerium; Nam amicitia, & conuerſatio cum prætenſo mandatario, tunc facit aliquod indicium contra

contra aſſertum mandantem, quando mandatarius fatetur, ſe deliquiſſe de mandato inimici ſui; Hoc enim caſu illius confeſſio recipit adminiculum, & iuuamen ex familiaritate mandantis, ex allegatis per Grammat. *in conſi. 35. nu. 16. & voto. 6. nume. 3.* Caret. *in practic. in 2. tracta. de indic. & tortur. §. octauum indicium, nume. 10. ad finem.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 89. nume. 73. in fine.* Sed in caſu noſtro non habemus talem confeſſionem (ſaltem legitimam) ergo ex amicitia, & domeſticitate, quæ in ſe bonum eſt, nec in delictum ſonat, nullum oritur indicium, vt pulchrè declarat Natt. *in conſi. 298. nume. 3. in fine, & num. 4. lib. 2.* & inſuper ad hoc vt conuerſatio, & amicitia cum prætenſo mandatario indicium faciat, non ſufficit quælibet conuerſatio, ſeu familiaritas, ſed illa debet eſſe ſtricta, ſicut poſt Caſtren. declarat Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 451. num. 9.* & in caſu noſtro tantum abeſt vt Aquilantes eſſet domeſticus, & familiaris Capitanei Valerij, vt potius contrarium omnino ex proceſſu appareat, cum nõ eſſet, niſi ſimplex Birroarius, & exequutor, nec in eius domo commorabatur, prout commorabant alij eius familiares, & domeſtici.

49 Ex quibus licet credatur doctiſſimas Domini mei dubitationes benè reſolutas, omniaque per fiſcum prætenſa indicia funditus ſublata, Attamen, quatenus aliqua ſupereſſet ſuſpicio, ea prorſus euaneſcere debet ex infraſcriptis contrarijs præſumptionibius, & veriſimilitudinibus, ex eodem proceſſu reſultantibus; & primo ex qualitate perſonæ ipſius Capitanei Valerij, qui ſimilia patrare non ſolum non eſt ſolitus, ſed contra ſic delinquentes fuit diligentiſſimus miniſter, & indagator. Secundo ex qualitate perſonæ Iacobi occiſi, qui vti explorator publicus, & etiam leno veriſimiliter occaſione ſui exercitij plures, & propemodum infinitos etiam incognitos, & occultos veriſimiliter habebat inimicos. Tertio, quia ſi Capitaneus Valerius Iacobũ caſtigare voluiſſet, non ſibi deerant modi ipſum via iuris, & iuſtitia mediante, caſtigare, tanquam bannitũ, & falſum exploratorem, aut altero ſimili modo, cum ſemper huius generis homines diuerſis criminibus irretiti ſint, & mille, vt vulgo dicitur, furcas merentur. Quarto ſi, prout deponit Iacobus, ipſum vulnerauit pariter, & ipſum vocauit nomine Capitanei Valerij; Pariterque, & Archibuſatam exonerauit nomine Capitanei Valerij; quid amplius dubitandum eſt de innocentia ipſius Capitanei Valerij. Si enim hoc dediſſet mandatum, non vtiq; ſic fatuus fuiſſet mandatarius, vt mandantem propalare voluiſſet: Non certus, quod vulneratus ſtatim obijſſet, immo ſi hęc verba intus bene conſiderentur, ex illis aperte deprehenditur, quod Iacobus occiſus fuit ab aliquo, qui occaſione Capitanei Valerij ab ipſo Iacobo aliquam iniuriam, ſeu damnũ recepit; & propterea dum Archibuſatam exonerauit, dixit, *Piglia queſta per amor del Capitan Valerio.* Quinto ſpontanea cõſtitutio Capitanei Valerij ſtatim quod ſe de hoc delicto diffamatũ ſentijt, & quod plus eſt, non ignorans Aquilantem tunc carceratum extitiſſe; ex qua quantũ reſultet innocentia Capitanei Valerij, quiſque conſideret, & ex pręmiſſis ſubintrat vulgaris illa concluſio, quod vna præſumptio tollit aliam, de qua *in l. diuus, & ibi gloſ. in verbo, exiſtimatur. ff. de in integr. reſt. & in l. non ſolum. in princ. ff. de rit. nupt. & in c. accedens. de crimine falſi,* & in concurſu præſumptionum, pręſumptiones excluſiuę delicti vincunt incluſiuas. Roman. *conſ. 68. nu. 8. verſi. cum enim,* & ibi Mand. *in addit. litera D.* Gram. *deciſ. 18. nume. 5.* Foller. *conſi. crim. diuerſ. 139. num. 18. lib. 1.* cum alijs per Maſcard. *de probat. lib. 2. concl. 864. nu. 3. & lib. 3. cõcluſ. 1224. nu. 30. & ſeqq.*

50 Sexto & demum nõ omitto, quod hodie præſuppoſita confeſſione Aquilantis nulla, & inualida, tum propter torturam indebite ipſi illatam, tum etiam propter tot tantaſque inueriſimilitudines, & falſitates in ea apparentes, ſumus in caſu, in quo dici poteſt, Aquilantem hoc delictum non commiſiſſe, per regulã, quod in tortura perſiſtens, puram veritatem dixiſſe cenſetur, de qua per gloſ. *in l. edictum. in verbo, efficaciſſima,* & ibi præſertim Alber. *nume. 3. ff. de quæſtionibus.* Boer. *deciſ. 163. num. 12.* Grammat. *deciſ. 8. poſt num. 1. & 9. ad finem, & deciſ. 96. num. 3.* Clar. *in pract. §. final. quæſt. 64. verſic. illata vero tortura.* Imò magis innocens præſumendus eſt is, qui torturę dolore oppreſſus, fatetur, quod nõ fecit, quàm is, qui nihil fatetur; Primo enim caſu aperte dignoſcitur, quod ſi reus delictum commiſiſſet, illud vtiq; ſecundum veritatem faſſus fuiſſet, ſicut mendaciter fatetur; ſecundo autẽ caſu poteſt eſſe, vt corporis robuſtitate, & animi oſtinatione etiam is, qui deliquit in tortura perſiſtat; quare ex concluſione in dubitationibus firmata, cum ex atrociſſima tortura Aquilanti illata, & ex confeſſione inde extorta, vere appareat, ipſum nõ deliquiſſe, conſequens eſt, vt nec contra prætenſum mandãtem hodie procedi poſſit, iuxta diſtinctionem trad. per Dyn. Ang. de maleſ. Menoc. & Decian. *in locis relatis in dubitationibus prædictis.*

51 Et quod Aquilantes nullo pacto hoc delictũ commiſerit; creditur probatum ex teſtibus Curiæ, nempe ex Clauario, & Felice. dicit enim Clauarius, *Tengo ſenz'altro che Aquilante in quella notte che ritorno a caſa ſi ſaria potuto di nuouo partire dalla camera dou'io dormiuo ſenza ch'io l'haueſſe inteſo, poiche dopoi ch'ritornò a caſa mi addormentai, & non mi ſueglai ſino alla mattina, e ſaria potuto partire e ritornar di nuouo ſenza eſſer inteſo quando haueſſe laſciato la camera aperta*; Et Io. Felix pariter dicit. *Quando Aquilante tornò mi rimeſi ſubbito a dormire, è non mi ſuegliai ſino alla mattina, & ſe in detto tempo haueſſi voluto vſcir fuora hauendo laſciato le porte aperte, ſaria potuto entrare ch'io non l'haueſſe ſentito, tanto piu quanto ſe haueſſe vſato diligẽza di andar piano*; Quare ex iſtorum teſtium depoſitionibus, ſumendo argumentum a cõtrario ſenſu (quod fieri poſſe, quando non agitur de puniendo teſtem, tradit Euerard. *in loco a contrario ſenſu nume. 39. ſeq.*) concluditur, quod cum ianua prædicta ſtaret clauſa, non poterat Aquilantes ex domo exire, quin teſtes prædicti illum

excun-

executentem audiuiſſent: & ſic iudicio Dei qui veritatem omnino ſemper detegi vult, idem fiſcus probauit negatiuam pro ipſo Aquilante, & iunctis prædictis præſumptionibus ſupra deductis, pro innocentia Capitanei Valerij, res eo minorē videtur habere difficultatem per aliam regulam, quod ad probandum innocentiam rei ſufficiunt indicia, & præſumptiones; immo & dubię, poſſibiles, & non concludentes probationes, iuxtà doctrin. Bar. *in l. non ſolū. §. ſed ut probari. nu. 2. & ſeq. ff. de nou oper. nunciat.* quam communiter acceptā teſtantur Docto. *in c. in præſentia. de probat.* & ibi præſertim Abb. *nu.* 6. Fel. *nu.* 13. Dec. *nu.* 52. Pariſ. *nu.* 31. & Bero. *nu.* 131. *& ſeqq.* Boſſ. *in tit. de cōuict. nu.* 59. Menoc. *de præſumpt. lib.* 5. *præſump.* 3. *nu.* 50.

Ex quibus omnia ad fauorem Capitanei Valerij reſoluta eſſe omnino exiſtimo.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Ad aures famuli.* Ad comprobationem huius concluſionis, quod ſcilicet mādatū præſumatur, qñ famulus, cui Dñs ad aures loquutus fuit, incontinenti occiderit eiuſdem Dñi inimicū, adde Fulg. *in d. l. ſi ventri. §. eorum ratio. nu.* 1. *ff. de priuil. credito.* vbi tñ dictū Bart. valde periculoſum affirmat, & Rip. *nu.* 4. vbi quod iſto caſu præſumitur conſilium, & non mandatum. Fel. *in c. afferte. nu.* 13. *de præſumpt.* Aret. *in c. tertio loco. nu.* 30. *de probat.* Ale. *conſ.* 69. *nu.* 4. *in fi. lib.* 2. Marſ. *in l.* 1. *§. præterea. nu.* 27. *ff. de quæſtionib.* Duen. *reg.* 302. *in prima ampliatione.* Blanc. *de indic. nu.* 232. Boſſ. *in tit. de mandat. ad homicidium. nu.* 48. *& ſeqq. in diſcurſu.* Gabr. *lib.* 7. *concl.* 2. *nu.* 46. Ant. Gomez. *de delict. c.* 3. *rubr. de homicid. nu.* 46. Franc. Marc. *deciſ.* 423. *nu.* 9. *par.* 1. *pract.* Corrad. *rub. de mandante homicidium. nu.* 9. *in fine. fol. mihi* 326. Clar. *in pract. §. fi. q.* 89. *nume.* 7. *verſi. fina.* Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 80. *nu.* 1. *& nu.* 3. *& concl.* 419. *nu.* 2. 3. *& concl.* 496. *num.* 18. Girard. Mazol. *conſil.* 101. *nu.* 77. Decian. *conſ.* 65. *nu.* 2. *lib.* 3. *& in tract. crim. lib.* 9. *cap.* 34. *num.* 10. Marc. Ant. Eugen. *conſi.* 27. *nu.* 4. Honded. *conſi.* 87. *num.* 21. *ſeq. & conſi.* 96. *nu.* 8. *ſeqq. lib.* 2. Monticell. *reg. crim.* 7. *nu.* 23. *& nu.* 36. Ruger. *conſi.* 21. *nu.* 79. *libr.* 1. quos omnes, & alios, quos infra referam, in hac materia habui *ex criminali reperto.* D. mei Farinacij *ſub tit. de homicidio.*

In quo aduertas, præfatam concluſionem procedere, prout loquuntur Docto. pręallegati, quādo Dominus loquitur ad aures famuli, & in continēti famulus occidit inimicum Domini: ſecus è contra, ſi famulus loquatur ad aures Domini, & Dominus incontinenti occidat inimicum famuli; tunc enim non præſumetur mandatum, tū quia non præſumitur, quod inferior mandet ſuperiori; tum etiam quia nec etiam præſumitur, quod Dominus velit facere vindictam ſui famuli; ſic enim poſt Bar. Bald. & Alex. Cater. in locis per eum citatis, declarat Decian. *in tract. crimin. lib. nono capit.* 34. *nume.* 14.

b *Mandatum proceſſiſſe.* Ad comprobationem huius alterius concluſionis, quod ſcilicet mandatum præſumatur ex generalibus verbis, nō redeas domum &c. adde Imol. *in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mādauit. nu.* 4. & ibi ēt Roman. *nu.* 6. Ful. *nume.* 17. & Aret. *poſt num.* 11. *verſ. ſecundo inducitur. ff. de acq. hæred.* Iaſ. *in l.* 1. *nu.* 28. & ibi Iacobin. de Sanct. Georg. *nu.* 7. Io. Sicard. *nu.* 23. *C. de ſeru. fugit.* Pau. de Caſt. *in l.* 1. *nu.* 4. *C. de his quib. vt indig.* Felyn. *in c. afferte. num.* 3. *verſ. & iſtis adde Bar. extra de præſumpt. & in c. Petrus. nu.* 5. *de homic.* Addentes ad Mathel. *in d. ſing.* 187. *ante finem* additionis vbi alij referuntur concordantes. Corſ. *ſing. in verbo, præceptum, il* 1. *incipiente, famulus cuiuſdam nobilis.* Franc. Caſon. *de indic. & tortur. tracta.* 7. *nu.* 8. Ruyn. *conſi.* 6. *nu.* 1. *lib.* 5. Dec. *conſ.* 234. *nu.* 4. *verſ. & in ſimili caſu, & num.* 9. *verſ. non obſtat dictum Bar.* Diaz. *reg.* 201. *in prin.* Duen. *reg.* 302. *ēt in prin.* Boſſ. *in tit. de homic. nu.* 48. *& ſeqq. vbi nu.* 50. teſtatur de communi opinione. Gab. *lib.* 7. *concluſ.* 2. *nu.* 45. Bero. *q.* 10. *nu.* 2. Fab. Monteleon. *in ſua pract. arbitral. p.* 4. *nu.* 543. *fol. mihi* 213. Tiraq. *de pæn. cauſ.* 27. *nu.* 8. Franc. Marc. *deciſ.* 423. *nu.* 1. *par.* 1. Ancha. Regien. *q.* 48. *nume.* 6. *p.* 3. vbi quod omnes ſequuntur doctrinam Bar. *in d. §. ſed ſi mādauit.* Pract. Corrad. *in tit. de mādante homicidium. nu.* 9. *verſi. Decimo amplia, ad finem.* Clar. *in pract. §. fi. q.* 89. *verſ. ſed hic incidenter quæro.* vbi alijs relatis teſtatur de communi. Monticell. *reg. crim.* 7. *nu.* 9. *&* 10. vbi etiam de communi. Gerard. Mazol. *conſ.* 101. *nu.* 75. *& ſeq.* Menoc. *de præſumpt. lib.* 5. *præſump.* 27. *nume.* 15. Ruger. *conſ.* 21. *nume.* 78. *lib.* 1.

Hæc concluſio ampliatur (& hęc ampliatio reſpicit quoque mandatum præſumptum ex alloquutione ad aures, de qua dixi ſupra in præcedēti additione littera A) vt procedat, etiam quod is, qui fuit occiſus, nō immediate iniuriauerit dominum, ſed mediate; vt quia ipſum famulum percuſſerit, & ſic etiam quod occiſor eſſet inimicus occiſi, per regulam, quod iniuria facta famulo, cēſetur etiam facta Domino; Nam & tunc ſi Dominus famulo percuſſo dixerit, fac vt nō redeas domum, niſi aliquid ſenſerim &c. Adhuc mādatum præſumitur, & mandans eadem pęna punietur. Diſtinctio n. illa, an quis eſſet aliàs facturus, nec nè, ad hoc vt minor imponatur pęna, procedit in conſulente, non autem in mandante; prout in hac facti ſpecie ſcripſerunt Angel. *in d. l. ſi quis mihi bona eo. §. ſed quid ſi mandauit. nu.* 4. *ff. de acquir. hæred.* & ibi etiam Imol. *nu.* 4. & Iaſ. *nu.* 12. *iuncto nu.* 161. *in prin. vbi de communi, iuncto verſ. tenendo deciſionem Bar.* vbi quod Bar. opinio ab omnibus indeferenter eſt approbata, Roman. *nu.* 6. Fulgoſ. *nu.* 17. & Aret. *poſt nu.* 11. Matheſ. *ſing.* 187. *nota quod vbi creditor, num.* 2. Io. Sicard. *in l.* 1. *num.* 23. *C. de ſeru. fugit.* vbi pariter teſtatur de communi, ex Iaſ. *vbi ſupra.* Corſer. *ſing. in verbo, præceptum, il* 1. *incipiente, famulus cuiuſdam nobilis.* Alexand. *conſi.* 27. *niſi inquiſitione formata. num.* 4. *lib. quarto* Cater. *in pract. crimin. in* 3. *tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa ſecundum, videlicet de mandante*

dante,num.8. vbi de communi, quamuis Paul. de Caſt. in loco per eum relato, contrarium dixerit. Clar. in pract. §. fina. quaſt. 89. verſ. ſed hic inciden-ter quæro. in fine, vbi teſtatur de communi, ex Carer. in loco præcitato, Monticell. reg. 7. nu. 14.

Contrarium, quod iſto caſu Dominus nō puniatur eadem pœna, eo quia iam famulus tanquã inimicus, erat aliàs facturus, voluiſſe videt̃ Bald. (qui tamen non loquitur in mandato ſic verbis expreſſis dato, prout ſunt termini propoſitæ regulæ, ſed in mandato præſumpto ex ſecreta ad aures alloqutione) in l. 1. nume. 10. verſicul. & ſi erant pariter inimici. C. de ſer. fugit. & pro hac contraria opinione ſtringunt conſiderata per Iaſ. in d. §. ſed quid ſi mandauit. nume. 14. verſicu. 2. contra deciſionem Bart. & nu. 16. verſi. niſi dicas. vbi dixit, quod tunc demum mandans tenetur eadem pœna, ēt quod mandatarius eſſet aliàs facturus, qñ ſcilicet mandatum fuit ſpecifice datum ad occidendum; ſecus aūt qñ non ſic expreſſe fuiſſet mãdatum, vt quis occideretur, prout in caſu noſtro; & vide in hac materia, qñ. ſ. occiſor erat, & ipſe pariter inimicus cum Dño, an tunc præſumatur conſilium vel mandatum, declarantem Boſſ. in tit. de mandato ad homicidium nu. 50. verſi. ſi tamen inimicia, iuncto num. 43. & Ruyn. in conſi. 6. nume. 3. lib. 5. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 419. nume. 5. Honded. conſil. 87. nu. 141. verſi. quartum etiam. vbi quod præſumitur conſilium, & non mandatum, quando occiſor erat & ipſe inimicus, quod & idem ante eum voluit Decian. in tracta. crimi. lib. 9. cap. 34. nume. 12. & nume. 19. vbi diſtinguit, an iniuria facta famulo fuerit facta contemplatione Domini, an vero nō; vt primo caſu præſumatur mandatum; ſecundo autem non, & hãc diſtinctionem vti veriorē, defendit, reprobato Iaſ. contrarium dicente in d. §. ſed quid ſi mandauit.

Ampliatur ſecundo eadem concluſio, etiam ꝙ Dominus expreſſe famulo prohibuiſſet, ne occideret; Nam ſi occidat, adhuc tenetur de occiſo, ſecundum Matheſ. ſing. 187. nota quod vbi creditur. in fine. per tex. in cap. fina. de homic. in 6. & ibi addentes in fine additionis verſ. quod extenditur. alios referunt concordantes, & eſt de mente Alex. in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. nu. 15. ff. de acquir. hæred. Iaſ. in l. 1. num. 28. verſi. fortius extendit. C. de ſeru. fugit. & ibi etiam Io. Sicard. num. 23. Duen. reg. 202. in 3. ampliatione. Caret. in pract. crim. in 3. tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa ſecundum. videlicet de mandante. nu. 5. Fab. a Monteleō. in ſua pract. arbitra. l. par. 4. fol. 213. nu. 144. Tiraq. de pœn. cauſ. 27. num. 8. in fine. Petr. a Plach. in epitb. delictor. lib. 1. c. 14. nu. 5. verſ. alia ſubijcitur ſpecies. Gerard. Mazol. conſi. 101. num. 76. in fine. Monticell. reg. crim. 7. num. 12.

Hæc ampliatio licet, vt vides, ſit communiter recepta, videtur tamen confundi ex alia communi concluſione Doctorum, volentium, quod ſi Dominus dixerit famulo ſuo, accipias vnum baſtonum, & non redeas domum donec aliquid noui ſenſero de tali; tunc quia ex genere armorum non videtur mandaſſe quod occideret, ideo de homicidio non tenetur, ſi occideret, ſecundum c

Iaſ. in d. l. ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi mandauit. num. 17. ff. de acquir. hæred. & in l. 1. nu. 31. in 3. limitatione. C. de ſeru. fugit. Auguſt. ad Ang. de maleſ. in verbo, & Sempronium Rodulphi. nu. 42. in fine. verſic. & limita etiam, vbi idem ſi Dominus dixerit famulo, fac cum iſto cultello ſentiam noua, qui cultellus erat paruus, & non aptus ad occidendum. Caret. in pract. crim. in 3. tracta. de homic. & aſſaſſin. §. circa ſecundum. videlicet de mandante, num. 13. Gabr. lib. 7. concluſ. 2. nu. 53. Fab. a Mont. in ſua pract. arbitral. par. 4. fol. 214. num. 549. & nu. 552. vbi declarat Baiard. ad Clar. quæſt. 89. nu. 19. Monticell. reg. crim. 7. num. 17. Decian. in tract. cri. lib. 9. c. 34. nu. 22. ergo idem, & multo magis, quando Dominus expreſſe prohibuit famulo, ne occideret; cum enim eſſet in eius poteſtate non excedere mandatum, faciēdo ſcilicet vindictam cum aliquo armorum genere, non apto ad occidendum, ex proximè allegatis, ſequitur, quod mandans de mandatarij exceſſu non teneatur, ſecundum Iaſ. in d. l. 1. nume. 31. verſic. facit doctr. Bald. C. de ſeru. fugit. Corſet. ſing. in verbo, præceptum, il 1. incipiente, famulus cuiuſdam nobilis. verſi. ad hanc limitationem, vbi adducit bonas rationes. Bero. q. 10. num. 8. ſeqq. vbi latè.

Limitatur autem concluſio prædicta duobus modis; & primo, vt procedat, prout loquitur, in famulo, in quo non poterat cadere alia veriſimilis verborum interpretatio, quam homicidij cōmittendi; ſecus ſi fuiſſent prolata cum alia perſona, cū qua poſſet cadere alius ſenſus, quia tunc ſtatur interpretationi ipſius Domini, vt puta ſi iniuriatus diceret verba prædicta; Non redeas domum &c. Procuratori vel Aduocato, ſecundū Iaſ. in d. l. 1. nu. 31. C. de ſeru. fug. Pau. de Caſt. in l. 1. num. 4. verſ. iudic, quod ex qualitate perſona iudex debebit exiſtimare. C. de his quibus vt indign. Marſi. conſi. 132. nu. 18. & ſeqq. vbi ampliat hanc declarationem. Caret. in pract. crim. in 3. tracta. de homicid. & aſſaſſin. §. circa ſecundum, videlicet de mandante. nu. 9. Fab. a Monteleon. in ſua pract. arbitral. p. 4. fol. 214. nu. 550. Gerard. Mazol. conſil. 101. nu. 79. Monticell. reg. crim. 7. nu. 18. Decian. in tract. crim. lib. 9. c. 35. nu. 20.

Limitatur ſecundo, vt tunc demum per hæc verba; Non redeas domum &c. Dominus cēſeatur famulo mandaſſe, vt occideret iniuriantem, quando iniuria fuit illicitè illata; tunc enim etiã videtur illicitam vindictam mandaſſe, ſecus ſi iniuria non fuit illicitè illata, quia tunc nec ad illicitam vindictam cenſetur datum mandatum, alleg. per Iaſ. in d. l. 1. nume. 31. in fine. in 6. limitatione. C. de ſeru. fugit. & eſt de mente Felyn. in cap. Petrus, nume. 5. verſic. iſta tamen intellige. de homic. Alexand. conſi. 128. quoniam abunde. nume. 3. verſicul. nec obſtat id. lib. 4. Carer. in pract. crimin. in 3. tract. de homicid. & aſſaſin. §. circa ſecundum, videlicet de mandante, nume. 17. Fab. a Monteleon. in ſua practic. arbitral. par. 4. fol. 213. nume. 547. Monticell. reg. crim. 7. num. 20. Decian. in tracta. crimin. lib. 9. capit. 34. nume. 21. Vbi bene declarat hanc limitationem.

Tria requiſita. Adhoc, vt procedat concluſio

Bar.

Bart. *in l. ſi ventri. §. fin. ff. de priuil. creditor.* quod ſcilicet, præſumatur mandatum ex ſecreta alloquutione ad aures, firmiſſima eſt omnium concluſio, quod tria concurrere debent, nempe ipſa ad aures alloquutio; capitalis inimicitia inter alloquentem & occiſum: & quod loquentis inimicus fuerit incontinenti poſt alloquutionem occiſus, ſicuti aperte dixerunt Doctor. allegati hic per D. Iudicem, & infra per D. meum ſcribentem *nume.* 29. Quibus ad eiuſdem declarationis comprobationem adde Caccialup. *in tract. de debitore ſuſpecto in* 10. *principali quæſtione. nu.* 6. Nouell. *in tract. ad defenſ. §. an indicia pro reo danda ſint. nu.* d 92. *& ſequent.* Boſ. *in tit. de mandato ad homicidium. nu.* 50. Anan. *conſi.* 59. *viſa inquiſitione formata. colum.* 3. *in princip.* Gab. *lib.* 7. *concluſ.* 2. *num.* 52. Fab. a Monteleon. *in ſua pract. arbitral. p.* 4. *fol.* 213. *nu.* 546. Anchar. Regien. *quæſtio.* 46. *num.* 1. *par.* 3. Baiard. ad Clar. *quæſtio.* 89. *nu.* 23. Maſcard. *de probat.* c *lib.* 1. *concluſ.* 419. *nu.* 4. *& concluſ.* 80. *num.* 3. *& ſequent.* Honded. *conſi.* 87. *nu.* 141. *lib.* 2. Monticell. *regul. crim.* 7. *nu.* 10. *& nu.* 19. *& nume.* 49. Decian. *in tract. crim. lib.* 9. *c.* 34. *nu.* 11. Anto. Galeat. Maluaricen. *conſi.* 88. *nu.* 8.

Solum enim colloquium etiam ſecretum cum occiſore probatum, non facit contra loquentem ſufficiens ad torturam indicium, ſecundum Bal. *in l. non hoc. in fine. C. vnde legitimi.* vbi hoc reputat leuè indicium. Caret. *in pract. crim. in* 3. *tract. de homicid. & aſſaſſin. §. circa ſecundum. videlicet de mandante. nu.* 23. vbi quod ex ſolo colloquio nõ præſumitur nec conſilium, nec mandatum, quando occiſus erat amicus illius, qui loquutus fuit ad aures occiſoris. Ioan. de Amic. *conſ.* 134. *nu.* 4. vbi pariter ex Bal. *in d. l. non hoc.* dixit, colloquium eſſe leuiſſimum indicium, & ſatis a remotis. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 419. *num.* 11. vbi de colloquio facto cum bono viro. Hippo. Rim. *conſ.* 88. vbi pariter, quod colloquium eſt leuiſſimum indicium, & ſatis remotum. Eugen. *conſi.* 27. *num.* 36. vbi quod ſecreta colloquutio, aut nullum, f aut leuiſſimum præſtat indicium.

Et eſt ratio, quia homines inter ſe loqui præſumuntur de re licita, non autem de illicita; & ſic loquutio etiam ſecreta interpretari debet in bonam, non autem in malam partem, ſecundũ Bal. qui pluribus hanc probat concluſionem, *in conſilio* 250 *in quæſtione D. Milani, numero* 1. *lib.* 1. (vbi tamen loquitur nõ exiſtente inimicitia, & odio) Marſ. *conſ.* 21. *nu.* 12. *& ſequen.* Nouell. *in tract. ad defenſam. §. an indicia pro reo danda ſint. nu.* 92. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 80. *nu.* 2. *& nu.* 4. Hipp. Rimin. *conſi.* 88. *nu.* 27. Honded. *conſ.* 87. *nu.* 141. *verſic. non enim conſtat*, vbi loquitur ceſſante inimicitia. Eugen. *conſi.* 27. *nu.* 39. *in fine*.

Præſertim, quando alloquutio non fuit ſecreta, ſed publica, vt puta in platea, in uia, aut in cõſpectu hominum; tunc enim ratione loci omnis ſiniſtra delinquendi ſuſpicio tollitur, ſecundum Honded. *conſ.* 87. *nu.* 141. *lib.* 2. Eugen. *conſ.* 27. *nu.* 38. & ante iſtos Boſſ. *in tit. de indic. nu.* 155.

Benè tamẽ verum eſt, quod ex ſolo colloquio cum occiſore de aliquem occidendo, quamuis teſtes non audiuerint concluſionem colloquij, & reſolutionem ſubſequens, tamen homicidiũ præſumitur factum in vim præcedentis colloquij, & tractatus, ſic in ſubſtantia videtur concludere Bald. *in l. multum intereſt. nume.* 3. *C. ſi quis alteri vel ſibi*, vbi dixit, quod teſtes deponant de tractatu inter Titium, & Martinum de occidendo Seium, licet dicant ſe neſcire finalem ordinationẽ ipſius tractatus; Attamen ex ſubſequenti ſequuto homicidio ita præſumitur fuiſſe ordinatum, & concluſum, & Bald. ſic dicentem ſequutus eſt Felyn. *in c. afferte. in fine, extra de præſumpt.*

d *Indicijs.* Non ſolum capitalis inimicitia ſuppletur per alia indicia in materia, de qua agitur, ſecundum hic allegatos, ſed etiam ſecreta alloquutio, ſi defecerit, ſuppleri poteſt per minas apparentes; & immo quod plus operentur minę, q̃ ſecreta alloquutio, voluit Aym. *in conſ.* 35. *nu.* 4.

c *Pœnam mortis.* Quãdo agitur de mandato præſumpto ex illis verbis, Non redeas domum &c. Tũc quod poſſit ſequuto homicidio, imponi pęna mortis, vltra allegatos hic *num.* 3. & præcipuè Petr. a Plach. *dict. cap.* 14. *num.* 5. *verſic. illud tamen non omittam*, vbi teſtatur de veriori opinione, hoc idem voluerunt etiam Anton. Gomez. *de delict. cap.* 3. *nume.* 45. & ibi Emanuel Soarez *in addit. litera F in verbo, vt eleganter. nume.* 2. *& ſeq.* teſtatur hanc ſententiam creberrimis ſuffragijs a Doctoribus vbique receptam. Franc. Marc. *deciſ.* 423. *nume.* 15. *verſicul. nec obſtat Theorica. Bart. par.* 1. licet ſecus credat, quando non interuenerunt verba expreſſa, ſed alloquutio ad aures, prout etiam, & ita diſtinguit Petr. Anton. Anguiſ. *in conſi.* 16. *per tot. lib.* 1. Sed certè dicant, Docto. quicquid velint, nec etiam iſto caſu poſſe mortis pœnam imponi, multo verius exiſtimo, ex ratione quam iure inconuincibilem exiſtimauit D. meus Farinac. *infra num.* 38. *ſeq.* & ſic caſus contingeret, ita indubitanter crediderim fore iudicandum ab omni iuſto iudice.

f *Et verior & communior eſt opinio.* Et ita etiam ego exiſtimo veriorem, & magis communem receptam eſſe ſententiam Doctor. volentium, non poſſe mortis pęnã imponi ex mandato præſumpto, propter alloquutionem ad aures, capitalem inimicitiam, & homicidium incontinenti ſequutum; quamuis contrarium nonnulli alij ſenſiſſe videantur, vt videre eſt apud Rip. *in l. ſi ventri. §. eorum ratio. numero* 4. *ff. de priuileg. creditor.* (Qui tamen æquiuocat de doctrina Barto. eo loci ad aliam doctrinam *in l. ſi quis mihi bona. §. ſi mandauit. ff. de acquirend. hæred.*) Felyn. *in capit. afferte. numero* 13. *de præſumpt.* vbi quod iſto caſu quis tenetur de conſilio, vel de mandato. Aretin. *in capit. tertio loco. numero* 30. *de probat.* vbi quod poteſt quis condemnari de mandato vel de conſilio. Auguſtin. ad Angel. *de malef. in verbo, & Sempronium Rodulphi. numero* 42. Vbi quod iſto caſu quis puniri debet tanquam mandator homicidij. Petr. a Plach. *in epith. delictor. libro primo. capit.* 14. *numero quinto, verſiculo, pro frequentiori &c.* dum dixit, iſto caſu Dominum teneri perinde, ac ſi præceſſiſſet expreſſum mandatum

datũ, cũ alijs ſupra in dubitationib. relatis *nu.* 3.

g *Differentia.* Notabile eſt hoc aduertimentum D. mei Farinacij, quia plures Doctores æquiuocantes de vno ad alium caſum, ſicut in mandato præſumpto, ex ſecreta alloquutione ad aures, voluerunt vltra eam, requiri etiam delictum incontinenti ſequutum, crediderunt pariter, & hoc idẽ requiri in mandato præſumpto ex verbis expreſſis, Non redeas domum &c. prout inaduertenter ſcripſerunt Iaſ. *in l. 1. nume.* 31. *in* 5. *limitatione. C. de ſeruis fugit.* Marſil. *conſi.* 153. *nume.* 22. Caret. *in practicrim. in 3. tracta. de homicid. & aſſaſſin. §. circa ſecundum, videlicet de mandante. nu.* 16. Fab. a Mõteleon. *in ſua pract. arbitr. par.* 4. *fol.* 213. *nume.* 546. Monticell. *reg. crimin.* 7. *nu.* 10. *& num.* 19. Baiard. ad Clar. *quæſt.* 89. *num.* 23. qui omnes in terminis doctrinæ Barto. *in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. ff. de acquir. hered.* dixerũt, illam non procedere, niſi vltra capitalem inimicitiam interuenerint etiam alloquutio ad aures, & homicidium incontinenti ſequutum, quod omnino falſum eſſe, ex allegatis hic per eundem D. meum Farinac. bene dignoſcitur.

h *Et atrociſſima iniuria.* Hæc quidem declaratio iudicio meo pulcherrima eſt, & cõmuniter a Doctoribus recepta, quod ſcilicet ad inducendum præſumptum mandatum, non ſufficiet capitalis inimicitia ex qualibet offenſione, ſeu recepta iniuria, niſi illa fuerit talis, vt iniuriatus, & offenſus veriſimiliter mandauerit occidi iniuriãtem, & offendentem, ad cuius comprobationem adde Aret. *in d. l. ſi quis mihi bona §. ſed quid ſi mandauit. poſt nume.* 11. *verſicul. ſed Raphael Cuman. ff. acquir. hered.* Vbi dixit hanc Cumani declarationem ſibi placere de æquitate, licet de rigore non procedat prout & Aret. ſic dicentem refert Iaſ. *ibidem poſt num.* 16. ſed quod immo hæc ipſa declaratio ſit iuri conſona, addo Alexand. *in conſil.* 128. *quoniam abunde. num.* 4. *lib.* 4. Marſi. *conſi.* 132. *nume.* 21. Caret. *in pract. crimin. in 3. tract. de homi. & aſſaſſin. §. circa ſecundum, videlicet de mandante. nu.* 10. Gabr. *lib.* 7. *concl.* 2. *nu.* 51. Bero. *q.* 10. *nu.* 6.
* vbi quod hanc limitationem omnes ſcribentes communiter ſequuntur, quicquid de ea dubitauerit. Aretin. in loco præcitato. Fab. a Monteleon. *in ſua practic. arbitral. par.* 4. *fol.* 213. *numero* 545. Plach. *in epith. delictor. lib.* 1. *capit.* 14. *numero ſexto, verſicul. quæ omnia intelligenda.* Anton. Gomez. *de delict. capit.* 3. *rubr. de homicid. numero* 44. *verſicul. quod tamen limita, & intellige.* Anchar. Regien. *quæſtio* 46. *nume. ſeptimo, part.* 3. Clar. *in practic. §. final. quæſtio.* 89. *numero* 7. *§. fina. in fine,* vbi requirit generaliter iniuriam eſſe talem, vt pro ea veriſimiliter mandatum fuerit iniuriantem occidi. Baiard. ad Clar. *quæſtio.* 89. *ſub nume.* 19. Vulpell. *conſi.* 62. *nume. ſexto,* vbi de mandato. Gerard. Mazol. *conſi.* 101. *nume.* 77. Honded. *conſil.* 88. *nu.* 141. *ad med. lib.* 2. Monticell. *regn. crim.* 7. *nu.* 15. Decian. *lib.* 9. *c.* 34. *nu.* 19.

Verum præmiſſa declaratio limitatur, vt non procedat, quando perſona, quæ pugnum, ſeu alapam recepit, eſſet nobilioris conditionis eo, qui pugnum, & alapam intulit, quia tunc alapa, ſeu pugnus nõ reputetur leuis iniuria, ſed grauis; idcirco ex verbis prædictis non erit abſurdum dicere, præſumi mandatũ, non ad inferendum aliũ pugnum, ſeu aliam alapam, ſed ad occidendum, prout in ſpecie ſic diſtinguẽdo declarata Caret. *in pract. crimin. in* 3. *tractat. de homicid. & aſſaſſin. §. circa ſecundum videlicet de mandante. numero* 11. *& ſequent.* ſequitur Fab. à Monteleon. *in ſua prac. arbitral. par.* 4. *fol.* 214. *numero* 551. Monticell. *reg. crim.* 7. *num.* 15. *verſ. quod verum eſt.* Decian. *lib.* 9. *cap.* 34. *nume.* 19.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ARGVMENTVM.

Defenſiones, & indiciorum copiæ, an in Vrbe petentibus denegari poſſunt ab Illuſtriſsimo D. Vrbis gubernatore in vim ſuarum prætenſarum facultatum, aut ſtyli tribunalis, præſertim in atrociſſimis.

SVMMARIVM.

Defenſiones reo petenti regulariter denegari non poſſunt tam de iure ciuili, quam de iure canonico. conſi. 103. *nu.* 1.

Defenſiones non poſſunt denegari, etiam in atrociſſimis. conſi. 103. *nu.* 2.

Defenſiones nec etiam ſunt denegandæ in crimine læſæ maieſtatis, & parricidij. conſ. 103. *nu.* 3.

Parricidij crimen eſt minus graue, quam crimen læſæ maieſtatis. conſi. 103. *nu.* 3. *in fine.*

Defenſiones non poſſunt denegari a Gubernatore Vrbis, vigore ſuarum prætenſarum facultatum. conſi. 103. *nume.* 4. *& ſeqq.*

Defenſiones non poſſunt denegari, etiam a iudice habente quodcumque liberum, & abſolutum arbitrium. conſ. 103. *nume.* 4.

Defenſiones non denegantur, etiam à iudice habente arbitriũ inferendi torturam illis denegatis, niſi inſignibus latronibus, viarum graſſatoribus, incendiarijs, ac notorijs delinquentibus. conſi. 103. *nu.* 5.

Gubernator Vrbis vigore conſtitutionis Pauli III. tenetur dare defenſiones, & copias indiciorum captis, & carceratis. conſi. 103. *nu.* 6.

Defenſiones ſunt de iure naturali, nec poſſunt tolli a Principe. conſi. 103. *num.* 7. *fallit ex cauſa, & qua ſit iſta iuſta cauſa. num.* 8.

Gubernator Vrbis non poteſt prætendere ſtylum, ſeu conſuetudinem denegandi defenſiones. conſi. 103. *nu.* 9.

Stylus, ſeu conſuetudo contra ius non poteſt introduci a iudicibus. conſi. 103. *nu.* 9.

Defenſiones non poſſunt denegari, non obſtante quocumque ſtylo, ſeu conſuetudine contraria. conſilio 103. *num* 9.

Clauſula Decreti irritantis, & clauſula, non obſtantibus, tollit omnem contrarium ſtylum, ſeu conſuetudinem. conſi. 103. *num* 9.

Stylus non inducitur, niſi per obſeruantiam quadraginta annorum. conſi. 103. *nu.* 9.

CON-

CONSILIVM CIII.

1 ADSIT DEVS. Pater ſancte, iure ciuili, & canonico expreſſe ſancitum eſt, inquiſito reo non poſſe petitas præſertim defenſiones a iudice denegari, vt probat tex. ad literã *in l. vnius. §. cognıturum. ff. de quaſtionib.* in illis verbis, *quamuis defenſionem quocunque poſtulante reo negari nõ oportet, & in l. defenſionis facultas, C. de iur. fiſci*, vbi ſic generaliter ſtatuitur; defenſionis facultas danda eſt his, quib. aliquam inquietudinẽ fiſcus infert, *& in c. inter. de exceptionib. ibi, duximus reſpondendum, quòd prædicto nobili legitima defenſio in iudicio reſeruatur, & in c. qualiter, & quãdo. il 2. extra de accuſ.* vbi in ſpecie Sum. Pont. voluit, inquiſito reo exponenda eſſe capitula, de quibus inquiritur, vt facultatem habeat defendendi ſeipſum.

2 Verum quia ad præmiſſa D. meũ fiſcalẽ audio rñdentem, & opponentem, Primo de grauitate, & atrocitate delicti, Secundo de ampliſſimis facultatib. gubernatoris Vrbis; ideo quod ad criminis grauitatẽ attinet, pondero tex. *in clem. paſtoralis. de re iud.* vbi Sum. Pont. loquens in crimine læſæ maieſtatis, reſpondet, quòd quanto grauius eſt illud crimen, tanto minus deneganda eſt reo defenſio, vt patet in illis verbis, *Per quæ de crimine, præſertim ſic graui, delato, defenſionis*, quæ a iure prouenit naturali, facultas adimi voluiſſet.

3 Quare & in crimine læſæ maieſtatis humanæ nõ eſſe defenſiones denegandas, per tex. *in d. c. paſtoralis*, probat Gig. *de crim. læſ. maieſ. li. 1. ti. qualiter in crim. læſ. maieſt. procedatur. q. 19. n. 3.* Decia. *in tract. crim. li. 7. c. 42. n. 11. Deciſ. Pedem. 79. nu. 12. & ſeq.* ſic & in crimine hæreſis defenſiones concedi paſſim videmus in Vrbe in sãctiſſimo Inquiſitionis officio, conſuluit Bal. *conſ. 95. n. 3. & 4. li. 1.* Pariſ. *conſ. 2. n. 155. ſeq. li. 4.* Rol. *cõſ. 12. n. 61. li. 3.* ergo retorquendo rõnẽ D. fiſcalis, multo minus vidẽtur denegãdæ in crimine parricidij, qđ eſt minus atrox, & minus graue, q̃ crim. læſ. maieſ. prout latè probat Io. Petruc. de Monteſperel. *in cõſ. 10. per tot.* & in terminis in crimine veneni, & patricidij, voluit Gram. *not. 30. nu. 2. iuncto nu. 31.*

4 Quod vero attinet ad facultates gubernatoris, non video in Bulla Leonis X. ipſi in ſpecie cõceſſam facultatem torquendi reos, denegatis defenſionib. & propterea intrat concluſio communis Doctorũ, quod defenſiones prædictæ nec ẽt denegari poſſunt a iudice habente quodcunque liberum, & abſolutum arbitrium. *gl. in clem. paſtoralis. §. pen. in verbo, licuerit, de re iud. & in clem. ſæpe. §. non ſit tamen. in verbo, defenſiones*, & ibi præſertim Card. Zabar. *col. 2. ver. quæro, de quibus, de ver. ſignif.* cum alijs per Affl. *deciſ. 391. poſt nu. 2.* & ibi Vrſil. *in addit. pariter poſt nu. 2. verſ. in indice habẽte &c.* Marſ. *in pract. crim. §. cõſtante. nu. 26. & in d. l. vnius. §. cognıturum. nu. 56. & 59. ff. de q̃onib.* Menoc. *de arbit. quæſt. li. 1. q. 77. nu. 1. ſeq. & q. 78. nu. 5.*

5 Immo ẽt, quod Gubernator in ſuis facultatib. haberet in ſpecie arbitrium inferendi torturã denegatis defenſionibus, & ẽt (qđ plus eſt) ex proceſſu informatiuo (prout re vera neutrũ habet) adhuc tñ hmõi arbitrio vti non poſſet, niſi cõtra inſignes latrones, viarum graſſatores, incendiarios ac ſimiles notorios delinquentes, publica infamia notatos, ſicut in ſimili de præeminentia Magnæ Curiæ Vicariæ, ſcripſerunt Affl. *d. deciſ. 391. nu. 10. et in conſtitutione, ſi damna clandeſtina. nu. 31.* Gram. *conſ. 64. n. 2. ſeq. & vot. 3. n. 20. & ſeq.* Foller. *in pract. crim. in verbo, & ſic confitebuntur, in 3. par. 3. partis principalis. n. 41. et ſeq. d. deciſ. Pedem. 79. nu. 19. verſic. præterea dicta præeminentia.*

6 Sed quod Vrbis Gubernator prætenſam hanc facultatẽ non ſolũ non habeat, ſed quod immo nullo pacto poſſit defenſiones denegare, probatũ ex conſtitu. Pauli III. 58. de qua in Bullar. *par. 1. fol. 471. in verſ. captum vero*, quæ poſtmodum fuit confirmata a Pio IIII. *in alia conſtit. 85. ſub rubr. reformatio Almæ Vrbis, & Romanæ Curiæ tribunalium. in verſi. & quoad expeditionem carceratorum*, vt in eodem Bullario *eadem par. 1. fol. 776.* in qua quidem Pauli III. conſtitutione dr̃; Captũ uero quemcunq; ante torturam, ſeu antequã torturæ ſubijciatur ad purgandum indicia cõtra eũ laborãtia legitimè admittũt, data indiciorum copia.

7 Siue igitur ius ciuile reſpiciamus, ſiue etiã ius canonicũ, & ſiue demum aliorũ Pontificum conſtitutiones attẽdamus, non video, qũo D. Honufrio Sanctacrucio iure poſſit Illuſtriſs. D. Vrbis Gubernator defenſiones denegare, niſi forsã a ſanctiſſimo ſic procedendi expreſſum habuerit mandatum; quod ſi requiſierit, non ab re erit iterum atque iterum referre ſnĩam alterius Clemẽtis ſũmi, & pariter ſanctiſſimi Pontificis *in d. Clemen. paſtoralis*, in qua Imperatoris ſententiã contra Regẽ Siciliæ latam, idẽ ſe defendendi facultate ſublata, prorſus impugnat, & annullat, eo q a nec ẽt Imperatori, quæ iuris naturalis exiſtunt, tollere licuerat. Nec non & alia pulchra verba Gregorij IX. *in c. 1. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis, in fine*, dum dicit, *Nec nos cõtra inauditam partem aliquid poſſumus diffinire*, & loquitur ibi Sũmus Pontifex in ciuilibus; ergo multo magis in criminalibus, in quibus de vita hominis agitur; & pondero, quod ibi non dicitur, nolumus diffinire; ſed, nõ poſſumus diffinire, volens, ni fallor, denotare, quod Princeps aliter faciendi poteſtatem non habet, prout bene alijs omiſſis voluit Bal. *in l. 3. §. ſi is pro quo, num. 2. verſ. & ſic nota quod Princeps. ff. quod quiſque iuris*, quẽ omnes ſequuntur prout alijs relatis teſtatur Clar. *in pract. §. fin. q. 49. nu. 14. verſi. & hoc adeo verum eſt.*

8 Non inficior, quin idẽ ſanctiſſimus poſſit defenſiones denegare ex aliqua iuſta cauſa ſibi bene viſa, ex alleg. per Tiraq. *de pœn. in præfatione, nu. 44. & ſeqq.* & per Vaſq. *controuer. Illuſtr. li. 1. c. 39. nu. 1.* vbi pro iuſta cauſa exemplificat, qñ delictum eſt pluſquam notorium, aut qñ timetur de populi tumultu, quæ, aut ſimiles cauſæ prorſus ceſſant in caſu noſtro; immo & quia delictũ non de recenti patratum fuit, & quia iam conſtat de principali delinquente, & quia agitur contra nobilem, non alias de ſimilibus diffamatum, aut imputatum, & accedentibus precibus affinium, & coniunctorum S. V. obſequentiſſimorũ, ac demũ eiuſdem S. V. infinita prope modum clemẽtia, &

benignitate; Non, niſi defenſionib. conceſſis, in hmōi cauſa procedendum eſt.

9 Necdicat Illuſtriſſimus D. Gubernator ſaltē ex tribunalis præſcripto, & inueterato ſtilo poteſtatem habere ſic reos torquendi denegatis defenſionibus; Nam licet nō ignorem eius iudices quandoque ſic feciſſe ac decreuiſſe, non tamen ex hoc ſtylum, aut conſuetudinem ſic contra ius faciendi, & decernendi introducere potuerunt. Rot. *diuerſ. deciſi. 793. nu. 3. par.* 1. præſertim cōtra ius naturale tollendo defenſiones ante torturā. Alex. de Neuo in terminis *in conſi. 86. num. 7. et* 8. Rot. *de conſuetu. deciſ. 6. nu. 5. in antq.* ac maximè contra conſtitutionem Pauli III. prædictam habentem clauſulam decreti irritantis. Gabr. *tit. de clauſul. concl. 3. nu, 40. li. 6.* ac etiam contra conſtitutionem Pij IIII. de qua ſupra, & in qua adeſt clauſula, non obſtantib. & ead. Rot. *d. tit. de conſuetud. deciſ. 5. in prin. in nouis.* vltra quod ad inducendum hunc ſtylum, neceſſaria eſt probatio, quod ſic fuerit obſeruatum per annos 40. & plures. Rot. *de conſuetud. in nouis. deciſ. 6. nu. 4. ver. & licet contrarium.* Egid. *deciſ. 1. ante finem. verſ. modo iſta regula, & inter diuerſ. deciſ.* 1009. *par.* 3. quæ quidem obſeruantia tantum abeſt, vt poſſit probari per tantum tempus, vt potius contrarium fuiſſe obſeruatum, qui in curia verſati ſunt, facile teſtari poſſunt, & vltimo loco conſtat ex chirographo Sixti Quinti in cauſa ſurreptionis Anuli Piſcatoris, in quo impartitur iudicibus gubernatoris procedendi etiam denegatis defenſionibus, multum bene ſcientes iudices illi, quòd ſine eiuſdem Sanctiſſimi licentia hoc facere non valebant.

10 Quare & ex pręmiſſis, & quia cauſa agitur cōſulto Sanctiſs. & Clementiſs. Principe, cuius prudentiſſimo iudicio hæc, & omnia alia mea ſcripta genuflexus ſubmitto, ſupplicatur mandari Illuſtriſs. D. Vrbis Gubernatori, vt in cauſa prędicta non niſi defenſionibus conceſſis, & iuxta iuris terminos procedat, prout poſtea iniunctū, & mādatum fuit, ac defenſiones ad largam cum ſuis competentibus terminis datæ, & aſſignatæ extiterunt.

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I.C. Rom.

ARGVMENTVM.

Plures notabiles quæſtiones in hoc reſponſo enucleantur: Prima eſt, an dicatur mādatum, ſeu conſilium, quando tam mandatarius, quàm conſulens habebāt inimicitiam cum occiſo. Secūda ex quib. verbis conſilium, ſeu mandatum inducatur. Tertia, an & quando conſulens teneatur eadem pęna, qua principalis delinquens, qui erat alias facturus, quid in dubio præſumatur, & ex quibus cōiecturis? Quarta an & quando mandatum conditionale obliget mandantem, conditione non verificata. Quinto, ex quibus verbis, ſeu factis inducatur delicti ratificatio ad eandem, vel mitiorem pęnam, & quando; & qua pęna puniatur ſciens, & non reuelans parricidium committendum.

SVMMARIVM.

Conſilium dicitur, & non mandatum, quando tam occiſor, quā conſulens habebant parem inimicitiā cū occiſore, & quòd interuenerint verba imperatiua importantia mandatū. nu. 2. & in addit. littera A, vbi declaratur hæc concluſio.

Mandatum dicitur, quando agitur de ſola authoritate mandātis, conſilium vero quando agitur de vtilitate occiſoris; Nec iſto caſu attenduntur per quæ verba fuerit mandatum, ſeu conſilium probatum, nu. 2. in addit. littera A.

Mandatum non dicitur quando delictum ponitur in liberam voluntatem mandatarij, vtputa ſi fuerit dictum, ſe lo vuoi ammazzare ammazzalo, nu. 3.

Conſilij verba debent eſſe clara & expreſſa, & inferentia ad delictum, nō autem dubia, & æquiuoca, quia in dubio interpretantur in bonam partem, & non in malam, nu. 4. & in addit. littera B, vbi declaratur hæc concluſ. 4.

Propoſitum in mente retentum non, niſi apud Deum, punibile eſt, nu. 5.

Veritas Dei in delictis attenditur, & ſic quòd verè Deus dixerit, aut fecerit, non autem quod facere, aut dicere crediderit, aut opinatus fuerit, nu. 5. ad finem, & in addit. littera C, vbi de materia.

Conſulens non tenetur eadē pœna, qua principalis delinquens, niſi quòd prædictus delinquens non erat alias ſine conſilio facturus, nu. 6. & nu. 7. vbi hoc ampliatur procedere ēt in atrocioribus & atrociſſimis, & nu. 8. vbi quod an quis eſſet alias facturus nec ne, probatur coniecturis, & in addit. littera D, vbi præmiſſa declarantur, ac etiam ponuntur plures coniecturæ, quid quis erat alias facturus, & quid in dubio præſumatur.

Conditio ſignificatur per dictionem quando, nu. 9.

Mandatum non inducitur per verba conditionalia, nu. 20.

Mandatum conditionale conditione non verificata, non obligat mandantem, nu. 10.

Conditionis implementum probari debet per eum, qui fundat ſe in diſpoſitione conditionali, nu. 11.

Conditionis tacitæ defectus tollit vires obligationi ſicut expreſſa, nu. 12.

Conditio importat formam, nu. 13.

Mandatarius ſi excedit formam mandati, mandans non tenetur, nu. 13.

Forma inducitur per appoſitionem temporis, & ordinis, n. 14.

Ratificatio delicti inducitur per verba expreſſa, de quibus ponitur exemplum, in nu. 15.

Ratificatio delicti non inducitur ex ſola ſcientia, & non contradictione, etiam quod quis de delicto lætitiam, & feſtum feciſſet, nu. 16.

Ratificatio delicti non inducitur ex præſtito auxilio delinquēti poſt delictum, ſeu ex illius receptatione, nu. 17.

Receptans poſt delictum delinquentem conſanguineum nō præſumitur præcedentis delicti particeps, nu. 17. in fine.

Ratificatio delicti, vt noceat ratificanti duo præcipue requirūtur, vnum quod delictum fuerit commiſſum nomine ratificantis; Alterum quod fuerit ratificatum ſcienter tāquam ſuo nomine geſtum, nu. 18. vbi etiam quando dicatur delictum geſtum nomine ratificantis; ſed quando hæc vera ſint, & de materia, vide ibi in addit. littera E.

Ratificatio in delictis æquiparatur mandatis, numero 19. non

tamen

Digitized by Google

tamen quoad pœnam ordinariam, ſed tantum quoad extraordinariam, & in addit. litera F, vbi de materia & veritate huius concluſionis.

Ratificatio delicti non facit incurrere ratificantem in pœnam ordinariam delicti, quando ex delicto ratificato nihil ad eum peruenit.nu.20.contra ibid.in addit. litera G.

Ratificatio delicti tacita ex praſtatione auxilij poſt delictum, ſeu aliis ſignis non poteſt pœna ordinaria puniri.nu.21.

Reuelare non tenetur quis illud quod certo non ſcit, ſed ſub nube.nu.22.

Scire non dicitur quis,niſi ſciat factum cum omnib. ſuis qualitatibus.nu.22.

Scientia ad incurrendum pœnam corporalem, non ſufficit dubia,ſeu præſumptiua,ſed debet eſſe certa & clara.nu.22.

Scientia ſola ſine participatione,& non reuelantia non ſufficit in crimine parricidij ad incurrendum pœnam mortis ordinariam,nu.23.per totum,vbi in vtramque partem articulus iſte latè diſputatur.

CONSILIVM CIIII.

1 ADSIT DEVS. Ex confeſſione D.Honufrij ſanctacrucij detenti pro parricidio in matrem, per paulum eius fratrem commiſſo; Alijſq; in proceſſu deductis,tres mihi reſoluẽdas dubitationes propoſui. Primo erit,nunquid, & in quam pœnam pro prætenſo mandato, ſeu con ſilio ad matrẽ occidendã,condemnari poſſit. Secundo,nunquid ẽt pro prætẽſa ratificatione delicti. Tertio,nunquid ſaltẽ pro prætenſa ſciẽtia, & non reuelantia, & in vnoquoque capite ſtrictè,& breuiter quantum potero procedendo.

2 Circa primũ in eo,q̃ dubitatur de mãdato,negatiuè reſpondetur.cũ.n.in toto proceſſu aliud pro parte fiſci nõ prætenditur,niſi D.Cõſtantiã fuiſſe a Paulo occiſam ex cã inhoneſtatis(quãuis falſa) & ſic pp cõmunẽ honorẽ reſpicientem & perſonã D.Honufrij,neceſſario ſequitur,non de mandato,ſed de conſilio tantum tractari poſſe; etiam quod illud imperatiuis verbis explicatum diceretur.Bal.*in l.1.nu.10. verſ.ſi erant pariter inimici.C.de ſeru.fugit.* Aret.*in l.ſi quis mihi bona.§.ſed & ſi mandatu ro.n.11.ante finẽ,* vbi in

a terminis loquitur, qñ pro cõi [a] honore fratrũ.*ff. acquir.hær.* Carrer.*in pract.in 3.trac.de homic.§.circa ſecundum videlicet de mãdante.n.32.uerſ.& ideo parte concurrente inimicitia,& §.ſequitur de conſulẽte.nu.11.* Boſſ.*in tit.de mandat.ad homicid. num. 50. in fin.* & hoc creditur non habere difficultatem.

3 In eo autem,qđ dubitatur de conſilio,pariter, & ex pluribus negatiuè reſpõdendũ cenſui; & primo, quia dum D. Honufrius fatetur mandaſſe *Iulio Spinoſo,*vt diceret Paulo; *Che eſſendo coſa di honore ſi ſaquello che deue fare.* Hæc inquã verba in liberã uoluntatẽ eiuſdẽ Pauli poſita,nullã quo ad D.Honufriũ pariunt obligationẽ.*l.in vedentis.*vbi gl.& Doc.*C.de contrahen.emp.*& hoc ideo, quia nec perſuaſionẽ nec cõſiliũ inferunt, prout in fortiorib.terminis conſuluit Hippol.Rim.videri *in conſ.310.nu.26.lib.3.* in eo q̃ alteri ſibi dicenti; *Che era riſoluto de voler ammazzar* N.reſponderat, *Se lo voleua ammazzare l'ammazzaſſe.*

4 Dum vero fatetur amplius, *Hauergli mandato a dire che faceſſe quello che cõueniua fare come Caualiero,e come huomo di honore sẽza guardare, ne ad intereſſe ne a coſ'alcun.* Aut quid ſimile,creditur aduertendũ,q̃ hæc verba de eorũ proprietate, & ſignificatione tñ abeſt,vt matris necem inferant; vt potius contrariũ omnino importent. Nullibi .n.reperietur equitis honori conuenire,matrem quãuis inhoneſtã,trucidare;ſed bene eã in monaſteriũ detrudere, vt ibi perpetuo ſuã agat vitã, ex qua detruſione licet eadẽ mater indignata,forsã filiũ ſua priuaſſet hęreditate,nõ tñ id eſſe debuiſſet in cauſa, vt filius ab hoc ꝓpoſito remoueretur,propter quodcunq; intereſſe bonorũ; & hoc eſt,qđ inferebant verba prædicta,*Senza guardare ne ad intereſſe ne a coſ'alcuna &c.* Vel ſaltem negari non põt,quin verba prædicta hũc ſenſum recipere potuiſſent: Quo caſu ſuccedit cõis Doctorũ concluſio,q̃ verba conſilij,quę in bonã,& ma

b lã partẽ interpretari poſſunt,interpretari [b] debẽt in bonã,& ad excluſionẽ delicti, non aũt in malã.Bal.*in d.l.1.n.13.C.de ſeru.fug.* Iaſ.*ibidem nu.24.* Fel.*in c.auditis.n.33.in fi.de præſcrip.* Dec.*in l.conſilij.n.12.ff.de reg.iur.& in c.1.n.48.de off.dele.* Aym.*conſ.205.nu.5.* Alc.*de præſump.reg.3.præſump.1.n.3.* Gab.*lib.7.concl.2.nu.2.*

Nec refert,q̃ interrogatus D.Honufrius, quid voluerit ipſe inferre per verba prædicta,reſpõderit;*Volſi inferire che quando foſſe ſtato mancamento d'honore,e di coſe d'honore nella perſona di noſtra madre,ammazzaſſe prima l'huomo,& poi la uaſſe via la donna,& non guardaſſe ad intereſſe di robba ne d'altro;* Nã & in hoc ẽt creditur aduertẽdũ,q̃ D.Honufrius nõ fatetur cõicaſſe Spinoſo hanc ſuę mẽtis declarationẽ,nec minus illi iniunxiſſe,vt tale quid Paulo referret;ſed ſolũ oportunę interrogationi ſibi factę,quid in mẽte ſua per verba prædicta itelligere voluerit,ſic,vt ſupra,reſpõdit. Quare ſubintrant duæ iuris cõclu ſiones vna,q̃ propoſitũ in mente retentũ nõ, niſi apud Deũ, punibile eſt.*l.cogitationis.ff.de pæn.l.1.§ ſola cogitatio.ff.de furt.c.nu.ũ.§.criminis.25.diſtinct.* ẽt in atrociſſimis hæreſi excepta, prout tradunt cõiter Doct. *in l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt.in c.ſi quis.6.q.1.& in c.felicis.de pæn.in 6.* Clar.*in pract.q.91.uerſ.1.* Altera,q̃ in delictis non quid delinquẽs facere,ſeu dicere crediderit, & opinatus fuerit, ſpectandũ eſt;

c ſed quod verẽ [c] dixerit, aut fecerit. Bart.*in l.inter oẽs.§.recte.in fi.ff.de furt.* Menoc.*de arbitr.q.lib.1.q.90.nu.20.& 25.* fuit de mente Alber. *in l.nõ ſolũ.§.proculus.nu.3.ff.de iniur.* & faciũt ſcripta per Aym.*conſ.2.nu.2.*& per Frãc. Becc.*conſ.60.n.15.*

Præterea,& ſecund. Non ſemper conſiliũ obligat conſulentem ad eandem pœnã delicti, quod conſuluit;ſed tunc demũ, qñ delinquẽs non erat ſine illo conſilio facturus;alias ſecus.Bald. *in l.ob hæc verba.num 3.verſi.adde,quod differentia eſt.ff. de infam.& in l.data opera.nu.52.in fi.uerſ.ſed ſi in conſilio.C.qui accuſar.non poſſ.* Saly *in l.1.nu. 17. C. de rapt.virg.* Hoſtienſ.*in c.1.nume.7.uerſi. ego tamen hic puto diſtinguendum.* Abb numero qu.nto,& Fely numero ou ano.de offi.deleg. & eſt communis omnium vtriuſque Doctorum ſententia, prout teſtantur Bero. *in d.capit.primo,nume.85.& numero 89.in fine.* Petr.a Plach.*in I pith.delictor.libro primo,capit.17.numero 2.et numero 7.in fine, et nu-*

Digitized by Google

mero 19. Clar. in pract. §. fin. quæſt. 88. in princip.

7 Idque procedit etiam in atrocioribus, & atrociſſimis, prout originaliter voluit Bal. in l. 1. nu. 6. verſ. ſecundo caſu. C. de ſeru. fugit. Felyn. in c. 1. numero 9. de offic. deleg. & in c. ſicut dignum. num. 8. de homicid. Dec. in d. cap. 1. num. 45. ſeqq. & ibi etiam Bero. num. 89. in fine. verſic. hæc limitatio. & Mant. numero 34. Didac. in clement. 1. par. 2. §. 2. num. 1. verſic. quamobrem. de homicid. Cagnol. in l. conſilij. numero 7. ff. de reg. iur. vbi teſtatur de veriori, & meliori opinione, ſequitur Petr. Calephat. in conſil. crimin. diuerſor. 107. libro primo, in folio. Petr. a Plach. d. cap. 17. poſt num. 7. & nu. 10. vbi reprobat contrarium tenentes. Menoch. de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſ. 351. nu. 24.

8 Sed in caſu noſtro non ſolum non conſtat, quod Paulus non eſſet alias facturus, ſed potius contrarium, ſi eius malum animum perpendamus; Primo ex eo, quod fuit primus motor parricidij prædicti, in tranſmittendo famulum D. Honufrio cum literis, de quibus in proceſſu. Secundo, quia ante delictum per plures dies ſtabat multũ malinconicus, prout deponunt teſtes Curiæ. Tertio, quia non expectata alia D. Honufrij reſponſione, matrem occidit. Quarto, quia crudeliter eã trucidauit. Quinto, & ſũmo mane, nulla facta ad fugam præparatione. Ex quibus omnibus eius malum, & iniquum animum parricidiũ hoc omnino perpetrandi, facile conijci poſſe, dubitandum non eſt, cum vt dicunt in propoſito Doctores ex ſignis, & coniecturis accidentis animus, quod eſſet alias facturus, bene probatur. Bal. in d. l. ob hæc verba. nu. 3. verſ. quid in dubio. ff. de in fam. Dec. in l. conſilij. num. 9. verſ. ex coniecturis tamen, & ibi etiam Milligner. nu. 16. verſ. ideo dicit debere recurri ad coniecturas. ff. de reg. iur. Boſſ. in ti. de mandat. ad homicid. num. 59. in fine. Bartholom. vbique in tract. crim. par. 11. nu. 28.

9 Tertio, & hoc tollit omnem difficultatem, ſupplicatur conſiderari, quod prætenſum mandatũ, ſeu potius conſilium non eſt ſimplex, & abſolutum, ſed aut conditionale, aut ad certam formã reſtrictum, & limitatum, quia D. Honufrius non ſimpliciter intellexit de medio tolli matrẽ (etiã quod eius mentem punire velimus,) ſed tunc demum, ſi aliquam commiſiſſet, prout ſuſpicabatur, inhoneſtatem, vt patet ex clara lectura ſuæ confeſſionis ibi; *Eſſendo coſa d'honore diteli che lui ſa quello che deue fare, & non guardi nè ad intereſſe nè a coſa alcuna.* Illud enim verbum, *eſſendo*, conditionem importat. Pariſ. conſi. 81. numero 7. li. 1. & iterum infra. *Volſe inferire che quando foſſe ſtato mancamento d'honore, & di coſe di donne nella perſona di noſtra madre, ammazzaſſe prima l'homo, & leuaſſe poi uia la donna*; Nam, & illa dictio, *quando*, pariter conditionem importat. l. cum vir. ff. de condit. & demonſtrat. l. quod pupillæ. ff. quand. dies legat. ced. Bar. in l. 1. poſt num. 17. ff. de condit. et demonſtr. Pariſ. d. conſi. 81. nu. 6. lib. 1. Decian. conſil. 16. num. 19. libro 4.

10 Quare ſuccedit illa concluſio, quod in delictis mandatum non inducitur per verba conditionalia, Barto. in l. ſi pupillus. §. videamus. in fine. ff. de neg. geſt. Alex. ad Bart. in l. 1. in prin. in verbo, obligatio. ff. mand. Aret. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quod ſi mandaui. num. 11. in fine. ff. de acquir. hær. Bero. conſ. 175. nu. 30. li. 3. vbi loquitur in fortioribus terminis, quando verba non ſint nec conditionaliter prolata, aut ſaltem non verificata prætenſi mandati conditione, perinde eſt ac ſi mandatum nõ interueniſſet. l. pecuniam quam. ff. ſi cert. pet. Natta conſ. 388. nu. 5. verſ. & licet fuerit productum mandatum, & ſeq. Vant. de nullit. ex defectu mand. &c. nu. 75. poſt med. Surd. conſ. 365. nu. 13.

11 Et iſto caſu non dicat fiſcus, onus probandi nõ uerificationem cõfeſſionis ſpectare ad D. Honufriũ, quĩ (vltra quod item creditur ex primo proceſſu conſtare, ſuſpicionem Pauli de prægnantia matris, cuius cauſa illam occidit, fuiſſe falſam) adhuc dicitur, quod fundans ſe in mandato, debet probare implementũ cõditionis in eo appoſitę. Nat. d. conſi. 388. n. 5. in fi. uerſ. & non probatur, quod dicta conditio fuerit impleta, & eſt regulare, quod fundans ſe in cõditionali diſpoſitione, a iudicio repellitur, niſi eiuſdem conditionis implementũ probauerit. l. hoc iure. ff. de verb. obliga. l. ita ſtipulatus. §. quod ſi ab initio. ff. eodem. Bar. in l. ſi quidẽ. n. 5. C. de exceptionib. & in l. cum te. col. 2. uerſ. & tunc interdum ætas ponitur in conditione, & ibi etiam Salycet. poſt num. 4. uerſ. primo caſu. C. de probat.

12 Verũ, ẽt, quod prætenſum mãdatũ, de quo agit̃, nõ fuiſſet expreſſe cũ cõditione explicatum, negatiuũ nõ põt, quin in ſe tacitam habeat conditionẽ, & contrariam voluntatẽ, de non occidendo matrẽ, niſi prius bene eius ſuſpicata inhoneſtare verificata; Cũ. n. Paulo conſuluerit, vt hoc caſu faceret id, qđ honorato equiti conueniret, quis dubitat, honorato equiti nõ conuenire, matrẽ ſine cauſa occidere? Igitur & huius tacitæ conditionis defectus tollit prætenſo mandato, ſeu cõſilio omnes vires. glo. in l. item quia, in gloſſa magna, in uerbo, male petitur, & ibi Alex. nu. 5. & Iaſ. nu. 21. ff. de pact. Marian. Socin. conſi. 122. nu. 17. lib. 2.

13 Et ex prædictis ſequitur, quod ex quo cõditio formã importat, Bal. in auth. matri & auiæ. nu. 3. in fi. uer. & conditio, quæ apponitur. C. quñ mul. tut. off. fungi põt. Dec. conſ. 77. poſt nu. 1. uerſ. & ipſa conditio, & conſ. 466. in fi. n. 18. uerſ. & conditio formam inducit. Rol. conſ. 97. n. 60. li. 1. & conſ. 55. n. 25. li. 3. iccirco ſi Paulus matrẽ occidit contra, ſeu præter formã prætenſi mandati, quã tñ ſeruare erat in eius poteſtate, non tenet̃ D. Honufrius. Bal. in l. non ideo minus. nu. 29. C. de accuſ. Ang. de malef. in uerbo, & Sempronium Rodulphi. n. 39. & ibi Aug. in addi. Carer. in pract. in 3. trac. de homic. §. circa tertiũ. in prin. & nu. 2. Bero. d. conſ. 175. poſt nu. 40. Petr. a Plach. in epith. delictor. c. 15. poſt num. 5. uerſ. ſexto ſolet.

14 Et in propoſita facti ſpecie prætenſũ mandatũ fuit ad certã formã reſtrictũ, & limitatũ nõ ſolũ ex pręmiſſis, ſed ẽt ex illis verbis, *Che ammazzaſſe prima l'homo, & poi leuaſſe ma la donna.* Quæ quidẽ verba nedũ expreſsè importãt voluntatẽ D. Honufrij, vt verè appareret ſuſpicata matris inhoneſtas, ſed ẽt præcisã implicãt formã per appoſitionem temporis ac ordinis per prius ac poſterius. l. ſcire oportet. §. conſequens. ff. de excu. tut. Bal. in l. 1.

num.

Digitized by Google

n.8.ad finẽ verſ.& eſt ratio. C.ne lic. ter. prouoc. Fel. *in c.cum dilecta.col.7.verſ.ſextũ ſignũ,& col.8.ver. octauũ ſignum.de reſcri.* Quare non ſeruata forma p̃tenſi mandati,mandans non tenetur,ex pręallegatis & ex ijs quæ in ſimili de mandatario excedente fines mandati circa locũ,poſt Fel.Anan.& Caret.in locis per eũ relatis,voluit Perr.a Plach. *in epith. delictor.d.cap.5.poſt nu.5.* & hæc quoad prætenſum mandatum,ſeu conſilium.

25 Quod verò attinet ad prætenſam parricidij ratificationem,multò minorem res habet difficultatem. Negatur enim in primis, hic aliquã adeſſe ratificationem;aut enim fiſcus prætendit ratificationem expreſſam verbis,vt quia fuerit dictũ ſum contentus de eo,quod fecit Titius occidendo Męuium. Vel placet mihi homicidium factũ a Titio; Non ero illi obnoxius, aut quid ſimile, prout exemplificat Caret.*in pract.in 3.tract.de homic.§.ſequitur de ratum habente.n.*1.poſt Bar. & alios *in l.1.§.ſed & cum quis.ff.de vi & vi arma.* & hanc quidem ratificationẽ non ſolum nõ video in proceſſu apparere, immo cõtrariũ per illa verba per D.Honofrium probata,videlicet, *Dio perdoni al Signor Paulo che non ha aſpetato che tu tornaſſi la,perche trauagliaria lui,& gl'altri.* Ex quibus cõdolentibus verbis delicti non ratificatio expreſſa infertur,ad gloſ.*in d.l.1.§.deieciſſe,verſiculo ſed & ſi,in verbo,ratum* ſequitur Natt.*conſ.499.nu.5.* vbi in terminis de eo,qui dixit; ſe noluiſſe illud delictum factum extitiſſe.

26 Et tamen etiam, quod non appareret D.Honofrium improbaſſe hoc factum, adhuc ex ſola ſcientia,& contradictione nulla inducitur delicti ratificatio.Natta *conſ.595.nu.13.& 15.& cõſ.597.nu.4.* Octau.Cacheran.*conſ.65.nu.37.* Honded.*conſ.96.nu.55.lib.2.* etiam quod de delicto lętatus eſſet,& magnum feſtum feciſſet.Bal.*in d.l.obſeruare.§.fin.nu.10.C.de off.proconſ.& leg.* Natt.*conſ.494.nu.11.& conſ.499.nu.5.& d.conſ.595.n.15.& conſ.597.nu.4.* Cacheran.*d.conſ.65.nu.36.in fine,& Deciſ.Pedemon.138.nu.17.poſt med.* Decian.*conſ.88.nu.20.lib.3.*

27 Aut vero prætendit fiſcus tacitam ratificationem ex eo,quod poſt delictum, & ſucceſſiuè D. Honofrius pecunias ſubminiſtrauerit Paulo, vt & ſe alere, & in loco tuto permanere poſſet, & tunc quod ex hoc nulla inducatur, delicti ratificatio,videatur,ni fallor,in terminis Bero.*in d.cõſil.175.nu.7.iuncto n.54.lib.3.* vbi loquitur de eo, qui ſtatim patrato homicidio, mandauit occiſoribus,vt irent ad quandam vineam ibique expectarent donec eis,& litterę,& pecuniæ mitterentur (prout miſſę fuerunt) vt ſe poſſent ſaluare, & sępius poſtea eiſdem occiſoribus poſtquam ſe ſaluarunt, pecunias tranſmiſit; inquit enim ibi Bero.quod hæc datio,& pecuniarum trãſmiſſio, non arguit de neceſſitate mandatum, aut ratificationem, cum poſſit dici, eam factam ad alium effectum,videlicet, vt ipſis occiſoribus tanquam amicis,poſitis in periculo,& neceſſitate, ſubueniretur,prout naturaliter homo homini facere tenetur,iuribus ibi per eum allegatis, quæ quidem ratio multò magis militat in caſu noſtro,in quo Dom. Honofrius non amicum, ſed germanum fratrem adiuuauit; quo caſu intrat illa alia concluſio, quod ratio coniunctionis tollit omnem malam ſuſpicionem, quæ ex receptatione,aſſociatione,ſeu alia quauis auxilij præſtatione delinquenti poſt delictum facta, oriri ſolet, Blanch.*de indic.num.*202.Nouell.*in practic.in ſecund.tit.ad defenſam.§.an indicia pro reo &c.nu.94.ſeq.* Simon.de Pret.*conſ.15.nu.28.ſeqq.* Menoch.*de præſumpt.lib.1.quæſt.89.nu.*108.

18 Dicitur ſecundo,quod ad effectum, vt delicti ratificatio ratificanti noceat, duo præcipuè requiruntur; Vnum, quod delictam fuerit commiſſum nomine ratificantis; Alterum,quod fuerit ratificatum ſcienter, tanquam ſuo nomine
e geſtum;[e] ad regulam *cap.ratum.de reg.iur.in 6.* voluit gloſ.*in cap.cum quis,de ſenten. excommunic. in 6.* Salyc.*in l.non ideo minus num.31.&* ibi etiã Bal. *in 11.quæſtione.C.de accuſat.* idem Bald. *in l.obſeruare.§.final.numero 10.C.de offic.proconſ.et legat.* vbi quod hoc debet probari clare.Bartol. *in l.1.§.deieciſſe.verſ.et ſi quod alius.num.1.et num.2.in fin.de vi,et vi arma.* Aretin.*conſ.163.num.3.column.5.*
* *in fine verſic.nec aliquis.* vbi de communi Caret. *in pract.in 3.tracta.de homicid.§.ſequitur de ratum habente.nu.*14.Natta.*d.conſilio 494.nu.12.deciſ.Pedemont.138.numero* 17.& alibi paſſim,& communiter Doctor.omnes,quos recenſere longum eſſet. Illaque concluſio,quod in pręiudicium ratificantis,ratificatio valet etiam eius,quod ſuo nomine geſtum non eſt,de qua *in l.ſi fundus.§.1.ff.de pignoribus.* cum alijs per Dec.*in l.ſemper qui non prohibet.numero vigeſimoſecundo.* & ibi etiam Cagn. *num.22.ff.de regul.iur.* Grammat.*deciſi.103.numero 12.verſiculo,ſed quoad præiudicium.* Tiraquel.*de retract.lignag.§.1.gloſ.6.numero* 248. procedit in ciuilibus,& in contractibus, non autem in criminalibus,& in delictis,Bartol. *in d.l.1.§.deieciſſe.verſicul.ſed quod alius.numero 1.& ſequen.ff.de vi,& vi arma.* Cyn. *in l.non ideo minus.numero 4.C.de accuſat.* Franc.Marc.*deciſ.423.num.25.& ſequent.par.1.Deciſ.Pedemont.138.numero 18.verſi. Præterea illud,* ſed ſic eſt, quod neutrum præmiſſorum concurrit in caſu noſtro; ergo fruſtra tractatur de ratificatione delicti,eo pręſertim,quia, vt optimè probat Salycet. vidend. *in dict.l.non ideo minus.numero 34. C.de accuſat.* Delictum non poteſt dici commiſſum nomine alterius, niſi delinquens in ipſo delicti actu, ſic illius nomine ſe delinquere affirmet, ſequitur Aretin. *dict.conſilio 163.numero quart.columna quinta, in fine, verſicul.nec dicat aliquis.* Octau. Cacheran. *Deciſ.Pedemont.138.numero 18.& conſilio 65.numero 36.*

19 Dicitur tertio,& in omnem euentum,quod licet etiam in delictis ratificatio æquiparetur mandato,*d.l.1.§.deieciſſe.verſic.ſed & ſi.ff.de vi & vi arma.*
f Hoc tamen intelligitur quo ad pœnam extraordinariam; non autem quo ad ordinariam; alias nimis abſurdum, & forſam iniquũ reputaretur,quod qui non deliquit in operando,puniretur pati pena cum delinquente,& operante,ſecundum Salyc. *in d.l.non ideo minus, numero 33.*

C.de accuſ. quem ſic dicendo in propoſito referē-do ſequuti ſunt Ber. *d. conſ.175.n.50.et n.54. verſ. quintiomo, ex Sal. vbi ſupra li.3.* Plach. omnino videndus *in Epith. delict. lib.1.c.18.n.3.* & hanc ſententiam benè procedere de æquitate poſt Couarr. quem allegat *in Clement. ſi furioſus. par.2.§.1.n.5.* teſtatur Baiard. ad Clar. *in quæſt.87.nu.23.*

20 Et maximè faciūt ſcripta per Iacob. de Aren. *in d.l. non ideo minus. in princ. C. de accuſ.* vbi notabiliter dixit, quod ad effectum imponēdi pęnam ordinariam ratificanti, neceſſe eſt, vt ad eum ex delicto, quod ratificat, aliquid perueniat, prout g ſunt proprie termini tex. *in d.§. deiciſſe.* ſequitur Bero. qui late hanc concluſionem reaſſumit *in d. conſ.175.nu.46.et ſeqq. vſque ad nu.51.lib.3.*

21 Idque maxime locum habebit in caſu noſtro, in quo fiſcus non poteſt prætendere aliquā verbis expreſſam ratificationem, ſed tantum tacitā, ex præſtatione auxilij poſt delictum, ſeu ex alijs ſignis, & conſequenter nec etiam ordinariam ratificationis pęnam prætendere poteſt, ad ea quæ in propoſito per Carer. *in d.§. ſequitur de ratum habente. nu.*18. Petr. a Plach. *d.cap.18.nu.3. verſ. rurſus, et in hac controuerſia,* & hęc quo ad pretenſam ratificationem.

22 Quo verò ad prætenſam ſcientiam, & non reuelantiam; non video, quomodo poſſit dici, quod D. Honofrius ſciret Paulum eſſe occiſurū matrem, cum nec litteræ ſibi a Paulo tranſmiſſæ, hoc indicabant, nec aliunde poterat ipſe hoc vllo pacto conijcere; licet bene prout fatetur, haberet ſuſpicionem, ſeu imaginationem, quod eadem mater aliquam potuiſſet inhoneſtatem cōmittere; Non igitur reuelare tenebatur id, quod certo non ſciebat, ſed ſub nube, ex trad. per Bertaz. *in conſ.357. nume.40. et 46. lib.2.* & facit vna regula, quod ſcire quis non dicitur, qui factū cū omnibus qualitatibus certū non ſcit, ad trad. per Felyn. *in c. quo ad conſultationem. num.32. de re iud.* cū allegatis per eū, & per Hippol. Rim. *conſ.*310. *nu.24. lib.*3. & per Surd. *conſ.325.n.*41. itē, & alia regula quod ad incurrendū pęnā, præſertim corporalē, ſcientia nō ſufficit dubia, ſeu præſumptiua, ſed dēt eſſe certa, clara, & indubitata. Aym. *cōſil.193.nu.7.et* 8. Boſſ. *in tit. de rapin. nu.* 29. *ſeq.* & voluit Rota coram Seraphino in pęna Romana Secretariatus 17. Februarii 1592.

23 Præterea, & in omnē euentū in crimine parricidii ſola ſcientia, abſq; participatione, & nō reuelantia, nō ſufficit in filiis ad imponendū pænā ordinariam, & mortis: in quo articulo vt res clarior reddatur, & vt dignoſcatur, q̃ nā magis cōiter receptum ſit, adducere decreui iura, & Doctorū authoritates, quibus in vtramq; partē dubitatio hæc maxime cōtrouertit, & quidē pro parte affirmatiua adducitur in primis tex. *in l. vtrum. ff. ad l. Pompeiam de parrici.* cuius verba ſunt hęc: vtrum qui occiderint parentes, an et conſcii pęna parricidii afficiantur, quæri poteſt; & ait Metianus etiam conſcios eadem pęna afficiendos, non ſolum parricidas, & ibi gloſ. in figuratione caſus expreſsè notat, ea lege puniri non ſolum filium, qui patrē occidit, ſed etiam ſi fuit tantū cōſcius.

2 Adducitur text. *in §. alia. inſtit. de publ. iud.* dū ibi dicitur, Nec non is, cuius dolo malo factum eſt, vel conſcius criminis extiterit, licet extraneus ſit, pœna parricidii puniatur.

3 Adducitur Aret. *in d.§. alia.* vbi expreſſe notat, quod illius criminis ſocius tenetur, ac ſi tale crimen commiſiſſet.

4 Adducitur Nicaſ. *in eodē §. alia. in prin.* vbi ſummando illū tex. dicit, quod conſcii criminis parricidii puniūtur ſicut parricidæ, quia videlicet inſuti in ſacco in mare, vel in flumē proijciuntur.

5 Adducitur Bart. *in l.1.§. occiſorum. in fin. ad Syllan.* vbi dixit, quod ſola ſciētiam de maleficio nō facit quem teneri, niſi maleficium deberet committi in dominum, vel in patrem.

6 Adducitur Roman. *in eodem §. occiſorum. in fine.* vbi magis expreſſe dixit, quod qui tantum habet ſcientiam volentis patrem occidere, ſi non reuelat, vltimo ſupplicio punitur.

7 Adducitur idem Bart. *in d.l. vtrum. nu.3.* vbi declarando gloſ. *ibi in verbo, conſcius,* pariter expreſſe dicit, quod filius non reuelans tenetur, etiam quod non ſit particeps parricidij.

8 Adducitur Salyc. *in l. quiſquis. §. id quod. nu.16. C. ad l. Iul. maieſt.* vbi referendo, & ſequendo Bar. *in d.l. vtrum,* pariter concludit, filium ex ſola ſciētia, & non reuelantia teneri.

9 Adducitur Igne. *in l. fideicōmiſſum. n.47. in fi. ff. ad Sylla.* vbi dixit, cōſcios paritate ſupplicij condemnandos, per text. *in d.l. vtrum, & in d.§. alia.*

10 Adducitur Bal. *in cap.1. nu.5. ver. vnde ſi non famoſus. de off. deleg.* vbi dixit, *quod l. vtrum,* imponēs cōſcio parem pęnam cum parricida, procedit ex ſpecialitate, & atrocitate criminis parricidii.

11 Adducitur Abb. *in c.1. poſt nu.9. de reſt. ſpol.* vbi dixit, quod filius ſciens delictum committēdum aduerſus patrem, & non reuelans, tenetur ex ſola ſcientia, licet aliter non ſit particeps.

12 Adducitur Aug. ad Ange. *de malef. in verb. Et hai tradito la tua Patria. poſt num.* 11. vbi reprobat Ang. *in l.2. ff. ad l. Pompeiā de parricid.* dum voluit ſcientē, & non reuelātē mitiori pęna puniendū.

13 Adducitur Cępol. *in conſ. crim.5. nu.*30. vbi dixit, quod filii occidentes parentes, & eorum conſcii, & extranei puniendi ſunt eadem pęna.

14 Adducitur Caſſa. *in conſuetudine Burgund. rub. 1. des iuſtices, & droictz dicelles n.* 32. *fol. mihi* 15. vbi refert, & ſequitur Bar. *in d.l. vtrum,* eiuſq; dictū reputat mirabile, quamuis rigoroſum: ſubdit tamen q̃ huius rigoris potuit eſſe rō, quia ſciens, & non reuelans videt̄ cōſentire: cōſentiēs aūt maiori punit̄ pęna, quā faciēs, iurib. ibi per eū alleg.

15 Adducitur Boer. *in dec. n.262. n.9.* vbi quòd vxor non reuelans cōſpirationem, q̃ fieri ſcit contra ſuū maritum, punitur eadem pęna ac ſi occidiſſet, & Boer. ſic dicentem referendo ſecuti ſunt Meno. *de arb. quæſt. lib.2. caſ.355. nu.* 18. Decia. *in trac. crim. lib.9.c.13. de præſtant. aux. vel conſ. nu.* 16. Baiard. ad Clar. *in pract. ff. fin. q.87.n.5.* ergo multo magis in filio, qui non reuelauit tractatum, quem fieri ſciebat de nece parentum.

16 Adducitur Anton. Gomez. *de delict. cap.3. nu.* 4. vbi voluit, quod filius ſciēs delictum committendum

Digitized by Google

tendum contra parentes & illud non reuelans,te neatur,ac ſi vere feciſſet,atteſtans ita cõmuniter notari per Doct. *in d.l. vtrumin d.§. alia.* & Ant. Gomez.ſic dicentem referendo ſecuti ſunt Petr. a Plac.*in epit.delict.lib.1.c.22.nu.16.ianctio nu.17. in fi.*& Baiard.ad Clar.*d.q.87.nu.2.*

17 Adducitur Franc. Corſ. Senenſis *in repe.1.de off.deleg.n.86.* vbi facit cõcluſionem,quod in atrocio rib.prout eſt parricidium, ſciens pariter,ſicut faciens,punitur. Et quod de hac ſnia licet rigoroſiſſima videatur, & contra eã faciãt plura ibi per eũ cõſiderata,nullus dubitat,*& n.88. verſ.ad quẽ textum,*concludit,quod l.vtrum,imponens eandem pœnam conſcio non reuelanti, loquitur in ſpecie in filijs nõ reuelantibus mortem parentũ; non autem in non reuelãtibus mortem aliorum etiam comprehenſorũ in l.Pompeia, de parricid.

18 Adducitur Hipp.Rim.*in rep.d.c.1.n.59.& ſeqq. de off.deleg.*vbi cõcordãdo d.l.2.cũ d.l.vtrũ, viua ratione demõſtrat,quod l.2.eſt correcta per l.vtrum.

19 Adducitur Viu.*opin.694.nu.2.*vbi dixit,quod ſcienſaliquẽ occiſurũ patrẽ ſuũ,& non reuelans, punitur vt parricida,licet nõ ſit delicti particeps.

20 Adducitur Decian.*in tract.cri.d.lib.9.cod.c.13. n.3.*vbi videtur concludere, quod in crimine parricidij conſcius,ſiue filius, ſiue extraneus teneatur eadem pœna,& quod hoc ſit ſpeciale in parricidio,ex Bal.quem alleg.*in d.c.1.de off. deleg.& n. 12.*pariter dicit,quod in eodem crimine cõſcius, & non propalans,tenetur pœna parricidij.

21 Et vltimo adducitur Menoc.*de arb.qq.in addit. ad caſ.355.nu.35.* vbi pariter quod propter atrocitatem criminis eſt ſpeciale, qd̃ tam extraneus, quam filius ſciens & non reuelans,eadẽ pœna reneatur.ex Bal.vbi ſupra.Cęp.Ant.Gom.& Plac. in locis præcitatis,& ita teſtatur hanc eſſe veriorem & probabiliorem ſententiam.

Pro cõtraria verò opinione adducitur textus expreſſus *in l. 2.ff. de parricid.* vbi aperte dicitur, quod frater, qui patri ſuo non reuelauit necem ſibi paratam ab altero fratre,relegatus fuit.

2 Adducitur gl.*in d.l.vtrũ,in verb.cõſcius,*vbi declarat,cõſcios.i.participes, & ſic ſecundũ eã non videtur ſufficere ſola ſciẽtia ſine participatione.

3 Adducitur Ang.*in eadem l.2.nu.1.*vbi expreſſe dixit,Nota bene quod qui non reuelat mortem futurã patris ſui,tenetur l.Põpeia de parricid. licet mediocre relegationis ſuplicio ſit afficiẽdus.

4 Adducitur Alb. *in eadem l.* vbi textum illum *in verb.cognouerit,*extendit ad opem , vel conſilium dan rem,& ſic omnino vltra cognitionem requirere videtur delicti participationem, & omni caſu relegationis pœnam locum habere,teſtaturq; hanc eſſe veram expoſitionem illius textus.

5 Adducitur idẽ Alb.*in d.l.vtrum.n.1.* vbi pariter textũ illũ intelligit,nõ in ſimpliciter cõſcio, ſed & in cõſentiente.*& n.3.* clarius intelligit de conſulente,dicens,qd̃ licet regulariter conſulens mitius puniatur,non tñ ſic eſt in crimine parricidij.

6 Adducitur Bat. *in l.omnes.la 2.in fi. C.de agric. & cenſit.li.11.*vbi clarius loquẽdo q̃ loquutus fuerit in l. vtrum,dixit,qd̃ præſtans opẽ parricidio,punitur eadẽ pęna,ſi fuerit conſcius;aliter ſecus, & de hoc dicit eſſe caſum *in d.l.vtrum;*adeo,quod illam legem aperte declarat procedere,non in ſimpliciter conſcio,ſed in conſcio opem præſtante.

7 Adducitur Fulg.*in d.l.vtrum,& in d.l.2.* vbi magiſtraliter diſtinguẽdo dicit,quod ſi ille,qui vult occidere patrẽ meũ,eſt extraneus,& tũc indiſtinctè non reuelãdo teneor de homicidio, & ita procedat tex.*in d.l.vtrũ;*ſi verò non eſt extraneus,ſed mihi coniunctus;& tunc ſciens & nõ reuelans,teneor pęna relegationis,& ita procedat text.*in d.l.2.* niſi fuerim præſens in actu offenſionis,quia tunc ſi ſine periculo potui fauere,& defendere patrẽ meũ & non feci,indiſtinctè teneor de homicidio, ſiue offendens ſit extraneus,ſiue coniunctus.

8 Adducitur Sal. *in l.1.nu.24.ante med.verſ.ad l.vtrum.C.de rapt.Virg.* vbi dixit illum textum debere intelligi de cõſcio,i.de committente culpam.

9 Adducitur Alc.*in rep.l.4.§.Cato,n.24.et ſeq.ff.de verb.oblig.* vbi dixit, qd̃ l.Põpeia de Parric.nõ habet locũ in ſciente tractatũ,& nõ reuelante,quia is mitius punitur,ex regula qd̃ magis puniat, qui delinquit faciẽdo, q̃ qui delinquit non faciendo.

10 Adducitur idẽ Alc.*in l.bona fides, n.4.poſt med. ff.depoſiti,*vbi dixit, qd̃ conſcius duplici modo in iure accipitur,vno modo,qñ eſt etiam particeps; alio modo, qñ ſine participatione ſimpliciter ſciuit.primo caſu punitur eadẽ pęna, *vt in d.l.vtrũ.* Secundo autem caſu mitiori,vt in d.l.2.

11 Adducitur Cagn. *in l. culpa caret.nu.* 10. *verſ.ſi quis tamen.ff.de reg.iur.* vbi dixit,quod in atrocioribus,in quibus quis propter atrocitatem reuelare tenetur,non reuelando nõ punitur pęna, qua faciens,ſed miriori & extraordinaria.

12 Adducitur Marſ.*in d.l.2.ff.de paric.* vbi in ſummario aperte dicit,in crimine parricidij pro ſcientia,& non reuelantia non imponi, niſi pęnam relegationis;licet labatur in eo, quod credit,textũ illum loqui de fratre non reuelante mortem fratri inferendã,quia vt ex l.pręcedenti clare dignoſcitur,loquitur in filio non reuelante mortẽ patri inferendam ab alio filio,fratre reuelantis.

13 Adducitur Azon. *in ſumma de his, qui parent. vel liber.occid.nu.1.verſ.ſed & qui,* vbi expreſſe declarat,l.vtrum,punire eadem pęna opem pręſtantẽ,*& in verſ.frater autem,*pariter declarat,eũ, qui non opem præſtitit,ſed ſolum cognouit , & non indicauit,tantummodo relegandum.

14 Adducitur Io.de Plat. *in d.§.alia.col. 1.in prin. & d.col.1.in fi.verſ. item attende* , vbi textum illum interpretatur non ſimpliciter de ſciente,ſed etiã de cõſentiente;& amplius dicit, quod filius ſciẽs tractari mortem patris,& eam non reuelans, punitur pœna relegationis,vt in d.l. 2.

15 Adducit̃ Hoſt.*in ſum.de his,qui fil.occid.n.1.verſ. ſed et ſi quis,*vbi refert verba formalia text.i.d.l.2.

16 Adducitur Abb.*in c.1.poſt nu.5.de offic.dele.* vbi quod filius nõ reuelans patri, quod alius velit eum offendere,tenetur, vt in d.l.2.& ſic pœna relegationis,& deinde facit generalem concluſionem;quod de iure canonico nõ reuelans ſemper punitur mitius, quam faciens,& ita teſtatur communiter tenere.

17 Adducitur Fely.*in d.c.1.nu. 4.verſ.Fallit 3.de offic.*

offic.deleg. vbi dixit, quod nõ obuians futuro delicto, in atrocioribus non morte, ſed alia graui pœna afficietur; & ita dicit fore intelligendum tex. *in d.l.vtrum, & in d.§.alia & n.5.* ſubdit, quod hæc concluſio ſine dubio procedit de iure cano- * nico, & quod ita ibi tenẽt gl. & omnes doctores.

18 Adducitur Mant. *in eod.c.1.nu.23.* vbi plurib. hanc defendit opinionẽ, & reſpõdet contrarijs.

19 Adducitur Dec. *in d.c.1.ſub nu.3.verſ.ſed iſtud videtur de off. deleg.* vbi bene aduertit per tex. in dic.l.2. quod conſcij ſimpliciter non pari, ſed mitiori pœna puniuntur.

20 Adducitur Bero. *in eod.c.1.n.62.ante fi.& ſeqq. plur.de off.deleg.* vbi bene diſputato hoc articulo, concludit tandem *nu.70. & ſeqq.* quod in crimine parricidij conſcius & non reuelans punitur non eadem pœna, ſed relegationis, *vt in d.l.2.* & hanc opinionem ſatis æquam teſtatur, nec facit quod poſtea *n.73.ad fi.* ſub dubio, & per verbum, *forte*, pro concordia tex. *in l.2. & d.l.vtrum*, dicat, quod l.2. loquatur effectu non ſecuro; l. autem, vtrum, loquatur effectu ſequuto, quoniam hæc diſtinctio confunditur per Abb. *in c.1, num.9. & verſ. & prædicti.de reſt.ſpol.* vbi expreſſe dicit, effectu non ſecuto nullo caſu nullaque pœna teneri non reuelantem, præterquam in crimine læſæ maieſtatis.

21 Adducitur Ber. *in d.c.1.nu.56.ad med. de reſtit. ſpol.* vbi dixit quod tex. in d.l. vtrum, loquitur nõ de ſimpliciter ſciente, ſed de ſciente per modum participationis & conſilij.

22 Adducitur Anan. *in rubr. de his, qui fil. occid. nu. 6.in fi. verſ. & inter alia*, vbi expreſſe dixit, quòd licet filius ſciens de morte patris & non reuelans puniatur, non tamen punitur pœna parricidij, ſed leuius.

23 Adducitur Plac. *de accuſ.trac.7.poſt nu.20.* vbi etiam refert diſpoſitionem d.l.2.

24 Adducitur Bonif. *de Vitalin. in tit. de parricid. num.1. in fin. verſ. item non ſolum*, vbi dixit quòd non ſolum parricida tenetur pęna parricidij, ſed etiam omnes conſcij alias conſocij, & participes agentes & conſentientes & conſilium dantes; & ſic videtur etiam requirere, quod non reuelans, vt pęna parricidij teneatur, ſit conſocius, & non ſimpliciter conſcius.

25 Adducitur Carret. *in pract. in 3. tract. de homicid. §.9. quæro.num.7.* vbi loquens in terminis l. vtrum, dixit, quod conſcij & participes non reuelantes tenentur de parricidio. *& nu.8.* loquens in terminis l.2. dixit, quod ſola ſcientia facit punire mitiori pœna.

26 Adducitur Foller. *in pract.crim. in verb.pœnis debitis feriantur.n.69.* vbi & ipſe refert diſpoſitionem d.l.2. circa pœnam relegationis.

27 Adducitur Gig. *de crim.læſ.maieſt.in ult.verſ.q.2.poſt nu.1.& ſeq.* vbi bene demonſtrat quod d.l. verũ, non loquitur de nuda ſcientia, ſed de ſcientia cum participatione.

28 Adducitur Corrad. *in pract. rubr. de conſcijs nu.5.in 8.limit.& in tit.de parricid.nu.9.& 10.* ex cuius dictis clare percipitur, quod d.l. 2. loquitur ſimpliciter de conſcijs non reuelantibus, & l. vtrum, loquitur de conſcijs & participibus infimul.

29 Adducitur Gabr. *lib.7.concluſ.ult.num.11.* vbi dixit, quod in crimine parricidij conſcius non reuelans punitur minori pœna, ex Capic. quem mox allegabo.

30 Adducitur Cap. *deciſ.130.nu.65.in fi.* vbi quod in crimine parricidij ex ſola ſcientia & non reuelantia filius punietur, non eadem pœna, ſed mitiori, per d.l.2. & ad l. vtrum, reſpondet, quod ibi conſcius punitur pro participe.

31 Adducitur Hier. Cuccal. *in add.* ad Ang. *de maleſ.in uerb.Et hai tradito la tua Patria.poſt nu.11.lit. C.uerſ.ſi talis ſcientia*, vbi pluribus probat, quod quando iura puniunt conſcios non reuelantes, requirunt etiam quod ſint participes.

32 Adducitur Natt. *in conſ.595.nu.12. in fi. & in conſ.597.nu.4.* vbi approbat intellectum *gl.in d.l. utrum, in uerb.Conſcius*, vt ſcilicet requiratur etiã quod ſit particeps.

33 Adducitur Menoch. *de arbit.qq.li.2.d.caſ.355. nu.14.in fi.& nu.16.* vbi pariter refert & ſequitur intellectum eiuſdem gloſ.

34 Adducitur Rol. *in conſ.88.nu.6.lib.2.* vbi filio ſcienti & non reuelanti pœnam relegationis imponendam exiſtimauit, ex d.l.2.

35 Adducitur *Deciſ.Pedem.80.nu.6.& ſeq.* vbi facta generali concluſione, quod in atrocioribus, in quibus quis tenetur reuelare, non reuelans, nõ morte, ſed alia graui pęna afficiendus ſit; inde infert ad crimen læſę maieſtatis, teſtaturque de ma- * gis communi Doctorum opinione, a qua in iudicando non eſſe diſcedendum opinatur; ergo multo magis hoc pcedit in crimine parricidij, quod, vt alias probaui, non eſt tam graue delictum ſicut crimen læſæ maieſtatis.

36 Et vltimo adducitur Hond. *in conſ.96.nu.27. & ſeq.lib.2.* vbi loquens in crimine læſæ maieſtatis & parricidij, concludit, quod non reuelans, & non prohibens futurum delictum, nõ morte, ſed extraordinaria pęna Iudicis arb. plectitur.

Ex his itaque quiſque dignoſcere facile poterit, quænam prædictarũ opinionum magis a Doctoribus recepta ſit, & quatenus etiã res eſſet dubia, in dubio eam opinionem, quæ æquior & mitior eſt, amplectendã eſſe, dubitãdũ non eſt, prout & in propoſito aduertit Oſaſc. *d. deciſ.88.n.8.* ſed vt nullus dubitationi locus remaneat, ſpeciatim reſpondebo iuribus, & auctoritatibus in contrarium pro prima opinione alleg.

Textus n. *in d.l.vtrum, & in d.§.alia*, vt euitetur contrarietas, quæ alias ineuitabilis eſt, *cum d. l.2.* intelligi debent non de ſimpliciter cõſcio, ſed de conſcio & participe; & hęc reſponſio & declaratio omnino admittenda eſt, poſtquã ſic etiam communiter admiſſa fuit, poſt gloſ. *in d.l.vtrum*, a Bar. Felyn. Salyc. Alber. Alcia. Bero. Carret. Gigan. Hier. Cucca. Capic. Natt. & Menoch. in locis præcitatis: vltra quod bene etiam & alio modo reſpondet idem Bero. viden. *in d.c.1.de offic. deleg.nu.70.& ſeqq.* dicens, quod licet iura prædicta velint, ſciẽtem & non reuelantem puniri eadem pęna parricidij, nõ tamen per hoc ſequitur, quod illa debeat eſſe pœna mortis, cum l. Põpeia

quaa.

Digitized by Google

quandoque etiam imponit pęnam relegationis, *vt in d.l.2.* & quandoque etiam pœnam deportationis, vt *in l.diuus.ff.eodem,* & ſic etiam poteſt reſponderi Aret. *in d.§.alia.*

Ad Bar. *in d.l.vtrum,* reſponſio eſt facilis, quia licet ipſe dicat, quod conſcius & non particeps, non reuelando teneatur, non tamen dicit, quod teneatur pœna mortis; immo allegãdo tex. *in d.l.2.* ſentit, quod teneatur tantummodo pœna relegationis, prout bene aduertit in terminis Capic. *d.deciſ.130.nu.65.in fi.verſ.& aduerte, quia Bar.* & ſemetipſum bene declarat idem Bar. *in d.l.omnes. la ſecunda.in fi. C.de agric. & cenſit.lib.11.* Et hæc reſponſio pōt ēt dari Saly. *in d.l.quiſquis.§.id qđ. C.ad l.Iul.maieſt.* & Caſſa. vbi ſupra allegato, ac ēt eidem Bar. *in d.l.1.§.occiſorũ.ff. ad Syll.* & Abb. *in d.c.1.de reſtit. ſpol.* qui nec ipſe aperit, qua pœna conſcius ſit puniendus, licet dicat eum teneri.

Ad Roman. *in d.§.occiſorum,* reſpondetur, q̃ pro ſua opinione allegat Bar ibi, qui, vt modo dixi, non eſt verum, quod dicat, filium conſcium & non participem vltimo ſupplicio afficiendũ eſſe.

Ad Bald. *in c.1.de off.deleg.* reſponſio etiam eſt facilis, quia non loquitur de ſimpliciter conſcio, ſed de præſtante opem: & dum allegat l.verũ, ſentit expreſſe, illam fore intelligendam, non de cõſcio ſimpliciter, ſed de præſtante opem, prout ipſe loquitur, & prout intellexit Bar. *in d.l.oẽs,* & in terminis aduertit Mār. *in d.c.1.n.23.verſ.ego verò.*

Ad Aug. *in addit.* ad Ang. *in tit. Et hæ tradito latma patria poſt num.11.* reſpondetur, quod ſi benè eius dicta perpendantur, dixit, falſam eſſe opinionem Ang, *in d.l.2.* non quoad crimen parricidij, ſed quoad crimen læſæ maieſtatis.

Ad Boer. & qui eum ſequitur, ſufficiat dicere, quod per ipſum allegati non dicunt id, ad quod allegantur, quod ſcilicet imponẽda ſit pęna mortis vxori ſcienti, & non reuelanti conſpirationē contra eius virum.

Ad Ant. Gom. *in tit.de homicid. nu.4.* & qui eũ ſequuntur, reſpondetur, non eſſe verũ, quod Doctores *in l.vtrum, & in §.alia,* communiter dicant id, ad quod per ipſum allegantur; quia imò contrarium, vt per Angel. Fulgoſ. Alber. Io. de Plat. & Marſi. *in locis præcitatis.* Et quod de iure canonico communior ſit contraria opinio, iam ſupra probaui ex Abb. & Fely. *in locis prædllegatis.*

Ad Franc. Corſ. & Hippo. Rimin. *in repet.c.1. de off.deleg.* reſpondetur, eorum opinionem, tanquam ſingularem, & contra communem, non eſſe attendendam, & ita etiam reſpondetur Igneo *in l.fideicommiſſum.ff. ad Syllan.* Cæpol. *in conſi.5. nu.30.* & Viu. *in opin.694.n.2.* & Nicaſ. *in d.§.alia.*

Ad Decian. *in tract.crim.lib.9.c.13.nu.3.* reſpõdetur, quod ipſe pro ſua opinione allegat Bald. *in cap.1.de offi.deleg.* qui, vt pędixi, non loquitur de conſcio ſimpliciter, ſed de præſtante opem, & ita etiam reſpondetur Menoch. *in additio. ad caſ. 355.nu.35.* qui allegat Bal. Cæpol. Plach. & Ant. Gomez. in loci præcitatis, quibus in ſpecie ſupra fuit reſponſum.

Quare & verius & æquius & crebrius omnino receptum exiſtimo, quod filius conſcius paternæ mortis, & illam non reuelans, non pœna mortis, ſed alia mitiori puniendus ſit, iuxta tex. qui iudicio meo cauillari non poteſt, *in l.2.ff.ad l.Pompeiam de Parricid.*

LAVS DEO.

Proſper Farinacius I. C. Rom.

ADDITIONES.

a *Pro communi opinione.* Mandatum propriè dicitur, quando ſequutum homicidium reſpiciebat ſolã vtilitatem mandantis; Conſilium verò, qñ de occiſoris ſola vtilitate agebatur, ſuſt doctr. Bar. *in l. non ſolum.§.ſi mandato.nu.2.ff.de iniur.* Quem communiter Doct. ſequuti ſunt, & præcipuè Capra *concl.80.nu.2.* Barth. Thege. *in tract a.crim.par.11. nu.19.* Ant. Gomez. *de delict.tit.de homic.num.43.* Cæpoll. *conſ.27.nu.3.* Hipp. Rimin. *conſi.310.nu.1.& nu.12.& in repet.c.1.nu.102.de offic.deleg.* Maſcard. *de probat.lib.1.concl.419.num.15.* Et in tantum vera eſt hæc concluſio, quod ſi interuenerunt verba dē ſui natura importantia mandatum, & non conſiliũ, non per hoc efficietur, quin ſit conſilium, ſi vtilitas erat tantum occiſoris, & non conſulentis, & ècontra, ſecundum Barto. & Capr. *in locis præcitatis.* Ang. *conſ.22.poſt num.3.* Corn. *conſi.57.nu.1.lib.4.* Carer. *in prac.in 2.tract. de homicid.§. Circa ſecundum, videlicet de mandante.nu.1.* Ruy. *conſ.6.nu.2.verſ. aliud quoq; præm.itto. lib.5.* Bero. *conſ.175.nu.9.lib.3.* Boſ. *in tit. de mãda. ad homic.nu.63.verſ.itē ponit.* Berta. *conſ.103.nu.8.*

Si verò vtilitas reſpiciebat vtrumq;, occiſorē ſcilicet, & conſulentem, ſeu mandantē, & ſic inimicitia cum occiſo erat par; & tunc veriſſima eſt D. mei cõcluſio hic firmata, quod ſit conſilium, & non mandatum, ſicut etiam ſcripſerunt Bero. *in d.conſi.175.nume.36.in fine, & ſeq.lib.3.* & Bertaz. *d.conſ.103.num.7.* Verum ne decipiaris, aduerte, quod hęc cõcluſio declaratur, & limitatur tribus modis; Primò, niſi quis fuiſſet occiſus contēplatione perſuadentis. Ruyn. *conſi.6.nu.6.lib.5.* Secundo, quando is, qui occidit, nõ erat ſine illo conſilio occiſurus, Ruyn. *d.conſi.6.nume.2.verſic. Quandoque & tertio, & num.3. & nu.5.verſ.& etiã probatur.* Tertio, quando licet vtilitas homicidij vtrumque reſpiceret, non tamen erat par cauſa inimicitiæ; ſed in conſulente, ſeu mandante præponderabat odium & cauſa odij; tunc enim dicitur mandatum, & non conſilium, etiam quod vt dixi, vtilitas vtrumq; reſpiceret. Ruyn. *d.conſi.6. num.3.in fine.verſ.vel forte dici poteſt.* Boſſ. *in tit. de mandato ad homicidium.nu.53.* Franc. Marc. *deciſ.423.nu.26.ante med.verſ.ſed alia cauſa.par.1.*

b *Interpretari.* Adde pro hac eadem concluſione Cater. *in pract.in 2.tractat. de homic.§.circa vltimum.nu.13.* Hippoly. Rimin. *in repet.c.1.nu.92.de offi.deleg.* Octau. Cachetan. *conſ.65.nu.39.et ſeqq.* Quamuis, & hæc eadem concluſio duas patiatur declarationes, & limitationes, quarum prima eſt, niſi ex parte cõſulentis præcederet inimicitia cum occiſo. Boſſ. *in tit.de mandato ad homic.nu.49.*

Secunda

Secunda eſt declaratio, niſi communis loquendi vſus contrariam admitteret interpretationem, ſecundum Hippol.Rim.*vbi ſupra d.num.92.in fin. verſ.vbi vero.*

c *Verè dixerit.* Ad hanc materiam, vide quæ ſcripſit D.meus Fari.*in ſua pract.crim.p.2.tit. de pæn. temper.q.87.nu.7.& ſeqq.* vbi facit concluſionem, quod in delictis attenditur animus & voluntas, non autẽ exitus & veritas, eamq; duobus modis limitat. Et vltra allegatos per eum, vide Alex.*conſil.13.num.15.in fi.& ſeq.lib. 6.* vbi tenet, quod in grauioribus & atrocioribus delictis attẽditur voluntas & non rei exitus, etiam quod ille ſit fauorabilior delinquenti.

d *Facturus, alias ſecus.* Hæc concluſio regulariter eſt vera, quod niſi delinquẽs non fuiſſet aliàs facturus, conſulens non tenetur eadem pęna, ad cuius cõprobationem vltra allegatos hic per Cõſulentem, adduco tex.*in l.non ſolum.§. ſi mandato. verſi. Attilicinus.ibi, Et ſi perſuaſerim alicui alias nolenti.ff.de iniur.* Boſ.*in tit.de mandato ad homicidiũ.* * *nu.59.* Bero.*conſi.175.nu.23.25.28.& 53.in fi. vbi de communi, lib.3.* Cagn.*in l.conſily. nu. 6.ff.de reg. iur.* vbi de receptiori ſententia. Dec.*ibid.nu.4.* vbi pariter, quod hæc ſententia communiter appro* batur, & Magner.*nu.1. verſ.Item etiã fallit, & nu. 6. 7.* Fely.*in c.ſicut dignum num.7.de homicidio,* vbi * ẽt de cõi. Marſ.*ſing.665.verſ.Tertio ẽt ſitas.* Carer. *in pract.in tract.de homic.& aſſaſſ.§.circa tertiũ primo quæro.nu.11.& §.circa vltimũ.nu.1.* vbi ẽt de cõi. * Menoc.*de arbit.q.lib.2.caſ.351.nu.17.et 22.* Aym. *conſ.22.nu.3.* Mant.*in c.1.nu. 32. de off. dele.* & ibi ẽt Hipp.Rim.*nu.81.& nu.85.in fi.* quod ab hac cõmuni opinione in iudicando non recederet, licet in puncto iuris contrariam opinionem crediderit veriorem, Bertaz.*conſi.103.nu.9.& 12. lib.1.*

Hęc autem concluſio licet, vt vides, ſit cõmuniter recepta, recipit tamẽ aliquas limitationes, quas hic inſerere nõ ab re eſſe exiſtimaui, quamuis ex illis aliquantulum debilitetur defenſio huius carcerati, ſic erudirè à D.meo defenſi. Quarũ Prima eſt, quod in atrocioribus & multomagis in atrociſſimis, non videtur attendi hæc diſtinctio, An quis eſſet alias facturus, ſecundum Dec. *in d.l.conſily.nu.5.ff.de reg.iur.* vbi reſpondet contrarijs. Capra *conſ.80.num. 54. & 57.* Marſi. *ſing. 565.in fi.verſ.Illud tamen fallit in enormibus.* Boer. *deciſ.167.nu.5.* Carer.*in pract.crimin.in 3. tract.de homicid.& aſſaſſ. §.circa quartum primò excuſatur. num.7.in fi.& §.circa vltimum.nu.1.in fi.* Pau.Ghirland.*de pæn.omniſ.coit.q. 10.nu.10.* Barth. Teheg. *in tract.crim.par.10.num.8. & ſeq.* Hier Giacchar. *in addit.* ad Clar. *q.88.in verbo, conſilium dedit,* ex quibus, ni fallor, multum dubia redditur ampliatio per D. meum firmata, quod.ſ.quando delinquens erat alias facturus, tunc conſulens nõ punitur eadem pęna, etiam in atrociſſimis; & cò magis dubicabilis redditur, quod adſunt Doct. qui teſtantur de contraria opinione, vt videre eſt apud Matth.*in ſuis reg.criminalibus. in verſ.in delictis atrocioribus, & in verſ.Conſulens.* Hipp.Rim.*in d.c.1. ſub num. 85. & ſeqq. de off.deleg.* allegans in idem Petr.Ferrar.& Petrum Lor.*in d.l.conſily,* & Franc.Conſcium Senen.*in repet.eiuſdem c.1.poſt nu.102.& d.nu.102.in fine.*

Limitatur ſecundo, quando iura expreſsè puniunt conſulentem, quia tunc nec etiam attenditur diſtinctio prædicta, an is, cui conſiliũ datum fuit, eſſet aliàs facturus, vel nè, ſecundum Dec. *in c.1.nu.55.in 7.Fallen.de offi.dele. & in d. l. conſilij. nu.6.* & ibi ẽt Cagn.*nu. 8.ff.de reg.iur.* Et ponũt ĩ ſpecie exẽplũ in parricidio, per tex.*in l. verũ.ff. de parric.* & videre eſt apud Dec.*d.c.1.n.47.* Cagn. *in d.l.conſilij.nu.7.in fi.* Magn. *ibid. poſt nu. 7. verſ.niſi aliter caueatur.* Matth.*in ſuis reg.criminalib.d. verſic.in delictis atrocioribus.*

Limitatur tertio, qñ quis alium occidit noĩe alicuius, & illius contemplatione, quia tũc pariter, nec etiam intrat diſtinctio de aliàs facturo, ſecundum Bald.*in l.metum.in fi.verſ.hoc verum.C. quod met.cauſ.& in l.ob hæc verba.nu.3.verſ.Reſpondetur ſic.ff.de infamib.* Dec.*in d.c.1.nu.55.de off.dele.* Bero.*d.conſ.175.nu.25.lib.3.* Menoch.*de arbitr. qſt.lib.2.caſ.351.nu.27.* Quãuis contrariũ voluerit Hipp. Rim. *in repet.d.c.1.nu.99.in fi.& ſeqq.*

Limitatur quarto, q̃a in dubio ſp p̃ſumitur, ꝙ quis nõ eſſet aliàs facturus, ſm̃ Bal.*in l.ob hæc verba.nu.3.verſ qd in dubio.ff.de infamib.et in l.data opera.nu.52.in fi.verſ.in dubio p̃ſumitur. C.de his, qui accuſ.non poſſ.* Ang.*in l.1.nu.3.ff.de eo per quẽ factũ eſt.* Dec.*in d.c.1.nu.6.* & ibi ẽt Fel.*nu.13.verſ.verũ aũt,* & Hipp.Rim. *n.112. verſ.vlterius &c. & n.113.* * vbi de cõi: licèt in pũcto iuris contrariũ defendat idẽ Dec.*ĩ d.l.cõſilij.n.9.ff.de reg.iur.* Boſ.*in ti.de mãdato ad homic.n.59.in fi.* Bero.*d.cõſ.175.n.25.ver.Et licet ĩ dubio.* Ruy.*cõſ.6.n.2.ĩ fi.verſ.& idẽ ſi ſumus ĩ dubio.lib.5.* Pet.a Plac.*in epith.delict.lib.1.c.17. nu. 14.* Carer.*in prac.in 3.tract.de homic.§.circa vltimũ nu.12.* Barth.Thege.*in tract.crim.par. 11.num.27.*

Hęc autem iuris pręſumptio tollitur coniecturis, prout benè hic aſſirmauit D. meus Cõſultor, inter quas quidẽ coniecturas ea potiſſimũ à Doctoribus conſideratur, qñ occidens habebat capitalem inimicitiam cũ occiſo. Ang.*conſ.22.num.3.* Fel.*in c.1.nu.13.verſ.fateor, quod.de off.dele.* Bero. *d.cõſ.175.nu.17.verſ.ſecũdo p̃ſupponendũ, & nu.18. verſ.Præceſſerũt ergo, et nu.23.24.26.et 53.in fi.* vbi * de cõi. Carer.*in prac.in 3.trac. de homic. et aſſaſſ. §. circa ſecũdũ, videlicet de mãdãte. nu.32.* vbi ècõtra, qñ concurrit amicitia conſulentis cũ occiſo.*et in §.circa tertiũ.nu.10.Et in §. circa vltim.nu.etiam in me.10.* Bertaz.*conſ.103.num.10. in fine.*

Idem & fortius, qñ occidens per prius dixerat ſe velle eũ, quẽ poſtea occidit, occidere, ſeu aliàs contra eũ minatus fuerit, ſm̃ Bal.*in l.metum, in fi. verſ.iſta eſt gl.C.quod met.cauſ.et in l.1.nu.7.ante fi. C.de ſeru.fugit.* Ang.*in l. 1.nu. 3. ff. de eo per quem.* Alex.*in d.l.metũ.in fi.* Corn.*cõſ.57 poſt nu.6.lib. 4.* Ruyn.*conſ.6.nu.4.verſ.Nã teſtes dicunt, & nu.5.& verſ.Et quãuis.lib.5.* Bero. *in locis, ubi ſupra citatis.* Carer.*in d.§.circa vltimũ.eod.nu.10.* Per.a Plac.*in epith.delictor.lib.1.c.17.n.12.in fi.* Bert. *d.c.103.nu. 11.* Hip.Rim.*in repe.d.c.1.n.112 poſt med.de off.dele.*

Idem & multo magis, qñ occiſor ante homicidium præparauit arma, ſeu alia, ad illud committendum, Ang.*in d.l.1.nu.3.ff.de eo per quem factum eſt.*

Digitized by Google

*eſt.*Fely.*in d.c.1.nu.13.verſi.Fateor.&c.de offic.de-lega.*& ibi etiam Mantua. *nu.33.* & Hippo. Rim. *nu.122.poſt med.*Bero.*d.conſ.175.nu.26.in fi. uerſ. Item probari dicitur*; Sic & ex præfationib. & alijs verbis ante homicidium commiſſum prolatis, eandem ſumi coniecturam, ſcripſerunt Ruyn. *d. conſi.6.nu.5.lib.5.*Carer.*d.§.circa vltimum.nu.10.* Bertaz.*d.conſ.103.nu.11.& conſ.357.nu.47.*& ante iſtos Ang.*conſ.22.nu.3.ad med.*

Aliam quoque coniecturam tradidit Bal. *in l. 1.nu.7.in fine.uerſ. Et idem ſi mandatum.C.de ſeru. fugit.* quando ſcilicet quis, ſpreto conſilio, & ex interuallo, homicidium commiſit, ſequitur Carer.*in pract.in 3.tract.de homicid.& aſſaſſin.§.circa quartum primò excuſatur.nu.1.*

Nunquid autem credatur aſſertioni, ſeu exculpationi homicidæ dicentis, quod ipſe erat alias facturus in fauorem conſulentis? Dic, quod nõ, ſecundum Miſigner.*in d.l.conſilij.nu. 16.ff. de reg. iur.*Boſſ.*in tit.de mandato ad homicid.nu.46.*Hipp. Rim.*in repet.d.c.1.nu.102.& ſeq.& nu. 106. de of. deleg.*Menoch.*de arbitr.q.lib.2.caſ.352.nume.14.* Quamuis contrarium voluiſſe videatur Carer. (qui tamen loquitur concurrentibus coniecturis quibus ſupra) *d.§.circa tertium.nu.14.*

e *Suo nomine geſtum.* Prædicta duo requiſita ad
* obligandũ ratificantem ex delicto communiter a Doctoribus recepta ſunt, prout vltra allegatos hic a Domino meo Cõſulente notant communiter omnes *in c.filius.de pœnis.*Bero.*in conſ.175.nu. 45.lib.3.*idem Natt.*conſ.595.nu.14.* Vbi de communi. Decian.*conſ.88.nu.20.lib.3.* Clar.*in pract. §.fi.q.87.nu.5.verſ.Quæro nunquid.*Capra *concluſ. 54.nu.15.*Octau.Cacheran.*conſ.65.nu.35.* Petr.à Plach.*in Epith.delictor.lib.1.c.18.poſt nu. 2.* Hipp. Rim.*conſ.310.nu.34.*Honded.*cõſ.96.nu.58.lib.2.*

Sed ad effectum, vt delictum dicatur geſtum nomine ratificantis, quod ſit neceſſe delinquẽtẽ affirmare ſe ſic delinquere illius nomine, prout idem Dominus meus Cõſultor bene probat, ex Saly.& alijs hic per eum allegatis, res non credo tranſeat ſine difficultate, quia contrarium colligitur ex glo. *in c. cum quis. in verbo, tuo nomine. de ſent.exc.in 6.*Bal.*in d.l.ob hac verba. nu.3.uerſ.iuxta hoc quæro.ff.de his qui notan.infam.*Pract. Cõrarit.*de mandat.ad homicidium nu.8.fol.mihi 325.* Immo ſecundum Saly.*in d.l.nõ ideo minus. nu.31.C. de accuſ.* Doct.dicunt in dubio delictum præſumi cõmiſſum nomine ratificantis, & ẽt ratificatum tanq̃ ſuo nomine geſtum, refert, & ſequitur Cla. *d.q.87.in fine,* quamuis contrarium conſuluerint Natt.*in conſi.494.nu. 14.* & Octau. Cacheran. *d. conſ.65.nu.37.* Quid ergo verius ſit, conſidera.

f *Extraordinariam.* Ratificatio ęquiparatur mãdato regulariter, prout eſt ẽt tex.*in c.Ratihabitionem.de reg.iur.in 6.*Cyn.*in l. nõ ideo minus, poſt nu. 4.C.de accuſ.*Bal.*in l.ob hac verba.nu.3.verſ.reſpondeo ſic.ff.de infam.* vbi ampliat ẽt quod delinquẽs eſſet aliàs facturus. Dec.*in l.ſemper, qui nõ prohibet. nu.8.ff.de reg.iur.*Capra *concluſ.54. nu. 11.* vbi de cõi. Carer.*in pract. in 3. tractatu de homic. & aſſaſ. §.ſequitur de ratũ habente.num.11.*Petr. a Plach.*in Epith.delictor.c.18.nu.1.* vbi alij plures allegãtur. Deciſ.Pedem.138.*num.4.& 5.*Franc.Marc.*deciſ. 423.nu.24.p.1.*Clar.*in pract.§.fi.q. 87. nu. 5.verſ. quæro nunquid*, vbi quod hæc ſnĩa frequentius à Doctorib.recepta eſt. Hipp. Rim.*conſ. 310. nu. 4.*
* Sed nunquid ad eandẽ pęnã, an verò ad minorẽ, apud me res nõ trãſit ſine difficultate, ex ijs, quæ mox dicam in ſequenti additione; vltra quod ſi benè conſiderentur ſcripta per Saly. qui originaliter pro cõtraria opinione allegatur, videtur potius concludere contrarium eius, ad quod allegatur, quod ſcilicet concurrente ſcientia ratificantis, ratificatio obliget ad eandem pęnam.

g *Perueniat.* Contra doctrinam Iacob. de Aren. & quod imò ratificatio obliget ad eandem pęnã, voluit idẽ Bal. *in d.l.ob hæc verba.nu.3. uerſ. ex hoc reprobo quoddam dictũ Iacobi de Arena,* reddens rõnẽ, quod.ſ. ſatis acquiratur ratificãti ex eo, quod vltus eſt, Aret.*in conſ.163.nu.3.col.6.poſt verſ. Sed quantum ad capturam,* vbi dixit, quod Bal. *in l. obſeruare.§.fi. num.9. C. de offi. proconſul. & lega.* loquitur contra communem, quam etiam fatetur
* idem Bal.eo loci, licet contrariũ in puncto iuris defendat Capra *concluſ.54.nu.11.& ſeqq.* vbi pariter teſtatur de communi cõtra Iacob. de Aren. & ita ẽt teſtatur Natta *in conſ.494. nu. 10. & nu. 15.*Clar.*in pract.§. fina.quæſt.87.num.5.verſ.quæro nunquid;* vbi quod hęc ſententia frequentius à
* Doctoribus recepta eſt. Et ex præallegatis valde etiam redditur dubitabilis opinio eorum, qui dixerunt, ratificationem nõ obligare, niſi ad pęnã extraordinariam; videtur enim communẽ eſſe in contrariũ, ex præcitatis Doctoribus, volẽtibus, poſſe imponi ordinariam pęnam, etiam quod ex delicto nihil ad ratificantem peruenerit; ſed certè quicquid dicant Docto.in iudicando nunquã recederem ab opinione Iacobi de Arena, & aliorum, qui eum ſequuntur, quam ęquiorem eſſe, dubitandum non eſt.

Fam. Cent. V.I.D. Galeſij.

F I N I S.

Corrigente Reu. D. Marco Antonio Pinardo.

VENETIIS, M DC XVI.
Apud Hæredes Georgij Variſci.

DECISIONES ROTAE CXL

CRIMINVM MATERIAM IN PRÆCEDENTIBVS

præſertim conſilijs pertractatam, reſpicientes.


Ab eodem PROSPERO FARINACIO I. C. *Romano hic, poſt eadem ſua Criminalia Reſponſa, poſita, & recollecta.*

QVIBVS ETIAM ACCESSERVNT ADDITIONES eruditiſsimæ FAMIANI CENTVLINI Iuriſconſulti Galleſij.

IN HAC VERO POSTREMA EDITIONE AB INFINITIS PROPE erroribus, ſumma cum diligentia, expurgatæ, ſicut per ſe lector facile, ex veterum collatione, perſpicere poterit.

CVM INDICE, SVMMARIIS, & Argumentis locupletiſſimis.

CVM MVLTIS PRIVILEGIIS.



VENETIIS,
Apud Hæredes Georgij Variſci. M DC XV.
EX SVPERIORVM LICENTIA.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX ARGVMENTORVM

PRINCIPALIVM CONCLVSIONVM,

Quæ in hiſce criminalibus Deciſionibus continentur.

I.

DE reſponſione facienda interroganti, an inſtrumento vti quis velit pro bono. Quando admittatur communi conditione, quatenus ſit bonum, vel donec de contrario non appareat. fol. 1

II.

In materia Bullæ Alexandrinæ reſoluitur primo, an offenſio præſumatur facta, & cauſa litis: ſecundo cui applicetur pœna incurſa propter offenſam prædictam, & an parti offenſæ præſertim in feudo. 2

III.

Priuatus beneficijs per ſententiam contumacialem non poteſt illa cedere per regreſſum; & hinc plura de facultatibus gubernatoris Vrbis in condemnando abſentes & contumaces. 3

IV.

Donatio ſeu legatum a muliere clerico adultero, an valeat. 4

V.

An valeat pactum inter Hebræos, quod debitor moroſus, ſeu ſocius fæneraticij banchi ſoluat creditori, aut conſocio ſeptem cum dimidio pro centenario. ibid.

VI.

Spurius ſeu illegitimè natus, an dicatur turpis perſona ad effectum, vt propter illius inſtitutionem a teſtatore factam, teſtatoris fratre præterito teſtamentum dicatur inofficioſum. ibid

VII.

Concubinatus ex quibus actibus deducatur, & probetur. 5

VIII.

Accuſatur an & quando teneatur in accuſatione exprimere diem commiſſi delicti. ibid.

IX.

Simonia eſt crimen occultum, & difficilis probationis, ideo probatur præſumptionibus & coniecturis, & quibus. 6

X.

De cenſibus illicitis contra formam iuris & Bullæ Pij Quinti, ac aliarum conſtitutionum creatis quomodo & quando ſubſtineantur, & de materia. ibid.

XI.

Contumacia ſine trina citatione non inducitur. 7

XII.

Contumax quando dicatur verus & quando fictus. Quomodo & ex quibus contumacia vera probetur, ad effectum vt priuatio propter contumaciam ſit perpetua, & non temporalis. 8

XIII.

Simonia an dicatur commiſſa per mandatum factum ad acceptandum concordiam tractatam per iudicem, ſuper lite, quæ coram eo agebatur in cauſa Canonicatus cum clauſula, Dummodo in eius fauorem reſeruetur penſio. 9

XIV.

Sententia ex celeritate proceſſus quare dicatur nulla, & cur ex delicto procuratoris, præſertim in committendo non poſſit mulctar. Dominus: conſiderandumque ſit, an Vicarius habeat facultatem tranſigendi, & an illa tranſactio efficiat, quo minus Abbas ad renocationé executionis factæ per ipſum, procedere valeat. ibid.

XV.

Homicidiæ quando dicantur notorij, vel de homicio diffamati, ad effectum, vt intret Bulla Pij V. eos excludens ab omni actu legitimo. 10

XVI.

De vaſallo quando propter delictum feudo priuetur ipſo iure, & abſque ſententia declaratoria; Quando & quomodo confiſcatio bonorum trahatur ad bona ſita extra territorium confiſcantis: cuius eadem bona applicentur: Quando ſententia confiſcationis bonorum dicatur lata de iure communi, ſeu potius de iure ſtatutario: Et an feudum Eccleſiaſticum veniat in confiſcatione bonorum & cui applicetur propter crimen læſæ Maieſtatis commiſſum in principem ſecularem. 11

XVII.

Bannitus propter homicidium quando incapax ſit hæreditatis ſibi delatæ etiam reſpectu legitimæ, & quid ſi fuerit reſtitutus, An etiam reſtitutus; cenſeatur ad ius recuperandi legitimam & hæreditatem tempore banni alteri acquiſitas. 13

XVIII.

Teſtes examinati in cauſa criminali non faciũt fidem plenam in cauſa ciuili, ſed adminiculum. 15

XIX.

De immittente ignem comburendo ſtipulam in agro ſuo quod teneatur ſi ignis percurat in agrum vicini ad damna & intereſſe, quando in die ventoſo ignem immiſit. ibid.

XX.

Ponuntur in hac deciſione aliqua notabilia ſuper probatione metus ad effectum reſcindendi inſtrumentum, quod dicebatur metu celebratum, necnon ſuper veritate inſtrumenti, quod pariter tanquam falſum improbabatur. 16

XXI.

De materia incurſus Pœnæ vigore Bullæ Alexãdrinæ plura replicantur notabilia, de quibus in ſummario. 17

XXII.

De Simoniaca Patronorum electione, & illius probatione. ibid.

XXIII.

Reſignatio beneficij Simoniaca quando abdicet ius a reſignante, & quando ſimoniacus ipſo iure priuetur beneficio per ipſum reſignato. 18

XXIV.

Vſura in ſocietate an & quãdo committatur propter vniformem annuam præſtationem, quandove vſura excludatur, vel includatur, propter lucri æqualitatem vel inæqualitatem. ibid.

XXV.

De probatione confidentiæ. 19

XXVI.

De ſimonia commiſſa in reſignatione beneficij præcedente tractatu & conuentione, quod in caſu reſignationis tertius extraneus donaret reſignanti ſcuta quinquaginta quolibet anno ibid.

XXVII.

De probatione impotentiæ viri ad effectum faciendi diuortij, & an triennalis cohabitatio ſufficiat, a quo tempore & quomodo currere incipiat. ibid.

XXVIII.

Dominus quando teneatur ſuo procuratori ad damna paſſa occaſione mandati, & quando culpa præcedit caſum, An exiſtens in culpa teneatur etiam de eo, quod

ex caſu ſequitur. 20

X X I X.

De ſimulatione an & quibus coniecturis probetur. 21

X X X.

Venditio pannotum cariori precio ſacta ob conceſſam dilationem ad illud ſoluendum, An & quando ſapiat vſuram, & hinc ſumpta occaſione aliqua notabilia po nuntur in materia ſimulationis & vſuræ. 22

X X X I.

De colluſione, ſeu præuaricatione inter litigantes, quando permiſſa dicatur, nec non etiam de repetitione teſtium facienda ex officio iudicis vel ad inſtantiam partis, & quando repetiti ſine citatione partis probent vel ne. 24

X X X I I.

Carnalis copula cũ vxore eſt difficilis probationis, & propterea coniecturis probatur & an & quando ea cenſeatur probata ex aſſertione iurata mariti. 25

X X X I I I.

Renunciatio litis facta in carceribus, vt quis ſe ab illis eximat, non valet, præſertim ſi renuncians ſit minor: & an & quando poſt renunciationem poſsit renuncians, ea non obſtante, litem proſequi. ibid.

X X X I V

Simonia mentalis, conuentionalis, & realis, quæ ſit quando & quænam inducatur ſimonia ex ſola non acceptata pollicitatione. Quando etiam in hoc crimine habeat locum pænitentia, & quando demum ambitioſus & indignus beneficio dicaturis, qui pro illo obtinendo preces emittit. ibid.

X X X V.

Supplicans, & abſolutionem petens quando delictum fateri videatur, quomodo & ex quibus carnalis copula probetur. 26

X X X V I.

Præſcriptio legis, benè a Zenone. C. de quadriennij præſcriptione, quomodo & quando procedat. Et quod in ſententia condemnatoria contumaciali non debet infligi pœna confiſcationis bonorum, niſi illa non fuerit condigna delicto, de quo agitur. 28

X X X V I I.

De filio nato ex muliere habente maritum, quando præſumatur filius alterius, quam ipſius mariti. De probatione filiationis aliqua notanda, & de quæſtione ſtatus, ac filiationis mota contra impuberem differenda in tempus pubertatis. 29

X X X V I I I

Mors viri quomodo probanda ad effectum, vt vxor poſſit cum alio matrimonium contrahere. ibid.

X X X I X.

Confiſcatio bonis delinquentis, fiſcus in illis ſuccedit vti hæres; & ideo ad inſtantiam creditorum non poteſt dari curator eiuſdem bonis tanquam hæreditati iacenti, niſi fiſco citato. 30

X L.

Matrimonium quando dicatur metu contractum, & ex quibus inter litigantes colluſio detegatur, & probetur ad effectum nullitatis ſentẽtię ex colluſione latæ ibid.

X L I.

De ſimoniaca reſignatione beneficij, in executionẽ præcedentis concordiæ facta, & an eiuſdem ſimoniæ labes iſto caſu tollatur ex narratione concordiæ vel eiuſdem concordiæ confirmatione facta a Papa. 31

X L I I.

Plures recenſentur metus præſumptiones, ſeu probationes ex quibus concluditur matrimonium metu contractum non ſubſtineri. ibid.

X L I I I.

De teſtium fide & probatione plura notanda. 33

X L I V.

Venditor rei litigioſæ, ſeu aliàs alienari prohibitæ, ignorans tamen litem ſeu prohibitionem, an, & quando teneatur emptori ad damna & intereſſe; & an etiam talis venditio ſit nulla cum omnibus clauſulis in inſtrumento venditionis contentis. ibid.

X L V.

Teſtamentum quando valeat ſine ſubſcriptione teſtatoris, & ex quibus præſumptionibus de falſo ſuſpectum reddatur ad effectum, vt ei fides non adhibeatur, cum alijs notabilibus de quibus in ſummario. 35

X L V I.

Magiſtraliter in hac deciſione declaratur, ex quibus, & quando contractus aſsignationis domus factæ a debitore ſuo creditori præſumatur potius pignoris quam dationis in ſolutum, vel è contra ad effectum, vt fructus per eundem creditorem percepti ex re aſsignata computentur, vel non computentur in ſortem principalem, & eſt materia vſurariam prauitatẽ reſpiciẽs. 36

X L V I I.

Teſtis periurus & falſus in tempore, vel in circumſtantijs non ſubſtantialibus: quando probet: eiuſque dictum poſſit a periurio & falſitate ſaluari, ex eiuſque depoſitione poſſit iuramentum in ſupplementum deferri in cauſa magna, & graui vltra alia de quib. in ſũmario. 37

X L V I I I.

De fideiuſſore repræſentando, an & quando ſit liberatus per repræſentationem factam poſt incurſam moram, & quando in propoſito admittatur moræ purgatio. 38

X L I X.

Inſtrumentum quomodo reprobetur, quando prætenditur, teſtes in eo deſcriptos, præſentes non fuiſſe illius celebrationi. ibid.

L.

De iuramento in litem deferendo legatario ſuper æſtimatione rei legatæ contra hæredem non exhibentem ipſam rem legatam in inuentario deſcriptam; & quomodo intelligatur illa concluſio, quod iuramentum in litem non defertur non plenè informato. 39

L I.

Suſpectus de hęreſi & abiurans de vehementi iniuncta ſibi pœnitentia, an peracta pœnitentia remaneat inhabilis ad beneficia obtinenda, & an etiam priuetur obtentis. ibid.

L I I.

Criminales cauſæ in generali mandato non continentur, plures exprimuntur caſus, in quibus de iure requiritur ſpeciale mandatum, & per quæ verba hoc ſpeciale mandatũ cenſeatur. 40. & ſeq.

L I I I.

In cauſa ſpolij falſitas inſtrumenti debet clarè probari. 41
Simulatio præſumitur per interpoſitionem perſonæ, d. dec. nu. 7. & in addit. lit. B. vbi de materia. ibid.

Simulatio præſumitur ex breuitate temporis, d. deciſ. nu. 8. ibid.

Simulatio præſumitur ex paupertate emptoris veriſimiliter non habentis pecunias ad emendum, d. deciſ. nu. 9 ibid.

Simulatio excluditur ex qualitate perſonæ contrahentis quæ ſit bonæ famæ, d. deciſ. nu. 10. ibid.

Simulatio probatur coniecturis non obſtante publico inſtrumento, d. deciſ. nu. 10. ibid.

Societas videtur vſuraria quando in ea dantur merces æſtimatæ & illa finita reſtituendum eſt idem capitale, deciſio. 130. nu. 1. 97

Societas non dicitur vſuraria quando æſtimatio rerum fuit facta non ad effectum inducendi emptionem, & translationem dominij, ſed ad effectum ſciendi ad quam ſummam aſcendebat capitale, d. deciſ. nu. 3 ibid.

Societas videtur vſuraria quando finita ſocietate res datæ æſtimatæ ſunt reſtituendæ in eadem quantitate æſtimata, ſecus ſi non erant reſtituendæ, niſi quatenus ſupereſſent, d. deciſio. nu. 4. ibid.

Societas eſt vſuraria quãdo in ea taxantur fructus certi, & adeſt pactum quod capitale ſit ſaluum, d. deciſ. nu. 5. ibid.

Societatis contractus non eſt vſurarius quando ſunt taxati certi fructus, & illi quidem aſſicurati ex interuallo poſt initũ contractum, d. deciſ. nu. 6. & ſeqq. ibid.

Societas officij diſſoluitur per venditionem officij, deciſio. 136. nu. 1. 101

Societate officij diſſoluta ceſſat periculum vitæ & amiſſionis ſortis principalis & remanet purum et merum mutuum, ex quo extra vſuram non poſſunt percipi fructus non obſtante pacto, vel conſuetudine in contrarium, d. deciſ. nume. 1. in fine, & in addit. lit. A. ibid.

Societates officiorum ad tantum pro centenario ſubſtinentur propter periculum vitæ, d. deciſ. nu. 2. ibid.

Societate officij finita competit actio ad intereſſe probatum, tamen vere & concludenter, non autem præſumptinè, d. deciſ. nu. 2. in fine, & in addit. lis. B. ibid.

Societatis officij initæ cũ eadem perſona ſuper eodem officio ſubſtinentur ſolum vſque ad valorem officij & non vltra, deciſ. 138. nu. 1. & per totam deciſionem. 102

Societates officij non poſſunt contrahi rigore Bullę Pauli Quarti, vltra medietatem valoris officij, d. deciſ. nu. 1 eod.

Societates officij vigore conſtitutionis Pij Quarti poſſunt contrahi vſque ad valorem officij, & non vltra, d. deciſ. nu. 1. eod.

Societas officij non poteſt ſtare ſine officio, d. deciſ. num. 3. quia officium eſt ſubiectum & fundamentum ſocietatis num. 4. 7. 8. & 9. in fine. eod. & ſeq.

Societas officij differt a cenſu vitalitij, d. deciſ. nu. 7. eod.

Societas poteſt contrahi etiam ſuper re aliena in præiudicium cõtrahentis, d. deciſ. nu. 9. 103

Socer habetur loco fratris ad cõmodum generi, ideo pro eo non facit fidem, deciſ. 47. nu. 4 38

Socius criminis non eſt idoneus teſtis in materia ſimoniæ, deciſ. 111. nu. 6. in fine. 86

Solitum quod quid eſt facit præſumptionem non modicam, quod

quod idem ſit illud de quo quæritur, d. deciſ. 47. nu. 3. 37

Soluens *ſcienter indebitum non repetit regulariter, ſed hoc fallit primo ſolutione vſurarum: ſecundo fallit quando poteſt ſumi aliqua præſumptio quod ſoluens noluerit donare, & ſic quando ſolutio non fuit facta animo donãdi, dec. 136. n. 4.* 101

Solutio *præſumitur facta de iiſdem pecunijs, de quibus antea fuit actum, deciſ. 58. nu. 7.* 70

Solutio pœnæ facta per affines delinquentis probat delictum contra ipſum delinquentem, deciſ. 21. nu. 5. 17

Solutio penſionis quomodo probetur, deciſ. 13. nu. 3 9

Solutionis formam poſſunt partes mutare & reformare, deciſio. 24. nu. 4. 18

Sponſalia *de futuro an poſſint contrahi a maiore ſeptennio, deciſ. 72. nu. 3. in fine.* 57

Sponſalia contrahens per verba de futuro cum iuramento quandoque per cenſuras compellitur ab eccleſia ad illa contrahenda per verba de præſenti, dec. 107. n. 1. declara vt nu. 2. 83

Spuriorum *genus continet omnes natos ex parentibus matrimoniam contrahere prohibitis, deciſ. 68. poſt, nu. 2.* 53

Spurij ſacrilegi & inceſtuoſi veniunt appellatione legitime natorum, d. deciſ. ſub nu. 2. ibid.

Spurius qui natus eſt ex matrimonio non legitimo dicetur infamis infamia facti, deciſ. 6. nu. 1. in princip. & in addit. lit. A. vbi de materia. 5

Spurius natus ex non legitimo matrimonio dicitur affectus aliqua leui infamiæ nota, d. dec. nu. 1. ibid.

Spurij filij non poſſunt Patri ſacerdoti ſuccedere ex conſtitutione Pij V. deciſ. 140. nu. 2. in fine. 104

Statim *dictio intelligitur cum aliquo temporis internallo, & ſecundum ſubiectam materiam, & quandoque etiam verificatur in termino duorum menſium, deciſ. 10. nu. 12.* 7

Statutum *quod credatur iuramento damnum paſſi, an valeat, & quando, & generaliter de materia, deciſ. 91. in addit. litera A.* 73

Statutum vrbis quod ſtante læſione vltra tertiam partem iuramentum nihil operetur intelligitur quando per ſententiam, vel alias euidenter conſtaret de leſione, aliter ſecus, deciſ. 59. nu. 2. 46

Statuta non dicantur fauorabilia, ex eo quod propter publicam vtilitatem puniant delicta, quando alias ſine illis delicta non remanerent impunita, deciſ. 15. nu. 13. 11

Statuta exorbitantia ſtricte interpretanda ſunt, d. dec. n. 17. ibid.

Statuta Epiſcopi non ligant delinquentem extra territorium, & Diœceſim, deciſ. 105. nu. 2. 82

Statutum irrationabile non valet, deciſ. 120. nu. 5. 92

Statuto nec etiam fieri poteſt vt certa pecunia pro quolibet centenario ſoluatur, donec ſors principalis fuerit reſtituta. dec. 129. nu. 3. contra. nu. 4. 97

Stilus *probandus eſt de tempore de quo eſt controuerſia, deciſ. 12. nu. 6.* 9

Stultus *non debet eſſe melioris conditionis quam peritus, deciſ. 66. nu. 4. in fine.* 51

Stuprans *puellam virginem tenetur eam dotare, deciſ. 74. nume. 2.* 59

Stuprans puellam ſi eam duxerit in vxorem tenetur ei etiam conſtituere dotem quam foret habitura iuxta perſonę qualitatem & loci conſuetudinem, d. deciſ. nu. 3. ibid.

Stuprans puellam ſi eam in vxorem ducere noluerit tenetur conſtituere maiorem dotem ea qua nupta fuiſſet, ſi non fuiſſet deflorata, quia per deflorationem puellæ conditio deterior facta fuit, d. deciſ. nu. 3. Vbi declaratur quomodo procedat hæc concluſio. ibi.

Stuprans puellam non tenetur præciſè illam ducere in vxorem, ſed aut ducere aut dotare, d. deciſ. nu. 4. & ſequentibus. ibid.

Stuprata puella præſumitur ſeducta & non ſponte conſentiſſe deflorationi, d. deciſ. nu. 6. ibid.

Stuprata puella præſumitur tempore ſtupri quod fuerit virgo ſic ipſa aſſerente niſi contrarium probetur, d. deciſ. nu. 6. & in addit. lit. B. vbi de materia. 59 & ſeq.

Stuprum ſeu defloratio maxime probatur ex ſanguine reperto in interula viri poſt quam rem habuit cum puella deci. 69. nume. 2. 54

Subreptitiũ *reſcriptum auocatorium iuriſdictionem non tribuit, deciſ. 40. nu. 2. in fine.* 31

Subrogatus *in beneficio litigioſo non arctatur ad iuſtificãdum gratiam, d. deciſ. 67. nu. 6.* 52

Subſcriptio *teſtatoris in teſtamento reſpicit potius probationem quam ſubſtantiam ipſius teſtamenti. dec. 45. nu. 4.* 35

Subſtitutus *in caſu, in quo hæres commiſerit homicidium aut aliquod delictum ſimile vel diſſimile nõ cenſetur vocatus in caſu, quo dictus hæres quodcumque committat delictum, ſed tantum quando commiſerit delictum grauius ipſo homicidio, & pro quo veniat confiſcatio bonorum, alias ſecus, deciſio. 97. nu. 1.* 75

Subſtitutus in caſu delicti per hæredem commiſſi non admittitur ad hæreditatem ex eo ſolum, quod hæres fuerit in contumaciã pro delicto condemnatus, d. deciſ. nu. 3. & in addit. lit. A. ibid.

Supplicans *eo magis fatetur delictum, quando vltra ſupplicationem facit expedire breue, illudque in actis producit, deciſ. 89. nu. 3. & 4* 71

Supplicans & preces porrigens videtur fateri contenta in precibus & in ſupplicatione, deciſ. 35. nu. 1. & in addit. lit. A. vbi de materia. 26. & ſeq.

Supplicans & gratiam ſeu abſolutionem petens ab excommunicatione videtur fateri delictum quando præſertim fecit impẽſam in obtinendo litteras gratioſa illaſque præſeruauit & illarum exequutionem petijt commiſſaque in exequutione gratiæ adimpleuit, d. deciſ. n. 3. in fine. 27

Supplicans vel abſolutionem petens regulariter non dicitur fateri delictum, fallit quando in ſupplicatione expreſſe narratur factum ex quo reſultat debitum, deciſ. 55. nu. 2. 42

Supplicationes plures ſub eadem data poſſunt ſuper eadem gratia expediri, deciſ. 82. nu. 2. 65

Supplicationes poſſunt etiam expediri per viam Regiſtri ſecreti, d. deciſ. nu. 4 ibid.

Supplicationes non ſolent ordinatim deſcribi, ſed indifferenter, prout ſollicitatorum diligentia expoſcit regiſtrantur, d. deciſ. nu. 5. ibid.

Suſpecti *vehementer de hæreſi ſuſpendantur vſque ad congruã purgationem & condignam ſatisfactionem, & propterea ea peracta habiles remanent, deciſ. 51. nu. 6* 40

Suſpectus de hæreſi qui abiurauit recuperat in vim abiurationis purgatiuæ beneficia alteri collata pendente iudicio inquiſitionis, d. deciſ. 51. n. 6. in fine. ibid.

Suſpecti de hæreſi in aliquibus caſibus æquiparantur hæreticis, d. deciſ. nu. 8. ibid.

Suſpectus de hæreſi deficiens in purgatione ſibi iniuncta habetur pro hæretico, d. deciſ. nu. 8 ibid.

Suſpectus de hæreſi purgatus etiam poſt purgationem remanet ſuſpenſus ratione ſcandali, d. deciſ. nu. 9. vbi declaratur quando vltra purgationem ex lapſu longi temporis virtuoſè & catholicè vixerit. ibid.

TErmini *ſubſtantiales videntur ſeruandi etiam in cauſis criminalibus, deciſ. 52. nu. 3.* 41

Tertius *ſubſcribens ſe nomine alicuius, & de illius mandato in aliqua ſcriptura, non probat mandatum, niſi de eo aliunde appareat, deciſ. 103. nu. 5. in fine.* 80

Teſtamentum *ſubſcriptione teſtatoris carens quando ſubſcriptio erat neceſſaria ex eius voluntate nullũ eſt, dec. 45. n. 1.* 35

Teſtamentum ſecundum reuocat primum, d. deciſ. nu. 3 ibid.

Teſtamentum in ſua forma non caſſum, nec cancellatum non pręſumitur falſum, d. deci. nu. 3. in fine. ibid.

Teſtamentum ſine ſubſcriptione teſtatoris etiã neceſſaria ex eius voluntate ſuſtinetur inter liberos, d. deciſ. n. 4. ad fi. ibid.

Teſtamentum non redditur nullum ex eo, quod teſtator in confeſſione teſtamenti aliquo accidenti oppreſſus, protulerit aliquam verba extranea ab actu teſtandi, & non ſcripta a notario in teſtamento, deciſ. 139. nu. 1. ad finem. 104

Teſtamentum factum a Teſtatore etiam morti proximo valet, quando alias teſtator eſt in ſenſu ſuo, d. deciſ. ſub num. 2. & in addit.

I N D E X

addit.lit.B. ibid.

Teſtamẽtum vitiatur ſi poſt illius ſignationem aliquid in eo ſcriptum reperitur,decif.131.nu.4 ſecus ècõtra ſi nihil additum vel detractum ſuit.decif.131.nu.5 98

Teſtamentum an vitietur in totum ſi in aliquo legato vel particulari inſtitutione habet aliquam ſuſpitionem, d. deciſ. nu. 5. in fine. ibid.

Teſtamenti vna pars aliam declarat,deciſ.97.n.2 76

Teſtamentum primum validum nõ reuocatur per ſecundam inualidum,deſiſ.55.nu.3.& in addi.lit.C. 42

Teſtatoris voluntas ſi aliunde probetur quam ex teſtamentarijs teſtibus,qui in eo non ſint appoſiti,adhuc ſubſtinetur, deciſ. 131.ſub.nu.2. 98

Teſtator poteſt in caſu delicti hæreditatem alteri deferre,eamq; ab hærede auferre,& in caſu quo hæres gratiam obtineat bona ad ipſum reuertantur,deciſ.97.nu.2.in fine. 76

Teſtis inimicus dicitur is qui cauſas inimicitiæ habet,deciſ. 95. num.3 74

Teſtes pro informatione curiæ non probant delicta etiam quod contra conſumacem procedatur,d.deciſ.3. & in addit. lite.D. vbi de materia. eod.& ſeq.

Teſtes examinati contra clericos a Iudice laico , & de mandato Principis ſecularis,d.deciſ.nu.3.in fine. 75

Teſtes recognoſcentes cedulam priuatam , debent dicere , ſe vidiſſe illam ſcribere,nec ſufficit,dicant, quod notã habeant manum ſcribentis,deciſ.103.num.2.& in addit. lit. B.vbi de materia. 80.& ſeq.

Teſtes examinati a Iudice non habente iuriſdictionem nihil probant, deciſ.64.nu.3. 50

Teſtes dicentes ſalſum per verbum credo,non poſſunt de ſalſo redargui,deciſ.73.nume.4.& in additionibus . litera C. vbi de materia. 58.& ſeq.

Teſtis deponens aſſertiue per verbum ſcire poteſt , ſi falſum dixerit ſaluari eius dictum intelligendo de vehementi opinione, d.deciſ.nu.4.& in addit.lit.D.vbi quid de teſte qui primo dixit ſe credere & poſtea dicas ſe ſcire &ècontra. ibid.

Teſtium varietas non tangens ſubſtantialia negotij non attẽditur,d.deciſ.ſub nume.4.ad medium,& in addit. litera E. vbi de materia. ibid.

Teſtes ſingulares deponentes pro adminiculo probant, deciſ. 17. nu. 2. in fine. 19

Teſtes reprobantes inſtrumentum debent eſſe omni exceptione maiores,deciſ.10.nume.8. & in addit. litera D. vbi de materia. 7.& ſeq.

Teſtis vnus deponens quod offenſio fuit facta occaſione litis.plene probat ad effectum vt ſit locus Bullæ Alexandrinæ . deciſ. 2.nu.2. 3

Teſtes Participes criminis non probant offenſionem non fuiſſe factam ex cauſa litis,vt effugiatur pœna Bullæ Alexandrinæ , d.deciſ.nu.2. ibid.

Teſtes ſeruitores vulnerantium non probant offenſionem fuiſſe factam,ex cauſa litis,vt effugiatur pœna Bullæ Alexãdrinæ. d.deciſ.nu.3 ibid.

Teſtes examinati parte non citata & lite pendente in alio iudicio non probant,deciſ.20.nu.1.& 3. 16

Teſtes de auditu a parte nihil probant ad ſauorem ipſius partis, d.deciſ.nu.1 ibid.

Teſtes ſingulares non probant confeſſionem extraiudicialem,deciſ.9.nu.5. 6

Teſtes non præſumuntur ſingulares,ſed conteſtes, dicta deciſio. nu.5 ibid.

Teſtes ſingulares probant concurrentibus adminiculis,d.deciſio. nu.6 ibid.

Teſtes non poſſunt deponere per ſcripturam, ſed debent deponere viua voce & cum iuramento,deciſ.30.nu.6. 23

Teſtes examinati ſine partis citatione nulliter dicuntur examinati,niſi parte præſente & inſtante fuerint examinati ſuper interrogatorijs datis,deciſ.31.n.2. 24

Teſtes quamuis ex officio examinentur ſeu repetantur, neceſſaria tamen eſt citatio partis,niſi eadem pars inſtet pro repetitione,d.deciſ.nu.4. ibid.

Teſtes poſſunt examinari parte non citata,quando partes ſit conſenſerunt,d.deciſ.& num.... ibid.

Teſtes nulliter examinati non poſſunt repeti, ſed debent de nouo examinari,niſi pars pro repetitione inſteterit,d.deciſ.num.5. & in addi.lit. A.vbi de materia. ibid.

Teſtes non examinati ſuper interrogatorijs datis a parte dicuntur nulliter examinati,quando pars proteſtata ſuit , quod ſuper dictis interrogatorijs examinentur teſtes : ſecus ſi hanc proteſtationem non fecit,& a Iudicis contrario decreto nõ appellauerit,d.deciſ.nu.6. ibid.

Teſtium depoſitiones poſitę ad partes de mandato Iudicis non dicuntur eſſe de actis,d.deciſ.nu.7. ibid.

Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores in cauſa matrimonij quando principaliter agitur de ipſius matrimonij,ſœdere; ſecus ſi incidenter agatur ad effectum puta ſuccedẽdi in aliquo fideicommiſſo ſeu hæreditate,deciſ.43.n.1.& in addit.lit. A. vbi de materia. 33

Teſtis alias meretrix admittitur,quando tempore examinis non erat meretrix,d.deciſ.nu.2 ibid.

Teſtium inhabilitas conſideratur habito reſpectu ad tempus examinis,non autem ad aliud tempus,d.deciſ.nu.2. & in addi. lit.B. vbi de materia. ibid.

Teſtis vltro ſe offerens examini redditur ſuſpectus,d.deciſ. nu.3. & in addit.lit.C.vbi de materia. ibid.

Teſtis familiaris & magnus amicus alicuius conſanguinei aduerſarij mei non dicitur idoneus teſtis contra me, dicta deciſ. nu.3. ibid.

Teſtis deſiderans victoriam alicuius ex litigantibus non eſt idoneus teſtis contra alium litigantem,d.deciſ.nu.3.& in addit. lit.D.vbi de materia. ibid.

Teſtis oui recipit dono aliqua bona ab vno ex litigantibus non eſt idoneus teſtis contra alium,d.deci.nu.3.in fine. ibid.

Teſtis excommunicatus repellitur a teſtificando,d.deci.nu.4.& in addit.lit.E.vbi de materia. ibid.

Teſtis qui loquutus eſt cum parte ſuper reformatione articulorum non eſt idoneus,d.deciſ.nu.5. ibid.

Teſtis ſacerdos qui nunquam dixit Miſſam & officium , & non habet breuiarium non eſt idoneus,d.deci.nu.5.in fine. ibid.

Teſtis vnus deponens de fama,de qua nemo alias depouit nullã facit fidem,deciſ.56.nu.20. 44

Teſtis vnicus & de auditu nihil probat,deciſ.60.nu.10. 47

Teſtes repetiti ſi varient a primo examine attenditur prima depoſitio,d.deciſ.& in addit.lit.E.vbi de materia. ibid.

Teſtes licet informiter examinati inducunt tamen præſumptionem,deciſ.67.nu.2.& in addit.lit.E.vbi de materia. 52

Teſtium depoſitiones in partibus receptorum vigore remiſſorialium debent habere ſubſcriptionem notarij actuarij, deciſ.65. nu.3.in fine. 51

Teſtes deponentes veriſimiliora præferuntur teſtibus minus veriſimilia deponentibus,deciſ.72.nu.5. 58

Teſtes plures præferuntur paucioribus,d.deciſ.nu.5. ibid.

Teſtes idonei præferuntur teſtibus exceptiones , patientibus , d. deciſ.nu.5 ibid.

Teſtes deponentes per eadem verba ſunt ſuſpecti , deciſione 49. nu.1 39

Teſtis inſtigator ſuſpectiſſimus eſt eique non creditur etiam in crimine ſimoniæ & læſæ maieſtatis,deciſ.12.nu.3 9

Teſtes patientes exceptionet ſupplentur ex ijs, in quibus concordant,d.dec.nu.8.ad finem. ibid.

Teſtes inter ſe varij,& contrarij in tempore nihil probant, deci. 69.nu.9 55

Teſtis inueriſimilia deponenti credendum non eſt,d.deciſ. nu.11. in fine. ibid.

Teſtis patronus ad ſauorem præſentati non eſt,idoneus, eius autem procurator idoneus,deciſ.34.nu.2. 26

Teſtes de auditu tantum,& etiam de ſama deponentes per verba præſentis temporis non concludunt,d.deciſ.nu.3. ibid.

Teſtes examinati inter alias perſonas non probant, deciſione 57. nu.10. 45

Teſtibus

Digitized by Google

Teſtibus deponentibus de valore rei cum ratione quia terre vicinæ ſic venduntur optimè probant precium & valorem ipſius rei, d. deciſ. nu. 12. ibid.

Teſtes habentes idem nomen & cognomẽ cum teſtibus in inſtrumento deſcriptis, ſi negent ſe inſtrumento interueniſſe, non propterea concludunt falſitatem inſtrumenti, niſi concludenter probetur ipſos, & non alios interueniſſe, cum potuerit eſſe, quod alij eiuſdem nominis & cognominis vocati interfuerũt, deciſ. 82. nu. 3. 65

Teſtes examinati ſine citatione partis dicuntur nulliter examinati, deciſ. 105. nu. 5. 82

Teſtes non probant negatiuam quod teſtator aliquid non dixerit deponendo ſe hoc non audiuiſſe, deciſ. 139. num. 3. & in addit. lit. C. 104

Teſtium falſitas oportet vt appareat per probationem quæ de neceſſitate concludat & quod res aliter ſe habere non poſſit, deciſ. 116. nu. 1. ſeq. & in addit. lit. A. 89

Teſtibus mortuis an ſit adhibenda fides, deciſ. 123. num. 1. & in addit. lit. A. 93

Teſtes ſine iuramento non probant, d. deciſ. nu. 1. ibid.

Teſtis vt à periurio ſaluetur omnis interpretatio facienda eſt, deciſ. 47. nu. 4 38

Teſtis an dicatur falſum non dicens verum circa tempus, d. deciſ. nu. 5. ibid.

Teſtis falſus in ijs quæ non ſunt de ſubſtantia negotij adhuc probat & fidem facit, d. deciſ. nu. 5. ibid.

Teſtis ſe referens ad inſtrumentum cenſetur depoſuiſſe quod ſcriptum eſt in inſtrumento, d. deciſ. nu. 6. ibid.

Teſtis vnicus adminiculis adiuuatus probat plus quàm ſemiplenè, d. deciſ. nu. 7. ibid.

Teſtis mediator quando deponit de facto proprio, & non tractatur de eius commodo, laude aut vituperio, facit plenam probationem cõcurrentibus veriſimilibus coniecturis, d. deciſ. nu. 8. & in addit. lit. A. vbi alique ad materiam. ibid.

Teſtes alij poſt publicationem examinatorum ſuper iiſdem materijs vel directe contrarijs examinari non debent, deciſio. 58. nu. 2. 45

Teſtes recognoſcentes manum alicuius qui eam notam habent ſufficit quod deponant per verbum credo, vel per verbum videtur, & ſimilia, deciſ. 70. nu. 1. 56

Teſtes deponentes de iudicio ſuo vel per verbum credo, aut per verbum videtur, & ſimilia, probant quando deponunt ſuper eo, quod iudicio intellectus percipitur, d. deciſ. nu. 1. & in addit. lit. A. vbi de materia. ibid.

Teſtis ratio ſufficit quod concludat a communiter accidentibus, d. deciſ. nu. 1. in fine. ibid.

Teſtis procurator nõ probat in illa cauſa, in quo fuit procurator, deciſ. 32. nu. 1. in fine. 25

Teſtes examinati in cauſa criminali non faciunt fidem in cauſa ciuili, deciſ. nume. 1. & quid è contra, & de materia in addit. lit. A. 15

Teſtes examinati in cauſa criminali faciunt aliquod adminiculum in cauſa ciuili, d. deciſ. nu. 1. ibid.

Teſtes examinati in vno iudicio criminali non faciunt fidem ſeu inditium in alio iudicio criminali, dictu deciſ. in additio. litera A. ibid.

Teſtes in vno iudicio examinati quando faciant fidem in alio generaliter & remiſſiuè. d. deciſ. in addit. lit. A. ibid.

Teſtes requiruntur in teſtamento etiam facto ad pias cauſas, deciſ. 131. nu. 2. vbi tamen quod contraria opinio eſt tutior, & communior & in addit. lit. A. vbi de materia. 98

Teſtes in teſtamento requiruntur pro ſolemnitate probatoria, non autem pro ſolemnitate ſubſtantiali, d. deciſ. nu. 2. & in addit. lit. A. ibid.

Teſtes ſeptem in teſtamento requiruntur quod quãdo verum ſit & generaliter de materia, d. deciſ. in addit. lit. A. ibid.

Teſtis de auditu ab eo cui non creditur nullam facit fidem, deciſ. 111. nu. 9. 86

Teſtes vt de falſo urguuntur circa ea quæ reſpiciũt dictum principale, probatio debet eſſe neceſſaria & concludens, deciſ. 117. nu. 2. 90

Teſtis coniunctus non probat pro coniuncto, deciſ. 125. nu. 1. 94

Teſti valde amico valde de fide diminuitur, d. deciſ. nu. 1. ibid.

Teſtis fideiuſſor non probat deponendo pro eo, pro quo fideiuſſit, quando habet intereſſe in cauſa occaſione ſuæ fideiuſſionis, d. deciſ. nu. 1. ibid.

Teſtis pauper repellitur, & non repellitur arbitrio Iudicis attentis circumſtantijs perſonæ, d. deciſ. nu. 4. ibid.

Teſtis qui fuit famulus, & tempore ſuæ depoſitionis non eſt amplius famulus eius pro quo deponit, eſt idoneus, d. deciſ. nu. 4. & in addi. lit. A. vbi de materia. ibid.

Teſti ſubornato non creditur in eo quod deponit ſe ab alio fuiſſe ſubornatum, d. deciſ. nu. 5. & in addit. litera B. vbi de materia. ibid.

Teſtis de falſo condemnatus & miſſus ad triremes nihil probat. d. deciſ. nu. 5. ibid.

Teſtis concubinarius laicus, & non notorius adhuc probat, d. deciſ. nu. 6. & in addit. lit. C. vbi de materia. ibid.

Teſtis amicitia cum producente ipſum non repellit, niſi ſit immoderata, d. deciſ. nume. 6. & in addit. litera D. vbi de materia. ibid.

Teſtes non repetiti non probant quid quando proceditur in tribunali Gubernatoris vrbis, & contra contumacem, deciſ. 3. num. 4. & in addit. lit. C. vbi de materia. 3

Teſtes examinati pro informatione curiæ & non repetiti cum citatione partis nihil probant, deciſione 133. numero 3. faciunt tamen adminiculum quando reus defenſionibus renunciauit. nu. 9. 99

Teſtes inhabiles & patientes exceptiones adhuc probant ſi eorũ depoſitio adiuuatur alijs circumſtantijs, & probationibus, deciſ. 25. nu. 1. 19

Titulus nullus inualidus, ſubreptitius & putatiuus excuſat a pœna priuationis propter incompatibilitatem, deciſ. 66. nu. 6. vbi hoc declaratur huc non habere locum quando quis ſciuit, aut ignorare non debuit vitium ipſius tituli. 51. & ſeq.

Titulus beneficij probatur & coloratur ex prouiſione & collatione ordinarij, deciſ. 67. nu. 2. 52

Tranſactio facta ſuper re clara non valet, deciſ. 126. nu. 9. 95

Turbantes iuriſdictionem iudicis efficiuntur ſubditi illi Iudici, & illius iuriſdictioni etiam quod aliàs non eſſent ſubditi, deciſ. 93. nu. 3. 74

Tutor negligens emere pupillo prædia condemnatur ad præſtationem vſurarum, deciſ 85. nu. 6. 68

VAſallus in caſibus, in quibus incurrit pœnam priuationis feudi regulariter non priuatur ipſo iure, ſed ſequuta ſententia declaratoria, deciſ. 16. nu. 2. & ſeqq. 12. & ſeq.

Vaſallus qui ignorans feudum illud vendit tenetur emptori ad damnu & intereſſe, deciſ. 44. nu. 2. in fine. 34

Vendens rem prohibitam alienari ignorans prohibitionem nõ tenetur emptori ad damna & intereſſe, deciſ. 44. nume. 2. vbi declaratur. 34

Vendens rem alienam etiam ignorãter adhuc tenetur de euictione rei venditæ & ad damna & intereſſe, d. deciſ. nume. 2. & ſeq. ibid.

Vendens rem alienam ignoranter non tenetur ad pœnam quæ extrinſecus venit, d. dec. nu. 2. in fi. ibid.

Vendens rem alienam ignoranter tenetur etiam ad totale intereſſe intrinſecum, non autem ad extrinſecum, d. deciſ. num. 4. in fine. ibid.

Vendere rem cariori pretio facta dilatione ad tempus vſura eſt, deciſ. 30 num 2. Sed an & quando hoc verum ſit, vide per totam deciſionem, & in addit. lit. A 22. & ſeq.

Vendere licet rem ſupremo precio credita pecunia, d. dec. num. 8. 23

Vendere licet rem etiam cariori precio facta dilatione ad ſoluendum quando in loco vbi fit venditio non inueniuntur emptores, qui in prompta pecunia emant, d. dec. nu. 10. & ſeq. vbi idẽ quando merces in illo loco ſolent frequentius vendi credita pecunia quam in contanti. ibid.

Venditio non dicitur vſuraria quamuis res fuerit vendita cariori pre-

Digitized by Google

ri precio facta dilatione ad illud ſoluendum, niſi etiam vendens habuerit declaratam intentionem committendi vſuram quæ quidem deprauata intentio in dubio non præſumitur, d. deciſ. nu. 9. ibid.

Venditio cum pacto de retrouendendo a iure non improbatur, deciſ. 118. nu. 4. ſed quid ſi concurrat modicitas precij, an ſapiat vſuram, vide ibid. in addit. lit. C. 90. & ſeq.

Venditio vnius rei pluribus facta eſt valida, quia ſuccedit obligatio ad intereſſe ſi rem venditam non poteſt ſecundo venditori tradere, deciſ. 138. nu. 6. & in addit. lit. A. vbi de materia & quomodo puniatur vendens ſeu hypothecans eandem rem pluribus ac diuerſis perſonis. 102. & ſeq.

Venditor cenſus poteſt quandocumque illum redimere, emptor non poteſt etiam quod de hoc non adſit pactum in inſtrumento, deciſ. 96. n. 3. 75

Venditor rei alienæ ſiue ſcienter ſiue ignorans rem eſſe alienam indiſtincte tenetur ad damna & intereſſe quando ita promiſit præſertim cum iuramento, deciſ. 44. nu. 5. 34

Venditor rei alienæ non tenetur ad intereſſe quando ipſe ignorauit rem eſſe alienam & venditor ſciebat; d. deciſ. nu. 4. in fi. & ibi in addit. lit. B. vbi an iſto caſu teneatur de euictione. ibid.

Venditor non tenetur præciſè rei venditæ dominium transferre, ſed tantum tenetur ad intereſſe, A. decis. nu. 6 ibid.

Venditor an poſſit percipere aliquos fructus pro precio ſibi non ſoluto, deciſ. 115. nu. 5. 6. & ſeq. 89

Verba quantumuis generalia reſtringuntur ad id quod æquum eſt, & ne indebite quis damnum patiatur, deciſ. 19. nu. 2. in fine, & in addit. lit. B. vbi remiſſiue plura de reſtrictione verborum generalium, & vniuerſalium. 16

Verba inducunt conſenſum dummodo ſint congrua & accomodata ad illam ſignificandum, aliter ſecus. deciſ. 63. nu. 2 49

Verba generalia non inducunt ſimoniam, d. deciſ. nu. 5. 50

Veriſimile quod eſt attenditur potius quam poſſibile, deciſ. 60. nu. 9. 47

Veriſimile quod magis eſt, excludit minus veriſimile, deciſ. 101. nu. 4 78

Veriſimilitudo facit præſumere indentitatem pecuniarum, deciſ. 98. nu. 6. 76

Veritas meri facti declaranda eſt per ſententiam Iudicis, deciſ. 16. nu. 3. 12

Vicarius an habeat facultatem tranſigendi, & an illa tranſactio obſtet, quo minus Abbas ad reuocationem executionis factæ per ipſum, procedere poſſit, deciſ. 14. nu. 1. 10

Vicinitas actuum inducit correſpectiuitatem. deciſ. 98. n. 3. 76

Virginitas probatur ex inſpectione ſeptem matronarum expertarum, deciſ. 27. nu. 2. 19

Virginitas & non defloratio probatur per famã, d. deciſ. nu. 3. 20

Virginitas probatio eſt multum remiſſa arbitrio iudicis, qui propterea per plures & diuerſas obſtetrices ſemel & pluries debent facere omnem diligentiam & experientiam, d. decis. nume. 6. ibid.

Virginitas dignoſcitur per obſtetrices in oppido Gemen. deciſio. 58. nu. 3. 45

Virginitas an & quando præſumatur & quomodo probetur, deciſ. 74. in addit. lit. B. 60

Virginitatem probare ex dicto obſtetricem, eſt iudicium fallax, & incertum, deciſ. 75. nu. 6. & in addis. lit. B. vbi alia ad materiam. eod. & ſeq.

Violans ſequeſtrum priuatur ipſo iure, ſed cui ſequeſtrata res applicetur, deciſ. 2. nu. 3. in fine. 3

Viro aſſerenti ſe potentem magis creditur quam vxori contrarium affirmanti, deciſ. 75. ſub nu. 1 60

Vitioſa poſſeſſio poſterioris beneficij facit vacare priora, deciſi. 66. n. 1 51

Voluntas diſponentis adhuc colligitur ex errore, deciſione 90. nu. 7. 72

Vniuerſalia verba repetita plenam & exuberantem concedentis voluntatem oſtendunt, deciſ. 68. poſt nu. 3. & in addit. lit. A. vbi de materia. 53

Vniuerſalia verba quocumque modo, & quouiſmodo denotant omnem modum qui excogitari poſſit, d. deciſio. poſt nu. 3. & in addit. lit. B. vbi de materia. ibid.

Vſucapi non poſſunt capta a latronibus, quia vitio furti affecta ſunt, nec tale vitium purgatur etiam, quod deinde ad manus hoſtium peruenerint, & ab illis fuerint empta, deciſ. 220. nume. 4 92

Vſurarum exceptio non retardat exequutionem obligationis cameralis, niſi ita patens ſit vt tergiuerſari non poſſit, ſed habet locum regula ſolue & recepte, deciſ. 119. n. 9. in fine. 91

Vſura non præſumitur committi a muliere nobili, deciſ. 10. nu. 5. & in addit. lit. B. vbi de materia. 7. & ſeq.

Vſura eſt ex mutuo fructus percipere, deciſ. 136. nu. 1. in fi. 101

Vſura formalis dicitur illa quæ prouenit ex vero contractu mutui, deciſ. 30. n. 3. 22

Vſura dicitur indirectè ſiue per accidens quando ſub velamine empcionis ſeu alterius liciti contractus committitur, d. deciſ. nu. 3. in fine. ibid.

Vſura in dubio non præſumitur ſicut & in dubio contractus non eſt præſumendus vſurarius, d. deciſ. in addit. lit. B. vbi declaratur. 23

Vſura regulariter nõ committitur in contractu emptionis & venditionis, d. deciſ. nu. 5. in fine. ibid.

Vſura & fraus non præſumitur commiſſa a muliere, dec. 46. nume. 10. 36

Vſura & fraus non præſumitur commiſſa inter perſonas integræ opinionis, & ſanguine coniunctas, deciſ. 46. nu. 10. & in additionib. litera C. vbi etiam quid de præſumptione ſolutionis. ſol. eod. & ſeq.

Vſura eſt etiam quid hebræos ſoluere ſe ptem cum dimidio pro centenario ceſſante ratione lucri ceſſantis aut damni emergentis, deciſ. 5. nu. 1. 4

Vſura arguitur ex vniformi annua præſtatione, deciſione 24. nume. 2. 18

Vſura dicitur commiſſa in ſocietate, quando ſocius qui in illa nullam poſuit pecuniam æqualiter participat de lucro prouenien te ex pecunia conſocij, d. dec. nu. 2. declara vt nu. 4. ibid.

Vſura non cadit, niſi in mutuo vero vel palliato, dicta deciſione. nu. 3. ibid.

Vſuraria dicitur ſocietas quando ſocij habent in ſocietate partes inæquales & tamen conueniunt vt lucrum ſit æquale, d. deciſ. nu. 4. ibid.

Vſuraria dicitur ſocietas quando ambo ſocij ambæ habent æquales portiones in ſocietate, & tamen conueniunt vt lucrum ſit inæquale, d. deciſ. nu. 4 ibid.

Vſura non eſt quando aliquid ſoluitur vltra ſortem loco pęnæ, deciſ. 85. nu. 5. 68

Vſuræ natura eſt multiplicare obligationem, d. deciſ. nu. 8. in fine. eod. & ſeq.

Vſura cenſetur quando quantitas pecuniæ mandatur ſolui per dinumerationem temporis etiam quod mãdetur ſolui ſub nomine pęnæ, declara vt nu. 9. d. deciſ. 69

Vſurarium dicitur pactum de ſoluendo decem pro centenario, donec ſors principalis ſoluatur, deciſ. 129. nu. 2. & nu. 8. vbi an ſaltem reducatur ad iuſtam taxationem. deciſ. 129. nume. 2. fol. 96. & ſeq.

Vſura arguitur ex vniformi præſtatione lucri, d. deciſio. num. 2. in fine. 97

Vſura non eſt aliqd recipere pro pecunia collocata penes mercatorem in ſocietate & ad honeſtam lucrum, d. dec. n. 5. & 7. ibid.

Vſura an & quando inducatur ex taxatione intereſſe, d. deciſ. nume. 6 ibid.

Vſura eſt contra ius diuinum, deciſ. 115. nu. 7. 89

Vſurarius contractus põt ẽt a Papa confirmari, dec. 115. n. 7. ibid.


Vſurarij contractus ſubſtinentur a conſuetudine, quæ ſit recepta a maiori parte populi, d. dec. nu. 7. ibid.

Vt aduerbium habet naturam qualificandi cauſam ſeu factum, deciſ. 102. nu. 4. 79

Vtile per vtile non vitiatur quando ſumus in ſeparabilibus & diuiduis, deciſ. 10. nu. 6. verſ. vnde quod. & in addit. lit. B. vbi de materia. 7. & ſeq.

Vxor non præſumitur quod renuat ſe carnaliter cognoſci a ſuo viro, deciſ. 25. nu. 4. 40
Vxor quando non cognoſcitur a ſuo viro efficitur inquieta & crudelis, deciſ. nu. 5. ibid.
Vxor ne ſeuitiam a viro patiatur prouidendum eſt, deciſ. 75. nu. 8. & in addit. lit. C. vbi plura de materia ſeuitiæ. 61
Vxor quando propter viri ſeuitiam poſſit petere ſeparationem thori, quomodo probetur talis ſeuitia, & alia ad materiam, in addit. lit. C. ibid.
Vxor quandoque etiam præſtat viro ſeruitium lauandi pannos, deciſ. 7. nu. 1 5
Vxor vidua poteſt peten. ab hæredibus mariti vſuras dotis propter retardatam ſolutionem, deciſ. 85. nu. 7. in fi. & in addit. lit. A. vbi de materia. 68. & ſeq.

F I N I S.



DECISIONES ROTAE CXL.

CRIMINVM MATERIAM IN PRÆCEDENTIBVS præſertim conſilijs pertractatam, reſpicientes.

Ab eodem ***PROSPERO FARINACIO I. C. ROMANO*** *hic poſt eadem ſua Criminalia Reſponſa poſita & recollecta.*

Quibus etiam acceſſerunt Additiones eruditiſſimæ FAMIANI CENTVLINI IVRISCONS. GALLESII.

CAPVTAQVENSIS.

Ex manuſcriptis, lib. 1. deciſ. 150.

ARGVMENTVM.

De reſponſione facienda interroganti, An inſtrumento vti quis velit pro bono: Quando admittatur cum Concluſione, quatenus ſit bonum: vel donec de contrario non appareat.

S V M M A R I V M.

Reſponſio, quod quis vult vti inſtrumento, quatenus appareat bonum, vel quouſque fuerit certificatus de contrario, an, & quando admittantur, nu. 1. & 2. & in addit. lit. A. per totam, vbi latè de materia.

Reſponſio non admittitur, quod quis vult vti inſtrumento, ſeu teſtibus, quatenus boni ſint, aut quid ſimile, quādo datur aliquis odor, ſeu ſuſpicio falſitatis, nu. 2. & 4. & ſeq. & in addit. lit. A. in diſcurſu, vbi de materia.

Interrogatio, an quis velit vti teſtibus examinatis pro bonis, et legalibus, an admittatur ante factam publicationem eorum depoſitionum, & præſertim in Rota, nu. 3.

DECISIO PRIMA.

1 PEtitioni, an quis velit vti inſtrumento pro bono, cenſetur ſufficienter reſponſum, quod vult vti pro bono,[a] donec, & quouſq; fuerit legitime certificatus de cōtrario; quia licet, quādo quis non reſpondit purè de præſenti ſe velle vti, ſed ſub cōditione, quatenus appareat bonum, nō ſit ſufficiens reſponſio, Bar. *in l. diuus. la 2. ff. ad l. Corn. de falſ.* Lap. *alleg.* 119. Pau. *in l. 2. C. de fide inſtrum.* Cæpol. *caut. 59. deciſ. Neap.* 189. Rip. *in c. cum M. Ferrarienſis. nu.* 100. *de conſtit.* tamen, quādo pura eſt reſponſio reſpectu præſentis temporis, bona eſt reſponſio, quamuis reſpectu futuri temporis dicat, quod perſeuerabit vti pro bono, donec certificatus fuerit de contrario, & in his terminis procedit Specu. *in tit. de edit. inſtru. §. viden. num. 3. verſ. Quid ſi velit.* Cyn. Salyc. vide Ang. *in l. ſi falſo. C. de falſis.* Alberic. *in l. 2. C. de fide inſtr.*

2 Nec poteſt cogi ad magis præciſè reſpondendum, niſi detur odor aliquatum falſitātum, iuxta adducta per Ant. Rub. Alexand. *in l. Non ſolum, §. Morte, ff. de nou. ope. nunc. nu.* 314. *verſ. pro reſolutione,* qui allegat Aret. *in c. præſentium. de teſtib. n.* 28. Et ita tenuit Rota *in vna Portuen. Caſtri Riani.* 15. *Martij corā Capizucco* 1555. *Hactenus Caputaquen.*

ALIA DECISIO.

Et proſequendo eandem materiam, placuit hic inſerere duas alias deciſiones, in vna Senogalien. frumenti coram Robuſtero. Quarum prima fuit facta die 8. Octobris 1571. & ex eius libris manuſcriptis per me exemplata, ſub his verbis videlicet. Quoad primam partem licet Domini procliuiores eſſent, quod Io. Petrus, & litis Conſortes eſſent cogendi reſpondere, licet non ſit facta publicatio teſtium formalis, attamen propter ſtilum Rotæ, quod teſtium dicta, quando ipſe voluerit, oſtendantur partibus, taliter quod non poſſunt prætendere ignorantiam, tum quoniam ratò haberet exe-

quutlonem iſta coacta reſponſio; tum quonlam per ipſum ſtat, quominus habeat illam publicationem; nec releuat præiudicium, quod conſideratur in eo, quod nō pōt examinare alios teſtes, qm̃ iſta viſio ſeu publicatio cum fiat ex cauſa neceſſaria, non inferret hoc prçiudicium; nihilominus ad abundantē cautelā ordinarunt, vt offerā parti priuatè, & extraiudicialiter; quod ſi abſque aliquo eius p̃iudicio voluerit videre iſtos teſtes, oſtendam ipſi, & ita ceſſabit difficultas ex facto.

4 Quoad aliam partem fuit reſolutum, quod niſi adſit aliqua ſuſpicio falſitatis, non coguntur prçciſç reſpōdere, ſed poſſunt dicere, ſe velle vti, quatenus ſint veri, ſeu boni, ex allegatis; nec placent reſponſiones Bartholomæi ex dictis informantes Petri, & litis Conſortes, an verò ex ſententia A.C. ſuper alijs, ſi quæ ſunt, conſtet de ſufficienti ſuſpicione, poterit per memorialia informari; & ſi res habebit probabile dubiū, dabitur dubiū.

ALIA DECISIO.

5 *Altera vero deciſio die 3. Decembris eiuſdem anni 1571. ſub his verbis videlicet.* Fuit reſolutū, quod iſti de Montemariano tenentur præciſè reſpondere, an velint vti vel ne, teſtibus tanquam veris, quoniam ad cogendum ita præciſè reſpondere, ſufficiunt benè ſuſpitiones iuris, quæ hic adſunt ex ſententia in iudicio criminali, iam per plures annos lata, & nō reuocata; & licet ab ea pendeat appellatio, tamen ad hūc effectum placebat Dominis, quod nō ſit omnino ſuſpenſa prçſumptio ſententiæ ex allegatis. Præterea illa reuocatio vnius ex teſtibus ſatis mouebat animos Dominorum, ad ita arbitrādum, iuncta prçſertim cum renitentia iſtorum particularium, in non reſpondendo præciſè; nec ea, quæ in contrarium extraiudicialiter adducebātur contra teſtes Bartholomæi, mouebant Dominos, quoniam fortè vndique ſunt anguſtiæ; & ſi iſti particulares inſteterint contra Bartholomçum, vt etiam ipſe debeat ita præciſè reſpōdere, fortaſſe Rota arbitrabitur, quoniam ſeries iſtius facti videtur ſcrupuloſa, & turbida; ſed dixerūt de his alias eſſe agendum ad partem contra Bartholomçum, ſi pars inſteterit.

ADDITIO.

a *Vti pro bono.* In materia harū deciſionū, qn̄ ſ. admittatur interrogatio, an velit qs vti inſtr̃o, ſeu teſtib. pro bonis, & legalib. & qn̄ interrogatus reſpondere teneatur, & qūo, & an præciſè, an verò ſub conditione generaliter de tota materia. Vide aliam deciſionē Cortæ *in vna Imolen. Canonicatus 16. Maij* 1567. Catell. Cotta *in memoral. verſ. inſtrumēto, vel teſtib.* Neuiz. *conſ.*8.*n.*65. Imol. *concluſ.*23.*li.*5. Gabr. *li.*7.*concl.*1.*per totam.* Fr. Marc. *deciſ.*373.*par.*1. Pract. Corrad. *fol. mihi* 395.*n.*18. *& ſeqq.* Alex. Strac. *in pract. iudictar. c.*22.*nu.*8. *& ſeqq.* Mōticell. *reg. crim.* 15.*nu.*74. *& ſeqq.* Clar. *in pract.* §. *falſum. verſ. vtens dicto*, Cçph. *conſ. nu.*9. *& ſeqq. lib.*1. Menoc. *de arbitr. quæſt. li.*2.*caſu* 315.*nu.*21. *et ſeqq. et caſu* 294.*n.*57. *et ſeqq.* Vbi particulariter, quid de Ruſtico reſpondente (de quo ſcripſit etiam Dominus meus Farinacius *in ſua pract. criminal. p.*2, *tit. de pæn. temperan. q.*98.*cauſ.*11.) Hier. Laurent. *deciſ. Auinionen.* 50.*nu.*2. *& ſeq.* Bertaz. *conſ.*496.*lib.*2.

Ex quorum, & aliorum tam antiquorū, quam modernorum dictis, aliquantulum hanc materiā reaſſumendo, reperio, duas eſſe in propoſito Doctorum opiniones; quarum prima eſt, vt reſponſio prædicta debeat eſſe prçciſa, & non ſub conditione ſcilicet, *volo vti teſtibus, vel inſtrumento, quatenus ſint boni, ſeu veri*, vel *donec appareant falſi, & non aliter*, ſecundum Alex. ad Bart. *in l. diuus, ff. ad l. Corneliam de falſis, lit. B.* vbi quod Spec. male ſenſit contrarium. Lap. *alleg.* 119.*nu.*1. *& ſeq.* vbi iuribus, & rationibus hinc inde contrarijs, ponderatis, reprobato Spec. hanc partem veriorem, melioriſque, & purioris practicæ eſſe affirmat Mandoſ. *in addit. litera F.* Cæpol. *cautel.*52. *incipiente, communiter in cauſis, nu.*1. *&* 2. Afflict. *deci.*189. *incip. facta publicatione*, vbi relatis contrarijs, ita teſtatur in illo conſ. fuiſſe reſolutum. Ber. *conſ.*22. *in fine, nu.*34.*lib.*3. Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.*2.*caſu* 315.*nu.*22. Montic. *reg. cri.*15.*nu.*77.*verſ. præterea, iſta cautela non eſt vera.* Mandoſ. *in tract. de monitor. q.*9.*poſt nu.*2. Vbi hanc opinionem dixit veriorem. Laur. Tennin. *in pract. caut.*70.*nu.*26. Io. Bapt. Ferret. *in conſ.*88. (Quamuis, vt mox eum referam, contrarium communiter reſponderi per Doctores affirmauerit.)

Altera fuit huic contraria opinio, quod immo talis reſponſio non præciſa, & ſic conditionatæ admittatur, quā originaliter amplexus fuit Spec. *in tit. de inſtrumentor. edit.* §. *videndum reſtat. nu.*3. & ſequuti ſunt Bal. *in l. ſi aduerſus. in fine. C. de fid. inſtr.* Cyn. *in l. ſi falſos. nu.*3.*C. ad leg. Cornel. de falſ.* & ibi etiam Ang. *poſt nu.*1.*verſ. item ex prædictis*, & Saly. *poſt nu.*4. Papien. *in forma produc. inſtr. in verbo, appareant, nu.*1. Aym. *conſ.*46.*nu.*11. Boſſ. *in tit. de falſ. nu.*158. Vbi loquitur in interrogato reſpondente, *ſe velle vti teſtibus, ſi apparebunt veri, alias non.* Relati per Gab. *lib.*7.*concl.*7.*nu.*2.*verſ. contrarium etc.* Vbi dixit hanc opinionem tenuiſſe Rotam coram Capizucco, & in hac opinione tanquam vltimo loco per eam relata, reſidere videtur Montic. *reg. crim.*15.*nu.*76. allegat Cæpol. *cau.*83. (Qui tamen hoc non dicit, ſed contrariū *in caut.*52. vt mox eum retuli) Mandoſ. *in tract. de Monitorijs q.*48.*num.*1. Vbi quod ita reſpondent communiter Doctores, (quamuis poſtea contrarium ſentiat, parte opponente, vt infra eum referam in ſecunda declaratione huius contrariæ opinionis) Auguſ. ad Ang. *de maleſ. in verbo, falſario, poſt nu.*44.

Et retenta hac ſecunda opinione, quæ ſubſtineri, poteſt, adhibitis tamen infraſcriptis declarationibus, amplia illam multò magis procedere, quando producens talem declarationem, ſeu proteſtationem facit, nulla præcedente interrogatione; ſic enim ſimpliciter nulla facta mentione interrogationis præcedentis, loquuntur Bal. *in l. ſi aduerſus. in fine, C. de fide inſtrumentorum.* Cyn. *in l. ſi falſos. numero tertio. C. ad l. Cornel. de falſ.*

falſ. Et ibi etiam Angel. *poſt num. 1. verſ. item ex prædictis*, & expreſſe declarant Fulgoſ. *in conſ. 177. Publicato proceſſu, col. 2. in princ. verſ. ſed videtur di cipoſſe*. Rub. Alexandrin. *in l. non ſolum, §. morte, nu. 314. verſ. ſecundus caſus eſt, ff. de noui oper. nunciat.* Papien. *in forma productionis inſtrumen. verbo, appareant, nu. 1.* Afflict. *deci. 189. incipiente facta publicatione, num. 3.* Gabr. *lib. 7. concl. 7. nu. 8.* Baiard. ad Clar. *in §. falſum, num. 135. ver. item adde, quod reſponſio.*

Declaratur primo eadem præpoſita ſecunda opinio, vt non procedat, quando producēti fuit præfixus terminus a Iudice, ad ſe informandum, & certificandum, an ſcriptura producta, ſeu teſtium depoſitio ſit falſa, quia tūc lapſo dicto termino, poteſt cogi ad præciſe reſpondendum, fuit opinio Bar. *in l. diuus, num. 4. ff. ad l. Corn. de falſ.* quem ſequuti ſunt Lap. *alleg. 119. nu. 4. in fi.* Et ibi Mandoſ. *in addit. litera f.* Fely. *in c. preſentium, nu. 12. de teſtib.* & ibi etiam Aret. *nu. 17. & 18.* Fulgoſ. *conſil. 177. incipiente, publicato proceſſu, per totum*, vbi late defendit hāc Bar. opinionem, & præcipue reſpondet Bal. *in l. ſi aduerſus, C. de fid. inſtrum.* & Cyn. *in l. ſi falſo. C. de falſ. allegati ſup. nume. 1.* Quod loquuntur, vel parte non inſtante, vt producens magis præciſe reſpondeat; vel quando fit productio, nulla præcedēte interrogatione, Rip. *in c. cum M. nu. 100. ver. tollendo tamen, extra de conſtit.* vbi eorum opinionem, qui dixerunt admittendam eſſe reſponſionem producentis cum conditione, quatenus teſtes non appareant falſum dixiſſe, aut inſtrumentum eſſe falſum, declarat non procedere, quando terminus prædictus ad præciſe reſpondendum aſſignatur, quia tunc producens arctabitur pręcipue reſpondere, vt ibi per eum. Afflict. *decis. 189. incipiente facta publicatione.* Vbi relatis hincinde contrarijs, teſtātur ita fuiſſe in illo conſilio reſolutum, Ang. *de maleſ. in ver. falſario, nu. 43. ver. ſed cautela eſt*, Boſ. *de fal. num. 255.* Vbi relatis Doctorum authoritatib. in materia loquentium, confuſo tamen ordine more ſuo, teſtatur, ita ſe habere communem opinionem, Clar. *in pract. §. falſum, ver. Vtens falſo inſtrumento, nu. 59.* Vbi etiam de communi, ex Boſſ. *in loco præcitato*, & amplius, qđ ita vſu obſeruatur, ſiue producens ſit veriſimiliter inſtructus de prætenſa falſitate, ſiue non (Et ſic cōtra Ang. & Sal. *in l. ſi falſos. C. de fal.* quos inſ. referam pro contraria opinione) Alex. Strac. *in pract. iudicia. o. 22. nu. 9. & nu. 11. in fi. ver. tertia concl. & nu. 22. in fi.* vbi pariter alijs relatis teſtatur de communi. Mandoſ. *in trac. de monitorijs, q. 98. n. 2. ver. quam opinionem.* Hier. Laurent. *dec. 50.* Vbi quod ita fuit apud ipſum iudicatum in Rota Auenionen. Bertazzo. *conſ. 496. n. 3. & ſeq.* Vbi alijs plurib. relatis, ita expreſſe declarat cōtrariam opinionem, volentem, eſſe admittendam reſponſionem dubiam, ſeu cōditionatam, non procedere, quando talis terminus fuit præfixus, quia tunc producens tenetur clare, nitide, ac pure reſpondere ſine conditione, & pure, non obſcure, & confuſe, vt ibi per eum, *nu. 4.* & ita Claud. Fil. ibidem, in fi. conſilij teſtatur, eo caſu fuiſſe iudicatum. Baiard. ad Clar. *in §. falſum, numero 135.* Laurent. Tennin. *caut. 70. num. 26.* Vbi etiam de communi, & magis communi opinione.

Iſte autem terminus dandus eſt a Iudice, vel ad inſtantiam eius, contra quem fit productio, ſecundum Fely. *in c. præſentium, nu. 12.* & ibi Aret. *num. 17. extra de teſtib.* Fulgoſ. *conſ. 177. Publicato proceſſu, in fi. ver. quibus ex omnibus.* Rip. *in c. cum M. num. 100. verſic. Primum eſt, extra de conſtit.* vel ad inſtantiam ipſiuſmet producentis. Afflict. *deciſ. 189. incipiente facta publicatione, num. 4.* Gabr. alios referens, *lib. 7. concluſ. 7. nu. 6.* Clarus *in prac. §. falſum, verſ. vtens falſo inſtrumento, nu. 19.* Vbi quod ſi pars petat, tanquam non inſtructa, dilationem ad reſpondendum, debet illi impendere longiorem dilationem, quando agitur de facto alieno, quam ſi ageretur de facto proprio; teſtaturque, quod ita apud eū vſu obſeruatur. Et rurſus idem terminus datur, non ad ſe informandū, ſeu certificandum de veritate, ſed tantum de credulitate, ſeu veriſimilitudine, quæ ſufficit, vt pro vſu producens puniatur, quia ſi ſuſpicabatur teſtes falſos eſſe, aut inſtrumentum falſum, non debeat illos producere, & producendo dicitur eſſe in dolo, etiam, quod certe non ſciret veritatem. Fely. *in c. preſentium, nu. 12.* & ibi Aret. *num. 17. & 18. extra de teſtib.*

Et licet Ang. *in l. ſi falſos, verſ. ſed eredo. C. ad l. Cor. de falſ.* dixerit hanc termini præfixionē non releuare, niſi doceretur, quod producens de falſitate fuerit inſtructus, vel quod pōtuerit de ea inſtrui, & noluerit ſe inſtruere, quem ſic dicentem ſequitur ibidem Sal. *poſt nu. 4.* & Aug. ad Ang. *in verbo, falſario, poſt nu. 44.* ad finem additionis; & propterea non obſtante eadem termini pręfixione, producentem poſſe reſpondere, Volo vti, &c. quatenus nō appareat falſitas, tenuerit Papien. *in forma productionis inſtrumentorum, in verbo appareant, nu. 1.* dixeritque etiam Aret. quod quando producens non potuit veriſimiliter informari de falſitate, vel ſecundū veritatem, vel ſecundū credulitatem, non teneatur tunc præciſe reſpondere, quamuis fuerit ſibi datus terminus ad ſe informandum, & Aretinum ſic dicentem ſequuti ſint Rub. Alex. *in l. non ſolum, §. morte, nu. 314. in fi. ver. iſtum caſum intelligo, ff. de noui oper. nunc.* Gabr. *lib. 7. concl. 7. nu. 7.* Lauren. Tennin. *caut. 70. poſt num. 26.* Communis tamen opinio eſt, quod ſiue producens ſit veriſimiliter inſtructus de prętenſa falſitate, ſiue non, tenetur pręciſe reſpondere, quando huiuſmodi terminus ad ſe inſtruendum pręfixus eſt, ſicut poſt Boſſ. quē allegat, teſtatur Clar. *in prac. §. falſum, verſ. vtens falſo inſtrumento, n. 19.* Vbi amplius teſtatur, quod ita vſu obſeruatur; Sic etiam, & idem producens tenetur pręciſe reſpondere, ſiue potuerit veriſimiliter informari, ſiue non, ſecundū Bertaz. *conſ. 496. nu. 6.* vbi in ſpecie, quod opinio Aretini contrarium ſentientis reijcitur ab alijs, & præſertim a Fel. *in d. c. præſentium, nu. 12. extra de teſtib.*

Verum quicquid prædicti Doctores dicunt in ſupradicta deciſione Senogallien. frumenti, de qua ſupra numero 3. fuerat vigore Commiſ-

ſionis aſſignatus parti producenti terminus, ad reſpondēdum, prout colligitur ex alia deciſione *ſub die 12. Ianuarij eiuſdem anni* 1571. & tamē ibi reſoluitur, admittendam eſſe reſponſionem, *velle ſcilicet vti teſtibus, quatenus, ver. &c.* niſi adſit aliqua falſitatis ſuſpicio.

Declaratur ſecundo, & hæc declaratio ſi vera eſt, omnino deſtruit opinionem relatam ſup. in verſ. altera fuit, &c. Vt tunc demum producens non teneatur præciſe reſpondere, ſi pars aduerſa non inſtet, nec petat magis præciſe reſponderi, & acquieſcat reſponſioni factæ; ſecus autem ſi petat, & inſtet producentem ad præciſe reſponden dum, co[illegible]ſic. n. parte petente, & inſtante loquūtur Lap. *in d. alleg. 19. poſt n. 1. ver. pars aduerſa, dicit.* Cepol. *caut. mihi* 52. *incipiente, Communiter in cauſis, nu. 1. in fi. ver. ſed tu dic*, & expreſſe diſtinguendo, & declarando hanc limitationem poſuerunt Fulgoſ. *conſ.* 177. *Publicato proceſſu, col. 2. in princ. ver. ſed videtur dici poſſe.* Rub. Alex. *in l. non ſolum. §. morte. nu.* 314. Afflic. *deciſ.* 189. *incipiente facta publicatione, nu. 3. & in fi.* dictæ deciſionis teſtatur, ita in illo conſilio fuiſſe votatum, & reſolutum. Menoch. *de arbit. quæſt. lib. 2. caſu* 315. *nu.* 22. Monticell. *reg. crim.* 15. *nu.* 77. Mandoſ. *in tractatu de monitorijs, q.* 48. *nu.* 2. Laur. Tennin. *caut.* 70. *num.* 26. *ante finem ver. Aduerte.*

Verum hæc declaratio redditur dubia ex deciſione prædicta corā Robuſtero, *de qua ſupr. nu. 3.* in qua reſoluitur, admittendā eſſe reſponſionem non præciſam, niſi detur ſuſpicio falſitatis. Et tamē in caſu illius deciſionis per partē inſtabatur, producentem cogi ad reſpondendum præciſe.

Declaratur tertio, vt non admittatur reſponſio obſcura, ſeu conditionalis, quando producēs interrogatur, non ſimpliciter, an velit vti teſtib. vel inſtrumento, &c. ſed in ſpecie, an velit vti in ſtrumento in tali parte, in qua ſic dicitur, vel dictis teſtium in eo, in quo ſic deponunt, ſecūdum Rip. *in c. cum M. nume.* 100. *verſ. ſecundum remedium eſt. de conſtit.* ſequitur Mandoſ. *in tractatu, de monitorijs, q.* 48. *num.* 2. *in fine. ver. aut ſpecifice exprimendo.*

Declaratur quarto, vt nec pariter admittatur reſponſio producentis, ac dicentis, ſe velle vti teſtibus, ſeu inſtrumento in illis partibus, & punctis tendentibus in ſui fauorem, non autem in alijs, Bal. *conſ.* 96. *incipiente decreto cauetur, nu. 1. & ſeq. lib.* 1. Cæpol. *caut.* 52. *incipiente, Communiter in cauſis, nu.* 1. *in fi. & ſeq.* vbi etiam idem concludit in eo, qui reſpondendo dicit, ſe velle vti teſtibus, atteſtationibus, & inſtrumentis pro bonis, veris, & legalibus ſi, & in quantum de iure ſunt, & non aliter, Catell. Cotta *in memoral. in verbo, inſtrumento, in fi.* vbi refert, & ſequitur Bal. *in dicto conſ.* 96. Bero. *conſ.* 22. *in fi. nu.* 34. *lib.* 3. Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu* 315. *num.* 22. Monticell. *reg. crim.* 25. *num.* 77. Tennin. *cau.* 70. *num.* 27. Et licet contrarium apud eum ſeruari teſtetur Boſſ. *in tit. de falſ. nu.* 255. *in fi.* Vbi loquitur in interrogato reſpondente, ſe velle vti teſtibus in concernentibus ipſum negocium, & negocij ſubſtantiam, ac fidem teſtis, & non alias. Et quamuis de iure cōtrarium magis communiter receptum eſſe affirmare videatur ibidem dicto *num.* 255. *ante finem.* Adhuc tamen eandem obſeruantiam etiam de iure communi, ſuſtineri poſſe, defendere videtur *ibid. num.* 158. & Boſſium refert Lau. Tennin. *caut.* 70. *nu.* 26. *ad med. & nu.* 29. Vide tamen Bertazo. *dicto conſ.* 496. *ſub nu.* 2. *iuncto nu.* 6. *in fi.* vbi aduertit, quod conſuetudo, & obſeruantia, de qua teſtatur Boſſ. in loco præcitato, non ſit ad alia loca extendenda.

Subdeclara omnes prædictas declarationes, in quibus dixi, non admitti dubiam, & conditionatam reſponſionem producentis, non procedere, quando idem producens reſpondet ſe velle vti inſtrumēto pro bono, donec, & quouſque fuerit legitime certificatus de contrario: Tunc enim talem reſponſionem eſſe ſufficientem, & admittendam, Reſoluit Rota, de qua ſupra, *nu.* 1. & 2. Et nihilominus, quando datur aliquis odor falſitatis, tunc nec talem reſponſionem eſſe admittēdam, reſoluitur in eadem deciſione. Et in alijs deciſionibus, *de quib. ſup. nu.* 4. & 5.

THOLOMEI.

Placentina Vſurarum die 26. May 1541.

ARGVMENTVM.

In materia Bullæ Alexandrinę, reſoluitur primo, an offenſio pręſumatur facta ex cauſa litis: ſecundo, cui applicetur pęna incurſa propter offenſam prędictam: et an parti offenſæ, pręſertim in feudo.

SVMMARIVM.

Offenſio ad effectum incurrendi pęnam Bullæ Alexandrinæ, præſumitur facta occaſione litis, niſi alia cauſa probetur; Probata autem alia cauſa, præſumitur ex ea, & Alexandrinæ locus non eſt, nu. 1. & 2.

Teſtis vnus deponens, quod offenſio fuit facta occaſione litis, plene probat ad effectum. vt ſit locus Bullę Alexandrinæ, nu. 2.

Bullæ Alexandrinæ pęna ad hoc, vt incurratur, ſufficit probare offenſionē, ex cauſa litis per probabilia argumēta, n. 2.

Teſtes participes criminis non probant, offenſionem non fuiſſe factam ex cauſa litis, vt effugiatur pęna Bullæ Alexandrinæ, nu. 2.

Teſtes ſeruitores vulnerantium non probant offenſionem fuiſſe factam ex cauſa litis, vt effugiatur pęna Bullæ Alexādrinæ, nu. 3.

Pęna incurſa vigore Bullæ Alexandrinæ, non applicatur parti offenſæ, nu. 3

Vbi præſertim quid in feudo.

Lex vbi priuat partem contemplatione alterius partis, pęna proueniens ex priuatione acquiritur parti offenſæ, cuius comtemplatione fit priuatio, præterquam in feudo, nu. 3. *verſ. Et quod quando.*

Mors

Digitized by Google

Mors ciuilis æquipollet naturali, quando quis per mortem ciuilem eſt diffidatus, n.3. verſ. & quia per Alexādrinam.
Violans ſequeſtrum priuatur ipſo iure, ſed cui ſequeſtrata res applicetur, num.3. in fine.

DECISIO II.

1 PLacentina cēſurarum de Scotis, quoad Ale-
a xādrinam [a] vulnerato procuratore, fuit dubitatum 26. Maij 1541. An præſumeretur vulnerario, occaſione litis, & quia D. Mohedanus habebat cauſam conſimilem Vrbeuet. Caſtri, & Tenementi, inter Io. Franciſcum de Sabellis, & D. Paulum Petrum. Nam Ioannes cum litigaret cū Gentile, illum occidit. Domini fuerunt in voto, quod ſi non conſtat, quod adeſſet alia cauſa, qđ præſumatur occaſione litis; & quod ſi aliæ cauſæ non demonſtrarentur, tenebant, quod fuiſſet locus Alexandrinæ; ſed quia Io. Franciſcus probauit cauſam homicidij, quia Gentilis emerat bona tanquam confiſcata per Cameram propter rebellionem Io. Franciſci: ideo ex hac cauſa fuit ibi tentum, quod tunc nō eſſet locus Alexandrinæ.

2 Sed in iſta mea Placētina nulla alia adducitur cauſa, & vnus teſtis dicit ea fuiſſe ex cauſa litis, & Alexandrina contentatur probabilib. argumentis, ideo pro Alexandrina; & Domini 27. Iunij fuerunt, quod licet teſtes dixerint, vulnera non fuiſſe illata ex cauſa litis, ſed ex eo, quia Amolinus maledixit de vulnerantib. non tamen ſuffragaret ipſis, quia non probatur cauſa maledicentiæ, & teſtes erant participes criminis, & ſeruitores vulnerantium, & videbantur ſubornati; ideo pronunciani, vulnerantes incidiſſe in Alexandrinam; non tamen contra alterum fratrem, qui nō interfuit vulnerib. neq; apparet, quod mandauerit, aut ratum habuerit.

3 Et in vna Triuiſana feudi Bonifacius de Ruſtica vulnerando Petrū de Trapolinis ipſius aduerſarium inciderat in Alexandrinam, & Petrus petebat ſibi adiudicari feudum, pro parte ſpectante ad D. Bonifaciū, videlicet quoad fructus durante vita naturali Bonifacij: Antonius vero frater Bonifacij, qui vna cū Bonifacio eius fratre erat in lite contra D. Petrum, dicebat ad eum ſpectare, & pro Petro adducebatur *l. ſtatius, §. cornelia. ff. de iure fiſci*, & quod quando lex priuat partem
b [b] contemplatione alterius partis, quod tunc debet acquiri parti offenſæ per gl. *in c. in quibuſdam. in verbo, prorſus, de p. e.* Fel. *in rub. de iud. in fi.* tamen Domini fuerunt in contrarium per no. per Bar. *in l. agraria, ff. de term. mot.* & quia hoc non procedit in feudo, qđ debetur alteri agnato, vt late per Alex. *conſ. 23. vol. 1.* & quia per Alexandrinam eſt diffidatus, quo caſu mors ciuilis æquipollet naturali, & hoc in feudo adducebatur etiam *conſilium* Signor. de Homode. 220. Hip. *in rubr. de iud.* ſed in alijs bonis Domini fortaſſe dubitaſſent, tamē videtur eadem ratio, quia alias in Rota fuit reſolutum, quod licet violans ſequeſtrum priuetur ipſo iure, per *Cle. 1. de ſequ. poſſ. & fruct.* tamen beneficium non applicatur parti, ſed illi qui prius impetrauerit.

ADDITIO.

a *Alexandrinam.* Prima pars huius deciſionis vſq; ad nu.3. ſumpta eſt ex deciſionib. Tholomei in manu ſcriptis. *li. 2. deciſ.* 136. ſecunda autem pars incipiens *d. nu. 3.* ſumpta eſt *ex li. 1. deciſ.* 68. & in materia Bullæ Alexandrinæ, & illius pœnę incurſus, vide aliam *deciſionem corā Cantucio die* 10. *Nouemb.* 1581. *de qua in impreſſis inter diuerſas p. 2. dec. 166. inci. Domini pro maiori parte, & alias duas deciſiones eiuſdem pariter inter eaſdem diuerſas p. 3. deci.* 868. *&* 869. & vide ēt infra alias deciſiones corā Vice Comite inſimul poſitas *ſub die* 28. *Nouemb.* 1580. in vna Hortana Bonorum, & vide demum *ſupra conſ.* 67. vna cum alia deciſione coram Illuſtriſs. D. Blanchetto *die* 10. *Nouemb.* 1581. quibus in locis plura notabilia in materia Bullæ Alexandrinæ explicantur.

b *Partem.* Si vis ſcire, quando pœna applicetur parti, & quando fiſco, recurre ad Abbatem *in rub. de iud. num. 5. verſ. Tertia opinio*, & ibi etiam Dec. *nu. 94. verſ. ſecunda opinio. in 1. lectura.* Rip. *nu. 96. verſ. ſecundo amplia.* Blanch. *in pract. cri. §. viſis Indicijs. nu. 158. in prin. p. 61.* Clar. *in pract. §. fi. q. 1. in fine prin. & verſ. Quartus caſus eſt.*

Fam. Cent. I.V.D. Galleſ.

O R A D I N I

Romana Beneficiatus Sancti Petri 16. Iunij 1561.

ARGVMENTVM.

Priuatus beneficijs per ſententiam contumacialē non poteſt illa cedere per regreſſum, & hinc plura de facultatibus Gubernatoris vrbis, in condemnando abſentes, & contumaces.

SVMMARIVM.

Priuatus beneficijs per ſententiam contumacialem, non poteſt illa cedere per regreſſum. nu. 1. & per totam.
Princeps poteſt tollere citationem, & defenſionem in criminalibus. nu. 2.
Gubernator Vrbis non habet in facultatibus authoritatem procedendi ſine citationibus, & defenſionibus. num. 2. & in add. lit. A. vbi de materia.
Gubernator Vrbis quando procedit contra cōtumaces poteſt eos citare domi, non facta diligentia de perſonaliter citando. nu. 3. & in add. lit. B. vbi de materia.
Citari an quis poſſit ad domum in criminalibus, non facta prius perquiſitione perſonę. nu. 3. & in add. lit. B.
Teſtes non repetiti non probant, quod quando proceditur in tribunali Gubernatoris Vrbis, & contra contumacem. nu. 4. & in add. lit. C. vbi de materia.
Gubernator Vrbis poteſt inquirere nullo iuris ordine nullaque præcedente infamia, nulloque proceſſu, &c. nu. 3. & in addit. litera C. vbi de materia.

Delictum an & quando cenſeatur probatum per ſententiam contumacialem, nu. 5. & in addit. lit. E.

Sententia iniuſta Gubernatoris Vrbis exequi debet, etiam non conſtito de iuſtitia illius, vigore facultatum, nu. 6. Et in addit. lit. F. Vbi de materia.

DECISIO III.

1 Concluſum fuit pro validitate ſententię Gu
bernatoris Vrbis ex facultatib. quæ ſunt
ampliſſimæ. In qua cum fuerit ille priuatus om-
nib. beneficijs, ſequitur quod ceſſio regreſſus ab
eo facta, nulla fuerit, cum eſſet iam priuatus,
non obſtantibus ijs, quæ in contrarium addu-
cuntur.
2 Primo, quod Papa non poteſt cōcedere facul-
tatem ita procedendi, Caſtr. *in l. ad peremptorium, nu. 5. & 6. de re iud.* Nam ſuperflua eſt hęc dubita-
tio, præſertim in atrocib. prout eſt hoc crimen,
Affli. *deciſ.* 391. & deinde non tollitur hic citatio
a & defenſio,[a] vt patet ex facultatibus.
3 Secundo ad id, quod dicitur, citationem non
b recte factam, quia non fuit perquiſitus [b] in Vrbe
antequam citaretur domi, vt per Tiraq. *de retrac.*
§. 9. gl. 2. nu. 50. reſpondetur, immo contrarium a
multis affirmari, vt non ſit neceſſaria alia perqui
ſitio, Soc. *fall.* 53. *in vlt. fall.* Tiraq. *vbi ſup. nu.* 56.
Deinde in caſu noſtro, verba facultatum ſunt
clara, tolluntque hanc dubitationem, dum di-
cunt, prima vice ad domum, cum alijs verbis ſi-
milibus.
4 De alio, quod dicitur, non eſſe recte condēna-
c tum, quia non fuerint repetiti [c] teſtes; reſponde-
tur, hoc tolli ex verbis facultatum, dum dicunt,
nullo iuris ordine, nullaque pręcedente infamia,
d nulloque proceſſu inquirendi [d], &c.
5 Quarto, quod dicitur, licet eſſet condēnatus,
tamen non ideo probari delictū, cum ſit ex con-
e tumacia,[e] quæ nec nocet, inquit Ruy. *conſ. 19. nu.*
7. lib. 3. Alciat. *reg. 3. præſump.* 22. Reſpondetur, li-
cet non probetur delictum, tamen probari priua
tionem, quę ſufficit. Alex. *in l. ſæpè, n. 64. de re iud.*
6 Quinto, quod dicitur non eſſe ſtandum ſentē
f tiæ huic, niſi cōſtito de iuſtitia, [f] reſpondetur, ex
facultatibus hoc tolli, quæ nimis ſunt amplæ; vn
de ab eis non poſſum recedere.

ADDITIO.

a *Citatio, & defenſio.* Hæc deciſio eſt notanda cōtra cōmunem practicam tribunalis Gubernatoris Vrbis, cuius Locumtenentes in criminalib. homines morti tradunt, alijſq; corporalib. pęnis afficiunt, nulla præcedente citatione ad ſententiam: & tamen in hac deciſione, ni fallor, expreſſe affirmatur, quod in facultatib. ipſius Gubernatoris non tollitur citatio; & alias pluries miratus ſū de practica prædicta, cum in alijs quibuſcunq; articulis ante ſententiam in omnib. criminalib. etiam leuibus citatur inquiſitus in dicto Tribunali, & in ſententia, quæ maioris eſt præiudicij, vbi receptum eſt, eos non citari: eſſet vtique hęc mala practica extirpanda, & abolenda, eo præſertim quod, vt bene hic Rota exiſtimauit, non eſt in facultatibus admiſſa.

Et quod attinet ad defenſiones, poſtquā nec illæ ſunt ſublatæ a ſummo Pontifice in eiſdē facultatib. vt hic voluit Rota, prout late etiā ꝓbauit D. meus Farinacius *in hac prac. cri. p. 1. q. 39. ſub n. 15. & ſeq. pluribus.* Non poſſum, niſi valde excandeſcere cōtra eoſdē iudices criminales Gubernatoris Vrbis, qui quādoq; reos denegatis defenſionibus, torquent in vim aſſertarum facultatum.

b *Non fuit perquiſitus.* Quando proceditur contra contumacē, an tunc debeat citari perſonaliter, vel domi, dimiſſa copia, bene ponit D. meus Far. *in ſua prac. cri. q. 11. nu. 41.* & in eo quod hic dubitatur, an poſſit domi citari, nō facta prius ꝑquiſitione ꝑſonæ, cōmunis practica facit ceſſare difficultatē, quia in monitorijs pręſcribitur certa forma citādi reos, Perſonaliter ſcilicet, ſi eorū perſona apprehendi pōt; alias domi eorum ſolitę habitationis, & ad valuas, &c. Et iſto caſu non eſt dubiū, vt forma ꝑſcripta ſeruetur, faciēdā eſſe prius perquiſitionē perſonę antequā domi, ſeu ad valuas abſens, & cōtumax citetur, & de hac perquiſitione, & diligētia debet expreſſe Curſor facere fidē in calce citationis; alias ſentētia eſt nulla, prout in quadā ſententia Tribunalis Gubernatoris Vrbis, bene reſoluit Rota coram Illuſtr. & Reu. tunc Patriarca Seraphino, in vna Romana ſecretariatus Lunæ 17. Feb. 1592. de qua infra.

c *Non fuerūt repetiti.* Ex hac deciſione videtur colligi, qđ Gubernator Vrbis habet in facultatibus authoritatē procedēdi ex proceſſu informatiuo & teſtibus nō repetitis: & quidē ſi hoc volumus intelligere, ꝓut ſunt termini huius deciſionis, qñ proceditur contra contumacem, tunc ſine dubio res de plano procedit, quia & idem etiam ſeruatur in omnibus alijs tribunalibus, & eſt de iure, prout bene docuit D. meus Farin. *in ſua prac. cri. p. 1. q. 11. nu.* 305. Verum ſi procederetur contra præſentem, & carceratum; ſecus eſſet, quia ex teſtibus non repetitis, nec ad condemnationem, nec ad torturam vllatenus deuenitur etiam in tribunali Gubernatoris Vrbis.

d *Inquirendi.* Poteſt ſine dubio Gubernator Vrbis inquirere nullo iuris ordine, nulla præcedēte infamia, & ex nullo proceſſu, capiendo inquiſitionem in genere pro aſſumptione informationum: ſed ſi voluerit ſpecialiter inquirere contra abſentem, & contumacem, & eum non comparentem condemnare, tunc ne decipiaris, aduerte, quod ſi procedat ſine indicijs, vel etiam nulliter, non ſeruando ſolitos terminos, aut alias quomodocumque, & tunc ſine dubio tales ſententiæ nō ſubſtinentur, & exequendæ non ſunt, ad ea, quæ late ſcripſit Dominus meus Farinac. *in ſua pract. crim. parte prima, quæſt. vndecima, numero decimo ſexto, & numero trigeſimoquarto.* Et ego vidi quāplurimas ſententias tribunalis Gubernatoris Vrbis reuocatas, vel quia fuerunt latæ, legitimis nō præcedentibus indicijs; vel quia nulliter, defectu citationis, aut alias non obſtantibus ſuis ampliſſimis facultatibus.

Ex

e *ExContumacia*. Pro declaratione huius deciſionis vide in ſpecie alias duas deciſiones Cottę, relatas per D.meum Farinacium *in ſua pract. cri. q.*11.*poſt nu.*92.

f *De Iuſtitia*. Hæc deciſio multum fauet facultatibus Gubernatoris Vrbis;ſed vt prędixi,ſi ſententia Contumacialis fuerit iniuſta ex defectu indiciorum præcedentium, abſq; dubio quo ad pœnas in ea contentas, nullo pacto exequi poteſt,& ita paſſim ſeruatur.

Fam.Cent.I.V. D.*Galeſ.*

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. MI D.Seraphini Cardinalis,

Romana Legati Veneris 2.*April.* 1568.

ARGVMENTVM.

Donatio ſeu legatum factum a muliere clerico adultero,an valeat.

SVMMARIVM.

*Legatum factum a muliere maritata clerico, cum quo eadem mulier adulterij conſuetudinem habebat,an valeat.nu.*1. *& per totam deciſionem.*

*Donatio ſeu legatum factum concubinæ, præterquam a milite ſeu clerico,valet.num.*1.*& in addit.litera A. Vbi de materia.*

*Adulteria maxime damnantur a legibus ciuilibus.nu.*2.

*Legatum factum turpi perſonæ, an & quando valeat, num.*2. *& ſeqq.*

Donatio facta turpi perſonæ, an & quando valeat. numero 2. *& ſeqq.*

*Adulterium habet in ſe turpitudinem tam reſpectu adulteri, quam reſpectu adulteræ.nu.*3.*in fine.*

*Legatum ſeu donatio facta concubinæ valet,quando tempore legati ſeu donationis non erat concubina.nu.*4.

DECISIO IV.

1 FVit dubitatum, an legatum factum a quadam muliere, quæ virum habebat, cuidam Clerico, cum quo adulterij conſuetudinem habuerat, valeret: & quidem iſte articulus de Iure ciuili videbatur ſatis dubitabilis, propter regulam *l.affectionis,ff.de donat.* Maxime quod Doct. ibi,*& in l.miles.§.mulier.de teſt.milit.* conſtituunt regulam, quod Donatio ſiue legatum relictum a concubinæ [a] valet:fallit in milite & clerico;quare cum iſta mulier nō ſit de exceptuatis, videtur comprehendi ſub regula,& hanc opinionem tenuit in terminis in adultera Capel. Tholoſ.*deci.*141.Facit *conſ.Bertran.*206.*nu.*11.*& ſeq.lib.*3.

2 In contrarium tamen, etiam habito reſpectu ad Ius ciuile tantum, videbantur facere multæ leges, quę maxime deteſtantur adulteria,& inualidant huiuſmodi largitiones, veluti tex. *in l.*1.*C. de naturalibus lib.l.ſi quis inceſtum,C.de inceſt.nupt. l.his verbis,§.interdum.de hæred.inſtit.l.*1.*C.de colluſ.detegen.l.*1.*C.de mulier.quæ ſe proprijs ſer.iunxe. l.Claudius,de his quibus vt indign.*

3 Sed poterant multæ ex his legibus euitari, reſpōdendo,quod relicta non valebant in ſpeciebus harum legum ex eo, quod cōtractum fuerat matrimonium contra legum præſcripta.*l.qui contra legum.C.de inceſt.nupt.* Ideo magis videbatur vigore doctrinæ Bal.*in l.*1.*nu.*4.*C.de condic.ob turpem cauſ.* quam Doctores ſequuntur communiter *in l.fina.de actio.& oblig.* & inter alios Cuman. quod aut turpitudo eſt ex latere dantis tantum, & non recipientis,& valet donatio;aut eſt ex latere recipientis, vel vtraque parte; & tunc non valet,*ad l.mercalem,C.de condic.ob turp.cauſ.* Lup. *in repet.rubricæ de donat.inter virum & vxorem,* §. 33.& clarum eſt, quod in adulterio Turpitudo eſt ex vtraque parte, cum adulterium ſit legibus prohibitum;& ita tolluntur,quæ ex aduerſo allegantur de concubina;cum ibi non adſit turpitudo ex parte recipientis, cum iure ciuili concubinatus ſit permiſſus.

4 Quidquid tamen ſit de Iure ciuili,fuit per Dominos vnanimiter concluſum, quod de Iure canonico neque huiuſmodi donationes neque legata valent,cum etiam inter perſonas minore odio dignas,prohibentur.*c.donare.cum ſeq.*86.*diſt.* & in terminis videtur elegans *conſ.Bal.*447.*lib.*5. quem ſequitur,licet corrupte alleget eum, Aym. *conſ.*229.*li.*2.Et hęc opinio eſt honeſtior,& iuris canonici grauitati, & ſeueritati conuenientior: nec fuit habita ratio deciſionis Tholoſanæ, cum nihil alleget,quod ad rem faciat.Tamen cum nō conſtaret,an de tempore legati facti duraret huiuſmodi conſuetudo, quinimò prætenderetur ceſſaſſe per plures annos ante legatum factum, reſeruarunt Domini, vt videretur, an hoc caſu valeret legatum, propter doctrin. gloſ. *in d.l.miles,§.mulier.de milita. teſtamen.* Capi. *deciſ.* 102. Guliel.Benedic. *in c. Raynutius.in verbo, & vxorem nomine Adelaſiam,in deciſ.*5 *num.* 161.*in noua impreſſ.*

ADDITIO.

a *Concubinæ*. De legato ſeu donatione facta per militem,per Clericum,ſeu per alium Cōcubinæ, an & quando valeat; & quid ſi fuerit firmata iuramento vel fuerit facta ob benemerita,& de materia,vide Rolan. *conſ.*98.*per totum.lib.*1. Ioſeph. Lud.*in commun.opin.concluſio.*25.*pariter per totam, lib.*1.Aym.*conſ.*229.Anchar.Regien.*q.*12.*p.*2.*pariter per totam.*

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

Digitized by Google

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D.Serahini Cardinalis,

Romana vſurarum, Veneris 16. Decembris 1569.

ARGVMENTVM.

An valeat pactum inter Hebræos, quod debitor moroſus ſeu ſocius fęneratitij banchi ſoluat creditori, aut conſocio ſeptem cum dimidio pro centenario. a

SVMMARIVM.

Vſura eſt etiam inter Hebręos ſoluere ſeptem cum dimidio pro centenario, ceſſante ratione lucri ceſsantis, aut damni emergentis, nu. 1.

Intereſse ratione lucri ceſsantis, aut damni emergentis poteſt peti, & taxari per ſententiam Iudicis contra debitorem moroſum; ſecus ſi non eſt moroſus, nu. 2.

Intereſse propter tradatam ſolutionem a debitore pupilli, an & quando poſſit peti, taxari a partibus, vel declarari a iudice, nu. 3.

Intereſse lucri ceſsantis non poteſt peti, niſi concurrant requiſita, de quibus remiſſiue, num. 4. & in addit. lit. A. Vbi de materia.

DECISIO V.

1 FVit per DD. reſolutum, quod aut petuntur iſta ſeptem cum dimidio ratione vſurarum, aut ratione lucri ceſſantis, aut ratione damni emergentis: ſi ratione vſurarum, omnes fuerunt in voto, quod peti non poſſint, neque iuxta præcepta diuina, neque ſecundum authoritates Rabinorum, qui volunt quod in pecunijs pupillaribus neceſſaria ſit authoritas iudicis.

2 Si vero ratione lucri ceſſantis, aut damni emergentis, maior pars erat, quod poteſt peti iſtud intereſſe limitatum per ſententiam ad ſeptem cum dimidio. Quod tamen vnus ex Dominis intelligebat, data mora; nam ſine mora ſecus: & ideo videndum eſſe, an ſententia comprehenderet omne tempus ſine diſtinctione, an vero reſpectu alicuius moræ.

3 Mouebantur Domini ex eo, quod ſi iſti pupilli habuiſſent iſtas pecunias, potuiſſent ex eis lucrari parem & etiam maiorem ſummam, & contractus principaliter eſſet mutui; tamen habebat quandam mixtionem cum ſocietate, propter locationem Banchi, & facultatis fœnerandi; & conſtabat, lucrum fuiſſe factum in genere, cum Hebræi ſoleant mutuo dare ſub pignore; & ideo locum habuiſſe iudicis arbitrium, maxime ita moderatum; & etiam de concordia partium fuerat lata ſententia, & de ea pluries tractatum in Rota proponēte R.P.D. meo Gropperio, & videbatur iniquum nunc ab ea recedere.

4 Duo tantum ex Dominis contrarium tenebant: Nam alias fuerat reſolutum coram bo. me. Fantucio, contractum eſſe illicitum; & ſi pupilli

a veniunt ratione lucri [a] ceſſantis, non eſſe probata requiſita per Paulum de Caſtro *l. 3. §. de officio. de eo quod cer. lo.* & in terminis fuit etiam deciſum *in vna Romana vſuraria coram R.P.D. meo Caputaquen. 13. Aprilis* 1557. Afflict. *deciſ.* 20. Mohed. 208. An vero fideiuſſor teneatur pro iſto intereſſe, non fuit per Dominos diſcuſſum.

ADDITIO.

a Lucri Ceſſantis. Lata & diffuſa eſt illa materia, an ſcilicet, quando, & quomodo debeatur intereſſe lucri ceſſantis: in qua ſufficiat pro nunc, & pro illius reſolutione lectorem remittere ad Doct. omnes *in l. 1. C. de eo quod intereſt.* Iaſ. *in l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo loco.* Felyn. *in c. cum venerabilis, col. 2. extra de exceptionib.* vbi ponitur regula cum limitationibus. Dec. *in l. diem functo, nu. 8. ff. de aſſeſſor.* Socin. *conſ.* 156. *col. 2. lib. 2.* Roman. *ſing.* 637. Dec. *conſ. 3. col. 1. & conſ. 116. col. fin.* Aym. *conſ.* 320. *nu. 6.* Nau. *conſ.* 370. *&* 450. *lib. 2.* Siluan. *conſ.* 10. *num.* 8. 18. 19. *&* 47. Diaz. *reg.* 350. Plot. *in l. ſi quando, nu.* 468. *& ſeq. C. vnde vi*, ſecundum antiquam impreſſionem, Couar. *variar. reſol. lib. 3. c. 4. nu. 2. verſ. 1. deducitur.* Rolan. *conſ. 35. li. 1. & cõſ. 55. nu. 9. lib. 2.* Strac. *de mercatur. in tit. de contractibus mercator. nu. 3. & ſeq.* Put. *deciſ. 237. nu. 1. lib. 1.* Menoch. *de arbit. quæſt. lib. 2. caſu* 119. Maſc. *de probat. lib. 2. concl.* 933.

Fam. Cent. I.V.D. Galeſ.

MII

ILLVSTRISSIMI ET REVER. olim Cardinalis Lancilloti,

Bononien. Bonorum de Scaranis Veneris 17. Martij 1572.

ARGVMENTVM.

Spurius ſeu illegitime natus, an dicatur turpis perſona ad effectũ, vt propter illius inſtitutionem à teſtatore factã, teſtatoris fratre pręterito, teſtamentum dicatur inofficioſum.

SVMMARIVM.

Spurius, qui natus eſt ex matrimonio non legitimo, dicitur infamis infamia facti, nu. 1. in prin. & in addit. lit. A. Vbi de materia.

Fratre

Fratre inſtituente hæredem aliquem ſpurium cum præteritione fratris legitimi & naturalis, teſtamentum dicitur inofficioſum, nu. 1. & per totam deciſionem, & in addit. lit. B. Vbi de materia.

Fratris teſtamentum, in quo inſtituitur expoſitus in hoſpitali, an dicatur inofficioſum, ſtante Bulla Iulij ſecundi, nu. 1. ver. ſecundo videtur.

Spurius natus ex legitimo matrimonio dicitur affectus aliqua leui infamiæ nota, nu. 1. in fine.

DECISIO VI.

1 DVbium fuit propoſitum, ſed Domini fuerunt varij: Ideo placuit, vt videretur primo de virtute opinionis Azonis *in ſumma, C. ex quibus cauſ. alicui infamia irrogetur.* qui dicit,
a quod is, qui eſt natus [a] ex matrimonio non legitimo, dicitur infamis infamia facti, & quod
b querela priuat eum hæreditate [b]. Secundo videatur, ſi Thomas, ex quo fuit expoſitus in dicto Hoſpitali, & ſtante Bulla Iulij ſecundi, & quod fuit in teſtamento Thomæ ſenioris inſtitutus ſub illis verbis &c. ſit talis turpis perſona, vt non ſit locus *l. fratres. C. de inoffic. teſtam.* Et die Lunę 7. Iunij eiuſdem anni licet Domini inclinauerint, quod opinio Azonis ſit vera ſaltem, quo ad inducendam leuem notam, voluerunt tamen ob grauitatem materiæ, vt circumſcriptis alijs circunſtantijs facti, de hoc particularitet dubitaretur.

ADDITIO.

a *Natus ex matrimonio non legitimo.* An ſpurij ſint infames, & qua infamia, an iuris, vel facti; & quid ſi fuerint legitimati, vide pro & contra, & poſtea duobus modis diſtinguẽtem D. meum Farinacium *in ſua pract. crim. p. 1. tit. de accuſ. q. 13. nu. 52. 70. & ſeq.*

b *Hæreditate.* Fratris teſtamentum, an & quando rumpatur ob præteritionem fratris, ſi ſit inſtituta turpis perſona, & generaliter materia habetur per Bald. & alios *in l. fratres, C. de inoffic. teſtam.* Aliquid per Corſet. *in ſing. in verbo, hæres, il 3.* Diaz. *reg. 634.* cum allegatis per eum. Clar. *in §. teſtamentum. q. 50. & 52.* Qui etiam declarant, quæ dicantur turpes perſonæ, de quo etiam per Roland. *conſil. 87. nume. 13. & ſeqq. lib. 3.* Vbi de damnato ob aliquod delictum infamiam irrogans, & de concubina, Anch. Regien. *q. 60. num. 11. par. ſecunda,* Vbi declarat, an & quando meretrix ad iſtum effectum dicatur turpis perſona, *& nu. 1.* Vbi facit generalem concluſionem, quod quælibet turpitudinis macula etiam leuis, facit iſto caſu reputare turpem perſonam, *& q. 11. nu. 2. & ſeq. p. 1.* Vbi reſpondendo contrarijs firmat in materia aliam generalem concluſionem, quod ad remouendum fratrem a querela inofficioſi, ſufficit illum inſtituere in legitima; & ſi inſtituatur in minori portione, quam ſit legitima, non poteſt petere, niſi ſupplementum legitimæ, vt ibi per eum.

Particulariter autem, an ſpurius iſto caſu dicatur turpis perſona, vide Roland. *d. conſil. 87. lib. 3.* qui concludit quod non, quod & idem conſuluit Cæphal. *conſ. 227. num. 5. & ſeq.* Cuius contrarium videtur conſuluiſſe Pariſ. *conſil. 64. lib. 3.* Et faciunt ſcripta per Anchar. *d. q. 60. nume. 1. & ſeqq.* Vbi quod fratri ſacerdoti non licet filiam ſuam ſpuriam inſtituere, excluſo fratre, nec etiã filiam ſpuriam, quia dicuntur turpes perſonæ; ſed hoc limitat non procedere in ſpuria nupta viro legitimo & naturali, vt ibi per eum, *numero 4. & ſeqq.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ILLVSTRISSIMI, ET REVERMI

D. Seraphini Card.

Leodien. hæreditatis Veneris 6. Martij 1573.

ARGVMENTVM.

Concubinatus ex quibus actibus deducatur, & probetur.

SVMMARIVM.

Concubinatus quando proprie dicatur, & quæ requirantur ad inducendum concubinatum in additio. littera A.

Concubinatus inducitur, & probatur per ſuſceptionem liberorum, nu. 1.

Concubinatus probatur per reputationem, & tractatum decentiorem, nu. 1.

Concubinatus probatur ex eo, quod mulier habet curam decentiorem rei familiaris, nu. 1.

Concubinatus probatur ex eo, quod mulier differenter tractatur ab alijs ancillis, nu. 1.

Concubina præſtat etiam ſeruitium lauandi pannos, numero 1.

Vxor quandoque etiam præſtat viro ſeruitium lauandi pannos, num. 1.

Confeſſio, quæ non eſt clara, non probat contra confitentem, nu. 1. ver. Non obſtat confeſſio.

Concubina, quæ re vera talis eſt, non deſiit eſſe concubina ex eo, quod in teſtamento nominetur ancilla, & non concubina, nu. 1. ver. Nec etiam.

Filij nati ex illicito coitu, an præſumantur nati ex ſtupro, nu. 1. ad finem.

Filij nati ex publico concubinatu ſunt inſucceſſibiles, num. 1. in fine.

DECI-

DECISIO VII.

1 DOmini dixerunt probari, quod Auguſtinus retinebat Mariam potius pro concubina de facto, quam pro Ancilla: nam ea, quæ per teſtes probantur, nempe ſuſceptio liberorum, reputatio, tractatus decentior, cura rei familiaris, differentia inter eam, & alias Ancillas, magis
a conueniunt concubinæ [a], quam ſimplici Ancillæ. Nec obſtant aliqua miniſteria per eam præſtita, ſicuti lauandi pannos &c. quia etiam hæc plerumque ab vxoribus præſtari ſolent. Non obſtat confeſſio eiuſdem, quia non eſt clara, nec etiam nominatio, de qua in teſtamento, quia fuit pudoris potius cauſa, quam quod ita res ſeſe haberet. Reſeruatur tamen, an iſti ſuſcepti ex tali coitu a ſacris canonibus damnato, teneantur docere ſe natos non fuiſſe ex ſtupro, vel alias, propter publicitatem concubinatus, ſint inſucceſſibiles, ex his quæ tradit Diaz. *in pract. crim. c. 82. in verbo, concubinary*, & Rebuff. *de concub. public.* item Dec. *in cap. Eccleſia ſancta Mariæ. de conſtit. colum. tertia.*

ADDITIO.

a *Concubinæ*. Clericus concubinarius quis proprie dicatur, & de requiſitis concubinatui ponit Diaz. *in pract. crimin. canon. in cap. 73. in verbo, concubinarÿ*. Quæ autem dicatur legitima concubina, vide ſeptē requiſita per Rot. *diuerſ. deciſ. 254. nu. 1. & 2. p. 2.* & an & quando concubinatus crimen tranſeat in crimen ſtupri, vide eandem Rotam *deciſ. 547. nu. 4. p. 2.*

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. Lancellotti olim Cardinalis.

Neapolitana Matrimonÿ 10. Martÿ 1574.

ARGVMENTVM.

Accuſator an, & quando teneatur in accuſatione exprimere diem commiſſi delicti.

SVMMARIVM.

Accuſator regulariter non tenetur in accuſatione exprimere diem commiſſi criminis, nu. 1.

Accuſator tenetur in accuſatione exprimere diem commiſſi criminis, quādo pars hoc petit. nu. 2. Declara procedere, vbicunque conſtat facta dicta expreſſione reum habere paratam defenſionem; aliter ſecus. nu. 3. & in add. lit. A. vbi de materia.

Accuſator non tenetur in accuſatione exprimere diem, de quo non eſt certus. nu. 4. & 5.

Accuſator non tenetur in accuſatione exprimere diem delicti clam commiſſi. nu. 5.

Excipiens de delicto nō tenetur in exceptione ponere diem criminis, de quo excipitur, nu. 6.

DECISIO VIII.

1 FVit concluſum, Octauium non teneri ad
a ſpecificandum diem [a] commiſſi criminis per Beatricem, per text. *in l. libellorum. de accuſat.*

2 Nec obſtat quod ſit neceſſaria expreſſio, quando id pars petit, quia alias ei tolleretur defenſio, vt declarat ibi Bar. *nu. 12.* cum alijs alleg. pro parte Beatricis.

3 Quoniam reſpondetur id procedere, vbicūq; cōſtat, reum habere paratam defenſionem, facta dicta expoſitione, vt dicit Salicet. *in l. 1. nume. 5. C. de accuſat.* cuius opinionem eſſe ſeruandam in practica, teſtatur Corſet. *in repert. ad Abbatem in verſ. Accuſator*, quam defenſionem habere nunc Beatricem non conſtat.

4 Præſertim cum delictum non ſit perpetratum cum ipſo Octauio, de quo ipſe poſſet tūc eſſe certus, ſed cum alijs, vt per Boſſ. *in tit. de Inquiſit. nu. 92. verſ. & ſi videret*, Clar. *in pract. crim. lib. 5. §. fin. q. 12. verſ. dixi etiam.*

5 Nec eſt etiam delictum, quod ſoleat palam fieri, ſed clam, & occulte; vnde non exprimitur dies, Bald. *in c. 1. nu. 20. in fine. quibus mod. feud. amit.* Auguſt. *in 1. Add. ad Ang. de malefic. in verbo, de præſenti anno.*

6 Præterea Domini dixerunt, nos non eſſe in proprijs terminis accuſationis, nec in materia obiectiua, ſed in probatione exceptionis, quam opponit Octauius contra Beatricem aſſerentem illum eſſe ſuum maritum, & Octauius allegando libertatem excipit cōtra ipſam. præterea hæc exceptio non oritur ex facto ſuo, ſed Beatricis, iuxta trad. per Caſſad. *in deciſ. 2. de except.*

ADDITIO.

a *Ad ſpecificandum diem*. De hac materia an ſcilicet, & quando in accuſatione vel inquiſitione facienda ſit expreſſio loci, temporis, menſis, ſeu diei commiſſi criminis, vide omnino Dominum meum Farinacium *in ſua prac. cri. p. 1. tit. de inquiſ. q. 1. n. 12. & pluribus ſeqq.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ILLV-

ILLVSTRISSIMI ET REVER. MI D. Lancelloti olim Cardinalis,

Biſignanen. Penſionis Lunæ 17. Maij 1575.

ARGVMENTVM.

Simonia eſt crimen occultum, & difficilis probationis: ideo probatur præſumptionibus,& coniecturis, & quibus.

SVMMARIVM.

Penſio impoſita ſuper beneficio,cuius reſignatio ſit ſimoniaca, nulla eſt.nu.1.

Simonia probatur per famam.nu.1.

Simonia probatur per confeſſionem reſignantis, & reſignatarij,qui ſimoniam commiſerunt.nu.2.

Simonia ſolet occulte committi;ideo leuiores admitti probationes.nu.3. Vbi etiam, quod ſufficiunt præſumptiones. & in addit.lit.A.Vbi de materia.

Simonia quando ciuiliter agitur,probatur ex confeſſione extra iudiciali.nu.4.

Confeſſio extraiudicialis an probetur in foro canonico, & eccleſiaſtico.nu.4.& in addit.lit.B.

Teſtes ſingulares non probant confeſſionem extraiudicialem. num.5.

Teſtes non præſumuntur ſingulares,ſed conteſtes.nu.5.

Teſtes ſingulares probant,concurrentibus adminiculis.numero 6.

Simonia operatur,vt non cenſeatur abdicatum ius a reſignante.nu.7.

Reſignatarius non poteſt conſentire penſioni impoſitæ ſuper beneficio ſimoniaco,etiam, quod ſimoniam ignorauerit.numero 7.

DECISIO IX.

1 Concluſum pro nullitate penſionis; quia reſignatio beneficiorum, ſuper quibus fuit impoſita penſio,eſt ſimoniaca;Primo enim probatur ſimonia ex fama ante dictam reſignationē per primum teſtem ſuper 3. & per tertium iuxta nonum,& per quintum iuxta 12.

2 Probatur etiam dicta ſimonia ex confeſſione Ioannis Aloyſij, qui eam commiſit ante dictam reſignationem, vt probat ſextus ſuper tertio, & quintus iuxta nonum. Item probatur ex confeſſione ipſius Ioannis Bernardini, vt deponit primus ſuper quinto,& tertius iuxta nonum.

3 Et quia ſimonia ſolet occulte committi, leuiores probationes admittuntur. *cap. 1. de teſt. in 6.* Aym.*conſ.122.n.8.*& propterea ſufficiunt ſigna.

a [a] *c.ſicut ſimonia.de ſimon.*& ibi not. Abb.*nu.*4.dicit quod in illius odium ſufficiunt præſumptiones.

4 Et propterea confeſſio extraiudicialis ſufficit ad illius probationem, cum agatur ciuiliter. Felyn. *in c.cum olim. num.5. de reſcrip.* præſertim in

b foro eccleſiaſtico.[b] Socin. Iun. *conſ.32. num. 18. volum.2.*

5 Nec obſtat, quod confeſſio probatur per teſtes ſingulares, quia reſpondetur, quod teſtes hic nō probantur ſingulares; ideo præſumuntur conteſtes. Alex.*conſ.115.nu.1.vol.7.*

6 Vltra quod admittuntur, quando concurrunt adminicula. Gabr.*de teſt.concl.2.in fine*, prout hic concurrit fama, confeſſio Ioannis Bernardini, ſuſpenſio eiuſdem facta ab ordinario.

7 Et ſtante dicta ſimonia non fuit abdicatum ius a reſignante, Sarnen.*in reg.de trienñali.q.12.n.9.* Propterea reſignatarius non potuit cōſentire penſioni, etiam ſi ignorauerit ſimoniam. Caſſad. *dec.3.in fine.de ſequeſt.poſſ.* Capel.Toloſ.*q.438.in add.cum alijs,de quibus hic per informantes.*

ADDITIO.

a *Sufficiunt ſigna.* Agebatur in hac cauſa ad inualidandam penſionem nulliter impoſitam ſuper beneficio, cuius reſignatio erat ſimoniaca; ideo nō eſt mirum, ſi Rota voluit, iſto caſu ſimoniam cenſeri probatam ex præſumptionibus in hac deciſione enumeratis. Si enim fuiſſet actum ad priuationem beneficij; & tunc Rota tenere ſolet, non præſumptiuam, ſed concludentem probationem requiri; prout colligitur ex pluribus deciſionibus eiuſdem Rotæ recollectis in hoc volumine per D.meū Farinacium. Et cum iſta diſtinctione, alias cogitabam poſſe concordari cōtrarias opiniones Doctorum, quorum plerique voluerunt, ſimoniam præſumptionibus,& coniecturis probari. Aliqui vero niſi concludenter probari poſſe affirmarunt, vt ſcilicet, prima opinio procedat, quando non agitur ad priuationem beneficij. Secunda autem, quando ſic ad priuationem beneficij agitur.

Poſſent etiam prædictæ opiniones, ex mente eiuſdem Rotæ conciliari, vt ſcilicet ſimonia probetur indicijs, coniectutis, & præſumptionibus, dummodo ſint perſpicuæ, euidentes, & manifeſtæ. Sic, & e contra ſimonia debeat concludenter probari, & quod ſatis concludenter dicatur probata, ſi illa probetur ex dictis perſpicuis, & euidentibus coniecturis, & præſumptionibus: alias ſecus; ex communi illa Doctorum concluſione, quod in delictis occultis, & difficilis probationis, quamuis præſumptiua probatio habeatur pro plena,& cōcludenti probatione, ad trad. per Bald. *in l.quicunque.nume.25.C.de ſeru.fugitiu.* Alexand.*conſil.69.num.1.& ſeqq.lib.* 2. Aym. *conſil.73.num.19.& ſeq.* Marſ. *conſil.44.num.8.& ſeqq.* Grammat.*conſil.22.num.15.& ſeq.* Nouell. *reg.160. in tertia fallentia.* Herculan. *in tractã. de negat.num.309.& 317. Deciſ. Pedemont. 72. num.1.* cum alijs per Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 496.numero 4.& concluſ.459. num.16.& concluſ.*

Digitized by Google

461.nu.10.verſ.limita concluſionem, & lib. 2. concl. 830.num.4.& num.7.& lib.3.concluſ. 1386. num. 4.& ſeqq.

Hoc tamen procedit, quando præſumptiones,& indicia ſunt euidentia,& indubitata:alias ſecus;ſicut magiſtraliter docuit Dom. meus Farinac. *in ſua practica crimin.parte ſecunda, titulo de Reo confeſſ. & conuict. quæſtio. 86. num. 33. tuncto num. 55.*

b *In foro eccleſiaſtico.* Quod confeſſio extraiudicialis probet de iure canonico, & de illius æquitate, voluerunt Aret. & alij relati per Maran. *in pract.parte 4.diſtinct.9. num. 49. & parte 6. in 5. actu.num.19.* & per Gabriel.*in tit.de confeſ. concluſ. 1.num.4.& num.47.in fine,* vbi etiam teſtatur de communi. Marſil.*in rubr.de probat.num.92.* Villabob. *in communi opi. liter.c.num. 133. & 134.* Vbi ex hoc infert, quod in Terris Eccleſiæ confeſſio extraiudicialis plene probat, & ibi pariter teſta-
* tur de communi, de qua etiam per Ioſeph. Lud. *deciſ.Peruſ.9.num.6.*& per Maſcard. *de prob. concl. 347.num.57.& ſeq.lib.1.* Vbi de magis communi,
* etiam,quod confitentes eſſent laici, *& ibi.nu.59. & num.96.* Vbi multo magis in confeſſione facta in foro pœnitentiali.

Quamuis contrarium tenuerit Alex. relatus per Villabob. *d. litera c. eodem.numero* 134. & per Gabriel. *in titul. de confeſſ. concluſ. 1. nume.47.* & per Maſcard.*d.concluſ.347. numero 57. verſic. ſed conſuluit*, & per Hercula. *de negat. numero 198. in fine.* Vbi pariter pro hac contraria opinione vi-
* detur teſtari de magis communi. Niſi eſſemus in ſpiritualibus,in quibus ſine dubio extraiudicialis confeſſio plene probabit, vt ibi per eum,& per Gabriel.*d.concluſio.1.num.63.* Et per Maſcard. *d. concl.347.nu.13.concluſio.550.nu.28.& ſeq.* apud quos plures alios reperies antiquiores idem tenentes.

Fam. Cent. I. V. D.*Galeſ.*

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Blanchetti Cardinalis,

Panormitana ſeu Agrigentina Reſciſſionis contractus die 13. Iunij. 1575.

ARGVMENTVM.

De cenſibus illicitis contra formam iuris, & Bullæ Pij Quinti, ac aliarum conſtitutionum creatis, quomodo, & quando ſuſtineantur, & de materia.

SVMMARIVM.

Cenſus conſtitutus ſuper certa re,præſumitur licitus,nō autem illicitus.nu.4.

Cōtractus omnis præſumitur iuſtus,& legitimus potius quam e contra.num.4.

Vſura non præſumitur committi a muliere nobili.num.5.& in addit.litera A.Vbi de materia.

Cenſus quamuis contineat pacta contra formā Bullæ Pij Quinti,ſubſtinetur ex parte proteſtatione facta in inſtrumento,quod nō intendunt emere,aut vendere contra formam dictæ Bullæ.nu.5.& nu.9.& nu.13.

Clauſula,non alias aliter, nec alio modo, arguit preciſam contrahentium mentem.nu.5.

Pactum de retrouendendo in cenſu, non collatum in liberam voluntatem vendentis,ſed limitatum ad certum tempus vltra,quod cenſus ipſe redimi nō poſſit, dicitur illicitum, num.6.

Pactum in inſtrumento cenſus, quod emptor non teneatur ad remiſſionem, niſi damnum, & deterioratio aſcendat ad quartam partem,eſt illicitum,nu.6.

Pacta illicita,& iniuſta in contractu cenſus non inualidant ipſum cenſum in reliquis.nu.6.verſ.Nihilominus.

Concedere qui voluit plus,præſumitur etiam voluiſſe concedere minus.nu.6.verſ.Ita quod.

Vtile per inutile non vitiatur,quando ſumus in ſeparabilibus, & diuiduis.nu.6.verſ.Vnde quod,& in add.lit.B. Vbi de materia.

Cenſus ad rationem decem pro centenario ſubſtinetur ex conſuetudine loci ſic contrahendi ad iſtam rationem. numero 7.

Conſuetudo facit licitum contractum, aliat de iure illicitum. nu.7.& in add.lit.C.Vbi de materia.

Cenſus dicitur fœneratitius,quando pecunia non fuit exburſata,vel exburſata,& ſtatim reſtituta,vel etiam ſi partim fuit data pecunia,& partim gemmæ.num.8.declara, vt num.10.

Teſtes reprobantes inſtrumentum debere eſſe omni exceptione maiores.nu.8.& in add.lit.D.Vbi de materia.

Fideiuſſor repellitur a teſtimonio,aut ſaltem ei non creditur iudicis arbitrio.num.8.in fine,& in addit. litera E.Vbi de materia.

Cenſus non dicitur illicitus etiam,quod fuerit impoſitus ſuper omnibus bonis venditoris, & quomodo hoc intelligatur, nu.1.& nu.14.& nu.18.

Annui redditus emptio eſt licita, dummodo non reſoluatur in mutuum.nu.1.

Annua præſtatio ſuper redditibus communitatis emi poteſt, ſub nu.1.

Pactum,quod emptor cenſus poſt illius retrouenditionem poſſit ſtare per aliquot menſes in re cenſuali, non eſt illicitum.nu.2.

Pactum de retrouendendo cum modicitate pretij in contractu cenſus,quando illum faciat illicitum,nu.3.

Cenſus an ſit illicitus,valde conſiderandum eſt,an emptor illius vſus fuerit pactis in eo contentis, numero uno, in fine.

Cenſus dicitur licitus etiam, quod pecunia non fuerit exburſata,ſi illius loco fuit data cedula bancaria.num. 10.& nu.17

Cedula bancaria habet vim ſolutionis,nu.10.

Forma inducta ad obuiandum fraudibus,poteſt adimpleri per æquipollens,nu.10.

Promiſſo Campſoris de ſoluendo cedulam creditori, habet vim ſolutionis,nu.11.

Libri mercatorum probant etiam contra tertios ſi fuerint adminiculati,nu.11

Statim, dictio intelligitur cum aliquo temporis interuallo;& ſecundum ſubiectam materiam, & quandoque etiam

verificatur

Digitized by Google

verificatur in termino duorum menſium.nu.12.

Cenſus creati ante conſtitutionem Pij Quinti nou requirebant effectualem pecuniæ exburſationem.nu.15.& ſeq.

Cenſus creati ante Bullam Pij Quinti non annullantur per dictam Bullam,nu.15.

Legis natura eſt reſpicere negotia futura,non autem præterita. nu.15.in fine,& ibi in add.lit.F.Vbi de materia.

Cenſus ante conſtitutionem Pij Quinti poterant celebrari ex pecunia antea debita emptori per venditorem.nu.16.

Cenſus etiam ſine exburſatione pecuniæ ſubſtinetur,quando re vera conſtat pretium ad manus venditoris perueniſſe,numero 17.

Cenſus impoſitus ſuper fundo non capaci adhuc ſubſtinetur, quando fuit generaliter impoſitus ſuper omnibus bonis, num.18.

DECISIO X.

1 DVbitaui 13.Iunij 1575.in vna Panormitana ſeu Agrigentina Reſciſſionis contractus,an ex conſtitutione cenſus ſuper omnibus bonis, & ex pacto de retrouendendo, & ex conuentione,quod poſt reluitionem cenſus emptor poſſit remanere in Caſtro per ſex menſes, contractus efficeretur illicitus, ſeu vſurarius; & fuit reſolutum, ex impoſitione cenſus ſuper omnibus bonis, contractum non poſſe dici illicitum; permittitur enim emptio annui redditus, dummodo contractus non reſoluatur in mutuum, Silueſtr.*in verbo,vſura.2.num.*12.Abb.*in c.in Ciuitate,num.7.de vſuris*,& ibi Anan.*num.* 15. Vbi vult,quod poſſet emi annua pręſtatio ſuper redditibus alterius communitatis,Aret.*conſ.151.nu.20.verſ.ſecus ſi annua præſtatio*; & Bullæ Calixti, & Martini permittũt in iſto caſu obligari etiam hæreditatem,quæ eſt ius vniuerſale;quod eo magis videtur dicendum in hoc caſu, in quo obligatio omnium bonorũ accedit pro ſecuritate obligationis particularis Caſtri Riechelmuti, prout expreſſe legitur in inſtrumento.

2 Idem etiam dixerunt Domini, quo ad pactum, quod emptor poſt reluitionem cenſus ſuper Caſtro impoſiti,deberet remanere in Caſtro per ſex menſes: Nam expreſſe dicitur, ex qua cauſa debeat remanere,videlicet,vt cõmodius poſſit mobilia tranſportare. Nec dicitur,quod eo tempore Franciſcus debeat frui fructibus Caſtri.

3 Quo vero ad tertium pactum de retrouendendo,Domini dixerunt,videndum, an ſtantib. illis pactis reſpicientibus fauorem D. Franciſci reſultet talis modicitas pretij, quod iuncta cum pacto de retrouendendo, efficiat contractum vſurarium.

4 Et in alia coram Orano *in vna Foroliuienſi Cenſus* 13. *Nouembris* 1589. fuit concluſum, ſententiam Auditoris Cameræ annullantem annuum cenſum, de quo eſt quæſtio, tanquam fœneratitium, reuocandam eſſe: Cum enim fuerit ſuper re certa reſtitutus,& de eo confectum publicum inſtrumentum, præſumptionem pro ſe habet, vt ſit factum de contractu licito,Cepoll.*de ſimulat. contract.præſump.26.nu.*85.& regula eſt,vt omnis contractus præſumatur iuſtus,& legitimus,Bal. *in l.rogaſti.§.ſi tibi.nu.19.ff.ſi cert.petat.* Alex.*conſ.* 200.*nu.4.lib.2.*Socin.Iun.*conſ.83.nu.3.lib.2.cum ſimilibus.*

5 Tanto autem magis,quia celebratus cum muliere nobili,in quam difficilius cadit præſumptio
a vſuræ, Tiraq. *de retract. conuent. in præfatio. num.* 34. Couarr. *variar.reſolut.capit.8. num.3.* præſertim, cum in ipſo actu proteſtata fuerit, ſe velle emere, ſeruata diſpoſitione bullarum ſuper cenſibus editarum Summorum Pontificum, ſignanter autem conſtitutionis Pij Quinti,cum clauſula, non alias aliter nec alio modo, ex qua arguitur præciſa ipſius intentio. *l. non aliter, de legat. tertio,l.qui hæredi,§.fina.ff. de condition. & demonſtrat.*

6 Licet autem in illo legatur duplex appoſitum pactum dicta conſtitutione damnatum; vnum, ſcilicet de retrouendendo, quod aliter non eſt collatum in liberam, & abſolutam voluntatem vendentis, ſed eſt limitatum, vt poſſit redimere tantum infra decem annos,& duos menſes:alterum, per quod ad remiſſionem cenſus non vult teneri, niſi damnum, & deterioratio, occaſione cuius remiſſio petitur, aſcendat ad quartam partem: nihilominus propterea concludendum eſt, contractum non eſſe vſurarium, ſed debent tanquam vitioſa pro non appoſitis haberi. *l.cum precario.ff.de precar.* Nam, illis non obſtantib. adeſt voluntas diſponẽtis in principali actu; ita quod qui amplius concedere voluit, vtique, & quod minus eſt, voluiſſe dicatur. Vnde quod plus eſt additum ſecundum intentionem diſponentis, ſeparabile eſt, adeoque non vitiatur vtile per inu-
b tile [b], ſed tantum inutiliter adiectum vitiatur, *l. 1. §. ſed mihi, ff. de verborum oblig.* Hoc autem comprobat clauſula dictæ conſtitutionis, Non obſtantibus quibuſcunque directe, vel indirecte ipſi conſtitutioni aduerſantibus,ex qua expreſſe colligitur,intentionem Papæ fuiſſe infirmare actus in contrarium,Ang.*in l.quod autem.nu.2.ff.ſi quis omiſſ.cau.teſtam.*

7 Nec dici poteſt vſurarius ſub prætextu, quod fuerit conſtitutus ad rationem decem pro centenario: Nam quicquid ſit de iure, de quo per Tiraq. *de retract.conſang.§.1.gloſ.6.nume.16. & ſeq.* iſte cenſus fuit venditus ſecundum vſum, & obſeruationem prouinciæ Romandiolæ, vbi prædia,ſuper quibus cenſus eſt impoſitus, ſunt ſita: in qua quidem prouincia ſolent vendi,& conſtitui cenſus, ad rationem decem pro centenario. Certum eſt autem,quod ſtante huiuſmodi conſuetudine,ceſſat omnis ſuſpicio vſuræ, & ex con-
c ſuetudine [c] iudicari debet contractus licitus. *l. quis ſit fugitiuus.§.item apud Labeonem. vbi Barto. ff. de ædil. edit. l. quid ergo. §. 1. in verſic. cum vſuris, & ijs, quæ in regione obſeruantur. ff. de contrar. & vtil. act.tut.l.tutor, qui repertorium, §.ſed ſi negauit, ff. de adminiſtr. tutor.* Socin. Sen. *conſil.83. num.21.lib.2.* Dec. *in l.2. nume.17.C. de eden.* cum ſimilibus, & probant extrauagantes Martini, & Calixti *ſub tit. de empt. & vend. in extrauagantibus communibus.*

8 Minus habita fuit ratio teſtium, deponentiũ, in huiuſmodi creatione cẽſus pecunias nec fuiſ-

ſe ſo-

ſe ſolutas, ex quo reſtitutæ fuerint incontinenti; nec penes venditorem cenſus remanſiſſe; neque etiam pretium integrũ fuiſſe in pecunia numerata, ſed partim in gemmis, quæ contrariãtur formæ præſcriptæ in conſtiturione Pij Quinti; Quia Domini reſponderunt, iſtis teſtib. nullam adhibendam fidem; ex quo.n.ad impugnandum publicum inſtrumenrum fuerunt inducti, neceſ-
d ſarium eſt, quod ſint omni exceprione maiores.[d] Bero. *conſ.* 147. *nu.* 36. *& ſeq. vol.* 2. Tantum autem abeſt, vt ſinr rales, vr etiam omnino venianr re-
e pellendi, cum duo ſinr fideiuſſores[e] qui regulariter repellunrur; aur ſalrem ſecundum Ang. *conſi.* 295. arbirrio iudicis remittirur: terrius autẽ multas exceptiones notabiles patirur, de quibus hic per informanres, ex quibus, & aliis deductis fuit reſolutum, ſentenriam reuocandam.

9 Et rurſus in eadem materia coram Illuſtriſſimo & Reuerendiſſimo Do. Cardinal. Pamphilio *in vna Beneuent. ma cenſus* 29. *May* 1593. Dixerũt Domini, ſententiam Auditoris Cameræ ſuper inualiditate cenſus non ſubſtineri; validitas enim ipſius cenſus videlicet, quod in inſtrumento adeſſent aliqua pacta repugnantia conſtitutioni fel. recordat. Pij Quinri, videbarur Dominis ſatis reſeruara in declaratione, & proreſtarione per contrahentes in principio, medio, & fine contractus facta; quod inſtrumentum intelligatur inirum, factum, & ſtipularum iuxtà formam prædictæ cõſtitutionis; ita quod ſi in eo aliquod contra dictam formam eſſet appoſitum, illud habeatur pro nõ appoſito, ſcripto, & ſtipulato, ſed reducatur, & reductum cenſeatur iuxrà illius tenorem, cum illorum intentio fuerit, & ſit ſecundum formam dictæ Bullę contrahere, & nõ aliàs alirer nec alio modo; iſta enim proteſtatio cum ſit facta in ipſo contractu ad limitandum illius obligationem, & illi ambæ partes conſenſerinr, conſeruat ius proteſtantis, & validiratem contractus, perinde ac ſi fuiſſet celebrarus ſine illis pactis, & in omnib. & per omnia iuxta formam, & tenorem prædictæ conſtitutionis, ad notar. per Bart. *in l. non ſolum. §. morte. num.* 24. Alex. *nu.* 13. *cum ſequen. & alios. ff. de nou. ope. nunciat.* Abb. *in cap. cum M. Ferrarien. ſub num.* 15. *de conſtitut.* Alexand. *conſil.* 27. *nume.* 14. *lib.* 3. Put. *deciſ.* 32. *num.* 3. *lib.* 2. Et in termino huius proreſtationis in inſtrumenro cenſus, trad. Hier. Gabriel. *conſil.* 47. *num.* 7. *lib.* 2. & tenuit Rota, hanc proteſtationem referri etiam ad pacta expreſſa *in cauſa Foroliuien. cenſus* coram Do. meo Orano *ſub die* 13. *Nouembris* 1589. maximè, quod non conſtat, quod empror, qui produxir inſtrumenrum, pro conſequendis tanrummodo fructibus, vſus vnquam fuerit aliquo ex prædictis pactis, quæ prætenduntur illicita.

10 Non obſtat, quod proteſtatio non poſſit ſupplere realem numerationem pecuniarum, quam conſtitutio in ipſo actu celebrationis inſtrumenti coram Notario, & teſtibus, requirit, quia per dationem cedulæ Bancharię, quæ haber vim ſolutionis, Barto. *in l. ſi ſoluturum, ff. de ſolutionibus.* Put. *deciſ.* 186. *lib.* 1. videtur ſatisfactum huic formæ inductæ ad euitandum fraudẽ, & ſimulatas ſolutiones, ad nota. per Dec. *in l. ſi mater. ſub nu.* 4. *C. de inſtitut. & ſubſtit.* Caſſa. *deciſ.* 2. *de Iude.* larè Brun. *de forma, & obſer. form. in* 1. *fallen.* maximè, cum pretium prædictum eſſet conuertendum cũ extinctione aliorum cenſuum; quod cum eodem temporis momento fieri non poſſet, valde expediebat emptori, vt ſolutio fieret per cedulam, ne interim pecuniæ conuerterenrur in aliam cauſam, ad not. *in auth. hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccleſ.*

11 Et ceſſat difficultas, quia iſte defectus fuit ſanatus per ſpecialem commiſſionem S.D.N. quæ licet habeat clauſulam, Cõſtito, quod ſtatim poſt celebrationem venditionis cenſus, fuerit ipſis Dominis de Cariſſimis ſolutum pretium vigore Cedulæ datæ in inſtrumento; Illa tamen eſt ſatis iuſtificata ex libris illorum de Cirarella mercatorum, qui pro emptione cenſus conſtiruerũt illos debitores in ſumma ſcutorum quaruor millium pro pretio prædictæ vendirionis, quæ promiſſio habet vim ſolutionis, vt poſt Bart. *in l. ſingularia, ff. ſi cer. pet.* tradit Afflict. *deciſ.* 353. *in fine,* & adeſt Deciſ. Ianuen. 4. *nu.* 9. *& ſeq.* Præſertim, quia illa eadem ſumma fuit poſtea à prædictis mercatoribus ſolura illiſmet crediroribus D. D. Cariſſimis, quibus vigore prædicti inſtrumenti erat ſoluenda, vt patet ex eiſdem libris, qui cum ſint adminiculati ex ipſo inſtrumenro vendirionis, & cedula, probanr etiam inter tertios. Bar. & alij *in l. admonendi, ff. de iur. iuran.* Guid. Pap. *deciſ.* 441. Aym. 275. *nu.* 8. maximè in libris Mercatorum Ciuiraris Neapolis per ea, quæ alias deducta fuere de anno 1578. coram bon. memo. D. Bubalo *in cauſa Neapolitana pecuniaria,* & faciũt notata per Iaſ. *in l. admonendi ſub nu.* 120. cum aliis poſt Roland. *conſ.* 92. *nu.* 5. *lib.* 3.

12 Neque obſtat, quod iſta ſolutio facta fuerit poſt quartuor dies a celebratione inſtrumenri, quia non ideo minus dicirur facta ſtatim, vr loquitur cõmiſſio, cum hæc dictio, Statim, inrelligatur, & cum aliquo temporis inreruallo. *l. quod dicimus, & ibi gloſ. ff. de ſolut.* adeo, vt ſecundum ſubiectam materiam, aliquando verificetur in ſpacio duorum menſium, vr latè per Albert. *in ſuo Dictionario, in verbo, Statim,* Tiraq. *in l. ſi vnquam, verſ. reuertatur, ſub numero* 119. *C. de reuocan. donat.*

13 Neque obſtat, quod in prædicta commiſſione non fuerinr narrata alia pacta, quia de illis non erat habenda menrio, cum ex ſpeciali parrium cõuenrione illa habeanrur pro non appoſiris, quatenus Bullæ ſuper forma creandi cenſus contraria eſſent, vr ſupra dictum fuit.

14 Nec obſtat, quod cenſus in defectum aliorum bonorum fuerit generaliter impoſitus omnibus bonis, quia non adeo reddirur nullus, cum fuerit impoſitus ſuper cerris rebus, licet pro illius ſecuritate in defectum illorum fuerir etiam impoſitus ſuper aliis bonis; & alias in fortioribus terminis fuit reſolutum *in cauſa panormitana ſeu Agrigentina reſciſſionis contractus ſub die* 13. *iunii* 1575. corã Illuſtriſ. & Reu. D. Cat. Blãchetto, & ex his

Domi-

Digitized by Google

Domini reſoluerunt, cenſum ſubſiſteri, & ſententiam Auditoris Cameræ eſſe reuocandam.

ALIA DECISIO.

Et demum coram Litta *in vna Eugubina cenſus Luna 10. Februarij 1597.* fuit propoſita hæc facti ſpecies de anno 1564. Euangeliſta Lames, & Bernardinus Gorantes mercatores Eugubij, aſſerentes ſe Dom. cum iuramẽto, duorũ prædiorum in territorio Eugubij exiſtentium, impoſuerũt ſpecialiter ſup illis, hypothecando, & ſupponendo generaliter oĩa alia eorum bona, cẽſum ſcu. 135. ad fauorẽ Bernardini Raynerij pretio ſcu. 1500. quæ ſcu. 1500. tunc non fuerunt exburſata vẽditorib. ſed vere ipſi alia cauſa erant debitores emptoris dictę ſummę: huius cẽſus fructus p plures annos fuerũt ſoluti ſine aliqua cõtrouerſia. Mox Bernardino emptore cenſus defuncto, denegata fuit ſolutio hæredi; vñ introducto iudicio inter hæredem emptoris, & hæredem venditorũ, dãtes de nullitate dicti cenſus, tũ qa non interuenerit in eius creatione pecunia numerata, tum ẽt quia dicta duo prędia ſuper quib. ſpecialiter impoſitus fuit cenſus, non erant capacia cenſus tantæ ſummę: iudices de partib. per duas ſñias declarãrũt, dictũ cẽſum fuiſſe nullũ; & fructus ex eo perceptos nõ ſecus ac ex illicito contractu perceptos, vltra ſummã quinq; pro centenario dicti capitalis ſcu. 1500. eſſe imputandos in extenuationem ſortis principalis: At tandem introducta cauſa in Rota corã me, dubitaui, an ſtante inſtrumento cenſus, & alijs de quib. in actis, ſñiæ de partib. ſint iuſtæ.

15 Et Dñi vnanimiter pro negatiua reſoluerunt. Moti quia cũ cẽſus iſtæ fuerit creatus ante cõſtitutionẽ Pij V. nõ potuit iudicari nullus ex eo, ꝙ in actu impoſitionis cẽſus pecunia numerata nõ interuenerit, cũ de iure cõi debitum ex vna cauſa non ſit prohibitũ ex conſenſu partiũ conuerti in debitũ ex alia cauſa, & ſic ex cauſa cenſus. *l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. l. 3. §. ſi. ff. de don. inter vir. & vxor. l. ſi ei nuptura, & l. ſi ſponſalib. §. 1. ff. de iur. dot.* Nec conſtitutio Pij V. annullat cenſus aliter antea factos, vt ex lectura eius conſtat, & ex eo cõprobatur, ꝙ propriũ legis eſt reſpicere negotia futura, a & nõ preterita [a] *l. leges, & conſtitutiones. C. de legib.*

16 Et quod cenſus ante cõſtitutionem Pij V. potuerit valide creari de pecunia antea debita emptori per venditorem, Nau. *conſ. 1. nu. 1. tit. de emp. & vendit.* Surd. *conſ. 162. nu. 39. lib. 2.*

17 Imò etiam poſt conſtitutionem Pij V. non vĩ improbata cõſtitutio cenſus, & ſi in ipſo actu nõ interueniat pecunia numerata, dumodo re vera conſtet ad manus vẽditoris perueniſſe pretiũ ipſius cenſus, vt alias in ſignat. ſanctiſs. per Greg. XIII. fel. recor. fuiſſe declaratum, dixerũt Domini *in vna Beneuentana cenſus* coram R. P. D. Pamphilio, dum tenuerũt pro validitate cenſus, licet in actu illius conſtitutionis non interueniſſet pecuniæ numeratio, ſed ſola cedula Bancaria.

18 Sicut nec ex eo potuit iudicari nullus cenſus iſte, ꝙ prædia illa duo, ſuper quib. ſpecialiter fuit impoſitus, nõ eſſent tãti redditus, ꝙ ſufficerẽt p ſoluendis fructib. ipſius cenſus, ſtante ꝙ fuit etiã impoſitus ſup omnib. alijs bonis ipſorũ venditorũ; ꝙ bene ante conſtitutionẽ Pij V. fieri potuit, vt expreſſe probatur in cõſtitutione Calixti III. *tit. de empt. & vend. in extrauag. ibi, ſuper eorum bonis, domib. agris, pradijs, poſſeſſionib. & hæreditatib. &c.* & tenet So. *lib. 6. de iuſt. & iur. q. 78. art. 4. ti. de cenſib.* & fuit reſolutum *in illa Panormitana, ſeu Agrigentina reſciſſionis contractus 13. Ianuarij 1575.* coram Illuſtriſs. Blanchetto.

ADDITIONES.

a *Muliere nobili.* Contrarium conſuluiſſe videtur Alex. *in conſ. 54. lib. 6.* volens, ſexus mulieris qualitatem non excuſare præſumpta vſura: ſed tu pro concordia potes dicere, primam opinionem eſſe declarandam, vt non procedat in muliere ſagace, & quoad reſciſſionem contractus cum reſtitutione vſurarum, prout (ni fallor) ſic videtur de mente Natt. *in conſ. 497. n. 7. & ſeq. li. 3.* & expreſſe voluit Io. Bap. Lup. *de vſur. comment. 2. §. 1. nu. 4. & 5.* ſubdens, amplius iudicis arbitrio remiſſum, an præſumatur, mulierem ſic contraxiſſe per ſagacitatem, & malitiam; an vero ex ſimplicitate, & ſine dolo. Quod & idem affirmauit Menoc. *de præſump. lib. 3. præſump. 122. nu. 40. & 41.*

b *Vtile per vtile.* Veriſſima eſt iſta diſtinctio, ꝙ in indiuiduis, & inſeparabilib. vtile p inutile vitiatur: ſecus in diuiduis, & ſeparabilib. iura, & concordantes adducit Steph. Lamberteng. *in trac. de contractib. eorum &c. gl. fin. nu. 139. & gl. 5. nu. 2. & 3.* vbi etiam, quòd indiuiduis, & in ſeparabilib. actib. vtile per inutile non vitiatur, maxime quando actus eſt nullus ob omiſſionem ſolemnitatis: in indiuiduis vero tunc demum vtile per inutile vitiatur, ſi inutile ſit potentius vtili, ſecus econtra, & ibi nu. 2. teſtatur de communi, & vide rurſus eundẽ Lãberteng. *ibid. gl. 11. nn. 68. & ſeq.* vbi ꝙ vtile per inutile nõ vitiatur, quando illud inutile eſt ſuperabundans, & non neceſſariũ, *& d. gl. 5. n. 7.* vbi generaliter, & remiſſiue declarat, quando actus dicatur diuiduus, vel indiuiduus, de quo latiſſime per Ant. Gomez. *de contractib. Tom. 2. c. 10. tit. de induid. per totum,* & vide ẽt Rolan. *conſ. 72. n. 66. li. 3.* vbi ꝙ in ijs quæ ſunt de forma, vtile per inutile vitiatur; Quod & idẽ probauit Tiraq. *de retract. p. 1. §. 1. gl. 21. n. 17.* Multa exẽpla, in quib. diſcutitur, an & quãdo vtile per inutile vitiatur, videas per Aym. *de antiq. tẽp. p. 4. ſect. abſolutis differentijs nu. 59. 61. 62. & 63. & ſect. materia iſta ſingularitatis nu. 1. & ſeq. fol. mihi 258. & 272.*

c *Ex conſuetudine.* In iſta materia, an ſ. & quando conſuetudo excuſet ab vſurario, & illicito contractu, vide quæ dixit Dom. meus Farinac. *in ſua pract. crimin. par. 2. tit. de pœn. temp. nondum impreſſo q. 95. nu. 3. & ſeq.* vbi facta concluſione affirmatiua, quam dicit magis communiter teneri per Doct. eam præcipue limitat, ac declarat procedere, vt licet excuſet a pœna, nõ tamen excuſat a reſtitutione vſurarũ: nec videtur facere cõtractum licitũ, & validum, ſi re vera ſit illicitus, & vſurarius, ex Natt. *conſ. 498. n. 26. li. 3.* Rolan. *conſ.* 75. *poſt*

75.*poſt n.47.li.1,*Ioſeph.Lud.*deci.*51. *ver. quando tamen in fi.f.*115.Menoc.*de præſump.li.3.præſump.* 122.*n.*97.& refert Rotã *in una Romana ſocietatis coram Illuſt. Lancel.2.Iunij* 1570.(cuius deciſio fuit ſup.in cõſilijs regiſtrata)dixiſſe,ꝙ licet conſuetudo in contractu vſurario opererur quoad euitationẽ pęnę, non ramen operabitur validitatẽ cõtractus,ex Ber.quẽ alleg.*in c.quia in omnib.n.*8. *& 9.extra de vſuris,*ex quib. valde dubia reddi videtur iudicio meo hęc deciſio, in qua ẽt quoad validitatẽ cõtractus,viderur admittere excuſationẽ, ex contrahendi conſuetudine,prouenientem.

d *Omni exceptione maiores.* Ad hãc materiam, an.ſ. & quando reſtes teprobanres inſtrumentum debeant eſſe omni exceptione maiores,vide Alb.*in l.qui teſtam.§.mulier.n.*5 *.et ſeq.ff.de teſt.prac.Conr. tis de teſtib.rub.perſonas teſtiũ aggrediendo.nu.*89.*f.* 110.*& in rub.de inſtrumẽtis ſub n.*17. *& ſeq.in diſcurſu f.*149.*Iul.Scarlat.inter conſ.cri.diuerſ.conſ.*118. *n.*24.*li.*1.*& inter ead.conſ.* Ferr.Garg. *conſ.*122.*n.* 17.*& conſ.*123.*ſub n.*11.*& ſeq.& conſ.*126.*n.*15.*et ſeq.plurib.in diſcurſu per totũ.*Io.Ronchegal. *conſ.* 127.*n.*11.*eod.lib.*1.Montic.*in reper.teſtium f.mihi* 318.*col.*2.*verſ.*3.5 *.& penul.*Natt.*conſ.*95.*nu.*10.*& ſeq.lib.*1.Anch.Regien.*q.*71.*p.*1.Maſc.*de prob.lib.* 1.*in præfatione.q.*6.59.*& ſeq.& n.*68.*& ſeq.& li.*2. *concl.*919.*n.*5.*& ſeq.& lib.*3.*concl.*1360.*nu.*2.Menoc.*de arbit.q.lib.*2.*caſu* 105.*nu.*6.*& ſeq.& nu.*33. Virg.Bocc.*in conſt.Marchiæ gl.*7.*nu.*14.*& ſeq.* Oſaſch.*conſ.*64.*nu.*47.*& conſ.*66.*nu.*2.

e *Fideiuſſores.* Si ad ſaturitatẽ ſcire volueris,an,& qñ,& in qua cauſa fideiuſſor teſtis admitratur,& admiſſus qualẽ faciar fidẽ, vide omnino D. meũ Farin.*in ſuo trac.de teſtib.q.*60.*nu.*368.*& plurib.ſe.*

f *Futura,& non præterita.* Quandoq; ramen lex,ſeu conſtitutio, aut ſtatutũ trahitur ad prærerira, ꝙ quando verum ſit, & de materia remitto lectorẽ ad rrad.per Fel.*c.fi.de conſt.*Soc.iun.*conſ.*21.*per totum.li.*1.Diaz.*reg.* 136.Cap.*concl.*6.*per totam. vbi latiſſime Franc.Turzan.*95.Cęph.*conſ.*162.*n.*12. *& ſeq.li.*2.*& conſ.*35.*n.*51.*li.*1.Rolan.*cõſ.*95.*n.*23. *& ſeq.li.*1.Cõtard.*de moment.poſſeſ.ti.de Egid.q.*5.

Fam.Cent.I.V. D.*Galeſ.*

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D.Serahini Cardinalis,

*Imol.Caſtrorum Lunæ 12.Decemb.*1575.

ARGVMENTVM.

Contumacia ſine trina citatione non inducitur.

SVMMARIVM.

*Contumax eſſe non poteſt qui latiſſime citatus non eſt.nu.*1.
*Contumacia requirit trinam citationem.nu.*1.
Contumax vt quis dicatur,& vt tanquam contumax poſſit condemnari propter contumaciam, quomodo citari debeat, & de materia.in add.lit.A.

DECISIO XI.

1 DOmini perſtiterunt in reſoluris ex eo quod fundamentum,quod fit pro parte Illuſt. D. Herſilię totum conſiſtit in contumacia Alidoſij de qua in facto non conſtat, cum appareat legitime de citatione [a],& tex.*in c.1.de milite vaſallo,* pro a ea allegatus,requirit trinã vocationẽ; ideo cũ deficiat in facto fundamẽtũ hoc,nõ põt ſubſiſtere.

ADDITIO.

a *Citatione.* Vbi ciratio eſt inualida,& nulla,tũc contumacia inde reſultas, nullum operatur effectum,ex plurib.allegaris per D.meum Farin. *in ſua pract.cri.p.*1.*tit.de inquiſ.q.*11.*nu.*37.*&* 38. vbi in ſpecie, quod non vnica, ſed trina requiritur citatio,*& nu.*39.*ſeq.*vbi plene ponit requiſita ad validitatem huius citationis.

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D.Seraphini Card.

Imol.Caſtrorum Veneris 16. *Mar.*1576.

ARGVMENTVM.

Contumax quãdo dicatur verus,& quãdo fictus. Quomodo & ex quibus cõtumacia vera probetur,ad effectum, vt priuatio propter contumaciam, ſit perpetua,& non temporalis.

SVMMARIVM.

*Sententia priuationis contra contumacem lata, videtur nõ propter contumaciam,ſed propter delictum lata, quando in ea condemnatus vocatur filius iniquitatis.nu.*1.
*Priuatio,& confiſcatio bonorum videtur perpetua, & non temporalis,quando in ea dicitur,quod bona perpetuo ſpectent ad Cameram.nu.*1.
Legitime,dictio importat iuris ordinem,& diſpoſitionem. numero 2.
*Nullum quod eſt,nullum præſtat iuris fomentum,aut adminiculum.nu.*2.
*Citatio trina requiritur ad effectum, vt quis ſuis bonis priuetur.nu.*3.*vbi declaratur,niſi quis fuerit uerus contumax, quia tunc vnica tantum ſufficit citatio.*
*Teſtis inſtigator ſuſpectiſſimus eſt, eique non creditur etiam in crimine ſimoniæ,& læſæ maieſtatis.nu.*3.
*Citari amplius non debet is,qui ſemel citatus,dicit ſe nolle comparere.nu.*4.*vbi declaratur,dummodo hoc dicatur tempore quo citatur;ſecus ſi poſtea.*
*Contumax verus dicitur is,qui citatus reſpondet, ſe nolle venire.nu.*4.*vbi hoc declaratur.*
*Contumax verus an dicatur is, qui citatus non comparet, nec de legitimo impedimento docet.nu.*3.
*Sententia priuationis in contumaciam lata, non priuat perpetuo,& infra annum inducit priuationem quoad poſſeſſionem, non quoad proprietatem, etiam quod præceſſerit trina citatio.nu.*5.
Stylus probandus eſt de tempore,de quo eſt controuerſia.n. 6.

Contu-

Contumax ex vnica tantum citatione, non poteſt propter contumaciam priuari, nu. 7.

Sententia ſine proceſſu, ſi non eſt lata contra præſentem, & nõ appellantem, præſumitur nulla. nu. 8. vbi declaratur, niſi fuerit lata contra abſentem verum contumacem. Et idem ſi contra fictum, qui non appellauit infra decẽ dies à die notitiæ, ſub nu. 8

Iudices maiores, & eorum ſententiæ habent præſumptionem pro ſe, & præſertim collegium iudicum, ſub nu. 8.

Clerici Cameræ Apoſtolicæ dicuntur habere à Papa mandatum Generale cum libera, ſub nu. 8. vbi etiam habent eandem facultatem quam habet Gubernator vrbis.

Gubernator vrbis poteſt procedere non ſeruatis terminis ſubſtantialibus, ſub nu. 8. ante finem.

Contumax verus dicitur is, qui perſonaliter citatus eſt nu. 8. ad finem.

Teſtes patientes exceptiones ſupplentur ex ijs, in quibus concordant. nu. 8 ad finem.

Sententiam nullam, qui vult dicere, debet producere, omnia acta nu. 9.

Sententiæ exequutionem Rota non ſolet dare, niſi facta matura diſcuſſione meritorum, nu. 10. Vbi declaratur hæc concluſio.

Contumax vigore ſtatutorum totius Italiæ habetur pro conuicto & confeſſo. nu. 11.

DECISIO XII.

1 DOmini præſuppoſitis deciſionib. coram me factis, ſuper decretorum nullitate, &c. fuerunt concordes, narratiuam fel. re. Clementis, non eſſe ſufficienter adminiculatam: Tria. n. videntur præcipuè ex dicta narratiua colligi. Primum, quod Alidoſius fuerit priuatus, & quidem tacitè innuitur licet hoc expræſsè non dicatur, quod fuerit ob delicta per eum perpetrata, cum vocetur iniquitatis filius. Secundum quod dicta priuatio fuerit legitimè facta, aliàs Caſtra non eſſent legitime deuoluta: Tertium, quod dicta priuatio fuerit perpetua & nõ temporalis ex eo, quod dicitur dicta Caſtra ſpectare perpetuò iure ad Cameram apoſtolicam.

2 Et licet primum ex decretis, & facti notorietate verificetur, nempe quod Riccardus fuerit priuatus, ſecundum tamen quod fuerit legitime priuatus, nullo modo videtur iuſtificatum; dictio enim, legitime, importat iuris ordinem & diſpoſitionem. Innoc. *in c. fin. de lib. oblatio.* Card. *c. ad audien. de reb. eccleſ. non alienan.* Cum enim fuerit alias dictum, decreta ex eorum inſpectione eſſe nulla, ideo nullum prȩſtant iuris fomentum, nec adminiculum. *l. nulla de auth. tuto.* Caſſad. *deciſ. 6. nu. 1. de præben.*

3 Inſuper regulare eſt, vt ad priuationem requiratur trina citatio. *cap. 1. de milit. vaſall. qui contra &c.* de qua in caſu propoſito non conſtat. Nec obſtat, quod id intelligatur de ficto contumace ex ſententia Andr. ibid. Quia neque etiam probatur, quod Alidoſius fuerit perſonaliter citatus; nam neque de relatione Curſoris conſtat, neque eſt credendum teſtib. ſuſpectiſſimis, vtpote inſtigatoribus, quib. neq; etiam in criminibus Simoniæ & læſæ maieſtatis creditur. *c. per tuas. de ſimon. c. de teſtib. in 6.*

4 Nõ obſtãt alij teſtes Riccardi, quia vnus tm̃ deponit de auditu & rumore publico, neq; deponit in ſpecie de perſonali apprehenſione, & ita tollitur ẽt id quod dr̃, eum, qui citatus dicit ſe nolle cõparere, nõ eſſe amplius citandum, quia de hoc non cõſtat, niſi per eoſdẽ teſtes; ſed dato ꝙ eis fides eſſet adhibenda, neceſſe eſſet, vt de hoc cõſtaret Iudici per relationem Nuncij: ſed neq; habemus relationem Curſoris, neq; dicunt teſtes hoc fuiſſe reſponſum Curſori, ſed poſt eius receſſum a Riccardo dictum, ita quod nõ potuit iudex de hac re notitiam habuiſſe, & ita locum habet doc. Bart. *in l. multum intereſt. nu. 4. de condit. & demon.*

5 Nec obſt. ꝙ imò apparuit eum fuiſſe verũ contumacem, ex quo non cõparuit, nec docuit de aliquo legitimo impedimento, quia ad hoc erat neceſſaria alia citatio, niſi fuiſſet cõminatio appoſita in monitorio, vt per Alex. *conſ. 212. nu. 11. & ibi addi. lib. 6.* Maran. *in ſua prax. in §. examinanda. nu. 34. & 35.* Idem *in l. de vnoquoq; nu. 191. de re iudicata*: igit̃ cũ ex his nõ cõſtet, Alidoſiũ fuiſſe verũ cõtumacẽ, & priuatio fuerit facta in cõtumaciã, vt teſtat̃ Puccius clericus cameræ, reſultat, quod per talẽ priuationẽ non poterant dici caſtra perpetuò iure ad camerã ſpectare, cũ infra annũ non priuet̃ vaſallus proprietate feudi, ſed poſſeſſione tm̃, ẽt ſi p̃ceſſiſſet trina citatio, vt p And. de Iſer. *in d. c. 1. nu. 2.* Aluar. *nu. 7. & 15.* & Affl. *nu. 9.* & talis priuatio non eſt perpetua, ſed tp̃alis. Natta *conſ. 444. nu. 4.* Fely. *in c. ex literis, nu. 16. de reſcrip.*

6 Nec ad ſanandam nullitatem decretorũ quicquã facit ſtylus, tũ quia non eſt ita conceptus, vt percutiat illud ips priuationis &c. neq; ſanat defectũ trinæ citationis; quinimò facit in cõtrariũ, cũ dicat̃ in eo ꝙ citatio, de qua in decreto fit mentio, nõ deſcribatur in lib. decretorũ, ſed traditur notario, & tamen de tali citatione non conſtat.

7 Neq; placet ꝙ ex antiquitate præſumatur, cum inter priuationẽ & cõmiſſionẽ cauſæ ſup ſpolio interceſſerint tm̃ quinq; vel ſex anni, maxime in caſu iſto, in quo nimis præcipitanter fuit proceſſum, cum in termino primæ citationis accuſetur contumacia, & priuetur, vt per Aym. *de antiq. tẽp. p. 2. n. 53.* Et ita omnia adminicula ſumpta ex decretis teſtibus & ſtylo corruere.

8 Fuerũt tñ aliqui ex dñis, qui dixerunt, ꝙ quatenus dubitaret̃ de reſolutionib. factis ſuper nullitate decretorũ, & hmõi nullitas nõ hẽret̃ pro reſoluta, dubiũ propoſitũ non careret difficultate; Primo, quia licet regulariter ſnĩa ſine proceſſu, ſi nõ eſt lata contra præſentẽ, & non appellantem, præſumatur nulla, glo. & Doc. *in c. per venerabilẽ. qui fil. ſint. legit.* Egid. *deciſ. 89.* Caſſad. *de præſum. dec. 1.* Sarnen. *de trien. q. 33.* Tñ hoc non procedit in ſnĩa lata cõtra abſentẽ verũ cõtumacẽ Rot. *de probat. in nou.* Butr. *c. quoniam contra de probat. col. 15.* Card. *col. fi.* Imol. *col. 6. & in c. cum in iure peritus. nu. 6. de off. deleg.* Alex. *conſ. 22. nu. 2.* Gabr. *de ſent. concl. 4. n. 20.* Idẽ ẽt eſt cõtra fictũ cõtumacẽ, ſi nõ appellauit intra decẽdiũ a die notitiæ. Doc. ſupra citati *in d. c. quoniam contra.* Gabr. *ibid. n. 22.* & hȩc limitatio videtur bñ applicari ad casũ iſtũ, maxime cũ pro maiorib. iudicib. præſumatur, *l. 1. de offic. præfect. præt.* Aym. *de antiq. temp. par. 2. nu.*

21.& multo magis pro collegio. Abb.*c.prudentiā, in 3.notab.de off. dele.* & clerici cameræ dicuntur habere a Papa mandatum generale cum libera. Dec.*conſ.*404.*in princ.*& veriſimiliter habent facultatem quã habet Gubernator Vrbis, qui põt, nullis ſeruatis terminis ſubſtantialib. procedere. Pariſ.*cõſ.*126.*lib.*4.& de cõtumacia vera Alidoſij cũ fuerit citatus perſonaliter conſtat ex teſtibus præſertim ex tertio, qui fuit clericus cameræ,& licet alij patianē exceptiones, ſupplenē tñ ex decretis in ijs, in quibus cõcordant. Aym.*conſ.*6.*n.*66. & 198.*nu.*5.& in iſtis decretis enũciantur ſubſtãtialia, nempe decretum monitorij, citatio perſonalis, contemptus Alidoſij. Aym.*conſ.*108.*nu.*2.

9 Ex quib. ſequitur, quòd alleganti nullitatem incumbit onus probãdi omnia acta, vt poſſit argui contra ſententiam. Corn.*conſ.* 348.*cũ ſeq. in* 1.*vol.* Abb.*conſ.*41.*in* 1. Dec.*conſ.*341.*nu.*12. Alex. 218.*col.*1.*in* 2. Aym.*de antiq.p.*2.*n.*30. Et ſic nõ obſtaret q nõ conſtet de trina citatione, & alijs neceſſarijs ad validitatẽ, qa hęc oĩa ex ſupra deductis pſumerẽtur, maximè cũ in decretis appareat Alidoſium bis monitum; qđ ex teſtibus deponẽtibus de duobus diuerſis nuncijs confirmatur.

10 Nec hic agitur de exequutione ſententię; quo caſu ſolet Rota maturius procedere, cũ exequutio ſit facta, ſed de ea ſubſtinẽda: nec quicquam vř facere contradictio Alidoſij de anno 1536. in iudicio ciuili, quia eſſet neceſſaria appellatio, vt ſupra dictum eſt. Nec præſumptiones iſtę ſundantur in tempore, ſed in decretis teſtibus, & alijs, & ex his videri reſultare ſaltem adminiculũ ſufficiens narratiuæ Clementis VII. cum hæc ſint vrgentiora iis, quæ pro adminiculis fuerunt conſiderata a Rota *in deciſ.*80. *Creſcentij*; & dans de iure tertij, debet dare de iure claro.

11 Præterea Caſtra huiuſmodi propter priuationem ſpectãt proprio iure ad cameram, ex quo p totam Italiam ſunt ſtatuta notiſſima, quod contumax habeaē pro conuicto & confeſſo. Boſſ.*tit. quomod.proced.per præceptũ.n.*4. & 13. & *de requir. reis,nu.*2. & 3. & *in tit. Banniti quid amittant.n.*19. & 20. Ideo cogitandum, &c.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Lancelloti olim Cardinalis,

Albiganen. Canonicatus vlt. Febr. 1578.

ARGVMENTVM.

Simonia an dicatur commiſſa per mandatum factum ad acceptandum concordiã tractatam per iudicem, ſuper lite, quæ coram eo agebatur in cauſa canonicatus cũ clauſula, Dummodo in eius fauorem reſeruetur Penſio.

SVMMARIVM.

Simonia non dicitur probata, nec commiſſa ex mãdato ad acceptandum concordiam ſuper lite beneficij, dummodo tamen in fauorem mandantis reſeruetur penſio.nu. 1. & 2.

*Reſeruatio beneplaciti Sedis Apoſtolicæ facit ceſſare ſimoniam,nu.*2

*Solutio Penſionis quomodo probetur,nu.*2

DECISIO XIII.

1 Domini reſoluerunt, non probari ſimoniã oppoſitam Domino Ioanni Baptiſtę Scarampo. Nam ex ipſius mandato non poteſt argui, quia cum ſit factum ad acceptandum cõcordiam tractatam per Epiſcopum ſuper lite, quæ coram eo agitabatur, ſu p canonicatu cum clauſula, dummodo in eius fauorem reſeruetur penſio,[a] vtique materia non dicitur ſimoniaca, per doctrinam Abbatis *in c.cum pridem.nu.*8. *de pact.* cum aliis, de quibus latè per Gig. *de penſ.q.*6.

2 Et ſtante hac mãdati validitate potuit poſtea per dictũ Procuratorem cedi canonicatus in manibus Epiſcopi, & per eum reſeruari penſio ex dicta cauſa; & vice verſa potuit etiam Thomas ceſſionarius conſentire dictę pẽſioni, ſtante præſertim clauſula, reſeruato beneplacito ſedis Apoſtolicæ, & per cõſequens ẽt potuit pẽſio licitè exigi.

3 Addebant præterea Domini, quod exactio dictæ penſionis non probatur ex litteris productis pro parte d. Thomæ ceſſionarii; quia in illis fit mentio de penſione ſcutorum, & de illorum ſolutione facienda in duobus terminis: & tamen conſtat, quod fuit reſeruata in ducatis, & quod ſolui debebat in vnico tantum termino ſanctiſſimæ Natiuitatis Domini. Sed ſtante validitate reſeruationis dicebant, non eſſe neceſſe diſputare de probatione ſolutionis.

ADDITIO.

a *Reſeruetur penſio*. Simonia an & quando cenſeatur commiſſa ex reſignatione beneficii ad fauorem certæ perſonæ, cum reſeruatione penſionis ad fauorem reſignantis, pleniſſimè tractatur materia per D. meum Farin. *ſup. in conſi.* 75. & ad ibi tradita Lectorem remitto.

Fam. Cent. I.V.D. Galleſ.

ARGVMENTVM.

Sententia ex celeritate proceſſus quare nulla, & cur ex delicto procuratoris, præſertim in committendo nõ poſſit mulctari Dominus: conſiderandumq. ſit, an Vicarius habeat facultatem tranſigendi; & an illa tranſactio efficiat, quo minus Abbas ad reuocationem executionis factæ per ipſum, procedere valeat.

SVMMARIVM.

Sententia dicitur nulla propter celeritatem proceſſus,nu. 1

*Vicarius an habeat facultatem tranſigendi, & an illa tranſactio obſtet, quo minus Abbas, ad reuocationem executionis facta per ipſum, procedere poſſit,nu.*3

Procurator

Procurator ex ſuo delicto, preſertim in committendo, non poteſt facere, ut dominus mulctetur, nu. 2.

DECISIO XIV.

1 DOmini, omiſſa illa difficultate, an Eccleſia S. Agatæ, de cuius viſitatione agebatur, eſſet in diœceſi Larinen. vel alia, & an in ea R. P. D. Epiſcopus Larinen. habeat ius viſitandi, tenuerunt tres ſententias conformes latas extra Rotam cõtra prædictum Epiſcopum Larinen. non eſſe notoriè iniuſtas: nam cum dictæ ſentẽtiæ reuocent executionem factam à dicto Epiſcopo tãquam notoriè nullã, & iniuſtam, videntur ſatis iuſtificatæ. Quod autem executio facta ab epiſcopo ſuper pullis equinis DD. Abbatis, & Canonicarum Monaſterii Hæremitarum, ſit nulla, & iniuſta, apparet ex duob. Primo ex celeritate proceſſus, nam ſpatio duorum dierũ poſt monitorium exequutum Epiſcopus proceſſit ad exequutionem, quo caſu non eſt dubium, quod ſententia eſt nulla [a] ex traditis per Bar. in l. prolatam, nu. 10. C. de ſent.

2 Secundo, quia licet vicarius illius Eccleſiæ S. Agatæ dixerit ſe velle obedire præcepto Epiſcopi, tamen ex iſta inobedientia non poterat fieri executio ſuper bonis Abbatiæ, ſicut dicimus, ꝙ ex delicto procuratoris præſertim in committendo, non poteſt mulctari dominus, *l. 1. §. ſi procurator.* vbi Iaſ. *nu. 1. & ſeq. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* neceſſario ergo erat in caſu, de quo agitur, monere Abbatem Hęremitarum ad hoc, vt poſſet fieri executio in bonis Abbatiæ.

3 Sed quantũ pro parte Epiſcopi allegatur trãſactio facta cum illo vicario S. Agatæ, Dñi dixerũt, quod particulariter videatur, an ille vicarius hẽet facultatem tranſigendi, & an illa tranſactio obſtet, quominus Abbas potuerit ꝓcedere ad reuocationem executionis factæ per ipſum.

ADDITIO.

a *Sententia eſt nulla.* Sententia eſt nulla, ſi nimis feſtinanter, & breui tempore lata eſt. *l. 2. ibi, non ſubditus &c. C. de ſent. ex breuil. recitan.* Gl. *in l. ſed, & ſi per pretorem, in verbo, vnius, alios, quoquo modo in vna die, &c. ff. ex quib. cau. maio.* cum aliis in propoſito per Petr. Roiz. *deciſ. Lictuan. 2. num. 81. & ſeqq.* & per Mandoſ. *in prac. comeſſ. forma. 9. in verbo, in ſtatu, &c. fol. mihi 58. a tergo, colum. 2. & f. 59. col. 1.* vbi amplius, quod ſi cauſa eſt inſtructa corã vno Iudice, & in eiſdem ſtatu, & terminis fuerit commiſſa alteri Iudici, qui celeriter pronunciauit, talis ſententia eſt nulla. Breuitas .n. temporis non ſolum reddit actum nullum, ex trad. ꝑ Rol. *conſi. 76. nu. 23. volu. 1.* & per Menoch. *de arbit. quæſt. lib. 1. q. 42.* vbi hanc concluſionem ampliat, limitat, & exemplificat; Verum etiam ex breuitate temporis, & fraudem, & dolum præſumi, ſcripſerunt Tiraqu. *de retractatu, §. primo, gl. 7. nu. 77.* & Cæphal. *conſi. 89. num. 1. lib. 1.* apud quos plures alios reperies concordantes.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Seraphini Card.

Veliterna Bonorum Vene. 14. Nou. 1578

ARGVMENTVM.

Homicidę, quando dicantur notorij, vel de homicidio diffamati, ad effectum, vt intret Bulla Pij Quinti, eos excludens ab omni actu legitimo.

SVMMARIVM.

Homicidium commiſſum in via publica, & pluribus præſentibus, dicitur notorium, nu. 1

Notorium inducitur ex circunſtantijs loci, & temporis. numero 1.

Delinquens dicitur de delicto diffamatus ex monitorio ei ad comparendum facto, & ſententia contra eum non comparentem lata, nu. 1. in fi.

Notorium delictum non dicitur, niſi fuerit factum coram maiori parte populi, ita quod inexcuſabile ſit, nu. 2

Fama facit regulariter indicium ad inquirendum, nu. 3

Homicida diffamatus, de quo in Bulla Pij Quinti, quando dicatur, & de qua diffamatione Bulla intellexerit, nume. 3

Alternatiuè vna pars declarat aliam, nu. 3.

Bullæ facientes mentionem de condemnatis intelligendæ ſunt de condemnatis propter delictum, & non propter contumaciam, nu. 3.

Diffamatio, de qua in Bulla Pij V. debet eſſe talis, vt inducat notorium, & ideo requiritur declaratoria, num. 3. verſ. & ideo.

Sententia lata in contumaciam contra non comparentem non facit, vt condemnatus dicatur de delicto infamatus, nu. 3. verſ. nec poteſt dici,

Infamis ſeu infamatus nõ dicitur, niſi de eo præcedat declaratoria, nu. 3. ver. Et ideo requiritur, & ver. Neque eſt verum.

Diffamati delinquentes dicuntur famoſi graſſatores, qui quã plura commiſerunt homicidia, nu. 4.

Notorium non inducitur ex ſola fama, nu. 4.

Bannitus excluſus ab omni actu legitimo, cenſetur etiam excluſus a ſucceſſione, n. 5. Et in add. lit. A. vbi de materia.

Infamia facti inducitur ex ſola accuſatione, nu. 6

Pęna vbi imponitur ipſo iure, non requiritur ſententia declaratoria, nu. 7

Sententia declaratoria vbi requiritur, illa poteſt ferri, quandocunque, nu. 8.

Sententia declaratoria requiritur in pęnis impoſitis ipſo iure ad exequutionem facti, non autem ad exequutionem iuris, nu. 9.

Diffamatio ſeu infamatio duplex eſt, vna quæ ſufficit ad inquirendum tantum, altera vero qualificata, quæ ſufficit ad condemnandum. nu. 10

Alternatiua, ſeu diſiunctiua, licet ponatur inter diuerſa, arguit tamen ſimilitudinem, & conformitatem, nu. 11. in fine.

Sen, dictio poteſt ſtare expoſitiue, nu. 11. in fine.

Notorium non dicitur delictum, nec facit vt ſine citatione poſſit procedi ad condemnationem, niſi illud ſit inexcuſabile, nu. 12. & in adddit. lit. B, Vbi de materia.

Fama vbi vigore ſtatuti probat delictum, tunc non ſufficit teſtes dicere audiuiſſe a maiori parte populi, niſi etiam articularetur & probaretur qualitas hominum, nu.12

Interpretatio in Bullis, & conſtitutionibus ſemper debet eſſe talis, vt ex ea excludatur iniquitas, vt etiam non ſit contra regulas iuris communis, & quæ non mereatur a ſapientibus reprehendi, nu.13

Statuta non dicuntur fauorabilia ex eo quod propter publicā vtilitatem puniant delicta, quando alias ſine illis delicta non remanerent impunita, nu.12.

Notorium, vt dicatur delictum, articulanda, & publicanda eſt qualitas notorietatis, nu.14

Sententia propter contumaciam lata, non inducit notorium, num.15.

Notorium delictum non dicitur, quamuis ſuper eo deponant teſtes de viſu, & de publica voce, & fama, nu.16

Statuta exorbitantia ſtrictè interpretanda ſunt, nu. 17. in fi.

DECISIO XV.

1 CVm Variæ extent Bullæ Summorum Pont. contra homicidas, confirmatæ a fel. rec. Pio V. & in ſpecie in Bulla Pij II. caueatur, quod homicidę, quorum delictum ſit notorium, vel de homicidio infamati, ſeu cōdemnati, ſint ab omnib. actib. legitimis perpetuo ſuſpenſi, fuit dubitatū, an homicidium per quendam Leandrum cōmiſſum, fuerit taliter notoriū, vel ipſe taliter fuerit de eo infamatus, vt intret diſpoſitio pręfatę Bullæ? Et pro parte affirmatiua deducebatur, homicidium fuiſſe notorium, ex quo per teſtes probetur, quod fuerat commiſſum in loco, qui dicitur, Il Pellegrino, in Apotheca cuiuſdam Sartorij, ante ipſius Bancum, de die, pręſentib. ibidem plurib. perſonis, quæ circunſtantiæ loci, & temporis videntur inducere notorium, iuxta trad. per Cy. *in l. ea quidem, col. 5. C. de accuſ.* Boſſ. *in prac. crimin. tit. quom. proced. in cri. notor. nu. 7.* Iul. Clar. *in pract. crim. §. fi. q. 9. ver. Item quia,* Meno. *de arbit. lib. 2. cent. 2. caſu 166. nu. 20.* Put. *deciſ. 10. de probat.* Et præterea conſtat etiam de diffamatione ex eiſdē teſtib. & ex monitorio ei facto, & ſententia contra eum nō comparentem lata, Bart. *in l. turpia. de leg. 1.* Ang. *de malef. in verbo, vera iniuria, nume. 7.* Clar. *in pract. §. fi. q. 6.*

2 Contrariam tamen ſententiam amplexi ſunt Domini, ſ. hic non conſtare de notorio crimine, nec de ſufficienti diffamatione. Et primo quantum ad notorium attinet, dicebāt, quod licet per teſtes probetur delictum, non tñ probari qualitatem illam notorij; nam ad eius probationem requiritur, quod factum ſit coram maiori parte Populi, ita qđ ſit inexcuſabile, prout tradunt Arch. *in c. manifeſte, 2. q. 1.* Sal. *in l. ea quidem, nu. 66. C. de accuſ.* Aret. *conſil. 163. nu. 3. & 7.* Ang. *in prac. verbo, notorium, §. tertium eſt.* Capra *tit. de noto. in 2. memb. nu. 7. & in 6. memb. nu. 12.* Frāc. *in c. peruenit. il 1. n. 12. de app.* & ibi Dec. & præpoſ. Hipp. *in rub. de prob. nu. 226.* Clar. *§. fi. q. 9. in prin.* Boſſ. *in d. tit. quom. proced. in no. nu. 13.* Foller. *in pract. crim. §. Itē quod eſt not.* Gabr. *de crim. concl. 12. nu. 2. & 5.*

4 Quantum vero ad infamationem, dixerunt, eā non probari; non. n. intelligendæ ſunt Bullæ de ſimplici diffamatione, quæ regulariter facit indicium tm̄ ad inquirendum; eſſet. n. abſurdum, velle, quod pro tali diffamatione irrogaretur tam rigoroſa pæna: ſed intelligendæ ſunt de diffamatione, quæ æquipollet condemnationi, propter alternatiuam illam, poſitam in Bulla diffamati, vel condemnati, cum vna pars alternatiuæ declaret aliam. *l. 1. ff. de reb. dub.* Rom. *conſi. 131. n. 2.* Maximè, quia Bullæ ſunt intelligendæ de condemnatis pro delicto, & non propter contumaciam, vt alias fuit coram me reſolutum in illa Ciuitatis Caſtelli donationis; & iō hæc diffamatio debet eſſe talis, quæ inducat notorium, & ideo requiretur declaratoria. Anc. *conſi. 141.* Marſil. *poſt* Ferret. & Cy. *conſi. 10. n. 10.* plures congerit Grā. *vot. 3. nu. 37.* Nec pot eſt dici, ſententiam contra Leādrum latam, habere vim huius declaratoriæ, cum ſit ſententia lata in contumaciam, ob non paritionem monitorij, & ita non parit eum effectum, quem parit ſententia lata ob delictum; & ideo nō æquipollet ei, nec inducit diffamationē ſufficientem; neq. eſt verum, quod Doctores requirentes declaratoriam, loquantur in infamia iuris tantum, cum ex eorum lect. contrarium appareat, & bene facit Ferret. *conſi. 31. nu. 36. in prin.*

Addebat vnus ex Dñis, diffamatos videri hic accipi pro famoſis graſſatoribus qui quam plura commiſerunt homicidia Boſ. *in ti. de inquiſ. n. 32.* & ſic non obſtāt teſtes de fama ſola; ſola. n. famæ non facit notorium, Rot. de excep. deciſ. 5. nu. 3. in nouiſ. Quare concluſum fuit, Bullas non habere locum in caſu, de quo agitur.

ALIA DECISIO.

5 Et in ead. die Veneris 13. Febr. 1579. Iterum dubitatum fuit, an conſtet de tali diffamatione Leādri ſuper homicidio per eum commiſſo, quæ ſufficiat, vt intret Bulla pędicta edita contra homicidas, &c. Tota difficultas fuit in interpretatione ipſius Bullæ in illis verbis, *ita quod omnes & ſinguli homicidæ, quorum delictum notorium foret, vel de homicidio infamati, ſeu condemnati, &c.* Ex quib. videtur colligi, quod ad hoc, vt habeat locū pæna in Bulla contenta, quæ prædicta ab omnibus actib. legitimis perpetuo ſuſpendit, & per conſe-
a quens a ſucceſſione,[a] vt per Alex. *conſi. 75. lib. 1.* Dec. & Cagn. *in l. actus legitimi, de reg. iu.* ſufficiat, quod quis de homicidio ſit diffamatus.

6 Et iō prætendebāt pro parte Erſiliæ, cū in caſu propoſito proceſſum fuerit coram Gubernatore Vrbis contra Leandrum, & fuerunt examinati duo teſtes pro informatione Curiæ, & factū monitorium ad perſonaliter comparendum ſub pæna confeſſati criminis, confiſcationis bonorum, & vlt. ſupplicij, & demum lata ſententia declaratoria incurſus pænarū, ob nō paritionē monitorii, & de delicti ſubſtantia vere conſtet per quatuor teſtes poſtea formiter examinatos, ſatis dici poſſe, Leandrum de homicidio diffamatū fuiſſe, cū ad infamiā facti incurrendā ſufficiat et ſola accuſatio, *c. omnipotens. de accuſ. no. Doct. in l. qui a latronib. §. 1. de teſt.* Bald. *in l. diffamari. C. de ingen.* Bart. Pau. Imo. & cæteri *in l. turpia de leg. 1.*

Et

7 Et quia alias dicebatur requiri declaratotiã, reſpondebatur, Bullam imponere pœnam ipſo iure, vt per Bartol. *in l. iubemus, la 2. §. ſane, C. de ſacr. ſanct. eccleſ.* Felyn. *in c. Rodulphus, num. 53. de reſcriptis*, & ideo non requiri declaratoriam, ad not. per Domin. & Frãc. *in c. felicis. de pæn. in 6.* Doct. *in l. 3. §. quod autem ff. quod quiſque iuris*, Felyn. *in c. Rodulphus, nu. 71.* & ideo ita eſſe limitandam doctrinam eorum, qui dicunt requiri declaratotiã.

8 Quinimmò etiam ſi requireretur, poſſe hodie ferri declaratoriam facti, vt per Boſſ. *in pract. cri. de ſententijs, nu. 47.* Et in ſimili videmus, vſurarij teſtamentum annullari per declaratoriam poſt eius obitum latam ex eo, quod ipſo iure eſt inteſtabilis, Abb. & Cardi. *in c. cum in Dioceſi. de vſur.* Idem Abb. *conſ. 2. & 81. lib. 2.* Feder. *conſ. 8.*

9 Confirmabatur hæc ſententia ex eo, quod attẽta Bullæ diſpoſitione, nõ poteſt dici, quod requiratur declaratoria, cum imponatur pęna homicidij etiam, quod fuerint abſoluti, quæ res eſt contraria declaratoriç; vel ſaltẽ ſi nõ eſt cõtraria, dicendũ eſt, talẽ declaratoriã eſſe facti, nõ iuris; requiritur. n. ad exequutionem facti, non aũt iuris, vt per Alex. *in l. is cui nu. 6. de verb. oblig. cum alijs.*

10 His tamen, & aliis per Dom. ex aduerſo informantes non obſtantib. contrarium fuit reſolutum, nempe, hic non adeſſe diffamationem talẽ, qualem requirunt Bullæ allegatę; & pro Deciſionis fundamento cõſideratũ fuit, quod nõ ſimpliciter pro homicidio pęna fuit impoſita, ſed tñ cum qualitate notorietatis, vel infamationis ſeu condemnationis; quo ſtante, videndũ eſt, qualis eſſe debeat infamatio: Nam ea duplex eſt; altera quidem ſimplex, quę ſufficit ad inquirendum tãtum; altera vero qualificata, quę ſufficit etiam ad condemnandum, Dec. *in c. quia nos circa finem de appellat.* Boſſ. *de inquiſ. nu. 28. cum ſeq.*

11 Cũ igitur Bulla loquatur de infamatis de homicidio, vtiq. non põt intelligi de illa priori ſpecie diffamationis, quę ſufficit ad inquirendũ tñ, cũ recipiat interpretationem à iure cõi; ſed eſt intelligenda de tali diffamatione, quæ ſufficiat ad cõdẽnandũ; & hoc colligitur ex alijs qualitatib. conſideratis, videlicet notorietatis, et cõdemnationis; cũ. n. inter iſtas qualitates ponatur alternatiua ſiue diſiunctiua, licet ponaĩ inter diuerſa, tñ arguit ſimilitudinẽ, & cõformitatẽ. Bar. *in l. 1. nu. 6. de of. proc. Cæſa.* Rom. *conſ. 231. n. 2.* & dictio, Seu, põt ſtare expoſitiue, vt p Dec. *conſ. 399. n. 5.*

12 Hinc ſequitur, qualitatẽ diffamationis debere eſſe talẽ, q̃ æquipolleat notorietati, & cõdẽnationi, cum nec ẽt notorietas ſimplex ſufficeret, niſi eſſet talis, quæ eſſet inexcuſabilis; nã ſi ſit dubiũ, an aliqua reo cõpetat defenſio, tale notoriũ non
b facit, vt ſine citatione[b] poſſit procedi ad condemnationem. Bald. *in l. ea quidem nu. 43. C. de accuſ.* Fran. *in c. ex inſinuatione. nu. 5. de appel.* & ideo cenſendum, Rom. Pontif. in prædictis Bullis intellexiſſe de diffamatione tali, ex qua poſſit ſequi condemnatio; vt in ſimili, q̃ ſi quis extaret ſtatutum, qđ delictum probaretur, fama nõ ſufficeret, quod teſtes dicerent audiuiſſe dici a maiori parte populi, niſi ẽt articularẽ, et probarẽ qualitas homicidij. *c. 1. de app* ad effectũ. ſ. cõdẽnãdi, licet ſit ſecus ad effectũ inquirendi, vt per Boſſ. *de inquiſ. n. 38.*

13 Cõprobaĩ, quia ſi aliter interpretemur Bullas, vtiq. redderẽ earum diſpoſitio iniqua, & cõtra regulas iuris cõis; & erunt tales, q̃ merebuntur a ſapientib. reprehendi, maximè cum ſint pænarũ cõtra homicidas inductiuæ; neq. per interpretationẽ agiĩ de tollendo pænã, & impunitatẽ inducẽdo, quo caſu interpretatio fieri deberet rigoroſa. Alex. *l. 1. de verb. oblig. nu. 25.* ſed tñ de interpretãda mente Papæ circa nouas pęnas homicidij irrogãdas; quo caſu mitior interpretatio eſt eligẽda, maxime q̃ eſt conformis diſpoſitioni iuris cõis.

14 Et ideo nõ põt iudex cõdẽnare, vel declarare homicidam vti notorium, niſi probata huiuſmodi qualitate, iuxta doct. Bal. *in l. ea quidem. nu. 43. verſ. Vnde aduerte, C. de accuſ.* & idẽ dicendũ ſi vellet cõdemnare, vti diffamatum; vñ ſequiĩ, quod ẽt ſi concedamus, non eſſe neceſſariã declaratoriam, tñ eſt ſaltẽ neceſſarium, vt ſit articulata, & probata hmõi qualitas, vt ſup. ex Boſſio deductũ eſt; quod in caſu propoſito non eſt obſeruatum, vt bene per informantes pro Capiſucchis deducitur. nõ. n. ſtatim ex probatione delicti ſequitur probatio diffamationis, vel notorij inexcuſabilis, vt per Boſſ. *in tit. quõ proced. in cri. not. n. 4. & 15.*

15 Nõ obſtat ſnĩa, qa nõ eſt lata ſup crimine principaliter, ſed pp cõtumaciã ob nõ paritionẽ monitorij; & iõ intrant deducta coram me *in illa Ciuitatis Caſtelli donationis ſub die 16. Decemb. 1577.*

16 Nõ obſtãt teſtes deponentes de viſu, & publica voce, & fama, qa hoc nõ ſufficit ad probationem notorij homicidii, vt per Spec. & Bal. *in add. tit. de notor. crim. §. notorium quid ſit, in fi.* maximè in caſu iſto, in quo teſtes licet viderint inferẽtẽ vulnera; tñ nõ videtũt vulneratũ mortuũ, cum nõ ſtatim obierit, ſed poſt aliquos dies, ita, vt ꝑtendi poſſit obiiſſe pp malam curam in medendo adhibitam.

17 Non obſtat, qđ imponaĩ hmõi pęna, ẽt ſi de delicto non poſſit qs ex forma ſtatutorũ puniri, vel pęnę eſſet facta remiſſio, qa iſta oĩa locũ habent, retento præſuppoſito, nẽpe delicti qualificari, vt ſupra; ſed non ideo extendenda eſt pœna, immò quo magis exorbitãs eſt diſpoſitio, eo magis anguſtanda, & reſtringenda eſt interpretatio.

18 Cũ ergo in propoſita facti ſpecie nõ probetur delictum cũ iſta qualitate a Bulla requiſita, non intrat eiuſdẽ diſpoſitio reſpectu pęnarũ, quæ vltra pęnas iuris communis homicidij irrogantur; & ideo concluſum, ſtandum eſſe in reſolutis.

ADDITIO.

a *Succeſſione.* Ad cõprobationẽ huius cõcluſionis, qđ. ſ. bãnitus ab oĩ actu legitimo excluſus vigore ſtatuti, nõ ſit capax hæreditatis ſibi delatę, nõ ſolũ de eodẽ iure ſtatutario, ſed ẽt de iure cõi, vide Alc. *in conſ. 75. n. 1. verſ. ex quo infertur, iuncto n. 4.* Vbi quinq; fundamẽtis docet ſucceſſionẽ in alterius hẽditatẽ dici actũ legitimũ, *& n. 11.* rñdet contrarijs. *li. 1.* Boſſ. *in ti. bannit. quid amit. n. 14. ad med. ver. Et tu reddaris certus,* Clau. ad Bertaz. *cõſ. 489. lit. a. verſ. limitatur primo.* Decia. *conſ. 64. nu. 41. in fin. & nu. 42. lib. 3.* Pau. Gran. *theorem. 4. n. 9.*

Digitized by Google

Menoch.*conſil.*492.*num.* 18. *verſ. Nam eos exclu-dit.lib.* 5. *& in tractа. de præſumpt. lib.* 5. *præſumpt.* 45. *num.*16.Peregr.*de iure fiſci lib.*3.*tit.*7.*num.* 45. Simon de Præt.*de interpr.vl. volun. lib.* 2. *interpr.* 2.*dubit.*1.*ſolut.*1.*nume.* 26. *fol.* 125. Thob. Non. *conſil.*93.*num.*4. Vbi,quod hoc præſertim procedat vigore Bullarum ſummorum Pontificum,videlicet Pij II.& Clementis VII. & Thobiam eo loci refert,& ſequitur Flamin. Carta.*de exeq. ſenten.cap.*1.*num.*423. Vulpell.*conſil.* 80. *nume.*7. Vbi pariter, quod hoc procedit vigore Bullarum Pij Quinti. Rota *diuerſor. deciſ.* 369. *num.*1. Et vbi pariter loquitur vigore Bullarum Apoſtolicarum *tom.*1.*& deciſ.*515. *nu.*1.*eod.tom.*& ita etiã loquitur vigore Bullarum Baiard. ad Clar. *q.*71.*num.*16.

Verum præcedens concluſio videtur declarãda, vt ſcilicet, prædictus bannitus non ſit capax hereditatis ſibi prouenientis ab inteſtato, ſicut ex teſtamento, quia tunc illius eſt capax etiam ſtante ſtatuto excludente bãnitos ab omni actu legitimo, ſecundum Bertaz. *in conſil.*489.*nu.*8.*& ſeqq.lib.*2. Vbi eam reddit rationem, quia ſcilicet ſucceſſio ex teſtamento non dicitur ſucceſsio legitima.*l.*3.*§.de illo,ff.pro ſoc.l.legitima & ibi gloſ.ff. de petit.hæredit.* Socin.*conſil.*12.*num.*3.*lib.*3. Abb. *conſil.*3.*colum* 4.*num.*8.*lib.*2.& notant communiter Doctores omnes *in l.omnium*,& ibi præſertim Curt.iun & Cagnol.*C.quando non peten.par.*cum aliis ibi per Bertaz. allegatis, qui etiam reſpõdet Alex. & aliis contrarium in hoc ſentientibus; & facit gloſ.*in l.legitima,ff.de pact.*exponens verbũ, *legitima*,i.iuris ciuilis;teſtamentum autem, licet de iure ciuili approbatum ſit, non de iure ciuili, ſed de iure gentium inuentum eſt,ſecũdum Bertaz.in loco precitato.

b *Citatione.* An citatio in notorijs, vide latè explicantem D. meum Farinac. *in ſua pract.crim.p.* 1.*titul.de delict.& pæn.q.*21.*num.*66.*& ſeqq.plurib.*

Fam. Cent. V. I, D. Galeſ.

B V B A L I

Mantuana Bonorum de Pedochis, die 1. *Decembris* 1578.

ARGVMENTVM.

De vaſallo, quando propter delictum feudo priuetur ipſo iure,& abſque ſententia declaratoria: Quando, & quomodo confiſcatio bonorum trahatur ad bona ſita extrà territorium confiſcantis: Cui ve eadẽ bona applicentur: Quando ſententia confiſcationis bonorum dicatur lata de iure communi, ſeu potius de iure ſtatutario: Et an feudum Eccleſiaſticum veniat in confiſcatione bonorum: et cui applicetur propter crimen læſę Maieſtatis commiſſum in Principem ſecularem.

S V M M A R I V M.

Vaſallus in caſibus,in quibus incurrit pœnam priuationis feudi,regulariter non priuatur ipſo iure, ſed ſequuta ſententia declaratoria,nu. 2.*& ſeqq.*

*Sententia priuationis feudi ferenda eſt cum cognitione cauſæ, & citato feudatario, de cuius præiudicio agitur, nu.*2

*Dominus feudi non poteſt ſe intromittere in feudo in præiudicium vaſalli,qui prætenditur eo priuatus ante ſententiã priuationis,nu.*2.*in fine.*

*Pœna etiam impoſita ipſo iure non incuritur ſine ſententia declaratoria,nu.*3

*Veritas meri facti declaranda eſt per ſententiam iudicis. nume.*3

*Pœna non habet ſuum effectum,niſi præcedat ſententia declaratoria,nu.*3.*in fine.*

*Iudex cauſæ feudalis inter Dominum,& vaſallum, quis nam ſit.nu.*4.

*Feudum nouum, quando illo feudatarius priuatur, deuoluitur ad dominum in præiudicium agnatorum, & deſcendentium,num.*5. *Quod quando verum, ſit in addit. litera B,*

Feudum,an & quando veniat in cõfiſcatione bonorum remiſſiue,in addit.lit. A.

*Bona ſita extra territorium confiſcantis veniunt in confiſcatione bonorum,& applicantur illi domino, in cuius territorio ſita ſunt,quando confiſcatio fit de iure communi, ſecus ſi fiat de iure ſpeciali,vt puta ſtatutario, aut vigore bannimentorum,nu.*6. *Vbi etiam, an iſto caſu ſententia lata in vno territorio operetur ſuum effectum in alio; ſed quando hæc concluſio vera ſit, & quando non remiſſiuè in addit.lit.C,& nu.*10

Sententia declaratoria non requiritur in facto notorio. nume. 8. *ſed an hoc verum ſit,& quando, vide in addit.littera D.*

*Sententia declaratoria non requiritur,quando conſtat de priuatione ad euitandum circuitum,nu.*8.

*Sententia confiſcationis bonorum,quando dicatur lata de iure communi,& quando de iure ſtatutario, plura ponuntur ſigna ſub nu.*11 *& ſeqq.*

*Dictio,illa,ſtat augmentatiuè,& cumulatiuè, non autem reſtrictiue,nu.*15.

*Pœnalia ſunt ſemper interpretanda,vt mitior pœna cenſeatur impoſita,dummodo delictum non remaneat impunitũ. num.*18.

*Clauſula omni meliori modo, nihil operatur, quando non habet copulam,& nu.*20.

*Feudum eccleſiaſticum non amittitur proter crimen læſę maieſtatis commiſſum in Principem ſecularem etiam ſupremum:ſed ad eccleſiam deuoluitur,num.*22. *& in addit. lit.E, Vbi de materia.*

*Crimen læſæ maieſtatis commiſſum in Principem Papæ confœderatum,dicitur etiam commiſſum in ipſum Papam. nu.*22.

*Reſtitutio bonorum confiſcatorum,trahitur etiam ad bona in alterum alienata in caſu,de quo nu.*24.

*Feudatarius habens facultatem ſubinfeudandi,non dicitur habere facultatem donandi num.*26.

*Donatio eſt multo amplior quam feudum,num.*25.

*Feudatarius donare nõ poteſt ſine cõſenſu domini,nu.*26. *in fi.*

DE-

DECISIO XVI.

1 Galeottus Pedoccha Ciuis Mirandulanus,
dum in humanis agerer, poſſedit quædam
bona feudalia ab ipſo acquiſita, exiſtentia in Ter
ritorio Curiæ Podij, quam in feudum obtinent
ab Epiſcopo Mantuano Illuſtriſs. D. D. de Gon
zaga; poſtea vero de anno 1568. Die 5. Nouem-
bris, præfatus Galeottus vti rebellis, proditor,
& læſæ maieſtatis reus, confeſſus, & conuictus
eo quod conſpirauerit contra ſtatum, & vitam
Illuſtriſſimi Domini Ludouici Comitis Miran-
dulę, condemnatus fuit in pœnam capitis, & cō-
fiſcationis bonorum, & commiſſum, vt ei caput
amputaretur. De his habita notitia ab Illuſtriſ-
ſimo Domino Maximiliano Gonzaga feudata-
rio, prætendens dictus Illuſtriſs. Dominus Ma-
ximilianus dicta bona feudalia olim poſſeſſa per
Dominum Galeottum fuiſſe ad ipſum deuolu-
ta ob infamiam prædicti Q. Galeotti, occaſione
dictæ condemnationis capitalis, ob crimen læſæ
maieſtatis, de Menſe Nouembris 1569. dicta bo-
na feudalia, & omne ius, quod in eis habebat, do
nauit inter viuos Domino Ioanni Baptiſtæ Lu-
cio, quam donationem etiam in Codicillis con-
firmauit. Hinc orta controuerſia ſuper dictis bo-
nis inter hæredes Galeotti ex vna, & Dominum
Ioannem Baptiſtam Lucium ex altera, prolata
ſententia, in partibus ad fauorem Domini Lu-
cij, Cauſa fuit ad Curiam deuolura: & quoniam
hæredes dicti Galeotti impugnabant dictam cō-
ceſſionem in fauorem Lucij, ex eo capite, quod
non proceſſit aliqua ſententia declaratoria; ideo
propoſui dubium in Rota cum quibuſdam præ-
ſuppoſitis; an præfatæ conceſſiones, & inueſtitu
ræ factæ in fauorem prædicti D. Lucij per Illu-
ſtriſſimum D. Maximilianum Gonzaga, ſint ha-
bendę in aliqua conſideratione, ex quo non con
ſtat, præceſſiſſe aliquam ſententiam declarato-
riam priuationis dictorum bonorum feudalium
contra præfatum Galeottum. Et pro nullitate
dictarum conceſſionum ex iſto capite plura in
medium adducebantur.

2 Primo, allegatur illa Communis concluſio,
quod in caſibus, in quibus Vaſallus incurrit pœ
a nam priuationis [a] feudi, regulariter non priua-
tur ipſo iure, ſed ſequuta ſententia declaratoria,
Alex. *conſil.* 124. *lib.* 5. Socin. Iun. *conſ.* 69. *num.* 28.
libro primo, de commun. Clar. *in* §. *feudum. q.* 49.
num. 8. *& q.* 62. quæ proferenda eſt cum cauſę co-
gnitione, & citato feudatario. Ruin. *conſil.* 153.
num. 15. *lib. primo*, Natt. *conſil.* 93. *per totum*. Ceph.
conſil. 241. *nume.* 35. & bene per Gramat. *deciſio.*
15. *nu.* 8. *cum ſeq.* Cum igitur Illuſtriſſimus Do-
minus Maximilianus conceſſerit huiuſmodi bo-
na feudalia D. Lucio, non præcedente aliqua
ſentētia declaratoria, dicta confeſſio videtur nul
la, & per conſequens ex illa nullum ius fuiſſe ac-
quiſitum dicto Domino Lucio, quia ante ſen-
tentiam priuationis Dominus feudi non poteſt
in eo ſe intromittere, vt per Alexan. *conſil.* 103.
num. 17. *lib.* 1. Rolan. *conſil.* 150. *num.* 9. *& ſeq. li-
bro quinto.*

3 Secundo. Pro hac parte adducebatur illa com
munis regula, quod in pęnalibus etiam, quod
pęna ipſo iure incurratur, tamen ſemper requi-
ritur ſententia declaratoria, vt per Felyn. *in cap.
Rodolphus, num.* 35. *de reſcriptis.* Abb. & Dec. in
in c. peruenit, il primo, de appellationibus; Quia
veritas meri facti eſt declaranda per ſententiam
Iudicis. Iaſ. *in l. ſtipulatio.* §. *habet, num.* 8. *ff. de
nou. oper. nunciat.* facit, quod in ſimili concludit
Ruyn. *conſil.* 258. *& ſequen. numero* 31. *verſicul.*
item, & 2. lib. 2. Vbi dicitur, quod pœna non ha-
bet ſuum effectum, niſi præcedat ſententia decla
ratoria.

4 Tertio. Dicebatur, quod dato etiam, quod il-
la inueſtitura in fauorem dicti Lucij, virtualiter
contineret declarationem Illuſtriſſimi D. Maxi
miliani, & illa declaratio ſufficeret, tamen iſto ca
ſu ipſe nō erat iudex cōpetens in cauſa propria.
Et ideo cauſa erat tractanda coram paribus Cu
riæ, & ibi ſententia ferenda. Natt. *conſ.* 147. *nu.* 7.
Ceph. *conſil.* 241. *num.* 35. Clar. *in dicto* §. *feudum.
q.* 90. Etiam, quod Vaſſalli ſint Contumaces.
Cap. *d. conſi.* 241. *nu.* 37.

5 Quibus tamen nō obſtantibus, contrariū per
Dominos reſolutum fuit, nempe in caſu, de quo
agitur, non fuiſſe neceſſariam ſententiam decla-
ratoriam, ad effectum validiratis dictę conceſſio
nis. Mouebātur, quia, cum bona feudalia, de qui
bus agitur, fuerint acquiſita per Galeottum, &
ſic in feudo nouo, clarum eſt, quod ex quacun-
que cauſa feudatarius priuetur, etiam ſi delictū
non concernat perſonam Domini, feudum ad
Dominum deuoluitur, excluſis deſcendenti-
b bus, [b] agnatis, *cap.* 1. §. *fina. vbi omnes, quæ fuit pri-
ma cauſa benefic. amitt.* Curt. Iun. *in tract. de feu-
do.* 5. *par. concluſ.* 2. *num.* 9. quem refert Clar. *in* §.
feudum. q. 66 *num.* 7. & plures cumulat Burſa. *con
ſil.* 148. *num.* 5. *lib.* 2.

6 Mouebantur, quia cum Galeottus fuerit per
ſententiam condemnatus, in Curia Mirandulæ
ob crimen læſæ maieſtatis, in pœnam capitis, &
publicationis bonorum, iſta bona feudalia fue-
runt ad D. deuoluta, licet in alieno Territorio
fuerit lata ſententia, quia quando condemna-
c tur quis ex diſpoſitione iuris communis, [c] & bo-
na publicantur, tunc non eſt dubium, quod bo-
na applicantur Domino, in cuius iuriſdictione
ſita ſunt, vt per Boſſ. *in titul. de bon. publicat. num.*
62. Marſil. *in l. fina. ſub num.* 186. *ff. de iuriſd. omn.
iud.* cum alijs allegatis, per Clar. §. *fina. q.* 78. *nu.*
27. & licet Boſſ. *in d. tit. nu.* 65. dicat, quod poteſt
fieri nouus proceſſus in alio territorio, quando
ſententia eſt lata in diuerſo Territorio; tamen
ibi loquitur, quando ſententia eſt reſcripta in
publicatione bonorum exiſtentium in illo terri
torio, quia tunc in alio requiritur nouus proceſ
ſus; ſecus autē in caſu iſto, in quo ſententia ſim-
pliciter eſt prolata ſuper publicatione bonorū.

7 Quibus firmatis, patet reſpōſio ad allegata in
contrariū. Nā non obſtat primum fundamentū,
quia poſſet procedere, quādo nō extaret aliqua

ſentētia. Hæc autem lata erat ſententia condemnatoria contra Galeottum, quę vt ſupra dictum eſt, decreuit etiam in alieno Territorio, adeo vt ad effectum deuolutionis non requitebatur alia ſententia. Pręterea Domini dicebant, quod ſatis fuit verificare iſtam condemnationem, & publicationem in proceſſu poſtea facto coram Cōmiſſario Curiæ Podij, ex his, quę adducit Dec. *in conſi. 156. ſub nu. 3. verſ. & quia in propoſito caſu.*

8 Ad ſecundum pariter reſponſum fuit, quod vbi ſumus in facto notorio, nō requiritur alia declaratoria, vt per Fely. *in dicto cap. Rodulphus, nu. 35. de reſcript.* Quæ notorietas reſultat ex dicta ſententia, lata contra confeſſum, & conuictum; nec requiritur hoc caſu alia declaratoria, quia cum conſtet de priuatione in ſimillib. caſib. ad euitandum circuitum, Rota non requirit aliam declarationem, vt fuit reſolutum coram bon. mem. Oradino *Rom. Vincarum. 20. iunii* 1572. de quo ſtilo etiam atteſtatur Galleſ. *de oblig. in forma cameræ. in tit. de liquid. nu. 15.* & cum non eſſet neceſſaria ſententia, non erat expectandum iudicium tractandum coram patibus Curiæ, quia id procederet, ſi non conſtaret aliunde de priuatione.

9 Ex quibus Domini concluſerunt, in caſu iſto non fuiſſe neceſſariam ſentētiam declaratoriam priuationis dictorum bonorum, ad effectum validitatis dictæ conceſſionis, & inueſtituræ, circūſcriptis pro nunc aliis, quæ pro parte Dominorum de Pedochis opponuntut contra inueſtituram factam in fauorem D. Lucij, de quibus poſtea videbitur.

ALIA DECISIO.

10 Et in eadem 27. Nouemb. 1579. Domini dixerunt validitatem inueſtituræ D. Lucij pēdere ab eo, an ſnīa confiſcationis bonorum lata Mirādulæ contra Galeottū Pedocham, ſit prolata ex diſpoſitione iuris cōis, vel vigore ſtatuti particularis. Quia ſi vigore ſtatuti particularis, bona extra territorium non potuerunt confiſcari, ex doctr. Bart. communiter approbata *in l. cunctos populos, in fi. C. de ſum. Trin.* Clar. *in pract. crimin. q. 78. nu.* 27. Et ideo cum non producatur proceſſus, illa ſententia nihil ſuffragatur, pręſertim ex ſtilo Rotæ, vbi ſententia ſine proceſſu non habetur in conſideratione. Mohed. *deciſ.* 319.

ALIA DECISIO.

11 Et in ead. die 9. Dec. 1580. corā Aldobrandino nunc S. D. N. dicebatur, quod, cū præpoſita difficultas, vt plurimū ab eo pendere vr̄, an ſnīa lata contra Galeottum Pedocham fuerit lata ex diſpoſitione iuris cōis; an vero vigore ſtatuti municipalis, iccirco ad hoc ſe Dn̄i reſtrinxerunt, & quoad cōdemnationem, & declarationem, quod inciderit in crimen læſæ maieſtatis, non fuerunt concordes, imo parib. votis in cōtrarias iuerunt ſententias. Nōnulli. n. tenebant, ſententiam præfatam latam eſſe tam de iure cōi, quam ex diſpoſitione ſtatuti. Et ad hoc ponderabant in primis commiſſionem datam a Comite eius Auditori, procedendi contra inquiſitos in illis verbis (ſecondo le leggi, e ſtatuti dello ſtato noſtro) ex quibus apparet de vtroque fieri mentionem.

12 Secundo poderabant votū Michaelis Angeli Sorbolūgi, cum quo comes voluit cauſam terminati; dum. n. in eo loquitur de Lancilotto dicens *Credo per iuſtitia ſi poſsi condennare in pena della vita, e confiſcatione de ſuoi beni, ſi per la diſpoſitione della ragione commune, come anco per el gagliardo ſtatuto, del quale V. S. mi ha mandata copia.* & poſtea ſubiungit. *Et nella medeſima della vita, e confiſcatione de tutti gli beni, credo ſia caſcato M. Galeotto Pedocha.* Si ergo Galeottus incidit in eadem poena, ergo tam de iure cōi, quam ex diſpoſitione ſtatutorū, cum ſupra de ambobus loquutus fuerit maxime, quia cum hoc crimen eſſet grauiſſimum, nulla veriſimilitudo, ſecundum ita tenentes, viget, quod Iudices voluerunt minorare pęnam, cum regulariter ea delicto ſit commenſuranda.

13 Ponderabant ēr ſententiam, dum in ea recēſentur delicta, inter quæ recenſetur crimen nō reuelationis, ad quam inquit, eos obligatos fuiſſe tā ex forma iuris communis, q̄ ex forma ſtatutorū.

14 Inſuper vltimo loco, ponderabatur, ſententiā declarare iſtos incidiſſe in crimen læſæ Maieſtatis, de quo crimine nulla fit mentio in ſtatuto; vnde in hac parte oportet fateri ſententiam latam ex diſpoſitione iuris communis, non autem ſtatuti, de hoc crimine minime loquentis.

15 Ad reliqua verba ſententiæ ponderata pro alia parte, reſpondebant, illa intelligi cumulatiue, & potius augumētatiue, quam reſtrictiue, propter dictionem illam, ad *l. ea tamen adiectio. de leg.* 3.

16 Alij contrarium aſſerebant. Dicebant. n. quod quantumuis Sorbolūgus aſſerat reos potuiſſe in huiuſmodi pęnis condemnari, tam ex diſpoſitione iuris communis, quam ex diſpoſitione ſtatuti, quod ipſe appellat *gagliardo*, tamen Iudici viſū fuit ſequi diſpoſitionem huiuſmodi ſtatuti, vti fundamentum clarum, & indubitatum, omiſſa diſpoſitione iuris communis; & ad hunc effectū ponderabant productionem ſtatuti in faciem Pedochi, dum examinaretur; & interrogationem ei factam, an fateatur ſe incidiſſe in pęnas dicti ſtatuti, & an ſecundum illius formam fuerit proditor, ad quæ ipſe reſpondit affirmatiue, quam confeſſionem plurimum potuit iudex ponderaſſe.

17 Item quia Iudex dum recenſet, quæ viderat, inquit, viſo toto proceſſu fabricato contra ipſos, ac ſtatuto Mirandulę, & rurſus dum in ea dicitur, quod incidit in crimen læſæ Maieſtatis, & in pęnas ſtatutas in ſtatuto, ex quib. videtur apparere, iudicem ſemper ad ſtatutum reſpexiſſe.

18 Vltimo ſummopere ponderabant in diſpoſitiua ſententiæ verba illa, & iuxta formam in omnibus, & per omnia præfati ſtatuti, quæ clare videntur indicare, vnam ſtatuti diſpoſitionē præ oculis iudicem ſemper habuiſſe, ad quod in omnibus, & per omnia voluit ſe referre; quod etiam ſuadebatur, quia in poenalibus ſemper facienda eſt interpretatio, quòd delictum impunitum non remaneat, quod mitius pęna cenſea-

tur

Digitized by Google

tur impoſita. *l. ſi præſes. ff. de pœnis*, ex quibus reſpōdebant ad ſupra, pro alia parte deducta, quod licet Sorbolungus putauerit hos poſſe condemnari ex cenſura iuris communis, & ſtatuti, iudex tamen viſus fuerit amplecti diſpoſitionem ſtatuti, vti magis claram.

19 Quò verò ad confiſcationem, Domini pro parte tenuerunt, huiuſmodi confiſcationem reſtrictam eſſe ad diſpoſitionem ſtatutariam, quia illa vltima verba ſententiæ, ex quibus Iudex, in omnibus, & per omnia ſe refert ad ſtatutum, videntur potiſſimum reſpicere confiſcationem: item quia confiſcatio non abſolute, ſed pro Camera Comitis facta fuit, cui non poſſunt applicari bona ſita in alio territorio.

20 Nec obſtat clauſula, omni meliori modo, quia non habet copulam, &, ex Acchil. *de clauſulis deciſ. prima.*

21 Nec facit, quod iudex non potuerit applicare niſi Cameræ Comitis, nō autem alijs Dominis, in quorum territorio ſita erant alia bona; nam poterat confiſcare generaliter omnia bona, & deinde applicare fiſco ſui Domini, quæ ei applicanda erant, & ipſe non confiſcat generaliter, ſed ſpecialiter confiſcat Cameræ pręfati ſui Domini, & conſequenter pręſupponit, quod ea, quę ipſe confiſcat, Cameræ prædictæ Domini ſui applicari poſſint; quod præſuppoſitum cum eſſet in bonis ſitis in alio Territorio, ſequitur, quod ceſſet etiam diſpoſitum ipſius confiſcationis, ad gl. *in l. municipia. C. de ſeru. fugit.*

22 ALIA DECISIO. Et in eadem 27. Februarij 1581. Domini tenuerunt, procedendum eſſe ad vlteriorem exequutionem rei iudicatæ, quia ex nouiter deductis, non poteſt dici detecta iniuſtitia ſententiæ: nam cum ſimus in feudo Eccleſia-
c ſtico,[c] illud non amittitur per crimen læſæ Maieſtatis non ſolū commiſſum in Principem ſecularem inferiorem, ſed ne quidē in ipſum Imperatorē, quia ei Papa confirmauit, & dicitur Papæ aduocatus, & defenſor: & pōt hac de cauſa Eccleſia talē delinquentem feudo priuare, quia crimen dicitur cōmiſſum, etiam in Papam, ex quo videtur commiſſum contra ius confederatum. *Clem. Paſtoralis. de re iudic.* Bal. *in l. 1. nu. 34. ver. 42. ff. de rer. diuiſ.* Alciat. *in c. 1. §. fi. de prohib. feud. alien. per Fed.* Odofred. *conſ. 5. nu. 34.* Gig. *de cri. læſæ Maieſtatis, rub. Crimen læſæ Maieſtatis humanæ quid ſit, queſt. 68. nu. 10. & 11.*

23 Ex quibus tolluntur omnia allegata pro alia parte, quod ſcilicet, in crimine læſæ Maieſtatis ipſo iure fiat confiſcatio, quia non intelligitur reſpectu feudorum ab Eccleſia obtentorum, *dicta Clem. Paſtoralis*, & quod etiam non poſſit ſtare in ſala domini propter infamiam, ex traditis a Doctoribus, *in capit. primo. An ille, qui interfecerit fratrem Domini.* Vnde nihil facit reſpectu horum feudorum ab Eccleſia habitorum, quia niſi Eccleſia tales delinquentes priuet, poſſunt ſtare in Sala, nec eis prædicta ſententia nocet, per ſupradicta.

24 ALIA DECIS. Et in eadē Lunę 3. Iulij 1581. Domini dixerunt, non ita conſtare de non iure Dominis de Pedochis, vt ſit ſuperſedendum in exequutione ſententiæ Rotalis, ad eorum fauorem latæ, quæ in rem tranſiuit iudicatā; imò magis videtur conſtare de eorum bono iure; licet enim Galeottus fuerit condemnatus in crimen, quo mediante ſequuta dicta ſententia, Eccleſiæ feudū ad eam deuoluitur, cum tamen ante vllam declarationē fuerint filij reintegrati, videtur cōſequenter ſublata illa facultas amplius declarandi, cum illa prouenerit immediate abſque facto nouo Eccleſiæ ab ipſa condemnatione, & confiſcatione. Egid. *deci. 744. col. 1.* Felyn. *in c. inter quatuor nu. 1. de maior. & obedien.* Parif. *conſ. 1. nu. 47. in quarto, cum alijs allegatis.*

25 Idque tanto magis, quia ante declarationem fuerunt reinueſtiti a Troiano Delphino, viri Procuratore Maximiliani, de quo mandato Notarius aſſerit ſe rogatum eſſe, quod ſit Dominis admodum veriſimile, cum ex toto proceſſu appareat, qđ iſte Troianus omnia in iſta materia gerebat; iſte enim eſt is, coram quo nomine dicti Maximiliani fuit poſtea declarata dicta deuolutiò, qui mandauit immitti in poſſeſſionem Maximilianum, quod tamen poſtea factum non fuit, & tollere videtur omnem difficultatem inueſtitura facta eiſdem filijs a Galeotto ſucceſſore dicti Maximiliani cum illa declaratione, quod feudum non erat deuolutum, ex quo de hoc ipſe fuerat informatus.

26 Non obſtat; quod pręcedat Inueſtitura Lucij, quia non eſt Inueſtitura, ſed Donatio; Maximilianus enim donauit hęc bona Lucio vltima Nouembris 1569. quam donationem cōfirmauit in Codicillis 16. Decembris 1569. quod facere non potuit, quia licet haberet facultatem ſubinfeudandi, non tamen habebat facultatem donandi, & iſta inter ſe multum differunt; multo enim amplior eſt donatio, quam feudum. Dec. *conſ. 32. nu. 1. & conſ. 269. col. 1.* Et hinc eſt, quod feudatarius donare non poteſt, *cap. 1. §. donare. vbi gl. qualiter olim feudum aliena. pot.* Brun. *conſ. 108. nu. 29.* Ex quibus non ſolum non poteſt ſuſpicari de iniuſtitia ſententiæ Rotalis, ſed videtur illius iuſtitia ſatis clara.

ADDITIO.

a *Pœnam priuationis feudi.* De hac materia, an ſcilicet, & quando feudalia bona confiſcari poſſint, ſi vis ſaturari, vide Dominum meum Farinacium *in ſua pract. crimin. par. prima, titul. de delict. & pœn. quæſtio. 75. numero 67. & pluribus ſequentibus.*

b *Excluſis deſcendentibus, & Agnatis.* De hac materia, an ſcilicet, & quando in caſu confiſcationis bonorum feudum deuoluatur ad Dominum directum; An verò ad Agnatos, & alios in inueſtitura comprehenſos? Vide omnino latiſſime pertractantem Dominum meum Farinacium *in ſua pract. crim. par. 1. tit. de delict. & pœn. nu. 71. & pluribus ſequentibus.*

c *Ex diſpoſitione iuris communis.* Hæc concluſio,

quod

quod ſcilicet, confiſcatio bonorum facta de iure communi, comprehendat bona ſita extra Territorium confiſcantis, quando facta eſt vigore iuris communis, ſecus ſi vigore ſtatuti, regulariter bene procedit: patitur tamen multas declarationes, & limitationes; quas bene explicat Dominus meus Farinacius, *in ſua pract. crim. tit. de delict. & pœn. q. 25. nume. 94. & pluribus ſequentibus.* Vbi latiſſime reperies rractatam mareriam confiſcationis bonorum extra territorium iudicis confiſcantis.

d *In facto notorio.* Iſta concluſio, quod in facto notorio non tequiratur ſententia declaratoria, non tranſit ſine difficultate, quia quod immo requiratur, quando negatur qualitas notorij, pluribus comprobat Dominus meus Farinacius *in ſua pract. crimin. tit. de delict. & pœn. q. 21. num. 116. & ibidem nume. 112. & ſequentibus*, generaliter ponit, an requiratur aliqua ſentenria, & quæ. Multa ponit pro, & contra, & poſtea diſtinguendo reſoluit.

e *In feudo Eccleſiaſtico.* De iſta materia, an ſcilicet, & quando poſſit confiſcari feudum præſertim Eccleſiaſticum propter crimen læſæ Maieſtatis; vide Dom. meum Farinac. *in ſua pract. cri. p. 1. tit. de delict. & pœn. q. 25. nu. 66. & nu. 91. & ſeq. & nu. 105. & ſeqq.*

Fam. Cent. I. V. D. *Galeſ.*

B V B A L I

Romana bonorum de Vitellis Lunæ 1. Decembris 1578.

ARGVMENTVM.

Bannitus propter homicidium, quando incapax ſit hæreditatis ſibi delatæ etiam reſpectu legitimę; & quid ſi fuerit reſtitutus, an etiam reſtitutus cenſeatur ad ius recuperādi legitimam, & hæreditatem tempore banni alteri acquiſitas.

S V M M A R I V M.

Bannitus propter homicidium vigore Bullarum non poteſt ſuccedere in hæreditate matris ſibi delata tempore bāni. nu. 1. & in additionibus lit. A. Vbi etiam, quid de iure communi, Bullis circumſcriptis.

Bannitus propter homicidium, nec etiam ſuccedit in legitima patris, aut matris defunctorum tempore banni vigore Bullarum Apoſtolicarum, ſed quid de iure communi. nu. 1. & in addit. lit. B.

Paria ſunt, filium non eſſe, vel eſſe, & inhabilem ad ſuccedendum. ſub num. 1.

Ius accreſcendi habet locum etiam in legitima, numero 1. in fine.

Bannitus reſtitutus cenſetur reſtitutus ad ea, quæ habebat tempore confiſcationis, non autem ad ea, quæ obuenerunt poſtea, & quæ ad ipſum ſpectaſſent, niſi fuiſſet incapax: & ſic nec etiam cenſetur reſtitutus ad hæreditates ſibi delatas tempore banni, & præſertim alteri acquiſitas, & apprehenſas, num. 2. & in additionibus lit. C. vbi de materia.

Bannitus reſtitutus etiam ad bona alteri quæſita, an cenſeatur etiam reſtitutus ad ius petendi legitimam in bonis matris defunctæ tempore banni. nu. 3.

Confiſcatio non trahitur ad bona futura. num. 5. quod an verum ſit, & quando. in additionibus lit. D.

Reſtitutio nihil aliud eſt, quam rerum amiſſarum recuperatio. nu. 6. in fine.

Nunc, dictio includit tantum tempus præſens, & excludit præteritum. nu. 7.

Actus quando valet ex nunc, non attenditur ſtatus antecedens, num. 7.

Ius quærendum, & in ſpe conſiſtens, prout eſt ius adeundi, non dicitur eſſe in bonis ante aditionem. nu. 8.

Primogenitus reſtitutus poſt mortem patris non recuperat ſpē ſuccedendi, quam habebat in vita patris. nu. 8. in fine.

Reſtitutus in pleniſſima forma, cenſetur etiam reſtitutus ad bona alteri acquiſita ſiue in alium tranſlata, quod an verū ſit, & quando. nu. 9. & in add. lit. E.

Caſſatio, & abolitio ſententiæ operatur, quo ad præterita immediate ex ipſo actu caſſato prouenientia, non autem ad ea, quæ tertio acquiruntur mediate ex ipſo actu. numero 10.

Bannitus reſtitutus an, & quando recuperet ius ſucceſſionis tā quam dependens à iure ſanguinis. nu. 11. & ibi in additionibus lit. F. Vbi an, & quando bannitus amittat iura ſanguinis.

Reſtitutio non trahitur ad non quæſita, ſed ad amiſſa tantum, num. 11.

D E C I S I O XVII.

1 COncluſerunt Domini, Illuſtriſ. D. Alphonſo Vitellio agenti ad bona materna obſtare exceptionem incapacitatis oppoſitam ex parte Illuſtriſ. D. D. Hæredum bon. mem. D. Angelæ. nam cum tempore mortis Illuſtriſ. D. Angelæ reperiretur condemnatus in pœnam capitis, & confiſcationem omnium bonorum per Gubernarorem Ciuitatis Caſtelli ex cauſa homicidij, reſultat eius incapacitas vigore Bullarum contra homicidas edirarum; qua ſtante,
a non poterat ſuccedere in hæreditate [a] matris, &
b effectus fuit incapax etiam reſpectu legitimæ, [b] vt per Alex. *conſil. 75. num. 4.* Ruin. *conſ. 49. colum. 2. in princ.* de communi teſtatur Ludou. Car. *in-*
* *ter conſil. crimin. conſil. 103. num. 5. & 6. tom. 1.* quia paria ſunt, filium non eſſe, vel eſſe inhabilem ad ſuccedendum. *l. 1. §. ſi. ff. quod cuiuſque vniuer. nom.* & cum inſtituti in teſtamento D. Angelæ illius hæreditatem adiuerint, illico legitima D. Alphonſi accreſcit dictis inſtitutis, cum etiam in legitima ſit locus iuri accreſcendi, Iaſ. *in l. plane. §. ſi duobus, num. 21. cum ſeq. de legat. 1.* Rip. *in l. re coniuncti. num. 211. de leg. 3.* qui teſtatur de communi.

2 Nec

2 Nec obſtat reſtitutio obtenta per Illuſtr. Do. Alphonſum, quoniam circumſcripta prægnantia clauſularum, de qua particulariter videbitur, Domini intelligebãt, D. Alphonſum fuiſſe reſtitutum ad omnia, quæ vere habebat tempore confiſcationis: non autem ad ea, quæ ſibi obuenire potuiſſent, ſi non fuiſſet incapax, quia reſtitutio
c illa non comprehendit [c] iuxta doctr. Bart. *in l. fin. nu.* 8. *C. de ſent. paſſ.* Bald. *in auth. excipitur, C. de bo. qua lib.* de communi, Boſſ. *de remed. ex ſol. clem. in princip. nu.* 13. Galliaul. *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu.* 58. & ibi Ruyn. *in 2. lect. ſiue add. nu.* 63. *de libe. & poſthum.* præſertim cũ reſtitutio fuerit conceſſa, poſtquam hæreditas fuit adita per inſtitutos, vt per Iaſ. *in d. §. & quid ſi tantum, nu.* 61. & ibi Galliaul. *in d. nu.* 58. Idque comprobabant ex diſtinctione Aret. *in l. ſi quis mihi bona. §. 1. ſub nu. 3. ver. quid autem iuris eſſet, ff. de acq. hæred.* vbi diſtinguit, quod aut hæreditas patris eſt delata filio ante incapacitatem, & tũc per reſtitutionem filius recuperat ius adeundi, ſi non fuit adita; & ratio eſt, quia recuperat ius adeundi, quod habebat ante incapacitatem: aut fuit delata tempore, quo fuit incapax, vt in caſu, de quo agitur, & tunc nõ recuperat, quam diſtinctionem late comprobat Ruin. in loco præcitato.

3 Pariter non obſtat ſi dicatur, quod cum Illuſtris D. Alphonſus per reſtitutionem ſibi cõceſſam recuperet omnia bona, quæ alteri fuerunt quæſita, ex ſententia condemnatoria contra ipſum lata, cenſeatur etiam recuperaſſe ius petendi legitimam portionem in bonis matris, quæ ſtante ſua incapacitate, fuit acquiſita hæredibus inſtitutis, *ex deciſ. Egid.* 744. & alijs per informantes allegatis; quia fuit reſponſum, quod hoc ius non fuit quæſitum hæredibus inſtitutis immediate ex condemnatione D. Alphonſi, ſed ex diſpoſitione Matris, & eius morte ſuperueniente tempore incapacitatis, quia condemnatio non potuiſſet hũc effectum operari, niſi mortua fuiſſet mater, & ita bene declarat Egid. *in d. deciſ. col. antep. verſ. Item quæro,* & optime poſt alios Pariſ. *in d. §. & quid ſi tantum, nu.* 103. & ibi Ruin. *nu.* 63. *ibi, ſed alio caſu, quo erat incapax.*

4 Minus obſtant tradita per Soc. Iun. *in d. §. & quid ſi tantum, nu.* 107. *& nu.* 108. quia, vt ipſe dicit, eius opinio eſt contra omnes Doctores.

5 Nec Illuſtris D. Alphonſus poteſt dicere ſe reſtitutum ad iſtud ius petendi legitimam, tanquã fiſco acquiſitum ex ſua condemnatione, quia in
d confiſcatione non veniunt bona futura [d], vt late per Clar. *in pract. crim. §. fi. q.* 78. *nu.* 24.

6 ALIA LECISIO. Verum, quia Domini reſeruarunt videre ex clauſulis appoſitis in reſtitutione, poſſet dici, quod Illuſtris D. Alphonſus fuerit reſtitutus etiam ad iſtud ius petendi legitimã, ideo Lunæ 26. Ianuarij 1579. propoſito per me dubio reſtricto ad prægnãtiam clauſularum, Domini reſoluerunt, in dicta reſtitutio D. Alphonſi non contineri talem prægnantiam clauſularum, vt dicatur reſtitutus ad ius petendi dictam legitimam. Moti fuerunt, quia omnia verba prægnantia iſtius reſtitutionis regulantur ab illis verbis, Reſtituimus, Reponimus, & Reintegramus, quę quidẽ verba pręſupponunt acquiſitionem, & trahuntur ſolum ad amiſſa, non autẽ ad non acquiſita, cum reſtitutio ſit rerum amiſſarum recuperatio, *l. fi. §. fin. C. de ſent. paſ.* & ibi Bar. *n.* 18. Bal. *in auth. excipitur, C. de bonis quæ liber.* Galliaul. *in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum. nu.* 58. & ibi Alciat. *nu.* 130. Calcan. *conſ.* 52. *nu.* 13.

7 Secundo mouebantur, quia reſtitutio eſt reſtricta, & limitata ad tempus præſens, cum dicat, ex nunc reſtituimus, ex quo ſequitur, quod Papa noluerit reddere eum capacem, niſi ex nunc, quæ dictio tantum includit tempus pręſens, & excludit præteritum, gloſ. *in clem. 2. in verbo, ex nunc, de ha*[illegible]. & ibi Card. *in 1. oppo.* & Vital. *numero* 23. bene Guid. Pap. *conſil.* 102. *numero* 3. & ad iſtum propoſitum gloſ. *in l. 1. in verbo, indicatum, C. de codicil.* & ibi Iaſ. *num.* 4. Vbi dicit, quod quando actus valet ex nunc, non attenditur ſtatus antecedens, & ideo quãdo miles facit codicillos iure militari, in quibus non detrahitur trebellianica, ſi poſtquam deſinit eſſe miles, illos cõfirmat, valent, vt nunc, & priuilegium militis antecedens non habetur in cõſideratione. Cum igitur in iſta reſtitutione Papa voluerit tantum attendere tẽpus conceſſionis, licet in ea ſint verba ampliſſima, & pręgnantia, nõ reddunt tamen D. Alphonſum capacem tempore mortis matris, prout requirebatur ad hoc, vt poſſit petere ſupplementum legitimæ, quia ſtante limitata reſtitutione ad tempus, non poſſunt cõiungi tempus banni, & tempus reſtitutionis, & ſic operari iſtum effectum, vt etiam medio tempore D. Alphonſus diceretur capax.

8 Tertio mouebantur, quia in iſta reſtitutione non adſunt verba, quæ poſſint importare reſtitutionem ad iſtud ius petendi ſupplementum legitimæ; nam reſtitutio, eſt ad patriam, famam, gradus, honores, dignitates, prærogatiuis, & officia, necnon res, & bona, & priſtinum ſtatum, in quibus non includitur iſtud ius; nam appellatione bonorum iſtud ius venire non poteſt, quia non erat in bonis D. Alphonſi tempore condemnationis ipſius, ex quo eius mater adhuc viuebat, & legitima non debetur filijs in vita parentum; habebat igitur D. Alphonſus tantummodo ius in ſpe, & propterea intrat concluſio, quod ius quærendum, & in ſpe conſiſtens non dicitur eſſe in bonis matris. *l. ſubſtitutio, ff. de acquir. rer. domi.* cũ alijs alleg. per Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verbo, donatione largitus, nu.* 186. *C. de reuoc. don.* & propterea ius adeundi non dicitur eſſe in bonis matris, antequam fiat aditio, vt poſt alios bene deducit Rebuff. *in l. vnica, in gl. in verbo, dupli. nu.* 23. *C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* facit etiam, quia primogenitus reſtitutus poſt mortem patris, non recuperat ſpem ſuccedendi, quam habebat in vita, per Iſerniam *in c. 1. §. præterea, nu.* 14. *in fin.* & ibi Afflic. *nu.* 90. *quæ fuit prima cauſa benef. amit.* Gig. *de cri. laſæ maieſt. lib. 2. q.* 20. ex quibus licet etiam colligi poteſt reſponſio ad allegata in contrarium, tamen ſigillatim reſpondendo.

9 Non obſtat in primis fundamentum, quod reſtitu-

ſtitutus in pleniſſima forma, cẽſetur etiam reſtitutus ad bona alteri acquiſita, ſiue in alium tranſlata, vt [e] voluit Card. *in c.quia diligentia. q.3.de elect.* quem ſequitur ibi Imol. *num.* 6. Felyn. *in c. quatuor.nu.6.verſ.cui addo. de maior.& obed. & in c.vergentis.nume.2.de hæret.* Alex. *in d.§.& quid ſi tantum.nu.20.verſ.2.limitatur*, & ibi Socin. *num.* 18. Seicel. *num.*33. Galliaul. *num.*72. Alciat. *num.* 132. *cum ſeq.* Ruin. *conſil.*21. *nu.*9. *lib.*5. Pariſ. *conſ.* 3. *num.*37. *cum ſeq.lib.*4. Port. Imol. *conſil.*48. *num.* 6. & teſtatur eſſe communem Rub. Alexand. *conſ.* 154. *nu.*6. quia fuit reſponſum, quod licet illa opinio ſit multum controuerſa, nam contrarium tenuit Aret. *in l.1.in prin.in 3.not.de acq.poſſ.* §. *in d.§.& quid ſi tantum.num.*78. Ruin. *num.*192. Pariſ. *nu.*104. Crot. *nu.*120. Bolog. *num.*220. Latiſſime Fort. Gar. *nu.*24. *& ſeq.* Dec. *in c.fin.nu.* 8. *& 9. de conſtit.* Menochi. *de recuper.poſſ.remed.* 10. *nu.*116. Clar. *in pract.crim.§.fin.q.*59. *ver.item quæro*; nihilominus nõ videtur poſſe procedere in caſu iſto, tum quia, vt ſupradictum eſt, omnia procedunt, vt ex nunc; tum etiam, quia opinio Card. procedit, quando reſtitutus per cõdemnationem amiſerat bona poſtea alteri quæſita, non autem, quã do illa nondum acquiſiuerat, prout in caſu iſto per ea, quæ ſupra dicta ſunt.

10 Minus obſtat abolitio, & caſſatio ſententiarum, quia huiuſmodi abolitio operatur hunc effectum, vt intelligantur caſſata præterita, quæ immediate ex ipſo actu caſſato proueniunt, non autem extendere ad ea, quæ tertio acquiruntur mediate ex ipſo actu, vt bene poſt Card. diſtinguit Aretin. *in cap.ad petitionem.nu.*14. Vbi Ioannes de Anan. *num.*4. & Felyn. *num.*14. *de accuſat.* late proſequitur Socin. *conſil.*266. *ſub nu.*53. *verſ.* 10. *quibus infero. lib.* 2. Cum igitur in propoſito bona peruẽnerint ad hæredes Domin. Angelæ non immediate ex banno, ſed ex diſpoſitione, & obitu Domin. Angelæ ſuperueniente tempore, quod Alphonſus erat incapax, merito caſſatio ad iſta non extenditur; & tanto magis, cum in dubio non debeat præſumi, quod voluerit Papa tertio præiudicare, ſtante reſtitutiua, ex nunc. Et etiam, quia in iſta reſtitutione non derogauit regulæ de iure quæſito non tollendo.

11 Nec obſtat, quod reſtitutus recuperat ius ſucceſſionis tanquam dependens à iure ſanguinis, [f] vt poſt Bartol. *in l. prima. §. final. de bonor. poſſeſſ. contra tabul.* tradit Ruin. *in dict. §. & quid ſi tantum, nume.*181. quia iſta procedunt, quando ius non eſt alteri quæſitum, quod apparet, quia ibi Bartol. non loquitur, quando alius primum locum occupauerat. Et ratio eſt, quia reſtitutio non trahitur ad quæſita, ſed ad amiſſa tantum, vt bene declarat Bal. *in dicta Authent. excipitur. numero* 1. *C. de bon. quæ liber.* Vnde non poteſt dici Illuſtr. Domin. Alphonſus reſtitutus ad ius petendi legitimam, quia licet ſit dependens a iure filiationis, tamen iſtud nondum acquiſiuerat.

ADDITIO.

a *In hæreditate.* Aduerte, quod non ſine miſterio dicitur in hac deciſione, quod banniti vigore Bullarum ſunt incapaces hæreditatis ſibi delatæ: nam dictæ Bullæ auferunt omne auxilium, & omnem fauorem Bannitis, nec non illos excludunt ab omni actu legitimo; quo caſu ipſi banniti amittunt etiam ea, quæ iuris communis ſunt, & conſequenter tempore banni non poſſunt ſuccedere in hæreditate ſibi delata, tam ab inteſtato, quam ex teſtamento, Gozzadin. *conſil.*96. *numero* 8. *ad med.verſ.*2. *reſpondeo.il* 1. Boſſ. poſt Alex. quem allegat, *in tit. Banniti quid amittant. num.* 14. *poſt med. verſic. ſed quid ſi ſtatutum, & d.num.* 14. *in fine. verſic. tamen aduerte.* Menoc. *conſil.*492. *num.*2. *& 3. lib.* 5. Honded. *conſil.*83. *num.*14.

Verum circumſcriptis dictis ſtatutis, ſeu bullis ſic denegantibus bannitis fauorem, & auxilium, eoſque excludentibus ab omni actu legitimo, vt ſupra, de iure communi Bannitus capax eſt hæreditatis ſibi delatæ tam ex teſtamẽto, quã ab inteſtato tempore banni; dummodo hæreditas deferatur ſecundum ius commune. Cyn. *in l.* 1. *poſt num.3.C.de hær.inſt.* poſt Iacob. de Rauen. quem allegat, & ibi etiam hoc adnotarunt Bart. *poſt num. 3. verſic. ſed ſi teſtamentum eſt validum.* Adden. ad Bart. ibi litera f. Alberic. *num.*4. Vbi, quod ita communiter tradunt Doctores, *& nu.* 5. Vbi plutibus hanc probat opinionem, *& num.* 117. *in fine. verſic. In caſu ergo, quamuis multa in contrarium adducat.num.* 6. *& 7.* Ang. *num.*1. Salycet. *num.*20. *verſic. Similiter quærebam.* Paul. de Caſt. *num.*4. *verſ.ſi vero ſit inſtitutus ſecundum formam iuris communis.* Iaſ. *num.*5. Corn. *poſt num.*5. *verſic. & ideo bannitus poteſt hæres inſtitui*, vbi de communi, *& num.*7. Alex. *conſil.*75. *num.*2. *lib.*1. Vbi de magis communi. Nell. *de bannit.in 1.par.2.temp.q.*37. Vbi quod ita dicunt communiter Doctores, *& q.*38. vbi, quod in hoc omnes Doctores ſequuntur Bart. vbi ſupra. Rip. *in l. ex facto. §. ex facto.num.*17. *verſ.ſecundo infertur. ff. ad Trebell.* Pract. Conrad. *rub.de contumac.& bannit.num.*33. *in fine.* Neuiza. *conſil.*73. *per totum*, vbi late comprobat, ptoponit contraria, & illis reſpondet. Ludou. Cat. *conſil.crim.diuerſ.*103. *num.*4. *tom.* 1. *in folio.* vbi de communi. Io. Sicar. *in addit.* ad Villalo. in commun.opin. *litera b.num.*6. Vbi plures refert teſtantes de communi opinione; Viui. *opi.* 79. *num.*3. Vbi de communi. Clar. *in §. teſtamentum.q.*20. *in princ.* vbi alijs relatis teſtatur de magis communi opinione. Bertaz. *conſil.*510. *nu.* 9. *lib.*2. Vbi alijs relatis hanc concluſionem, dicit communiter receptam, *& conſil.*489. *num.* 1. Vbi de communiori opinione. Gozzadin. *conſil.* 96. *nu.*6. Menoch. *conſil.*101. *nu.* 1. Vbi de recepta Doctorum ſententia, Bero. *conſil.*54. *num.*10. *lib.*2. *& conſ.*492. *num.*11. *lib.*5. Decia. *conſ.*86. *nu.*5. *lib.* 3. Vbi teſtatur de magis recepta opinione. Mich. Craſſ. *in tracta.de ſucceſſio.§.legatum.q.*8. *nu.*1. Simon.

mon. de Præt. *de interpr. vlt. volum. lib. 2. interpr. 2. dubit. 1. ſolut. 1. nu. 12. fol. 124.* Thob. Non. *conſ. 93. nu. 3.* Brunor. a ſole, *in ſuis qq. legalibus q. 16. nu. 3. & nu. 11. & nu. 24.*

b *Legitime*. Vigore Bullarum Apoſtolicarum res eſt expedita, quod Bannitus nec etiam ſuccedit in legitima ſibi debita in bonis paternis, & maternis ex ijs, quæ dicta ſunt in præcedenti addit. Verum circumſcriptis Bullis, aut ſimilibus ſtatutis, res pariter non tranſit ſine difficultate, Bald. enim *in l. ſi qua pœna. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, dixit, quod filio bannitò in ære, & in perſona nō debetur legitima in bonis Patris: fiſcuſque ex perſona filij illam petere nō poteſt, & Bald. ſic dicentem ſequuti ſunt Paul. de Caſtr. Alexand. Iaſon. Dec. & Curt. Iun. in locis relatis per Peregrin. (qui tamen eos non ſequitur, vt mox cum referam) *in tractatu de iure fiſci, lib. 3. tit. 7. num. 31.* Addo pro hac eadem opinione Catel. Cott. *in memoral. in verſ. bannitus ex crimine capitali.* Vbi etiam poſt Bartol. & Alexan. in locis per eum relatis, dixit, quod ex quo banniti habentur pro mortuis, hoc ideo non eſt neceſſe, vt in teſtamentis ei relinquatur legitima, nec fiſcus eius nomine poteſt eam petere, ex quo eius loco alter ſuccedit, & latius in verſicul. teſtamentum in quo pater, vbi alios refert concordantes, & alia ponit in materia, & Cottam refert Hippol. Rimin. *conſil. 195. ſub num. 3. lib. 5.* faciunt ſcripta per Decia. *conſ. 86. nu. 35. lib. 3.* Vbi conſuluit, filium non ſuccedere in legitima ſibi in teſtamento patris relicta.

Contrarium, quod imò banniti legitimā non amittant, & quod in caſu, in quo illa non venit in confiſcatione bonorum, ſicut ſunt capaces hęreditatis ſibi a iure communi delatæ, prout dixi in præcedenti addit. ita etiam ſuccedant in eadem legitima iure naturæ debita, late conſuluit idem Decian. *conſil. 64. num. 4. & ſeqq. libro 3.* Et dixit Peregri. *vbi ſupra dicto titul. 7. nume. 27. ad med. verſic. item, quod nec filius, &c.* Patrem non poſſe filium bannitum in teſtamento præterire, ex Corn. & Curt. Iun. in locis per eum relatis, *& num. 42.* pariter dixit, falſam eſſe Bal. deciſionem *in d. l. ſi qua pœna. ff. de ijs, qui ſunt ſui vel alieni iu-*

* *ris*, & quod etiam contra Bald. ſtat communis opi. præter quam in duobus caſibus. Primo in filio bannito, pro crimine læſæ maieſtatis, ſecundum terminos *l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt.* Secundo, vt in vita Patris filio non debeatur legitima, adeo vt fiſcus ex illius perſona, illam capere poſſit, prout ſcripſerunt Clement. & Gig. in locis per eum relatis. Sed extra hos duos caſus bannitum minime legitima priuari, affirmat Peregr. *in loco præcitato.*

c *Comprehendit*. Reſtitutus a Principe etiam cum clauſula, vt cenſeatur reſtitutus ad ſua bona, vel ad bona amiſſa propter bannum, non recuperat hæreditatem alteri tempore banni quæſitam, propter eius incapacitatem, niſi expreſſe fuerit dictum, vt cenſeatur etiam reſtitutus ad bona non quæſita, ſecundum Boſſ. *in titul. de reſtit. quæ fiunt a Principe poſt bellum. nume. 15.* Ad quam materiam vide omnino, quę dixit D. meus Farinac. *in practic. crim. parte 1. tit. de inquiſit. q. 6. num. 37.* & præcipue ibidem allegatum Oddum *de reſtitut. in integ. q. 66. artic. 1. nume. 7. & ſeq.* & Peregr. *de iure fiſci. lib. 5. titul. 2. num. 54. verſic. in hac doctorum varietate*, qui propoſita per eos regula, quod bannitus non recuperet hæreditates tempore banni ſibi delatas, & alteri propter eius incapacitatem acquiſitas, illam limitāt, & declarant pluribus modis, quos apud eos videre poteris, & adde Marcabr. de Anguill. *conſil. 84. nume. 201.* Vbi quod bannitus, cui ſimpliciter eſt remiſſa pęna banni, & cōdemnationis, vel cui plena gratia facta eſt, aut etiam reſtitutus, non recuperat hæreditates alteri quæſitas ſiue apprehenſas, ſiue non apprehenſas, Decian. *conſil. 86. num. 6. 7. & 8. iuncto num. 42. & ſeqq. lib. 3.* Vbi relatis Paul. de Caſtr. Crott. & Natta in locis per eum citatis, contrarium tenentibus, illiſque reprobatis, cōſuluit, bannitum etiam generaliter, ſeu pleniſſime, ex gratia reſtitutum, non cenſeri vllo pacto reſtitutum ad hæreditates, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato tempore banni, & incapacitatis ſibi delatas, & ſiue apprehenſas, ſiue non apprehenſas ab alijs; & multo minus tales hæreditates recuperabit, ſi non niſi aduerſus delictum, & eius pęnam fuerit reſtitutus, & ab illo abſolutus. Hippol. Rimin. *conſil. 595. nume. 7. & 8. lib. 5.* Vbi pariter, quod ſimpliciter reſtitutus non cenſetur reſtitutus ad hæreditatem alteri delatam. Adquę etiam vide omnino Rot. *diuerſ. deciſ. 515. nu. 2. & ſeqq. tom. 1.*

d *Futura*. Bona futura regulariter veniunt in confiſcatione, & propterea ſi poſt bannum, & cōfiſcationem bonorum deferatur bannito aliqua hæreditas: & tunc, aut bannitus illius hæreditatis capax eſt, aut incapax. Primo caſu hæreditas, non fiſco, nec venientibus ab inteſtato, ſed ipſo bannito acquiritur. Secundo autem caſu venientibus ab inteſtato defertur; ſic enim materiam hanc latius explicauit D. meus Farinac. *in ſua pract. crimin. in titul. de delict. & pœnis. q. 25. nume. 138. & ſeqq.* Verum, quando idem bannitus ſit capax hæreditatis ſibi delatæ, vel non, vide pariter latiſſime explicantem eundem D. meum Farinac. *in d. practic. crimin. parte 2. quæſtio. 102.* vbi ad ſaturitatem ponit, quid amittant banniti propter bannum.

e *Translate*. De hac materia, an ſcilicet, & quando bannitus reſtitutus, & aggratiatus cenſeatur etiam reſtitutus ad bona in alium tranſlata, vide regul. negatiuam cum quatuor ampliationib. & quinque limitationibus poſitam per D. meum Farin. *in ſua pract. crim. p. 1. tit. de inquiſit. q. 6. num. 33. & ſeqq.*

f *Sanguinis*. Bannitus, an amittat iura ſanguinis, filiationis ſcilicet, cognationis, & agnationis? facere potes concluſionem negatiuam, ſed quomodo eadem concluſio intelligatur, & quo ad quem effectum, vide declarantes Alexand. *conſil. 75. poſt num. 8. verſic. pro hoc facit. lib. 1.* Catel. Cotta *in memoral. verſ. bannitus ex crimine capitali.* Petra Plac. *in Epitom. delict. cap. 44. num. 1.*

in fi-

in fine. Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *Gloſ.* 9. *num.* 29. Io. Petr. Surd. *in tracta. de alimen. titulo* 1. *q.* 17. *num.* 25. Decian. *conſil.* 86. *num.* 35. Peregrin. *de iur. fiſci. lib.* 3. *titulo* 7. *num.* 18. Thob. Non. *conſil.* 112. *num.* 1. *in fine, & num.* 7. An autem bannitus ammittat patriam poreſtatem, vide declarantem Dominum meum Farinacium, *in ſua pract. crim. parte* 2. *tit. de varijs, & diverſ. quaſt. q.* 102. *num.* 15. *& ſeqq.*

Fam. Cent. I. V. D. *Galeſ.*

R V B E I

Hiſpalen. Matrimonij 15. *Aprilis* 1580.

ARGVMENTVM.

Teſtes examinati in cauſa criminali, non faciunt fidem plenam in cauſa ciuili, ſed adminiculum.

S V M M A R I V M.

Teſtes examinati in cauſa criminali non faciunt fidem in cauſa ciuili. nu. 1. *& quid è contra, & de materia, in addit. litera A.*

Teſtes examinati in cauſa criminali, faciunt aliquod adminiculum in cauſa ciuili. nu. 1.

Teſtes examinati in vno iudicio criminali non faciunt fidem ſeu indicium in alio iudicio criminali, in addition. litera A.

Teſtes in vno iudicio examinati, quando fidem faciant in alio generaliter, & remiſſiue, in add. lit. A.

D E C I S I O XVIII.

1 FVit reſolutum, quod in caſu iſto Teſtes exa-
a minati in cauſa criminali, [a] non faciunt fidem in cauſa ciuili, ex allegatis per informantes, pro Maria: Dixerunt tamen Domini iſtos teſtes poſſe deſeruire pro adminiculo.

A D D I T I O.

a *In cauſa criminali.* Ad hanc materiam, an ſcilicet, & quando teſtes examinati in vno, fidem faciant in alio inter eaſdem, ſiue diuerſas perſonas, vide Bart. Iaſ. & alios in *l.* 2. *C. de edendo.* Felyn. vltra alios Doct. *in c. cauſam, de teſtibus*, Abb. *in c. penult. de re iudic.* Rip. *reſpenſ.* 1. *num.* 14. *tit. de iuriſd. & Imper.* Pariſ. *conſ.* 87. *nu.* 48. *lib.* 3. Diaz. *reg. ul.* 260. Adden. ad Marheſ. *ſing.* 191. Menoch. *de arbitr. quaſt. lib.* 2. *caſ.* 111. Pract. Corrad. *de offic. Prætoris, in cauſis ciuilibus rub. dicta teſtiū aſſumendo. nu.* 52. Vbi ex Felyn. in loco præcitato ponit regulā, eamque ampliat, & limitat pluribus modis, *fol. mihi* 140. *& de offic. prætoris in cauſis criminalibus rub. de negatione crimin. & tormen. num.* 24. *ante finem, in verſ.* 25. *fol.* 295. *col.* 1. Vbi in ſpecie ponit, an teſtes examinati ſuper vno proceſſu contra vnum, faciant indicium contra alium ſuper alio proceſſu, tam ad inquirendum, quam ad torquendum. Monticell. *in repert. teſtium, folio mihi* 176. *col.* 1. *verſicul.* 5. Vbi an teſtes examinati in iudicio ciuili poſſint repeti in iudicio criminali, *& fol.* 263. *& ſeqq. vſque ad fol.* 266. Vbi generaliter, an teſtes examinati in vna cauſa, iudicio, ſeu inſtantia tam ciuili, quam criminali, fidē faciant in alio iudicio, cauſa, ſeu inſtantia.

Fam. Cent. V. I. D. *Galeſ.*

ILLVSTRISSIMI ET REVER. D. Lanceloti olim Cardinalis,

Romana Incendij Veneris 17. *Iunij* 1580.

ARGVMENTVM.

De immittente ignem comburendo ſtipulam in Agro ſuo, quod teneatur, ſi ignis percurrat in agrum vicini ad damna, & intereſſe, quando in die ventoſo ignem immiſit.

S V M M A R I V M.

Ignem immittens in die ventoſo in ſtipulam ſuam comburendam, ſi ignis vlterius euegatur, & alteri damnum intulerit, culpæ reus eſt. nu. 1. *& in add. lit. A. Vbi de materia, præſertim, ſi requiſitus noluit expectare tātum tempus, vt futuro damno reparari potuiſſet.*

Famulus non excuſatur parendo Domino ſuo in damnum tertij. nu. 2.

Verba quantumuis generalia, reſtringuntur ad id, quod æquum eſt, & ne indebite quis damnum patiatur. nu. 2. *in fine, & & in add. lit. B. Vbi remiſſiue plura de reſtrictione verborum generalium, & vniuerſalium.*

D E C I S I O XIX.

1 FVit concluſum, quod ſententia Gubernatoris eſt iuſta, & propterea exequenda, quia de iure communi immittens in die ventoſo ignem in ſtipulam ſuam comburendam, ſi ignis vlterius euagatur, & alteri damnum intulerit, culpæ reus eſt, vt dicit tex. *in l. qui occidit.* §. *qui in hac actione, ff. ad l. Aquil.* & probatur etiam *in cap. ſi egreſſus. de iniur.* ſed tempore, quo ignis

ignis fuir immiſſus in hoc caſali, flabat vẽtus, vt probanr teſtes: Ideo Philippus Pannella, qui immiſir dictum ignem, dicirur fuiſſe in manifeſta culpa, iuxta tex. *in l. ſi putatur. ad l. Aqui.* Accedit qualiras facti, quia pluries, & enixe rogatus ab agentibus Illuſtr. D. Ioannis Petri, vt veller expectare per diem, vel per ſex, ſiue vnam horam ad hoc, vr huic fururo damno potuiſſet reparari, obſtinate reſpondit nolle; proferens mulra verba denotantia eius obſtinatum animum, vt deponunt teſtes.

a Nec poteſt excuſari ex iuſſu Domini, qui pręceperat ignem dicta die immitti, quia non tenebatur ei parere in damnum tertij, vt late per Dec. *in l. velle non videtur. numero 3. de regul. iur.* Prout nec obſtat ſtatutum artis agriculturæ, & pactum appoſitum in locatione; quia vrrumque non debet ita amare intelligi, vt non admittanr ſupradictam interpretarionem, quia verba

b quantumuis generalia [b] reſtringuntur ad id, qđ æquum eſt, ne indebite quis damnum patiatur. Gloſ. & Doctores, *in l. fina. §. in computatione. C. de iur. delib.* Aym. *late conſil. 3. num. 6. cum ſeq. & praced. &c.*

ADDITIONES.

a *Euagatur.* Vide in hac materia ignis dati in vno agro, & percurrentis in alium, Bonifac. de Vitell. *in tit. de incendiar. & in tit. de damno dato. num. 28.* Firman. *in repert. in verbo, incendium, nu. 16.* & omnino Carauir. *conſil. crimin. diuerſ. 116. tom. 2. per totum,* & Iac. Port. Imolen. *conſ. 72. pariter per totum.*

b *Quantumuis generalia.* Longum eſſet ponere omnes caſus, & modos, quibus, & generalia, & vniuerſalia verba reſtringũrur. Nec etiam breue eſſet, remiſſiue Doctores referre, qui marcriam pertractãt, prout lariſſime pertractauir D. meus Farinac. *in ſuis quaeſt. ciuil. ſub titulo, de verb. ſignif.* vnde pro nunc ſufficiat mihi lectorem remittere ad Socin. *reg. 229.* Aym. *conſ. 3. & conſ. 294.* Tiraquel. *de retract. §. 1. gloſſ. 7. nu. 20. & ſeqq.* Duen. *regul. 133.* Nicol. Euerar. *in loco, de generalitate, prope finem.* Franc. Hercul. *in tract. de negatiua. num. 85.* Oſaſc. *conſil. 64. num. 62. & Deciſ. Pedemon. 90. nu. 16. & ſeqq. & deciſ. 119. num. 8. & deciſ. 167.* per totam in diſcurſu. Rolan. *conſ. 60. nu. 47. & ſeqq. & conſil. 61. num. 43. & ſeqq. & conſil. 74. num. 54. & ſeqq. & conſil. 86. num. 48. & num. 73. & conſil. 96. num. 12. & ſeqq. num. 28. & ſeqq. & nu. 48. libro primo.* Hippol. Riminal. *in §. 1. nu. 49. Inſtit. per quas perſon. ius nob. acquir.* Bertazol. *conſil. 76. num. 7. & ſeqq. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. quaeſt. lib. 2. caſu 54. num. 17. & ſequen. & caſu 316. nu. 32.* Cephal. *conſ. 115. nu. 6. & ſeqq. & conſ. 144. nu. 25.* Thob. Non. *conſ. 95. num. 7.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1157. num. 92.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ILLVSTRISSIMI, ET REVER.MI D. Lancellotti olim Cardinalis.

Viennen. Archidiaconatus. Prima Iulij 1580.

ARGVMENTVM.

Ponuntur in hac deciſione aliqua notabilia ſuper probatione metus ad effectum reſcindendi inſtrumentum, quod dicebatur metu celebratum: Nec non ſuper veritate inſtrumenti, quod pariter tanquam falſum improbabatur.

SVMMARIVM.

Ceſſio iuri, liti, & cauſæ, valida eſt regulariter. nu. 1.

Teſtes examinati parte non citata, & lite pendente in alio iudicio non probant. nu. 1. & nu. 3.

Teſtes de auditu a parte nihil probant ad fauorem ipſius partis. nu. 1.

Clauſula non vi, aut metu, ſed ſponte, &c. appoſita in inſtrumẽto excludit præſumptionem metus, nu. 1. ante finem. Declara, vt in addit. lit. A.

Metus præſumptio excluditur, quando in inſtrumento exprimuntur cauſæ, quibus quis ad ſic contrahendum adducitur, nu. 1. in fine.

Metus excluditur ex præſentia amicorum, nu. 2. & in add. lit. B. vbi de materia.

Metus præſumptio in inſtrumento maxime excluditur per ſubſcriptionem eiuſdem inſtrumenti. nu. 2. Declara, vt in add. lit. C.

Metus etiam ex interuallo præſumitur, quãdo durat illius cauſa. nu. 2. in add. lit. C.

Inſtrumenti vnica ſcriptura poteſt continere plures cõtractus, num. 4.

Reſignatio beneficij facta a procuratore habente ſpeciale mandatum valet, & tenet. nu. 3.

Inſtrumenti fides non dicitur vacillare, ſi illud comprobatur a duobus teſtibus. nu. 4. in fine.

Inſtrumenti veritas coadiuuatur ex adminiculis. nu 5.

Inſtrumẽtum maxime præſumitur verum, ſi fuit ſubſcriptum a parte. nu. 5.

Inſtrumenti veritas maxime præſumitur ſi probetur, quod ante illius ſtipulationem fuerit confecta aliqua minuta. num. 5.

Inſtrumenti prætenſa falſitas maxime excluditur ex fidelitate Notarij. num. 5. in fine, & ibi in addit. L. D. vbi de materia.

Ceſſio litis ſuper beneficio, an poſſit fieri in manibus alterius, quam Papæ, nu. 6. in fine.

DECISIO XX.

1 DVbitaui in hac cauſa, ſtantibus nonnullis pręſuppoſitis, an ceſſio ſit valida. Et die veneris

Digitized by Google

neris prima Iulij 1580. informante tantum parte
D. Ioannis de Gado: quia pars D. Didaci Pereſ.
ſæpius monita neglexit informare, fuit reſolutũ
pro validitate ceſſionis, tam facta in partibus,
quam facta in curia. Quo enim ad iſtã factam in
partibus conſtat, quod ipſemet D. Didacus in
manibus R. D. Prouiſoris Giennẽſis coram No-
tario, & teſtibus, ceſſit iuri, liti, & cauſæ ſuper di-
cto Archidiaconatu in fauorem dicti Domini de
Gado prouiſi Apoſtolici. Qui R. D. Prouiſor di-
ctam ceſſionem admiſit; & non obſtat, quod te-
ſtes examinati in partibus videãtur deponere de
vi, & metu illato D. Didaco per R. D. Epiſcopũ
Giennenſem; quia pręter id, quod dicti teſtes fue
runt nulliter examinati parte non citata, & lite
in Rota pendente, iuxta *c. 2. cum ibi notat. per Doc. de teſtibus*: tamen nullum probãt metum, niſi de
auditu ab ipſo Didaco, cuius dicto tãtum abeſt,
vt ſtari debeat, quòd immo ipſe contrarium cum
iuramento aſſeruit in dicta ceſſione, dum dixit, ſe
a libere, ſponte,[a] & non coacte facere dictam ceſſio
nem cum alijs amplis verbis denotantib. eius li-
beram voluntatem: Maxime cum in dicta ceſſio-
ne expreſſerit cauſas, quibus motus fuerit ad ita
cedendum, nempe, quia lite pendẽte in Rota fue
runt nonnulla dubia contra eum reſoluta, & pro
pterea ad euitãdas vlteriores expenſas, & inquie
tudines tam corporales, quam ſpirituales, quę ex
litib. oriuntur, & propter dubium earum euentũ,
ac etiam pro amplectenda pace tantopere a Deo
commendata, & omni meliori modo, & in perpe
tuum declarauit ſe a lite recedere.

a Accedit etiam præmiſſis, quod teſtes, qui inter-
b fuerunt dictę ceſſioni, ſunt valde amici[b] D. Di-
daci, vt ipſi dicunt, & ipſe etiam Didacus ſe ſub-
c ſcripſit[c] manu propria dictę ceſſioni, ex quo tolli
tur omnis præſumptio metus per iura vulgaria.

3 Quo vero ad ceſſionem factam in curia, minor
etiam fuit difficultas, ſi quidem facta fuit per eius
ſpecialem Procuratorem habentẽ ſufficiens man
datum, qui in manib. Papę ſimiliter ceſſit in illius
fauorem, quę ceſſio fuit admiſſa per Papam, & de
illa prouiſus dictus Dominus de Gado, qui hanc
ceſſionem informiter publicauit.

4 Non obſtant, quæ contra dictum mandatum
obijciuntur. Et pri. ꝙ teſtes inſtrumentarij exa-
minati depoſuerunt, ꝙ in partib. non fuit factum
aliud inſtrumentũ, niſi illud dictæ ceſſionis, quia
reſpondetur hoc quiſquam non obſtare, quia nõ
eſt eis danda fides, cum fuerunt examinati parte
non citata, & lite etiam pendente in Rota, vt ſu-
pra dictum. Pręterea potuerunt falli iſti teſtes ex
eo, quia tam dicta ceſſio quam dictum inſtrumen
tum mãdati fuerunt facta eodem die, coram eiſ-
dem Notarijs, & teſtib. vnde facile potuerũt cre-
dere fuiſſe vnicum tantum inſtrumentum, & vni
cam ſcripturam dictæ ceſſionis, & propterea de-
nuo examinati dicti ex eis depoſuerũt melius re-
cordati ſuper veritate dicti mandati, quib. duob.
teſtib. ſtantib. non vacillat fides dicti inſtrumen
ti, vt no. Doc. & ibi Abb. *in c. cum Ioan. n. 14. de fide inſtr.* gl. & Doct. *in l. 1. quemad. teſt. aper.*

5 Accedunt præmiſſis plena adminicula ſuadẽtia
veritatem dicti mãdati. Et primo quia originalis
nota dicti inſtrũ, eſt ſubſcripta ab ipſomet D. Di-
daco, cuius ẽt manus fuit recognita ꝑ ſex teſtes,
quorũ aliq̃ viderũt illũ ſubſcribere. Accedit, quia
ante ſtipulationẽ, vt dicũt teſtes, fuit cõfecta mi
nuta dicti mãdati, & cõcordata per partes: Nota
d rius ẽt rogatus eſt ꝑſona[d] fidelis, & ſacerdos, qđ
in hac materia cõſiderat Abb. *in d. c. cũ Ioan. n. 13.*

6 Veriſimile eſt ẽt dictũ mãdatũ, nã cũ in eo nar-
ret hanc litẽ & alias cãs, ꝑꝑ quas ceſſit in manib.
Prouiſoris, ſubdit ſe ẽt cõſtituere Procuratorem
ad cedendũ in manib. Papæ pro abundãtiori cau
tela, & pro maiori cõfirmatione prioris illius ceſ
ſionis, & hoc cõſuetũ eſt fieri pro ſecuritate eius,
in cuius fauorẽ fit ceſſio ad tollẽdã dubitationẽ,
q̃ oriri ſolet, an ſc. huiuſmodi litis, & cauſę ceſſio-
nes poſſent fieri in manib. alterius ẽt Auditoris
cauſæ q̃ ipſius Papę, vt ꝑ Rot. *in dec. 306. in nou.*
& per Doct. vbi Iaſ. *in l. poſtquam liti. C. de pactis.*

ADDITIONES.

a *Sponte.* Iſta clauſula in caſu huius deciſionis be
ne operatur ad excludendum metũ, quia ille non
fuit probatus aliunde quam per teſtes de auditu
ab eo, qui ſibi metũ illatum prætendit; ſecus om-
nino crederem, ſi aliunde de metu cõſtaret. Is. n.
nõ cenſeretur purgatus per clauſulam p̃dictam,
quia eadẽ facilitate, qua quis inducitur propter
metum ad contrahendum, eadem etiam facilita-
te inducitur ad apponẽdum omnes clauſulas in
contractu, prout in ijs terminis ſcripſerunt In-
noc. *in c. ſuper hoc. extra de renunc.* quẽ refert, & ſe-
quitur Bal. *in l. obſeruare. §. proficiſci. q. 13. ff. de offi. Procõſulis*, cum alijs late cumulatis ꝑ Rol. *in conſ. 2. n. 71. & ſeq. lib. 1. & conſ. 100. n. 133. & ſeq. lib. 4.*
& per Menoch. *de recup. poſſeſſ. remedio 1. nu. 291. & ſeqq.* & per Cæph. *in conſ. 34. nu. 34. in fine lib. 1.*
& alibi paſſim, & communiter Doct.

b *Amici.* Amicorum, & coniunctorum pręſentia
regulariter excludit præſumptionem metus, ve-
rum non ſemper procedit hæc concluſio, quia
quandoq; etiam ex tali præſentia metus non ex-
cluditur, ideo ad hanc materiã vide Boe. *dec. 100. nu. 7. & ſeq.* vbi facit regulam cum tribus limita-
tionibus. Cepol. *caut. 221. nu. 3. & ſeqq.* Aym. *cõſ.* 114. Diaz. *reg. 532.* Nouell. *reg. 221. nu. 1.* Socin.
iun. *conſ. 67. nu. 38. & ſeq. p. 2.* Cæph. *conſ. 142. nu. 9. & 53. & conſ. 208. nu. 9.* Simoncell. *in tract. de decreto. lib. 1. tit. 1. nu. 59.* Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucen. 18. nu. 1. & 2. p. 1.* Menoc. *in tract. de præſump. lib. 3. præſump. 128. per totam.*

c *Se ſubſcripſit.* Aduerte, ꝙ hæc ſubſcriptio opera-
tur, (prout dixi in præcedẽti additione) excluſio
nẽ metus in caſu iſtius deciſionis, qa aliunde nõ
cõſtabat de metu: ſed ſi de metu conſtitiſſet, hæc
ſubſcriptio nullũ ꝓduxiſſet effectũ, ẽt ꝙ interue-
niſſent (ꝙ plus eſt) ex interuallo poſt celebratio-
nẽ inſtrumenti, ſic eadẽ cauſa metus perdurabat,
ad tradit. per Bal. *in l. 2. col. 2. ver. ſed quæro. C. de his quæ met. cau.* Alex. *conſ. 1. li. 3.* *Deci. Pedem. 177. n. 8. & ſeq.* Ioſeph. Lud. *in dec. Luc. 18. n. 1. & ſeq. p. 1.* &
eſt rõ, qa metus ſemel illatus ſp durare p̃ſumitur.
Maſ. *de prob. li. 2. cõcl. 1051. n. 34. & ſe.* vbi declarat.

Ter-

Digitized by Google

d *Perſona fidelis*. Bona fama Notarj ſicut excludit pręſumptionem falſitatis inſtrumenti per ipſum rogati, ad allegatos per Maſcar. *de probatio.lib.2.concluſ.*740.*nu.*27.Ita ècontra mala eiuſdem Notarij fama valde arguit falſitatem inſtrumenti.Anan. *conſil.* 39.*nu.*2. Aym.*conſil.*134.*nu.*34.Boſſ.*in titul.de falſis.nu.*7.*Deciſ.Pedemont.*117.*num.*11.Franc.Marc.*deciſ.Delphin.*163.*nu.*6.*p.*1. Decian.*conſil.*100.*nu.*42.*lib.* 2. Maſcard.*d.lib.*2.*concluſ.*1094.*nu.* 20.*&* 21. vbi idem de Notario ſagaci,& verſuto, *& d.conclu.*2740.*nu.*26.*& nu.*30.*&* 31. vbi quod iſto caſu mala fama Notarij, & quod ſit ſolitus falſitates committere, probatur per teſtes, dicentes, eius perſonam eſſe ſuſpectam, & malæ famæ, etiam quod non appateat, quod alias fuerit de falſo condemnatus.

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

VICECOMITIS.

Hortana bonorum Die 28. *Nouemb.*1580.

ARGVMENTVM.

De materia incurſus pęnę vigorę Bullæ Alexandrinę: plura explicantur notabilia,de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

*Offenſio in dubio præſumitur facta occaſione litis, ad effectum incurrendi pœnam Bullæ Alexandrinæ.nu.*1

*Bulla Aexandrina comprehendit etiam offendentes extra curiam,quando lis eſt iu curia.nu.*2

*Confeſſio facta in precibus, plene probat contra confitentem, nu.*3.

*Pacis inſtrumentum probat delictum,num.*3. *& in additionibus lit.B.*

*Contumacia vltra annum operatur, vt contumax habeatur pro confeſſo.nu.*3.*in fin.*

*Appellationis inſtantia deſerta ob non illius proſequutionem, non cenſetur deſerta inſtantia nullitatis, & quando. nu.*4.

*Solutio pœnæ facta per affines delinquentis probat delictum contra ipſum delinquentem,nu.*5.

*Inquiſitor repreſentat partem intereſſatam,nu.*5.*iu fine.*

*Offendens aliquem ex cauſa litis,eſt excommunicatus ipſo iure abſque alia declaratoria, ita quod agere amplius non poteſt,nu.*6

*Excommunicatus ſemel non præſumitur abſolutus,niſi de abſolutione doceat,nu.*6.*in fine.*

DECISIO XXI.

a FVit reſolutum, eſſe locum Alexandrinæ [a], cũ Ludouicus aduerſarius Sulpitiam collitigantem,& præſertim tempore, quo lis in curia vigebat,vulnerauerit;ideo cauſa litis id feciſſe præſumi,dixit Put.deciſ.103.li.1.in manu ſcript. verba enim conſtitutionis ſunt admodum clara, quod offendentes Procuratorem, aut principales ex cauſa litis amittunt omne ius, quod in cauſa haberent:militat,& ratio iſtius conſtitutionis, impedimentum,videlicet curſus litis.

2 Nec Dominos mouit ratio per informantes ex aduerſo adducta, quod videlicet offenſio fuerit extra curiam facta, & ideo non intrare verba conſtitutionis;quia dixerunt alias fuiſſe per Dominos reſponſum,vt ea comprehendat offendẽtes etiam extra curiam, vt teſtatur Put. *dec.* 102. *lib.* 1. & quia ex poſt fuit ſequuta pax inter eos, DD.intendunt particulariter videre, an dicatur tale ius remiſſum.

ALIA DECISIO.

3 Et in eadem Lunæ 13. Martij 1581. Quæſtio erat,an ex præſuppoſitis per ambas partes,cõſtaret de offenſione Ludouici ;et an tempore prætenſæ offenſionis lis eſſet finita ſaltem, quia ſententia tranſierat in iudicatum.& quoad primam partem dubij fuit reſolutum affirmatiuè tum ex eius propria confeſſione facta in precibus, quæ contra eum plenè probat *l. cum precum. cum vul-*
b *ga.C.de lib.cauſ.* tum etiam ex inſtrumẽto pacis, [b] quod delictum præſupponit, facit optimè *l. quoniam.ff.de ijs qui notan.infam.* tum etiam ex contumacia,quæ vltra annum operatur, vt contumax habeatur pro confeſſo.

4 Quoad ſecundam dixerunt,negari non poſſe, quin lis tempore offenſionis penderet in curia; nam ſententia A.C. non fuit lata ſuper negocio principali,ſed ſuper nullitate proceſſus tantum; ideo licet tranſierit in iudicatũ,ob non protogata fatalia in eo,quod declarauit ſententiam nullam,non tamen trãſiuit quoad negotium principale,ſed lis remanſit in ſuo ſtatu, ad cuius proſequutionem poſtea redit de anno 1576.Prætereà Domini conſiderarunt, quod Ludouicus cõmitti obtinuit nedum cauſam appellationis a ſentẽtia A. C. ſed etiam nullitatis ; quo caſu licet ob non proſequutionem appellationis deſeratur inſtantia appellationis non eſt tamen deſerta inſtantia nullitatis,ſi Bal. credimus *in l. tale pactũ, §.qui prouocauit.n.*12.*verſ.ſecundo caſu.ff. de pactis,* nec reſponſiones ex aduerſo datę, Dominis placuerunt ; & ideo dixerunt, cum conſtet de offenſa durante lite, locum eſſe Alexandrinæ.

ALIA DECISIO.

6 Et die 19. Iulij 1581. Iterum in dubium fuit reuocatum pro parte Ludouici Roſci, an ſuffi-

cienter dicatur probata offenſio, ad effectum incurrendi pænas Alexandrinę? & Domini ſteterunt in iam deciſis ſub die 13. Martij prætenſis anni rationib. & legib. in deciſione iã data: Hoc inſuper addito, quod ſolutio pœnæ facta per affines ipſius Ludouici, vt fiſcum impediret, ne ad vlteriora procederetur contra ipſum Ludouicum, præſumitur facta de illius conſenſu, & voluntate, & ſic probat delictum, ad trad. per Abb. *in c. cũ cauſam, nu. 19. de teſtib.* adeſt, & confeſſio facta coram iudice requirente, quæ probat in fauorem eius, cuius intereſt, quia inquiſitor repræſentat partem, Bal. *in l. 2. nu.* 25. vbi Alex. *nu.* 28. & Cur. iun. *nu.* 115. *C. de eden.* cum igitur conſtet de offenſa, locum eſſe Alexandrinæ, non eſt ambigendũ.

ALIA DECISIO.

6 Et Mercurij 13. Iunij 1582. Domini dixerunt, Ludouicum agere hodie non poſſe, ex quo iam fuit reſolutum, incidiſſe in Alexandrinam, quæ ſententiam excommunicationis ipſo iure infligit: Nec facit, quod requirat declaratoriam, quia huic obiecto recurrit ipſamet conſtitutio in illis verbis, *& poſtquam probabilibus conſtiterit argumentis aliquod ſcelus tam execrabile commiſiſſe, nullatenus excommunicationis amiſsionis depoſitionis aduerſus eum ſententia requiratur*; quod non niſi de declaratoria intelligi debet, cum tales per Bullã in Cęna Domini a ſummo Pont. (vt dicit Alexãdrina in d. conſtitutione) excommunicentur. vnde cum Papa dicat, non requiri ſententiam, neceſſario intelligit de declaratoria; ſemel autem excommunicatus, abſolutus non præſumitur. *c. ſicut nobis*, & ibi Abba. *de ſent. excom. gl. in c. propoſuit. de cleric. excom.* miniſtr. latè Couar. *in c. alma Mater. in* 1. *p.* §. 1. *nu.* 6.

ADDITIONES.

a *Alexandrinæ.* De materia vide ſupra duas deciſiones Tholomei, poſitas ſub die 26. Maij 1541. in vna Placentina vſurarum, & in alia Treuiſana feudi, & vide etiam aliam Deciſionem corã Cantucio die 10. Nouemb. 1581. de qua in impreſſis *inter diuerſas p.* 2. *dec.* 166. *incipiente Domini pro maiori parte, & alias duas deciſiones eiuſdem* Tholomei pariter *inter eaſdem diuerſas. p.* 3. *deciſ.* 868. *&* 869. & vide demum ſupra *conſ.* 67. vbi poſita eſt alia deciſio coram Illuſtr. D. Blanchetto, die 10. Nouemb. 1587.

b *Ex inſtrumento pacis.* Quando hæc concluſio vera ſit, & quando, & tam de pace quam de compoſitione reſpectiuè facta cum fiſco, aut parte, an. ſ. per eam quis videatur fateri delictum, vide Do. nicum Farinac. *in ſua pract. crimin. p.* 1. *tit. de inquiſit. quæſt.* 4. *nu.* 18. *& ſequent.*

Fam. Cent. I.V.D. Galeſ.

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Seraphini Card.

Laurinenſ. Canonicatus Mercurij 10. *Maii* 1581.

ARGVMENTVM.

De ſimoniaca patronorum electione, & illius probatione.

SVMMARIVM.

Simoniaca electio reprobata eſt. nu. 1.
Simoniaca dicitur electio etiam commiſſa cum vno ſolo patrono. nu. 1.
Simoniacus nõ eſt tractatus inter patronos, poſt obitũ pręlati de eligenda perſona ſucceſſoris, nu. 1. *vbi declaratur.*
Simoniaca eſt conuentio inter patronos poſt obitum prælati de eligendo certam perſonam, nu. 1
Simoniaca patronorum electio probatur per teſtes deponentes de publica voce, & fama de auditu a multis per confeſſionem prouiſoris, nu. 2
Simonia eſt delictum occultum, nu. 2.
Simonia quãdo nõ agitur de priuatione, ſed de ꝑlatione in concurſu admittit non concludentem probationem, num. 2.
Eligendus non eſt is, qui cauſam ſcandali in populo prębiturus eſt, etiam, quod nullum defectum pateretur, poſt nu. 2
Electio facta ſcienter de indigno inualida eſt, nu. 3.

DECISIO XXII.

1 Domini dixerunt, electionem fuiſſe ſimoniacam, & ideo reprobatam; Hoſtien. *c. bonæ, il* 2. *§. electionem. colum.* 2. & ibi Egid. *nu.* 14. *de electio.* etiam quod ſimonia fuiſſet commiſſa cum vno ſolo. *capit. nobis.* vbi Abba. *vbi nu.* 2. *de ſimon.* & licet tractatus poſt obitum Prælati, de eligenda perſona, ſit permiſſus, tamen illicita eſt conuentio de tali eligendo, vt per Imol. *d. cap. bonæ. nu.* 5. *& ibi Card. q.* 6.

2 Præterea hic præceſſit conuentio de reſignanda portione, vt probatur ex atteſtatione capituli, quæ eſt maximi ponderis, & ex publica voce, & fama per teſtes, nempe, Quartum; Nonum, & Decimum tertium, & alios de auditu a multis, & ex confeſſione prouiſoris, vt per Secundum; Quintum, Septimum, Octauum, & Duodecimũ teſtes, & hæc probatio eſt ſufficiens, maximè in delicto occulto, qualis eſt ſimonia. *cap. per tuas. de ſimonia. c.* 1. *de ſimon. in* 6. neque hic agitur de priuatione, ſed de prælatione in concurſu; neque eſt eligendus is, qui cauſam ſcandali in populo præbiturus eſt etiam, quod nullum defectum pateretur. Abb. *c.* 1. *nu.* 8. *de elect.*

3 Nec etiam videtur valere talis electio, ex quo conſtat ex confeſſione eiuſdem capituli præcedente, electionem fuiſſe factam ſcienter de indigno, ad *cap. congregato. de elect.*

ILLVSTRISSIMI, ET REVERMI D. Lancellotti olim Cardinalis.

Eluen. Præceptoria vlt. Ianuarii 1582.

ARGVMENTVM.

Reſignatio beneficij ſimoniaca, quando abdicet ius a reſignante, & quando ſimoniacus ipſo iure priuetur beneficio per ipſum reſignato.

SVMMARIVM.

Reſignatio beneficij conditionalis non adimpleta conditione, non inducit vacationem ipſius beneficij reſignati, nu. 1.

Reſignatio beneficij conditionalis facta in manib. ordinarij eſt ſimoniaca, nu. 2. & addit. lit. A, vbi de materia.

Reſignatio beneficij ſimoniaca ſemper tenet in præindicium reſignantis, nu. 2

Reſignatio beneficij ſimoniaca non abdicat ius a reſignante. num. 2.

Simonia inducit priuationem beneficij ipſo facto, quando ſimonia eſt realis; ſecus ſi conuentionalis. nu. 3

Simonia non dicitur realis ex eo quod effectuetur reſignatio, ſed quando vigore dictæ reſignationis aliquid datur, vel accipitur, nu. 2

Clauſula, non aliter &c. facit voluntatem conditionalem, nu. 4 & de materia in additionib. lit. B.

DECISIO XXIII.

1 MErcurij 7. Februarij, & die Lunę 12. eiuſdem, ſtanribus hinc inde deductis, an breue ſit ſufficienrer iuſtificatum in caſu, & ad effectum, de quo agitur; Reſolutum fuir, non eſſe iuſtificatum breue in ea parte, in qua dicitur, conſtito de reſignatione prædicta. Quoniam cum dicta reſignario non fuerit pura, & libera, ſed ad effectum vniendi cum clauſula, nõ aliter, nec alio modo, quæ vnio eſt inualida, prout nunc præſupponitur, vrique ius remanſir penes reſignantem; nec vlla fuit inducta vacatio, non adimpleta conditione. Abb. *in c. cum pridem. col. fi. de pact.* Mohed. *deciſ.* 183. *&* 341. Fab. *deciſ.* 40. Samen. *in reg. de trien. q. 27. in fine.* Peregr. *deciſ.* 20. Creſcen. *deciſ.* 234 *cum alijs.*

2 Non obſtar, quod reſignatio cõdirionalis facta in manibus ordinarij, ſir ſimoniaca,[a] Caſſad. *deciſ. 7. n. 6. & 7. de ſimon.* Rebuf. *de reſigna. cond. n.* 1. & proprerea reneat in præiudirium reſignantis. Quoniam reſignatio ſimoniaca non abdicat ius a reſignante. Rota *deciſ. 7. de renunc. in antiq.* Creſcen. *deciſ.* 232. Gemin. *conſ.* 125. *col. 1. dub. 1. &* fuir alias reſolurũ in cauſa Hadicen. corã Aldobrãdino 5. Marrj 1574 de qua hic ꝑ informãtes.

3 Et licet extrauagans, *cum deteſtabili. de ſimo.* indũcat priuationem ipſo facto tamen procedit in ſimonia reali, non conuentionali. Caſſa. *deciſ. 5. de conſtit.* & non dr̃ realis, quando effectuatur reſignatio, ſed quando vigore dictæ reſignationis aliquid datur, vel recipitur, vt per Caſſad. *ibidẽ in prin.* & fuit tentum in dicta cauſa Hadicen.

4 Nec obſtat etiam ille modus vacandi, qui deducitur ex eo, ꝙ reſignans ſciuerit, & paſſus fuerit, Capitulum, cuius menſę fuit facta dicta vnio capere poſſeſſionem beneficij reſignati: Quia ſtãte pręambula voluntate cõditionali, propter ſupradictam clauſulam, non[b] aliter, &c. dicta patiẽtia intelligitur ſub eadem conditione, ſcilicet, ſi valida fuerit vnio; & ita Domini reſoluerunt, inſpecto iure cõi, circumſcriptis duab. conſtitutionibus felic. rec. Pij Quinti, per quas prætenditur pro parte D. Scampſ. fuiſſe inductam vacationẽ, de quibus erit particulariter videndum.

ADDITIONES.

a *Simoniaca.* Adde quod non ſemper conditionalis reſignatio inducit ſimoniam, ſed tunc demum, quando illam præcedunt pactiones, & cõuentiones; ſic enim loquitur text. *in c. cum pridẽ. in verſ. nos ẽt non duximus. extra de pact.* Abb. *in c. non ſatis. poſt nu. 8. de ſimo.* Redoã. *in tract. de ſimo. p. 2. c. 10. ſub nu. 1. & ſeq.* quod ſi dictæ pactiones, & conuentiones non præceſſerint, nulla prorſus inducitur ſimonia ex conditionali reſignatione. gloſ. *in c. ordinationes. in verbo. pretio. 1. q. 1.* Innoc. *in c. tua nos. in fi. de ſim.* Archid. *in c. quicunq; verſ. item duplex eſt actus. 1. q. 1.* Summa Angelic. *in verbo. ſimon. il 3. n. 39. ver. verum renuncians.* Redoan. *d. c. 10. nu. 6. & 7.*

Præcedenribus aũt pactionib. & cõuẽtionib. reſignatio ſubſequens facta in manibus ordinarij, ſimon. eſt: Vnde ſecus in manib. Papę. Bero. *conſ. 87. nu. 7. lib. 1.* Caſſa. *tit. de ſimo. dec. 2. in fi. n. 7. & 7. in tit. de renunc. dec. 3. nu. 1. & 2.* Couar. *var. reſol. lib. 1. c. 5. ver. verũ Rom. Pontifex.* Redoa. *d. tract. de ſim. p. 2. c. 13. n. 1. & ſeq.* Decia. *in trac. crim. to. 1. lib. 5. c. 84. n. 9. ver. & ideo reſignatio. & verſ. & ideo ſi quis denunciat.* Rot. *diuerſ. to. 3. lib. 1. dec. 79.*

b *Clauſulam, non aliter &c.* Clauſula hæc, nõ aliter &c. inducit cõdirionem; Itẽ, & formam; Nec patitur, diſpoſitionem, cui adiicirur, recipere alium ſenſum quã verba ſonant. Imporrat etiam præciſam, & ſpecificam volũtatem intrĩn, ꝙ facit deficere conſenſum, ſi actus eo modo præcisè, & in ſpecie non geratur: eſt annullariua diſpoſitionis, in qua non interuenerint qualirates præcedenres, & abnegat actum alirer poſſe ſortiri effectum, quam expreſſum eſt. Hæc & alia ſimilia reperies ſcripta apud Rol. *in conſ. 63. n. 20. & ſe. lib. 1. & conſ. 43. nu. 12. lib. 2. & conſ. 59. n. 16. lib. 3.* Ceph. *conſ. 80. nu. 2. lib. 1. Dec. Peadem. 163. n. 13. & ſeq.* Menoc. *de arbitr. q. lib. 2. caſu 237. nu. 34.* & in materia vide latiſſime declaranrem Fulu. Pacean. *de probat. lib. 1. cap. 25. nu. 53. & omnibus ſeqq.*

Fam. Cent. I. V. D. *Galeſ.*

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER.

D.Seraphini Card.

Romana condictionis indebiti, Mercurij 19.Ianuarij, 1583.

ARGVMENTVM.

Vſura in ſocietate an, & quando committatur propter vniformē annuam prẹſtationem; quandove vſura excludatur, vel includatur, propter lucri qualitatem, vel inẹqualitatem.

SVMMARIVM.

Vſura arguitur ex vniformi annua præſtatione, nu. 2.

Vſura dicitur commiſſa in ſocietate, quādo ſocius in ea nullam poſuit pecuniam, & ẹqualiter participat de lucro proueniente ex pecunia conſocij, nu. 2. declara vt nu. 4.

Vſura non cadit niſi in mutuo vero, vel palliato, nu. 3.

Donatio poteſt fieri ſub conditione bene viſa ipſi donanti, nu. 3 in fine.

Dotis donatio poteſt fieri ſub conditione, nu. 3. in fine.

Vſuraria dicitur ſocietas, quando ambo ſocij ambæ habent æquales portiones in ſocietate, & tamen conueniunt, vt lucrum ſit inæquale, nu. 4.

Vſuraria dicitur ſocietas, quando ſocij habent in ſocietate portiones inæquales, & tamen conueniunt, vt lucrum ſit æquale, nu. 4

Solutionis formam poſſunt partes mutare, & reformare. nu. 4.

DECISIO XXIV.

1 IN cauſa Romana condictionis indebiti inter Illuſtr. DD. Ludouicum, & Valerium Vrſinos ex vna, & Illuſtr. D. Madalenam Strozziam de Anguillaria ex altera, dubitatum fuit, an ſententia in Capitolio lata, eſſet confirmanda; cum enim fuiſſet tradita nuptui Illuſtr. D. Lucretia filia D. Madalenæ Ill. q. bo. mem. D. Iordano Vrſino, cum dote 20. millium ſcutorū monetæ, quorum decem millia ſoluenda erant tempore ſubarrationis; Pro ſolutione verò reliquorum d. D. Madalena promiſerat eodem tempore ſe ſoluturam ſcuta octo millia; quorum octo millium, ſex millia deberēt inueſtiri in tot bonis ſtabilib. pro fundo dotali, quorum fructus per quatuor annos per d. D. Iordanum percipiendi, deberent cōſtituere ſortem principalem ſcutorum duorum millium, pro ſolutione reſidui præfatẹ dotis 20. millium, poſt vero dictos quatuor annos teneretur d. D. Iordanus dare d. D. Madalenæ ſingulis annis ſcuta trecentaſexaginta durante eius vita naturali, cumq; depoſitata fuiſſent ſcuta 5250. auri in auro ex pecunijs proprijs dotalibus d. D. Madalenæ in Banco DD. de Monteacutis, pro ſolutione dictorum ſcutorum ſexmillium inueſtiendorum, præfati D. Iordanus, & D. Madalena deuenerunt ad huiuſmodi conuentionem, nempe, vt pecuniæ præfatẹ depoſitatæ pænes Monteacutos leuarentur de dicto Banco, & inueſtirentur in emptione grani, depoſitandi penes perſonas confidentes, & ex retractu venditionis dicti grani; Primo reponeretur ſors principalis penes Bancum; ex reſiduo vero D. Iordano ſolueretur id, quod ei deberetur, vſq; ad integralem ſummam ſibi promiſſam nomine dotis: reſiduum verò diuideretur inter prædictas partes. Cūq; poſtea morte D. Iordani diſſolutum fuiſſet matrimonium, & veniret dos reſtituenda, & ex dicto grano factum fuiſſet notabile lucrum aſcendens ad ſcuta pluſquam 4. millium ſcurorū auri, ex eis fuerunt per hæredes D. Iordani ſoluta d. D. Madalenæ ſcuta 2. millia complementi dotis, & reſiduum diuiſum inter ambas partes, prout in ſchedulā diuiſionis; his ita peractis Illuſtr. DD. Ludouicus, & Valerius *prætēdentes* huiuſmodi ſolutionem fuiſſe indebite factam, commiſerunt cauſam repetitionis tanquam indebiti, & nitebantur duplici fundamento.

2 Primo, quia prætendebant, pactum illud de ſoluēdo poſt quatuor priores annos annuatim D. Madalenæ ſcuta 360. eſſe vſurarium propter vniformitatem præſtationis, *ad conſ. Dec. 116.* Secundo, quia hanc ſocietatem aſſerebant iniuſtā, & illicitam ex eo quod cum D. Madalena nihil proprium in hac ſocietate haberet, cum pecuniarum dominium eſſet penes d. D. Iordanum, nihilominus ipſa participauit ẹqualiter de lucro ex aliena pecunia proueniente, contra glo. & Azon. *in l. ſi non fuerit. pro ſoc.* Dec. *in l. ſi paſcenda. in ſecund. no.* qui teſtatur cōmunem, Coua. *variar. reſ. lib. 3. c. 2. nu. 3. verſi. ego ſane*, cum alijs per cum allegatis.

3 Fuit tamen per DD. vnanimiter concluſum, non competere Illuſtr. DD. Vrſinis condictionem indebiti, non quidem ex eo capite inualiditatis pacti, de quo in conſtitutione dotis, quia vſura non cadit, niſi in mutuo vero, *vel palliato. c. conſuluit. de vſur.* & patet ex diffinitione vſuræ, de qua per Doc. *in rub. de vſur.* & ibi Bero. *nu. 37. verſ. ſed præmiſſis*, & hic nullum cadit mutuum nec verum nec palliatum, ſed eſt dotis datio ſub illa conditione, quam quis rem ſuam donando poteſt apponere *l. res quæ in fine*, vbi Bal. *C. de iur. dot. l. inter virum, & ibi glo. de pact. dotal.*

4 Neque ſecunda ratione inæqualitatis ſocietatis, nam omiſſo, quòd contra opinionem gl. & Azon. multi tenuerunt poſt Ioan. vt per Dec. & Couar. allegatos; tamen illa opinio procedit, vbi partes omnino æquales portiones habent in reb. ſocietatis, & conuenit vt lucrum ſit inẹquale; vel quando portiones ſunt inæquales, & conueniunt, vt lucrum ſit æquale: ſed hoc caſu hæc non applicantur; licet. n. pecuniæ eſſent dotales, tamen D. Iordanus non poterat de eis ad libitū

di-

Digitized by Google

diſponere,ſed erant inueſtiendæ in bonis ſtabilibus;Potuerunt ergo partes a priori illa conuentione recedere,& in nouam rationem ſolutionis reſidui conuenire,prout fecerunt, & fuit hæc q̄dam reformatio ſolutionis,iuxta no. per Cagn. *in l.lecta.n.49.ff.ſi cer.pet.* ex qua longe maiorem vtilitatem, & commodum conſequutus eſt D. Ioardanus, quam ex priori pactione; Nā primo citius conſequebatur ſupplementum ſcutorum duorum milium,quod conſequuturus non fuerat,niſi toto quadriennio: ſecundo conſequebatur partē lucri vltra dictum ſupplemētum ex negotiatione prouenientis;quæ omnia prouenie-bant ex conſenſu d.D.Madalenæ,cuius erant pecuniæ.

5 Nec facit, quod tantundem lucri ipſa percepetit, quantum Domin. Iordanus, quia ex pactione priori ipſa habuiſſet poſt quatuor annos, quibus fiebat repletio reſidui ſummę dotalis ſcutorum 360. quæ abſorbebant redditus totius ſummæ ſcutorum ſex millium in bonis ſtabilibus inueſtitorum; & tamen ex ſecunda conuentione habuit tantumodo dimidium lucri ex dicta ſumma prouenientis; iuſta ergo fuit & valida huiuſmodi conuentio;ex quo cōcluſum fuit, condictionem indebiti Illuſtr.DD. Vrſinis non competere, & votum aſſettamenti iuſtè prolatum fuiſſe.

ROBVSTERII.

Firmana Confidentiæ 11. *Maij* 1583.

ARGVMENTVM.

De probatione Confidentiæ.

SVMMARIVM.

Confidentia probatur teſtibus. nu.1.
Confidentia probatur confeſſione,nu.1.
Confidentia probatur literis priuatis.nu.1.
Confidentia probatur per petitionem abſolutionis. num.1.
Teſtes inhabiles, & patientes exceptiones adhuc probant, ſi eorum depoſitio adiuuatur alijs circunſtantijs,& probationibus.nu.1.

DECISIO XXV.

1 COncluſum ſine difficultate conſtare de confidentia, ita vt ex illa intret reſeruatio, de qua in conſtitutionibus Pij quinti; Hanc confidentiam probant teſtes confeſſionis, literæ priuatæ,abſolutio,& ipſa ſeries facti,& etiā ſi teſtes patiantur exceptiones,tamen cum ex tot circunſtantijs appareat,rem eſſe adeo apparentem, vt manib. palpetur, adeo ſupplentur defectus teſtium,vt exceptiones non ſint in conſideratione in re tam veriſimili,& ex ſui natura ſeu cōmuniter accidentibus difficilis probationis.

2 Nec intrat, quod dicitur probari ſimoniam, non autem confidentiam,quoniam ſtante declaratione Pij Quinti,dicitur, nullum caput ſimoniæ probari hic,quod non ſit confidentia,vt manifeſte liquet ex omnib.ſcriptutis ſimul iunctis.

B V B A L I

Feretrana Beneficij Veneris 27. *Maij* 1583.

ARGVMENTVM.

De ſimonia commiſſa in reſignatione beneficij,pręcedente tractatu & conuentione, quod in caſu reſignationis tertius extraneus donaret reſignanti ſcuta quinquaginta quolibet anno.

SVMMARIVM.

Simonia committitur, & præcedente tractatu, & conuentione de aliquid donando reſignanti,& ſubſequuta donatione in exequutionem præcedentis conuentionis.nu.1.
Simonia non dicitur vere realis,quando non conſtat de ſolutione pecuniarum. Verum quando conſtat de præcedenti tractatu, & ſubſequuta reſignatione propter tractatum, ſimonia dicitur realis præſumpta,nu.1.in fine.
Simonia non dicitur,quando lite præcedente,& iudicis authoritate,& pro bono pacis,vnus alteri reſignat beneficium, cum præſtatione alicuius pecuniæ, taliſque reſignatio fuit confirmata a Papa,nu.2

DECISIO XXVI.

1 FVit reſolutum conſtare de ſimonia in caſu, de quo agitur; Nam cum Hieronimus de Magnanis reſignauerit beneficium huiuſmodi in fauorem Pauli eius nepotis præcedente tractatu,& conuentione, quod Illuſtriſſima Domin. Comitiſſa de Balneo titulo donationis concederet Hieronimo reſignanti ſcuta quinquaginta annua eius vita durante, & in exequutionem tractatus præcedentis fuerit ſubſequuta donatio Comitiſſę, prout in inſtrumento celebrato ſub die 19.Iulij 1575. Nec non reſignatio facta fuerit contemplatione dictæ donationis, vt apparet ex literis tranſmiſſis per Hieronimum Comitiſſę;Non poteſt dubitari quin ſimonia fuerit ſufficienter probata,ad trad.per Sarnen.*de triennal.q.*12.Mohed.*deciſ.*167.Et quamuis non poſſit dici,quod ſit verè ſimonia realis, quia non cō ſtat de ſolutione pecuniarum promiſſarum,cum tamen tractatus, & inſtrumentum donationis præceſſerint,poteſt dici ſimonia realis p̄ſumpta, propter reſignationem ſubſequutam, vt per Auguſtin.*in Epit.h.tit.de ſimonia.* §.2.& 3.

2 Non obſtat tex.*in c.niſi, extra de præben.* Nam

ibi illa præſtatio 40. librarum, confirmatur a Papa, quia fuit facta authoritate iudicũ, & pro bono pacis: Quę quidem cauſæ non concurrunt in caſu iſto, cum ſuper hac reſignatione non penderet aliqua lis: & quod Hieronimus cõſuluerit ſuper hoc Epiſcopum Feretranum, non conſtat niſi ex aſſertione ipſius Hieronimi, cui non eſt credendum, quia tendit ad ſui exonerationem; & ita fuit concluſum, cum præſuppoſito, quod iura compulſata ſint in forma probanti.

B V B A L I

Calaguritana Diuortij Mercurij 13. Iunii 1584.

ARGVMENTVM.

De probatione impotentiæ viri ad effectum faciendi diuortij. & an triennalis cohabitatio ſufficiat, à quo tempore, & quomodo currere incipiat.

S V M M A R I V M.

Virginitas probatur ex inſpectione ſeptem matronarum expertarum. nu. 2

Teſtes ſingulares deponentes pro adminiculo probant. nu. 2. in fine.

Virginitas, & non defloratio probatur per famam. nu. 3.

Vxor non præſumitur, quod renuat ſe carnaliter cognoſci a ſuo viro, nu. 4

Vxor quando non cognoſcitur a ſuo viro, efficitur inquieta, & crudelis, nu. 5

Peritis plurib. magis creditur quam pauciorib. nu. 6

Virginitatis probatio eſt multum remiſſa arbitrio iudicis, qui propterea per plures, & diuerſas obſtetrices ſemel, & pluries debet facere omnem diligentiam, & experientiam, nu. 6

Periti, & obſtetrices præſumuntur bene ſciſſe officium ſuum. nu. 7. in fine.

Impotentia coeundi non probatur per mulieres ſingulares, & infames dicentes concubuiſſe cum aliquo, & ab eo minime cognoſci potuiſſe. nu. 8

Impotentia coeundi excluditur ex probatione morbi gallici, nu. 8. in fine.

Impotentia coeundi excluditur ex relatione Medicorum dicentium aliquem habere membra apta ad coeundum, nu. 8. in fine, & ibi in additio. lit. C vbi declaratur.

Impotentia viri ad hoc vt dicatur bene probata, requiritur triẽnalis cohabitatio non ſolum in domo, ſed etiam in lecto. nu. 9. & in addit. lit. B vbi de materia.

Impotentia viri ad hoc vt cenſeatur probata ex condormitione triennali, iudex debet etiam pœnitentiam coniugibus imponere, & an iſtud triennium currat antè peractam pœnitentiam, & quomodo, nu. 10. & in addit. lit. D vbi declaratur materia.

Impotentia viri non dicitur probata, niſi etiam fuerit adhibita ſeptima manus propinquorum. nu. 10. in fine, & in additio. lit. C vbi ampliatur non obſtante negatione, & contradictione ipſius viri.

Obſtetricibus aſſerentibus aliquam eſſe virginem, vel defloratam, aut quid ſimile, quid & quantum credatur. in addit. litera A.

D E C I S I O XXVII.

1 IN hac cauſa pronunciauerat Reuerendiſs. D. Archiepiſcopus Calaguritanen. in prima inſtantia in fauorem D. Eleonoræ Simo. declarando diuortium eſſe faciẽdum inter ipſam D. Eleonoram, & D. Ephebum Satrochum eius virum ob illius impotentiam, & dictam mulierem liberam: A qua ſententia cum fuiſſet appellatum, & mihi commiſſa, dedi dubium generale, prȩſuppoſito ſummario iurium, & teſtium vtriuſque partis, an ſententia D. Archiepiſcopi ſit confirmanda, vel reuocanda, vel etiam vxor viro reſtituenda ad effectum cohabitandi per triennium, vt cõſtare poſſit de potentia, vel impotentia viri. Pro cuius reſolutione Domini diſtinxerunt hãc materiam in plures difficultates; Prima erat, an probetur, quod Eleonora non fuerit cognita ab Ephebo ſuo viro toto illo nouennio, quo durauit matrimonium ante motam litem; Secunda, an probetur impotentia generalis dicti Ephebi coeundi cum mulieribus, vel etiam probetur potentia coeũdi cum alijs; Tertia, an ex parte Eleonorę probetur cohabitatio, & condormitio per triennium, & an hoc ſufficiat ad effectum, & in caſu, de quo agitur.

2 Quoad primam difficultatem Domini concluſerunt, ſufficienter probari Eleonoram non fuiſſe cognitam ab Ephebo, & cõſequenter probatum eſſe, ipſam adhuc eſſe virginem, & primo
a mouebantur ex relatione ſeptem matronarum [a] expertarum, quæ omnes retulerunt, Eleonoram eſſe virginem; Hic eſt enim modus probandi virginitatem *c. fin. de frigid. & malef.* vbi Butr. *nu.* 3. & Cardin. *nu.* 1. & ibi paſſim omnes Doctores; ſecundo ex confeſſione ipſiuſmet Ephebi, de qua deponunt Coſma Iola, & Hieronimus Totella qui ſunt conteſtes, qui confeſſus fuit, quòd non poterat cognoſcere D. Eleonoram, & ex alia cõfeſſione, de qua deponunt Petrus Honofrius, & Iſabella vxor d. Petri; Quæ confeſſio probatur ex dicto Iacobi Vitalis, & ex alijs cõfeſſionibus, de quibus per Franciſcum Sapata, Bernardinum Prà, & Petrum Portales, qui licet ſint ſingulares, tamen deponunt pro adminiculo.

3 Adminiculatur etiam hæc probatio præfata, ex fama virginitatis, & nõ deflorationis Eleonoræ, de qua bene deponunt Antonius Malres ſuper 4. & Bernardinus Prà ibidem, & probatio famæ coadiuuatur ex dicto Gaſparis Beneſinati, ibidem qui dicit, quod pueri per viam canebant de iſta impotentia Ephebi, & ex dicto Franciſci Tapatæ ſuper 3. Dum deponit de fama de præſenti.

4 Coadiuuatur ẽt hęc probatio ex eo, q̃a ipſum

Ephebum

Ephebum nõ articulatur cognouiſſe Eleonorã, ſed quod ſemper ipſa renuit, quod an ſit veriſimile, aliorum ſit iudicium: item ex eo, quia ipſe quærebat medicamenta, vt deponunt Coſmus Iola ſuper 6. Petrus Honofrius ibidem, & Bernardinus ibidem, & cõprobatur ex d. Io. Andreę, de quo in ſummario Ephebi, nu. 8. vbi dicit, qđ quęrebat remedium, vt poſſet rem habere cũ vxore, qa ſibi cõtingebat q̃dã defectio, & exinanitio.

5 Et hæc etiam adminiculantur ex his quę habẽtur in ſum. Ephebi, *nu.* 16. 17. *&* 18. ex quibus apparet, quod Eleonora oſtendebat ſe crudelem, & inquietam; ſi enim maritus eam bene tractaſſet, non ita fuiſſet inquieta, & crudelis.

6 Non obſtat prima relatio, quia vltra, quod prætenditur nulla, & tres tantum mulieres retulerunt, & in hac ſecunda fuerunt ſeptem matronę, prout apparet ex ſupra deductis, hæc ſecunda relatio eſt magis adminiculata.

7 Nec obſtat, quod ſtãte prima relatione, nõ erat deueniendũ ad ſecundã deputationẽ Matronarum, q̃ inſpicerent, an Eleonora eſſet virgo, quia in hac materia plurimum exuberat officium iud. Imò iudices in hoc admonẽtur, vt adhibeant peritiores, vt per gl. *fi. in d. c. fi.* & ibi Card. *nu.* 3. benè Hoſt. *in c. fraternitatis. §. licet autem; eo. tit.* vbi cõſulit iudicib. vt q̃rant quantum pñt peritiores, & diuerſas, & de vicinia & de ciuitate, vt ne ſint nimis iuuenes propter experientiam, & nimis antiquæ propter defectum viſus, nam & cũ manu & cũ oculo talia ſunt probãda a diuerſis, & plurib. & licet ibi Hoſt. velit, qđ debeat mulier prius lauari cũ aqua calida, & ibi dicit retineri ad diſſoluẽda medicamẽta, q̃ eſſent appoſita, & idẽ ibi dicat Abb. *nu.* 4. *in fi.* Tamen videntur loqui in muliere arcta; & quicquid ſit, præſumẽdum eſt, iſtas Matronas vti expertas bene feciſſe officiũ ſuum. a

8 Quoad ſecundam difficultatem, Dñi dicebant

b nõ eſſe probatam generalem impotentiã[b] coeundi ipſius Ephebi; quãuis n. Iſabella Porro, & Anna videantur deponere, quod dormierunt cum Ephebo, & quod non potuit eas cognoſcere, & aliæ ẽt deponant de auditu, tñ ſunt teſtes ſingulares, & infames, & in contrarium habent plures alias de quib. in ſummario Ephebi contrarium deponentes, quarũ dicta cõprobanť, ex eo, quod Ephebus fuit curatus a morbo Gallico, vt ĩ eius ſum. *nu.* 13. & 24. & ex relatione medicorum, qui

c referunt ipſum hr̃e membra [c] apta ad coeundum.

9 Super 3. difficultate nõ potuit capi aliqua reſolutio, & videnda eſſet particulariter; Nam q̃uis vltra triennium cohabitauerunt, tñ quia non ſolum requiritur cohabitatio in domo per triennium, ſed etiam in lecto, vt inquit Hoſt. *in d. c. fi. poſt prin. de frig. & malef.* & dicit ibi Io. Andr. qđ requiritur cõdormitio, & hic non vr̃ probata cõdormitio per triennium, quia Anna ſuper 4. Hieronimus, & Antonius Langoy non videntur vere concludere de integro triennio; & quãuis Antonius Xinta, de quo in ſummario Ephebi *n.* 22. dicat, quod a quatuor annis citra ſimul non dormitabant, tamen non concludit a contrario ſenſu, quod antea ſimul condormirent. b

10 An autem in caſu, de quo agitur, ſufficiat cõdormitio per triennium, vel potius incipiat currere

d poſt peractam pęnitentiam,[d] & poſtquã iudex illum triennium ſtatuit: Dñi in hoc habebant difficultatẽ, & eſſet particulariter diſcutiendũ, nam Inn. *in d. c. fi.* & ibi Card. *in fi.* & Abb. *nu.* 12. tenẽt ſufficere trienniũ ſiue ante ſiue poſt motã litem. Hoſt. vero *in d. c. fi.* quem ſequitur ibi Io. And. Butri. *nu.* 10. Anch. *n.* 9. Henric. Boyc. *in prin.* tenent, quod triẽnium incipiat a tp̃e peractæ pęnitẽtię, quæ vltima opinio videbať aliquib. ex Dñis ſatis ęqua, & verior, nã aliqñ propter peccata ſuperueniunt ſimilia impedimẽta: imponit igiť pænitentiam, vt videatur, an ex bonitate, & miſericordia Dei omnipotẽtis placati poſt peractã pænitẽtiã, ipſi hoĩes reddanť habiles ad cõſumãdũ mr̃imoniũ: non peracta Deo pnĩa non poteſt dici, quod trienniũ pręcedens ſuffragetur, cum non probet remotio operis peracti, vel ſaltem placebat iſtis Dñis tẽperamentum Abb. *in d. c. fi. n.* 12. quem ſequiť ibi Prępoſ. *nu.* 4. qđ poſt pænitentiã peractã inueniatur cohabitatio per aliquod tp̃s arbitrio iudicis pręfigendũ, ex quib. videbatur iſtis Dñis ſñiam Archiepi. Calagurità. ſuſtineri non poſſe; tum, quia non fuit inducta pnĩa, iuxta formã *d. c. fi.* a qua non licet recedere, vt admonet ibi Hoſt. tum ẽt, qa non fuit adhibita ſeptima manus pro-

e pinquorum;[e] & quãuis gl. *fi. in d. c. fi.* dicat, quod ſententia nihilominus tenet, tamen Hoſt. ibi in fine, tenet illam ſolemnitatem eſſe adhibendam.

ADDITIO.

a *Matronarum.* An mulier ſit virgo, an vero potius ſit corrupta, & deſlorata, probatur per inſpectionẽ Obſtetricum, & Matronarum ſecundum Follet. *in pract. crim. in verbo, capiat informationem, nu.* 20. Clar. *in pract. crimin. §. final. q.* 4. *verſ. quando vero, in fine.* Plot. *conſ. crimin. diuerſor.* 132. *nu.* 22. *lib.* 1. Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1313. *nu.* 5. qui omnes loquuntur etiam de puero ſtuprato, & ſodomiticam uim paſſo; de quo aliquid etiam dixit D. meus Farinac. *in ſua pract. crim. p.* 1. *quæſt.* 2. *nu.* 24. in materia corporis delicti. Generaliter autem de fide, & materia peritarum obſtetricum vide Franc. Marc. *deciſ. Delphin. deci.* 677. *& ſeqq. p.* 2. Quem & alios refert Maſcard. vbi ſupra *concluſ.* 1410. *nu.* 14. *& nu.* 16. *& concluſ.* 1125. *num.* 1 *& ſeqq.* Vbi generaliter, an credatur Obſtetrici aſſerenti partum immaturum, vel natum infantem viuere poſſe, aut non poſſe, vel mulierem eſſe, aut non eſſe grauidam, & ijs ſimilia, & vide etiam Fulu. Pacian. *in tract. de probat. lib.* 2. *c.* 2.

b *Impotentiam.* Propter impotentiam viri matrimonium irritatur, *cap. quod autem,* 27. *q.* 2. *c.* 1. 33. *quæſt.* 1. *cap. laudabilem, de frigid. & maleſi.* Verum, qñ dicatur probata talis impotentia, Doctores multa dicunt. Hoc vnum eſt, quod ſi mulier fuerit reperta virgo, iuncta cohabitatione viri, præſumitur ex his eiuſdem viri impotentia, ſecundũ gl. *in d. cap. quod autem, in verbo, probare, & in dicto capitulo, Laudabilem, in verbo, iudicium,* & voluit Innocent. *in dicto capitulo, quod autem.*

Dummodo tamen, quod habitatio ſit diuturna ſecundum Card.Zabarell. *in c. fina. in 3. notab. de frigid.& malef.* Diuturna autem cohabitatio videtur eſſe duorum menſium, *c.1.eod.titu.de frigid. & malef.c.ſi quis acceperit.33.q.1.* Verius tamẽ eſt, viri impotentiam, non niſi per triennalem cohabitationem, benè probatam dici. *d.c.Laudabilem, & ibi communiter omnes. de frigid. & malef.*

c *Membra apta ad coeundum.* Parum refert, quod vir habeat naturalia membra ſana, integra, & ad copulam apta, data vxoris virginitate, & cohabitatione, ac condormitione cum ipſa, ſecundum Anch. *in d.c.Laudabilem, nu.3.de frigid. & malef.*

d *Pœnitentiam.* Videtur impotentiam viri cõcludenter probatam eſſe ex triẽnali cohabitatione, qũocunq; coniuges cohabitauerint, etiam abſq; ſpeciali iudicis Decreto præcedente, ſecundum Innoc.hic allegatum, poſt Goffr. *in d.c.fina.* & ibi etiam Abb.poſt Abbatem antiquum, & Vincen. *nu.12.in vltima quæſtione*, Card.Zabar. *nu.4.verſ. quæro à quo tempore*, Alex.de Neuo, *nu.17.* Et horum opinio apertè videtur probari *in d.c.fi.in illis verbis, Et conſtiterit vobis infra prædictos octo annos per continuum triennium inſimul cohabitaſſe.* Ex quibus verbis clariſſime apparet, text.illum loqui de triennio iam lapſo ante querelam mulieris, & nõ præcedente iudicis Decreto. Et licet Abb. *in d.c. fin.* propter illa verba Tex. *& ſic fortè placeret Deo.* dicat, prout etiã dicitur in hac Deciſione, quod poſt pœnitentiam iniunctam debent coniuges cohabitare aliquo tempore arbitrio iudicis; crederem tamen aduertendum, quod tex.ille loquitur in caſu ſpeciali videlicet, quando agitur de impotentia viri non propter naturæ defectum; ſed propter maleficiũ; quo caſu datur remedium iniungendi pœnitentiam ſalutarem, de qua ibi; ſecus autem in caſu frigiditatis ſine maleficio, in quo nulla imponitur pœnitentia; ſed ſeruatur forma tex. *in d.c.Laudabilem*, requirentis tantummodo cohabitationem triennalem a tempore celebrati cõiugij, prout ſunt clara verba illius Tex. & bene ibi declarat glo. Ratio autem differentiæ inter vnum, & alterum caſũ, eſt patens, ſecundũ Zabarell. *in d.c.fina.nu.2.* quia ſ. maleficium ſolet pœnitentia reſolui, non ſic frigiditas, quæ eſt vitium naturale, & perpetuum. Et hac diſtinctione adhibita, reſponderi poteſt Hoſt. & Ioan. Andr. hic in deciſione allegatis, & alijs nonnullis volẽtibus, triennium eſſe numerandum a die Decreti iudicis, & iniunctæ pœnitentiæ. Nã vltra, quod horum opinio habet contradictores; & illos quidem graues, quos ſupra retuli, adhuc ne confundatur ex claris verbis *d.c.Laudabilem, & d.c.fi.* dẽt intelligi, & declarari, vt procedat in caſu, in quo pœnitentiæ iniunctioni locus eſt propter maleficium, non in caſu morbi naturalis; Quæ diſtin-
* ctio magis comprobatur ex ratione cõiter conſiderata per Doctores dicentes, quod maleficium operatur propter peccatum maleficiati; & ideo ſi peccatum fuit cauſa impotentiæ, non prodeſt tempus, quod præceſſit pœnitentiam: Quare ceſſante ratione prædicta, ceſſat etiam concluſio, prout, ni fallor, videtur declarare, & diſtingue idem Hoſt. qui originaliter hanc tenet opiniõnem, *in d.c.fin.nu.10.præſertim in verſ. Hoc puto.*

e *Septima manus propinquorum.* Hæc propinquorum, ſeu vicinorum ſeptimæ manus adhibitionis ſolemnitas omnino adhibenda eſt vltra probationem virginitatis, per inſpectionem matronarum, & triennalem cohabitationem, vt ſupra;
* ſic enim communiter tradidere Innoc. Hoſtien. Io.Andr.& Abb. *in c.1.de frigid.& malefic.* Quib. omnib. adhibitis, & interuenientibus, locus eſt ſeparationi, non obſtante negatione, & contradictione viri, Abb. *in d.c.1.ſub num.5.verſ.ſed poſt cohabitationem triennalem.* Butr. *in d.c.Laudabilem. nume.12.& 14.in fine. verſicul. Nam ſi nulla*, & ibi Alex.de Neuo, *nu.17.& in d.c.fina.nu.15.verſ.tamen in hac materia ſic poſſumus dicere. de frigid.& malefic.*

Et vide ad materiam huius deciſionis omnino aliam deciſionem coram Illuſtriſ. & Reuerendiſ. D.Platta in vna Taurinen. Diſſolutionis Matrimonij Veneris 16. Martij.1590.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

B V B A L I.

Anconitana Computorum Veneris, 15. Februarij, 1585.

ARGVMENTVM.

Dominus, quando teneatur ſuo procuratori ad damna paſſa occaſione mandati; & quãdo culpa pręcedit caſum, an exiſtens in culpa teneatur etiam de eo, quod ex caſu ſequitur.

S V M M A R I V M.

Carceratio Procuratoris videtur caſus fortuitus, nu. 1.

Dominus non tenetur ad damna, quæ caſu fortuito accidunt ſuo Procuratori, nu. 1.

Dominus tenetur ad damna ſuo Procuratori, quæ ipſius D. culpa illi euenerunt, nu. 2.

Dominus ſuo Procuratori etiam tenetur ad damna, quæ caſu fortuito ipſi obuenerunt, quando ille caſus poterat aliquo modo ab ipſo D. præuideri, nu. 2. in fine.

Culpa vbi præcedit caſum, tunc culpoſus tenetur de omni eo, quod ſequitur, dummodo culpa ſit ordinata ad caſum, aliter ſecus: & quando culpa dicatur ad caſum ordinata, nu. 3. & in addit. lit. A.

Dominus non tenetur ſuo Procuratori reficere damnum ipſi datum odio eiuſdem Procuratoris, ſecus ſi odio D. mandantis, nu. 4.

Conductor non poteſt petere remiſſionem mercedis propter damnum datum in re conducta in odio ipſius conductoris, ſecus ſi odio locatoris, nu. 4. in fine.

Procurator poteſt mutuo accipere pecunias pro ſeruitio eorum, quæ ſibi mandata ſunt, & D. ad illud tenetur, nu. 5.

DE-

DECISIO XXVIII.

1 DOmini concluſerunt, Equitem Alexandrum Ferretum non teneri ad expenſas factas per Capitaneum Alexandrum Benincaſam pro eius carceratione, vel delictis, de quibus imputabatur: licet enim fuerit præpoſitus per Ferrettum gubernio eius Triremis, cum facultate prouidendi omnia neceſſaria pro vſu Triremis, vt in mandato, ſeu Memoriali dato ab ipſo Equite, cum tamen hæc carceratio Capitanei potius reputetur caſus fortuitus, Eques habet regulam pro ſe, quod non teneatur ad damna, quæ caſu fortuito accident eius Procuratori, *l. inter cauſas, §. non omnia, vbi omnes Doct. ff. mandati.*

2 Nec obſtat, quod Eques Ferretus fuerit in culpa. Primo, quia quoſdam milites ad eius ſtipendia, accepit, qui poſtea poſt delicta ab eis perpetrata, fuerũt vniti in Triremi, & ad remigandũ condemnati per Capitaneum etiam de conſenſu Equitis, vnde vt vindictam contra Capitaneum ſumerent, eum accuſauerunt in Ciuitate Tarenti, vbi carceratus fuit. Secundo, quia non procurauit obtinere literas patentes a Prorege Neapolitano, quibus obtentis Capitaneus non fuiſſet carceratus a Gubernatore Tarenti. Tertio, quia non ratificauit nuntium acceptum per Capitaneum a Commendatore.

Ad cuius inſtantiam ſubſequuta fuit ſequeſtratio Triremium Tarenti, quæ dedit cauſam carcerationi Capitanei, & alijs infortunijs poſtea ſubſequutis, ex quibus dicendum videtur ipſum Equitem teneri ad damna, & expenſas dictæ carcerationis. Aret. *in d. l. inter cauſas, §. mandato, in fine. ff. mandat.* Præſertim, quia eſt caſus fortuitus, qui potuit aliquo modo præuideri ab ipſo Equite, quo caſu tenetur, vt per Imol. *in cap. ſicut. il tertio, numero 16. & numero 161.* Abb. *num. 7. de ſimon.* Bald. *in d. § non omnia, verſic. Ego dico.*

3 Quia fuit reſponſum per Dominos, has cauſas eſſe admodum leues, vt ex eis inferatur culpa equitis: nam vt ob culpam, quis teneatur de caſu fortuito, de quo alias non teneretur, neceſſe eſt, vt culpa illa ſit ordinata ad illum caſum, *l. ſi is cui, ff. de accuſat. l. verum. de fur.* Bart. *in l. ſicut certo, §. interdum, ff. commoda.* Dec. *in l. contractus. in fine,* & ibi Cagnol. *numer. 85. de regul. iur.* Bene per Paul. de Caſtr. *in l. ſi vehenda. §. 1. num. 2. & 3. ff. ad l. Rhod. de iactu,* Aymo. *conſil. 247. ſub num. 6. verſic. ſexto reſpondeo, & conſil. 111. numero 6.* Et dicitur ordinata ad caſum, quando principaliter, & directo reſpicit illum caſum, vt per Aymo. *d. conſil. 247. numero primo,* quod non contingit in cauſis ſupradictis, ex quibus dici non poteſt equitem fuiſſe in culpa ordinata ad iſtum caſum.

4 Et hoc eo magis dicendum eſt, quia imputationes, propter quas Capitaneus carceratus fuit, reſpiciebant tantum perſonam propriam ipſius Capitanei, nempe quod Capitaneus duxiſſet mancipios... Et quod milites Chriſtiani deliquiſſent in partibus infidelium, & quod alia nefanda crimina perpetraſſet, quæ licet verificata non fuerint; tamen hæc omnia reſpiciunt perſonam capitanei, vt in ipſius odium ſint facta, non autem equitis: ideo ipſe tenetur, non autem eques, vt bene declarat Bald. *in dicto §. non omnia. verſic. ſic vero damnum,* vbi diſtinguit, quod ſi damnum eſt datum odio mandatarij, tunc Domini in nihilo tenentur; ſecus eſt, ſi odio mandãtis: quæ diſtinctio ſolet etiam adhiberi in materia remiſſionis mercedis in contractu locationis, vt per Bart. *in l. ſi merces, §. culpæ, vbi Doctor. ff. locat.*

5 Quo vero ad pecunias, quas Capitaneus mutuo accepit a Brunoro Præceptore Licieñ. Domini dixerunt equitem teneri, Tum, quia Triremis erat male inſtructa, & multis rebus indigebat, vt in ſummario Capitanei, *num.* 11. quo caſu potuit Capitaneus pecunias mutuo accipere pro vſu triremis, & Dominus tenetur, *l. 1. §. quod autem. de exerci. act.* Tum quia eques certioratus de huiuſmodi mutuo, illud non improbauit, ſed potius videtur acquieuiſſe, ex quo approbauit conuentiones factas cum Brunoro, excepta promiſſione facta per Capitaneum de conſignan. quindecim remiges ipſi Brunoro, quam acceptare noluit.

ADDITIO.

a *Ad illum caſum.* Regulariter vbi culpa præcedit caſum, quis tenetur etiam de caſu ſequuto, tex. *in d. l. ſicut certo, §. ſed interdum, & in l. in rebus. in princ. cum ibi notatis, ff. commodati,* ad quam materiam, vide etiam Bar. *in l. diuus Adrianus, ff. de ſicarijs,* Aret. *conſil. 80. nu. 60. verſic. nec obuiat.* Clar. *in pract. q. 84. in princ. Ibi, pro culpa vero &c.* Cater. *in pract. crim. fol. mihi 163. num. 13. & fol. 164. num. 4. & 8.* Cæpoll. *conſil. 33. num. 19. verſ. Nec obſtat.* Hæc autem regula patitur duas notabiles declarationes. Prima eſt, vt non procedat, quando ſumus in caſu, in quo ſola culpa non eſt in conſideratione, ſecundum Marcum Ant. Eugen. *conſ. 64. numero trigeſimotertio.* Secunda eſt declaratio, quæ ponitur in hac diuiſione, vt ſcilicet eadem regula non procedat, quando culpa non eſt ordinata ad caſum ſequutum, quam vltra hic allegatos, probarunt etiam Aretin. *conſilio 146. numero octauo, ad medium,* Aym. *conſilio octauo, numero vigeſimonono,* Boſſ. *in tit. de homicid. numero ſeptuageſimoquarto,* vbi de materia, *& numero 93.* Menoc. *de præſump. libro quinto, præſumpt. tertia, num. 138.* & ante iſtos Bart. *in dicta l. diuus, la ſeconda, in fine, ff. de ſicarijs.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

MI

ILLVSTRISSIMI ET REVER. Aldobrandini, & Nunc S.D.N. Clementis Octaui.

Placentina Vſurarum. die 8. *Aprilis* 1585.

ARGVMENTVM.

De ſimulatione, an, & quibus coniecturis probetur.

SVMMARIVM.

Simulatio probatur coniecturis, numero 1. *& in addit. litera A. in principio. Contra ibidem in verſic. Contrarium, quod imo, Reſolue, vt in verſic. quod dicendum, & ſequentibus.*

Fraus probatur præſumptionibus, & coniecturis, in add. lit. A. in fi. principij.

Simulatio probatur coniecturis, quando agitur ciuiliter ad tollendam fidem inſtrumento, ſecus ſi criminaliter ad pænam, in add. lit. A. verſ. quod dicendum.

Simulatio, quando probatur coniecturis, & præſumptionibus, debens dictæ præſumptiones eſſe in genere ſuo perfectè probatæ in additio. litera A. verſic. 2. *vt pariter procedat.*

Simulationis præſumptiones, & coniecturæ, vt illam probent, debent eſſe graues, & perſpicuæ, non autem leues. in add. lit. A. ver. tertio dummodo.

c *Productum a viro probo.* Qualitas perſonæ includit, & excludit vſuram; ſi enim contrahens ſit perſona bonæ famæ, & non ſolita vſuram committere; & tunc eo minus vſura præſumitur, ſecus è contra, ſi contrahens ſit ſolitus vſurarios celebrare contractus, ex allegatis per Rolan. *in conſil.58. num.21. lib.4.* Menoc. *de præſumpt. lib.3. præſumpt.123. ſub num.8.* Vbi etiam idem de homine diuite. Maſcard. *de probat. lib.1. concluſio.445. num. 5.6.7. & 13.* Sic & qualitas perſonarum includit, & excludit ſimulationem contractus, ex allegatis per Ioſeph. Lud. *concl.51. verſ. quarta concluſio*, & vide declarantem Maſcard. *de prob. d. concl.445. nu.5. & ſeqq. & nu.12. & nu. 13. verſ. Verum unum &c.* Sic & pariter ex qualitate perſonarum falſitatem præſumi, & non præſumi, ſcripſerunt Bal. *in l.2.C. de falſis:* Bar. *in l. quoties.* §. 1. & ibi etiam Bal. *ff. de hæred. inſtit.* Cæpoll. *conſil.* 21. *num.* 34. Boſſ. *in tit. de falſis. ſub nu.* 8. Pariſ. *conſ.28. nu.49. lib...* Hippol. Riminal. *conſ.344. nu.80. & 82. li.3.*

Franc.

Franc. Becci. *conſil.78.numer.24.& ſeqq.lib.1.* Iacob. Port. Imolen. *conſil. 95.numer.16.* Cæphal. *conſil.287.numer.29.& ſeq.lib. 2.* Maſcard. *de probat. concluſ.740. numer. 26. 27. & 29. & concluſ. 959.numer.8.* Seraphin. *in tractat. de priuil. iuramenti.priuileg.132.numer.21.* Apud quos reperies etiam plures alios antiquiores, materiam hanc pertractantes.

B V B A L I

Veneta legitimatis, Veneris decima Ianuarij 1568.

ARGVMENTVM.

De colluſione ſeu præuaricatione inter litigantes, quando permiſſa dicatur: Necnon etiam de repetitione teſtium facienda ex officio Iudicis, vel ad inſtantiam partis; Et quando repetiti ſine citatione partis probent vel ne.

S V M M A R I V M.

Colluſio ſeu præuaricatio litigantium probatur ex cohabitatione, ac etiam ex eo quod quis citatus in iudicio non comparet, nec aliquam exceptionem opponit. nu. 1. vbi declaratur hæc concluſio.

Iudicium non poteſt dici colluſiuum, etiam quod partes amicabiliter conueniant de inſimul litigando, vt cognoſcatur quis foueat bonum ius: Niſi probetur quod doloſe fuerint omiſſæ exceptiones legitimæ, & quod aderat animus alteri præiudicandi. nu. 1.

Colluſio nō dicitur probata inter litigantes, niſi probetur quod is, qui victoriā reportauit in lite, foueret malum ius. nu. 1. in fine.

Teſtes examinati ſine partis citatione, nulliter dicuntur examinati, niſi parte præſente, & inſtante fuerint examinati ſuper interrogatorijs datis. nu. 2.

Iudex ex officio abſque requiſitione partis non poteſt teſtes examinare; parte autem petente & inſtante, poteſt ſuum officium impartiri in examinandis, ac repetendis teſtibus. num. 3.

Teſtes quamuis ex officio examinentur, ſeu repetantur, neceſſaria tamen eſt citatio partis, niſi eadem pars inſtet pro repetitione. nu. 4.

Teſtes poſſunt examinari parte non citata, quando partes ſic conſenſerunt. nu 4.

Teſtes nulliter examinati, non poſſunt repeti, ſed debent de nouo examinari, niſi pars pro repetitione inſteterit. num. 5. Et in add lit. A. vbi de materia.

Proteſtatio nullitatis actorum & proceſſus, debet repeti in quolibet actu, aliter non ſuffragatur, quando quis poſt proteſtationem ſimpliciter comparet. nu. 5.

Teſtes non examinati ſuper interrogatorijs datis a parte dicuntur nulliter examinati, quando pars proteſtata fuit, quod ſuper dictis interrogatorijs examinentur teſtes; ſecus ſi hanc proteſtationem non fecit, & a iudicis decreto contrario non appellauerit. nu. 6.

Interrogatoria impertinentia data pro examine teſtium, ſunt omnino reijcienda, & quæ in propoſito dicantur impertinentia interrogatoria. nu. 6. & in add. lit. B.

Teſtium depoſitiones poſitæ ad partes de mandato iudicis, non dicuntur eſſe de actis. nu. 7.

DECISIO XXXI.

1 DVplex erat difficultas in dubio per me propoſito in hac cauſa; Prima, an examen teſtium, de quibus in dubio, factum primo loco coram Illuſtriſſimo D. Patriarcha Venetiarum, ſit nullum. Secūda, an repetitio eorundem teſtium facta coram Illuſtriſſimo D. Nuncio Venetiarū, ſeu eius Auditore, fuerit nulla. Quoad primum examen duæ nullitates opponebantur pro parte d. Nicolai de Michaelibus. Prima, quia totum illud iudicium coram Patriarcha fuerat colluſiuū inter patruos & nepotes inſimul colludentes, quam colluſionem colligebant ex cohabitatione, ac etiā quia dicti Ioannes & Fantinus de Michaelibus patrui nunquam comparuerunt in iudicio, nec aliquam exceptionem opponere curarunt, iuxta tex. *in l. 1. §. Præuaricatorem. ff. ad Turpil.* ſed hæc nullitas fuit reiecta per Dominos, qa iudicium nō poteſt dici colluſiuum etiam quod partes amicabiliter conueniant de inſimul litigādo, vt cognoſcatur, quis foueat bonum ius. *l. ſi cōuenerit. de re iud.* Saly. *in l. 2. C. de colluſ.* Natt. *conſ. 537. nu. 31. verſ. in ciuilibus vero de hoc &c.* niſi probetur, quod doloſe fuerint omiſſæ exceptiones, quas pars habebat; & quod aderat animus alteri præiudicandi, vt per Natt. *d. conſ. 537. nu. 32. in fine.* Potuerunt igitur Patrui cognoſcere bonā fidem, & ſe remittere ad diſpoſitionem iuris, nec dicitur inter eos facta colluſio, niſi probetur quod Domini Iacobus & Ioānes nepotes fouerent malum ius in negotio principali, vt fuit reſolutum coram R. P. D. Decano *in vna Romana hæreditatis de Crofſis de anno* 1583.

2 Secundo opponebatur nullitas dicti examinis, ex quo teſtes fuerunt examinati abſque citatione partis, ad videndum iurare teſtes, iuxta tex. *in l. ſi quando. C. de teſtib.* circa quam aliqui ex Dominis habebant difficultatem, putantes primum examen ſaluari poſſe a ſupradictis nullitatibus: ſed quicquid ſit de illo examine, Domini quoad repetitionem poſtea factam coram Nuncio in ſecunda Inſtantia, tenuerunt, illam fuiſſe validam, & nullitates non eſſe conſiderabiles, cum præſupposito tamē, quod teſtes fuerint examinati cum interrogatorijs ſibi bene viſis, factis parte præſente, & inſtante, ſuper repetitione facienda, non reclamando ſuper dicto Decreto; & cōſequēter ex quo fecit tranſitum in iudicatum, potuit iudex valide dictos teſtes repetere cum interrogatorijs ſibi bene viſis, iuxta formam dicti Decreti.

3 Nec dici poteſt, Decretum fuiſſe nullum ex eo, quia Iudex non potuit teſtes examinare ex officio, ſed ad inſtantiam partis, cum ad iudicis officium non pertineat teſtium examinatio abſque requiſitione partis. Rot. *deci. 13. nu. 3. verſ. nō enim*

pro-

effectum illas vendendi in ciuitate Senogallieñ. vel alibi:tum etiam, quia conſtat ex publicis inſtrumentis, Dominũ Aurelium hos pannos vendidiſſe in ciuitate Raguſina, eodem & forte maiori precio, quam illos emerit a Nicolao. Reliquæ coniecturæ vere fuerunt Dominis ſatis leues;& ideo concluſerunt,contractum, de quo agitur, non fuiſſe vſurarium, & conſequenter vigore hypothecæ contentæ in inſtrumento venditionis dandum eſſe mandatum de immittendo in poſſeſſionem prædij,de quo agitur,in fauorem Domini Nicolai ex remedio vtilis Saluiani interdicti.

ADDITIONES.

a *Vſurarium*. Vſura an ſit, vendere rem cariori precio, facta dilatione emptori ad ſoluendum, (& eſt materia huius Deciſionis) ſi plura, quam ea,quæ hic ſcripta ſunt, perquirere volueris, adeas Doct. *in l. 1. C. de edendo*, & ibi præſertim Iaſ. *ſub nu. 9.* Dec. *numero decimoſeptimo*. Bologne. *nu. 58. ver. Quarto ampliatur*,& vide etiam Doctores, & præcipue Abbatem *in cap. in ciuitate. in cap. conſuluit,& in cap. nauiganti. extra de vſur.* & eundem Abbatem *in cap. ad noſtram. col. 1. de emptio. & vendi. & omnino in conſ. 22. quam conſultum. lib. 1.* Bal. *conſ. 277. lib. 3.* Alex. *conſ. 72. nu. 1. lib. 1.* Socin. iun. *conſ. 83. lib. 2.* Aym. *conſ. 145. nu. 23.* Pau. de Caſtr. *in conſ. 161. ad primum quæſitum. li. 1.* Diaz. *reg. 795.* Couart. *variar. reſol. li. 2. c. 3. nu. 6. & 7.* Ioan. Bap. Lup. *in tract. de vſur. comment. 3. §. 5. nu. 1. & ſeqq. plurib. vbi late.*

b *Fœnoris*. Tritiſſima eſt iſta concluſio,quod inſtrumẽtum habet præſumptionem pro ſe; immo dicitur probatio probata, facit rem manifeſtam, habetque vim diffinitionis cauſæ,& etiam inducit notorium; verum quia eadem concluſio non ſemper vera eſt,& pluribus modis declaratur per Doctores,ideo lectorem in hac materia remittere volui ad Rolan. *in conſil. 9. num. 15. & ſeq. & conſil. 61. num. 28. & conſil. 85. num. 37. & ſeqq. & conſ. 89. num. 1. & ſeqq. lib. 1. & conſil. 40. num. 7. & ſeqq. & conſil. 58. num. 6. & conſ. 63. num. 1. & ſeqq. & nu. 45. & ſeqq. lib. 4. & conſ. 96. num. 27. & conſ. 79. nu. 87. & conſil. 57. num. 1. & ſeqq. & num. 30. lib. 3. conſil. 55. nu. 1. & num. 9. & conſil. 63. num. 45. & ſeqq. eod. lib. 4.* In diſcurſu enim prædictorum conſiliorum aliquas reperies declarationes, adde Socin. *reg. 451.* Nouell. *reg. 120.* Ancharan. Regien. *q. 3. nu. 16. & ſeq. par. 2.* Deciſ. Pedemont. *117. nu. 1. & deciſ. 129. num. 7.* Cæphal. *conſ. 4. num. 19. & ſeqq. & conſil. 109. num. 5. & ſeqq. lib. 1. & conſil. 287. nu. 1. & ſeqq. & conſil. 261. num. 5. & ſeqq. lib. 2.* Deciſ. Auenioneñ. *91. num. 1. deciſ. Lucen.* per Ludouic. *35. num 7. & ſeqq.* Et pro regula vulgo allegatur text. *in l. cum precibus. C. de probat. & l. deſiderium. C. depoſiti. in cap. dilecti. extra de donationibus. in cap. licet cauſam. de probat.* Vbi probatur, quod inſtrumentum inducit probationem euidentiſſimam, & vide Dominum meum Farinac. *in ſua practic. crim. in tit. de delict. q. 21. nu. 23. & ſeqq.* Vbi particulariter tractauit, an & quando inſtrumentum faciat notorium.

Et etiam circumſcripto inſtrumento, & illius fide ac probatione, cum vſura ſit delictum,& delictum non præſumatur, icc irco contractus in dubio non præſumitur vſurarius, ſed licitus & permiſſus, prout videtur text. *in l. qui retentionem. C. de vſur.* Bal. *in l. rogaſti. §. ſi tibi. col. fin. verſic. extra noto. ff. ſi cert. peta.* Alex. *conſil. 221. col. 2. in princip. verſic. Accedit etiam. lib. 2.* plene Rolan. *conſil. 58. num. 3. & ſeqq. & conſil. 98. num. 8. & ſeqq. & conſ. 95. num. 10. & ſeqq. lib. 4. & conſ. 40. num. 1. & ſeqq. & num. 38. lib. 2.* Vbi declarat Gabr. *lib. 7. concl. 2. nu. 3.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ. 51. in princip.* Ioan. Bapt. Lup. *in tract. de vſur. comment. 2. §. 1. nu. 27.* Maſc. *de probat. lib. 1. concl. 478. nu. 1. & ſeqq. & lib. 3. concl. 1417. nu. 1.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſump. 123. nu. 2.*

Procedit autem hæc præſumptio vſurariæ prauitatis excluſiua in foro fori; ſecus autem in foro Poli, & cõſcientiæ, ex allegatis per Ioſeph. Lud. *d. concl. 51. verſ. ſed iſta præſumptio.* Brunor. a Sole *in ſuo conſ. cri. nu. 71.* Gabr. *d. concl. 2. nu. 4.* Maſc. *d. concl. 438. nu. 6.* Menoch. *de præſump. li. 3. præſump. 122. nu. 5.*

Et quia vt plurium vſurarius contractus celebratur ſub velamine alterius liciti contractus, icc irco non incongruum eſt ponere hic aliã concluſionem, quod pariter in dubio, nec ſimulatio præſumitur, nec contractus ſimulatus præſumitur, niſi per allegantem probetur; imo nec etiam ſufficit probare ſimulationem, niſi etiam probetur ſpecies ſimulationis illicitæ & prohibitæ, ſecundum Anton. de Canar. *in tracta. de exequut. inſtrumentorum. num. 30.* Roland. *conſ. 6. nu. 28. & ſeqq. lib. 3. & conſil. 47. num. 25. & ſeqq. lib. 4.* Iacob. Port. Imolen. *conſil. 192. num. 3. & ſeqq. lib. 2.* vbi *num. 5.* dicit, hoc eſſe apud omnes receptiſſimum, *& conſ. 66. nu. 1. eodem lib. 2.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concl. 448. num. 1. & ſeqq.* Vbi declarat, *& concl. 557. nu. 1. & libro ſecundo, concl. 814. per totam*, vbi late exornat, Menoch. *de præſump. lib. 3. concl. 122. nu. 2. & 3.*

c *Productum a viro probo.* Qualitas perſonæ includit,& excludit vſuram; ſi enim contrahens ſit perſona bonæ famæ, & non ſolita vſuram committere; & tunc eo minus vſura præſumitur, ſecus ècontra, ſi contrahens ſit ſolitus vſurarios celebrare contractus, ex allegatis per Rolan. *in conſil. 58. num. 21. lib. 4.* Menoc. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 123. ſub num. 8.* Vbi etiam idem de homine diuite. Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſio. 445. num. 5. 6. 7. & 13.* Sic & qualitas perſonarum includit, & excludit ſimulationem contractus, ex allegatis per Ioſeph. Lud. *concl. 51. verſ. quarta concluſio*, & vide declarantem Maſcard. *de prob. d. concl. 445. nu. 5. & ſeqq. & nu. 12. & nu. 13. verſ. Verum nunm &c.* Sic & pariter ex qualitate perſonarum falſitatem præſumi,& non præſumi, ſcripſerunt Bal. *in l. 2. C. de falſis;* Bar. *in l. quoties. §. 1.* & ibi etiam Bal. *ff. de hæred. inſtit.* Cæpoll. *conſil. 21. num. 34.* Boſſ. *in tit. de falſis. ſub nu. 8.* Pariſ. *conſ. 28. nu. 49. lib. . .* Hippol. Rimiñal. *conſ. 344. nu. 80. & 82. li. 3.*

Franc.

Digitized by Google

Franc. Becci. *conſil.78.numer.24.& ſeqq.lib.1.* Iacob. Port. Imolen. *conſil. 95.numer.16.* Cæphal. *conſil.287.numer.29.& ſeq.lib.2.* Maſcard. *de probat. concluſ.740.numer.26. 27.& 29.& concluſ. 959.numer.8.* Seraphin. *in tractat. de priuil. iuramenti.priuileg.132.numer.21.* Apud quos reperies etiam plures alios antiquiores, materiam hanc pertractantes.

B V B A L I

Veneta legitimatis, Veneris decima Ianuarij 1568.

ARGVMENTVM.

De colluſione ſeu præuaricatione inter litigantes, quando permiſſa dicatur: Necnon etiam de repetitione teſtium facienda ex officio Iudicis, vel ad inſtantiam partis; Et quando repetiti ſine citatione partis probent vel ne.

S V M M A R I V M.

Colluſio ſeu præuaricatio litigantium probatur ex cohabitatione, ac etiam ex eo quod quis citatus in iudicio non comparet, nec aliquam exceptionem opponit. nu.1. vbi declaratur hæc concluſio.

Iudicium non poteſt dici colluſiuum, etiam quod partes amicabiliter conueniant de inſimul litigando, vt cognoſcatur quis foueat bonum ius: Niſi probetur quod doloſe fuerint omiſſæ exceptiones legitimæ, & quod aderat animus alteri præiudicandi. nu.1.

Colluſio nō dicitur probata inter litigantes, niſi probetur quod is, qui victoriā reportauit in lite, foueret malum ius. nu.1. in fine.

Teſtes examinati ſine partis citatione, nulliter dicuntur examinati, niſi parte præſente, & inſtante fuerint examinati ſuper interrogatorijs datis. nu.2.

Iudex ex officio abſque requiſitione partis non poteſt teſtes examinare; parte autem petente & inſtante, poteſt ſuum officium impartiri in examinandis, ac repetendis teſtibus. num.3.

Teſtes quamuis ex officio examinentur, ſeu repetantur, neceſſaria tamen eſt citatio partis, niſi eadem pars inſtet pro repetitione. nu.4.

Teſtes poſſunt examinari parte non citata, quando parses ſic conſenſerunt. nu 4.

Teſtes nulliter examinati, non poſſunt repeti, ſed debent de nouo examinari, niſi pars pro repetitione inſteterit. num.5. Et in add lit. A. vbi de materia.

Proteſtatio nullitatis actorum & proceſſus, debet repeti in quolibet actu, aliter non ſuffragatur, quando quis poſt proteſtationem ſimpliciter comparet. nu.5.

Teſtes non examinati ſuper interrogatorijs datis a parte dicuntur nulliter examinati, quando pars proteſtata fuit, quod ſuper dictis interrogatorijs examinentur teſtes; ſecus ſi hanc proteſtationem non fecit, & a iudicis decreto contrario non appellauerit. nu.6.

Interrogatoria impertinentia data pro examine teſtium, ſunt omnino reijcienda, & quæ in propoſito dicantur impertinentia interrogatoria. nu.6. & in add. lit. B.

Teſtium depoſitiones poſitæ ad partes de mandato iudicis, non dicuntur eſſe de actis. nu.7.

DECISIO XXXI.

1 DVplex erat difficultas in dubio per me propoſito in hac cauſa; Prima, an examen teſtium, de quibus in dubio, factum primo loco coram Illuſtriſſimo D. Patriarcha Venetiarum, ſit nullum. Secūda, an repetitio eorundem teſtium facta coram Illuſtriſſimo D. Nuncio Venetiarū, ſeu eius Auditore, fuerit nulla. Quoad primum examen duæ nullitates opponebantur pro parte d. Nicolai de Michaelibus. Prima, quia totum illud iudicium coram Patriarcha fuerat colluſiuū inter patruos & nepotes inſimul colludentes, quam colluſionem colligebant ex cohabitatione, ac etiā quia dicti Ioannes & Fantinus de Michaelibus patrui nunquam comparuerunt in iudicio, nec aliquam exceptionem opponere curarunt, iuxta tex. *in l.1.§.Præuaricatorem. ff. ad Turpil.* ſed hæc nullitas fuit reiecta per Dominos, qa iudicium nō poteſt dici colluſiuum etiam quod partes amicabiliter conueniant de inſimul litigādo, vt cognoſcatur, quis foueat bonum ius. *l. ſi cōuenerit. de re iud.* Saly. *in l.2.C. de colluſ.* Natt. *conſ. 537. nu.31. verſ. in ciuilibus vero de hoc &c.* niſi probetur, quod doloſe fuerint omiſſæ exceptiones, quas pars habebat; & quod aderat animus alteri præiudicandi, vt per Natt. *d. conſ. 537. nu. 32. in fine.* Potuerunt igitur Patrui cognoſcere bonā fidem, & ſe remittere ad diſpoſitionem iuris, nec dicitur inter eos facta colluſio, niſi probetur quod Domini Iacobus & Ioānes nepotes fouerent malum ius in negotio principali, vt fuit reſolutum coram R.P.D. Decano *in vna Romana hæreditatis de Cioffis de anno* 1583.

2 Secundo opponebatur nullitas dicti examinis, ex quo teſtes fuerunt examinati abſque citatione partis, ad videndum iurare teſtes, iuxta tex. *in l. ſi quando. C. de teſtib.* circa quam aliqui ex Dominis habebant difficultatem, putantes primum examen ſaluari poſſe a ſupradictis nullitatibus: ſed quicquid ſit de illo examine, Domini quoad repetitionem poſtea factam coram Nuncio in ſecunda Inſtantia, tenuerunt, illam fuiſſe validam, & nullitates non eſſe conſiderabiles, cum præſuppoſito tamē, quod teſtes fuerint examinati cum interrogatorijs ſibi bene viſis, factis parte præſente, & inſtante, ſuper repetitione facienda, non reclamando ſuper dicto Decreto; & cōſequēter ex quo fecit tranſitum in iudicatum, potuit iudex valide dictos teſtes repetere cum interrogatorijs ſibi bene viſis, iuxta formam dicti Decreti.

3 Nec dici poteſt, Decretum fuiſſe nullum ex eo, quia Iudex non potuit teſtes examinare ex officio, ſed ad inſtantiam partis, cum ad iudicis officium non pertineat teſtium examinatio abſque requiſitione partis. Rot. *deci.13. nu.3. verſ. nō enim*

pro-

SVMMARIVM.

Pretium pannorum, an probetur ex fide mercatorum. nu. 1. & num. 6.

Officiali publico plena fides adhibetur, maxime in his, quæ concernunt eius officium. nu. 1. ante finem.

Vendere rem cariori pretio facta dilatione ad tempus, vſura eſt. nu. 2. ſed an, & quando hoc verum ſit, vide per totam deciſionem, & in add. lit. A. vbi remiſſiue.

Vſura formalis dicitur illa, quæ prouenit ex vero contractu mutui nu. 3.

Vſura dicitur indirecte ſiue per accidens, quando ſub velamine emptionis, ſeu alterius liciti contractus, committitur. nu. 3. in fine.

Simulatio contractus præſumitur ex indigentia contrahentis. nu. 4. declara, vt nu. 13.

Simulatio contractus arguitur ex abſentia contrahentis. numero 4.

Simulatio contractus arguitur ex qualitate perſonarum, nu. 4. & in add. lit. C.

Simulatio præſumitur ex venditione pannorum facta in confuſo. nu. 4. in fine.

Inſtrumentum publicum habet præſumptionem veritatis legalitatis, & iuſtitiæ. nu. 5. & in add. lit. B.

Vſura in dubio non præſumitur, ſicut & in dubio contractus non eſt præſumendus vſurarius. in addit. litera B. vbi declaratur.

Simulatio in dubio non præſumitur, ſicut & in dubio cõtractus non præſumitur ſimulatus, in add. lit. B.

Simulatio contractus non præſumitur, quando ille producitur, a viro probo, honeſto & fide digno. nu. 5. & in addit. lit. C. vbi generaliter, quod qualitas perſonarum excludit præſumptionem ſimulationis, falſitatis, & vſuræ.

Vſura regulariter non committitur in contractu emptionis & venditionis. nu. 5. in fine.

Fides non facit fidem nu. 6.

Teſtes non poſſunt deponere per ſcripturam, ſed debent deponere viua uoce, & cum iuramento. nu. 6.

Pretium non dicitur iniuſtum & exceſſiuum, etiam quod quis uendat rem minori precio eo quod illam emerat. num. 7. in fine.

Precium ubi non eſt exceſſiuum in uenditione, non poteſt dari de uſura. nu. 8.

Vendere licet rem ſupremo precio credita pecunia. nu. 8.

Venditio non dicitur uſuraria, quamuis res fuerit uendita cariori precio, facta dilatione ad illud ſoluendum, niſi etiam uendens habuerit declaratam intentionem committendi uſuram, quæ quidem deprauata intentio in dubio non præſumitur. nu 9.

Dolus in dubio non præſumitur. nu. 9.

Vendere licet rem etiam cariori precio facta dilatione ad ſoluendum, quando in loco ubi fit uenditio, non inueniuntur emptores, qui in prompta pecunia emant. num. 10. & ſeq. ubi idem quando merces in illo loco ſolent frequentius uendi credita pecunia quam in contanti.

Contractus non iudicatur fœneratitius, ſi in illa regione, in qua eſt celebratus, communiter frequentatur. nu. 12.

DECISIO XXX.

1 PRopoſui dubium in hac cauſa, An contractus venditionis pannorum factæ D. Aurelio ſub die 23. Iunij 1572. per D. Nicolaum, eſſet vſurarius ad effectum, vt non eſſet danda immiſſio eidem D. Nicolao in poſſeſſionem prædij, de quo agitur, vigore vtilis Saluiani interdicti? In quo informanres pro inualiditate contractus, dum alias ſub die 14. Decembris anni præſentis, hoc idem dubium propoſui (quia in hac poſitione non curarunt informare) plura deducebant, ad oſtendendum contractum huiuſmodi fuiſſe illicitum, & vſurarium; & primo exceſſiuitatem precij pannorum: Dicebant enim pannos Londrinenſes fuiſſe venditos dilata ſolutione ad tempus longe maiori, & cariori precio, quam tunc temporis communiter vẽderetur in ciuitate Anconæ; Prætium autem commune illius temporis conabantur probare ex fide quorundam Mercatorum Anconitanorum id atteſtantium, & præſertim ex fide ſubſcripta a Conſule nationis Florentinæ, Anconę commorante, cui tanquam officiali publico plena fides eſt adhibenda, maxime in his, quæ concernunt mercaturam, vt per Bar. *in l. quadam. §. nummularios, in fine. de eden.* Alexand. *conſ. 179. in princ. lib. 6.* cum alijs per Aymo. *de antiquit. tempor. parte prima, ſectione quarto limitatur, nu. 62.*

2 Et hanc probationem coadiuuabant ex eo, quia de anno 1568. D. Nicolaus emerat has merces minori precio quã poſtea vendidit: vnde ſtante exceſſiuitate precij ob dictam ſolutionem ad tempus, aſſerebant contractum huiuſmodi fuiſſe
a vſurarium, [a] & potius contractum mutui, ſimulata venditione, ne venditor cogeretur exceſſum iuſti precij reſtituere ex diſpoſitione iuris canonici, iuxta text. *in cap. in ciuitate, & in cap. nauiganti. de vſur.* Abb. *in d. cap. in ciuitate. numer.* 2. & ibi Ioan. de Anan. *ſub num.* 1. D. Thom. 2. 2. *q. 78. ar. 2. ad finem.* Summ. Silueſtri. *verb. vſura. 2. ſub nu. 2. verſ. certum late.* Couar. *variar. reſol. lib. 2. cap. 3. nu. 7.*

3 Et quamuis non dicatur vſura formalis, quia non prouenit ex vero contractu mutui, tamen virtualiter in iudicio dicenda eſt vera vſura, *cap. conſuluit, vbi gl. in verſ. male agere. de vſur.* Summ. Silueſtr. *vbi ſupra verſ. quartum*, & dicitur vſura indirecte, ſiue per accidens, quando ſub velamine emptionis ſiue mediante contractu de ſe licito, vſura committitur, vt bene declarat Federic. de Sen. *conſ. ult. nu.* 20.

4 Secundo ad coadiuuandũ hanc probationem afferebant aliquas coniecturas, ex quibus arguebatur ſimulatio contractus huiuſmodi venditionis pannorum, nempe indigentia pecuniarum, qua Dom. Aurelius emptor tempore pecuniarũ cõtractus, detinebatur, quæ arguit ſimulationẽ, ex alleg. per Rolan. *conſ. 40. nu. 33. lib.* 2. Qualitas ipſius emptoris, qui non erat mercator, nec indigebat tanta pannorum quãtitate. Abſentia Domini Aurelij de tempore contractus, qui non curauit videre pãnos, cuius qualitatis eſſent, quod arguit ſimulationem & contractum fœneratitiũ, vt per Pariſ. *conſ. 82. nu. 38. lib.* 2. Afflict. *deciſ. 40.* Natt. *conſ. 198. nu.* 2. cum alijs per Menoc. *cõſ. 109. nu.* 21. Item venditio pannorum facta in confuſo non autem diſtincte & particulariter. Natt. *vbi ſupra nu. 8. in fine.*

5 His tamen minime obſtantibus Domini vnanimiter cõcluſerunt, contractum, de quo agitur, non fuiſſe vſurarium, nec illicitum, ſed ab omni prorſus ſimulationis & vſurariæ prauitatis labe alie-

Digitized by Google

alienum; cum enim ſuper hac conuentione con-
fectum ſit publicum inſtrumentum, vtique illud
habet pro ſe omnem præſumptionem veritatis,
legalitatis, ac iuſtitię, non autem ſimulationis &
b fœnoris. [b] ita Bal. *per illum tex. in l. cum precibus. C.*
de prob. & in l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi cert. pet. Iaſ. *in l. iuris*
gentium. §. quod fere. in 2. not. ff. de pact. cũ alijs per
Rimin. iun. *conſ.* 83. *nu.* 17. præſertim cum ſit pro-
c ductum [c] a viro probo, honeſto, & fide digno, vt
poſt Iacob. de Bel. Parid. de Put. tenet Marſ. *in l.*
1. §. *ad quæſtionem. nu.* 10. *in fine. de quæſt.* Tiraq. *de*
pen. temper. cauſ. 51. *n.* 116. Quod eo maxime dicen
dum eſt, quando verſamur in contractu emptio-
nis, & venditionis, in quo regulariter vſura non
committitur.
6 Et quoniam ius conſiſtit in reſponſione ad
fundamenta ſupra deducta; Ideo pro reſponſio-
ne ad text. *in cap. in ciuitate. de vſur.* fuit dictum,
quod in hac venditione ne dum nõ probatur ex-
ceſſiuitas iuſti precij, quinimò potius conſtat de
contrario: Nam fides ſubſcripta a mercatoribus,
nihil penitus probat; Tum quia fuit facta lite pẽ-
dente; tum etiam quia parte non citata & ſine
iuramento; ſicut enim viuæ voci illorum merca-
torum, qui fidem fecerunt, non creditur ſine iura
mento, & parte non citata, *cap. 2. & cap. nuper. de*
teſtib. Ita credi non debet eorum voci mortuæ; &
ſic eorum ſcripturæ, vt inquit Roman. *conſ.* 204.
nu. 4. *verſ.* 3. & bene facit illa communis opinio,
quod teſtis non poteſt per ſcripturam teſtificari,
vt per Couarr. *lib. 2. variar. reſol. c.* 13. *num.* 6. *verſ.*
Immo non poſſe.
7 Et eo magis hæc probatio redditur inſufficiẽs,
cum ijdem mercatores poſt conceſſas literas re-
miſſoriales in ciuitate Anconę, recuſarunt ſe exa
mini ſubijcere, & cum iuramẽto deponere quod
ſcripſerunt, prout nec etiam probatur exceſſiui-
tas iuſti precij ex eo, quod D. Nicolaus hos pan-
nos emerit de anno 1568. viliori precio, quia in
extimatione iuſti precij hoc non attenditur, vt
per Couar. *lib. 2. c. 3. nu. 4. verſ. 2. hic apparet.*
8 Quod autem precium pannorum non eſſet ex-
ceſſiuum, clare liquet, tum ex partitis librorum
quorundam mercatorum, qui de eodem tempo-
re & eodem precio pannos vendiderunt; tum ex
partitis extractis ex libro Antonij Triumphi, ex
quibus conſtat, D. Antonium vẽdidiſſe pannos
huius qualitatis pro eodem & maiori precio: cũ
igitur in caſu, de quo agitur, precium non poſſit
dici exceſſiuũ, contractus non debet iudicari vſu
rarius, nec eſt locus diſpoſitioni *d. c. in ciuitate,* vt
ibi per Abba. & Ioan. de Anan. & bene per Dec.
conſ. 111. *in fine*; quamuis enim ſupremum preciũ
dici poſſit, licite tamen vendi poſſunt merces, pe-
cunia credita ad tempus, ſupremo precio, quas
ſtatim pecunia numerata precio mediocri, vel in
fimo vendidiſſet, vt per Dec. *d. conſ.* 111. *nu.* 7. Ve-
ron. *conſ. cri.* 10. *col.* 4. Summ. Siluestr. *in verbo, Vſu*
ra. 2. §. 1. verſ. 4. Couar. *d. c. 3. nu. 2. verſ. ſecundo in-*
de conſtat.
9 Pręterea etiam quod prętendi poſſet, precium
huiuſmodi fuiſſe aliquo pacto exceſſiuum, quod
tamen non probatur, vt ſupra dictum eſt, nõ ta-
men ex hoc ſolo, contractus redditur vſurarius,
ſed requiritur dolus & deprauata intentio ven-
ditoris; quando enim contrahentes deprauatam
habent intentionem, & fraudem habent in men-
te, tunc fingitur ſolutio facta ab ipſo emptore, &
precium ſibi reſtitutum, quaſi cõtrahatur de no-
uo mutuum cum lucro illius exceſſus, qui erat in
precio, vt inquit Abb. *in d. cap. in ciuitate. num.* 2.
verſic. ſed ubi fraudem, & ibi Ioan. de Anan. *nu.* 1.
uerſic. ſed ubi contrahentes, & Henric. Boyc. *num.*
6. *in fine.* late Bero *in rubr. de uſur. num.* 38. Dolus
autem & deprauata intentio probari debet, alias
non præſumitur, ex dilatione data ad ſoluẽdum
precium. *l. dolum. C. de dol.* & in his terminis bene
deducit Bero. *in d. c. in ciuitate. nu.* 3. *uerſ. præterea*
cum dolus.
10 Tertio non procedit diſpoſitio tex. *in d. cap. in*
ciuitate. quando non inueniuntur emptores, qui
merces præſenti pecunia emant, prout eſt in qui-
buſdam ciuitatibus, & in ſpecie in ciuitate Anco
næ; tunc enim ſi merces carius vendantur iuſto
precio, non committitur vſura, quia pecunia nõ
poteſt videri ab emptoribus tradita, & poſtea il-
lis numerata, quia illam promptam precij ſolu-
tionem non habuerunt, & quia ſi venditores pre
cium tempore contractus habere potuiſſent, vti-
que in alias merces pecunias inueſtiuiſſent: ita
Salyc. *in authen. ad hæc. q. 9. in fine. C. de uſur.* ſe-
quitur Ioan. de Anan. *in d. cap. in ciuitate. num.* 3.
uerſicul. eſt etiam conſiderandum. Dec. *d. conſ.* 111.
num. 5. *verſicul. his præmiſſis.* Couarr. *d. cap.* 3. *num.*
6. Nauarr. *in Manual. ſub præcepto 7. capit.* 17. *nu-*
mer. 228. Rip. *in cap. nauiganti.* §. 5. *nu.* 129. *de uſur.*
pag. 132.
11 Quod eo magis locum habet, quãdo ſumus in
mercibus, quæ in loco ſolent frequentius vendi
pecunia credita, & quæ non poſſunt vendi, niſi
expectato precio, quod ex mercibus ipſis confi-
ciẽdum reſtat, veluti in mercibus maritimis, quæ
niſi in magna copia aduci nõ poſsũt; qua de cau-
ſa non inueniuntur commode emptores, qui pręſenti pecunia emant; & mercatores ſi merces hu-
iuſmodi carius vendant, non ſunt damnandi, dũ
modo abſit fraus: ita declarat Sott. *de iuſt. & iur.*
lib. 6. q. 4. art. 1. col. penult. uerſ. quartum demum ſe-
quitur Lup. *ubi ſupra nu.* 107.
12 Accedit etiam quod contractus non debet fœ
neratitius iudicari, ſi in regione communiter fre
quentatur, & inter bonos, & legales mercatores
ſeruatur. Ita Bal. *in l. unica. nu.* 39. *C. de his quæ pæ.*
nomin. ſequitur Iaſ. *in l. 1. nu.* 62. *uerſ. Idem Bal. C.*
de ſumm. Trinit. & fi. cathol. Aym. *conſ.* 6. *ſub num.*
103. Rolan. *conſ.* 75. *nu.* 44. *lib.* 1.
13 Nec obſtant coniecturæ ſupra deductæ, quia
quod merces in confuſo fuerunt vẽditæ, tollitur
ex partitis librorum d. Nicolai, in quibus clare &
diſtincte explicatur qualitas, & color pãnorum,
& illorum precium; quod autẽ Do. Aurelius em-
ptor indigeret pecunijs, & non tanta quantitate
pannorum, hoc non arguit ſimulationem huius
contractus, tum quia non cõſtat, quod D. Nico-
laus de his habuerit notitiam; poterat enim cre-
dere, Dominum Aurelium has merces emere ad
effe-

Digitized by Google

Franc. Becci. *conſil.* 78. *numer.* 24. *& ſeqq. lib.* 1. Iacob. Port. Imolen. *conſil.* 95. *numer.* 16. Cæphal. *conſil.* 287. *numer.* 29. *& ſeq. lib.* 2. Maſcard. *de probat. concluſ.* 740. *numer.* 26. 27. *&* 29. *& concluſ.* 959. *numer.* 8. Seraphin. *in tractat. de priuil. iuramenti priuileg.* 132. *numer.* 21. Apud quos reperies etiam plures alios antiquiores, materiam hanc pertractantes.

B V B A L I

Veneta legitimatis, Veneris decima Ianuarij 1568.

ARGVMENTVM.

De colluſione ſeu præuaricatione inter litigantes, quando permiſſa dicatur: Necnon etiam de repetitione teſtium facienda ex officio Iudicis, vel ad inſtantiam partis; Et quando repetiti ſine citatione partis probent vel ne.

SVMMARIVM.

Colluſio ſeu præuaricatio litigantium probatur ex cohabitatione, ac etiam ex eo quod quis citatus in iudicio non comparet, nec aliquam exceptionem opponit. nu. 1. *vbi declaratur hæc concluſio.*

Iudicium non poteſt dici colluſiuum, etiam quod partes amicabiliter conueniant de inſimul litigando, vt cognoſcatur quis foueat bonum ius: Niſi probetur quod doloſe fuerint omiſſæ exceptiones legitimæ, & quod aderat animus alteri præiudicandi. nu. 1.

Colluſio nõ dicitur probata inter litigantes, niſi probetur quod is, qui victoriã reportauit in lite, foueret malum ius. nu. 1. *in fine.*

Teſtes examinati ſine partis citatione, nulliter dicuntur examinati, niſi parte præſente, & inſtante fuerint examinati ſuper interrogatorijs datis. nu. 2.

Iudex ex officio abſque requiſitione partis non poteſt teſtes examinare; parte autem petente & inſtante, poteſt ſuum officium impartiri in examinandis, ac repetendis teſtibus. num. 3.

Teſtes quamuis ex officio examinentur, ſeu repetantur, neceſſaria tamen eſt citatio partis, niſi eadem pars inſtet pro repetitione. nu. 4.

Teſtes poſſunt examinari parte non citata, quando partes ſic conſenſerunt. nu 4.

Teſtes nulliter examinati, non poſſunt repeti, ſed debent de nouo examinari, niſi pars pro repetitione inſteterit. num. 5. *Et in add. lit. A. vbi de materia.*

Proteſtatio nullitatis actorum & proceſſus, debet repeti in quolibet actu, aliter non ſuffragatur, quando quis poſt proteſtationem ſimpliciter comparet. nu. 5.

Teſtes non examinati ſuper interrogatorijs datis a parte dicuntur nulliter examinati, quando pars proteſtata fuit, quod ſuper dictis interrogatorijs examinentur teſtes; ſecus ſi hanc proteſtationem non fecit, & a iudicis decreto contrario non appellauerit. nu. 6.

Interrogatoria impertinentia data pro examine teſtium, ſunt omnino reijcienda, & quæ in propoſito dicantur impertinentia interrogatoria. nu. 6. *& in add. lit. B.*

Teſtium depoſitiones poſitæ ad partes de mandato iudicis, non dicuntur eſſe de actis. nu. 7.

DECISIO XXXI.

1 DVplex erat difficultas in dubio per me propoſito in hac cauſa; Prima, an examen teſtium, de quibus in dubio, factum primo loco coram Illuſtriſſimo D. Patriarcha Venetiarum, ſit nullum. Secũda, an repetitio eorundem teſtium facta coram Illuſtriſſimo D. Nuncio Venetiarũ, ſeu eius Auditore, fuerit nulla. Quoad primum examen duæ nullitates opponebantur pro parte d. Nicolai de Michaelibus. Prima, quia totum illud iudicium coram Patriarcha fuerat colluſiuũ inter patruos & nepotes inſimul colludentes, quam colluſionem colligebant ex cohabitatione, ac etiã quia dicti Ioannes & Fantinus de Michaelibus patrui nunquam comparuerunt in iudicio, nec aliquam exceptionem opponere curarunt, iuxta tex. *in l.* 1. *§. Præuaricatorem. ff. ad Turpil.* ſed hæc nullitas fuit reiecta per Dominos, qa iudicium nõ poteſt dici colluſiuum etiam quod partes amicabiliter conueniant de inſimul litigãdo, vt cognoſcatur, quis foueat bonum ius. *l. ſi cõuenerit. de re iud.* Saly. *in l.* 2. *C. de colluſ.* Natt. *conſ.* 537. *nu.* 31. *verſ. in ciuilibus vero de hoc &c.* niſi probetur, quod doloſe fuerint omiſſæ exceptiones, quas pars habebat; & quod aderat animus alteri præiudicandi, vt per Natt. *d. conſ.* 537. *nu.* 32. *in fine.* Potuerunt igitur Patrui cognoſcere bonã fidem, & ſe remittere ad diſpoſitionem iuris, nec dicitur inter eos facta colluſio, niſi probetur quod Domini Iacobus & Ioãnes nepotes foucrent malum ius in negotio principali, vt fuit reſolutum coram R. P. D. Decano *in vna Romana hereditatis de Cioffis de anno* 1583.

2 Secundo opponebatur nullitas dicti examinis, ex quo teſtes fuerunt examinati abſque citatione partis, ad videndum iurare teſtes, iuxta tex. *in l. ſi quando. C. de teſtib.* circa quam aliqui ex Dominis habebant difficultatem, putantes primum examen ſaluari poſſe a ſupradictis nullitatibus: ſed quicquid ſit de illo examine, Domini quoad repetitionem poſtea factam coram Nuncio in ſecunda Inſtantia, tenuerunt, illam fuiſſe validam, & nullitates non eſſe conſiderabiles, cum præſupposito tamẽ, quod teſtes fuerint examinati cum interrogatorijs ſibi bene viſis, factis parte præſente, & inſtante, ſuper repetitione facienda, non reclamando ſuper dicto Decreto; & cõſequẽter ex quo fecit tranſitum in iudicatum, potuit iudex valide dictos teſtes repetere cum interrogatorijs ſibi bene viſis, iuxta formam dicti Decreti.

3 Nec dici poteſt, Decretum fuiſſe nullum ex eo, quia Iudex non potuit teſtes examinare ex officio, ſed ad inſtantiam partis, cum ad iudicis officium non pertineat teſtium examinatio abſque requiſitione partis. Rot. *deci.* 13. *nu.* 3. *verſ. nõ enim* pro-

procedit.de prob.in nouis,quia licet teſtes fuerint repetiti ex officio,tamen repetitio ſuit facta ad requiſitionē partis, cum D. Nicolaus petierit eos repeti; quod enim dicitur, iudicē in cauſa ciuili non poſſe teſtes ex officio examinare,procedit,ſi ſimpliciter,& abſolute teſtes ex officio examinat ſecus vbi parre petente,& inſtante,quia tunc officium ſuum parti petenri impartiri debet,vt bene declarat Rot.*dicta deciſ.*13.*in fine.*

4 Non obſtat ſecundo, quod in repetitione debebat ſaltem citari D.Nicolaus,ad videndum iurare teſtes;quod cum factum non fuerit,examen dicitur nullum.*l.ſi quando.C. de teſtib. cum ſimilibus*,& partis citatio requiritur etiam,quando teſtes ex officio examinantur, vt per Felyn. *in cap. in nomine Domini. numer.*5. & ibi Dec. *numer.* 10. *de teſtibus*; Quia pro reſponſione dictum fuit, quod cum hæc repetitio examinis fuerit facta ad inſtanriam Domini Nicolai, non requirebatur eius citatio in examine fiendo,quia de eius conſenſu,& ipſo inſtante & petente fiebat hæc repetitio;Obiectio autem procederet, ſi ad inſtantiã DD.Iacobi & Ioannis teſtes fuiſſent repetiri; & cum D.Nicolaus acquieuerir Decreto, quod Iudex poſſet teſtes ex officio quandocumq; ſibi placuerit examinare,potuit Iudex etiã parte abſente & non citata,illos examinare,vt per Bal.*in d.l. ſi quando.nu.*5.*C.de teſtib.*Marſ. *in l. de vno quoque. nu.*91.*de re iudicata.*

5 Tertio non obſtat,quod ſtante nullitate[a] examinis,non datur locus repetitioni, ſed teſtes debebant de nouo examinari. *l. ſi. Vbi Doctor. C. de teſtibus*,quia vltra quod nulliras primi examinis redditur turbida, ſatis videtur, quod Iudex potuerir procedere ad repetitionem parte petente, quæ in hoc ſibi præiudicauir; nam ex hoc cenſetur renunciaſſe nullitati prioris examinis,& conſequenter repetitio remanet valida, ad trad. per Imol. *in capit.cum cauſam. col.ſi. in verbo, præſumptionem.de teſtib.* Rot.*deciſ.*8.*in fine.de offic. deleg. in nou.*Nec dicatur quod ſtãte proteſtatione pręcedenti,quod non intendebat conſentire, nec recedere a nulliratibus intentãris D. Nicolaus,nõ cenſetur ſibi præiudicaſſe,nec conſenriſſe Decreto facto,quia cum poſt illas proteſtationes pluries comparuerit petiendo teſtes repeti;& nũquã proteſtationem reperierir, cẽſetur ab ea receſſiſſe,vt per Ioan.de Anan.*conſ.*93.*nu.*1.*in fine*,quia proteſtatio debebat repeti in quolibet actu,cum ſimus in iudicialib. Mohedan.*deciſ.*44.

6 Non obſtat quarto,quod examen fuerir nullum ex eo, quod reſtes non fuerunt repetiti, nec ſuper Articulis D.Chriſtinæ,& filiorum,nec ſuper interrogatorijs datis pro parte Do. Nicolai, ſed tantum ſuper interrogatorijs Iudicis bene viſis,ad trad.per Rip. *in l.*1.*num.*39. & ibi Cagnol. *num.* 102. *ſi cert. pet.* quia vltra quod poſt Decretum factum a Iudice,pars debebat proteſtari, quod teſtes examinarẽtur ſuper interrogatorijs; & cum hac proreſtatione poterat fortaſſe reddi nullum examen,vt loquũtur prædicti Doctores, fuit etiã reſponſum,quod hic non fuerunt omiſſa interrogatoria partis ... Et ita intelligenda ſunt verba illa Decreti,*ſibi bene viſis.*Nam Iudex voluir repetere teſtes cum interrogatorijs partis; & ad iſtum effectũ fecit illa ſibi exhiberi: ſed quia fortaſſe veriſimiliter aliqua eranr impertinenria, b [b] & reſecanda;ideo fuir Decretum de repetẽdo cum inrerrogatorijs,ſibi bene viſis,quod idem eſt ac ſi decreuiſſet,teſtes repetendos etiam cum interrogatorijs partis; quod Iudex facere potuir,ad trad.per Doct. *in c.per tuas.* vbi Felyn. *col.*3.*de teſtibus.*

7 Vltimo nõ obſtat,quod teſtes repetiti,fuerint poſiti ad partem,vnde non dicuntur de actis,perinde,ac ſi non eſſent repetiti, præſertim cum Iudex ordinauerir,non poſſe in actis redigi ſine nouo Decreto; quia reſpondetur, quod hæc obiectio non reſpicit nullitatem examinis,ſed potius nullitatem,ſeu iniuſtiriã ſententiæ latę per Nuncium, ſuper qua erit poſtea diſcutiendum; & ex his fuit concluſum,repetitionem teſtium factam coram Nuncio fuiſſe validam, dummodo teſtes fuerint examinati cum interrogatoris opportunis,& neceſſarijs.

ADDITIONES.

a *Nullitate examinis.* Semper ego fui in hac opinione,quod teſtes nulliter examinari, repeti nequeant, ſed debeant de nouo examinari, prout dicitur in hac deciſione, quam ſic dicentem inueniſſe, valde lætatus ſum;illi tamẽ multum aduerſari viderur alia concluſio Doctorum *in cap. per tuas,extra de teſtib.*vbi præſerrim Butr. *nu.*9. *verſ. primus quando.* Fel.*nu.*2.*verſ.Item niſi prima atteſtationes eſſent nulla.*Imol.*col.*1.*in fine. extra de teſtib.*dicentes,qđ quando teſtes ſunr nulliter examinati,tunc,vt valide deponant, poſſunt quandocunque,ẽt facta publicarione arteſtationum, repeti,quod & idem voluerunt Albe. Alex. Guido Pap.& plures alij cumulati per D. meum Farinac.*in tract.de teſtib.q.*66.*nu.*303.*& ſeqq.*Cogita pro nunc,quomodo hæc contrarietas diſſolui poſſit,quoniam pro prima opinione vrget illa regula in qua dicitur; Nullum quod eſt, cõfirmari non poſſe,& Rotę aurhoritas in iudicijs ſeruanda, & præſertim Rotæ Romanæ, quæ aliarum omnium eſt regina & magiſtra.

b *Impertinentia.* Interrogatoria impertinentia, quæ dicantur tam in genere,quam in ſpecie,nullus eſt qui magis explicite materiam pertractet, quam D.meus Farin.*in tract.de teſtibus. q.*73.*nu.*26.*& omnibus ſeqq.*

Fam.Cent.I.V.D.Galeſ.

P A M P H I L I I
nunc meritiſſimi Decani.

Valentina Profeſſionis 24.*Ianuary* 1586.

ARGVMENTVM.

Carnalis copula cum vxore eſt difficilis probationis: & propterea coniecturis probatur:& an & quando ea cenſeatur probata ex aſſertione iurata mariti.

SVMMARIVM.

Copula carnalis cum vxore probatur per aſſertionem iuratam mariti, dũmodo mulier fuerit tranſducta ad domum viri, & inſimul cohabitauerint. n. 1. vbi propterea quod ceſſante tranſductione, & cohabitatione, talis aſſertio non probat copulam iu præiudicium alterius matrimonij.

Teſtis procurator non probat in illa cauſa, in qua fuit procurator. nu. 1. in fine.

Præſumptiones, indicia, & coniecturæ admittuntur in ijs, quæ ſunt difficilis probationis. nu. 2.

Iuramentum in ſupplementum datur quandoque ex depoſitione teſtis nou idonei, quando cum ea concurrunt alia adminicula. nu. 2. iu fine.

Iuramentum in ſupplementum non defertur, quando non fuit ſemiplenè probatum vel quando ſemiplenæ probationi obſtat aliqua alia contraria probatio vel præſumptio etiam leuiſſima. in addit. lit. A,

Iuramentum in ſupplementum an deferatur ex ſemiplena probatione præſumptiua, lit. A,

DECISIO XXXII.

1 DOmini non reiecerunt in totum aſſertionẽ iuratam M. Antonij Aldanæ, ſed reſeruarunt fidem illius arbitrio, cum magna diminutione; Licet. n. ad hoc, vt aſſertio iurata Mariti attendatur ad probationem copulæ, requiratur quod mulier fuerit tranſducta ad domum viri, & inſimul cohabitauerint, iuxta *c. ſi quis acceperit. 33. quæſt. 1. c. continebatur.* vbi Card. *nu.* 5. Abb. *ſub nu.* 7. Præpoſ. *ſub nu.* 5. *de deſponſ. impub.* Cald. *conſ.* 3. *de probat. in fin.* Gouarru. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 3. §. 1. *nu.* 14. Et fuit reſolutum coram R. P. D. Cantucio in vna Vlixbonen. Matrimonij: Et ideo in hoc caſu ceſſante tranſductione, & cohabitatione, videretur, nullam habendam eſſe rationem huius aſſertionis etiam iuratæ, præſertim in præiudicium alterius matrimonij ſpiritualis. Card. *d. c. continebatur.* Gemin. *conſ.* 27. *nu.* 4. Couarr. *de ſponſalib. p.* 1. *c.* 4. §. 1. *ſub nu.* 3. Et tanto magis, cũ M. Antonius fuerit Procurator Iſabellæ in cauſa, illamque maxima cum affectione pertractauerit, prout in facto deducitur, *capitulo, inſuper, cum ibi notat. de teſtibus.*

2 Tamen, quia ſumus in materia difficilis probationis, in qua admittuntut indicia & cõiecturæ, Doct. *in cap. præterea, de teſtib.* Dec. *conſ.* 577. *nu.* 3. Latè Socin. iun. *conſ.* 34. *nu.* 13. *lib.* 2. Et fuit tentum in illa Vlixbonen. Et poſſet huiuſmodi dictum alijs præſumptionibus, & adminiculis taliter coadiuuari, quod & ipſum probaret, prout de iuramento ipſiuſmet principalis in ſupplemẽ

a tum,[a] dicunt Doct. in l. admonendi, ff. de iur. iuran. Et facit deciſ. Acchil. de Graſſ. 1. de confeſſ. cum multis ſimilibus quę adduci poſſint, Domini reſeruarunt fidem illius, vt dixi, arbitrio, ſed cum magna diminutione.

ADDITIO.

a *In ſupplementum.* Regulariter enim niſi teſtis ſit omni exceptione maior, ſemiplenam non facit ptobationem; & vbi ſemiplena nõ adeſt probatio, ibi iuramentum in ſupplementum deferri non poteſt, vt per Iaſon. poſt alios *in repetitione l. admonendi. nu.* 294. *ff. de iur. iuran.* Ioſeph. Ludo. *deciſio. Lucen.* 42. *nu.* 13. *& nu.* 20. Vbi propterea, quod nec tale iuramẽtum defertur, quando aduerſus ſemiplenam probationem vrgeret aliqua alia probatio cõtraria; immo ſufficit aliqua præſumptio etiam leuiſſima aduerſus ſemiplenam probationem ad effectum denegandi hoc iuramentum, vt *in deciſio. Bononien.* 67. *nu.* 6. Roland. *conſil.* 50. *nu.* 20. *& ſeqq. lib.* 2. *deciſ. Pedemont.* 71. *n.* 3. Maſcard. *de probat. lib.* 3. *concluſio.* 1221. *nu.* 8. *&* 9. Vbi quod non defertur hoc iuramentum, quãdo contra actorem adeſt aliqua præſumptio iuris, vel conſuetud. ad quæ, vide omnino Menoc. *de præſumptio. lib.* 1. *quæſt.* 83. Vbi generaliter, & particulariter ponit, qualis debeat eſſe iſta præſumptio cõtraria ſemiplenę probationi, propter quã iuramentum in ſupplementum denegetur.

An autem iuramentum in ſupplementum deferatur ex ſemiplena probatione præſumptiua, dic, quòd ſic, ſecundum Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 190. *nu.* 2. *& ſeqq.* & Maſcar. *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1223. *nu.* 15. *& ſeqq. vſque ad nu.* 22. Ad quæ vide omnino Miſing. *obſer.* 68. *centur.* 1. & eundem Menoc. *de præſumpt. lib.* 1. *q.* 82. *&* 84.

Fam. Cent. I. V. D. Galleſ.

PAMPHILII, nunc meritiſſimi Decani.

Parmen. Bonorum, vigeſimaprima Aprilis, 1586.

ARGVMENTVM.

Renunciatio litis facta in carceribus, vt quis ſe ab illis eximat, non valet, præſertim ſi renuncians ſit minor: Et an & quando poſt renunciationem poſ-

ſit renuncians non obſtantem litem proſequi.

SVMMARIVM.

Renunciatio facta liti non nocet, quin renuncians poſſit ius ſuũ proſequi, quando eſt, facta, non ad effectum renunciationis ſui iuris, ſed vt iura litigantium ſine lite diſcuterentur; tunc enim non ſequuta concordia, renũciatio, ſeu ceſſio facta liti, non nocet. nu. 1.

Renunciatio ſeu ſtipulatio facta in fauorem abſentis, nemine pro eo ſtipulante, non præiudicant renuncianti. nu. 2.

Renunciatio facta a minore in carceribus ad effectum eximendi ſe ab illis, non præiudicat ipſi minori, quin aduerſus eam reſtituatur. nu. 2.

DECISIO XXXIII.

1 FVit per Dominos reſolutum, ceſſionem litis & inſtantiæ non obſtare Ioan. Franciſco, quo minus non potuerit poſtea proſequi ius ſuum; tum quia illa fuit facta, vt cauſa inter conſanguineos medio amicorum communium, pertractaretur, & iura ipſorum abſque lite diſcuterentur & dirimerentur, vt in dicta ceſſione expreſsè legitur: non autem ad effectum renunciationis iuris; quo caſu, vbi conſtat de voluntate renunciantis, illa attenditur, & ceſſat regula *l. poſtquam liti. C. de pact.* quæ procedit in dubio, vt poſt glo. in verbo, *lite*, declarant Bartol. *ſub nume. 4.* Ang. Caſtren. *ſub numero quinto.* Salyc. *numero tertio.* Dec. *numero decimotertio.* Curt. iun. & alij omnes, Et cum poſtea concordia ſequuta non fuerit, ceſſio non nocet, ad nota. per Bal. *in l. ſi diuerſa. C. de tranſact.* Alex. *conſil. 22. num. 1. lib. 1.* Benè Iaſ. *in d. l. poſtquam liti ſub nu. 8.*

2 Tum etiam, quia fuit facta in fauorem abſentis, nemine pro eo ſtipulante, & ſic non præiudicat. Batt. *in d. l. poſtquam liti. num. 6.* Iaſ. *ſub numero primo. In tertia. limitatione.* Dec. *numero ſeptimo,* & Claud. Seyſelli, qui teſtatur de communi. Et vlterius fuit facta a minore ad effectum, (vt teſtes dicunt) eximendi ſe a carcerib. qui poſtmodum aduerſus huiuſmodi ceſſionem fuit in integrum teſtitutus, glo. *fina. in d. l. poſtquam liti,* vbi Bal. *in 3. oppoſit. nu. 13. & alij.*

ORANI.

Pampilonen. Rectoriæ Lunæ 20. Octobris, 1586.

ARGVMENTVM.

Simonia mẽtalis, conuentionalis, & realis quę ſit: Quando & quęnam inducatur ſimonia ex ſola non acceptata pollicitatione. Quando etiam in hoc crimine habeat locum pœnitentia: Et quando demum ambitioſus & indignus beneficio dicatur is, qui pro illo obtinendo preces emittit.

SVMMARIVM.

Simonia conuentionalis non committitur ex quolibet animi propoſito, ſed ex effectu ſubſequuto, & ſic non ſufficit ſola voluntas ad actum non perducta. nu. 1. & in addit. lit. A, vbi de materia.

Teſtis patronus ad fauorem præſentati non eſt idoneus, eius autem Procurator idoneus eſt. nu. 2.

Simonia ad hoc vt ex pollicitatione inducatur, neceſſe eſt vt ipſa pollicitatio tranſeat in realem, vel conuentionalem ſimoniam. nu. 3.

Teſtes de auditu tantum, & etiam de fama deponẽtes per verba præſentis temporis non concludunt. nu. 3.

Simonia mentalis, non autem cõuentionalis, inducitur ex ſola pollicitatione, niſi pars aut pollicitationem acceptauerit, aut ſaltem in illam conſenſerit. nu. 4. & 5.

Simonia mentalis dicitur, quando interuenit propoſitum, ſeu intentio dandi, & recipiendi ius, ſpirituale, pro temporale. nu. 5

Simonia conuentionalis admittit pœnitentiam antequam fuerit deuentum ad exequutionem conuentionis quoad excuſationem pœnæ, licet non ſic quoad peccatum. nu. 5.

Simonia crimen commiſſum per promiſſionem, ab vna tantũ parte emanatam, pœnitentia aboletur. nu. 5. in fine.

Simonia ex ſola pollicitatione eſt ſpecies fictæ ſimoniæ, & punibilis non eſt. nu. 6.

Ambitioſus dicitur, & indignus beneficio is, qui ad illud per patronos ſe præſentari procurauit. nu. 7. vbi præſertim quando agitur de beneficijs curatis & prælaturis. Fallit quando quis eſt pauper & qualificata perſona, quia tunc ſi interponit preces pro conſequendo beneficio etiã cum intentione præſtãdi obſequium collatori, non dicitur ambitioſus. Item fallit duobus alijs modis, vt ibid. nu. 7.

Simonia alia mentalis, alia realis, & alia conuentionalis, Declara vt in addit. lit. B,

Pœnitentia quando habeat locum in delictis. in addit. lit. A,

DECISIO XXXIV.

1 FVit dictũ, in caſu, de quo agitur, nullam adeſſe ſimoniam conuentionalem; nec enim illa committitur ex quolibet animi propoſito, ſed
a ex effectu [a] ſubſequuto; & ideo ſola voluntas ad actum non deducta, non ſufficit. Abb. *in cap. nemo. de donat.* Doct. *in c. tua nos. de ſimon.* An autem de pollicitatione Ioannis de Arandigoyen, pro conſequendo patronorum voto, ex dictis teſtiũ ita conſtet, vt propter eã redditus ſit ad obtinendum Rectorem inhabilis; particulariter videbitur.

ALIA

ALIA DECISIO.

2 Quod autem D. Ioannes pro conſequutione præſentationis ad Rectoriam, de qua agitur, pollicitus fuerit Abbati de Murello beneficium, ſeu pẽſionem, cauſa iterũ propoſita Mercurij 5. Nouembris eiuſdẽ anni, dubitatum fuit apud Dominos: Nam hoc probãt duo teſtes in dicto tempore, & loco cõcurrentes, quorum alter nõ ideo repellendus eſt, quod cum colligitantem præſentauerit, videatur de ſua præſentatione ſubſtinẽda cogitaſſe. Lamber. *de iure patron. lib. 2. par. 2. q. 10. art. 15. nu. 7.* Nam huiuſmodi exceptio habet locum in patrono præſentante, quia ꝑ præſentationem commodum recepit, non autem in Procuratore vt hic, cuius nullum poteſt cõſiderari intereſſe.

3 Difficultas igitur quæſtionis reſtricta fuit ad qualitatẽ alterius pollicitationis, an ſcilicet talis eſſet, per quam D. Ioannes ſit redditus inhabilis ad Rectoriam obtinendam? Domini pro huius dubij reſolutione, cõſiderabãt, quòd ad hoc, vt reſultet inhabilitas, neceſſe eſt, vt pollicitatio tranſeat in realẽ vel conuentionalẽ ſimoniã, iuxta *extrauagan. 2. de ſimon.* quarum neutram hic probatam conſtat; nam teſtes de remiſſione tritici, vel etiã de donatione promiſſa loquẽtes, de auditu tantũ deponunt; & quando ſubijciũt etiam de fama, ex quo per verba præſentis temporis loquuntur, non concludunt. *cap. licet ex quadam, cum ibi notat. de teſt.*

4 Aliqui etiam ex Dominis tenebant, quod etiã ſi probata eſſet huiuſmodi pollicitatio, tamẽ per eam, ſola mẽtalis ſimonia argueretur commiſſa;
b Nam conuentionalis[b] ceſſat, quãdiu altera pars illam non acceptauit, aut ſalem in illam non cõſenſit. Nauarr. *in ſuo Manual. cap. vigeſimotertio, nu.* 104.

5 Non obſtat, quod mentalis dicatur, quando interuenit propoſitum, ſeu intentio dandi & recipiẽdi ius ſpirituale, pro temporale. Sot. *de iuſt. & iur. lib. 9. q. 8. art.* 1. Quia & promiſſio verbalis non acceptata, & ſine effectu dicitur mentalis, & intẽtio propalata: quo fit, vt quemadmodum in ſimonia conuentionali, ſi antequam deuentum ſit ad exequutionem conuentionis partes pœnitentia ductę, ab illa expreſsè receſſerint, licet grauiter peccent, nihilominus pęnas iuris euadunt, ita etiam crimen promiſſionis ab vna parte tantummodo emanatæ, pœnitentia aboletur. *cap. fi. & ibi glo. de ſimon.* Abb. *in cap. ex tua nu. 5. & ibi* Fel. *nu. 3. de ſimon.* Præpoſ. *in c. in ſumma. 1. q. 1. col. 2.* Gig. *de penſ. q. 4. num.* 3. Natt. *conſi. 299. nu. 10. lib. 2.*

6 Et hoc eo magis, quod huiuſmodi pollicitatio eſt tantum ſpecies fictæ ſimoniæ, propter quam non eſt locus punitioni, ſicut pro vera & pura ſimonia, Pariſ. *conſ. 30. nu.* 14. *lib.* 4. Sot. *vbi ſupra verſ. Immo antequam collatio fiat.*

7 Nec refragatur, quod Ioannes procurauerit ſe per patronos præſentari, ꝑꝑ quod dicitur ambitioſus & redditus indignus. iuxtã *cap. veſtras, vbi* Docto. *de iur. patronat.* Lambert. 1. *par. lib. 2. q. 9. art.* 12. Maximè, quia videtur quodammodo conſenſiſſe præſentationi ante actum præſentationis. Lamber. Vbi ſupra *q. 9. art.* 13. Præſertim quando de beneficiis Curatis & Prælaturis agitur, vt per Abba. poſt glo. *in cap. tuam. de ætat. & qualit.* Lambert. 1. *par. lib. 2. q. 8. art.* 3. Quia fuit dictum, quod quãdo quis eſt pauper & qualificatus, ſi interponit preces pro ſe ipſo, ad conſequendum beneficium, etiam cum intentione obſequium pręſtandi illi, qui confert, nõ peccat, nec dicitur ambitioſus, vt per Abb. *in d. c. tuam. nu.* 3. Lambert. *d. q. 2. artic. 3. nu. 6.* Nam Abbas dicens in Curatis, & Prælaturis non eſſe licitum preces interponere, intelligitur in beneficiis magni momẽti & Pręlaturis ratione dignitatis annexæ, prout etiã minus repugnat *c. de hoc. & cap. Inſinuatum, de ſimon.* quia loquũtur in infamato de ſimonia reali, & quando fama fuit plene probata.

ADDITIONES.

a *Effectu ſubſequuto.* Simonia, an ex ſolo affectu committatur, vide Clar. *in pract. §. fina. quæſtio. 91. verſic. ſcias*, Summa Armill. *in verbo, ſimonia, numero quarto.* Summa Silueſtri. *in eodem verbo, ſimonia, numero quinto.* Rebuff. *conſil. 63. per tot.* Et vide aliam Deciſionem coram eodẽ b.m. Orano Tullen. Simonię, 21. 1596. Vbi alii referũtur Doctores.

Et generaliter etiã in aliis delictis, quod nulla imponatur pęna, quando effectus non eſt conſumatus propter pœnitentiam delinquere volẽtis, vide Marſil. *in l. is qui cum telo. numero vigeſimoquarto. C. ad l. Cornel. de ſicar.* Nouell. *regul. 114. in prima Fallen.* Melchid. *de Facin. conſilio criminal. diuerſor. 78. numero quinquageſimooctauo, libro primo.* Capra *concluſio. 66. numero decimoſexto.* Menoch. *de arbitrar. quæſt. libro ſecundo, caſu 360. numero nono, & ſeqq.* Vbi limitat, niſi fuerit deuentum ad aliquẽ actum proximum delicto, ex quo præſertim prouenerit aduerſario aliquod damnum, vt puta ſi animo occidendi aliquem inſultauero; quamuis enim poſtea pœnitentia ductus non occido, tunc non obſtante tali pœnitentia, pęnã non effugio, vide tamen in hoc Cardinal. Alban. *conſilio decimo quarto, numero decimoſeptimo.* Vbi etiam, quod ſit deneutum ad actum exteriorem, non tamen punitur affectus effectu non ſequuto, ob pęnitentiam delinquere volentis.

Et in ſpecie quid in crimine aſſaſſinii, an pœnitentia ante delictum conſumatum excuſet a pœna in totum, vel pro parte, vide Iodoch. *in pract. crimin. titu. de aſſaſsin. numero octauo, & nono.* Capra *dicto concluſ. 62. numero decimoſeptimo.* Petr. a Plach. *in Epitho. delictor. libr. 1. cap. 19. numero* 10. Menoch. *d. caſu 360. nume. 42.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 138. num. 5. & ſeq.* Et latius hanc materiam explicauit Dom. meus Farinac. *in tit. de homicidio, in illa pulchra quæſtione, an ſcilicet & quando puniatur affectus, non ſequuto effectu.*

Digitized by Google

b *Conuentionalis.* Adde Maſcar. *de probat. lib.* 3. *concluſio.* 1305. *numero* 12. *& ſeqq.* Vbi declarat differentiam inter ſimoniam mentalem, realem, & conuentionalem, *& concl.* 1304. *num.* 23. Vbi etiam, an ſimonia mentalis ſit punibilis.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

B V B A L I

Ceſarauguſtana Status, Veneris, 21. *Nouemb.* 1586.

ARGVMENTVM.

Supplicãs & abſolutionem petens, quando delictum fateri videatur, quomodo, & ex quibus carnalis copula probetur.

S V M M A R I V M.

Inceſtus crimen, ſeu reatus non incurritur ab eo, qui conſanguinitatem ignorat, nu. 1

Supplicans, & preces porrigens videtur fateri contenta in precibus, & in ſupplicatione, nu. 1. *& in addit. lit. A. vbi de materia.*

Producens ſupplicationem, & preces inſtanſque pro illarum exequutione, tanto magis fateri videtur contenta in ipſa ſupplicatione, & in ipſis precib. nu. 2

Confeſſio dubia interpretatur, vt minus præiudicet confitenti, quam ſit poſſibile, nu. 2. *in fine, vbi declaratur niſi fuerit geminata, & adminiculata veriſimilitudinib. et præſumptionib. & in add. lit. b. vbi materia declaratur.*

Forſan, Dictio, ſtat dubitatiuè, nu. 3. *vbi declaratur.*

Confeſſio dubia, & per verbum, forſan, non probat contra confitentem regulariter, ſed an hoc verum ſit, & quando, nu. 3. *& in addit. lit. C*

Forſan, dictio quandoque ſtat aſſertiuè ſecundum ſubiectam materiam, nu. 3

Confeſſio dubitatiua, & per dictionem, forſan, in crimine ſimoniæ, non probat contra confitentem, nu. 3

Simonia alia eſt mentalis, & alia eſt conuentionalis, nu. 3

Simonia mentalis tollitur ex confeſſione & pœnitentia. nu. 3

Supplicans & gratiam, ſeu abſolutionem petens ab excommunicatione, videtur fateri delictum, quando præſertim fecit impenſam in obtinendo literas gratioſas, illaſq; præſentauit, & illarum exequutionem petijt, commiſſaque in exequutione gratiæ adimpleuit, nu. 3. *in fine.*

Futurum ſubiunctiui temporis habet vim amotiuam, num. 4

Abſolutionem petens ab excommunicatione regulariter non videtur fateri excommunicationem, intellige quando abſolutio ſimpliciter petitur, & ad cautelam, ſecus vbi in ſupplicatione narratur factum, ex quo reſultet excommunicatio. nu. 5. *& in add. lit. D. vbi de materia.*

Copula carnalis præſumitur ex cohabitatione & conuerſatione familiari, maximè quando conuerſantes inſimul ſunt iuuenes & mulier pulcherrima, nu. 7. *ante finem.*

Copula carnalis propter difficultatē probationis admittit præſumptiuas probationes, nu. 7. *in fi. & ibi in addit. lit. E.*

DECISIO XXXV.

1 DOmini circumſcripto effectu, pro maiori parte tenuerunt, conſtare de copula inter DD. Petrum de luna, & Agnetam de Mendozza, ſaltem poſt datam mandati de diſpenſando per eos obtenti, & ante illius exequutionem, emanatã ſub die 4. & ſequen. menſis Martij 1532. Illam autem probationem colligebãt ex confeſſione dictorum coniugum in literis alterius gratiæ in forma, perinde valere, per eos obtentę ſub datum 2. cal. Aprilis 1534. iunctis omnibus adminiculis deductis pro parte Illuſt. D. Don Ioãnis de Luna, in qbus literis, perinde valere, fateri videntur ſe poſt ſponſalia inter eos cõtracta ante vel poſt datam primę diſpēſationis, & ante illius exequutionē carnaliter cognouiſſe, & propterea non ignorantes impedimentum gradus conſanguinitatis inter eos exiſtentis, fatentur, ſe incurriſſe in pœnam excõmunicationis; & ob id quia prima diſpenſatio d. Petri erat ſubreptitia, ob copulam non expreſſam, obtinuere gratiam, perinde valere, in qua cõmittitur ordinario, ſiue eius Vicario in oppido Calaracuſij deputato, vt quatenus opus ſit, eoſdem ſupplicantes pœna excõmunicationis, quam forſan incurrerint, & inceſtus reatu, & alijs exceſſibus abſolueret, & declararet literas primæ diſpēſationes eis ſuffragare, ꝑinde ac ſi de pręmiſſis omnibus mẽtio facta fuiſſet; & perinde, ac ſi ipſi exponentes ante dictã diſpenſationē ſe minimè carnaliter cognouiſſent; neque de contrahendo matrimonium ſibi inuicē fidem dediſſent: ex quibus verbis colligi videtur explicita confeſſio ipſorum cõiugum, quod ante exequutionem diſpenſationis ſe carnaliter cognouerãt; non enim incurriſſent inceſtus reatum, *vt in Clemen.* 1. *de conſang. & affinit.* & ibi glo. in verbo, *contrahere*, vbi Imol. *ſub num.* 9. & Vital. *nu.* 59. & hæc cõfeſsio facta in precibus ple-
a ne probat contra ſupplicãtes [a] *l. cum precum. C. de liber. cauſ.* cum alijs per Rolan. *conſ.* 2. *nu.* 118. *l. b.* 1. Gabr. *de confeſſ. concluſ.* 4.

2 Comprobatur hæc confeſsio ex productione literatum, ꝑinde valere, corã exequutore, in qua requiſiuerant dictum officialem, ſeu Vicarium, vt ad illarum exequutionem procedere vellet, & coram eo perſonaliter flexis genibus conſtituti ſupplicarunt, & requiſiuerũt, quatenus eoſdem ſupplicantes à generali excommunicationis ſententia, quam ipſi & eorum quilibet inceſtus reatu, & alijs cauſis in eiſdem literis Apoſtolicis cõtētis incurrerint, quoquomodo abſoluere, & eiſdem coniugibus & eorũ cuilibet pro modo culpæ ſalutarem pęnitentiam inponeret, cũ eſſent parati in omnibus & per omnia adimplere; & demum exequutor, iniuncta pęnitentia, & per eos acceptata & adimpleta, dictos ſupplicãtes flexis genibus veniam petentes vigore literarum Apoſtolicarum a ſupradictis excõmunicationis ſententijs, quas ipſi, ſeu eorũ alter inceſtus reatu ac

alijs

alijs cauſis & rationibus in eiſdẽ literis contẽtis
incurrerũt, in forma ordinaria, & conſueta abſol
uit: ex hac autẽ productione corã executore, &
inſtãtia facta pro literarũ exequutione, videtur
de nouo fateri omnia contẽta in literis, per inde
valere, ex allegatis per Pariſ. *conſ.* 125. *nu.* 20. *lib.*
1. Aym. *conſ.* 80. *nu.* 6. *& conſ.* 205. *nu.* 5. Afflict. *de-
ciſ.* 25. *in fine.* & ex hoc etiam colligitur gemina-
ta confeſſio, nempe in dictis literis, & in illarum
exequutione; quæ geminatio operatur, vt licèt
aliàs regulariter cõfeſſio interpretari debeat, vt
minus p̃iudicet confitenti, quam ſit poſſibile, &
b in eius fauorem interpretari [b] debeat, vt per Do
cto. *in cap. præſentia. nu.* 34. *de probat. & in cap. tamẽ
nu.* 24. *de except.* nihilominus quando eſt gemina
ta, & adminiculata veriſimilitudinibus, & habet
præſumptiones pro ſe, vt infra dicetur, tunc be-
nè probat, vt per Achil. *deciſ.* 1. *de confeſſ.*

3 Nec dicatur, quod confeſſio in literis, perinde
valere, redditur dubia propter dictionem, forſan
in illis appoſitam, prout ſupra deductum fuit, vt
per Felyn. *in cap. accedens.* 1. *n.* 10. *vt lit. non conteſt.*
c Pariſ. *conſ.* 29. *n.* 18. *lib.* 1. & confeſſio dubia [c] cum
hac dictione, forſan, non probat contra confitẽ-
tem, Caſſa. *deciſ.* 2. *in fi. vt lit. non conteſt.* quia fuit
reſpõſum, q̃d dictio, forſan, ſtat etiam aſſertiue,
ſecundũ ſubiectã materiam. Brixien. *in repertorio
in verb. forſitan.* Archid. *in c. nolite. in verbo, nè for-
tè.* 11. *q.* 3. Fely. *vbi ſupra nu.* 10. *in fine.* Aym. *conſil.*
91. *nu.* 4. In caſu autem, de quo agitur, nõ poteſt
ſtare dubitatiuè, quia hic non cadit dubitatio iu
ris, cum copula carnalis nõ habeat aliquam qua-
litatem iuris, ſed cõſiſtit in facto, & ex hoc tolli-
tur quod ſcribit Natt. *conſ.* 229. *nu.* 14. Vbi loqui
tur in confeſſione Simoniæ per dictionem, *For-
ſan, quæ* confeſſio fortaſſe non præiudicat, quia
Simonia eſt contra ius, & poteſt intelligi de mẽ-
tali, vel de conuentionali, a qua fuerit receſſum,
quę ſpecies Simonię tollitur ex cõfeſſione, & pę
nitentia. *c. fi. de Simonia,* nec etiam poteſt cadere
dubitatio facti, quia in facto proprio non cadit
dubitatio; & ideo cancellaria non dat iſtas regu-
las cõditionales, & dubitatiuas in facto proprio,
quia de factis ſuis ſupplicans non debet dubita-
te; ſed de illis merè, purè, & ſimpliciter, non dubi
tatiuè, ſeu cõditionaliter, exprimere, vt teſtatur
*pract. cautel. in nota. ſuper reſeruat. verſi. in regulis
generalibus,* vt poteſt intelligi de extraordinaria
pollutione, de qua *in capitulo extraordinaria.* 31.
quæſt. tertia Vbi gloſſ. fina. Abb. *in capitulo, frater
nitatis. nu.* 2. *de eo, qui cognoſc. conſanguin. vxo. ſuæ.*
Quia igitur ſupplicantes benè ſciebant, an ſe car
naliter commiſcuerint, non eſt veriſimile, quod
ſi verè carnaliter ſe cognouiſſent, dictas literas,
perinde valere, obtinuiſſent, cauſa cuius obti-
nuerant diſpenſationem, quæ eis ſuffragabatur
reſpectu impedimenti: ſed quia videbant, illam
eſſe ſubreptitiam, ob non expreſsionem copulæ,
ideo obtinuerunt poſtea abſolutionem ab excõ
municatione, & gratiam, perinde valere; ete-
nim impenſæ de obtinendis dictis literis, præſen
tatio literarum exequutori, abſolutio petita,
& obtenta, cum tot circunſtantijs, pœnitentia,
& exequutio pœnitentiæ multum vrgent, vt di
ci debeat, ex dicta cõfeſsione fuiſſe copulam pro
batam.

4 Et quatenus in literis adeſſet aliqua dubita-
tio, tollitur ex abſolutione poſtea obtẽta, in qua
ſimpliciter abſoluuntur ab excommunicatione
quã incurrerunt, & ipſi etiam petunt abſolutio-
nem ab excõmunicatione, quam incurrerũt, q̃d
futurum ſubiũctiui habet etiam vim amotiuam.
l. 1. §. *fina.* & ibi Batto. *nume.* 3. *ff. quod quiſque iur.*
& Iaſo. *in l. ſi quis ſtipulatus ſit. numero quinto. ff. de
verbor. obligat.*

5 Nec refragatur, quod petens abſolutionem
d ab excõmunicatione, [d] non videtur fateri excom
municationẽ. glo. *in cap. exhibita. in verbo, veniam.
de homicid.* quam ſequuntur ibi Doc. Abb. *in cap.
venerabilem. numero ſecundo. de elect.* Rot. *deciſio.
vndecima. de ſentent. excommunicat. in antiq.* Co-
uar. *in cap. alma mater. par.* 2. §. 12. *numero primo.*
Quia hoc procedit in abſolutione ſimpliciter pe
tita ad cautelam; ſecus autem, vbi in ſupplicatio
ne quis narrat factum, ex quo reſultat excõmu-
nicatio; tunc enim videtur fateri excommunica
tionem, *dicto cap. venerabilem, vbi gloſſ. in verbo, po-
ſtulauit. de electio.* Præpoſ. *in cap. ad præſentiam, nu.*
3. *de appellat.* Abb. *in dicto cap. exhibita. prope finem.*
Couar. *vbi ſupra verſic. tertio.*

6 Coadiuuatur hæc probatio confeſſionis copu
lę ex circunſtantijs factis, & primo mouebat Do
minos illa abundans cautela in conficiendo in-
ſtrumẽto ſuper conſumatione matrimonij poſt
diſpenſationem obtentam ab executore, ex quo
ſequi videtur quod dicti coniuges volebant ce-
lare copulam iam ſequutam ante exequutionẽ
diſpenſationis; ſed poſtea fortaſſe videntes il-
lam non poſſe celari, obtinuerunt literas, perin-
de valere, ad effectum validitatis matrimonij in
ter eos contracti.

7 Secundo maximam præſumptionem copulæ
eligebant Domini ex dictis teſtium, quorũ ſum-
marium datum fuit pro parte dicti Do. Ioannis.
Nã tertius ſuper decimo articulo deponit, ſe pu-
blice audiuiſſe, quod cum D. Petrus eſſet carcera
tus, D. Agnes, cum qua erat diſpenſatus, illũ viſi
tabat in carcere, & quod de hoc fuit publica vox
& fama, & hæc carceratio fuit die 18. Decembris,
1531. & ſic ante exequutam diſpenſationem cõ-
cordat 17. teſtis ſuper octauo articulo, dicẽs q̃d
vidit D. Agnetã in carcere ſatis familiariter tra-
ctantem cum Don Petro, & cum poſt modum
fuiſſet è carceribus relaxatus, & ſibi data propria
domus pro carcere, ſecretæ in eius domo fiebant
commenſationes & prandia, & ibi dicebatur a fa
miliaribus quod volebat videri, & quod iam di-
miſerat veſtes viduales, intelligẽdo de D. Agne-
te, vt bene deponit 18. teſtis ſuper 10. articulo, &
hoc etiam coadiuuatur ex dicto 38. teſtis iuxta
3. Interrogatorium, qui deponit ſe audiuiſſe di-
ci, quod cum Don Petrus moraretur in ſua do-
mo, quam habebat pro carcere, veniebat ad viſi-
tandum illum D. Agnes de Mendozza, quæ tũc
erat vidua, & quod illic morabatur per plures
dies in eadem domo, in diuerſorio, vbi erãt duo

cubicula,& quod vidit D. Agentem cum D.Petro ſecrete accedere ad viſitandum D. Eliſabet, tam vxorem D.Ioannis de Luna,quæ filium pepererat:Ex quibus omnib. ſimul iunctis, nempe ex cohabitatione,conuerſatione familiari, & alijs,non eſt dubium, quod oritur maxima præſumptio copulę,cum ambo eſſent iuuenes,& D. Agnes eſſet etiam pulcherrima,vt deponit ſecūdus teſtis in curia examinatus ad finē 29. Interrogatorij;& in hac materia probationis copulæ admittuntur pręſumptiuę probationes,propter

c difficultatem [c] probationis.*capitulo,tertio loco,vbi Docto.de probatio.cap.literis.de præſumpt.* Felyn. *in capitulo,præterea,columna prima de teſtibus.* Riminald.iunior.*conſil.274.num.3.& ſeq.* Socin. iun. *conſ.32.nu.15.lib.2.*

8 Et ex his tollitur probatio honeſtatis d.Agnetis,quæ licet credi debeat honeſtiſſimam fuiſſe, cum tamen iam præceſſiſſent ſponſalia, & potuiſſent coniuges habere notitiam diſpenſationis obtentæ in curia, potuerunt etiam eredere ſibi licere ad actum copulæ ſine dedecore deuenire.Reſeruarunt tamen Domini particulariter videndum,an hæc probatio ſit ſufficiens,& an præiudicet Illuſtriſs.D. Don Michaeli de Luna Comiti de Morata filio dictorum DD. Don Petri de Luna & Agnetis Mendozza.

ADDITIONES.

a *Supplicantes*. Pro reſolutione iſtius concluſionis,an ſcilicet,& quando ſupplicans,& veniā petens,dicatur fateri delictum,de quo ſupplicat,& veniam petit; & quid ſi ſupplicatur, ſeu petitur venia ad cautelā;quid ſi ſimpliciter; quid ſi delictum in ſupplicatione contentum, ſit tranſigibile.Et quid ſi non tranſigibile , quid in iudicialibus,& qd in extraiudicialibus,vide omnino Dominum meū Farinaceum *in ſua pract.crimin.parte prima,tit.de inquiſit.quæſt.5.nu.*25.Et vide etiam aliam Deciſionem Rotæ *in vna Meliten. Abbatia coram Gipſio Luna* 27. *Aprilis* 1592.

b *Interpretatio inter*. Veriſſima eſt iſta concluſio,quod cōfeſſio dubia,& incerta interpretatur in bonam partem in fauorem confitentis, & ſecundum illius intentionem, ſecundum Bal. *in l.* 1.*nu.*23.*verſic.primo caſu.C.de confeſſ.*Claud Sey ſell.*in repet.l.vt vim.n.*13.*ff.de iuſtit.& iur.*vbi ponit aliqua exēpla huius concluſionis.Dec.*in cap. cum venerabilis.nu.*105.*de except.& in cap. in præſentia.nu.*44. *de probat.* Marian. in *cap. qualiter & quādo.el ſecundo.n.*786.*de accuſa.& ibidē nu.*1005. *verſic.ſeu ſi intricata.iuncto nu.*1009.*& ſeq.* Butr.*in cap.cum dilecti.n.*20.*de accuſat.*Paris de Put.*de ſindicat.in verbo, Tortus,cap.*7.*fol.mihi* 349. Adden. ad Ang.*de malefic.in verbo, Quod fama publica,poſt num.*112.*litera B.in fine additionis.* Marſil.*in practic.§.poſtquam,num.*25.Roman.*conſil.*455.*nu.*5. *& ſeq.* Vbi propterea infert, quod confeſſio,quæ poteſt importare maius delictū & minus, debet interpretari in minus,potius quā in maius, quia talis interpretatio eſt vtilior cōfitenti;Et in dubio ſemper vtilior interpretatio capienda eſt.Alciat. *de præſump.regula tertia, præſumptio.* 1. *numero nono.* Franc. Ponzinibius *in tracta. de Lam. poſt num.*71.Brun.*de indic.parte ſecunda , quæſtio.* 6.*numero decimoquarto in fine.* Maran. *in Speculo titu.de confeſſione, num.* 32. Vbi reſpondet contrariæ rationi, & illam retorquet; pro hac concluſione Foller.*in pract.crim.verbo.& ſi confitebūtur,parte prima,num.*59.Bero.*d.conſil.* 178. *nume.* 25.*lib.*3.Iodoc.*in pract.crim.cap.*54. *n.*35. Cyril. *in ſumma crimin.rubr.*16. *de confeſſ.§.*2. *nume.*6. Hercul.*de negatiu.num.*198.*in nona fallen.* Alexa. Strac.*in pract.cap.*19.*nu.*85.Bertaz. *conſil.* 54. *nume.*2.*& conſil.*156.*nume.* 53. *libr.* 1. *& conſil.* 449. *nume.*28.*verſic.nec obſtat confeſſio.libro ſecundo*, vbi loquitur etiam in confeſſione continente repugnantia.Hippol.Rimin.*conſil.*88. *nu.* 41. *libro primo.* Maſcard. *concluſ.* 344. *numero duodecimo.* Thom.Triuſan.*deciſio criminal.* 46. *numero octauo,parte ſecunda.* Honded.*conſ.*108.*nu.*45. Ex qui

* bus ita a Doctoribus communiter receptum eſſe dici poteſt.

Verum præmiſſa concluſio recipit tres notabiles declarationes, quarum prima eſt, vt procedat in foro fori,ſecus in foro Poli,p tex. *in c.conſilium.de optio. leg.* & voluit Anchar. *in conſ.* 179. *prima fac.n.* 5.*& *6. quem refert & ſequitur Frāc. Ponzinib.*in tract.de Lam.nu.*90.poſt Felyn. *in loco per eum relato.*

Secunda eſt declaratio vt eadē concluſio nō procedat in homine malę famæ, put voluit Hoſtien.*in ſumma,in tit.de Iude.§.& in quibus , ad finem.nu.*6.*in fine.verſ.quid enim de Iudeo*, vbi ponit exemplum in quadam confeſſione dubia cuiuſdā Iudęi blaſphemantis,ſequitur Claud. Sey ſell.*in repetit.l.vt vim.nu.*108.*ff.de iuſtit.& iur.* Felyn.*in cap.auditis.num.* 32. *verſ. Item dic. extra de præſcr.*Franc.Ponzin.*in d.tract.de lam.nu.*90.

Tertia eſt declaratio, vt nec dicta concluſio procedat in cōfitente ea, quę de ſe mala & prohibita ſunt : Nam tunc confeſſio non in bonā,ſed in malā partem interpretari debet,prout notant

* omnes communiter *in capit. cum dilecti, de accuſat.*Vbi præſertim Butr.*num.*20. dixit quod confeſſio interpretatur in meliorem partem, quādo factum confeſſatum nō eſt in ſe malum, & dubitatur,qua intentione fuerit commiſſum:ſecus ſi factum ſit in ſe malum, quia de malo non poteſt præſumi bonum, quod & idem voluerant ibidē Card.Zabar.*num.*14.*in tertia oppoſit.*Anchar. *numero octauo, & numero duodecimo , verſi.& nota hic*,vbi amplius,quod quando verba confeſſionis ſunt dubia,tunc poſſunt declarari & interpretari per confitentem , & in meliorem partem:ſecus ſi eſſent clara,certa,& delictum ſonantia,quia tūc interpretatione nō eſt opus. Anan. *numero ſeptimo , et numero decimo.* Alb. *numero quarto , et numero quinto , et numero decimo.* Felyn.*numero* 2. *in ſeptimo notab.* (vbi tamen benè declarat , declarationem omnino videas) & *nume.*4.*verſic.Iſta gloſſa*; vbi quod non admittitur interpretatio in meliorem partem in ijs, quę vel in ſe mala ſunt, vel prima facie mala apparent , Aret.*numero* 8. *et ſeqq.* Vbi etiam benè loquitur.

Barbat.

Barbat.*conſil.crim.diuerſor.93.num.37.lib.1.* Vbi refert & ſequitur Anch.*in d.cap.cum dilecti*. Gabr.*lib.7. concluſ. 19. num. 6.* Vbi quod confeſſio, quæ poteſt importare bonum & malum, ſi ſumus in prohibitis, interpretatur contra confitentem, niſi cōfitens probet excuſationes, ex Socin. quem allegat.*in l. cum quæritur. in fine. ff. de reb.dubijs.*

c *Confeſſio dubia.* Veriſſima etiam eſt hæc altera concluſio, vt, dubia confeſſio confitenti non noceat. Ad hoc enim vt confeſſio ad condemnandum ſufficiat, debet eſſe clara, certa, lucida, expreſſa & explicita; non autem dubia, incerta, tacita, vel implicita; ſic enim colligitur ex tradi. per Felyn.*in cap. at ſi Clerici.num.1. in princ. iuncto verſic.quarto limita.extra de iudic.* Dec. *ibidem nu. 30.& ſequen.& num.32.* Idem Fely.*in cap. 1.num. 6.verſicul.item dicas, & nume. 12.extra de Except.* Butr.*in cap.per Inquiſitionem,colu. 3. ad finem verſic.per hoc dicit.extrà de electio.* Felyn.*in cap.qualiter & quando.il ſecundo.§.licet autem. numero tertio & quarto,extra de accuſat.* Marian.*in d. cap. qualiter & quando il ſecundo.num.10.13.* Roman.*conſi. 455.num.2.& ſeqq.* Bero.*conſil. 178.nume. 24.& ſeq.lib.3.* Franc.Ponzinib. *in tract. de lam. nu.71.* Brun.*de iudic.parte ſecunda. quæſt. 6. num.9.* Foller.*in pract.crimin.verbo, Et ſi confitebuntur. par.1. nu.49.& num.65 ad finem.* Iodocus *in pract.crim. cap.54.num.34.* Cyrill.*in ſumm.crimin. rubr.16.de confeſſ.§.2.num.17.verſic. Igitur, &c.* Hercul. *de negat.num.198. in noua fallen.* Boſſ. *in titu. de confeſſ.num.83.& ſeqq.& in tit. de confeſſ. per tortur. poſt numerum duodecimum,& num.25.* Anton.Gomez.*variar.reſolutio.tomo.3.cap.13. rubr. de tortur. reor.num.8.verſic. Et licet prædicti Doctores*, quod & idem voluerunt Maſcar.*de probatio. libro primo, concluſ.344.nu.12.* Ludouic.Peguer.*deciſ.crimin. 37 num.4.verſic.& ratio.* Triuiſan.*crim.46. nume. 5. libro ſecundo.* Bertaz. *conſilio 29. numero 17.& conſilio 54.numero 2.& conſil. 55. num. 6. & conſi. 61.num.9.& conſil.70.num.12.& conſil. 114. num. 9.& conſil.187.num.12.& num.15.& conſil. 215.nu. 5.& num.9.& conſil. 242.nu. 12.lib.1.& lib.2.conſil.471.nu.10.& ſeqq.* & teſtatur de communi opinione Honded.*conſ.108.nu46.*

d *Ab excommunicatione.* Abſolutionem petens ab excommunicatione, an cēſeatur fateri ipſam excommunicationem, vide quæ dixit Dominus meus Farinac.*in ſua pract.crimin.p.1.tit. de inquiſit.q.5.num.26.* vbi arguit pro & contra, & poſtea diſtinguit & declarat, & vide etiam aliam Rotæ deciſionem in vna Meliteñ. Abbatię coram Gipptio, Lunæ 27. Aprilis 1592.

e *Propter difficultatem probationis.* Copula carnalis, non eſt dubium, quod eſt difficilis probationis, & quod propterea probatur pręſumptionibus & coniecturis; ſic enim poſt alios plures, quos referunt, antiquiores, ſcriptum reliquerūt Menoch.*de arbitr.quæſt. caſu 116. num. 11. lib.2.* Hippol.Riminal.*conſil. 274. lib. 3.* Vbi latè. Maſcard.*de probat.concluſ.57.num.3.4.7.& 8.& concluſ.312 num. 19.& ſeqq. & concluſ.452.num.10. lib.1.& concluſ.810.nu.1.& ſeqq.& num.22.lib.2.* Idem Menoch.*de præſumpt.lib.1.q.58.num.3.* Rota *diuerſor.95.num.12.& ſeqq.p.2. in impreſſ.* Cæphal.*conſ.104.nu.28.lib.1.*

Verum ne decipiaris, aduerte, quod hæc concluſio procedit; quando agitur ciuiliter; ſecus ſi criminalier, ſecundum Mathesil.*ſing. 118.& ibi in addit.* Vbi ponitur exemplum de eo, qui reperitur in lecto cum aliqua muliere, ſolus cū ſola, & nudus cum nuda. Marſil. *in rubr. de probat.nu. 248.verſic. item ad prædicta.* Auguſt. ad Angel. *de maleſic.in verbo, quod fama publ.nu. 23.* Boſſ.*in tit. de part.ſuppoſ.num.31.* Maſcard.*de probat.lib.3.concluſ.1220.nu.8.* Corn.*conſ.191.in fine.lib.4.* Aym.*conſ.205.n.20.& ſeq.* Alex.ad Bar.*in l.capite quinto.nu.2.verſ.nota ergo.ff.de adulter.* & etiam voluit idem Maſcard.*lib.1.concluſ.57.nu.5.verſic.quæ tamen ſententia.et concluſ.59.nu.10.et nu.20.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

B V B A L I

Sabinen. Spolij, Mercurij, 10. *Decemb. 1586.*

ARGVMENTVM.

Pręſcriptio legis, bené á Zenone, C. de quadrien.pręſcr. Quomodo, & quando procedat: Et quod in ſententia condemnatoria cōtumaciali non debet infligi pęna confiſcationis bonorum; niſi illa fuerit condigna delicto, de quo agitur.

S V M M A R I V M.

Præſcriptio l. benè a Zenone.C.de quadrien.præſcr.procedit nō ſolum ad fauorem Fiſci Imperatoris, ſed etiam alterius Principis inferioris. nu.1. Declara, dummodo ille Princeps inferior habeat iura imperij ex Priuilegio, vel præſcriptione, vel etiam habeat omnia iura fiſcalia, à Papa, vel Imperatore conceſſa, poſſintq; facere in eorum dominio omnia ea, quæ poteſt Imperator in ſuo; aliter ſecus. num. 2.

Principes inferiores habentes iura imperij, vel iura fiſcalia a Papa vel ab Imperatore conceſſa, æquiparantur Principibus ſuperiorib. poſſintq; in eorum dominijs & Caſtris facere omnia ea, quæ poteſt Princeps ſuperior in ſuis, nu. 2.& in addis.lit. A. Vbi de materia.

Regalia non cenſentur conceſſa quando non fuerunt conceſſa vectigalia, nu.3

Monetam cudere, eſt de regalib.Principis.nu.3

Conceſſa iuriſdict.cum mero et mixto imperio, cum libera adminiſtratione, nō cenſentur conceſſa omnia regalia, nu.3

Præſcriptio l bene a Zenone, C.de quadrien.præſcript.non procedit ad fauorem fiſci habentis malam fidem, n.4. Vbi & declaratur, quomodo iſto caſu probetur mala fides.

Digitized by Google

Sententia condemnatoria contumacialis dicitur notoriè iniuſta, quando continet pœnam confiſcationis bonorum pro delicto non merente talem pœnam. nu. 4. & in addit. lit. B. vbi de materia. 4

Pœna confiſcationis bonorum non poteſt imponi pro furto decem ſcutorum, nu. 4

Mala fides dicitur eſſe in eo, qui aliquid poſſidet vigore ſententiæ notoriè iniuſtæ. nu. 4. in fine.

DECISIO XXXVI.

1 Dvbitaui in hac cauſa, An D. Federico Tribuno agenti ſpolio, obſtaret præſcriptio, de qua *in l. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcript.* Et præſupponebatur in facto, Illuſtr. D. Henricum Vrſinum Dominum Caſtri ſancti Poli in Sabinis, & Vicarium Sedis Apoſtolicæ in temporalibus proceſſiſſe contra Fabritium Brachiũ de dicto Caſtro; & in contumaciam ipſum condemnaſſe in pœnam confiſcationis omnium bonorum; & cum dicta bona confiſcata per quinquennium poſſediſſet, illa poſtmodum alienaſſe in Dominum Latinum Palutium & alios litis conſortes, Qui cum actione ſpolij conuenti eſſent à Federico hærede Fabritij, opponebant de præſcriptione *d. l. bene à Zenone.* quę videtur non ſolum procedere in Imperatore, ſed etiã in alijs Principibus inferioribus, vt poſt Baldum, *in c. ad Apoſtolicam, de re iudic. in ſexto*, tenet Iacob. de Sanct. Georg. *in tracta. de feud. in verſicu. ſed tanquam Principis. numero decimo.* & hæc videtur magis communis opinio, ex allega. per Duen. *regu. 228. num. 5.*

2 Hoc tamen non obſtante, Domini in Dubio propoſitã contrariam ſententiam amplexi fuerunt, nempe in caſu, de quo agitur, non eſſe locũ diſpoſitioni d. l. bene. Primo, quia procedit tantum in Principib. inferioribus, qui habent iura imperij ex priuilegio vel præſcriptione, vel in Principe, qui habet omnia iura fiſcalia à Papa vel Imperatore cõceſſa, qui poſſunt facere in ſuo a dominio, quæ poteſt facere Imperator [a] in ſuo Regno. Rui. *in conſ. 310.* qui loquitur in ciuitate ſuperiorẽ non recognoſcente, ſequitur Soci. *conſil. 121. nu. 25. lib. 4.* Curt. iun. *in l. heres abſens. in princ. nu. 17. de iud.* Iacob. de Sanct. Georg. *vbi ſupra.* Balb. *de præſcript. 2. p. quint. æ partis, quæſtio. 8. num. 2.* cum alijs cumulatis per adden. ad Roma. *conſil. 59. litera O.* Et ratio eſt, quia huiuſmodi Principes in ciuitatibus eiſdem ſubiectis vtuntur prærogatiuis, quibus & ipſe Imperator, vt per Docto. ſupra allegatos.

3 Hic autem verſamur in Domino recognoſcẽte ſuperiorem, & non habente omnia iura regalia, quia Papa conceſſit tantum Dominis de Vrſinis iuriſdictionem, ac merum & mixtum Imperium, & conſtituit eos Vicarios in temporalibus cum plena & libera adminiſtratione, ſub qua cõceſſione non comprehenduntur omnia regalia, quia non conceſſit omnia victigalia; nam Papa exigit etiam vectigalia in dicto Caſtro, nec etiã conceſſit facultatem cudendi monetam, quę omnia ſunt de regalibus Principis, *vt in c. 1. quæ ſint regal.*

4 Secundo mouebãtur, quia in caſu, de quo agitur, conſtat de mala fide fiſci Illuſtr. D. Henrici, quo caſu non procedit præſcriptio d. l. bene. Bal. *in l fina. num. 2. C. ſi contra ius, vel vtilit. publ.* cum alijs allegatis per Duen. *vbi ſupra num. 1.* Mala fides autem colligitur ex eo, quod ſententia lata ſuper confiſcatione omnium bonorum, fuit no-b torie [b] iniuſta. Nam ex eo quod quidam Robertus qui furatus fuerat ſcuta 200. ac de illis mutuauerat Fabritio ſcuta decem, & quia Fabritius cum hominibus armatis aſportauerat bona ſua mobilia & ſuppellectilia à dicto Caſtro Sancti Poli, fuit condemnatus in pœnam confiſcationis omnium bonorum, quæ pęna imponi nõ poterat pro furto decem ſcutorum Abb. *in cap. quia plerique. num. 21. de immunit. eccleſ.* Gomes. *in §. ex maleſic. num. 2. & 3. Inſtit. de actio.* Clar. *in §. furtum. num. 7.* vltra quod de hoc furto non conſtat, & quod cum hominibus armatis aſportauerit bona propria, non eſt delictum, quod mereatur hanc pœnam; ex quo ſequitur, quod obtinens ſententiam notoriè iniuſtam, dicatur eſſe in mala fide; & ideo teneatur ad teſtitutionem, ſi aliquid vigore ſententiæ acceperit.

ADDITIONES.

a *Imperator.* Princeps inferior ſeu Dominus Caſtrorum, an & quando in his ſuis Caſtris & dominio poſſit facere ea omnia, q̃ poteſt ſupremus Princeps in ſuo; & ſic qñ Principes inferior dicatur non recognoſcere ſuperiorem, vide Boſſ. *in tit. de crimin. læſ. maieſt. nu. 56. & ſeqq.* Gabr. *in tit. de iure quæſit. non tollen. concluſ. 2. nu. 12.* Cæphal. *conſ. 58. nu. 65. & ſeqq. lib. 1.* Rolan. *conſ. 4. nu. 39. & ſeqq. & conſ. 1. nu. 49. & ſeqq. lib. 3. Deciſ. Pedemon. 139. num. 5. 15. & ſeqq. & deciſ. 154. nu. 1.* vbi de Duce Sabaudiæ, Mediolani, & Mantuæ.

b *Notoriè iniuſta.* Notabilis eſt concluſio iſta in hac Deciſione firmata, quod ſcilicet quãdo procedítur contra contumacem, non poſſit imponi pœna confiſcationis bonorum pro delicto; quo caſu ſi reus præſens eſſet, talem pænam de iure non ſubiret. quod & idem conſuluit Plot. *inter conſil. crim. diuerſor. conſi. 72. nu. 30. & ſeqq. lib. 2.* Thob. Non. *conſil. 104. num. 7. 8. & 18. & ſeq. lib. 1.* Vbi & quod plus eſt, loquitur in reo cõdemnato in contumaciam pro vitio ſodomiæ. Ant. Gomez. *in l. Tauri 76. nu. 7. in fine.* Cæphal. *conſil. 79. nu. 11. lib. 1.* Clar. *in pract. §. fin. q. 44. verſ. facta autem in fine*, & latius explicat Dominus meus Fanac. *in ſua pract. crim. p. 1. tit. de inquiſit. q. 11. nu. 62.* vbi etiam ponit, quid hodie ſeruetur in practica in ſtatu eccleſiaſtico.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

O R A N I.

Peruſina Bonorum de Vbaldis, Lunæ, 25. Decemb. 1586.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De filio nato ex muliere habente maritum, quando præſumatur filius alterius, quam ipſius mariti. De probatione filiationis aliqua notanda, & de quæſtione ſtatus, ac filiationis, mota contra impuberem, differenda in tẽpus pubertatis.

SVMMARIVM.

Cauſa ſtatus, & filiationis mota contra impuberem differenda eſt in tempus pubertatis. nu. 1. & nu. 5.

Carboniano edicto, vt locus ſit, non requiritur filiationis probatio, ſed ſufficit, quod ſummarie conſtet euidentem calumniam ceſſare. nu. 1. in fine. & nu. 5. etiam in fine.

Filiatio probatur ex eo, quod quis domi ſuæ retinet matrem illius, de cuius filiatione tractatur. nu. 2. ubi nu. 3. ampliatur etiam, quod mulier domi retineatur non in ſchemate concubinatus, & in add. lit. A. ubi de materia.

Filiatio probatur ex tractatu, ut puta ex eo, quod quis filium baptizari fecit, educauit, legitimare curauit, & cenſus pro ipſo comparauit. n. 2. & in add. lit. B. ubi de materia.

Filiatio probatur ex nominatione matris, marito non contradicente. nu. 2. in fine.

Filius natus in domo mariti præſumitur filius ipſius mariti, etiam quod maritus cum uxore non cohabitaret, dummodo ad eius arbitrium haberet cõmoditatem accedendi ad uxorem. nu. 4. ubi declaratur hoc procedere, dummodo etiam quandoque acceſſerit; alias ſecus, & in add. lit. C. ubi latius de materia huius præſumptionis.

DECISIO XXXVII.

1 INdubitatum fuit apud Dominos, locum factum eſſe in caſu, de quo agitur, carboniano edicto, atque ideo dandam Ioanni Andreę immiſſionem; Nam & ſi mota ſit illi quęſtio ſtatus, & filiationis, nihilominus cognitio in tempus pubertatis differẽda eſt. *l. 1. §. Pomponius*, vbi Bar. *ff. de Carbon. edict.* Roman. *ibidem nu. 6.* Bal. *in l. 1. in 2. oppoſit. verſic. ſed ego hoc non credo. C. de eden.* in tantum, quod non requiratur filiationis probatio, ſed ſufficit, quod ſummatim cognoſcendo euidens calumnia ceſſet. *l. 3. §. cauſa cognitio. de Carbon. edict.* Rimin. *in l. Carbonianum. verſ. in ea. C. eodem.*

2 Quod autem Ioannes Andreas ſit filius q. Capitanei Petri, arguitur tum ex Magdalenæ matris, tam tempore conceptionis, quam natiuita-
a tis, in domo Petri permãſione [a]; tum etiam ex ipſius Petri agnitione, qui Ioannem Andream vti
b filium tractauit, [b] baptizari fecit, apud ſe educauit, legitimare curauit, cenſuſque tanquam filio illi comparauit: clarum enim eſt, quod his omnibus in quaſi poſſeſſione filiationis ſit conſtitutus. Butr. *in cap. tranſmiſſæ. qui fil. ſint legit.* Dec. *conſil. 54. num. 4.* cum alijs per Maſcard. *de probat. concl. 788. cum duabus ſequent.* Hocque tanto magis, quod maritus Magdalenæ non contradixit: ipſa vero mater talem illum eſt confeſſa. Achil. *deciſ. 1. de filiation.* Creſcen. *deciſ.* 118. Mohedan. *deciſ.* 115.

3 Neque fuit receſſum, vt ad hunc effectum illa in ſchemate concubinatus retineretur; Nam, & in muliere apud ſe vti focaria domi retenta, præmiſſa habent locum. Anchar. *conſil. 225. numer. 5. verſicul. ſuper alio dubio.* Dec. *in cap. per tuas. num. 1. de probat.* Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 57. num. 3.*

4 Non obſtat, quod præſumptionem [c] *l. miles. §.*
c *defuncto. ff. ad l. Iul. de adulter.* quidam extendant ad caſum, quo, ceſſante mariti cum vxore cohabitatione, ſaltem ad eam pro arbitrio illi datur acceſſus. Barbat. *conſ. 58. col. 1. li. 2.* Dec. *conſ. 657. nu. 2.* quia hoc procedit, quando vltra potentiam acceſſus, probatio concurrit huiuſmodi ſequuti acceſſus. Iaſ. *conſ. 125. col. 2. cum ſeqq. lib. 4.* alias pręſumptio potius militat filiũ eſſe adulteri. Alciat. *de præſump. reg. 3. præſump. 27. n. 11.* ſequitur Pariſ. *conſ. 10. nu. 54. lib. 3.*

5 Hęc autem licet teſtes conentur probare, quòd ſcilicet tempore conceptionis Ioan. Andreæ, Raphael maritus Magdalenæ Peruſij commoraretur, non tamen quicquam de eius ad illam acceſſu deponunt; quinimo neſciunt, vbinam dicto tẽpore Raphael Peruſij moram traheret; Nec releuant teſtes ad perpetuam rei memoriã examinati; ex quorum dictis, & aliorum in curia examinãdorum, creditur, hoc concludenter probatum eſſe; quia pręterquam quod illorum depoſitio, tanquam nulla, nõ eſt attendẽda, reliquorum etiam admiſſio ex Carboniano edicto, vt alias fuit dictum, eſt prohibita, ex quo deferri debet in tempus pubertatis. Caſt. *in l. fi. C. eodem.* cum ſufficiat modicum faciens pro filio, ad effectum, vt illi nõ obſtan. Patris oppoſitione, detur immiſſio. *d. l. 3. §. cauſæ cognitio. ff. eodem.* placuit tamen Dominis, videre, an Carboniani beneficium legitimatis ſuffragetur.

ADDITIONES.

a *Permanſione.* Ex permanſione, ſeu cohabitatione viri cũ muliere, ex qua natus eſt filius, an præſumatur, ſeu probata dicatur filiatio, vide Cęph. *conſ. 48. nu. 17. & cõſ. 82. n. 62. & ſeqq.* Maſc. *de prob. lib. 2. concl. 798. nu. 1. & concl. 800. nu. 6. & 7.* vbi etiam, an ex cohabitatione præſumatur legitimitas, quod ſcilicet filius iſte ex legitimo matrimonio natus ſit. Pacian. *de prob. c. 16. nu. 6.* & in diſcurſu per totum illud caput.

b *Tractauit.* Filiatio an præſumatur, ſeu probata dicatur per educationem, per nominationẽ, ſeu alium actum, ex quo apparet quẽ fuiſſe vti filiũ tractatum, vide Petraſant. *ſing. 60.* Pariſ. *conſ. 10. nu. 17. & nu. 102. li. 2. & conſ. 12. nu. 247. eodem lib. 2.* Neuiz. *conſ. 34. nu. 10. & 39.* Natta *conſ. 59. nu. 15. & conſ. 235. nu. 1. & ſeqq. & conſ. 473. nu. 26. & ſeqq.*

ſeqq. Mandell. *conſ. 6. num. 11. & conſ. 83. per totum.* Boſſ. *in tit. de part. ſuppoſi. nu. 9. 11. & 27.* Menoch. *de arbit. quæſt. li. 2. caſ. 89.* Hipp. Riminal. *cõſ. 329. nu. 4. & ſeq.* Roland. *conſ. 22. lib. 3. in diſcurſu, & conſ. 96. nu. 47. & ſeqq. lib. 3.* Cæph. *conſ. 48. nu. 15. et 16. lib. 1. et conſ. 82. nu. 48.* Duen. *reg. 348.* Maſc. *de prob. lib. 3. concl. 788. et ſeqq.*

c *Præſumptionem.* Regulariter filius natus ex muliere vxorata præſumitur natus ex marito, & nõ ex adultero, hęc regula patitur plures ampliationes, & limitationes, de quib. lectorem remitto ad Neuiz. *conſ. 34. nu.* 18. Gabr. *in tract. comm. concl. lib. 1 tit. de præſump. concl. 14. per totum.* Nouel. *reg.* 92. Roland. *conſ. 22. nu. 9. lib. 3.* Cæph. *conſ. 82. nu. 62. et ſeqq. lib. 1.* Menoch. *d. Caſ. 89. nu. 24. et ſeqq. et nu. 53. et ſeqq. et nu. 65. et ſeqq.* Maſc. *de prob. li. 2. concl. 788. per totam, et concl. 798. nu. 2. et ſeqq. et concluſ. 809. et per totam.* Pacian. *de prob. c. 16. nu. 2. et ſeqq. et per totum in diſcurſu.*

Fam. Cent. I. V. D. Galleſ.

O R A N I.

Romana domus de Pincaris, Veneris 9. Ianuarij 1587.

ARGVMENTVM.

Mors viri, quomodo probanda ad effectum, vt vxor poſſit cum alio matrimonium contrahere.

SVMMARIVM.

Mulier non poteſt cum ſecundo uiro matrimonium contrahere, niſi prius habuerit certam ſcientiam de morte primi uiri. num. 1.

Mors primi uiri dicitur probata, ex eo quod poſt quam ad bellum profectus fuit, amplius nec uiuus nec mortuus fuit repertus. num. 1. & ibi in addit. litera A. ubi plura alia de probatione mortis, quando ſcilicet, quomodo, & per quem probata ſit.

Mors præſumitur in eo qui aſcendit Nauem, quæ poſtea naufragium paſſa eſt. nu. 1.

Sententia in contumaciam lata, non probat delictum. nu. 2.

DECISIO XXXVIII.

1 DOmini circunſcripto, an conſignatio dotis Magdalenæ probetur facta Nicolao, ita vt intret hipotheca ſuper domo, de qua agitur, firmarunt ex deductis reſolutionem corã R. P. D. Brauo in hac cauſa factã, videlicet ſentẽtiam A. C. confirmandam; qđ enim pręrenditur pro parte D. Alexandri, & litis cõſortium, Magdalenam non habuiſſe certam ſciẽtiam obitus Troiani ſui primi viri ad effectũ, vt ad ſecundas nuptias conuolare poſſet, & illas cum Scipione contrahere, iuxta *c. in præſentia, de ſponſal.* Dominis non fuit viſum refragare, quia cum hic non agatur principaliter de validitate ſecundi matrimonij, ſed incidenter, & per viam replicationis, Gemin. *conſ. 27. cum adductis* per Pariſ. *conſ. 57. num. 41. lib. 4.* ſatis
a mors [a] primi viri probata videtur ex eo, qđ Troianus poſt profectionem ad bellũ nec viuus, nec mortuus reperitur, iuxta not. per Fel. *in c. quoniã frequenter nu. 24. vt lit. conteſt.* Maran. *in l. is poteſt. nu. 145. ff. de acquir. hæred.* ſicut etiam dicitur probata mors illius, qui aſcendit Nauim poſtea naufragium paſſam. Ang. *in l. ſi quidam nu. 3. C. ſol. matrim.* Alex. *conſ. 25. nu. 4. & 117. nu. 7. in fine lib. 4.* Luc. de Pen. *in l. quoties prope finem. C. de naufrag. lib. 11.* Boet. *deciſ. 288. nu. 2.*

2 Nec repugnat condemnatio ſequuta per ſentẽtiam Vicarij, & ſui Locumtenentis de adulterio, & inceſtu per eos perpetrato, per quam arguitur, non potuiſſe inter illos conſiſtere matrimonium; Quia cum iſta condemnatio fuerit in contumaciam, non poteſt dici, delictum ex ea haberi pro probato, vt fuit reſolutum in vna Romana canonicatus ſancti Angeli coram D. Cotta; nec dicatur, quod non conſtet de conſignatione dotis facta Troiano; quia ex ſententijs Capitolinis de contrario conſtat, quas præter conſiderata coram R. P. D. Brauo, confirmat decretum a Rota obtentum pro parte Troiani mandati de manutenendo.

ADDITIO.

a *Mors.* Quod mors cẽſeatur probata ex eo, quod quis in aciẽ ingredi viſus fuit, & poſtea amplius non reperitur, ſcripſerunt etiam Herc. *in tract. de neg. nu. 290. verſ. item probatur mors.* Capell. Thol. *deciſ. 312. in add.* Corn. *conſ. 204. nu. 8. lib. 3.* Ioan. Maria Monticell. *in repert. ſe ſtium fol. 400. col. ſecund. verſ. 6.*

Hinc ſumpta occaſione circa mortis probationem, me aliquantulum extendere nõ abſurdum putaui; in qua re in primis firmanda eſt cõcluſio, quod licet dici ſoleat, præſumi quẽ viuere vſque ad centum annos, verius tamen eſt, qđ poſt centũ annos, quis præſumitur mortuus, non autem, qđ vita durare præſumatur vſque ad centum an-
* nos; ſic enim magis cõmuniter receptum eſſe colligitur ex allegatis per Gab. *lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 16. n. 1. & ſeq.* vbi expreſſe dixit hãc opinionem eſſe veriorem, licet aliqui ibi per eum relati contrariam dixerint cõmunem. addo & pro hac veriori opinione Franc. Hercul. *in tract. de negat. nu. 290. verſ. mors quoque præſumitur ſpatio centum annorum.* Couar. *variar. reſol. lib. 2. c. 7. n. 6.* vbi ſuo tempore hanc ſententiam dixit crebriorem. Menoch. *in l. fin. nu. 668. C. de edict. diu. Adria. v. tollen.* Stephan. Lambert. *in tracta. de contractibus ſornm &c. gl. 9. nu. 4.*

Ea propter is, qui ſe fundat in vita, ſeu in morte alicuius, debeat ipſam vitam, aut mortem probare, tanquam fundamentum ſuæ intentionis, voluerunt Cotn. *conſilio 10. numero 5. libr. 1. & conſil.*

tenſ.204.nu.3.lib.3.Capell.Tholoſ. deciſ.312.in add.in fine.Boer.deciſ.288.col.3.p.2.Gozzad.conſ. 68.nu.5.& 6.Gab.d.concl.16.nu.7.Franc.Hercul. in tract.de negat.nu.10.Couar.variar.reſol.d.lib.2. eod.c.7.poſt nu.6.Steph.Lamber.de contract.eorum d.gl.9.nu.4. vbi de magis communi. Hier. Mag. deciſ.Lucen.44.nu.2.Maſc.de prob.lib.2.concl.169. quem videas in materia.

Siue is,qui vitam allegat, actor ſit, ſiue etiam reus excipiendo hoc dicat,ſecundum magis com* munem;de qua per Couar.vbi ſupra, poſt n.6.fol. mihi 472.in parua impreſſione, & Lambert. d.gl.9. nu.3.& 4. qui expreſſe dicunt tam agenti, quam excipienti incumbere onus probationis vitæ per eos allegatæ;quamuis contrarium aſſerat Gabr. d.concl.6.nu.8.ex Socin.in loco per eum allegato,cuius opinio poteſt procedere, quando qui excipit de vita,eſt poſſeſſor;Poſſeſſio enim releuabit poſſidentem ab onere probandi vitam. Gozzad. d. conſ.68. nu.8. Villalob. in commun. opin. litera V. num.43.

Mors autem qualiter probetur, vltra infraſcripta,vide Bart.& Doct.in l.ſi quidem. C.ſoluto matrimon.& in l.2.§.ſi dubitatur.ff. quemadmodum teſtamenta aperiantur.Bart.in tract.de teſtibus.in verbo,mortuum,ſeu mors, qualiter probetur. Corſ.ſing. verbo,mors.Corn.conſ.10.lib.1. Firman. in repert. in verbo,mors,per diſcurſum.Capell.Tholoſ. deciſ. 312.& in add.Boer. deciſ.288.p.2.Petr.de Lonc. in conſ.matrim.diuerſor.25.Franc.Hercul.in tract. de negat.num.290. Ioan. Maria Monticell. in repert.teſtium,pag.400.col.2.& pag.401.col.1.omnino Maſcard.de probat.lib.2.concl.1071.& ſequent. apud quem reperies tractatas omnes infraſcriptas concluſiones.

Et in materia hæc præcipua Doctorum diſtinctio reperitur, quod ſi agitur de maximo, & irreparabili præiuditio, & tunc mortis probatio debet eſſe plena,& concludens.Boer.d.deciſ.288. in princip. Alexan.conſil.117.numer.8.& ſeq.lib.4. Corn.conſil.10.numer.7.& num.15.lib.1. Capell. Tholoſ.d.deciſ.312.in addit.Franc.Hercul.in tractat.de negatiu.d.numero 290.in princip. Menoch. in l.fina.numer.672.C. de edict. diu. Adrin. tollen. ſi vero agitur de modico præiudicio, & de damno reparabili, & tunc non eſt neceſſaria plena mortis probatio, ſed ſufficiunt indicia, & præſumptiones veriſimiles, ſecundum Corne. Boer. & Capell. Tholoſ. in locis pracitatis, & eundem Corn.in conſil.204.numer.4.libr.3. Corſett.ſing. verbo,mors; Quod ſi agatur de leuiſſimo præiuditio, & tunc ſolum iuramentum ſufficit ad illius probationem. Capell. Tholoſ. d.deciſ.312.in addit.Menoch.in l.fin.nu.671.C.de edict.diu.Adrian. tollen.

Similiter quando ſumus in probatione mortis ſequutæ in loco longinquo, quod tunc ſufficiant præſumptiuę probationes,voluerunt Cor. Boer.& Capell.Tholoſ.in locis præcitatis.Alexan. conſil.4.num.15.lib.2.Hercul.de negatiu.dict. num. 290. vbi etiam in propoſito quis dicatur locus longinquus,Menoch.d.l.fin.num.672.C.de edict. diu.Adria.tollen.

Plures autem modi traduntur per Doctores ad mortis probationem; quorum primus eſt per teſtes,qui viderunt mortuum,& ſepulturę traditum. Menoch. in d.l.final.numer.675.C. de edict. diu. Adrian. tollend. vbi ampliat, etiam quod teſtes eſſent conſanguinei ipſius mortui,Ioan. Maria Monticell. in repert. teſtium, fol.401.verſicul. 3.& ſeq.vbi ampliat,etiam quod teſtes viderint, mortuum clauſum in capſa, qui dicebatur talis, & alia ad materiam, de qua per eundem Monticell.d.pag.401.col.1.verſic.1.& verſ.penult. & ſeq. vbi quantum probet depoſitio vnius teſtis in hac materia.

Secundus modus probandi mortem,eſt per famam;quod an verum ſit, & quando, vide Boer. Capell.Tholoſ.Corn.Alexan.Petr.de Lonceno Hercul.in locis prææallegatis.Cæph.conſ.65. nu.44. & ſeqq.lib.1.Menoch.in d.l.fi.nu.672.& ſeqq.C.de edict.diu.Adria.tollen.vbi facit regulam affirmatiuam cum tribus limitationibus, Duen.reg.299. in 9.limitatione.Maſ.de prob.lib.2.concl.1070.per totam.vbi late de materia,de qua etiam aliquid per D.meum Farin.in ſua pract.cri.p.1.tit.de iudic.& tort.quæſt.147.nu.97.& ſeqq.

Tertius modus probandi mortem eſt per luctum parentum, aſſumptionem veſtium lugubrium,& aſſertionem conſanguineorũ.Cor. cõſ. 10.nu.4.12.& 17.lib.1.& conſ.204.n.6.lib.3.& cõſ. 96.nu.6.lib.4.Alex.conſ.4.nu.16.lib.2.& conſ.117. nu.8.& ſeq.lib.4.Boer.deciſ.288.col.3.Herc.de negat.d.nu.290.

Quartus modus probandi mortem eſt per productionem teſtamenti. Hercul.de negatiua ſub d. nu.290.Capell.Tholoſ.d.deciſ.312.in add.Aret. in §.quadrupli.n.45.circa finem.inſtit.de actionibus. communem dixit Curt.iun.in d.l.fi.nu.45.& Zuccard.nu.247.C.de edict.diu.Adria.tollen.relati per Menoc.in ead.l.fin.nu.66.& ſeq. & quamuis contrarium voluerint alij relati per eũdem Menoc. in ead.l.fina.num.667.& ſeqq.& hanc opinionem * in practica ſeruatam, & communem dixerit Ioſeph.Lodou.deciſ.Lucen.49.nu.3.& 19.tu tamen diſtinguendo dicas, primam opinionem procedere, quando teſtamentum productum, fuit datum parti a notario,iudice ſic mandante: ſecunda autem, quando pars illud habuit,non a notario,ſed aliunde,ſecundum Menoch.in eadem l. final.numero 669.& ſequent.vide tamen Ioſeph.Ludou.d.deciſ.Lucen.49.num.22.& ſequent. vbi tenet ex productione teſtamenti non probari mortem,etiam quod illud fuerit traditum a notario parti producenti,quando teſtamentum eſt nuncupatiuum,& non in ſcriptis,niſi vltra teſtamenti nuncupatiui publicationem, concurreret aliqua alia ſemiplena probatio mortis, vt ibi per eum, quem videas, quia bene loquitur in materia.

Pluribus alijs modis mortem probari,tradunt præallegati Doctores, ad quos pro nunc lectorem remiſſum volui.

Fam. Cent. I.V.D. Galeſ.

Digitized by Google

ROBVSTERII.

Albanen. Debitorum 19. *Ianuarij* 1587.

ARGVMENTVM.

Confiſcatis bonis delinquentis,fiſcus in illis ſuccedit vti hæres; ideo ad inſtãtiam creditorum,non poteſt dari curator eiſdem bonis , tanquam hæreditati iacenti,niſi fiſco citato.

SVMMARIVM.

Curator hæreditati iacenti dari non poteſt,niſi fiſco citato, quãdo fiſcus delinquentis mortui bona propter delictum confiſcata,adeitus eſt. nu. 1

Sententia condemnatoria propter contumaciam æquiparatur ſententiæ condemnatoriæ propter delictum, quouſque ſit purgata contumacia , & præſertim in delicto notorio. num. 2.

Fiſcus habet Priuilegium,vt non poſſit conueniri niſi in quantum facere poteſt,a creditoribus bonorum confiſcatorum. num. 2.

DECISIO XXXIX.

1 RESolutum fuit, quod D. Tranquillus non eſt legitimus curator hæreditatis iacentis D.Ludouici Vrſini,quia in eius deputatione nõ concurrunt requiſita,& præſertim,quia fiſcus adiuit hæreditatem,& non fuerunt probata incũbentia,quod adſint alia bona, & quia fiſcus non eſt citatus,vt per Angel. *conſil.* 193. cum alijs hic per Informantes,& addebant Dec. *conſ.* 22. *nu.* 2. & *conſ.* 109.

2 Non obſtat, quod non ſit condemnatus propter delictum, quia eſto quod eſſet verum, idem eſt effectus;quod ſit condemnatus propter contumaciam talis delicti, quouſque ſit purgata talis contumacia,præſertim in delicto, vt de notorio; & placuerunt adducta per informantes pro iſta parte;Nec defuerunt ex Dominis, qui tenebant,quod fiſcus non poſſit repudiare hæreditatem hanc,licet habeat Priuilegium, vt non conueniatur,niſi in quantum facere poteſt; & quod Dom.Ludouicus erat incapax ad acquirendum poſtea alia bona;ſed de his agetur poſtea, quando erit verificata talis repudiatio, & acquiſitio; ſatis eſt, quod ſaltem rebus ſic ſtantibus, Dom. Tranquillus non eſt legitimus curator.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D.Serahini Cardinalis,

Veneta illegitimitatis, Luna, 19. *Ianuarij*, 1587.

ARGVMENTVM.

Matrimonium, quando dicatur metu contractum,& ex quibus inter litigãtes colluſio detegatur, & probetur, ad effectum nullitatis ſententiæ, ex colluſione latę.

SVMMARIVM.

Metus dirimens matrimonium, debet concludenter probari. nu. 1. & *ibi in additionibus lit. A. vbi generaliter, an ex præſumptionibus probetur metus.*

Metus non dicitur probatus concludenter per teſtes ſuſpectos conſanguineos,& viles. nu. 1.

Metus iuſtus non inducitur ex minis de faciendo ceſſare lucrũ, niſi contineant illationem damni in maiori parte bonorũ. nu. 1. & *ibi in add. lit. B. vbi generaliter,quando ex minis metus inducatur.*

Metus prætenſus in matrimonij celebratione concluditur per ſubſequentem cohabitationem coniugum cum ſuſceptione prolis. nu. 1. *in fine.*

Subreptitium reſcriptum Auocatorium iuriſdictionem non tribuit. nu. 2. *in fine.*

Colluſio inter partes dicitur manifeſta,quando una pars omittit facere ſuas defenſiones , & acceptat ſententiam contra ſe latam. nu. 3.

Colluſio inter litigantes probatur per teſtes. nu. 4.

Colluſionis probatio eſt difficilis; Ideo præſumptiones ſufficiũt. num. 4.

Sententia lata ex colluſione litigantium, eſt nulla. nu. 4.

Colluſio dicitur manifeſta in eo, qui patitur ſe uinci , cum habeat probationes bonas,& ueras pro ſui defenſione. nu. 4. *in fine.*

Colluſionis probatio eſt iudici arbitraria. nu. 5.

DECISIO XL.

1 FVit dubitatũ de inualiditate,& iniuſtitia ſententię Vicarij Parauini,ad effectum legitimitatis,vel illegitimitatis filiorum D. Bernardi, & Iacobinę,& inſpecta tota ſerie huius facti,fuit cõcluſum pro nullitate, & iniuſtitia dictę ſentẽtiæ ex capite colluſionis;cũ.n. conſtet a principio de matrimonio contracto inter Iacobinam,& Ioannem Mariã in faciem eccleſię, non potuit dirimĩ huiuſmodi matrimoniũ,niſi pręcedente conclu-
a dente metus [a] probatione; quę quidem probatio tunc nõ fuit facta, niſi per teſtes valde ſuſpectos, vtpote conſanguineos,& viles; ſed qđ magis vrget,neq; etiam in eorum dictis probant ſufficientem metum, non quidem ratione verborũ, quia hoc non probatur,neque etiam ratione minarũ, quia tendunt ad hoc,quod ſi ipſa contentaretur contrahere cum Ioanne Maria, nobilis ille eius amaſius non erat ei quicquam dotis nomine da-
b turus: ſed hæ minæ [b] tendunt ad ceſſationem lucri,non autem ad illationẽ damni in maiori parte bonorum ſuorũ,prout requiritur,vt per Ang. *in ſumma,in verbo,metus,nu.* 3.& paſſim tradũt cæteri Summiſtæ. Prætereа cohabitauit vltra annũ cũ Ioanne Maria,& ex eo ſuſcepit filiam,quę res reddit multum inueriſimilẽ hũc prętextum illati metus,cum potuiſſet ſtatim aufugere,& non aufugerit;

Digitized by Google

fugeriit;habebat enim liberū aditum ad matrem.
2 Sed deueniendo ad argumenta propinquiora
colluſionis,primo apparet, quod poſt quam eſſe
cta fuit concubina D.Bernardini, non ſtatim cō a
miſit cauſam nullitatis matrimonij,ſed poſt ſex,
vel ſeptem annos in circa, quo tempore iam ſu-
ſceperat filios ex Bernardo;& tūc fuit cauſa nul-
litatis matrimonij commiſſa coram Vicario Pa-
triarchę,coram quo cum iam cauſa fuiſſet inſtru
cta,& partes ter monitæ ad ſententiam, ſubodo
rantes Vicarium non eſſe diſſoluturum hoc ma-
trimonium, procurarunt cauſam per reſcriptum
Apoſtolicum auocari a dict. Vicario Patriarchę,
& committi Vicario Patauino ſub falſa cauſę ex
preſſione, quod Vicarius Patriarchæ nollet cau-
ſam expedire,quod ex trina illa monitione facta
detegitur falſum; & ideo ex hoc capite ſententia
eſt nulla,cum reſcriptum auocatorium ſubrepti-
tium non tribuat iuriſdictionem.
3 Deinde apparet fuiſſe a Ioanne Maria omiſſas
defenſiones,& per ſuum Procuratorem accepta-
tam ſententiam,quę res manifeſtam detegit col-
luſionem,vt in ſimili fuit dictum alias corā bon.
mem. Cotta,& coram Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ.
D.meo Cardinali Aldobrandino in vna Bonon.
de Brecchis.
4 Probatur etiam per teſtes, qui bene deducūtur
in informatione facti,D.Bernardum non ſolum
habuiſſe ſcientiam litis,ſed etiam ſoluiſſe expen
ſas, & conueniſſe cum Ioanne Maria pro diſſol-
uendo huiuſmodi matrimonio; quæ res etiā ma-
nifeſtius demonſtratur,ex quo dos illa,quæ prę-
tenditur cauſa tanti timoris, nunquam fuit pe-
tita neque recuperata a Ioanne Maria, qui vide-
tur illam retinuiſſe pro pretio ſuæ diſſimulatio-
nis. Quare cum ſumus in materia difficilis proba
tionis,viſæ fuerunt Dominis omnes iſtę proba-
tiones ſatis ſuperque ſufficiētes,ad not.per Abb.
in c.de his.num.8.de accuſ.l. quia autem. §. *non ſim-
pliciter.ff.ſi quis omiſſ.cauſ.teſt.* Gig. *de penſ.q.*42.
*nu.*2.*&* 4.& in conſequentiam ſententia eſt nul-
la.*l.*1.*& tot.tit.ff.& C.de colluſ.* accedit, quod qui
patitur ſe vinci,cum habeat probationes bonas,
& veras pro ſui defenſione,is manifeſte colludit.
Natt.*conſ.*537.*nu.*32. b
5 Quæ ex aduerſo deducuntur,non tollunt præ
fatam probationem, quæ penes iudicem eſt arbi
traria,vt per Menoch.ex aduerſ.alleg.*caſu* 35 *lib.*
2.*nu.*3.Nam primo diuerſitas illa in data non ar-
guit niſi diuerſitatem datæ inter breue, & ſuppli
cationem introcluſam,prout eſt de ſtylo, & etiā
enunciatur in Proceſſu. Secundo antiquitas nō
adeſt,quia ſententia eſt de anno 1551.initiū ve-
ro litis de anno 1572. & tantiſper fuit ceſſatum,
donec per obitum Bernardi obtulit ſe occaſio li-
tis. Quod dicitur de metu illato per matrem, &
verberibus de quibus deponunt teſtes examina-
ti de anno 1573.non concludit,& magis detegit
inueriſimilitudinem prætenſi metus illati ex cau
ſa amiſſionis dotis. Alia multa,quæ deducuntur,
bene per informantes;& ideo concluſum pro in-
ualiditate ſententię Patauini, & iuſtitia ſenten-
tiæ ordinarij.

ADDITIONES.

a *Metus probatione*. De probatione metus vide
generaliter Boer.*deciſ.*100. vbi in ſpecie,quomo
do teſtes probantes metum deponere debeant,
Bellon.*conſ.*18.*nu.*15.vbi etiam de modo proban
di metum.Pariſ.*conſ.*10.*nu.*34.*lib.*1. *& conſ.*5.*nu.*
168.*& ſeq.lib.*4.Diaz.*reg.*750. Villalob. *in comm.
opinio.in uerbo, metus, num.* 54.*& ſeqq.& in uerbo,
probatio,nu.*366.Maſcard.*de probatio.lib. 2.concluſ.*
1051.*& ſeqq. ubi late.* in quibus quidem conclu-
ſionibus *num.*1. facit concluſionem generalem,
quod in dubio metus non præſumitur, & hanc
concluſionem poſtea ampliat, & limitat pluri-
bus modis: verum quod attinet ad hanc deciſio-
nem,addo ad illius comprobationem,quod ſcili-
cet metus probatio debeat eſſe plena, & conclu-
dens,Maſcard.*cum allegatis per eum d.concl.*1051.
num. 14. ſed contrarium, quod ad probationem
metus ſufficiant coniecturæ, poſt alios, quos al-
legant,antiquiores, ſcripſerunt Hercul. *in tract.
de caut.de non offen.cap.*1.*num.*17. Roland. *conſil.*
100.*num.*127.*lib.*4.Maſcard. *dict. concl.*1052.*nu.*
2.*& ſeqq.vbi amplius num.*10.*& ſeqq.* dixit de iſtis
coniecturis ſtandum eſſe arbitrio iudicis, & ibi
reſpondet contrarijs, quod & idem voluerunt
Plot.*de in lit.iuran.nu.*76. *ſecundum antiquam im-
preſſionem*,& Menoch.*de arbitrar.quæſt.lib.*2. *caſu*
136. ſicut patitet an illatus metus ſit leuis, vel
grauis,iuſtus,aut iniuſtus,iudicis arbitrio remiſ-
ſum eſt,Socin.iun.*conſ.*77.*nu.*44.*& ſeq.lib.*1.Me-
noc.*vbi ſupra caſu* 135.Sarmient. *ſelect. interpret.
lib.*2.*c.*11.*nu.*2.Ioſeph.Lud.*deciſ.Lucen.* 18.*n.*22.
Decian.*conſ.*18.*nu.*140.*lib.*1.Bene verum eſt,quod
non omnes coniecturæ metum probant, ſed illæ
tantum,quæ ſunt graues, veriſimiles, & propin-
quæ: ſecus autem ſi fuerint leues,remotæ,aut in-
ueriſimiles,ex allegatis per Aym.*cōſ.*44.*n.*6.Plot.
*vbi ſupra d.nu.*76.Brun.a ſole *in ſuo conſ.cri.nu.* 16.
Rolan.*d.conſ.*100.*nu.*112.*& ſeq.lib.*4.Maſc.*d.con
cluſ.*1052.*nu.*9.vbi amplius,quod tales coniectu
ræ debent eſſe non ſolum legitimę,ſed etiam exa
ctæ,& plene probatæ.
b *Minæ*. De minis, an & quando ex illis metus
inducatur,vide aliquid per Pariſ. *conſ.* 14. *nu.*41.
*& ſeqq.lib.*1.Roland.*conſ.*83.*nu.*27.*lib.*2. Decian.
*conſ.*18. *num.*127.*lib.*1. vbi quod minæ inducunt
metum,quādo minans eſt ſolitus minas exequi;
alias ſecus;Quod & idem voluit Menoc.*de arbit.
quæſt.lib.*2.*caſu* 136.*nu.*11.vbi amplius,quod mi-
næ non inducunt metum,niſi de re graui, graui-
que præiudicio tractent,vtputa de morte,corpo
ris cruciatu, vel amiſſione bonorum; alias ſecus:
ſed an importunæ preces minis æquiparentur,vi
de Afflict.*deci.*69.*nu.*4.*&* 5.*Deciſ.Pedem.* 177.*nu.*
4.vbi quod quo ad reſciſſionem contractus ma-
iorum preces metum inducunt, & quid de vultu
terribili,vide Franc.Hercul.*in tract.de negat.num.*
275.*in fine.*

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

ILLV-

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D.Platti Cardinalis.

Burgenſ. Canonicatus Veneris 6. Martij 1587.

ARGVMENTVM.

De ſimoniaca reſignatione beneficij in exequutionem pręcedentis concordię facta: & an eiuſdem ſimonię labes iſto caſu tollatur ex narratione concordię, vel eiuſdem concordię confirmatione facta á Papa.

SVMMARIVM.

Reſignatio beneficij facta in exequutionem pracedentis concordia dicitur ſimoniaca. nu. 1.

Simonia an excludatur, & tollatur ex eo quod in literis expeditis narrantur Papa ſimoniaca conuentiones, nu. 1. & nu. 2. vbi quod non, quādo Papa apponit in dictis literis clauſulam, Dummodo in prædictis aliqua ſimoniæ labes non interuenerit.

Litera in forma; Rationi congruit, *expedita quando ſuffragentur. nu. 1.*

Mandatum de reſignando datum poſt concordiam inducit ſimoniam, quamuis reſignatio fuerit facta ante dictum mandatum. nu. 2.

Simonia non tollitur per confirmationem concordia ſimoniaca factam a Papa, quando deuentum fuit ad reſignationem ſimoniacam, antequam concordia confirmaretur. nu. 3.

DECISIO XLI.

1 FEci verbum ſuper expeditione cauſæ, & Domini mandarunt illam expediri, non obſtantibus deductis per Georgium Meſſiam: cū enim iam fuiſſet coram R. P. D. Giptio Iudice primæ inſtantiæ deciſum, reſignationem ad eius fauorem, factam in exequutione concordiæ initæ inter Epiſcopum, & Capitulum, fuiſſe ſimoniacam ac nullam, certum erat, literas per eum poſtea expeditas, cum narratione dictæ concordię non potuiſſe ei ſuffragari; Primo, quia non potuerunt impetrari literę in forma, rationi congruit, expeditis iam alijs literis tempore felic. record. Gregorij, ad trad, per Rebuf. *in forma, rationi congruit. nu. 22.* Neque obſtat, quod fuerit expedita gratia, ſi neceſſe, quia vt dicebant Domini, iſtæ ſecundæ literæ non fuerant expeditæ in forma gratiæ, ſi neceſſe; ſed ſimpliciter, perinde ac ſi nullæ aliæ literæ fuiſſent expeditæ.

2 Secundo conſiderabant Domini clauſulam, quæ erat adiecta dictis literis, videlicet, dūmodo in prędictis aliqua ſimonię labes non interuenerit, ex quibus apparet noluiſſe Papam diſpenſare ſuper ſimonia: Nec obſtare videbatur, quod reſignatio eſſet data die prima Auguſti; concordia autem poſt nouem, aut decem dies, quia ex quo conſtabat, mandatum ad reſignandū fuiſſe datū poſt cōcordiam, ſatis apparebat, reſignationem fuiſſe factam In exequutione ipſius concordię, licet obtinuiſſet ſignari ſupplicationē ſub die prima Auguſti, forte vigore alicuius paruæ datæ.

3 Non obſtat confirmatio concordię, quia omiſſa diſputatione, an illa ſit ſufficiens ad purgandū huiuſmodi ſimoniacam, dictum fuit, in omnem caſum ſuffragari illam non poſſe, quia deuētum fuit ad reſignationem, & ſic ad illius exequutionem antequam ipſa concordia confirmaretur; quo caſu ſimonia incurritur. Mohed. *deciſ.* 157. & his ſic ſtantibus, cauſam expediui, confirmando ſententiam R.P.D.Giptij.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D.Seraphini Card.

Nicien. Matrimonij Veneris 6. Martij 1587.

ARGVMENTVM.

Plures recenſentur metus pręſumptiones, ſeu probationes, ex quibus concluditur, matrimonium metu contractum, non ſubſtineri.

SVMMARIVM.

Metus eſt difficilis probationis, præſertim, ſi agatur de metu illato in puellam, cui interdicta eſt facultas alloquendi, & tractandi libere cum omnibus. nu. 1.

Metus minor ſufficit ad reſciſſionem contractus celebrati per mulierem minorem. nu. 2.

Dolus & mala fides arguitur ex inſolito tractandi modo. nu. 3. & in add. lit. A. vbi de materia.

Metus & vis dicitur probatus ex præceptis alicuius potentis. num. 4.

Metus ſemper durare præſumitur, durante cauſa ipſius metus nu. 6. & in add. lit. B. vbi infertur ad confeſſionem metus tortura emanatam.

Metus inducitur ex minis prouenientibus a perſona, cui debetur reuerentia, præſertim in puella. nu. 7. & in add. lit. C. vbi alia ad materiam metus reuerentialis.

Metus inducitur ex minis, de auferendo omnia bona. nu. 8.

Metus non purgatur ex eo, quod in actu interueniat iuramentum. nu. 11. & in add. lit. B. vbi de materia, & nu. 17.

Iuramentum non ligat puellam minorem decem annorum, contrahendo per metum ſponſalia. nu. 17.

Iuramentum non ligat actum, ſeu contractum dolo initum, nu. 17. & in add. lit. E. vbi de materia.

DECISIO XLII.

1 FVit dubitatū, an ex his, quæ proponūtur, iunctis his, quę nouiter pro parte Marci Antonij deducūtur, ſit recedendū a reſolutionibus in hac cauſa factis? & fuit per Dominos vnanimiter cōcluſum, non eſſe recedendum; probationē enim, quæ

Digitized by Google

quæ affertur pro parte Ludouicæ, videri concludentem, & multis fulcitam adminiculis, quę rem reddunt ſatis claram, & indubitatam, hic enim agitur de probatione metus, qui de ſui natura eſt difficilis probationis cenſuit Pariſ. *conſ.* 53. *n.* 61. *& conſ.* 60. *nu.* 21. *lib.* 3. Menoch. *de arbitr. caſ.* 116. *nu.* 17. *lib.* 2. Hic autem difficilior eſt eius probatio, ex quo agitur de metu illato puellæ, quæ a ſuorum conſanguineorũ educatione iuſſu Principis abducta, ſub perpetua perſonarũ, quę a nutu Principis pẽdebat, cuſtodia habita fuit; ita vt non eſſet ei facultas colloquẽdi, neque quicquã tractandi libere cum aliqua perſona, niſi cum ijs, quos ſuſpectos fautores viri non habebant; Quare ſuccedit, vt, ſi vnquã alias habuerit, hic habeat locum concluſio illa communiter recepta *in l. metum. C. quod met. cauſ.* metum coniecturis ac indicijs probari poſſe; quam concluſionem ſexcenſis authoritatibus comprobant moder. *de prob. concl.* 1052. quos ideo cito, ne hic neceſſe ſit eas omnes authoritates congerere.

2 Accedat etiam, qđ hoc caſu agitur de probando metu illato puellæ, quæ nondum pubertatis annos attigerat; quo caſu iuſtũ metum ſolent iudices ex perſonarũ qualitate iudicare. Innoc. *in c. dilectus, quod met. cauſ.* Dec. *in l. in omnibus. de reg. iur.* cum alijs citatis per Menoc. *de arbitr. caſ.* 135. *nu.* 4. Ideo minor metus ſufficiet in caſu iſto, cum hic concurrant duæ qualitates, in quibus minor metus ſufficit, nempe ſexus, & ætatis. Aretin. *cõſ.* 24. *col.* 2. Socin. *conſ.* 263. *nu.* 5. *lib.* 2. Alba. *conſ.* 77. *nu.* 4. Menoch. *ibidem nu.* 4. *&* 5.

3 Deducendo igitur probationes Ludouicę, Primo ſeſe offert initiũ huius negotij, ꝗ pẽdet a tractatu inito inter Patrẽ Marci Antonij, & alios, de procurando matrimonio, mediãtibus fauoribus, quibus pollebat apud bo. mem. Sereniſſimũ Ducẽ Sabaudię, & conuentione ſoluẽdi certam pecuniarum ſummã, qui tractatus cum multũ ab
a vſitata [a], & tecta via tractãdi matrimonia recedere videatur, vtique arguit nõ bona fide cæptum fuiſſe hoc negotiũ; vt in ſimili tradunt Bart. Bal. Salyc. & alij citati per Aym. *conſ.* 115. *nu.* 5. *&* 6.

4 In exequutionem vero præcedentis tractatus habemus præceptum Ducis, factum tutorib. ſub grauibus pænis, vt puella a ciuitate Niciæ, vbi cũ ſuis conſanguineis morabatur, adducatur Taurinum, & conſignetur Prothomedico; quod præceptum, non obſtante tutorum, & propinquorum reclamatione, exequutioni demãdatum fuit ſub comminatione, etiam confiſcationis omniũ bonorum; & adeo rigoroſe fuit paritum huic præcepto, vt iudex, qui illã tranſmiſit, ob maximos fletus puellæ, de ipſius vita dubitauerit; & poſtquã Prothomedico tradita fuit ex præcepto Ducis, fuit ei denegata facultas alloquendi ſuos cõſanguineos, & hęc omnia per ſcripturas probantur; neque opus eſt aliquo adminiculo ad fundãdum indicium violentum, & meticuloſum, cum proceſſerit a præceptis potentis, vt per Bellam. *conſ.* 9. Aym. *conſ.* 49. quos refert Menoch. *caſu* 136. *in fine*, quæ præcepta cum pæna confiſcationis omnium bonorum cum ſufficiant ad inferendũ metum propinquis, & tutoribus, multo magis ſufficiunt ad inferendum metum puellæ impuberi; & cui erat interdictũ cũ ſuis ꝓpinquis colloquiũ. Dec. *conſ.* 219. *& in d. l. in omnib. cauſis. de reg. iur.*

5 Neque euitari poteſt hæc probatio ſub prętextu, quod hæc præcepta emanarunt, propter litem, quæ vertebatur inter conſanguineos, ratione tutelæ, & loci, in quo educari deberet puella; Nam ſi ſolius litis cõtemplatione emanaſſet, cur fuiſſet tradita Prothomedico, & ablata ei facultas alloquendi ſuos conſanguineos? eo maxime, quod Senatus iam decreuerat de partium cõſenſu, vt deputaretur Matrona, penes quam deberet educari: & ideo non erat opus eam renitentem, & eiulantem Taurinum tranſducere.

6 Conſtito hoc initio meticuloſo, non obſtant actus poſtea ſubſequuti, per quos prætẽdunt informantes probare liberam voluntatem Ludouicæ in contractu matrimonij, quia durante cau
b ſa [b] metus, ſemper præſumitur durare metus, vt per Bart. *in l. penul. de condic. ob turp. cauſ.* & paſſim Doct. *in l.* 2. *C. quod met. cauſ.* Abb. *in c. conſultatione. de ſponſ.* Alex. *conſ.* 98. *nu.* 7. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 219. *nu.* 4. cũ infinitis alijs, qui adduci poſſent; & ideo ſufficeret Ludouicæ hæc probatio, cum ex aduerſo non doceatur, eam nunquam fuiſſe in plena libertate, vt alias fuit reſolutum in vna Crem. raptus coram R. P. D. meo Decano.

7 Sed ad maiorem ſupradictorum corroborationem adſunt teſtes deponentes de minis, & obiurgationibus, quibus vexabatur puella a Comitiſſa Storpianæ, & Marchioniſſa Eſtenſi, vt inducerent eam ad contrahendũ cum Marco Antonio, quæ minæ vti prouenientes a perſona, cui debe-
c tur reuerentia, [c] ſufficiunt, maxime in puella tam teneræ ætatis. Ruyn. *conſ.* 121. *num.* 6. *lib.* 4. Aym. *dict. conſ.* 49. *nu.* 2.

8 Conſideranda eſt etiam qualitas minarum, in quibus continebatur, Ducem indignatũ ablaturum ei omnia bona, Ruyn. *ibidem n.* 8. Bellam. & Aym. *ſupra citati.*

9 Neque etiam poteſt dici ceſſate cauſam metus per obitum Ducis, quia adeſt etiam præceptum Sereniſſimi ſucceſſoris, quo prohibentur conſanguinei alloqui Ludouicam.

10 Neque etiam purgatio metus colligi poteſt ex reſponſione Ludouicæ, dicentis, ſe conſenſiſſe propter pulchras res, quę ei donabantur. Nam ſubdit, & propter minas, & verbera.

11 Non obſtant atteſtationes vltimo productæ, quia prętérquã, quod factæ lite pendente, & parte non citata, ſunt valde inueriſimiles, cum habeant in contrarium tot declarationes Ludouicæ, & literas eiuſdem, poſtquam fuit in libertate; Id vero, de quo deponũt teſtes, percutit tempus, quo non erat in plena libertate, de quo tempore
d etiam ſi interueniſſet iuramentum, [d] non arguitur libera voluntas, cum duraret cauſa metus. Natta *conſ.* 451. *nu.* 3. Couar. *in Epith.* 4. *decret. p.* 2. *c.* 3. *§.* 5. *nu.* 1. Bero. *deciſ.* 100. *nu.* 14. Rolan. *conſ.* 2. *nu.* 76. *lib.* 1.

12 Atteſtatio quoque Matronæ, quæ interuenit in inſpectione, non facit ad rem, quia ſimul ſtare

poſſunt,

Digitized by Google

poſſunt, quod fuerit cognita, & quod non fuerit conſentiens, ſed propter metum. Pariſ. *conſ.* 53. *li.* 3. *ſupra alleg.*

33 Atteſtatio quoque Medicorum eſt valde temeraria; eſt enim contra textus apertos, qui inſpectionem admittunt, *in c. propoſuiſti, & cap. cauſam matrimonij. de prob.*

Atteſtatio Comitiſſæ non eſt habenda in cõſideratione, quia præſtitit auxilium Prothomedico, & in eius domum fuit illatus metus.

34 Atteſtatio eorũ, penes quos aliquando morata eſt Ludouica in quodam Oppidulo, vnde dicunt, eam, ſi voluiſſet, potuiſſe aufugere, nullius eſt monenti, inſpecta ætate, & qualitate puellæ, quę ſola nunquam auſa fuiſſet talem fugam, nẽ animo quidem, concipere, cum eſſet ab omnibus deſtituta, & a familia Prothomedici cuſtodita.

35 Atteſtationes de confeſſione Ludouicæ ſunt contrarię depoſitionibus iuratis, & etiam percutiunt tempus, quo ipſa non erat in plena libertate; ideo non obſtant, vt ſupra deductum fuit.

36 Quantum vero ad exceptiones, quę deducuntur contra teſtes, eę viſę ſunt leues Dominis, præſertim, cum probatio Ludouicæ non ſit fundata ſuper dicto Caiſottorum, ſed ſuper alijs; qui etiã potius conſiderati fuerunt pro faciendo adminiculo. quam quod ſuper illis conſiſtat probatio, quæ ex ſcripturis principaliter deducitur; quia tamen pars inſtat multum ſuper nullitate examinis, Domini mandarunt, vt ſuper hoc particulariter dubitetur.

37 Vltimo non obſtat exceptio periurij ex pluribus, quia ſi deducitur periuriũ ratione iuramenti præſtiti in contractu ſponſalium de futuro, id non obſtat, cum tunc temporis vix excederet nonum ſuæ ætatis annum, & non eſt doli capax; immo circumuenta tot vexationibus; quare nõ ligat, & potuit abſque incurſu periurij contrauenire. *capit. Paruuli. 22. quæſt. 5. l. qui iuraſſe. de iure iuran.* Calder. *conſil.* 8. *de iure iuran.* ſi vero prætenditur periurium ratione iuramenti pręſtiti in contractu ſolutionis dotis, & pactionis lucri in euentum mortis, hoc non obſtat, quia nunc non agitur, niſi ſuper declaratione validitatis, vel inualiditatis matrimonij. Præterea cum ex ſupra b

c deductis appareat de dolo [c] nõ ſolum re ipſa, ſed etiam ex propoſito, iuramentũ nõ obligat. Butr. & Abb. *in c. cum contingat. in 3. not. de iur. iuran.* Couar. *in c. quamuis. in 3. p. §. 4. num. 2. de pac. in 6.* cum alijs per D. Arigonum allegatis, quæ huic difficultati plene ſatisfaciunt.

ADDITIONES.

a *Abvſitata.* Ex inſolito actu dolum, & fraudem præſumi, ſcripſerunt Aym. *conſ.* 321. *num.* 3. *verſ. præſumitur contra eum, & conſ.* 100. *poſt num.* 5. *verſ. Itaque ex actu iſto inſolio.* Guido Pap. *in tract. de præſump. nu.* 27. *verſ. & inſolitis.* Maſc. *de prob. li.* 2. *concl.* 815. *nu.* 40. *in fine, & nu.* 42. *& concl.* 531. *nu.* 75. *lib.* 2.

Sic & ècontra, dolum non præſumi in eo, qui actum ſolitum facie, probat tex. *in l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edict.* Bar. *in l. ſi pignore. §. fin. in prin. ff. de pignoratit. actio.* ſicut illum refert, & ſequitur Marſ. *in conſ.* 90. *nu.* 12. *& conſ.* 100. *etiam nu.* 12. Alb. *in l. dolum. nu.* 6. *verſ. Idem ſi facit, quod publice fieri conſueuit. C. de dolo.* Maſcard. *concl.* 531. *nu.* 12. *&* 52. *& concl.* 815. *nu.* 41.

Hinc ex nimia, & inſolita cautela, & dolum, & fraudem præſumi, ſcripſerunt Bal. *in l. teſtamentum. nu.* 3. *verſ. quandoque tamen. C. de teſtam.* Idem Bal. *conſ.* 75. *nu.* 2. *lib.* 2. Caſtr. *conſ.* 337. *primo quaritur. col.* 4. *poſt nu.* 20. *verſ.* 4. *præſumitur fraus. lib.* 1. Grat. *reſponſ.* 53. *nu.* 10. *lib.* 1. Curt. iun. *conſ.* 78. *nu.* 13. *p.* 2. Tiraq. *de retract. comment. in præfatione, nu.* 17. *ſeq.* vbi bene, & iurib. & Doct. authoritatibus hanc præſumptionem exornat; dicitque inter alia, quod quanto plus cautelæ in contractibus adhibentur, tanto plus fraudis ineſſe præſumitur; & vbi abundantior eſt cautela, ibi euidenter eſt fraus, ex Gloſ. Bal. Iaſ. & alijs per eum allegatis. Neuiz. *conſ.* 22. *n.* 45. *in fine.* Rodoan. *de reb. eccleſ. & c. quæſt.* 17. *§. mala vero fides. nu.* 8. *fol.* 418. Maſc. *de prob. lib.* 1. *concl.* 531. *nu.* 103. *& lib.* 2. *concl.* 1004. *nu.* 64. Menoch. *de præſump. lib.* 5. *præſump.* 3. *num.* 102.

Et hinc etiam ex inſolitis clauſulis dolum, & fraudem præſumi, ſcripſerunt Ioan. Anibal. *in l. poſt contractum. nu.* 138. *verſ. Item fraus tamen præſumitur, & num.* 139. *verſic. etiam ex renunciatione inſolita, & num.* 40. *ff. de donatio.* Paul. de Caſtr. *in l. ſi quis ſub conditione. ſub nu.* 1. *verſ. vnde propter. ff. de condit. inſtit.* Neuiz. *conſ.* 22. *nu.* 45. *in fine.* Aret. *conſ.* 16. *num.* 6. Neuiz. *conſ.* 8. *num.* 63. *reſponſ.* 462. *num.* 10. Aym. *conſil.* 862. *num.* 6. *& conſ.* 969. *num.* 14. Decian. *conſ.* 32. *nu.* 64. *& conſ.* 67. *nu.* 15. *lib.* 3. Menoch. *conſ.* 1. *nu.* 338. *lib.* 1. quos, & alios in propoſito referendo, ſequutus eſt idem Menoc. *de præſump. lib.* 5. *præſump.* 3. *nu.* 103. & Maſc. *de prob. lib.* 2. *concl.* 815. *nu.* 40. *&* 42. *& lib.* 1. *concl.* 299. *per totum*, vbi amplius, quæ dicantur clauſulæ inſolitæ.

b *Cauſa metus.* Ex hac concluſione, quod metus nunquam ceſſat, non ceſſante illius cauſa, quæ communis eſt, vt *in deciſ. Lucen.* 18. *nu.* 1. *& ſeqq. & Deciſ. Pedem.* 177. *nu.* 12. infertur, quod confeſſio rei carcerati dicitur metu tormẽtorum facta, etiam quod nullæ ipſi confitenti tempore confeſſionis, illatæ fuerint minæ, ſi is præcedenti die, aut alias ab eodem iudice indebite, & indicijs nõ pręcedentibus, fuerit tortus; quia tamdiu dicitur metus durare, quamdiu durat eadem torquendi poteſtas; & iniuſta tortura ſemel illata, cauſat iuſtum metum in futurum. Marſ. *conſ.* 29. *num.* 36. *verſ. nec habet obſtare, & nu.* 37. *& ſeqq. & num.* 45. Gram. *conſ.* 40. *nu.* 14. Bertaz. *conſ.* 162. *n.* 7. *& ſeq. & conſ.* 225. *nu.* 23. Burſat. *conſ.* 201. *nu.* 19. *in fine, & ſeqq. lib.* 2.

c *Reuerentia.* Quod minæ prouenientes a perſona, cui debetur reuerentia, inducant iuſtum metum, non habet difficultatem, communiterque ab omnibus recipitur, vt videre eſt apud Alexand. *in conſil.* 83. *num.* 9. *lib.* 6. Pariſ. *conſil.* 135. *num.* 10. *& conſilio* 5. *nu.* 170. *&* 172. *lib.* 4. Capyc.

deciſ.

deciſ.159.nu.30.& ſeq. Plot.*de in lit.iur.an.nu.78. ſecundum antiquam impreſſionem.* Boer.*deciſ.100. p.1.nu.11.* Cæphal.*conſ.91.num.45.& ſeq.& conſ. 142.n.38.& ſeq.* Rolan.*conſ.83.nu.5.lib.2.& conſ. 95.nu.27.& ſeq.lib.1.& conſ.100.nu.131.lib.4. Deciſ.Pedemont.177.n.4.& 5.* Qui ampliant, vt præſuppoſita læſione ex ſola preſentia, & aſſiſtentia perſonæ, cui debetur reuerentia, præſumatur metus, etiam ſine minis, aut verberibus; & quid è cõtra, ſi conſtat de minis, aut verberib. abſq; læſione, vide ibidem per præallegatos.

d *Iuramentum.* Quod iuramentum non firmet contractum meru celebratum; ſed an contractus ipſe ſit ipſo iure nullus, an verò requiratur abſolutio, & de materia, videas Boer.*deciſ 100.nu.14.* Soc.iun.*conſ.77.nu.129.li.1.* Ang.*conſ.215.* Rom. *ſing.499.& 517.* Diaz *reg.384.* Iacob. Emilian. *conſ.2.nu.15.& ſeq.* Brun. a Sole *in ſuo conſ.crim. nu.183.* Natt.*conſ.451.nu.23.26.& ſeqq.lib.2.* Roland. *conſ.2.nu.76.& ſeq.lib.2.& conſ.57.nu.54. & ſeq.lib.3.* Simoncell. *in tracta.de decret.lib.3.tit. 8.nu.174.& ſeq.*

e *De dolo.* Quod iuramentum non includat dolũ, & q̃ propterea non firmet contractum dolo initum, communiter receptum eſt, ex allegatis per Neuiz.*conſ.21.nu.6.* Plot.*in l.ſi quando.nu.271. ſecundum antiquam impreſſionem.C.vnde vi:* Steph. Lamberteng.*in tract.de contractibus eorum &c. gl. fin.nu.89.* Qui alios plures refert concordantes.

Et quid ſi ſtatutum præſumat, contractum ẽt iuramento vallatum, dolo initum, & celebratũ, aut etiam iuramentum in aliquo contractu appoſitum, dolo extortum, an tunc tale iuramentũ minus operetur, & de materia, vide Fel.*in c.2.nu. 52.de ſponſalib.* Rip. *in l.is cui bonis. nu.59.& ſeq. ff.de verbor.oblig.* Soc.iun.*conſ 3.num.25.& 38.& conſ.79.nu.17.lib.2.* Alex.*conſ.27.nu.14.& ſeq.lib. 1.* Ferrat.*caut.20.* Curt.iun.*conſ.67.num.4.* Pariſ. *conſ.97.nu.4.& ſeqq.lib.1.& conſ.96. num.100.& ſeq.eod.lib.1.* Thob.Non.*conſ.108.nu.13.* Simonc. *in tract.de decret.lib.3.tit.8.nu.165.& ſeq.conſ.crimi.diuerſor.152.nu.9.& nu.15.in fine,& conſ.154. nu.2.& conſ.155.nu.8.lib.1.* Steph. Lamberteng. *in tract.de contractibus eorum &c.gl.8.nu.103.*

B V B A L I

Ceſarauguſtana ſtatus 22: Aprilis 1587.

ARGVMENTVM.

De teſtium fide, & probatione plura notanda.

S V M M A R I V M.

Teſtes debent eſſe omni exceptione maiores in cauſa matrimonij, quando principaliter agitur de ipſius matrimonij fædere, ſecus ſi incidenter agitur, ad effectum puta ſuccedendi in aliquo fideicommiſſo, ſeu hæreditate. n.1. in addit.lit.A, vbi de materia.

Teſtis alias meretrix admittitur, quando tempore examinis non erat meretrix.nu.2.

Teſtium inhabilitas conſideratur habito reſpectu ad tempus examinis, non autem ad aliud tempus.nu.2.& in addit. lit.B, vbi de materia.

Teſtis vltro ſe offerens examini, redditur ſuſpectus.n.3.& in addit.lit.C, vbi de materia.

Teſtis familiaris, & magnus amicus alicuius cõſanguinei aduerſarij mei, non dicitur idoneus teſtis contra me. nu.3.

Teſtis deſiderans victoriam alicuius ex litigantibus, non eſt idoneus teſtis contra alium litigantem.nu.2.& in addit. lit.D, vbi de materia.

Teſtis qui recepit dono aliqua bona ab vno ex litigantib. non eſt idoneus teſtis contra alium, nu.3.in fine.

Teſtis excommunicatus repellitur a teſtificando. n.4.& in addit.lit.E, vbi de materia.

Teſtis, qui loquutus eſt cum parte ſuper reformatione articulorum, non eſt idoneus.nu.5.

Teſtis ſacerdos, qui nunquam dixit miſſam & officium, & nõ habet Breuiarium, non eſt idoneus.nu.5.in fin.

D E C I S I O XLIII.

1 QVamuis in vltima reſolutione facta in hac cauſa, ſup probatione copulæ, fuerint pro adminiculo adducti aliqui teſtes pro parte Illuſ. D.Don Ioannis de Luna, nempe 3.17.18.& 38. Dubitaui, an dicti teſtes patiantur tales exceptiones, propter quas veniant repellendi, vel minuendi de fide in caſu, & ad effectum, de quo agitur; & an 17. teſtis loquatur de carcere publico, an potius de domo Comitis de Suſtago: & quoniam informantes pro Illuſtr.D.Don Michaele de Luna Comite de Morata conabantur oſtendere, quòd in caſu, de quo agitur, requirerentur teſtes omni exceptione maiores; Domini firmarunt, in caſu, de quo agitur, nõ requiri teſtes omni exceptione [a] maiores; ſed ſufficere teſtes alias idoneos, quia hic non agitur de fædere matrimonij, ſed de probanda ſubreptione literarũ diſpenſationis, ad effectum, ne d.D.Michael ſit ſucceſſibilis in Comitatu, de quo agitur, & ibi non agitur principaliter de fædere matrimonij, ſed incidenter, ad effectum ſuccedendi in aliquo fideicommiſſo, ſeu hæreditate, & tunc ſufficiunt ordinariæ probationes, *c. cauſam.il 1. qui fil.ſint legit.* Gemin.*conſ.27.col.2. verſ.quandoq; agitur de hæreditate.* Put.*deciſ.173. fuit reſolutum.lib.1.* & hanc diſtinctionem pluries ita tenuit.

2 Quod vero attinet ad fidẽ teſtiũ, concluſerunt Dñi 28.teſtem eſſe idoneũ, & non pati exceptiones conſiderabiles; quãuis.n.probetur qñq; fuiſſe inhoneſtæ vitæ, & minus pudicè vixiſſe, cũ tamẽ tempore examinis diù ante honeſtè viueret in ſtatu coniugali cum ſuo viro, dicitur idoneus teſtis, quia tempus examinis eſt attendendum. [b] Fely *in c.in literis.n.5.verſ.fallit 5.de teſtib.* Alex. *conſ.5.nu.9.lib.1.& conſ.149.nu.7.lib.1.*

3 Quo vero ad tertium teſtem, Domini reſeruarunt fidei diminutionem arbitrio Rotę, & moti fuerunt ex plurib. ſimul iunctis, nempe, quia voluntariè ſe obtulit [c] Illuſtr. D. Don Ioannes de

Luna, ſe teſtificatarum in hac cauſa, vt ipſa dicit in 3. inter. ſecūdo, quia dicit ad quint. interrog. ſe habuiſſe, & habere familiaritatem valde particularē, & magnā amicitiā cū D. de Maalla agnato d. Don Ioannis, & q propter hanc amicitiā habet eandem cum D. Ioanne de Luna; & quod de
d ſiderauit, & deſiderat [d] quod D. Ioanni, & D. Agnetæ de Almazan ſuccedantur proſpere; Item quia, vt ipſa fatetur ad 8. interrogatoriū recepit pallium, quod tunc deferebatur a d. D. de Maalla agnato d. Don Ioānis, & quia habuit dum eſſet infirma, aliqua veſtimenta a d. Don Ioanne.
4 Quoad 17. teſtem, ſi ipſe adhuc reperiretur, vel ſaltem produceretur proceſſus, in quo ipſe fuit examinatus a iudice priorum cauſarum, & ipſemet fatetur ad 4. interrog. ex quo appareret ipſum incidiſſe in excommunicationem contentam in Bulla Cęnæ Domini, ex eo quia, vt ipſe teſtis fatetur, eius procurator habuit recurſum ad iudices ſeculares, prout latius in ſuo examine; videtur Dominis, ipſum eſſe repellendum [e] in
e prędictis, & ei non eſſe fidem adhibendam, iuxta text. *in c. veniens. 2. vbi omnes not. de teſtibus.* Ioan. Căpeg. *in tract. de teſtib. reg. 36. cum alijs allegatis.*
5 Decimus octauus teſtis fuit reſeruatus arbitrio, quia ante confectum dictum examen alloquutus eſt cum d. Don Ioāne ſuper reformatione articulorum, & vt ipſe dixit, ad primum articulum additionalem; Item quia, vt deponit D. Paſcutius, teſtis reprobatorius d. Decimi octaui teſtis, erat ſacerdos, & nunquam celebrauit miſſam, quia Archiepiſcopus Cęſaraugustanus nūquam ei voluit concedere licentiam celebrandi, cum eſſet debilis ingenij, & quod vt publice dicebatur, nunquam recitabat horas canonicas, nec habebat Breuiarium.
6 Circa aliam partem dubij, quamuis diſputatio hæc videatur ſuperflua, cum 17. teſtis, qui deponit de carcere publico, veniat repellendus, vt dictum eſt, dixerunt tamen Domini abſq; difficultate d. teſtem loqui de carcere publico regio, nō autē de domo Comitis de Suſtago, quæ poſtea fuit data pro carcere, inquit. n. ſuper 18. articulo ſe vidiſſe Don Petrum de Luna detentum in carcere publico, a quo fecit ſe manifeſtari per curiā iuſtitiæ Aragoniæ, & quod ipſe teſtis ſimul cum alio fuit datus ad dictum carcerem, vt cuſtodiret illum, & quod vidit ibi in d. carcere D. Agnetem de Mendozza tractantem ſatis familiariter cum d. D. Petro de Luna; ex quib. verbis clare colligitur, quod teſtis intellexit de carcere publico, nō aūt de domo priuata, & ita Domini reſoluerūt.

ADDITIONES.

a *Omni exceptione maiores.* In cauſa matrimonij, an & quādo teſtes debeant eſſe omni exceptione maiores, an vero ſufficiant ordinarij teſtes, vide regulā cum duab. ampliationib. & aliis duab. limitationibus, poſitam per D. meum Farinac. *in tracta. de teſtibus, quæſt. 62. nu. 99. & ſeq.*

b *Attendendum.* Pariter, & in hac concluſione, quod teſtium inhabilitas attendenda ſit, habito reſpectu ad tēpus depoſitionis teſtium, vide bene per plures diſtinctas concluſiones declarantem D. meum Farinac. *in tract. de teſtibus, dict. quæſt. 62. nu. 266. & ſeqq.*

c *Se obtulit.* Teſtis vltro ſe offerens examini, ſuſpectus eſt, & fidem non facit. Hæc regula ampliatur tribus modis, & limitatur vndecim alijs modis per D. meum Farinac. *in ſuo tracta. de teſtibus, quæſt. 80. nu. 35. & ſeq.*

d *Deſiderat.* Teſtis deſiderans victoriā alicuius ex litigantib. idoneus non eſt, ex allegatis per D. meum Farin. bene hanc concluſionem declarātem, *in tractat. de teſtibus, quæſt. 60. nu. 40. & 47.*

e *Repellendum.* Excommunicatus teſtis regulariter a teſtificando repellitur, recipitq; hæc regula octo ampliationes, & totidem limitationes, bene explicatas per D. meum Farin. *in tractat. de teſtibus, quæſt. 65. nu. 240. & ſeq.*

Fam. Cent. I.V.D. Galleſ.

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Seraphini Card.

Romana Saluiani interdicti Luna, 1. Iuny, 1587.

ARGVMENTVM.

Venditor rei litigioſę, ſeu alias alienari prohibitę, ignorans tamen litem, ſeu prohibitionem, an & quando teneatur emptori ad damna, & intereſſe; & an etiam talis venditio ſit nulla cū omnib. clauſulis in inſtrumento venditionis contentis.

SVMMARIVM.

Contractus ex conuentione legem accipiunt. nu. 1. in fi.
Vendens rem prohibitam alienari, ignorans prohibitionem, non tenetur emptori ad damna, & intereſſe. num. 2. vbi declaratur.
Litigioſam rem vendens litem ignorans, non incurrit pœnas litigioſi. nu. 2. & ibi in add. lit. A, vbi alquid de pęna vendentis res litigioſas.
Vendens rem alienam etiam ignoranter, adhuc tenetur de euictione rei venditæ, & ad damna, & intereſſe. nu. 2. & ſequent.
Fiſcus, qui rem alienam vendit, & de euictione promiſit, non tenetur niſi ad ſimplum, & ad damna, & intereſſe. nu. 2. poſt med.
Vaſallus qui ignorans feudum, illud vendit, tenetur emptori ad damna, & intereſſe. nu. 2. in fine.
Vendens rem alienam ignoranter, non tenetur ad pęnam, quæ extrinſecus venit. nu. 2. in fine.
Saltem, dictio eſt implicatiua, non autem limitatiua. nu. 3.
Vendens rem alienam ignoranter, tenetur etiam ad totale intereſſe intrinſecum, non autem extrinſecum. nu. 4

Vendi-

Venditor rei alienæ non tenetur ad intereſſe, quãdo ipſe ignorauit, rem eſſe alienam, & venditor ſciebat. n. 4. in fine. & ibi in ad. lit. B, vbi an iſto caſu teneatur de euictione.
Venditor rei alienæ ſiue ſcienter, ſiue ignorans rem eſſe alienã indiſtincte tenetur ad damna, & intereſſe, quando ita promiſit, præſertim cum iuramento. nu. 5
Nullus vbi eſt contractus, tunc nullæ etiam reddũtur omnes clauſulæ in eo contentæ. nu. 6. declara vt nu. 7. & 8.
Venditor non tenetur præciſe rei venditæ dominium transferre, ſed tantum tenetur ad intereſſe. nu. 6.
Dominium non transfertur venditione, ſed traditione. n. 6.
Fideiuſſor poteſt etiam accedere obligationi pſonali. poſt n. 6.
Nullitas actus inducitur ipſo iure per prohibitionem expreſſam, non autem per prohibitionem tacitam. nu. 6. in fi.
Fideiuſſoria obligatio, corruit, & eſt nulla, quando principalis contractus eſt etiam nullus declara, vt nu. 7. & in addi. litera C, vbi etiam quid de fideiuſſore in contractu minoris, vel fil ij familias.

DECISIO XLIIII.

1 DIſcuſſis reſponſionib. datis per D. Gaſparẽ
Galbiatũ ad obiectiones, & dubitationes
Dominorũ, excitatas cõtra deciſionẽ, alias factã
corã bo. me. R. D. Cantucio, fuit vnanimiter di-
ſceſſum ab ea deciſione, & concluſum, omni bo-
na D. Iacobi de Alexiis eſſe obligata pro cenſib.
decurſis, de quib. agitur. Potiſſimum fundamen-
tum deciſionis ſumitur ex inſtrumento vẽditio-
nis cenſus, in quo Iacob. expreſſis verbis ſeſe obli
gat ad damna, & intereſſe; vnde cum habeamus
expreſſum pactum, & contractus ſit iuratus, non
videtur ambigendum de huiuſmodi obligatio-
ne, cum contractus ex conuentione partium le-
gem accipiant. *l. contractus. de reg. iur.*
2 Neq; obſtat, quod ratione ignorantiæ prohibi
tionis venditor excuſetur a pręſtatione damno-
rum, & intereſſe, ex doctr. Abb. poſt Hoſt. *in c. ec-
cleſia ſanctæ Mariæ. n.* 10. *vt lit. pend.* & ibi Imo. *n.* 4.
cũ alijs allegatis, vbi alienãs rem litigioſam igno
a rãter, nõ incurrit pęnas [a] impoſitas ſcienter alie-
nãtib. Quia diſtinguẽdi ſunt caſus non ſolũ rõ-
ne diuerſitatis facti, ſed ẽt ratione diuerſitatis ip
ſius intereſſe: Nã pro regula ſtatui põt, ꝙ vendi-
tor ẽt ignorans, tenetur de euictione, & ad dãna,
& intereſſe, & hoc probant textus in diſcurſu al-
legati; hoc. n. eſt ex natura ipſius actionis ex em-
pto. *l. contractus. C. de fid. inſtr.* nẽpe, vel vt implea
tur contractus, vel præſtetur intereſſe; & in hoc
nulla ſit diſtinctio inter venditorem ſcientẽ, vel
ignorantem, quia ex ignorantia eius non dimi-
nuitur intereſſe emptionis, & ideo ꝑꝑ ignoran-
tiam rei alienæ nõ excuſatur venditor ab obliga
tione euictionis. *tot. ti. de euict.* & a pari procedũt
reſtitutio pretij, & præſtatio intereſſe intrinſeci,
vt optimè declarat Afflic. poſt Iſern. *tit. de prohib.
feud. alien. per Feder. in not.* 13. *n.* 7. *ver. quæret tamen
hic And.* & confirmatur egregiè ex deciſ. Rot. fa-
cta in cauſa Volaterana terrarũ coram R. P. D.
Blãch. 18. Apr. 1586. in qua fuit dictũ, ꝙ tex. *in l. ſi
Procurator. de iur. fiſci.* Quãuis dicat Procuratorẽ
fiſci, qui rẽ aliquã vendidit, & duplũ, vel triplum
pro euictione promiſit, nõ teneri, niſi ad ſimplũ;
non tñ excludit obligationẽ ad dãna, & intereſ-
ſe reſpectu illius ſimpli, & fuit eadem deciſio con
firmata ſub die 28. Maij eiuſdẽ anni, & pro hu-
ius cõcluſionis cõfirmatione text. eſt apertus in
proprio caſu nullitatis alienationis, *in c. ſi vaſal-
lus feudum, & ibi Affl. ſi de feud. defun. fuer. contro.
inter Dominum &c.* vbi Vaſallus, qui ignorãs feu
dũ vendidit, tenetur ad intereſſe. Quod verò de-
ducit̃ ex Abb. habet locũ in pæna, q̃ extrinſecus
venit, & q̃ nõ pręſtatur ab ignorante, non aũt in
intereſſe, quod venit ex natura ipſius actionis.
3 Et quamuis Bart. *in l. cum lex. nu.* 1. *de fideiuſſor.*
videatur diſtinguere inter venditorem ſcientẽ,
& ignorantem, vt ignorans ſaltem teneatur ad
reſtitutionẽ pretij, & ita videatur ſentire, quod
non teneatur ad aliud, tamen re vera hoc non di
cit: Dictio. n. *Saltem*, eſt implicatiua, non autem
limitatiua, & licet Aretin. & Iaſ. *in addit. ad Port.
in §. fin. inſtitu. de emptio. & vendit.* videantur ean-
dem diſtinctionem ſequi, tamen Ang. *in d. l. cum
lex. nu.* 2. hanc diſtinctionem reprobat, & duob.
caſib. ait, venditorem teneri ad intereſſe, vel cum
vterque tam venditor, quam emptor eſt igno-
rans, uel cum emptor ſaltem, & allegat *l. vt liberi.
cum gl. de contrah. empt.* eandem ſentẽtiam latius,
& optimis fundamentis defendit Cuman. ibid.
nu. 5. *&* 6. Caſtren. *ibid. circa finem*, & Imol. *nu.* 4.
Fab. de Monte *de empt. & vend. in* 4. *q. princ. nu.* 5.
verſ. tertio quæro.
4 Nec obſtat, quod aliqui Doctores dicant, ven
ditorem ignorantẽ non teneri ad totale intereſ-
ſe, prout inquit Barto. *in l. Iulianus. in fin. princ. de
act. empt.* & Iaſ. *in d. addit. ad Port. in §. fi. Inſtitu. de
empt.* Cepoll. *in l.* 1. *§. cauſa. n.* 14. *de ædil. edict.* cum
aliis; quia non faciunt ad rem; Nos. n. loquimur
de intereſſe intrinſeco circa rem, ad quod ſiue
ſciens, ſiue ignorans, venditor tenetur, non autẽ
ad intereſſe extrinſeco, iuxta terminos *d. l. Iulia-
nus. in prin. iuncta l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem.
eod. tit.* Nam ab eius præſtatione propter igno-
rantiam excuſatur venditor, neque ab his diſcre
pat Anto. Gomez. *de empt. tom.* 2. *c.* 2. *nu.* 50. *verſ.
Adde tamen.* quia non agitur de eo caſu, in quo
vterque tam venditor, quam emptor eſt igno-
b rans, ſed tantum, quando emptor ſcit [b] & emit a
ſciente.
5 Sed etiam ſi demus diſtinctionem inter ſcien-
tem, & ignorantem iure probari, tamen non ap-
plicatur caſui noſtro, in quo ſpecialiter fuerunt
promiſſa damna, & intereſſe vt dictũ eſt; & ideo
etiam quod ex natura actionis venditor hoc ca-
ſu propter ignorantiam non teneretur, tenetur
tamen propter pactum ſpecialiter appoſitum; in
hac. n. materia ſpecialis prouiſio attenditur, *l. ſi
fundum. C. de euict.* maximè cum contractus fue-
rit iuratus, qui eſt caſus, quem excipit Angel. *in
d. l. cum lex. ſub nu.* 1. Gabr. *de clauſ. concluſ.* 10. *nu-
me.* 4.
6 Neque obſtat id, quod ex aduerſo principali-
ter deducitur, cum huiuſmodi venditio ab ini-
tio fuerit nulla, propter expreſſam prohibitionẽ
alienationis, de qua in teſtamento Pauli, omnes
clauſulas acceſſorias eſſe nullas vt voluit Grat.
in allegat. conſilio 91 *numero* 20. *libr. primo.* Gabr.
in dicta concluſion. 10. Nam pluribus modis re-

ſpondetur; Primo quod aſſumptum ſit falſum, nēpe, venditionem ab ſolute fuiſſe nullam a principio; fuit.n. nulla reſpectu alienationis, non autem reſpectu præiudicij venditoris; Nam ſi inſpi a ciamus naturam huius contractus, non tenetur præciſe venditor dominium rei in emptorē trāſferre, ſed tātum ad intereſſe tenetur. *l. contractus. C. de fid. inſtr.* Neq; venditione transfertur dominium, ſed traditione. *l. qui ſibi. C. de his qui a non dom. man. ſunt.* Vnde cum fuerit prohibita alienatio, hæc prohibitio non expreſſe reſiſtit venditioni, ſed alienationi, i. vt inquit Bart. *in d. l. cum* b *lex. nu.* 1. tranſlationi dominij; & ideo obligationi perſonali poteſt accedere fideiuſſor; & licet in quandam conſequentiam cenſeatur prohibita venditio, quia per eam deueniri non poteſt ad id quod prohibitum eſt, tamen ea prohibitio eſt tacita, vt inquit idem Bar. ſub nu. 10. & prohibitio expreſſa eſt illa, quæ reddit actum ipſo iure nullum a principio, non autem tacita. *l. f. §. f. C. com. de leg.* & ideo Doct. qui cautius loquuti ſunt *in l. filius familias. §. diui. de leg.* 2. Agentes de hac prohibitione, dicunt alienationem nullam, non autem venditionem. Bar. *ibi nu.* 6. Caſtrenſ. *num.* 7. Rip. *nu.* 48. *& cæteri.*

7 Secundo reſpondetur ex doctr. Ang. *in d. l. cum lex nu.* 1. quod tunc contractu nullo exiſtente, ac
c ceſſoria quoq; veluti fideiuſſoria[c] obligatio, corruit, quando contractus annullatur propter defectum formæ; ſecus ſi propter defectum materiæ; quę doctrina optimē caſui noſtro conuenit; peccat.n. contractus in ſola materia, quia res vēdita erat prohibita alienari, & hanc declarationem in effectu, licet diuerſis verbis, ſentit Caſtr. *ibid. nu.* 2. *verſic. aliquando.* vbi ait, quod ſi alienatio eſt prohibita fauore alterius quam alienantis, qui eſt caſus noſter, (nam prohibitio hæc facta eſt fauore vocatorum ad fideicommiſſum,) tunc quod attinet ad eius præiudicium, contractus tenet; neque cenſetur prohibitus.

Tertio poteſt reſponderi, quod vbi non militat eadem ratio in clauſula acceſſoria, quæ militat in principali, non tolluntur clauſulæ acceſſoriæ ſublato principali contractu; vel ſi talis clau- c
ſula poteſt de per ſe ſtare, prout vtramque limitationem multis authoritatibus probat Gabr. *in d. concluſ.* 10. *nu.* 9. *&* 10. Hic autem adeſt diuerſa ratio; Nam prohibitio reſpicit tantum effectū alienationis ex contractu reſultantem, quare in cæteris ſubſtineri poteſt contractus ex ſua propria natura, quæ vt dictum eſt, non obligat præciſe venditorem ad tranſlationem Dominij, & quæ allegantur in contrarium ex Tiraquell. *de conſtit. in ſex. limitatio. nu.* 28. & Gabr. & alijs, ſunt intelligenda ſecundum diſtinctiones ſupra deductas, non obſtan. conſil. Grat. cuius authoritas non eſt tanta, vt debeamus a receptiſſimis cōcluſionib. recedere, & bene faciunt deducta per *addit. ad deciſ. Afflicti.* 278. *nu.* 4.

8 Ex his tolluntur omnia, quæ contra conſiderationes factas in diſcurſu fuerunt per Dom. Gaſparem deducta; & ideo Domini cenſuerunt a dicta reſolutione recedendum.

ADDITIONES.

Pœna. De pœna ementis, & vendentis rem litigioſam, vide tex. cum ibi notat. per Doct. *in l. f. C. de litig.* ſtatutum Vrbis *lib.* 1. *c.* 118. & Plot. *in tract. de in lite iuran. ſub nu.* 183. *& ſeq.* ſecundum antiquam impreſſionem, vbi an vendens, & emens rem litigioſam poſſit criminaliter puniri; & an, & quando deferatur iuramētum in litem contra ſic ementem, & vendentem.

Scit. Qñ emptor ſcit alienam eſſe rem, quam emit, tunc contra vendentem regulariter de euictione agere non pōt. tex. *in l. ſi fundū. C. de euictionibus, & in l. ſi a matre. ff. de iure dotiū.* Villalob. *in com. opin. litera V. n.* 14. Franc. Turzan. *opin.* 115. vbi de emente rē dotalē. Caballin. *in tract. de euict.* §. 5. *nu.* 31. Ant. Gomez. *varia. reſol. in tit. de empt. & vendit. nu.* 42. vbi alia concordantia iura allegat, & loquitur ēt in eo, qui ſolū in genere ſciebat, rē quā emit, ad venditorē nō ptinere, licet ignoraret ad quē particulariter ptineret, & rurſus loq. tur, vt iſto caſu, nec ēt poſſit emptor pretium retinere, nec vēditor cogi ad illud reſtituendū, qđ & idē voluit Villalob. *vbi ſupra d. n.* 14. & latè explicat Couar. *varia. reſol. lib.* 3. *c.* 17. *n.* 1. *& ſeq.* quē videas in materia. Verū hęc eadem regula patitur tres limitationes; prima eſt, niſi vēditor expreſſe de euictione pmiſiſſet. Caballin. *d.* §. 5. *eod. n.* 31. Rolan. *conſ.* 67. *n.* 2. *lib.* 4. *& n.* 8. *& ſeq.* vbi præſertim ſi promiſiſſet de euictione per verba generalia, *Quomodocūque, qualitercumq;*, aut quid ſimile. Couar. *vbi ſup. d. lib.* 3. *c.* 17. *n.* 7. Secunda eſt limitatio, niſi pretium eſſet conuerſum in vtilitatē vendentis; Nam tunc venditor tenetur illud reſtituere emptori etiam ſcienter ementi rem alienam. *l. emptor. ff. de rei vend. gl. in l.* 1. *C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *ann.* cum alijs relatis per Ant. Gomez.
* *vbi ſup. d. n.* 42. *in fin.* vbi teſtatur de com. opi. Tertia eſt limitatio, niſi quis ſcienter emerit rem fideicōmiſſo ſubiectam; quia tunc datur repetitio pretij. *l. fin.* §. *fin. & ibi communiter Doct. C. commun. de leg.* Anto. Gomez. *vbi ſupra eod. nu.* 42.

Fideiuſſoria obligatio. Practicabilis eſt iſta materia, an & quando teneat fideiuſſoria obligatio, principali obligatione nulla exiſtente, ad quam vide omnino Cæphal. *conſ.* 437. *nu.* 8. *& ſeqq.* 21. *& ſeq* 80. *& ſeqq.* & Fabian. de Monte *in tract. de empt. & vendit. in* 6. *quæſt. principali. nu.* 53. *& ſeq.* vbi pulchrè, & præſertim loquitur in fideiuſſore euictionis, de quo particulariter vide etiam Simoncell. *in tract. de decret. lib.* 2. *tit.* 5. *numero* 28. *& ſequent.* vbi dixit, quod fideiuſſio euictionis tenet, quando venditio eſt nulla, & prohibita à lege non ſimpliciter, & generaliter, ſed reſpectiue, & fauore alicuius perſonæ, de qua re aliquid generaliter infra iterum dicam. Hoc vnum eſt, quod regulariter fideiuſſio non valet, quando principalis, pro quo fuit fideiuſſum, ſe obligare non poterat; vbi enim principalis obligatio non datur, ibi nec etiam datur obligatio fideiuſſoris. *l. ſi ſub impoſſibili, & l. cum lex. ff. de fideiuſſoribus,* cum aliis per Anton. Gomez.

Digitized by Google

Gomez.*in tracta.de contractib.tit.de fideiuſſor.nu.* 1.Cepoll.*caut.*131.latè Crot.*conſ.*135.*nu.*25.*& ſeqq.omnib.*vbi hanc regulam bene defendit,& reſpondet contrarijs,& loquitur non ſolum, quãdo principalis cõtractus eſt inualidus ipſo iure, ſed etiam ſi ſit inualidus ope exceptionis;verum quia hæc eadem regula nonnullas patitur declarationes,&,vt prędixi, ſæpè de hac materia dubitare contingit,iccirco aliquantulum in ea perſiſtendo,de pluribus quærendum duxi.

Et primo, quid ſi fideiuſſor iuraſſet, an iſtud iuramẽtum fideiuſſoriã obligationẽ nullam firmet;Dic quod ſic,ſecundum Natt.*conſ.*262.*nu.*14.*lib.*2.& Crot.*d.conſ.*138.*nu.*26.*& nu.*31.vbi declarat hoc non procedere,qñ principalis obligatio iuramento firmata,valeret, quia tunc nec ẽt valeret fideiuſſio iurata. Steph. Lamberteng.*in tracta.de contractib.eorũ &c.gl.*16.*q.*7.*nu.*18.vbi pariter declarat procedere, dummodo fideiuſſor ſciret principalem contractum eſſe inualidum; ſecus ſi ignorabat,prout in dubio præſumitur.

Secũdo quid ſi fideiuſſor obligaſſet, ſe nõ ſimpliciter,vt fideiuſſor,ſed etiã vt principalis? An tunc valeat fideiuſſio,etiam quod principalis cõtractus non teneat? videtur quòd ſic,ſecundum Natt.*d.conſ.*262.*nu.*14. Sed contrarium voluit Alex.*in conſ.66.lib.4.per totũ.* ideo pro reſolutione vide Stephan.Lamberteng.*in tract.de contract.eorum &c.gl.*16.*q.*6.*n.*15.*&* 16.& generaliter de materia vide Paul.de Caſt.*in l.ſed Iulianus,ff.ad Macedon.& conſ.*331.*par.*1.Martil.*in rubr.de fideiuſſor.num.*62.Aret.*conſ.*33.*col.*3.*verſ.venio igitur ad quartum, vſque ad finem conſilij.* Siluan.*conſil.*84.*nu.*3.Natt.*conſ.*52.*nu.*1.*& ſeq.lib.*1.*& conſ.*261.*nu.*3.*lib.*2.Cæphal.*conſ.*220.*lib.*2.Anch.Regien.*q.*45.*p.*1.apud quos reperies etiam, an fideiuſſor obligans ſe vt principalis, retineat adhuc naturam fideiuſſoris; an verò potius habeatur pro principali obligato,& illi æquiparetur.

Tertio,quid ſi fideiuſſor expreſſe ſe obligauit & voluit teneri,etiã quod principalis cõtractus eẽt inualidus?An tũc eius obligatio valeat?Dic ꝙ ſic,ſecundũ Steph.Lãberteng.*in tracta.de contract.eorum.gl.*16.*q.*5.*nu.*14. vbi loquitur,qñ fideiuſſor ſuſcipit in ſe periculum, affirmando actũ validum,nec prohibitum a lege, ſeu ſtatuto.

Quarto,quid quando principalis contractus eſt doloſus?Tunc indubitanter nec etiã valet fideiuſsio in eo appoſita,ſecundũ Cęphal.*in conſ.*31.*nu.*26.28.*&* 29.vbi ponit exemplum in renũciatione mulieris ænormiſsimè lęſæ,ex qua cum arguatur dolus reipſa,iccirco in ea, nec etiam fideiuſsor intercedens obligatur, vt ibi per eum.

Quinto,quid ſi principalis contractus a lege, ſeu ſtatuto prohibitus eſt,nõ ſimpliciter,aut generaliter,ſed reſpectu certæ perſonę, An tunc accedens fideiuſsio valeat?Dic ꝙ ſic,ex allegat.per Simoncell.*in tract.de decr.lib.*2.*tit.*5.*nu.*29.& per Cępha.*in conſ.*751.*nu.*6.*iuncto nu.*28.*&* 29.*lib.*4.

Sexto, & in ſpecie, qđ in fideiuſsore alicuius filij familias,vt puta prohibiti a lege, vel a ſtatuto mutuo accipere, An fideiuſsor in tali mutuo accedẽs,remaneat obligatus?Dic ꝙ nõ,ſecundũ Crot.*d.conſ.*135.*nu.*25.*& ſeq.* vbi latè hanc concluſionẽ a cõtrarijs defendit, & ante eum Alex.*in conſ.66.lib.4.*& tradit Ant.Gomez.*in tit.de contractu mutui nu.2.verſicu.tertio extende.*

Septimo,quid in fideiuſſore accedente in aliquo contractu inualido facto a minore propter eius minorem ætatem?vide Cæphal.*d.conſ.*437.*per totum,*Simoncell.*de decret.lib.*2.*tit.*5.*nu.*28.vbi loquens in alienatione bonorum minoris inualida ꝓꝑ defectum decreti, & aliarum ſolemnitatũ,defendit talẽ fideiuſſorẽ teneri,& obligatũ eſſe,licet aliqui ibi per eũ relati, contrariũ dixerint,eo qa talis alienatio nõ eſt prohibita generaliter & ſimpliciter,ſed reſpectu ipſius minoris, ad ea ꝗ generaliter dixit in quinto quæſito Stephan.Lãberteng.*in tract.de contract.eorum gl.*16.*q.*4.*n.*9.*& ſeq.*vbi diſtinguendo dixit,ꝙ ſi in contractu minor remanet naturaliter obligatus,tũc fideiuſſor accedens, & naturaliter, & ciuiliter obligatus remanet;ſecus ſi ipſe minor naturaliter obligatus non remanet,& pro hac diſtinctione faciunt trad.per Ant.Gomez.*d.tit.de fideiuſſor.n.*1.& vide etiã aliã diſtinctionẽ traditam per Virg.Boccac.*in conſt.March.gl.*8.*n.*156.vbi dixit, quod nec ẽt valet fideiuſſio facta pro minore,qñ fideiuſſor illum eſſe minorem ignorabat;ſecus ſi ſciebat;Item quod obligatur fideiuſſor, quando minoris oblig.non tenet propter eius facilitatẽ, & imbecilitatem: ſecus ſi minor dolo aduerſarij circumuentus ſe obligaſſet; quia tunc nec etiam valet fideiuſſio,vt ibi per eum, & faciunt generaliter tradita ſupra in quarto quæſito.

Octauo, quid in fideiuſſore accedẽte in alienatione dotis,vide in hoc Cæpo.*caut.*131. Cãpeg.*in tract.de dote.p.*4.*q.*23.vbi quod nec tenentur fideiuſſores de euictione,ſi alienatio cantat in perſonam vxoris;ſecus ſi in perſonã viri,& idem traditur per Franc.Tutzan.*in commu.opin.opin.*115.& per Simoncell.*in tracta.de decret.lib.*2.*tit.nu....*

Fam. Cent. I.V.D. Galeſ.

COMITVLI.

Cornetana,ſeu Romana dotis, Luna, 8. *Iunij,* 1587.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum quando valeat ſine ſubſcriptione teſtatoris, & ex quib. præſumptionib. de falſo ſuſpectum reddatur,ad effectum, vt ei fides nõ adhibeatur, cum alijs notabilibus, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

Teſtamentum ſubſcriptione teſtatoris carens, quando ſub-

ſcriptio erat neceſſaria ex eius voluntate, nullũ eſt. nu. 1.
Falſitatis ſuſpiciones habentur pro falſitate in cauſis ciuilibus, & quando agitur, vt ſcriptura non probet. n. 1. in fi.
Confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio probat ſolutionem, & præiudicat marito confitenti, vbi præceſſit promiſſio. nu. 2. & in addit. lit. A. vbi de materia.
Teſtamentum ſecundum reuocat primum. nu. 3.
Teſtamentum in ſua forma non caſſum, nec cancellatum, non præſumitur falſum, nu. 3. in fine.
Inſtrumentum, ſeu teſtamentum dicitur perfectum, quando in eius fine reperitur appoſita clauſula actum &c.
Notario creditur in iis, quæ in eius præſentia geſta ſunt. nu. 4. & in addit. lit. B, vbi de materia remiſſiue in quibus, & quando notario ſit credendum.
Subſcriptio teſtatoris in teſtamento reſpicit potius probationem, quam ſubſtantiam ipſius teſtamenti. nu. 4.
Teſtamentum ſine ſubſcriptione teſtatoris etiam neceſſaria ex eius voluntate ſubſtinetur inter liberos. n. 4. ad finem.
Filius magis præſumitur dilectus a patre, quam vxor. nu. 5.
Falſitatis præſumptiones non tollunt fidem inſtrumento, niſi fuerint graues. nu. 5. in fine.
Melioramentorum, quæ non ſunt liquida, non datur compenſatio. nu. 6.
Maritus qui ex bonis vxoris extra dotem fructus percipit, compenſat cum illis melioramenta facta. nu. 6.
Maritus percipiendo fructus de bonis vxoris extra dotem de eius voluntate non tenetur ad reſtitutionem illorum, eos tamen compenſat cum fructibus dotis non ſolutæ, quatenus in illis eſſet creditor. nu. 7.

DECISIO XLV.

1 FVerat reſolutum coram bon. mem. Lauretano competere Illuſtr. D. Alexandro de Aptis pro recuperatione dotis D. Helenæ eius matris viam exequutiuam obligationis Cameralis contra Illuſtr. D. Bernardinum Sabellum, iuxta quam reſolutionem cum inſtaretur pro mandato exequutiuo, dubitaui, an eſſet relaxan. & pro qua ſumma: Duo. n. proponebantur teſtamenta D. Helenæ, primum quod fuit præſuppoſitũ ſine veri præiud. in diſputatione corã Lauretano d. Alex. legitur inſtitutus hæres in 4. parte; quo attento ageret ſine actione, quia hactenus vltra quartam partem dotis conſequutus eſt. Alterũ verò teſtamentum, in quo eſt hæres vniuerſalis dicebatur carere ſubſcriptione teſtatricis neceſſaria ex eius voluntate, ac proinde, vel eſſe nullum, ad tex. *cum ibi not. in l. contractus. C. de fid. inſtrum.* vel teſtamentum in actis productum ſine ſubſcriptione diuerſum eſſe ab eo, quod enunciatur ſubſcriptum a teſtatrice, arg. *l. teſtamento quidã. ff. de condit. & demon.* Imputabatur etiam non nullis ſuſpicionibus falſitatis, quæ in cauſis ciuilibus habentur pro falſitate, quando agitur vt ſcriptura non probet. *ca. porrecta. de confirm. vtil. vel inutil.* Caputaq. *deciſ. 296. lib. 1.* & demum dicebatur D. Bernardinum viciſſim eſſe creditorẽ ratione melioramentorum, quæ in bonis extra dotem feciſſet, nec non ratione fructuum dotis non ſolutæ, ex quib. videbatur induci compenſationem. Capyc. *deciſ. 17.*

2 Sed Domini reſponderũt, minimè ex præmiſſis impediti poſſe relaxationem mãdati exequutiui pro ſumma ſcut. quatuor millium monetæ, in qua ſumma d. Bernardinum debitorem eſſe ex cauſa dotis D. Helenę, liquido cõſtat per inſtrumentum in actis coram A. C. productum. Nec dubium, quod confeſſio dotis receptæ conſtante matrimonio probat ſolutionem, & præiudicat
a marito, vbi præceſſit promiſſio. [a] *l. in contractib. §. ſed quoniam. vbi Doct. de non num. pecun.* Afflict. *deciſ.* 402. Caputaq. *deciſ. 196. par. 1.*

3 Non obſtat primum teſtamentum, quia D. Alexander illud non approbauit, & fuit reuocatum per poſterius, *§. poſteriore. Inſt. quib. mod. teſt. infir.* cuius vigore immiſſus fuit ex mandato A. C. in poſſeſſionem hęreditatis D. Helenæ, & obtinuit conſignari ſibi vti hęredi, & creditori prædictæ dotis ſcuta quinque millia, & quingenta, ſequeſtrata penes Illuſtr. & Reuerend. D. Cardinalem Sabellum, opponente, & proteſtante ex aduerſo ipſo D. Bernardino, ex quo ad effectum relaxandi prædictum mandatum, ſatis legitimata viſa eſt perſona D. Alexãdri. Galleſ. *ad 2. partem oblig. cam. quæſt. 1. n. 12.* & ſatis approbatum in ſua forma ipſum originale teſtamentum, ad *l. fina. C. de edict. diu. Adria. tollen.*

4 Nec obſtat, quod in eo dicebatur deſiderari ſubſcriptionem teſtatricis, quia Domini habebãt teſtamentum pro perfecto, ſtante clauſula, actum, &c. Patiſ. *conſ. 22. n. 15. lib. 2.* Ruy. *conſ. 159. nu. 11.*
b *lib. 4.* Cumq; notarius [b] dicat teſtamentum fuiſſe ſubſcriptum a teſtatrice, ſtãdum eſt eius dicto in his, quę in eius præſentia ſunt geſta. Creſc. *deciſ.* 104. & quatenus ſubſcriptio etiam in originali fuiſſet omiſſa, dicebãt, illam potius recipere probationem quam ſubſtantiã teſtamenti, nec eius omiſſionem vitiare teſtamentum inter liberos, *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſtam.* pręſertim, quia illa ſubſcriptio erat ad cautelam pro maiori ipſius teſtamenti validitate, tamen clare ſcet veritas per originalis exhibitionem.

5 Aliæ ſuſpiciones, quæ afferebãtur leuiores potius, quam vt de eis habenda eſſet ratio, excludebantur ex naturali affectione matris erga filium, quæ ceſſare facit omnem ſuſpicionem vxoris, ne ſcilicet ex 2. teſtamento vir ſciens ſe præteritum, offenderetur, iuxta ea, quę de reuerentia maritali not. Tiraq. *in l. 1. connub. num.* 25. & inſtrumenti fides non tollitur, niſi ex grauibus pręſumptionibus falſitatis. Dec. *conſ.* 101. Caputaq. *deciſ. 4. parte ſecund.*

6 Nec viſum fuit eſſe locum compenſationi melioramentorũ, tũ quia non ſunt liquida *l. fi. C. de compenſ.* tũ quia ſi D. Bernardinus percepit fructus ex bonis vxoris extra dotẽ, cũ illis compenſare debet melioramenta, vt per Bero. *quæſt. 22.*

7 Sed neq; etiam locum eſſe exceptioni de fructibus dotis non ſolutæ, quia fructus debebantur a D. Portia, quæ dotem promiſit, poſt cuius obitum ſi d. Bernardinus ex illius bonis fructus percepit, ex ijs cenſetur ſatisfactus: Nam quãuis maritus percipiendo fructus de bonis vxoris extra dotem, de eius voluntate non teneatur ad reſtitutionem, quando ſunt conſumpti, vt per Bart. & alios *in l. final. §. pen. ad l. Falcid.* Afflict. *deci. 44. numero* 4. tamen cum eſſet creditor fructuum

dotis

Digitized by Google

dotis, cenſendum eſt Dom. Helenam illi promiſiſſe fructuum perceptionem ex dicta cauſa, per ea quæ conſiderat Alexan. *in d. l. penult. numero* 4. Aym. *conſilio* 106. *num.* 10. & conferunt tradita per Bartol. *in ſua diſputatione* 7. *mulier habens amplum patrimonium*, & nihilominus Domini voluerunt præſtari idoneam cautionem per D. Alexādrum, de reſtituend. ad omne mandarum Rotæ, quatenus ratione prædictorum melioramentorum, & fructuum, conſtiterit, eſſe debitorem D. Bernardino.

ADDITIONES.

a *Promiſsio*. Quando præcedit promiſſio dotis, tunc quod confeſſio mariti de illius receptione, verè probet ſolutionem; Nec quod talis confeſſio dicatur facta ſub ſpe futuræ numerationis, aut titulo donationis, tam in præiudicium fiſci, quam creditorum, & de materia, vide Aym. *conſilio* 40. *numero* 1. Cardina. Alban. *conſilio* 8. *numero* 11. Couarr. *varia. reſolut. lib.* 1. *cap.* 7. *numero* 6. *in prim. verſ. & dict. numero* 6. *verſicu. cæterum.* egregia eſt diſputatio Cæphal. *conſilio* 21. *nume.* 9. *& ſequent. & conſil.* 101. *numero* 35. *& ſequen. & conſilio* 151. *numero* 9. *libr.* 1. *& conſilio* 239. *numero* 18. Roland. *conſilio* 20. *numero* 18. *libr.* 4. Ioſeph. Ludoc. *deciſ. Peruſin.* 66. *num.* 25. *part.* 2. vbi teſtatur de magis communi opinione, & apud iſtos Doctores reperies plures alios concordantes, & idem tenentes.

b *Notarius*. Ad hanc materiam, quando ſcilicet, & in quibus notario credēdum ſit, & quantum, remitto lectorem ad Barto. *in auth. ſi quis in aliquo. nume.* 8. *& ſeqq. C. de eden.* Alberic. *in l. ne in arbitris numero* 5. *C. de receptis arbitris.* Firman. *in repert. in verbo, notarij fides.* Curt. *conſilio* 166. *num.* 2. Aym. *conſilio* 88. *num.* 20. Cepol. *caut.* 197. *n.* 2. *&* 3. Nouell. *regu.* 42. *in* 1. *ampliatione.* Neuiz. *conſ.* 34. *nu.* 10. *& nu.* 48. Siluan. *conſ.* 54. *n.* 8. Frāc. Turzan. *opin.* 69. Hercul. *de negat. n.* 26. *verſ.* 47. *inferetur, & nu.* 218. *& ſeqq. & nu.* 55. *& ſeqq. & nu.* 284. *& ſeqq. Deciſ. Pedemont.* 172. *per totam, & deciſ.* 170. *nu.* 6. Gram. *deciſ.* 73. *nu.* 3. *& conſ.* 28. *n.* 13. Rolan. *conſ.* 33. *nu.* 14. *ſeqq. lib.* 1. *& conſ.* 7. *num.* 69. *lib.* 3. *& conſ.* 63. *nu.* 41. *& ſeqq. lib.* 2. *& conſ.* 32. *nu.* 20. *& ſeq. lib.* 2. *& conſ.* 44. *nu.* 25. *& ſeq.* 43. *& ſeq. lib.* 1. *& conſ.* 26. *nu.* 13. *& ſeq. lib.* 3. *& conſ.* 55. *nu.* 1. *& ſeq. lib.* 3. *& conſ.* 89. *nu.* 24. *ſeq. lib.* 2. Anchar. Regien. *q.* 6. *nu.* 17. *q.* 16. *nu.* 2. *par.* 2. Brun. a Sole *in ſuo conſi. crim. nu.* 60. Monticell. *in repert. teſtium fol.* 443. *col.* 2. *verſi. fin. & pag.* 444. *col.* 1. *verſ.* 1. 2. *&* 3. Villalob. *in com. opin. litera M. nu.* 23. *& ſeq. & n.* 18. *& nu.* 30. *&* 31. Cæpha. *conſ.* 113. *nu.* 1. *& ſeq. & conſ.* 72. *nu.* 1. *& ſeq.* Michael Craſſ. *in com. opin. lib.* 2. *c.* 3. *q.* 14. *tom.* 2. Royz. *dec.* 2. *per totam.* Stephan. Lamberteng. *in tract. de contractib. eorum &c. gl.* 8. *nu.* 42. Achil. Perſonal. *de adipiſcen. poſſ. nu.* 146. Maſcar. *concl.* 4. *nu.* 21. *& ſeq. & concl.* 189. *nu.* 4. *& concluſ.* 1003. *nu.* 27. *et concl.* 1094. *et* 1095. Apud quos reperies notarij fidem, & illius aſſertionis probationem per tractatam generaliter, & particulariter.

Fam. Cent. I. V. D. Galleſ.

Deciſio XLV.

COMITVLI.

Romana dationis inſolutum, Lunæ, 15. Iunij, 1587.

ARGVMENTVM.

Magiſtraliter in hac deciſione declaratur, ex quibus, & quando contractus aſſignationis domus, factæ a debitore ſuo creditori, præſumatur potius pignoris, quam dationis in ſolutum, vel econtra, ad effectum, vt fructus per eundem creditorem percepti ex re aſſignata computentur, vel non computentur in ſortem principaliter: et eſt materia vſuraria in prauitatem reſpiciens.

SVMMARIVM.

Fructus pignoris computantur in ſortem. nu. 1.

Datio inſolutum, & non in pignus dicitur, quando debitor rem creditori aſſignat, ad ſui libitum poſſidendam, & fruendam, cum libera fructuum perceptione. nu. 2.

Creditor in pignore non habet nec uſum nec fructum. nu. 2.

Pignus poteſt per creditorem a ſuo debitore, quandocunque auocari, facta ei ſolutione debiti. nu. 2.

Dominij translatio ſignificatur ex perceptione uſusfructus. num. 2.

Pignoris dominium remanet penes pignorantem. nu. 2. in fi.

Pignoris acceptatio creditum non extinguit, ſed illud magis firmat. nu. 3. in fine.

Debitor tenetur de euictione rei in ſolutum datæ, non autem rei in pignus datæ. nu. 4.

Pignoris contractus ſignificatur, quando debitor vult cautum reddere ſuum creditorem, nu. 5.

Datio inſolutum facit creditorem in expugnabiliter de ſuo credito ſecurum, nu. 5.

Contractus qualis ſit, cognoſcitur potius ab effectu, quam a denominatione contrahentium. nu. 6. Quod quando verum ſit, vide in addit. litera A.

Hipotheca conſtituitur etiam in translatione dominij quando ſubeſt timor euictionis. nu. 6.

Dominium ſine traditione non transfertur. nu. 7. vbi ſecus ſi rei traditio, vel aſſignatio interuenit.

Dominium dicitur translatum per clauſulam, ad habendum &c. & per clauſulam, dans, & conſtituens &c. nu. 7. & in addit. litera, B. vbi de materia.

Creditor tenetur ſtare Inquilino domus ſibi in pignus datæ, num. 8.

Pactum de retrouendendo minorem habet ſuſpicionem fraudis in datione inſolutum, quam in venditione. nu. 9.

Vſura, & fraus non præſumitur commiſſa a muliere. nu. 10.

Vſura, & fraus non præſumitur commiſſa inter perſonas integræ opinionis, & ſanguine, nu. 10. & in addit. lit. C. vbi etiam quid de præſumptione ſolutionis.

Confeſſio mulieris ſine ſolemnitatib. ſtatutarijs Vrbis non valet, præſertim quando confeſſio eſt turbida, nu. 11. & in addit. lit. D. vbi de materia.

DECISIO XLVI.

1 ILluſtris D. Helena Vrſina ex cõmiſſione DD. Chiappini, & Scipionis ſuorũ fratrũ erogauit de proprijs pecunijs in cõſtructione Capellæ in eccleſia Sãctiſſime Trinitatis ſcuta ſeptingenta, & viginti; poſtmodũ D. Chiapinus volens recognoſcere bonã fidẽ D. Helenæ pro rata ipſum tã gen. ſcut. 360. & ſororẽ cautã reddere pro dicta ſumma, obligauit illi domũ, prout in inſtrumento anni. 1564. ſuper hoc inſtrumẽto principaliter cõtrouerſum fuit inter hæredes D. Helenę, & D. Chiappini, an cõtineret dationẽ in ſolutum, vel pignus, D. arbitris dubitãtibus an penſiones perceptę per D. Helenã ex dicta domo deberent in ſortẽ coputari, *ad l. 1. C. de pig. act. c. illo vos de pign.* Attentis maximẽ duob. poſterioribus cõtracti. cũ eadẽ D. Helena ſucceſſiue celebratis, & petitionibus pro eius parte factis in iudicio Capitolino, quę candẽ ſummam videbantur reſpicere.

2 Extra Rotam cõſului D. qui perpenſis clauſulis, & pactis appoſitis in primo inſtrumento, quę pignoris naturam excedũt, ac deſtruunt, reſponderunt, partẽ domus fuiſſe D. Helenæ datã in ſolutũ pro quãtitate, de qua in inſtrũ; voluit. n. D. Chiappinus D. Helenã pro dicta sũma 360. ſcutorũ, ratã dictæ domus habere, & poſſidere ac ea vti, & frui, ad ipſius D. Helenę libitũ voluntatis, quæ verba importãt, vt ab ea de iure pars domus auocari non poſſit. Spec. *de empt. & vend. n. 19. & ſeq.* & concedit liberã fructuũ perceptionẽ. Ber. *conſil. 157. nu. 16. libr. 1.* at ex pignore nec vſum, nec fructũ habet creditor. *§. furt. inſtit. de obliga.* & poteſt ac debet quandocunque ſoluẽdo debitum pignus auocare. Neguſ. *de pignoribus part. 5. mẽb. 3. n. 1. & 5.* legitur ẽt in eodẽ inſtrũ, ꝙ Do. Chiappinus pro dictis 360. ſcut. dedit, & conceſſit dict. domũ vtendã, & fruendã; vnũ ſignificatur tranſlatio Dominij. *l. vbi aũt. §. ſi. l. ſcire debemus, ff. de verb. oblig.* & inducitur datio in ſolutũ, *l. ſi prædium, vbi Doct. C. de euict.* Aret. *conſ. 159. num. 16.* excluſo pignore, cuius Dominiũ remanet pęnes pignorantem, *l. cum res. C. de contrah. empt.*

3 Sed viſum eſt, ex eo ceſſare oẽm dubitationẽ, ꝙ ipſa D. Helena pro parte dictę domus ſibi a D. Chiappino data, pro dicta ſumma 360. ſcut. abſoluit, & liberauit eundẽ D. Chiappinũ. conſtat enim per acceptationem pignoris creditum magis ſaldum remanere creditori, ita vt difficilius extinguatur debitum. *§. ſi. inſtit. quib. mod. re contra oblig. & tot. tit. ff. & C. de pignoribus.*

4 Accedit promiſſio adiecta de euictione, quæ aptè concurrit in donatione in ſolutũ, *l. libera, & ibi Bar. C. de ſeut.* non autem ſic congruit pignori *l. ſi cum venditor. in prin. C. de euictio.* Bal. *in l. 1. in fin. C. de peric. & com. rei vend.*

5 Nec repugnant pręmiſſis verba illa, volens cautã reddere, quæ cõſonant pignori, vt ꝑ Natt. *conſil. 496. in prin.* quia conueniunt ẽt dationi in ſolutum; imò magis cũ is, qui eſt effectus dñs rei, in expugnabiliter ſit ſecurus, vt inqt Are. *in d. conſ. 159. nu. 17.* Nec diſſentit Natt. vbi ſupra nu. 13.

6 Minus obſtat, quòd expreſſum fuit, domũ obligari pro ſpeciali hypotheca, & obligatione, quia denominationis ratio habenda non eſt, vbi res a ipſa, & effectus [a] attenditur. *Lex ita donatur. de don. cauſ. mort.* Neuiz. *conſ. 86. nu. 13.* Nec diſplicuit reſponſio, quod vtiliter etiam in tranſlatione dominij conſtituetur hypotheca, qñ ſubeſſe põt timor alicuius euictionis, ex alleg. per Menoch. *conſ. 201. nu. 3. lib. 3.* facit *cant. Cepoll. 122.*

7 Et hæc quoad primum contractum, ex quo cũ proponeretur non fuiſſe D. Helenæ ius quæſitũ traditione non ſequuta, Dec. *conſil. 12.* ac proinde potuiſſe ab eo recedi ẽt omiſſis ſolemnitatib. ſtatuti Vrbis, fuit examinatus ſecundus contractus celebratus de anno 1565. & concluſum pariter ꝓ datione in ſolutũ: patet. n. factũ fuiſſe pricipaliter in executione præcedẽtis cõtractus, ad quẽ relatio habebatur; cũ cõſignatione eiuſdem partis, domuſq; cõſignatio apta eſt ad Dominii tranſlationẽ, vt ꝑ Socin. *conſ. 9. n. 30. lib. 5.* Aret. *d. conſ. 59.* obendũq; actũ eſſe de dominio transferendo, nõ de pignore concedendo. Ruyn. *conſ. 162. nu. 19. lib. 2.* id ipſum concludunt clauſulæ, *ad* b *habendum &c. dans, & conſtituens &c.* [b] & aliæ ponderationes in ſimilibus terminis per Socin. *d. conſil. 9.* Aret. *conſil. 159.* Iaſ. *conſil. 92. lib. 1.* Decian. *conſ. 35. lib. 2.* Menoch. *conſ. 201. n. 3.*

8 Promiſſio quoque ipſius D. Helenæ de non eiiciendo Inquilinum, comprobat nõ fuiſſe actum de pignore. Cum enim creditor ſtare teneatur Inquilino, ad trad. *in l. emptorẽ. C. locati*, talis promiſſio ſuperflue adiecta fuit.

9 Nec mouit D. pactum, quòd liceret D. Chiappino, & eius hæredib. quandocunque eandẽ domũ rehabere, ſolutis prædictis ſummis, quia licet datio ex tali pacto fuit reſolubilis, minor tamen inde ſuſpicio fraudis ſubeſt in ea, quàm in venditione, vt per Couarr. *variar. reſolut. lib. 3. c. 8.*

10 Quæ conſiderationes eo facilius procedũt in caſu propoſito, quo difficilius præſumitur fraus & vſura in contractu mulierũ. Tiraqu. *de retract. 2. in præfat. nu. 34.* & Couar. *vbi ſupra c. 8. num. 5.* maximè inter ꝑſonas integræ opinionis, & ſan- c guine [c] coniunctas, ad Corn. *conſ. 4. nu. 5. lib. 9.* & Lup. *in l. 2. §. 1. nu. 30. C. de pact. conuent.*

11 Circa quartum inſtrm anni 1567. in quo D. Chiappinus de nouo cõſtituit ſe debitorem D. Helenæ in dictis ſcutis 360. & aliis ſummis vſq; ad ſummã 500. ſcutorũ, promittẽs reddere intra decẽniũ, & propterea pignorauit eidẽ quãdã partẽ domus, fuit dictũ, vel poſſe intelligi reſpectu aliarũ ſummarũ, pro quib. non fuerit facta datio in ſolutũ, vel nõ potuiſſe D. Helenã præiudicare iuri ſibi quæſito per priores cõtractus, ſtante ſtatuto Vrbis *lib. 5. cap. 19. per decif. Creſcen. 200.* & d multò minus præiudicaſſe cõfeſſiones [d] turbidas, quæ allegabantur ex nonnullis libellis, forte per procuratores exhibitis in iudicio Capitolino.

12 Demum quod ex aduerſo negabatur adfuiſſe cauſam habilem ad tranſlationem Dominii, fuit reſponſum per *l. manifeſti. C. de ſolut.* cumque in primo contractu fuerit per Do. Helenam eadem ſumma 360. ſcutorum promiſſa in dotem

D. An-

D. Angelæ filiæ ipſius Chiappini, vltra pręcedēs debitum, eſt etiam cōſiderabilis cauſa dotis; quia promiſſione attenta, tollitur obiectum de iniquitate precij, quatenus id eſſet verū in facto. Et ex ijs fuit reſolutum, hæredes D. Helenę non debere ſibi in ſortem computare penſiones perceptas ex parte dictæ domus in ſolutum aſſignatæ.

ADDITIONES.

a *Effectus attenditur*. Quamuis regulariter contractus talis pręſumatur, qualis in ſui prima facie apparet a contrahentibus verbaliter nominatus, prout colligitur ex alleg. per Neuiz. *conſ.* 24. *nu.* 20. Natt. *conſ.* 49. *nu.* 14. *&* 34. *& conſ.* 194. *nu.* 1. *& ſeq.* Iacob. Emilian. *conſ.* 4. *nu.* 1. *& per totum. in diſcurſu.* late Rolan. *conſ.* 61. *nu.* 5. *& ſeqq. & conſ.* 96. *nu.* 14. *lib.* 2. *& conſ.* 8. *nu.* 1. *& ſeqq. lib.* 1.

Procedatq; hæc concluſio, etiam quod in contratium aliquæ præponerentur præſumptiones, ſecundum Aym. *conſ.* 20. *nu.* 4. Alex. *conſ.* 142. *nu.* 2. Aret. *conſil.* 55. *in fi.* Ruyn. *conſil.* 161. *num.* 29. *lib.* 1. Natt. *conſ.* 607. *num.* 1. *in fine, verſic. Aut conſtat, &c. lib.* 3.

Et propterea ſi contractus a partibus contrahentibus in inſtrumento nominetur Emphyteuticus, talis omnino iudicandus ſit, ex Natt. *d. cōſ.* 49. *nu.* 13. 14. *&* 34. Vbi reſpondet contrarijs, *& d. conſ.* 194. *nu.* 1. *& ſeq. lib.* 1.

Attamen ſi eorundem contrahentium mens, & effectus ipſius contractus repugnat verbis, & nomini ei appoſito, quod tunc iudicetur, non ſecundum nomen & verba, ſed ſecūdum effectum, & contrahentium mentem, vltra alleg. in hac deciſione, aperte voluerunt Aym. *d. conſ.* 20. *num.* 4. Alexand. *d. conſ.* 142. *nu.* 2. Rolan. *d. conſ.* 8. *nu.* 31. *& conſ.* 96. *nu.* 38. *& ſeqq. lib.* 1. *& conſ.* 71. *nu.* 33. *& ſeqq. lib.* 2. *& conſ.* 69. *nu.* 40. *lib.* 3. Grat. *reſponſ.* 131. *nu.* 8. *& ſeqq. lib* 1. Villalob. *in commun. opin. litera L. nu.* 134.

Et propterea contractum Emphyteuticū, non ex verbis, ſed ex mēte & effectu, ſi verbis contrarius eſt, iudicari, an talis ſit, vel alius, aperte etiā voluerunt Villalob. *d. litera L. eod. nu.* 134. de materia Soc. *conſ.* 167. *&* 266. Dec. *conſ.* 164. Rolan. *conſ.* 96. *nu.* 1. *& ſeqq. iuncto nu.* 38. *& ſeqq. lib.* 1. Vbi reſpondet contrarijs, Clar. *in* §. *emphyteoſis. q.* 1. *verſ. & aduerte & ſeq.*

Et hinc etiam infertur, quod quāuis in inſtrumento reperiatur verbum, *Vendo*, ſed ſubſtantia, & effectus contractus non ſit venditionis, ſed locationis, vel alterius contractus, tunc, quod ille contractus denominationem ſumat, non a verbis, ſed ab effectu & ſubſtantia, voluerunt Bar. *in l.* 1. *n.* 5. *& ibi Iaſ. nu.* 22. *C. de iure emphyt.* Et eſt cō-

✱ munis, vt per Bellon. *conſ.* 21. *nu.* 5. *& ſeqq.* Neuiz. *conſ.* 92. *nu.* 44. *d. conſ.* 69. *nu.* 40. *lib.* 3. Menoch. *de retinen. poſſeſſ. remed.* 4. *nu.* 21. Vbi tamen allegat pro, & contra.

b *Conſtituens &c.* Per clauſulam conſtituti transferri dominium, dixit Abb. *in c. ex literis. extra de conſuetud.* Sic & poſſeſſionem: ſed an trāsferatur vera poſſeſſio, an vero ficta, & de materia, videas per Tiraq. *in tract. de conſt. p.* 1. *nu.* 1. *& ſeqq.* Diaz. *reg.* 765. Villalob. *in commun. opi. in verbo, poſſeſſio. nu.* 121. *& ſeqq.* Rolan. *conſ.* 51. *nu.* 13. *& nu.* 22. *& ſeqq. lib.* 2. Robert. Lancell. *in tract. de attentat. c.* 4. *limit.* 1. *nu.* 14. cum allegat. per eos.

c *Sanguine coniunctos.* Vſura non præſumitur inter perſonas beneuolas, & ſanguine coniunctas in præiudicium ipſorum coniunctorū, prout hic dicitur in deciſione; & eſt ratio, quia nemo præſumitur ſuis coniunctis damnum, aut pręiudiciū velle inferre; & propterea in aliquibus caſibus cōiunctionem ſanguinis tollere ſuſpitionem fraudis, colligitur ex alleg. per Maſc. *de prob. lib.* 1. *cōcl.* 815. *ſub nu.* 12. *&* 13. Sed quando ageretur de pręiudicio Tertij, aut Fiſci, tunc ſanguinis coniunctio arguit ſimulationem & fraudem. Et eſt validiſſima præſumptio ea, ſcilicet, quæ oritur ex cōtractu celebrato inter ſanguine coniunctos, per id quod dicunt Doct. quod donatio ſeu alienatio facta coniunctę perſonæ ante delictum, præſumitur ſimulata, & in fraudem Fiſci, ſecundum Iaſo. *in* §. *item ſi quis. nu.* 41. *& ibi etiam* Ioan. Fab. *nu.* 9. & Gomeſ. *ſub nu.* 4. *inſtit. de action.* cum alijs per Clar. *in pract.* §. *fi. q.* 78. *verſ. fraus autem.* Boſſ. *in tit. de bonorum public. nu.* 46. Maſc. *de prob. lib.* 1. *concl.* 446. *nu.* 8. *& concl.* 558. *nu.* 17. *& cōcl.* 815. *nu.* 10. *cum allegatis per eos.*

Sed vtrum ex ſola coniectura, ex coniunctione ſanguinis oriens, ſufficiat ad iudicandum, contractum eſſe ſimulatum, & factum in fraudem fiſci, videtur quod ſic, ex Boſſ. *vbi ſupra d. tit. de bonor. publicat. eod. nu.* 46. Dum refert Picum in *l. poſt contractum. ff. de donat.* Teſtantem in practica ſeruari, quod ex iſta ſola coniectura fraus pręſumatur, cuius contrarium verius dixit Iaſ. *in d.* §. *item ſi quis. eod. nu.* 41. *Inſtit. de action.* comprobat Boſſ. *d. nu.* 46. declarat Maſc. *de prob. d. concl.* 558. *nu.* 18. *& d. concl.* 815. *nu.* 12. *& ſeqq.* Et eſt de mente Menoch. *in trac. de præſump. lib.* 3. *præſump.* 124. *nu.* 23. *ſeqq.* Vbi vltra ſanguinis coniunctionem ad effectum præſumendi fraudem & ſimulationem, requirit cauſam ipſius ſimulationis & fraudis; Et bene dicit, quia vt alias dixi, ſine cauſa ſimulatio non committitur.

Et aduerte in materia, quod non quęlibet cōiunctio inducit hanc ſimulationem fraudis; ſed requiritur, vt cōiunctio ſit talis, vt veriſimile ſit alienātem, ſeu donantem ad ſui libitū poſſe reuocare bona alienata, ſeu donata; aliter ſecus, prout bene declarat Boſſ. *in d. tit. de bonor. pub. ſub eod. nu.* 46. Et in materia, quęnam in propoſito dicatur coniuncta perſona, vide Menoch. *d. præſump.* 124. *nu.* 28. *&* 29. Vbi dixit, pro coniuncta perſona reputari vxorem, ſeu alium, cui quis imperare poſſit, negotiorum geſtorem, aut amicū magna amicitia cōiunctum. Ad quod vide etiam Maſc. *d. concl.* 815. *nu.* 11. *&* 65. Vbi prædicta ampliat etiam in perſona domeſtica; Et quod attinet ad donationem factā vxori, vide quæ dixit D. meus Farin. *in ſua pract. crim. p.* 1. *tit. de delict. & pœn. q.* 25. *nu.* 127. *& ſeqq.*

d *Confeſſiones.* Quod ſolemnitates requiſitæ a ſtatu-

ſtatuto in contractibus mulierum requirantur etiam, quando mulier confiteturaliquid recepiſſe, ſeu aliquam aliam facit cõfeſſionem in ſui præiudicium, & de materia vide Bart. *in l.1. §. ſi quis ita, & in l. ſi ea. §. Chryſegonus, & vtrobique in addit. & omnes Doct. ff. de verbor. oblig.* Tiraq. *in tract. de legib. connub. glo. 5. nu. 112. & ſeqq. per totam illam quaſtionem.* Marſ. *in rubr. de prob. nu. 306. & conſil. 125. nu. 28. & ſeqq.* Aym. *de antiq. tempor. p. 1. ſect. propoſitum noſtrum principale. nu. 64. & ſeqq.* Pariſ. *conſ. 53. num. 63. lib. 3.* Put. *deciſ. 7. & deciſ. 55. lib. 3.* Stephan. Lambert. *in tract. de contractib. cor. &c. gloſ. 1. q. 86. numer. 329. & ſeqq.* Virg. Boccac. *in conſtit. Marchia. gloſ. 8. numer. 24.* Vbi declarat hanc concluſionem, quando talis confeſſio eſſet adminiculata aliqua alia præſumptione; tunc enim ſuſtinetur, etiam non adhibitis ſtatutatijs ſolemnitatibus, & eſt *deciſio Achil. 1. in tit. de confeſſ. in manuſcript.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

MI

ILLVSTRISSIMI ET REVER. D. Manticæ Cardinalis.

Romana prætenſæ penſionis domus, 22. Iunij, 1587.

ARGVMENTVM.

Teſtis periurus & falſus in tempore, vel in circunſtantijs non ſubſtantialibus quando probet: eiuſque dictum poſſit a periurio & falſitate ſaluari: Ex eiuſque depoſitione poſſit iuramentum in ſupplemetum deferri in cauſa magna & graui, vltra alia de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

Omnia noſtra facimus, quibus noſtram impartimur authoritatem. nu. 1.

Argumentum a veriſimili ſumptum, optimum eſt in iure. nu. 2. in fine.

Solitum quod quid eſt, facit præſumptionem non modicã, quod idem ſit illud, de quo quæritur. nu. 3.

Argumentum a ſolitis multum confert ad præſumẽdum quod quid eſt nu. 3.

Socer habetur loco fratris ad commodum generi: Ideo pro eo nõ facit fidem nu. 4.

Teſtis, vt a periurio ſaluetur, omnis interpretatio facienda eſt. num. 4.

Teſtis an dicatur falſus, non dicens verum circa tempus. nu. 5.

Teſtis falſus in ijs, quæ non ſunt de ſubſtantia negotij, adhuc probat & fidem facit. nu. 5.

Teſtis ſe referens ad inſtrumentum, cenſetur depoſuiſſe, quod ſcriptum eſt in inſtrumento. nu. 6.

Teſtis vnicus adminiculis adiuuatus, probat pluſquam ſemiplene. nu. 7.

Iuramentum in ſupplementum defertur ex depoſitione vnius teſtis, alijs adminiculis adiuuata. nu. 7.

Teſtis mediator quando deponit de facto proprio, & non tractatur de eius commodo, laude, aut vituperio, facit plenam probationem, concurrentibus veriſimilibus coniecturis. nu. 8. & in add. lit. A. vbi aliqua ad materiam.

Iuramentum in ſupplementum etiam defertur in cauſis magnæ quantitatis, quando probatio eſt pluſquam ſemiplena; & is, cui defertur, eſt honeſtæ vitæ, & multo magis, quando concurrunt probabiles coniecturæ. nu. 9.

DECISIO XLVII.

1 IN cauſa Romana prætenſæ penſionis domus mihi extra Rotam ex conſenſu partium commiſſa, dubitaui, an probetur conſenſus D. Ioannis in reconductione? & Domini dixerunt, conſenſum probari pluſquam ſemiplene per Franciſcum Tinum tertium teſtem iuxta 7. & 9. interrogatorium: Nam ſi conſenſit eius ſocer, cui D. Ioannes negocium dedit, ipſe quoque intelligitur conſenſiſſe. *l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vniuerſ.* omnia enim noſtra facimus, quibus noſtram authoritatem impartimur. *l. 2. §. ſed neque. verſ. omnia. de vet. iur. enucl.*

2 Et iſte teſtis ex eo potiſſimũ adiuuatur, quod poſt factam reconductionẽ ipſe D. Ioannes ſcripſit Apocham ad D. Petrum Roſſium, vt diſcederet a cubiculis, quæ tanquam eius ſubinquilinus detinebat, vt ex actis conſtat, & idem Petrus primus teſtis deponit idem quod Ioannes & Baptiſta ſuper 6. & 8. & Antonius Marid. ſuper 17. & 19. teſtificantur; nam cum ipſe Ioannes poſt factam recõductionem dixerit ſe velle vxorem ſuã in eam habitationẽ ducere, & pręfati teſtes deponunt, veriſimile eſt, conſenſum de reconducenda domo pręſtitiſſe, quia cum iam finita eſſet prima locatio & ſublocatio, nõ eſt veriſimile eum pro modico & incerto tempore voluiſſe cum vxore inhabitare; nulla enim facta reconductione, vel ſi ad faciendam reconductionem conſenſum nõ præbuiſſet, facile potuiſſet ad libitum Domini, vel conductoris expelli, & a veriſimili optimum eſt argumentum. *c. quia veriſimile. de præſump. l. nõ eſt veriſimile. ff. quod met. cauſ.*

3 Nec obſtat, quod Do. Ioannes non vellet domum de cuius penſione eſt controuerſia cũ vxore inhabitare, quia propter nocturni aeris intemperiem, dolore dentium laboraret. Quia hoc nõ tollit hanc coniecturam; neque enim quiſque ſolitus eſt mutare habitationem cum familia, niſi habeat animum eo loci permanendi, & argumentum a ſolitis multum confert ad præſumendum, quod quid eſt *l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi certpeta.* Gloſ. *in l. neque natales. C. de prob.* Bal. *in c. 1. in ſecunda lectura. nu. 7. de iud.* Abb. *in c. 1. n. 4. de cler. non reſid.* & ideo facile potuiſſet tunc temporis aliam domum conducere, ne cogeretur inuitus cum tota familia, & magno incõmodo migrari, & mutare habitationem.

Quod

4 Quod verò contra hunc teſtem obijcitur, ſocerum D. Ioannis, de conſenſu ipſius interrogatū, cum iuramento reſpondiſſe, ſe non credere, de fide ipſius nihil detrahit; quia a Dominis fuit reſponſum duobus modis, & primò quod cum ſocer habeatur loco fratris ad commodum generi, non facit fidem. *l. teſtis idonei. ff. de teſtibus.* Secundo, quod reſponſio ſoceri poteſt intelligi, D. Ioānem conſenſum non præſtitiſſe explicite, ſed implicite; quę interpretatio eſt admittēda, vt a periurio defendi poſſit, *c. cum tu. de teſtib.* Nam vere D. Ioannes explicite non conſenſit, quia ſe remiſit ad arbitrium ſoceri, vt teſtis deponit.

5 Neque etiam obſtat, quod ſecundo loco aduerſus eundem teſtem obijcitur, eum periurum eſſe, propterea quod falſum de tempore reconductionis, & in quibuſdam alijs circunſtantijs depoſuerit; Primò, quia tempus difficulter memoria retinetur, *arg. l. peregre. ff. de acquir. poſſeſſ.* Innoc. *in c. qualiter, & quando. de accuſ.* Ang. *in conſ. 25. nu. 4.* Socin. iun. *conſ. 102. nu. 17. lib. 3.* & falſitas in ijs, quæ non ſunt de ſubſtantia negotij, de quo agitur, dictum teſtis non vitiat. Oldr. *conſ. 37. nu. 1.* Bal. *in l. ſi ex falſis. C. de tranſact.* Cor. *in conſ. 149. nu. 18.* Aret. *in conſ. 6. n. 3.* Dec. *conſ. 105. col. 2. verſ. ſimiliter falſitas.* Natt. *in conſ. 36. ſub nu. 1. & 2.*

6 Secundo fuit reſponſum, quod teſtis ſe ipſum refert ad inſtrumētum; & ideo intelligitur depoſuiſſe, quod ſcriptum eſt in inſtrumento, *l. ait Prætor. §. ſi iudex. ff. de re iud. l. ſi ita ſcripſero. de codit. & demonſtr. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit.*

7 Quare cum iſte teſtis ſit notarius, & nullam patiatur exceptionem, & quibuſdam etiam adminiculis adiuuetur, placuit Dominis, eum pluſquā ſemiplene probare; & ideo D. Antonio deferendum eſſe iuramentum in ſupplementum probationis, iuxta *c. vlt. §. ſane. cum gl. vlt. in fine. de iureiuran. & l. admonendi. cum gl. in verbo, exacto. eod. ti.* & vtrobique Doctor.

8 Quod aliqui ex Dominis eo facilius admittendum eſſe putauerunt, quia iſte teſtis fuit mediator; idque ex eo colligebant, quod cum D. Antonius cum ſocero D. Ioannis loqueretur, ipſum teſtem vocauit, eique dixit, vt recenſeret tractatum, quem habuit cum Illuſtri Do. Fabio ſanctę Crucis de reconducenda domo, & diceret quomodo poſſet cum eo concludere, & cum poſt factam huiuſmodi relationem rurſus interrogaſſet ſocerum, quid eſſet agēdum, ſocer ipſe, præſente teſte, reſpondit, vt domum recōduceret, & quicquid egiſſet, bene actum foret; quibus verbis generalibus ſocer ipſe non modo conſenſit, vt Do. Antonius domum reconduceret, ſed ipſum quoque Frāciſcum Tinum tanquam mediatorē electum a D. Antonio approbauit: Nec dubium eſt

a quin mediatori [a] magis ſit credendū, quando deponit de facto proprio, & ad eum cōmodū neq; laus, neque dedecus ſpectat, cum plerique etiam exiſtiment eum facere plenam probationem, prę ſertim concurrentibus veriſimilibus cōiecturis, Rimin. ſen. *in conſ. 392. n. 13.* Caputaq. *deciſ. 267. & 271. lib. 3.* cum alijs adductis per informantes, & fuit reſolutū corā R. P. D. Plato in vna Suetina Bonorum, & ideo dubium non eſt, quin ſaltem faciat pluſquam ſemiplenam probationem.

9 Neque ad rem pertinet, quod cauſa, de qua agitur, ſit grauis, quia Domini dixerunt in cauſis etiam magni momenti deferendum eſſe iuramentum in ſupplementum deficientis probationis, quando probatio facta excedit ſemiplenam, & is cui defertur, eſt honeſtæ vitæ. Alexan. *conſ. 122. num. 7. lib. 2. & conſil. 103. num. 9. & conſil. 166. nu. 6. lib. 7.* Ruyn. *conſ. 46. num. 11. lib. 4.* Quod multo magis eſt recipiendum, quando concurrunt probabiles coniecturæ, Pau. Caſtr. *conſ. 47. nu. 2. ad finem lib. 2.* Curt. ſen. *in l. admonendi. n. 200. cum ſeq. ff. de iure iuran.* Tiraq. *de nobilit. c. 20. nu. 36.* Crauett. *conſ. 198. nu. 10.*

ADDITIO.

a *Mediator.* In iſta deciſione firmantur duę concluſiones: Prima eſt, qđ probet mediator, quando deponit ſuper eo, quod non ſpectat ad eius commodum, laudem, ſeu dedecus: ſecunda quod concurrentibus veriſimilibus ęoniecturis, idem mediator tunc, aut plene probet, aut ſaltem ſemiplene; circa primam concluſionem, vide ſcripta per D. meum Farinac. *in trac. de teſtib. q. 60. num. 410.* Secunda autem concluſio non habet contradictorem, ex allegatis per eundem D. meum Farin. *d. q. 60. nu. 438.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Platti Cardinalis.

Viterbien. fideiuſſionis, de repræſentando, die 22. Iunij, 1587.

ARGVMENTVM.

De fideiuſſore de repræſentando, an & quando ſit liberatus per repręſentationem factam poſt incurſam moram. Et quando in propoſito admittatur morę purgatio.

SVMMARIVM.

Fideiuſſor de repræſentando non euadit pœnam conuentam, etiam quod illum, quem promiſit repræſentare, repræſentauerit poſt relaxatum mādatum, præſertim quando ius actoris eſt factum deterius. nu. 1. & 2.

Mora poſt exequutionem purgari non poteſt. nu. 1. & in add. lit. A. ubi de materia.

Moræ purgatio non admittitur, quando ius actoris eſt factum deterius. nu. 2. & in add. lit. B.

Notarius

Notarius ſtipulans pro abſente nullum ius ipſi abſenti acquirit ante acceptationem.nu.3. Vbi tamen quod abſens ſatis dicatur acceptaſſe ex citatione facta aduerſario vigore illius ſtipulationis, & in add.lit.C. vbi remiſſiue de materia.

Mora induta per litis conteſtationem non poteſt purgari niſi vſque ad ſententiam.nu.4.

Mora purgatio admittitur re integra; Re autem non integra non admittitur,in add.lit.B.

Moræ inducta per lapſum diei appoſiti in contractu,& per conteſtationem litis,æquiparantur,ad effectum illius purgationis.in add.lit.D.

DECISIO XLVIII.

1 STante præſuppoſito in hac cauſa facto, quod ante carcerationem D.Balduini Maſſæ, iam fuiſſet relaxatum mandatum,& exequutum contra fideiuſſores, qui ſub pœna debiti cum iuramento,& ampliſſimis renunciationibus, ſe obligauerunt,de eo repræſentando; Domini vnanimiter tenuerunt,eoſdem fideiuſſores non eſſe li-
a beratos,quia poſt exequutionem non poteſt mo
* ra purgari,tradunt omnes *in l. ſi inſulam.ff.de verbor.obligat.*& Bart.*in 4.& 5.quæſt.*Alex.*nu.*32.la-
* te Ripa. *num.*82.*& num.* 111. communem dicit Crot.*num.*61.Iacob.de Nigt. *num.*255. Alexan. *conſil.*94.*& conſil.vlt.vol.*2. Aret.*conſil.*18. Caſtr. *conſil.*33.& ita Rotam tenuiſſe,tradit Caputaq. *decıſ.*234.*lib.*2.

2 Placebat etiam Dominis alia ratio, qua videbatur ius actoris propter moram, factũ deterius, cum D. Balduini fides tunc eſſet magis integra; quod ex eo apparet,quod tunc inuenit fideiuſſores,quos nunc inuenire non poteſt;& quod obtinuit dilationem annalem,& prout latius per informantes deducitur; dubitari autem nõ poteſt, quin ceſſet purgatio moræ,cum ius actoris factũ
b ſit deterius.[b] Rip.*in d.l.ſi inſulam.nu.*27.*ff.de verbor.obligat.*

3 Nec obſtat,quod promiſſio,& obligatio facta fuerit abſentibus Dominis,Ro. Notario pro eis
c ſtipulãte;quo caſu ante acceptationem [c] nullum ius acquiritur.Couarr.*de teſtam.par.*3.*numer.*13. Cagno. *in l. ſi librarius.nume.*63. *de reg. iur.* Abb. *conſil.*36. *num.*1. quia dicebant Domini de acceptatione ſatis conſtare ex citatione, quam obtinuerunt ab A.C.quæ fuit exequuta contra fideiuſſores die 19.Ianuarij præteriti;& ſic ſaltem ab eo tempore cœpit currere tempus datum ad repræſentandum.

4 Et in omnem euentum,dato,quod nulla adeſſet mora præcedens, vel per lapſum diei, vel per interpellationem, ſufficit tamen mora per litis
d conteſtationem,[d] quæ non poteſt purgari, niſi vſque ad ſententiam.Bar.*in d.l.ſi inſulam.quæſt.*1. Rip.*nu.*28.Iacob.de Nigt.*nu.*234.

ADDITIONES.

a *Poſt exequutionem.*Mora an,& quando purgari poſſit poſt factam exequutionem, vide tex. *in l.ſi is,cui.ff.de legat.*2.Iaſo *in l.ſi inſulam.col.*17.*ff. de verb.oblig.*Vbi limitat duobus modis, & infert ad duo notabilia,de quibus ibi per eum.

b *Factum eſt deterius.* Re enim non integra,moræ purgatio non admittitur. Aym. *conſ.*246.*nu.*5.Re autem integra,ſic. *Deciſ.Pedem.*21.*nu.*55.*& ſeqq.& nu.*59.

c *Ante acceptationem*. Non eſt dubium, quod Notarius poteſt alteri abſẽti ſtipulari, prout eſt text.*in l.*2.*& 3.ff.rem pupilli ſaluam fore,& in l.abſenti,& in l.qui mihi.ff.de donat.& in l.*1.*C.de acquiren.poſſeſſ.*Sed nunquid abſenti acquiratur actio ante ratificationem, & an ex ratificatione, ſine alia Notarij ceſſione. Doctores vario modo loquuti ſunt.Ideo pro reſolutione, vide Dec.*conſ.*531.*num.*10.Pariſ.*conſ.*77.*num.* 22.23. 28.*& ſeq. lib.*1.*& conſ.*12.*num.* 110.*lib.*2.*& conſ.*69.*nu.*136.*&* 148.*& ſeq.lib.*3.Tiraq.*de conſtit.limitat.*30.*per totam,*vbi late Rolan.*conſil.*19.*num.*9.16.*& ſeqq.*26.*& ſeqq.lib.*2.vbi etiam late Couar.*variar.reſolut.lib.*1.*cap.*14.*num.*11.*& ſeqq.*Seraph.*de priuil.iuramenti,priuil.*24.*&* 25.Lauren.*deciſ.Aunion.*91.*poſt num.*3.Plot.*in l.ſi quando.num.*12.*C.vnde vi, ſecundum antiquam impreſſionem.*Cagnol.*in l.ſi librarius.num.*64.*ff.de reg.iur.*Gabr.*tit.de verb.obligat.concluſ.*1.*nu.*97.*& ſeqq.* Galleſ. *de obligat. Cameral.in* 3.*q.ad quintam particulam,num.*1.Ioſeph. Ludou.*concluſ.*52.*verſic.inter alia.& verſ. ſextus eſt caſus,& ſequent.*Anton. Coccapar. *conſil. crimin.diuerſ.*93.*nu.*2.*& nu.*8.*& inter ead.conſ.*Mar. Brun.ab Anguill.*conſil.*94.*ſub num.*1.*& ſeqq.in diſcurſu,*& Lud.de Silueſt.*conſil.*96.*num.*8.Oſaſch. *deciſ.Pedemont.*33.Cæphal.*conſ.*33.*& num.*13.*& ſeqq.lib.*1.Rolan.*conſ.*19.*nu.*7.8.23.*& ſeqq. lib.*1. Natta *conſ.*189.*nu.*2.*lib.*1.Anchar.regien.*q.*2.*nu.*5.*par.*2.

d *Per litis conteſtationem.* Adde ad materiam Catel.Cort.*in memorial.in verbo,mora,quæ inducitur, fol.mihi* 469.*alias* 388.Vbi æquiparat moram incurſam per lapſum diei appoſiti in contractu, & incurſam per litis conteſtationem ad effectum illius purgationis.

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

MI

ILLVSTRISSIMI ET REVER.
D. Blanchetti Cardinalis,

Spoletan. Beneficij Veneris, 26. Junij, 1587.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum quomodo reprobetur, quando prętenditur, teſtes in eo deſcriptos,prę́ſentes non fuiſſe illius celebrationi.

SVM-

SVMMARIVM.

Inſtrumenti fides non diminuitur ex teſtibus, qui dicant ſe non recordari de inſtrumento, vel de contentis in eo. nu. 1. & in add. lit. A.
Inſtrumenti fides, nec etiam diminuitur per teſtes, qui dicant ſe non recordari, an fuerint præſentes dicto inſtrumento, & illius ſtipulationi, & quod, ſi præſentes fuiſſent, recordarentur, nu. 2. & in add. lit. B. vbi de materia.
Teſtes deponentes per eadem verba, ſunt ſuſpecti. nu. 2.
Inſtrumentũ reprobatur per teſtes, qui dicant ſe non fuiſſe præſentes inſtrumento, quia tempore illius celebrationis alibi fuerunt. nu. 3. & in add. lit. B. vbi etiam de materia.

DECISIO XLIX.

1 DOmini fuerunt concordes, quod nec ad effectum remiſſoriæ, neque vt vacillet fides mandati per Ioannem producti, dicta teſtium releuarent, quia teſtes deponentes ſe non recorda-
a ri [a] de inſtrumento, vel de contentis in eo, non diminuunt fidem inſtrumenti, Fel. *in c. cum Ioannes. nu. 51. de fid. inſtrum.* Salyc. *in l. in exercen. n. 5. C. eod. tit.*

2 Nec refragatur, quod primus dicat, quod ſi fuiſ
b ſet præſens, [b] recordaretur, quia in hoc ſibi non creditur contra publicum inſtrumentũ, pro quo præſumitur, præcipue cum fere per eadẽ met verba vterque deponat, ex quo potius Domini contra teſtem, quam contra inſtrumentum aliquam conſpiciebant ſuſpicionem.

Non obſtant deducta in contrarium, quia procederent, ſi teſtes aſſererent ſe eodem die alibi fuiſſe, vel ſi Alexander hoc probaret; tunc enim falſitas inſtrumenti eſſet probata; ſed per depoſitiones iſtas, fides ipſius non debilitatur ex allegatis.

ADDITIONES.

a *Recordari*. Pro hac eadem concluſione, quod ſcilicet inſtrumentum minime dicatur reprobatum per teſtes dicentes ſe non recordari de contentis in inſtrumento, & de materia, vide Tiraquell. *de reuocan. donatio. in præfatione. numero 47. & 48.* Alexand. ſtyat. *in conſil. criminal. 117. ſub numero trigeſimoquarto, & trigeſimoſexto, libro primo,* & inter eadem conſil. Iul. Scarlatin. *conſil. 118. numero vigeſimonono.* Menoch. *de arbitr. quæſt. libro ſecundo, caſu* 105. *numer.* 31. Hier. Lauren. *deciſio. Auinionen. 91. num. 31. in fine.* Maſcard. *de probat. libro primo, in præfatione, quæſtio. 6. nu. 39. & ſeqq. & libro tertio. concl.* 1358. *numero vndecimo, & ſeqq.* Montic. *in repertorio Teſtium, fol. 320. col. 2. verſ. antepenultimo.*

b *Præſens.* Inſtrumentum non ſolum reprobatur, quando teſtes probant aliter fuiſſe ſcriptum, quam dictum, ſed etiam quando teſtes in inſtrumento deſcriptos dicunt, illi non interfuiſſe; ſic enim vtroque caſu omnes Doctores, hanc materiam tractantes, loquuntur, & in ſpecie Aym. *conſ. 56. nu. 8. & 17. vbi vide*; & Socin. *conſ. 28. nu. 3. ante med. lib. 3.*

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

B V B A L I

Romana legatorum de Vitellis, die 1. Iulij, 1587.

ARGVMENTVM.

De iuramento in litem, deferendo legatario ſuper æſtimatione rei legatæ, contra hæredem non exhibentem ipſam rem legatam, in inuentario deſcriptam; & quomodo intelligatur illa concluſio, quod iuramentum in litem non defertur non plene informato.

SVMMARIVM.

Inuentarium habet præſumptionem pro ſe. nu. 1.
Hæres dicens non adeſſe bona deſcripta in inuentario, illi incumbit onus probandi. nu. 1. verſ. & ſi hæres.
Iuramentum in litem defertur legatario contra hæredẽ ad probãdum æſtimationem rei legatæ, quando ipſam rem legatam in inuentario deſcriptam, non exhibet, niſi probauerit, eſſe deperditam ſine ſua culpa. nu. 1. per totum.
Iuramentum in litem regulariter defertur in actione ex teſtamento, & in alijs actionibus ſtricti iuris, propter difficultatem probationis, & propter dolum rei conuenti. nu. 1. in fine, & in add. lit. A. vbi e contra, quod nunquam defertur iuramentum in litem, niſi concurrente dolo, & difficultate probationis.
Iuramentum in litem non defertur non informato. nu. 7. & in addit. lit. B. Verum coniuncta perſona præſumitur informata. num. 2. vbi etiam, quod ſufficit, quem eſſe informatum tempore delationis iuramenti, licet antea non eſſet informatus.
Iuramentum in litem defertur pupillo contra tutorem. num. 2. ad finem.
Iuramentum in litem, an deferatur propter dolum præſumptũ in add. lit. A. verſ. ſed nunquid.
Iuramentum in ſupplementũ, an & quando deferatur non plene informato, vt puta hæredi. in add. lit. B. verſ. ſic nec iuramentum in ſupplementum.

DECISIO L.

1 FVit reſolutum pro informante, nempe, Illuſtri Domino Chiappino de Vitellis legatario bon. mem. Cardinalis Vitellij, deferendum eſſe iuramentum in litem. Conſtat enim inuentarium fuiſſe confectum ab Illuſtri Domino Alphonſo Vitellio, ſeu ab eius Procuratore; quod apparet, quia poſtea illud produxit in iudicio

cio cõtra creditores Cardinalis;in quo inuentario deſcripta fuerunt omnia bona mobilia legata per ipſum Cardinalem Domino Chiappino; & ſic ex ęo probatur,bona in ipſo deſcripta,deuenisse ad Dominum Alphonſum pro ſua rata, in qua erat hęres:quia pro inuẽtario præſumitur. *l. ſi.C.de arbit.tutel.* Alcia.*de præſump.reg.3.præſump.* 20,cum alijs per Pedem.*deciſ.87.nu.11.*& ſi hęres dicat,non adeſſe bona in inuentario deſcripta,illi incumbit onus probandi.Cor.*conſ.127.col.fin. li.4.*Dec,*conſ.3.nu.4.*Burſat.*conſ.364.nu.3.* Cum igitur Dominus Alphõſus dicta bona exhibeat, & controuerſia ſit ſuper illorum valore inter hæredem,& legatariũ,iuramentum in litem legatario deferendũ eſt, ad probandum rei legatæ æſtimationem;niſi hæres probauerit res eſſe deperditas non culpa ſua,vt per Paul.de Caſtr. *conſ.212. nu.3.lib.4.* ſequitur Seraphin. *in trac.de priuileg.iuram.in priuileg.31.nu.104.verſ.ſextus eſt caſus.* Et regulariter in actione ex teſtamẽto, & in alijs actionibus ſtricti iuris defertur iuramẽtũ in litem
a propter difficultatẽ [a] probationis,& propter dolum rei conuenti non exhibentis, vt per Plot. *de in litem iuran.§.25.nu.10.*

2 Nec obſtat,quod D.Chiappino, vti non infor
b mato,[b] non ſit deferendum iuramẽtum in litem; quia cũ ſit coniuncta perſona,prę ſumitur informatus,vt per Soc.*conſ.264.nu.9.lib.2.*Plot.*vbi ſupra §.29.n.4.*quamuis enim tempore obitus Cardinalis D.Chiappinus eſſet in pupillari ætate cõſtitutus,tamen procedente tempore potuit ſe ad plenũ informare,ſicut dicitur in pupillo, cui defertur iuramentum contra tutorem. *l.tutor qui repertorium.in prin:.de admin.tut.l.1.§. offic. vbi gl.in verbo,tenebitur,ff.de tut.& ration.diſtrahen.l.1.C. de in lit.iuran.cum ſimilibus.*

ADDITIONES.

a *Propter difficultatem probationis & propter dolum.* Ergo vbi non adeſt dolus, & difficultas probationis,iuramentum in litem non defertur. Menoch.*de arbitr.quaſt.lib.2.caſu* 208.*nu.1.&* 2. Maſcard.*de prob.lib.2.concl.934.nu.3.7.8.& 9.* Vbi etiam exemplificat,quando dicatur adeſſe probationis difficultas.

Sed numquid ad effectum deferendi iuramentum in litem,ſufficiat dolus prę ſumptus,an verò requiratur dolus verus? Dic, quod præſumptus non ſufficit.Plot.*de in litem iuran.*§.50. *nume.*30. Maſcard.*dicta concluſ.934.numer.*18. *& num.* 27. Sed contrarium relatis, & reprobatis contrarijs defendit Couarr. *variar. reſol.lib.2.cap.14.num.6.* Vbi amplius teſtatur de veriori,& magis recepta opinione.

b *Informato.* Non informato iuramentum in litem non eſt deferendum.Aym.*conſil.*287.*num. 2.in fine.*Plot. *de in litem iur.*§. 13. *num.4.&* §.51. *num.6.*

Sic nec iuramentum in ſupplementum defertur non plene informato,vtputa filio hęredi,aut alteri ſimili perſonæ;quod quando verum ſit, & de materia, vide Diaz. *reg.* 386. *&* 392. Roland. *conſil.52.per totum lib.2.* Cæphal.*conſil.225.num. 56.lib.2.*Menoch.*de arbitr.quaſt.libr.2.caſu* 290. *num.5.& ſequentibus.* Vbi infert, & declarat. Ioſeph. Ludou. *deciſ. Lucen.* 42. *num.16.par.2.* Vbĩ quod tale iuramentum non defertur, niſi ei, quĩ veriſimiliter ſciat veritatem, per actum corporeum,ſicut teſtis,*& in commun.opin. concl. 16.illatione* 52.

Fam. Cent. I.V.D. Galeſ.

COMITVLI.

Gradicen.Canonicatus, Luna, 20. Iulij, 1587.

ARGVMENTVM.

Suſpectus de hęreſi,& abiurans de vehementi, iniuncta ſibi pœnitentia, an peracta pœnitentia,remaneat inhabilis ad beneficia obtinenda:& an etiam priuetur obtentis.

SVMMARIVM.

Habilis quiſque clericus regulariter præſumitur ad beneficia. nu.1.ad finem.

Clericus non eſt pronunciandus inhabilis ad beneficia, niſi cauſa inhabilitatis expreſſa & probata.

Clericus condemnatus ad carcerem,& ad alias pœnas,non cenſetur condemnatus ad inhabilitatem beneficiorum, niſi expreſſe dicatur. num.2. & per totam deciſionem in diſcurſu.

Extenſio non datur in odioſis & pœnalibus.nu.2.

Sententia eſt ſtricti iuris, nec debet plus operari quam ex ea inferatur de neceſſitate.nu.2.

Clericus effectus inhabilis ad beneficia durante pœnitentia ſibi iniuncta,per acta pœnitentia efficitur habilis.num.2.ad finem.

Hæreſis crimen eſt publicum.nu.3.

Hæreticus eſt infamis etiam poſt pœnam perſolutam.nu.3.

Infames non poſſunt conſequi dignitates,nec canonicatum.numero 3.

Canonicatus eſt dignitas.nu.3.

Infamis non eſt,qui per ſententiam non eſt declaratus criminoſus.nu.3.

Hæreticus condemnatus de vehementi,an ſit infamis.numero 3.

Abiurationis de vehementis forma.nu.3.

Iuramentum, quod præſtatur in abiuratione ab hęretico de vehementi ſuſpecto, dicitur iuramentum purgationis. num.3.

Hæreſis vehementes ſuſpitiones detecta innocentia abolentur nu.3.in fine.

Infamia facti durat etiam poſt purgationem.nu.4.

Infamiam facti ſolus Deus tollere poteſt, licet quoad illius effectum etiam ab homine tolli poſſit, per purgationem,

tionem,& emendationem.num.4.& in add.lit.A.vbi de materia.

Clericus propter publicam pœnitentiam ſibi iniunctam, dicitur effectus irregularis.nu.5.vbi declaratur.

Abiuratio quã facit ſuſpectus de hæreſi vehementer ſit ob ſcandalum ab ipſo datum in populo, vt ſcilicet quos ſcandalizauerit verbo, aut facto, publice abiurando, & pœnitentiã humiliter acceptando ædificaret.nu.5.

Hæreticus, qui de vehementi abiurauit,& publice pœnitentiatus, non cenſetur redditus inhabilis ad beneficia.nu.6.

Suſpecti vehementer de hæreſi ſuſpenduntur vſque ad congruũ purgationem & condignam ſatisfationem, & propterea ea peracta habiles remanent.nu.6.

Suſpectus de hæreſi, qui abiurauit, recuperat in vim abiurationis purgatinę beneficia alteri collata pendente iudicio inquiſitionis.nu.6.in fine.

Hæreticorum receptatores & defenſores cenſentur inhabiles ad officia,& beneficia obtinendu.nu.7.

Suſpecti de hæreſi in aliquibus caſibus æquiparantur hæreticis num.8..

Hæreticus relapſus reputatur etiam quod prima vice fuerit tantummodo repertus vehementer ſuſpectus de hęreſi,& non conuictus,nu.8.

Suſpectus de hæreſi deficiens in purgatione ſibi iniuncta, habetur pro hæretico.nu.8.

Lex, ſeu ſtatutum puniens aliquem ratione hæreſis, non habet locum in eo, qui tantum eſt ſuſpectus.nu.8.in fine.

Suſpectus de hæreſi purgatus, etiam poſt purgationem remanet ſuſpenſus ratione ſcandali.nu.9.vbi declaratur, quando vltra purgationem ex lapſu longi temporis virtuoſe & catholice vixerit.

Malus ſemel non iterum præſumitur malus, quando conſtat de emendatione per triennium.nu.10.& in add.lit.B.vbi de materia.

Hæreticus formaliter abiurans, prima vice non efficitur inhabilis ad beneficia, ſed illa retinere & recuperare poteſt virtute reconciliationis facta cum eccleſia etiam pro miſericordia.nu.11.

DECISIO LI.

1 Recuſauerat Capitulum cathedralis Eccleſiæ Gadiceñ. tradere poſſeſſionem Canonicatus,& prębendæ D. Alphonſo Rodriquez. prouiſo Apoſtolico, cum diceret illũ incapacem ex eo, quod iam ante viginti annos in executionem ſententiæ latæ per Reuerendos Inquiſitores hęreticę prauitatis in diœceſi & diſtrictu Hiſpaleñ. publice pænitentiatus, abiuraſſet de vehementi, qua oppoſitione intellecta S. D. N. primum per literas Illuſtriſſimi Cardinalis Ruſticucci mãdauit Epiſcopo & Capitulo Gadiceñ. vt ab huiuſmodi traditione poſſeſſionis ſuperſederetur. Deinde non obſtantibus prædictis literis in plena ſignatura commiſit mihi cauſam exequutionis literarum Apoſtolicarum ſuper prouiſione cuiuſdam Alphonſi; quare inſtante Capitulo, vt prætẽſa inhabilitas examinaretur ex ſpeciali ordine Sanctitatis Suæ, id ipſum vrgente retuli in vltima audientia,& iuxta Concilium Dominorum, facto prius verbo cum aliquibus ex Illuſtriſſimis Cardinalibus Sancti Officij, mandaui partibus vt informarent pro Congregatione; An ſtantibus ſententia & abiuratione prędictis, D. Alphõſus cenſendus eſſet inhabilis ad obtinẽdũ Canonicatũ in Eccleſia Cathedrali, præſuppoſito, qđ poſt lapſum decẽnij expreſſi in ſententià ad munus prædicandi,& ſacramenta adminiſtrandi reſtiturus fuerit, ſiue ex gratia, ſiue ex iuſtitia; quo pręſuppoſito dubio, Domini reſoluerunt pro negatiua, cũ enim regula ſtet pro habilitate perſonæ, ad gl. *in l. ſi quæramus. ff. de teſt.* Nec quiſquam pronũciandus ſit inhabilis ad beneficia, niſi cauſa inhabilitatis expreſſa atque probata, gl. *in extrauag. execrabilis. §. alioquin. in verbo, beneficia. de præben.* oportet enim prætenſam inhabilitatem Alphonſi deducere, aut ex ſententia DD. Inquiſitorum, aut ex iuris diſpoſitione.

2 Per ſententiam non eſſe inductam inhabilitatem, tenuerũt Domini ex eo, quia dumtaxat iniungit abiurationem Alphonſo publice factam, priuatque illum adminiſtratione ſacramentorũ, & officio prædicandi,& docendi ad decemnium, & vltra, arbitrio DD. Inquiſitorum,& adſignata illi interim pro carcere ciuitate Iſpaleñ. Ergo non poteſt extendi ad inhabilitatẽ, arg. reg. *odia, & reg. in pœnis. de reg. iur. in ſexto,* maxime cũ ſentẽtia ſit ſtricti iuris, nec plus operetur, quã de neceſſitate ex ea inferatur. Alex. *conſ.* 18. *et* 164. *nu.* 2. *lib.* 7. Caputaq. *deciſ.* 148. *n.* 5. *p.* 3. & quatenus durante tempore pœnitentię fuiſſet inhabilis, eo elapſo,& ſequuta declaratione arbitrij per licentias obtentas a Reuerẽdiſſimo Ordinario,& Inquiſitore Iſpaleñ. docendi, prędicandi,& adminiſtrandi ſacramenta, cenſetur ad priſtinam habilitatem ex eadem ſententia reſtitutus. *l. Imperator. ff. de poſtul. & c. penul. de cleric. percuſſ.*

3 Non obſtat, quod condemnatum ex cauſa criminis publici, cuiuſmodi eſt hæreſis, *c. ius publicũ. diſtinct.* 1. Comitatur infamia, etiam poſt pęnam perſolutam. *c. infames. §. porro.* 3. *q.* 7. Spec. *in tit. de teſtam. §.* 1. *nu.* 85. *& in tit. de ſent. §.* 2. *nu.* 10. & infamis ſicut non poteſt conſequi dignitates, *c. Infamib. de reg. iur. in ſexto.* Ita nec canonicatũ in Cathedrali. Bal. *in Marg. in verbo, Canonicus;* Quia reſpõdetur, obiectũ procedere ratione criminis declarari per ſententiam, vt legitur *in d. §. porrò, et in l. athletas §. calumniator. de his, qui not. infam.* Nec obeſſe ei, ꝙ ob ſolam ſuſpicionem, licet vehemẽter, fuit pœnitentiatus,& de ea ſe purgauit abiurando, iuxta formam, quam ponit Eimeric. *in directur. Inquiſ. p.* 3. *in* 5. *mod. finiendi proceſſ.* Iurans enim iurare ita debet, quod, ſcilicet, nunquã credidit, nec credit hæreſibus, de quibus habitus eſt ſuſpectus; quod quidem iuramentũ Domini ſenſerunt eſſe purgationis, ad text. *in c. ad Abolendas. §. qui vero inuenti, & in c. excommunicamus. in §. qui autẽ. & §. adijcimus. de heret. & c. inter. de purg. can.* per quod detecta innocentia aboletur prior iſta ſuſpicio. *c. ex tuarum. de purg. can.* Simanc. *de cath. inſtit. tit.* 55. *nu.* 3. Zanchin. *de hæret. cap.* 20. *nu.* 6.

4 Nec refert, infamiam facti etiam poſt purgationem durare; ſiquidem ſolus Deus illam remouere poteſt. Hoſtien. Henric. Boyc.& alij in cap.
ex tuarum, extra de purg. can. quia ſufficit eſſe ſub-
a latam quo ad illius effectus [a] per purgationem,&
emendationem. Abb. *ibidem, nu.* 2. *& in c. Teſtimonium,* vbi etiam Felyn. *nu.* 2. *de teſtam.*

5 Nec obſtat genus publicę pœnitentię per ſen-

ten-

tentiam iniunctæ; vnde ipſe pœnitens videtur effectus irregularis; *c. ex pænitentibus. c. illud. & c. placuit. 50. diſtinct.* quia reſpõdetur, irregularitatem contrahi ex ea ſolemni, ſeu publica pœnitentia, quæ imponitur pro crimine, & habetur *in d. c. placuit.* & not. Archid. *in c. capite 4. eadem diſtinct.* Pœnitentia vero Alphonſo impoſita, nõ fuit ob crimen; de quo ſe purgauit, ſed ob ſcãdalum, vt ſcilicet, quos ſcandalizauerit verbo, aut facto, ędificaret publice abiurando, & pœnitentias humiliter acceptando, iuxta tex. *in c. inter. ver. in pænam,* & eo modo verus catholicus agnoſceretur. *c. literas. in fine de præſump.* Rot. *in deciſ. 1. nu. 8. de hære. in antiq.* Bran. *lib. 3. c. 6. de hæret.* & Ambr. de Vig. *eod. tit. c. 19. nu. 193.*

6 Quod aut ex diſpoſitione iuris nullam contraxerit inhabilitatem ad beneficia is, qui abiurauit de vehementi, & publice fuit pęnitentiatus, probatur eo ipſo, quod nulli Canones id exprimũt. *canon. legat. 24. q. 2.* & argum. gloſ. *in c. fin. de iure patron.* Immo cum conſtitutio canonica doceat ſuſpectos vehementer de hæreſi ſuſpendendos, et vſque ad congruam purgationem, & cõdignam ſatisfactionem, infertur ea peracta habiles remanere, ſic inferente bo. mem. Ant. Auguſt. *deciſ. 1. De hæret.* alias Rota tenuit in vna Varmien. eoram bo. mem. Do. Fabio, eum, qui abiurauit, propter ſuſpicionem de hæreſi, recuperare in vim huiuſmodi abiurationis purgatiuę, etiam beneficia quæ interim pendente iudicio Inquiſitionis alteri fuiſſent collata.

7 Non obſtat tex. *in c. 2. §. hæretici. lib. 6.* Vbi receptatores & defenſores hæreticorum, &c. pronunciantur inhabiles ad officia & beneficia obtinenda, quamuis nõ appareat eos eſſe hæreticos, quia reſpondetur, hunc Canonem vti pęnalem non eſſe extendendum ad eos, qui ex alijs cauſis ibidẽ non expreſſis, ſuſpecti ſunt, *c. pæne. de pænit. diſtin. 1.* Caſſad. *deciſ. 2. nu. 3. de iure iur.* maxime, cũ illi, de quibus in §. hæretici, ſint magis pernicioſi, & odioſiores, neque ex ſola ſuſpicione, ſed ex ipſo etiam facto damnato punibiles, vt merito etiam eos poſteriores pontificum ſanctiones Innocentij, Alexandri & Pauli Quarti actius perſequantur, & infames eo ipſo pronuncientur.

8 Non obſtat, quod in aliquibus caſibus ſuſpecti de hæreſi æquiparentur hæreticis quo ad pęnas *c. accuſatus, in prin. de hær. in ſexto, & gl. fi. in d. c. inter,* quia reſpondetur, tex. *in c. accuſatus,* procedere ea ratione, quia ſecundus lapſus detegit ſimulationem primę abiurationis, arg. *l. ſi quis. C. de adul.* vt ibidem declarant Anch. Archid. & alij: glo. vero ſi. loquitur in eo, qui defecit in purgatione: alioquin lex & ſtatutum inhabilitans, aut puniens quempiam ratione hæreſis, non habet locum in eo, qui tantum eſt ſuſpectus. Abb. *in d. c. inter. nu. 6.* Put. *deciſ. 400. lib. 2.*

9 Non obſtat, quod ſpeciale dicatur in crimine hæreſis, vt purgatus etiam poſt purgationem remaneat ſuſpenſus ratione ſcandali, vt not. Hoſt. Ioan. And. Butr. *in d. c. inter. & c. facit. & c. nihil. de præſcrip.* quia præterquam quod illud ibi intelligi poteſt eſſe ex eo, quod Summus Pontifex voluit pronunciare contra illum Decanum, reſpõdetur, in caſu propoſito ceſſare omne ſcandalum non modo propter purgationẽ, ſed etiam ex lapſu tanti tẽporis, quo virtuoſe, & catholice D. Alphonſus vixit, vt cõprobatur teſtimonio ſui ordinarij, qui præter licentias docendi, prędicandi, & ſacramenta adminiſtrandi, illi conceſſas, eundem etiam ſuum Vicarium Foraneũ conſtituit, ex quibus omne ſcandalum de catholicorum mẽtib. deletum eſt, ad tex. *in eodem c. inter. c. a. ferrum. 50. diſtinc.* Felyn. *in c. cum deputati. in princ. de foro compet.* quin etiam ſi populus adhuc non ceſſaret ſcandalizari, non videretur eius habenda ratio. *c. qui ſcandalizauerit. de reg. iur.* D. Thom. *in tertia parte, quæſt. 42. art. 2.*

10 Pariter non obſtat ſuſpicio recidiua ad reg. *ſemel malus. de reg. iur. in ſexto,* quia regula limitatur, quando conſtat de emendatione per trienb nium [b] & vltra. Alcia. *de præſump. reg. 2. p. 7.* & per Rolan. *conſ. 63. nu. 12.*

11 Ex quibus non fuit neceſſe examinare veritatem illius opinionis, quam teſtatur eſſe communem Pariſ. *conſil. 2. num. 85. & 188. libr. 4.* & Roland. *d. conſil. 63. num. 26.* ſecundum quam hæreticus formaliter abiurans, prima vice non efficitur inhabilis ad beneficia, cum illa retinere & recuperare poſſit virtute reconciliationis Eccleſiæ etiam pro miſericordia factę, qua opinione ſtante, præſens reſolutio videbatur carere omni difficultate.

ADDITIONES.

a *Effectus.* Infamia facti an poſſit tolli a Principe, vide quæ ſcripſit Dom. meus Farinac. *in ſua pract. crim. p. 1. tit. de Inquiſit. q. 6. nu. 45. verſ. Et in propoſito.*

b *Triennium.* Quod per Triennalem bonam vitam præſumatur emendatio in eo, qui ſemel malus fuit, exornat, & infert D. meus Farinac. *in ſua pract. crimin. par. 1. tit. de delict. & pæn. quæſt. 23. nu. 26. & ſeqq.*

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Manticæ Cardinalis.

Romana Reſciſſionis Laudi, 2. Decembris, 1587.

ARGVMENTVM.

Criminales cauſę in generali mandato nõ cõtinẽtur, plures exprimũtur caſus, in quibus

Digitized by Google

in quibus de iure requiritur ſpeciale mandatum:& per quę verba hoc ſpeciale mandatum cenſeatur.

SVMMARIVM.

[1]Mandatum ſpeciale requiritur ad petendum reſtitutionem in integrum,nu.1.vbi declaratur.

[1]Mandatum generale cum clauſula, ad omnia & ſingula, quæ ipſe conſtituens facere poßet, etiam ſi talia forent, quæ requirerent ſpeciale mandatũ,æquiparatur mandato ſpeciali.nu.1.Vbi præſertim hoc procedit, quando in mandato ſunt expreßi aliqui caſus in quibus requiritur ſpeciale mandatum.

[1]Cauſæ criminales non continentur in delegatione, vel mãdato generali.nu.1.in fine,& in addit.lit. A, vbi de materia.

Procurator non poteſt iurare in animam conſtituentis ſine ſpeciali mandato.nu.2.

[2]Mandatum generale cum libera &c.habet vim ſpecialis mandati.nu.2.iu addit.litera B,vbi de materia.

Termini ſubſtantiales videntur ſeruandi etiam in cauſis criminalibus.nu.3.

[3]Laudum approbans non poteſt amplius petere illius reſciſſionem,vel reductionem.nu.3.

DECISIO LIII.

1 CONcluſum fuit, exceptiones nullitatis oppoſitas aduerſus ſententiam R. P. D. Glorierij non obſtare: nam quamuis ad petendum reſtitutionem in integrum,ſit neceſſarium mandatum ſpeciale,*l.illud.*§.1.*ff.de minor.* glo. *in cap. ſuſcitata*,& ibi Abb.*col.2.de in integr.reſtit.* Tamē ſufficit,ſi procurator,vt in caſu propoſito,fuerit cōſtitutus ad omnia & ſingula,quæ ipſemet Dominus facere poſſet,etiam ſi talia forent,quæ requirerent ſpeciale mandatum.Caſſad.*deciſ.1.nu.3.de procurat.*Et cum in mandato,de quo agitur, aliqui etiam caſus ſint expreſſi, in quib. requiritur ſpeciale mandatum, ceſſat omnis dubitatio. *cap.qui ad agendũ.de procurat.lib.*6.Couat.*variar. reſol.lib.1.c.6.nu.*3. Nam in eo exprimuntur etiã cauſæ criminales,quæ in mandato generali non
a continentur. [a] *l.non ſolum.*§.*vlt.ff.de procurat.* Alex. *in l.ſi quis.*§.*ſi procurator.nu.7.ff.quod quiſque iuris.*

2 Hoc amplius Procuratori conceditur facultas, vt poſſit etiam iurare in animam conſtituentis, quod ſine ſpeciali mãdato,propter magnum periculum animæ,facere non poteſt, *c.vlt.de procurat.lib.6.c.vlt.de iuram.calum. eod.lib.* Couar. *in c. quamuis.prima p.*§.*5.nu.8.de pact.li.6.& p.9.c.20. nu.8.verſ.eſt tamen*, & cum plena & libera etiam adminiſtratio ſit ei cōceſſa, id multo facilius eſt
b admittendum,quia mandatum generale [b] cum libera,&c.habet vim ſpecialis mandati. *d.c.qui ad agendum.de procur.lib.6.l.procurator cui.& l. mandato generali*,& ibi Bar.*ff.de procurat.*Bal.*in d.l.illud.*§.*1.nu.4.de minor.* vbi dicit,ſemper eſſe reſpiciendum procuratorem,an concedatur libera,& ſic procurarorem defendi poſſe,licet non habeat ſpeciale mandatum, idemque ſcribit Alex.*conſ.22.nu.8.lib.1.*Ruyn.*conſil.93.nu.6.lib.5.*& Dec.*conſ.404.nu.6.*Mohed.*deciſ.de offic.Vic.*

3 Quod verò obijcitur deficere citationem ad dicendum contra commiſſionem, & contra iura producta,& terminos ſubſtantiales non eſſe ſeruatos, tollitur ex actis; neque etiam refragatur, quod D.Frãciſca laudum approbauerit; & ideo non poſſit petere,vt illud reſcindatur, vel ad arbitrium boni viri reducatur, Ang.*conſi.315.nu.2.* Rom.*conſil.9. in fi.*Dec.*conſ.30.nu.2.*quia ſtante commiſſione ſignata manu Papæ, quæ præcipit, vt conſtito de ænormiſſima læſione reſtituatur, in dubium reuocari non poteſt,quin iudex, ſi ei conſtiterit de tali læſione, poſſit eam in integrũ reſtituere; quare placuit DD. videre de iuſtitia ſententiæ, & an conſtet de credito D. Franciſcę quoad fructus dotis.

ADDITIONES.

a *Non continentur.* Vide ad hęc Marian.Soc.*in c. veniens.nu.265.ſeqq.extra de accuſat.* & an in generali delegatione cauſarum cenſeantur delegatæ cauſæ criminales,videtur quod non,per text. *in c.licet.de offic.Vicar.& in Clement.non poteſt.de procuratorib.*ſed contra Card.Zabarell.*in Clem.1. nu.19.in 18.q.de offic.Vicar.* Bertach. *in repertorio, in verbo,delegatus ad cauſam vnam.verſic.ſecundo, & in verbo,cauſa criminalis.verſic.*10.

b *Mandatum generale.* Ad hanc materiam, an.ſ.& quando mandatũ generale cum libera,&c.ęquipolleat ſpeciali mandato, & ad quæ extendatur hoc generale mandatum cum libera,&c. vide Tiraq. *de retract.Lignag.*§.*1.gl.14.nu.32.& ſeq.& in fine tituli n.*94.Iacob.Nouel.*reg.*91.Franc.Turz.*opin.16.&*82.Ioſeph.Lud.*conclu.*30. *verſ.Et mandatum ſpeciale,& verſ.31.mandatum ſpeciale & ſeq.* Anch.Regien.*q.3.n.19.p.*2.Rom.*ſing.*133.Diaz.*reg.*450.

Fam. Cent. V. I, D. *Galeſ.*

PAMPHILII,
nunc meritiſſimi Decani.

Spoletana Beneficij, 18. *Decemb.*1587.

ARGVMENTVM.

In cauſa Spolij falſitas inſtrumenti debet clarè probari.

SVMMARIVM.

Falſitas publici inſtrumenti nullum habentis vitium in ſui facie,debet clarè probari,præſertim in cauſa ſpolij.nu.1.

DECISIO LIII.

1 DIxerunt Domini quod expedirem cauſam, non obſtantibus deductis, quia cum ſimus in materia ſpolij, & adſit inſtrumentum publicum, nullum vitium habens in ſui facie, debet ſpoliator clarè probare falſitatem, quam non probat; teſtes enim nihil faciunt, vt fuit dictum coram D. meo Blãchetro. Proceſſus Criminalis oſtenſus non afficit, quia D. Ioannes non fuit citatus; vltra quod in ipſo nihil adeſt, quod relevet; inſtrumenta, quæ modo oſtendunrur, non loquũtur de mandato Procuræ ſub die 9. ſecundo loco rogatum, vbi adeſt clauſula, aliorũ quorumcunque bonorum; & ideo non facit ad rem.

MI

ILLVSTRISSIMI ET REVER. D. Serahin Cardinalis,

Romana Vinea, Veneris, 29: Ianuarii 1588.

ARGVMENTVM.

Bannitus cum confiſcatione bonorum habetur pro mortuo, eique in iudicio denegatur audientia, tum de iure cõmuni, tum de iure Statutario Vrbis. Cætera videas in ſummarijs.

SVMMARIVM.

Bannitus cum confiſcatione bonorum habetur pro mortuo, nec habet legitimam perſonam agendi in iudicio, eique denegatur audientia, tam de iure communi, quam ex diſpoſitione ſtatuti Vrbis. nu. 2.

Bannitus ſine confiſcatione bonorum, an amittat iura propria ciuitatis; an ſit capax hæreditatis ſibi delatæ; Et an poſſit teſtari. in additionib. lit. A,

Confitens ſe non habere ius in cauſa, repellendus eſt a iudicio. num. 3.

Res iudicata pro veritate habetur. nu. 3.

Pactum in inſtrumento locationis appoſitum, quod locatarius, ſeu emphyteuta non poſſint vineam, puta locatam, aut in emphyteuſim datam, alienare, ſeu vendere vltra ipſorũ vitam, valet & tenet. nu. 3. etiam quod alienatio fiat ex cauſa neceſſaria. d. nu. 3.

DECISIO LIV.

1 FVit dubitatum, an D. Cæſari, vel habentib. cauſam ab eo, competat actio ad recuperationem Vineę, de qua agitur, contra DD. de Gymnaſiis poſſeſſores, habentes ius a D. Helena, quæ Vineam prius D. Alexandro & eius filiis ad eorum vitam cõceſſerat; & dubitationem faciebat, quod cum D. Helenam d. Vineam cõceſſiſſet ad eorum vitã, & adhuc ſupereſſet in humanis Cæſar Palanterius, licèt bannitus, nõ videbatur potuiſſe, viuo Cęſare, Vineam occupare, & aliis vẽdere, prout fecit; & ideo competere actionem ad eam recuperandam Cęſari, vel habentib. cauſam ab eo, nempe D. Sauarello ſiue eius, hæredib. vel D. Numæ eorũ Ceſſionario, qui conſequuti fuerant Vineam, & ſubhaſtatione facta ad Inſtantiam D. Piſcinæ fideiuſſoris de repræſentando Cæſarem Curiæ, ſub pœna quingenrorum: Pro quib. quingentis ab eo ſolutis recuperandis, deuentum fuerat ad ſubhaſtationem Vineæ, & deliberata D. Sauarello.

2 Tamen D. concordes fuerunt, nullam Cęſari, neq; habentib. cauſam ab eo, competere actionẽ contra DD. de Gymnaſiis; Non enim Cęſari dari poreſt actio cum ſit bannitus, & eius bona cõ-
a fiſcata: [a] Ideo habetur pro mortuo. Tiraqu. *de retract. Lignag.* §. 1. *gl. 9. n. 27. cum alijs*, & denegatur ei audientia, tum ex iuris communis diſpoſitione, Bal. *in l. fina.* §. *neceſsitatem. nu. 4. C. de bon. quæ liber. cum simil. lib.* Tum ex diſpoſitione ſtatutorum Vrbis, *c. 16. & 17. lib. 2.*

3 Quantum vero ad dictos Sauarellos & Numã, pretendentes ſe ab eo cauſam habere, idem eſt dicendum; Primo, quia tam Numa, quam hæredes Sauarelli ex eorum confeſſione repelli poſſunt, cum faſſi fuerint, alter iudicialirer, alii vero in ceſſione facta ad fauorem Numæ, ſe nullum ius in dicta Vinea habere *l. 1. C. de confeſſ.* Sauarellus autem ſuccubuit in curia Capitolina, & contra cũ adeſt res iudicata, quæ pro veritate habetur; Secundo, quia prætenſum ius ipſorum pẽdet a ſubhaſtatione, & deliberatione Vineæ facta Sauarello, quæ fuit nulla, tum quia portio Horatij vnius ex vocatis in conceſſione facta Alexandro cõſolidata fuerat cum proprietate, cum ipſe portionem ſuam retroceſſiſſet Do. Helenæ; & ideo ſubhaſtatio non poterat fieri ſuper illa portione; tum etiam quia expreſsè cautum fuerat in inſtrumento pręfatæ conceſſionis, vt Domini Locatarij, vel emphyteutæ non poſſent dictam Vineã alicui vendere, cedere, nec concedere, pignorare, locare, vel alias quomodolibet alienare vltra vitam eorum; ſed ſi durantibus vitis eorum, vellẽt alicui, vel aliquibus vendere, tenerentur prius requirere D. Helenam & ſuos hæredes & ſucceſſores, ſi voluerint eam habere pro eiſdem precio & conditionibus, & poſt huiuſmodi requiſirionem & intimationem poſt decem dies eis nõ acceptãtibus, alteri cõcedere poſſent: quo pacto ſtante, ſubhaſtatio & deliberatio eſt nulla, vt ĩ proprijs terminis extat *conſ. Bald. 306. lib.* 1. qui multis, & optimis rationibus ita concludit etiam, quod alienatio fiat ex cauſa neceſſaria, & per viam ſubhaſtationis: Quare hic apparet, nullũ ius ex ſubhaſtatione nulla, fuiſſe quæſitum iſtis DD. Sauarellis, & Numę, & ex hoc ſolo fundamẽto tolluntur omnia ex aduerſo allegata, & ideo cõcluſum DD. Gymnaſios eſſe tã in poſſeſſorio, quã in petitorio ab impetitis abſoluendos.

ADDI-

Decisio LV.

ADDITIO.

a *Confiſcata.* Ergo ſi quis fuerit bānitus ſine cōfiſcatione bonorū, non habetur pro mortuo; is. n. quoad bona nō amittit iura propria ſuę ciuitatis, ſecundum Cor. *in l. 1. nu. 6. verſ. & tenendo hāc communem. C. de hæred. inſtit.* vbi tamen adducit etiam cōtraria, & pro eorū ſolutione diſtinguit: Diſtinctionem ibi videas. Imo. *in l. ex facto. §. ex facto. nu. 20. ad med. verſ. ſecus ſi bona non eſſent publicata. ff. ad Trebell.* Rip. *in d. §. ex facto. nu. 16. in fi.* Gozzad. *conſ. 96. n. 7.* Decian. *conſ. 64. n. 44.* Quos & alios refert Clau. ad Bert. (licet nō ad hoc propoſitum) *in conſ. 489. lit. A. verſic. Quarto limita.*

Hinc bānitus etiā in pęnā mortis, ſed ſine publicatione bonorū, qđ ſit capax hæreditatis ſibi delatę tā de iure ciuili, q̄ de iure municipali, voluit Saly. *in l. 1. n. 22. C. de here. inſtit.* q loquitur in caſu ſtatuti Bononię, volētis, qđ pro homicidio bona non publicentur. ſequitur ibidem Corn. *n. 6. verſ. Et tenendo hanc opin.* vbi diſputat de veritate huius concluſionis, & poſtea diſtinguit.

Contrarium, quod imò bannitus etiam ſine publicatione bonorū amittat iura ſuæ ciuitatis, quando poteſt impunè offendi, voluit poſt Bar. quem allegat, Pereg. *de iure fiſci lib. 3. tit. 7. n. 9. in fi. & n. 10.* faciens generalem cōcluſionem, quod publicatio bonorum non eſt cauſa, vt bannitus amittat iura ſuę ciuitatis, ſed benè hoc operatur facultas a ſtatuto data, vt is impunè offendi poſſit; ideo eo ipſo, quod poteſt impunè offendi, amittit iura municipalia, quamuis ſibi bona non fuerint publicata, vt ibi per eum. Qui tamen declarat hoc procedere in ſimpliciter cōdemnato: ſecus in condemnato in pęnam pecuniariā, adiecta conditione, vt donec illam ſoluerit, poſſit impunè occidi; Tunc enim pęna impunè offenſionis non eſt mortalis, ſed medicinalis & reſolubilis per ſolutionem pecuniæ; ideo ſuæ propriæ ciuitatis iura bannitus retinet, ex Bart. & Salyc. *in locis per eum relatis.* Simon. de Pret. *de interpr. vlt. volun. lib. 2. interp. 2. dubit. 1. ſolut. 1. nu. 12*

Sic & bānitus in pęnam mortis, & qui poteſt impunè offēdi in caſu, quo de iure teſtari nō poteſt, qđ nec ēt teſtari poſsit, quamuis eius bona non ſint publicata, cōſuluit Menoch. *cōſ. 492. n. 20. in fi. & ſeq. lib. 2.* vbi reprobat contrarios, & adducit concordantes: quod tñ ego intelligēdum crederem, ſi bannitus teſtetur in loco, in quo eſt bannitus, vel ēt extra territorium dictę ciuitatis, vel ſecundū ius commune, vel ſecūdum ſtatuta loci, in quo teſtatur etiā de bonis in loco banni exiſtentibus; Tunc. n. hoc teſtamentum valere, dixit idem Menoch. *d. conſ. 492. nu. 9. 12. & 14*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

M1

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Blanchetti Cardinalis,

Vrbeuetana Legati, 12. Febr. 1588.

ARGVMENTVM.

Bannitus quando poſſit teſtari, quandove dicatur condemnatus, propter contumaciam, & quando propter delictum.

SVMMARIVM.

Bannitus authoritate Papæ non habet teſtamenti factionem. nu. 1. & in add. lit. A. vbi de materia, An & quando bannitus poſſit teſtari.

Bannitus a Gubernatore Vrbis vigore commiſſionis a Papa emanatæ, dicitur bannitus authoritate Papæ. nu. 1. & in addit. lit. B

Bannitus & condemnatus in contumaciam ex præcedentib. teſtib. probantibus delictum, dicitur condemnatus propter delictum, & non propter contumaciam. nu. 1

Sententia contra bannitum & contumacem lata, propter eius non comparitionem, facit notorium, nu. 1. in fine.

Supplicans vel abſolutionem petens regulariter non dicitur fateri delictum, fallit quando in ſupplicatione expreſſe narratur factum, ex quo reſultat delictum, nu. 2

Teſtamentum primum validum, non reuocatur per ſecundum inualidum. nu. 3. & in add. lit. C

Mandatum præſumitur ex impenſa, quam facit Procurator in expediendo ſupplicationem, præſertim ſi poſtea principalis ipſa gratia vſus fuit, nu. 3

DECISIO LV.

1 DOmini dixerunt, ſecundum teſtamentum Capitanei Gualterij fuiſſe nullū; fuit. n. cōditum tpe, quo ſibi erat prohibita factio teſta-
a menti, cum eſſet bannitus authoritate Papæ. [a]
Rip. *in l. ex facto. §. ex facto. nu. 18. ff. ad Trebell.* Matheſ. *in trac. ſucceſſ. ab inteſt. art. 3. nu. 43.* cum aliis plurib. allegatis per D. Coronatū, quæ applicantur propoſito caſui, qa Capitaneus Gualterius fuit cōdēnatus a Gubernatore Vrbis vigore cō-
b miſſionis [b] a Papa emanatæ, non ob contumaciam, ſed propter delictum; cum enim ex teſtib. examinatis Viterbij & ad Gubernatorem Vrbis tranſmiſſis, fuerit probatum delictum, ſententia non dicitur interloquutoria, propter contumaciam, ſed diffinitiua propter delictum, vt fuit dictum in illa Romana Canonicatus Sancti Angeli coram bo. me. D. Cotta, & in alia ciuitatis Caſtelli coram R. P. D. Seraphino; quæ ſententia propter non comparitionem Gualterij, fecit notorium, & ex Bulla Pij Quarti; ex quo ſequitur, vt vigore Bullarum fuerit effectus inteſtabilis.

2 Iuſtificantur etiam ſententiæ ex confeſſione Capitanei in precib. vulgata *l. cum præcum. de lib. cauſ.* Nec obſt. regula q̃ petens abſolutionem nō cenſeatur fateri, Rot. *deciſ. 11. de excom. in antiqu.* Couar. *in c. Almamater. par. 1. §. 12. num. 1. de ſent. excom. in 6.* Quando enim in precibus refertur factū tale, à quo reſultat delictum, tunc petens abſolutionem habetur pro confeſſo. Prępoſ. *in c. ad præſentiam. nu. 3. de appellat.* Abb. *in c. exhibita. prope finem. de homicid.* Couar. *vbi ſup. nu. 3.*

3 Non obſtat, ꝙ non conſtat de mandato ipſius dictam ſupplicationem fuiſſe porrectã, tũ quia adeſt præſumptio oriens ex impenſa, tũ ẽt quia ipſe fuit vſus ipſa gratia; ex his ſequitur, quod ſecundum teſtamentum conditum tempore inhabili, [c] non annullat primum, prout fuit deciſum

c coram bo. mem. D. Lauretano.

ADDITIONES.

a *Authoritate Papæ.* Non ſine ratione in hac deciſione ponderatur, ꝙ iſte Capiraneus erat bannitus authoritate Papæ: Niſi. n. ſic fuiſſet bãnitus, de iure cõi non amiſiſſet teſtamenti factionem, ſecundum Bar. *in l. eius qui. §. ſi cui. nu. 2. ff. de teſt.* Bal. *ibid. nu. 3. verſ. aut vult teſtari ſecundũ ius cõe.* Imol. *n. 6. in fi. verſ. ſed poſſet bene teſtari ſecundum formã iuris cõis*, & Aret. *col. 5. poſt num. 4. verſ. vnus eſt.* Boſſ. *in tit. Banniti quid amitt. nu.* 13. vbi de cõi,
* Capra *conclu.* 102. *n.* 110. vbi etiam de cõi. Bero. *in conſ. 8. per tot. lib. 2. vbi n. 6. et ſeqq.* hanc concluſionem cõprobat quinq; ſundamentis. Viu. *opin.* 79. *nu.* 3. qui etiam de cõi. Clar. *in §. teſtamentum. q. 19. ſub verſ. aliquando vero ad med.* vbi quod in hoc oẽs cõcordant. Io. Petr. Surd. *conſ. 90. nu.* 38. vbi de cõi, & ſeruata opinione. Menoc. *conſ.* 281. *nu. 25. lib.* 3. vbi etiam de cõi. Authoritas ergo Papæ, vel Imperat. operatur, vt bannitus teſtari nõ poſſit, etiam de iure cõi, ptout in ſpecie ſic voluit Io. Sicar. *in l. 1. nu. 17. in fi. C. de hæred. inſtit.* prout eoſdem ẽt hæreditatis, & ſucceſſionis ipſis delatæ incapaces facit, ſecundum eundẽ Io. Sicard. *in d. l. 1. nu. 15. verſ. ſi autem ab Imperatore, et d. nu.* 17. vbi ampliat ẽt in bannito a Camera Imper. Pau. Granur. *theorem. 4. nu.* 14. Michael Craſſ. *in trac. de ſucceſſionib. §. ſucceſſio ab inteſtato. q. 7. n. 2.*
* vbi de cõi. Simon de Pret. *de interpret. vltimar. volunt. lib. 2. interpr. 2. dubitat. 1. ſolut. 1. n. 11. fol. mihi* 124. Et eſt ratio, quia ſic bãniti a Papa vel ab Imperatore generaliter amittunt etiã ea, quæ iuris cõis ſunt, ex allegatis per D. meum Farina. *in ſua pract. crim. p. 2. tit. de var. ac diuerſ. quaſt. q. 102. nu.* 59. in qua quidem quæſtione ad ſaturitatem explicatur, an, & quando bannitus priuetur teſtamenti factione actiua vel paſſiua.

b *Vigore commiſſionis a Papa.* Aduerte, quia aut ſumus in delegato à Papa, vel ab Imperat. ſpecialiter ad illã cauſam; & tunc ſine dubio bannitus a tali delegato cenſetur bannitus bãno Papali & Imperiali, prout ſunt termini huius deciſionis, & loquitur Honded. *in conſi. 76. nu. 22. lib. 1.* qui teſtatur de cõi opinione: ſi vero ſumus in delegato Papę, vel Imperatoris, non ſpecialiter ad illam cauſam, ſed generaliter, & tunc diſtingue, vt per Boſſ. *in tit. de bono. publicatione, ſub num. 69. ad med. vſq; ad finem*, cuius diſtinctionem reaſſumpſit D. meus Farinac. *d. q. 102. nu.* 63. Et ibid. *nu. 59. et ſeqq.* vbi alia ad materiam banniti authoritate Papæ, vel Imperatoris.

c *Tempore inhabili.* Quod primum teſtamentum validum non reuocetur per ſecundum inualidũ, & de materia, vide poſt alios, quos referunt, antiquiores, Cæphal. *conſi. 32. num.* 22. Diaz. *reg.* 733. Clar. *in §. teſtamentum. q. 96. et* 97. Roland. *conſil. 33. num. 4. et 5. lib.* 4. Ioſeph. Ludou. *concluſ. 58. in octaua ampliatione.*

Fam. Cent. I. V. D. Galleſ.

B V B A L I

Ceſarauguſtana ſtatus, nona. Martij. 1588.

ARGVMENTVM.

Controuertitur in hac deciſione, an, & quando abſolutionem petens ab excommunicatione, dicatur fateri criminis reatum & excommunicationem ipſam: et quando etiam abſolutio cenſeatur petita ſimpliciter, ſeu potius ad cautelam.

S V M M A R I V M.

Abſolutionem petens ab excommunicatione incurſa propter matrimonium contractum cum conſanguinea, cenſetur vtique ipſum matrimonium fateri, vt n. 1. poſt medium.

Excommunicatus propter ſponſalia contracta cum ſua conſanguinea per verba de futuro, ab ſolui poteſt ab Epiſcopo. nu. 2. Et an ex hoc cenſeatur excommunicatus contrahẽs dicta ſponſalia. nu. 1. in fine.

Crudelis eſt, qui ſuam famam & honorem negligit, nu. 3. ante finem.

Abſolutionem petens ab excommunicatione propter delictum quod quis non commiſit, male facit, & peccat. n. 3. in fin.

Peccat mortaliter, qui moritur in confeſſione affirmando, aut negando contra veritatem aliquod peccatum mortale. n. 3. in fine.

Delegatus apoſtolicus non poteſt abſoluere ad cautelam, niſi ſpecialiter talis abſolutio ſibi commiſſa fuerit. n. 4.

Abſolutio ad cautelam nõ dicitur, quãdo illa fit in forma eccleſiæ cõſueta, ſeruatis iis quæ ſeruari debent dũtaxat in eo, qui certa aliqua excommunicatione innodatus eſt, nu. 5

Abſoluendus ab excommunicatione iurat de parendo mandatis eccleſiæ, & ſibi iniungitur penitentia. nu. 5. in fi.

Abſolutio excommunicationis non dicitur data ad cautelam, quando abſoluendus iniuncta ſibi penitentia iurat de parendo mandatis eccleſiæ. nu. 5. in fine.

Delictum in dubio non præſumitur, & quando præſumitur, præſumi debet potius minus delictum, quam maius. n. 9. & in addit. lit. A,

Actor debet concludenter probare ſuam intentionem. nu. 11.

Alternatiua oratio ſufficit, vt in vna parte verificetur. n. 11.

Cõfeſſio incerta & dubia non præiudicat confitenti. n. 11. ante fi.

Forſan, dictio licet aliquando ſtet aſſertiue, hoc tamen erit impropriè, non autem propriè. nu. 11. in fine.

Confeſſio, vt noceat cõfitenti, nõ eſt faciẽda improprìatio verborũ, immo vt nõ noceat, verba improprianda ſunt. nu. 11.

Confeſſio qualificata in ciuilibus non ſcinditur, ſed debet tota

bet tota acceptari, vel tota recuſari, licet ſecus ſit in criminalib. nu.14.

Confeſſio dubia, & cum incertitudine admittitur in ciuilibus. nu.12.

Iudex debet eſſe ſemper promptior ad abſoluendum. nu.12. in fine.

Excommunicatio non infert contractum matrimonii, & ad quem effectum iſto caſu ſit neceſſaria abſolutio ab excōmunicatione, nu.13

Abſoluendi poteſtas data alicui quatenus opus ſit, importat etiam ſpecialem commiſſionem abſoluendi ad cautelam. nu.13. in fine, & nu.16

Abſolutio ab excommunicatione cum conditione, vt quatenus abſoluendus ſit excommunicatus, valet, nu.18. in fine.

Conditio de præſenti actum non ſuſpendit. nu.15. in fi.

Confeſſio facta in precib. dicitur ficta, & implicita, nu.17.

Confeſſio ficta non nocet confitenti in alio iudicio, nu.17. & in addit. lit. B

Abſolutio excommunicationis ad cautelam, nō datur a ſententia lata a Canone, nu.19

Abſolutio excommunicationis ad cautelam poteſt dari ſuper facto dubio, vel etiam probabili dubio iuris. nu.18

Geminatio actuum non dicitur, quando vnus poſt alium ſequitur incontinenti, nu.19.

Teſtis vnus deponens de ſama, de qua nemo alius deponit, nullam facit fidem, nu.20.

DECISIO LVI.

1 NOn liquet, vt videatur, an eſſet neceſſariū, perinde valere, propter aliquā excōicationem incurſum, abſq; eo, ꝙ fuerit incurſus reatus inceſtus ante exequutā diſpēſationem, prout in diſcurſu extenſi. In quo reſolutum fuerat in hac cauſa pro maiori parte Dñorū ſub die 21. Nouēbris 1556. Conſtare, ſequutā fuiſſe copulā inter D. Don Petrū de Luna & Agnetē de Mēdozza, ſaltem poſt datam mandati de diſpenſando per eos obtenri, & ante illius exequutionem. Quam probationem colligebant Dñi principaliter ex confeſſione dictorū coniugum in literis, perinde valere, per eos obtētis, iunctis adminiculis, cum deductis pro parte Illuſt. D. Don Ioannis de Luna, q̄ adminicula conſiſtebant potiſſimum in dictis quatuor teſtium, quorū ſummarium tūc datum fuerat; poſtea vero in deciſionibus factis ſuper fide dictorum teſtiū, & ſuper exceptionibus quę contra illos opponebantur pro parte Ill. D. Don Michaelis de Luna, vnus ex d. teſtibus reiectus fuit, & alius reſeruatus arbitrio. Hinc ſumpta occaſione cum de nouo controuerteretur ſuper d. reſolutione facta ſuper copula ob reiectionem d. teſtium, propoſito dubio ſuper eiſdē die Mercurij 9. Decemb. 1587. non potui tunc capere reſolutionem propter varias Dñorum opiniones; vnde iterum ꝑ me propoſito dubio ſub die 9. Martij 1588. Dñi pariter in contrarias iuerunt ſnīas. Aliqui. n. putabāt, ſtandū eſſe in reſolutis, ex rationibus deductis in deciſione q̄ iſtis Dñis multū vrgere videbantur; & conſiderabāt, gratiam, ꝑinde valere, duo principaliter cōtinere, abſolutionē a generali excōicatione, & reualidationem primæ diſpenſationis. Prima pręſupponit contractum matrimonij inter cōiunctos vere, vel ex opinione contrahentium, ad not. *in Clemen. 1. de conſan. & affin.* Reualidatio neceſſario pręſupponit primam diſpenſationem inualidam, propter aliquod impedimētum: Aliud aūt impedimentū non narratur, niſi inceſtus, qui cōtrahitur per copulam inter coniunctos ante obtētam & exequutam diſpenſationē. Cum igitur gratia, perinde valere, non fuerit neceſſaria ꝑꝑ ſuſpicionē excōicationis, dicēdū eſt, illam fuiſſe obtētā, ad reualidādū primā diſpēſationē ſubreptitiā, propter inceſtū cōmiſſū. Quod aūt gratia perinde valere, nō eſſet neceſſaria propter incurſum excōicationis, apparet primò, q̄a Doct. non cōtrouertunt, an per ſpōſalia de futuro incurratē excōicatio, & iō non erat neceſſaria abſolutio.

2 Secūdo, q̄a nec pro tali abſolutione fuerat neceſſariū adire Papā; Ep̄s. n. a tali excōicatione abſoluere poterat, vt per Doct. *in c. nuper. de ſent. excom.* Couar. *in c. Alma mater.* §. 12. *n.* 5. *eo. tit. in* 6.

3 Tertio cōſiderabant colligi claram cōfeſſionē copulæ ex petitione abſolutionis, & acceptatione facta per ipſoſmet cōiuges oēs, quæ declarat mentem ipſorum oratorum in eo, quod ſub dubio forte confeſſi fuerunt in literis perinde valere; nam in petitione abſolutionis ipſi oēs petunt abſolutionem a generali excōicationis ſentētia, incurſus reatu, & aliis cauſis: ex quib. verbis duo colliguntur, primum quod iſti oēs petūt abſolutionē ab incurſu excōicationis. Secundū, quod petunt abſolutionem a reatu inceſtus; vnde quāuis dubitari poſſit, an hæc abſolutio ab excōicatione ſit ſimpliciter, vel ad cautelā, & an ex hac abſolutione oratores cōfeſſi fuerint delictum, tñ quoad abſolutionem a reatu inceſtus res non videbitur habere difficultatem apud iſtos, Dños, tum q̄a non eſt veriſimile, quod per actus p̄latos ſe de inceſtu infamaſſent, cū dicat D. Augu. crudelē eſſe, qui famam ſuam negligit; tum ēt quia ſi ipſi conſcii fuiſſent, nullum inceſtū contraxiſſe; & ita mortaliter peccaſſent, petēdo abſolutionē a delicto, quod non commiſerant; nam mortaliter peccat, qui moritur in confeſſione affirmando, aut negando contra veritatē aliquod peccatum mortale. Nauarr. *in Manual. c.* 21. *n.* 37. Tum & tertio, quia non eſt veriſimile quod dicti coniuges poſuiſſent ſe in periculo ponendi in controuerſiam, an Proles interim nata, eſſet ex legitimo matrimonio, vt modo experientia docet.

4 Præterea ſi nō p̄ſupponeretur confeſſio ipſorū coniugū, executio commiſſarii fuiſſet ſine iuriſdictione, quia cū haberet poteſtatē abſoluendi quatenus opus eſſet, abſoluiſſet quatenus opus non eſſet; & non eſt veriſimile, dictos coniuges voluiſſe facere actū fruſtratoriū cū tot ſolemnitatibus; nec pōt dici, ꝙ hæc abſolutio ſit ad cautelam. Primò quia delegatus amplius nō abſoluit ad cautela niſi ſpecialiter ei commiſſum fuerit. Couarr. *in d. c. Alma mater.* §. 12. *nu.* 8. Naua. *in Manual. c.* 27. *n.* 278. iuxta gl. *in c. capitulū. de reſcr.*

5 Secundo non poteſt dici abſolutio ad cautelam ex modo exequendi in forma eccleſiæ conſueta, ſeruatis iis, quæ ſeruari debent in eo qui certa aliqua excommunicatione innodatus exiſtit, vt per Nauar. *in cap. 1 in princ. num.* 54. & 66.

de pœnit.d.6. Nã talis abſoluẽdus iurat de parendo mandatis eccleſię,cũ recitatione pſalmi,& oratione,& iniſigitur pęnitentia:quæ omnia comprobanr,nõ fuiſſe præſtitã abſolutionem ad cautelam,maximè attenta qualitate perſonarum.

6 Tertio,vt ſupra dictum eſt, licet abſolutio ad cautelam poſſit conuenite abſolutioni ab excõmunicatione,non tamen adaptatur abſolutioni a reatu inceſtus,cum ſit peccatum mortale,& annullat diſpenſationem obtentam; & ideo de neceſſitate dicendum eſt,omnes dictum reatũ confiteri voluiſſe petendo abſolutionem,& obtinẽdo reualidationem diſpenſationis.

7 Nec obſtat, quod petierint abſolutionem, & exequutionem literarum iuxta illarum formam, quæ cum eſſent cõceptæ dubitatiue,cum dictione,forſan,etiam abſolutio cẽſetur petita dubitatiue;quia fuit reſponſum,ꝙ cum cõmiſſa eſſet facultas abſoluẽdi,quatenus opus eſſet, Oratores per cõparitionem, & acceptationem declararũt opus eſſe,nec erat opus aliqua certificatione iuxta trad.per Lap.*alleg.*60. & quod expreſſum erat in ſupplicatione ſub dubio forſan de Copula ante exequutam diſpenſationem, certum reddiderunt acceptando pęnitentiam ſalutarẽ, quę pro inceſtu iniungi conſueuit.

8 Nõ obſtat,quòd gratia,pinde valere, dẽt recipere interpretationem a mãdato, quod eſt reſtrictum ad petendam abſolutionem ab excõicatione,quia mandatum eodem die,quo fuerunt contracta ſponſalia,fuit datum ad obtinendam primam diſpenſationem;& veriſimile eſt aliud mãdatum ſuperueniſſe ad obtinẽdum literas, perinde valere,omnino diuerſas a prima diſpenſatione,& poſt biennium obtentas.

9 Non obſtat,quod interpretatio fieri debeat ad excludẽdum delictum,quia, vt ſupra dictum eſt,
a maius [a] delictum erat confiteri peccatum, quod non erat commiſſum.

10 Coadiuuabant etiam hanc confeſsionẽ ex dictis teſtium,qui non fuerunt reiecti ponderãdo eorum dicta,iuxtà diuiſionem iam factam.

11 Alij vero Domini in contrariam venerũt ſententiam,cẽſentes,recedẽdum eſſe a reſolutis,nẽpe,quod ex omnibus deductis non probetur copulam interueniſſe ante ſequutam diſpenſationem;mouebantur,quia cum Illuſt. D.Don Ioãnes ſit actor, debet concludenter probare ſuã intentionem;& ſic non ſolum copulam, ſed etiam illam ſequutam fuiſſe de tali tẽpore,ita vt annulletur matrimonium. Confeſsio autem quæ elicitur ex literis,perinde valere,non ſatis videbatur iſtis Dominis concludere;dicebant enim confeſſionem fundatã in literis,perinde valere, eſſe incertam,duplici reſpectu, vel quia plura narrãtur alternatiuè,quorum ſufficit alterum verum eſſe; vel quia dũ narratur copula, eſt appoſita dictio, forſan,ꝙ regulariter ſtat dubitatiue.Cum igitur confeſsio ſit incerta,& dubia,non poteſt aliquo modo pręiudicare confitenti.Soc.*in c. dilecti.nu.* 53.*& num.63.verſ.ſecundo caſu . de libell. oblat.* Et quamuis dictio,forſan, aliquando ſtet aſſertiuè, tamen hoc intelligitur impropriè, & non eſt facienda impropriatio, vt confeſsio noceat confitenti,ſed potius improprianda eſt confeſsio, vt minus noceat,iuribus vulgaribus.

12 Neq;abſurdum vr̃ eſſe,ꝙ quis in facto proprio dubiam cõfeſsionem faciat,quia quicquid ſit in criminalibus,expeditũ eſt in ciuilibus,licere confitenti adijcere qualitatẽ,quã voluerit,quę non ſcinditur,& ſic poteſt ẽt fateri ſub dubio,& cum incertitudine,vt per Bertran.*conſ.94.n.4.p.2. lib.* 2.cum alijs allegatis. Cum igitur hic non habeamus confeſsionẽ certam & clarã, ſed potius elicitã ex veriſimilitudine & præſumptionibus,nõ debet aliquo modo iudicari,intẽtionem actoris eſſe fundatam ex hac cõfeſsione;nec talem adeſſe probationem, vt motus animi iudicis compellatur ad ſequendum acta,& plene probata, quia in dubio promptiores ſumus ad abſoluẽdum,vt bene tradit Bal.*in rub.de contron.inueſtit.nu.7.verſic.ex his concluditur.*

13 Nec dici poteſt,gratiã,pinde valere,fuiſſe ſuperfluam & fruſtratoriã,quia poteſt verificari in vna parte alternatiuę; nempe in abſolutione ab excõicatione,quam putabant Oratores incurriſſe,ob ſpõſalia contracta: credebant enim dubitari potuiſſe,an ex illis contractũ fuiſſet matrimonium de præſenti,quod apparet ex quo eadẽ die conſtituerunt procuratorem,ad petendam abſolutionem ab excõicatione; & quãuis excõicatio non impediat contractum matrimonij.*c.ſignificaſti.de eo,qui dux . in matrim.quam pollu.per adulterium*:tamen neceſſaria erat abſolutio, ad effectum,vt diſpenſatio ipſis Oratoribus ſuffragaretur.*c.1.de reſcr.in 6.*vltra quod hæc abſolutio poterat peti ad cautelam;quod ſuadeť ex verbis ipſarũ literarũ, dũ in eis ſpecialiter datur facultas abſoluẽdi,quatenus opus ſit; ꝙ verba referri pñttã ad abſolutionẽ ab excõicatione,quã ab inceſtu;& dicta verba,quatenus opus ſit,important ſpãlem cõmiſsionem abſoluẽdi etiã ad cautelã.

14 Nec obſtat ,pſtatio, & petitio abſolutionis, quia omnia narrantur cum relatione ad ipſas literas nec ex eis põt colligi aliqua confeſſio,quia non conſtat ſuper quo Oratores petant ſe abſolui,ſed ſemper dicunt ſuper contentis in literis, quæ ſunt dubitatiuæ & alternatiuæ.

15 Non obſtat abſolutio, quia ipſa etiã eſt alternatiua,tũ ratione perſonarum, dum dr̃,ſeu eorũ alter;tum ẽt ratione criminũ,quia non exprimiť aliquod crimen pro certo,ſed ſemp adeſt relatio ad literas, in quibus delicta exprimuntur alternatiue;& cum detur facultas commiſſario abſoluendi quatenus opus ſit, referendo ſe ad literas cõmiſſarias,cenſetur abſoluiſſe ſi opus eſt, quod fieri poteſt.Nauar.*in Manual.c.26.nu.*12.Vbi dicit,quod valet abſolutio dicendo, ſi feciſti, aut pręſtitiſti talem rem,ego te abſoluo,quia eſt cõditio de præſenti,vel de pręterito,quę actum nõ ſuſpendit.*l.cum ad præſens.ſi cert.pet.*

16 Non obſt.acceptatio penitentię, quia ſit retẽtis ijſdem terminis,videlicet,quoquõ, & quatenus opus ſit,& dici põt fuiſſe obtentam ad cautelam.Put.*deciſ.96.lib.*2.vel ad redimendam vexationem.Bal.*in c.1.§.iniuria.* de pact. iur. firma.

Præterea

17 Præterea in omnem euentum hæc cõfeſſio fa-
cta in precibus, dicitur ficta, & implicita, Fely. *in
cap. 2. numero 7. de exceptio.* Gabr. *de confeſſ. con-
cluſ. 4. nu. 32.* Quæ confeſſio ficta neque ipſi con-
b fitenti nocet in alio iudicio [b] Corn. *conſ. 274.
nu. 5. & 8. lib. 3.*
18 Non obſtat, quod abſolutio ad cautelam nõ
datur a ſententia lata a Canone. Franc. *in cap. ſo
let. n. 2. de ſent. excom. in ſexto*. Quia reſpondetur,
quod ſuper facto dubio vel probabili dubio iu-
ris, poteſt etiam dari abſolutio ad cautelam, vt
per Docto. *in d. cap. ſolet.*
19 Non obſtat adminiculum ſumptum ex gemi
natione, tum quia omnia fiunt ſemper cum rela
tione ad literas, vt ſicut illæ non probant, ita nec
inde ſequuta. *l. 1. C. de error. calcul.* tum quia om-
nia fiunt incontinẽti, & vnico actu, & ſic ceſſat
geminatio, ad trad. per Euerard. *in loco a vi gemi-
nationis, in fine.*
20 Non obſtant adminicula ex dictis teſtium,
quia ſublato 17. teſte, non videtur aliqua fides
adhibenda tertio teſti, qui fuit remiſſus arbitrio,
quia cum deponat de fama, de qua nemo alius
deponit, non videtur ei credendum ſuper re tam
inueriſimili.
21 Alij teſtes non videntur percutere tempus il-
licitum ante exequutam diſpenſationem, ſed po
tius videntur attingere tempus poſt exequutam
diſpenſationem, vt bene deducunt informantes
pro parte Illuſt. D. Don Michaelis, & videtur re
pugnare honeſtas D. Agnetis, quę tollit omnem
prę ſumptionem, ſi qua eſſet ex perſona D. Petri.
22 Vnus aũt ex Dñis conſiderabat, quod ſi literę,
perinde valere, non erant neceſſariæ propter ali-
quam excõicationem incurſam, quod tũc de ne-
ceſſitate dicendum eſſet, literas fuiſſe obtentas
propter reatum inceſtus, quia non ad alium effe
ctum poterant obtineri, ex quo reſultabat etiam
confeſſio copulæ; & ideo cũ ex varietate opinio-
nũ non potuiſſet capi reſolutio, placebat Domi
nis quod videretur, an ex ſtylo illorũ tpm dare-
tur abſolutio ab excõicatione ad effectum vali-
ditatis diſpenſationis; & an eſſet neceſſarium,
perinde valere, propter aliquam excommunica-
tionem incurſam abſq; eo, quod fuerit incurſus
reatus inceſtus ante exequutam diſpenſationẽ.

ADDITIONES.

a *Maius delictum.* Sicut ad excluſionem delicti
omnis interpretatio facienda eſt, etiam per im-
propriationem verborum, ſecundum glo. *in c. ne
quis arbitretur. in gl. 1. ad finem. 22. q. 2.* Marſil. *conſ.
2. nu. 9. verſ. Et adduci poteſt, & in rubr. de fideiuſſo-
rib. nu. 63.* Aym. *conſ. 6. nu. 126. & conſ. 9. num. 24.*
Gabr. *lib. 7. concluſ. 2. nu. 10. & nu. 15.* Bertaz. *conſ.
76. nu. 21. lib. 1.* Maſcar. *de probat. lib. 2. concl. 1003.
num. 7.*

Ita quando per quamcumque interpretatio-
nem delictum excludi non poteſt, ſemper capien
da eſt illa interpretatio, quæ maius delictum ex-
cludat, & minus includat. Bald. *in l. fi. col. fi. verſ.
ſed ſi nihil apparet. num. 17. C. de ædilit. action.* Ro-
man. *conſ. 455. num. 5. & ſeq.* Alciat. *de præſumpt.
reg. 1. præſump. 6. nu. 1. & ſeqq.* Vbi pluribus illatio
nibus, & exemplis hanc concluſionem exornat.
Gabr. *d. concluſ. 2. num. 6.* Rolan. *conſil. 11. nu. 38.
lib. 3. & conſi. 1. nu. 36. & ſeq. eod. lib. 3.* Menoch. *de
præſumpt. lib. 5. præſumpt. 2. n. 24. & ſeqq.* Vbi pari-
ter infert & exemplificat, & ante iſtos Dynus
in reg. in obſcuris. nu. 17. Vbi in ſpecie dixit, quod
in dubio potius præſumenda eſt qualitas ex gra
uans delictum, quam illud aggrauans, ſequitur
Florian. de Sancto Petro *in l. Item mela. §. ſed ſi
plures, nume. 5. poſt medium, verſ. vno modo. ff. ad l.
Aquil.*

b *Iudicio.* Licet regulariter confeſſio facta in vno
iudicio probet etiam in alio contra cõfitentem,
l. iubemus, & ibi præſertim Bald. C. de liberali cauſa
Purpurat. *in l. is apud quem. num. 82. C. de edendo.*
Diaz. *reg. 121. in prin.* Abb. *in c. per inquiſitionem,
nu. 12. de electionib.* Cæph. *conſ. 100. nu. 17. lib. 1.
* & conſ. 215. nu. 56. lib. 2.* Et eſt cõis, vt per Villa-
lob. *in commu. opin. in verbo, confeſſio, n. 141.* Rota
*deciſ. 8. nu. 11. de teſtam. in antiq. & in tit. de confeſſ.
deciſ. 4. nu. 2. etiam in antiq.* Caputaq. *deciſ. 190. n.
1. p. 1. & deciſ. 208. nu. 6. p. 2.*

Idq; non ſolum procedat in ciuilib. ſed etiam
in criminalibus, in quibus criminis confeſſio in
vno iudicio facta, prę iudicat in alio, ſecũdũ Bel-
lam *in c. per inquiſitionem. nu. 1. in 2. oppoſit. & n. 6.
verſ. aut nullum alium ſenſum*, & ibi etiam Imol.
*num. 4. & in fi. col. 3. in princ. verſ. & nota quod con-
feſſio.* Anch. *n. 2. verſ. ſed contra hoc oppono.* Card.
Zabarel. *nu. 6. & nu. 7. in 8. oppoſit.* Vbi reſpondet
contrariis. Abb. *poſt num. 12.* Vbi teſtatur de ve-
* riori & communiori opinione, *extra de electio.*

Intelliguntur tamen prędicta de vera confeſ-
ſione, non autem de ficta: Ficta enim confeſſio
in vno iudicio emanata, non præiudicat in alio,
ſecundum Card. Zabarellam *in d. c. per Inquiſitio
nem. n. 7. verſic. octauo oppono.* & ibi Abb. *nu. 12. an-
te finem, extra de electione.* Fely. *in c. qualiter & quã
do, il 2. §. ad corrigendos. nu. 48. de accuſat. & in cap.
cauſam quæ. nu. 9. extrà de teſtibus.* Purpurat. *in di
cta l. is apud quem. nu. 80. in fine. verſi. ſecundo limi
tatis. C. de eden.* Diaz. *d. reg. 121. in ſecunda Fallen.*
Hieron. Cuchal. *in addition. ad Angel. de malefi. in
verbo, & ad querel. nu. 97. poſt medium, verſic. ſecun
do in confeſſione, &c.* Boſſ. *in tit. de pluribus violen.
poſt n. 117.* Foller. *in pract. crimin. in verbo, & ſi con
fitebuntur. il 1. ſub nu. 140. fol. 314.* Maſcar. *de pro-
bat. lib. 1. concluſ. 348. nu. 22. & ſeq. et nu. 32. et ſeq.*
Honded. *conſ. 66. nu. 58. et nu. 75. lib. 1.* Quamuis
contrarium voluiſſe videantur allegati per Io-
ſeph. Ludou. *poſt nu. 3. verſic. Quibus coniecturis,
et verſic. ſeq.* Ex quibus poteris hanc concluſio-
nem declarare.

Sic & tacitam, ac implicitam confeſſionem in
vno iudicio emanatam, in alio non præiudicare,
ſcripſerunt Fely. *in cap. 1. poſt nume. 6. verſ. Item
dicas. de except.* Purpurat. *in d. l. is apud quem. nu-
me. 81. in ſexta limitat. C. de eden. d.* Diaz. *regul.
121. etiam in 6. limitat.* Pau. Granut. *theorem. 20.
nume. 26.* Vbi exemplificat in confeſſione tacita

reſultante ex productione ſcripturarum, & ita etiam loquitur Honded. *d.conſ.66.n.58.* Maſcar. *d.concluſ.348.nu.30.& ſeq.*

Fam. Cent. I.V.D. Galeſ.

O R A N I.

Placentina Terrarum, Veneris. 1. Aprilis, 1588.

ARGVMENTVM.

Venditio an,& quando dicatur vſuraria ex pacto de retrouẽdẽdo,iuncta modicitate precij: Quomodo conſidere tur modicitas precij; De quo tempore:& rei venditæ valor, ſeu precium quomodo probetur.

S V M M A R I V M.

Simulatio,ſeu vſuræ contractus probatur coniecturis.nu.1.

Pactum de retrouendendo de ſe licitum eſt.nu.2.

Pactum de retrouendendo accedens venditioni ex internallo poſt celebratum inſtrumentum,facit ceſſare prſumptionem ſimulationis.nu.2.& in addi.lit.A,

Pactum de retrouendendo affirmatiuè conceptum etiam ad tẽpus non inducit in contractu venditionis,ſimulationem & vſuram,præſertim ſi non pro maiori, aut pro minori precio.nu.3.

Pactum de retrouendendo facta prius declaratione per redimentem per menſem antea,& quod interim fructus ſpectent ad emptorem,an ſit licitum.nu.4.& 5.

Pactum de retrouendendo nunquam inducit præſumptionem ſimulationis ſine modicitate precij.nu.5.

Pactum de retrouendendo ad certum tempus,ſi prorogetur ad aliud tempus,non inducit præſumptionem ſimulationis & vſuræ,nu.6.

Pacta quæ reſpiciunt potius commodum venditoris quam emptoris faciunt ceſſare præſumptionem ſimulationis & vſuræ.nu.6.

Simulatio præſumitur in contractu venditionis,quãdo venditor in ſuo cataſtro,terras venditas retinet.declara,vt n.7

Pactum de ſtando colonis venditionis tollit præſumptionem pignoris,nu 7

Læſio in locatione non inducit ſimulationem in venditione. num.8.

Simulatio non arguitur ex modicitate precij,niſi ſit exceſſiua. nu.9.& in addit.lit.B.vbi de materia.

Teſtes examinati inter alias perſonas non probant.nu.10.

Modicitas precij ad hoc,vt arguat ſimulationem contractus, debet conſiderari tempore contractus.num.10.& in addit.litera C,

Precium,ſeu valor rei non probatur per teſtes deponentes de ſuo iudicio,& quod ipſi tanti emerent.nu.10.

Precium, ſeu valor rei diminuitur ex onere fideicommiſſi & ex pacto de retrouendendo.nu.11.

Teſtibus deponentibus de valore rei cum ratione, quia terræ vicinæ ſic venduntur,optimè probant precium & valorem ipſius rei.nu.12.

Rem & precium retinere æquum non eſt.nu.13.

DECISIO LVII.

1 CONcluſum fuit, non eſſe procedendum ad exequutionem ſententiæ, & rei iudicatæ, neque contractum vendirionis terrarum probari,fuiſſe vſurarium vel ſimulatũ; Nam licet pro illius demonſtratione ſufficiant cõiecturæ, propterea quod conuentiones in occulto fieri ſolitæ,difficulter detegi poſſunt, *l.emptione,* vbi Bal. *C.plus val.quod ag.* Fely.*in c.ſi cautio.nu.70.de fide inſtr.* Dec.*conſ.659.in princ.cum adduct.* per Aym. *conſ.156.nu.7.*

2 Non tamen hic ad ſimulationem arguendam dictę coniecturæ concurrunt;ſi quidem pactũ de retrouendendo præterquam quod in ſe eſt licitum,*c.ſignificante,* vbi Hoſt.Io.And.& alij.*de pigno.c.in ciuitate,& ibi omnes.de vſur.*Bald.*in l.2.in fi.C.de pact. inter empt.& vendit.* Tiraq.*de retract. conuent.in præfat.nu.3.& ſeq.*acceſſit huic contractui ex mera emptoris liberalitate poſt 18. dies a tempore confecti ſuper contractu inſtrumenti;

a vbi autem ex interuallo[a] interpoſitum deprehẽditur,ceſſat ſimulationis præſumptio. *l.4.§.ſi ab ignoto.de manumiſſ.* Bar.& Doct.*in l.pacta nouiſſima.C.de pact.*Bal.*in l.vnica nu.31.C.ſi ſer.ext.* Abb. loquens de pacto poſt decem dies *conſ.69.col.2. verſ.3.lib.2.* Alex.*conſ.28.nu.7.li.5.& conſ.29.nu.19.lib.7.* Corn.*conſ.241.num.2.ad fi.* Tiraq.*de retract.conuent.in præfat.nu.6.*

3 Præſertim,quando tale pactũ fuit conceptum affirmatiue,licet ad certum tempus,Bal.*conſ.114. ad finem.verſ.ſed & in caſu.lib.3.* Alex.*conſ.109.in fine lib.4.* Soc.iun.*conſ.27.num.34.circa med.lib.4.* Couar.*variar.reſolut.c.8.nu.8.lib.3.* Et in eo non legitur, quod redemptio fieri deberet pro maiori vel minori precio.Bald.*d.conſ.114.nu.2.* Bero. *conſ.169.nu.13.lib.1.* Tiraq.*in d.præfat.nu.31.*

4 Nec poteſt declaratio redemptionis faciendæ, reſtricta ad menſem Iulij,cũ pacto,quod fructus illius anni ad emptorem pertinerent, cõtrarium operari, quia potuit emptor hoc bona fide feciſſe,vel quia cogitabat de impinguatione terrarũ, vel de impenſa culturæ: æquitas.n.ſuadet,quod cum precium eſt ſolutum, emptor illius anni fructus ſuos faciat, neque luitio illorum recipiatur, niſi de fructibus, vel impenſa ſibi fuerit reſponſum.Cagnol.*in l.2.num.60.circa med.verſ.ſed verius videtur.C.de pact.inter empt.& vend.*

5 Et quicquid ſit,illius,vel alterius clauſulæ appoſitio non ſufficit ad inducendum pręſumptionem ſimulationis,quando modicitas precii non concurrit.Lup.*in l.2.C.de pact.inter empt.& vend. nu.40.*& ibi Cagnol.*nu.60.*

6 Sic nec ex prorogatione conceſſa redimendi ad ſex annos,argui poteſt ad vſurę ſuſpicionem, quia illa fuit ad fauorem ipſius venditoris adiecta,ex quo tranſacto triennio conuento emptor non poterat cogi retrouendere, Tiraq.*de retract. conuent.§.1.glo.2. nume.43.* Et quando pacta potius

tius commodum venditoris, quam emptoris cō-
cernunt, non intrat conſideratio ſimulationis,
vt poſt alios tenet Decia.*conſ.*101.*nu.*25.*lib.*2.
7 Nec refert, quod venditor retinuerit in ſuo ę-
ſtimo, & cataſtro dictas terras alienatas, quia id
accidit propter retractus beneficium venditori
conceſſum; Nam receptio in ſe ſolutionis colle-
ctarum, & aliorum, quę emptioni cohęrent, facta
per emptorem, ſatis confirmat venditionem. Pa-
riſ.*conſ.*54.*num.*71.*lib.*1. Rolan.*conſ.*40.*nu.*36.*lib.*
2. prout pactum de ſtando colonis, tollit pręſum
ptionem pignoris, cum alias fruſtra fuiſſet hoc
in pactum deductum.
8 Lęſio autem in locatione nihil habet commu
ne cum ſimulatione, cum reſpiciat ſolum dam-
num, quod Baſſanus ſentiebat patiendo terras,
& colonos retineri pro minori penſione, quam
eorum valor mereretur.
9 Quod vero concernit modicitatem pretij, fuit
dictum, non probari; vt enim ex illa colligi poſſit
aliqua ſimulatio, non ſufficit quęlibet pręrij mo
b dicitas, ſed requiritur, quod ſit exceſſiua, [b] habi-
ta ratione onerum, quibus terræ ſubiectæ ſunt.
Barb.*in c. ad noſtram. col. penul. ver. & licet. de emp. & vendit.* Egid.*deciſ.*7. Cagnol. *d. l.* 2. *nu.* 57. *C. de pact. inter empt. & vendit.* late Rolan.*conſ.*96.*num.*
34.*cum ſeq. lib.* 2.
10 Teſtes autem inducti pro illius probatione, vl
tra quod inter alias perſonas examinati fuerunt,
videlicet in cauſa damnorum, & intereſſe contra
c tutores Ioannis Petri, non percutiunt tempus [c]
venditionis contractæ, ad Corn. *conſil.* 241. *col.* 2.
verſ. nec eſt probatum. lib. 1. Aym.*conſ.*151.*nu.*7. Pi-
nell. *in l.* 2. *C. de reſcind. vendit. p.* 3. *c.* 4. *nu.* 8. Alij ve
ro in hac cauſa examinati, excepto duodecimo,
de eorum iudicio deponunt, & quod tanti ipſi e-
merent, quod non ſufficit. Bar. *in l.* 2. *nu.* 17. & ibi
Cagn. *nu.* 236. *&* 240. Pinell. *nu.* 12. *C. de reſcind.*
vendit. cum alijs allegatis.
11 Præterea nullam in ſuis dictis rationē habue-
runt oneris fideicōmiſſi, cui terræ alienatæ ſubie
ctę erant; nullam etiam ſeruitutis, itineris, nec pa
cti de retrouendendo; quæ omnia minuunt pre-
tium, Dec. *conſ.* 308. *nu.* 2. *in fine et* 167. *n.* 4. Ruyn.
conſ. 16. *nu.* 5. *ad finem. lib.* 4. Aym. *conſ.* 202. *nu.* 19.
12 Confunduntur etiam in eorum dictis ex teſti
bus Dordoni, qui de valore 45. librarum depo-
nunt, reddentes cauſam ſcientię ex ſimilibus vē-
ditionibus terrarum vicinarum, ad trad. per Ca-
gnol. *in d. l.* 2. *nu.* 233. *&* 240. Quorum etiam di-
cta coadiuuat venditio dictarum terrarum pro
eodem pretio facta per emptores Dordoni pu-
pillis exiſtentibus cum decreto iudicis, vt per So
cin. *conſil.* 57. *num.* 51. *ad finem, lib.* 4. quod ſaltem
pręſumptionem facit, terras non amplius valuiſ-
ſe. Grat. *conſil.* 157. *num.* 7. *&* 10. *lib.* 2. & nihil fa-
cit, quod ſecunda venditio fuerit durante tem-
pore retractus, quoniam ſatis eſt, quod ſtante
huiuſmodi pacto, oſtendatur, terras non am-
plius valuiſſe.
13 Præmiſſis addebant aliqui, modicitatem pre-
tij ex lectura inſtrumentorum tolli, in quibus ap
paret, Ioannem Petrum plus iuſto pretio a DD.
Lampugnanis tutoribus, cum expreſſa ceſſione
eis facta omnium ſuper terris alienatis iurium ſi-
bi competentium, recepiſſe; ideoque bonam fidē
non pati, vt cum pretium terrarum a Lampugna
nis ſoluentibus de pecunijs Dordoni, receperit,
nunc terras a Dordono, regreſſum contra Lam-
pugnanos habente, repetat. *l. bona fides.* vbi Dyn.
& poſt eum Cagnol. *num.* 6. *ff. de reg. iur.* Neque
dici poſſe, has pecunias fuiſſe ſolutas occaſione
adminiſtratæ tutelę, quia de diſtincta extinctio-
ne vtriuſque debiti, & numeratione pecuniæ, tā
ratione pretij, quam dictæ adminiſtrationis tu-
telæ ex inſtrumentis, etiam diuerſo tempore ſti-
pulatis, conſtat.
14 Ad vltimo adducta contra q. Franciſcū Baſ-
ſanum, quod ſcilicet fœnerari eſſet ſolitus, pla-
cuerunt reſponſiones datæ hic per informantes,
tamet ſi D. Dordonum non afficiant in ſenten-
tia non comprehenſum, quæ prætenditur in iu-
dicatum tranſiuiſſe, & pro eius exequutione in-
ſtabatur.

ADDITIONES.

a *Ex interuallo.* Ad idem vide *Deciſ. Pedem.* 42. *nu.*
10. quamuis hæc concluſio non tranſeat ſine cō
tradictoribus, cum plures Doctores exiſtimaue-
runt, quod imò arguatur maior fraus, maiorque
ſimulatio ex adiectione pacti de retrouendendo
ex interuallo, vt videre eſt apud Menoc. *de arbit. quæſt. lib.* 2. *caſu* 13. qui relatis hinc inde contra-
rijs, hanc vltimam opinionem admittit, quando
aliquæ aliæ ſimulationis, & fraudis iudicis arbi-
trio concurrant coniecturæ; alias ſecus, quod &
idem tradidit *in trac. de præſump. li.* 3. *præſump.* 122.
nu. 12. *& ſeqq.* Nec diſſentit Maſc. *de prob. li.* 1. *cōcl.*
447. *nu.* 28. *& ſeqq. & nu.* 52. *& ſeqq. & nu.* 47. vbi
etiam remiſſiue ponit, quādo hoc pactum ex in-
teruallo adiectum dicatur, ad quam materiam, vi
de etiam Ioan. Bapt. Lup. *in tract. de vſur. cōment.*
2. §. 1. *nu.* 34. *& ſeqq.* & Cæph. *conſ.* 198. *nu.* 20. vbi
ècontra, quod hoc pactum de retrouendendo ſi
fuerit adiectum, non ex interuallo, ſed inconti-
nenti, poſt inſtrumentum vēditionis in alio in-
ſtrumento ſeparato, tunc eo magis arguit ſimu-
lationem, & fraudem.
b *Exceſſiua.* Quanta debeat eſſe pretij modicitas,
ad hoc vt iuncta cū pacto de retrouēdendo frau-
dis, & ſimulationis inducat præſumptionē, vide
Cæph. *conſ.* 189. *nu.* 36. *&* 37. Rolan. *conſ.* 58. *nu.*
11. *& ſeqq. lib.* 3. vbi quod debet eſſe vltra dimidiā
iuſti pretij. Oſaſch. *dict. deciſ. Pedem.* 42. *nu.* 4. vbi
videtur hoc remittere arbitrio iudicis. Ioſeph.
Ludou. *concl.* 51. *verſ. dubitari contingit, & ſequent.*
Ioan. Bapt. Lup. *in tract. de vſur. comment.* 2. §. 1.
nu. 29. *verſ. tu autem, in fine.* Maſcard. *de probat. d. concl.* 447. *num.* 7. *& num.* 9. vbi diſtinguit, quod ſi
modicitas pretij eſt infra dimidiam, vel circa,
tunc pactum de retrouendendo ſolum iuncta
modicitate pretij facit pręſumere contractum v-
ſurarium: ſi verò modicitas pretij non eſt tam te
nuis, & tunc requiritur etiam alia coniectura, vt
puta

puta conſuetudo fœnerandi, & hoc modo concordat opiniones contrarias, pro qua concordia adde etiam Menoch. *de præſump. lib. 3. d. præſump. 123. nu. 40. verſ. Nam ipſa pretij tenuitas, & nu. 53. verſ. ſecundi modi. iuncto nu. 54. in fine. ver. cæterum &c.* ſed pro ea opinione, quod ſcilicet, vt ſupra dixi, hoc totũ remittatur iudicis arbitrio, vide ibidem Menoc. *nu.* 8. Maſc. *de prob. lib. 3. concl.* 1225. *nu. 9. & nu.* 13.

c *Tempus venditionis.* Ad idem vide Rolan. *conſ.* 59. *nu. 35. & ſeq. lib.* 1. Steph. Lambert. *in tract. de contractibus eorum. gl. 5. nu.* 21. & Maſ. *d. concl.* 447. *num.* 16.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Manticæ Cardinalis.

Nicien. prætenſi Matrimonij, 13. Maij, 1588.

ARGVMENTVM.

De matrimonio contracto per metum cum puella non excedente annos nouem, quod non conualidetur per ſubſequentem copulam non voluntariam: Quod virginitas probetur per relationem obſtetricum, & quod remiſſoria calumnioſe petita poſt teſtium publicationem; non ſit concedenda.

SVMMARIVM.

Matrimonium metu contractum ipſo iure nullum eſt. nu. 1.

Teſtes alij poſt publicationem examinatorum ſuper iiſdem materijs, vel directe contrarijs examinari non debent. nu. 2.

Virginitas dignoſcitur per obſtetrices in oppido Gemen. numero 3.

Remiſſoria non conceditur, quando conſtat de euidenti calumnia. num. 4. vbi quod de calumnia dicitur conſtare, quando quatuor conceſſis prorogationibus termini ad probandum dati, nulli fuerunt examinati teſtes, et in add. lit. A. vbi de materia non concedendæ remiſſionis, propter præſumptam calumniam.

Calumnia detegitur ex magna negligentia. nu. 4. in fine.

Inſtrumentis publicis magis credendum eſt, quam teſtib. nu. 5.

Multa facta tenent quæ a principio prohibentur. nu. 6.

Peremptorio termino lapſo, alius terminus dari, nec primus prorogari poteſt. nu. 6.

Matrimonium metu contractum, conualidatur per ſubſequutam copulam. nu. 7. vbi declaratur, dummodo copula ſit voluntaria: aliter ſecus.

Metus cauſa durante, præſumitur etiam durare idem metus, numero 7. in fine.

Sententia in cauſa matrimonij nunquam tranſit in iudicatum. nu. 8. vbi declaratur hæc concluſio.

DECISIO LVIII.

1 PLacuit Dominis, eſſe recedendum a dilatione data ad exequendum remiſſoriam, & procedendum eſſe ad tertiam ſententiam, quia ex reſolutionibus iam factis conſtat de vi, & metu illato Ludouicę, vt cum Boechio contraheret matrimonium, quod ipſo iure nullum fuit. *c. cum locum. c. veniens. 2. de ſpon.*

2 Neque obſtat remiſſoria, quia illa fuit ex benignitate conceſſa, & ſæpius prorogata, vt dos in tuto poneretur, & Ludouicę alimenta prętarentur; quod cum factum non fuerit, non debet amplius concedi, quia in partibus fuerunt examinati plures teſtes, eorumque dicta ſolemniter publicata; & ideo nouum examen ſuper ijſdem materijs, vel directo contrarijs non eſt admittẽdum, *c. fraternitatis. de teſtibus, & Clem. 2. eod. tit.* cum alijs concordantibus adductis per Pariſ. *conſ.* 107. *nu.* 81. *lib.* 1. Nam quod articuli idem contineant, ex eorũ inſpectione apparet; licet enim alijs verbis ſint concepti, re ipſa tamen non differunt; neque ad rem pertinet, quod aliquid etiam noui cõtineant, vt cum dicitur, Ludouicam voluiſſe concordari, quia ex inſtrumentis, & atteſtationibus ab ea ad Rotam tranſmiſſis, aliud apparet; & propterea Domini dixerunt, hoc longe abeſſe a veriſimili, & habere imaginẽ falſitatis, quia Prothomedicus eo in loco fauorib. plurimum pollet; & ſi id verum eſſet, lis fuiſſet extincta.

3 Quod autem dicitur per obſtetrices, dignoſci nõ poſſe, an Ludouica ſit virgo, non eget remiſſoria, & iuri ſcripto aduerſatur. *cap. propoſuiſti, & cap. cauſam matrimonij, de probat.* Lap. alleg. 53. *nu.* 5. Bald. *in l. deo nobis. in princip. num. 7. verſic. ſed ponamus. de epiſc. & cleric.* & quod dicitur, Ludouicam extra territorium Sereniſſimi Ducis, aliquando fuiſſe in oppido Gemen. hoc probari nihil eſt neceſſe, quia cum eo tempore nouem ætatis annos non exceſſiſſet, & a Prothomedico eius ſocero, & familia ipſius eſſet comitata, non poteſt dici, eam fuiſſe in tali ſtatu libertatis, vt poſſet aufugere.

4 Hoc amplius Domini dixerunt, non eſſe con
a cedendam remiſſoriam, quia euidẽs calũnia [a] cõcipitur non ſolum ex præfatis rationibus, ſed ẽt ex eo quod per Bocchium ſteterit, quominus illam exequi potuerit, cum varijs ſemper vſus fuerit ſubterfugijs; nam aliquando petijt pronuntiari ſe notorie idoneum eſſe; aliquando vero dixit ſe fideiuſſores non poſſe inuenire; aliquando etiam petijt admitti eius iuratoriam cautionem; & quandoque poſtulauit iudicem in partib. deputari, apud quem dos deberet liquidari; & facta liquidatione, obtulit ſe paratum eam reſtituere. Quare cum nouiſſime poſt quatuor prorogationes cum termino peremptorio vſque ad Paſcha Reſurrectionis, ſine ſpe vlterioris prorogationis decreto Dominorum non paruerit, alia dilatio

con-

conceđi non debet, quia ex magna negligentia calumnia detegitur, & præſumitur id fieri cauſa differendæ ſententiæ. Caſſad. *deciſ.3.nu.1.de dilat.* Caputaq. *deciſ.65.3.part.* a

5 Præterea Domini dixerunt ex deciſione R.P. D. Seraphini, ius Ludouicę eſſe clariſſimum, neque ad rem pertinere, quod probatio non excludit probationē, quia vt in deciſione dicitur, principalis intentio Ludouicæ probatur ſcripturis, & inſtrumentis, quibus magis credendũ eſt, quã teſtibus, præſertim cum hæc materia non careat ſuſpicione: Et accedit quod cauſa fuit in partib. agitata, & pro Bocchio quam plures teſtes fuerunt examinati, qui vt veriſimile eſt, huius rei perfectam habebant cognitionem, & tamen nihil probarunt; & ſi Bocchius alios teſtes habuiſſet, eos vtique examinari ſtuduiſſet.

6 Non obſtat, quod nunc non agatur de concedẽdo noua remiſſoria, ſed de nõ reuocãda ea quę fuit cõceſſa, & ideo debeat ſubſtineri, arg. *l.patre furioſo.de ijs qui ſunt ſui, vel alien. iur. & l.* 1. §. *biduum.quand.appel.ſit*, quia imò agitur de cõcedenda remiſſoria; cũ enim poſt tot prorogationes vltimus perẽptorius terminus lapſus fuerit, nõ põt amplius prorogari. *l.ſed & ſi manente.ff.de precar.*

7 Neque ẽt obſtat, qđ dicitur, copulã fuiſſe ſubſequutam, per quã metu etiã cõtractum matrimonium, quaſi ex tacito conſenſu, conualeſcit, *c.de illis, il 2.de deſponſ.impub.c.* 1. §. *inſuper.qui mat.accuſ.poſſ.* quia immo, qđ copula non fuerit ſubſequuta, probatur ex relatione obſtetricum, quæ a Reuerendiſs. Nuntio fuerũt ſolẽniter adhibitæ, quęq; duabus aſſiſtẽtibus matronis Ludouicam inſpexerunt, & reſoluerunt eam virginẽ eſſe; nec dubiũ eſt, quin per huiuſmodi inſpectionẽ virginitas probetur, iuribus, & authoritatibus ſupra citatis. Neque ad rem pertinet, qđ altera matrona atteſtatur ſe nõ inſpexiſſe, quia huiuſmodi atteſtatio eſt extraiudicialis, & facta lite pendente; & licet ipſa non inſpexerit, non propterea obſtetricum teſtimoniũ corruit; quoniã matronę fuerunt adhibitę, non quidem, vt inſpicerent, ſed vt atteſtarent; & vlterius quamuis etiam copula eſſet ſubſequuta, quod nullo modo conceditur, illa non confirmat matrimonium metu cõtractũ, niſi ſit voluntaria. Abba. *in c.veniens.il* 1. *nu.6. de ſponſ.& in c.conſultationi.nu.6.eod.tit.* & durante cauſa metus ſicuti in caſu proprio perdurauit copula, non præſumitur voluntaria, ſed violenta. Pariſ. *conſ.58.nu.69.lib.4.& in deciſione R.P.D. Seraphini dictum fuit.*

8 Poſtremò illud etiam non refragatur, quod agatur de fœdere matrimonij, & cauſa ſit grauis, ita vt ſententia nunquam tranſeat in rem iudicatam. *c.lator.de re iud.* Oldrad. *conſ.3.nu.7.* quia hoc non poteſt impedire, quominus tertia ſentẽtia ex legitimis probationibus fieri poſſit, & habeat effectum *c.conſanguinei.de re iudic.* Nam niſi tertia ſententia ferri poſſet, & exequutioni mandari, tale iudicium eſſet ludibrio, qđ nemo ſapiẽs dixerit. Inn. *in c.tenor.eo.tit.* Paul. Caſt. *in cõſ.354.nu.2.lib.1.* neq; ex his conclusum fuit tertiam ſententiam ferri debere.

ADDITIO

a *Calumnia.* Quando remiſſoria petitur, non ex iuſta cauſa, ſed per calumniam, tunc quod illa ſit deneganda, pluribus comprobat D. meus Farin. *in ſuo tract.de teſtibus.quæſt.77.nu.22.& 23.* Vbi amplius, quod hinc inoleuit practica deferẽdi iuramentum calumnię parti petenti remiſſoriam; & quod amplius ad excludendum calumniam, Rota ſeruat, vt detur aliquis fumus, etiam per probationes nulliter receptas eius, quod intenditur probari per cõceſſionem remiſſoriæ; Et amplius quod in arbitrio iudicis poſitũ eſt, an remiſſoria petatur per calumniã nec ne; quod vltimũ latius per eum diſcutitur *d.quæſt.77.nu.50.& ſeqq.* vbi relatis hinc inde contrarijs, diſtinguit, & bene explicat, an, & quando in iudicis arbitrio reſideat concedere, vel non concedere remiſſoriã, & quid in ciuilibus, & quid etiam in criminalibus; & in ſpecie, quod nec ex negligentia in producẽdo teſtes exiſtentes in loco iudicij, & qui poſtea receſſerunt, arguatur calumnia, probat idem D. meus Farinac. *d.quæſt.77.nu.39.*

Fam. Cent. I.V.D. Galeſ.

BVBALI

Romana legitimæ 20. Maij 1588.

ARGVMENTVM.

Periurus an dicatur, qui non petita abſolutione a iuramento ſub prętextu enormiſſimę lęſionis, petit reductionem a laudo, cui cum iuramento ſtare promiſerat, & reductionem non petere.

SVMMARIVM.

Promittens cum iuramẽto non petere reductionem a ſententia laudi, an iuramento non obſtante, poſſit illam petere. nu.1.& in add.lit.A.& lit.B.

Iuramentum in compromiſſo, an tollat ius petendi reductionẽ. nu.1.& in add.lit.A.

Iuramentum, an operetur, ſtante enormiſſima læſione. in addit. litera, A.

Periurus repellitur a limine iudicij, nec eſt audiẽdus, niſi prius petita abſolutione a iuramento.nu.1.

Abſolutio a iuramento, an ſit neceſſaria, ſtante enormiſſima læſione, & quomodo iſto caſu dicatur conſtare de læſione enormiſſima.nu.2.& in add.lit.C.

Statutum Vrbis, quod ſtante læſione vltra tertiam partem iuramentum nihil operetur, intelligatur, quando per ſentẽtiam, vel alias euidenter conſtaret de læſione; aliter ſecus.nu.2.in fine.

Abſolutio a iuramento ex ſtylo Rotæ ſolet peti ad cautelã, non obſtante quacumque enormiſſima læſione.nu.2.in fine.

DE-

DECISIO LIX.

a FVit reſolutum, Illuſtriſſimum, & R.P.D. Valerium Vrſinum non poſſe audiri in hoc iudicio reſciſſionis laudi, & ſpolij, ſtante periurio per ipſum incurſo; cum enim promiſiſſet cum iu-
a ramento [a] non petere reductionem laudi, niſi prius parito iudicato, & poſtea ad eius inſtan-
b tiam [b] fuerit proceſſum ad quam plures actus ante abſolutionem a iuramẽto, vtique non poteſt excuſari a periurio, & conſequenter non eſt audiendus, niſi prius obtẽta abſolutione: exceptio enim periurij impedit proceſſum ad vlteriora. *c. dilecti. de except.*

a Et quamuis controuerſa ſit quæſtio, an ſtan-
c te enormiſſima lęſione, requiratur abſolutio, [c] de qua per Doct. *in c. cum contingat. de iure iuran.* Pedem. *decis. 40. nu. 1. & ſeqq.* Hoc tamen intelligendum eſt, quando de enormiſſima lęſione conſtaret per ſentẽtias latas abſque eo, quod fuerit oppoſitũ de periurio, & ita procedit *deciſio facta coram R.P.D. meo Grano in cauſa Mediolanen. affictus de anno* 1586. Alias ſemper eſt neceſſaria abſolutio, & ratio eſt, quia de facili eluderetur iuramentum ſub pretextu enormiſſimę lęſionis, & nõ debet quis eſſe iudex ſui iuramenti. Grat. in his terminis *conſ. 30. li* 1. & ita ex ſtylo Rotæ ſemper ſeruatum fuit, & ſtatutum Vrbis diſponens, quod ſtante lęſione vltra tertiam partem, iuramẽtum nihil operetur, intelligendum eſt, quando adeſt ſententia, vel conſtaret euidenter de enormiſſima læſione; ſed hoc caſu, etiam ex ſtylo Rotę, ſolet peti abſolutio ad cautelã. Adeat igitur D. Valerius ſignatutam pro obtinenda abſolutione.

ADDITIONES.

a *Iuramentum.* Non eſt dubiũ, quod non obſtante iuramẽto interpoſito in compromiſſo poteſt peti reductio ad arbitrium boni viri, ab arbitrorũ laudo, ſicut poſt alios plures relatos antiquiores ſcriptũ reliquerunt Mar. *in Spec. p. vltima, actu 2. nu. 253. & ſeqq. in diſcurſu*, vbi etiam de materia. Anch. Regien. *quæſt. 4. nu. 7. p. 2.* Gab. *lib. 2. tit. de arbit. concl. 3. per totam in diſcurſu*, vbi etiam latiſſime de eadem materia. Michael Craſſ. *in comm. opi.*
* *lib. 1. c. 15. quæſt. 8.* vbi de communi. Ioſeph. Lud. *decis. Lucen. 27. nu. 1. & ſeq. p. 1.* vbi teſtatur de ma-
* gis communi, & ſeruata opinione.

Quod præſertim procedit ſtante enormiſſima lęſione; tunc enim iuramentum nihil operari, pariter, poſt alios antiquiores, quos referũt plures, ſcripſerunt, idem Anch. Regien. *quæſt. 35. p. 2.* vbi de communi, & veriori opinione. Steph. Lamb.
* *in tract. de contractibus corum & c. gl. fin. nu.* 88. Roland. *conſ. 7. nu. 43. & ſeqq. & conſ. 96. nu. 58. lib. 3.* vbi de magis communi, *& conſ. 60. num. 65. & ſequent. pluribus. lib. 4.* Cæphal. *conſ. 62. nu. 19. & ſe-*
* *quent. lib. 1. & conſil. 142. eod. lib. 1. per totum*, vbi etiam de magis communi, & late Simonc. *in tract. de decreto. lib. 3. tit. 8. nu. 231. & ſeqq.* vbi teſtatur
* de veriori, æquiori, communiori, & magis ſeruata opinione.

De qua quidem materia, an ſcilicet, & quando enormiſſima læſio tollat vires iuramenti, vltra præallegatos, vide Boer. *conſ. 28. & conſil. 39.* Aym. *conſ. 192. per totum.* Gram. *decis. 76. nu. 11. & ſeqq.* Neuiz. *conſ. 22. etiam per totum.* Pariſ. *cõſ. 75. in diſcurſu. lib. 3.* Gabr. *tit. de arbitr. concl. 3. lib. 2. etiam in diſcurſu. Deciſ. Pedem. 49. nu. 1. & ſeqq.* Villalob. *in comm. opin. in verbo, iuramentum. nu. 137. & ſeqq.* Franc. Turzan. *opi. 159.* Cæph. *conſ. 34. per totum, & conſ. 137. nu. 56. & omnibus ſeq. lib. 1.* Viu. *in comm. opin. in verbo; Mulier omni iuri, verſic. quia iuramento, & in verbo; Venditio iurata.* Rolan. *conſ. 8. nu. 39. lib. 1.*

b *Inſtantiam.* Quamuis compromittens renunciauerit reductioni a ſententia arbitri, promiſeritque illam non petere, non tamen per hoc prohibetur pro ea inſtare, ſtante enormiſſima læſio-
* ne, ex communi, de qua per Neuiz. *d. conſ. 22. nu. 41.* Cęph. *conſ. 208. nu. 3. & 4. lib. 2.* Michael Craſ. *in comm. opin. lib. 1. c. 15. d. quæſt. 8.* Villalob. *in commun. opinio. litera R. num. 24.* Anch. Regien. *quæſt. 4. num. 7. & quæſt. 11. nu. 13. par. 2.* de qua materia vide omnino Gabr. *d. concl. 3.* eundem Cæphal. *conſ. 121. lib. 1.* & Lancillot. *in tract. de atteuta. c. 16. nu. 41. & ſeqq.*

c *Abſolutio.* Quamuis non deſint Doctores, qui dixerint, adhuc neceſſariam eſſe abſolutionem a iuramento, ſtante enormiſſima læſione, quos videre poteris apud Pariſ. *in conſ. 45. nu. 52. lib. 1.* v-
* bi teſtatur de magis communi Doctorum opinione, & apud Virg. Boccac. *in conſtit. Marchiæ, gl. 2. num. 28.* vbi relatis contrarijs teſtatur, & de
* magis communi, & ſeruata opinione; veritas tamen eſt, & hæc mihi videtur magis recepta ſententia, quod licet bonum ſit, & ad cautelam, præſertim in foro animæ, iſto caſu abſolutionẽ procurare, non tamen videtur neceſſaria, ſecundum
* Socin. iun. *conſ. 3. nu. 45. lib. 2.* vbi de communi. Ioſeph. Lud. *d. deciſ. Lucen. 27. nu. 19. & ſeqq.* vbi de magis communi, Maſc. *de prob. lib. 1. concl. 531. nu. 25. in fine. & ſeq.* Rolan. *conſ. 59. nu. 27. lib. 1. & cõſ. 7. nu. 53. lib. 3. & conſ. 60. nu. 68. lib. 4.* vbi de receptiori opinione. Cęph. *conſ. 142. nu. 44. lib. 1. & cõſ. 208. nu. 18. & in fine. lib. 2.* Michael Craſſ. *in comm. opin. lib. 1. c. 15. quæſt. 8.* Simanc. *in tract. de decreto. lib. 3. tit. 8. nu. 231.* vbi teſtatur de veriore, ęquiore, communiore, & obſeruata opinione, & apud iſtos Doctores plures alios concordantes, & idẽ tenentes reperies. Ad quam materiam vltra prædictos, vide Gab. *d. concl. 3. per totam, in diſcurſu, & iterum in titulo de iure dotium, concl. 1. pariter per totam.* Neuiz. *d. conſ. 22.* Andr. Gayl. *obſer. 42. lib. 2.* & vide ad materiam infra aliam *deciſionem coram Illuſtr. & Reuerendiſs. D. Platte in vna Cluſina penſionis, Lunæ 18. Iunij. 1590.*

Fam. Cent. V. I, D. Galeſ.

Digitized by Google

COMITVLI.

Anconitana incendij, Luna, 30. Maij, 1588.

ARGVMENTVM.

Incendium combuſtę domus, an & ex quibus pręſumatur ortum habuiſſe ex altera domo vicini, ita quod is dãnum reſarcire teneatur.

SVMMARIVM.

Incendium nocturnum probatur per coniecturas, indicia, & inuerißimilitudines. nu. 2. & in add. lit. A.

Præſumptiones, & coniecturæ habentur pro plena probatione in caſibus ambiguis, & difficilis probationis. nu. 2.

Incendij principium, & origo probatur per ea, quæ anteceſſerunt, Item & per ea quæ incendij tẽpore obſeruata ſunt, & quæ poſtea ſubſequuta fuerunt. nu. 3.

Incendij coniectura, & præſumptio oritur ex conqueſtione, & querela damnum paßi. nu. 3. in fine.

Incendium etiam probatur ex fama, & rumore orto tempore incendij etiam originem habente ab ijs, qui incendij damnum paßi ſunt. nu. 4.

Peritorum iudicio ſtandum eſt, etiam ſi hi iudicij rationem non reddant. nu. 5.

Incendium vnde ortum habuerit, probatur indicio peritorum. num. 5.

Incendium quod ortum fuerit ex domo vicina, maxime præſumitur ex eo quod ille vicinus illud occultare voluerit. num. 6.

Incendium etiam probatur per teſtes de auditu, de fama, de proprio iudicio, de verißimili, & poßibili. nu. 7.

Noctis tempore, quæ contingunt, probantur lenioribus probationibus. nu. 7. & in add. lit. B. ſufficitque iudicem ex vehementi opinione informationem habere. d. nu. 7.

Incendium plerumque præſumitur culpa inhabitantium ortũ habuiſſe, niſi ex coniecturis probetur aliunde originẽ habuiſſe. nu. 8. & in add. lit. C. ubi de materia.

Incendium poßibile eſt prouenißе etiam caſu fortuito, vel aliter per inhabitantes accenſum fuiſſe, niſi contrarium ex aliqua uerißimilitudine deducatur. nu. 9. & in add. lit. D. ubi ad probandum incendium, an etiam ſit probandum inditium ipſius incendij, quod etiam caſu fortuito contingere poterat.

Verißimile quod eſt, attenditur potius quam poßibile. nu. 9.

Teſtis unicus, & de auditu nihil probat. nu. 10.

Incendium unde ortum habuit, probari poteſt ab experientia. num. 11.

Teſtes repetiti ſi varient a primo examine, attenditur prima depoſitio. nu. 12. & in add. lit. E. ubi de materia.

DECISIO LX.

1 IVxta parietẽ cõem diſtinguentem Paueſij domum combuſtam, a domo Maſcellæ, habebat Paueſius in Cellauinaria ſupra dolia tabulatũ, & in eo ſarmentorum faſciculos, & alia ligna ab alia parte. Maſcella fabricauerat fornacula cum caldaria ad lixiuium, & Muſtum coquendum, ex cauata in eodem pariete gula camini; cum autẽ conſtaret præuia illius noctis ſequuti incẽdij, in Cellauinaria Paueſij quã primũ ſub aurora accẽſo per famulas Maſcellę igne in fornacula fuiſſe vnũ, aut alterũ caldariũ lixiuij, & bulluiſſe vſque ad occaſum ſolis; propoſui dubiũ, ſtante ſummario iuriũ, & teſtiũ vtrinque dato, an incendiũ domus Paueſij proceſſerit e domo Maſcellæ, negligẽtia, culpa, vel dolo ipſius, aut ſuorum familiariũ, ita vt ipſe teneatur ad emendationem dãni?

2 Et Domini ad primam partem dubij reſpondendo, (circumſcripto effectu) tenuerunt, incendium ex domo Maſcellæ prouenіſſe; Nec enim dubitarunt, principium, cauſamque nocturni in-
a cendij per coniecturas,[a] indicia, & veriſimilia vere probari, Bal. *conſ.* 174. *nu.* 2. & 3. *lib.* 2. Alexan. *conſ.* 40. *nu.* 6. *lib.* 1. Afflict. *decіſ.* 57. *num.* 6. Bero. *conſ.* 215. *num.* 2. *in* 3. Menoch. *de arbitr. iudic. caſ.* 390. *num.* 16. ex quibus in ambiguis caſib. conſtantur plenę probationes, vt per Aret. *in l. indicia. C. de rei vendic.* Alex. *conſ.* 50. *nu.* 6. *lib.* 1. Afflict. *decіſ.* 57. *nu.* 6. Bero. *conſ.* 215. *nu.* 7. *in* 3. Iaſ. *in l. prætor. nu.* 2. *ff. de incen.*

3 Inducebantur autem Domini in hanc ſententiam, per ea quæ incendium anteceſſerunt, & ipſo incendij tempore obſeruata ſunt, ac poſtea cõſequuta fuere; Namque materia apta accendi in Cellauinaria Paueſij, præexiſtens ignis propinquus intermedio pariete a 4. pedibus ſupra debili, ac peritorum iudicio, vt poſtea apparuit, ex luto confecto; fumus, qui ſecundum Ariſt. *de part. anim. lib.* 2. *cap.* 2. eſt ſubiectum ignis, e fornacula domum Paueſij lixiuio abulliente penetrans; querela de eo cum vxore, & famulis Maſcellæ, probabilem ingerebant ſuſpicionem in hoc igne ortum fuiſſe incendium, ad *l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi furnum, ad l. Aquil. l. quidam hiberus. de ſeruit. vrb. præd.* Cepoll. *eod. tit. c.* 64.

4 Augebatur ſuſpicio ex eo, quod tempore incendij opinio erat, illud ortum ſumpſiſſe e fornacula, in qua Maſcella non venit, ad inſpiciendũ, nunquid adeſſet ignis; vnde talis opinio, & rumor etiam ſi e domo Paueſij originem habuiſſet, faceret præſumptionem, propter veriſimilitudinem, cui innititur Bal. *conſ.* 28. *nu.* 2. *lib.* 3.

5 Quæ verò poſt incendiũ ſubſequuta ſunt, probationem compleuerunt: Periti namq; a partibus nominati, iudicis authoritate, ad locum acceſſerunt, factiſque diligentijs iurati retulerunt, a prædicta fornacula prouenire potuiſſe, probabilibus valde moti rationibus, maxime, quia animaduerterunt parietem communem ſupra fornaculam contuſum, & perforatum, calcemq; ſuperinductam detrahentes, obſeruarunt in eo lapides fumoſos, quorum atteſtationi ſtandum videtur, per ea, quæ habentur, & tradũtur *in c. ſignificaſti. de hom. & in c. propoſuiſti. de prob.* etiam ſi rationes non afferrent. Aret. & Bur. *in c. cum cauſa. de teſtibus*, cum ſint potius iudices, & arbitratores, quam teſtes, præſertim vbi a partibus fuerũt electi. Natt. *conſ.* 40. *nu.* 3. *lib.* 1.

6 Comprobatur horum relatio ex quodã quaſi pręludio ipſiuſmet Maſcellę, qui poſt incendiũ

ante-

Digitized by Google

antequam deuentum eſſet ad loci inſpectionem, aduocauit fabrum murarium, qui de nocte parietem illum communem, in quo apparuerunt foramina, & rimulæ, aptaret, & calce obtegeret, atten- a
to mox ibidem igne ex paleis, quo recens cruſta fumo denigraretur, & experimẽtum fieret, num adhuc fumus inde exiret; vnde quædã ſaltem prę ſumpta confeſſio reſultat, ex qua facile apparere potuiſſet, quod inde incendium exortum eſſet.

7 Concurrunt aliqui teſtes de auditu, & fama; aliqui de proprio iudicio; aliqui de veriſimili, & poſſibili, ex quibus veriſimilior redditur origo b
incendij. Alex. *conſ.67.nu.4.lib.1.* Dec. *conſ.82.* cũ alias expreſſe ſciri non poſſit, quę contingunt de
b nocte.[b] Bal. *conſ.174.n.6.& ſeq.li.2.* vbi poſt Bar. *in l.1.de verb.oblig.* dicit, quod quoniam non poſſunt haberi liquidę probationes ſufficit, quod iudex ex vehementi opinione habeat informationem. Iaſ. *in l.prætor.nu.21.de eden.*

8 Non obſtat, quod incendium plerumque prę-
c ſumitur culpa inhabitantium.[c] *l.3.de offic.præfec. vig.* Alex. *conſ.50.nu.1.lib.1.* quia id verum, niſi ex coniecturis aliunde probetur initium habuiſſe. Bal. *conſ.174.lib.2.& 442.lib.3.* Affl. *deciſ.57.nu.3.*

9 Nec mouet, quod poſſibile ſit, ignem caſu for-
d tuito,[d] vel aliter per inhabitãtes accẽſum fuiſſe, quia attenditur id, quod veriſimile eſt, nõ quod poſſibile. Bal. *in l.ſi ſcripturæ.nu.7.C.de fid.inſt.* Socin. *conſ.28.nu.9.lib.3.* Dec. *conſ.176.in princip.*

10 Non obſtat, quod dicitur, fumum in Cellauinaria Pauesij viſum fuiſſe per tres, aut quatuor dies ante incendium, qui tamen fumus ex fornacula prouenire non potuit, in qua ignis tunc tẽ- c
poris non fuerat accenſus; vnde arguitur incendium aliunde cauſari potuiſſe, & inſuper negligentia Pauesij in exquirẽda cauſa fumi, quia de tali fumo vnicus teſtis deponit, & quidẽ de auditu, ideo non probat. *l.iuſiurandi,& l.teſtium.C.de teſtibus.c.licet,& c.veniens.eod.tit.*

11 Non obſtat experientia, quã iudex pro informatione animi ſui fieri iuſſit, accenſo igne in eadem fornacula, ex qua appaiuit, vix calorem, ne- d
dum ignem qui ſuccẽderet, ſtuppatum penetraſſe foramen, ſtudioſe relictum in pariete, vnde incendium ortum dicitur habuiſſe; quia prętérquã quod tentata fuit citra præiudicium partium, probabatur vana ex rationibus in conſpectu eiuſdem iudicis allegatis, ſtante præſertim recenti cruſta calcis, & innouatione facta in pariete, e
& tuba camini, ad effectum, vt quo ignis perua-ſit ſemel, ſæpius iterata experientia non perua-dat.

12 Non obſtat, quod aliqui ex teſtibus repetiti aliter deponant quam primo, quia attenditur
e eorum prima [e] depoſitio. Rota *de probatio. in nou. deciſio. 19.* Alia quæ adducuntur licuiſſe Maſcellæ fornaculam in eo loco fabricare, ignemque accendere, deque diligentia per eum adhibita, & bona eius, reſpiciunt effectum dubij, quem Domini in hac reſolutione circumſcripſerunt.

ADDITIONES.

a *Coniecturas.* Incendium, quod ſit difficilis probationis, & quod propterea coniecturis probetur, conſulendo ſcripſerunt Bal. *conſ.164.nu.2.ad finem.uerſ.modo &c.lib.2.* Calcan. *conſ.63.ſub n.3. in diſcurſu.* Roman. *conſ.7.nu.1.uerſ. Quod autem, & nu.2.* Menoc. *de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 116.nu.9.* Bertaz. *conſ.481.nu.7.lib.2.*

b *De nocte.* Communis eſt opinio, quod omnia geſta de nocte, & præſertim delicta, reputantur a iure difficilis probationis, & conſequenter præſumptiones, & coniecturæ ſufficiunt ad plenam probationem, ſecundum gl. *in l. ſi cum exceptione. §.in hac, in uerbo, ignorantia.ff.quod met.cauſ.* Bald. *conſ.77.num.5.lib.3.* Alex. *conſil.24. num. 8. lib.2.* Gramm. *conſ.21.nu.15.* Marſ. *conſ.44.num.5.ſeqq.* Boer. *deciſ.86.num.6.* Iuſtin. Bonderan. *conſ.crim. diuerſor.54.nu.36.& ſeqq.lib.2.* Paul. Meren. *inter ead.conſ.90.num.27.ſeqq.lib.2.* Foller. *in pract.cri. in uerbo, dentur capitula, quod ſuffocauit uxorem, nu. 13.* vbi alij referuntur. Boſſ. *in tit.de indic. & conſiderat.ante tortur.num.171.ſeq.* Hercul. *in tractat. de negat.num.310.* Bonacoſſ. *poſt ſuas comm. opin. in extrauag.2.par.numero 37.uerſic. delictum, quod de nocte fit,* vbi alijs relatis teſtatur de communi.
* Monticell. *reg. crim. 11.num. 12.* vbi alios refert. Menoch. *de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 116. num.14. de præſumpt.lib.1.quæſt.58.nu. 11.* Magon. *deciſ.Lucen.89.num.7.*

c *Inhabitantium.* Incendium an præſumatur ortum culpa inhabitantium, & de materia, videas Bal. *conſ.148.& 149.lib.2.* Iaſ. *in l.hæreditarias domos &c.de leg.1.* Socin. *reg.178.* Pariſ. *conſ.87.nu. 1.2.8.& 12.lib.4.* Marſ. *conſ.77.nu.13.* Villalob. *in comm.opin.uerbo, incendium, nu.20.et ſeqq.* Menoc. *de arbitr.quæſt.lib.2.caſu 390.nu.3.ſeqq.* Maſc. *de probat.lib.2.concluſ.892.& concl.993.& lib. 1.concluſ.467.*

d *Fortuito.* Ignis quandoq; etiam fortuito caſu accẽdi poteſt; verum an hoc pręſumatur, & quomodo probetur incendium nõ fortuito caſu ortum, ſed immiſſum extitiſſe, videas per Bal. *conſil. 174.nu.2.lib.2.* Roman. *conſ.401.* Calephar. *conſ. crim.diuerſor.58.lib. 2.* & Socin. *in c.ſi quis domum, de iniur.& damno dat.*

e *Prima depoſitio.* De hac materia, an ſcilicet, & quando attenditur prima, vel ſecunda depoſitio teſtis in eodem, vel in alio iudicio facta, vide latiſſime differentem D. meum Farin. *in ſuo tract.de teſtib.q.66.n,124.& ſeqq.p.4.per totam,* & id quod in hac deciſione dicitur, attendi primam depoſitionem teſtis, & nõ ſecũdam in repetitione emanatam, intelligendum eſt, quando prima depoſitio fuit valida, & emanata parte citata; quòd ſi fuerit inualida, & ſine citatione partis, & tunc ſine dubio attenditur ſecunda valida in examine repetitionis, & non prima inualida, prout etiam declarat D. meus Farinac. *ubi ſupra nu.136.*

Fam. Cent. V. I, D. *Galeſ.*

ORA-

O R A N I.

Burgen præſidij, Veneris.3.Iunij,1588.

ARGVMENTVM.

De aliquibus prȩſumptionibus falſitatis proceſſus, continentibus examen teſtium:& an,quando teſtium remiſſoria commiſſa fuit, cum interuentu duorum notariorum, ſufficiat vnius notarij ſubſcriptio in dicto examine: & reſoluitur quod non.

S V M M A R I V M.

Notarij duo ad examen teſtium ſi deputati fuerint, requiritur vtriuſque notarij ſubſcriptio in d.examine, alias non facit fidem.nu.1.

Falſitas maxime arguitur ex mala compaginatione proceſſus ex folijs inciſis, & uolantibus, reſecatis, & minus integris.nu.2.

Falſitatis præſumptio reſultat ex apoſtilla diuerſo caractere ſcripta.nu.3.

D E C I S I O LXI.

1 FVit reſolutum in cauſa Burgen.prȩſidij proceſſum remiſſoriæ nullam mereri fidem;cum enim duo notarij actis illius deſcribẽdis fuiſſent deputati,neceſſarium fuit, vt in illorum ſubſcriptione vtriuſque ſubſcriptio cõcurreret, ex qua cognoſci poſſet vtrumque interueniſſe, ad not. *in c.quoniam contra.* vbi Felyn.*nu.43.de prob.* Alexan.*conſ.124.nu.3.lib.7.* Roman.*conſ.281.num.5.* Guid.Pap.*quæſt.122.* Hoc autẽ minus fuit obſeruatum. Nã nec apparet, per quem examen teſtiũ fuerit factum, nec ſubſcriptio notariorum poſt cuiuslibet teſtis dictum, fuit appoſita.

2 Præterea deficit citatio partis ad videndum iurare teſtes pro certo die;& præmiſſis accedũt mala cõpaginatio proceſſus, cum aliquot ſint in eo folia volantia, reſecata, & minus integra, & apoſtilla in folio ꝓceſſus 24.diuerſo caractere deſcripta, ex quibus nõ leuis ſuſpicio falſitatis oritur. Cur.iun.*conſ.141.nu.17.* Menoc.*de arbit.caſ.187.*

3 Non obſtat, quod pro iſtorum defectuum ſanatione ad ſignaturã habitus fuit recurſus, quia nihil fuit reſcriptum, ſed Rotæ arbitrio remiſſa errorum cognitio;& quando ſublati fuiſſent huiuſmodi defectus, nihilominus ſubſtineri nõ poſſẽt, ex quo proceſſus vtriuſq; notarij etiam ſubſcriptione caret, & ita deciſum.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D.Seraphini Card.

Romana donationis, Mercurij 22. Iunij, 1588.

ARGVMENTVM.

Pȩna criminis lȩſȩ maieſtatis, quando tranſeat ad filios, iuxta diſpoſitionem l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. & an Mater nõ petens tutorem filio infra annum banni ſuo viro dati, priuetur eiuſdem filij ſucceſſione; & quibus ex cauſis ab hac non petitione excuſetur.

S V M M A R I V M.

Mater non petens tutorem filio infra annum poſt mortem ciuilem ſui patris, & viri reſpectiue capitaliter banniti, an priuetur ipſius filij ſucceſſione.num.1. & generaliter, an & quando priuetur dicta ſucceſſione, ob non petitionẽ tutoris infra annum, vide in add.lit.A.vbi plura ponuntur in hac materia.

Criminis laſæ maieſtatis pœna tranſit ad filios, ita vt & ipſi cenſeantur priuati non ſolum ſucceſſione bonorum paternorum, ſed etiam materna, auita, & aliorum proximorũ hæreditate, & ſucceſſione.nu.2. & in add. lit.B.vbi alia ad materiam.

Mater non priuatur hæreditate filij, ex eo quod poſt mortem patris ipſi non petierit tutorem, quando non expediebat pupillo talem tutorem dari.num.2.vbi datur exemplum huius concluſionis.

Criminis laſæ maieſtatis pœna, quando tranſit ad filios, tunc nemo pro illis comparere poteſt ſine venia.nu.2.

Mater nullam incurrit pȩnam non petendo tutorem filio poſt mortem patris, quando aderat legitimus tutor.nu.3. declara, vt nu.7.

Criminis læſa maieſtatis pȩna non tranſit ad filios, niſi quando crimen eſt commiſſum contra perſonam Papæ, aut Imperatoris, aut ſaltem odio ipſorum.nu.4.& in add.lit.C.ubi de materia, an ſcilicet, & quando tale crimen committatur contra Principes inferiores.

Criminis laſæ maieſtatis pœna non tranſit ad filios natos ante perpetratum delictum.nu.5.& 6.ubi etiam quod nec talis pœna tranſit ad filios de conſuetudine, & in add. lit. D.ubi de materia.

D E C I S I O LXII.

1 AGebat Illuſtriſſima, & Excellentiſſima D. Iulia Sabella ad ſucceſſionem filiorum impuberum, reſpectu quorundam bonorum eis donatorum ab Illuſtriſ.D.Valerio Vrſino;ſed quia cum bannitus fuiſſet, & condẽnatus pȩna capitali Illuſtr.D.Ludouicus D.Iuliȩ maritus, & dictorũ impuberum pater, & ipſa intra annum huius
a bãni non petijſſet eis dare tutorem, [a] excipiebat D.Valerius nõ deberi matri ſucceſſionẽ, ex diſpoſitione *l.ſciant.C.de legit.hæred.* Ex aduerſo proponebantur nonnullæ excuſationes, de quib. actũ fuit in præſenti cauſæ poſitione, quæ ex præſuppoſitis in dubio eliciuntur; quarũ prior eſt; Quia nõ expediebat pupillis petere tutorẽ; Altera eſt, quia aderat patruus legitimus tutor, & adminiſtrator, qui defenſionẽ pupillorũ ſuſceperat. Et

in præ-

in pręsẽti quidẽ diſputatione pręſuppoſitũ fuit,
diſpoſitionẽ *dictæ l.ſciant*, locum habere non ſo-
lũ, quando pater mortuus eſt morte naturali, ſed
ẽt quando eſt ciuiliter mortuus, qualis eſt banni
tus in pęnã capitis. De cuius pſuppoſiti veritate
ſi cõtingeret dubitari, particulariter erit agẽdũ.
2 Retento itaque hoc themate, de duabus excu-
ſationibus actum fuit, quę pro parte D. Iulię de-
ducębãtur; Quartũ prior eſt, quod cum per fiſcũ
fuiſſet proceſſum contra D. Ludouicum, & lata
ſententia contra eum in crimine lęſæ maieſtatis,
ex diſpoſitione *l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.* & fa-
ctum per eum Inuentarium, nec non apprehenſa
poſſeſſio omnium bonorum, non expediebat pu
pillis petere eis dari tutorẽ, vel curatorẽ, ad text.
in l. 2. §. quod ſi penitus, & §. tractari. ad Sen. conſult.
b *Tertul.* cum ipſi eſſent de iure priuati [b] omnibus
bonis, nec non materna, & auita, ac etiam omniũ
proximorũ hæreditate, & ſucceſſione. *l. quiſquis.*
§. filijs. C. ad l. Iul. maieſt. & hoc præſertim, cum ne
mo pro eis poſſet in iudicio cõparere ſine venia.
d. l. quiſquis. §. denique. quam tamen petitam obti
nere non potuerunt, cum commiſſio pro eorum
parte pręſentata, in ſignatura Sanctiſſimi reiecta
fuerit: Confirmatur ex eo, qđ præter huiuſmodi
priuationẽ, aderat ẽt magnum ęs alienũ, & ideo
magis expediebat pupillis non habere tutorem,
vt a creditorum moleſtia liberarentur. *d. l. 2. §. tra*
ctari. verſ. ergo etiam ſi mater ei. ff. ad Tertull.
3 Altera excuſatio deſumebatur ex eo, quod ad-
erat D. Valerius patruus pupillorum, qui erat ex
l. diſpoſitione vnus ex legitimis tutorib. qui ad-
miniſtrabat, & gubernabat omnia bona, & pupil
los defendebat, ita vt nullũ poſſet ex matris ceſ-
ſatione oriri præiudicium ipſis pupillis, *d. l. 2. §. ſi*
mater. verſ. ſed ſi forte, gl. in l. mater. C. eod. tit. ad Ter
tull. & ibi Salyc. *nu. 3. & in l. ſciant. nu. 3.* Soc. iun.
conſ. 16. nu. 13. in fine. li. 2. Quod autem D. Vale-
rius adminiſtraret, & defenderet, colligitur ex
præſuppoſitis, & ijs quæ in facto deducuntur.
4 His tamen non obſtantibus, fuit per Domi-
nos dictum, has excuſationes non eſſe ſufficien-
tes; Nam quantum ad priorem, quæ ſumitur ex
eo quod iſti pupilli erant omnibus bonis priua-
ti; Reſponderunt, hoc non eſſe verum; habebant
enim iſti pupilli bona relicta ſibi a D. Raymun-
do, nec non bona auita in Prouincia Marchiæ,
quæ non poterant cadere ſub cõfiſcatione; cum
pęna *d. l. quiſquis*, non habeat locum, niſi quando
crimen eſt commiſſum contra perſonam Papæ,
c vel Imperatoris, aut ſaltem odio ipſorũ, vt trad.
Clar. *in pract. cri. §. læſæ maieſtatis. num.* 14. Alciat.
conſ. 467. nu. 6. in fine. poſt And. de Iſern. *in c. 1. in*
verſ. & bona committentium. nu. 81. *quæ ſint regal.*
5 Præterea fuit conſideratum, filium, de cuius
ſucceſſione agitur, natum fuiſſe ante perpetra-
d tum [d] delictum; & ideo non comprehendi in pę-
na *d. l. quiſquis.* Clar. *vbi ſupra nu.* 12. poſt Alciat.
in d. conſ. 467.
6 Inſuper hanc pęnam de conſuetudine non ha
bere locum, teſtatur Angel. *in l. fallaciter. num. 4.*
C. de abolit. Socin. *conſil.* 275. *num. 3. in fine. libr. 2.*
Clar. *vbi ſupra.* Quare pupillis melius erat habe-
re tutorem, quam non habere ratione iſtorũ bo-
norum, ſuper quibus non poterant etiam grauа-
ri a creditoribus paternis: & ideo ceſſat etiã con-
ſideratio, quæ fit ſuper ęre alieno, quo grauati e-
rant pater, & patruus.
7 Quantum ad poſteriorem excuſationẽ, quod
aderat legitimus tutor, & adminiſtrator; Reſpon
debant Domini, hoc non releuare, tum quia ex-
cuſatio illa procedit ſecundum tempora digeſto
rum, & codicis, quibus matres ad tutelam legiti-
mam non admittebantur, ſed hoc poſtea corre-
ctum fuit per *Auth. matri, & Auia, C. quand. mul.*
tut. offic. fung. pot. vt tradit Bar. *in d. l. matris, & poſt*
eum cæteri, tum etiam quia in quodã inſtrumen-
to ipſa vocauit ſe tutricem, & adminiſtratricem
filiorum; & ſic apparet eius intentionis fuiſſe nõ
recuſare filiorum tutelam; quo caſu non erat lo-
cus legitimo.
8 Ponderatum fuit, etiam actus adminiſtratio-
nis D. Valerij eſſe æquiuocos, cum præſumatur
vti conſors adminiſtraſſe, propter cõmunionem
bonorum, maxime cũ in alienatione caſalis con
ſtitutus fuerit Procurator a D. Iulia vti tutrice,
quæ res declarat eius animum reſpectu admini-
ſtrationis; & ita fuit concluſum, reſeruatis cæte-
ris excuſationibus, quæ extra dubium ab infor-
mantibus tactæ fuerunt; An autem *diſpoſitio l.*
ſciant, habeat locum etiam in morte ciuili, indi-
get particulati diſcuſſione.

ADDITIONES.

a *Tutorem.* De hac materia, an ſcilicet, & quando
mater priuetur ſucceſſione filij, non petendo ip-
ſi tutorem infra annum poſt mortem patris, vide
late per Gab. *lib. 6. tit. de tutel. concl. 1.*
b *Priuati.* Speciale eſt in crimine læſæ maieſta-
tis, quod filius delinquentis patris luat pænas,
prout eſt text. *in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.* vbi
quod filius priuatur nedum hæreditate paterna,
ſed etiam materna, & aliorum aſcendentium, ac
proximiorum, collateralium, & etiam extraneo-
rum, prout bene declarat Anton. Gomez. *de de-*
lict. tit. de crim. læſæ maieſtat. num. 13. Nec mirum,
ſi ita ex delicto patris filij incapaces redduntur
ad hæreditatem ſibi delatam, quia etiam ipſo iu-
re infames efficiuntur, inhabileſque ad honores,
& dignitates, & ob id repelluntur a teſtimonio;
nec poſſunt ad eccleſiaſticos ordines promoue-
ri, nec obtinere officia, aut etiam beneficia eccle-
ſiaſtica, aliaque reipublicæ munera, vt *in d. l. quiſ-*
quis, & per Gomez. *in loco præcitato.* Gig. *de cri-*
min. læſæ maieſt. lib. 3. tit. 1. quæſt. 1. num. 4. & ſeqq.
& quæſt. 12. vbi etiam, quid ſi filij prædicti fue-
rint a Papa, vel Imperatore reſtituti. Couar. *var.*
reſol. lib. 2. c. 8. nu. 2.

Ampliatur autem hæc concluſio plurib. mo-
dis: & primo, vt procedat etiam in filijs naturali-
bus, ſecundum Gig. *vbi ſupra d. lib. 3. tit. 1. quæſt.*
7. Couar. *variar. reſolut. lib. 2. cap. 8. num.* 3. vbi de-
clarat, hoc bene procedere in naturalibus, quo-
rum pater certus eſt; ſecus autem in ſpurijs, aut
vulgo quæſitis, quorum pater eſt incertus. Clar.
in

Digitized by Google

in prac. §. leſ. maieſ. verſ. ſed nunquid habent. Quid aũt in adoptiuis, vide Gig. vbi ſup. d. q. 7. nu. 16 & ſeq. vbi quod filij adoptiui non intrãt in diſpoſitione d. l. quiſquis. Quid aũt in emancipatis, vide ibidẽ per Gig. q. 6. per totã. Et quid demũ in filijs Clericis, dic, quod non priuantur beneficijs propter delictum Patris. Gig. vbi ſup. q. 9. Quod intellige, niſi crimen læſæ maieſtatis fuerit cõmiſſum in Papam, quia tunc etiam filius Clericus beneficio priuatur. Gig. ibidem q. 11.

Ampliatur ẽt eadem cõcluſio idem eſſe in nepotibus ex filio deſcendentib. Gig. vbi ſup. lib. 3. tit. 1. q. 8. Cou. variar. reſol. lib. 2. c. 8. nu. 2. verſ. Primum an ob crimen. Cla. in prac. §. leſ. maieſt. §. praterea quæro. Ant. Gomez. tit. de cri. leſæ maieſt. nu. 15. vbi relato iure antiquo, diſtinguẽdo dicit, quod quando maſculus commiſit crimen læſæ maieſtatis, tunc pęna tranſit etiã ad nepotes; ſecus quando fœmina deliquit, quia tunc tranſit ad filios tãtum, per tex. in c. ſtatutum. de hæret. in ſexto. Qui tex. licet loquatur de hæreſi, extenditur tamen etiam ad crimen læſæ maieſtat.

Ampliatur rurſus cõcluſio prędicta, vt filij priuentur hæreditate paterna ẽt quoad legitimam, Rol. cõſ. 8. n. 43. & 47. li. 3. de quo vide Boſſ. in tit. de cri. leſ. maie. n. 134. & ſeqq. Quod nõ vr̃ procedere in fęmina, quę de bonis matris vr̃, ꝙ poſſit percipere legitimã, ſiue ex teſtõ, ſiue ab inteſtato, ex Ant. Gom. d. tit. de leſ. maie. ſub n. 13. Sic & filium priuari nõ ſolũ hęreditate materna, ſed ẽt bonis a matre donatis tam ex cauſa mortis quam inter viuos, voluit Gig. d. lib. 3. tit. 1. q. 2. & 3. ſic etiam filium priuari feudo, ſiue illud ſit antiquum & paternum, ſiue ex pacto & prouidentia, & hæreditarium, ſcripſit idem Gig. d. lib. 3. eod. tit. 1. q. 4.

Ampliatur demum eadem cõcluſio procedere nedum in maſculis, ſed etiam in fœminis, de qua ampliatione, ac illius veritate & materia, vide Gigã. d. li. 3. tit. 1. q. 15. & q. 74. n. 11. & q. 14. & q. 16. vbi ẽt quid de Hermafrodito. Boſ. d. tit. de cri. laſ. maie. n. 134. Plot. cõſ. cri. diuerſ. 130. n. 84. & ſeq. lib. 1. Clar. in prac. §. leſ. maie. verſ. hæ autem pœna. Rol. conſ. 74. n. 8. & 9. & conſ. 73. nu. 23. lib. 3. & conſ. 15. nu. 6. lib. 4. Apud quos etiam reperies, an dictæ filiæ fęminæ debeant dotari, de quo particulariter vide Dom. meum Farin. in ſua prac. cri. p. 1. tit. de delict. & pan. q. 24. nu. 47.

Limitatur autem prædicta concluſio nonnullis alijs modis; & primo quod licet filij priuentur hæreditate patris delinquentis, debent tamẽ habere alimenta a fiſco, ſecundum Plot. in conſ. cri. diuerſ. 130. nu. 84. & ſeq. lib. 1. cuius contrarium vĩ detur voluiſſe Boſſ. in tit. de cri. leſ. maieſt. nu. 135. in fine, & faciunt in ſimili tradita per Rol. conſ. 8. nu. 46. & ſeq. lib. 3.

Limita ſecundo, quia in foro cõſcientiæ videtur Principem non poſſe retinere bona hæreditaria Patris in præiudicium filiorum, qui non deliquerunt, ex trad. per Rolan. in conſ. 74. in fi. nu. 21. lib. 3. dicens amplius, quod pęna l. quiſquis, ex generali conſuetudine Italiæ eſt ſublata. ex Angel. Soc. & Alcia. in locis per eum relatis, quod & idem in hac deciſione admittitur.

Limita tertio procedere, quando cõſtat certe, patrem eſſe delinquentẽ; ſecus ſi per ſolã contumaciã, & fictã confeſſionẽ, cuius vigore ſequuta condemnatio filijs non nocet. Gig. de cri. leſ. maieſt. lib. 3. tit. 1. q. 13. Rolan. conſ. 29. nu. 21. & ſeqq. lib. 3. & conſ. 15. in fi. iuncto nu. 4. lib. 4.

Limita quarto, quia hęreditas huiuſmodi filio ablata propter eius inhabilitatem, nõ applicatur fiſco, ſed alijs proximioribus veniẽtibus ab inteſtato, ſecundum Ant. Gomez. d. ti. de cri. leſ. maie. nu. 14. licet Saly. in loco per eum relato, contrarium dixerit.

Limita quinto, quia licet filius in crimine lęſę maieſtatis propter patris delictũ, puniatur vt ſupra, nõ tamen econtra punitur pater propter delictum filij. Gig. vbi ſupra d. lib. 3. eod. tit. 1. q. 21.

c Imperatores aut ſaltem odio ipſorum. Ex hac deciſione duę colliguntur concluſiones; Prima eſt, ꝙ pęna criminis lęſę maieſtatis nõ tranſit ad filios, qñ offenditur non Princeps ſupremus, ſed Princeps inferior. Secunda eſt concluſio præcedentis ampliatiua, quod indubitanter pęna criminis læſæ maieſtatis non tranſit ad filios, quando offenditur Princeps inferior, non ratione ſuæ perſonę & iuriſdictionis, & propter publicum odium, ſed ex particulari odio & inimicitia; & quidem iſtæ duæ cõcluſiones reſtrictę, prout ſunt termini huius deciſionis, ad filios delinquẽtis, ſũt veriſſimę, & tranſeunt ſine difficultate, vt videre eſt apud Gig. in tit. de cri. leſ. maie. lib. 1. tit. qualiter, & a quibus crimen leſ. maieſt. committitur. q. 29. n. 2. & 3. & lib. 3. tit. 1. q. 23. nu. 6. & nu. 9. Boſſ. in tit. de cri. leſ. maieſt. nu. 51. & ſeqq. Clar. in prac. §. laſ. maieſt. ver. Vnum tamen. Gab. lib. 7. concl. vlt. n. 7. & ſeqq. Rol. conſ. 74. lib. 3. & conſ. 15. n. 11. & ſeqq. lib. 4. Vbi ponit exemplum in eo, qui offendit aliquem Baronem eo, quia defloraucrat ſororem offendentis. Nec diſſentiunt a præmiſſis alij plerique Doctores infra in ſeqq. verſiculis allegandi.

Verum circumſcripta perſona filiorum, ſi tractandum eſt de pœna illius, qui Principem offendit, & tunc licet offendens aliquem officialem ipſius Principis ſuperioris, vtputa Legatum, Poteſtatem, Vicarium, Conſiliarium, aut alium officialem, ex particulari inimicitia & odio, nõ dicatur committere crimen læſę maieſtatis, nec illius pœnam incurrere, vt per Gig. de cri. leſ. maieſt. lib. 1. tit. qualiter, & a quibus cri. laſ. maieſt. cõmittatur. q. 6. & q. 15. vbi de offendente Legatum, ſeu Vicarium Papę, Imperatoris ſeu Regis, & quaſt. 26. n. 3. vbi de offendente alium inferiorem officialem & q. 14. num. 4. & ſeqq. vbi de offendente Conſiliarium Principis. Petr. a Plach. in Epit. delict. lib. 1. cap. 22. ſub num. 22. Roland. conſil. 1. nu. 32. & ſequentibus, & num. 36. lib. 3. & conſ. 15. num. 11. & ſequent. li. 4. Attamẽ ſi offenderetur perſona ipſius Principis immediate, tunc vix crederem in practica obtineri poſſe, vt is a pœna criminis læſæ maieſtatis excuſaretur ex eo, quod ex particulari odio & inimicitia offenderit, prout neque hanc excuſationem in offendente Conſiliarium Principis admittit Clar. in pract. §. laſæ maieſt. verſic. quæro etiam.

Sic & pariter, quicquid ſit de iure, ſaltem de conſuetudine crimen læſæ maieſtatis committi etiam contra Principes & Ciuitates inferiores recognoſcentes ſuperiorem, ſcripſerunt Alex. *conſ.13.num.2.lib.6.* Vbi loquitur etiam de offendente aliquem Dominum particularē vnius caſtri, prout etiam loquitur Aym. *in conſ.224.nu.6.* Nec diſſentiunt Ang. *de maleſ. in verbo, Et hai tradito la tua patria.nu.5.* Soci.iun. *conſ.105.lib.3.* Rolan. *conſ.88.nu.1.& ſeqq.lib.2.* Menoc. *de arbitrar. quæſt.lib.2.caſu 316.nu.29.* Gram. *deciſ.6.nu.19.* Rube. Alexandr. *conſ.154.nu.1. circa finem.* Boer. *in trac.de ſeditioſis.q.6.nu.6.* Martin. Laud. *in trac. de crim.Leſ.maieſt.q.1.* Gig. *in eod.tract.lib.1.tit.qualiter & a quib. crim. leſ. maieſt. committitur. quæſt. 29.* Idem Rolan. *conſ.14.nu.16.li.4.& conſ.55.nu.*
* *5.eod.li.4.* Vbi de communi: Dummodo inferior Princeps habeat merum & mixtum imperium, & plena regalia; Quicquid contrarium defendere conetur Anton. Gomez. *de delict.rubr.de cri. leſ. maieſt.nu.10.* Ad quam materiam, vide etiam quę ſcripſit Pereg. *in trac.de iure fiſci lib.4.tit.5.nu.23. & ſeq.* Et quæ dixit Dominus meus Farinacius *in ſua pract.cri.p.1.tit.de indic. & tort.q.51.nu.87. & ſeqq.* vbi de non reuelante tractatum contra Principem inferiorem.

d *Perpetratum delictum.* Cum Claro etiam conſentit Diaz *reg.175.in 2.limitatione,* ſed eius opinio non tranſit ſine difficultate, prę ſertim ex deductis per Couarr. *variar.reſolut.lib.2. capit.8.numer.5.& 6.in diſcurſu,* vbi multa hinc inde adducit, & ponderat, & contrariam opinionem, vti veriorem, late defendit Anto. Gomez. *d.tit.de crim. leſ.maieſt.nu.16.* eamque magis communem teſtatur Gig. *in tract.de crimin.Leſ.maieſt.lib.3.tit.1. quæſt.5.*

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

GIPTII.

Britonouen.Commenda, 12. De-*cemb.* 1588.

ARGVMENTVM.

De probatione ſimonię: Et de probatione, & declaratione zifrarum multa notabilia.

SVMMARIVM.

Simonia plene & concludenter probari debet, etiam ſi ciuiliter agatur.nu.1.

Confeſſio dubia, & quæ in bonam & malam partem capi poteſt non nocet confitenti, & ad rei fauorem interpretari debet, num.1.in fine, & nu.3.etiam in fine, & in addit.litera, A.

Simonia eſt difficilis probationis, ideo ad illius probationē admittuntur coniecturæ, & præſumptiones, euidentes tamen, & bene concludentes.nu.2.

Verba inducunt conſenſum, dummodo ſint congrua, & accommodata ad illum ſignificandum; aliter ſecus.nu.2.

Cifræ non conſuetæ nihil probant, nu.2.in fine, Niſi probetur inter ſcribentes præceſſiſſe earundem cifrarum declarationem.nu.3.

Negocium poteſt dici meum nedum propter proprium intereſſe, ſed etiam cura & ſollicitudine.nu.3.

Simonia præſumpta non excludit aliquem ab actione ſpolij.n.4

Simonia mentalis non inducit priuationem.nu.5.

Simonia non inducitur ex verbis generalibus, vtputa, Non viſarò ingrato.*nu.5. Etiam quod poſtea aliquid datum fuerit.nu.6.*

Verba generalia non inducunt ſimoniam.nu.5.

Simonia inducitur ex actibus correſpectiuis & reciprocis. Dūmodo tamen fiant ab initio, vel incontinenti, alias ſecus. num.6.

Simonia non probatur ex petitione abſolutionis ad cautelam. num.7.

Abſolutionem petens ad cautelam, non videtur fateri.nu.7.

Simonia cadit etiam in re ſpiritualitati annexa, prout eſt penſio.nu.8.

Penſio non eſt res mere temporalis, ſed ſpiritualitati annexa. num.8.

DECISIO LXIIII.

1 FRater Ludouicus Miles Ordinis ſancti Ioannis Hieroſolimitani, agebat ſpolio ad recuperationem ſuæ Comendæ; Ex aduerſo obijciebatur, non eſſe locum reintegrationi, ob prętenſam ſimoniam, ab eodem fratre Ludouico commiſſam. Dubio bis propoſito, Domini pro maiori parte tenuerunt, fratrem Ludouicum eſſe reintegrandum, non obſtante exceptione prætenſæ ſimonię, cum non ſit plene & concludenter probata, prout probari debet, etiam ſi ciuiliter agatur. Dec. poſt Abb. *in c. veniens. de teſt.* Natt. *conſ. 295.n.13.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem. Mohed. *deciſ.184.* Cot. 173. Hinc eſt, quod confeſſio, quæ in bonam & malam partem capi poteſt, non ſuffragatur. Put. *deci.381.& 440.li.1.*

2 Nec facit, quod ad probādum ſimoniam, quæ eſt difficilis probationis, admittantur etiā coniecturæ, & præſumptiones, quæ debēt eſſe euidentes & bene concludentes. Alex. de Neuo *conſ.64. num.2.* cum alijs congeſtis per Moder. *de probat. concluſ.1134. nu.27.* ſed in iſto caſu non ſunt tales: Nam in literis miſſiuis nō eſt nominatus Ludouicus, ſed ſolum dicitur N. & R. quæ verba nō ſunt congrua, nec accommodata ad inducēdum conſenſum Ludouici; ideo nihil releuant. Iaſ. & relati per eum *in l.1.§.eadem.num.2. de verb.oblig.* & Aret. *ibidem nu.5.cum ſeq.* vbi plures cumulat. Alex. *conſil.113.nu.6.lib. 2.* vbi quod non attenditur denominatio perſonarum facta per cifras non conſuetas, *& conſil. 146.nu.25.verſ.& ſic dato lib.5.* vbi quod literę miſſiuæ ſcriptę in cifra, nihil releuant.

3 Nec illa verba, *Quel mio negotio,* poſita in literis ſcriptis per Ludouicum Ghiſello, declarant perſonas

ſonas nominatas in d. memoriali per illas cifras N.& R. quæ declaratio eſt neceſſaria. Iaſ. *vbi ſup.* Alex. *d. conſ. 146. n. 25. ver. ſecus ſi non præceſſiſſent. iuxta not. in l. ſed cū paterno. §. vlt. de bon. poſſeſ. & in l. quoties. circa principiū. C. de hæred. inſt. & in auth. quod ſine. C. de teſt. gl. in §. 1. verſ. ſed hæc ſolemnia. in verbo, quibuſcūque. & ibi ſcriben. Inſt. de verb. oblig.* Et ex illis verbis, talis interpretatio nō reſultat, quia illud negociū potuit eſſe ſuum cura, & ſollicitudine, iuxta trad. per Bar. *in l. ſi pecuniam. C. de negoc. geſtis*: Et tamē cōfeſſio ſemper ad fauorem

a Rei interpretari debet [a]. Dec. *conſ. 493. n. 16.* Nat. *conſ. 561. nu. 5.* late Rimin. *conſ. 214. nu. 15.*

4 Et ſi dicatur, quod debet prǽſumi, quod de Ludouico loquatur, Reſponderetur, ꝙ etiā ex prǽſumpta ſimonia, quis ab actione ſpolij non excludit. Caputaq. *deciſ. 342. li. 1.* ſiquidem non dicitur notorie de non iure Ludouici conſtare, cum in petitorio poſſit docere de contrario, Egid. 103.

5 Et quamuis hęc ſufficere viderentur pro reſolutione prǽſentis dubij, attamen vlterius progrediendo, viſum fuit Dominis, ex deductis non cōſtare de ſimonia cōuētionali, vel reali: ſed ſi qua fuit, potius dici debet mentalis, quæ non inducit priuationem. *c. fi. de ſimon.* vbi Doct. Ang. *in ſumma, in verbo, ſimonia. num. 7.* Nau. *de comm. in Manual. c. 23. nu. 102. & ſeq.* Nam quod N. & R. requiſitus an vellet ſuam domū ſibi cedere pro penſione, quam ipſe habebat, ſcutorum 126. ſuper commenda alterius Equitis; Reſponderit, neſcire, an hoc fieri poſſet, ideirco, quod N. deberet renunciare penſionem, & poſtea videbitur ſubdendo, *Che io non vi ſarò ingrato.* Qua ceſſione facta, poſt annum dedit illi domum ſub fictu nomine vēditionis: nā hæc non includūt ſimoniā realem, vel conuentionalem, ſed potius excludunt verumq; ab initio contractus. Nec verba, *Io non vi ſarò ingrato*, inducunt obligationem, ad effectum ſimoniæ prǽtenſę, & not. *in c. cum acceſſiſſent*, vbi Abb. *nu. 5. de Inſtit.* Nau. *in con. 1. Greg. de dat. & promiſſ. 11. not. nu. 18. verſ. ſecunda.* quicquid dixit gl. *in extrauag. Bonif. de ſent. excom. c. 1.*

6 Prǽterea illa verba, *Che renunciaſſe pur liberamēte*, pactum ſimoniæ excludunt; & dato ꝙ poſtea aliquid datum fuiſſet, nō propterea inducitur ſimonia. Sarnen. *in reg. de trien. q. 12. ver. 2. principaliter*, vbi Doct. Ita tenere affirmat Dec. *cōſ. 11. nu. 4.* Nec ad rē pertinęt, ꝙ in beneficialibus actus correſpectiui & reciproci inducant ſimoniā. Fel. *in c. Paſtoralis. de reſcrip.* Ver. *dec. 240. p. 3.* quia fuit reſponſum, illud procedere, qñ ab initio, vel incontinenti hmōi promiſſio, vel datio fit, qm̄ quę incontinenti fiūt, cenſentur ineſſe. *l. lecta. ſi cer. pet.* ſecus vero ſi ex interuallo. Egid. *dec. 12. et 491. li. 2.*

7 Nō obſtat, quod Ludouicus petendo abſolutionem, videatur confiteri ſimoniā, quia eius cōfeſſio eſt limitata, & potius ad cautelam pro ſcrupulo quē habebat, faciūt dicta ꝑ Ang. *in ſumma, in ver. conſcientia. n. 1.* & bonarum mentiū eſt culpam timere, ēt vbi non eſt. *c. 2. de obſer. ieiun.* Nat. *d. conſ. n. 15.* His accedit, quod non agitur ſolū de amiſſione dictę penſionis, ſed etiam de priuando eūdem fratrem Ludouicum ſua commenda; quo fit, vt benignior facienda ſit interpretatio.

8 Cætera, quæ obiiciuntur, bene remanēt ſublata ex allegatis per informātes: nō placuit tamen Dominis fundamentum deductū ex Gig. *de penſ. q. 99.* quia penſio non eſt mere temporalis, ſed ſpiritualitati annexa, vt oſtēdit Prob. ad Gloſ. Grā. *c. 1. de collat. §. Item quod vniuerſitas. ver. beneficiorū. nu. 4.* Rebuff. *de pacif. poſſeſ. nu. 114.* Et ſimonia cadit etiam in re ſpiritualitati annexa. *c. quæſitum. de rerum permut.* Roman. *conſ. 368.*

ADDITIO.

a *Interpretari debet.* Ad idem, quod dubia confeſſio interpretari debeat in bonam partem, & ad fauorem cōfitentis, & ſecundū illius intentionem, adde Bal. *in l. 1. nu. 23. verſ. Primo caſu. C. de confeſ.* Claud. Seyſel. *in repet. l. vt vim. n. 113. ff. de iuſt. & iure*, vbi bene exēplificat hanc concluſionē. Dec. *in c. cum venerabilis. n. 105. de exceptionibus, & in c. in præſentia. nu. 44. de prob.* Marian. *in c. qualiter & quando. il 2. n. 786. de accuſ.* But. *in c. cū dilecti. n. 20. eo. tit. de accuſ.* cū alijs pluribus relatis per D. meū Fatin. *in ſua pract. cri. p. 2. tit. de reo cōfeſ. & conuict. q. 81. c. 1. nu. 35. & ſeqq.* vbi hanc concluſionem tribus modis limitat & declarat. Primò, vt procedat in foro fori; ſecus in foro poli: Secundo, vt non procedat in homine malæ famæ: Tertio, vt non procedat in ijs, quæ de ſe mala & prohibita ſunt: Nā his omnibus caſib. dubia cōfeſſio in deteriorem partem, & contra cōfitentem interpretatur.

Fam. Cent. I.V.D. Galleſ.

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Platti Cardinalis.

Legionen. Iuriſdictionis, 19. Decemb. 1588.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum quando dicatur legitime recognitū, & de nonnullis ſuſpicionibus falſitatis aduerſus inſtrumē tum oppoſitis: Et quando duo Notarij rogarunt ſe de vno inſtrumento, an in illius publicatione ſufficiat vnius ſubſcriptio.

SVMMARIVM.

Falſitas vt euitetur, omnis interpretatio facienda eſt. in addit. lit. A.

Inſtrumentum ſubſcriptum a Notario, & cum eius ſigno, & ſolemnitatibus requiſitis, plenam facit probationem. nu. 1.

Falſitas inſtrumenti non præſumitur, nu. 1. & in add. lit. A. vbi de materia.

Inſtrumentum tanto magis probat, quando illius tenor reperitur inſertus in apoſtolico reſcripto. ſub nu. 1.

Notarij duo quamuis ſe rogauerint de aliquo inſtrumento, ſufficit tamẽ in illius publicatione vnius ſubſcriptio; niſi probetur, eos fuiſſe ſimul rogatos, nu. 1. in fine.

Inſtrumento originali ſtandum eſt, & ad illud recurrendum, quando ex eo exemplatæ ſcripturæ diſcordant. nu. 2. in fine, & in add. lit. B.

Teſtes examinati a Iudice non habente iuriſdictionem, nihil probant, nu. 3.

Cancellatio inſtrumenti in ſubſcriptione notarij, quæ ad ualiditatem inſtrumenti non erat neceſſaria, inſtrumenti fidem non tollit. nu. 4.

Falſitas non præſumitur, ſed potius error. in add. lit. A.

DECISIO LXIV.

1 Reſoluerunt Domini, ſcripturam compromiſſi laudi, & mandati eſſe in forma probanti, & fidem facere; Eſt enim ſubſcripta a Notario publico, ſer Didaco de Pignarãda, cum ſignis, & ſolemnitatibus requiſitis, iuxta doct. Bal. *in c. illud. in fi. de præſump.* Iaſ. *in l. ſi poſt dimiſſionẽ. in princ. C. de iur. & fact. ignor.* Soc. iun. *conſ. 95. nu. 2. vol. 2.*

a Nec præſumitur falſitas [a] in huiuſmodi inſtrumento. Caputaq. *deciſ. 3. p. 2.* Quod confirmatur ex eo, quia tenor iſtius laudi fuit inſertus in confirmatione apoſtolica, ad not. per Abb. *in c. venerabilis. de confir. vtil. vel inutil.* Fel. *in c. ea quæ. il 2. n. 3. verſ. quia poſtea. de teſtibus.* & licet duo notarij fuerint de hoc laudo rogati, attamen, niſi oſtendatur, eos fuiſſe ſimul rogatos, ſufficit ſubſcriptio vnius. But. *deciſ. 6. lib. 1.*

2 Nõ obſtat, q in vno ex ſumptis legatur, quod arbitri nõ poſſint tollere de iure vnius, & dare alteri, in alio autem ſumpto, deſit illa dictio, non, quia vltra quod ex præcedentibus & ſequẽtibus verbis probabilior redditur illa lectura, quę caret negatiua, quam illa, quæ habet negatiuam, confirmaturque hæc probabilitas ex eo, quod partes laudum acceptarunt, & approbarũt, dicitur etiã, dictionem illam negatiuam non legi in origina-
b li [b], cui eſt ſtandum, cum ſcripturæ exemplarię diſcordant. Dec. *in l. ſi librarius. nu. 8. ff. de reg. iur.*

3 Nec obſtant ſuſpiciones falſitatum, quę deducuntur contra ſcripturam originalem, quia non bene probãtur, cum notarij, qui ſuper illis deponunt, fuerint examinati a Iudice in hoc iuriſdictionem non habente, & contra formam *c. Venerabilis. de teſtib.*

4 Non obſtat, q ſubſcriptio Franciſci Gomez. alterius notarij rogati de huiuſmodi compromiſſo, & laudo vno in loco dicatur caſſata, qa vltra q non bene probatur, ex quo vt dictũ eſt Notarij de hac caſſatura deponentes, non ſunt formiter examinati; Dicitur etiam, quod ſi vtriuſq; notarij ſubſcriptio nõ eſt neceſſaria, vt ſupra dictum eſt, parum refert, quod ſubſcriptio Franciſci Gomex. aliquo in loco deficiat.

ADDITIONES.

a *Falſitas.* Inſtrumenti, ſeu alterius ſcripturæ falſitas, quod non pręſumatur, plures reperies concordantes apud Rolan. *conſ. 38. nu. 32. li. 1.* Decia. *conſ. 100. n. 1. lib. 2.* Maſc. *de prob. lib. 2. concl. 245. nu. 1. & ſeq.* Hier. Laur. *deciſ. Auinionen. 91. nu. 1.*

Hinc propterea omnem recipiendã eſſe interpretationem ad hoc, vt faſitas euitetur, pariter alios plures concordantes reperies antiquiores apud Cag. *in l. ſingularia. nu. 50. ff. ſi cert. pet. in vlt. lect.* Gab. *lib. 7. concl. 2. nu. 14. & ſeq. & nu. 24.* Clar. *in pract. §. falſum. verſ. Item debet Iudex.* Decia. *d. conſ. 100. nu. 1. lib. 2.* Cęph. *conſ. 77. nu. 31. & ſeqq. & nu. 42. lib. 1.* Caputaq. *deciſ. 3. n. 2. & 3. p. 2.* Frãc. Ricc. *conſ. 78. nu. 12. lib. 1.* Hipp. Rimin. *conſ. 345. nu. 41. & ſeqq. lib. 3.* Maſc. *de prob. lib. 2. concl. 745. n. 4.* Octau. Cacheran. *conſ. 64. nu. 58.*

Et hinc in dubio potius errorem pręſumi, quã falſitatẽ, dixit cõmunẽ Emanuel Soarez *in cõm. opi. in verbo, falſitas, n. 18.* alios refert Maſc. *d. concl. 475. n. 3.* exornat, & ampliat Frãc. Becc. *d. cõſ. 78. n. 13. 24. 30. & 34.* Et vide declarãtẽ Cęp. *cõſ. 230. n. 6. & n. 16. lib. 2.* & Iacob. Port. Imol. *conſ. 96. nu. 12. & ſeqq. & nu. 30. & conſ. 94. nu. 3.* vbi declarar.

b *Originali.* Quãdo matrix, ſeu abbreuiatura inſtrumenti, vel (vt in hac deciſione dicitur) Originale diſcordat a publico ſumpto eiuſdem inſtrumenti, an, & quando ſtandum ſit potius ipſi originali, quam inde leuato inſtrumento; & quid ſi illud diſcordat a Protocollo, vel Protocollũ diſcordet ab Originali, eſt notabilis & practicabilis materia, ad cuius declarationẽ, vide omnino Neuiz. *conſ. 26. nu. 46. & ſeqq.* Menoc. *de arbitr. quæſt. li. 2. caſu 187. nu. 21. & ſeqq.* & latius Maſc. *de prob. lib. 1. concl. 4. nu. 13. & 14.* cum allegatis per eum, *vbi d. nu. 14. ver. Ratio ſupradictæ ampliationis eſt.* ex Gram. quem allegat *in conſ. cri. 66. nu. 58.* (cui tamen an ſit credendũ dubitat) videtur tenere contra hanc deciſionẽ, videlicet, quod vbi diſcrimen reperitur inter duo exempla tradita ab eodẽ notario, tunc non eſt confugiendum ad Protocollum, ſeu abbreuiaturam, vel originale, cum neutra propter falſi ſuſpicionem fidem faciant.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

COMITVLI.

Burgen. Canonicatus, Luna, 19. *Decembris,* 1588.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione multa deducũtur, quæ ad proceſſus de partibus ad Vrbem tranſmiſſi, fidem, & probationẽ ſpectant: Et an idem proceſſus de falſo ſuſpectus reddatur ex nonnullis cancellationibus, additionibus, Apoſtillis & foliorum inciſionibus in illo repertis.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

Inſtrumentum ſumptum de alio ſumpto inſtrumento ab originali, parte opponente, non probat, nu. 1

Inſtrumentum vigore compulſorialium ex partibus extractum parte citata & per teſtes recognitum, plenè probat. nu. 1.

Compulſoria relaxata in iudicio principali deſeruit etiam in iudicio reſtitutionis in integrum, quod eſt acceſſorium, etiam coram alio Iudice, ſi tribunal eſt idem, nu. 2.

Iuriſdictio prorogata non expirat per mutationem Iudicis. nu. 2. in fine.

Teſtium depoſitiones in partibus receptorum vigore remiſſorialium debent habere ſubſcriptionem Notarij actuarij. nu. 3.

Remiſſoria ad examinandos teſtes ſubſtinetur etiam quod in citatione non fuerit deſignatus locus, quia intelligitur locus iudicij. nu. 4

Proceſſus de partibus tranſmiſſi fides coadiuuatur per teſtes deponentes fuiſſe habitam fidem alijs ſcripturis inde extractis. nu. 5.

Inſtrumenti fides non vacillat, ex puerilibus ſcriptitationibus repertis in folijs albis. nu. 6.

Falſitatis ſuſpicio nō oritur ex eo, quod in folijs albis alicuius proceſſus reperiantur ſcripta aliqua puerilia. nu. 6.

Falſitatis ſuſpicio non oritur ex eo, quod in aliquo proceſſu reperiantur aliqua notæ marginales, quia potuerunt fieri ab Aduocatis & Procuratoribus. nu. 6.

Falſitatis ſuſpicio non oritur ex eo, quod in inſtrumento in filtia notarij reperto, ſint abiecti caracteres & notæ numerales. nu. 6.

Falſitatis ſuſpicio non oritur ex inciſione filiorum non ſcriptorum. nu. 7. & de materia in addit. lit. A.

Falſitatis ſuſpicio non oritur ex cancellationibus habentibus cauſam manifeſtam, & approbatam à peritis. nu. 8.

Falſitatis ſuſpicio non oritur ex additionibus, & apoſtillis approbatis per ſubſcriptionem notarij. nu. 8

Falſitatis ſuſpicio tollitur ex oculari inſpectione. nu. 9.

DECISIO LXV.

1 IOannes Garzias ad probandum ſe eſſe qualificatum, iuxta requiſita in fundatione Maioricatus, de quo agitur, alias produxerat nonnulla iura, quibus Rota coram Illuſtriſſimo D. Comite 12. Decembris 1584. dixit, fidem non eſſe adhibendam, propterea quod non eſſent ſufficienter recognita, & eſſent ſumpta de ſumptis, quæ parte opponente non probant. Bar. *in auth. ſi quis in aliquo n. 13. C. de eden.* Caputaq. *deci. 234. lib. 3.* proinde lata fuit ſententia contra Ioannē, quæ tranſirum fecit in iudicatum.

2 Poſtea obtenta commiſſione reſtitutionis in integrum, & tranſportato ad Curiam originali proceſſu, coram me dubitatū fuit, an eſſet in forma probanti, ad effectum, vt depoſitionibus teſtium pro parte Didaci examinatorum in alia vacatione eiuſdem maioricatus, fides adhiberi poſſit. & reſolutum affirmatiue; nam fuit ipſe originalis proceſſus exhibitus per ſecretarium audientiæ Burgeñ. citato & præſente Procuratore partis aduerſæ & per teſtes recognitus, iuxta *deciſ. 1. de fid. inſtr. in non.* vigore compulſorialium a Rota emanatarium, quæ etiam ſi decretæ fuerint in primo iudicio ab alio Auditores, ſeruierunt nihilominus in iudicio reſtitutionis, quod eſt proſequutio primi. Put. *deciſ. 51. lib. 2.* coram alio Auditore, cum idem ſit tribunal. Caputaq. *deci. 172. num. 3. & 4. par. 1.* Guidobon. *deciſ. 77. in vna Salmantina.* maxime, quia pars aduerſa coram iſto compulſore, teſtes in prima inſtantia ſuper reprobatione dicti proceſſus examinauerat; vnde eius iuriſdictio prorogata fuit, vt expiraſſe dici non poſſit per mutationem Iudicis, ad text. cum ibi notat. *in cap. gratum. de offi. deleg.* & eſt de mente Put. *deciſ. 340. lib. 3.*

3 Subiectus autem oculis Dominorum iſte Proceſſus, viſus eſt habere ſua ſubſtantialia, & quod examen teſtium pro Didaco apparuit factū fuiſſe præuia Iudicis commiſſione, ex præmiſſa partis citatione, ad videndū iurare teſtes, qui iurarunt, & examinati fuerunt cum interrogatorijs partis aduerſæ; & præterea iuramenta teſtium, & eorūdem depoſitiones habent ſubſcriptiones notarij Actuarij. Ioā. de Nybudo, quæ actis & ſcriptutis fidem conciliant, ad gl. 3. *in cap. quoniam contra de prob.* & ibi Abb. *nu. 7.* Cuius notarij manus ſufficienter recognita eſt per teſtes coram compulſore, qui etiam ſuper fide, & legalitate ſcripturarū eiuſdem Notarij bene deponunt.

4 Nec obſtat, quod in citatione non fuerit deſignatus locus, quia ſubintelligitur locus iudicij. gl. *in c. quia nonnulli. in verſ. vel indeterminate. de reſcr.* Bar. *in l. ſi vt proponis. 2. C. quo. & quando iud.*

5 Coadiuuatur fides proceſſus ex eo, quod teſtes deponūt, alijs ſcripturis inde extractis, habitam fuiſſe fidem, ad tiad. per Iaſ. *in l. admonendi. n. 128. de iur. iuran.* Aym. *conſ. 158. nu. 6.*

9 Pueriles ſcriptitationes in folijs albis, & notæ marginales ab Aduocatis & Procuratorib. forsā adſcriptę, non minuunt fidem, prout de caractcribus & notis numeralibus in inſtrō, in filcia notarij reperto extra propoſitum adiectis, dictum fuit non obſtare *in vna Rauennaten. legati Pij 16. Ianuarij* 1585. coram bo. mem. Lauretano.

7 Abſciſſio trium foliorū [a] nō nocet propterea,
a quod, vt dicunt teſtes, illa nō erant ſcripta, & propterea nō pertinebant ad examen, de quo q̄ritur.

8 Cācellationes & additiones non vitiant, quia lituræ habent cauſam manifeſtam, quā approbāt periti, & additiones approbatæ fuerūt p̄ ſubſcriptionē eiuſdemmet notarij, vñ ceſſat ſuſpicio falſitatis. Gram. *deciſ. 106. nu. 17.* Alex. *conſ. 14. n. 10. lib. 6. & 175. lib. 7.* Decian. *conſ. 100. lib. 2. nu. 10.*

9 Teſtium ad leuandam fidem proceſſus examinatorum ſuſpiciones & inditia euanuerunt ipſo iure in conſpectu Dominorum.

ADDITIO.

a *Foliorum.* Quod ex foliorum inciſione oriatur præſumptio falſitatis, ponit Menoc. *de arbitr. quaſt. lib. 2. caſu 187. nu. 46.* Et quod econtra ſi in aliquo libro reperiātur aliqua folia addita, & de nouo cōſuta, falſitas pariter præſumatur, voluit Ioſeph. Lud. *deciſ. Lucen. 13. nu. 22.* Et quod etiam falſitas præſumatur ex diuerſitate cartarum, & foliorum, vtputa cum impreſſione diuerſi ſigni, ponit Decian. *conſ. 100. nu. 17. & 18. lib. 2.* & Monticell. *reg. crim. 15. nu. 117.*

Digitized by Google

Decisio LXVI.

MI
ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D.Seraphini Card.

Toletana Cappellaniæ de Baratas, die 3.Martij, 1589.

ARGVMENTVM.

Intrudẽs ſe iniuſté in aliquo beneficio, an,& quando priuetur altero beneficio,quod prius obtinebat.

SVMMARIVM.

Intrudens ſe iniuſtè In aliquo beneficio ipſo iure priuatur beneficio,quod prius obtinebat,nu.1. Amplia.1 etiam in beneficys ſine cura,dummodo ſint incompatibilia,nu.2. Amplia.2.etiam in intrudente ſe ſine vi, nu. 3. Amplia. 3. Vt ignorantia iuris non excuſet,nume. 7. Amplia. 4. vt Titulus non excuſet ſi fuerit iniuſtus, aut inualidus, nu.5.& 6.

Vitioſa poſſeſſio poſterioris beneficij facit vacare priora,numero 1.

Beneficiorum incompatibilitas habet etiam locum in duabus Cappellanys exiſtentibus in eadem eccleſia,nu.2.

Beneficia vniformia non poſſunt abſque diſpenſatione ſub eodem tecto retineri.nu.2

Incompatibilitas duarum præbendarum in Eccleſia videtur maior quam duorum beneficiorum curatorum.num.2.in fine.

Alternatiua oratio,vt locum habeat, ſufficit alteram partem eſſe veram,nu.3.

Ignorantia facti excuſat,ſecus autem ignorantia iuris,nu.4.

Paria ſunt ſcire vel ſcire debere, nume. 4. verſic. Paria enim ſunt.

Stultus non debet eſſe melioris conditionis, quam peritus. nu. 4.in fine.

Intruſus dicitur non ſolum is,qui nullum habet titulum;ſed etiam is,qui habet titulum ab eo,ad quem non ſpectat ius conferendi.nu.5

Titulus nullus inualidus ſubreptitius,& putatiuus, excuſat a pœna priuationis propter incompatibilitatem. nu.6.vbi hoc declaratur non habere locum,quando quis ſciuit,aut ignorare non debuit vitium ipſius tituli.

Patronus beneficij nõ poteſt diſponere,vt quis ſub eodem tecto retineat duo beneficia vniformia,nu.7

DECISIO LXVI.

1 DVbitaui, an per aſſequutionem Cappellaniæ de Pegnaloſa facta a D. Franciſco Henao, anno 1583. cenſeatur vacaſſe Cappellania de Baratas,quam ipſe prius obtinuit anno 1579. Et cauſa ſæpius propoſita,diuerſæ fuerunt ſententiæ Dominorum, ſed tandem concluſum fuit etiam vacaſſe, quia idem D. Franciſcus poſtea de facto aſſecutus fuit dictam Cappellaniam de Pagnaloſa, & qui iniuſte ſe in aliquo beneficio intrudit, ipſo iure priuatur beneficio, quod prius obtinebat. *capit. eum qui. de præben. lib. 6.* Nam vitioſa poſſeſſio poſterioris beneficij facit vacare priora, gloſ. *in Clem. ſi plures. in verbo, valere, in fine, de præben.* Rota *deciſ. 3. eodem tit. in nouis.*

2 Quod DD. dicebant eſſe intelligendum non ſolum de beneficijs cum cura, ſed etiã ſine cura, dummodo ſint incompatibilia, vt ſentit Archid. *in d.c. eum qui num. 2.* Gem. *num. 7. verſ. an autem.* Franc. *nu.* 1. & alij, & ideo habet etiam locum in duabus Cappellanijs exiſtẽ. in ead. Eccleſia, quæ cum ſint beneficia vniformia, non poſſunt abſq; diſpenſatione ſub eodem tecto retineri. *c. 1. de conſuet. in 6. c. litera S. de conceſſ. præben.* Abb. *in c. extirpandæ. §. qui vero. in 2. lectura. nu. 41. de præben.* imò maior videtur incompatibilitas duarum præbendarum in eadem Eccleſia, quam duorum Curatorum, vt tradit Cardinalis Zabarell. *in Clem. ſi curata. in 4. oppo. de præben.*

3 Neque *d. cap. eum qui*, debet intelligi de eo tantum, qui vi occupat beneficium, vt videtur ſentire Caſſad. *deciſ. 6. nu. 6. de cau. poſſ. & propr.* quia ille tex. loquitur alternatiue de eo, qui vi occupat, ſeu iniuſte in eo ſe intrudit; & ideo ſufficit alterã partem eſſe veram. *l. ſi hæredi plures. de cond. Inſtit. l. ſi quis ita ſtipulatus. de verb. oblig. c. in alternatiuis. de reg. iur. in 6.* & ita videntur ſentire Doct. *in d.c. eum qui.* & Bonifac. de Vital. *in Clemen. gratiæ. nu. 22. de reſcript.* itaq; ſufficit D. Franciſcum iniuſte ſe in dicta Cappellania intruſiſſe, etiam ſi per vim eam non occupauerit, vt ſit locus vacationi alterius.

4 Neque dici poteſt Franciſcum ignoranter poſſeſſionẽ d. Cappellaniæ de Pegualoſa accepiſſe, & conſequenter ceſſare pœnam d. ca. eum qui. vt explicat gl. ibidem *in verbo, ſcienter, per c. ſi beneficia. cod. tit.* quia gl. expreſſe loquitur de ignorantia facti, & aliud dicit de ignorantia iuris, quę nõ excuſ. *c. ignorantia. de reg. iur. in 6.* & ita intelligit Gem. *conſ. 78. col. 2. in fi. verſ. nec obſtat ſi dicat.* & Prob. *in add.* ad Monac. *in d.c. eum qui. nu. 3. verſ. & præmiſſis.* & Vital. *in Clem. gratiæ. n. 3. de reſcrip.* In propoſito autem Franciſcus ſcire potuit, aut ignorare non debuit, vacare Cappellaniã de Baratas, ex eo quod poſtea fuit aſſequutus Cappellaniã de Pegnaloſa, quia hoc a iure ſtatutum eſt, *d. c. eum qui.* Paria enim ſunt ſcire, vel ſcire debere *l. ſi Titius. ff. de fideiuſ. l. quod te, in fine. ff. ſi cert. pet. l. ſi duo. de acquir. hered.* Ang. *in conſ. 60. col. 1. nu. 9.* nam ſtultus nõ debet eſſe melioris conditionis, quam peritus. *l. ſeruus. ff. quod vi, aut clã.* & hæc ratio expreſſa eſt in eod. c. eum qui.

5 Neque etiam obſtat, quod *d. cap. eum qui*, habeat locum in eo, qui ſine vllo tit. ſe intrudit in alio beneficio, vt tenet Vitallin. *in Clem. ſi plures. nu. 4. de præben.* & Gig. *de intruſo num. 3. & 4.* & quod Dominus Franciſcus habeat titulum in Cappellania de Pegnaloſa, licet non ſit Canonicus. Quia primo reſponſum fuit, *d. cap. eum qui.* loqui de eo, qui iniuſte ſe in beneficio intrudit: intruſus autem dicitur non ſolum is, qui nullum habet tit. ſed is, qui habet titulum ab eo, ad quem non ſpectat ius conferendi, vt not. Abb.

per

per illum tex. *in c. quia per diuerſitatem. nu. 2. de præben.* Cald. *in conſ.* 121. *nu.* 4. Caſſad. *deciſ.* 7. *nu.* 3. *ſuper reg.*

COMITVLI.

Bracharen. Parochialis, Mercurij, 17. Maij, 1589.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione ponũtur nonnulla, de probatione Clericatus, De præſumptione falſitatis literarum Ordinarij expeditarum ad fauorem ſui ſecretarij: ac etiam de ſententia priuationis beneficiorum, in contumaciam lata, quod per comparitionem reſoluatur & alia de quibus in ſummmarijs.

SVMMARIVM.

Poſſeſſio probatur per inſtrumentum, quando nõ conſtat, quod tunc fuerit penes alium, nu. 1. & in addit. lit. A. vbi è contra niſi doceatur alium poſſidere, & de materia inſtrumentalis poſſeſſionis.

Teſtes licet informiter examinati inducũt tamen præſumptionem, nu. 1. in fine, & in addit. lit. B, vbi de materia.

Titulus beneficij probatur & coloratur ex prouiſione, & collatione ordinarij, nu. 2.

Epiſcopus conferens beneficium in menſe apoſtolico, nullum tribuit titulum illi, cui beneficium contulit nu. 3.

Sententia priuationis beneficiorum lata in contumaciam non priuat irreuocabiliter, ſed reſoluitur per comparitionem, nu. 4. & in addit. lit. C, vbi remiſſiuè de materia.

Sententia ſine proceſſu nullam facit probationem, nu. 4. in fine.

Falſitas literarum expeditarum per ordinarium ad fauorem ſui ſecretarij nec etiam præſumitur, nu. 5.

Clericatus probatur ex atteſtatione Ordinarij, qui Clericum promouit, nu. 6. & in addit. lit. D, vbi de materia.

Subrogatus in beneficio litigioſo non arctatur ad iuſtificandũ gratiam, nu. 6.

Clericatus probatur ex teſtibus etiam deponentibus de communi reputatione, nu. 6. in fine, & in addit. lit. E. vbi de materia.

DECISIO LXVII.

1 DOmini reſoluerunt, eſſe locum reſtitutioni ad fauorem Emanuelis Petrado ſubrogati quoad actionem, & proſequutionẽ ſpolij, olim commiſſi in perſonam Pantaleonis de Barrios: Nam ex iurib. quæ Domini præmiſſa particulari diſputatione, cẽſuerant eſſe in forma probanti, conſtat de primo extremo ex parte Panta
a leonis per inſtrumentum [a] poſſeſſionis captæ, quę cum non doceatur, tunc temporis fuiſſe pęnes alium, eſt reſtituibilis. Rot. *in antiq. de reſtit. ſpoliat. deciſ.* 21. *& in nou. de præben. deciſ.* 25. Caſſad. *eod. tit. deciſ.* 20. Caputaq. 334. *nu.* 6. *p.* 2. præſertim cum ſit adminiculata ex teſtib. de actuali fructuum perceptione deponentibus, qui, licet informiter examinati, inducunt tamen præſum
b ptionem, [b] Ruyn. *conſ.* 46. *nu.* 10. *lib.* 4.

2 Cõſtat ẽt de titulo eiuſdem Pantaleonis colorato ex Prouiſione ordinarij Brachar. per obitũ Sebaſtiani Gõzalez. ad trad. per Rebuff. *de pacif. poſſeſſ. nu.* 42. Satnen. *de trienn. quæſt.* 22. *in princ.*

3 Nec officit quod vacatio contigerit de menſe Aprilis, & Rota tenuerit coram R. P. D. Orano 20. Maij 1587. in cauſa Crotonien. Decanatus prouiſionem Ordinarij in menſe Apoſtolico nõ tribuere titulum coloratum, quia per authẽticũ ſumptum ex minuta originali Breuium Secretorum, in actis exhibitum, oſtẽſa fuit facultas ipſi Archiepiſcopo Bracharen. a fel. recor. Paulo Tertio anno 1548. tributa prouiden. beneficia alternatis menſibus, & nominatim in menſe Aprilis vacantia, cuius indulti & facultatis idem Archiepiſcopus meminit in hac prouiſione Pantaleonis anni 1549. facta.

4 Sed nec diſcoloratur titulus ex ſententia priuationis beneficiorum, lata per AC. contra Pantaleonem, quia cum fuerit lata in cõtumaciam, non priuauit illum beneficijs irreuocabiliter, &
c reſoluta fuit per comparitionem, [c] *l.* 1. *&* 2. *de requir. reis* iuxta reſolutionem alias editam in cauſa Romana Canonicatus ſancti Angeli corã bo. mem. Cotta anni 1568. De comparitione autem Pãtaleonis, & eius admiſſione per Procuratorẽ conſtat per publicum inſtrumentum A. D. & eo minus prædicta ſentẽtia nocere poteſt, quia producta fuit ſine proceſſu, ad Satnen. *de trien. q.* 33.

5 Suſpiciones falſitatis obiectę non impediunt hanc reſtitutionem: Nam prætetquam quod falſum in dubio non præſumitur. Dec. *conſ.* 175. *nu.* 4. *ad finem, & conſ.* 189. *nu.* 1. Ruy. *coſ.* 14. *n.* 3. *lib.* 5. Caſtren. *conſ.* 13. *num.* 1. *lib.* 1. Illa, quæ tanquam vrgentior proponitur, Pantaleonem, ſ. facile potuiſſe, vtpotè ſecretarium Archiepiſcopi, literas prouiſionis ſibi componere, & eas ſigillo Archiepiſcopi munire, minimè fuit viſa conſiderabilis iudicio Dominorum, qui ſimilem ſuſpicionem obiectam ſecretario bon. mem. Cardin. Tranen. non attẽderunt *in cauſa Thianen. Beneficij coram R. P. D. Giptio* 1587.

6 Clericatus autẽ Pantaleonis probatur ex at-
d teſtatione ſui ordinarii, [d] cui Rota ſolet in probãdis ordinibus plurimum deferre, prout detulit in cauſa Bononien. Decanatus, coram R. P. D. meo Decano, 3. Aprilis, 1587. maximè vbi concurrũt etiam teſtes; & circa iuſtificationem ſubrogationis gratioſæ ipſius Emanuelis non fuit laborandum, quia eſt ſubrogatus in beneficio litigioſo, & non arctatur ad iuſtificandum gratiam, iuxtà *deciſ. Mohed.* 327. quã Rota ſequuta fuit *in cauſa Burgen. Præſtimonij de Pancoruo* 24. *Octobris, anni prædicti* coram R. P. D. Giptio, & paſſim obſer-
e uat. Clericatus vero probatur ex teſtib. [e] qui ſufficient et probant etiam ex communi reputatione. Rot. *deciſ.* 13. *de probat. in antiq.*

ADDITIONES.

a *Inſtrumentum.* Quod ſi poſſeſſio penes alium reperiatur, illeque non ſit expulſus, & tunc ſine dubio per inſtrumentum non transfertur poſſeſſio, inſtrumentaliſque poſſeſſio non meretur nomen poſſeſſionis, ſed dicitut quidam actus vanus, nullum poſſeſſori tribuens ius. *l.peregre.§.fi. vbi glo. in verbo, ingreſſus.ff. de acqui.poſſeſ.* Aret. *conſ.32.n.5.verſic.ſed in caſu noſtro.* Dec.*conſ.*400. *nu.*9.Beto. *q.47.per tot.* Beninten.*deciſ.Bonon.*93. *per totam.* Biſign. *deciſ.8. in fine. de cauſ. poſſeſſ.& propriet.* Put.*deciſ.2,6.& 15.eod.tit.* Verall.379.*lib.* 1.Paleotr. 216. & ideo pro non poſſeſſione habetur. Afflict. *deciſ.*366.*nu.*10. Et nonnullos ad propoſitum affert Lancellott.*de attentat.lit.pend. c.4.limit.1nu.40.& ſeqq.* Adde Ioſephum Ludo. *deciſ.Lucen.20.nu.7.ſeqq.* Vbi quod iſto caſu, niſi effectualiter expellatur colonus, poſſeſſio non trãsfertur, etiam quod idem Colonus recognouiſſet in dominum, recognoſcendo de fructibus fundi iſtum, qui per inſtrumentum cępit poſſeſſionem, etiam ſciente vero Domino, & non contradicente; & de hac materia, an poſſeſſio probetur per inſttumentum, vide etiam Rolan. *conſ.6. nu.19.vol.3.& conſ.46.nu.18.ſeqq.vol.2.*

b *Præſumptionem.* Iſta concluſio, quod teſtes informiter examinati, faciant præſumptionem, nõ tranſit ſine difficultate, quia contrarium voluerunt plerique Doctores, quos refert D.meus Farinac.*in ſuo tract. de teſtib.q.72.nu.89.& nu.92.* Ideo pro reſolutione vide ipſum bene declarantẽ *nu.91.& 93.& nu.94.& ſeqq.* an faciat inditium ad torturam.

c *Comparitionem.* Hanc dubitationem, an ſcilicet ſententia contumacialis per comparitionem reſoluatur, & quando, vide quę latiſſimè ſcripſit D.meus Farin.*in ſua pract.crim.p.1. tit. de inquiſ. q.11.nu.83.& plurib.ſeqq.*

d *Ordinarij.* Ad idem vide plures concordantes Doctores allegatos per D. meum Farin. *in ſua pract.crim.p.1.tit.de Inquiſ.q.8.nu.40.*

e *Ex teſtibus.* Deficiente ſcriptura Clericatus probatur per teſtes ex allegatis per D.meum Farinac.*d.q.8.nu.*41. ſed an, & quãdo ſufficiat vnus teſtis, ad probandum Clericatum, *ibid. nu.42.& ſeq.* & rurſus an, & quando ſufficiat probare Clericatum per præſumptionem, per famam, & communem reputationem, vide *ibid. nu.* 44.

Fam. Cent. I.V.D. Galeſ.

COMITVLI.

Romana de Zambeccarijs, Mercurij, 24. Maii, 1589.

ARGVMENTVM.

Sacrilegiũ an ſit ſpecies diſtincta á fornicatione, adulterio, ſtupro, inceſtu, ſodomia, & alijs luxuriæ ſpeciebus: An veró ſit ſolum quędam qualitas aggrauans dictas luxurię ſpecies, ad effectum, an facultas legitimãdi ſpurios illegitimos, inceſtuoſus, & nepharios quoſcunque, trahatur etiam ad Natos ex ſacrilegio.

SVMMARIVM.

Sacrilegium eſt ſpecies ſeparata luxuriæ ab alijs, nu. 1.in fi.

Legitimandi poteſtas non extenditur ad illegitimorum ſpecies non expreſſas.nu.2.

Spuriorum genus continet omnes natos ex parentibus matrimonium contrahere prohibitis.poſt nu.2.

Illegitimè Natorum appellatione veniunt omnes, qui ex iuſtis nuptijs nati non ſunt. nu.2. vbi etiam exemplificatur in ſacrilegis & inceſtuoſis.

Spurij, ſacrilegi, & inceſtuoſi veniunt appellatione legitimè natorum ſub nu.2.

Genus & ſpecies æquiparantur, Genuſque æqualiter & cõprehenſiue ineſt omnibus ſuis ſpeciebus, ſicut & ſpecies inſunt generi repræſentatiuè, nu.2.in fine.

Ratio eadem eſſe dicitur omnium particularium ſub genere cõprehenſorum, nu.2.in fine.

Vniuerſalia verba repetita plenam & exuberantem concedentis voluntatem oſtendunt.poſt n.3.& in addit.lit.A, vbi de materia.

Vniuerſalia verba quocumque modo, & quotis modo, *denotant omnem modum, qui excogitari poſſit, poſt n.3. & in addit.lit.B, vbi de materia.*

Sacrilegium abſolutè ſumptum, eſt ſpeciale peccatum propter ſpecialem rationem deformitatis, quæ opponitur religioni, nu.4.

Luxuriæ obiectum eſt inordinata delectatio circa venerea, num.4.

Sacrilegium abſolutè ſumptum reponitur ſub peccato irreligioſitatis, nihil habens ex ſuo nomine vel ſignificatu, vnde reponatur ſub ſpecie peccati luxuriæ.ſub nu.4

Sacrilegium non eſt ſpecies luxuriæ propria.ſub nu.4.

Sacrilega copula an conſtituat ſpeciem luxurię ſeparatam à ſimplici fornicatione.ſub nu.4.vbi pro & contra.

Sacrilegij qualitas maxime aggrauat luxurioſam copulam, nu.4.in fi.

Legitimandi facultas conceſſa de omnibus ſpurijs illegitimis inceſtuoſis & Nepharijs quibuſcumque trahitur etiam ad natos ex ſacrilegio.nu.5.& per totam deciſionem.

Clauſula, omnia & ſingula, quid operetur.in addit.lit.A,

DECISIO LXVIII.

1 VT ſatisfacerem Aduocatis DD.de Aemilianis propoſui dubium, an ſacrilegiũ, ex quo D.Lepidus pro creatus eſt, ſit ſpecies ſeparata, & maior aliis expreſſis in facultatib. DD.de Cãpegiis, ita vt in eis nõ cõprehendatur: in qua diſputatione Dñi materiã ad terminos & effectũ propoſitæ dubitationis reſtringentes, concluſerũt, tale ſacrilegium, etiam ſi cõſtituerit ſpeciem ſepara-

paratam luxuriæ ab alijs enumeratis a Gratiano.*in c.lex iſta.* §.*cum ergo hac.36.q.1.& d.Thom.* 2.2.*q.*54.*art.*1.Nihilominus memoratis facultatibus comprehendi.

2 Apparet enim,non fuiſſe in eis certas alias luxuriæ aut illegitimitatis ſpecies expreſſas, extra quas legitimandi poteſtas non videretur extendenda,ad not.per gl. & Doct. cõiter *in l.ſi quis poſthumus.* §. *vlt.* & *in l.filius a Patre,* §.*fin. de lib. et poſthu.*ſed generaliter data fuit poteſtas legitimãdi quoſcũq; ſpurios inceſtuoſos,nefarios,& quouis modo illegitimè natos, & quocunq; alio defectu laborantes, ẽt ſi omnes defectus in legitimanda perſona concurrerent;ſpuriorum aũt genus continet omnes natos ex parentibus matrimonium contrahere prohibitis,ad gl.*in* §.*fi.verſ. participiũ.auth.qui mod.nat.eff.ſui.*Couar.*in repet.* 2.*p.ar.c.*8.§.5.*num.*1.qui alios citat,& ſub genere illegitimè natorum comprehenduntur omnes, qui ex iuſtis nuptijs nati ſunt. Hoſtien.*in ſumm. qui fil.ſint legit.in prin.nu.*5.etiam ſacrilegi.Card. Paleor.*de Nothis c.*16.*nu.*2.qui pariter inceſtuoſi appellantur *in extrauag.cum glo.c.impudicas.* & *c. virginibus.*27.*q.*7.Clar.*in prax.crimin.* §. *inceſtus.* Igitur legitimandi facultas ſicut poteſt exerceri cum ſpurijs & illegitimè natis ex adulterio, ſtupro,raptu, & aliis luxuriæ ſpeciebus non expreſſis in priuilegio; ita poterit cũ natis ex ſacrilego complexu,quandoquidem genus, & ſpecies parificantur,ad tex.cum gl.*in c.deliberatione.*§.*prohibemus.verſ.ſpecie,*& ibi Gemin. *de offic.leg.lib.*6.& genus æqualiter ineſt comprehenſiue omnibus ſuis ſpeciebus,ſicut & ſpecies inſunt generi repręſentatiue.*l.inter agnatos.ff.vnde legit.l.fi.C. de reb. eccl.non alien.*Bal.*in l.iuriſge..tium.nu.*6.*ff.de pact.* & *conſ.*181.*li.*1.Vbi loquens de ſpurijs legitimãdis,inquit,omnium particulatium ſub genere cõprehenſorum eſſe eandem radicem,& rationem.

3 Neque expreſſio inceſtuoſorum & nephariorũ facta ampliationis gratia,reſtringit generalitatẽ & vniuerſalitatem pręcedentẽ & ſubſequentem, quominus ſacrilegi comprehendantur,ẽt ſi ex diuerſa ſpecie & peruerſa luxuria quã ſit inceſtus, & complexus nephatius,Couar. *in Epith.*2.*p.c.*6. *nu.*4.procreati proponerentur. Nã illa verba vni
a uerſalia repetita,[a] *quoſcũque,quouis modo, quocũq; alio defectu,*plenam, & exuberantem cõcedentis voluntatem oſtendũt. Dec.*conſ.*87.*nu.*1.& deno-
b tant omnem modum,qui excogitari [b] poſſit, per ea,quæ congerit Dec. *conſ.*27. *nu.*26.*lib.*1. Et latius deducta fuerunt in hac cauſa 21. Decembris anni prædicti.

4 Quibus non reſragatur,quod ſacrilegium abſolute ſumptum,ſit ſpeciale peccatũ,propter ſpecialem rationem deformitatis, quæ opponitur Religioni, quemadmodum ex S. Thom. 2.2.*q.* 99.*art.*1.& *ſeq.trad.Turrecrem.in c.ſacrilegium.nu.* 4.17.*q.*4.quia pro reſponſione animaduertendũ eſt,ſecundum hanc abſolutam rationem differre ſacrilegium a peccato luxuriæ,cuius obiectum eſt inordinata delectatio circa Venerea, idem S. Thom. 2.2.*q.*53.*art.*1. & ideo tradentes diuiſionem ſacrilegij ſecundum ſe, nõ faciunt mentionem copulæ ſacrilegę; ergo ſub genere luxuriæ contineri.*d.*§.*ſacrilegium,*& *c.ſiquis contumax.*17. *q.*4.Hoſtie.*in tit.de crim.ſacrileg.Summ. confeſſ.li.* 1.*tit.*13.quibus conuenit dictum Caiet.2.2.*q.*54. *art.*10.*col.*2. quod ſacrilegium abſolute ſumptũ, reponitur ſub peccato irreligioſitatis, nihil habẽs ex ſuo nomine,vel ſignificatu,vnde reponatur ſub ſpecie peccati luxuriæ;ſed nõ ſpectat hęc diſquiſitio ad propoſitum,in quo non agitur de dignoſcenda natura ſacrilegij, ſecundum ſe, ſed quatenus poteſt ſacrilegium in eodem actu concurrere cum peccato luxuriæ,quando pollicetur perſona Deo ſacrata per votũ continentiæ, quo caſu Silueſtr.*in ſumm.verbo,luxuria,q.*1.tradit, ſacrilegium non eſſe ſpeciem luxuriæ propriam, cum poſſit reperiri etiam in alio genere,puta furti,homicidij;& ſubintrat quęſtio cõtrouerſa inter Doct.an talis copula ſacrilega conſtituat ſpeciem luxuriæ ſeparatam a ſimplici fornicatione, adulterio, inceſtu, ſtupro, raptu, & vitio contra naturam.quas ſpecies enumerat Magiſt. ſenten. *in* 4.*diſt.*41.*ad finem.* Doct.*in* §.*cum ergo.c.lex iſta.* 36.*q.*1.D.Tho. 2.2.*q.*154.*art.*1. in qua etſi affirmatiuam tenuerint S.Ant.2.*p.ſum.tit.*5.*c.*2.*in initio,*Dominic.Sot.*in* 4.*diſt.*41.*q.vn.art.*4.*ad finem.* Bermon.*in tit.de pub.concub.in concord.Conc. Lateran.rub.de ſacrileg.*quibus conſentire videtur Cathechiſmus Rom.*in tit. de pœn.poſt med.*dum tractat de conditionibus, & circumſtantijs peccatorum;negatiuam tamen Magiſtri diuiſioni inhærentes,amplexi videntur,S. Tho. 2.2.*q.*54.*art.*1. & 10.*ad* 2.*arg.*Idem S.Tho.*lib.*4.*ſent.diſt.*41.*q.*1. *nu.*10.Summ.confeſ.*lib.*1.& 13.*de ſacril.q.*1.2. & 3.Piſanel.*in ver.fornicatio,*& *in verbo,luxuria.*§.1. Ang.& Roſell. *in verbo, luxuria, in initio.* Tabien. *in ver.luxurioſus.q.*5.*nu.*6.& alij,qui fatẽtur quidem luxurioſam copulam ſecundum rationem ſacrilegij maxime aggrauari,ſed eandem nihilominus referũt ad enumeratas ſpecies a magiſtris, quibus aſſentire videtur etiam Nau.*in Manual.c.* 16.*nu.*3.*verſ.aduertendum.*Ita vt videri poſſit horum opinio frequentius recepta.

5 Sed quicquid ſit de veritate alterius opinionis, quia hinc non pendet reſolutio propoſitæ dubitationis,cõcluſerunt Domini,etiam quod ſacrilegium,de quo agitur,cõſtitueret ſpeciem diuerſam,& maiorem alijs expreſſis per Doct.in prędictis & alijs locis comprehendi in facultatibus Dominorum de Campegijs,quæ non ſunt reſtrictæ ad illegitime natos ex aliqua expreſſa ſpecie luxurię, vt ſupra oſtenſum fuit,& alias latius deductum 21.Decembris anni præteriti.

ADDITIONES.

a *Repetita.* Vniuerſalia verba ſi fuerint geminata,& repetita,tunc vbi alias aliquam paterentur reſtrictionem propter dictam geminationem,& enixam diſponentis voluntatem, reſtringi non debent,ex allegatis per Hier.de Monte.*q.*1.*num.* 35.& *Deciſ.Pedem.*90.*nu.*5.& 6. & *nu.*13.& 19. Vbi declaratur hæc concluſio, & particulariter

ponit

ponit vim,& effectum clauſulæ, *omnia & ſingula*, de qua vide etiam Cæphal.*conſ.*58.*nu.*75.*lib.*1.Et dic quod habet vim indiuiduæ expreſſionis, ſecundum Aret.*in l.T ſtia.§. item reſpondit. ſi ſecundo.ff.de verbor.obligat.*Socin.*conſ.*3.*nu.*17.*lib.*3.Paris.*conſil.*1.*num.*105.*& num.*130.*lib.*3.Corn.*conſil.*207.*num.*12.*lib.*2.Stephan.Lamberteng.*in tracta.de contractibus.gl.* 11.*nu.* 4. vbi amplius quod prędicta clauſula,*omnia & ſingula*,refertur ad omnia præcedentia etiam enunciatiue, & incidenter prolata.

b *Excogitari.*Dictio, *Quomodocumque,quouis modo, quoquomodo, Qualitercumque & quolibet modo*, eſt adeo vniuerſalis,vt extendatur ad omnes modos ſimiles & diſſimiles, indirectos, nedum directos,improprios maiores expreſſis,omneſq; alios inexcogitabiles modos,ad quam materiam,vide Crot.*conſ.*104.*nu.*7.Natt.*conſ.*474.*num.*23.*ſeqq.* Rolan.*conſ.*5.*nu.*44.*& ſeq.lib.*1.Cæphal.*conſ.*14.*nu.*6.*& conſ.*13.*nu.*2.*& conſil.*76.*nu.*16.84.*& ſeqq. & conſ.*121.*num.*1.*& ſeqq.& conſil.*53.*num.*18.*& ſeqq.*Menoch.*de recuperan. poſſeſſ. remed.* 6. *num.* 12.*& ſeqq. Deciſ. Pedemontan.* 167.*num.* 11. Vbi declaratur.Maſcard.*de probat.lib.*3.*concluſ.* 1157. *num.*92.*& ſeq.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D.Seraphini Card.

Toletana Matrimonij, Veneris, 27. Octobris, 1589.

ARGVMENTVM.

Copula carnalis inter virum & vxorem ex quibus,quando, & quomodo probetur,ad effectum purgandi metum illatum mulieri in contractu matrimonij: Eſt notabilis deciſio in hac materia.

SVMMARIVM.

Matrimonium ſi fuerit metu contractum, purgatur omnis metus per ſubſequentem ſpontaneam copulam.nu.1. declara,vt nu.3.in fine,& nu.14.

Copula Carnalis inter virum & vxorem probatur per aſſertionem iuratam ipſius viri.nu.2.Et de materia. in add. lit. A.& nu.4.& ſeq.vbi etiam,quid ſi mulier contradicat.

Copula carnalis probatur ex præparatorijs, vtputa oſculis & amplexibus,nu.2.& in add.lit. B. vbi de materia declara,vt nu.7.

Copula carnalis probatur ex eo, quod vir, & mulier ſæpius in cubiculo ſe incluſerint,excluſis alijs, ibidemque permanſerint per aliquas horas, num. 2. & in addit.lit.C.vbi de materia,& num.8.vbi tamen videtur requiri quod teſtes etiam deponant virum & mulierem nudos ingreſſos fuiſſe lectum, aut ſaltem eos audiuiſſe liberis operam dantes.

Copula carnalis maxime præſumitur,quãdo vir fuit viſus exire ex aliquo cubiculo,in quo ſteterit ſolus cum muliere ſola multo ſudore manans.nu.2.

Stuprum,ſeu defloratio maxime probatur ex ſanguine reperto in interula viri,poſtquam rem habuit cum puella,nu.2.

Copula carnalis etiam probatur per teſtes deponentes de actu venereo de viſu,num.2.& in addit.litera,D. vbi de materia.

Copula carnalis probatur ex confeſſione mulieris.nu.2.

Copulæ carnalis probatio eſt difficilis probationis, ideo leuiores ſufficiunt probationes.ſub nu.2 & in add.lit.E.

Copula carnalis eſt impoſſibilis probationis,intelligendo de vera & directa probatione,nu.2.in fine.

Matrimonij metus non purgatur per ſubſequutam copulam coactam,& non ſpontaneam,nu.3.in fine, & nu. 14. vbi quod onus probandi copulam fuiſſe coactam, incumbit mulieri,quando illa eſt certa & probata plene, ſecus ſi ſolum præſumpta.

Copula carnalis non probatur per aſſertionem iuratam viri, quando in matrimonio adeſt aliquod vitium,ſeu impedimentum,nu.4.

Legis fauore dignus non eſt is, qui contra legem committit. num 4.

Ius naturale æquiparatur ſub iure diuino.ſub nu.4.

Copula carnalis non probatur per aſſertionem viri quando in matrimonio præcedente,metus interuenit.nu.4.

Aſſertioni iuratæ alicuius non ſtatur,quando contra eam adeſt aliqua præſumptio,nu.4. in fine, & in add. lit.F.vbi de materia.

Copula carnalis non probatur per aſſertionem iuratam viri, quando mulier,quæ præſumitur magis informata, & melius ſcire veritatem,contrarium aſſerat,nu.5.

Copula carnalis non probatur per aſſertionem viri quando agitur de eius vtilitate & intereſſe.nu.6.

Copula carnalis non probatur ex oſculis,amplexibus, & alijs ſimilibus præparatorijs,quando mulier non ſponte, ſed coacta ſic ſe amplecti,& oſculari paſſa eſt,nu.7. In diſcurſu per totum.

Metus non purgatur per actus ſpontaneos & voluntarios,quãdo agenti diſſimulatione vtendum erat propter illatum ſibi metum,nu.7.

Copula carnalis nõ probatur ex oſculis & amplexibus alijſque ſimilibus præparatorijs,niſi tales actus interueniant in locis ſecretis & aptis ad perficiendum reliqua,ſub nu.7.

Copula carnalis,vt probata dicatur, requiritur, vt vir & mulier fuerint viſi ſolus cum ſola, & nudus cum nuda, ſub nu.7.ante finem,& in add.lit.G.& num.8. vbi quod non ſufficit mulierem ſolam ſtare nudam in lecto,ſi vir ſuper eo veſtitus iacebat,& nu.11.vbi idem ſi vir non habebat caligas dimiſſas.

Copula carnalis probatur ex eo quod teſtes dicant audiuiſſe virum & mulierem ſolos in cubiculo incluſos ſe commiſcentes.ſub nu.7.ad finem,& in add.lit.H.vbi d.nu.7. declaratur hoc procedere,concurrentibus alijs adminiculis,veluti amore mutuo & ſimilibus,alias ſecus.

Copula carnalis probatur ex actibus & præparatorijs propinquis,non autem remotis,nu.7.in fine.

Indefinita oratio non æquipollet vniuerſali in depoſitionibus teſtium,num.8.ad finem,& in addit.litera,I. vbi de materia.

Copula carnalis non probatur per teſtes ſingulares deponentes ſuper actibus,ſeu adminiculis præcedentibus,nu.8. in fine,& in add.lit.L.vbi de materia.

Teſtes inter ſe varij,& contrarij in tempore nihil probant,numero 9.

Copu-

Copula carnalis, adulterium, ſeu fornicatio non præſumitur committi in domo aliena, in cenaculo, & foribus apertis. ſub nu. 11.

Teſti inuerisimilia deponenti, credendum non eſt, numero 11. in fine.

Copula carnalis probatur per famã, dummodo habeat ortum a ſignis concludentibus & immediatis; aliter ſecus, nu. 12. & in add. lit. M. vbi de materia.

Copula carnalis exclusio inter virum & vxorem maxime præſumitur ex qualitate viri, qui vix attingens annos pubertatis erat gracilis & debilis. ſub nu. 13.

Benedictio in matrimonij celebratione neceſſaria eſt, & quomodo, nu. 13. in fine.

Præſumptio legis cadit ſuper facto certo, nõ autem ſuper incerto, nu. 14. in fine.

Copula carnalis non poteſt dici coacta & meticuloſa, niſi metus illatus fuerit ordinatus ad copulam. nu. 15.

Matrimonium in dubio an indicandum ſit metu potius, quam ſponte contractum, nu. 16.

Nuptiæ coactæ malos exitus habere ſolent, nu. 16.

Copula carnalis præſumptionibus probata maxime tollitur per plenam metus illati probationem, nu. 16.

DECISIO LXIX.

1 Dubitatum fuit; an in caſu, de quo agitur, conſtet de copula, quæ releuet: occaſionem huic diſputationi præbuit prætenſio Illuſtriſſimi D. Ducis, volentis hac via excludere impedimentum metus pro parte Illuſtriſſimę D. Ludouicæ allegati & probati, prout in reſolutionibus coram me factis latiſſime deductũ fuit. Etenim deducebatur, metum illatum fuiſſe ad effectum tantum inducendi Ludouicam ad contrahẽdum matrimonium, non autem ad effectum, vt conſentiret in copulam, cum expreſſe in conuentionibus matrimonialibus cautũ fuiſſet, vt D. Dux & D. Ludouica debeant matrimonio iungi, & recipere benedictionem ſanctæ matris Eccleſię intra quatuor annos computandos a die ſponſalium, cum hoc, quod ſi Dom. Principiſſæ matri Ducis & d. Duci ac d. Ludouicæ videbitur, poſſint etiam ante hoc tempus nuptias perficere, ſaluis in cæteris capitulationibus, ita vt nihil alteretur de contentis in eis; Quare hinc inferrebatur, conſenſum in copulã, pendente adhuc quadriennio, purgare omnem metum antea illatum, ita vt hac vna re efficiatur matrimonium validum & perfectum & indiſſolubile.

2 Ad probationem vero præfatæ copulæ, varia probationum genera deducuntur; Et primo de-

a ducitur aſſertio [a] iurata Do. Ducis affirmantis, ſe Ludouicam cognouiſſe iuxta diſpoſitionẽ text. *in c. continebatur. de deſponſ. impub.* & quæ ibi trad. Doct. Secundo, teſtes deponentes de præparato-

b rijs [b] ad copulã, nempe de oſculis & amplexibus mutuis: Tertio, quod Dux & Ludouica ſæpius

c in cubiculo ſe ſe includebant, & cæteris excluſis ibi permanebant per duas horas & vltra. Quarto, quod viſus fuit a famulis Dux exiens e cubiculo multo ſudore manans, & eius induſium, ſiue vt vulgariter dicitur, camiſiam, ſanguine maculatam. Quinto deducuntur duo teſtes poſiti ſub quarta concluſione, deponentes de actu venereo, de viſu [d], nempe Baldaſſar Maldonato, & Franciſcus Zamudius, quod etiam narratur accidiſſe in Viridario, prout in quinta concluſione in ſummario D. Ducis. Sexto, deducitur confeſſio quędã Ludouicæ, de qua deponit frater Franciſcus de Mendozza eadem concluſione quarta, quibus probationibus attẽtis, dicebatur pro parte Ducis concludenter probatam copulam, quæ

e de ſui natura eſt difficilis [e] probationis, ideoque admittit leuiores probationes, vt per Abb. & Felyn. *in c. præterea, de teſt. & in c. literis. in prin. de præſump.* Imò dicitur eſſe impoſſibilis probationis, ſi de vera copulæ probatione agatur, vt per Lap. *al leg. 53. nu. 2. & ibi add.* Quare lex contenta eſt probatione præſumptiua. *d. c. litteris. de præſump.* cum alijs allegatis per Roman. *conſ. 91. nu. 6. & ibi bona add. ſub litera, B.*

3 His tamen non obſtantibus, maior pars Dominorum cẽſuit, non probari copulam, quę releuet in caſu, de quo agitur; ſupponendum eſt enim iã plene cõſtare probationes Ludouicæ, coadiuuatas ex teſtibus examinatis D. Ducis, de vi, ac metu illato Ludouicæ ab ipſo principio tractatus matrimonialis vſq; ad ſecunda ſponſalia incluſiue, vt probatur ex deciſionibus coram me factis, ſub die 13. Maij 1588. & 3. Martij & 12. Maij 1589. abſque eo, quod nunquam mutauerit voluntatem, vt fuit dictum ſub die 12. Nouembris 1588. & die 23. Ianuarij 1589. Neque vnquam fuiſſe purgatum huiuſmodi metum, cum ſemper durauerit eadem cauſa metus; neque vnquam fuerit conſtituta Ludouica in plena libertate, vt fuit reſolutum 17. Martij, 1589. & confirmatum 29. Maij, neq; releuare cohabitationem cum fuerit per vim, & metum, non autem de voluntate Ludouicæ, vt fuit dictum ſub die 23. Iunij 1589. adeſt etiam continuata reclamatio ipſius Ludouicæ, quæ non ſolum probata eſt per teſtes, ſed etiam per ſuas proteſtationes, & conſilia per ipſam habita a Doctoribus Theologis ſuper huiuſmodi reclamatione; & recurſu habito tandem ad Regem Catholicum, pro obtinenda licentia proſequendo ius ſuum iudicialiter ſuper inualiditate matrimonij, de qua deponunt Comes de Fuenſalida, licentiatus Turrita, & licẽtiatus Luxan. in ſummario Ludouicæ num. 1. & 2. Ex quibus omnibus conſtat, nunquam conſenſiſſe Ludouicam huic matrimonio; vnde ſatis inueriſimilis viſa eſt probatio prætenſæ copulæ; ex qua elicere volunt informantes pro D. Duce cõſenſum Ludouicæ, cum de eius diſſenſu ex probationibus concludentiſſimis, quæ capiunt omne tempus tam ante, quam poſt ſponſalia vſque in præſentem diem, manifeſte conſtet. Quare dicendum eſt, copulã, ſi aliqua adeſſet, non fuiſſe ſpontaneam, ſed coactam.

4 Deueniendo ergo ad probationes: Primo non obſtat aſſertio iurata D. Ducis, cui licet videatur aſſiſtere diſpoſitio *d. cap. continebatur. de deſponſ. impub. cum not.* ibi per Doct. & per Alexan. de Neuo *conſ. 8. num. 5. & conſil. 71. num. 15.* cum alijs multis, qui congeri poſſent; tamen multis modis limitatur hęc concluſio; & primo nõ procedere, niſi in caſu d. cap. quãdo nullum adeſt in con-

contractu matrimonij vitiũ neque impedimentum; ſi enim adeſſet impedimentum, prout in caſu iſto ratione metus & diſſenſus, aliud omnino dicendum eſſet; Neque enim fauore legis dignus eſt, qui cõtra legem cõmittit. & benefacit, quod trad. Præpoſ. *in d.c. continebatur. nu.6. verſ. Et ideo forte*. quod adeſſet impedimentum iuris diuini, non ſtaretur iuramento viri; hic vero adeſt impedimẽtum iuris naturalis, nempe diſſenſus, quod æquiparatur iuri diuino. *diſtinc.1. in princ. & in c. ius naturale*, & ideo hoc caſu non creditur viro, quia probato malo initio, nẽpe matrimonio per metum contracto, præſumptio vrgentiſſima militat contra eum, ex cuius parte fuit illatus me-
f tus: quo caſu, vbi adeſt præſumptio [f] in contrarium, non defertur iuramentum, neque ei ſtatur, ptout in ſimili dicunt Doct. *in d.c. continebatur*, &. maxime Butr. *ibi, nu.10. verſ. quandoque mulier*. & Abb. *nu.7.* qui requirunt, quod Puella ſit ita propinqua pubertati, vt poruerit cognoſci; alias nõ eſſe deferendũ iuramentũ, neque ei eſſe ſtãdum.
5 Secundo limitatur diſpoſitio *d.c. continebatur*, vt non procedat, quãdo fœmina præſumitur magis informata, & melius noſcere veritatem, quã ipſe vir; tunc enim ei magis creditur quam viro, ſi cum iuramẽto neget interceſſiſſe copulam. ita Palat. Ruui. *in repet. c. per veſtras. §.43. nu.7. de donat.* poſt Roman. & Curt. quos allegat; Quę limitatio ſi cuique caſui applicari poteſt, videtur cõuenire huic, de quo agitur, in quo Ludouica interrogata medio iuramento, negauit clare & expreſſe copulam. Dux verò in ſua aſſertione titubare videtur, cum dicat, *que no ſe acordaua, por no hauer hecho caſo d'ello, d'hauer echado ſemiente, aunque ſoſpecha, y tiene por cierto, que ſi, dentro del vaſo, Anſi por hauer hecho todas las diligencias, que pudo, para acerlo, como porque in la miſma edad, en ſuennos ſe acorda hauerlo hecho*. Ex quibus verbis apparet, eum magis niti ſuſpitione quadam, & coniecturis, quam rei veritate, maxime cum multæ inuerisimilitudines concurrant in hac aſſertione; Nã ſatis eſt inueriſimile, quod ſi ſemel cognouit Ludouicam ſæpius, ac ſæpius non acceſſerit ad eam in tanto temporis ſpatio, quo ad eam & eius cubiculum patuit ei acceſſus; & rurſus ſi pluries repetita fuiſſet copula, magis etiam ſit inueriſimile, quod ipſe dubitare poſſet, an vere eam cum ſeminis emiſſione cognouiſſet.
6 Tertio limitatur diſpoſitio *d. cap. continebatur*, vt non procedat, quoties præter intereſſe vinculi matrimonialis, ageretur de aliquo alio magno intereſſe temporale viri, quia tunc quemadmodum non ſtatur teſtimonio matris, aut conſanguineorum viri, ita non eſſet ipſi viro credendũ, cum ipſe cauſa ſit, cur conſanguineis non credatur; idem enim iuris eſt in cauſa, immo & potentius, quam in cauſato, vt tradit Caſt. *in l. maritus nu.4. C. de proc.* intereſſe vero D. Ducis eſt maniſeſtiſſimum ratione ingentium diuitiarum Ludouicæ, quæ aſcendere dicuntur ad ſummam 30. milia ducatorum annui redditus.
7 Secundo principaliter non obſtat probatio, quæ deducitur ex oſculis, & amplexibus & alijs actibus, de quibus deponunt teſtes d. Ducis, qui ſi bene examinẽtur, apparebit, hæc omnia magis a Duce quam a Ludouica profecta fuiſſe, quæ cũ eſſet in poteſtate Principiſſæ & viri, non poterat libere ab his actibus ſe ſe eximere, maxime cũ ei magna vtẽdum eſſet diſſimulatione, propter metum ei incuſſum, & hac de cauſa eã paſſam oſcula, & amplexus mariti, deponunt Hieronima del Caſtello, Maria de Eſpeio, Catherina de Arenas & Ludouica de Buſto, & Menria de Cardenas, num.7. Alciat. *conſ.5. nu.14.* Ruin. *conſ.122. num.4. lib.4.* Immo, quod magis vrget, teſtes Ducis nempe Franciſcus Oſorius *num.3.* Teſtatur Ludouicam acriter reſpondiſſe Duci volenti eã tangere, Anna della Cruz ibidem, quod Ludouica repellebat Ducem volentẽ eam tangere, Beatrix de Frias ibidem, quod Ludouica nolebat Ducẽ ingredi ſuum cubiculum, idem Anna de Couarrunias, & Maria de Salazar, omnes teſtes Ducis, & Maria de Buſto in ſummario Ludouicæ, nu.8. deponit, quod cum ſemel ſediſſet Dux prope Ludouicam, ea ſubito eum expulit; quod cum reſciuiſſet Principiſſa, miſit ad eam Donnam Bernardinã, quę eius nomine illam obiurgaret eo quod nimis aſpre tractaret Ducem; ex quibus apparet, non eſſe valde vrgentem præſumptionem iſtam, quæ ex huiuſmodi actibus deducitur, cum non fuerint voluntarij, prout eſſe debent, ad inducendam copulæ præſumptionem, & quod fiant in locis ſecretis & aptis ad reliqua perficiẽdum, vt per Lap. *d. alleg.53. num.3.* Quod tamen hic non adeſt, cum in tanta teſtium multitudine nullus adſit, qui auſus ſit deponere ſe vidiſſe Ducem cum
g Ludouica ſolus cum ſola, & nudum cum nuda, [g] quod requiri videtur ad probandam copulam, vt per Bald. *in capit. præterea. num.6. de teſt.* & Lap. *d. num.3.* vel ſaltem, quod cum eſſent ſoli incluſi in
h cubiculo, auditi fuerint commiſceri [h]. Quod tamen neque etiam ſufficeret, niſi probaris alijs adminiculis, veluti amore mutuo, & ſimilibus, vt colligitur ex not. *in d. cap. Præterea*, & ibi Abb. *in fine*. & Ruyn. *conſil.53. numer.10. lib.5.* requiruntur enim ſigna propinqua, non autem remota. *cap. literis. de præſumpt. cap. tertio loco. eod. tit.* Et ita aperte ſentit Bart. *in d.l. quod ait lex, in princ. ad l. Iul. de adulter.*
8 Tertio non obſtat, quod Dux & Ludouica ſæpius ſeſe in cubiculo includebant, cæteris excluſis, quia nullus teſtis deponit, neque quod ingrederentur lectum nudi, neque quod audirent eos liberis operam dantes, & licet Franciſcus de Cauero dicat, Ludouicam mãdaſſe ſibi, & quibuſdã alijs vt exirent; tamen non deponit quod clauſerit oſtium, & quãuis dicat aliquando ſe vidiſſe Ludouicam in lecto nudam iacentem; tamen dicit Ducem veſtitum ſuper lecto iacuiſſe; neque etiam obſtat dictum Marchionis de la Fauara dicentis, ſe vidiſſe quadã die, quod d. Dux erat nudus in lecto Ludouicæ, & ipſa Ludouica clauſit ianuam, & quod remãſit cum illo, neque ipſi pulſanti voluit aperire, quia præterquam, quod eſt ſolus, dicit rẽ valde inueriſimilem; deponit enim ſe hoc non ſolum vna vice, ſed etiam pluries vidiſſe

Digitized by Google

diſſe,& tamen inter tot teſtes domeſticos nullus alius eſt,qui depnnat ſe vnquam vidiſſe Ducem nudum in lecto Ludouicæ; quod tamen eſt impoſſibile,quod non vidiſſent,ſi pluries hoc côtigiſſet, ptout ipſe affirmat; ſolus Don Petrus de Mendozza ait,ſe audiuiſſe a famulis Ludouicæ, quod Dux & Ludouica fuerunt ſimul in vno lecto;ſed eſt de auditu, & nullum habet côteſtem; necmultum curandum de alijs teſtibus dicentibus,quod ipſi ſe includebât in cubiculo;& quod mandabant alios exire,quia cum non deponant in ſpecie,quod hæc fieret per ipſam Ludouicam, hæc locutio pluralis non eſt valde côcludens ad probandum,hoc,ipſa volēte,& mandante,factū

i fuiſſe,cum indefinita [i] non æquipolleat vniuerſali in teſte, Fel.*in c.auditis.n.24.de præſcrip.* Dec. *conſ.*100.*n.*7.*cum ſimilibus.*ſolus Frâciſcus de Caueto deponit,Ludouicam mâdaſſe,vt exiret, ſed non habet côteſtem;& in hac materia iſta adminicula ſaltem eſſent concludenter ptobanda, nō

l autem per teſtes ſingulares [l], & non omnino integros, vt alias fuit deciſum in cauſa Raguſina matrimonij coram Reuerendiſſimo D. Oriolen.

9 Quarto non obſtat,qđ deducitur in tertia concluſione Ducis,de camiſia,ſanguine infecta, qa ex depoſitionū varietate manifeſte apparet,totā hanc narratiuam eſſe commentitiam & meram fabulam.Nam Anna de la Cruz,& Ferdinandus Morantes, dicunt, quod poſt prandium, immo vero ipſis adhuc prandētibus, Dux exiuit e cubiculo Ludouicę,cū camiſia ſanguine reſperſa:ſed Paſchalis Diaz,& Principiſſa dicunt,id contigiſſe de ſero. Vnde cum hæc deſloratio ſemel tantū contingere poſſit,neceſſe eſſe alteram ex iſtis depoſitionibus,vel vtramque falſam eſſe,maxime, cum Ioāna de Cuazo,& Maria de Ribera dicāt, id contigiſſe de nocte; vnde excluditur, vt illud, de ſero,poſſet intelligi poſt prandium.

10 Præterea Principiſſa ait,ſibi exiſtenti in oppido depinto,a multis reſcriptum id, quod côtigit de camiſia;& quod non recordatur, an id etiam ſibi ſcripſetit Ludouica: Anna vero Ondegarda dicit, qđ in oppido de Madrid Principiſſa ei dixit,ſibi fuiſſe allatam camiſiam Ducis; quod tamen non dixit Principiſſa,vtique dictura,ſi eam vidiſſet ſibi allatam;ſed etiam Paſchalis Diaz affirmat, quod quando Dux ſe ſpoliauit camiſia ſanguinata,nō dixit ei,ex qua cauſa etat ſāguis; & tamen Ferdinandus Morantes dicit, quod qn̄ Dux ſe ſpoliabat dictam camiſiā, demonſtrabat habere lętitiā,& indicabat pręfato Ferdināndo,& Didaco Martinez & eius vxori Annę, ꝙ ſanguis erat ex virginitate Ludouicę: ſed & inueriſimile eſt,ꝙ ſi camiſia ſanguine infecta, futurū erat indicium copulę côſumatę, & profutura erat hęc res Duci,ꝙ paſſi fuiſſent eam lauari per Antoniam, vt deponit Ioanna de Cuazo; ſed & aliud valde inueriſimile continet hæc narratio, attenta magna ſanguinis copia,de qua deponunt teſtes Ferdināđus & Paſchalis;& addat etiam Leonora de auditu a Principiſſa, repertum fuiſſe ſanguinem nedum in camiſia,ſed etiam in caligis Ducis.

11 Quinto non obſtant depoſitiones Baldaſſaris Maldonado,& Franciſci Zāmudij,qui habentur in quarta concluſione Ducis, quia prætetquam quod ipſi ſunt ſingulares,& domeſtiei, Baldaſlar fuit pecunia corruptus:ſed etiam his circumſcriptis,ipſe non côcludit ad copulam,quia licet deponant de actu,qui videtur proximus copulę,tamen dicit,quod non vidit, quod haberet caligas dimiſſas,neque quod Ludouica leuaret lacinas; vnde excluditur hæc probatio tanquam nihil côcludēs;Zāmudius vero deponit de re adeo inueriſimili,vt nullam prorſus fidem mereatur,nēpe, quod Ludouica in domo aliena, nempe Comitiſſę de Pliego,in cęnaculo,foribus apertis,paſſa fuerit ſe cognoſci;quod vix de publica meretrice credendum eſſet, neque tale quicquam auſus eſt profiteri ipſemet Dux; & ideo teſti ſingulari inueriſimilia deponenti,non eſt credendum. Pręſumitur.n.falſus.*l.*3.§.*Ideoque.de teſt.* Abb.& Fel.*in c.quia veriſimile.de præſump.* Anch. *conſ.*24. Alex. *conſ.*120.*nu.*10.*li.*5.Tiraq.*in præfatione.l.ſi vnquā. num.*44.Prætetea idem ſuper 18.articulo dicit,ſe non recordari vidiſſe eos ſolum cum ſola.

12 Neque ēt obſtat ꝓbatio, quę affertur in quinta concluſione de copula,ꝗ pręrendunt ſequutā fuiſſe in viridario,cū nullus ex teſtibus deponat de actibus ꝓximis inferētibus ad copulā, & licet dicant fuiſſe publicā vocē in domo, ꝙ tunc Dux

m habuiſſet rē cum Ludouica,tñ hęc fama [m] nō habet ortū a ſignis concludentibus, & immediatis, cū de eis nō deponant;Ideo non eſt attendenda, neque ꝙ ibi Dux amiſerit quoddā legamen calciamēti,facit multū ad rem,de qua agitur: ſed & iſta probatio eſt valde inueriſimilis,cum poſſent commodius hæc patrare in cubiculo,quam in viridario,ſi concorditer in copulam conſenſiſſent; & ideo valde affectata viſa eſt hæc probatio.

13 Sexto & vltimo nō obſtat confeſſio Ludouicæ,de qua deponit frater Franciſcus de Mendozza,quia eſt ſolus, & tunc temporis certum eſt, ꝙ ipſa procurabat licentiam a Rege,reclamandi côtra hoc matrimonium:adeo quod ſi hæc confeſſio eſt vera,fuit potius diſſimulandi cauſa,ne detegeretur eius intentio; valde autem côfirmatur hæc ſententia negatiua ex habitu corporis Ducis, qui tunc temporis licet attigiſſet annos pubertatis,tamē ſatis gracilis & debilis adeo,vt hac ratione fuerit appoſita in capitulationibus particula illa,vt ſtarent per quatuor annos antequā velarentur: hoc.n. fuerat factum ad conſulendum ipſi,non autem Ludouicæ,quæ ætate ſuperabat ipſum Ducem; & has difficultates videns ipſemet Iudex, qui melius ſcire poterat, quanta fides eſſet adhibenda teſtibus per ipſum examinatis in ſua ſententia, non auſus eſt reſtituere Ducem ſimpliciter ad omnia obſequia matrimonialia;ſed tantum ad conuerſationem,& commē ſalitatem & côfabulationes,& alia obſequia, excluſa copula:Nec poteſt dici hoc ab ipſo factum ratione omiſſæ benedictionis, quia benedictio eſt potius de conſilio,quam de præcepto; neque eſt peccatum eam omittere, modo id non fiat ex contemptu.*c.noſtrates.in fi.* 30.*q.*5.ttad. Nau. *in Manuali c.*22.*nu.*83.*verſ.*35.

Et

14 Et maxime procedit hæc ſententia ad effectũ, de quo agitur, nempe purgandi metũ, de quo clare conſtat; nam licet per copulam cenſeatur purgatus metus, niſi mulier probet, quod per vim fuerit cognita, vt poſt Butr. Vinc. & Abba. trad. Ruyn. *conſil.* 122. *num.* 15. *lib.* 4. tamen hoc procedit in ea copula, de qua conſtat, neque ſuper ea ſit controuerſia, ſed eſt certa; Nã ſuper ea fundatur præſumptio conſenſus; ſecus vbi copula non eſt certa: quia legis præſumptio cadit ſuper facto certo, & non ſuper incerto. Bald. *in l. item erit. in 2. lectura. de ſtat. homin.*

15 Neque obſtat, quod metus non fuerit ordinatus ad copulam, & ideo copula debeat cenſeri voluntaria, quia hoc etiam patitur difficultatẽ dato, & non conceſſo, quod probaretur copula: nam licet de iure non poſſit ad eã deueniri, ſtante capitulatione, tamen de facto potuit interueniri metus, ratione circumſtantiarum: Nã ſi mater, & cõſanguinei voluiſſent obſeruare dictam capitulationem factam ad fauorem Ducis, nõ autem Ludouicę, vtique non permiſiſſent ipſum perpetuo conuerſari per diem, & noctem cum Ludouica; neque includi cum ſolum cum ſola: ſed hęc licentia ſatis clare oſtẽdit, illos contrariũ magnopere affectaſſe, vt in tuto matrimonij ſpes collocarẽt.

16 Neque debemus in hoc matrimonio procliues eſſe in eius fauorem, iuxta *c. vltimum. de re iudic.* quia cum conſtet, metu eſſe contractum, non debemus ei fauere, vt bene trad. Purpurat. *conſ.* 579. *nu.* 16. *lib.* 2. Nam nuptiæ coactæ malos exitus habere ſolent. *c. cum locum. de ſponſ.* cum alijs deductis per Riminal. iun. *conſ.* 362. *nu.* 50. Quare conclusum, ſtante plena probatione metus illati Ludouicæ, & diſſenſus ipſius continuati ab initio vſque in hanc diem, inſurgere validiſſimam præſumptionem aduerſus præſumptam probationẽ copulæ, iuxta *conſ. Anchar.* 209. maxime cum d. probatio non ſit concludens, & ſit inueriſimilis admodum, etiam circumſcriptis exceptionibus perſonalib. teſtium, quæ ſunt magnæ & vrgẽtes, & ita fuit pro maiori parte concluſum.

ADDITIONES.

a *Aſſertio iurata.* Aſſerenti medio iuramento, ſe cum aliqua muliere carnalem rem habuiſſe, an credatur, & præſertim quid in crimine adulterij, ſtupri, ſodomiæ, & his ſimilibus; videas ſuper hac materia D. meum Farinac. *in ſua pract. crim. p. 1. tit. de indic. & tortur. quæſt.* 43. *num.* 78. *& plurib. ſeqq.* vbi late ponit, an, & quando in his criminibus poſſit ſocius de conſocio interrogari, & quando ipſi interrogato, & affirmatiue reſpondenti, credendum ſit, & quantum.

b *Præparatorijs ad copulam.* Oſcula, amplexus, tactus mammillarum, & alij Venerei actus, inducunt probationem copulæ carnalis, ſecũdum gl. *in l. quod ait lex. in verbo, rebus,* & ibi Bar. *nu.* 2. *ff. de adult.* idem Bart. *in l. c.* 5. *nu.* 2. *ff. eod.* Abb. *in c.* 3. *loco. nu.* 4. *verſ. & licet Bart. extra de præſump. & in c. præterea. nu.* 2. & ibi etiam Fel. *nu.* 4. *in fine extra de teſtibus,* idem Fely. *in c. literis. nu.* 1. *de præſump.* Soc. iun. *conſ.* 32. *nu.* 14. *& ſeqq. lib.* 2. Dec. *conſ.* 577. *nu.* 3. & de materia vide Montic. *reg. crim.* 20. *n.* 3. vbi hanc concluſionem limitat procedere, quando prædicti venerei actus, & præparatoria fiunt ſecrete; alias ſecus, *& in repert. teſt. fol. mihi* 370. *col.* 2. *ver. teſtis deponens, & fol.* 372. *col.* 1. *verſ.* 4. vbi generaliter loquitur de omnibus actibus propinquis ad adulterium, & vide etiam ad hanc eandẽ materiam Maſc. *de prob. li.* 1. *concl.* 64. *nu.* 1. *& ſeqq. & lib.* 2. *concl.* 810. *n.* 5. *& n.* 7. *& ſeqq. in fine, & cõcl.* 1063. *nu.* 18. *& eod. lib.* 1. *concl.* 57. *nu.* 4. *& concl.* 59. *nu.* 14. *& d. lib.* 2. *concl.* 981. *nu.* 1. apud quem plures alios antiquiores reperies, relatos Doctores bene materiam declarantes.

c *An cubiculo ſe ſe includebant.* Stare in camera clauſis ianuis, ſolum cum ſola, eſt vehemens carnalis copulæ ſignum; ſed quando vir, & mulier ſtant inſuper in eodem lecto nudus cum nuda, nedum ſolus cum ſola, ſine dubio videtur eiuſdem copulæ concludens probatio. Quod an verum ſit, & quando, vide Matheſil. *ſing.* 18. *& ibi in addi.* vbi videtur declarare hanc probationem bene concludere in ciuilibus; ſecus autem in criminalibus, & vide etiam Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 810. *num.* 5. *& num.* 7. *& ſeq. & lib.* 1. *concluſ.* 57. *nu.* 4. vbi dixit, non cenſeri probatum adulterium per teſtes deponẽtes, quod vir, & mulier in eadem camera, ſolus cum ſola, permanebant diſpectorati, caligis diſſolutis, & ianua clauſa; tunc .n. inquit ipſe, cenſetur tantummodo probatus ſolus conatus carnalis copulæ, non autem con-
* ſumatio, ex allegatis ibi per eum, qui teſtantur de commun., *& concluſ.* 59. *nu.* 6. *& ſeqq.* vbi alia ad materiam.

d *De viſu.* Teſtes de viſu, & immediate ſuper copula carnali deponentes, an probant, & quando, vide eundem Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 59. *num.* 1. *& ſeqq.* & *his num.* 4. quod teſtes deponẽtes ſe vidiſſe hominem ſupra mulierem, non probant copulam carnalem, niſi addant in actu venereo, & alia ad materiam vide ibi per eum *nu.* 6. *& ſeqq. & lib.* 2. *concl.* 810. *nu.* 9. & dixit etiam D. meus Farinac. *in trac. de teſtib. quæſt.* 68. *nu.* 92. vbi etiam vide.

e *Difficilis probationis.* Adulterium, fornicatio, & alia carnis delicta, quia occulte committi ſolent, dicuntur etiam eſſe difficilis probationis; & propterea ex præſumptionibus, & coniecturis, concludẽtem oriri probationem, poſt alios, quos referunt, antiquiores, ſcripſerunt Menoc. *de arbit. quæſt. lib.* 2. *caſu* 116. *n.* 11. *& de præſump. li.* 1. *quæſt.* 58. *nu.* 3. Rota *diuerſor. deciſ.* 95. *nu.* 12. *& ſeqq. p.* 2. Hipp. Riminal. *conſ.* 274 *lib.* 3. Maſcar. *de prob. lib.* 1. *concl.* 57. *nu.* 3. *& nu.* 4. *& nu.* 7. *&* 8. *& concl.* 312. *num.* 19. *& ſeqq. & concl.* 452. *nu.* 10. *& lib.* 2. *concl.* 810. *nu.* 1. *& ſeqq.* Quæ quidẽ concluſio bene procedit, quando agitur ciuiliter; ſecus ſi criminaliter; tunc enim ad concludentem probationem copulæ carnalis indicia, & præſumptiones non ſufficere, voluerunt addentes ad Matheſil. *ſing.* 118. Auguſtin. ad Ang. *de malef. in verbo. quod fama public. num.* 23. Marſil. *in rubr. de probat. num.* 248. *verſicul. item ad prædicta.* Boſſ. *in titul. de partu*

ſuppo-

*ſuppoſito,poſt n.*31.Maſc.*de prob.li.*3.*cõcl.*1220.*n.*8.

f *Præſumptio in contrarium.* Generale eſt,qđ nunquam creditur aſſertioni alicuius iuratę,quando contra eam adeſt aliqua pręſumptio,ex allegatis per Menoc.*de recup.poſſeſ.remed.*16.*n.*35.*& ſeqq. & de arbitr.quæſt.lib.*2.*caſu* 186.*nu.*7.*& caſu* 298. *nu.*6.*& in tract.de præſump.lib.*1.*quæſt.*77.vbi late de materia.Rimin.*conſ.cri.diuerſ.*83.*nu.*8.*& conſ.* 63.*nu.*19.*lib.*2.Steph.Lamber.*in trac.de contractibus eorum &c.gl.*1.*nu.*185.*& ſeqq.*Maſc.*de prob.li.* 1.*concl.*94.*nu.*20.& procedit hæc concluſio, ẽt ꝙ iurans ſit vir bonę famę:eius.n. aſſertioni nõ creditur,quando illi reſiſtit aliqua præſumptio,quę per alias contrarias pręſumptiones non ſit ſublata,ſecundum Lambert.*vbi ſupra,nu.*182.*& ſeqq.* Quicquid contrarium dicatur *in deciſ.Pedemont.* 101.*nu.*25.Bene verum eſt,quod ſi pro aſſertione concurrerent aliquæ aliæ præſumptiones etiam mediocres,tunc ei ſtandum eſt,etiam ꝙ aliquam aliam contra ſe habeat pręſumptionem,ſecundũ Card.Alb.*conſ.*14.*nu.*8. & voluit Lambert. *d.nu.* 182.*et ſeqq.*Vbi nu.190.dixit, remitti Iudicis arbitr.quæ coniecturæ iſto caſu ſufficiant.

g *Nuda.* Vide quæ dixi ſupra in addit.litera,C.

h *Commiſceri.* Carnalis copula,an probetur per teſtes,qui non viderũt virũ,& mulierem ſe commiſcentes,ſed tantummodo audiuerũt rumores, ſtrepitus,tergiuerſationes, & commixtiones, & de materia videas omnino D.meum Farin.*in ſuo tract.de teſtibus.quæſt.*69.*nu.*197.*et ſeqq.*

i *Indefinita.* In dictis teſtium, an indefinita oratio æquipolleat vniuerſali,vide Iaſon *in l.nõ hoc. nu.*14.*C.vnde cognati.*Marſ.*ſing.* 181. Villalob. *in comm.opi.litera I.nu.*23.Montic. *in repert. teſtium fol.*431.*col.*2.*verſ.penul.et ſeq.*Rota coram Ceſare de Graſſ.82.*nu.*13.

l *Singulares.* Singulares teſtes,an probent mulieris inhoneſtam,& meretriciam vitã,& etiam copulam carnalem,vide D.meum Farin.*in ſuo trac. de teſtibus.quæſt.*64.*nu.*223.*et ſeqq.*

m *Fama.* Inhoneſtas mulieris maxime probatur per famam,ſaltem ad effectum excuſandi rapientem illam,ne pęna raptus teneatur,ſecundũ Cęphal.*conſ.*140.*n.*28.*et ſeq.lib.*1.vbi amplius,quod iſto caſu ad excuſandum rapientem, ſufficit falſus inhoneſtatis rumor.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D.Manticæ Cardinalis.

*Bononien.de Pepulis.*8.*Nouemb.*1589.

ARGVMENTVM.

Libro actorum,vt fides tollatur, ex præſumptionibus falſitatis, illæ debent eſſe,non leues,ſed perſpicuæ:leuium autem præſumptionum hic aliqua ponuntur exempla.

SVMMARIVM.

*Teſtes recognoſcentes manum alicuius, quia eam notam habent,ſufficit,quod deponant per verbũ,credo,vel per verbum,videtur,& ſimilia.nu.*1.

*Teſtes deponentes de indicio ſuo,vel per verbum,credo,aut per verbum,videtur,& ſimilia,probant,quando deponunt ſuper eo,quod iudicio intellectus percipitur.n.*1. *& in add. lit.A.vbi de materia.*

*Teſtis ratio ſufficit,quod concludat a communiter accidẽtibus nu.*1 *.in fine.*

*Inſtrumentum ſeu liber actorum,etiam non ſcriptus manu notarij,probat,dummodo per inſcriptionem vel ſubſcriptionem ſit approbatus ab ipſo notario.nu.*2.

*Generalis inſcriptio libri refertur ad omnia ſequentia.nu.*2.

*Proœmiũ generale alicuius ſcripturæ refertur ad omnia ſequẽtia.nu.*2.

*Falſitatis præſumptiones vt tollant fidem publicæ ſcripturæ, debent eſſe perſpicuę.nu.*3.

*Liber actorum,in quo ſunt ſcripta acta diuerſarum cauſarum, non ita facile propter falſitatis præſumptiones, ſubuerti debet.nu.*3 *.in fine.*

*Liber actorum non præſumitur falſus ex eo,quod ita compaginatus ſit,vt facile diſſolui poſſis.nu.*4.

*Falſitas libri non præſumitur ex eo,quod ita compaginatus ſit vt facile diſſolui poſſit.nu.*4.

*Probatio per aſpectum & euidentiam rei ſuperat omnes alias probationes.nu.*4.*&* 5.

*Hęres hæredis intelligitur hæres primi teſtatoris.nu.*5.

*Pluralitas, & non identitas præſumitur ad effectum euitandi falſitatem.nu.*6.

*Falſitas non præſumitur, ſed potius error, quando aliquid in publicis ſcripturis reperitur ſcriptum,vel omiſſum,quod omitti,aut ſcribi non debebat.nu.*6. *& in add.lit. B. vbi de materia.*

*Falſitas non præſumitur ex differentia ſubſcriptionis, quæ in ſillaba conſiſtit.nu.*7.

*Falſitatis ſuſpicio non oritur ex varietate ſubſcriptionis notarij,vel alterius,quæ non mutat ſubſtantiam veritatis,neque parit aliquam obſcuritatem.nu.*7.

DECISIO LXX.

1 PLacuit Dominis, iura, de quibus agitur, eſſe in forma probanti, quia vigore compulſorialium citata parte, ſunt formiter extracta ex libro actorum ſer Paridis notarij, cuius manus ſufficienter eſt recognita per teſtes, qui notam habent eius manum. Neque ad rem pertinet, quod ipſi teſtes deponant per verbum, credo, & videtur, & ſimilia, quia cum recognitio

a ſcripturæ iudicio intellectus [a] percipiatur, talis depoſitio eſt recipienda, vt in ſimili propoſito dicit Alexandr. *in conſil.* 109. *num.* 14.*verſic.præterea. lib.* 1. & in terminis quod huius depoſitio ad recognitionem ſcripturę ſufficiat,quia eſt cõiuncta cum ratione,quæ a communiter accidentibus concludit veritatem, ſcribit Ruyn. *in conſ.* 46.*nu.*12.*li.*4.atque ita dicebant DD.ſepius fuiſſe reſolutum.

Neque

Digitized by Google

2 Neque etiã refragatur, quod liber, ex quo hæc iura ſunt extracta, non ſit ſcriptus manu ipſius notarij, quia ſufficit, quod per ſubſcriptionẽ, vel inſcriptionem eum approbauerit; Nã induſtria tabellionis non eligitur in ſcribendo, ſed vt præbeat fidem geſtis, quam ſatis præſtat in ſe ſub ſcribendo. Card. *in c. penult. verſ. in gl. de fid. inſtr.* & ſequitur Abb. *in c. inter dilectos. n. 7. ad finem. eod. tit.* & Dec. *in cõſ. 447. n. 10.* in procemio autem huius libri generalis eſt inſcriptio, quæ refertur ad omnia acta ſequẽtia *l. ſi quis ex argẽtarijs. §. ſi initium, & ibi Bart. nu. 30. ff. de eden.* & Bal. *in l. & quod a mi* b *litis. nu. 1. C. ſi cert. petat.* & Alex. *in d. §. ſi initium. n. 6.* Quod multo facilius in caſu propoſito placuit eſſe recipiendum, quia exceptiones, quæ in his actis ſunt productę, reperiũtur in filo poſitæ, cum inſcriptione eiuſdẽ notarij a tergo, vt fieri conſueuit, cuius manus ſufficienter eſt recognita.

3 Neque officiunt ſuſpiciones, quæ exaduerſo obijciuntur, quia Dominis viſæ fuerunt admodum leues, quæ tamen vt fidem tollant publicæ ſcripturę, debẽt eſſe perſpicuę. Anch. *in conſ. 385. nu. 3.* Caputaq. *deciſ. 207. in prima par. & deciſ. 4. in ſecunda. & fuit deciſum coram R. P. D. Decano in Toletana matrimonij 30. Martij* 1571. Et pręſerrimetiam, quia in hoc libro ſcripta ſunt acta non ſolũ huius cauſæ, ſed etiam aliarum plurium cauſarũ & diuerſarum perſonarum; & ideo eius fides non tam facile debet ſubuerti. *arg. l. Barbarius. cum ibi notat. ff. de offic. præt.*

4 Vnde nihil referre viſum fuit, quod liber iſte a ſit ita compaginatus, vt facile diſſolui, & ei aliquid addi vel detrahi poſſit, quia ſimiliter in curia libri actorum a notarijs conficiuntur; & cum iſti duo actus de quibus eſt cõtrouerſia, in medio libri ſcripti ſunt, & vnus eorum in medio paginę ſit conſcriptus, & alter in fine incipiat, & alia pagina ſubſequatur, ex inſpectione omnis ſuſpicio tollitur; Nam omnis etiam probatio vincitur, ſi aſpectus contrarium teſtificatur. *l. minor 25. ann. adito præſid. de minor. l. ſi irruptione. §. ad offic. ff. fin. regund.* Bal. *in l. vlt. in princ. nu. 7. de epiſc. & cleri. & in l. ſi quis teſtibus. in fin. C. de teſt.* Alex. *in l. 1. nu. 8. vt quæ deſunt aduoc. & in conſ.* 126. *nu. 2. li. 1.* Ruy. *in cons. 149. nu. 4. & 5. lib. 4.*

5 Neque officit, quod contra inſcriptionem filij, qui in filo fuit poſitus, obijcitur milleſimum eſſe appoſitum, quia ex inſpectione ſimiliter huiuſmodi ſuſpicio ſubmouetur, prout neque etiã b refert quod dicitur hũc librum fuiſſe exhibitum ab eo, qui profitetur ſe neſcire, an fuerit a Paride cõſcriptus, qui idem etiam ſubiunxit ſe illum reperijſſe in domo Diamãtis ſororis, & hęredis Lucij, qui fuit filius Paridis, proinde cum hæres hęredis intelligitur hæres primi teſtatoris, *l. vlt. C. de hæred. inſtituend.* valde eſt veriſimile, hunc librum ipſius Paridis fuiſſe, quod idem etiam Lucius eius filius in publico inſtrumento profitetur, & recognitio manus ipſius Paridis euidenter probat.

6 Neque etiã obſtat, quod in hoc libro non ſint deſcripta acta, quæ eodẽ die in hac eadem cauſa, & inter eaſdem perſonas fuerint geſta: quæ quidem extant in proceſſu actorum ab ipſo Paridẽ publicatorum eodem anno 1553. quia ex prædictis veritas iſtorum actorum, de quibus agitur, cõprobatur. Placuit enim reſponſio, quod ipſe Paris potuit habere alium librum actorum eiuſdem anni, vel quod per obliuionem in eo libro hos duos actus non ſcripſerit, Corn. *conſil. 210. num. 4. lib. 4.* Nam cum in publicis ſcripturis repetitur aliquid ſcriptum vel omiſſum, non facile poteſt argui ſcriptum de falſitate, cum hoc plerumque poſſit contingere ex errore, vel ſimplicitate ſcribentis, & in dubio potius præſumitur error.[b] Ancha. *in conſ. 285. num. 2. verſ. præterea.* Dec. *in conſ. 175. nu. 4. in fine.*

7 Neque etiam officit varietas ſubſcriptionis ipſius Paridis, quia nihil videtur intereſſe, vtrum quis ſcribat, Paris Grannus, vel Paris de Grãnis, & hęc minima differentia, quę in ſillaba cõſiſtit, nihil debet obeſſe. *l. qui habebat. ff. de manum. teſt.* quam dicit ſing. Ang. *in l. ſi in nomine. num. 1. C. de teſt.* & Alex. *in l. 4. nu. 5. de legat. 1.* quod eo facilius eſt admittendum, quia in ſubſcriptione cognominis facile hæc varietas poteſt incidere; neque etiam mutat ſubſtantiam veritatis, neque parit aliquam obſcuritatem; & ideo non inducit aliquam falſi ſuſpicionem. Atque ita concluſum fuit, his actis fidem eſſe adhibendam.

ADDITIONES.

a *Iudicio intellectus.* Regulare eſt, quod teſtis deponens de iudicio ſuo, nihil probat, quia non iudicare, ſed ſimpliter factũ narrare debet, prout hãc regulam pluribus exornat D. meus Farin. *in ſuo tract. de teſtibus. q. 48. nu. 32. & ſeq.* Quam ſecundũ eũ limitare poteris quatuor modis; Primo, quando ſui iudicij bonam, & concludentem reddit rationem, *nu. 34.* Secundo quando deponit ſuper ijs, quæ directo probari non poſſunt, & in materia nõ certitudinaliter cognoſcibili, *n. 81.* Tertio, quando deponit de ijs, quę ſenſu corporis percipi, & expreſſe cognoſci nõ poſſunt. Quarto quãdo pariter deponit de actu, ad cuius probationẽ, non concludens, ſed præſumptiua ſufficit probatio, *nu. 83. & ſeqq.* vbi propterea infertur, quando agitur de ijs quæ ſunt difficilis probationis, quãdo ſumus in antiquis in probatione filiationis, adulterij, & ijs ſimilibus.

b *Error.* Vt falſitas excludatur, & potius error quam falſitas præſumatur, & quod ad euitãdam falſitatem omnis interpretatio facienda ſit, plura ponuntur per Cagnol. *in l. ſingularia, num. 50. ff. ſi cert. petat. in vltima lect ura.* Cæphal. *conſ. 77. num. 33. & ſeqq. & num. 42. lib. 1. & conſil. 230. nu. 6. & num. 16.* vbi declaratur hæc concluſio, quando error eſt veriſimilis, & tolerabilis; alias ſecus. Gab. *lib. 7. concl. 2. num. 14. & ſeq. & nu. 24.* Franc. Bec. *conſ. 78. num. 13. & num. 24. nu. 3.* vbi amplius quod error iſto caſu probatur iuramento, Caputaq. *deciſ. 3. num. 2. & 3. part. ſecunda.* Clar. *in prac. §. falſum: verſ. item debet Iudex.* Hipp. Rimin. *conſ. 345. num. 41. & ſeqq. lib. 3.* Decian. *conſil. 100. nu. 1. li. 2.* Emanuel Soarez. *in verbo, falſitas, n. 18.* Maſc.

de

*de probat.concl.*745.*nu.*3.Iacob.Port.Imolen.*con ſil.*94.*nu.*3.*& conſi.*96.*nu.*12.*& ſeqq.& nu.*30.vbi notabiliter iſtam concluſionem declarat procedere,quando non conſtat de falſitate commiſſa; quod ſi de falſitate conſtet, tunc illa potius dolo,quàm per errorem,fabricata præſumitur; niſi error per allegantẽ probetur ſaltem coniecturis.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

COMITVLI.

Cornetana bonorum, Luna, 20, *Nouembris,* 1598.

ARGVMENTVM.

Donatio quomodo, & ex quibus coniecturis probetur ſimulata.

SVMMARIVM.

*Donatio omnium bonorum trahitur etiam ad futuras actiones. num.*2.

*Agens ſine actione audiendus non eſt.nu.*2.

*Nominatio facta in teſtamento operatur translationem iurium donatorum ſaltem iure tranſmiſſionis.nu.*2.

*Simulatio probatur per confeſſionem partium extraiudicialem, veriſimilibus præſumptionibus adiuuatam.nu.*2.*in fine.*

*Simulatio præſumitur ex modico interuallo.num.*2. *vbi ponitur exemplum.*

*Simulatio præſumitur ab inueriſimili.nu.*3.

Inueriſimile, quod eſt falſitatis imaginem habens. numero 3.*in fine.*

*Simulatio donationis præſumitur ex eo quod donans remaneat in poſſeſſione rei donatæ.nu.*4.

*Emere rem ſuam nemo dicitur.nu.*5.

*Simulatio arguitur a ſolitis nu.*6.

*Simulatio arguitur ex coniunctione perſonarum.nu.*7.

*Confeſſio mulieris adiuuata præſumptionibus ſubſtinetur etiam ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs vrbis.nu.*8.

DECISIO LXXI.

1 AGenti Illuſtr. D. Bernardino de Sabellis ad fructus reſiduos dotis, melioramenta, expenſas funeris, & ſepulturæ bo.me.D. Helenæ aduerſus Illuſtr. D.Alexãdrum de Apris eiuſdem Helenæ filium,& hæredem, fuit oppoſitum de donatione omnium bonorum præſentium,& futurorum, ſub certa reſeruatione facta per Do. Bernardinum,12.Aprilis,anni 1567. D.Helenę, & perſonæ ab ea nominandæ; Quæ donatio, die ſexta Octobris,eiuſdem anni,acceptata fuit, & illico conſtitutus D. Bernardinus adminiſtrator bonorum donatorum, cumq; replicaretur de ſimulatione prætenſę donationis,ex declaratione eiuſdem donatariæ, & retroceſſione ſubſequuta die 11.eiuſdem menſis,alijſq; coniecturis; dubitatum fuit, an prædicta inſtrumẽta donationis, & adminiſtrationis obſtarent intentioni Illuſtr. D.Bernardini; Nam ijs ſtantibus, dicebatur donaſſe etiam ſpem futuræ actionis, ad glo. *in c.ſtatutum.*18.*q.*1. ac proinde non audiendus, vt qui experiretur ſine actione,ad tex.*in l.ſi pupilli.* §.*videamus.ff.de neg.geſt.* cum tradit. per Aym.*conſil.*191.*num.*1.præſertim contra D.Alexandrum, in quem iura donata translata eſſent,vigore nominationis de eo factæ in teſtamẽto D.Helenæ, ſaltem iure trãſmiſſionis. Put.*deciſ.*274.*lib.*3.& fuit reſolutũ, non obſtare, quippè quæ ſimulata detegatur ex confeſſione iurata ipſiuſmet Do. Helenæ,adminiculata vrgentibus coniecturis; cum enim exploratum ſit, ſimulationem probari per confeſſionem partium etiam extraiudicialem, maximè veriſimilibus adiuuatam præſumptionibus,vt per Tiraquel.*de retract.conuent.* §.*primo, gl.*24.*num.*55.Veron.*de ſimul.contra.præſump.*26.*nu.*86.Caſtrenſ.*conſi.*209.*lib.*2.Dec.*conſi.*543.*nu.*13.Socin.*conſi.*264.*nu.*2.*lib.*2.

2 Conſiderabant in primis Domini modicum interuallum quinque dierum inter acceptationem donationis, & confeſſionem cum retroceſſione; & colligebant, ex intentione partium talem contractum breui fuiſſe duraturum, quia incidit in illam ſimulationis ſpeciem,de qua tex. *in l.*4.§. *ſi ab ignoto.ff. de manumiſſ.* Rot. *deciſi. prima. circa med. de donatio. in nou.* & Veron. *cant.*243.

3 Conſonat,quod inueriſimile valde eſt,voluiſſe Domin. Bernardinum irreuocabiliter donare omnia bona ſua præſentia, & futura vxori, ex primo marito filios habente; ſibi vero in ſecundo reſeruatis dumtaxat ad vitam ſcutis quinquemillibus,& quingentis,ad reſtandum.Quod autem inueriſimile eſt, habet falſitatis imaginẽ. Bal.*in l.*1.*C.de ſeru.fugit.*

4 Conuenit etiam ſimulationi,quod in ipſa acceptatione donationis fuit deputatus donans in adminiſtratorem omnium bonorum donatorum,& remanſit in continua poſſeſsione,ex quo donationem ſimulatam præſumunt, Caſtrenſ. *conſilio* 31.*numero ſexto. libro ſecundo*, Dec. *conſilio* 587.*numero* 8.*qui alios congerit, per text. in l.ſicut.* §. *ſuperuacuam.ff. qui. mod. pign. vel hipoth.ſolu.*

5 Accedit, quod poſt donationem Dom. Bernardinus anno 1569.dedit inſolutum ex cauſa aſſerti debiti ſcutorum 1500. eidem donatariæ plurima bona mobilia, ac ſemouentia, ac ſata, quæ dari inſolutum alias eorum Dominæ non potuiſſent.*l.ſi in emptione.* §.*rei propriæ.ff. de contrahend.emp.*

6 Et quod rurſus hanc donationem Dominæ Helenæ declarauit fuiſſe ſimulatam, vnde inſurgit aliud huius ſimulatæ donationis argumentum a ſolitis.*l.non omnes.* §.*a Barbaris.ff.de re mili.* gloſ.*in l.*1.*C.de arbitr.* Veron. *de ſimul.contra.præſumpt.*22.

7 Idque perſuadetur facilius ex coniunctione perſonarum, per text. *in l.data.C. de donat.* Dec. *conſil.*187.*numero* 9.Pariſ.*conſil.*143.*numero* 17.*&* 22.*in* 4.

Digitized by Google

8 Ex quibus omnibus ſimul iunctis concluſum fuit prædictam declarationem, & confeſsionem D. Helenæ ita eſſe veriſimilibus præſumptionibus adminiculatam, vt ſit attendenda, quamuis careat ſolemnitatibus à ſtatuto in confeſsione mulierum requiſitis, iuxta *deciſ. Achil. 1. de confeſ. quam Rota ſeruat.*

COMITVLI.

Hipporrigien. pratenſi Matrimonij, Veneris 1. Decembris, 1589.

ARGVMENTVM.

Copula carnalis cum puella non viri potente, & minore decem annorũ, An, & ex quibus probetur, ad effectum validitatis matrimonij.

SVMMARIVM.

Matrimonium inualidum eſt, cum puella minore decem annorũ tam ex defectu naturalis vigoris ad generandum, quàm ex defectu coniugalis conſenſus. num. 2.

Malitia ſupplet ætatem in proximo pubertati, aliter ſecus. nu. 3. & nu. 8. vbi alio modo declaratur hæc concluſ.

Proximus pubertati dicitur, qui ab ea diſtat per ſex menſes. nu. 3. & in addi. litera A. vbi de materia.

Minor quando dicatur pubertati proximus.

Sponſalia de futuro an poſſint contrahi a maiore ſeptennio. nu. 3 in fine. 2

Matrimonium facit, vt in eo perpetua indiſſolubilitate corpus tradatur. num. 4.

Potentia coeundi non præſumitur ante annos pubertatis. nu. 4.

Pubes minor dicitur habere annos diſcretionis. nu. 4. in fine.

Teſtes deponentes veriſimiliter præferuntur teſtibus minus veriſimilia deponentibus. nu. 5.

Teſtes plures præferuntur paucioribus. nu. 5.

Teſtes idonei præferuntur teſtibus exceptiones patientibus, numero 5.

Matrimonij habilitas & potentia præſumitur ex ſubſequuta copula. nu. 6. vbi hæc concluſio declaratur.

Copula carnalis in puella non viri potente, an probetur ex aſſertione illius, qui dicit, ſe eam carnaliter cognouiſſe, negante, & contradicente ipſa puella. nu. 6. in fine.

Copula carnalis an probetur ex confeſſione puellæ minoris duodecim annorum, aſſerentis ſe cognitam ad effectum probandi matrimonium. nu. 7. 3

Matrimonium vt validum dicatur, duo copulatiuè requiruntur, videlicet potentia ad carnalem copulam, & prudentia rationis. nu. 8. a

Copula carnalis non dicitur in muliere nondum viri potente, ſed defloratio. ſub nu. 8.

Matrimonium validum eſſe in dubio pronunciandum eſt. num. 8. poſt medium.

Matrimonium tempore quadrageſimali celebrari non poteſt. nu. 8. in fine.

DECISIO LXXII.

1 DOm. Veronica Malgrata cum eſſet pupilla maior nouẽ, & minor annis decẽ, fuit ex agro, vbi propter peſtẽ cuſtodiæ agebantur, in oppidum Scarmagni, ad domum D. Gineuræ amitæ traducta, ibiq; ſponſalia per verba de præſenti corã Parocho, & teſtibus, cũ D. Emanuele Venuſto, annorũ circiter quindecim, cõtraxit, perquæ ſtatim inter eos ſubſequuta fuit cohabitatio per duodecim dies continuos, & in eodẽ lecto concubitus, donec Domini de Aladio, vti tutores, aduerſus hmõi factum reclamantes, pupillam ſequeſtrari obtinuerũt; exinde cauſa ſuper diſſolutione ſpõſalium introducta corã R. D. Nuntio, per ſententiam declaratum fuit, aſſertam deſponſationem, & concubitũ inter prædictos Emanuelem, & Veronicã, matrimoniũ minimè feciſſe; a qua ſententia pro parte D. Emanuelis extitit appellatũ; & cauſa appellationis mihi commiſſa, dubitatum fuit, concordatis nonnullis pręſuppoſitis, an cõſtaret de copula: cumque in diſputatione excitatæ eſſent difficultates, propter quas non videbatur capienda reſolutio, circumſcripto effectu tendente ad firmandum matrimonium, & voluntas ipſius puellæ in dubium reuocaretur, quippe, quæ ſeducta prætendebatur, detineri in loco nõ ſuſpecto prouiſũ fuit, vt puella, quæ pubertatis annos iam exceſſerat, adduceretur Mediolanũ: & per R. D. Archiepiſcopũ, prouida, & ſufficienti relatione ad Rotam tranſmiſſa, rurſus dubitaui, præſuppoſitis depoſitionibus teſtiũ hinc inde examinatorum, & depoſitione D. Veronicæ, an conſtaret de copula ad effectum validitatis matrimonij.

2 Et quãuis copula qualis qualis pręſupponeretur, ẽt ex cõfeſſione iurata Veronicę, deponentis credere ſe, ꝙ Emanuel aliquoties intus immiſerit ipſa dolorẽ citra vllã voluptatem ſentiente, nec intelligente, quã rẽ ille ageret, D. tñ cõcluſerunt, ex ea nõ inferri validitatẽ matrimonij; cum. n. ex proceſſu ſatis cõſtet, ꝙ Veronica tẽpore ſpõſaliorũ, & aſſertæ copulæ nõ peruenerat ad annos decẽ, imò nõ excedebat annos nouẽ, & mẽſes duos cõpletos, ſtat regula pro nullitate matrimonij tã ex defectu præſumpto naturalis vigoris ad vtendum, & generandũ, quã ex defectu coniugalis cõſenſus. *c. tua. de ſponſ. c. a nobis. c. de illis. il 2. c. fin. de deſponſ. impub. & c. vnic. §. idem quoque. eod. tit. lib. 6.*

3 Exceptio aũt, ꝙ Malitia ſuppleret ætatẽ. *d. c. a
nobis. c. fi. cũ ſimilib.* Pręterquã ꝙ vix admittẽda vñ,
niſi in ijs, qui proximi ſunt pubertate, quales in-
a telliguntur, qui ab ea ſolum diſtant per [a] ſex mẽ-
ſes, *gl. cõiter recepta in c. cõtinebatur. verbo proxima,*
vbi Inno. & Abb. *in c. atteſtationes. ver. circa finem.
de deſponſ. impub.* Card. *conſi.* 4. Staph. *de var. mod.
vac. tit. beneficiatus contrahen. verſic. ſed tertio.*
Put. *deciſ.* 55. *li.* 2. nequaquam concludenter pro-
batur: Nam eſto, vt poſt ſeptennium, iuris præ-
ſumptione, adſit illa diſcretio, quæ ſufficit ad va-
lidanda ſponſalia de futuro. *l. ſi ſponſalibus.* 2. *de
ſponſ. c. literas. de deſponſ. impub.* Ioã. And. & Abb.
in c. iuuenis. de ſponſ.

Alia

4 Alia tamen, quæ maior exigitur ad validandũ matrimonium, iu quo perpetua indiſſolubilitate corpus traditur, vt per D.Tho. concludit Turrecrem. in c. non eſt. 30. q. 2. ad 2. Abb. in cap. de illis. nu. 4. de deſponſ. impub. non præſumitur ante annos pubertatis aduenire. c. de illis. c. a nobis. c. ſi. cũ ſimilibus, & hoc reſpectu annus deſcretionis interpretatur pro annis pubertatis. Io. And. in cap. duo pueri. eod. tit. poſt Goffr. in ſum. eo. num. 3.

5 Probationes aũt, quæ pro ſagacitate, & prudẽtia Veronicæ ex parte Emanuelis factæ ſunt, eliduntur ex concordi depoſitione triginta, & plurium teſtium, qui de ſimplicitate eiuſdẽ, & infirmitate intellectus ac Iudicis, ad cognoſcẽdũ vim matrimonii vinculi plenè teſtantur, & cum veriſimiliora dicant, præferuntur in concurſu. Inno. & Abb. in c. audits. de præſump. Soc. iun. conſil. 183. col. 2. lib. 2. Aym. conſ. 6. n. 66. Rolan. conſ. 24. n. 55. lib. 1. præſertim cum numero ſint plures, ad l. ob carmen. §. ſi teſtes. de teſtib. Gabr. de teſtib. conclu. 4. nu. 50. Nec patiunẽ exceptiones, quibus ſubiacẽt teſtes exaduerſo examinati, qui ferè vel affectãt matrimonij effectuationẽ, vel ſunt eorum domeſtici, & dependentes, vt pet informantes in facto pro Veronica, quorum depoſitionibus fidei diminuitur, Felyn. in c. ſuper eo. ad finem. de reſt. Pariſ. conſ. 15. nu. 30. lib. 2. Aym. nu. 4.

6 Nec obſtat dicta copula ſubſequuta, ex qua pręſumi ſolet habilitas ad matrimonium. d. c. a nobis. & c. de illis. cum ſimilib. de deſponſ. impub. qm̃ dicta iura non verificantur in omni defloratione, ſed in ea, quæ interuenit cũ ijs, quæ a natura habiles ſunt ad generandum, vel concipiendum. c. puberes. ad finem. eod. tit. Turrecrem. vbi ſupra ar. 2. qui ait tempore matrimonij requiri non ſolum vſum rationis, ſed etiam ex parte corporis requiri, vt illud ſit aptum generationi. idem ſentiunt Abb. in c. continebatur. nu. 7. Præpoſ. nu. 3. Anchar. nu. 2. & alii; quæ aptitudo non probatur concludẽter pro parte D. Emanuelis, quin potius ex habitu corporis imbecillo, & gracili ipſius D. Veronicę, inhabilitatem ad talem copulã concludunt oẽs teſtes ꝓ Veronica examinati, vt patet ex dolore quem D. Veronica ſentiebat nedũ in primo actu copulæ, ſed ẽt in aliis ſubſequutis, quem nõ ſenſiſſet ſi naturalem iam adepta fuiſſet vigorẽ, & aptitudinem ad generãdum, cum dictus dolor nõ aliunde appareat ſucceſſiuè, q̃ a tenera, & immatura ætate, & quoad hunc actum, a puella ſolum dignoſcibilem, eius confeſſioni magis credẽdum, quàm D. Emanueli, ad gl. in c. viduam. verſi. licet. de regular. Io. Lopez. in c. per veſtras. §. 43. de donat. maximè cum habeat præſumptionem pro ſe. Præpoſ. in c. ſua nos. nu. 2. de ſponſ.

7 Nec fiat vis in alia cõfeſſione Veronicæ prius in lecto poſt ſequutam copulam malitioſa, quatenus refertur, hilariter mandaſſe cingulum brachio allegatum, quaſi iã expleuiſſet opus matrimonii, quia non colligitur ex vltima depoſitione Veronicæ, talia verba prolata fuiſſe in eam ſignificationem, & nihilominus confeſſio emiſſa à puella minore 12. annis parũ attẽditur ad probandum matrimonium, ex Put. deciſ. 63. lib. 2.

8 Sed & quatenus alterum prædictorum duorũ, videlicet potentia ad carnalem copulam, vel prudentia rationis ſufficienter diſcernentis, cum cõtractu matrimonii continentis perpetuũ, & indiſſolubilem cum viro ſocietatẽ, probaretur, adhuc non ſufficeret ad validitatem matrimonii, cum vtrumque copulatiuè requiratur, vt malitia ſuppleat ætatẽ, ex Cou. li. 4. decr. p. 2. c. 5. nu. 3. in ſpecie aũt propoſita neutrum concludenter probatur; Nec adſunt indicia, ex quibus contra cõem diffinitionem locus ſit arbitrandi, quod eſſet proxima pubertati, ex Cou. vbi ſupra col. fin: quin potius coniecturæ, & probationes vrgent in cõtrarium. Domini iudicarunt, prædictam copulã, vel magis deflorationem, ad tex. in l. ſi quis aliquid. §. ſi nondum viri potentem. de pænis, inſufficiẽtem, ad efficiendum matrimonium: nec eos mouit, ꝙ in dubio pro validitate matrimonij pronunciandũ eſt, iuxta c. vlt. de re iud. Nam ſtantibus prędictis, ſumus extra probabilem dubitationem; nec procliues eſſe debemus in fauorem hmõi cõtractus, alieno impulſu potius, quàm propria inductione, tempore quadrageſimali contra canonũ prohibitionem celebrati. c. capellanus, de ferijs. cap. vlt. ſeſſ. 24. de reform. matrim. Conc. Trid. & c. 2. de deſpons. impub. & ex Purpurat. conſi. 579. nu. 16. lib. 2. & fuit dictum ẽt in cauſa Toletana matrimonii 21. Octobris hoc anno corã R.P.D. Seraphino.

ADDITIO.

a *Sex menſes.* Hanc eandem opinionẽ firmarunt Bal. poſt Gul. de Cun. in l. exeipiũtur, & ibi etiam Rom. nu. 5. in 2. not. ff. ad Sillan. idem Bal. in l. non tantum. in summ. ff. de exeus. tut. & in l. ſi quis in tantum. poſt nu. 5. C. vnde vi. Igne. in l. 1. §. impubes. n. 8. verſ. alij vero. & nu. 9. ſeqq. vſq; ad nu. 24. ff. ad Syllan. vbi latiſſimè, & iurib. & rationib. & Doctorũ authoritatib. hanc probat opi. & a cõtrariis Doctorũ obiectionib. bene defendit, & idẽ ẽt latè reaſſumit, cõprobat, & defendit in l. excipiũtur. n. 9. & ſeqq. ff. eo. & ibi. n. 12. vbi ꝙ hęc opinio, & cõcluſio eſt veriſſima tã in criminalib. q̃ in ciuilib. iurib. rõnib. & authoritatib. ibi per eũ adductis, & n. 13. et n. 17. Gul. Mayner. in l. pupillũ qui. n. 3. in diſcurſu. ff. de reg. iur. vbi dixit hanc opin. bene probari in d. l. non tãtum. Adden. ad Dec. in d. l. pupillũ qui. nu. 1. litera B. Corn. cõſi. 147. nu. 25. lib. 1. Affl. in cõſtit. Minor. iur. ſub nu. 7. lib. 2. rubr. 38. Catell. Cotta in ſuis memorial. in verbo, Pupillus, il 1. Nec diſſentire videẽ Pet. à Plach. in epith. delictor. c. 32. nu. 4. in prin. iuncto verſi. Nos tamẽ (Quãuis poſtea ſequi videatur eam opin. quæ iſtud Iudicis arbitrio remittit) relati per Viu. (quos tñ ipſe non eſt ſequutus) opin. 674. nu. 1. verſ. in contrariã vero ſententiam. Franc. Caldaſ. in repet. l. ſi curatorem. in verbo. vel aduerſarij dolo. nu. 53. verſ. Quamuis Bal. C. de in integr. reſtit. minor. vbi & hanc opinionem admittit, quando agitur de delictis atrociter puniẽdis, ex Aldobrand. quem allegat in §. item. nu. 4. inſtit. quib. mod. tut. fin.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

MI

ILLVSTRISSIMI ET REVER. D.Platti Cardinalis.

Ciuitatis Caſtelli bonorum, 9. Decembris, 1589.

ARGVMENTVM.

Confiſcatis bonis delinquentis, delinquens eorum Dominiū, & poſſeſsionem amittit: & ſi poſtea penes alium reperiantur, quo iure poſſeſſa: & ſi idem delinquens fuerit reſtitutus ēt ad bona, an etiam cēſeatur reſtitutus ad bona in alium translata. De teſte qui ita credens falſum depoſuit affirmatiué: Ac de teſtium varietate, non tangente negotij ſubſtantiā: & an ēt ruſticitas excuſet a falſo teſtimonio.

SVMMARIVM.

Poſsidere iure familiaritatis non præſumitur is, qui habet titulum etiam nullum, & inualidum, num. 1. & in addi. litera A. vbi generaliter remiſsiuè; an & quando quis præſumatur, ſeu dicatur poſsidere iure familiaritatis.

Confiſcatio bonorum aufert delinquenti Dominium, & poſſeſsionem bonorum confiſcatorum. nu. 2.

Poſsidere iure familiaritatis præſumitur delinquens, qui poſt confiſcationem ſuorum bonorum reſtitutus ad patriam eadem bona poſt dictam confiſcationem in alium translata poſsidet. nu. 2.

Reſtitutus ad bona fiſco non incorporata, non cenſetur reſtitutus ad bona in alium translata. nu. 3. & in addit. litera B. vbi de materia.

Teſtes dicentes falſum per verbum, credo, non poſſunt de falſo redargui. nu. 4. & in addi. lit. C. vbi de materia.

Teſtis deponens aſſertiue per verbum, ſcire, poteſt, ſi falſum dixerit, ſeruari eius dictum, intelligendo de vehementi opinione. nu. 4. & in add. lit. D. vb. quid de teſte, qui primo dixit ſe credere, & poſtea dicat ſe ſcire, & econtra.

Teſtium varietas non tangens ſubſtantialia negotij, non attenditur. ſub nu. 4. ad med. & in add. lit. E. vbi de materia.

Ruſticus deponens falſum propter authoritatem excuſatur. n. 4. poſt med. & in add. lit. F. vbi de materia.

Poſſeſsio rei conuenti probatur per ſubſtentationē litis. n. 4. in fi.

DECISIO LXXIII.

1 FVit reſolutū conſtare de vtroque extremo, quo ad bona per Meliorutiū poſſeſſa tempore commiſſi per eum homicidij; conſtat enim, huiuſmodi bona fuiſſe per Nicolam a fiſco redempta, ac per eundem poſſeſſa, tam durante exilio Meliorutij, quā poſt eius reſtitutionem, vt cōcludunt teſtes tam ſuper interrogatorijs, quā ſuper articulis: vnde tollitur id, quod dicitur, poſſeſſionem Nicolæ proceſſiſſe ex titulo familiari-
a tatis, quia huiuſmodi familiaritatis [a] titulus excluditur ex titulo donationis, ſeu ceſſionis habitæ à fiſco, cuius vigore præſumendum eſt, Nicolā poſſediſſe, etiam ſi huiuſmodi titulus ex capite nullitatis, aut aliquo alio modo poſſet impugnari. Soc. *conſi. 13. nu. 18. li. 4.* Put. *deciſ. 75. lib. 3.* Aym. *cōſ. 61. n. 2.* Cæphal. *conſi. 4. nu. 39.* Alcia. *reg. 2. præſump. 23. in fine.* Decia. *conſi. 19. nu. 124. lib. 3.*

2 Vnde ēt tollitur id, ꝙ dicitur, Meliorutiū poſt reſtitutionē ad patriam poſſediſſe hmōi bona, vt prius, quia nō propterea excluditur poſſeſſio Nicolæ; cū etenim Meliorutius per confiſcationem amiſiſſet non ſolum dominium bonorum ſuorū, ſed ēt poſſeſsionem, vt per Mohed. *deci. 86.* Ruy. *conſi. 58. circa. vol. 4.* Alcia. *reſponſ. 50. num. 3. tom. 2. lib. 6.* Bal. *de pace conſtan. in verbo, Imperialem. nu. 3.* quē refert, & ſequitur Ruy. *conſi. 49. nu. 1. vol. 1.* hmōi poſſeſsio ſtatim fuit acquiſita Nicolæ, quę vigore ſui tituli, vt dictum eſt, durāte filii exilio, cępit poſsidere, vnde quicquid poſtea filius poſt reditū in patriam in iſtis bonis fecit, dicēdum eſt feciſſe vti filius in bonis matris, & ſic titulo familiaritatis. Alcia. *d. præſump. 23. circa med.*

3 Non obſtat, quod fuerit reſtitutus ēt ad bona fiſco non incorporata, quia vltra ꝙ hoc reſpicit petitoriū, dictū fuit, reſtitutionē trahi non poſſe
b ad bona in aliū translata [b] ꝑ fiſcū, Nat. *conſi. 471. n. 1.* Clar. *in §. fi. q. 59. n. 6.* cū gratia ſit intelligēda ſine alterius ꝓiud. *l. nec anus. C. de eman. lib.*

4 Non obſtat, quod teſtes deponētes de poſſeſſione Nicolæ videantur falſi, quia deponunt oīa bona articulata, fuiſſe per Meliorutiū poſseſsa tēpore cōmiſsi ꝑ eū homicidii; cuius cōtrariū apparet ex publicis inſtrumentis emptionū factarum poſt dictum homicidium; quia in primis aduertendum eſt, teſtes non dicere, ꝙ ſolus Meliorutius poſsideret, ſed quod poſsidebant ſimul cum aliis Meliorutiis; conſtarque, plura ex bonis poſtea emptis fuiſse acquiſita ab aliis Meliorutiis: ſecundo dictum fuit, quod licet duo teſtes affirment poſseſsionem de tempore homicidii, Attñ adſunt alii teſtes, qui hoc non audent affirmare, ſed dicūt ſe ita exiſtimare; & propterea nō poſsunt de falſo redargui, quia licet opinio teſtis, quo ad hoc, non ſit vera, non ideo tñ ipſe te-
c ſtis pōt dici falſus; [c] imò dicebant aliqui ex Dominis ēt illos, qui aſsertiuè, & per verbum, ſcire, depoſuerunt, ſaluari poſse, & intelligi, ex vehemēti
d opinione [d] Salic. *in l. cum antiquioribus. n. 6. C. de iur. delib.* Bal. *in l. ſi quis extraneus. §. fi. ff. de acq. hæred.* Adeo vt nec iſti ſint tanquam falſi reiiciendi, ma
e ximè cum huiuſmodi varietas ſubſtantialia [e] negocii non tangat; ex traditis per Gabr. *lib. 7. de crim. concluſi. 4. num. 12.* & potuerit interuenire ex probabili errore in facto antiquo, attenta etiam
f perſonarum qualitate, quæ ſunt ruſticæ [f], vt per eundem Gab. *dict. concluſ. 4. nu. 15. & 16.* & tanto minus dicebant Domini de fide iſtorum teſtium dubitari poſse, cum coadiuuentur ex depoſitionibus duorum aliorum teſtium examinatorum vigore primæ remiſsoriæ ab A. C. decretæ, quorum ſummarium datū fuit, atq; ex ipſiuſmet partis cōfeſsione, quæ in inſtrō præcarii anni 1573. aſserit ſe accepiſse poſseſsionem bonorum Meliorutii, illi cōmunium cum Horatio, ēt poſseſsorum per ipſum Nicolam. Quibus omnibus ſimul

iunctis

Digitized by Google

iunctis, dicebant Domini de primo extremo dubitari non poſſe, ſicut nec ambigendum eſt de ſecundo extremo, quod ex ſtylo Rotæ per ſubſtentationem litis, probat Caputaq. *deciſi.396. lib.2.* concurrunt autem hic, & teſtis & cõfeſſio partis.

5 Quo vero ad bona Betini, cum non bene probetur ipſius teſtamentum ad fauorem Nicolę, & quo ad bona empta per Meliorutiũ poſt reditũ in patriam, cum in ijs non conſtet de aliquo titulo Nicolæ, dixerunt Domini, non cõſtare de primo extremo, ex quo ſi quid in eis fecit, præſumitur feciſſe titulo familiaritatis, & vti mater Meliorutij, ad quam ea bona ſpectabant Betini, ſcilicet vigore ſtatuti ciuitatis Caſtelli matrem excludentis, empta vigore ſuarum acquiſitionum; & propterea verè ipſe poſſediſſe præſumitur, ex prærallegatis.

6 Quæ pro parte mercatorũ deducta fuerunt cõtra titulum Nicolæ, & pro parte illorum de Meliorutijs contra titulum ipſius Meliorutij, dixerunt Domini, ad petitorium eſſe reijcienda.

ADDITIONES.

a *Familiaritatis.* Poſſidere, an & quãdo quis pręſumatur iure familiaritatis, ſeu alia cauſa, & qua, & an & quando quis poſſeſſionis cauſam ſibi mutare poſſit, vel mutaſſe cẽſeatur, & generaliter de tota hac materia, lectorem remitto ad Soci. *conſi.* 131. *lib.*1. *& conſi.*15. *in fine, lib.*4. Alciat. *de præſũp. reg.*2. *præſump.*23. *& ibi in addit.* Cur.iun. *cõſi.*168. *nu.*36. Dec. *conſi.*232. *nu.*2. *& conſi.*400. *nu.*5. Nat. *conſi.*471. *nu.*12. *lib.*2. Pariſ. *conſi.*37. *nu.*19. *ſeqq. li.*3. Siluan. *conſi.*78. *nu.*8.9. Ancha. Regien. *q.*24. *nu.*11.1. *par.* Rolã. *conſi.*77. *li.*1. vbi latè, & ſpecialiter ponit, an vxor mortuo marito ipſius bona retinere præſumitur iure familiaritatis, vel hipothecæ dotalis, ad qđ vide etiam Menoch. *de arbitr. q. caſu*160. *nu.*11. *ſeqq. & nu.*20. Hercul. *de negatiua. nu.*169. vbi de filio poſt mortem patris, illius domum inhabitando, an cenſeatur illam inhabitare iure familiaritatis, vel potius iure dotis maternæ, de quo vide etiam Menoc. *d. caſu* 160. *nu.* 11. *ſeqq.* vide eundem Hercul. *de negat. num.* 289. vbi quod in dubio quis præſumitur detinere bona iure familiaritatis potius quam alio iure; ſed quod immo potius quis præſumatur poſſidere nomine proprio quam alieno, tradit Rolã. *conſil.* 46. *n.*44. *vol.*3. An requiratur expreſſa declaratio in ſibi mutando cauſam poſſeſſionis, ponit Aym. *de antiq. temp. par.* 4. §. *materia iſta ſingularitatis teſtium. num.*111. vbi ſuperueniente noua, & iuſta cauſa. de quo etiam per Cęphal. *conſ.*4. *nu.*37. *ſeq. lib.*1. vbi etiam de fratre quando præſumatur poſſidere iure familiaritatis, vel proprio, de quo vide ẽt particulariter Menoc. *d. caſu* 160. *num.*11. *ſeqq.*

b *Translata.* Reſtitutus ad gratiã, & ad bona, an etiam cenſeatur reſtitutus ad bona in alium alienata, & translata, vide regulam cum ampliationibus, & limitationibus poſitam per D. meũ Farinacium *in ſua pract. crim. par.*1. *tit. de inquiſit. q.*6. *num.*33. *& ſeqq.*

c *Falſus.* Teſtis deponens de ſua credulitate, & opinione ſi falſum dicat, an de falſo teneatur, vide arguentem pro & contra, & poſtea diſtinguẽtem D. meum Farinac. *in ſuo tractat. de teſtibus. q.* 67. §. 3. *nu.*66. *& seqq.*

d *Opinione.* Ad hæc vide D. meum Farinac. *in tractat. de teſtibus. q.*66. *nu.* 341. *& ſeqq.* vbi ponit de teſte, qui primo aſſertiuè dixit ſe ſcire, & deinde dixit ſe credere, an ex hoc dicatur varius; arguit pro & contra, & poſtea diſtinguit.

e *Subſtantialia.* Ad hanc materiam, an ſcilicet, & quando teſtis ſibi varius, & contrarius in non ſubſtantialibus, probet, vel non probet, vide D. meum Farin. *in ſuo tract. de teſtib. q.*66. *n.*22. *et ſeq.*

f *Ruſtico.* Ruſticus falſum deponens excuſatur à pœna falſi regulariter; verum hæc regula patitur tres limitationes, de quib. per D. meum Farinac. *in ſuo tract. de teſtib. q.*67. *nu.*81. *& ſeqq.*

Fam. Cent.. I.V. D. Galeſ.

P E G N Æ.

Taurinen. matrimonij, 24. Ianuarij, 1590.

ARGVMENTVM.

Stuprans quando teneatur puellam ſtupratam in vxorem pręcisé ducere, an verò ſufficiat eam dotate, & qualis debeat eſſe iſta dos.

S V M M A R I V M.

*Stuprans puellam virginem, tenetur eam dotare. nu.*2.
*Stuprans puellam, ſi eam duxerit in vxorem, tenetur ei etiam conſtituere dotem, quam foret habitura iuxta perſonæ qualitatem, & loci conſuetudinem. nu.*3.
*Stuprans puellam, ſi eã in vxorem ducere noluerit, tenetur conſtituere maiorem dotem ea, qua nupta fuiſſet, ſi nõ fuiſſet deflorata, quia per deflorationem puellæ conditio deterior facta fuit. nu.*3. *vbi declaratur, quõ procedat hæc cõcluſio, & in addi. litera A, vbi, an deferatur iurãm puellæ ſuper eo, ꝙ ipſi plus dari debet propter amiſſam virginitatem.*
*Stuprans puellam non tenetur præcisè illam ducere in vxorem, ſed aut ducere, aut dotare. nu.*4. *& ſeq.*
*Præcepta veteris teſtamenti ſi ſunt relata in corpus iuris canonici, præcisè ſeruari debent. nu.*5.
*Stuprata puella præſumitur ſeducta, & non ſponte conſenſiſſe deflorationi. nu.*6.
*Stuprata puella præſumitur tempore ſtupri, quod fuerit virgo, ſic ipſa aſſerente, niſi contrarium probetur. num.*6. *& in addit. litera B. vbi de materia.*
*Promiſſio conditionalis, deficiẽte cõditione, non habet locũ. n.*7.
*Promiſſio facta in carceribus a carcerato, non præſumitur ſpontanea. nu.*7.
Virginitas an, & quando præſumatur, & quomodo probetur, in in addit. litera B.
Inboneſtas vitæ mulieris probatur præſumptionibus, in addit. litera B.

DECISIO LXXIV.

1 IOannes Philippus Boninus Allaſ-
ſinam Moyarā Puellam viri potē
tem deflorauit, qui poſtmodū die
14. Ianuarij 1588. in carcerib. exi
ſtens, de abortu accuſatus, per chi
rographū manu propria ſcriptū,
ſe illam ductorū vxorem promiſit, dūmodo obie
cti ſibi criminis abolitio a Principe impetrare-
tur; Allaſſina coram ordinario Taurin. Boninum
conuenit, vt ſe dotaret, & vxorem duceret; ordi-
narius Boninum ad eam ducendam, aut dotan-
dam condemnauit; quam ſententiam in gradu
appellationis Nuncius Apoſtolicus confirma-
uit; cauſa introducta in Rota præmiſſis quibuſ-
dam præſuppoſitis, dubitaui, an Boninus Alleſſi
nam vxorem ducere, & dotare teneretur.

2 Et Domini, quantum ad ſecundam dubij par
tem, concorditer tenuerunt, obligari Boninum
ad Alleſſinam dotandam, *per tex. vbi omnes in c. 1.
& ſecund. de adulter.* S. Anton. *in ſum. par. 2. tit. 5. c.
6. §. 1.* Couar. *lib. 4. decretal. c. 6. §. 8. nu.* 15. Anton.
Gom. *in l. 80. Tauri. nu.* 8. Ioan. Gutier. *lib. 1. cano-
nic. quæſt. c.* 37. Bernard. Diaz *in pract. crimin. cano.
cap.* 77.

3 Quod ſi Boninus eam in vxorem duxerit, ſa-
tis eſſe conſtituere puellæ defloratæ dotem, quā
iuxta qualitatem puellæ, & conſuetudinem Re-
gionis foret habitura, vt cōformiter cenſent præ
citati Doct. ſin autem renuendas nuptias putaue
rit, iuxta diſpoſitionem *cap. 2. de adul.* tunc tene-
re Boninum ad ſupplendum illud, quo pluris in-
diget corrupta ad inueniendum virum ſibi æqua
lem. Abb. antiq. *in d. c. 1. de adult.* vbi Io. Andr. *nu.
9. in fin.* Anchar. *nu. 6. notab. 6.* Panorm. *nu. 4.* Cou.
lib. 4. decretalium, cap. 6. §. 8. & alij paulo ante rela-
ti, quia non eſt dubium, quin per deflorationem
a deterior [a] ſit facta puella, & ideo maiori dote indi
geat, ad inueniendum virum ſibi æqualem; & de
floratorem, qui cauſam dubij dedit, teneri ad illā
compenſandam; ceſſabit vero iſtud argumentū,
quando corrupta cum dote conſueta dari virgi-
nibus, poteſt conſequi, aut cōſequitur maritum
ſibi æqualem. Couar. vbi ſupra, quod eſt de men-
te Scribentium *in d. cap. 1. & 2. de adult.*

4 Quantum ad primam partem dubij, Domini
etiam conformiter cenſuerūt, Boninum præciſe
& abſolute non eſſe cogēdum ad Alleſſinam du-
cendam, *iuxta cap. ſecund. de adulter.* vbi præce-
ptum de ducenda, & dotanda virgine deflorata,
non ponitur copulatiuè, *vt in cap. 1.* ſed diſiun-
tiuè; tam etſi enim veteres canoniſtæ Innoc. Ho
ſtien. & hos ſequuti Ant. de Butr. Zabarel. & ple-
rique alii *in dict. cap. 1. de adulter.* tenuerint, deflo
ratorem, etiam inuitum Iudicis authoritate co-
gendum ad matrimonium contrahendum, ſpe-
ciale ibi eſſe dicētes ratione delicti, vt quis inui-
tus nuptias inire cogatur, nihilominus contra-
riam ſententiam vſu iudiciorum receptam, teſta
tur Anton. Gom. *ad l. 81. Tauri. numero 8. verſi-
culo, ſed his non obſtantibus.* Iul. Clar. §. *ſtuprum, nu
mero 3. verſiculo, ſed quæro quæ ſit pœna*, ſentit Pa-
normitan. *in d. c. 1. de adult.* Couar. Ioan. Gutier.
S. Anton. & alii paulo ante relati, *per tex. in cap. 2.
de adulter.* per quem temperatur diſpoſitio *cap. 1.*
iubentis, virginem defloratam, & ducendam, &
dotandam ſimul. Nam ex duobus illis capitibus
ſimul iunctis, Domini cenſuerunt, hanc deduci
ſententiam, menti legislatoris cōformem, vt qui
virginem deflorauit, cum ea præciſe matrimoniū
contrahere non compellatur, ſed cauſatiuè. An-
char. *in d. c. 1. de adult. not. 5. nu. 5.* vbi Marian. So-
cin. *num. 13. in fine. verſic. hodie autem ſic punitur.*
Ruyn. *conſ. 189. nu. 8. li. 2.* Ioan. Gutier. *li. 1. canon.
quæſt. c. 37. nu. 11.*

5 Nec obſtat ſi dicatur, quod *cap. præfat. de adul-
ter.* eſt deſumptum ex veteri teſtamento *Exod. c.
22.* vbi recenſetur inter præcepta iudicialia, quod
cum fuerit relatum in ius canonicum per poteſta-
tem habentem, debet præciſe ſeruari. Sanc. Tho.
1. 2. quæſt. 104. articul. 3. Silueſter *in ſumm. verbo,
luxuria. quæſt. 5.* Imol. *in cap. cum tanto, numero 7.
& 8. de conſuet.* Pariſ. *conſil. 68. incip. dubium exori-
tur. numero 106. lib. 4.* & ideo Boninus tenebitur
præciſe ad vtrumque. Quoniam dixerunt Domi
ni, quod cum idem legislator, qui in corpus iuris
canonici reduxit, & viuificauit illud præceptum
ex veteri teſtamento, quod alias erat mortuum,
ſtatim ſub eodem *tit. de adult. in cap. 2.* appoſuerit
aliam diſpoſitionem cum diſiunctiua, cenſetur
propterea voluiſſe præceptum *ca. 1.* obſeruari cū
illa qualitate, de qua in *c. 2.*

6 Quod obiiciebatur ex Grat. *conſil. 93. num. 31.
lib. 2.* nempe non eſſe locum diſpoſitioni *cap. 1.
& 2. de adulter.* niſi tria potiſſimum copulatiuè
concurrant: Primum virum ſeduxiſſe, Secūdum
ſtupraſſe, Tertium puellam fuiſſe virginem, non
putant Domini ſatis tutum. Nam quantum ad
primū, & ſi vir aſſerat ſe non ſeduxiſſe, ſemper in
dubio ſeducta puella præſumitur. Ruyn. *dicto con
ſil. 189. num. 9. lib. 2.* Canoniſt. *in d. cap. 1. de adult.*
& eſt cōmunis opinio. Ioann. Gutier. *lib. 1. canon.
quæſt. c. 37. nu. 11.* Secundum de ſtupro per Boni-
num commiſſo, non negatur a partibus teſtificā
tibus de virginitate Alleſsinæ; & ſi illam negaret
Boninus, ei incumberet onus probandi, quia in
b dubio puella virgo præſumitur, [b] ſicut virgo na-
ſcitur, iuxta communem ſententiam Panorm. *in
c. 1. de adulter. nu. 5.* Iul. Clar. *in §. ſtuprum. num. 4.
verſi. ſed pone, quod ſtuprator.*

7 Promiſſio autem facta per Boninum de Alleſ
ſina ducenda, nō videbatur multum vrgere, tum
quia conditionalis, & deficiente conditione nō
habet locum, *c. 1. de ſponſ. l. qui promiſit. ff. de con-
dict. indeb.* tum quia facta in carceribus, quæ pro-
pterea minus ſpontanea videbatur. Super aliis ſi
opus fuerit partes audiantur.

ADDITIONES.

a *Deterior.* Et quod in iſto caſu dandum ſit iura-
mentum in litem puellæ ſtupratæ ſuper eo, quod
ipſi plus dari debet, occaſione perditæ virginita-
tis, pluribus comprobat Plot. *de in litem iuran. §. 34.
num. 1. & ſeqq.*

Digitized by Google

b *Virgo præſumitur*. Regulariter creditur aſſertioni puellæ, aſſerentis tempore, quo fuit carnaliter cognita, ſe fuiſſe virginem, prout etiam voluit Plot. *de in lit. iuran. d.* §. 34. *num.* 3. verum hæc regula patitur duas notabiles declarationes, Quarum prima eſt, vt procedat, quando puella erat bonæ famæ, ſecus ſi malæ famæ, ſecundum Foller. *in practic. crimin. in verbo, capiat informationem, nu.* 21. & hæc limitatio multo magis procederet, ſi aliquo modo conſtaret de eiuſdem puellæ inhoneſta vita, etiam per prȩſumptiones, iuxta trad. per Franc. Marc. *deciſi.* 899. *num.* 11. *par.* 2. per Cœphal. *conſi.* 140. *nu.* 28. *lib.* 1. per Hypp. Riminal. *conſi.* 174. *lib.* 3. *in diſcurſu*, & per Maſcat. *de proba. lib.* 2. *conclu.* 1063. *num.* 19. Apud quos, poſt alios relatos antiquiores, firmatur concluſio, quod mulieris inhoneſta vita probatur præſumptionibus, & coniecturis. Secunda eſt limitatio, vt eadem regula procedat, quando agitur ciuiliter ad ſeparationem Thori, & ad reſtitutionem dotis; ſecus autem ſi agatur criminaliter ad pœnam, ſecundum Franc. Roſel. *conſil. crim. diuerſor.* 12. *nu.* 4. *lib.* 2. & in materia ſi vis ſcire, an & quando, & quomodo probetur, ſeu prȩſumatur virginitas, vide Maſcar. *de probat. lib.* 3. *concluſ.* 1410. & Fulu. Pacian. *de proba. lib.* 2. per totum.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ILLVSTRISSIMI, ET REVERMI D. Platti Cardinalis.

Taurinen. diſſolutionis matrimonij, Veneris, 16. Martij, 1590.

ARGVMENTVM.

Matrimonium quando diſſoluatur, ſeu potius ſeparetur propter viri impotentiam. Quando talis impotentia probetur, & an adhuc probata impotentia viri, ex eo quod nec obſtante coniugali habitatione vxor fuerit reperta virgo, deueniri debeat ad experientiam vlterioris, & triennalis cohabitationis.

SVMMARIVM.

Matrimonium antequam diſſoluatur propter viri impotentiam, deueniendum eſt ad cohabitationem triennalem, nu. 1. *& per totam deciſionem, in qua bene declaratur materia, & in addit. lit. A. vbi etiam, quomodo, & quibus modis viri impotentia probetur.*

Matrimonij ſeparatio conceditur multis de cauſis, de quibus remiſſiuè in add. litera A. & ibi etiam, quid de diſſolutione ſponſalium.

Impotentia viri dicitur euidenter conſtare, quando conſtat, ipſum carere genitalibus, vel habere membrum ſiccum, aut aridum, & quid ſimile. nu. 1

Matrimonium ſtatim ſeparatur abſque alia triennali cohabitatione, quando conſtat, virum non habere genitalia, vel illa habere ſicca, aut arida, nu. 1.

Impotentia ſigna quando ſunt dubia, tunc ſtatim non deuenitur ad ſeparationem matrimonij, ſed coniugibus præfigitur terminus, in quo coniugali copula operam dantes, curent perficere illud, quod antea non potuerunt, ſub nu. 1.

Viro aſſerenti ſe potentem, magis creditur, quàm vxori contrarium affirmanti, ſub nu. 1.

Impotentia viri excluditur, quando conſtat, ipſum habere partes genitales naturaliter bene diſpoſitas, ſub nu. 1.

Impotentia viri etiã excluditur, quando conſtat, ipſum aliquantulum erigere virgam, & ſemen emittere, ſub nu. 1.

Impotentia ſigna ſunt euidentia ea, quæ apparent, vel ob nimiã membri breuitatem, vel ob ſectionem, vel ob aliam ſimilẽ cauſam, nu. 1. *in fin. & nu.* 2. *vbi etiam, quid ſi membrum ſit paulò breuius, & gracilius alijs.*

Impotentia non dicitur conſtare, ex eo quod per horas, ſeu diem iacuerit in lecto cum vxore, & illam carnaliter cognoſcere non potuerit, nu. 3. *&* 4.

Matrimonium adhuc, vt diſſoluatur propter impotentiam viri, neceſſe eſt, vt illa ſit perpetua, & inſanabilis humano remedio, nu. 4.

Impotentia viri quando dubitatur, an ſit naturalis, an vero accidentalis, deueniendum omnino eſt ad experimentum triennalis cohabitationis. nu. 4.

Impotentia viri non dicitur naturalis, quando is aliquantulum erigit virgam, & ſemen emittit, poſt num. 4.

Matrimonij ſeparatio propter viri impotentiam, cum agatur de ſalute animæ, non eſt repente per iudicem facienda, ſed abundandum etiam in ſuperfluis probationib. nu. 5.

Matrimonij diſſolutio non conceditur non facta experientia triennalis cohabitationis, etiam quod vxor fuerit reperta virgo. nu. 6.

Virginitatem probare ex dicto obſtetricum, eſt iudicium fallax, & incertũ. nu. 6. *& in addi. litera, B. vbi alia ad materiã.*

Matrimonium omnino ſeparatur, quando poſt factum experimentum per triennalem cohabitationem, adhuc vxor reperitur intacta. nu. 6.

Impotentia viri non dicitur concludenter probata ex eo, quod poſt cohabitationem octo annorum mulier reperta fuerit virgo. nu. 7.

Impotentia viri probatur ex termino cohabitationis cum vxore nondum cognita, lapſo, qui terminus iudicis arbitrio præfigitur, & quandoque eſt minor triennio. nu. 8.

Vxor ne ſæuitiam à viro patiatur, prouidendum eſt, nu. 8. *& in add. lit. C. vbi plura de materia ſæuitiæ.*

Vxor quando propter viri ſæuitiam poſſit petere ſeparationem thori, quomodo probetur talis ſæuitia, & alia ad materiam in addi. litera C.

DECISIO LXXV.

1 PEtente muliere diſſolutionem matrimonij ob viri impotentiã, niſi
a huiuſmodi impotentia [a] per iuſtũ iudicium fuerit prius probata, certum eſt, deueniendum eſſe ad cohabitationem triennalem, & alia remedia, & probationes impotẽtiæ, de quibus *in c. laudabilem, de frigid. & malef.* vbi de hoc eſt tex. clarus, & glo. & aperte not. Innoc. *in c.* 2. *d. tit.* & ibidem Anto. de Butr. *verſi. credo quod ſi velit probare ſe virginem, & in d. c. laudabilem, nu.* 9. *& nu.* 14. & ibidem Abb. *circa finem verſic. & ideo intellige*, quem ſequuntur alij cõmuniter, cõcludentes, quod aut de im-

potentia viri conſtat per ſigna euidentia, puta quia careat genitalibus, aut habeat membrum virile ſiccum, aut atidum, aut quid ſimile, & tũc poteſt ſtatim deueniri ad ſeparationem: aut vero ſigna frigiditatis ſunt dubia, & tunc non poteſt ſtatim deueniri ad ſeparationem, maximè ſi vir, cui magis in hoc creditur, *cap. 1. eod. tit.* copulam aſſerat; ſed debet præfigi terminus, in quo coniuges operam copulæ coniugali dantes, curent perficete id, quod antea non potuerunt. Qua propter cum in caſu propoſito non adſint aliqua euidentia ſigna impotentiæ in D. Horatio, cum medici ad illum inſpiciendum per iudices in partibus, de conſenſu partium electi, dicant, ſe in eo reperijſſe partes genitales naturaliter bene diſpoſitas, cum etiam ipſa vxor confiteatut, ipſum D. Hotatium aliquantulum erigere virgam, & ſemen emittere, ex his ſatis apparet, nulla eſſe in eo euidentia ſigna frigiditatis, ſed potius dubia; & propterea non poſſe deueniti ad diſſolutionem, niſi clariot, & manifeſtiot probatio impotentiæ afferatur; quod manifeſte colligitur ex telatione eorundem medicorum ad id electorum, dum affirmant, difficile, immo impoſſibile eſſe ex ſola partium veneri dicatarum inſpectione, ferri iudicium de D. Hotatij potentia vel impotentia; ſi etenim in virilibus membtis D. Horatij eſſent ſigna apparentia impotentiæ, vel ob nimiam bteuitatem, vel ob ſectionem, vel ob aliam quamuis cauſam; vtique non eſſet impoſſibile, nec difficile ex eorum inſpectione de impotentia iudicare.

2 Nec obſtat, quod dicti periti aſſerant, pudendum D. Horatij viſum fuiſſe paulo breuius, & gracilius, quàm conſueuerit eſſe hominibus iuſtæ magnitudinis, quia ijdem etiam fatentur poſſe illud ex erectione, & longitudinem, & magnitudinem acquirere; & propterea neceſſarium eſſe duxerunt, facto ipſo de potentia eiuſdem D. Horatij periculum facere, qua de cauſa iuſſus eſt ſolus cum ſola, nudus cum nuda, & in eodem lecto iacere.

3 Nec tamen mouit Dominus, quod duarum circiter horarum ſpatio, quo is cum vxore in lecto iacuit, illam carnaliter cognoſcere non potuerit, quia animaduertebant multas potuiſſe interuenire cauſas, & naturales, & accidentales, quæ citra naturalis potentiæ defectum, illum impedire potuerunt, ne tam breui tempore venereum opus perficeret, quas latè proſequuti ſunt Domini illi medici, qui pro Dom. Horatio ſcripſerunt; & propterea experientia huiuſmodi nõ fuit ſufficiens, vt apertè dicit Innocent. *in d. cap. primo, de frigidis. ſub numero 1. verſicul. item non ſufficit*, vbi ait non ſufficere, quod per vnum diem manſerit mulier cum viro; ſed neceſſe eſſe, vt ad minus per menſem manſerit in experientia copulæ coniugalis.

4 Addo, quod experientia huiuſmodi facta de Domin. Horatio, dato quod poſſet aliquo modo aliquid inferre ad eius frigiditatem, ſeu impotentiam, & ſic ſolum poſſet facere aliquam probationem reſpectu illius temporis, quo factum eſt experimentum; non tamen neceſſario concludit, quod talis impotentia ſit naturalis perpetua, & inſanabilis; & tamen ad hoc, vt dirimatur matrimonium, debet conſtare, quod perpetua ſit, & inſanabilis humano remedio, *capit. fraternitatis, dicto titul. de frigid. & malef.* vbi omnes Docto. & Abb. *in dicto capit. laudabilem. ſub numero* 5. vbi dicit, quod cum dubitatur, an frigiditas ſit naturalis, & perpetua, an vero accidentalis, deueniendum eſt ad triennalem cohabitationem, vt ex curſu temporis, eum aliter probari non poſſit, appareat, qualis ſit, temporalis nè, an perpetua; quod ſanè in caſu iſto nullam habere videtur difficultatem, ex quo etiam ex confeſſione vxoris conſtat, Domin. Horatinm aliquantulum erigere pudendum, & ſemen emittere; quo caſu dici non poteſt conſtate de euidenti, & naturali frigiditate; quin potius eum, qui ſimili modo ad copulam moueatur, & ſemen emittat, ſed non perficiat, dixit Hoſtienſ. *in ſumma, dicto titul. ſub numero* 10. non eſſe naturaliter frigidum, *& numero* 13. dicit hoc caſu, ſi vterque confiteatut, & poſt triennium vxot appareat virgo, poſſe fortè mattimonium dirimi.

5 Ex his dicebant Domini, ſuperfluum forè ad nouam Domin. Horatij inſpectionem, pro qua inſtabant informantes pro vxore, deuenire, quia tam ex telatione peritorum, quàm ex confeſsione puellæ conſtat, inſpectionem nihil conferre ad iudicium viri impotentiæ, ſed omnino ad experientiam rerum magiſtram, eſſe deueniẽdum: illam autem ſufficientem aptamque experientiam fore aiebant, quam Romani Pontifices, ac Sacrorum Canones interpretes in ſimilibus caſibus tutiores docuiſse reperiuntur, qui omnes vno ore exclamant, in re tanta, in qua animæ periculum agitur, repente non eſse agendum, vt dicit Hoſtienſ. *in ſumma, dicto titulo, num.* 13. *verſiculo, ſed ſi Iudex.* & propterea abũdandum etiam in ſuperfluis probationibus adhibendis, vt dicit idem Hoſtienſ. *numero* 14. *verſiculo, ſed ſi iudex.* Innocent. *in dicto cap. primo, numero* 2. Abb. *ſub numero* 5.

6 Neque huiuſmodi reſtitutionem ad cohabitationem, ad dictum effectum experiendæ coniugalis copulæ, poteſt impedire, quod puella inſpecta ab obſtetricibus b fuerit reperta virgo, tum quia iudicium huiuſmodi eſt fallax oculuſque ſæpe fallitur, vt in propoſito dicit Innocent. *dicto capit. primo, numero* 5. tum quia non valet conſequentia, vxor reperitur intacta, ergo vir eſt impotens impotentia naturali; & propterea quæ ſufficiat ad ditimendum matrimonium; Nam ad hunc effectum ſolet dari triennium, vt videatur, an interim poſſint effici vna caro, & illud perficere, quod antea non potuerunt, *dicto capit. laudabilem*, vbi Abb. *numero quinto*, quod ſi poſt triennalem cohabitationem nõ potuerint matrimonium conſumere, tunc bene intrat præſumptio, quod impedimentum ſit perpetuum. Idem Abba. *cap. fraternitatis, numero* 15. *dict. titul.*

Vnde

7 Vndeetiam nõ obſtat, quod D. Horatius vndecim menſibus cum vxore cohabitauit, non potueritque illam cognoſcere, quia, vt habetur in *cap. fina. d. tit.* etiã poſt octo annos, quibus ſimul coniuges habitauerant, præfixi fuerunt noui, & plures termini ad faciendum experientiam copulæ coniugalis: quapropter erit, & in caſu noſtro præfigendus terminus d. Horatio & vxori, qui dantes operã carnali copulę, experiantur, ſi Deo fauente, poſſint ſimul conuenire & vna caro, & vnum corpus effici.

8 Reſeruarunt Domini videndũ, qualis debeat, ac quantus eſſe huiuſmodi terminus, cum pluribus caſibus Doctores illũ Iudicis arbitrio relinquant; & propterea diſcutiendum erit, an in aliquo ex illis caſibus verſemur, quo minor triennio ſit ſtatuenda cohabitatio; erit & decernẽdus modus & locus huiuſmodi cohabitationis, ac ratio ineunda, per quam ſit puellę cautum, ne a viri

c ſæuitia [c] detrimentum aliquod patiatur.

ADDITIONES.

a *Impotentia.* Ad materiam huius deciſionis vide in ſimili aliam deciſionem coram Bubalo in vna Calaguritana Diuortij Mercurij 13. Iunij 1584. vbi etiam plura de probatione impotẽtiæ, ad quam vide etiam latiſſimè per Maſcar. *de probat. lib. 1. concluſ. 311. & lib. 2. concl. 816. & 888. cum allegatis per eum.*

b *Obſtetricibus.* Quanrum iſto caſu valeat Obſtetricum relatio, vide quæ dixi ſupra in vna Calaguritana Diuortij Mercurij 13. Iunij 1584. in prima additione, litera A.

c *Sæuitia.* Proprer viri ſæuitiam, an vxor poſſit ſeorſum ab eo habitare, & alimenta petere, & an etiam pro thori ſeparatione inſtare, vel pro cautione de non offendendo; & viro cauente, an eidem ſit reſtituenda vxor; qualis debeat eſſe iſta ſæuitia; quomodo, & quibus modis probetur; ex quibus actibus inducatur; & alia ad materiam, videas text. & ibi Doctores omnes in *cap. literas, extra de reſtitut. ſpoliat. & in cap. tranſmiſſa, eod. tit.* Pariſ. *conſil. 54. lib. 4.* Aym. *conſil. 31. nume. 4. & 5.* Alciat. *de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 3. nu. 2. in addit.* Foller. *in pract. crim. in verbo, Item quod ſuffocauit vxorem, nu. 62. & ſeqq.* Petraſan. *ſing. 65.* Romã. *ſing. 4.* Catell. Cotta *in memorial. in ver. Actio iniuriarum.* Tiraq. *de legib. connub. par. 1. glo. 1. num. 22. & ſeqq. & par. 8. glo. 1. num. 10. 13. 14. & 17. & par. 9. glo. 1. num. 1. & ſeqq. & nume. 14. & par. 10. glo. 1. nu. 230. & 233.* Hercul. *de caut. de non offen. cap. 50. nume. 31. & c. 3. num. 2. & ſeqq.* Rolan. *conſil. 27. per totum, lib. 7.* Ludou. Peguer. *deci. crimin.* 20. Petr. a Plach. *in Epith. delictor. lib. 1. cap. 7. num. 3. ad finem, verſic. Ceterum in hac quæſtione.* Riminal. *inter conſilia matrimonialia, conſil. 81. num. 24. & ſeqq.* Gabr. *conſil. 161. & nu. 7. & ſeq. lib. 1.* Iacob. Emilian. *conſi. 3. per totum.* Viui. *opin. 478. nume. 5. & ſeqq.* Bertaz. *conſil. 228.* Silueſter Aldobrand. *conſil. 71. per totum.* Maſcar. *de probat. lib. 2. concl. 1018.* Menoc. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 138. nume. 5. et nume. 8. et caſu 364. per totum, et de recuperan. poſſeſſ. remed. 10. nu. 87.* Ioan. Petr. Surd. *in tract. de alimen. tit. 3. q. 16.* Apud quos etiam reperies, An & quomodo liceat viro verberare ſuam vxorem.

Fam. Cent. I, V. D. Galeſ.

ILLVSTRISSIMI ET REVER. MI
D. Seraphini Card.

Parmen. Status Lunæ 2. Aprilis 1590.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac deciſione de Reuelantia plurium ſuſpicionum falſitatis, oppoſitæ aduerſus quandam inſtrumentorum filciam.

SVMMARIVM.

Falſitas ſcripturæ præſumitur, ſi illa reperiatur in loco ſuſpecto, ſeu apud perſonas ſuſpectas. num. 1. & num. 2., vbi declaratur, quando locus dicatur ſuſpectus, & num. 3. vbi quod nulla oritur ſuſpicio, quando inſtrumentum retinetur ab eo, qui ſe de illo rogauit, & in loco, in quo ſimilia inſtrumenta retineri ſolent.

Falſitas præſumitur, ſi in aliqua inſtrumentorum filcia deſint aliqua inſtrumenta, nu. 1. declara, vt nu. 4.

Falſitas præſumitur ex præpoſteratione ſcripturæ, nu. 1. & in addit. litera A. vbi de materia, & nu. 5.

Falſitas filciæ inſtrumentorum præſumitur ex eo, quod multa aliena manu ſcripta reperiantur, num. 1. & num. 5. vbi declaratur.

Falſitas præſumitur, quando ſcriptura eſt mutila ſine principio & fine, & ab ea ſunt abſciſſa multa folia. nu. 1. & in addit. litera B. vbi de materia, & nu. 6. vbi declaratur.

Falſitas præſumitur ex interlineatione & caſſatura. nu. 1. in fine, & nu. 7. vbi declaratur.

Falſitas præſumitur, quando ſcriptura continet in ſe aliquã contradictionem, ac repugnationem, nu. 1. in fine.

Falſitas maximè præſumitur in ſcriptura ex tarda illius productione. nu. 1. in fine, & in addit. litera C. & nu. 7. in fine, vbi declaratur.

Falſitas non probatur ſuſpicionibus hominis, quia debent eſſe alias legitimæ, & concludentes, nu. 2. & in addit. litera D. vbi de materia.

DECISIO LXXVI.

1 FVit reſolutum, non adeſſe contra Filciam, Rubricellam, & Scripturam, de qua agitur, tales ſuſpiciones, quæ tollant fidem dictæ ſcripturæ: Suſpiciones enim, quæ allegantur, ad hæc præcipuè capita reducuntur. Prima, quòd huiuſmodi Filcia fuerit ſemper in loco ſuſpecto, nempe in Caſtro Varani, ſubiecto dominio Dominorum de Pallauicinis. Secũda, quod fuit penes Gallicanos officiales dictorum

DD.

Digitized by Google

DD.& etiam eorum affines,& ſubditos; Tertia,
quia in dicta Filcia deſunt multa inſtrumenta,
vt ex collatione Rubricellæ liquet, & præcipuè
inſtrumentum pacis,in quo fit magna vis. Quar
a ta,quia in dicta filcia ſunt prępoſteratę [a] ſcriptu
ræ & multæ aliena manu ſcriptæ.Quinta contra
Rubricellam dicitur,eam eſſe mutilam ſine prin
b cipio & fine, & ab ea ſunt abſciſſa [b] multa folia,
quæ reddunt eam ſuſpectam, maximè cum per
DD.de Pallauicinis producta fuerit, vnde dici-
tur apparere, quod erat penes eos. Sexta contra
ſcripturā,de qua agit̄,opponūtur interlineatio,
caſſaturę,extractio,parte non citata per Pecori-
num Notarium;materia ipſius cōtinens contra-
c dictionem quandam,& productio [c] facta nuper-
rimè,cum poſſet iam a multo tempore fieri.

2 Hæc tamen non mouerunt DD. quia potius
d ſunt ſuſpiciones hominis,[d] quam legitimæ & cō
cludentes præſumptiones;Nam quātum ad pri-
mam attinet,locus Varani,in quo ſteterunt ſcri
ptuſę,non eſt locus de ſui natura ſuſpectus,cum
ibi & penes eos ſeruari ſoleant ſcripturæ, vbi &
penes quos confectæ & rogatæ fuerūt; immo ali
bi eſſe non poterant,quam penes Notarios roga
tos;& eſſet hac ratione dicēdum, quod Domini
alicuius Caſtri,vel Ciuitatis nunquā poſſint in-
ſtrumenta conficere in locis eorū dominij,quin
redderentur ſuſpectæ,quod eſt abſurdiſſimum.

3 Eodem pacto tollitur ſecunda ſuſpicio, quia
neceſſe eſt, ſcripturas ſeruari ab ijs, qui de eis ſūt
rogati,& in eo loco,in quo exercent officium,vt
not. Doct. *in l. Prætor. §. etiam his, vbi* Alex. *num. 6.*
de eden. Et quod dicitur, eos fuiſſe officiales &
ſubditos etiam affines,non vrget,cū inſtrumen-
tum,de quo agitur,confectum fuerit longè ante
litem,nempè de anno 1510. & lis fuerit de anno
1531. & Petrus Paulus obijt de anno 1514. de
quo tempore non aderat vlla ſuſpicio, neque ti-
mor futuræ litis,ſed neque hæc omnia verifican
tur in perſona Petri Pauli: & recognitio Filciæ,
quæ nunc præſupponitur, & inſtrumētorum ex
auctoritate Proconſulum in publicam formam
extractio,totam hanc diluunt coniecturam.

4 Tertia ſuſpicio non obſtat,quia cum hæc Fil-
cia nō ſit propria Dominorum de Pallauicinis,
nihil eſt,quod eis imputari poſſit, ſi per incuriā,
ſeu negligentiam notariorū,penes quos fuerunt
iſtæ ſcripturæ,aliquæ fuerūt amiſſæ;quod ſit ad-
modum veriſimile accidiſſe,cū eximerētur a Fil-
cia per conceſſionarios,ad effectum illas explen-
di,prout contigit de illo inſtrumēto pacis,quod
tamen fuit expletum per Hilarium Gallicanum
de anno 1514. & adeſt appoſita legalitas de an-
no 1523. prout in authentico per Pallauicinos
exhibito,quæ tempora longe pręcedunt tempus
motæ litis;& ideo ſuſpiciones,quę hinc deducū-
tur, viſæ fuerunt ſatis leues, prætérquam, quod
etiam nō percutiunt fidem huius Filciæ. Neque
obſtat,qđ aliqua ex iſtis ſcripturis prætendatur
viſa fuiſſe in manibus Pallauicinorū,quia id qđ
dicitur de quodā mādato Procurationis Bernar
dini,a teſte allegato pro parte Dominorū de Rā
gonibus, fuit purgatū per exhibitionem inſtru-
menti authentici dicti mandati adeo, quod non
verificatur,aliquas ex ſcripturis originalibus di-
ctæ Filciæ fuiſſe penes ipſos Pallauicinos.

5 Quarta ſuſpicio deducta ex præpoſteratione ſcripturarum tollitur, quia ea tātum verificatur in quibuſdam inſtrumentis confectis ſub eadem die,quæ non inducunt turbationem ordinis cōſiderabilem,& diuerſitas manuum etiā fuit alias ſublata, tū ex ſubſcriptionibus manu ipſius Petri Pauli cum hoc facere de iure liceat;tum ex eo, quod conceſſionarij explentes inſtrumenta, ſolent hoc in margine annotare.

6 Quinta ſuſpicio,quæ deducitur cōtra Rubricellam,non facit multum ad rem,cum ea nō fuerit producta,vt inde ſumatur ꝓbatio,ſed ad tollendam ſuſpicionem ſuppoſitionis ſcripturæ, de qua agitur;quæ optimè colligitur ex eius annotatione;quod ſi fuit male conſeruata,& inde aliquæ cartæ inciſæ, non pertinet ad Pallauicinos huius rei rationem reddere, cū non ſit liber eorū proprius, ſed fuit neceſſe pro ea habenda a pronepote Petri Pauli,vt Pallauicini ſeſe obligarēt in forma Camerę Apoſtolicę,de ea infra ſex mēſes reportanda, vt patet ex inſtrumēto per DD. Pallauicinos exhibito.

7 Sexta ſuſpicio,quæ deducitur contra ſcripturā,de qua principaliter agitur,ratione interlineationum,& caſſaturarum,nullius eſt momenti,cū in abbreuiaturis notariorum hoc liceat,maximè vero,quia nihil fuit caſſatum,vel additum,quod re vera aliquod pareat præiudicium, quia quod conſideratur fuiſſe in Apoſtilla dictum, vxor q. Ioannis Petri de Muſinis in primo matrimonio, nō immutabat in aliquo id,quod in corpore fuerat ſcriptū,cū ibi ſcripſiſſet Notarius, vxor Do. Bernardini in ſecundo matrimonio; vnde ſatis ſuperque probatur ex hoc intentio ipſorum ſine illa Apoſtilla;qui enim dicit ſecundum,præſupponit primū;& hoc potius ſuadeat,hanc ſcripturā verā & genuinā eſſe, qa ſi fuiſſet ſuppoſita & cōficta, fuiſſet diligētius cōpoſita, & exornata: neque obſtat,qđ in interlineatura appoſita fuerint illa verba,in ſecūdo matrimonio, qa in corpore inſtrumenti linea decima,apparet eadē enūciatio,licet fuerit linea ſuperinducta,ne *idem bis* ineptè repeteretur; quæ de contentis in ea & cōtradictione allegantur,fuerunt alias per Dominos ſublata;quod autem non fuerit prius producta,non eſt mirum,cū de ea tunc cenſeantur habuiſſe notitiam,quādo facta fuit viſitatio generalis filciarum,& tūc ſtatim curarunt habere inſtrumētum extractum per Pecorinum;Alia quæ deducuntur contra perſonas,nō faciunt ad rem; ſed quādo agitur de probatione matrimonij, habebuntur in conſideratione,ſi erunt releuantia.

ADDITIONES.

a *Præpoſterata.* Ordinis præpoſteratio falſitatem arguit. Ioſeph Ludou. *deciſio. Lucen.* 13. *nume.* 23. vbi ponitur exemplum huius conciliationis, Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib. 2. caſu* 187. *nume.* 38. vbi de inſtrumento antiquitus confe-

cto &

ďto & nouiter prothocollato, de quo vide etiam Maſcar. *de probat. lib. 2. concl. 740. nu. 16. & 17.*

b *Abſciſſa.* Foliorum inciſio falſitatem arguit, Menoch. *de arbitr. quaſt. lib. 2. d. caſu* 187. *num.* 48. Monticell. *reg. crim.* 15. *num.* 138. *in fine.* Ioſeph. Ludou. *d. deciſ. Lucen.* 13. *num.* 22. vbi idem ſi loco inciſorum foliorum aliqua alia folia de nouo conſuta ſint.

c *Productio.* Tarda productio ſcripturæ, etiam falſitatem arguit, Paul. de Caſtr. *conſil.* 281. *col.* 1. *lib.* 1. Aym. *conſil.* 28. *nume.* 6. *& conſil.* 75. *nume.* 9. *& conſi.* 134. *nu.* 30. Plot. *conſi.* 79. *nu.* 14. *&* 15. Mādell. *conſi.* 99. *ſub nu.* 6. Cæph. *conſi.* 287. *nu.* 31. *li.* 2. Deciſ. Pedemon. 117. *nu.* 9. Maſcar. *de probat. li.* 2. *concl.* 531. *nu.* 59. Menoc. *de præſump. li.* 2. *præſump.* 91. *nu.* 8. *& lib.* 3. *præſumpt.* 122. *nu.* 94. *& lib.* 5. *præſumpt.* 3. *nu.* 105.

d *Hominis.* Sed quod immo etiam præſumptiones hominis Iudicis arbitrio remiſſę, reddant inſtrumentum de falſo ſuſpectum, illiq; fidem tollant, voluit Mandell. *conſi.* 99. *n.* 6. *in fine, et* de cōmuni Maſcar. *de probat. lib.* 2. *cōcl.* 740. *nu.* 4. Idem & in probatione ſimulationis, ſufficere hominis pręſumptiones arbitrio Iudicis, dixerūt Menoc. *de arbitrar. quaſt. lib.* 2. *caſ.* 247. *Dec. Pedem.* 41. *nu.* 2. Ioſeph. Ludou. *deci.* 51. *n.* 23. *coniectura. & voluit etiam Rota coram S. D. N. in vna Placentina vſurarum die* 8. *Aprilis* 1585.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

COMITVLI.

Calaguritana integra portionis.
Lunæ, 28. Marij. 1590.

ARGVMENTVM.

Simonia ad effectum, vt quis arceatur ab obtinendo beneficio, non requirit ita exactas probationes, ſicut quando agitur ad probationem obtenti. An ſimonia probetur per abſolutionem petitam ab excommunicatione incurſa propter illam in ſupplicatione data & reperta inter componendas: & an & quando talis ſupplicatio cenſeatur data de conſenſu & mandato principalis.

SVMMARIVM.

Simonia quando agitur de repellendo ab obtinendo beneficio, requirit illas exactas probationes, quæ requiruntur, quando agitur de priuatione beneficiorum obtentorum, licet non ſit, quando agitur de probando ſimoniacam patronorum præſentationem. nu. 1.

Simonia dicitur ſufficienter probata ex confeſſione in ſupplicatione continente abſolutionem a ſimonia & diſpenſationem ab irregularitate. nu. 2.

Officiali creditur in ijs, quæ ad eius officium ſpectant, etiā quod vnicus ſit. nu. 2.

Mandatum præſumitur in ſollicitante expeditionem ſupplicationis abſolutionis a ſimonia, quamuis magna non requiratur impenſa. num. 2. vbi etiam generaliter, quod tale mandatum præſumitur ex coniecturis, & ex qualitate ſubiectę materiæ.

Procurator ſpatio quinque annorum præſumitur certioraſſe ſuū principalem de re graui. nu. 2. in fine.

Procurator non præſumitur ſine ſpeciali mandato ſui principalis, porrigere ſupplicationem abſolutionis. nu. 2. in fine.

Simoniæ præſumptio & adminiculum eſt illud quod colligitur ex obligatione facta per eum, qui beneficium obtinuit de ſoluendo certam pecuniarum quantitatem reſignanti, ſeu præſentanti. nu. 3.

Fama bona abſorbet contrariam famam, ſpecialis tamen alicuius criminis infamia derogat generali probationi bonæ famæ. nu. 4. & in addit. litera A.

Fama bona in genere non tollit ſpecialia indicia & ſpeciales probationes delicti. nu. 4.

Præſumptiones, ſeu probationes plures tendentes ad eundem finem, coniunguntur. nu. 4. in fine.

Diffamatus de aliquo crimine nouo beneficij titulo honorari non debet. nu. 4. in fine.

DECISIO LXXVII.

1 DE conuentione ſimoniaca inter Petrū de Monco & Ioannem de Brines, quorum vterque beneficium putabat obtinuiſſe, exiſtimarunt Domini ex deductis conſtare ſufficienter ad effectū, vt Petrus Franciſcus de ſancto Martino, licet votis pręſentantium inferior; præferatur in ꝓuiſione integræ portionis, de qua agitur. Neque enim illæ exactæ ꝓbationes, quæ ad conuincendum ſimoniam, vnde pæna priuationis obtentorum inducatur, requiri ſolent, *ad glo. in cap. veniens, il* 1. *in verbo, illorum, de teſtibus*, quam teſtantur communem *Dec. cōſ.* 109. *in fi.* Alciat. *conſil.* 31. *nu.* 41. *tom.* 3. & latè comprobat Alex. de Neuo *conſi.* 64. *nu.* 2. pariter exiguntur, vt quis a beneficio obtinendo repellatur, ſeu in iudicio prælationis ſuccumbat. Card. *conſi.* 9. *de probat.* & fuit conſideratum apud Fabium *deci.* 47. *li.* 2. *in vna Pāphilonē. Parochialis, Et corā R. P. D. Seraphino.* 10. *Maij,* 1581. *in alia Cerulens. Canonicatus.*

2 In caſu autem propoſito, ſufficientem probationem Domini colligebant, potiſſimam ex confeſſione Petri in ſupplicatione Sāctiſſimo porrecta, *ad l. cum precum. C. de lib. cauſ.* quæ continet abſolutionem a ſimonia, & diſpenſationem ab irregularitate, & fuit in Dataria inter componendas reperta, cuius expeditionem ſolliciraſſe Nicolaū de las Netas eiuſdem Petri Procuratorē, perſpicuum eſt ex depoſitione vnius teſtis, & relatione officialis, penes quem huiuſmodi ſupplicationes ſignatæ, & cōponendæ retinentur, cui creditur. *cap. ad audientiam, de procur.* Procurationem verò, & ſollicitationem hanc non ſine mandato, aut ratihabitione Petri fuiſſe factam, etiam

ſi magna

ſi magna impenſa nõ interueniſſet, ſuadetur ex conie&utis & qualitate materiæ, vt per Sarnen. *in reg. de impet. per obitum Viuen. q. 5. nu. 2.* Mohed. *deci. 349. &* Put. *deciſ. 27. lib. 1.* Præſumitur enim ſpatio quinque annorum, qui à die datæ ſupplicationis hucuſque effluxerint, de re tã graui certioratum fuiſſe Petrum à Procuratore diligenti, *iuxta vulg. conſ.* Rom. 481. Caputaq. *deci. 20. li. 1. in manuſcriptis*; alias principali ſuo id criminis, & infamiam impoſuiſſe ipſi Nicolao, eſſet criminoſum.

3 Argumentũ quoque veritatis præſtat inſtrumentum obligationis, quia poſt obtentũ beneficium, & litem ſuper implemento conuentionis compoſitã, adſtrinxit ſe Ioannes ad ſoluendum ducatos duos ſingulis annis Petro, donec ei de aliquo beneficio prouideretur, & quamuis cauſa amicitiæ oſtendatur facta hæc promiſſio, Caputaq. *deci. 267. & 274. p. 3.* facit tamen præſumptionem & admiciculum. Socin. *conſ. 90. & ſeq. p. 2.*

4 Neque hanc probationem elidunt teſtes pro Petro examinati, deponentes in genere de bona eius vita & fama; quamuis enim bonæ famæ probatio contrariã famam abſorbere poſſit, ad trad. per Abbat. *in cap. cum oporteat, num. 8. & 10.* & Fe-
a lyn. *ibidem. num. 7. de accuſ.* ſpecialis [a] tamen alicuius criminis infamia derogat generali probationi de bona fama. Roman. *conſil. 167. in fi.* Socin. iun. *conſil. 88. nume. 18. & ſeq. lib. 2.* Aym. *conſil. 94. num. 3.* Et multo magis, vbi aliæ probationes, ſeu præſumptionum ſpecies coniunguntur ad eundem finem. Aym. *conſil. 73. nu. 20.* ne diffamatus nouo beneficij tit. honoretur. *cap. omnipotens. de accuſat.*

ADDITIO.

a *Specialis.* Quod fama bona in genere tollat inditium malæ famæ etiam in genere, non autem malam famam in ſpecie, & multo minus inditia, & præſumptiones ſpeciales, vide benè explicantem & exornantem D. meum Farin. *in ſua pract. crim. p. 1. tit. de indit. & tortur. q. 47. nu. 181. & ſeq. & nu. 187. & ſeqq.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Platti Cardinalis.

Cluſina Penſionis, Luna, 18. Iunij, 1590.

ARGVMENTVM.

De repellendo periurum a iudicio, non petita abſolutione ante incurſum periurium. Et quid ſi fuit promiſſum, abſolutionem non petere, vel opponatur ſimulatio aduerſus inſtrumentum iuratum, cum obligatione Camerali, An adhuc abſolutio a iuramento requiratur.

SVMMARIVM.

Periurus a iudicio repellitur, nu. 1. & nu. 5.

Periurus agere non poteſt, niſi prius petita abſolutione a iuramento & periurij incurſu, num. 1. & nu. 2. vbi etiam quod poſt incurſum periurium, ſimplex abſolutio a iuramento non prodeſt.

Abſolutio a iuramento non prodeſt abſoluto, qui promiſit illam non petere, niſi hæc promiſſio in abſolutione exprimatur, nu. 2. & in addit. litera A. vbi de materia.

Abſolutio ſimplex a iuramento non tollit incurſum periurium, nu. 2. & in addit. litera B. vbi de materia, & an iſto caſu ſit concedenda abſolutio.

Iuramentum ſeruari ſemper debet, quando illud ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis æternæ, nu. 3. & in addit. litera C. vbi de materia.

Prælatus poteſt de fructibus ſui beneficij moderate diſponere, num. 3.

Penſio ſuper aliquo beneficio reſeruari poteſt alteri ex cauſa remunerationis, nu. 3. in fine.

Simulationis exceptio nihil operatur, niſi etiã ſimulationis cauſa deducatur, nu. 4. & in addit. litera D. vbi de materia.

Simulatio opponi non poteſt aduerſus inſtrumentum habentem obligationem Cameralem & iuramentum, nu. 4. in fine, & in addit. litera E. vbi de materia.

DECISIO LXXVIII.

1 REſoluerũt Domini obſtare D. Abbati Agenti ad nullitatem penſionis, exceptionem periurij, cũ enim impugnet penſionem, quam ſe ſoluturum iurauit, dicitur contrauenire iuramento, ob cuius reuerentiam priuſquã ageret, debuit abſolutionem petere. Socin. *conſ. 38. nu. 1. vol. 3.* Pariſ. *conſ. 93. nu. 24. lib. 1.* Quapropter repellẽdus eſt ab hoc iudicio. Spec. *in tit. de actore, §. 1. ver. Item quod eſt periurus.* Alex. *cõſ. 62. nu. 19. lib. 7.* Dec. *in c. intelleximus, nu. 18. de iud.* Rolan. *conſ. 26. nu. 28. lib. 3.* Clar. *in §. periurium, verſ. præterea periurus.*

2 Nec ſuffragatur abſolutio obtenta a Vicario
a Vrbis, tum quia iurauerat etiam non petere [a] abſolutionem, & obtenta non vti, quod erat exprimendum in abſolutione. Felyn. *in cap. Cõſtitutus. nu. 14. de reſcript.* Rolan. *conſ. 34. nu. 6. lib. 1.* Tum
b etiam, quia eam obtinuit poſt incurſum [b] periurium; & propterea illi non prodeſt, Fely. *in c. 1. n. 28. de iur. iuran.* Gozzad. *conſ. 69. nu. 21.* Rolan. *dicto conſ. 34. nu. 2. lib. 1.*

3 Nec iuuatur ex eo, quod dicat ſe agere nomine ſuæ Eccleſiæ, vt eam liberet ab hoc onere penſionis, tum quia ex actis apparet, ipſum non tam nomine ſuæ Eccleſiæ, q̃ proprio egiſſe; tum etiã quia cũ hoc iuramentũ de ſoluẽda penſione, poſ
c ſit ſeruari ſine diſpẽdio [c] ſalutis æternæ, ſeruari debet. Et ideo Abbas quoad vixerit, illud inuiolabi
liter

liter obſeruare tenetur. Mohed. *dec.7.& dec.250.* Non pōt enim ipſe venire contra factū ſuum iuratum, maximè cū in hoc vita ipſius Abbatis durante, verſetur intereſſe ipſius Abbatis, nō eccleſiæ: conceſſum enim eſt Prælato de fructibus ſui beneficij moderatè diſponere. *cap. relatum. c. ad hæc. de teſtam.* quod facilius in caſu noſtro admittendum eſt, cum hæc penſio fuerit Præceptori reſeruata ex cauſa remunerationis, ad trad. per Bero. *conſ.61.nu.23.lib.1.*

4 Non etiā ſuffragatur Abbati, quod dicit, obligationem de ſoluenda pēſione fuiſſe ſimulatam,
d tum quia nulla affertur probabilis cauſa [a] ſimulationis, ſine qua ceſſar ſimulatio. Rota. *dec.7. de donat. in nouis*; tum etiam, quia cum nec ex iuris præſumptione, nec ex lectura inſtrumenti conſtaret de hac ſimulatione, debuit prius quam de ea opponeret, petere abſolutionē; obſtabat enim
e ei obligatio [e] Cameralis ac iuramentū. Soci. iun. *conſi.5.nu.3.lib.1.* Curt. iun. *conſ.108.nu.13.* & tradit Galleſ. *in ſuo form. Cam. oblig. in 2.q. quæ eſt ad quartam particulam. nu.3.& 4.*

5 Poſtremo nō excuſatur a periurio ex eo, quod prætendit ſe nuper probaſſe pactum de non petendo pēſionem, factum a Ciuitella pēſionario, quia vltra quod ſpontaneæ ſolutiones Abbatis, quarum vigore datum eſt Ciuitellæ mandatum de manutenendo, plurimū videntur obſtare huic probationi, cum alijs productis per informātes, ſatis eſt, quod Abbas antequam induceret teſtes ad hoc probandū, iam inciderat in periurium ob id, quod penſionem impugnauerat, & nullam, atque inualidam dixerat, ideoque a iudicio iſto excluſus remanet ex ſupradictis.

ADDITIONES.

a *Non petere abſolutionem.* Non habet difficultatem, quod qñ quis iurauit, & promiſit non petere abſolutionem a iuramento, tunc ēt eſt petenda ſpecialis abſolutio ab iſta promiſſione, prout dicitur in hac deciſione, cum allegatis in ea, quibus & de materia addo Bal. *in l. 2. C. de iur. iuran. nu... ver. Et quoad primum.* Felyn. *in c. debitores, col. pen. ver. Tertio quæro nunc, & in c. conſtitutus, col.7. de reſcriptis.* Roma. *conſ.327 in princ. & conſ.379.* Iterum Felyn. *in c.1.n.26. de iur. iuran.* Alex. *conſ. 17. lib.2.* Corn. *conſ.6. col. pen. in prin. li.1.* Soci. *conſ. 59. col.3.& 4. in ver. Capio. 2. lib.3.* Franc. Cut. *conſ. 43. col.8.& 9.* Afflic. *deci.220. in cauſa. col.3. verſic. Tamen ſi ſummus pontifex. & deci.30. fuit dubitatum. in fine.* Feder. de Sen. *conſ.301. factum proponitur.* Rolan. *conſi.34. lib.1.*

b *Poſt incurſum periuriu.* Quando venit dies ſolutionis, & ſic quando iam eſt iuramento cōtrauentum, abſolutio non conceditur. Neuiz. *conſ. 23.nu.8.& ſeqq.& nu.13.* Affl. *deci.30.nu.5. vbi de materia.* Rolan. *conſ.34.lib.1.* Et eſt communis, vt per eundem Rolan. *conſ.26.num.29.& ſeqq.lib.3. Vbi n.31. dicit*, quod nec creditor iſto caſu poteſt remittere periurium, & ibi teſtatur de magis cōmuni, *& conſ.47.nu.32.lib.4.* vbi quod iuramentum de præterito, vel de præſenti, non poteſt per abſolutionem relaxari, ſed tm̄ de futuro, & vide etiam ad eandem materiam Virg. Bocca. *in conſt. March. gl.2.nu.32.* vbi quod quando petitur abſolutio, eſt facienda mētio de periurio, & quoties illud ſit cōmiſſum; alias conceſſa abſolutio non ſuffragatur, *& nu.35.* vbi qđ periuro non cōceditur abſolutio, ēt de conſenſu partis, *& nu.39.* vbi relatis opinionibus cōcludit, qđ ēt periuro ex iuſta cauſa cōceditur abſolutio; ſecus ex iniuſta, *& nu.41.* vbi qđ in præiudiciū iuris alteri quæſiti, non ſubſiſtente aliqua legitima cauſa, ꝑiuro nō eſt concedenda abſolutio; quæ oīa d. num.41. & ſeq. Limitat duobus modis. Primo, vt procedant in periurio vero cōmiſſo, ſcilicet cū dolo, ſecus ſi ſine dolo; Secūdo, vt pariter ꝓcedāt in ꝑiuro, in iuramēto aſſertorio veritatis; ſecus in ꝓmiſſorio.

c *Diſpendio ſalutis æternæ.* Ad idem quod iuramentum ſemper ſeruādum ſit, vbi ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ, vide Rolan. *conſi.6. num.29.lib.1.* Aym. *conſi.229.num.3.* Cæphal. *conſil.142.num.1.* & vide etiam declarantem Neuiz. *in conſi.22.nu.6.*

d *Cauſa ſimulationis.* Vbi non adeſt cauſa, qua veriſimiliter ſir facta ſimulatio; ibi ſimulario nō præſumitur, *l. ſi mulier. in princ. ff. rerum amotar. l. ſi maritus, §. fina. ff. qui & a quibus*, Boſſ. *in tit. de partu ſuppoſ. num.16.* Iacob. Port. Imolen. *conſil. 66.nu.6.lib.2.* Maſcard. *de probat. lib.1. concl.439. nu.12.& ſeqq.*

e *Obligatio Cameralis & iuramentum.* Simulatio an poſſit opponi aduerſus inſtrumētum iuratū, vna fuit opinio affirmatiua, volens, ex iuramēto non firmari ſimulatum contractū, ſecundū allegatos per Ioſeph. Ludou. *concl.51. verſ. Et quando adſunt & ſeq.* vbi teſtatur de communi, & ampliat etiam non petita abſolutione, *& in ver. 21. coniectura*, vbi quod immo ex iuramento oritur præſumptio ſimulationis, quod & idem voluit Io. Bapt. Lup. *in tracta. de vſur. commentar. 2. §.1. nu.36.* vbi in hoc reprobat Bald. in loco per eum relato, contrarium; Nec a præmiſſis diſſentire videtur Maſcard. *de probat. lib.1. concl.447. num.33. 24.35.44.& ſeq.*

Contrarium traditur *in deciſ. Pedemont.41. num.6.* vbi quod ſimulatio non poteſt opponi per eum, qui iurauit, omnia & ſingula contenta in inſtrumento eſſe vera, & ibi teſtatur de magis communi opinione, quod & idem voluit Maſc. *d. concl.447.nu.23.* vbi plures refert, teſtantes de communi, *& nu.38.& 39.*

Pro concordia dicas, quod prima opinio procedit in iuramento promiſſorio, ſecunda autem procedit in iuramēto aſſertorio; ſic enim loquūtur reſpectiuè omnes Doctores pro vtraque opinione ſupra allegati; Et nihilominus quandoq; etiam in aliquibus caſibus aduerſus contractum iuratum iuramēto aſſertorio, dici poteſt de ſimulatione. Primus eſt reſpectu hæredum iurantis, qui poſſunt dice de ſimulatione cōtractus iurati a ſuo authore; effectus enim periurij non tranſit ad hæredes, *d. dec. Pedemont.41.nu.7.* Maſcard. *d. concluſ.447.num.43.* Secundus eſt caſus, quando ex eodem inſtrumento colliguntur præſum-

ptiones

ptiones ſimulationis, tunc enim iuramentũ nihil operatur. Maſcard. *d. concl. 447. nu. 41.* Tertius eſt caſus, quando petitur abſolutio a iuramẽto; illa enim conceſſa, nihil eſt, quod impediat ſimulationis oppoſitionem aduerſus iuratum inſtrumentum. Maſcar. *d. concl. 447. nu. 42.*

Sed quid ſi inſtrumentum vltra iuramentum habeat etiam Cameralẽ obligationem, An tunc poſſit, ſeu debeat petita abſolutio a iuramento concedi, quomodo, quando, & ſub qua forma, vide ad materiam Couarr. *variar. reſolut. lib. 1. c. 4. poſt nu. 6. ver. Tertio aduertendũ eſt.* Maſſa. *in tract. de oblig. Camer. in 100. q. principali. 2. partis. q. 2. nu. 1. & ſeq. fol. mihi 90. alias* 114. Virg. Boccac. *in conſtit. March. gl. 2. nu. 46. & 66.*

Et generaliter an & quando ſimulatio poſſit opponi aduerſus inſtrumentum iuratum, & de materia, vltra ſupraſcripta, vide omnino Seraph. *in tracta. de priuileg. iuran. priuileg. 59. nu. 1. & omnibus ſeqq.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Platti Cardinalis.

Ciuitatis Caſtelli Spolij Bonorum, 18. Februarij, 1591.

ARGVMENTVM.

Cauſa criminalis falſitatis intentata contra teſtes examinatos in cauſa ciuili, an & quando faciat ſuperſedere in eadem ciuili cauſa.

SVMMARIVM.

Cauſa falſitatis intentata contra teſtes examinatos in cauſa ciuili, non facit in eadem ciuili cauſa ſuperſedere, quando vis totius cauſa non conſiſtit in illis ſolis teſtibus, nu. 1. & in addit. litera A. vbi de materia.

Cauſa falſitatis intentata contra teſtes examinatos in cauſa ciuili, & non contra principalem, qui teſtes induxit, non facit ſuperſedere in eadem cauſa ciuili. numero 1. ver. ſecundum etiam fundamentum, & in addit. litera B. vbi de materia.

Cauſa criminalis non praiudicialis ciuili non facit ſuperſedere in eadem cauſa ciuili. nu. 1. ver. Nec obſtat Bulla, & in addi. litera C. vbi remiſſiuè de materia.

DECISIO LXXIX.

1 PLacuit Dominis ꝓcedi poſſe in cauſa Ciuili coram me inter Meliorutios ex vna, & Mercatores ex alia, nõ obſtante cauſa criminali mota contra nõnullos teſtes Meliorutiorum, ex his, quæ latè dicta fuerunt coram R. P. D. Cæſare de Graſſis, Lunæ, 9. Aprilis, 1576. *dec. 3. de excep.* Cõcurrit enim in caſu propoſito vtrumque fundamẽtum illius deciſionis. Primum, ſcilicet,
a quod vis [a] totius cauſæ non conſiſtit in illis ſolum teſtibus, qui de falſo ſunt accuſati, vt patet ex deciſione corã me in hac cauſa facta; Secundũ etiam fundamentum applicatur, quod cauſa criminalis non eſt intentata contra iſtos Meliorutios, ſed contra teſtes: [b] & ꝓpterea non ſunt prohibiti Meliorutij, quominus in cauſa ciuili ad vlteriora procedant. Nec obſtat Bulla Pij Quarti edita ſuper reformatione Rotæ, quia non mandat ſimpliciter in cauſa ciuili ſuperſederi, ſed ita demum ſi cauſa criminalis ſit præiudicialis. [c] Patet autem ex prædictis non eſſe pręiudicialem in caſu propoſito cauſam criminalem cauſæ ciuili.

ADDITIONES.

a *Vis totius cauſa.* Regulariter cauſa falſitatis depoſitionis teſtium criminaliter intentata, facit ſuperſedere in cauſa ciuili, Abb. *conſil. 16. nu. 3. libro ſecundo,* Afflict. *deciſio. 229. nu. 1.* Grammat. *deci. 60. nu. 24.* Boſſ. *in tit. de for. compet. nume. 123. in fine, & ſeq.* Clar. *in pract. §. fina. quaſt. 2. numero 4. verſic. ſed quaro,* vbi de communi. Peregrin. *deciſ. 296. incipiente, in cauſa fulginaten. in tit. de iud. ſenten. & re iudicata, libro ſecundo.* Lancillot. *in tracta. de attentat. par. 2. c. 4. limitat. 23. num.* 8. vbi etiam de communi.

Verum hæc regula patitur duas notabiles declarationes, quæ ponuntur in hac deciſione; quarum Prima eſt, quando etiam data falſitate teſtium, adhuc remanet probata intentio producentis illos, ſecundum Cyn. *in l. 1. num. 15. ad finem, verſic. Et certe dicendum videtur. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Et ibi etiam Bald. *nume. 50. ad medium, verſic. ſed de rigore iuris.* Afflict. *in Conſt. Regni. ſi Ciuilis, rubr. 20. nu. 14. ad med. verſ. ſed quando proceditur, parte ſecunda, & deciſio. 229. poſt numerum ſecundum, & tertium, verſ. ſi vero ius,* & ibi Vrſill. *in addit. nu. 1.* Ang. *de malefic. in verbo, comparuerunt dicti inquiſiti, & quilibet eorum, &c. nu. 20. in fi.* Capyc. *deciſ. 25. num. 3.* Grammat. *deciſ. 60. poſt nu. 24.*

b *Teſtes.* Hæc eſt altera declaratio, quæ datur ad ſupradictam regulam, quando ſcilicet cauſa falſitatis non eſt intentata contra principalem. Ad cuius comprobationem, vide Cyn. *in d. l. 1. num. 15. & ibi etiam Bald. num. 48. & ſeqq. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Alberic. *in l. iudicati num. 2. verſic. vltimo quaro, & nu. 3. C. ſi ex falſ. inſtrum.* Bald. *in l. fina. ad finem num. 7. verſic. quarit Cynus. C. de fid. inſtrum.* Bart. *in l. ſi teſtamentum. nume. 3. ff. de petit. hereditatis.* Bal. *in l. Lucius. nume. 3. in quinto notab. ff. de his, qui nota. infam.* Afflict. *in dict. Conſtitut. ſi ciuiliter num. 14. vbi teſtatur, Ita apud eum fuiſſe iudicatum.* Abb. *dicto conſ. 16. num. 3. in fine, & ſeqq. libro ſecundo.* Vbi de communi. Ang. de malefic. *vbi ſupra d. num. 20.* Ruyn. *conſil. 15. num. 11. libro quinto.* Marcabrun. ab Anguill. *conſil. 50. nu. 149. & ſeqq.* Vide tamen nonnullos contrarium tenentes, relatos per D. meum Farinac.

in ſua

*in ſua pract.cri.p.2.tit.de var.ac diuerſ.quæſ.q.100. nu.97.& ſeqq.*vbi bene declarat, in quibus termi nis poſſet hæc contraria opinio procedere.

e *Praeiudicialis.* Vide ad mareriam aliam deciſionem coram Giptio *in vna Romana de Stach.die 9. Maij* 1598.*de qua infra,& qua ibi dixi.*

Fam. Cent.. I.V. D.Galeſ.

P E G N Æ.

Brixienſis Confidentiæ,die 14. *Maij,* 1591.

ARGVMENTVM.

De poteſtate & iuriſdictione Iudicis confidentiarum.

S V M M A R I V M.

Iudex confidentiarum non poteſt inhibere Auditori Cameræ in cauſa ciuili,nu. 1.

*Iudicis confidentiarum poteſtas eſt reſtricta ad cognoſcendum criminaliter crimen confidentiarum,nu.*2.

*Manutentionis poſſeſſionis cauſa, & articulus, eſt ciuilis & non criminalis,ſecundum magis communem,nu.*2.

*Iudex confidentiarum non poteſt cognoſcere articulum manutentionis poſſeſſionis,nu.*2.

*Iudicis criminalis poteſtas non extenditur ad cauſas ciuiles, etiam de partium conſenſu.ſub nu.*2.

Iudex confidentiarum non poteſt cognoſcere de crimine ſimoniæ ſeparato a confidentia, numero 3. *vbi tamen quod poteſt cognoſcere de confidentijs beneficialibus ſimoniacis.*

*Confidentia beneficialis eſt ſimonia, ſed non omnis ſimonia eſt confidentia.nu.*3.

*Iudex confidentiarum eſt conſtitutus ſuper confidentijs beneficialibus illicitis & prohibitis a conſtitutionibus ſummorum pontificum,nu.*3.*in fine.*

DECISIO LXXX.

1 IN hac cauſa, in qua fui datus adiunctus D.Carrodoro Iudici confidentiarum, Domini dixerunt, primum moderandam eſſe inhibitionem factam Auditori Cameręad effectum,vt Ludouicus Campanus coram illo poſſit agere; nam iſte articulus eſt ciuilis.

2 Pronunciauerunt prætereà omnino in illo articulo poſſeſſorij,an Campanus in primis in iſto iudicio eſſet manutenendus in perceptione dictorum fructuum,diſputandum eſſe ſuper confidentia. Nam cum præfati Iudicis poteſtas reſtricta ſit ad crimen confidētiarum cognoſcendum, & iſte articulus manutentionis ſit ciuilis,ſecundum magis communem opinionem, & de conſenſu partium, iuriſdictio tributa in cauſis criminalibus tantum,non poteſt ad ciuiles prorogari. Abb. & alij *in cap.*1. *&* 2. *de offic.deleg.* Angel. & Pau.de Caſtr.*in l.ſolemnis,§.latrunculator,ff.de iudic.*Creſcen.*deci.*167.*incip. Actum fuerat,alias eſt.ſ.de indic.in impreſſis,*iccirco fruſtra diſputaretur ſuper mandato de manutenendo, quod non poſſem decernere,cum mea iuriſdictio, vel poteſtas non eſſet maior,quam pręfati iudicis,cui fueram datus adiunctus.

3 Dubitaui etiam in vna Calaguritana confidentię,Veneris...Iunij,1592. quam propoſui extra Rotam,cum voto Rotæ cognoſcendam, An ſententia,per Iudicem confidentiarum lata contra Iuſtinum Santorum, & Didacum Ximenel Canonicos Calaguritanos,eſſet nulla,vel iniuſta?& Domini,omiſſo capite iniuſtitię, ſuper quo particulariter videre voluerunt, conformiter cēſuerunt,fuiſſe nullam,& reuocādam,ex manifeſto defectu iuriſdictionis prædicti Iudicis,qui licet habeat facultatem cognoſcendi de confidentijs beneficialibus ſimoniacis, non tamen de ſimonia,quæ latius patet, quam iſta confidentia. Quamuis enim omnis beneficialis cōfidentia illicita,ſimoniaca ſit,ſimonia non tamen reciprocatur, vt omnis ſimonia ſit confidentia: in hoc autem caſu dicebant Domini,quod tametſi aliqua poſſet eſſe ſimonia, de qua erat videndum, nulla tamen erat confidentia beneficialis illicita ſimoniaca,qualem prohibent apoſtolicæ conſtitutiones Pij Quarti,& Pij Quinti, ſuper quibus iſte Auditor cōfidentiarum vigore particularis indulti,fuit conſtitutus Iudex,ad tradita per Venerandum virum Nauarram *in Manual. Confeſſarior.c.*23.*nu.*109.*verſ.Ad duodecimum.*

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D.Seraphini Cardinalis.

Florentinæ Domus,Lunæ, 10, *Iunij,* 1591.

ARGVMENTVM.

De Clerico non conueniendo coram Iudice ſeculari, etiam quod conueniatur tanquam hæres laici:ac etiā quod in lite habeat laicos conſortes & intereſſatos.

S V M M A R I V M.

*Clericus conueniri debet coram Iudice eccleſiaſtico, etiam quod litis conſortes ſint laici,qui etiam coram eodem iudice conueniri debent,num.*1.*& num.*2.*& num.*6.*vbi quid ſi verſentur in patrimonialibus,aut in immunitatibus,& exemptionibus.*

*Clericus neque etiam volens cōueniri poteſt coram Iudice laico, nu.*2.*& in addit.litera* A.*vbi de materia.*

*Clericus conuentus coram Iudice laico etiam quod non opponat declinatoriam iuriſdictionis, Proceſſus contra ipſum factus,eſt nullus,nu.*3.*& in addit.litera B.*

Clericatus

Clericatus quando eſt notorius,& quando proceditur contra abſentem per edictũ, nõ eſt neceſſe opponere declinatoriam iuriſdictionis coram Iudice laico,nu.3.

Clericus poteſt conueniri coram Iudice laico, quando citatur, ſi ſua putauerit intereſſe,nu.4.& in addit.lit,C.vbi de materia.

Contumaces habentur pro conſentientibus.nu.4.in fine.

Contumax non dicitur ille , qui non arctatur ad comparendum, nu.4.in fine,

Inſtantia cepta contra defunctum laicum,tranſit etiam in hæredem Clericum,nu.5.vbi etiam contra.

Iuramentum in contractu appoſitum,non habet vim litis conteſtatæ,niſi res ſit in iudicium deducta,nu.6.

Actio hypothecaria eſt indiuidua.nu.6.in fine.

Sententia in actione hypothecaria eſt indiuidua , & non poteſt pro parte valere,& pro parte non,nu.6.in fine.

Nullitas ſubbaſtationis non præſcribitur minori tempore quam triginta annorum,præſertim ſi nullitas eſt euidens. num.7.

DECISIO LXXXI.

1 FVit reſolutum, ſententiam Auditoris Reuerendiſſimi Nuntij in ea parte, quæ eſt contra Illuſtriſſimos DD. Aldobrandinos, eſſe reuocandam,cum per eam approbata fuerit ſubhaſtatio nulliter facta per Iudices laicos Ciuitatis Florentiæ;cum enim procedererur cõtra plures fratres, quorum aliqui erant Clerici,nempè bon.mem. Illuſtriſſimus Ioannes Aldobrãdinus,Rotæ tunc temporis Auditor, iudicium erat agitandum in foro eccleſiaſtico,etiam quod alij eſſent laici.Bart. *in l. præcipimus,C.de appella.* Felyn.*in c.verũ,eod.tit.nu.9.* Iaſ.*in l.ſi emancipati.nu.*13. *C. de collat. cum alijs allegatis.*

2 Neque obſtat, quod verſemur in patrimonialibus,ex not.per Dec. *in c. Epiſcopus , numero 10.de praben.* Rimin.iun. *conſ.2.num.12.cum alijs,* quia dictum eorum procedit reſpectu immunitatum, & exemptionum, & eorum, in quibus non reperiuntur ſpecialiter priuilegiati, non autem reſpectu fori.*c.ſi diligenti,&c.ſignificaſti.de for.compet.*

a Adeo quod neque etiam volens [a] poteſt conueniri coram Iudice laico,cum ſit incapax huius iuriſdictionis. Dec.*conſ.*150.*num.*4.& 241.*num.*2. & in Clerico hærede laici , conuento pro debito defuncti,tradit Couar.*pract.quæſt.c.*8.Dec.*conſil.* 700.*nu.*6. Galleſ.*ad form.Cam.oblig.par.2.ad ſecundam partem formulæ. nu.*1.

3 b Neque opus eſt,quod compareat ad declinandum iuriſdictionẽ,[b] quia nihilominus proceſſus eſt nullus.Fely.*in c.cum ordinem.nu.*15.*de reſcrip. & in c.ſi duobus. de appellat.* quod maxime dicendum in caſu iſto,cum Clericatus D.Ioannis,Rotæ Auditoris, eſſet notorius, & iudicium tractaretur cõtra abſentes citatos per edictũ. Fely.*d.c. cum ordinem.nu.*8.& 13.Dec.*in conſ.*125.*nu.*7.

4 c Non obſtat, quod citatio fuerit facta, quatenus ſua putauerint intereſſe,[c] quo caſu Clericus comparens efficitur actor voluntarius,& proceſſus ſubſtinetur.vt per Bal.*in l.teſtamenta,C.de teſtamen.cum alijs quos allegat* Rolan.*in conſil.*28.*libro ſecundo.* Tum, quia non applicatur in caſu iſto,in quo iudiciũ principaliter dirigebatur cõtra Aldobrandinos citatos;tum etiam,quia non eſt verum,quod citetur,quatenus ſua putent intereſſe,ſed ſimpliciter citantur,tanquam habentes primam cauſam ſucceſſionis,ſi ſunt & eſſe volunt hæredes Domini Silueſtri;Creditores verò citantur pro eorum intereſſe. Præterea in hoc iudicio citati nõ comparuerũt,& fuit ꝓceſſum per edictũ,vnde ceſſat rõ Baldi; nec põt dici, contumaces haberi pro cõſentientibus,cũ non dicatur contumax ille, qui nõ arctatur ad cõparendum.

5 Neque obſtat , quod inſtantia cœpta contra defunctum laicum,tranſeat etiã in hęredem Clericum,vt per Felyn.*in c.quia G. de iudic.* quia hoc non ſubſiſtit,neque in facto,neque in iure, quia in facto non eſt verũ,qđ fuerit cęptum iudicium contra bon.mem.Domin. Silueſtrum, & in iure contrarium tenet Boer.*deciſ.69.* cum alijs quos adducunt Couar.& Galleſ.ſupra citati.

6 Neque obſtat iuramentum in cõtractu appoſitum, quia non habet vim litis conteſtatæ , niſi res ſit in iudicium deducta. Iaſ.*in l.pecuniam.de condict.ob cauſ.* Neque etiam reſpectu laicorum poteſt ſubſtineri ſubhaſtatio,quia cum ageretur de re communi cum Clericis,iudicium erat eccleſiaſticum.Bart.*in d.l.præcipimus.* Maxime cum eſſet intentata actio hypothecaria,quę eſt indiuidua:quo caſu ſententia non poteſt pro parte valere,& pro parte non.Afflic.*deciſio.*213. Put.315. nu.3.libro primo.

7 Quod dicitur de præſcriptione, non obſtat, quia de nullitate dici poteſt vſq; ad triginta annos.Aymon.*in conſ.*108.*num.*4.Pręſertim,ſtante nullitatis euidentia. Balb. *de præſcriptio.quarta parte,quartæ partis principalis,quæſtione trigeſimaſecunda.* Et ita concluſum.

ADDITIONES.

a *Volens.* Ad hæc vide Dom. meum Farinac.*in ſua pract.crimin.par.1.quæſt.8.num.* 10. vbi quod Clericus non poteſt fori priuilegio renunciare, etiam cum iuramento, in iudicem laicum conſentiendo;immo non declinando laicale forum, tanquam Canonis tranſgreſſor, punitur, *& nu.* 11.vbi ampliatur hæc concluſio,etiã quod Clericus coram Iudice laico fateatur ſe laicũ, *& nu.* 12.Vbi quod Priuilegio prædicto Clericus non ſolum expreſsè, ſed nec etiam tacite, renunciare poteſt,& plures ad pręmiſſa omnia refert Doctorum Authoritates.

b *Iuriſdictionem.* Acta enim per Iudicem ſecularem contra Clericum contumacem ſunt ipſo iure nulla,etiam Clerico non opponente, aut appellante.*cap.aduerſus,§.quia vero,de immunit. eccleſ.cap.ſeculares, de for.compet.in 6. auth. ſtatuimus,C.de epiſc.& Cler.* cum alijs relatis per Dominum meum Farinac.*d.q.*8.*num.*15.*& ſeqq.* vbi etiam alia ad materiam.

c *Intereſſe.* Regulare eſt, Clericum coram Iudice laico citatum,ſi ſua putauerit intereſſe, & coram ipſo Iudice comparentem,cogendũ eſſe ſta-

re ipſius

Digitized by Google

re ipſius laici Iudicis ſententia, quæ regula patitur tres limitationes, quas ſingulariter ponit Dominus meus Farinacius *in ſua practica criminal. parte prima, titulo de Inquiſit. dicta quaſtione 8. nu. 87. & ſeq.*

Fam. Cent. I.V.D. Galleſ.

O R A N I.

Hiſpalen. Iuriſdictionis, Mercurij, 26. Iulij, 1591.

ARGVMENTVM.

Identitas rerum, & perſonarum nõ præſumitur, ſed pluralitas ad excludendum delictum. Et an, & quando ex inſpectione librorum, in quibus ſint aliqua folia inciſa, dicatur probata negatiua, ſeu affirmatiua eius quod prætenditur in illis ſcriptum fuiſſe, ſi ſcriptum non reperiatur.

SVMMARIVM.

Officiales Cancellariæ Apoſtolicæ habent præſumptionem pro ſe, quod literas rite expediuerint. nu. 1.

Supplicationes plures ſub eadem data poſſunt ſuper eadem gratia expediri, nu. 2.

Pluralitas rerum licet regulariter non præſumatur, præſumitur tamen vt euitetur delictum, & contrarietas. nu. 2.

Teſtes habentes idem nomen, & cognomen cum teſtibus in inſtrumento deſcriptis, ſi negent ſe inſtrumẽto interueniſſe, non propterea concludunt falſitatem inſtrumenti, niſi concludenter probetur, ipſos, & non alios interueniſſe, cũ potuerit eſſe, quod alij eiuſdem nominis, & cognominis vocati interfuerint. nu. 3.

Perquiſitio ſcripturarum non inuentarum, an inducat probationem negatiuam. nu. 4.

Supplicationes poſſunt etiam expediri per viam Regiſtri ſecreti. num. 4.

Foliorum inciſio facit præſumere, vt ſcriptura, de qua agitur, fuerit poſita in dictis folijs inciſis. nu. 4.

Supplicationes non ſolent ordinatim deſcribi, ſed indifferenter, prout ſollicitatorum diligentia expoſcit, regiſtrantur. num. 5.

DECISIO LXXXII.

1 Domini reſoluerunt, ſtandum eſſe in deciſis, nempe, præſumptionem adeo vigere pro officialibus Cancellariæ Apoſtolicæ, quod rite literas confirmatorias concordiæ expediuerint, vt omnino Domino Archiepiſcopo errorem & malam expeditionem alleganti, incumbat onus probandi, ſcilicet non extare aliam ſupplicationem, ſub eadem data, literis expeditis conformẽ, Caſſad. *deciſ. 5. nu. 7. ad finem, ſuper reg.* Paleot. *deciſione trecenteſimaſeptuageſimanona, incip. in ſupplicatione.* Verall. *deciſione centeſimaſeptuageſimaquarta, nu. 3. p. 2.*

2 Neq; vero ad hoc probandum pretextus conformitatis ſupplicationis in data, & tenore, cum literis ſuffragatur; Nam, vt dictum fuit, poſſunt ſuper eadem gratia plures ſupplicationes ſub eadem data expediri. Paleot. *deciſ. centeſimaſexageſimaprima, incip. die 14. Aprilis*, vnde debet concludenter probari, illa die non fuiſſe aliam ſupplicationem expeditam. Corn. *conſ. 233. num. 6. lib. 3.* Aymon *conſ. 244. ſub num. 1. & ſeq.* Et licet regulariter pluralitas non præſumatur, admittitur tamen hæc præſumptio, vt euitetur delictum, aut contrarietas. Dec. *in l. ſecunda, numero quarto. C. de bon. poſſeſſ. contra tab.* Cæph. *conſ. 540. num. 112. libro 4.*

3 Nam, vt videmus, idem eſt in teſtibus habentibus idem nomen, & cognomen cum deſcriptis in inſtrumento; qui ſi negent ſe rogationi inſtrumenti præſentes fuiſſe, non propterea cõcludunt ad falſitatem inſtrumenti, niſi concludenter probent ſe, & non alios illi interueniſſe; ex quo potuit eſſe, quod alij ijſdem nominibus vocati, interfuerint. Felynus, poſt Bart. *in cap. cum Ioannes, nu. 9. de fide inſtrumentorum.* Decius *conſ. 101. columna 2.*

4 Minus releuat fides perquiſitionis regiſtri, ad oſtendendum non fuiſſe aliam ſupplicationem expeditam; omiſſo enim quod perquiſitio iſta ſit minus ſufficiens, cum reſtricta ſit ad regiſtrum ordinarium, & potuerit expediri per viam Regiſtri ſecreti, iuxta trad. per Caſſador. *d. deciſ. 5. nu. 4. ſuper reg. & deciſ. 8. num. 2.* adhuc tollitur hæc probatio, per exhibitionem libri defectuoſi in quinque folijs, ac ex aſpectu decimi libri, in quo dimidium folij eſt laccratum, ſiquidem cum potuerit ſupplicatio in eorum aliquo deſcripta fuiſſe, ceſſat negatiue probatio. Corne. *conſilio ducenteſimodecimo, numero quarto, libro quarto*, ſequitur Aymon, *conſilio centeſimodecimoſecundo, num. 7.*

5 Neque curandum eſt, quod ſupplicationes regiſtratæ in libro habente huiuſmodi defectum foliorum, non correſpondeant in data ſupplicatione, de qua eſt quæſtio, quia ſupplicationes nõ ſolent ordinatim deſcribi, ſed indifferenter, prout ſollicitatorum diligentia expoſcit regiſtrantur, vt alias in ſimili coram me in vna Placentina fructuum fuit obſeruatum, & eſt *Deciſio Paleot. trecenteſimaſexageſimaoctaua*, ſimiliter leuis eſt conſideratio fundata in eo, quod pagina præcedens dicta quinque folia ſubtracta, ſit alba, & carens ſcriptura; Nam ex reuolutione librorum apparet, ea non obſtante, non ita frequenter fuiſſe a Regiſtratoribus obſeruatum, vt ea carta alba poſtpoſita, ſupplicationes in ſequenti regiſtrarent.

O R A N I.

Aquen. Canonicatus, Luna, prima Iulij, 1591.

ARGVMENTVM.

De Simonia inducta, & probata per quoſdam correſpectiuos actus, videlicet promiſſionis pecuniarum, Mandati ad reſignandum, & reſignationis ſubſequutæ; Et quod beneficium per ſimoniam adeptus, ipſo iure illo priuatur, fructuſque ſuos non facit etiam, quod ſimonia fuerit contracta cum tertio, ipſo ignorante.

SVMMARIVM.

Simonia inducitur per actus reciprocos factos a reſignante, & a Procuratore conſtituto ad reſignandum. nu. 2.

Simoniaca eſt renunciatio beneficij facta præuia datione, vel promiſſione alicuius rei temporalis. nu. 2.

Simonia, qui beneficium aſſequitur, illo priuatur. nu. 3.

Simoniaci beneficij fructus non facit ſuos ille, qui beneficium per ſimoniam adeptus eſt. nu. 3.

Renunciationes beneficiorum debent ab omni conditione, & pactione libera eſſe. nu. 4.

Simoniacum beneficium auferendum eſt ab eo, qui per ſimoniam illud aſſequutus fuit, etiam quod ſimoniam ignorauerit. nu. 5.

DECISIO LXXXIII.

1 IVlius Spinola Canonicus Eccleſiæ Caſſinarum Aquenſis Diœceſis die decimaquinta Decembris, anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi ſecundi, Conſtituto Procuratore Iacobo Ferrario ad reſignandum Canonicatum, eadem die viceuerſa obtinuerat ſibi per eundem Iacobum viginti octo ſcuta, intra annum reſtituēda numerario, data ei apocha, per quam declarabat nolle eum ad illorum ſolutionem obligari, niſi prius Canonicatus poſſeſſionem Alexander Butices eſſet conſequutus, ſortita effectum renunciatione, & perſolutis viginti octo ſcutis, cum Stephanus Graſſus ex capite Simoniæ Canonicatum impetraſſet, cauſa mihi commiſſa, dubitatum fuit; An reſignatio cenſeretur ſimoniaca.

2 Domini fuerunt in voto, fuiſſe ſimoniacam, quia actus iſti reciproci facti per reſignantem, & conſtitutum Procuratorem ad renunciandum, inducunt ſimoniam, *capitulo, paſtoralis, de reſcriptis.* Iaſon *in l. Titia, de verborum obligationibus.* Sarnen. *ad regul. de triennal. quæſtione duodecima*, prout etiam regulare eſt, quod renunciatio beneficij præuia datione, vel promiſſione alicuius rei temporalis iudicetur ſimoniaca, *capitulo, nonnulli. primo, quæſtione prima, capitulo, veniens, capitulo, de hoc, extra eodem.* Dec. *in capitulo, veniens, el primo, numero tertio, de teſtam. conſil.* 118. *num.* 1.

3 In tantum, quod ipſo iure hac via beneficium aſſequutus, priuetur. *capitulo, inſinuatum. de ſimonia. capitulo. Abbate ſanè, de re iudicata. in ſexto, capitulo, cum deteſtabile, de ſimon. in extrauagant.* Pariſ. *conſilio decimoquinto, numero decimotertio, libro quarto.* Boer. *deciſione centeſimadecimaſeptima, in fine,* nec illius fructus ſuos faciat, Felyn. *in capitulo, niſi cum pridem, de renunciatio. & in dicto capitulo, inſinuatum, numero quinto.* Pariſ. *conſilio vigeſimonono, numero ſecundo, libro* 48. Rebuff. *in tractat. de paci. poſſeſſ. num.* 138.

4 Oportet enim renunciationes beneficiorum ab omni conditione, & pactione eſſe liberas, *capitulo, ex parte, el primo, de offic. delegat.* Natta *conſilio* 293. *numero ſecundo.* Rebuff. *reſponſ.* 94. quod etiam locum habet, tametſi datio, vel promiſſio præceſſerit nedum reſignatario, ſed etiam tertio, conſenſumque præſtiterit, vel etiam ignorauerit. *capitulo, per inquiſitionem, de elect. capitulo ſecundo, de confeſſ.* Abb. *in capitulo, non ſatis, numero quarto, de elect.* Anchat. & Franc. *in cap.* 1. *de teſtam. in ſexto.*

5 Cum ergo Alexander & Franciſcus eius frater ſub die 28. eiuſdem menſis Decembris conſtituerint ſe tenere in depoſitū a Domino Iacobo dicta ſcuta viginti octo, & eadem Iulio promiſerint, ad omnem eius requiſitionem, obligando ſe in forma Cameræ, perſoluere, prout etiam perſoluerunt, & poſt modum reſignatione ſequuta per Iacobum fuerunt ad illorum reſtitutionem in iudicio conuenti, & in eo Franciſcus confeſſus fuerit depoſitum fuiſſe ſimulatum, mutata cauſa ſolutionis beneficij in depoſitum, vt etiam concludenter deponunt teſtes, non videtur vlterius ambigendum, quin ſimoniaca labes in dicta reſignatione interuenerit, & actus omnes fuerunt ad inuicem correſpectiui facti.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Seraphini Card.

Romana Secretariatus, die vigeſima Nouembris, 1591.

ARGVMENTVM.

De ſententia contumaciali non exequēda infra annū, ac illius reſolutione per compa-

comparitionem infra dictum tempus: De contumace mulctando: & quando quis dicatur verus, ſeu fictus contumax. De nullitate citationis, ſeu monitorij, domi dimiſſa copia exequuti, non facta diligentia de perſonaliter reperiendo: De vi, & proprietate clauſulæ, ſine præiudicio bonorum fiſco incorporatorum: De confirmatione ſententiæ nullæ, facta per Papam, An & quando, & quos defectus ſuppleat: Et demum de aſſertione Papæ, quando illi credatur in criminalibus ad probationem delicti.

S V M M A R I V M.

Clauſula, ſine præiudicio bonorum fiſco incorporatorum, nihil operatur, quando ſine tali præiudicio commiſſio, & reſtitutio eſſet fruſtratoria, & nugatoria. numero ſecundo.

Pecuniæ appellatio ex vulgari vſu loquendi intelligitur tantũ de numerata.nu.3.

Pecuniæ verbum quando cenſeatur poſitum in genere, & quando in ſpecie,nu.3.in fine.

Clauſula,ſine præiudicio bonorum fiſco incorporatorum,quando & in quibus bonis verificetur, & quando bona dicantur incorporata.nu.4.

Reſtitutus ad bona fiſco incorporata, quando recuperet bona in alium translata.nu.4.in fine,& in add.lit.A. vbi de materia.

Sententia dicitur lata in contumaciam, & non propter delictum, quando de delicto non conſtat in proceſſu. numero 5.

Sententia contumacialis per comparitionem infra annum reſoluitur cum omnibus inde ſequutis,num.5. & num.21. & nu.24.

Aſſertioni Papæ non ſtatur in criminalibus ad probationem delicti.num.5.& in additio.litera, B. vbi de materia, & num.12.

Sententia,quæ non iuſtificatur ex actis, dicitur notorie iniuſta & nulla,nu.6.in fine,& nu.11.

Clauſulæ ſupplentes, &c. non trahitur ad ignoratos defectus. numero 7. & numero 23. vbi exemplificatur & ampliatur etiam, quod in reſcripto adſit clauſula, ex certa ſcientia.

Confirmatio ſententiæ facta per Papam cum ampliſſimis clauſulis, corruit ex defectu intentionis, num.7. & num.9. in fine,vbi ampliatur etiam,quod in ea tollatur facultas opponendi defectum intentionis,& nu.20. vbi de materia,& nu.25.

Confirmatio ſententiæ facta per Papam non operatur, niſi cum ſua cauſa.nu.7.

Sententia contumacialis priuatoria non priuat,niſi lapſo anno contumacibus ad comparendum præſtituto.nu.8.

Papa & Princeps ſemper præſumitur velle id,quod iuri conſonum eſt,nu.10.

Reſtitutio prohibita per Principem intelligitur de ea, quæ petitur per viam gratiæ, non autem de ea, quæ petitur per viam iuſtitiæ.nu.10.

Delicti corpus conſtare in primis debet antequam quis citetur ad informandum Curiam.nu.11.in fine.

Contumax verus non dicitur,qui non fuit perſonaliter citatus. nu.13.& in addit.litera C.& nu.17.vbi quid ſi perſonaliter citatus dicat ſe nolle venire, vel ſecundo citatus non compareat.

Gubernator vrbis poteſt vigore facultatum citare etiam domi dimiſſa copia.nu.13.

Contumax fictus mulctari non poteſt,nu.13.& in add.lit.C.& nu.17.verſ.vnde ſequitur.

Monitorij exequutionis forma in eo præſcripta, ſeruanda eſt, & aliter exequutio eſt nulla.nu.13.

Monitorium, ſeu citatio domi exequutum non afficit non facta diligentia de perſonaliter reperiendo, ſi talis forma & diligentia fuerit præſcripta in ipſo monitorio, vel citatione.nu.13.

Clauſula vt ſupra refertur tantum ad id, quod expreſſum eſt,& non ad omnia contenta in relato. numero decimoquarto.

Pœnalia non ſunt extendenda.nu.15.

Citatio nulla non conualidatur per comparitionem Procuratoris,niſi conſtet de mandato.nu.15.

Scientia certa & indubitata requiritur,vbi agitur de pœna ferenda,& iure tollendo.nu.15.

Citatus perſonaliter non dicitur is, cuius dolo factum eſt, ne perſonaliter citetur etiam doloſe habitando. num. 17.in fine.

A,multa appellari poteſt, etſi non appelletur, non poteſt dari de illius nullitate etiam quod non ſit legitime impoſita. num.19.

Reuiſio cauſæ,ſeu recurſus operatur idem quod appellatio. numero 19.

Mulctari non poteſt quis propter inobedientiam & contumaciam, niſi etiam adſuerit contemptus. numero 20.

Clauſula,ex certa ſcientia, non operatur, data Principis ignorantia.nu.23.

Clauſula,quorum tenores,&c.quid operetur, & quando.n.23. & nu.26.

Confirmatio ſententiæ recipit eandem conditionem, quam habet ipſa ſententia ex iuris diſpoſitione.nu.24.

Confirmatio operatur reſpectu iuris,non autem reſpectu facti, quod alterare non poteſt.nu.24.& 26.

Clauſulæ prægnantes in reſcriptis poſitæ,operantur in ijs,quæ ſunt iuris,non autem in ijs, quæ ſunt facti. num. 24.& num.25.

D E C I S I O LXXXIV.

1 DE anno 1584. fuerat decretum monitorium a Reuerendiſſimo Domino Vrbis Gubernatore, contra Magnificum Dominum Cæſarem Glorierium, ad informandum Curiam ſub pœna quinquaginta millia ſcutorum, & exequutum domi ſuæ dimiſſa copia propter eius abſentiam, eoque non comparente, & rurſus domi citato, declaratum, eum incidiſſe in pœnas in monitorio contentas; & pro exequutione ſententiæ fuerunt ſequeſtratæ nonnullæ pecuniæ ad ipſum ſpectantes, necnon fructus montium, & cenſuum, & prædicti cenſus extracti, & pecuniæ ex his redactæ fiſco applicatæ, & demum dictum officium ſecretariatus, tanquam vacans per priuationem Domini

Cęſaris, fuit ſuppreſſum per reſcriptũ, motu proprio felic. recordat. Gregorij Decimitertij, eiuſque emolumenta Collegio Dominorum Secretariorum inter ipſos diſtribuenda applicata, cũ clauſula, ſublata, alijſque prægnantiſſimis clauſulis. Mottuo præfato felic. record. Gregorio, Dominus Cæſar comparuit, & obtinuit a fel. record. Sixto Quinto, ſibi aperiri os, & committi cauſam reuiſionis, & nullitatis ſententiæ contra ſe latæ Illuſtriſs. Dom. A. C. cum clauſula ſine præiudicio pecuniarum diſtriburarũ, & ſine pręiudicio bonorum Fiſco incorporatorum, prout in cõmiſſione, cuius vigore fuit per A. C. lata ſententia reuocatoria prędictę ſententię D. Gubernatoris. Deindea fel. recor. Greg. Decimoquarto obtinuit aperiri ſibi os, & cõmitti cauſam ſuper recuperatione dicti officij Secretariatus in Camera Apoſtolica R. P. D. Riccio, eaque demum auocata, & commiſſa mihi in Rota;

2 Fuit dubitatum, An Dominus Cæſar poſſit audiri in caſu, & ad effectum, de quo agitur; & ſi ſic, an dictum officium ſit ei reſtituendum? & cauſa per Dominos diligenter diſcuſſa, fuit reſolutum, quantum ad priorem partem dubij, ſtante oris apertione, eum eſſe audiendum, neque obſtare reſtrictionem in commiſſione, ſine præiudicio pecuniarum diſtributarum, & bonorum fiſco incorporatorum. Nam huiuſmodi limitatio nõ capit officiũ ipſum, ſuper quo expreſſe commiſſa eſt cauſa. *l. doli clauſula. de verb. oblig.* Fruſtratoria enim, & nugatoria eſſet huiuſmodi commiſſio, ſi prohibitus eſſet per dictam limitationem officium recuperare.

3 Præterea quantum ad priorem clauſulam pecuniarum diſtributarum, vtique in ea cõprehendi non poteſt officium. Nam prætetquam, quod ex vulgari vſu loquendi, pecuniæ appellatio refertur tantum ad numeratam, vt tradit Rebuff. *in l. pecuniæ. de verborum ſignificatione*, hoc aperte colligitur ex adiuncto illo, *diſtributarum*, qđ non poteſt conuenire officio; denique cum ſequatur alia clauſula, *& bonorum fiſco incorporatorum*, apparet, verbum, *pecuniæ*, non in genere, ſed in ſpecie poſitum fuiſſe, prout quid diuerſum a bonis, ad not. per Bar. *in l. talis ſcriptura. de leg. pri.*

4 Sed neque verba illa, *& bonorum fiſco incorporatorum*, poſſunt ad dictum officium referri, quod nunquam fuit per fiſcum poſſeſſum; nec inter bona fiſci deſcriptum. Bar. *in l. 1. §. eligitur. de ventre in poſſeſſ. mittendo.* Soc. iun. *conſ. 126. num. 5. lib. 2. cum alijs allegatis.*

5 Neque obſtat, quod ſatis videatur incorporatum, ex quo de eo diſpoſuit ad fauorem Collegij. Quia ex motu proprio conſtat de contrario, cum in eo dicatur hoc officium vigore Bullæ Innocentij Octaui, remanſiſſe extinctũ, & ſuppreſſum; & propterea tanquam ſpectans ad Collegium, illi aſſignauit; & ſic cum Collegium non habeat ius immediate a Camera, ſed prætendat illud ſibi per ceſſum, vel deceſſum Cęſaris deberi, iuxta decretum in erectione appoſitum, non poteſt dici fuiſſe fiſco incorporatum; & ad hoc optime facit communis opinio Doctor. *in l. Galius.* *§. & quid ſi tantum. de libe. & poſthum.* Vbi reſtitutus ad bona fiſco incorporata, dummodo in aliũ a non ſint translata [a] per fiſcum, ſed immediate tertijs quæſita, per damnationẽ ea recuperat, vt bene deducit Natta *conſ. 471. nu. 2. & 3.*

6 Hoc igitur conſtito, reſolutum fuit, quòd Dominus Cæſar poſſit audiri, non obſtante dicti reſcripti limitatione; quantum ad ſecundam partẽ dubij attinet, an ſcilicet, ei ſit reſtituendũ prædictum officium, Domini cenſuerunt, eſſe reſtituẽdum: Nam de eius titulo, & poſſeſſione longęua dubitari non poteſt: Quod autem eo fuerit priuatus per ſententiam Gubernatoris, non debet ei obeſſe, cum ea lata fuerit ob ſolam contumaciam, vt ex inſpectione actorum colligitur, cum in ijs nullum reperiatur deductum, nec probatum delictum, ex quo veniret priuandus; & ita fuit in Rota pluries deciſum, veluti in vna ciuitatis caſtelli coram me, eaque per comparitionem infra annum, iuxta conſtit. felic. record. Pij Quinti, fuit reſoluta, vna cum omnibus inde ſequutis. Nam tamdiu durat eius effectus, quamdiu durat contumacia. Achill. *deciſio. vnic. de abſolutio.* & ita tentum in vna Romana Canonicatus ſancti Angeli coram bon. mem. Cotta, & in Romana Notariatus coram Reuerend. Patre Domino meo Orano, ex doctrina Bal. *in l. prima, C. de poſtul.* Doctor. *in capitulo, ex literis,* vbi Dec. *numero 22. de conſt.* cum alijs per informantes allegatis.

7 Non obſtat, quod dicta ſententia videatur iuſtificari ex aſſertione felic. record. Gregorij Decimitertij, qui in ſuo motu proprio narrat, illam latam fuiſſe de ordine, & volũtate ſua, & ex cauſis ſibi bene notis; Quia in iſtis non creditur at-
b teſtationi Papæ [b], ad probandum delictum. Put. *deciſione centeſimanigeſimanona, lib. 1.* Mohed. *deci. 271.* Creſc. *deciſio. quadrageſimanona,* late Gabriel *de Prob. concl. 2. numero 28. & vigeſimonono.* Et fuit dictum coram me in cauſa Imolen. Caſtrorum. Accedat, quod iſta ſententia fuit reuocata per viam nullitatis per A. C. & bene, quia non iuſtificatur ex actis; ideo eſt notorie iniuſta, & nulla. Put. *deciſ. 396. in vna Toletana Matrimonij, in fine, lib. 1.*

8 Non obſtat, quod ſententia prædicta fuerit confirmata per Gregorium cũ clauſula, *ſupplentes*, & alijs clauſulis ampliſſimis, quæ videntur obſtare, quominus poſſit redargui de nullitate; quia prædictus motus proprius corruit ex defectu intentionis, vt mox demonſtrabitur, & ſaltem non debet confirmatio operari, niſi cum ſua cauſa, ideſt, vt reſoluta ſententia per comparitionem, reſoluatur etiam diſpoſitio motus proprij; hoc enim ipſi ęquitati, & iuſtitiæ conſonum videtur.

9 Quod autem laboret vitio defectus intentionis, patet, quia Papa ſupponit, officium prędictũ ob priuationem vacaſſe, & eſſe locum ſuppreſſioni, & extinctioni; & ideo deberi collegio; & illud falſum eſt; tum quia ſententia contumacialis non priuat, niſi elapſo anno contumacibus præſtituto, iuxta ſupra allegata: Tum etiam,

quia

Digitized by Google

quia ſtantibus reſcriptis Iulij Tertij, & Piorum Quarti & Quinti, hoc officium non vacabat per obitum Cæſaris, ſed in eo ſuccedebant Reuerendiſſimus Dominus Alexander, & Iulius eius filij.

10 Neque huic rei obſtat regula Cancellar. 59. Quia cum officium per deceſſum poſſeſſionis extingueretur ad fauorem Collegij, non autem vacaret ad diſpoſitionem Papæ, illa regula, quę voluit prouidere, ne prædeceſſorum facto ſupplantentur ſucceſſores; nihil obſtat iſtis conceſſionibus factis Dominis Alexādro, & Iulio: hoc enim reſpicit ſolum intereſſe Collegij. Neque obſtat, quod in dicto motu proprio tollatur facultas dicendi de defectu intentionis, quia nihilominus ſemper opponi poteſt hęc exceptio, vt Put. *deciſ.* 213. *lib.* 2. Gabriel. *conſilio* 26. *numero decimotertio, libro* 2.

11 Neque obſtant clauſulæ prohibentes reſtitutionem, quia cum præſumendum ſit, voluntatem Papæ eſſe talem, qualis de iure eſſe debet, *cap. nouit. de iud.* Compuſtell. & alij *in cap. cauſam quæ. de reſcrip.* vtique dicendum eſt, Papam intellexiſſe de reſtitutione per viam gratiæ, non autem de ea, quæ petitur mediante iuſtitia: Quare fuit concluſum in vtraque parte pro affirmatiua.

ALIA DECISIO.

12 Et in eadem Lunæ 17. Februarij 1592. fuit dubitatum, an ſententia Domini Gubernatoris ſubſtineri poſſit, vel conſtet de tali comparitione Domini Cæſaris, vt eadem ſententia ſit reſoluta in caſu, de quo agitur: & quantum ad priorē partē dubij, Domini concorditer cenſuerunt, ſententiam ſubſtineri non poſſe, neque ratione delicti, neque contumaciæ, neque mulctæ. Nam quantum ad delictum, nihil de eo in actis deductum eſt, neque in monitorijs eſt enunciatum: ideoque ſententia hoc reſpectu eſſet notorie iniuſta, cum ex actis non iuſtificetur. Franc. *in cap. dilecto, quæſtione quinquageſimaquinta, de appellat.* Felyn. *in capitulo, inter cæteras, de re iudica.* Put. *deciſione* 401. *in fine libro primo.* Nam de aliquo corpore delicti non conſtitit, vt in criminalibus eſt neceſſarium, *l. prima, §. item illud, ad Syllan.* Grat. *conſilio nonageſimonono, numero ſeptimo, libro primo inter conſil. criminal. diuerſor.* Clar. *in practica criminal. §. fin. q.* 66. *nu.* 1.

13 Nec ſententiam ſuſtinere poteſt aſſertio Papæ dicentis, ſententiam latam fuiſſe ex ordine, & voluntate ſua, & ex cauſis ſibi notis. Quia in criminalibus non ſtatut, ad probandum delictum, aſſertioni Papæ. Dec. *conſ.* 410. *nu.* 9. Put. *deciſ.* 125. *lib.* 1. Mohed. *deciſ.* 271. *cum alijs.*

14 Quantum verò ad condemnationem ratione contumaciæ, ſentētia ſubſtineri nequit, cum hic non conſtet de vera contumacia Cęſaris, cū nō fuerit perſonaliter citatus; & quod plus eſt, Monitorium fuerit nulliter exequutum; licet enim Gubernator facultatum vigore, poſſit citare domi, tamen cum hoc caſu pręſcripſerit certam formam exequutioni monitorij, illa erat ſeruanda: forma autem præſcripta, erat, vt Cæſar perſonaliter, ſi fieri poſſet, citaretur; ſin autem, domi ſuæ ſolitæ habitationis, & in Valuis Curiæ, dimiſſis copijs; verum de nulla diligentia facta de citando perſonaliter conſtat, vnde executio defectiua eſt. Doct. *in l. quarta, §. Prætor ait, de dam. infect.* Rota *deciſione octaua, de dolo & contumac. in nouis.* Achil. *deciſione* 12. *de citatio.* Caputaquen. *deciſ.* 168. *libro primo, in manu ſcript. & deciſ.* 111. *lib.* 1. *in impreſſis.*

15 Nec aliquid facit, quod Curſor dicat, ſe citaſſe, vt ſupra, quia incontinēti ſubdit, domi dimiſſa copia, vnde cenſetur facta relatio tātum ad id, quod expreſſum eſt, & non ad omnia contenta. Decius *conſ.* 47. *nu.* 1. Pariſ. *conſ.* 103. *nu.* 11. & 12. *lib.* 1. Ruyn. *conſilio centeſimonigeſimoſeptimo, numero quinto, lib.* 2. Præterea videtur potius habita relatio ad materias contentas in monitorio, quam ad eius exequutionem, iuxta nota. per Bart. *in l. talis ſcriptura, numero tertio*, & ibi Iaſ. *num.* 37. *de legat.* 1.

16 Adeſt & alia nullitas, quæ viſa eſt, nulla excuſatione tolli poſſe, nempe, quod ſecūdum monitorium, quod eodem modo erat exequendum, vltra omiſſas diligentias de reperiendo, nō fuit exequutum ad Valuas, ſed tantum domi: nec obſtet reſponſio, quod non eſſet neceſſarium hoc ſecundum Monitorium, ex quo officium comprehendebatur ſub mulcta quinquaginta millia ducatorū, quia hoc verum eſſe nō poteſt, cum mulcta illa pecuniaria deberetur fiſco: officium vero Collegio, & in pœnalibus non poteſt fieri iſta extenſio, neque iſti defectus poſſunt dici ſublati per cōparitionem Ioannis de Camerino, quia de mandato eius non conſtat, & vbi agitur de iure tollēdo, & pęna inferenda, requiritur certa, & indubitata ſcientia. Afflic. *de iure prothomis. §. ſecundo, numero* 8. Felyn. *in capitulo, quoniam. §. porro. columna antepenult. verſic. quid vbi perden. vt lit. non conteſt.* Mohed. *deciſione* 160. Put. 6. *de probat.* Caputaq. *q.* 110. *in* 2.

17 Neque obſtat ratificatio geſtorum facta per Cæſarem, quia non refertur ad hanc comparitionem, cuius ſcientia non probatur, ſed ad alia per cum geſta poſt habitum recurſum ad felic. record. Sixtum V.

18 Quantum ad condemnationem ratione mulctæ propter contumaciam irrogatæ, ex qua præcipue informantes pro Dominis Secretarijs, volunt, ſententiam ſubſtineri, Domini cenſuerunt, neque etiam ex hoc capite defendi poſſe: nam etiam circumſcriptis ſupradictis defectibus, negari non poteſt, Dominum Cæſarem non poſſe dici verum contumacem, ſed fictum tantum; nam, vt ſit verus, requiritur ſecundum Angelum *conſil.* 8. vel quod citatus perſonaliter dicat, ſe nolle venire, vel quod ſecundo citatus non comparcat. Vnde ſequitur mulctari non potuiſſe. gloſſ. *in l. vnica. §. fina. ſi quis iuſdicenti non obtemper.* & ibi Dom. communiter, vt per Alexan. *nu.* 11. Iaſon. *nu.* 32. vbi vult, ad hunc effectum non

haberi pro perſonaliter citato cum,cuius dolo factum eſt,ne perſonaliter citetur,etiam doloſe latitando, Ang.*conſ.*8. late Boſ.*in tit.de mulct. nu.6.* Maran.*in ſuo Spec.tit.de contumac.nu.*9. Vbi atteſtatur de communi.

19 Neque obſtant deducta ex Fel. *in c. ex literis, nu.*20.*de conſtit.* & Tiraquell. *in tract. ceſſ.cauſ.in præfatio.nu.*67.*&* 68.quia loquuntur in eo contumace,cuius delictum iam fuit deductum,& in actis probatum.

20 Neque ex eo etiam ſuſtineri poteſt hæc mulcta, quod ab ea non fuerit appellatum, dato, quod legitime imponi potuiſſet, quia immo habitus fuit recurſus ad Papam,& obtenta reuiſio, quæ idem operatur, quod appellatio. Francus *in capitulo, dilecto, numero centeſimoſexageſimooctauo, de appellatio.* & in ſpecie, quod a mulcta poſſit appellari, & etiam peti recurſus,trad.Barr. *in l.prima, in fine principij*, & ibi Cagnol. *numero* 105.*ſi quis iuſdicen. non obtemper.* Boſſ. *vbi ſupra, numero* 5.

21 Neque tandem poteſt ſententia ſuſtineri ex confirmatione Papæ,quia corruit ex defectu intentionis,vt alias deductum fuit; neque conſtat Papam habuiſſe notitiam nullitatum, ſupra deductarum, Rimin.iun.*conſ.*54.*numero* 47.*& quadrageſimooctauo,libro primo*, quod eo magis eſt dicendum, cum ob inobedientiam, & contumaciam quis non veniat mulctandus, niſi habeat coniunctum iudicis contemptum, gloſſ. mag. *in dicta l.vnic.§.fin.* quam communem dicunt ibi Cagnol. *numero vigeſimo, & vigeſimooctauo*, & Seyſell. *in l.ſi mora,numero decimonono, ſoluto matrimon.* Clar.*in pract.crimin.§.primo,in fine*,hic verò non tam contemptus, quam timor dedit cauſam abſentiæ.

22 Ex his reſultat reſolutio poſterioris partis dubij,nempe,ſententiam per comparitionem reſolutam fuiſſe,cum hæc ſententia fuerit interlocutoria,vt per Socin. *in dicta l. vnica.§.final.num.*7. vt pluries in ſimilibus caſibus fuit in Rota reſolutum. Nam tamdiu durat effectus reſultans, & contumacia,quamdiu durat contumacia. Bald. *in l.prima.C.de poſtul.* Felyn. *in capitulo, ex literis. nu.decimoſexto*,& Dec.*nu.*12.*de conſt.*Achil. *deciſ. vnica.de abſol.*

23 Nec quicquam facit,quod iuxta formam Bullæ,Cæſar non conſtituerit ſe in carceribus, quia vltra,quod Bulla loquitur tantum in delictis, in quibus quis non ſolet audiri extra carceres, hic adeſt commiſſio cauſæ,ſignata per fel.recor.Sixti V. quæ ſupplet hanc formam, & facit, vt non requiratur alia conſtitutio,ſed quod poſſit audiri extra carceres,prout non obſtante fiſci proteſtatione fuit auditus, & abſolutus per ſententiam, quæ tranſitum fecit in iudicatum; & ita etiam tollitur, quod dicitur, non fuiſſe factum depoſitum, cum Papa aliam formam huic iudicio dare voluerit; quare nemine contradicente, fuit in vtraque parte pro Domino Cæſare reſolutum.

ALIA DECISIO.

24 Et in eadem Vener. 10. Aprilis, 1592. Fuit dubitatum, an ſententia Gubernatoris poſſit ſuſtineri ex confirmationibus contentis in literis motus proprij felic. recordat. Gregorij Decimitertij in caſu,& ad effectũ,de quo agitur,& cauſa per omnes Dominos diſcuſſa,fuit,nemine diſcrepante,reſolutum,ex duobus potiſſimũ non poſſe ſuſtineri. Et primo,quia cum Papa clare non intellexerit defectus, qui inerant ſententiæ, de qua agebatur,neque etiam intellexerit præiudiciũ,quod inferebatur filijs Domini Cæſaris,huiuſmodi confirmatio tanquam laborans defectu intentionis,nihil operatur, quamuis reſcriptum fuerit ex certa ſcientia,vt tradit Caſtr. *conſ.octuageſimoquarto,numero quarto,libro ſecundo.* Quẽ refert,& ſequitur Alex.*conſilio centeſimouigeſimoſecundo,numero vigeſimoquinto,& ibi add.lit.A.lib.*4. Quod tanto magis dicendum eſt in caſu iſto, in quo actorum extenſio,& inſertio in literis,facta eſt nuperrime in expeditione facta ſub forma rationi congruit,longe poſt obitum Gregorij,quę non poteſt retrotrahi ad inducendam ſcientiam contentorum in præiudicium tertij. Et Rota alias in cauſa Calciaten.iuriſdictionis,coram bo. memor. Decano de Rubeis 16. Ianuarij 1587. & poſtea coram me reſoluit, confirmationem non poſſe dici vere ex certa ſcientia, non obſtante appoſitione dictæ clauſulæ, niſi totus tenor tunc Papæ innotuerit, & inſertus fuerit. Ferret. *conſilio trigeſimooctauo, numero quinto.* Dec. *conſilio trigeſimotertio, numero quinto.* Gozza. *conſ.*9. *num.*38.

25 Secundo cum ſententia iſta Gubernatoris haberet in ſe ex ſui natura tacitam reſolutionem,ſi infra tempus condemnatus comparuiſſet, prout & comparuit, & contumaciam purgauit, vt per Fely.& Dec.*in capitulo,ex literis,numero decimoſecundo,decimotertio,& decimoſeptimo, de conſtitutio.* Achil. *deciſ.centeſimatrigeſimaſecunda, in impreſſ. ſub titulo de dolo,& contumacia*, & fuit in pluribus cauſis in Rota reſolutum; vtique eandem quoque conditionem recepit confirmatio,cuius natura eſt addere tantum robur confirmato,reſpectu iuris,non autem factum alterare,vel extendere.*l.Aurelius.§.ex Teſtamento.de liber.leg.* Bal. *in l. aduerſus.in fine.C.ſi aduer. rem ind. & in l. nominationes.in fine.C.de appellatio.* Alex. *dicto conſil.*122. *numero vigeſimo,libro* 4. Ruyn.*conſilio decimoſeptimo,num.*10.*& conſ.*158.*num. decimoſexto, lib.*1.*& conſil. centeſimoundecimo, num. decimooctauo lib.*5. Aym.*conſ.*257.*nu.*4.

26 Et hæc tanto magis procedunt,quia cum prætendatur pro parte Collegij,hanc ſententiã fuiſſe latam in mulctam contumaciæ, non autem ratione delicti, apertiſſime redditur iniuſta confirmatio,ſi alium intellectum ſequamur,cum Papa præſupponat factum fuiſſe locum ſuppreſſioni officij. Ideoque in exequutione Bullæ Innocentij Octaui,illud ſupprimit,& applicat Collegio;& tamen non erat factus locus ſuppreſſioni,cum

Digitized by Google

ni, cum Cæſar neque ceſſiſſet, neque deceſſiſſet, neque ciuiliter eſſet mortuus,quia fuerat rãtum mulctatus in ſummam 50. millium ducatorum, quæ mulcta non parit capitis diminutionem. Et hæc omnia vltra præiudicium ignoratum filiorum, quod ſupra deductum eſt: ex quibus clare conſtar de defectu intentionis,ad Bell. *deci.392.* *& 473.*Sarn.*de iure quaſ.non tollen.quæſt.1.*& fuit reſolutum in vna Barchinoneñ.Collegij,3.Aprilis 1573.corã Sanctiſſimo Domino noſtro.Plura congerit Rim.iun.*conſ.45.nu.33.lib.1.*

27 Non obſtant aliæ clauſulæ per informantes ponderatæ,quæ eodem modo tolluntur,cum nõ operẽtur in ijs,quæ ſunt facti,ſed in ijs,quę ſunt iuris tantum,vltra alios,Soc.*conſ.164.nu.7.lib.2.* Ferret.*conſilio trigeſimoſecundo,numero quinquageſimoſecundo.*& clauſula,quorum tenores, nullam habet efficaciam, quoties Papa ſi ſciuiſſet defectus,non ita reſcripſiſſet.Pariſ.*conſ.74.nu.55.lib.4.*Put.*deciſ.51.de præben.*

28 Sed & omnem prorſus difficultatem tollit, quod Dom. Cæſar poſtea comparuit, & reſcripto Principis admiſſus fuit ad defenſionem; & retractata,ac reuocata fuerunt geſta per Gubernatorem per ſententiam A.C.quæ tranſitum fecit in iudicatum. Vnde concluſum,præfatum ſententiam Gubernatoris,neque ſimpliciter,neque ad effectum, de quo agitur, ſubſtineri poſſe ex præfatis confirmationibus.

ADDITIONES.

a *Tranſlata.* De hac materia,an ſcilicet,& quando reſtitutio, ſeu gratia facta bannito, ſeu condemnato,extendatur ad bona in alium alienata, ſeu penes tertium exiſtentia, vide regulam cum ampliationibus, & limitationibus, poſitam per Dominum meum Farinac.*in ſua prac.crim.par.1. tit.de inquiſit.quæſt.6.numero trigeſimotertio, & ſequentibus pluribus.*

b *Atteſtationi Papæ.* Quando Papa,vel Princeps aliquid aſſerit, quod ſuum commodum reſpiciat,vt puta aſſerendo aliquem commiſiſſe delictum,pro quo præſertim veniret confiſcatio bonorum,an tali aſſertioni plene credatur,vide omnino declarãtem Dominum meum Farinacium *in ſuo tractatu de teſtibus,quæſt.73.num.171.& ſequentibus pluribus.*

c *Vera contumacia.* Veriſſima eſt iſta concluſio, quod licet verus contumax mulctari poſſit, fictus tamen minime mulctatur,ad cuius comprobationem, vide plures Doctores allegatos per Dominum meum Farinacium *in ſua practica crimin. parte prima, titulo de delict. & pæn. quæſtione decimaoctaua,numero quinquageſimo, & ſequentib.* Vbi etiam ponit, quis dicatur verus, & quis fictus contumax.

Fam. Cent. V. I, D. Galeſ.

O R A N I.

Romana Saluiani interdicti, Mercurij, 20. Nouembris, 1591.

ARGVMENTVM.

Legatum quantitatis pecuniarum, inueſtiendarum per hęredem in tot cenſus,& loca montium ad vtilitatem legatarij, alias in caſu non inueſtiturationis, teneatur idem hęres ipſi legatario ad ſolutionem ſcutorum ſex cũ dimidio pro quolibet centenario legato, an ſapiat vſurã, an vero potius ſit licitum,& a iure approbatum: Eſt notabilis deciſio.

SVMMARIVM.

Legatum certæ quantitatis cum hoc quod ſoluatur tantum pro centenario quolibet anno,quouſque reſpondeatur creditori,aut legatario de ſorte principali,eſt vſuraria.nu.2.

Legatum certæ quantitatis pecuniarum ſtatim inueſtiendarũ per hæredes in officijs,locis montium,& cenſibus ad commodum legatarij,& ſi non fuerint inueſtita, quod ſoluãtur fructus ad rationem ſex cum dimidio pro centenario in pænam negligentiæ & moræ,eſt validum & a iure approbatum.nu.3.& ſeqq.

Pecunia quando debetur,vt ſpecies,tunc iudicatur de illa,vt de ſpecie,& non vt de quantitate,nu.3.

Mora ſi fuerit commiſſa in reſtitutione alicuius debiti in ſpecie,& non in pecunia, tunc debentur fructus propter dictam moram,nu.3.in fine.

Legitima debetur filio vna cum fructibus a die obitus patris. num.4.

Legatarius poteſt petere intereſſe non ſoluti legati, conſtituto prius hærede in mora per interpellationem.nu.4.

Mora incurritur ſine interpellatione,quando quis eſt debitor in certum diem.nu.5.

Vſura non eſt,quando aliquid ſoluitur vltra ſortem loco pænæ. num.6.

Tutor negligens emere pupillo prædia, condemnatur ad præſtationem vſuræ.nu.5.

Legatarius non poteſt cogere hæredem ad ſoluendum ſibi legatum ante præfinitum tempus a teſtatore.nu.7.

Vxor vidua poteſt petere ab hæredibus mariti vſuras dotis propter retardatam ſolutionem,n.7.in fine.& in add.lit. A. vbi de materia.

Legatum dicitur alternatiuum,quando ſumma principalis legata poſita eſt in diſpoſitione hæredis debitoris.nu.8.

Vſuræ natura eſt multiplicare obligationem.nu.8.in fi.

Vſura cenſetur,quando quantitas pecuniæ mandatur ſolui per dinumerationem temporis,etiã quod mandetur ſolui ſub nomine pænæ,declara vt nu.9.

Pæna adiecta obligationi alicuius facti nõ intelligitur adiecta in fraudem vſuræ.nu.9.

Obligatus aliquid facere abſque temporis adiectione cenſetur obligatus ſtatim facere,nu.9.in fine.

Intereſſe ratione moræ nunquid poſſit a principio a partibus taxari,dic quod ſic,quando taxatio non excedit veriſimile intereſſe,nu.10.

fit mutuū, nulla interuenit pactio, aut negotiatio; Nam hæres dum de fructibus ſatisfieri legatario mandatur, nō eſt obligatus ad ſummā principalem, nec vllo modo legatarius illud poteſt exigere, ſed eſt potius legatum in effectu alternatiuū, ex quo ſumma principalis poſita eſt in diſpoſitione debitoris. Bal. *in l. vnica, nu.* 18. *verſ.* 3. *quaro. C. de his qua p. eu. nom.* in quo ceſſat vſura, cum de illius natura ſit multiplicatio obligationis.

9 Non obſtat, quod vbi quantitas mādatur ſolui per dinumerationem temporis, etiam ſi mandetur ſub nomine pœnæ, cenſetur vſura. Bald. *in l. cum allegas, in fine. C. de vſur.* Atet. *conſ.* 152. *col.* 3. Purpur. *in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet.* Cagn. *in l. curabit. col.* 2. *C. de actio. empt.* Petr. Rebuff. *in l. vnica. nu.* 616. *C. de ſent. qua pro eo.* Quia hoc non procedit, quando pœna non fuit adiecta obligationi quantitatis, ſed obligationi, quæ conſiſtebat in facto, vt colligitur ex illis verbis, *Et ogni volta che la dita ſumma non ſe inueſtiſſe ſubito.* Quod conſiſtit in facto: tunc. n. communis eſt opinio etiam canoniſtarum, quod pœna adiecta obligationi facti, non intelligitur in fraudem vſurarum, Ioan. Menoc. *in rub. de vſur. n.* 10. *li.* 6. & ibi Prob. *in add. nu.* 34. Alex. *conſ.* 10. *nu.* 1. & 148. *n.* 1. *li.* 7. Ber. *conſ.* 118. *nu.* 17. *lib.* 1. Pariſ. *conſ.* 34. *nu.* 31. *lib.* 1. Tib. Decian. *conſ.* 79. *nu.* 3. & 7. *lib.* 3. Quod autem obligatio inueſtiendi pecuniam fuerit impoſita hæredibus ſtatim poſt mortem teſtatoris, apparet, quia onus fuit imperſonaliter ijs iniunctum, Bald. *in auth. ſi quando. C. de conſt. pec.*

10 Non obſtat, quod ſaltem ratione moræ nō potuit ab initio fieri certa intereſſe taxatio. Bald. *in l. rogaſti. §. ſi tibi. col.* 2. *in fine. verſ. quid ergo, ff. ſi cer. pet.* Cagn. *in d. l. curabit. ſub n.* 59. Dec. *conſ.* 119. *ſub nu.* 3. & *conſ.* 183. *nu.* 3. quia cōtrarium eſt verius, quādo taxatio eſt intra modicum legitimum vtpote, quę concurrit pro pretio naturaliter ad fructus officiorum, locorum montium, & cenſuum; Nam ſi fructus veriſimiliter aſcendāt ad intereſſe a teſtatore præordinatū, taxatio non cenſetur illicita. Dec. *in c. cum venerabilis. nu.* 14. *de except.* Gab. *de empt. et vendit. concl.* 4. *nu.* 21. & fuit reſolutum coram D. Ceſare de Graſſis in vna Tiburtina Caſtri ſancti Angeli 19. Martij 1574. Non eſt autem dubium, quin de fructu vberiore reſpondeant officia, loca montium, & cenſus, quam fuerit a teſtatore intereſſe propter moram taxatum.

ADDITIO.

a *Dote.* Vxor an, & quando mortuo viro poſſit prætendere vſuras non reſtitutę dotis, vltra doctores mox allegandos, vide Rol. *conſ.* 55. *lib.* 2. *per totum in diſcurſu.* Plot. *in l. ſi quando. nu.* 450. *et pluribus ſeqq. C. vnde vi,* ſecūdum antiquam impreſſionem, omnino Ioan. Baptiſt. Lup. *in tract. de vſur. comment.* 1. §. 3. *per totum in diſcurſu, et praſertim nu.* 84. *et ſeqq.*

Et quidem verior, & crebrior videtur opinio, quod vſuræ prædictæ non poſſint per vxorē percipi, & ſi percipiantur, in ſortem computētur, ſicut teſtatur Cęph. *in conſ.* 133. *nu.* 130. *et ſeqq.* licet aliqui ibi per eum relati contrariū dixerunt, & de crebrioti ſententia teſtatur etiā Michael Craſſ. *in comm. opi. lib.* 1. *c.* 6. *ad qu. eſt.* 24. Nec diſſentiunt alij relati per Couar. *variar. reſol. li.* 3. *c.* 1. *nu.* 3. *verſ.* 6. *hinc etiam conſtat.* vbi de communi, & multo minus dictæ vſuræ vxori debētur, ſi dos fuit data æſtimata, ſecundum eundem Cęph. *in conſ.* 78. *nu.* 4. *lib.* 1.

Nec per maritum vxori relinqui poſſunt. Cęphal. *d. conſ.* 133. *nu.* 132. *eod. lib.* 1.

Aduerte tamen, quod licet vxori ſoluto matrimonio non debeantur vſuræ ob retardatam dotis reſtitutionem, debenrur tamen ratione damni emergentis, quod paſſa eſt vxor ob non reſtitutionē dotis, vel ratione lucri ceſſanris, puta ſi vxor eſſet ſolita negotiari, & certitudinaliter tātum fuiſſet lucrata, ſi eadem dos ſibi fuiſſet reſtituta, ſecundum Cæph. *d. conſ.* 133. *nu.* 134. *et ſeqq.* Michael Craſſ. *d. lib.* 1. *c.* 6. *ad. qu. eſt.* 24. Cou. *uar. reſol. d. lib.* 3. *eod. c.* 1. *nu.* 3. *d. uerſ.* 6. *hinc conſtat.* vbi late Ioſeph. Lud. *d. concl.* 36. *uerſ.* 2. *limitatur.* vbi de communi.

Immo hæredes mariti ad effectum, vt teneantur ad dictum intereſſe, conſtitui in mora abſque alia interpellatione, dixit Michael Craſſ. *in loco praecitato,* cuius contrarium, & de communi teſtari videtur Ioſeph. Lud. *d. concl.* 36. *in prin. et in uer. iſta tamen limitatio. et ſeqq.*

Sed nunquid ex pacto & a principio poſſit taxari iſtud intereſſe, ob non reſtitutam dotem viduæ vxori, vide Cagn. *in l. curabit. nu.* 15. *et ſeqq. C. de actionib. empti.* Cæph. *d. conſ.* 133. *num.* 130. *et ſeqq.* Couar. *in loco praecitato.*

Fam. Cent. I. V. D. Galleſ.

ORANI.

Romana officij Notariatus, Die 27. *Nouembris,* 1591.

ARGVMENTVM.

De ſententia in cōtumaciam lata, quod non poſſit exequi infra annum. Et quod per comparitionem condemnati infra annum, eadem ſententia contumacialis reſoluatur.

SVMMARIVM.

Sententia dicitur mere interloquutoria, & in contumaciam lata, quando in proceſſu non conſtat de delicto. nu. 1.

Sententia contumacialis effectus remanet ſuſpenſus, donec currat annus, & infra tale tempus exequi non debet, ſub nu. 1. & 2.

Condemnatus in contumaciam, comparens infra annum, facit euaneſcere ſententiam cum omnibus inde ſequutis, ſub nu. 1. & *nu.* 4.

Condem-

Cōdemnatus in contumaciam de ſtylo Capitolino, an habeatur pro confeſſo.nu.2.
Iudex appellationis condemnans in vna parte, cenſetur abſolniſſe in alia a contentis in prima ſententia.nu.3.
Bona quando dicantur fiſco incorporata.nu.4.

DECISIO LXXXVI.

1 IN vna Romana officij Notariatus,fuit propo
ſitum dubium,præſuppoſito inſtrumento ven
a ditionis,& officij reſolutionibus [a] in cauſa,& collationibus de officio factis, quænam collationū preualeat,& ſit attendenda? Domini reſoluerūt, collationē officij per obitum Franciſci, ad fauorem Ioannis Petri del Drago factam, præualere, & eſſe attendendam,quia tunc vacauerit officiū, non autem quando lata ſententia per Senatorē, conſeruatores illud Horatio Stancario conceſſerunt. Cum.n.dicta ſententia fuerit mere interlocutoria in pœnā contumaciæ, non autē propter delictum,de quo nullo modo conſtabat,effectus eius remanere debuit ſuſpenſus, donec excurriſſet annus a Bulla fel.record.Pij Papæ Quinti,ad comparendum Franciſco conceſſus, quia etiam iuri communi eſt conforme, vt ſententia quantumuis diffinitiua, non mandetur exequutioni ante annum, qui ex iuris diſpoſitione datur condemnatis ad ſe purgandum. *l. final. ff. de req. reis.* vnde cum Franciſcus intra illum in carceribus ſe conſtituerit, per comparitionem ſententia euanuit,cum omnibus inde ſequutis, vt ſæpius fuit reſolutum,& habetur apud Achill. *deciſ. vnic. de appell.* fuitque dictum in vna Romana Canonicatus ſancti Angeli coram bon. mem. Cotta, & in altera Imolen. Caſtrorum coram Reuerēdiſſimo Dom.meo Decano,per doctrinam Bald. *in l.1.num.3.verſic.extra opponitur. C. de poſt ml.* Dec. *in cap.ex literis.num.*12.*& ibi Fely.num.*14.Barbat. *num.*44.Bellam.*num.2.de conſt.*Tiraquell.*in trac. ceſſan.cauſa par.1. nu.59.cum alijs per informantes allegatis.*

2 Non obſtat,quod de ſtylo Capitolino condēnatus per viam monitorij habetur pro confeſſo, quia præterquam,quod de huiuſmodi ſtylo non conſtat,admiſſa illius exiſtētia,nihil operaretur, cum ſit contrarius iuris diſpoſitioni,& Bullis Pij Quarti,& Pij Quinti,quibus reo nihil poteſt auferri intra tempus comparitioni præſtitutū;preterea Bullæ,de quibus ſupra,derogant omnibus conſuetudinibus, & diſpoſitionibus in contrariū faciētib.poſt quarum publicationem non eſt tantum elapſum tempus, quod ſufficiat ad inducendum ſtylum iuri contrarium.

3 Nec facit, quod Franciſcus poſt comparitionem non fuit ſimpliciter abſolutus,ſed ad Triremes condemnatus; Quoniam ſatis eſt, quod per comparitionem fuit reſoluta Senatoris ſententia. Nam altera ſententia Gubernatoris continens condemnationē ad Triremes,arguit ipſum ab alijs penis fuiſſe abſolutum, iuxta tradita per Fel.*in c.cum inter.n.7.de re iud.* & late fuit dictum in hac cauſa coram bo.me.d.Laur.12. Feb.1585.

4 Minus releuat, quod tempore collationis factæ Ioan.Petrō del Drago officium reperiebatur incorporatum fiſco; nam hæc incorporatio non probatur,cum per fiſcū nec poſſeſſum fuerit, nec inter bona fiſci deſcriptum,ad Bart.*in l.1.§.licet. de ventr.in poſſeſſ.mitten.* Soc. iun. *conſ.*126.*nu.*5. *lib.*2.& quatenus de eo appareret alienatio, quæ immediate ex ſententia Senatoris deſcendit, reſciſſa fuit per ipſius cōparitionem, quia reducta fuit cauſa ad non cauſam *l.ſi quis filios. §.penul.ff. de iniuſt.rupt.& irrit.teſt.*Anch.*conſ.*408.*nu.*4.faciunt tradita per Egid.*deci.*743.& Fely.*in c.inter quatuor.nu.5.de maior.& obed.*cętera per ſcribētes bene pro Domino Octauio euacuata fuerunt.

ADDITIO.

a *Reſolutionibus in cauſa.* In hac cauſa Romana Notariatus fuerunt factæ plures aliæ reſolutiones,quæ fuerunt poſitæ ſupra *in conſ.5.*& ad materiam, vide Dominum meum Farin. *in ſua prac. crim.p.1.tit.de inquiſit.quæſt.*11.*nu.*83. *& pluribus ſequentibus.*

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

ORANI.

Viterbien. Bonorum Luna 9. *Decembris* 1591.

ARGVMENTVM.

Cauſa iniuſta an,& quando,& quę excuſet a dolo,a mora,& a pęna caducitatis ab hęreditate,ob non adimplemētum voluntatis teſtatoris.

SVMMARIVM.

Cauſa qualibet etiam iniuſta, & beſtialis excuſat a dolo. numero 1.
Cauſa iniuſta ad hoc vt excuſet a dolo,debet non ſolum allegari, ſed etiam probari,quod orta fuerit antequam quis inciderit in pœnam.nu.1.& in add.lit.A.vbi alia ad materiam probationis cauſa iniuſtæ.
Dolus potius præſumitur,quam quod quis ex iniuſta cauſa motus fuerit.num.1.in fine, & in additio.litera, A. vbi de materia.
Interpellatio ad incurrendum pœnam,non eſt neceſſaria,vbi eſt adiectus certus dies.nu.2.
Dolus arguitur ex contemptu Iudicis,& ex longa ſubſtentatione litis iniuſta.nu.3.& nu.5.
Hæres contumax in exequendo voluntatem teſtatoris dicitur in dolo.nu.4.
Sententia contra non citatum non valet.nu 4.
Falſitas commiſſa in teſtamento,quoad vnum legatum non preiudicat quoad aliam diſpoſitionem in teſtamento appoſitam.nu.4.

Pauper-

Digitized by Google

Paupertas, & impotentia probanda eſt per allegantem.nu.5.& in add.lit.B.vbi de materia.
Gratia ſurreptitia non ſuffragatur.nu 5.
Cauſa iniuſta licet excuſet a mora, illa tamen debet eſſe aliquo modo colorata; friuola enim cauſa non attenditur, num.6.

DECISIO LXXXVII.

1 FVit reſolutum, Nepotes q. Dominici non eſſe excuſandos a caducitate, & pęna priuationis hæreditatis dicti q. Dominici; Nā licet qualibet cauſa etiam iniuſta, & beſtialis excuſet a dolo, & pęna, *l.igitur.§.1.de lib.cauſ.gl.l.1.in ver.iuſtis.ff.de abig.cum alleg.* tamen oportet nedū per prin-
2 cipalem allegari, ſed etiam probari [a], quod prius orta fuerit antequam in pænā incidiſſent. Ang. & Imol. *in l.ex conſenſu.§.fin.ff.de appell.* Alex. *coſ.103.col.penul.li.1.* Dec. *in l.quod te.vlt.not.ff.ſi cert.pet.* Aym. *conſ.254.nu.4.* cum alijs per Gab. *tit.de malef.concl.8.nu.66.* alias in dubio pręſumitur potius dolus, quam quod ex iniuſta cauſa quis fuerit motus. Bart. *in l.inter omnes.§.recte.ff.de furt.* Gabr. *ibidem.nu.71.*

2 Tantum autem abeſſe dicebant Domini, vt hęredes aliquam cauſam huiuſmodi deduxerint, & probarent, vt potius contrarium arguat eorum proteruia, & contumacia; cum enim teſtator ſuis hæredibus fecerit præceptum de conſtruēdo Capellam, & aſſignando ei dotem cum præfixione termini duorum annorum, & in euentum intra dictum terminum non exequutæ per ſuos hæredes ſuæ vltimæ volūtatis, pęnam priuationis adieciſſet, indubitatum eſt, quod etiā non interpellati intra dictum tempus adimplere, pænam priuationis incurrerint. Caſt. *conſ.292.n.9.lib.2.* Gozadin. *conſ.34.nu.2.& 7.* Aym. *conſ.193.in verſ.& quod monitio.* Alber. *conſ.49.nu.14.*

3 Hocque autem eo magis, quod ab obitu eiuſdem Dominici de anno 1545. pluries requiſiti, & vſque ad annum 1560. in mora perſiſtentes, recurſum habuerunt ad pęnitentiariam, a qua ſurreptitiam commutationem legati impetrarunt, ac poſt modum facta de anno 1564. per Epiſcopū erectione Capellę, & nominatis Capellanis, renuerunt ſalariū illis teſtamento relictum, perſoluere, etiam cōtempta ad fauorem Capellanorū ſuper illius pręſtatione ſentētia lata, ad trad. per Bald. *in l.pupillorum.in fine.C.de repud.hæred.* quinimo lite per fratres ſuper deuolutione intētata, nouam caducitatem incurrendo, paſſi ſunt contra ſe etiam quartam ſententiam in iudicio reſtitutionis in integrum pronūciari; vnde cum hodie non agatur de declaratoria, & fratres ſint in poſſeſſione, ſitque motoſus tertius, qui tractat de auferendo bona a monaſterio, non intrant regulæ ordinariæ excuſationis; tanto autem minus, quod non ſunt legitimæ.

4 Nam prima quæ fundatur in ſententia Gubernatoris Viterbij ſuper falſitate teſtamenti lata, ex qua prætenditur, iuſtam ſuperueniſſe cauſam non adimplendi voluntatem teſtatoris, tollitur tum ex illius reuocatione ſubſequuta, quia non obſtante contumacia non exequendi teſtatoris mandatum, perſeuerauerunt, Bal. *in l.ſi quis id quod.§.doli.de iuriſd.omn.iud.* tum etiam, quia fratribus ſubſtitutis non aliter vocatis, nocere non potuit. Put. *deciſ.92.lib.3.* Achil. *deciſ.3.de ſenten.* tum denique quia cum prætenſa falſitas concerneret quoddam particulare legatum, non inducebat falſitatem in alio particulari legato, vel diſpoſitione ſeparata. Bart. *in l.ſi ex falſis.num.12.* & ibi Alex. *nu.14.C.de tranſact.* Gab. *de malef.concluſ.3.nu.16.*

5 Pariter ſecunda non releuat ſub prætextu, ꝙ camera bonorum poſſeſſionem acceperat, ſi quidem poſt eorum recuperationem vltra negligentiam adſuit perſeuerātia in proſequutione litis, Iaſ.conſ.179.n.7.li.2. Nec placuit pro excuſatio-
b ne allegata paupertas [b] & impotentia, quia omiſſo quod non eſt probata. Cou. *variar.reſol.c.6.n.2.* cum trad. per Tiraq. *de retrac.lign.§.32.gl.1.nu.94.* Nihilominus ceſſat, ex quo ſolutio non debuit fieri de bonis hæredis, ſed hr̄ditarijs, & a teſtatore relictis. Minus facit Bulla pęnitentiariæ, reſpiciens reductionem legati, ſtante illius ſurreptione, *c.ſedes, de reſcrip.* Aym. *conſ.100.nu.11.* Vltimæ excuſationi fundatæ in ignorantia, ex quo teſtator non expreſſerat Capellanorum nomina, fuit in alia deciſione reſponſum.

6 Et ex præmiſſis concluſum, quod licet verum ſit quamlibet cauſam etiam iniuſtam excuſare a mora, tamen neceſſarium eſſe, quod aliquo modo ſit colorata, quia alias friuola nō attenditur. Aretin. *conſ.142.nu.25.* Tiber. Decian. *conſ.11.nu.8.lib.2.*

ADDITIONES.

a *Probari.* Indubitabilis enim eſt concluſio, quod nūquam cauſa, ſeu credulitas iniuſta excuſat delinquentem, niſi probetur per allegantem, ſecundum Bart. *in l.1.§.non autem.ff.ſi quis teſtam.lib.eſſe iuſ.fuer.* Cor. *conſ.280.num.6.verſic.ita etiam.lib.4.* Dec. *conſil.452.nu.11.* vbi pariter, quod probandum eſt, cauſam prædictam fuiſſe ante delictum, quod & idem voluit Roland. *conſ.57.num.13.lib.1.* Gomez. *in §.ex maleficijs, num.29.inſtit.de actionibus.* Aym. *conſ.254.nu.4.* Gabr. *lib.7.concl.8.nu.63.* Clar. *in pract.§.fin.quæſt.60.verſ.ſed hic quæro.* Menoc. *de recup.poſſeſ.remed.5.nu.60.* Hondedd. *conſ.35.nu.55.*

Immo non ſufficit probare exiſtētiam cauſæ, ſed etiam neceſſe eſt probare, ꝙ quis ex illa cauſa motus fuerit, & crediderit non delinquere; aliter enim dolus præſumitur, nec allegata cauſa excuſabit, Iacob. Butrig. *in l.Plagij. la 2.col.2.verſ.Non tamen apparet, quod hoc crediderit.C.ad l.Flaui.de plag.* vbi propterea dixit, neceſſe eſſe, eū qui vult ſe excuſare ex credulitate ſiue iuſta ſiue iniuſta, probare aliquid, quod veriſimile ſit eū ſic crediſſe. Gomez. *in §.ex maleficijs.poſt nu.32.inſtit.de actionibus.* Alex. *conſ.103.nu.13.verſ.& dato quod lib.1.* Cur.ſen. *conſ.55.nu.12.* Aym. *conſ.254.nu.4.verſ.& ſi dicatur.* Cagn. *in l.quod te, nu.5.ff.ſi cert.*

petat.

petat. Maynet. *in l. fere in omnibus. num. 20. in fine. ff. de reg. iur.* Tiraquel. qui alios refert, *de pen. temperan. cauſ. 43. num. 9.* Clar. *in prac. d. quaſt. 60. eod. verſ. ſed hic quaro.* poſt Alex. & Blanch. *in locis per eum citatis.* Menoc. *de retinend. poſſeſſ. remed. 3. nu. 653. & de recuperand. remed. 9. nu. 46.* Bertaz. *conſ. 375. poſt nu. 15. lib. 2.* Honded. *conſ. 35. nu. 56. ſeq. & conſ. 105. nu. 33. & nu. 37.*

b *Paupertas.* Prima facie quiſque contrarium diceret, quod ſufficiat allegari paupertatem, & ſic allegata præſumatur a iure, quia nudi naſcimur; ſed veritas eſt, quod qui allegat paupertatem, ſeu diuitias, & ſe in illis fundat, debet fundamenti ſui probationem deducere, vt hic in deciſione, & voluerunt Siluan. *conſil. 69. nu. 22. lib. 2.* Tiraqu. *de retract. lignag. §. 32. gloſ. 1. numero 94.* Petr. a Plach. *in Epith. delictor. lib. 1. cap. 39. num. 21. verſicul. & conueſtiri poſſet.* vbi alijs relatis teſtatur de receptiſſima opinione, de qua etiã Villalob. *in commun. opin. litera P. numer. 309.* Franc. Hercul. *in tract. de negat. nu. 12. & 13.* Steph. Lambert. *de contractibus eorum &c. gloſſ. 1. num. 243. & 245.* Rolan. *conſil. 42. nu. 23. lib. 2.* Hippol. Rimin. *conſ. 329. nu. 2. lib. 3.*

Ad quam materiam per quem ſcilicet, & etiam quomodo probanda ſit paupertas, vide Brun. *in tracta. de ceſſione bonorum, quaſt. 26. per totam.* late Couar. *reſolut. lib. 2. cap. 6. nu. 1. & ſeqq.* Franc. Hercul. *in trac. de negatiua nu. 293.* omnino Benincaſ. *in tract. de paup. quaſt. 6. per tot.* Alciat. *de praſump. reg. 2. praſump. 26. & 27.* Sebaſt. Med. *in tract. de caſibus fortuit. p. 2. quaſt. 4. n. 6. & ſeqq.* Maſc. *de prob. lib. 3. concl. 1154.*

Fam. Cent. I. V. D. Galleſ.

M E L L I N I.

Iſpalen. Beneficiorum, Veneris, 6. Martij, 1592.

ARGVMENTVM.

Simonia an, & quando inducatur ex correſpectiuitate mandatorum, & an etiam, & quando ſcientia Papæ purget vitium ſimoniæ.

SVMMARIVM.

Simonia inducitur ex correſpectiuitate mandatorum factorum coram eodem Notario, & teſtibus eadem die. num. 1. vbi declaratur.

Simonia excluditur per reſeruationem authoritatis ſedis Apoſtolicæ. num. 1.

Simonia non inducitur per correſpectiuitatem, quando correſpectiuitas narratur Papæ, qui potius ex narratione intelligeret quid inter partes actum fuerit. nu. 1.

Simoniæ vitium purgat authoritas Papæ. nu. 1.

Simonia debet probari concludenter. nu. 2.

Simonia in dubio non præſumitur, omniſque interpretatio facienda eſt, vt illa excludatur. nu. 2.

Delictum vt non præſumatur, omnis interpretatio facienda eſt in add. lit. A.

Simonia, an inducatur per reſignationem beneficij cum reſeruatione penſionis. nu. 2.

Confeſſio vt noceat confitenti, debet eſſe certa, non autem ambigua. nu. 3. in fine.

Simoniæ vitium purgatur per ſcientiam Papæ. nu. 4.

Simonia ad hoc vt excludatur per ſcientiam Papę ſufficit, quod factum narretur in Bullis, licet non fuerit narratum in ſupplicatione. nu. 5.

Simonia officialium Cancellariæ dicitur ſcientia Papæ. nu. 5.

DECISIO LXXXVIII.

1 DVbitaui, an eſſet iuſtificata gratia Ferdinãdi, quę erat fundata in ſimonia conuentionali. Deducebatur autem a Ferdinando ſimonia inter Gaſparem, & Dominicũ, ex correſpectiuitate mãdatorum, quæ coram eodem Notario, & teſtibus eadẽ die facta ſunt: Domini vnanimiter cenſuerunt, grariã Ferdinandi non eſſe iuſtificatã; & potiſſima ratio quæ mouit Dominos, fuit, quia in mandaris reſeruatur authoritas Apoſtolica, & ante obtentam gratiam iſta correſpectiuitas fuit ita narrara Papæ, qđ potuit intelligere, quid actum eſſet inter partes, & nihilominus ipſe cõceſſit: Ideo authoritas Papę purgat vitium ſimoniæ. glo. *in c. pridem. vbi not. de pact.* Hoſtienſ. *in c. 1. circa princip. ne pralat. vices ſuas.* Ioan. And. *in cap. 1. de ſimon.* Arch. *in c. non ne. ſub nu. 89.* Caſſ. *deciſ. 3. num. 7. de renunc. & deciſ. 2. ſub nu. 3. & ſeq. de ſimonia.*

2 Addebant aliqui ex Dominis, quod ſimoniæ debet probari concludenter, Alex. de Neuo *conſil. 64. numer. 2.* Alciat. *reſponſ. 2. numer. 40. & 41. tom. 1. lib. 1.* & in dubio ſumenda eſt interpretatio [a] quæ ſimoniam includit. Put. *deciſ. 381. numc. 2. lib. 1.* Cum igitur Gaſpar in reſignarione facta Dominico reſeruet ſibi penſionem 35. ſcutorum, ſumenda eſt potius interpretatio, quod reſeruatio a Gaſpare fuerit facta, non vt Dominicus ſuum beneficium reſignaret Frãciſco Ortiz, ſed porius vt eximeret ſe ab onere illius beneficij, & penſionem liberam haberet.

3 Exiſtimabant quoque Domini, gratiam non eſſe iuſtificatam in ea parte, in qua narratur, Frãciſcum fuiſſe filium Gaſparis, quia iſta narratiua aliunde non verificatur, quam ex narratiua literarum ipſius Franciſci, & iſta narrariua eſt ambigua, quia Franciſcus non fatetur ſimpliciter ſe eſſe natũ ex Gaſpare, ſed addit, vel alias genitũ. Caſſ. *deciſ. 7. nu. 9. de iure patron.* Miſcell. *deci. 150.* & confeſſio vt noceat, debet eſſe certa, non ambigua, *l. certum, ff. de confeſſ. c. per literas. de prob. l. generaliter. C. de non num. pec.*

4 Prærerea etiam ſi confeſſio eſſet clara, Papa intellexit huiuſmodi defectũ, & ſcientia Papę purgat vitium ſimoniæ, per præallegata.

5 Nec obſtat, quod mentio ipſius filiationis ſit facta

Digitized by Google

facta in Bullis,& non in ſupplicatione,& reſigna tio fuerit in ſupplicatione expreſſa,& nõ in Bullis,quia idem operatur in ſupplicatione,quando eſt eadem gratia, quia ſcientia officialium Cancellariæ dicitur ſcientia Papæ.Innocen. *in c.cum dilecta.verb.conſcientia,de reſcrip.* Caſſad. *deciſ.2. nu.7.de vnion.* & fuit dictum in Cremonen. penſionis 4. Iunij 1584.

ADDITIO

a *Interpretatio.* Sic & generaliter ad excluſionem cuiuſcumque delicti ſemper interpretationem eſſe capiendam etiam per improptiationem verborum,voluit gloſſ. *in c.ne quis arbitretur. in gl.1. ad finem.22.queſt.2.* Marſ. *conſ.2.nu.9.ver.& addu ci poteſt.* refert hæc, & ſequitur Gab. *lib.7.concl.2. nu.10.& nu.15.* Idem Marſ. *in rubr.ff. de fideiuſſor. nu.63.* Maſc. *de prob.lib.2.concl.1003.nu.7.* Bertaz. *conſ.76.nu.21.* vbi quod verba ampliantur, & reſtringuntur ad effectum excludendi prçſumptionem delicti,per tex. *in c.cum tu.de teſt.* & ex Aym. *in conſ.6.nu.126.& conſ.9. nu. 24. cum alijs ibi per eum allegatis.*

Fam. Cent. V. I, D. Galeſ.

GIPTII.

Meliten. Abbatia, Die 27. Aprilis, 1592.

ARGVMENTVM.

Agitur de confeſſione delicti facta in precibus, quando contra cõfitentem probet: Nec non etiam de tacita confeſſione reſultante ex productione ſupplicationis,ſeu breuis: quando cõfeſſio in iudicio ciuili facta probet in criminali,quid de confeſſione extraiudiciali geminata, an inducat plenã probationem: & alia nonnulla, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

Confeſſio ſacta in ſupplicatione,& precibus, plene probat contra confitentem. nu.1.& in add.lit.A.vbi,quando hoc verum ſit,& de materia.

Abſolutionem petens videtur fateri ſe ligatum, niſi abſolutionem ad cautelam petierit;vbi enim narratur factum, ex quo reſultat delictum,diſpenſatione indigens, ſine dubio petens diſpenſationem,ſeu abſolutionem illud fatetur.n.2.& in add.lit.B.vbi de materia.

Supplicans eo magis fatetur delictum,quando vltra ſupplicationem facit expedire breue, illudque in actis producit. nu.3.& 4.

Mandatum præſumitur ex actu facto cum impenſa.nu.3.

Producens inſtrumentum,& eo vtens,non poteſt consentaineo impugnare.nu.4.

Geminatio actus magnam vim habet,& ſuſpicionem deceptionis excludit.nu.5.

Confeſſio extraiudicialis geminata plene probat contra confitentem.nu.5.Quod an verum ſit,& de materia,in addit. litera,C.

Confeſſio emanata in cauſa criminali præiudicat in iudicio ciuiliter intentato.num.6.& in add.lit.D. vbi de materia huius concluſionis.

Confeſſio qualificata poteſt diuidi,quando per talem diuiſionẽ actus non annullatur.nu.7.

Papa ſolus, & non ordinarius ſuper irregularitate diſpenſat. num.8.

Extenſio etiam a maioritate rationis non fit in materia diſpenſationis.nu.9.

DECISIO LXXXIX.

1 IN alia poſitione huius cauſæ præſupponebatur ſine veri prçiudicio,D.Horatium Verderamum ante legitimam ætatem ad ſacros ordines promotum fuiſſe, & conſequenter contra iuris diſpoſitionem detinere Abbatiã, de qua agitur. Qua propter cũ veritate præſuppoſiti agendum eſſet,placuit DD.ẽt ſtatuere,ꝙ cauſa ſuper eiſdẽ poneretur ad effectũ, vt informantes facilius deducere poſſent,quicquid velint & dicta die vtraque parte informante,concluſum fuit,ſtandum eſſe in deciſis ſub die 24.Ianuarij 1590.ex rationibus tunc in deciſione adductis, prçſertim quia de mala Horatij promotione ad prçfatos maiores ordines probabiliter dubitari nequit,ſiquidẽ ipſemet hoc explicitç fatef in ſupplicatione fel. record.Sixto V.porrecta. Cõfeſſio enim in preci

2 a bus [a] facta confitenti præiudicat.vulgata *l.cũ precum.C.de liber.cauſ.* Feli. *in c.cum in iure.col.fin.de offic.deleg.* cum alijs per Gabr.congeſtis *tit.de confeſſ.concl.4.* Nec enim Horatij confeſſio plenius probat,quia ad illum actum abſolutio neceſſaria erat.Ant. de Butr. *in cap. illud, col. 2. de præſumpt.* Aym. *conſ.199.nu.12.*

2 b Nec ad rem pertinet, quod petens abſolutionem [b],ſe ligatum fateri non videatur, Specul. *de probat.§.3.numer.24. verſicul. ſed numquid.* Abb. *in capit. dilectus.numer.39. circa med. de ordin.cognit.* Quoniam id poſſet procedere, ſi ad cautelã abſolutio petita fuiſſet,vt *in capit.ſolet. de ſenten. excommun.lib.6.* & in iſtis terminis prædicti Doctores loquuntur: ſecus vero, vbi factum narratur,ex quo reſultat tale delictum, quod diſpenſatione indiget. *capit.venerabilem, & ibi gloſ. in verbo, poſtulanit, de elect.* Abb. *in capit. exhibita, vbi gloſ.penult.de homicid.* quam ſingularem dicit Alexand. *in l.1.in 2. notab. de non. oper. nunciat.* & tradunt ſcribentes *in l.decem.de verb. obligat.* cum alijs citatis, & fuit reſolutum in vna Cæſarauguſtana ſtatus de Morata coram bon.mem.Bubalo de anno 1586.

3 Prçdicta confeſſio ex plurib.coadiuuatur;primo ex expeditione Breuis ſuper dicta ſupplicatione,

Deciſio LXXXIX.

tione, quæ cum requireret impenſam, præſumitur facta de mandato eius, cuius intererat. Fel. *in c. ſicut col. 9. verſ. fallit. 3. de re iud.* Caſſad. *deciſ. 3. nu. 4. de procurat.*

4 Secundo ex productione eiuſdem Breuis corã Vicario Archiepiſcopi Rheginen. a quo petijt, & obtinuit abſolutionẽ, & probant teſtes, & iura per Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Card. producta; Ideo, qui producit, & vtitur aliquo inſtrumẽto, non poteſt contenta in eo impugnare. Lap. *alleg. 119. nu. 3.* Afflict. *deciſ. 25. in fine.* Aym. *conſ. 80. nu. 6.* & hanc opinionem amplexa fuit Rota in prædicta deciſ. Ceſaraguſta. ſtatus de Morata. a b

5 Tertio ad huiuſmodi confeſſionem ſatis cõfert alia ſimilis ſupplicario per Horatiũ ſuo ordinario exhibita; quo fit, vt iſti actus geminati magnam vim habeant. Bar. *in l. Baliſta. ad Treb. c. Atſi Chriſtus. de iuretur.* & ſuſpicionẽ deceptionis excludunt. *l. ſi mater. la ſecũda. C. ad Vellei.* Aym. *cõſ. 201. nu. 42.* Hinc eſt, quod iterata cõfeſſio etiam e

c extraiudicialis [c] cõntra confitentẽ probat, ſecundum Bar. *in l. cũ ſcimus. n. 7. per illum tex. C. de agri. & cenſit. lib. 11.* Paul. de Caſt. *conſ. 151. nu. 2. lib 1.*

6 His accedunt depoſitiones eiuſdem Horatij coram Reuerendiſſimo Theſaurario, quæ prorſus tollunt illud refugium, quod abſolutionem petens, non fateatur delictum; quia emanarunt poſtquam eã obtinuit; & licet proceſſerit in cauſa criminali, nihilominus prǫiudicat in iudicio ci

d uiliter intentato [d] Cagnol. poſt Bald. Alexan. & alios *in l. 2. numer. 128. C. de eden.* Egid. *deciſ. 3.* & reſolutum fuit in vna Beneuentan. Abbatiæ coram me de anno 1590. & nuper coram D. Decano Lucan. canonicatus 28. Februarij prǫteriti.

7 Non obſtat, quod in dictis depoſitionib. Horatius aſſerat nõ indigere diſpenſatione, quia cõtrarium eſt verius, & dignoſcitur ex allegatis in d. deciſ. Quibus non ſatis reſpondetur, & eius cõfeſſio poteſt diuidi, cum per illam actus non annulletur, vt firmauit Rota in vna Narricen. pecuniaria corã R. P. D. Pamphilio 28. Ianuarij 1585. & in alia Strigonien. Legati apud Illuſtriſſimum Cardinalem Plactum 16. Ottobris, 1588.

8 Non obſtant diſpenſationes ab eodem Horatio obtentæ, quia illa Archiepiſcopi eſt ſimplex abſolutio a cenſuris, quæ reſpectu irregularitatis non releuat, quandoquidem ſolus Papa cum irregulari diſpenſat, vt probant iura alias in deciſione allegata.

9 Altera diſpenſatio Papæ eſt reſtricta ad beneficia, quæ ſibi in poſterum conferuntur. Quo vero ad obtẽta ante diſpoſitionem, nihil diſponit, & in hac materia etiã ex maioritate rationis non fit extenſio. *c. 1. de filijs presbyt. in 6.*

10 Non obſtant concluſiones Tridentinæ ſeſſ. 24. c. 6. & Nauar. in loco citato, quia diſponunt in foro conſcientiæ, non autem in contentioſo, in quo nos verſamur. d

11 Ex iſtis igĩ, & alijs ab informãtib. pro Illuſtr. & Reuerend. D. meo Cardinali Aſcanio Cõlũna bene deductis, dixerũt DD. nõ eſſe a dicta deciſione recedẽdũ. Idcirco prouiſionẽ Notarij ad dictã Abbatiam S. Bartholomęi de iure nõ ſubſtineri.

ADDITIONES.

a *Confeſſio in precibus.* Vide ad hanc materiam Dominum meum Farinac. *in ſua practica crimin. part. 1. titul. de inquiſitione, quæſtione quinta. num. 2.* Vbi bene explicat, an & quando ſupplicans, & veniam petens, videatur fateri delictum. etiam quod illud explicite in ſupplicatione non fateatur, prout faſſus eſt ſupplicans in caſu præſentis deciſionis.

b *Petens abſolutionem.* Ad hanc eandem materiam, an ſcilicet, & quando abſolutionem petens dicatur fateri delictum, propter quod quis eſt ligatus, & excommunicatus, vide aliam diſtinctionem, quam relatis hinc inde contrarijs ponit Domin. meus Farin. *in ſua pract. cri. p. 1. tit. de inquiſ. quæſt. 95. nu. 26.*

c *Confeſſio etiam extraiudicialis.* Hæc concluſio Bartoli bene poteſt procedere in ciuilibus, in quibus non erit inconueniens dicere, quod ex geminata extraiudiciali confeſſione quis condemnari poſſit, prout etiam voluerunt Roma. *in l. nuda ratio, poſt princ. ff. de donat.* Iaſon. *in §. in perſonam. numer. 48. inſtitut. de actionibus, & in l. ſi pacto. nume. 5. C. de pactis. & in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fin. nume. 8. ff. de iureiuran.* Felyn. *in capit. olim. num. 9. ad finem. verſ. & forte, extra de reſcript. & in cap. de hoc nu. 3.* & ibi etiam Anan. *nu. 5. de ſimonia.* Tindar. *de teſtibus lib. 2. par. 1. cap. 6. num. 1.* Gabr. *lib. 1. tit. de confeſſ. concl. 3. num. 3.* Idem Roman. *conſ. 190. num. 8.* & ibi Mandoſ. *in additio. litera G.* Maſcard. *de probat. libro 1. concl. 350. numero 20. & concl. 497. num. 16.*

Verum in criminalibus eſt valde dubitabilis; nam licet, & in criminalibus illam procedere, ſenſiſſe videantur Marſ. *in l. 1. nu. 40. C. de ſicar. & in l. 1. §. quæſt. ante nu. 3. ff. de quæſt.* Mant. *in c. atſi clerici. n. 32. de iud.* Paris de Puteo *in tract. ſindicatus, in verbo, tortus. c. 1. nu. 27. in fine.* Foller. *in pract. cri. in verbo, etſi confitebuntur. il ſecundo. nu. 37.* Claud. Bert. *reg. crim. 54. nu. 5.* Bertazz. *conſ. 42. num. 3.* Brunor. a ſole *in ſuo compendio verſ. confeſſio geminata extraiudicialis.*

Attamen quicquid præfati Doctores dicant, in criminalibus res non tranſit ſine difficultate, prout bene aduertit Diaz. *reg. 125. in 3. fallentia, verſiculo, ſed tu aduerte,* & poſt eum Maſcard. *dicta concluſ. 350. eodem num. 24. verſ. ſed Bartholus.* Et ego nunquam vidi, ex quauis extraiudiciali confeſſione geminata aliquem criminaliter condemnatum, ſed tantummodo tortum, & ita practicatur.

d *In iudicio ciuiliter intentata.* Adde pro hac eadem concluſione Purp. *in l. is apud quem. nu. 83. in fine, verſ. & econtra facta in cri. C. de eden.* Fel. *in c. cauſam quæ. nu. 23. extra de teſtibus.* Vbi declarat hoc procedere inter eaſdem perſonas, vel quando iudex proceſſit ex officio; ſecus ſi inter alias perſonas, & quando criminale iudicium, inſtante accuſatore, intentatum fuit. Ioan. de Monte Sperell. *conſ. 115.* quem vide in materia. Maſcard. *de prob. lib. 1.*

*lib.1.concl.*351.*nu.*3.& voluit Rota in vna Mediolanen.fructuum,coram R.P.D. Pamphilio, Veneris, 20.Iunij 1598. in fine deciſionis, & in alia coram Illuſtr.D. Mantica in vna Turritana Tertiariæ,in qua pariter declarando reſoluit, quod cōfeſſio facta inter reum,& fiſcum in iudicio criminali,non nocet eidē reo in iudicio ciuili a parte intentato,quia interdiuerſas perſonas.

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

ILLVSTRISSIMI ET REVER. MI D.Serahini Cardinalis,

Romana Secretariatus, Veneris 26. Iunij 1592.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur magiſtraliter in hac deciſione,an & quandо bona dicantur fiſco incorporata, ad effectum, vt reſtitutus generaliter ad bona, illa non recuperet; & eſt materia peregrina, & non ita paſſim a Doctoribus tractata.

SVMMARIVM.

Officium dicitur fiſco incorporatū,quando a Principe fuit ſuppreſſum,& alicui collegio applicatum.nu.2.

Pecuniæ appellatio quandoque ſumitur in ſtricta ſignificatione,& quandoque in lata,& magis vniuerſali.nu.2.

Bona confiſcata,& in tertium alienata, dicuntur incorporata. num.3.

Reſtitutus ſimpliciter non recuperat bona in alium alienata, niſi hoc expreſſe caueatur.nu.3.& in addit.litera, A.vbi de materia.

Officiorum Vrbis proprietas ſpectat ad Papam.nu.4.

Poſſeſſio probatur ex perceptione fructuum.nu.4.

Bonorum incorporatio ad fiſci fauorem,ſatis arguitur ex ſequeſtro.nu.5.declaratur nu.9.

Pecuniæ appellatione ex vulgari vſu loquendi venit tantum pecunia numerata,præſertim quando poſt verbum pecunia,apponitur aliquod verbum, quod numerationem ſignificet.nu.6.

Bona non dicuntur fiſco incorporata,niſi fuerunt a fiſco poſſeſſa,aut inter eius bona deſcripta nu.6.

Reſtitutus recuperat etiam bona in alium alienata per fiſcum, non alienatione voluntaria,ſed neceſſariæ, vtputa quia illi debeantur iure fideicommiſſi vel alio iure non obſtate, quod in reſtitutione adſit clauſula,ſine præiudicio bonorum fiſco incorporatorum.nu.6.

Proemium ſignificat finalem cauſam diſpoſitionis.nu.7.& in add.lit.C.vbi de materia.

Mors ciuilis oriens ex capitis diminutione, æquiparatur naturali.num.7.

Voluntas diſponentis adhuc colligitur ex errore.nu.7.

Clauſula,quorum tenores &c. non poteſt facere vt in expeditione literarum apponantur contraria.nu.7.in fine.

Gratia,& reſtitutio per viam iuſtitiæ conceſſa,trahitur ad omnia bona etiam fiſco applicata, & cuicunque acquiſita,niſi in ipſa gratia,aut reſtitutione adſit clauſula,ſine præiudicio bonorum fiſco incorporatorum.nu.8.

Sequeſtrum bonorum confiſcatorum,quando habeat vim annotationis,& non incorporationis.nu.9.

Sequeſtrum,quod apponitur contra inuitum,non aufert Dominium nec poſſeſſionem.nu.9.

DECISIO XC.

1 FVit dubitatum, nonnullis præſuppoſitis,an officium Secretariatus comprehēdatur ſub clauſulis in commiſſionibus contentis, & præcipue ſub clauſula, quatenus dictum officium Secretariatus non comprehendatur ſub pecunijs diſtributis,ſeu bonis cameræ Apoſtolicæ incorporatis, & non alias: Occaſionem dubio dedit, quia in hac cauſa tres impetratæ fuerunt commiſſiones.Prima obtenta per D.Cæſarem,in qua committitur cauſa recurſus, & reclamationis aduerſus ſententiam Gubernatoris contra ipſum latam,in qua adeſt clauſula, ſine præiudicio pecuniarum diſtributarum, & bonorū fiſco incorporatorum.Altera,quia idem D.Cæſar obtinuit ſibi aperiri os contra motum proprium felic. record.Gregorij XIII.ſuper ſuppreſſione Secretariatus officij eiuſque applicatione collegio DD. Secretariorum,in qua adeſt clauſa, ſine præiudicio pecuniarum diſtributarum, & bonorū fiſco incorporatorum. Tertia fuit obtenta a præfatis DD.Secretarijs auocatoria a camera;& commiſſa cauſa in Rota cum clauſula,quatenus dictum officium Secretariatus non comprehēdatur ſub pecunijs diſtributis,ſeu bonis cameræ Apoſtolicæ incorporatis, de quibus in dictis clauſulis, & non alias. Prætendebant itaque DD. Secretarij præfatum officium ſub dictis clauſulis comprehendi,ac vere fuiſſe fiſco, & cameræ Apoſtolicæ incorporatum,ex pluribus.

2 Et primo, quia cum Papa ſuppreſſerit dictum officium,illudque collegio Secretariorum applicauerit, in neceſſarium antecedens dicitur illud fiſco incorporaſſe. *l. ſi quando. C. de bon. vacan. lib.*10.quia niſi prius incorporaſſet,in collegium transferri non potuiſſet. *l. ſi filius. C. de donatio.* Bald. *in l. ſi quis. num.*4.*C.fin.regund.* Confirmatur,quod ex quo fuit ſuppreſſus titulus officij,remanſerunt tantum emolumenta ex dicto officio prouenientia; quæ in pecunia numerata conſiſtunt; & idcirco cadit ſub exceptione illa pecuniarum diſtributarū, ſiue capiamus pecunias in ſtricta ſignificatione, iuxta gl. *in l.*2. §.*creditum. in verbo,pecunia.ſi cert.pet.*ſiue in lata, & magis vniuerſali,iux.tex.*in l.pecuniæ verbum, de verb.ſignificatio.*& Dec.*in d.*§.*creditum.nu.*2. Cuman. *conſ.* 162.*nu.*2.

3 Secundo hoc idem confirmatur, ex quo Papa donando, ſeu alienando bona confiſcata,dicitur prius incorporaſſe,& ideo non veniunt in ſimpli
a ci reſtitutione,[a] neque recuperantur,niſi hoc caueatur expreſſe, vt per Ang. *in l. gallus.*§.*& quid ſi tantum.nu.*14. Aret. *num.*22.*de liber.& poſthum.*

Iaſ.

Digitized by Google

Iaſ. *in l. fin. nu. 16. de conſt. Princip.* Catd. *in c. quia di ligentia. in 2. quæſt. de elect.* Fely. *in c. inter quatuor. nu. 4. de maior it. & obedient.*

4 Tertio, quia per huiuſmodi applicationem fiſcus conſequitur emolumentum ſtā ratione proprietatis, cum proprietas officiorū ſit Papæ, quā ratione emolumentorum, cū pluris veneant huiuſmodi officia propter hanc applicationem, & ita eſt in poſſeſſione huiuſmodi emolumentorū, vt per Bar. *in l. 2. C. de acquir. poſſeſſ.* Dec. *conſ.* 400. *verſ.* 2. ex perceptione cum alijs.

5 Quarto quia ad inſtātiā fiſci factum fuit ſequeſtrū, & inhibitio, ne admitteretur ſucceſſor in dicto officio, neue amplius ſoluerētur d. Cęſari fructus dicti officij, q ſatis arguit incorporationē. *d. l. ſi quādo, & ibi gl. in verbo, ratione. C. de bo. vac. l.* 10.

6 His tamen nō obſtantibus fuit per Dominos, nemine contradicente, deciſum, dictum officium ſub præfatis clauſulis non contineri. Nā vt alias fuit in hac cauſa deciſum, ex vulgato vſu loquendi, pecuniç appellatione venit tantum pecunia numerata, Rebuff. *in l. pecunia. de verb. ſignif.* maxime ſtante illo adiuncto diſtriburarum, quod conuenire non poteſt officio, & quod fuit additum, & bonorum fiſco incorporatorū, quod oſtendit verbum, *pecuniarum*, non in genere, ſed in ſpecie ſumptum fuiſſe, ad Bar. *in l. alis ſcriptura. de leg.* 1. Neque etiam venire poteſt appellatione bonorum fiſco incorporatorum; cum neq; per fiſcum poſſeſſum fuerit neque inter eius bona deſcriptum, Bat. *in l. 1. §. eligitur, de vent. in poſſ. mitt.* ſed quod pręcipuum eſt, Papa non habuit officiū pro confiſcato, ſed applicauit collegio, vti illi debitum ex diſpoſitione Innocentij VIII. quo caſu quando fiſcus ſequuta confiſcatione bonorū, tradit aliqua bona, quę ex præcedenti aliqua diſpoſitione, puta fideicommiſſo, ijs, quibus debētur, tunc illa bona non dicuntur confiſcata, neque fiſco incorporata, eaque ſequuta reſtitutione etiam cum clauſula, præterquam ad bona in a

b alium tranſlata, recuperātur per reſtitutum, [b] vt tract. communiter Doctores *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum.* vbi Alex. *nu.* 13. Iaſ. *n.* 74. *de liber. & poſthum.* Natt. *conſ.* 471 *nu.* 2. Egid. *deciſ.* 743. *&* 744. Rol. a Valle *conſ.* 45. *nu.* 25. *lib.* 4.

7 Quod autem applicatum fuerit officium collegio, vti illi debitum, patet ex lectura Motus proprij, ex cuius procemio, ſecundum cōmunes con

c cluſiones, colligitur finalis [c] cauſa, quare Gregorius voluerit declarare officium hoc ſpectare ad b collegium DD. Secretariorum, vt trad. Bar. Bal. Ang. & Imol. *in l. vlt. per illum tex. iuncta gl. in verbo, modus, in fine, de hered. inſt.* cum pluribus cumulatis per Tiraq. *in tract. ceſſan. cauſ. limit. prima, nu.* 64. ex quibus tollitur, quod ex aduerſo dicitur, hanc fuiſſe cauſam impulſiuam. Nam Gregorius applicauit, quia opinatus fuit deberi collegio ſtāte priuatione, & capitis diminutione, ex qua oritur mors ciuilis, quæ naturali æquiparatur, maxime cum intellexerit vacare per ceſſum, vel deceſſum, in quo licet deceptus fuerit, tamen adhuc ex tali errore colligitur intentio; aut ſi hoc negetur, tollitur conſenſus, ita vt applicatio corruat ex defectu intentionis, non obſtante, quod adſit clauſula, quorū tenores, quæ nō poteſt facere, vt contraria narratis in expeditione literarum apponātur, prout alias reſolutum fuit in vna Caucoram Illuſtriſs. D. meo Lancellotto.

8 Et ex his tollitur argumentum, quod ſumitur ex antecedenti neceſſario; Nam ad effectum applicationis, antecedens neceſſarium erat vacatio per mortem naturalem, vel ciuilem, non autē incorporatio, cum ſine facto hominis ſtatim poſt deceſſum Cęſaris deberetur officium collegio ex diſpoſitione Innocentij VIII. vnde cum reſtitutio hæc ſit per viam iuſtitiæ, non gratiæ, ea indiſtincte trahitur ad omnia bona cuicunque acquiſita, & etiam comprehenderet fiſco applicata, niſi adeſſet clauſula ſupradicta, vt per Cuman. *in §. & quid ſi tantum. vbi Iaſ. nu.* 73.

9 Neque obſtant ſequeſtra, quia emanarunt poſt ſuppreſſionem, & applicationem officij: vnde nō poſſunt habere vim incorporationis, ſed annotationis tantum, ſiue deſcriptionis bonorum condemnati. *l. 2. & fin. de requir. reis.* Ang. *in trac. de ſeque. ſt. ad finem,* vltra quod ſequeſtrum, quod contra inuitum apponitur, non aufert dominiū, nec poſſeſſionē. Bar. & alij *in l. intereſſe. de acquir. poſſ.* Abb. *in c. examinata. nu. 14. de iud.* Curt. *in tract. de ſequeſtr. quæſt. 20. nu.* 71. Gram. *deciſ.* 51. *nu.* 2.

10 Vltimo non obſtat conſideratio illa vtilitatis fiſco Principis prouenientis, quia de hac re nō eſt habenda ratio, cum veniat in conſequentiam quandam venditionis officiorum: Nos verò agimus de confiſcatione, & incorporatione officij, quæ cum facta non fuerit, vtique non obſtant clauſulæ commiſſionum d. Cæſari; & ex his virtualiter ſublata ſunt omnia, quæ ex aduerſo deducta fuerunt, & ita concluſum.

ADDITIONES.

a *Reſtitutione.* Reſtitutus, & rebannitus, an, & quando recuperet bona confiſcata non facta mentione bonorum, nemo eſt, qui hanc materiam melius pertractet quam D. meus Farinac. *in ſua pract. crim. p. 1. quæſt. 6. nu. 28. & ſeqq. pluribus,* & in ſpecie an etiam eadem reſtitutio, ſeu gratia trahatur ad bona in alium translata, & alienata, vide ibidem *nu. 33. & ſeqq.* vbi ponitur regula negatiua cum pluribus ampliationibus, & limitationibus.

b *Reſtitutum.* Licet in hac deciſione aſſeratur, communem eſſe Doctorum opinionē, quod gratia, ſeu reſtitutio trahatur etiam ad bona penes tertiū exiſtentia, & quę ad eundem tertiū peruenerunt ex alia diſpoſitione, quam Principis, ſeu fiſci, vide tamen Menoch. qui de communi contraria opinione teſtatur *in tractat. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 46. num. 9. verſic. ſecunda fuit opinio,* cum qua etiam conſentiunt plures alij relati per eundem D. meum Farin. *d. quæſt. 6. num. 36. in prin. & nu.* 37. vbi articulum difficilem exiſtimat, & pro reſolutione remittit ſe ad ſcripta per nonnullos Modern. ibi per eum allegatos, ad quos etiam te remitto.

Fina-

c *Finalis.* Ad idem quod præfatio, ſeu procemiū alicuius diſpoſitionis, diſponētis mētem arguat, & cauſam finalē deſignet, & quod propterea ſubſequentia verba ab ipſa præfatione, & procemio interpretationem capiant, allegatur tex. *in l. fina. ff. de hæred. inſtit. & in l. 1. ff. ad Macedon.*. Aym. *conſil.* 301. *num.* 2. Grat. *reſponſ.* 52. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. Afin. *conſi. crim. diuerſor.* 114. *num.* 8. *tom.* 2. *in folio.* Roland. *conſil.* 67. *num.* 70. *& ſeqq. & num.* 84. *lib.* 3. Cæphal. *conſil.* 94. *num.* 2. *lib.* 1. *& conſil.* 246. *nu.* 39. *lib.* 2. *Deciſ. Pedemon.* 52. *num.* 10. *& ſeqq. & Deciſ.* 59. *num.* 5. *&* 6. Burſat. *conſil.* 245. *num.* 6. *lib.* 4. Apud quos plures alios concordantes Doctores reperies, quamuis Sarmientus *ſelectarum interpretationum lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 1. *&* 2. dixerit, & probare nitatur, leuiſſimum eſſe iſtud argumentū ſumptum a verbis procemij, & præfationis.

Fam. Cent. V. I, D. Galeſ.

M E L L I N I.

Mediolanen. Pecuniaria Mercurij 1. Iulij 1592.

ARGVMENTVM.

Improbatur pactum, quod facta dilatione ad ſoluendum, debitor teneatur creditori dare quinque pro centenario.

S V M M A R I V M.

Promiſſio ſolutionis damnorum, & intereſſe propter dilationem temporis inualida eſt, quando creditor dilationem non feciſſet abſque ſolutione dicti intereſſe. nu. 1.
Dilatio temporis non recipit certam ſolutionem. nu. 1.
Intereſſe certum taxari non poteſt pro tempore futuro. num. 2.
Factum de ſtando iuramento creditoris ſuper damnis, & intereſſe, valet, & intelligitur arbitrio boni viri, nec procedit niſi prius verè conſtet de damno illato. num. 3. & in addit. lit. A. vbi alia ad materiam huius pacti.
Statutum quod credatur iuramento damnum paſſi, an valeat, & quando, & generaliter de materia in add. lit. A.

DECISIO XCI.

1 FVit reſolutum, contractum anni 1586. non poſſe ſubſtineri ob eam potiſſimè rationem, quia continet promiſſionem ſolutionis damnorum in futurum, propter dilationem temporis, cui dilationi, vt in inſtrumento legitur, alias D. Andreas, abſque ipſa promiſſione, non cenſenſiſſet, & dilatio temporis non recipit certam æſtimationem. Ioan. Andr. *in c. ſalubriter. de vſu.* cum alijs per Roland. a Vall. *conſi.* 55. *nu.* 20. *vol.* 2.

2 Tanto magis, quia eſt taxatio intereſſe certū pro tempore futuro, quod eſt illicitum, Bald. *in l. rogaſti. §. ſi ſibi ff. ſi cert. pet.* Dec. *conſ.* 119. *nu.* 3. *& conſ.* 183. *nu.* 3. & fuit pluries reſolutum in Romana ſocietatis coram Illuſtriſſimo Cardinali Lancellotto, Romana item ſocietatis coram Cotta, Mediolanē. Cambiorum coram S. D. N. & alias ſepiſſimè.

3 Nec obſtat, quod valer iſtud pactum de ſtan-
a do aſſertioni creditoris cum iuramento, [a] quia Bartol. & alij, quos refert & ſequitur Cagnol. in *l. vnica, nume.* 114. *C. de ſenten. quæ pro eo, quod int.* citati per informantes pro D. Andrea loquūtur in ſimplici pacto non continente certum intereſſe, & putāt valere, quia intelligitur arbitrio boni viri, & iuxta diſpoſitionē iuris adeo, quod ſtante iſto pacto, non ſtatur declarationi damnū paſſi, niſi conſtet verè de damno illato. Natta *cōſil.* 450. *nu.* 12. & fuit reſolutum 19. Menſis præteriti coram me in vna Romana Cambiorum de Grandis. In caſu autem iſto excluditur arbitriū boni viri, & non eſt neceſſaria probatio damni, quia pactum eſt clarum, quod præcedente iuramēto damnum poſſit liquidari ab Andrea ad rationem quinq; pro cētenario, ideo eſt illicitum.

A D D I T I O

a I*Vramento.* Regulare, eſt valere pactum, quod de damnis, & intereſſe credatur iuramēto dānum paſſi, ſecundum Bal. Alberic. Saly. Iaſ. & cōmuniter omnes *in l. ius iurand. quod ex conuentione ff. de iur. iurand.* ſic & pariter valere ſtatutum, quod damnum paſſi iuramento credatur ſuper illato damno, communiter omnes infraſcripti Doctores admittunt; Verum quādo hæc procedant, & quando nō, ſi quis percipere voluerit, omiſſis aliorum antiquorum authoritatib. adeat ampliantes, limitantes, & declarantes Socin. *reg.* 380. Roman. *ſing.* 259. Arnon. *ſingul.* 45. Marſil. *ſing.* 338. 357. *&* 957. *& in tracta. de banniτis in verbo, Villa, num.* 30. *& ſeqq.* Cepoll. *conſil. ciuil.* 29. *& caute.* 210. Firman. *in repert. in verbo, damni illatio, num.* 43. Alex. *conſ.* 47. *num.* 7. *& conſ.* 130. *incipiente, difficultas, lib.* 1. Grat. *reſponſ.* 154. *part.* 2. Tiraquell. *in tractat. Res inter alios acta fol. mihi* 12. *a tergo verſicu. a quo non longe abeſt. in parua impreſſione.* Ange. *de maleſ. in verbo, nec non denuncia, num.* 18. Cagnol. *in l. curabit, num.* 56. *C. de action. empt.* Plot. *de in lit. iuran. num.* 356. 610. *& ſeqq. &* 830. *ſecundum antiquam impreſſionem, & §.* 45. *num.* 4. *&* 5. *ſecundum vltimam impreſſionem, & latius in eius repertorio, in verbo damnum paſsi, &c. per plures verſiculos.* Phanuc. *in tractat. de iur. iurand. in lite, part. ſecunda in princip. ſub num.* 21. Boſſ. *in titul. de captura, num.* 43. Anchar. *regien. quæſtio.* 33. *nu.* 16. *par. ſecunda.* Catell. Cotta *in memoral. in verſicul. ſtatuto ciuitatis Mediolani cautum reperitur fol. mihi* 657. *& ſeqq. alias* 824. *& ſeqq.* Viu. *opin.* 787. Maſcar. *de probat. concluſ.* 471. *numero* 441. *libro* 1. *& concluſ.* 934. *numero* 35. *& ſeqq. & concluſio.* 1003. *numero* 48. *& concluſ.* 1039. *numero* 8. *& libro* 2. Caballin. *in tractat. de euictione §. tertio. quæſtio.* 18. *numero* 156. *& ſequen.* Franc. Turzan. *opin.* 101. *nume.* 4. *in fine, & opin.* 116. Stracc. *in tracta.*

de mercatura,tit.de contrac.merc.n.6. Clar. *in prac. §.fi.q.82.verſ.quaro nunquid ſtante &c.* Menoc. *de recuper.poſſ.remed.15.nu.357.* Aym. *in pract. §.32. cap.30.fol. mihi 470.in nona præſertim ampliatione.* Rol. *conſ.87.lib.4.* Franc.Marc. *deciſ.456.p.2.* Bonac. *in queſt.cri.in tit.de damno dat.verſ.2.incipiente,ſtante ſtatuto.* Scraph. *de priu.iuramenti priu.31. nu.8.& ſeqq.* Ant.Theſ. *Deciſ.Pedem.68.*

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Arigoni Cardinalis.

Burgen. Abbatiæ 2. Aprilis, 1593.

ARGVMENTVM.

Agitur in hac deciſione de nõnullis ſuſpicionibus falſitatis obiectis aduerſus ſupplicationem, & cõcluditur ex illis non diminui de fide dictę ſupplicationis.

SVMMARIVM.

Falſitatis ſola ſuſpicio in ciuilib. habetur pro falſitate.nu.1.

Falſitas præſumitur ex additionibus in ſupplicatione repertis.num.1.

Falſitas ſupplicationis præſumitur, quando in ſupplicatione, non ſeruatur ſolitus Datariæ ſtylus.nu.1.in fine & in additis.lis.A.vbi generaliter,an & quando præſumatur falſitas,ex diuerſitate ſtyli,& ex eo quod a ſolito recedatur, aut quid ſimile.

Falſitatis ſuſpicio omnis excluditur in ſupplicatione quamuis apoſtillata,& caſſa, quando illa concordat cum registro. nu.2.& ſeqq.

Falſitatis ſola poſſibilitas non facit præſumptionem contra eũ, qui falſitatem cõmittere potuit,quod declaratur in nu.3.

Falſitas ex additionibus,et caſſationibus ſupplicationis nõ pręſumitur in Datario,& alijs Datariæ officialibus.nu.3.

Datarius,& officiales Datariæ habent ampliſſimam facultatẽ addendi,& caſſandi ſupplicationes ſignatas etiam poſtquam peruenerunt ad regiſtrum.nu.3.

Falſitatem committere nemo præſumitur, circa id quod in nihilo ſibi erat proficuum.nu.5.

DECISIO XCII.

1 DVbitaui, an ſupplicatio Gregorij ſuper Abbatia per eum obtenta, ſit ſuſpecta de falſo, ad effectum, de quo agitur: & pro parte Antonij Ordones dicebatur, quod in ciuilibus ſola falſitatis ſuſpicio habetur pro falſitate. Arch. & Gẽ. *in c.in memoriam.19.diſt.in.* Alex. *in conſ.77.n.6.li.1.* Dec. *in conſ.443.nu.28.*& prætendebatur extare multas ſuſpiciones de falſo,& pręcipue circa illas additiones, *ſiue per inhabilitatẽ ſiue per ſimoniæ labem*; Et quia etiam non fuit in illius expeditione ſeruatus ſtylus ſolitus [a] Datarię,& circa nonnulla alia,de quibus per informantes.

2 Nihilominus fuit reſolutum,huiuſmodi ſuſpiciones nihil releuare, prout quoq; fuit reſolutũ de anno præterito coram R.P.D.Giptio,& vnico fundamento fuit dictum omnia in cõtrarium deducta poſſe tolli; Nam cum iſta ſupplicatio cõcordet cũ regiſtro,& antequam regiſtraretur nõ perueniat ad manus principalis, licet aliquando permittatur, vt illam poſſit videre, ceſſat prorſus omnis ſuſpicio, quod Gregorius commiſerit aliquam falſitatem.

3 Et in nulla conſideratione fuit habitũ id,qđ dicebatur reſpectu officialium, & quod potuerunt corrumpi aliqui ex officialib. in poſſe quorum exiſtebat ſupplicatio, & quod mediante illorum perſona Gregorius commiſerit falſitatem; quia hæc ſola poſſibilitas nõ ſufficit in huiuſmodi materia, cum Datarius, & alij officiales habeant ampliſſimam facultatem caſſandi, vel delendi nõ ſolum poſtquam perueniret ad regiſtrum, vt poſt alios per Sarn. *in reg.de iur.quæſ.nõ tol.q.20.ſub nu.3.*& ideo quicquid fuit factũ ab officialibus, cenſetur geſtum iuxta facultatem, & poteſtatem eorum, & non vt committerent falſitatem ad inſtantiam Gregorij.

4 Vltra quod iſta prętenſa caſſatura circa valorem,& quod antea eſſet expreſſus ad 24.& quod poſtea fuerit alteratus,& mutatus ad 1700. Domini dixerũt, ex inſpectione ſupplicationis, quæ fuit extenſa in omnibus de anno præterito in alia poſitione iſtius cauſæ, non conſtare;& quanuis videantur impugnatæ literæ, tamen non ſequitur quod antea valor expreſſus eſſet duc. 24.& aliquando impugnantur literæ circa valorem ab ipſis officialibus,& Reuiſoribus, vt facilius illico reperiri,& videri poſſit.

5 Et circa illas additiones, *ſiue per inhabilitatem, ſiue per ſimoniæ labem*, eſt potius præſumptio pro non falſitate, quia cum Gregorius haberet in ſua gratia clauſulas generales, per quas cõprehendebantur pręfati modi vacãdi, ceſſare debet omnis præſumptio; quod Gregorius voluerit committere falſitatẽ circa id, quod in nihilo ſibi erat proficuum, vt poſt Marſ. *in conſ.77.col.2.*& Alex. *in conſ.15.* trad. Aym. *in conſ.75.nu.17.*

6 Circa expeditionem contra pręten ſum ſtylum & ſolitum Datarię,& cętera alia, fuit reſponſum in deciſ. coram R.P.D.Giptio, a quibus reſponſionibus noluerunt Domini recedere, cum nil noui releuans adducatur,& iudicarunt ſtandum eſſe in deciſis.

ADDITIO

a *Stylus ſolitus.* Quod ex inſolito ſtylo ſcriptura redarguatur de falſitate ex eo, quod recedẽs a ſolito ſuſpectus ſit,& alia ſimilia, habenẽ per Aym. *conſ.28.nu.5.* Mandel. *conſ.99.in fine.* Menoch. *de arbitr.queſt.lib.2.caſ.187.nu.45.* Cæph. *conſ.287. nu.26.* Ioſeph.Lud. *deciſ.Lucen.13.nu.22.* Decia. *conſil.100.num.19.lib.2.* Maſcard. *de probat.lib.2.*

conch.

*concl.*740.*nu.*38.*& concl.*1094.*n.*35.*&* 36. vbi declarat hoc procedere, dummodo recedatur a ſolito in ſubſtãtialibus; ſecus in nõ ſubſtantialibus, *& lib.*3.*concl.*1341.*nu.*28.*ſeqq.* vbi de ſubſcriptione contra ſolitũ ſubſcribentis ſtylum, & in ſimili faciũt quę de pręſumptione doli ſcripſit D. meus Farin. *in ſua pract. crim. p.* 2. *tit. de p.æn. temper. quæſt.* 89.*nu.*122.*& ſeqq.*

Fam. Cent. I.V.D. Galleſ.

ILLVSTRISSIMI, ET REVER.MI D. Seraphini Card.

Burg. Iuriſdict. Mercurij 5. *Maij* 1593.

ARGVMENTVM.

Ex iuriſdictione alicui limitatiue conceſſa procedendi in aliquibus delictis, alijs quibuſuis delictis excluſis, & exceptis, non cenſetur conceſſa poteſtas contra non ſubditos turbantes ſuam iuriſdictionem.

SVMMARIVM.

Dictio, quibuſuis, eſt vniuerſalis, & omnia cõprehendit. nu. 1.
Omnia qui dicit, nihil excludit. nu. 1.
Iuriſdictio, quæ ob delictum acquiritur in non ſubditum, acquiritur ſine vlla limitatione. nu. 2.
Turbantes iuriſdictionẽ iudicis efficiũtur ſubditi illi iudici, & illius iuriſdictioni etiã, quod alias non eſſent ſubditi. n. 3.
Delictum vnius particularis perſonæ non dicitur delictum collegij, ſeu vniuerſitatis, nec illi præiudicare debet. nu. 4.

DECISIO XCIII.

1 Fvit dubitatũ, an R.D. Archiepiſcopus poſſit procedere ſolus cõtra Capitulares impedientes illum vti iuriſdictione ordinaria extra caſus, & perſonas in concordia non comprehenſas. Et fuit per Dominos concluſum, nemine diſcrepante, non poſſe, pp verba cõcordię, quæ ſunt valde vniuerſalia, & comprehendunt omnes exceſſus tã graues, quam leues; vtitur. n. verbo, quibuſuis, gl. & Doct. *in c. ſuſceptum. de reſcript. lib.* 6. Rot. *deciſ.* 1 *in nou. eod. tit. & in antiq. deciſ.* 43. & qui omnia dicit, nihil excludit. *l. Iulianus. de leg.* 3.

2 Neque obſtant ex aduerſo allegata; nam in genere reſponderi põt, ea loqui in caſibus, in qbus neq; a iure, neq; ab homine limitata reperitur iuriſdictio; Nã ea, quę ob delictũ acquiritur in non ſubditũ, acquiritur ſine vlla limitatione; hęc verò iuriſdictio, quę cõpetit Archiepiſcopo in Capitulares, eſt limitata per concordiã, neq; delictũ facit, vt maiorem acquirat, cum in omnibus delictis data ſit forma procedendi, quæ eſt ſeruanda.

3 Præterea, quòd magis acquirat iuriſdictionem contra turbantem, id fit, vt poſſit impedimẽtum quod præſtatur, remouere, quoties præſtatur a non ſubdito; quòd ſi a ſubdito, debet in eum procedere iuxta iuriſdictionem quam habet, & ita procedunt omnia allegata.

4 Neque hic poteſt prætendi ob delictũ amiſſum priuilegium procedendi iuxta formam concordię, quia delictum vnius particularis non eſt delictum Capituli, de cuius præiudicio ageretur, ſi vellemus hoc caſu ei iuriſdictionem auferre; Nõ .n. debet delictum particularis Canonici inferre præiudicium iuri Capituli, cum aliud ſit, quod quid fiat vti a particulari, vel vti a Capitulo. Alex. *conſ.* 114.*nu.*12.*lib.*4. Plot. *in l. ſi quando. num.* 832.*C. vnde vi*, & ita concluſum.

ILLVSTRISSIMI ET REVER.MI D. Serahini Cardinalis.

Auerſana Beneficij, Lunæ, 5. *Iulij,* 1593.

ARGVMENTVM.

Appellare an, & quando liceat a ſententia lata in crimine ſimoniæ, a mixto exequutore, & an etiam mixtus exequutor procedere debeat cum cognitione cauſæ, & quomodo.

SVMMARIVM.

Exequutor datus ad conferendum beneficium in forma iuris per vacationem ob ſimoniam contractam, dicitur mixtus exequutor. nu. 1.
Exequutor mixtus tenetur aſſumere partes iudicis, & procedere cum cauſæ cognitione. nu. 2.
Exequutor mixtus cenſetur deputatus per clauſulam, vocato &c. nu. 1.
Appellare licet a ſententia lata per exequutorem mixtum. num. 1.
Exequutoris mixti poteſtas eſt tantum contra contradictores de facto, non autem contra contradictores de iure. nu. 1.
Exequutor mixtus ſi pendente tempore ad appellandum a ſua ſententia proceſſerit ad illius exequutionem, dicitur attẽtare, & omnia per ipſum geſta ſunt nulla. nu. 1. *in fine.*
Appellare regulariter non licet a ſententia ſimoniæ, declara quia datur tamen appellatio a ſententia collationis beneficij vacantis propter ſimoniam, lata a mixto exequutore; declara ſecundo, vt non detur appellatio, quando ſimoniacus eſt notorius, uel confeſſus, uel ſi eſt occultus, ſimonia eſt reſpectu ordinationis; ſecus quando eſt occultus, & ſimonia eſt ſuper beneficio, quia tunc datur appellatio. num. 2.
Clauſula, conſcientiam tuam oneramus, appoſita in deputatione mixti exequutoris ad conferendũ beneficium propter ſimoniam, refertur tantum ad identitatem prouiſi Apoſtolici, & non ad alia. nu. 3.

DECISIO XCIV.

1 DOmini concordes fuerunt, vt detur manda
tum de manutenendo Ioanni Andreæ, de
cuius anteriori poſſeſſione conſtat, non obſtan-
tibus turbationibus Michaelis, cuius poſſeſſio
eſt attentata; quia exequutor datus ad conferen
dũ in forma iuris per vacationem ob ſimoniam
cõtractam, dicitur mixtus exequutor, & teneba-
tur aſſumere partes iudicis, & procedere cum cau
ſæ cognitione. *c. exhibita. de iud.* Abb. & Fel. *in c.
dudum. n. 24. de præſump.* & fuit reſolutum in vna
Neapolitana Sancti Andreæ de menſe Februarii
1569. corã bo. me. Finetto, præſertim ſtante clau
ſula, vocato Io. Andr. *c. licet. vbi gl. de præben. in 6.*
Rot. *deciſ. 30. de reſcrip. in nou.* Fel. *vbi ſupr. nu. 23.*
& a ſententia illius licuit appellare, cum non te-
neatur poſſeſſor ad verbũ mixti exequutoris de-
relinquere ius ſuum, cum eius poteſtas ſit tãtum
contra contradictores de facto, non autem cõtra
contradictores de iure. Franc. *in c. 1. n. 6.* & Gem.
nu. 11. de conceſſ. præb. in 6. Staphil. *in tract. de liter.
grat. in tit. de vi, & effect. clauſ. §. competenter. nu. 7.*
Reb. *de for. noui proui. in verbo, contradictores.* Put.
deciſ. 271. lib. 3. Achil. *c. 4. de ſent. excom.* & fuit di-
ctum in cauſa Piſcien. ſeu nullius capellaniæ de
anno 1578, coram Sanctiſs. D. N. & ideo cum e-
xequutor pendente tempore ad appellandum,
proceſſerit ad immiſſionem in poſſeſſionem, om-
nia geſta ſunt nulla, & attentata, & reuocanda,
Lap. *alleg. 1.* Mohed. *deciſ. 150.* & fuit dictum in
vna Nolana, 3. Maij, 1589. coram R. P. D. meo
Penia, & Ioannes Andreas, qui nũquam habuit
ſe pro ſpoliato, manutenendus eſt.
2 Non obſtat, quod a ſententia in crimine ſimo-
niæ lata, non detur appellatio, quia a collatione
datur, vt ſupra dictum eſt. Preterea licet a ſenten
tia ſuper ſimonia nõ detur appellatio, vt per Fel.
in c. ſicut. il 1. de ſim. Mars. *in Spec. tit. & quandoque
appellatur. nu. 298.* tamen hoc intelligendum eſt,
quando ſimoniacus eſt notorius, vel confeſſus,
vel ſi eſt occultus, ſimonia eſt reſpectu ordinis; ſe
cus, quando eſt occultus, & ſimonia eſt ſuper be-
neficio; tunc enim datur appellatio. ita declarat
Ioan. de Anan. *in d. c. ſicut. circa finem.*
3 Non obſtant illa verba, conſcientiam tuam o-
neramus, quia referuntur tãtum ad idoneitatem
prouiſi Apoſtoli, & ita concluſum.

M E L L I N I.

Corrimbrien. Decanatus, Veneris, 19. Nouembris, 1593.

ARGVMENTVM.

Monitorium ad perſonaliter comparen
dum, crimine nõ ſpecificato, nullum
eſt, pariter & ſententia contra con-
tumacem ferri non poteſt, niſi plene
& legitime delicto probato, Reoque
comparente, omnis contumacia re-
ſoluitur.

S V M M A R I V M.

Monitorium ad perſonaliter comparendum, & ad ſe defendendum ſine ſpecificatione criminum, nullum & inualidum eſt. nu. 1. & in add. lit. A. vbi de materia.

Monitorium emanatum a iudice delegato contra aliquem ad perſonaliter comparendum, nõ inſerta copia delegationis, nullum & inualidum eſt. num. 2. & in addit. lit. B. vbi de materia.

Sententia lata contra abſentem contumacem dicitur iniuſta, quando non eſt lata ex concludenti probatione delicti. nu. 3. & in add. lit. C. vbi declaratur materia.

Teſtis inimicus dicitur is, qui cauſas inimicitiæ habet. nu. 3.

Teſtes pro informatione curiæ non probant delicta, etiam quod contra contumacem procedatur. nu. 3. & in add. lit. D. vbi de materia.

Teſtes examinati contra clericos a iudice layco, & de mandato Principis ſecularis nihil probant. nu. 3. in fine.

Sententia dicitur contumacialis, quando iudex aliquem condẽnat propter abſentiam, & quia ſe non defendit in actiſq; non adeſt clara, & concludens probatio delicti. num. 4. & in add. lit. E. vbi de materia.

Sententia contumacialis per comparitionem reſoluitur. nu. 4. & in add. lit. F. vbi de materia.

DECISIO XCV.

1 DOmini concorditer cenſuerunt, ſentẽtiam
latam cõtra Decanum eſſe nullam, & iniu-
ſtam; & conſequenter reuocandã; & fundamen-
tum nullitatis fuit, quia Decanus fuit monitus
per edictum, vt perſonaliter compareret, ad ſe de
fendendũ ſuper criminibus, de quib. volebat eum
accuſare Promotor fiſcalis. vnde cũ iſtud moni-
torium ſit incertum, & generale ſine ſpecificatio
a ne [a] criminũ, ſententia eſt nulla. Rot. *deci. 7. nu. 2.
de re iud. in nouis*, præſertim cum Decanus longe
abeſt a loco, in quo erat citatus. *c. ſi primates. q. 2.*
Abb. *in c. præt. ſub n. 8. verſ. ego ſatis puto. de dilatio.*
2 Aliqui etiam exiſtimabant, ſententiam eſſe nul
lam ex alio capite, quia in monitorio nõ fuit in-
b ſerta [b] copia facultatis tributę Cardinali legato
per Breue, neque ſubdelegationis poſtea ab eo fa
ctę, Ang. *conſ. 8. ſub nu. 2. verſ. 2. quia.* Put. *decs. 1. de
conſuetud.* maxime, quia erat ꝓbata abſentia De-
cani, & agebatur de graui eius præiudicio. Rol.
a Vall. *conſ. 39. nu. 22. cum ſeq. lib. 1.*
3 Iniuſtitia viſa eſt Dominis clara, quia delicta,
c quæ in ſnĩa ſunt expreſſa, non probantur. [c] Nam
de eis deponit ſolum tertius teſtis examinatus in
hoc iudicio, qui non probat, quia eſt vnicus, &
quia affirmat ſe odio proſequi Decanum, ꝓpter
cauſas ab eo expreſſas. Tib. Decian. *reſp. 72. num.
21. lib. 3.* Alij vero teſtes examinati pro informa-
d tione [d] curiæ, non probant delicta. Bart. *in l. vlt.
in fine. ff. de quæſt.* Abb. *in c. graue. ſub nu. 9. verſic.
& aduerte de præb.* & fuit reſolutum in cauſa ciui-
tatis

Digitized by Google

tatis Caſtelli de Vitel. 16. Decemb. 1577. corã R. P. D. Decano tãto magis, qa ſunt examinati contra clericos a iudice laico, & de mãdato Ducis de Alu. *c. at ſi cle. de iud.* Abb. *c. 2. n. 12. ne cle. vel monac.*

Addebant D. ꝙ iſta ſententia fuit contumacia-
c lis,[c] quia iudex priuauit Decanũ ꝓpter eius abſẽtiã, & quoniam non ſe defendit, & in actis nõ adeſt clara, & cõcludens ꝓbatio delictorũ, vt fuit dictũ in dicta cauſa ciuitatis Caſtelli, & in cauſa Romana Secretariatus; ideo per cõparitionẽ ip-
f ſius fuit reſoluta [f] contumacia, & dẽt ei reſtitui ſuus Decanatus Antonio collatus. Achil. *deciſ. vnic. de abſol.* & fuit reſolutum in cauſa Romana Canonic. Sanct. Ang. 28. Febr. 1567. corã Cotta.

ADDITIONES.

a *Sine ſpecificatione criminum.* Quod non valeat monitorium ad perſonaliter cõparendum, & ad ſe defendẽdum, niſi exprimatur delictũ cum omnibus ſuis qualitatibus, a quo monitus ſe defendere debeat, faciũt latiſſime ſcripta per D. meum Farin. *in ſua pract. crim. p. 1. tit. de inquiſ. q. 1. nu. 11. & ſeqq.* vbi firmata concluſione, quod inquiſitio debeat eſſe certa, ſpecifica, & clara, continens in ſe omnes delicti qualitates, & circunſtantias taliter, vt reo defenſio non tollatur, & ꝙ proprerea non admittatur inquiſitio obſcura generalis, & incerta, eã ampliat, limitat & declarat plurib. modis, pluresq; facit illationes, de quibus ibi per eũ; & magis in ſpecie, quod prima citatio, ſeu monitoriũ, quod res abſenti tranſmittitur, debeat continere delictum, de quo quis inquiritur. Pariter & cum omnibus ſuis qualitatibus ponit, & declarat idem D. meus Farin. *vbi ſup. q. 11. n. 40.* Aduerte tamen, quod quando reus non citatur ad ſe defendendum ſuper delicto, ſub pęna ipſius delicti, ſed tanquam teſtis ad informandum curiam ſub aliqua mulcta, ſeu pęna pecuniaria, tunc non eſt neceſſe in ipſa citatione exprimere delictum, de quo curia informationẽ quærit, ſed ſat eſt, quod quis citetur ad informãdum ſuper nonnullis ad ipſam curiã ſpectantibus; ſic enim paſſim, & vbique ſeruatur, & declarat Boſſ. in tit. quomodo procedatur per præcepta. nu. 4. & ſeqq.

b *Inſerta copia facultatis.* Quando delegatus iudex citat, ſeu monet aliquem ad perſonaliter cõparendũ, & ad ſe defendẽdũ ſuper aliquo delicto an tunc teneatur in citatione, ſeu monitorio inſerere copiam ſuæ delegationis, & an ſaltem ſufficiat, quod ipſe ſe delegatũ aſſerat, & an in hoc ſit ei credendum, vide omnino Menoc. *conſ. 100. nu. 71. & ſeqq.* & Deci. *qui conſuluit in eod. caſu in conſ. 18. nu. 156. & ſeqq. lib. 1.* & quid de Cardinali legato, ſeu delegato, vide D. meum Farin. *in ſuo tract. de teſtib. quæſt. 63. nu. 55. & ſeqq.*

c *Probantur.* Aperte ex iſta deciſione colligitur, ſnĩam eſſe iniuſtam, ſi lata fuerit cõtra abſentem contumacem, ex nonconcludenti probatione; & hoc de iure bene poſſe procedere, aperte ẽt colligitur ex cumulatis per D. meũ Farin. *in ſua pract. crim. p. 1. tit. de inquiſ. q. 11. poſt num. 16. verſ. imò in caſu exequutionis.* ſed certe quicquid ſit de iure, tã de ſtylo, quam vigore Bullarum Apoſtolicarum in vrbe, & ſtatu eccleſiaſtico, videtur ſufficere, ꝙ ipſa ſententia iuſtificetur ex legitimis pręcedentibus ad inquirẽdum, indicijs, prout alias tenuit Rota in vna Romana Notariatus coram Orano ſub die 12. Febr. 1588. de qua deciſione, mentionem facit idem D. meus Farin. *vbi ſupra d. nu. 16. verſ. 1. tamen, & per totum d. nu. 16.* vbi more ſuo late difficultatem explicat.

d *Pro informatione curiæ.* Ex hac eadem deciſione etiã colligitur, ꝙ teſtes pro informatione curiæ, & parte non citata, examinati, nec ẽt probãt delictũm, qñ proceditur contra abſentem, & cõtumacem. De qua quidem concluſione, ego valde dubito, quia prout bene deduxit D. meus Farin. *in ſua pract. cri. p. 1. q. 11. nu. 105. & in tract. de teſtib. q. 72. nu. 100. & ſeqq. & nu.* 108. quando proceditur contra abſentem, recipiuntur teſtes etiam parte nõ citata, & ex illis ꝓbatio reſultans optime ſubſequentem ſnĩam, & cõdemnationem iuſtificat; Nec facit cõtra Bar. allegatum in deciſione vna cũ Abb. loquuntur. n. qñ reus comparet ante cõdemnationem, quia tũc verum eſt, qđ teſtes examinati pro informatione curiæ nec etiam faciũt indicium, niſi ad ipſius rei faciem confrontentur aut ipſo citato repetantur, ꝑut pariter declarat idem D. meus Farin. *d. q. 72. nu. 94. & nu. 136.* verum ſi reus abſens citatus nõ comparet ante ſententiam, & cõdemnationem, vix crederem, teſtes pro curiæ informatione examinatos, non probare delictum, ꝑut videtur de mente huius deciſionis, & ſi recte põderetur deciſio illa ciuitatis Caſtelli corã R. D. Seraph. ſub die 16. Decemb. 1577. In hac eadẽ deciſione relata, & quã ẽt ponit idẽ D. meus Farin. *in ſua pract. d. q. 11. poſt n. 92.* Nõ vr̃ ex ea ꝓbari, ꝙ ex teſtibus informatiuis non ꝓbetur delictum generaliter, ſed qñ ſolum deponũt de auditu, & hoc non ꝑp defectũ citationis, ſed qa teſtimonium de auditu non eſt concludẽs teſtimonium; Cogita, qa per me dicta ſunt etiã cõformia cõi ſtylo, & conſuetudini ſubſelliorũ criminaliũ, in quib. nunq̃ vidi citare abſentes contumaces ad videndum examinari teſtes, nec etiã eos comparentes poſt cõdemnationem vnquam vidi citatos ad videndum repeti dictos teſtes.

e *Contumacialis.* Sententia, quando dicatur cõtumacialis, & quando ob delictum lata, nullus eſt, qui latius difficultatem explicet, quam D. meus Farin. *in ſua pract. crim. p. 1. tit. de inquiſ. d. quæſt. 11. nu. 91. & ſeqq.*

f *Reſoluta contumacia.* An & quando per comparitionem, contumacialis ſententia reſoluatur, comparenſque recuperet bona confiſcata, vide pariter D. meum Farin. *in ſua pract. cri. d. q. 11. nu. 83. et pluribus ſeqq.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

PAMPHILII, Decani Meritiſſimi.

Romana Cenſus Die 29. Decemb. 1593.

ARGVMENTVM.

Vſura an ſit, exigere fructus cenſus poſt illius reſolutionem: & an cenſus dicatur reſolutus, ob nõ adimpletas illius cõditiones, & relaxatum mandatum ob non adimplementum.

SVMMARIVM.

Intereſſe ob retardatam ſolutionem quando debeatur. nu. 1.

Fructus cenſus extincti, & reſoluti quando debeantur ob retardatam ſolutionem. nu. 1.

Fructus cenſus non debentur poſt illius reſolutionem ob nõ adimpletas conditiones, & poſt relaxationem mandati pro reſtitutione ſortis principalis. nu. 2.

Cenſus ſi durat non poteſt illius emptor repetere ſortem principalem. nu. 3.

Venditor cenſus poteſt quandocunque illum redimere, emptor autem non poteſt, etiam quod de hoc non adſit pactum in inſtrumento. nu. 3.

Cenſus dicitur reſolutus, & extinctus ſtatim, quod emptor pro reſtitutione ſortis principalis obtinuit mandatum. nu. 4. & in add. lit. A. vbi declaratur.

Factum iudicis reputatur factum partis. nu. 4. in fine.

Cenſus dicitur extinctus, & reſolutus in totum, quando emptor recipit aliquas pecunias ad cõputũ ſortis principalis. n. 5.

Cenſus non poteſt extingui pro parte, parte inuita. nu. 5.

Contractus dicitur reſolutus ex veriſimili mente contrahentium. nu. 5.

Promiſſio ſolutionis fructuum cenſus poſt illius extinctionem non valet. nu. 6.

DECISIO XCVI.

1 FVit reſolutum, non deberi fructus D. Magdalenæ; Quia aut illos prętẽdit ratione intereſſe, ob retardatam ſolutionem, & tunc non debentur, quia non concurrunt requiſita per Caſt. *in l. 3. ff. de eo, quod certo loco*, quẽ ſequitur Rota vt per Mohedan. *deciſ. 102. & deciſ. 208. in manuſcrip. & in impreſſis deciſ. 1. & deciſ. 3. tit. de vſuris.*

2 Aut vero eoſdẽ fructus prætendit ratione cenſus, & minus debentur; quia a die, quo ob nõ impletas conditiones, Magdalena ſuſcepit mandatum, pro reſtitutione ſortis principalis, ipſa ſors ceſſit in debitum, ita vt vltra eam non poſſint peti aliqui fructus citra vitium vſuræ. *c. plerumq; cũ ſeq. 14. q. 3.* Laur. de Rodulph. *in tract. de vſur. q. 1. nu. 1.* Couar. *variar. reſol. lib. 3. c. 1. nu. 1.*

3 Hæc enim ad inuicem ſe non compatiuntur, quod cenſus duret, & ſit in arbitrio emptoris repetere ſortem principalem, quando velit, quia licet venditori cẽſus ſit permiſſa illius redemptio, iuxta conſtitutiones Martini, Calixti, & Pij, emptori tamẽ eſt omnino prohibita, cum alias eſſet certus de lucro, Sott. *de iuſt. & iur. lib. 6. q. 5. art. 3. in 1. concl.* late Conrad. *de contract. lib. q. 84. in 5. cõcl.* Cou. *var. reſol. li. 3. c. 1. n. 4.* etiã ꝙ pactũ non ſit deductum in ſtipulatione, dummodo emptor aliunde ſit ſecutus, ſumm. Ant. *p. 2. c. ... nu.* 8. §. 14. *in fi.*

4 Et ideo cũ poſt relaxatũ mandatũ [a] fuerit in fa-
a cultate Magdalenę repetere pecuniam, quando vellet, ſtatim fuit cenſus reſolutus, etiam ꝙ non concurrat actus retrouenditionis, quia res deuenit ad caſum, a quo incipere non potuit, maxime ſtante mandato iudicis, cujus factum, reputatur factum partis *l. ſi ob cauſam. C. de euiction.*

5 Et in caſu noſtro ceſſat difficultas, ex quo Magdalena accepit ẽt pecunias ad cõputũ ſortis principalis, ex quo cõſtat, ipſam voluiſſe extinguere cenſum, non ſolũ pro rata pecuniarũ habitarum, ſed ẽt pro tota ſumma, cũ alias parte inuita non potuiſſet cenſus extingui pro parte, *ad l. tutor. §. Lucius. ff. de vſuris.* Iaſ. poſt alios *in l. quidam. ſub n. 4. ff. ſi cert. pet.* vltra quod concurrit relaxatio mãdati pro tota ſumma, quæ facit, vt ex veriſimili mente iudicis, & Magdalenę, contractus habitus fuerit pro indiuiſo, & in totum reſolutus. *ad l. Pedius. ff. de arbit.* Bar. *in l. grece. §. illud. ſub n. 4. ff. de fideiuſſ.* Alciat. *in l. 1. §. ſed ſi mihi. in rep. ſub n. 6. ff. de verb. oblig.* Pariſ. *cõſ. 12. n. 74. li. 2.* Aym. *cõſ. 170. n. 6.*

6 Nec aliquid facit, quod Marius promiſerit ſoluere fructus pro duobus tertijs, quoniã eius promiſſio, ſtantibus ſupradictis, fuit inualida, maxime cum ſit facta poſt translatum onus cenſus, pro illicitis habendis fructibus.

ADDITIO.

a *Mandatum*. Ad declarationem huius deciſionis, vide infra aliam deciſionem coram R. P. D. Litta in vna Romana Saluiani interdicti Veneris, 23. Iunij. 1600.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Arigoni Cardinalis.

Senogall. Fideicommiſſi, 9. Maij 1594.

ARGVMENTVM.

Subſtitutus in caſu, in quo hęres commiſerit aliquod homicidiũ, aut delictũ aliud ſimile, vel diſſimile, non põt ex hac ſubſtitutione ſuccedere ex alio delicto, quam ex illo, pro quo veniat cõfiſcatio bonorũ: non autem pro delicto, pro quo pęna tantũ pecuniaria imponitur, & per comparitionẽ contumacis ſententia propter contumaciam lata, bene reſoluitur.

SVMMARIVM.

Subſtitutus in caſu, in quo hæres commiſerit homicidium, aut aliquod delictum, ſimile, vel diſſimile, non cenſetur vocatus in caſu, quo dictus hæres quodcunque committat delictum, ſed tantum quando commiſerit delictum grauius ipſo homicidio, & pro quo veniat confiſcatio bonorum; alias ſecus. nu. 1.

Simile

Simile dicitur vbi adeſt eadem ratio,& ſequitur idem effectus, alias ſecus.nu.1.

Delictum diſſimile dicitur, quando vnum eſt grauius altero. nu.1.in fine.

Teſtamenti vna pars aliam declarat.nu.2.

Teſtator poteſt in caſu delicti hæreditatem alteri deferre,eamque ab hærede auferre,& in caſu quo hæres gratiam obtinuit,bona ad ipſum reuertantur.nu.2.in fine.

Subſtitutus in caſu delicti per hæredem commiſſi,non admittitur ad hæreditatem ex eo ſolum,quod hæres fuerit in contumaciam pro delicto condemnatus.n.9.& in add.lit.A.

Condemnatus in contumaciam,an dicatur cõdemnatus ex maleficio.nu.3.

Sententia contumacialis per comparitionem reſoluitur cum omnibus inde ſequutis.nu.3.

DECISIO XCVII.

1 PRæſuppoſito teſtamento q.Ioannis Benedicti de Theobaldutijs,& quibuſdam ſentẽtijs condemnatorijs latis contra Theobaldutium,& multis alij, propoſui dubium, an propter dictas ſententias poſſit prætendi aliquod fideicommiſſum?& omnes Domini concorditer dixerunt,nõ poſſe,cũ ſentẽtia lata ſenis eſſet pro leue delicto abſque confiſcatione bonorũ,& pro quo iuxta formam ſtatutorum,imponebatur modica pœna pecuniaria;& licet teſtator ſubſtituerit in euentũ, in quem hæredes ſui, vel alter eorum aliquid in futurum patrauerint, vel patrauerit homicidium, vel aliquod delictum ſimile, vel diſſimile &c. Nihilominus per huiuſmodi verba ſimile, vel diſſimile,non conſideràuit quodcunq; etiam minimum delictum,ſed tãtum graue, quod eſſet ſimile homicidio,ratione cuius bona eſſent confiſcãda; Nam vbi eſt eadem ratio, & ſequitur idẽ effectus,dicitur ſimile,alias non. Bal.Ang.Imol. *in l.qui liberis.in princ.ff.de vulg.& pupill.* Pariſ. *in conſ.107.n.62.vol.3.*& conſideràuit diſſimile,nempe,quòd eſſet grauius,ad trad.poſt Gul.de Cun. per Fel.*in c.paſtoralis.nu.2.verſ.3.facit. de reſcript.* & facit etiam,quia huiuſmodi pœnę, & ſubſtitutiones in caſum delicti,fiunt,per teſtatores,ad euitandas confiſcationes.

2 Et hoc confirmabant Domini,quia in eodem teſtamento in verbis præcedentibus teſtator fecerat mentionem de legitima vnius ex ſuis filijs confiſcata ex cauſa homicidij, vnde poſtea faciẽdo mentionem de delicto,& in talem caſum ſubſtituendo,dicẽdum eſt,intellexiſſe de delicto graui, propter quod bona eſſent confiſcanda, cum vna pars teſtamenti declaret aliam,& qualis fuerit volũtas teſtatoris;& eo maxime eſt ita dicendum, quia prout aliqui ex Dominis conſiderabant,teſtator in euentum,in quem Franciſcus alter filius bannitus propter homicidium eſſet rehabilitatus,& obtinuiſſet gratiam, voluit illum inſtituere hæredem, quod non feciſſet ſi abhorruiſſet ſolum delicta.

3 Dixerunt etiam,quod nec per ſententiam latã in Vrbe poteſt prætendi fideicommiſſum, quia fuit lata in contumaciam [a],& omiſſo,an bãnitus & condemnatus ex contumacia dicatur cõdemnatus ex maleficio, vt poſt alios per Alex. *in l.ſi mora.ſub nu.13.ff.ſol.matr.* tamen per comparitionem dicta ſententia vna cũ omnibus inde ſequutis euanuit. Fel.*in c.ex literis.n.16.*vbi etiam Dec. *nu.12.de conſt.* Achil.*in deciſ.vnic.in tit. de abſol.* & fuit reſolutum coram bo.me. Cotta in cauſa Romana canonicatus Sancti Angeli,& coram R.P. D.Decano in cauſa Romana Secretariatus.

ADDITIO

a *Contumaciam.* Hanc cõcluſionem ego putarem veriſſimam, quando iam non eſſet lapſus annus conceſſus condemnatus ab Apoſtolicis conſtitutionibus ad comparendum;ſed ſi lapſus fuiſſet annus,tunc omnino ſubſtitutum fore admittendum,arbitrarer, cum vigore earundem conſtitutionum ſententia,& condemnatio faciat tem notoriam,& tem iudicatam inducat, & abſque vlla prorſus exceptione in omnibus, & per omnia ſit exequutioni demandanda.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

MI

ILLVSTRISSIMI ET REVER. D.Serahini Cardinalis,

Romana Pecuniaria Die 14. *Nouembris* 1594.

ARGVMENTVM.

Agitur de quodam fideiuſſore in vna ſocietatis officii, qui pro ſua cautela, ex quo principalis debitor, pro quo fideiuſſerat, non erat nominatus, habuerat ab eodem debitore priuatam apocham ſub nomine confeſſati mutui eiuſdem quantitatis pecuniarum, contentarum in dicta ſocietate;ſed cum dictas pecunias rehabuiſſet ad effectum extinguendi ſocietatem,& propterea apocham prædictam reſtituiſſet, volebat tamen iterum exigere ſummam in ſocietate contentam,& ab ipſo ſolutã, eo quia fuerit erogata pro ſeruitio eiuſdẽ debitoris. Hinc fuit dubitatum an pecunia contenta in dicta apocha, ſit eadem, de qua in ſocietate. Materia licet prima facie ciuilis apparet, habet tamen annexum crimen, exigendi ſcilicet iterum debitum iam exactum;& ideo hæc deciſio inter alias,criminalem materiam ſapientes,fuit hic poſita.

contentarum in Apocha, fuit reſtituta Apocha, & ſimul etiam gemmę, & tamen ſocietas nō fuerat extincta; quod ſignum eſt, remanſiſſe ad commodum, & incommodum Iacobi.

9 Neque obſtat confeſſio Domini Conteſtabilis, quia cum ſocietas fuiſſet cœpta pro eius ſeruitio, bene dixit, quod eius onus ad ipſum ſpectabat, prout vere ſpectabat, antequam eſſet ſatisfactum Iacobo; quod oſtendunt verba illa dicta ad aurem Lippomano.

10 Poſtremò bene facit pro hac opinione, quam omnes Domini amplexi ſunt, tex. *in l. ſi ita fuero. ff. de nouat.* & doct. Bart. *in l. triticum. de verb. oblig.* & ita cōcluſum, pecunias ſolutas Dominis Sfortijs contineri in apocha, de qua agitur.

MI

ILLVSTRISSIMI ET REVER. D. Serahini Cardinalis,

Cartaginen. portionis, Lunæ, 14. Nouembris, 1594.

ARGVMENTVM.

Recurſus ad Curiam ſecularem præſumitur factus ad inſtantiam eius, de cuius intereſſe agitur; Et in hoc creditur ſimplici copię: Et ſi quis recurrendo ad ſeculares Iudices impediuerit ſe citari, habetur pro citato: Et an, & quando exequutio citationis per Notarium pręſentatę, faciat fidē ſine teſtibus.

SVMMARIVM.

Recurſus ad Curiam ſecularem, omniaque inde ſequutas præſumuntur facta ad inſtantiam partis intereſſe habentis. num. 1.

Recurſus ad Curiam ſecularem recipit interpretationem contra partem recurrentem. nu. 1.

Recurſus ſecularis ſimplici copiæ fides datur. nu. 1.

Impediens quo minus citetur, habetur pro citato. nu. 1. in fine.

Citationis exequutio vt fidem faciat, requirit teſtium adhibitionem. nu. 2.

Citationis notitia ſupplet illius nullitatem, & facit, vt Iudex poſſit credere illius relationi. nu. 4. & ibi addit. lit. A. vbi etiam, An per comparitionem citati inualida citatio reconualidetur.

DECISIO XCIX.

1 Domini receſſerūt a reſolutione facta, & cenſuerūt ſatis conſtare de citatione valide exequuta. Primo, quia ex ſcripturis productis, quæ habentur in ſummario numero primo, cōſtat de ablatione proceſſus tam originalis, quā compulſati, & eius tranſportatione ad conſilium Regiū, quæ præſumitur facta ad inſtantiam partis intereſſe habentis, ad not. per Bart. *in l. fi. de quæſt.* quare in odium eorum, qui ſimili recurſu vtuntur, fit omnis interpretatio ad fauorem alterius partis, ita vt etiam copię ſimplici ſoleat fides adhiberi. Bal. *in l. publ. q. 8. in fine, ff. de teſt.* Iaſ. *in Auth. ſi quis in aliquo. in ſeptima fall. C. de eden.* Soc. *conſ. 36. col. 2. verſ. Non obſtat*, & extat Pereg. *deciſ. 159. lib. 2.* & facit, quod impediens quominus citetur auxilio conſilij Regij, vel alias, habetur pro citato, *c. quoniam frequenter, §. porro, vbi gl. in verbo, impedit, vt lit. non conteſt.* Card. in Clem. *cauſam, q. 13. de elect.* cum alijs per Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gl. 10. nu. 102. & §. 2. gl. 1. nu. 9.*

2 Nō obſtat, quod in ſummario proceſſus, quod exhibitum fuit, vbi adeſt exequutio citationis, non reperiantur adhibiti teſtes, vt requiritur *c. quoniam contra. de prob.* Spec. *in tit. de citat. §. ſequitur. nu. 9.* Put. *deciſ. 5. li. 3.* quia ex exhibitione proceſſus vltimo facta, apparet, quod qui confecit ſummarium, ſolitus fuit mittere teſtes, qui nihilominus in dicto proceſſu in pluribus actibus inſerfuiſſe leguntur.

3 Non obſtat, quod neque in dicto proceſſu reperitur iſta citatio, quia ex atteſtatione Notarij conſtat, per eum non fuiſſe appoſitum, quia inſtrumentum citationis a Rota emanatę, in cuius dorſo ſolet exequutio deſcribi, erat vitiatum, & ſublatum ſigillum, ideo ex eo non poteſt probari iſte defectus teſtium.

4 Accedit, quod ex deductis in facto apparet, Andream habuiſſe notitiam citationis, [a] quæ facit, vt ſuſtineatur proceſſus, ad Romanum *conſ. 410. num. 2.* Felyn. *in cap. cum contingat. num. 8. de reſcript.* & ſaltem præbet occaſionem, vt Iudex potuerit iure arbitrari, credendum eſſe relationi, etiam ſine teſtibus, vt poſt Franc. & alios tradit Tiraq. *de retract. lignag. §. 8. gl. 11. nu. 10. & ſeq.* & ita concluſum.

ADDITIO

a *Citationis.* Quòd notitia citationis iam ad citatum peruenta, ſuppleat eiuſdem citationis nullitatem, allegatur etiam Fel. *in c. gratum. nu. 4. de off. deleg.* plene exornat Dec. *conſ. 18. n. 98. & ſeqq. lib. 1.* & de materia vide declarantes Gabr. *tit. de citat. concl. 3.* & Ioſeph. Lud. *concl. 5. verſ. Animaduertendo in omnibus, &c. & omnibus ſeqq.* & in ſpecie quomodo iſto caſu pbetur ſcientia, vltra pręallegatos, vide Veſtr. *in pract. lib. 4. c. 3. nu. 8. & li. 3. c. 6. nu. 11. videlicet in add.* per Grauar. & Vant. *in tract. de nullit. tit. qualiter ſent. & proceſſ. nulli ſanari poſſint, nu. 122. & ſeqq. fol. mihi 289.* Et magis in ſpecie, q citatio facta ad domum, afficiat citatū, non aliter, ac ſi perſonaliter fuiſſet facta, qñ ipſe citatus dictę citationis notitiā habuit, trad. Rol. *conſ. 47. n. 22. & ſeqq. lib. 2.* vbi infert q fictus contumax ad ſententiam citatus, habetur pro vero contumace, ſi citationis notitiam habuit; & propterea

pterea appellat a die latę ſententię, quod & idem ſcripſit Lancell. *de attent. cap. 12. limit. 50. nu. 154. & ſeqq.* & Ioſeph. Lud. *d. conſ. 5. verſ. & iſta ſcientia, vbi declarat.*

Et multo magis citationis nullitas conualidatur, ſi ipſe citatus vltra notitiam citationis compareat in Iudicio eidem citationi reſpondendo, ſecundum Fel. *in d. c. gratum. eod. n. 4. de offic. deleg. cum alijs relatis*, per Veſtr. *in pract. lib. 4. c. 3. num. 8.* Gabr. *in tit. de citat. d. concl.* 3. Ioan. Bapt. Villal. *in comm. opi. verbo, citatio, nu.* 56. Miſing. *obſeruat.* 18. *centur.* 2. *& obſeruat.* 90. *centur.* 3. *et obſeru.* 54. *cent.* 4. Rol. *conſ. 9. nu. 36. lib. 1.*

Fam. Cent. I. V. D. Galleſ.

O R A N I.

Burgen. Iuriſdictionis, Veneris, 16. Decembris, 1594.

ARGVMENTVM.

Cognitio cauſarum criminalium & matrimonialium, an ſpectet ad Abbatem, habentem iura Epiſcopalia; An vero ad ipſum Epiſcopum, iuxta decretum ſacri Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 20. De refor. Et hinc bene deducitur, Abbatem Epiſcopalia iura habentem, non eſſe inferiorem Epiſcopo, nec ratione dignitatis, nec ratione poteſtatis.

SVMMARIVM.

Abbas habens iura Epiſcopalia & proprium territorium habẽs cognitionem cauſarum matrimonialium, & criminalium, non comprehenditur in decreto Concilij Tridentini c. 20. ſeſſ. 24. de reformat.

Abbas habens iura Epiſcopalia non dicitur eſſe de inferioribus Pralatis Epiſcopo, nu. 2. & nu. 4.

Abbas in locis pleno iure ſibi ſubiectis, habet iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, locaque ſibi ſubdita dicuntur extra iuriſdictionem Epiſcopi, & faciunt territorium ſeparatum. nu. 3.

Prælati ſeculares dicuntur Decanus & Archidiaconus. nu. 4.

Prælati inferiores ſubſunt Epiſcopo, & illis cum Epiſcopo cumulatiue competit iuriſdictio. nu. 4.

Abbas in locis ſibi ſubditis cum territorio ſuo exempto a iuriſdictione Epiſcopi habet iuriſdictionem priuatiue ad Epiſcopum. nu. 4. in fine.

Abbas habens iura epiſcopalia habet cognitionem cauſarum criminalium, & matrimonialium etiam quoad ſeculares num. 5.

DECISIO C.

1 FVit reſolutum, cognitionem cauſarũ matrimonialium & criminalium pertinere ad Abbatem ſancti Ioannis immediate cum ſuis ſubditis Sedi Apoſtolicæ ſubiectum, quia vt alias in vna Salamantina iuriſdictionis coram bon. mem. D. Cardinali Aldobrandino fuerat dictum, quãdo Abbas habet iura epiſcopalia & proprium territoriũ, nec eſt dignitas in Cathedrali Eccleſia, non cõprehenditur in decreto Concilij Tridentini *c. 20. ſeſſ. 24. de refor.* quod loquitur de Decanis, Archidiaconis, & alijs Prælatis ſecularibus.

2 Neque enim poteſt dari inter eos aliqua ſimilitudo, non quidem reſpectu dignitatis, cũ Abbas non dicatur eſſe de inferioribus, vt eſt tex. *in c. ſi quis deinceps. 16. q. 7.* Lap. *alleg. 84. nu. 11.* Franc. *in c. 2. ſub nu. 5. de præb. lib. 6.* & ibi Prob. ad Monach. *nu. 48.* Sarnen. *ad reg. de annal. q. 11. nu. 4.*

3 Nec etiam reſpectu facultatis, quia Abbas in locis pleno iure ſibi ſubiectis, habet iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi, *c. in ſingul. de ſtat. Monach. c. Abbates. ante finem. de priuil. li. 6.* Gloſ. *Clem. 1. in verbo, proprijs, de reb. eccl. non alienan.* Ant. de Butr. *cap. cum explantare. §. in Eccleſiis. de priu.* Aret. *conſ. 63. nu. 4.* Dec. *in c. cum te 1. not. verſ. Et concludo. de reſcr.* Locaque ſibi ſubdita dicuntur extra iuriſdictionem Epiſcopi, & faciunt territorium ſeparatum, Gem. *in c. cum Epiſcopus. nu. 4. eod. lib. 6. & in c. 2. nu. 19. de conſt. eod. lib.*

4 Neque etiam ratione alicuius qualitatis, cum decretũ loquatur de Prælatis ſecularibus, vt ſunt Decanus & Archidiaconus, *c. 1. & tot. tit. de offic. archid.* Fel. *in c. ex parte Decani. de reſcrip.* Rot. *dec. 27. de conceſ. præb. in nou.* & alij inferiores, qui regulariter ſubſunt Epiſcopo. Franc. *in c. Romanam, §. ab Archidiaconis. in 1. not. de appel. lib. 6.* Et quibus cum eo cumulatiue competit iuriſdictio. Abb. *in c. cum ab eccleſiarum. nu. 9. de offic. ord.* Fel. *in c. audiſtis. col. 5. de præſcript.* Idem Abb. *in c. paſtoralis. nu. 6.* & ibi Fel. *col. 1. de offic. ordin.*

5 Ex quibus ceſſat id, quod pro parte Archiepiſcopi fuit deductum, quod ſcilicet cognitio cauſarum competẽs Abbati, reſtringi debeat ad cauſas ſuorum ſubditorum regularium, non autem ſecularium, cum iſtud non poſſet quadrare cauſis matrimonialibus, quæ inter Regulares non excitantur, vltra quod intentio Concilij nõ eſt, Abbati, & alijs exceptis regularibus prę iudicium inferre, ſed hoc omne relinquere diſpoſitioni iuris communis.

L I T T AE.

Aretina Confidentia, 23. Ianu. 1595.

ARGVMENTVM.

Declaratur in primis, an vera ſit, & quõ intelligenda illa cõcluſio, quod ſcilicet

cet ſimonia probetur coniecturis, Ac deinde plures enarrantur coniecturę, ſimoniam excludentes.

SVMMARIVM.

Simonia vt dicatur probata, requiritur plena & cõcludens probatio, etiam quod ciuiliter agatur. nu. 1.

Simonia licet per coniecturas probari poſſit, hoc tamen intelligitur, dummodo coniecturæ ſint adeo vrgentes, vt reum de crimine conuincant. nu. 2.

Scientia certa & ſpecifica, requiritur ad hoc, vt quis conuincatur de crimine & puniatur. nu. 2.

Credens honeſto viro circa concernentia eius officiam, non dicitur in culpa, numero 3. & in additio. litera B. vbi de materia.

Veriſimile quod magis eſt, excludit minus veriſimile. numero 4.

Clam & in occulto aliquid faciens, præſumitur in mala fide, econtra autem ex actu palam geſto, bona fides agentis arguitur, nu. 5. & in add. lit. B. vbi etiam quando actus dicatur geſtus palam, ſeu clam.

Confitens libere id, de quo interrogatur, præſumitur non eſſe in delicto, nu. 5. & in add. lit. C.

Simonia excluditur ex reſeruatione beneplaciti apoſtolici. numero 7.

Præcedentia declarant ſequentia. nu. 7.

Simonia non committitur ſine animo illam committendi. numero 7.

Furtum ſine animo furandi non committitur. nu. 7.

Præſumptio, ſeu coniectura fortior, tollit debiliorem. numero 8.

Præſumptiones & coniecturæ plures ſuperat pauciores. numero 8.

Præſumptiones, ſeu coniecturæ plures iunguntur ſimul ad faciendum plenam probationem. nu. 8.

Simonia excluditur ex præſumptionibus & coniecturis. numero 8.

Simoniæ vitium impedit acquiſitionem etiam quoad ignorantem, nu. 9. vbi hoc declaratur.

Animus & intentio hominis non minus facto quam verbis declaratur. nu. 10.

Simoniam non eſſe commiſſum, in dubio iudicandum eſt. numero 10.

Abſoluendus in dubio potius eſt Reus, quam condemnandus. num. 10.

Delicti præſumptio excluſiua magis potens eſt quam incluſiua. num. 10.

DECISIO CI.

1 DOmini pro maiori parte tenuerunt, ſimoniam non fuiſſe probatam in caſu, & ad effectum, de quo agitur; & moti fuerunt, quia ad probandum huiuſmodi crimen, & ſi ciuiliter agatur, requiritur probatio plena & concludens. Abb. *in cap. veniens. num.* 4. vbi Dec. *num. 8. de teſt.* Alciat. *conſil. 2. num. 41. tom.* 1. Nat. *conſ. 249. in fine, verſic. quia reſpondeo. lib.* 2. ita ſæpæ tenuit Rota, & præſertim in illa Firmana Cappellaniæ 7. Maij 1582. coram S.D.N. Tunc Rotæ Auditore, & in illa Calaguritana Confidentię 25. Iunij 1592. coram R.P.D. Pãphilio. Tales autem probationes non afferuntur aduerſus D. Emilium, ideo, &c.

2 Nec refert, quod etiam per coniecturas probari poteſt, ſecundum Butr. & alios *in cap. ſicut. de ſimonia*, quia hęc opinio procedit, vbi ſigna, & coniecturę, quę deducuntur, ſint adeo vrgentes, quę Reum ipſum de tali crimine omnino conuincãt, ad *conſil. Alex. de Neuo 64.* pluries per Rotam Canonizatum, Quæ autem adducuntur aduerſus Emilium, non ſunt tales, imò vnica videtur coniectura, & admodum debilis, vt meritò inſufficiens ſit reputata, vti fundata ſuper præſumpta ſcientia illius clauſulæ, additæ a reuſote in ſupplicatione, ſignata per Papam, attenta ſcilicet Marij paupertate; & deſumpta ex eo, quod in actu præſtationis magni conſenſus, Emilius ipſe potuit eſſe certus de contentis in ipſa ſupplicatione, ad text. *in l. non eſt ferendus. ff. de tranſact.* ſiquidem, quia cum etiam poſſibile ſit, Emilium talem conſenſum præſtitiſſe abſque eo, quod legerit ſupplicationem, nõ poteſt ideo ex ſola pręſtatione conſenſus inferri concludenter ad certam & ſpecificam ſcientiam dicti Decreti in ipſa ſupplicatione appoſiti, qualis requiritur ad effectum, vt quis conuincatur de tali crimine, & pœna eius innodetur. Put. *deciſ.* 147. *lib.* 1. Mohed. *deciſ. 4. de prob.* Quod enim eſſe & non eſſe poteſt, pro conſtanti poni non debet, *l. non hoc, C. vnde cog. cum vulg.* Pręſertim cum pro ignorantia dicti Decreti & excuſatione ipſius Emilij plura hoc in caſu concurrant.

3 Primum eſt, quod ex actis conſtat ab expeditore dictæ ſupplicationis, Emilio per literas fuiſſe ſignificatum generaliter, quod ſupplicatio dictæ reſignationis fuerat per Papam admiſſa, & ſignata, iuxta votũ ipſius reſignatarij; quod erat, vt de licentia Papę poſſit pro reſignãte, cui reſeruabatur penſio, certas expenſas illum tangentes ſoluere; quo fit vt merito in culpa dici nõ poſſit
a Emilius, dum credidit honeſto viro [a] circa illud, quod concernebat officium eius. gl. *in l. Titio cui fundus, ff. de cond. & dem. & in c. cupientes. in princ. in verbo, notitia, de electionib. in ſexto*, cum alijs per Decian. *conſ. 29. nu. 19. lib.* 1.

4 Secundum eſt, quod ſupplicatio reperitur ſcripta gallice, & ſatis obſcure, quo ſit, vt veriſimile ſit, Emiliũ eam non legiſſe; vnde merito id, quod magis eſt veriſimile hoc in caſu, attendi debet, *l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. iur. c. in obſcuris, eod. tit. lib.* 6.

5 Tertium eſt, quod ſi Emilius notitiam habuiſſet, non ita palam, prout ſoluit, ſed in occulto &
b clãculum ſoluiſſet, quod quidem bonam fidem [b] arguit in eo, *l. non exiſtimo, ff. de admin. tutor.* & bene facit tex. *in l. vlt. ff. de rit. nupt.* vbi Bart. *in ſummario* dicit, quod ſi actus prohibitus celebretur palam, poteſt quis prætextu ignorantiæ excuſari; ſecus ſi clam & in abſcondito.

6 Quartum eſt, quia carceratus Emilius occaſione prætenſi delicti, & interrogatus, an Marius reſignans eſſet pauper; reſpondit, non eſſe pauperem; quod ſi dictum Decretum non ignoraſſet, vtique ſic non reſpõdiſſet, cum proprium homi-
c nis ſit ea, quæ ſibi proficua ſunt, libere fateri; [c] cũ difficultate autem ea, quę ſibi nocua eſſe cognoſcit,

ſcit,ſed potius dixiſſet eum pauperem eſſe,maxime cum paupertas,& diuitiæ ex conditione perſonarum,& modo facultatum variȩ extimantur.

7 Quintum eſt,quod in præcedenti pactione de ſoluendis prædictis expenſis pro reſignante reſeruatur beneplacitum Papæ,quæ reſeruatio licitã non tantum reddit ipſam pactionem, ad congeſta per Moder.*de reſig.lib.*14.*q.*5.*nu.*9.*& ſeq.tit.*2. ſed etiam ſimul non leue argumentum præbet,q Emilius non habuerit animum committendi aliquo modo tale crimen;ſolent namque ex præcedentibus,quæ ſequũtur declarari, *l.ſeruus plurĩ. in fine,ff.de leg.*1.Caſſad.*deciſ.*24.*nu.*74.*ſuper reg.* & indubitati iuris eſt,ſine animo non committi ſimoniã,ſicut de furto dicitur,quod ſine affectu furandi,non committitur,*l.furtum,ff.de vſuc.& §.ſi tamen.inſtit.eod.tit.*

8 Sextum & vltimum eſt,quod ſtatim factus certus Emilius de dicto Decreto repetijt, & cum effectu conſequutus eſt omne,quod pro Mario reſignante ſoluerat;quæ omnia quin ſaltem vnita iuſtificent ignorantiam dicti Decreti & excludant (b) vnicam illam coniecturam ſcientiæ deſumptam ex ſola prȩſtatione magni conſenſus ſuper ipſa ſupplicatione,prȩſertim ad effectum,de quo agitur,negari non poteſt,tum quia fortior cõiectura debiliorẽ vincit,*c.afferte.de præſump.*& plures pauciores ſuperant.gl.*in l.dinos,ff.de in integ. reſt.* (c) cum alijs per Ang.*in conſ.*134.*Incipiente, diſſoluto matrimonio,prope finem*,tum etiam,quia abſurdũ non eſt, vt plures coniecturȩ ſimul iungãtur, ad faciẽdũ plenam probationem,gl.*in c.*3.*loco. in c.cum cauſam.de prob.gl.in c.illud. de præſump.* cum alijs per Barb.*conſ.*27.*nu.*2.*& ſeq.lib.*1.

9 Nec obſtat, quod ignorantia etiam ſi ſit probabilis,impediat acquiſitionẽ ex tit. ſimoniaco, *c.votis.de ſimonia*;quia reſpondetur,quod ſi Emilius propter iuſtam ignorantiam excuſatur a crimine ſimoniæ,& tale delictũ ex ſcriptis vere non poteſt dici ab eo,vel alio commiſſum; meritò igitur ceſſat obiectum;quod procedit,dumtaxat eo pro cõſtãti prȩſuppoſito,cũ cõmiſſa fuerit ſimonia ab aliquo,& ea mediante, beneficium fuerit obtentum,arg.*l.mancipia,C.de ſeru.fugit.& l.Lucius Titius,ff.de fideicom.liber.*

10 Neque obſtat,quod poſt ſententiam dicti Decreti Emilius fuerit adeptus poſſeſſionem beneficij,quia reſpondetur,quod imò ex tali actu,iuncta maxime repetitione eius, quod indebite ſoluerat pro Mario,arguitur ſuæ intentionis nunquam fuiſſe committere ſimoniã,cum facto non minus quam verbis declaratur hominis intẽtio, vulgata *l.Paulus,ff.rem rat. hab.* & in ſenſum ſenſati hominis cadere non debeat,accuſatum de ſimonia pendente Iudicio ſimoniæ,actũ facere voluiſſe.& ſupradictam opinionem,quod.ſ.non ſit probata ſimonia,ad effectum,de quo agitur,eo libentius amplexi ſunt Domini,quod ſic excluditur præſumptio delicti,iuxta tex.*in l.merito,ff.pro ſoc.*& reus ipſe conſtituitur in ſtatum abſolutionis,prout ſemper in dubio recti Iudicis partes eſſe debent.Ang.*in l.dedit.nu.*1.*ff.qui ſat.dar.cog.per tex.in l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.*

ADDITIONES.

a *Credidit honeſto viro.* Ad hanc materiam,An ſcilicet,& quando credens viro fide digno, excuſetur,& nõ prȩſumatur in dolo,vide omnino Dominum meum Farinacium *in hac pract. crim.p.*2.*tit.de pen.temper.q.*90.*nu.*109.*& ſeqq.* vbi facit regulam affirmatiuã cum ſeptem ampliationibus & octo limitationibus. Et quod attinet ad concluſionem hic præpoſitam,quod ſcilicet credens honeſto viro,excuſetur etiam a culpa,adde Gab.*lib.*7.*concl.*8.*num.*38.*& ſeq.* vbi quod excuſatur a culpa lata,ex Alb.Alex.& Barb. in locis per eum relatis,quamuis Dec.*in l.iuris ignorantia, col.fin. verſ.non obſtat gl.C.qui admitti,contrarium dixerit.* Verum quod talis credulitas non excuſat a culpa leui,voluerunt Fulgoſ.Alex.Felyn.& Claud. in locis relatis per eundem Gab.*d.concl.*8.*nu.*54. quos pariter refert & ſequitur Maſc.*de prob.lib.*2.*concl.*647.*nu.*8.

b *Bonam fidem arguit.* Ad hæc vide omnino declarantem D.meum Farin.*in ſua pract.cri.p.*2.*tit.de pen.temper.quæſt.*89.*nu.*130.*& ſeqq.* vbi prȩſertim *nu.*134.*& ſequentibus*, in ſpecie ponit plures caſus,in quibus actus dicitur factus quandoque palam,& quandoque clandeſtine.

c *Libere fateri.* Et propterea ſponte & libere confitens delictum, de quo quis interrogatur, non ſolum mitius punitur,ad text.*in c.non dicatis.*12.*q.*1.*& in c.quia admiſit.*15.*q.*8.cum alijs per Tiraq.*de pæn.cauſ.*30 *n.*1.*& ſeqq.* Et latius per D.meum Farinac.*in ſua pract.crim.p.*2.*tit.de pæn.temper.q.*81.*nu.*172.*& ſeqq.* vbi ad ſaturitatem hanc materiam declarat, verum etiam ſine dolo deliquiſſe præſumitur,prout bene comprobat Franc.Becc.*conſ.*96.*nu.*15.quem refert,& ſequitur Bert.*conſ.*193.*num.*14.

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

ORANI.

Cuſentina pratenſa confidentia, Lunæ, 4. Februarij, 1595.

ARGVMENTVM.

Singularis eſt iſta deciſio in materia ſimoniæ,& confidentiȩ, in qua plura eliguntur in ſummarijs explicata; & pracipue diſcutitur,An per receptionem fructuum beneficij reſignati, per reſignantem poſt reſignationem inducatur aliqua ſimonia , vel confidentia.

SVM-

SVMMARIVM.

Confidentia vigore Bullæ Pij Quinti inducitur, quando quis recipit beneficium ex reſignatione, vt eiuſdem fructus, vel eorum partem alijs concedat, vel penſionem ſoluant. nu. 1. declarat, vt nu. 2. & ſeqq.

Confidentiarum cauſæ cognitio de inueterato ſtilo ſpectat ad tribunal Rotæ. nu. 1. in fine.

Simonia vel confidentia non committitur, niſi actus, ex quibus illa inducitur, fuerint tractati & conuenti ante reſignationem. nu. 2.

Beneficiatus poteſt libere de fructibus beneficij diſponere. numero 3. Etiam in vtilitatem illius, qui beneficium reſignauit, dummodo ante reſignationem id actum non ſit. num. 3.

Confidentia non inducitur ex eo, quod reſignatarius de fructibus beneficij reſignati aliquid contribuat reſignanti ex caritate tantum, & non ex conuentione. numero 3.

Simonia vel confidentia non inducitur ex ſola conceſſione fructuum, aut penſione ſolutionis, niſi ab initio animus hoc faciendi adfuerit. nu. 4.

Vt, aduerbium habet naturam qualificandi factum. numero 4.

Eleemoſynam facere prohibemur, vt videamur ab hominibus. num. 4.

Simoniæ, ſeu confidentiæ probatio plena nõ reſultat ex eo, quod reſignans poſt perfectam renuciationem percipiat fructus beneficij reſignati, ſed inde tantum elicitur quędam præſumptio, quæ alijs concurrentibus coniecturis, de quibus in eadem Bulla, facit plenam probationem. nu. 5. Nõ concurrentibus autem dictis cõiecturis probatio ſimoniæ non dicitur concludens. nu. 6.

Simonia, ſeu confidentia non inducitur ex cõuentione facta poſt reſignationem beneficij. nu. 6.

Simoniæ, ſeu confidentiæ vitium ceſſat quando accedit conſenſus Papæ, nu. 7. & num. 9. vbi An ſufficiat probare Papæ conſenſum & ſcientiam per teſtes, an vero requiratur ſcriptura.

Principis aſſertioni de geſtis coram ſe, & in ſui præſentia creditur. nu. 7.

Conſtitutio, ſeu diſpoſitio qualificata non procedit, ceſſante qualitate. nu. 10. in fine, & nu. 13.

Poſſeſſor beneficij facit fructus ſuos quouſque beneficium poſſidet. nu. 12.

Simonia, ſeu confidentia non committitur ex reſeruatione fructuum decurſorum ante reſignationem. nu. 12.

Simonia ad hoc vt ceſſet ex ſcientia Papæ, neceſſe eſt, vt Papa habuerit notitiam omnium qualitatum, illam inducentium. nu. 13.

Qualitates plures, vbi debent concurrere in aliqua diſpoſitione, tunc illa diſpoſitio locum non habet, deficiente vna ex dictis qualitatibus. nu. 13.

Epiſtolæ ſeu literæ alicuius fidem faciunt contra ſcribentem, non contra tertium. nu. 16.

Simonia an inducatur ex pacto, quod reſignatarius pro ſecuritate pẽſionis ſibi reſeruatæ, poſſit exigere partem fructuum beneficij reſignati. nu. 18.

Fructus beneficij non ſapiunt ſpiritualitatem, ſed temporalitatem. nu. 18.

Fructus præbendæ poſſunt vendi & permutari. nu. 18.

Simonia eſt vendere ſeu permutare ſpiritualia. nu. 18.

Fructus beneficij poſſunt a beneficiato ſuis creditoribus in ſatisfactionem debiti aſſignari. nu. 18.

Penſio reſeruata ſuper fructibus ſolui debet de fructibus, ſuper quibus reſeruata eſt. nu. 18.

Penſionarius habet hypothecam ſuper fructibus beneficij, ſuper quibus reſeruata eſt penſio. nu. 18.

DECISIO CII.

1 CVm a felic. record. Sixto Papa Quinto, Re-
uerendiſs. Dom. Fantinus Archiepiſcopus
Cuſentinus de menſe Maij anni 1585. obtinuiſ-
ſet renunciationem regiminis, & Adminiſtratio
nis Archiepiſcopatus, ad quem admitti, & de illo
Domino Siluio Paſſerino prouideri requiſiuit;
& accepto in recompenſam Prioratu ſancti Ga-
brielis Cremonen. ac vna penſione ſibi duorum
millium, & altera quingentorum quinquaginta
quinque, ad commodum D. Angeli ſui nepotis,
ſuper fructibus dictę Eccleſię, reſeruata, accidit,
q̃ poſt perfectam reſignationem compertum eſt
publico inſtrumento ſecũda menſis Iulij ſequen
tis inter eos fuiſſe conuentum, q̃ fructus hinc in-
de dimiſſorum beneficiorum quilibet dicto an-
no 1585. ſuos faceret, datis ad eum finem manda
tis procuræ; Quorum effectu ſubſequuto, quia
magnificus D. Procurator fiſci prętendebat in re
nunciatione huiuſmodi vitium ſimonię, vel con
fidentiæ interueniſſe, factumque locum extraua
ganti recor. mem. Pij Papæ Quinti ſuper confi-
dentijs, in qua inter certos caſus hic cõſtituitur,
quãdo quis recipit beneficium ex reſignatione,
vt eiuſdem fructus vel eorum partem alijs conce
dat, vel penſionem ſoluat: Hinc ſumpta occaſio
ne, cauſa contra eundem Dominum Fantinũ co
rã Iudice confidentiarũ introducta, & illius con
iunctim cum eodem fiſco cognitione mihi dele-
gata, iuxta inueteratum ſtatuti tribunalis Rotæ
inſtitutum: Dubitaui, ſtantibus hincinde dedu-
ctis, An conſtaret, in pręfata renunciatione cri-
men ſimonię, vel confidentię fuiſſe commiſſum.
Pro huius reſolutionis dilucidatione fuit ani
2 maduerſum, q̃d cum dicta extrauagans duas par
tes habeat, quarum prima duos caſus cõtinet, ex
quorum altero confidentiæ crimen inducitur;
Alia coniecturas complectitur, quibus concur-
rentibus confidentia commiſſa conuincitur; ne-
que ex verbis illius, neque ex mente per cõceſſio
nem factam reſignanti, fructuum, vel eorum par
tis recepti beneficij, aut etiam penſionis ſolutio
nem, argui poſſe ſimpliciter commiſſam fuiſſe ſi-
moniam, vel confidẽtiam, ſed ita demum ſi rece-
ptio beneficij facta ſit, ea intentione, vt hæc fiãt.
Nam ſi poſtquam beneficium fuerit aliquis aſſe-
quutus ſponte, aut ex aliqua cauſa iuſta fructus,
aut eorum partem reſignãti, aut alteri concedat,
non committit ſimoniam, vel confidentiam, *cap.
Artaldus. ibi, antequam eligeretur.* 8. *q.* 3. Gl. *c. quo-
niam pro.* in verbo, *poſtmodum.* 1. q. 2. Ioan. Andr.
Abb. Fel. & Dec. *in c. veniens el primo. de teſtibus.*
Abb. *in c. cum in. nu.* 24. *de conſt.* Dec. *conſ.* 118. *nu.*
4. Pariſ. *conſ.* 30. *nu.* 21. *lib.* 4. Natt. *conſ.* 299. *nu.* 11.
Sarnen. *ad reg. de trienn. quæſt.* 12. *verſ.* 2. *principali-
ter.* Put. *deciſ.* 171. *n.* 9. *lib.* 2. Mohed. *deciſ.* 166. *incip.
permutatio.*
3 Et alias dicendo ſequeretur abſurdum, quod
beneficiatus de fructibus beneficij non poſſit li-
bere diſponere, quod eſt cõtra gl. *c. præſenti. in ver
bo, noſtrarum. de offic. ord. in ſexto.* Imol. *in c. caterũ
de don. & c. fin. de pecul. cler.* & quod neque etiam
poſſet

Digitized by Google

poſſet reſignanti ex fructibus beneficij reſignati ſubueniri, quod eſt contra Ciuitatem.

4 Quamobrem ſola fructuum conceſſio, aut penſionis ſolutio non induceet ſimoniam vel confidentiam, ſed animus ab initio hoc faciẽdi: quod ſatis innuit aduerbium adiectum diſpoſitioni extrauag. (*Vt*) Cuius natura eſt qualificare factum, *l. Pomponius*, & ibi Bar. *nu.*19. *ff. de neg. geſt.* Huic. n. non abſimile eſt, quod habetur in Euangelio apud Matt. *c.* 5. *&* 6. Vbi prohibemus eleemoſynã facere, vt videamur ab hominibus; Neque tamẽ ideo damnatur eleemoſyna, quæ inter bona opera connumeratur, ſed tunc demum ſi facta ſit ea intentione, vt ab hominib. videamur.

5 Quando igitur extrauagans Pij Quinti deſcendit ad coniecturas, quibus confidentia probatur & inter eas hanc ponit, ſi reſignans poſt perfectã renunciationem percipit fructus beneficij renunciati, non cõcludit neceſſario ex ea cõuinci commiſſum delictũ ſimoniç, ex qua pluribus alijs cõiecturis concurrentibus, vult delicti cõmiſſi reſultare ꝓbationem; etenim ſi ſola perceptio fructuũ poſt reſignationem perfectam a reſignãte factã, ſimoniam, vel confidentiam induceret abſq; eo, quod id in intentione partium fuiſſet, vtique nõ eſſet coniectura, ſed confidẽtia vera, ac probata.

6 His itaque præmiſſis deſcendendo ad caſum queſtionis controuerſç, fuit per DD. reſolutum, nõ probari, in renunciatione Archiepiſcopatus intrare diſpoſitionem præfatç extrauagantis, neque in conſequentiã fuiſſe commiſſam ſimoniã, aut confidentiã. De prima enim illius parte non controuertitur; circa vero ſecundam etiam ſi in confeſſo ſit apud partes poſt abſolutam reſignationem, reſignantes percepiſſe fructus anni 1585. beneficiorum renunciatorũ; tamen ad inducendam ſimoniam, vel confidentiam, vt dictum eſt, non ſufficit, niſi probetur nedum hoc fuiſſe ab initio tacite, vel expreſſe inter partes actum, & quidem ſine licentia Papç, ſed etiam aliorum detur cõcurrentia coniecturarum; hodie autem ne vnum quidem interueniſſe, ſic demõſtratur; Aut .n. volumus, ꝙ perceptio fructuum ſucceſſerit ex cõuentione facta poſt reſignationem; & cum, vt ſupra oſtenſum eſt, huiuſmodi pacto ius commune non aduerſetur; neque extrauagans Pij Papæ Quinti ex illo ſimpliciter crimen arguat, non poteſt prætendi ſimonia, vel confidentia, gl. *c. cum in. In verbo, Nihil perciperent.* & ibi Anch. *de conſt.* Ferret. *conſ.*393. *nu.*8. Idque eo minus ſtante ſubſiſtentia cauſæ ita conueniendi, quæ ex dictis teſtium colligitur, cum. ſ. propter retardatam expeditionem hinc inde dimiſſorum beneficiorũ fructus Prioratus ab Affectuarijs Domini Paſſerini fuiſſent ex parte collecti.

7 Aut vero perceptio præfata emanauit ex conuentione renunciationis præcedente, & eo caſu, quia Papç conſenſus, & authoritas acceſſit, ceſſauit vitium confidẽtiæ, vel ſimoniç. Abb. *in c. cum pridem. in fine. de pact.* Caſſ. *deciſ.* 2. *de ſimon. & deci.* 3. *nu.*4. *de renunciat.* Pariſ. *conſ.* 3. *nu.* 3. *lib.*4. Quod autem cum ſcientia, & conſenſu Papæ ita conuentum fuerit, cõcludenter probat Sereniſſimus magnus Dux Hetruriç, cui, tanquam de re a ſe in preſentia Principis geſta, creditur. *c. Nobiliſſimus.* 97. *diſtin.* Alex. *conſ.* 106. *nu.* 19. *li.* 2. cum adductis per Maſc. *de prob. concl.* 3. *nu.* 14. Put. *deciſ.* 2. *nu.* 4. *li.* 1. Capuraq. *deciſ.* 95. *p.* 5. & ipſius dictum coadiuuant duos teſtes deponentes de auditu a quondam Cardinali Cæſio, qui pro admiſſione iſtius reſignationis cum Sereniſs. Magno Ducæ apud Papam intercesſerat.

8 Quibus accedit veriſimilis Papæ ſcientia, quæ ex hoc arguitur, quod ſolutio penſionis de menſe Maij 1585. reſeruata in annum ſequentem, vt in cedula conſiſtoriali legitur, fuit delata. Et ſuſpicionem confidentiæ remouet; quod cũ renunciatio Archiepiſcopatus fuerit libera, non cadat imaginatio, cur d. Fantinus potius inhærere voluerit fructibus Archiepiſcopatus dimiſſi, quam fructibus Prioratus & penſionis aſſecuti. Prçſertim ſi, prout informantes pro fiſco dicebãt, prioratus cum penſionibus longe ſuperarent Archiepiſcopatus prouentus.

9 Porro præmiſſis firmatis, facilis videbatur DD. ad allegata in contrarium reſponſio; dum enim dicebatur, ſcientiam Papç per viam diſpenſationis aduerſus prohibitiones extrauagantis acceſſiſſe, & ideo illam ſcripturis, non autem teſtibus, eſſe comprobandam, ad Oldrad. *conſ.*325. cum allegatis, fuit reſponſum, non tractari de materia diſpenſationis, ſed gratiæ: Et nihilominus quatenus ageretur de diſpenſatione, illius probationẽ ex ſtilo Rotæ per teſtes deduci, atteſtatur Socin. *conſ.*60. *nu.*14. *lib.*1.

10 Dum etiam ſubiungebatur, perceptionem fructuum non tantummodo tanquam ſimoniacam eſſe reprobatã, ſed etiam per extrauagãtẽ prohibitam; & propterea ſimplicem ſcientiã Papç propter clauſulas illius derogatorias ad ſequẽtes diſpoſitiones, non ſuffragari, fuit dictum, in extrauaganti nullam cõtineri nouam prohibitionem perceptionis fructuum per reſignantem, quando Papæ roboratur conſenſu; minus etiam illi inſertas aliquas clauſulas derogatorias; ſed ſolum in ea diſponi, quod per talem perceptionem ſi fiat de facto, ſit iudicandum commiſſam fuiſſe confidentiam; Cum ergo perceptio fructuum fuerit facta cum licentia Papæ, non poteſt dici facta de facto: deficiente autem qualitate illa facti, ſequitur, ꝙ non intrat extrauagantis diſpoſitio Bart. *in l.* 1. *ff. ne quid in loco pub.* Alex. *conſ.*161. *in princ. lib.*5. *cum ſimilibus.*

11 Similiter excluſio conſenſus de ſcientia Papç deſumpta ex verbis inſtrumenti ſecunda Iulij 1585. rogati, vbi reſeruatur beneplacitum Papç, ex facto tollitur; nam reſeruatio beneplaciti non reſpicit perceptionem fructuũ, ſed materiam extinctionis pẽſionis ducentorum florentorum aureorum, reſeruatç ſuper fructibus Prioratus Cremonen. ex quo in caſum annullationis illius D. Fantinus conſenſit in diminutionem pro dicta rata penſionis ſibi ſuper fructibus eccleſiç Cuſentin. reſeruatç, ſaluo tamen beneplacito Papç, quatenus opus ſit.

12 Minus etiam viſum fuit obſtare, quod dicebatur

tur aliter apparere inter D. Fantinum & Paſſeri-
num eſſe conuentum quam fides & depoſitio Se
reniſſimi Magni Ducis loquantur, cũ illæ reſtrin
gant ſe ad fructus anni 1585. Inſtrumentum au-
tem facultatem tribuat D. Paſſerino percipiendi
fructus non ſolum annorum præteritorum, ſed
etiam anni 1586. Quoniam certum eſt, ꝙ quan-
diu Paſſerinus Prioratum Cremonenſem poſſe-
dit, tandiu fructus illius ſuos fecit, ad Put. *deciſ.*
228. *li.* 2. Igitur quando in præſato inſtrumento
præſeruatũ ſibi fuit ius & actio ad fructus ante re
ſignationem decurſos, & inexactos recuperãdos
non commiſſa fuit ſimonia, vel cõfidentia, quia
factum fuit, qđ ius commune dictabat. Gem. *cõſ.*
84. *nu.* 17. Dec. *conſ.* 118. *nu.* 5. Pur. *deciſ.* 234. *lib.* 3.
Donatio vero fructuum eiuſdem Prioratus an-
ni 1586. per clauſulam immediate ſequentem de
claratur, dummodo illorum exactio ſit, & eſſe in
telligatur de fructibus anni 1585.

13 Haud quoque probatum DD. fuit, quod aſcri
batur, omnes qualitates & circunſtantias conuẽ
tionum non fuiſſe Papæ expoſitas; & ideo data
in eo ignorantia alicuius pactionis præcedentis,
reliquarum ſcientiam nihil operari, ad trad. per
Pariſ. *conſ.* 143. *nu.* 24. *& ſeq. lib.* 4. Nam cum taci-
turnitas funderur in mãdato per Paſſerinum die
16. Maij 1585. Atque ita per biduũ poſt reſigna-
tionem prioratus dato, nõ poteſt ex illo præſum
ptio formari confidentiæ, quę verbis, & intentio
ni extrauagantis correſpondeat; ſi quidẽ illa om
nino requirit, ꝙ mandatum huiuſmodi fuerit da
tum poſt renunciationem perfectam, poſt captã
per ſucceſſorẽ poſſeſſionem, & deniq; poſt illius
publicationem factam: Proinde cum tũc tempo-
ris nec foret expedita ſuper reſignatione Priora-
tus ſupplicatio, neque præſtitus conſenſus, neq;
per Dominum Fantinum capta illius poſſeſſio,
potuit per Dominũ Paſſerinum tanquam illius
Dominum, dari hoc mandatum, abſque eo quod
pœna extrauagantis incurreretur; vbi. n. qualita
tes alicuius diſpoſitionis non verificantur, ceſſat
illius diſpoſitio. Pariſ. *conſ.* 49. *nu.* 19. *& ſeq. li.* 3. Et
qñ ad cõiecturam capiendam neceſſarius eſt plu
rium qualitatũ concurſus, non ſufficit, qđ vnius
detur exiſtentia, *l. ſi heredi plures, ff. de cond. inſtit.*
Quare etiam qđ per renunciationem ius ita abdi
catum fuiſſet a Paſſerino, vt non eſſet locus pœ-
nitentię, tamen ex quo nec publicata fuerat, ne-
que vigore illius capta poſſeſſio, fruſtra mandati
accuſatur taciturnitas, cum inanis & ſuperflua
facta fuiſſet Papæ expoſitio.

14 Nec dicatur fuiſſe ideo neceſſarium, ex quo in
illius exequutionem per Dominum Paſſerinum
percepti fuerunt fructus Prioratus anni 1585. qa
contrarium facto patet: Nã fructus fuerunt a D.
Iulio Peſagno collecti: Mandatum autem Pro-
curæ fuit in perſonam Sebaſtiani Lucatelli da-
tum, & in eo expreſſe reuocatus Paſſerinus alias
procurator deputatus.

15 Coniecturæ vero, quæ vel ad coadiuuandum
prænarratam præſumptionem confidentię addu
cebantur, partim tanquam in facto minus veræ,
partim etiam vti extrauagantis diſpoſitioni non
conformes, fuerũt reiectæ. Prima. n. deſumpta ex
d. extrauaganti, §. ſi vel, ſola procuratoris con-
ſtitutione, non iuſtificatur in facto. Nam quan-
uis D. Fantinus fateatur in ſuis conſtitutis ſe pe
cunijs ad ſocietatem per Paſſerinum acceptis, fi-
deiuſſorem acceſſiſſe; Non tñ propterea fatetur,
qđ literarum Archiepiſcopatus renunciati expę
ditioni ſe ingeſſerit; nec ꝙ inſimul, prout in d. §. re
quiritur, expenſas expeditionis de ſuo fecerit: pa
rum equidem ad hoc conuincendum facit, quod
mortuo Paſſerino Neapoli a Reuerendiſſ. D.
Nuntio ſcuta 354. euicerit, ſub prætextu, qđ im-
penſa fuiſſent in vſum expeditionis literarũ, qa
cum in extinctione ſortis principalis dictę ſocie-
tatis obtinuiſſet a creditore ſibi iura & actiones
aduerſus bona Paſſerini cedi, vtique ex iure ceſſo
agendo & probando pecunias iuribus Cameræ
perſoluendis deſeruiuiſſe, non faſſus eſt, ſe in prę
fata expeditione intromiſiſſe; multo autem mi-
nus, ſe impenſam de ſuo expeditionis feciſſe.

16 Altera coniectura fundata in literis Paſſerini,
in quibus habetur, quod D. Fãtinus tam fructus
Archiepiſcopatus, quam Prioratus percepit, tol-
litur ex contraria veritate facti, prout bene ſcri-
bentes in facto deducunt; vltra quod literæ hu-
iuſmodi nullum præiudicium Domino Fantino
inferre potuerint, *l. Epiſtola in princ. de pact.* Bal. *in
l. non Epiſtolis. verſ. 2. caſu, C. de prob.* Rip. *in l. admo
nendi, nu.* 141. *ff. de iure iurand.*

17 Tertia conſidera in verbis inſtrumenti ſecun-
da Iulij rogati, quibus Do. Fantinus ceſſit, con-
ceſſit, & donauit ſuppellectilia, & bona mobilia
exiſtẽtia in dicto Prioratu, dũmodo ad vſum ec-
cleſię, vel cultum diuinum non eſſent deſtinata,
nullius eſt momenti, quia non conſtat, res dona
tas pertinuiſſe ad Prioratum, cum donatio non
loquatur de rebus Prioratus, ſed de rebus in Prio
ratu exiſtẽtibus; & ad hoc, vt intret extrauagans
debent conuenire illius verba, quæ de donatio-
ne rei ad beneficium reſignatum pertinentis, lo-
quuntur.

18 Poſtremo ad id, quod dicebatur, in eodem in-
ſtrumento inter Dominum Fantinum & Paſſe-
rinum interueniſſe pactum ſimoniacum, ex quo
Domino Fantino pro ſecuritate penſionis fuit
cõceſſa facultas exigendi certam partem fructuũ
Archiepiſcopatus, ad ſum. Ang. *in verbo, ſimonia,
el ſecundo, ſub num.* 25. fuit reſponſum in inſtru-
mento non apparere factam aliquam conuentio
nem ſuper iure percipiendi fructus, ſed certos, &
determinatos fructus loco pẽſionis fuiſſe aſſigna
tos; qui cum non ſapiant ſpiritualitatem, ſed in
mera temporalitate conſiſtant, Roma. *conſ.* 328.
poſt num. 8. propterea tam percepti, quam perci-
piendi ſine vicio ſimoniæ, in conuentionem de-
duci poſſunt. Arch. *in cap. ſed ad hoc.* 10. *q.* 1. & ibi
Præpoſ. idem Præpoſ. *in cap.* 1. *nu.* 1. *in fine.* 1. *q.* 3.
Gig. *de penſ. q.* 97. *num.* 2. Et hinc eſt quod præ-
bendæ, prout in mera temporalitate conſiſtunt,
vendi poſſunt. Caputaq. *deciſ.* 237. *li.* 3. & eorum
permutatio admittitur, quæ alias ſi ſpirituales,
ſeu ſpiritualitati annexę haberentur, ſimonia eſ-
ſet. Innoc. *in cap. quæſitum. verſic. alias autem. de*
rer.

ver.permut. Card.*conſ.136.nu.4.verſ.Et ſecundum,* & redditus beneficij poſſunt creditoribus pro ſatisfactione debiti aſſignari. Abb. *in c.peruenit.nu. 12.de fideiuſſ.* multo magis igitur pro ſoluẽda pẽſione, quæ de fructibus ſolui debet, & ſuper quibus eſt impoſita. Dec.*conſ.155.nu.3.* Ber.*conſ.17. nu.8.lib.1.* Gig.*conſ.134.nu.9.& conſ.136.num.6.* Maxime cum penſionarius capere poſſit fructus beneficij, ſuper quo penſio eſt impoſita vigore hypothecę, quę ſibi ſuper illis competit. Roman. *conſ.388.nu.3.* Euerard.*conſ.147.nu.4.* Natt. *conſ. 141.poſt nu.6.& conſ.496.lib.8.* Nam ſi ineſt de iure quod Penſionarius poſſet habere fructus beneficij pro ſatisfactione ſuæ penſionis, poteſt ẽt in pactum deduci, nec intrat ſimonia. Dec. qui alios citat *cõſ.118.poſt n.5.verſ.3.principaliter.* Nec propterea obſtat ſuum. Ang. *in d.§.ſimonia, el 2.* Quia loquitur quando fit pactum ſuper iure exigẽdi aliquid ſpirituale, quod in fructibus ceſſat, vt ſupra dictum eſt, & ita deciſum,

M E L L I N I.

Comen. Iuriſpatronatus, Lunæ, 6. Martij, 1595.

ARGVMENTVM.

Simonia ad hoc vt probetur ex ſcriptura priuata, qualis debeat eſſe; Et quomodo recognoſcenda talis ſcriptura; Et an, & quando ſimoniacę conuentiones inter certas perſonas initę, noceant etiam tertio ignoranti.

SVMMARIVM.

Scriptura priuata ad hoc vt probet, debet habere ſubſcriptionẽ trium teſtium, & alia requiſita, de quibus remiſſiue. n.1. & in add. lit. A.

Teſtes recognoſcentes cedulam priuatã, debent dicere ſe vidiſſe illam ſcribere, nec ſufficit, ſi dicant quod notam habeãt manum ſcribentis. n. 2 & in add. lit. B. vbi de materia.

Comparatio literarum nullam facit fidem, quãdo non eſt facta per peritos & cum ſcriptura non authentica, licet notam habeant manum ſcribentis. nu. 3 & in add. lit. B. vbi de materia.

Obſeruantia ſubſequuta poſt conuentiones nullam inducit Interpretationem, quando eſt æquiuoca, & non conformis præcedentibus conuentionibus. nu.4. & in add. lit. D. vbi de materia.

Simoniaca præſentatio vnius non reddit aliorum præſentationes ſimoniacas in præiudicium præſentati, qui ſimoniæ nullam habebat ſcientiam, nu.5. & nu. 6. vbi de materia.

Tertius ſubſcribens ſe nomine alicuius, & de illius mandato in aliqua ſcriptura, non probat mandatum, niſi de eo aliunde appareat. nu. 5. in fine.

Simoniaca præſentatio non ſubſtinetur ex ignorantia præſentati. nu. 6. ubi declaratur.

Eligere, verbum importat idem quod præſentare. nu. 7.

DECISIO CIII.

1 DOmini reſoluerunt, ſcripturas, in quibus cõ
tinentur conuentiones, nõ eſſe in forma ꝓ
banti, nec releuare; Quantum ad primam partem
dubij moti fuerũt, q̃a non habẽt ſubſcriptiones
a trium teſtium, nec alia requiſita [a] *l. ſcripturas, C.
qui pot. in pig. hab.* quæ concurrere debent, ad effe-
ctum probationis ſimonię, prout fuit reſolutum
10. Decembris 1593. coram R.P.D. Blanchetto.
2 Addebant ẽt, ꝙ non ſunt bene recognitę, quia
in recognitione cedularum priuatarum, non ſuf
ficit, quod teſtes dicãt ſe habere notam manum,
ſed requiritur, quod fuerint pręſentes & viderint
b ſcribere [b], vt fuit reſolutum in cauſa Auinionen.
fideicommiſſi. 26. Iunij, 1583. coram bon. me. D.
de Rubeis, & in cauſa Barchinonen. Matrimonij
31. Ianuarij, 1575. coram D. Epiſcopo Oricolen.
3 Non obſt. ꝙ primus teſtis recognoſcit ſuã apo
chã manu ſua ſcriptam, quia nõ recognoſcit ſub
ſcriptiones aliorum, nec dicit, quod vidit eos ſcri
bere, prout etiam nec obſtat cõparatio, quia non
c probatur quod teſtes ſint periti, [c] nec quod ſit fa
cta cum aliqua ſcriptura authentica. Docto. *in l.
comparationes, C. de fid. inſtr.* Modet. *de attent. cap.
114. nu. 20. cum ſeq.*
4 Non obſt. obſeruantia, [d] quia eſt æquiuoca
d cum potuerit naſci ex præſentatione licita, ideo
nõ poteſt ſeruire pro interpretatione, præſertim
cum non ſit omnino conformis conuentioni-
bus præcedentibus.
5 Quantum ad releuantiam, moti fuerunt Dñi,
quia pręſentationes Floramũdi Io. Iacobi & Ni
colai ſunt validę, cũ Floramũdus & Io. Iacobus
non interuenerint in iſtis cõuentionibus, & licet
Nicolaus Fr. Ioã. Iacobi promittit de rato pro ſe
& fratribus, tñ non probatur neque ſciẽtia, neq;
ratificatio ipſorũ; Nicolaus aũt præſentauit 45.
diebus ante initas iſtas conuẽtiones, ideo etiã ſi
præſentatio Catherinę eſſet ſimoniaca, non red
dit præſentationes ipſorum ſimoniacas in præiu
dicium pręſentati, qui nullã ſcientiã habuit iſta-
tum conuentionũ. Innoc. *in c. in illa. de elect.* & vi
ſa eſt Dñis ceſſare omnis difficultas, quia Cathe-
rina, quæ præſentauit, non ſubſcripſit iſtas cõuẽ
tiones, & non probatur, quod Aloyſius, qui ſub-
ſcripſit eius nomine, haberet ab ea mandatum; &
licet ipſe affirmet ſubſcripſiſſe de mãdato Cathe
rinæ, tñ iſta aſſertio non probat mandatũ, ſed de
bent de eo deponere teſtes, qui fuerũt pręſentes.
Imol. *in c. 2. nu. 8.* & ibi Fel. *nu. 5. de fid. inſtr.* Cou.
pract. quæſt. cap. 22. nu. 2.
6 Non obſt. ꝙ pręſentatio ſimoniaca non ſubſti-
neatur ex ignorantia pręſentati, quia vltra quod
ceſſat ſimonia, cum Catherina, quæ pręſentauit,
nõ ſubſcripſerit iſtas cõuentiones, neq; probetur
mandatũ Aloyſij, ſufficit, ꝙ pręſentationes alio-
rum ſint validæ, ad effectum, vt ſubſtineatur præ
ſentatio in fauorem præſentati ignorantis.
7 Non obſt. ꝙ Nicolaus elegit, & nõ pręſentauit,
quia iſtud verbum importat pręſentationem, qñ
fit electio vigore iuriſpatronatus. *c. querelam. de
electionibus.* Rot. *deciſ. 27. de conceſſ. præben.*

ADDI-

ADDITIONES.

a *Requiſita.* Ad hoc, vt ſcriptura priuata probet, multa requiruntur, de quib. ſi ſeriarim diſcutere vellem, longiori ſermone, & nõ addirione, opus eſſer. Remitto igirur lectorem ad tradita per rex. & ibi Doct. *in l. ſcripturas. in fine. C. qui potior. in pignorib. habeantur.* Batt. *in l. nuda. ff. de donat.* Iaſ. & alij oẽs Doct. *in l. admonendi. ff. de iur. iuran.* Marſ. *in rub. de probat. n. 267. & ſeqq.* Fely. *in c. 2. de fid. inſtrum.* Lanfranc. *in c. quoniam contra. in rub. de inſtrum. productione. nu. 53. & ſeq. de prob.* Afflict. *deciſ. 85. 104. & 181.* Boer. *deciſ. 105. nu. 1. & ſeq. & deciſ. 172. nu. 18. & deciſ. 295. nu. 15.* Papien. *in pract. in forma oppoſitionis contr. inſtru.* Gloſſ. & *maximè,* & gl. *quod negante.* Socin. *conſ. 33. nu. 5. & conſ. 41. nu. 101. & conſ. 62. nu. 6. lib. 1.* Tiraq. *de retract. Conuentional. §. 1. gloſ. 7. nu. 43. & plurib. ſeqq.* Foller. *in practic. Cenſuali in rubr. Quæ quidem exequutio, nu. 160. & ſeqq pag. mihi 366.* Aym. *conſ. 73. in tract. de antiq. temp. par. 1. ſect. Viſis verbis denunciatiuis an probent. num. 1. & ſeqq. & ſect. quarto limitatur dicta conclusio. pariter nu. 1. & ſeqq. in diſcurſu, & ferè per totam illam primam partem etiam in diſcurſu.* Grat. *reſponſ. 122. & 123.* Couar. *variar. reſolut. lib. 2. c. 11. nu. 4. & practic. quæſt. c. 22. per totum.* Rub. Alexand. *conſ. 14. nu. 1. & ſeq.* Nouell. *reg. 185. & 195. & reg. 207.* Viu. *opi. 889. nu. 1. & ſeqq. omnibus.* Pract. Conrad. *tit. de probat. nu. 14. & ſeqq.* Neguſ. *de Pignorib. in 2. membro. 5. partis. n. 47. & ſeqq.* Menoc. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 66. nu. 1. ſeqq.* Roland. *conſ. 89. nu. 7. & ſeqq. & num. 13. lib. 3. & conſ. 26. num. 14. lib. 1.* Hector Emil. *in tract. de teſtib. in verbo, teſtes apocham deponentes, nu. 191. & ſequentib.* Villalob. *in commu. opini. litera S. num. 114.* Paul. Granut. *Theorem. 15. nu. 19. & ſeqq.* Hercul. *de negatiua, nu. 16.* Apud quos omnes latiſſimè pertractatam habebis materiam priuatæ ſcripturæ, cũ multis contingentibus quæſtionib.

b *Scribere.* Teſtes ſuper recognitione ſcripturæ, an pro ratione eorum dicti, debeant deponere, ꝙ viderunt ſcribere; An verò ſufficiat dicere, quod ſcribentis notam habẽr manũ, videas de hac materia Afflict. *deciſ. 181. nu. 7.* Gram. *deciſ. 106. nu. 23. & ſeq. & deciſ. 84. num. 1. & deciſ. 103. num. 14.* Alex. *conſ. 123. nu. 5. lib. 1.* Rub. Alex. *conſ. 14. nu. 1* Aym. *de antiq. tempo. p. 1. ſect. quæritur etiam in hac materia. nu 59. & ſeqq. & n. 75. & ſeq.* Couar. *pract. q. c. 22. nu. 1.* Rolan. *conſ. 84. nu. 12. lib. 3.* Montice. *in repert. pag. 410. col. 1. & 2. et pag. 411. col. 1.* Rota *diuerſor. deciſ. 124 n. 3. p. 2.* Pau. Granut. *Theorem. 15. nu. 1. et ſeqq. per tot. in diſcurſu lib. 1. vbi latè.*

c *Peritis.* Comparatio literarum quomodo ſit facienda, & facta quantum probet, & alia ad materiam, videas Afflict. *deciſ. 81. nu. 4.* Marſil. *in rubr. de probat. ſub nu. 267. et ſeqq.* Pariſ. *in pluribus conſilijs de quibus in eius repertorio in verbo, comparatio.* Aym. *de antiq. tempor. p. 1. et ſect. quæritur etiam in hac materia. nu. 56. et ſeqq. et nu. 63. ſeqq. et nu. 72. et ſeqq.* Roland. *conſ. 26 nu. 1. ſeqq. et nu. 9. et ſeqq. nu. 17. et nu. 25. lib. 1.* Cæphal. *conſ. 141. nu. 1. et nu. 10. ſeqq. lib. 1.* Couarru. *pract. quæſt. cap. 22. ſub nu. 7.* Pract. Conrad. *rubr. de probat. nu. 18. ſeqq.* Viuia. *opin. 113. vbi late.* Menoch. *de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 114. nu. 12. ſeqq. et nu. 34.* Vulpell. *conſ. 135.* Deciſ. Triuiſan. *52. lib. 2.* Ludou. *deciſ. Peruſin. 7. par. 1.* Borgnin. *deciſ. 27. nu. 62. p. 2.* Franc. Zunt. *in ſuo conſilio pro vxore, n. 166. et ſeqq. theorem. 15. nu. 2. in fine et ſeqq.*

Quid autem & quantum probet comparatio literarum in criminalibus, & particulariter, an faciat indicium ad torturam, vide Rip. *in l. admonendi. nu. 110. ff. de iur. iuran.* Dec. *conſ. 615. nu. 3. poſt med.* Aym. *de antiq. tempor. p. 1. d. ſect. quæritur etiam in hac materia. nume. 72. fol. mihi 83.* Franc. Marc. *deciſ. 935. p. 2.* Vulpell. *conſ. 135. nu. 14. cum allegatis per eum.* Maſcar. *de probat. lib. 2. concluſ. 626. nu. 29. et conclu. 740. nu. 10. et ſeqq.* Deciſ. Triuiſan. *52. nu. 12.*

d *Obſeruantia.* Obſeruantia ſubſequuta eſt optima legum, ſtatutorum, & omnium aliorum actuum interpres; quod quando verũ ſit, & de materia, vide latè amplianrem, declarantem, & inferentem Ioſeph. Ludou. *conclu. 38. per totam.*

Fam. Cent I.V.D. Galleſ.

MELLINI.

Militen. Canonicatus, Lunæ, 6. Martij, 1595.

ARGVMENTVM.

Simonia an ſit, & quando, ſi Epiſcopus in collatione alicuius beneficij, alteri reſeruat penſionem, ſeu in ipſo Beneficio aliquod onus imponit.

SVMMARIVM.

Epiſcopus poteſt ex iuſta cauſa in collatione beneficij alteri reſeruare aliquam penſionem. nu. 1. & nu. 4. ſeq.

Simonia non inducitur ex actu licito. nu. 1.

Epiſcopus poteſt conferendo beneficium reſeruare penſionem alicui, qui ſacris literis incumbat, & ſtudeat. nu. 2.

Eccleſia tam particularis, quàm vniuerſalis ad ſui Regimen indiget viris literatis. nu. 2.

Epiſcopus ex iuſta cauſa poteſt contra Canones diſpenſare. nu. 2. vbi exemplificatur hæc iuſta cauſa.

Epiſcopus poteſt ſtatuere, vt quilibet Canonicus conferat alicui pauperi ſcholari, ſtudenti certam pecuniarum quantitatem ſingulis annis in ſubſidium. nu. 2. in fi.

Simoniaca non eſt collatio beneficij facta per Epiſcopum cum reſeruatione penſionis, etiam ſine iuſta cauſa, ſed benè eſt nulla. nu. 3. Si vero ex iuſta cauſa, & tunc eadem collatio nec nulla, nec ſimoniaca eſt. nu. 1. & per tot.

Simonia debet concludenter probari. nu. 3

Simonia, vt non ſit commiſſa, ſemper ſumenda eſt interpretatio. nu. 3.

Digitized by Google

DECISIO CV.

1 DOmini pro maiori parte tenuerunt, D. Abbati ſancti Ioannis dandum eſſe mandatũ de manutenendo, reſpectu cognitionis cauſarũ criminalium viſitationis Eccleſiæ,& illi ſubditorum, & redditionis computorum fabricæ inter Eccleſiaſticas perſonas, & ſubditos Eccleſiæ S. Ioannis cum ſuis adiacentibus & pendentibus: Nam fundatam habet intentionẽ, Primo in donatione Imperatoris, facta Reuerendo Andelimo, tunc Abbate ſancti Ioannis, & confirmata ab Epiſcopo Burgen. continente verba priuatiua iuriſdictionis ad omnes alios. Secundo in priuilegio Sixti Quarti, quod eidem concedit facultatem, quoſcunq; clericos, etiam dictæ Eccleſiæ filios patrimoniales, ſi eorũ demerita exegerint, ſuſpendendi, excommunicandi, priuandi, aut alia pœna temporali, ſeu perpetua puniendi. Tertio, in laudo ad ſui fauorem publicato, & a Papa Paulo Tertio confirmato, in qua pariter eidem adiudicatur dicta Eccleſia pleno iure, cum declaratione, quod correctio,& viſitatio, ac ſubiectio beneficiatorum ad ipſum pertineat, de cuius quidem obſeruantia ſatis liquet cum ex viſitationibus, tum ex regulis,& conſtitutionibus Abbatũ, ad quarum normam clerici ſimpliciter vixerunt. Quarto in ſententijs & literis executorialibus Reginæ Ioãnæ,& Audientiæ Valliſoleti, in quibus habetur, Eccleſiam ſancti Ioannis pleno iure ad Monaſterium pertinere & collationem beneficiorum, ac punitionem Clericorum ad Priorem d. Monaſterij ſpectare. Quinto in Decreto officialium Burgenſium, de ordine tunc Epiſcopi facto, per quod fuit facta reuocatio, & annullatio omnium proceſſuum, cenſurarum,& actuũ fulminatorum contra Abbates, Monacos, Beneficiatos,& Parrochianos dictę Eccleſiæ. Vltimo in teſtibus, de omnibus concludenter deponentibus,& in ſententia de anno 1570. contra Lucã de Arze beneficiatum lata, in qua ſuſpenſus legitur ab exercitio ordinum per tẽpus decem annorum,& recluſus in Monaſterium cũ impoſitione aliarum pęnarum, quæ etiam executioni fuit demandata; Ex quibus abſque tergiuerſatione conſtat de ipſius quaſi poſſeſſione, iuris communis aſſiſtentiam habente, *c. 1. ca. in ſingulis. de ſtat. Monac. in c. cum te. primo not. de reſcript.*

2 Nihilque ad rem pertinet, quod Archiepiſcopus In iure communi fundat intentionem in ſua Diœceſi, quia ſtantibus præmiſſis non poteſt dici ſua diœceſis, ſed propria Abbatis, etiam quod admitteretur ſitam eſſe intra limites ſuæ Diœceſis. Gemin. *in c. cum Epiſcopus. nu. 4. de offic. ordin. lib. 6.* quod quidem procedit, ſiue vt fuit reſolutum, ſubſtineatur, Abbatem habere territorium proprium, vel pleno iure ſibi ſubiectum; a pari enim procedunt. gl. *Clement. 1. in verbo, aut earum parte. de for. compete.* Cald. *conſ. 13. de iudic.* Vnde Io. Andr. Gemin. Franc.& alij *in c. vt animarum, §. ſtatuto. de conſtitu. lib. 6.* concluſerunt, committentem delictum in loco diœceſis exempto, non poſſe puniri ſecundum ſtatutum Epiſcopi illius Diœceſis, cum locus exemptus ſit extrà ſuã iuriſdictionẽ. *c. 1. & ibi gloſ. de priuileg. lib. 6.* & non ſecus, ſicut ſtatutum Epiſcopi non ligat aliquẽ extrà territoriũ, ita nec delinquẽtẽ in diœceſi, loco tñ exẽpto, Ioan. And. poſt Hoſt. *in c. nimis. de iur. iur.* quia vt ibi inquit Abb. loca, quæ ſunt de diœceſi, habẽtia dñm ſeparatum, non dñr eſſe de diœceſi, ſequitur Card. *in Clem. 2. §. 1. q. 4. de priuileg.*

3 Nec dicatur, priuilegia exemptionis fuiſſe reuocata per Cõcilium, quia iſta non ſunt ſimplicia priuilegia, ſed cõfirmationes ſeparationis territorij, factæ per Imperatorem ex cõfirmatione Epiſcopi, quæ non ſunt reuocatæ per Conciliũ, dum loquitur de ordinariis, quibus ſubſunt inferiores. Dec. *in d. c. ad noſtram. nu. 14. de appellatio.*

4 Minus habenda eſt ratio prætenſi actus poſſeſſorij facti ab Archiepiſcopo per monitoriũ emanatum de anno 1572. ſuper exhibitione libri cõputorũ, quia cum non appareat habuiſſe effectũ, & in incorporalib. ſine effectu non datur acquiſitio quaſi poſſeſſionis, Cald. *conſ. 12. de iur. patro.* Rip. *in c. cum Eccleſia. nu. 50. de cauſ. poſſeſſ. & prop.* Multo autem minus iſto caſu, quo Abbas reclamauit,& proteſtatus fuit. Rom. *conſ. 369. ſub nu. 9.* Nam vulgare eſt, ad acquirendum ſtatũ quaſi poſſeſſionis, requiri ſcientiam & patientiã eius, de cuius præiudicio agitur: vltra quod actus iſte cauſam dedit liti, quia ab eo fuit appellatum,& cauſa in Rota commiſſa; cæteri verò actus poſſeſſorij facilè remouentur, cum vel percutiant tempus poſt litem motam, vel ſaltem ſint clandeſtini, abſq; ſcientia Abbatis, facti. Bal. *in l. poſt ſcientiam. nu. 7. C. de ſenten. & interl. iudic.*

5 Non obſtant teſtes inducti ad probandũ quaſi poſſeſſionem Archiepiſcopi, quia deponunt de actibus poſt litem motam factis, & nulliter fuerunt examinati abſque partis citatione: Minus releuat, quod dicitur quaſi poſſeſſionem Abbatis fuiſſe acquiſitam tempore litis motæ, ex quo illa per beneficiatos fuit de anno 1518. & per parochianos de anno 1524. cõtra Abbatem introducta, quoniam iſtę lites nõ fuerunt cum Archiepiſcopo; & certum eſt per laudum confirmatũ, ac ſententiam ad fauorem Abbatis latam, fuiſſe extinctas, vt bene hic per informantes, qui omnibus ex aduerſo adductis accurate reſpondent.

CORDVBE.

Toletana Primitiarum, 17. Maij, 1595.

ARGVMENTVM.

Falſitas quando ciuiliter agitur de tollẽdo fidem ſcripturę, pręſumptionibus probatur: & falſitatis non modica o-

ritur præſumptio ex additionibus, & apoſtillis in margine deſcriptis, præſertim diuerſo atramento ac ex interlineationibus, & caſsationibus: niſi fuerint ab eodem Notario ſubſcriptę & approbatæ.

SVMMARIVM.

Sententia non di.itur notoriè iniuſta, quando iniuſtitia eſt aliquo modo velata. nu. 1.

Fa'ſitatis ſuſpicio habetur pro falſitate, quando agitur, ciuiliter ad infirmandum probationem. nu. 2.

Falſitatis præſumptiones etiam leuex ſufficiunt ad tollendum fidem ſcripturæ, nu. 2. & in addi. lit. A. vbi de materia.

Falſitatis præſumptio oritur ex additionibus & emendationibus in ſubſtantialibus, diuerſo atramento ſcriptis. nu. 3. vbi etiam quid ſi huiuſmodi emendationes & additiones fuerint ſubſcriptæ & approbatæ a notario, & nu. 5.

Falſitatis præſumptio oritur ex interlineaturis a latere & nō in corpore inſtrumenti repertis. nu. 3. vbi etiam declaratur hæc concluſio, & nu. 5.

Officiali deputato ad aliquod officium creditur in ſpectantibus ad eius officium. nu. 4.

Probationum materia tota eſt repoſita in arbitrio Iudicis, qui non debet illud regulare ex ſua mera voluntate, ſed ſecundum iuris regulas, nu. 5. & in addi. lit. B. vbi de materia.

DECISIO CVI.

1 DVbitaui, an proceſſus de partib. ſit ita ſuſpectus de falſitate, vt non ſit ei danda fides, vt ex hoc oſtendatur, Iudices Toletanos potuiſſe non adhibere fidem teſtibus in illo ſcriptis, propter ſuſpiciones, quæ apparent; & conſequenter eorum ſententiæ valeant ſuſtineri, ita vt non poſſint dici notoriæ iniuſtæ? & ꝓ parte D. Prioris multa fuerunt deducta ad ſaluādas dictas ſententias; Primò, quod dici non poteſt iniuſtitia notoria, quando eſt aliquo modo velata. Fely. *in c. inter cætera. nu. 7. de re iudi.* Dec. *in c. ex parte. el ſecondo nu. 46. de offi. deleg.* Philip. Franc. *in c. dilecto. nu. 142. verſ. intellige præfata, & nu. 155. de appella.* Corn. *conſ. 10. col. 2. verſi. Et ſi forte alij. lib. 4.*

2 Secundo falſitatis ſuſpicio quoad infirmandā probationem, habetur pro falſitate, qñ agitur ciuiliter, fuit celebre dictum Archid. *in c. in memoriam, nu. 19. de prob.* & ibi Domin. allegando tex. *in l. iubemus, C. de probat.* Natt. *conſ. 315. nu. 14.* Ri-

a min. ſen. *conſ. 145. nu. 9.* & leues præſumptiones[a] afficiunt. Aym. *conſ. 134. nu. 34. & 40.* Ergo multo magis quādo ſolum tractatur, vt ſcripturis fides non adhibeatur.

3 In propoſito aūt ex relatione peritorum apparent plurimæ falſitates, & quædā emendationes in ſubſtantialibus diuerſo atramento & interlineaturæ a latere, & non in corpore inſtrumenti, quo caſu ſcriptura non habet ſolēnitates proceſſus, vel inſtrumenti. Bald. *in l. noſtram. nu. 2. C. de teſtam.* Paris de Put. *de reaſſumpt. inſtr. rub. 33. in fine*: Et conſequenter non poſſunt probare dicta teſtium, quia non conſtat de quo tempore dictæ emendationes fuerūt appoſitæ, & tamen debebant eſſe eodem contextu, vt adeſſet ſolemnitas requiſita; quo caſu ſubſcriptio notarii, quę regulariter ſufficit in ſimilibus, Dec. *conſ. 447. nu. 9. & 10. cum alijs allegatis iuxta diſtinctionem.* Bal. *in l. noſtram.* procederet, ſi emendationes eſſent incorporatę in inſtrumento, non a latere, vel interlineatæ, vel ſaltem Notarius in ſubſcriptione de illis mentionem feciſſet. Prac. Papien. *in forma oppoſit. contra inſtrumen. verſic. Tum, quia.* præterq̃, quod proceſſus ipſe non fuit ſubſcriptus a Notario adiuncto, ſed ſolum a recuſato, quod fieri debebat, ex ſtylo Hiſpaniæ, quem tradit Auilez. *in c. Prætorum. c. 35. nu. 4. Et ibidem in ſecunda parte, c. 25. nu. 8. & c. 15. nu. 4. 5. & 6.*

4 Quibus non obſtantibus, Domini negatiuam ſnīam amplexi ſunt; Nā cū agatur in præſenti de reuocatione ſnīarum latarū aduerſus ſententias de partibus, declaratas per Rotam notoriè iniuſtas, in quib. primitiæ adiudicabātur priori priuatiuè quoad beneficiatos, iniuſtitia ex actis ipſis de partib. bene deducebatur, ſtante reſolutione prius per Dominos facta ad fauorem ipſorū beneficiatorum, quod ſ. eis debitæ eſſent dictæ primitiæ, ſeu pars illarū vti adiuuātes Rectorem in adminiſtratione ſacramentorum; & quia conſtabat beneficiatos ipſos eſſe in poſſeſſione leuandi dictas primitias, non tantum ex diſpoſitione teſtium, de quib. in proceſſu, cuius fides nūc in dubiū reuocatur, ſed principaliter ex atteſtatione viſitatoris de anno 1519. expreſsè affirmantis ſe reperiiſſe, quod beneficiati non ſolū percipiunt maſſam beneficii, ſed ēt maiorē partē primitiarū, cui tanquā perſonæ ad hoc deputatæ ſtatut, *l. apparitores.* vbi Io. de Platea, *C. de apparitor. lib. 10.* Et fuit reſolutum 22. Aprilis 1587. In hac cauſa, quod atteſtatio non continebatur in proceſſu, de cuius fide controuertitur.

5 Neque doctrinæ ex aduerſo deductę, intrant in propoſito, cum omnia caſſata, & interlineata, cōprobata fuerint ſine ſubſcriptione Notarii, cuius perſona non fuit omnino ſuſpecta priori, vt iam fuit reſolutū; Perſona autem Iudicis, q̃ hos teſtes recepit, fuit ab ipſo Priore approbata, & adſunt quinq; teſtes bene probantes intētionē beneficiatorū, quorū dicta non repetiuntur apoſtillata, neq; caſſata, aut interlineata, neq; in aliquo diſcordāt ab originale Proceſſu ſubſcripto ab vtroq; notario, ex quib. dicti Iudices non potuerunt non adhiberi fidem teſtibus in Proceſſu deſcriptis; Nam etſi tota materia probationum

b repoſita ſit in arbitrium Iudicis,[b] vt fuit dictum coram Sanctiſſimo, tunc Rotæ Auditore *deciſ. diuerſor. 238. nu. 22. parte prima.* Dec. *conſ. 94. nu. 1. & alibi ſæpe*, tamen hoc arbitrium, non ſecus ac in alio quouis, non debet regulari ex mera voluntate illius, ſed ſecundum regulas iuris. Bald. *in l. 2. §. voluntatem. in fin. ſolut. matrim.* Menoch. *de arbitrar. Iudic. libro primo, caſ. 65. & 77.*

ADDI-

Digitized by Google

ADDITIONES.

a *Leues præſumptiones.* Hæc concluſio ſic ſimpliciter intellecta, non tranſit ſine difficultate, quia quod imò in caſu, in quo ad probandum falſitatem admittuntur præſumptiones, illæ non ſufficiant leues, ſed eſſe debeant graues & violentæ, ſuaderi videtur, ex traditis per Bald. *in conſ.* 402. *quæritur nu.* 6. *in fi. & nu.* 8. *lib.* 5. Gabr. *conſ.* 180. *n.* 1. *ſeqq. lib.* 1. Menoch. *de præſump. lib.* 1. *q.* 99. *poſt nu.* 11. *& nu.* 19. Caputaq. *deciſ.* 3. *nu.* 4. *par.* 2. Et facit generalis cōcluſio, quod in omni caſu, in quo præſumptiua admittitur probatio, leues præſumptiones non ſufficiant, ex allegatis per Dec. *in conſ.* 189. *nu.* 15. cum alijs, de quib. per D. meum Farin. *in ſua pract. crim. p.* 2. *q.* 86. *num.* 11. *& ſeqq.*

b *Arbitrium Iudicis.* Probationes omnes Iudici arbitrarias eſſe, cōmuniter dicūt, & ſcribunt Doct. & probatur hæc communis concluſio in *l.* 3. §. *Tu magis, & in l. ob Carmen.* §. *fin. ff. de teſtibus, & in l. quingenta. ff. de probat.* per quæ iura ſic voluerūt Bar. & alij *in l. Admonendi. ff. de iur. iuran.* Dec. *conſ.* 595. *nu.* 8. *& conſ.* 697. *nu.* 7. Boer. *deciſ.* 107. *num.* 8. Mandel. *conſ.* 99. *num.* 5. *ſeqq. lib.* 1. Pract. Corrad. *lib.* 1. *cap.* 9. §. 2. *de offic. prætor. In ciuilib. cauſ. rubr. de probat. nu.* 21. *ſeqq.* Grammat. *deciſ.* 39. *nu.* 47. Franc. Hercul. *in tract. de negatiu. nu.* 314. Vbi ampliat etiam in arbitro. Menoch. *de arbitra. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 90. *nu.* 2. Sarmien. *Select. ar. interpr. lib.* 1. *c.* 1. *nu.* 12. *verſic. illud certum eſt.* Hierony. Lauren. *deciſ. Auinionen.* 91. *nu.* 8. Cæphal. *conſ.* 287. *nu.* 45. *ſeq. lib.* 1.

Et propterea, iudicem poſſe dare fidem teſtib. non plenè deponentibus, & ècōtra minus credere perfectis probationib. teſtium, ſeu inſtrumentorum, ſi ita ſibi viſum fuerit, ſcriptū reliquerunt Gram. Mandell. Cęphal. & Menoch. *in locis præcitatis.* Cur. iun. *conſ.* 52. *nu.* 8. Villalob. *in commun. opin. litera P. nu.* 313. Stephan. Lamberteng. *in tract. de contractibus eorum, &c. gloſ.* 12. *nu.* 36. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſi.* 320. *nu.* 20. Et faciūt tradita per Montic. *in repertorio teſtium. fol.* 439. *col.* 1. *verſ.* 1. 2. *&* 3. *& col.* 2. *verſ. ſecundo.*

Quod vltimum intelligas procedere, dummodo Iudex ad ſic credendum, vel non credendum, moueatur ex aliqua rōnabili cauſa; aliàs ſecus, ſecundum Gram. *d. deciſ.* 34. *nu* 47. Hercu. *de negatiu. nu.* 315. Pract. Corrad. *vbi ſupra nu.* 22. Meno. *d. caſ.* 90. *nu.* 5. *& ac recuper. poſſeſſ. remed.* 13. *num.* 342. *ſeq.* Conıard. *de moment. poſſeſſ. limit.* 9. *n.* 60. Sarmient. *vbi ſupra lib.* 1. *c.* 1. *num.* 12. *eod. verſ. illud certum eſt.* Steph. Lamberteng. *d. glo.* 12. *nu.* 18. Tiraq. *de p. en. in præfatione num.* 65. Monticell. *d. fol.* 439. *col.* 2. *verſ.* 3. *& fin. & fol.* 440. *col.* 1. apud quos etiam reperies, Iudicem iſto caſu ad hoc ne in ſindicatu teneatur, debere in ꝓceſſu exprimere cauſas, & coniecturas, quibus ſic mouetur ad credendum, vel non credendum vt ſupra.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Blanchetti Cardinalis,

Abulen. Matrimonij, Veneris, 28. Maij, 1595.

ARGVMENTVM.

Promittens ducere in vxorem aliquam mulierem, an & quando cogi poſſit ad contrahendum cum ipſa Matrimonium: Et quid, ſi promiſſio hæc non fuerit iurata, vel fuerit emiſsa inter coniunctos, inter quos Matrimonium eſse non poterat.

SVMMARIVM.

Sponſalia contrahens per verba de futuro cum iuramento, quādoque per cenſuras compellitur ab eccleſia ad illa contrahenda per verba de præſenti. nu. 1. *Declara. vt nu.* 2.

Matrimonium contrahere promittentes per verba de futuro, coguntur ab Eccleſia ad illud contrahendum per verba de præſenti, etiam medio cenſurarum, num. 1. *vbi tamen alterius ex coniugibus induratus, & renitens animus dignoſcitur, is potius abſoluitur quam cogitur. num.* 2. *vbi præſertim, quando ſic renitens allegat aliquam iuſtam cauſam.*

Matrimonij conſenſus debet eſſe omnino liber. nu. 2. *in fi.*

Matrimoniū cōtrahere cogi non poteſt quis ex præcedēte promiſſione de illud contrahendo non iurata. nu. 3.

Matrimonium cōtractum inter conſanguineos ſub conditione, ſi fuerit diſpenſatum, non ſubſtinetur. nu. 4

Malum maius vt euitetur quandoque minus tolleratur. nu. 5

DECISIO CVII.

1 IN cauſa Abulen. Matrimonij, An Antonius ſit cogendus contrahere matrimonium cū Catherina in caſu, & ad effectū, de quo agitur, quāuis eccleſia qńq; cōſueuerit medio cenſurarū cōpellere eos, qui ſponſalia per verba de futuro cū iuramēto cōtraxerūt, ad illa per verba de præſenti contrahēda, *c. ex literis. il ſecundo, c. requiſiuit. de ſponſaiib.* & ibi Doct. oēs. Ferret. *conſ.* 171. *in prin. p.* 1. Gabr. *conſ.* 159. *p.* 2. & fuit reſolutum in cauſa Valentina Matrimonii coram S. D. N. & in alia Romana Matrimonii corā R. P. D. meo Orano.

2 Semper tamen, vbi alterius ex coniugib. induratum animum cognouit renitentem, abſoluere potius conſueuit, quam cogere. glo. *in d. c. ex literis. in verbo, compellas,* & ibi Abb. Antiqu. Card. *nu.* 30. Anto. de Butr. *nu.* 11. Ferret. *d. conſ.* 171. *nu.* 6. Præcipuè ſi ſubſit aliqua iuſta cauſa, vt tradunt Doctores pręfati, & ſeruauit Rota in dictis cauſis, & in alia Hiſpalen. Matrimonii cor. bo. mem. D. de Rubeis; tum quia talia matrimonia infelices exitus habere plerumq; conſueuerunt.

Digitized by Google

d.c.requiſiuit, de ſponſalib. cum etiam, ne propter violenter obtentum conſenſum, pareatur locus perpetuæ fornicationis, fortunæ. Garez. *in c.1.n.3.verſ. vnde ratione. de pact.* Cum.n.in matrimonijs debeat conſenſus omnino liber eſſe, *c.cum locum, & c.requiſiuit.de ſponſ.* nulla authoritate humana tale, libertate deficiente, matrimoniũ cõſtitui põt. Per.de Vict. *in ſuis relect.7.relect.p.1.nu.7.*

3 Quod multo magis procedit, quãdo ſponſalia nõ ſunt iuramento vallata, gl. *fin.in c.de illis. il 1. de deſponſ.impub.* & alios per Abb.ibi *n.7.gl.in c.1. de ſponſ.* Sot. *in 4.ſent.diſt.27.q.2.art.5.verſ. Quintus caſus eſt.* Sũma Ang. *in verbo, ſponſ.n.21.* Arm. *eod.verbo.n.7.* Silu. *eod.verb.n.10.verſ.pro quo facit.*

4 Ex quib.etſi ſatis cõſtet, Antonium in caſu, de quo agitur, non cogendũ ad contrahendũ matrimoniũ cũ Catherina, tamen alia, & euidentiori ratione per Dominos fuit reſolutum, huiuſmodi coactioni non eſſe locum; cum.n.ſint tertio & quarto conſanguinitatis gradu coniuncti, & cõtraxerunt ſponſalia, ſi ſecum fuiſſet diſpenſatũ, prædicta ſponſalia non tenuerunt, *l.inter ſtipulantem, §.ſacram, ff.de verb.obli.* Inn. *in c.ſuper eo.de condi.app.* & ibi Abb. *nu.*8. Io.Andr. *ibi col.2.verſi.idem ſi dicatur.* Card. *nu.*2. Henric.Boyc. *in c.ſi conditiones.nu.2.eod.tit.* Præpoſ. *in d.c.ſup.eod.nu.*5. Aſten. *2.p.lib.8.tit.3.art.2.q.3.* Tabien. *in verbo, ſponſalia, num.7.* & de cõi teſtantur Andr. in 4. *ſentent.tit.de ſponſ.q.10.* Dom.Sot. *ſupra eod. diſt.29.q.2.art.1. verſ.nouam autem.* & Petrus de Victor. *vbi ſupra in princip.1.p.verſ.in contrarium,* ideo requiritur nouus conſenſus. Couarru. *in 2.p.Epitho.14.in princ.nu.10.* ad cuius præſtationẽ ſeu in ſupradictis caſib.vir, ſeu mulier, cogi nõ poſſunt minus in hoc, in quo cõſenſus ab initio præſtitus, nullã omnino habuit iuris ſubſiſtentiã; nã Papa, vt dñt prędicti Doct.diſpenſando, nõ ratũ habet, quod geſtũ eſt, ſed tantũ cõtrahendi licentiã impartitur.

5 Non obſtat detrimentũ, quod Catherinæ inde euenire poteſt, quia ad malũ maius, de quo veriſimiliter poteſt dubitari, euitandũ, minus quãdoq; eccleſia tollerare conſueuit. *d.c.requiſiuit.* Palat. Rub. *in repet.c.per veſtras, §.18.nu.16.* Reliqua ex ſupradictis ſunt ſublata, & ita fuit deciſum.

IVSTI.

Aſſiſien.Canonicatus 5. Iunij 1595.

ARGVMENTVM.

Papę aſſertioni in motu proprio, quod ſibi conſtat de crimine Adulterij, ſtatur, concurrente pręſertim confeſſione adulteræ, & teſtium depoſitionibus: & ſi appellans intra terminum iuris, non redierit pro Apoſtolis, ſententia dicitur tranſire in iudicatum.

SVMMARIVM.

Appellans ſi intra terminum iuris ſibi datum pro Apoſtolis, non redierit, facit tranſire ſententiam in rem iudicatam. nu.1.& in addit.lit.A.vbi de materia.

Appellans ſi non commiſit cauſam infra biennium, ſententia contra ipſum lata, tranſit in iudicatum.nu.1.

Apoſtolos petens ſi terminum iuris habuerit, debet pro illorũ reſponſione redire infra triginta dies. nu.1. & in addit. lit.B.vbi an iſti dies triginta currant a die ſententię; An vero a die appellationis.

Fatalia non currunt, ſubſequuta tranſactione declara, vt nu.2.

Adulterium probatur ex confeſſione adulterę & depoſitionibus teſtium.nu.3

Papę aſſertioni de crimine alicuius creditur.nu.2.concurrentibus tamen adminiculis, de quibus ibidem.

Papa pręſumitur motus ex rationabili cauſa.nu.3

DECISIO CVIII.

1 SEntentia A.C.lata de anno 1575.tranſiuit in
rem iudicatam, de qua conſtare deciſum fuit,
cum licet fuerit appellatum, attamẽ Laurentius
a non redijt [a] pro Apoſtolis, poſtquam habuit pri-
mum terminum iuris, a quo numerãtur triginta
b dies, [b] *l. Iudicibus, C.de appellat.cap.ab eo.de appell. in ſexto.* vbi habetur, quod qui non redijt, cenſetũr appellationi renunciaſſe; Præterea non cõmiſit cauſam infra biennium. Et hoc modo ẽt inducitur res iudicata. *Authen. ei qui. C.de temp.appell. Clem.ſi appellatio, de appellat.* Dec. *conſ.*436. Et dictum fuit coram R.P.D.meo Litta in vna Romana Peculiaria 17. Maij proxime præteriti.

2 Non obſtant nullitates & iniuſtitia, quæ opponitur aduerſus ſententiam Commiſſarii, quia de ea non tractatur, ſed de ſententia Auditoris Cameræ, quia pronũciatum fuit, Motum proprium Pij Quinti non eſſe ſubreptitium. Prout nec etiã obſtat concordia, quæ & ſi impediat curſum temporis *Clem.quamdiu. de appella.* Nihilominus deberet cõſtare de concordia ãnte rem iudicatam, quia nullibi dicitur, quod reſtituat aduerſus eã, quinimò ex actis conſtat de contrario. Nam ſententia Auditoris Cameræ lata fuit anno 1575. Sed cauſa fuit cõmiſſa in Rota anno 1579. quo anno de menſe Maij fuit facta, vel tractata concordia. Et ſic poſt rem iudicatam. Et de paupertate, quæ impedit rem iudicatam, nullibi conſtat.

3 De notoria autem iniuſtitia ſententiæ Auditoris Camerę dici non poteſt, cum fundetur in cõfeſſione adulteræ, in dictis teſtium, & in aliis: & adſit præterea motus proprius Pij Quinti, vbi dicit, ſatis aperte & clarè ſibi conſtitiſſe de d. Laurẽtij crimine; & Papa pręſumitur motus ex cauſa rationabili. Abb. *in c.cum veniſſent.cum ibi allegatis.ſub nu.8. de iudic.* præſertim cum ad ſententiã Commiſſarij non ſe referat, ſed aſſerat ſibi cõſtitiſſe; vnde non obſtant, quæ dicuntur aduerſus rem iudicatam.

ADDITIONES.

a *Non rediit.* Regulariter ſi appellans quando Iudex dedit terminum iuris, nõ redierit in d. termino pro reſponſione Apoſtolorum, cenſetur appellationi renunciaſſe. *Clementina. quamuis rigor. de appell.* & notant Doct. *in c. perſonas. extra eod.* Boer. *conſ. 43. incipiente videtur. n. 2. ſeqq. & nu. 17.* vbi teſtatur ita fuiſſe iudicatum. Lancel. *de attentat. c. 12. limit. 50. num. 297. & ſeqq.* vbi ex Boer. in loco prȩcitato, & alijs per eum relatis, hanc regulam ampliat duob. modis. Limita eandem regulam duob. alijs modis. Primo, quando in d. termino iuris cauſa fuit commiſſa, abſq; eo quod pro reſponſione Apoſtolorũ appellans redierit. Creſcen. *deciſ. 75 incipiente appellanti, ſub rubr. de appell. in manuſcrips.* idem Lancell. *d. c. 12. e. ad. Limitat. 50. nu. 204. & ampl. 1. nu. 24. & in præfat. eiuſd. c. 12. nu. 55. ſeqq.* vbi præſertim hanc limitationẽ procedere affirmat, quando in vim d. Commiſſionis fuerit inhibitum. Limita ſecundo, quando Iudex petenti ſibi de Apoſtolis reſponderi, non reſpondeat, ſed taceat, vel etiam dicat, quod audiuit: Tunc enim habetur pro negante: & propterea non tenetur amplius pro illis redire, & nõ redeundo appellatio non deſeritur, vt per eundẽ Lancell. *d. c. 12. in præfat. nu. 54.* Pract. Corrad. *in tit. de appellat. nu. 15. & 17. fol. mihi* 205. cum alijs allegatis per eos, ad quam materiam, Iudicis ſcilicet non reſpondentis petenti ſibi de Apoſtolis reſponderi, vide Lancellot. *cap. 12. Limitat. 1. nu. 60. & ſeqq.*

b *Triginta dies.* Terminus iuris triginta dierum eſt; ſed an currat a die ſententiæ, an vero a die appellationis, eſt controuerſia inter Doct. Nã Hoſtien. *in c. cordi. de appell. in 6.* & Card. *in Clem. quãuis. nu. 5. eod. ti.* a die appellationis currere aſſeruerunt, & hanc Hoſt. ſententiam in palatio ſeruandam eſſe, dixit Rota *deciſ. 5. alias 29. fuit dubitatũ. de appell. in nouis*, contrariam tamen ſententiam quod imò terminus iſte currat a die ſententiæ, non autem a die appellationis, magis communiter receptum eſſe poſt alios, quos recenſent, antiquiores, Guido pap. *in tract. de appella. q. 27. ad med.* Miſinget. *obſer. 36. incipiente quando aliquis. centur. 4.* Nicol. Grauat. *in addit.* ad Veſtr. *lib. 7. cap. 3. rub. de appellatione, &c. n. 65.* Michael Craſſ. *in commun. opin. lib. 2. c. fi. q. 9.* Lancellot. *de attentat. c. 13. nu. 3.* Dummodo tamen appellans ſententiæ notitiam habuerit, aliàs non a die ſententiæ, ſed a die ſcientiæ terminus prædictus currere incipiet, ex relatis per Veſtr. & Craſſ. in locis præallegatis.

Fam. Cent. V. I. D. *Galeſ.*

ORANI.

Bononien. Attentatorum, Veneris, 10. Nouembris, 1595.

ARGVMENTVM.

Contumax quando dicatur verus, & quando fictus, ad effectum, vt poſſit appellare, etiam poſt decem dies, à die ſcientiæ; Et interim attentata quando ſint reuocanda.

SVMMARIVM.

Contumax fictus dicitur ille, qui citatus eſt ad ſententiam, domi, dimiſſa copia, etiam ſtatuto ſic permittente citationẽ fieri poſſe. nu. 1. in princ.

Appellare quis poteſt etiam poſt decem dies a die habitæ notitiæ a ſententia contra ipſum lata, quando fuit citatus domi, dimiſſa copia. nu. 1. poſt principium, & in addi. lit. A. vbi de materia.

Appellare, quis poteſt poſt decem dies a die ſcientiæ, quando eſt fictus contumax, etiam quod citationis habuerit notitiã, & proteſtando comparuerit in iudicio, niſi etiam ſciuerit ſententiam fuiſſe latam. nu. 1. verſ. vnde nihil.

Attentata pendente termino ad appellandum etiam, poſt decẽ dies a die latæ ſententiæ ſunt reuocanda ad fauorem ficti contumacis. nu. 2.

Iudex à quo ſi ante exequutionem ſuæ ſententiæ admiſit appellationem dando reuerentiales, dicitur abdicaſſe a ſe iuriſdictionem; & propterea non poteſt iſto caſu ad exequutionem procedere. nu. 2. verſi. Maximè cum Iudex.

Inhibitione Iudicis ad quem, pendente, nihil innouari poteſt a Iudice a quo. nu. 2. in fine.

Citatio ad ſententiam, an ſufficiat domi, dimiſſa copia, vide in addit. lit. A.

DECISIO CIX.

1 LIcet ſtatuto Bononienſi fuerit pro parte D. Aloyſij in eo ſatisfactum, quo voluit, per binos Nuncios citationem ad ſententiam, domi, dimiſſa copia, fieri, nihilominus haud amplius operatur, quam quod ſententia in vim repetitæ citationis lata, valida ſit; nõ autem quod D. Angelus citatus propterea dicatur verus cõtumax, & non fictus: ita quod non potuerit poſt decem
a dies appellare, a die habitæ ſcientiæ [a] ſententiæ latæ. Rot. *deciſ. 2. de dol. & contuma. in nou.* vnde nihil etiam releuat, quod Procurator D. Angeli habuerit ſcientiã citationis, cõparendo in iudicio & proteſtãdo, quia ad effectum, vt non poſſit appellari a die ſcientiæ, non ſufficit, quod habuerit ſcientiam citationis, niſi etiam ſciuerit ſententiã fuiſſe latam. Fely. *in c. quoad conſultationem. n. 24. de re iudic.* Natt. *conſ. 51. n. 1. cum relat.* per Modern. *de attentat. 2. par. c. 12. limit. 50. nu. 158. & ſeq.*

2 Quare Domini perſiſtendo in reſolutis, dixerunt, immiſſionem in poſſeſſionem, & ſequeſtrũ in vim præfatæ ſententiæ obtentum, non poſſe ab attentatis excuſari. Rot. *deciſ. 51. de appellat. in nou.* Modern. *de attentat. d. c. 12. limitat. 50. num. 128.* Maximè, cum Iudex a quo, ante exequutionem admiſerit appellationem, dando Angelo reuerẽtiales; per quas abdicauit a ſe iuriſdictionẽ;

Digitized by Google

Ideoq; non potuit procedere ad exequutionem;
Multo autem minus, ſi liqueret ſuperueniſſe in-
hibitionem Iudicis, cui appellationis cauſa fue-
rat commiſſa. Franc. *in c. dilectus. de appellat.*

ADDITIO.

a *Scientia.* Notabilis eſt iſta deciſio, volens, tem
pus ad appellandum currere a die ſcientię, etiam
quod ſtatutum permitta citationem ad ſenten-
tiam fieri domi, dimiſſa copia: ſic & idem crederẽ
quando eadem citatio domi, dimiſſa copia, ſuffi-
ceret de ſtylo & conſuetudine, prout hodie ſuffi
cere teſtantur Mohed. *deciſ.* 161. Put. *deci.* 15. *de Iu
dic.* Peregr. *deciſ.* 51. *in manuſcript.*

Et quod citatus domi poſſit a die notitiæ ap-
pellare eo, quia reputatur fictus contumax, & nõ
verus, voluit etiam Rota *deciſ.* 2. *alias* 49. *ſi fera-
tur, de dolo, & contumacia in nouis, & deciſ.* 46. *alias*
500. *ſi feratur. de appell. in antiq.* prout eas refert
Lancellott. *de attent. cap.* 12. *limitat.* 50. *n.* 143. Ad
idem vide Crott. *conſ.* 7. Veſtr. *in prac. lib.* 7. *cap.* 3.
nu. 21. Capyc. *dec.* 139 *per tot. vbi de materia.* Vant.
in tit. de nullit. ex defect. Citationis. nu. 92. Peregrin.
deciſ. 31. *lib.* 1. Cęphal. *conſ.* 241. *nu.* 55. *& ſeq.* vbi
ampliat, etiam quod fuerit actum manu Regia
& ordine omiſſo.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ORANI.

*Romana Legatorum de ſtabilis, Veneris,
19. Ianuarij, 1596.*

ARGVMENTVM.

De fide & probatione libri mercatorũ,
& an, & quando liber in vna partita
mendax & falſus, in totum præſu-
matur falſus.

SVMMARIVM.

Referenti creditur, quando de relato apparet, nu. 1. ad fi.
Libro mercatoris regulariter contra tertium non ſtatur, niſi plures probabiles concurrant coniectura. num. 1. in fine. vt in addit. lit. A. vbi alia de materia, & fide libri mercatoris.
Scriptura imperfecta ſumit robur ab effectu ſubſequuto. nu. 2.
Liber mercatoris in vna partita repertus falſus, operatur præſumptionem falſitatis in alijs partitis. nume. 3. ubi declaratur.
Notarii falſi inſtrumenta confecta ante falſitatem commiſſam valent & tenent, nu. 4. in fi. & in addit. lit. B.
Liber priuatus facit plenam fidem contra ſcribentem, & eius hæredes. nu. 4. & in addit. litera C. vbi alia ad materiam de fide & probatione libri priuati.
Copiæ partitarum alicuius libri extractæ in vna cauſa faciunt fidem in alia, nu. 5
Copia ſimplex bene probat contra recuſantem exhibere originale, nu. 5
Legatum factum creditori ſuo, quãdo cenſeatur factum animo compenſandi, nu. 6. & in addit. lit. D.
Legatario ſtatim mortuo teſtatore, acquiritur ius legati. nu. 7.

DECISIO CX.

1 DVbitaui in cauſa Romana Legatorũ DD.
de Sabellis, præſuppoſito teſtamẽto q. Car
dinalis Sabelli, filio debitorũ ꝑ Comitem Nico-
laũ dato & iurato, & alijs hinc inde deductis, An
eſſet ſtãdũ partitis relatiuis, de quibus agit̃, & an
Comes teneretur excõputare ſummã ſcutorum
1529. cõtentorũ in duabus partitis ꝑ D. Ducem
productis cũ ꝑcio vineę & expẽſis in ea factis, ac
ſumma ſcutorũ ſeptingẽtorũ cenſus impoſiti ad
fauorẽ Ragnutij Calui. Domini quoad primam
partẽ dubii fuerũt in voto affirmatiuo, quia par-
titæ relatiuæ nedum verificantur ex nudo folio
per Comitẽ exhibito, ſed ex calculo earũ per cõ-
putiſtã q. Cardinalis ſubducto & ſolutione ſe-
quuta earũ in vim mãdatorum Comitis tẽpore,
quo hęreditatẽ adminiſtrauit: De partita enim
Lucæ Betti vlterius non põt ambigi, cũ pręuia ci
tatione ex libris eius propriis fuerit extracta &
mãdãte theſaurario Papę per ſolutionẽ extincta
vt nec de partita Luraghi, ex quo per libros ſuos
iuſtificat̃. reliq; ẽt nẽpe hęredũ Adriani de Caua
leriis, & Dominici Luparelli ex cõputis cũ mãda
tis, & qetãtiis originalib. in Bancho Luraghi de-
prehenſis, & in actis productis, ideoq; cũ relatũ
iam fuerit repertũ in conſequentiã, referẽs cum
eo, plenè probat Fel. *in c. quoniam Abb. circa finem
verſi. 2. limita. de offic. dele.* Pariſ. *conſ.* 33. *nu.* 6. *li.* 1.
a vnde ẽt ſi regulariter libro Mercatoris [a] contra
tertium non ſtetur, tñ hoc non habet locũ, quan
do ex pluribus coniecturis probabilis redditur.
Soc. *conſ.* 291. *nu.* 14. *lib.* 2. Aym. *conſ.* 275. *nu.* 8.
2 Proinde cũ in confeſſo ſit apud partes bo. me.
Cardinalem ſuo teſtamento ordinaſſe, quod de-
bita Comitis ſoluerentur, & dubitari nõ poſſet,
quin partitas hęres vidiſſet, ac qđ theſaurarius
Lucę Betti ſatisfieri iuſſerat, quodq; partitæ oẽs
ſolutione fuerint ſublatæ, non dubium eſt quin
effectus ſubſequutus tribuerit robur ſcripturę ẽt
imperfectæ. Cyn. *inter conſ.* Bal. 40. *col. penul. lib.*
4. Aym. *conſ.* 101. *nu.* 4. *& conſ.* 158. *nu.* 1.
3 Fruſtra verò dicitur, relationi libri Luraghi fi-
dem non eſſe adhibendam, tanquã ſuſpectę. Pri-
mo, quia ſcripſerit ſoluiſſe Lucę de mãdato The
ſaurarij tanquam creditori hereditario. Secũdo,
quia in cauſa diſcuſſionis bonorum ſuorum, re-
pertũ ſit, libros ſuos refertos mendaciis; ita quod
vna partita falſa operetur præſumptionem falſi-
tatis aliorum, iuxtà trad. per Innocen. *in cap. fra-
ternitatis. in princip. de hered.* Caſtrenſi. *conſilio* 31.
ſub numero 4. *verſ. Nam ſicut. libro primo.* Pariſ. *con-
ſil.* 40. *numero* 4. *&* 26. *lib.* 1. Quia quoad primum
fuit dictum ex libro Lucæ Betti iam fuiſſe verita
tem partitæ detectam Comitiſque debito adſcri
ptam cuius quidem intentio non fuit alia, quam
vt ex ære hæreditario lucretur. Quoad ſecũdum
pariter reſponſum fuit de alienis partitis nõ agi,
ſed de iſtis, de quarum veritate etiam aliunde li-
quet, maximè cum fuerint deſcriptæ longè ante
Luraghi decoctionẽ; pro quo facit, quod dicitur
de

Digitized by Google

b de falſitate commiſſa a Notario,[b] per quam non infertur ad falſitatem inſtrumẽtorum antea per eum confectorum, Burr. *in c. fraternitatis. num. 6.* Io. de Amic. *numer. 16.* Socin. & Felyn. *num. 12. de hære.*

4 Quantum vero ad ſecundam partem dubij, Domini tenuerunt, partitas, de quibus in ea, nullo modo excomputandas; quod enim eatum fuerit Comes creditot, apparet ex partitis deſcriptis in libro bo. mem. Cardinalis, in quibus deſcribitur creditor huius ſummæ pro tanto grano Abbatię Beneuenti per eum poſſeſſę, & pro tanto vino vinearum alias per ipſum poſſeſſarum, quę quidem contra Cardinalem, & ſuos hæredes plenam fi-
c dem[c] faciunt. Iaſ. *in repet. l. admonendi. nu. 112.* & ibi Rip. *nu. 119. ff. de iur. iuran. Canoniſt. in c. 2. de fid. inſtrumentorum.*

5 Nihil etiam refert, quod originales partitę non exhibeantur, quia ſufficit copia extracta ex ipſis libris in alia cauſa, maxime cum DD. de Sabellis illos exhibere recuſent, quia tunc ſtatur etiã ſimplici copiæ. Pereg. *deciſ. 160. lib. 2.*

6 Non obſtat, quod dicatur, Cardinalem Comi-
d ti Legatum reliquiſſe animo compenſandi[d] cum huiuſmodi partitis, quia verba legati; *Volemo ſe li paghino li ſuoi debiti,* Repugnant huiuſmodi præſumptioni: neque enim legatum cõtinet certam quantitatem, & verſamur in debito voluntario, in quo ceſſat præſumptio compenſationis. *l. cum dotem, §. ſi pater, & ibi Doct. ff. ſol. matrim. Auth. præterea. C. vnd. vir & vxor.*

7 Idem concludebant Domini reſpectu partitæ pretij vineæ terrarum, ſuper quibus cenſus impoſitus fuit ad fauorẽ Raynutij, quia cum Comes tempore obitus teſtatoris, eſſet debitor pretij vineæ, & terrarum, ſtatim ius legati fuit ſibi acquiſitum. *l. cum quam, & ibi poſt gl. Bart. & alij. C. de fideicomm.* & ſic per venditionem vineæ, & terrarũ non poteſt dici legatum deſijſſe deberi, vt bene hic per informantes pro Comite, quorũ reſponſiones placuerunt Dominis.

ADDITIONES.

a *Mercatoris.* Veriſſima eſt concluſio, quod liber mercatoris non probat contra tertium, ad cuius comprobationem, vide etiam Neguſ. *in tract. de pignoribus. in ſecundo membr. quinta partis principalis, nu. 47. in fine.* Menoc. *de arbit. quæſt. lib. 2. caſ. 91. nu. 25. & ſeqq.* & eſt ratio, quia libro mercatoris creditur tantũ in ijs, quę reſpiciunt cauſam mercaturæ: ſecus in alijs. Aym. *conſ. 221. nu. 12.* Ferrans Vaſcq. *controuer. Illuſtr. c. 35. nu. 6.* Roland. *conſ. 92. nu. 8. & ſeqq. lib. 3.* vbi exemplificat in eo, qui ſcripſit penes aliquem depoſuiſſe pecuniam. Menoc. *d. caſ. 91. nu. 22. & ſeqq.* Ioſeph. Lud. *concl. 29. in fine principij, & verſ. 7. requiritur.* vbi ex hoc facit duas illationes. Mand. *conſ. 95. li. 1.* vbi etiam infert, quod propterea non creditur libro mercatorum, in quo aſſeritur aliquem fideiuſſiſſe pro principali debitore.

Et generaliter de fide, & probatione libri mercatorum, vide Aym. *de antiq. temp. ſect. viſo de verbis enunciatiuis. num. 32. & ſeqq. & ſect. vi. 'imus, & abunde, & vtiliter nu. 2. & pluribus ſeqq.* Marſ. *ſing. 458. incipiente, liber.* Doct. omnes in *l. admonendi. de iur. iurand.* Catell. Cotta *in ſuis memorialibus, in verbo, conſuetudo indiſcreta.* Cepoll. *cautel. 79. & 177.* Socin. *reg. 215.* Matheſ. *ſing. 51.* Iaſ. *in l. age. C. de tranſact.* Stracc. *in tract. de mercatur. p. 2. n. 51. & plurib. ſeqq.* Ioſeph. Lud. *d. concluſ. 29. per totam.* Rol. *d. conſ. 92. nu. 1. & ſeqq. lib. 3.* Viu. *in comm. opi. in verſ. ſtatutũ iubens.* Ioan. Pet. Surd. *deciſ. Mant. 199. per tot.*

b *Notaria.* Quamuis regula ſit, quod Notarius de falſo condemnatus, non poſſit in futurum poſt condemnationem amplius ſe de inſtrumentis rogare, ſecundum communem, de qua per Alexand. *in l. ſi quis ex argentarijs. §. cogentur. num. 6.* & ibi etiam Alber. Ang. *num. 2.* Paul. de Caſt. *nu. 3.* & Iaſ. *num. 12.* Bald. *in l. in exercendis. num. 21. verſ. ſed Bart. dicit. C. de fid. inſtrumentor.* Ioan. de Platea *in l. ſi aliquid. C. de ſuſceptoribus, & archar. li. 10.* Paul. de Caſtr. *in conſ. 203. ſecundum antiquam impreſſionem.* Ang. *de malef. in verbo, falſario, verſ. quæro aliquis Notarius. nu....* Innoc. *in cap. fraternitatis. num. 1. in fine, & ibi etiam Ioan. de Anan. nu 8. extra de hæretic.* Clar. *in pract. §. final. quæſt. 73. verſic. Notarius.* Maſcar. *de probat. lib. 2. concluſ. 1003. nu. 45.* vbi ampliat etiam in inſtrumentis ad pias cauſas.

Non tamen falſa redduntur inſtrumenta ante condemnationem rogata; & propterea non prohibetur illa publicare, vt per eundem Clar. *in loco præcitato,* & per Maſcard. *dict. concl. 1003. dict. num. 45.*

e *Fidem faciunt.* Quod liber tam mercatoris quam alterius cuiuſcunque priuatę perſonę, probet contra ſcribentem, adde Socin. *regul. 63. in 7. fallen.* Gab. *tit. de confeſſ. concl. 1. num. 55. & ſeq. vbi declarat.*

d *Compenſandi.* Iſta materia, an ſcilicet, & quando legatum factum a debitore ſuo creditori, cenſeatur factum in compenſationem ſui debiti, an vero illud debeatur vltra debitum, requireret potius exactam, & particularem quęſtionem, quam ſimplicem additionem; Ideo ſufficit pro nunc lectorem remittere ad iura & Doctores infraſcriptos, in quibus bene eadẽ materia pertractatur, & præcipue, ad text. *in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolut. matrim. & in l. ſi ſeruum. ff. de action. empt. & in l. 1. §. ſciendum. de rei vxor. actio. & in l. creditorem. ff. de legat. 2. & in l. pecuniæ. ff. de alimen. & cibar. leg. & in l. ſi compenſandi. C. de hæred. inſtituen. & in auth. præterea C. vnd. vir, & vxor.* & ibi præſertim Iaſ. *numero 18.* & Dec. *num. 11.* Socin. *in l. de die. §. inter. nu. 3. ff. qui ſatiſd. cog.* Crem. *ſing. 3.* Paul. de Caſtr. *conſ. 83. p. 1.* Alexand. *conſ. 12. nu. 61. lib. 2.* Cor. *conſ. 210. nu. 3. & conſ. 292. nu. 2. & conſ. 288. nu. 9. & conſ. 257. 344. & 316. & lib. 1. & conſ. 258. nu. 2. lib. 3. & conſ. 115. nu. 2. & conſ. 230. num. 3. & ſeqq. lib. 4.* Socin. iun. *conſ. 30. nu. 17. p. 2.* Diaz. *reg. 171. & 454.* Mandell. *conſ. 2. nu. 14. & conſ. 7. nu. 9. & conſ. 17. nu. 6. & ſeqq. & nu. 78. lib. 1.* Afflict. *deciſ. 44. per tot.* Dilect. *de art. teſtan. caut. 5. in tit. de leg.* Couar. *in cap. officij. num. 1. & ſeqq. in diſcurſu.*

extra

Digitized by Google

extra de teſt.am. Card. Alban. *conſ.6.nu.1.& conſ. 9.num.1.& ſeqq.* Hier. de Monte *quæſt.3.& quæſt. 1.per totam.in diſcurſu.* Sebaſt. Med. *in tractat. de compenſat.p.1.quæſt.31.* Bero. *q.62.num.2.& num. 6.* Villalob. *in comm.opin.litera L.num.42.& litera V.num.96.* Soarez. *etiam in comm.opin. litera L.nu. 34.& 35.* Roland. *conſil.65.num.18.& ſeqq.lib.2. & in trac.de lucro dotis.quæſt.96.* Anchar. iun. *quæſtio.91.num.1.& ſeqq.par.2.* Cęphal. *conſ.84.num. 9.& ſeqq.lib.1,* Peregr. *de fideicommiſſ.artic.33.nu. 41.& ſeqq.* Mantic. *de coniectur. vltimar. voluntat. lib.11.tit.2.nu.1.& ſeqq.per totum.* Simon de Pret. *de interpretat.vltimar.voluntat.lib.4.interpret.1.dubit.6.num.1.& pluribus ſeqq.* Honded. *conſ.50.nu. 1.& ſeqq.lib.2.*

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

CORDVBE.

Taruiſina prætenſæ ſimoniæ, 13. Maij, 1596.

ARGVMENTVM.

Notabilis eſt deciſio in materia probationis ſimonię, quod ſcilicet ea non probetur ex confeſſione aſſerti ſocij criminis: item nec per tentatam abſolutionem, ſeu compoſitionem in Dataria in prȩiudicium alterius: Ité nec per teſtes de publica voce, & fama, ac de auditu ab eo, qui ſimoniam commiſiſse fatetur: & generaliter quod nunquam ſimonia dicatur probata, niſi etiam probetur prȩcedens pactio, ſeu conuentio, cum nonnullis alijs notabilibus circa nullitatem ſententię, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

Accuſator in crimine ſimoniæ debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis.nu.1.

Sententia eſt nulla, quando fuit lata, non ſeruata forma commiſſionis, nu.1.

Sententia lata prout in cedula ſubſtinetur, & valet quando in actis conſtat de cedula, aliter ſecus.nu.2.

Sententia prima nulla confirmari nõ poteſt per ſecundam etiã parte non opponente, quando nullitas primæ ſententiæ influit etiam in ſecunda.nu 3.

Simonia probatur præſumptionibus, dummodo tamen ſint vehementes, & reum de crimine conuincentes, etiam quod ciuiliter agatur ad priuationem beneficij.nu.4.

Simoniæ probatio debet eſſe plena, & concludens.nu.4.

Simonia non probatur per vnum teſtem de viſu cum præſumptione.nu.4.

Simoniæ præſumptiones ad hoc vt eam probent, debent eſſe euidentes, claræ, & ſimoniam neceſſario concludentes, ita vt nihil aliud importare poſſint.nu.4.

Simonia, quoad reſignantem non probatur ex confeſſione reſignatarij.nu.5.

Confeſſio cedentis facta poſt ceſſionem non nocet ceſſionario.nu. 5.in fine.

Socius criminis non eſt idoneus teſtis in materia ſimoniæ. num.6.

Teſtes de auditu ab eo, cui non creditur; nullam facit fidem. num.6.

Simonia non probatur per teſtes deponẽtes de auditu ab eo, qui ſimoniam commiſit.nu.6.

Simonia nõ probatur per confeſſionem ſocij criminis, præſertim emanata poſt litem cæptam.nu.6.& 7.

Simoniæ crimen non probatur per teſtes deponentes de publica voce, & fama, etiam quod ciuiliter agatur, nu.8.

Simonia non cenſetur probata, niſi aliqua præcedens pactio etiam probetur.nu.9.

Simonia non dicitur probata per tentatam abſolutionem ſeu compoſitionem in Dataria, præſertim poſt motam litem. num.10.

DECISIO CXI.

1 IN cauſa Taruiſina prætenſæ ſimoniæ cum dubitarem, an ſententiæ de partibus eſſent confirmandæ, vel infirmandæ, Domini reſoluerunt, illas eſſe reuocãdas, tum ex capite nullitatis, tum etiam iniuſtitiæ; Nullitas primo deducebatur reſpectu primæ ſententię; Nam Papa mandauerat procedi vt Ioãnes Franciſcus, qui accuſauerat ſe in forma iuris inſcriberet, de qua inſcriptione adhuc non conſtat, & ſic ſententia fuit nulla, nõ ſeruata forma literarum cõmiſſionis. *c. cũ dilecta. de reſcrip.* vbi Fel. *nu.6.* Rot. *deciſ.8. de dol. & contum. in nouis.* Caputaq. *deciſ.111.nu.4.p.1.& deciſ.250. nu.4.p.3.* Rot. *diuerſ.deciſ.72.nu.10.p.2.* Gab. *conſ. 43.nu.39.lib.1,* quod præſertim fieri debuit, ſtante proteſtatione per ipſum Proſperum Robertiũ in iudicio pluries, & facta, & repetita, reſpectu dictę inſcriptionis, & accuſationis.

2 Secundo, quia dicta ſententia fuit lata prout in cedula, quæ nulla aderat tunc in actis, prout requirebatur, vt talis pronunciatio ſubſtineri poſſit, cum reddatur certa per relationem ad acta. *l. ſi quis ad exhibendum. de except. rei iudic.* Aym. *conſ. 202.nu.17.*

3 Quo verò ad ſecundam ſententiam, eadem nullitas colligebatur, quia cõfirmauit primam, quæ cum eſſet nulla, per ſecundam confirmari nõ potuit: neque obſtabat, quod prima ſententia nulla poſſit per ſecundam confirmari, parte non opponente, vt alias fuit dictum in illa Peruſina nullitatis, 16. Iunij, 1593. coram R.P.D. meo Pegna; quia fuit reſponſum, id verum eſſe, vbi eadẽ nullitas in ſecunda ſententia non influeret, prout contigit in noſtro caſu reſpectu accuſationis, & inſcriptionis, ad trad. per Innocen. *in cap.1. de confirmat.vtil. vel inutil.* Felyn. *in cap. ea quæ, numer. 2. de re iudic.* Alexand. *in l.index poſteaquam. num. 23.eod.tit.* & fuit dictum in illa Auximana terra-

rum

Digitized by Google

rum 28. Octobris 1594. corã R.P.D. meo Orano.

4 Quoad caput iniuſtitiæ, ex probationibus deductis, Domini dixerunt, nõ probari ſimoniam; Nam licet ad illius probationem admittantur etiam præſumptiones in odium, & propter atrocitatem ipſius, *c. ſicut.* vbi Inn. & Abb. *de ſim.* Aym. *conſ.* 122. *nu.* 8. Bern. Diaz. *in prax. c.* 85. illę tamen debent eſſe vehementes, & reũ de crimine cõuincentes, quamuis ciuiliter agatur ad priuationem beneficij; Nam ſimonię plena, & concludens debet eſſe probatio. Clar. *in* §. *ſimonia. nu.* 12. *& cauetur in conſtitutione Pij Quinti.* §. *& vt ſimoniæ. ad gl. in c. veniens. il* 1. *verſ. aliorum. de teſtibus.* vbi Abb. *nu.* 4. ſcripſit, non ſufficere vnum teſtem cum præſumptione, & fuit dictũ in Tull. Parochialis 28. Maij 1593. coram R.P. Danco Seraphino, quare cõiecturę debent eſſe euidentes, & claræ, & ſimoniam neceſſariam cõcludentes, ita vt nihil aliud importare poſſint, vt dicitur in dicta Tull. & Fel. *in c. ſuper his, nu.* 17. *de accuſ.* & ſæpe Rota reſoluit, vt in Aretina confidentiæ 23. Ianuarij 1595. coram R.P.D. meo Litta, & in Calaguritana confidentię 21. Iunij 1593. coram R.P.D. meo Pãphilio, & in Cuſentina cõfidentiæ 4. Februarij 1591. corã R.P.D. meo Orano, & in Firmana Cappellaniæ 7. Maij 1582. coram Sãctiſſimo, & late fuit reſolutum coram Illuſtriſs. D. Blanch. 7. Februarij præteriti in cauſa Romana, ſeu Hiſp. prętenſę ſimoniæ, quæ plures alias reſolutiones factas in Rota refert.

5 Probationes autem, quæ deducebantur, nihil cõcludunt; Nam primo illa, quæ colligebatur ex confeſſione Bernardi, nihil facit, cum in pręſenti ageretur de probanda ſimonia ad fauorem Franciſci Gandini, & in pręiudicium non tantum ipſius Bernardi, qui beneficium, de quo agitur, per reſignationem in ipſius fauorẽ a Proſpero, reſeruata ſibi penſione 200. duc. obtinebat, ſed etiam ipſius Proſperi, tum ratione dictæ penſionis, quę data ſimonia ſubſtineri nequit; tũ ratione regreſſus, quem idem Proſper prætendebat, & prętẽdit ob non factam publicationem ipſius reſignationis per Bernardum, ad cuius fauorem reſignauerat iuxta conſtitutionem Gregorij XIII. & inde reſpectu intereſſa Proſperi nõ probatur ſimonia ex confeſſione Bernardi reſignatarij, cum cõfeſſio confitenti ſolum præiudicet, & non tertio, *ad l.* 1. *& per tot. C. & ff. res inter alios act. c. per tuas, de prob. l. pronunciatum. C. de non num. pecunia.* & ſicut confeſſio cedentis facta poſt ceſſionem non nocet ceſſionario, vt dicitur in illa Tullen. ſimiliter confeſſio reſignatarij poſt factam ſibi reſignationem non deberet obeſſe reſignanti, cui penſio reſeruata fuerat cum ad annullandum dictam penſionem ageretur.

6 Nec talis confeſſio poteſt loco teſtis deſeruire, cum ſocius criminis non ſit idoneus teſtis, pręſertim in materia ſimoniæ. *c. ſicut el* 1. *de teſtibus. gl. verſ. confeſ. in d. c. veniens,* Caputaq. *deciſ.* 242. *n.* 1. *&* 2. *p.* 3. & fuit dictum in illa Tull. Parochialis, & quemadmodũ Bernardo non creditur, ita etiam non eſt credendũ teſtibus, qui deponunt de auditu ab ipſo, & Marc. Ant. eius patruo, qui dicitur crimen ſimoniæ commiſiſſe, *ad c. licet ex quadam. el primo. de teſtibus. tex. cũ ibi traditis in auth. ſi quis in aliquo. C. de fid. inſtrum.*

7 Et conſiderabant Domini, quod iſta Bernardi confeſſio, & dictæ depoſitiones percutiebant tempus, quo cæpta erat lis inter ipſum, & Proſperum occaſione impetrationis per Proſperum factę, ob non publicationem, & ſic de tempore contractæ inter eos inimicitiæ, quod non modicam ſuſpicionem colluſionis inter Ioan. Franciſcum, & Bernardum ex actitatis in dict. iudicio poterat cauſare ad præiudicium Proſperi.

8 Minus probant teſtes de publica voce, & fama, crimen ſimoniæ, quando agitur ad effectum priuationis, etiam ſi ciuiliter agatur, *gl. in d. c. veniẽs,* & ibi Abb. *nu.* 8. Put. *deciſ.* 171. *nu.* 11. *lib.* 1.

9 Cum tamen ex depoſitione teſtium, de quibus in ſummario, non probetur aliqua pręcedens pactio, merito non poteſt dici probata ſimonia, cũ ſit neceſſaria ad illam conſtituendam. *tex. cum gl. in c. tua nos. de ſimonia.* Dec. *nu.* 9. *in d. c. veniens. de teſtibus.* Put. *d. deciſ.* 171. *nu.* 9. Mohed. *deciſ.* 1. *de ſimon.* & fuit dictum in d. Firmana Cappellanię coram S.D.N. & in d. Cuſentina confidentiæ coram R.P.D. meo Orano, & late diſcuſſum in illa Romana, ſeu Hiſpalen. ſimoniæ coram Illuſtriſſimo D. Blanchetto.

10 Scriptura priuata Marci Antonij non fuit habita in conſideratione, quia licet tentauerit obtinere abſolutionem, nõ tamen probat ſimoniam in caput alterius; ſicut etiam compoſitio facta a Bernardo cum Dataria, Proſpero obeſſe non debet, præſertim cum dicatur facta poſt motam litem ſuper crimine ſimoniæ, ex pluribus per Dominos conſideratis in illa Tullen. Parochialis.

P E G N AE.

Tullen. Monaſterij, Die 17. Maij, 1597.

ARGVMENTVM.

De clerico beneficiato, an, & quando bẽneficio priuetur, ob non promotionẽ ad ſacros ordines: & an ipſo iure, an veró pręcedente monitione.

S V M M A R I V M.

Clerici beneficiati priuantur beneficio, ſi non faciunt ſe promouere ad Sacros ordines. nu. 1. *&* 2. *vbi allegantur iura, quibus hæc concluſio probatur.*

Clericus non priuatur beneficio ipſo iure, ob non promotionem ad Sacros ordines, ſed eſt neceſſaria præcedens monitio. nu. 3. *& ſeqq. & per totam deciſionem, vbi bene declaratur materia.*

Cap. 1. *de ætat. & qualitat. intellectus. nu.* 3.

Cap. cum in cunctis. §. *inferiora. de elect. intellectus. nu.* 4.

Cap.

Digitized by Google

Cap. licet canon, de electione, in 6. intellectus nu. 5. & 6.

Clementina, ne in agro. §. cæterum, de ſtatu monac. intellectus. num. 7.

Curati, & Rectores actu curam eccleſiarum Parochialium adminiſtrantes, priuantur Parochia, & Rectoria, ſi non faciunt ſe promoueri ad Sacros ordines. nu. 5.

Prælati eccleſiarum collegiatarum nõ exercentes curam per ſe ipſos, non priuantur beneficio, ob non promotionem ad Sacros ordines. nu. 6.

Prior conuentualis habens curam animarum, & perſonarum priuatur cura, & dignitate, ob nõ promotionem ad Sacros ordines. nu. 7. & 8.

Diſponens ſi aliquid voluiſſet, expreſſiſſet, Non expreſſit, ergo noluit. nu. 8.

Pœnalia non ſunt extendenda de perſona vnius qualitatis, ad perſonam diuerſæ qualitatis. nu. 8. in fine.

Pœna priuationis non habet locum, niſi in caſibus a iure expreſſis. nu. 8. in fine.

Abbas, qui actu exercet curam monachorum, priuatur Abbatia, ob non promotionem ad Sacros ordines; ſecus ſi talem curam non habet. numero 9. & omnibus ſeqq. in diſcurſu.

Diſpoſitio pœnalis qualificata non habet locum, deficiente qualitate. nu. 10. in fine.

Parochialitas non concluditur ex perceptione decimarum, tanquam ex ſigno æquiuoco. nu. 13.

Clericus non priuatur beneficio, ob non promotionem ad Sacros ordines, quando fuit monitus lite pendente, quo tempore ad illos ſuſcipiendos cogi non poterat. nu. 15.

DECISIO CXII.

1 POſt dubium die 27. Ianuarij proxime præteriti, diſputatum ſuper concubinatu, Abbati Nicolao oppoſito, & ad illius fauorem negatiue deciſo, conſequenter in hac propoſitione quæſiui ſuper alio articulo a Rota etiam præſcripto, an idem Abbas ob non promotionem ad Sacros ordines, eſſet ipſo iure Abbatia priuatus, aut ſaltem per ſententiam veniret priuandus?

2 Et Domini, vtraque parte informante, neque ipſo iure fuiſſe priuatum, nec venire priuandum, cenſuerunt: Nam ex iuribus, quibus id ſuaderi poſſe videbatur, nempe *cap. 1. de ætat. & qualitat. cap. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. capit. licet canon. eodem tit. lib. 6. Clement. ne in agro. §. cæterum. de ſtatu monachorum*, non poterat id legitime concludi.

3 Quoniam *cap. 1. de ætat. & qualitat.* non inducit priuationem ipſo iure; procedit enim iuxta terminos *capit. cum in cunctis. §. inferiora. de elect.* nempe in priuatione per ſententiam, monitione tamen præcedente *gloſ. in dicto capit. 1. in verbo, fiant, & in dicto §. inferiora, in verbo, canonibus,* vbi Antonius de Butrio, *numer. 6.* Rota *deciſ. 3. de pœnis. in antiq.* Geminianus *conſilio 131. numero 1. & ſequen.* & Federicus de Senis *conſ. 28. incipien. caſus.*

4 Cap. *cum in cunctis. §. inferiora.* licet comprehendat Abbates, vt notauit Panormitanus *in dicto §. inferiora, nu. 3.* non tamen operatur priuationem ipſo iure, nec per ſententiam ſine præuia Epiſcopi monitione. *d. §. inferiora.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de non promotis infra annum, nu. 25.*

5 Cap. *licet canon.* ſtricte procedit in Eccleſijs Parochialibus, & eatũ Curatis, ſeu Rectoribus actu curam adminiſtrantibus, de quibus loquitur *d. §. inferiora. gl. in dict. c. licet canon. in verbo, Parochialibus.* Geminianus *d. conſ. 131. nu. 1. & ſequent.* Rota *dicta decıſ. 3. de pœnis in antiq.* Ioannes Andreas *in cap. ſtatutum. num. 2. circa med. de elect. lib. 6.* late Rebuff. *prax. dicto tit. de non promot. intra annum. nu. 21. & 27. & 60.*

6 Rurſus *c. licet canon.* non habere locum in prælatis collegiatarum, declarat *c. ſtatutum. eod. tit. de elect. lib. 6.* neque in illis, qui non exercent curam per ſeipſos, docent ibidem communiter Canoniſtæ, & Vitalinus *in clem. 1. nu. 27. de offi. Vicarij, & in clem. ne in agro. §. cæt. nu. 37.*

7 Omnis ergo difficultas verſabatur circa intellectum *dicta clemen. ne in agro. §. cæterum.* quam ideo huic Abbati Nicolao non obſtare fuit pronunciatum, quia illius diſpoſitionem locum habere ſolum in priori conuentuali habenti curam animarum, & perſonarum tam in foro pœnitentiali, quam iudiciali, non autem in Abbate, præſertim commendatario, cuius perſona remanet ſub diſpoſitione *dicti §. inferiora,* cenſuerunt Federicus de Senis *conſ. 25. nu. 2.* Rebuffus *præcitato loco nu. 21. & 22.*

8 Cui intellectui ſuffragabatur ſeries verborum *dicta clemen.* quæ multis in locis tam ante, quam poſt *dictum §. cæterum,* quando voluit cõprehendere Abbates, illos explicite nominauit, *vt in §. rurſus. & §. ſeq. & in §. ſi quis, et in §. ad ampliationẽ; at in §. cæterum.* omiſſa mentione de Abbate, priorem tantum expreſſit, ergo ibi de Abbate diſponere noluit, quia ſi voluiſſet, ſimiliter expreſſiſſet. Alex. *conſ. 38. nu. 8. lib. 6.* Gab. *conſ. 97. nu. 28. li. 1.* & cum agatur de pœnalibus non eſt facienda extenſio, de perſona vnius qualitatis ad aliam habentem diuerſam qualitatem; nec eſt imponenda pœna priuationis, niſi in caſibus a iure expreſſis. *gl. communiter recepta in c. fi. vbi Abbas. de iure patronatus.* late Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 248. & ſeq. C. de reuoc. donat.* Alex. *conſ. 103. nu. 15. lib. 2.*

9 Præterea aliqui ex Dominis dicebant, quod quamuis diſpoſitio *dicti §. cæterum.* haberet etiã locũ in Abbate, prout ipſi locum habere opinabantur; intelligenda tamen erat de illo Abbate, qui actu exercet curam Monachorum, vt inibi tradunt Imola *nu. 34.* Vital. *nu. 37.* & Rebuffus *in prædicto tit. de non promotis intra annum nu. 6. verſ. ſi tamen.*

10 Vnde cum Abbas Nicolaus non haberet curam Conuentus, nec Monachorum, quæ non reſidet penes commendatarium clericum ſecularem, non habitantem intra clauſtra conuentus, ſed extra in proprijs domibus, ſed tota eſt penes Priorem conuentualem, qui habet curam conuentus, & Monachorum, & exercitium iſtius curæ, cuius ratione requiritur actualis promotio ad ordines Sacros; ideo deficiente in perſona Domini Nicolai iſta qualitate a clementina requiſita, neceſſario etiam deficiebat diſpoſitio pœnalis, qua veniret plectendus, ſi illa qualitas ſibi competiſſet.

Rurſus

Digitized by Google

11. Rurſus non poterat prætendi neceſſaria promotio, ratione curæ animarum ipſorum Parochianorum, quia licet Abbas pręſentaret Rectorem ſecularem ad Altare Sancti Petri, habentem curam animarum, non tamen inde inferebatur, curam ſpectare ad Abbatem; nā ex ſerie facti patebat iſtam curam ſecularem olim fuiſſe in eccleſia Sancti Petri, quę fuerat diruta, & translata ad Eccleſiam Sancti Manſueti, ad Altare Sancti Petri, quod in titulum presbytero ſeculari conferri conſueuit; qui cum nomine proprio, non Abbatis, curam exerceat, ille, nō Abbas, ex decreto Canonum promoueri tenebitur.

12 Poſtremo omnes Domini vno conſenſu ſenſuerunt, iſtam Abbatiam non videri talem, vt neceſſario requireret promotionem, cū anno 1542. Auctoritate Apoſtolica ex certa ſcientia fuiſſet commendata huic Nicolao in 12. ſuæ ætatis anno conſtituto, per teſignationem Diaconi Cardinalis Ioannis a Lotharingia, tunc non presbyteri, vt apparebat ex ſerie prouiſionis, & tamē de nullius diſpenſatione conſtabat.

13 Non obſtabat, quod Abbas perciperet decimas, quia ex perceptione decimarum tāquam ex ſigno ęquiuoco non concluditur Parochialitas, Anch. *conſ. 162. nu. 4. verſ. non obſtant allegata.* Antonius de Butrio *in c. quia nonnulli. nu. 10. vbi com*- * *muniter canoniſtæ. de cler. non reſid.* ſed neque alia reſignatio Parochialitatis, die 20. Maij ann. 1577. coram bo. me. Cantuccio.

14 Cum itaque ex prædictis cōnſtaret, Abbatem non teneri ad ſuſceptionem ſacrorum ordinum, non erat locus iuribus ipſo iure inducentibus priuationem.

15 Sed neque veniebat priuandus, quia nō fuerat monitus, niſi pendēte lite, quo tempore ad ordines ſuſcipiendos cogi non poterat. *c. commiſſa. de elect. lib. 6.* Bellamera *deciſ. 83. nu. 1.* Rebuffus *de tit. de non promotis infra annum nu. 41.*

CORDVBE.

Romana Cenſus, 21. Aprilis, 1597.

ARGVMENTVM.

Apoſtilla in apocha adiecta inter lineas, & non in margine per remiſsam, cū ſubſcriptione eius, cuius intereſt, non cenſetur approbata per ſe ſubſcribētem in ipſa apocha: inſtrumentum ab vno Notario rogatum, nō probat coram Notario cauſę, niſi producatur: & apocha cum obligatione Camerali non tribuit iuriſdictionem A. C. niſi recognoſcatur.

SVMMARIVM.

Inſtrumentum rogatum ab vno notario A. C. non probat corā alio Notario, vbi vertitur lis, niſi parte citata illiud producatur coram Notario cauſæ nu. 1.

Apocha continens Cameralem obligationem non facit fidem, nec tribuit iuriſdictionem, niſi recognoſcatur. nu. 2

Apoſtilla adiecta in apocha inter lineas, & non in margine per remiſſam non cenſetur approbata per ſe ſubſcribentem in calce ipſius apochæ. nu. 2.

Apocha ſcripta manu eius, cuius vtilitatem reſpicit, probat cōtra ſe ſubſcribentem in ea, dummodo non adſit aliqua apoſtilla inter lineam, & lineam. nu. 2

Falſitas non præſumitur ex eo, quod apocha ſit ſcripta manu illius, cuius vtilitatem reſpicit, dummodo ſit ſub ſcripta a debitore, dummodo in ea non adſit aliqua apoſtilla inter lineam, & lineam. nu. 2

Fideiuſſor cenſus cenſetur liberatus ipſo cenſu extincto. nu. 3

Sententias & res iudicatas extra Rotam latas, Rota exequi nō ſolet, niſi conſtito de bono iure. nu. 4

DECISIO CXIII.

1 COntra mandatū relaxatum per A. C. contra Dom. Comitem Alexandrum Santicellum, multa opponebantur; & primo quod illud non erat iuſtincatum ex actis prioris inſtantiæ, vbi fuerat relaxatum pro certa ſumma vigore apochæ, in qua ſolum promittebatur liberatio a me dicta re cenſus Dominorum de Ferris, & tamē nihil erat liquidatum, nec exhibitum inſtrumentū cenſus, & Iacobus unus ex Correis debendi oppoſuerit non apparere de certa ſumma, & nihil fieri niſi uiſis iuribus, & ſeruatis ſeruandis. Nec ſuffragabatur, quod inſtrumentū cenſus eſſet penes acta alterius Notarij eiuſdē tribunalis; Nam hoc non ſufficit, niſi inſtrumentum producatur parte citata ad dicendū cōtra in officio illius Notarij, qui eſt actuarius cauſę Bar. *in extrauag. ad reprimen. verſ. de pleno. nu. 3.* Rom. *conſ. 156. nu. 3. & conſ. 519. per tot.* Couar. *variar. lib. 1. c. 1. num. 5.* & fuit reſolutū coram R. P. D. meo Decano 25. Nouembris, 1578. in vna Bononien. de Budriolis, & in alia Romana Cenſus de Cæſarinis, num. 4. Decembris 1595. coram R. P. D. meo Pamphilio.

2 Secundo obijciebatur, dictam Apocham non fuiſſe recognitam, a qua pendebat fundamentū iuriſdictionis A. C. Galleſ. *ad form. Cam. oblig. de quæſt. poſt proceſſ. incident. nu. 2.* & quod fuerat mādatum relaxatum contra D. Comitē tanquā contra inſolidum obligatum, & tamen verbū, inſolidum, reperiebatur ſcriptum, & adiectum inter lineas, & non per remiſſam approbatū; & ideo, tanquā extra corpus Apochæ, non recipiebat robur a ſubſcriptione Comitis Alex. *in §. oportet. in Authen. de fid. inſtr.* Fel. *in c. ex literis. n. 10. verſ. quinta declaratione. eod. tit.* Menoch. *de arbit. lib. 2. cent. 2. caſ. 187. n. 40.* & fuit dictum coram me in vna Toletana primitiarum, 17. Maij, 1595. & maxime, quia erat adiectum manu Iacobili, qui Apocham ſcripſerat, & cuius intererat, quod obligarentur inſolidum propter ſuam præcedentem obligationem erga D. Andream Bellium, quod in ſolidum releuaretur indemnis ab omnibus ſocijs.

3 Tertio opponebatur exceptio ſolutionis ex

co,

Digitized by Google

eo, quod medietatem cenſus accollauir ſibi Comes Raynutius Baſchius inſtrumẽto concordiæ celebrato 20. Maij 1589. & alteram medietatem Reuerendiſſimus Cuſentinus fideiuſſor extinxerat, & inde Dom. Andreas remanſit liberatus ab obligatione facta extinguendi cenſum ad fauorem Dominorum de Ferris; & licet in emptione Fantinus obtinuerit ceſſionem a Ferris, nõ ideo minus dicitur liberatus Bilius, ad cuius fauorem erat ipſe Fantinus pro extinctione obligatus.

4 Ex quibus cum res valde dubia videretur, & multa hinc inde allegarentur, particulari inſpectione diſcutienda, placuit Dominis ſuperſedendum eſſe in exequutione, cum Rota non ſoleat exequi ſententias extra tribunal latas, niſi conſtito de bono iure.

L I T T AE.

Romana incendij, Luna, 28. Apr. 1597.

ARGVMENTVM.

Dominus tenetur de incendio illato a ſuis famulis, & miniſtris, quando in eorum electione eſt in aliqua culpa: ſecus ſi non eſt in aliqua.

SVMMARIVM.

Conductor tenetur proprio nomine ex facto, & incendio ſuorum liberorum, & eorum quos induxit in domo conducta, ſi modo fuit in aliqua culpa eos inducendo, aliter ſecus. nu. 1.

Dominus tenetur pro incendio ſuorum famulorum culpa cauſato, quando & is eſt in culpa in eorum electione, quia puta eſſent homines improbi, & ſceleſti, aut alias imperiti, & ignari; ſecus ſi non erant tales. in add. lit. A.

Incendium non præſumitur ortum culpa illius famuli, qui probatur diligentiſſimus. nu. 1. ad med. & in add. lit. B. vbi generaliter, quod diligentia in cuſtodiendo ignem excludit incendij præſumptam culpam.

Regulariter in rebus humanis ſolum ſpectari debet, quod principaliter agitur, non autem quod in conſequentiam. num. 1. poſt med.

Incendium immiſſum ab inimicis alicuius famuli, ſeu miniſtri conductoris non facit teneri Dominum, qui talem inimicitiam ignorabat. n. 1. ante finem, & in add. lit. C. vbi alia ad materiam incendij propter inimicitiam immiſſi.

Dominus regulariter non tenetur pro incendio, & delicto ſeruorum, quando is aliquo modo ipſius incendij & delicti particeps, ſeu conſcius non eſt. nu. 1. in fine, & in add. lit. D.

DECISIO CXIV.

1 DOmini dixerunt, ſtandum eſſe in deciſis, rationibus, de quibus in ea; & ad illud, quod contra eandem deciſionem deducebatur *de l. qui inſulam. §. colonus. ff. locati, & de l. videamus. eod. tit.* fuit reſpõſum, tolli ex rationibus expreſſis in ipſa deciſione; quibus non obſtare dixerunt not. per Bart. Fulg. & alios *in dict. l. videamus*, dum volunt, conductorem teneri proprio nomine ex facto ſuorum liberorum, & eorum, quos cõductor induxit in domo a ſe conducta, ſi modo fuit in

a culpa [a] eos inducendo, quia cum nulla culpa poſſit hoc in caſu Iunctæ imputari circa inductionẽ Præſtini in dicta domo, non reſpectu eius, cuius cauſa principaliter fuit inductus, vt ſcilicet venditioni librorum incumberet, cũ peritiſſimus in

b dicta arte eſſet, & diligentiſſimus, [b] non deniq; reſpectu cuſtodiæ domus, quæ in cõſequentiam quodammodo veniebat dicti negotij, tum quia in rebus humanis, quod principaliter agitur, ſolum ſpectari debet. *l. ſi quis nec cauſam. vbi oẽs hoc not. ff. ſi cert. pet.* Creſc. *deciſ. 14. nu. 2. de renunciat. in impreſſ.* tum etiam, quia cum Præſtinus tempore ſuæ electionis non eſſet diffamatus pro incendiario, ſeu pro homine malæ vitæ, & conuer-

c ſationis, & vlterius inimicitia [c] propter quam cõſtat incendium hoc fuiſſe commiſſum ſuperuenerit ex poſt, nec de ea habuerit ſcientiam Iuncta, non poſſunt ꝓpterea prædicta applicari ad hunc caſum, & certe nimis durum eſſet, quod Domi-

d nus teneretur pro delicto ſeruorũ, [d] vbi ipſe alias non ſit in culpa, aut aliquo modo particeps, ſeu conſcius dicti delicti, ad not. per Doctor. *in l. non debet. ff. de reg. iur.* & per Cæphal. *conſil. 362. num. 39. lib. 3.*

ADDITIONES.

a *Culpa.* Quando conſtat Dominum eſſe in aliqua culpa præcedente incendium quamuis illud fuerit cauſatum poſteriori culpa ipſius famuli, tunc quod Dominus teneatur de dicto incendio, etiam quod famulus culpam non commiſerit in ſuo officio in ſpecie conſuluit Alexand. Trentacin. in ſuo conſil. poſt opin. Viu. opi. 439. nu. 31. verſicul. ſed ſecus eſt, & nu. 32. verſ. ſecus verò eſt.

Et in propoſito ſatis in culpa dicitur Dominus, ſeu paterfamilias, quando cõducit in ſuum domum aliquem famulum, quem ſcit eſſe periculoſum, ebrioſum, improbum, ſeu facinoroſum, per ea quæ generaliter dixit D. meus Farinacius *in ſua pract. crim. quæſt. 24. num. 91.* & in ſpecie in materia incendij ſcripſerunt Marian. Socin. *in c. ſi quis domum. nu. 46. in princip. & in verſ. quod tamen ego limito. de iniur. & damno dat.* Cepoll. *conſ. 69. nu. 5. verſ. & ex prædictis.* Iodoch. *in pract. crim. c. 104. rub. de ſpontaneo incendio. nu. 7.* Ioſeph. Lud. *deciſ. Peruſ. 25. nu. 18. verſ. vel niſi eſſent ſerui nequã p. 1.* Cæph. *conſ. 362. nu. 5. & ſeqq.* Menoc. *conſ. 53. nu. 8. & nu. 160. in princ. & in verſ. Non obſtat quartum.* vbi declarat, non ſufficere iſto caſu famulos eſſe vilis conditionis, & famæ, niſi etiam ſint improbi, & facinoroſi.

b *Diligentiſſimus.* Omnis in Domino excluditur culpa, quando conducit famulum communiter habitum, & reputatum pro fidele, & diligẽte; tunc enim in materia incendij Dominus pro eo non tenetur, etiam quod culpam commiſerit in officio

officio per Dominum deſtinato, ſecundum Marian. Socin. *in capit. ſi quis domum. numero 45. verſ. quod ego limito. de iniurijs, & damno dat.* Cepoll. *conſ. 69 nu. 5. verſ. & ita debet intelligi.* Carau. *conſ. cri. diuerſ. 116. nu. 1. & ſeqq.* vbi pluribus hanc declarationem comprobat. Cæph. *conſ. 362. poſt nu. 21 lib. 3.* Mag. *decif. Florent. 111. nu. 33.* Vinc. Caroc. *de loca. & conduc. par. 4. rubr. de incend. num. 28. & nu. 40.*

Et regulare eſt in hac incendij materia, quod ex probatione diligentiæ excluditur præſumptio culpæ, prout eſt text. *in l. ſi vendita. ff. de peric. & commod. rei vendit.* & ibi Alberic. *num. 1.* & Salyc. *etiam nume. 1. verſicul. tertio, quod probata diligentia.* Pariſ. *in addit.* ad Bart. *in l. 1. nume. 1. litera, B. verſicul. immo quod ſi probaretur. ff. de offic. præfect. Vigil.* Alexand. *in l. ſi quis ex argentarijs. §. Prætor ait. num. 9. ff. de eden.* & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georg. *numer. 16. verſiculo vnum non omitto.* addentes ad Salyc. *in l. quæ fortuitis. num. 10. litera A. in fine. verſicul. Item adde. C. de pigno. actio.* Idem Alexand. *in l. domos. nu. 6. ff. de legat. 1.* & ibi etiam Iaſ. *numer. 8. verſicul. vnde alibi, & nume. 10. verſicul. & adde.* vbi dicit ita alias in contingentia facti conſuluiſſe, & obtinuiſſe in ciuitate Cremone. Crot. *in repet. l. 4. §. Cato. nume. 76. ff. de verbor. obligat.* Bald. *conſil. 442. quidam magiſter. in fin. lib. 1. & in conſil. 442. quidam nomine Rectorus. poſt numer. 2. lib. 3.* Gozzadin. *conſil. 63. numer. 15.* Alexand. *conſil. 50. num. 4. verſic. ſecundus eſt caſus.* vbi ponit exemplum diligentiæ, & vigilantiæ habitatoris, *& num. 12. in fine, verſicul. non omitto. lib. 1.* Alexand. de Neuo *conſil. 87. ante num. 1. verſic. Modo, vbi.* Cepoll. *conſil. 69. numer. 4. & numero 5. verſicul. & ideo ſi conductor.* Petr. Calephat. *conſil.* d *crimin. diuerſ. 58. num. 23. lib. 2.* Cæſ. Vrſill. *in addit. ad Afflict. decif. 57. nu. 3. & nu. 6. in fine.* Socin. *reg. 178. in 2. fallen.* Fab. Montic. *in pract. arbitral. par. 4. fol. 266. num. 799. in fine. verſ. vnum autem.* Pariſ. *conſ. 87. num. 10. in fine. lib. 4.* Berber. *in pract. rub. de incendiar. cap. 22. num. 3. verſic. vltra tamen. par. 1.* Angel. *de maleſ. in verbo. incendiario, poſt nu. 12. verſicul. Et ſi conſtat,* & ibi Auguſtin. *in additio. nu. 13.* Franc. Turzan. *quæſt. 185. num. 17.* Marſil. *ſing. 393. verſic. ſcias tamen, & conſil. 71. numer. 13.* Grammat. *decif. 3. num. 13.* Franc. Marc. *decif. 521. num. 2. verſicul. & ad probandum culpam ad fuiſſe. par. 2.* Franc. Trigon. *ſing. 57. num. 5.* Andr. Gayl. *obſer. 21. num. 3. in fine. verſicul. & hæc maxime procedunt. lib. 2.* Practic. Corrad. *rubr. de incendiar. numero 15. in 2. limitatione.* Menoch. *de arbitr. quæſtio. lib. 2. Caſ. 390. numer. 18.* Burſat. *conſil. 59. numer. 7.* Roland. *conſil. 95. num. 15. in fine. lib. 2.* Gerard. Mazzol. *conſil. 85. numero 43.* Hippol. Riminal. *conſil. 373. num. 12.* Menoch. *conſil. 53. numero 24. lib. 1.* Hier. Gabr. *conſil. 159. num. 4. in fine, & ſeq. lib. 1. & d. conſil. 159. num. 8. verſic. His ita cognitis, & nu. 24. ante finem. verſic. Nec refert. lib. 1.* Maſcard. *de prob. lib. 1. concl. 467. num. 20. & lib. 2. concl. 892. num. 19.* Sebaſt. Med. *de caſ. fortuit. p. 2. quæſt. 7. nu. 4.* Magon. *decif. Florentin. 111. numero 27. in fine. ſequent.* Rauden. *deciſio. Piſan. 6. numero 24. pars prima.*

e *Inimicitia.* Quando domus fuit combuſta ab inimicis conductoris, & habitatoris propter odium, quo ipſum perſequebantur, & tunc ipſe conductor tenetur Domino domus damnum ex incendio illatum reſarcire, ſecundum Salyc. *in l. ſi vendita. num. 6. poſt med. verſicul. vel ſi poſt conductionem. ff. de peric. & commod. rei vendita.* facit text. & ibi hoc præcipue notant Bartol. & Alber. *in l. ſi merces. §. culpa. ff. locat.* qui text. licet loquatur in inciſione arborum facta ab inimico conductorum alicuius agri, idem tamen iuris eſt in incendio immiſſo. Iodoch. *in practic. crimin. capit. 104. rubr. de ſpontan. incendio, num. 10.* Bonif. *de Vitalin. in titul. de incendiar. numer. 2. & 3.* vbi arguit pro & contra, & poſtea hanc opinionem ſibi veriorem videri, teſtatur Maſcard. *de prol at. libr. 2. concluſ. 892. num. 16. & concluſ. 993. num. 7.* Vinc. Caroc. *in tract. de locat. & conduct. par. 4. rubr. de incend. nu. 25.* Polidor. Rip. *de nocturn. temp. cap. 27. nu. 23. & 31.*

Idem econtra ſi conductoris domus fuit combuſta ab inimicis locatoris, tenebitur idem locator ad omnia damna, & intereſſe paſſa per ipſum conductorem occaſione incendij prædicti, ſecundum Salyc. *in d. l. ſi vendita. nu. 6. poſt med. verſ. vel ſi poſt conductionem. ff. de peric. & commod. rei vend.* Maſc. *de prob. lib. 2. concl. 892. nu. 22. & nu. 24.* vbi amplius, quod in dubio incendium præſumetur proueniſſe potius ab inimicis locatoris, quã conductoris, ſed in hoc contrarium, quod immo præſumatur incendium immiſſum odio inhabitantium, voluit Polidor. Rip. *de nocturn. temp. cap. 27. nu. 34. 35. 36.* vbi præſertim ſi proceſſerit fama inimicitiæ cum habitante.

d *Seruorum.* Quod regulariter Dominus non teneatur pro incendio ſuorum ſeruorum, & illorum de familia, eſt text. *in l. ſi venditor. ff. de peric. & commod. rei vendit.* vbi Salyc. *in ſumm. & numero 2. ad med. verſicul. ſi familiaris.* * Ita communiter teneri teſtatur, & ex hac concluſione bene infert & exemplificat idem Salyc. *in l. quæ fortuitis. poſt numerum 7. verſicul. ſi familiaris. C. de pignorati. actio.* * vbi etiam de communi. Marian. Socin. *in cap. ſi quis domum. nume. 45. in fine. de iniur. & damno dat.* Curt. iun. *in l. Dominus horreorum, numero 10. poſt med. verſicul. præterea non ſequitur. ff. locati.* Anan. *conſil. 71. num. 3.* Qui negat, ſocerum teneri pro Nuru, cuius culpa leui domus fuit combuſta. Calcan. *conſil. 40. column. 2. verſicul. quandoque conſtat.* vbi quod gloſſ. *in l. ne quid. in princip. ff. de incend. ruin. & naufrag.* contrarium tenens communiter reprobatur. Alexand. de Neuo *conſil. 88. num. 6.* Cepoll. *conſilio 69. numer. 5. in princip. & in fine.* Salyc. *conſil. crimin. diuerſor. 31. numer. 2. in fine, & num. 3. in principio, & ante finem verſicul. & ſi conſtat. libro 1. in princip.* Afflict. *decif. 57. num. 5. & num. 6. verſicul. & quid de incendio,* & ibi Vrſill. *in addit. num. 9.* & ibi etiam Grammat. *litera, A. in fine, verſicul. & ideo ſi Regacius.* Pariſ. *conſil. 82. num. 6. & numer. 9. & numer. 17. lib. 4.* vbi etiam quod Dominus non tenetur pro ſua vxore. Ang. *de maleſ. in verbo, incendiario, nu. 11.* Franc. Turzan. *quæſtio. 185. poſt num. 5. & nu. 6.* Franc. Marc. *decif. 521. nu. 4.*

Digitized by Google

✱ *nu.4.p.2.* Andr. Gayl. *obſer. 21. poſt numerum 6. lib. 2.* vbi reſtatur de communi opinione. Menoc. *de arbit. quæſt. lib. 2. caſ. 390. num. 19. & ſeqq.* Ioſeph. Lud. *deciſ. Peruſ. 25. num. 18. p. 1.* Cæph. *conſ. 362. nu. 26. & ſeqq.* Burſat. *conſ. 59. poſt num. 18. & ſeqq.* Rol. *conſ. 98. nu. 4. & num. 12. ſeq. iuncto num. 26. in fine. verſ. 3. non obſtat. lib. 2.* Gerard. Mazzol. *conſ. 85. nu. 22. & ſeqq.* Bero. *conſ. 215. poſt num. 6. lib. 3.* Alex. Trentacin. *in ſuo conſ. poſt opin. Viuij 439. nu. 32.* Menoch. *conſ. 53. nu. 1. & omnibus ſeqq.* vbi propoſitis, & reſolutis contrarijs rationibus, & argumentis, hanc concluſionem latiſſime comprobat Maſc. *de prob. lib. 2. concl. 892. nu. 10. & ſeq. & concl. 993. nu. 5.* Mag. *deciſ. Florent. 111. num. 34. & 36.* Vinc. Caroc. *de locat. & conduct. p. 4. rub. de incend.* ✱ *nu. 29.* vbi de communi, & quod in facti contingentia ita vidit iudicari.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

CORDVBE.

Romana Nullitatis Cenſus, 5. Maij, 1597.

ARGVMENTVM.

Pactum, quod venditor cenſus teneatur illum redimere poſt ſex annos, illicitum eſt; poteſt tamen a Papa confirmari; & quando confirmatum cēſeatur.

SVMMARIVM.

Cenſus venditus cum pacto, quod venditor teneatur illam redimere poſt ſex annos, an ſit licitus. nu. 1. vbi etiam quid ſi fuit reſeruatum beneplacitum ſedis Apoſtolicæ, & a Papa poſtea confirmatus, & in addit. lit. A. vbi alia ad materiam, & nu. 7.

Cenſus an poſſit emi ad certum, & definitum tempus. in addit. lit. A.

Cenſus an poſſit emi vſque ad vitam ementis. in addi. lit. A.

Cenſus an poſſit emi cum pacto de retrouēdēdo, quando primus emptor voluerit. in addit. lit. A.

Cenſus an poſſit conſtitui cum pacto de non redimendo, niſi a tali tempore citra. in addit. lit. A.

Contractus illicitus nunquid cenſeatur confirmatus a Papa, quando illius tenor de verbo ad verbum fuit regiſtratus, in ſupplicatione. nu. 1. & per totam deciſionem.

Confirmatio Papæ ſimpliciter facta alicuius contractus, qui prætendebatur illicitus, cenſetur confirmaſſe contractum eo modo, quo fuit initus, præſertim ſi in confirmatione eſt inſertus tenor ipſius contractus. numero 2. & ſequent.

Confirmatio Papæ alicuius contractus cum clauſula; Dummodo licitę, & honeſtę, *quid operetur, & ad quæ talis clauſula trahatur. nu. 3.*

Confirmatio Papæ dicitur facta ex certa ſcientia; quando Papa videt quod facit, prout in ſupplicatione eſt. inſertus totus tenor inſtrumenti, cuius confirmatio petitur. numero 3.

Correſpectiui dicuntur contractus, etiam quod habeant cauſam ſeparatam, quando contrahentes vnum contractum ſine alio non feciſſent. nu. 4.

Venditor an poſſit percipere aliquos fructus pro pretio ſibi non ſoluto. nu. 5. 6. & ſeq.

Officia notariatus, & illorū ſcripturæ ſolent in Vrbe locari pro annua penſione octo pro centenario. nu. 5.

Intereſſe an poſſit per partes taxari in venditione officij vſque ad ſolutionem pretij pro rata proportionabili ad ſcripturas. nu. 5.

Mora irregularis ſufficit, vt emptor ſoluat intereſſe ſecundum æquitatem l. curabit. C. de actio. empti. nu. 6.

Cenſus emptus cum pacto de redimendo intra ſex annos, an ſit illicitus. nu. 7. & in add. lit. A.

Papa non ſolet diſponere ſuper vſuris. nu. 7. vbi tamen, quod poteſt ſi vult.

Vſurarius contractus poteſt etiam a Papa confirmari. nu. 7.

Vſura eſt contra ius diuinum. nu 7.

Vſurarij contractus ſuſtinētur a conſuetudine, quæ ſit recepta a maiori parte populi. nu. 7.

Pactum in contractu venditionis appoſitum, quod res vendita non poſſit redimi, niſi poſt tale tempus, an ſapiat vſuram in add. lit. A. verſ. & generaliter.

DECISIO CXV.

1 ANdreas Guerras de menſe Februarij, 1583.
vendidit Ioanni Leſarie officium Notaria
tus pro pretio ſcutorum 4000. & Ioānes emptor
pro ſatisfactione partis dicti pretij conſtituit cē
ſum 80. ſcutorū ſuper ſcripturis dicti officij ven-
diti pro duc. 1000. cum pacto, quod Ioannes te-
a neretur cēſum redimere poſt ſex annos, [a] in quo
cōtractu fuit reſeruatum beneplacitum ſedis A-
poſtolicæ, & non aliter nec alio modo; qui con-
tractus fuit poſtea de verbo ad verbum inſertus
in ſupplicatione, & confirmatus per ſedem Apo-
ſtolicam: ſed cum pars hæredum q. Ioannis præ-
tenderet dictum pactum fuiſſe illicitum, & vſura
rium, & illum non comprehendi ſub dicta confir
matione Apoſtolica, Re per Dominos ſæpe di-
ſcuſſa, primum coram Illuſtr. D. Blancheto tunc
Rotę Auditore, deinde coram me tādem 5. Maij
1597. fuit reſolutum intrare dictam confirmatio
nem Papæ, & dictum pactum fuiſſe ſub illa com-
prehenſum, ex pluribus.

2 Primo, quia id apparet ex lectura ſupplicatio-
nis, in qua dicitur, quod partes deuenerunt ad ſu
praſcriptos contractus, & concordiā ac conuen-
tiones, & pacta ſub beneplacito ſedis Apoſtolicę
& cupiunt, & ſupplicant illa omnia contenta in
inſtrumento confirmari a Papa, qui ſimpliciter
confirmat; quo fit, vt cēſeatur etiam confirmaſ-
ſe pactum conſtitutionis cenſus eo modo, quo
fuerat factum, cum ſit inſertum in eodem inſtru
mento, Rot. *deciſ. 1. in antiq. & deciſ. 9. in nouis.* Fe
lyn. *in cap. ſuper literis. num. 10. in princip. extra de
reſcript.*

3 Non obſtat clauſula appoſita ſcilicet, Dum-
modo licite & honeſte, quia ſtante inſertione to

tius

Digitized by Google

ſtis inſtrumenti, & quod petebatur etiam confirmatio aliorum pactorum, de quibus in cedula non incerta, illa clauſula intelligitur, quo ad pacta contenta in dicta cedula non inſerta, vt fuit dictũ in Legionen. iuriſdictionis, 11. Maii, 1580. coram R.P.D. meo Decano, quia cum non eſſet narratus nec inſertus tenor contentorum in iſta cedula quorum cõfirmatio petebatur, Papa noluit confirmare cõtenta in eis, niſi cum illa clauſula, quatenus eſſent licitę, & honeſtę &c. cum ignonaret q̃ & qualia forent; q̃ ratio nõ adaptatur ad pactum, de quo queritur, cum illius tenor eſſet inſertus in inſtrumento, & Papa viderit, qđ facit, vt confirmatum dicatur ex certa ſcientia, *cap. pen. de cõfir. vtil. vel inut.* & ibi poſt Abb. Dec. *nu.* 1. Roman *conſ.* 128. *nu.* 7. Ferret *conſ.* 38. *nu.* 6. Ruin. *conſ.* 227. *nu.* 5. *lib.* 4. & tenuit Rota coram R.P.D. meo Pamphilio, 26. Nouembris 1594. in in vna Veronen. exemptionis.

4 Secundo moti fuerunt Domini, quia præſtat iuſtam cauſam confirmationis maxima equitas; cum. n. venditio, & conſtitutio cenſus ſint poſiti in eodẽ inſtrumento taliter, quod vendens non fuiſſet venditurus, ſi cenſus non fuiſſet conſtitutus, ſufficit ad effectum, quod actus dicantur correſpectiui, etiã quod habeant cauſam ſeparatam. *l. cum eiſdem.* §. *inter decem. de ædil. edict.* Barto. *in l. Aurelius.* §. *idem quærit. num.* 3. *de liber. leg.* Dec. *conſil.* 245. *nu.* 5. *& conſ.* 421. *colum.* 1. *& in l. petens.* 2. *notab. C. de pact.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 17. *gloſ.* 1. *num.* 20. Corn. *conſil.* 36. *&* 117. *vtroq. nn.* 14. *lib.* 2. *& conſ.* 57. *num.* 13. *&* 319. *nu.* 10. *lib.* 3. Soc. *conſ.* 273. *num.* 4. *lib.* 2. Felyn. *in cap. Paſtoralis, nu.* 7. *de reſcript.* Creſcen. *deciſ.* 78. Mohedan. *dec.* 124. Peregr. 81. Put. *conſ.* 214. *lib.* 3. *& deciſ.* 3. *de ſimo.* & fuit dictum corã R.P.D. meo Decano, 28. Aprilis, 1578. In vna Romana donationis. Rot. *diuerſor. deciſ.* 446. *nu.* 3. *par.* 3. coram Sanctiſſimo.

5 Stante ergo correſpectiuitate, cum Andreas officium vendiderit, & ſcripturas tradiderit ac conſignauerit, & Ioannes pretium non perſoluerit, omnis æquitas mandat, quod pro rata pretij fructus rei emptæ ſoluat, propter fructus, quos percipere potuiſſet venditor ex re ſua. *l. curabit. C. de actio. empt.* Cou. *varia. lib.* 3. *c.* 4. *nu.* 5. *verſic.* 3. *&* 8. Nau. *conſi.* 71. *ſub titulo de vſu. lib.* 5. Affl. *dec.* 20. *n.* 4. Gabr. *de empt. & vendition. concluſ.* 4. Maximè, quia cũ ſcripturæ iſtæ ſoleant locari pro annua pẽſione octo pro cẽtenario, & in Vrbe initi ſocietates ſuper illis, vt fuit conſideratũ corã R. P. D. meo Decano in vna Romana ſocietatis, 6. Nouẽbris, 1580. qui quidem fructus correſpõdent fructibus taxatis inter ipſas partes, cenſetur per huiuſmodi cenſus cõſtitutionem ad ſex annos potius data dilatio ad ſoluendum pretium cum taxatione intereſſe proportionabili ad dictas ſcripturas, ad Paul. de Caſtr. *in l.* 3. *num.* 3. *de eo quod cert. loc.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *caſ.* 119. Moder. *de probat. concluſ.* 934. *nu.* 17.

6 Neque obſtat, quod in caſu, de quo agebatur, nulla poterat mora conſiderari, ex quo breui manu pretium cenſebatur ſolutum Andreæ, & deinde Andream ſatisfactum, de illo cenſum impoſuiſſe, quia vltra quod ad hoc vt intret diſpoſitio huius æquitatis, ſatis eſt mora irregularis, vt notant Couarr. & alij ſupra allegati: Nam prędicta non poſſunt adaptari caſui noſtro, quia verba contractus cantant, quod mille ducati debeãt permanere ad annuum cenſum ſuper ſcripturis; & ſic apparet, quod pretium non fuit ſolutum, nec fictio ſolutionis breuis manus debet operari conditionem deteriorem alterius, contra dictam æquitatem: quod tanto magis locum habere videbatur Dominis, quia in hoc caſu hæredes Ioãnis agunt de maximo lucro, quod conſequuntur computando in ſortem principalem omnes fructus iam ſolutos, & ęconuerſo Annibal tractat de maximo damno euitando, cum vltra æſtimationem ſortis principalis, teneretur ad reſtitutionem fructuum in notabili quantitate.

7 Nec obſtat, quod pactum oppoſitum de redimendo cenſum intra ſex annos ſit contra ſubſtãtiam cenſus, cum in illo interuenerit mutuum cũ lucro. Nauar. *de vſur. nume.* 87. rationem aſſignat Petr. de Arag. *de iuſtit. & iur. quæſtion.* 87. *articul.* 4. *columm. fin.* & quod non ſit veriſimile, Papam, qui non ſolet diſponere ſuper vſuris, voluiſſe illud confirmare, quia ex deductis apparet reſponſio, quod voluerit; & quod potuerit, dubitari nõ poteſt; quia quamuis vſura ſit contra ius diuinum, tamen quod pactum de redimendo intra certum tempus ſit contra ſubſtãtiam cenſus, & illum vitiet, fuit inductum iure poſitiuo, in extrauag. Martini Quinti, & Calixti III. quibus Papam potuiſſe derogare, certi iuris eſt; immo dixerunt Domini in illa . . . . cenſus ſexta Iunij, 1594. coram R. P. D. Giptio, quod cenſus formati ante conſtitutionem Pij Quinti cum pacto redimendi, quoties imponens voluerit ſuſtineantur per longiſſimam conſuetudinem faciendi ſimiles cõuentiones, dummodo huiuſmodi conſuetudo ſit recepta a maiori parte populi, credentis non facere contractum vſurarum, ad doctrin. Bartol. *in l. quis ſit fugitiuus.* §. *apud Labeonem, num.* 1. *de ædil. edict.* quem ſequuntur Alexan. *conſi.* 39. *nu.* 2. *lib.* 3. Cępoll. *de ſimul. contract. in princip. num.* 4. Bertachin. *de Epiſcopo. par.* 1. *lib.* 3. *quæſtion.* 14. *nu.* 9. Tiraq. *de pen. temperan. caſu* 42. *num.* 8. Grat. *conſil.* 39. *nume.* 4. *libro* 2. Gabr. *de crimin. concluſ.* 8. *num.* 32. Salazar. *de vſur. & conſuet. capitu.* 2. *num.* 1. Nauar. *in capitul.* 1. §. *pen. nu.* 3. *de pænit. diſtinct.* 5.

ADDITIO.

a *Poſt ſex annos.* Ad hæc vide Couar. *variar. reſolut. libro tertio, capitu. nono* vbi ponit, an cenſus annui redditus poſſint licitè cõſtitui cum pacto redimendi ad voluntatem primi emptoris. Redoan. *de reb. eccleſ. &c. in rubr. conditiones quibus annui cenſus &c. numero* 4. *fol. mihi* 108. vbi quod venditor inuitus nullo modo obligari poteſt ad redimendum cenſum; ſed illi debet eſſe liberum vel ſoluere cenſum, vel redimere, de quo vide etiam per Gabr. *conſilio* 152. *libro* 1. vbi quid ſi in

inſtrumento cenſus adeſt pactum, quod in caſu, quo venditor ſit in mora ſolutionis cenſus, teneatur reſtituere ſortem principalem.

Etècontra, an cenſus poſſit conſtitui cum pacto de nõ redimendo, niſi a tali tempore citra, vide Couar. *variar. reſol. lib. 3. cap. 8. nu.* 8. Io. Bapt. Lup. *in tract. de vſur. comment. 2. §. 1. n. 40. ſeqq.* Maſcard. *de probat. lib. 1. concluſ. 441. nu. 6.* Menoch. *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 122. nu. 71.*

Et generaliter in contractu emptionis, & venditionis, an pactum, quod res non poſſit redimi, niſi poſt aliquod tempus, ſit illicitũ, & faciat cõtractum vſurarium, vide Aym. *conſ.* 156. *nu.* 5. vbi quid ſi dara modicitate pretij, & vide in materia etiam Couarr. *var. reſol. lib. 3. d. cap. 8. n.* 8. Lup. *de vſur. in loco præcitato.* Ioſeph. Ludou. *deciſ. 51. verſ. 19. coniectura eſt.* Maſcat. *d. concl.* 441. *per totam, & concluſ.* 447. *nu.* 14. Menoch. *vbi ſupra d. præſump. 122. nu. 69. ſeq. vſque ad nu. 74.*

Et an etiam cenſus poſſit emi vſq; ad certum, & definitum tempus, vide Couarr. *vbi ſupra cap. 7. nu.* 4. & an vſque ad vitam ementis *ibidem nu. 3. & capit. 9. nu.* 7. Lup. *de vſur. d. comment. 2. §. 2. n. 82. & 83. & n. 61.* And. Gayl. *obſer. 8. lib. 2.* vbi generaliter, ao cenſus poſſint emi, & vendi ad vitã, & plura de materia cenſus Vitalitij.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

O R A N I.

Portugallen. prætenſæ vnionis, Mercurij, 21. May, 1597.

ARGVMENTVM.

Teſtium falſitas debet cõcludenter probari, & taliter, quod aliter ſe habere veritas non poſſit.

SVMMARIVM.

Teſtium falſitas oportet, ut appareat per probationem, quæ de neceſſitate concludat; et quod res aliter ſe habere non poſſit. d. nu. 1. ſeq.

DECISIO CXVI.

1 IN cauſa Portugallen. prætenſa vnionis, Domini, circumſcripta fide iurium, & teſtiũ, pro parte fratris Franciſci Sanchez examinatorũ, tenuerunt conſtare, fratrẽ Fauſtũ nõ fuiſſe profeſſum ordinis Sancti Ioannis Hieroſolimitani, ad effectum, de quo agitur, quia cum effectus iſte tẽdat ad redarguendum teſtes monialium de falſo qui vt alias deciſum fuit, deponũt de exiſtentia collegij floris Roſæ in quo erant collegales ordinis Sancti Ioannis, cum quibus idẽ frater Fauſtus habitum, & Crucem Sancti Ioannis geſtãs, moram traxit, oportet quod probatio de neceſſi-
a tate concludat [a], & quidem taliter, quod res aliter ſe habere non potuerit. gl. & Docto. *in l. iuris gentium. §. quod ferè. de pact.* Dec. poſt Bal. *in l. ſingularia. ff. ſi cert. petat.* Alex. *conſ. 74. ſub nu. 9. lib. 2.* quod nulla ratione factum dici põt, cõ teſtes monialiũ non teſtificentur, fratrẽ Fauſtum fuiſſe profeſſum ordinis Hieroſolimitani, ſed quod per infantẽ Portugalliæ poſitis io loco floris Roſę fratribus Sancti Ioãnis, habitum Clericalem, & ad pectus Crucem Albam deferentibus, frater Fauſtus eodem habitu vtẽs, ipſorum gubernio, & inſtructioni duorum, vel trium puerorum, eundẽ habitum, & Crucem geſtantium, fuerat præpoſitus; Non enim contradicunt ſibi, quod fratres Fauſtus alterum ordinem fuerit profeſſus, vt conatus eſt oſtendere frater Franciſcus, & nihilominus ad collegium regendum fratrum Sancti Ioãnis fuerit ab infante Portugalliæ aſſumptus, vel etiam de facto dum ibi permaoſit Cruce alterius ordiois, & ſic alba fuerit vſus.

2 Quod eo magis Domini ſubſtinebant, quoniam cum præmiſſorum teſtium monialium depoſitione concurrebat pacifica poſſeſſio, & effectuario vnionis per viginti duos, annos, & actus poſitiui ordinarij, qui ab anno 1552. poſt obtẽtam ab infante vniooem, ad hanc Parochialem Eccleſiam fratrem Sancti Ioannis inſtituerat, cũ aſſignatione illi facta tertiæ partis fructuum, duabus reliquis commodo monaſterij applicatis; & anno 1574. voiooem hao iuxta diſpoſitiooem concilij examinando, & reuidendo tanquam bonam, & legitimè factam, approbauerat, Quibus conferebat Breue felic. record. Pij Papæ Quinti, & quod de anno 1557. ad ſupplicationem Don Antonii ſucceſſoris infantis in Prioratu, exponentis in loco floris Roſæ habitaſſe fratres Sancti Ioannis, & poſt eorum, ac demum Presbyterorum Sancti Petri a dicto loco receſſum, fratres Sancti Dominici, prout teſtes de auditu, & fama deponunt per duos annos, plus, vel minus in eodem loco continuaſſe, maximè cum non agatur de Parochiali vnita ad vtilitatem collegij, ſed monaſterii monialium, de cuius exiſtentia non controuertitur; quo circa ſtantibus præmiſſis, ſuperflua videbatur diſcuſſio fidei iurium, & teſtium fratris Franciſci, cum per ea nullo pacto incentio monialium lędatur.

ADDITIO.

a *De neceſſitate concludat.* Veriſſima eſt hæc concluſio, ſed declaratur per Dom. meum Farinacium *in ſuo tractat. de teſtibus, quæſtion. 67. nume. 74. & ſequent.* vt procedat, quo ad imponendum pænam extraordinariam, ad quam ſolę præſumptiones ſufficiunt.

Fam. Cent. U. I, D. Galeſ.

C O R D V B E.

Romana Alimentorum de Cincijs, 23. Maij, 1597.

ARGVMENTVM.

Alimenta debentur filijs a Patre, extra domum paternam, propter eius ſęuitiam, vt ſi illos ex domo expulerit, & ad redarguendum teſtes de falſo, & mendacio, probatio debet eſſe neceſſaria, & concludens.

S V M M A R I V M.

Alimenta filijs a Patre debentur extra eius domum, propter eiuſdam Patris ſæuitiam, & auſteritatem, & præſertim ſi eos ex domo expulerit. nu. 1.

Teſtes vt de falſo arguantur circa ea, quæ reſpiciunt dictum principale, probatio debet eſſe neceſſaria, & concludens. num. 2.

Probatio omni iudici arbitraria eſt. nu. 4.

D E C I S I O CXVII.

1 FVerat dictum in præcedenti poſitione, quod videretur, an conſtaret de iuſta cauſa diſceſſus filiorũ a domo paterna, & illam ſatis ex teſtibus, qui dantur, probari dixerũt Domini non ſolũ propter ſęuitiã, & auſteritatẽ D. Franciſci patris, ſed ẽt quia D. Franciſcus illos expulit è domo, vt probãt primus, & tertius teſtes; quo caſu alimenta debẽtur filijs extra domum, tanq̃ ex iuſta cauſa, Boer. *deciſ.* 195. *nu.* 5. Pinell. *in l.* 1. *p.* 1. *n.* 54. *C. de bon. mater.* & alij quos congerit Molin. *de Hiſpan. primog. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 74. & fuit dictũ in illa Romana de Iacobellis corã R.P.D. meo Litta.

2 Neque obſtabant exceptiones oppoſitæ per D. Franciſcum contra teſtes; & primò mendaciũ oppoſitum contra primum ex eo, quod dixerit, dictos filios de anno 1588. & ſequent. expulſos a patre habitaſſe in Cameris locandis abſq; eo, qđ illis alimenta præſtaret, cum tamen contrarium conſtet ex reſolutione facta in hac cauſa coram Illuſtriſs. D. Mantica, ex qua apparet alimenta fuiſſe præſtita Iacobo vſque ad totum menſem Aprilis 1594. & Chriſtophoro, & Roccho vſque ad eundem menſem Maij 1592. Sed hæc oppoſitio non placuit, quia non conſtat de quo tempore alimenta fuerint præſtita filijs, & potuit eſſe, quod poſtea fuerint ſoluta. Probatio autem ad arguendum teſtes de falſo, maximè circa ea, quæ reſpiciunt dictum principale, debet eſſe neceſſaria, & concludens.

3 Aliud obiectum, quod idem teſtes & ſecundus & tertius fuerint etiam mendaces, ex eo quod depoſuerunt circa ſubſcriptionem folij Albi, ſub ſpe futuræ numerationis, fuit etiam reiectum ex eadem ratione, quia Domini non reſoluerunt, hoc non eſſe verum, ſed quod non probabatur; ideo inde non poſſunt dici teſtes mendaces.

4 Quod verò dicebatur, non eſſe verum, quod dicit primus teſtis ſuper ſecundo, filios ſcilicet ab anno 1590. citra proprijs impenſis habitaſſe extra domum paternam, nihil facit, quia non probatur contrarium, ſaltem quo ad continuatam habitationem; immo teſtes videntur potius innuere, quod non habitarunt: cum ergo nihil concludens in contrarium adducatur, & probatio plurimum depẽdeat ex arbitrio iudicis, Domini his, & alijs conſideratis, dixerunt, conſtare de iuſta cauſa diſceſſus; & ideo filijs deberi alimenta, de quibus in dubio.

P E L E G R I N I.

Romana vſurariæ prauitatis, die 4. Iulij, 1597.

ARGVMENTVM.

De locatione Armenti animalium cum pacto, quod in fine locationis reddatur ęſtimatum, an & quando dicatur vſuraria, & illicita.

S V M M A R I V M.

Locatio vaccarum cum pacto, quod quolibet anno pro penſione ſoluantur ſcuta duo, & quod finita locatione earumdem vaccarum fiat reſtitutio in eodem ſtatu, in quo erant tẽpore locationis, cum refectione hinc inde meliorationis, & deteriorationis non eſt vſuraria, & illicita, num. 1. & omnibus ſeqq. in diſcurſu, & in addit. lit. A.

Contractus præſumitur talis, qualis denominatur a partibus. nu. 3. Item ſecundum ſubiectam materiam. ibidem d. nu. 3. & in addi. lit. B. vbi de materia.

Locatio animalium brutorum eſt licita in iure. nu. 3. in fi. & n. 4. vbi ampliatur ſiue ſint locata ſingula animalia de per ſe, ſiue etiam armentum omnium animalium.

Contractus duos in eodem inſtrumento alternatiuè facere ad vnius partis electionem, non eſt prohibitum in iure, nec dicitur vſura. nu. 4.

Venditio cum pacto de retrouendendo a iure non improbatur. nu. 4. ſed quid ſi concurrat modicitas pretij, an ſapiat vſuram, vide ibidem in addit. lit. C.

Contrahentium pacta, & conuentiones ſemper præſumuntur conformare cum diſpoſitione iure communis. nu. 5.

Locatio animalium habet hanc naturam de iure, vt in fine locationis reſtituantur in æſtimatione illa animalia, quæ demortua fuerunt dolo; vel culpa conductoris, ſecus ſi ea morbo naturali, aut caſu fortuito, & abſque conductoris culpa perierunt. n. 5. ante finem.

Exequutio cameralis obligationis cum ſuſceptione termini nõ retardatur ex eo, quod debitoe offerat contrariam probationem, quia debet ſoluere, & poſtea ſi aliquid probabit repetere. nu. 5. in fine.

Aeſtimatio animalium, an & quãdo transferat Dominium. n. 6. vbi ponitur regula affirmatiua cum duabus limitationib. Prima eſt quando per ęſtimationem contractus efficeretur vſurarius; ſecunda quando æſtimatio fit, vt apparet

de certo valore rei æſtimatæ.

Locatio animalium quando cenſeatur facta in ſpecie de ſingulis animalibus; & quando in genere de armento, ſeu præcodio. nu. 7. & 8.

Conductor gregis, ſeu armenti tenetur ad inſtar vſufructuarij loco demortuarum pecudum, vel inutilium alias ſubrogare. num 7. verſicul & conductor, & num. 8. ubi de materia.

Pactum unum ſi lædat partem contrahentem, quæ in alio pacto releuetur; Adhuc contractus dicitur iuſtificatus, etiã in foro animæ nu. 9.

Vſurarum exceptio non retardat exequutionem obligationis Cameralis, niſi ita patens ſit, ut tergiuerſari non poſſit, ſed habet locum regula ſolue, & repet. nu. 9. in fi.

DECISIO CXVIII.

1 FVit extra Rotam per me propoſitum dubium: ſtante inſtrumento dationis, conceſſionis, & affictus Caſalis Falcognani, & præcodij, obligatione Camerali vallato, terminoque in actis ſuſcepto de ſoluendo, ac conſtitutione fel. rec. Sixti V. ſuper fructibus ſocietatum animalium ad caput ſaluum, quorum copia datur, & alijs hinc inde deductis; an cõuentiones in dicto contractu contentæ, præſertim in cap. 7. 8. & 11. eſſent licitæ, vel illicitæ, ita vt eſſet, vel ne, retardanda exequutio Cameralis, ac termini ſuſcepti in caſu, de quo agitur.

2 Conuentiones nunc, de quibus in dubio, ſunt infraſcriptæ. *Et perche in detta tenuta di ſanto Merlo vi è un pretio di vacche roſſe il detto Monſign. a nome come di ſopra l'alloca al detto Sig. Domenico volerle l'habia a reſtituire l'vltimo anno di detto affitto. Di piu li te conſegnaranno caualle cinque con ſuoi baſti e finimenti cioè tre con baſti, e due con ſelle, le quali habianno da ſeruire per detto precoio, & in auento, che il detto Sig. Domenico tenghi il detto affitto non s'intendi, ne t'habia a pagare coſa alcuna, ma volendole comprare, l'habbia a pagare ſcudi 20. e mezo. E che a ſanto Angelo di Settembre proſſimo alla conſegna di detto precoio t'habbia da pigliare un'huomo per parte e s'habbia da eſtimare l'età, & eſſere di dette vacche, e caualle, & in caſo di reſtitutione il detto Sig. Domenico ſia*
a *obligato reſtituire a nell'iſteſſo modo ſtato, età, e nel medemo caſo t'habbia parimente ad eleggere due periti, uno per parte, & eſtimare nel modo ſudetto; e caſo che foſſero di maior età, e di manco bontà il detto Signor Domenico habbia da pagare quello, che ſaranno di peggio, e caſo che fuſſero in migliore eſſere, e di manco età, e di miglior bontà il detto Monſig. Reuerendiſſimo l'habbia da pagare al detto Sig. Domenico quello, che ſaranno ſtimate, & in euento li ſiano le uittelle picciole li medeſimi periti debianno quelle ſtimare, & il prezzo di eſſe s'habbia a pagare al detto S. Domenico.*

3 Quod dubium fuit negatiue reſolutum. Dixerunt namque Domini, non eſſe dubitandum, quin contractus iſte eſſet locationis, tum quia ſic a partibus denominatur, vt in ſeptima conuentione de qua in dubio, talis enim præſumitur contractus, qualis a partibus denomina-
b tur. [b] Bald. *in titu. qui ſucceſſores dare teneantur in vſibus feudorum.* Socin. *conſilio 165. numero* 5. Cacheran. *deciſ. 39. numero* 24. Tum quia ſubiecta materia hoc patitur, cum etiam brutorum detur licita locatio; nã ſalua eorum ſubſtantia, ex illis prouenniunt multæ commoditates, & fructus vtiles humanæ neceſſitati, quos quis mercede põt alteri concedere, retenta ſibi dictorũ bonorum proprietate, vt latè oſtẽdit Corrad. *de contract. trac. 5. q. 89. n.* 1. & paſſim hoc admittũt õẽs.

4 Vnde cum poſtea dictæ conuentiones, de quibus in dubio, non repugnarent dicto cõtractui, nec quid illicitum in ſe continerent, ad effectũ, de quo agitur, vtiq; propter illas non veniebat retardata obligationis Cameralis exequutio, & termini illius vigore ſuſcepti. Non enim repugnabat ſeptima conuentio, quia vt ſupra fuit cõſideratum, etiam in Brutis cadit licita locatio, ſiue dicamus locatas fuiſſe ſingulas vaccas, ſiue armentum, ſeu præcodium in genere, vt verius eſt. Non erat quoque illicita octaua conuentio, vbi dabatur facultas conductori conuertendi locationem in venditionem cum pacto de redimendo, cum nõ reperiatur in iure prohibitum, q̃ partes non poſſint de eadem re duos contractus alternatiuè facere, ad vnius partis electionem, dũmodo ambo liciti ſint, prout ſunt in caſu, de quo agitur. Nam & locatio Brutorum eſt licita ex ſupra deductis, & venditio cum pacto redimendi a
c iure non reprobatur. [c] *l. 2. C. de pact. inter emp. & vend. c. ad noſtram. vbi omnes. de empt. & vendit.*

5 Decima autem conuentio tantum abeſt, quod dici poſſit illicita, quod immo abſolute tenderet ad fauorem, & commodum ipſius conductoris, ita vt tota difficultas, & ſi quid aderat ſcrupuli, id eẽ eſſet reo actum ad vndecimam conuentionem, quam tamen neque ipſam repugnare locationis contractui, neque aliquod illicitum ad effectum, de quo agebatur, in ſe continere viſum fuit. Nam cum in ipſa expreſſe nõ legeretur, nec ex ea neceſſario colligeretur, neque fuerit deducta aliqua obſeruantia ſubſequuta, ex qua contrahentes ſenſiſſe, minuſque eſſet veriſimile eos voluiſſe, quod tempore, quo præcordium erat reſtituendũ, idem numerus vaccarum, vel præcodium in genere eiuſdem bonitatis, & valoris reſtitueretur, quamuis in dicta conuentione haberetur, quod tempore illarum reſtitutionis, vaccę deberent æſtimari, & eodem modo, & ſtatu reſtitui; ita vt ſi deterioratæ, vel melioratæ fuerint, id commodo & incommodo conductoris cederet; non poterat ex hoc dici, quod locator voluerit ſaluum eſſe capitale; ſed immo interpretando cõuẽtinoem iuxta depoſitionem iuris communis, & naturam ipſius contractus, cui fuit appropriata ipſa conuentio, cum quo ſe conformare, & ſecundum quam contrahere voluiſſe partes regulariter cenſentur, ad tiad. per DD. *in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellian.* vt fuit dictum coram Oradino in vna Camerinenſ. Domorum 18. Aprilis 1572. & coram bon. memor. Cantuccio in vna Romana locationis domus decima Decembris 1578. dicendum erat, locatorem voluiſſe, quod illæ tantum reſtituerentur, quæ nunc reperiebantur, ac illarum tantum æſtimatio ſolueretur, quæ ex dolo, & culpa conductoris periſſent, & ad quarum æſtimationem iuxta naturam geſti contractus non tenebatur conductor, de quibus omnibus probabiliter creditur

Digitized by Google

ditur habitam fuiſſe rationem in relaxatione e-
xequutionis,cum fuerit,in conferẽdo debitũ ter
minus ad illud ſoluendũ a cõductore ſuſceptus,
ad cuius poſtea retardationem non eſt admittẽ-
da eiuſdẽ cõductoris cõtraria ꝓbatio , ſed iuxta
naturam Cameralis obligationis ſoluere,& po-
ſtea repetere debeat,ſi indebitũ ſoluiſſe ꝓtẽdit.

6 Non obſtare Dominis viſum fuit , dum dice-
batur,quod imò ex dicta 11.conuentione neceſ
ſario colligitur,D.Cenciũ noluiſſe vaccas loca-
re,ſed potius mutare illarum Dominiũ, in aliud
Dominiũ trãsferendo , tũ quia de illis æſtimatis
aſſignandis cõuenit;tũ quia vr̃ dediſſe facultatẽ
d.Dominico non eaſdẽ,vt eſt de natura locatio
nis,ſed alias,& minoris ętatis reſtituendi;dũmo
do ſi meliores,vel deteriores eſſent, quę reſtitue
rentur,hinc inde deteriorationis,vel melioratio
nis æſtimatio refunderetur,& propterea vere di
ci poſſit D.Cencium intẽdiſſe,quod capitale eſ-
ſet ſaluũ,& vltra illud voluiſſe quot annis pẽſio
nẽ ex ſingula vacca percipere ; quod quidẽ ſapit
vſuram,& in indiuiduo conſiderat Naua.*cõſ.37.
de vſur.vol.2.*Nã pro reſponſione fuit dictum,re
torquendo argument.imò non cenſeri hoc caſu
per æſtimationem fuiſſe actum de transferendo
Dominio, quia ſic contractus efficeretur vſura-
rius,arg.*l.merito.ff.pro ſoc.*vt in term. trad. Corn.
in l.ſi paſcenda.nu.46.C.de pact.& quia apparet,ꝙ
ęſtimatio ad alium finem erat facienda, nempe,
vt certus eſſet vaccharum valor ad effectum , de
quo ſupra,quo caſu per æſtimationem non dici
tur transferri Dominium,*gloſ. in l. ſi inter virum,
C.de iur.dot.*& fuit dictum coram bo.mem. Can-
tuccio in vna Pianti affectus 13. Iunij 1580.

7 Neque etiam ex eo,ꝙ D. Dominicus faculta-
tẽ haberet alias reſtituẽdi , dici poterat vaccarũ
Dominiũ in eũ fuiſſe trãslatũ , quia cũ illi præco
diũ in genere,non autẽ ſingulæ vaccæ, fuerit lo-
catũ,vt expreſſe legitur in ſeptima,& hac vndeci
ma conuẽtione,& colligit̃ ẽt,quia certus nume-
rus vaccarũ non fuit expreſſus;& apertius , quia
non eſt veriſimile D. Cenciũ locaturũ fuiſſe,ni-
ſi totũ præcodiũ,qm̃ locatio partis,vel nõnulla-
rũ vaccarũ attuliſſet in maximũ diſpendiũ , tum
ꝑꝑ maſſaritias ad vſum præcodij paratas,quæ di
uiſæ non ſufficiſſent ipſi,ac conductori;tũ ꝑꝑ pa
ſcui commoditatem,qua caruiſſet, cũ iã locaſſet
totũ caſale,vbi vaccę ipſę morabantur,ideo me-
lius non potuiſſet eam vtiliter locari,& ꝑꝑ alia,
quæ conſiderant informãtes ex quib. apparet, ꝙ
pars reſpectu partis ei nõ attuliſſet tantã vtilita-
tẽ,quantã totũ attuliſſet reſpectu totius:quo ca
ſu vnica locatio facta pręſumit̃,& indiuiduus cõ
tractus,vt tradũt oẽs *in l.ſtipulationes non diuidũ-
tur.ff.de verb.oblig.*& conductor gregis , ſeu ar-
mẽti ad inſtar vſufructuarij tenetur loco demor
tuarũ,vel ẽt inutiliũ ſubrogare iuxta normã tra
ditã a I.C.*in l.vetus.ff.de vſuf.& quẽadmodũ quis
vtatur,& fruatur.*ob id fuit cõſideratũ a partib.eſ
ſe poſſe,vt vaccę minoris ętatis reſtituerent̃,fini
ta locatione,q̃ erat facta ad nouenniũ; quo caſu
cũ intẽtio partiũ fuerit poſtea,vt cõmodũ,& in-
cõmodũ deteriorationis,& meliorationis , nõ q
dẽ totius ꝓcodij in genere(id.n.argueret,imo ne
ceſſario inferret,D.Cenciũ voluiſſe ſaluũ eſſe ca
pitale,& intrarẽt motiua informãtiũ pro D.Dñi
co)ſed ſingularum vaccarũ,illatũ q̃ iuxta naturã
hmõi locationis veniẽt reſtituẽdę,ad cõductorẽ
ſpectarẽt;ob id ẽt de illis æſtimãdis fuit cõuẽtũ.

8 Nec minus dici poterat fuiſſe locatũ pręcodiũ
in genere qa ad ſingula capita fuerit ꝓtiũ cõſtitu
tũ,ſtãtib.prędictis cõiecturis,per tex. *in l.cũ eiuſ-
dẽ.§.interdũ.ff.de ædil.edic.* Dec.*conſ.421.nu.4.*&
eo maximè qa id factũ fuiſſe credi dẽt in caſu,de
quo agit̃ pro maiori iuſtificatione locationis;nã
cũ pręcodiũ prædictũ poſſet recipere diminutio
nẽ,qa vaccæ aliquæ caſu fortuito abſque culpa,
& dolo conductoris, vel ẽt morte naturali perijſ
ſent,nec tã cito fœtus naſcerent̃,nec de antica na
tis,tunc eſſent in armẽto,quatenus de illis ſubro
gatio fieri debeat,qđ negauit Flori. *in d. l.vetus.
nu.1.ibi in tex.ad fructuariũ.*ex qb.poſſit fieri ſub-
rogatio loco demortuarum, iuxta terminos *d.l.
vetus.& l.quid ergo.ff.eod.ti.de vſufru.*quo caſu æ-
quũ non erat,vt eadẽ penſio ei ſolueret̃,q̃ ſoluit̃,
qñ plenũ eſt armentũ : ꝓpea,vt certũ eſſet, quæ-
nã penſio dicto caſu foret ſoluenda,& q̃ defalca-
tio facienda,fuit cõuentum,vt ſcuta duo pro ſin
gula vacca perſoluerentur,earum videlicet,vt ſu
pra fuit dictum,q̃ reperirentur tpe faciendæ ſo-
lutionis,nõ autem earum,quæ abſq; culpa,& do
lo cõductoris perijſſent;dũmodo cõductor fece-
rit debitam ſubrogationem, & vti diligẽs pater-
familias ſe geſſerit in cuſtodiendo armento .

9 Nec eſſe præſentis ſpeculationis DD. dixerũt ,
an poſtea penſio ꝓdicta eſſet nimis exceſſiua , qñ
ex fœtib. teneatur conductor loco demortuarũ,
& inutiliũ ſubrogare,vt in voce deducebant pro
D.Dñico informantes; neq; quod pactũ illud,ꝙ
cõmodum , & incõmodum proueniens ex melio
ratione,vel deterioratione ſpectet ad cõductorẽ,
ſit ipſi conductori damnoſum, cum ad effectũ de
quo agitur,ſatis ſit, quod ex ipſo nõ inferatur,ꝙ
ſaluum ſit capitale, neq; per illud excludat̃,ꝙ ca-
ſus fortuiti , & mors naturalis aĩalium , facta iñ
ſubrogatione debita, vt ſup. non cedant damno
ipſius locatoris,iuxta naturam locationis armẽ-
ti:ſed qñ dabitur de læſione , tunc vidẽdum erit,
an prætenſa læſio ſit cõſiderabilis ac ſufficiẽs ad
reducendum contractũ , nõ quidẽ ſingula pacta
de per ſe conſiderando,ſed omnib. ſemel iunctis,
quia licet vnum pactum lædat partem, eſſe põt ,
quod in alio releuetur , quod quidem ſufficit ad
iuſtificandum contractum etiam in foro animæ,
vt bene explicat Cotrad.de mente oĩum Summi
ſtarum *in d. quæſt.89.in 1.corollario.4.concluſ.&
per totam illam quæſtionem , & in quæſtio.90.& 91.*
& ſufficit pro reſolutione propoſiti dubij , quod
talis iniuſtitia in præſenti non deducatur , quæ
reddat ipſum contractum vſurarium , ſaltem ad
effectum,de quo agitur , nempe ad retardandam
obligationis Cameralis iuramento vallatæ , &
termini illius vigore ſuſcepti exequutionem ;
quæ dicto caſu non retardatur ,etiam ſub præ-
textu vſuræ , niſi ſaltem ita apparens ſit vt
tergiuerſari non poſſit , vt tradunt Abbas ,

Felyn.*& alij in cap.debitores. de iureiur.* Quo caſu multi ſcribentes,& ij quidem magnæ auctoritatis,voluerunt,ſoluendas eſſe vſuras,& eas poſtea repetendas &c.

ADDITIONES.

a *Si a obligato a reſtituire.* In materia huius deciſionis vide omnino ſupra *cōſ.54.cum deciſionibus in eo inſertis*, vbi agitur de ſimili ſocietate pecudum,cum pacto,quod loco demortuarum ſubrogentur fœtus,& quòd reſtituantur æſtimatæ.

b *Qualis a partibus denominatur.* Pro hac concluſione,quod ſcilicet contractus talis pręſumatur, qualis a partibus denominatur,addo Natt. *conſ.49.n.14.& 34.et conſ.194.n.1.et ſeq.* Rub.Alexãdri.*conſ.142.n.2.*Aym.*conſ.20.n.4.* vbi ampliatur, ēt quod in cōrrarium adſint aliquæ præſumptiones, pro qua ampliatione faciunt etiam ſcripta per Aret. *in conſ.55.in fine*, & per Ruin. *conſ.165.nu.29.lib.1.*& per Natt.*conſ.607.nu.1. in fine.verſ. ant conſtat. lib.3.* & propterea dici etiam conſueuit,quod qualis ſit contractus, & contrahentiũ intentio, cognoſcitur ex verbis, ſecundum Iacob.Emilian. *conſ.4. nu.5. et omnibus ſequentibus in diſcurſu.* Rolan.*conſ.8.nu.1.et ſeqq.lib.1.et conſ.61.nu.5.et ſequentibus,et conſ.96.nu.14.lib.2.* Neuiz.*conſ.24.nu.20.* vbi amplius, quod contractus talis pſumit̃, qualis in ſua prima figura apparet.

Bene verum eſt, quod ſi mens contrahētium, & effectus ipſius contractus repugnat verbis, & nomini in eo appoſito, cum ipſe contractus iudicatur ſecundum effectum, ſeu mentem contrahẽtium,& non ſecundum nomen, & corticem verborum, ſecundum Grat.*reſponſ.131.nu.8.et ſeqq.lib.1.*Aym.*d.conſ.20.num.4.* Rub.Alexan. *d.conſil.142 nu.2.* Villalob.*in commun.opinion.litera L.nu.134.* Rol.*conſ.8.nu.31.lib.1.et conſil.61.num.33.et ſeqq.lib.2.et conſ.96.num.38.et ſequent.eod.lib.2.et conſi.96.nu.40.et ſeqq.lib.3.*

c *A iure non reprobatur.* Sine dubio ſola venditio cum pacto de retrouendendo a iure non improbatur. Verum ſi cum pacto de retrouendendo concurrat modicitas pretij,nunquid contractus reddatur vſurarius, eſt quæſtio multum controuerſa a Doctoribus. Aliqui enim dixerunt,quod ſic; aliqui autem contrarium tenentes dixerunt, requiri etiam in contrahente conſuetudinẽ fœnerandi. Ideo ſi ſcire volueris quænam prædictarum opinionum vera ſit,& quãdo,videas omnino ad hanc materiam Ambroſ.de Vignar.*in cap.ſalubriter.nu.3.de vſuris.* Grat.*reſponſ.157.nu.2.lib.2.et reſponſ.39.in princip.eod.lib.* Soc.*iun.conſil.50.num.2.lib.1.* Grammat.*deciſ.76.num.30.* Catell. Cotta *in memoral.in verſic. pactum de retrouend. fol.mihi 508. in fine,alias 637.* Natt.*conſ.586.nu.2.*Cagn.*in l.2. C.de pactis inter emptorem,et venditorem.* Couarr.*variar. reſolutio.lib.7. capit.8.nu.4.* Nouell.*reg.153.* Ioan.Bapt.Lup. *in tract.at.de vſur.comment.2.§.1.nu.29.* Minſinger.*obſer.62.centur.3.* Villalob.*in commun.opin.litera V.nu.68.* Capra *conclu.807.nu.165.& ſeqq. vſque ad numerum 168.Deciſ.Pedemon.41.per totam.* Alpharan.*in ſua collectan.165.verſ.adde,quod.*Rolan.*conſ.96.per totum.lib.2.& conſ.40.per totum,in diſcurſu eod. volumi.& conſ.58.nu.1.& ſeqq.lib.4.* Cęphal.*conſ.289.nu.36.& ſeqq.* Michael Craſſ. *in commun.opin. lib.1.cap.13.quaſt.8.* Ioſeph.Ludou. *concl.51.verſ.prima coniectura eſt.* Maſcar.*de probat.lib.1.concluſ.447.nu.1.& ſeqq.* Vincen.Caroc.*in tracta. de locato tit. de vſuris.q.10.* Menoc.*de praſumpt.lib.3.praſump.122.nu.30.& ſequent.*

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

MELLINI.

Romana Vinea, die 16. Nouemb. 1597.

ARGVMENTVM.

Pactum de mutuando non facit inſtrumentum locationis vſurarium, quando penſio eſt iuſta.

SVMMARIVM.

Locationis contractus eſt validus, quando penſio eſt iuſta. nu. 1. & in addit.lit.A.vbi de materia.

Pactum de mutuando eſt licitum in inſtrumento locationis, quando penſio eſt iuſta.nu.1.

Fructus vineæ ſunt incerti.nu.1.

Contractus non iudicatur vſurarius, niſi concurrant ea, de quibus remiſſiue.nu.1.in fine.

DECISIO CXIX.

1 a DOmini reſoluerunt,cōtractum locationis eſſe validum,quia penſio eſt iuſta, & pactũ de mutuando appoſitum in contractu locationis,non reddit eum illicitum, quando penſio eſt iuſta.Abb.*conſil.15.libro 1.* Præſertim cum fructus vineæ ſint incerti,& non concurrat aliud requiſitum ad probandum contractum vſuratiũ. Aym.*conſi.145.nu.10.*

ADDITIO.

a *Locationis.* Quod in contractu locationis non cadat vſura,eſt text.*in cap.eijciens.verſ.qui agrum.diſt.88.* plene voluit Iacob.de Graff.*in ſuis deciſionibus caſ.conſcien.p.2.lib.2.tit.de vſur.cap.24.num.29.& 30.* vbi plures reddit rōnes huius cōcluſionis; Quæ quidẽ concluſio procedit non ſolũ,qñ penſio eſt iuſta,vt hic in deciſione,ſed etiã ſi fuiſſet iniuſta,& exceſſiua,prout voluit Aym.*in allegato conſ.145.num.10.* & eſt ratio, quia quando quis in contractu locationis lęſus eſt, datur ipſi læſo ordinarium remedium reſciſſorium.*l.ſe-*

cunda

ſunda.C.de reſcind.venditio. Gabr. qui alios refert *in tit.de emp.& vend.concluſ.1.num.30.lib.3.* & ſic erit iſto caſu contractus inualidus & reſcindendus, non autem illicitus, & vſurarius.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

O R A N I.

Neapolitana Aromandiæ, Veneris, 28. Nouemb. 1597.

ARGVMENTVM.

Redempta ab hoſtib. in bello, vel extra bellum a latronibus, & Piratis, an, & quando ſint reſtituenda Dominis rerum redemptarum, cum ſolutione pretij in redemptione exburſati, vel ſine eo.

SVMMARIVM.

Occupata in bello ab hoſtibus, ſi in eorum poteſtate aliquo tempore fuerunt, irreuocabiliter efficiuntur recuperantium; ſecus ſi ſtatim. nu.1.

Redempta ab hoſtibus extra caſum belli reſtituto pretio, reſtituenda ſunt earum Domino. nu.1. in fine.

Furata res, ſeu merces ſi a furibus, & latronibus recuperētur, Domino earum non reſtituuntur, niſi reſtito pretio, dummodo illud fuerit modicum, & veriſimile. nu.2.

Pirata in Mari non dicuntur hoſtes, ſed latrones. nu. 3. vbi declaratur.

Vſucapi non poſſunt capta a latronibus, quia vitio furti affecta ſunt; nec tale vitium purgatur, etiam quod deinde ad manus hoſtium peruenerint, & ab illis fuerint empta. num.4.

Capti a latronibus non mutant ſtatim ſicut capti ab hoſtibus, num.4. in fine.

Statutum irrationabile non valet. num.5.

DECISIO XCI.

1 Antonius Darmatius Imperio Turcæ ſubditus, in inſula Chios exiſtens Paulo Polirio Nauis Cabiæ inſtitori, conſignauerat Cantaria 1350. & vltra Oterbæ Valloneæ Anconam vehenda: verum Politius cum ſinum Adriaticũ fuiſſet ingreſſus, Nauim a Piratis expugnatã & Dyrrachium traductã, poſtmodum redemit, & ad ciuitatẽ Anconæ conduxit, vbi diſtractis mercibus, tanquam, vt prætendebat, ſibi per earũ redemptionem acquiſitis, & a Darmatio demum in hoc Sacro Auditorio iudicialiter conuentus, cauſam dedit dubio, an ad reſtitutionem mercium vel earum pretium teneretur? Pro cuius faciliori reſolutione Domini diſtinxerunt materiam in ſequentes caſus, nempe quod aut agebatur de redemptione mercium, facta per Politium ab earũ Dominis per hoſtes, aut per latrones, & Piratas occupatarũ: primo caſu indubitatũ eſſe in Bello occupatas, poſtq̃ in poteſtate hoſtiũ aliquo tempore fuerũt, irreuocabiliter effici recuperantiũ: ſecus ſi ſtatim, vt eſt tex. *in l.ab hoſtib. 2.C. de poſtlimin.reuer.* quod bene ibi declarat Bal. *in verſ. ſi autem recuperata fuiſſet,* & Salyc. *n.3.* Alex. *in l.1.n.4. ff.de acq.poſſe.* extra aũt caſũ Belli, pretio dato redẽptas, reſtituto pretio, Domini reſtituendas dixerunt eſſe *l.in Bello. §.ſi quis ſeruum. ff.eodem tit.*

2 Aut verò de mercibus a Piratis ſiue latronibus furatis, & ab alijs redemptis, & hoc caſu redemptori earum reſtituendum eſſe pretium, dummodo illud ſit modicum, ita quod videatur vtiliter Domini negotium geſſiſſe, & conſtet ex probabili coniectura, quod Dominus veriſimiliter pro tali pretio eas recuperaſſet, ita in terminis Hoſtienſ. *in ſumm.de pænit.& remiſſ. §. quod prædam ementibus verſ. quid ſi quis emat;* quem ſequitur Cepoll. *cautel.10.in fine.* Iaſ. *in l.ſi pretium. C. de procurat.* Natt. *conſ.436.n.5. verſ. poſtremò aduertẽdum.* Alciat. *de præſump.reg.3.præſump.29.n.4.* Boſſ. *tit. de furt.n.50.* Clar. *in prax.crim. §. furtum. verſ. ſed hic incidenter,* Ioan. Lup. *in rubr. de don.at. §. 65.nu. 57.* Couarr. *in cap.porrectum.p.2.§.12.nu.5.* vbi de magis cõmuni. *Deciſ. Ianuen. 102.nu.3.* & eſt tex. *in c. Rapinam.nu.14.quæſt.5.*

3 Cum igitur iſte videretur caſus præſentis quæſtionis, cõcluſerunt, quod Darmatio merces per Politium a Piratis redemptę, vel earum pretium, recuperato tamen pro rata pretio Piratis exburſato, reſtitui debeant, habita ratione valoris Nauis recuperatę, & omnium mercium exiſtentium in dicta Naui, ita vt Darmatius ſolum pro rata ſuarum mercium concurrat, maximè quod Darmatius, vt fuit pręſuppoſitum eſt ſubditus Imperio Turcarum Nauis, etiam Conſtantinopolitana, ac capta in ſinu Mari Adriatici intra Dominium Venetorum, qui cum Turca fœdere pacis potiuntur, adeo quod occupatores nec perſonæ reſpectu, nec Nauis, nec loci poterãt dici hoſtes, ſed meri latrones *l.non dubito, quando fœderati ff. de capti. l.hoſtes, & ibi* Alciat. *de verb.ſignifica.* quia vt deponunt teſtes Politi, iſti Piratæ nullum inter nauigantes conſtituunt diſcrimen, *perche robbano amici, & inimici.*

4 Hinc fit, quod capta a latronibus tanquam vitio furti affecta, vſucapi non poſſunt. *l. latrones. ff.de capti.* In tantum, quod non purgatur vitiũ, etiam ſi deinde ad manus hoſtium peruenerint, & ab illis empta fuerint, & qui a latronibus detinentur, non, vt ab hoſtibus capti, ſtatum mutãr. *l.qui a latronibus. ff.de teſtam. l.ij. §.a Piratis. ff.de capt.& poſtlim.reuerſ.*

5 Non obſtant. *l.mulier in opus, & l.ſi quid bello captum. ff.de capt.* quia illæ diſponunt, quod reſtituto pretio res reuertatur ad primum Dominũ: hæc verò loquitur de captis ab hoſtibus. Minus etiam ad propoſitum facit ſtatutũ Barchinonẽ. 287. quoniã intelligendum eſt, vt procedat, quã do res alienæ ab hoſtibus occupantur, non autẽ quãdo a Piratis, & hoc vt non recedatur a diſpoſitione iuris; nam alias ſi velimus extenſionem

§.*ſuper his.C. de appell.* Et ne iudicij ordo peruertatur.Bal.*in l.2.nu.6.*& ibi Purp.*ſub num.66.C.de eaden.* Alias ſi defeciſſet iuriſdictio in relaxante mandatum,pariter,& in illud reuocare volente, idem eſſet dicendum.

ADDITIO.

a *De cuius intereſſe agitur.* Generale.n. eſt, quod delictum præſumatur commiſſum ab eo,in cuius commodum,& vtilitatem redundat,ex allegatis per Campeg.*in tract.de teſtib.reg.394.verſ.6. illa præſumitur.*Prout etiam & delictum ad meam vtilitatem cõmiſſum,præſumitur me ſciente,& mandante commiſſum,ſecũdum communem,de qua teſtatur Ber.*in conſ.*118.*Cum Alphonſus.nu.22.lib.*3.Prout illum refert,& ſequitur Lanc. *de attent. c.1.nu.*80.*& ſeq.*

Sic & falſitatem commiſſam eſſe ab eo, cuius commodo,& vtilitati ipſa falſitas cedit, ſcripſerunt Alb.*in l.2.§.ſi quis in ſuo,ff.ne quid in loco pub.* Grat.*conſ.*59.*n.*7.*lib.*1.*& conſ.*37.*n.*11.*lib.*2. Nat. *conſ.*314.*n.*10.*lib.*2. Ferr.Garg.*conſ.cri.diuerſ.*123. *nu.*7.*&* 8.*lib.*1.Boſſ.*in tit.de indic.nu.*58. Hondед. *conſ.*96.*& ſeq.in diſcurſu.lib.*2.

Et hinc ẽt ſequitur, quod ſurreptio,ſeu occultatio ſcripturarum præſumitur facta ab eo,ad cuius commodum eadem ſurreptio cedit.Boſſ.*in tit. de indic.nu.*63.Maſ.*de prob.lib.*2.*concl.*831.*nu.* 12. Franc.Becc.*conſ.*70.*nu.*21.

Verum an hæc præſumptio de ſe ſola ſufficiat ad torturam,nec ne,vide Blanch.*in tract.de indic. nu.*422.& Boſſ.*in d.tit.de indic.nu.*63.*in diſcurſu.*

Fam.Cent.I.V.D.Galleſ.

ORANI I.

Cathanien.antiquæ Legitimationis,Lunæ,23.February,1598.

ARGVMENTVM.

Teſtibus mortuis quando credendum ſit, & quando etiam falſitas præſumatur Apoſtilla, diuerſo Atramento in margine alicuius ſcripturæ reperta.

SVMMARIVM.

*Teſtibus mortuis,an ſit adhibenda fides.num.*1.*& in addit.litera,A,*

*Apoſtilla a Notario appoſita in margine Proceſſus ſine approbatione Iudicis fidem non facit.nu.*1.

*Teſtes ſine iuramento non probant.nu.*1.

*Apoſtilla,quæ caret ſolemnitatibus & ſubſcriptione. num.*1. *in fine.*

*Falſitatis vehemens inſurgit præſumptio ex apoſtilla in margine proceſſus appoſita ſine ſubſcriptione & ſolemnitatibus.nu.*2.

*Falſitatis præſumptio ſufficit in ciuilibus ad infirmandam probationem alicuius ſcripturæ.num.*2.*& in additio.litera,B.*

*Atramenti diuerſitas inducit præſumptionem,quod ſcriptura fuerit facta diuerſo tempore.nu.*2.

*Falſitatis duæ præſumptiones ſufficiunt ad tollendum fidem ſcripturæ.nu.*2.*in fine.*

DECISIO CXXIII.

1 IN cauſa Cathanien.antiquę Legitimitatis propoſui Dubium, ſtantibus hinc inde deductis,
a An teſtibus, mortuis [a] eſſet adhibenda fides? & Domini quoad eos, quorum iuramenta fuerunt a notario in margine Proceſſus ſine iudicum approbatione,adnotata,concluſerunt,nullam eſſe adhibẽdam fidem;circa verò reliquos,quia diuerſæ eſſent circunſtantiæ, non potuit capi reſolutio.Deciſionis fundamentum fuit,quia teſtes ſine iuramento non probant.*c.fraternitatis.de teſtibus,l.iuſiurandum,C.eodem.*non poſſunt autem iuramenta eorum probari ex Apoſtilla, quæ caret ſolemnitatibus & ſubſcriptione. Bal. *in l.ſi vnus. nu.*2.vbi Ang.*nu.*2.Caſt.*nu.*5.Alex.*nu.*8. Iaſ.*ſub nu.*18.*C.de teſtam.*Caſt.*conſ.*232.*nu.*2.*lib.*2. Dec. *conſ.*399.*nu.*8.

2 Et augetur maxime, quod ex illa inſurgit vehemens præſumptio falſitatis,quæ ad infirmãdā
b probationem [b] ſufficit,quãdo ciuiliter agitur,vt fuit celebre dictum Archid.*in c.memoriam.nu.*12. *diſtinct.*19.& ibi Gem. ſequitur Natta *conſ.*315. *nu.*14.& hic triplex concurrit præſumptio,nempe iuramentum,pręmiſſo modo in margine ſcriptum cum diuerſo atramento.Ruyn. *conſ.*68.*nu.* 5.*lib.*4. Curt.iun.*conſ.*52,*nu.*13.*in fine*. Cæph.*conſ.* 287.*nu.*18. quod facit excitare tertiam præſumptionem, videlicet,quod fuerit diuerſo tempore ſcriptum,ad trad.per Bal. *in l.noſtram.nu.*2.*C. de teſt.*& fuit dictum coram R.P.D. Corduba in vna Toletana Primiceriarum, cum tamen, vt tradit Aym. *conſ.*134.*nu.* 39. duæ ad hunc effectum ſufficiant præſumptiones.

ADDITIONES.

a *Mortuis.* An teſtibus mortuis credendum ſit,& quantum,& quid in ciuilibus,& quid in criminalibus,vide omnino D.meum Farin.*in tract.de teſtibus.quæſt.*72.*nu.*129.*& ſequent.*vbi in propoſito refert etiam alias Rotæ deciſiones.

b *Probationem.* Ad comprobationem huius concluſionis,quod.ſ.quãdo agitur ciuiliter,præſumptiones falſitatis habeantur pro plena,& concludenti probatione,videetiam Dec.*conſ.*175.*nu.*4. Neuiz.*conſ.*8.*nu.*38.Card. Alb.*conſ.*33. per totũ Bert.*conſ.*91.*n.*31.*& ſeqq.li.*1.Caputaq.*dec.*4.*n.*1. *p.*2. vbi loquitur, quando ſuſpiciones falſitatis

ſunt

Digitized by Google

ſunt vehementes, & ad eundem rei finem tendẽtes, *& deciſ.*207.*nu.*3.*p.* 1. Cæph.*conſ.*207.*nu.*5.*& ſeqq.& nu.*40.*&* 47.*& conſ.*338.*nu.*21.*ſeqq.* Clar. *in pract.* §.*falſum.ver.Trita eſt concl.* Gab.*li.*7.*cõcl.* 6.*nu.*4.5.*&* 12. Ioſeph.Lud.*deciſ.Luc.*15.*nu.*65.*& ſeq.* Ioan.Petr.Surd.*conſ.*132.*nu.*62. Achil. Perſonal.*de adipiſc.poſſeſſ.nu.* 142. Menoch. *in l.fin nu.* 700.*C.de edict.diu. Adria.toll.& de præſumpt.lib.*1.*q.*99.*nu.*5. Decia.*conſ.*100.*nu.*9.*& num.*11. Aym. *conſ.*134.*nu.*26. Oſaſch. *deciſ.Pedem.* 117.*num.*7. Boſſ.*in tit.de falſis nu.*137. Maſc.*de prob.li.*2.*concl.* 739.*nu.* 1.*& ſeqq.* quorum pleriq; teſtantur de cõ
* muni opinione, & quidem ſine dubio ita paſſim in practica ſeruatur.

Immo quando præſumptiones ſunt vehementes, vidi etiam quandoque inquiſitos in pœnam extraordinariam, pecuniariam, ſcilicet, condemnatos; potiſſimum, quando idem inquiſitus, aut propter infirmitatẽ, aut aliqua alia de cauſa, non potuit torqueri, & forſan non eſt mala practica, ad ea, quæ ſcripſerunt Aym.*conſ.*73.*nu.*19.*verſic. quod procedit.* Bert.*conſ.*91.*nu.*35.*lib.*1. Idem Menoch. *de præſump.*99.*nu.*11.*in fine iuncto nu.* 19.*pariter in fine.* Ioſeph.Lud.*d.deciſ.Luc.* 13.*nu.*50. vbi
* videtur teſtari *de comm.opin.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

GIPTII.

Romana de Stoch. die 9. Martij 1598.

ARGVMENTVM.

An, & quãdo cauſa ciuilis ſit pręiudicialis criminali; & quando etiam pendẽtia eiuſdem cauſę ciuilis, faciat ſuperſedere in eadem criminali cauſa.

SVMMARIVM.

*Interdictum quorum bonorũ non datur aduerſus eum, qui poſſidet & titulum habuit a defuncto.nu.*1.

*Cauſa ciuilis eſt præiudicialis criminali, quando reſolutio & determinatio cauſæ criminalis pendet a reſolutione & determinatione cauſæ ciuilis.nu.*1. *Et generaliter quando vna cauſa ſit alteri præiudicialis.in add.lit.A.*

*Cauſa criminalis ſi fuerit mota poſt cauſam ciuilem, quæ ipſi criminali cauſæ præiudicialis ſit, debet omnino in criminali ſuperſederi donec ciuilis termınetur.n.*2. *& in add. lit.B. vbi generaliter de materia.*

DECISIO CXXIV.

1 LAtæ fuerunt duæ ſententiæ contra Margaritam Agentem interdicto, quorum bonorum, cum huiuſmodi interdictum non detur aduerſus eum, qui poſſidet, & titulum habuit a defuncto. Bart. & alij *in l.*1.*ff.quorum bonorum.* Dec. poſt alios *in l.fin.num.*41.*C.de edict.diui Adriani tollen.* & dum Petrus Campi Donatarius Reus conuentus apud me inſtabat pro tertia ſententia confirmatoria, & abſolutoria ab impetitis, Margarita obtinuit per Iudicẽ criminaliter eundem condemnari in pœnam vitij litigioſi, ſub eo prætextu, quod ipſe acceptauerat, lite pendente, donationem bonorum, de quibus agitur, eidem tamen ante litem motam in partibus Germaniæ factam.

2 Quapropter iuxta Decretum in ſignatura obtentum, dubitaui, an cauſa ciuilis ſit præiudicia-
a lis [a] criminali, ita vt in iſta ſuperſederi deberet, donec ciuilis determinaretur? & dicta die, vtraque parte informante, eſſe præiudicialem, Domini reſoluerunt. Reſolutionis ratio facit, quia cum in judicio ciuili ſuper validitate donationis pluries diſcuſſum fuerit, & ab eius validitate pẽdeat cauſa criminalis, prius determinanda eſt cauſa ciuilis. Nã ſi Rota confirmauit dictas ſententias Rotales, & tunc per rem iudicatam ceſſabit vitium litigioſi, & conſequenter cauſa criminalitatis. Rota *deciſ.*10.*num.*30.*vt lite pendente in nou.* Mil. *in repert.in verbo, lis finitur.* Scarlatin.*inter conſilia Beroi conſil.*182.*num.*26.*lib.*1. Bart. Salicet. & alij per informantes citati. Aut apparebit donationem non ſubſiſtere, & tunc quæritur, an Petrus illam acceptando, incurrerit vitium litigioſi; meritò in cauſa criminali eſt ſuperſedendum, vt per multa exempla declarat Aym.*conſ.* 280.*nu.*1.*&* 2. Put.*deciſ.*98.*lib.*1.

ADDITIONES.

a *Præiudicialis criminali.* Cauſa ciuilis dicitur præiudicialis criminali, & contra, pluribus modis, de quibus lectorem remitto ad trad. per D.meũ Farin.*in ſua prac.crim.p.*2.*tit.de var.ac diuerſ.quæſt.q.* 100.*nu.*78.*& ſeqq.iuncto nu.*128.*&* 130.

b *Eſt ſuper ſedendum.* Ad hanc materiam, vide pariter eundem D.meum Farin. *vbi ſupra d.q.* 100. *nu.*58.*& omnibus ſequentibus.c.*2.*per totum, & c.*3. *pariter per totum.num.*119.*& omnibus ſequentibus.* Vbi non ſolum reperies ad ſaturitatem diſcuſſum, an, & quando per pendentiam cauſæ criminalis ſit ſuperſedendum in ciuili, & ècontra, ſed etiam an, & quando is, qui ciuilem propoſuit actionem, poſſit eodem, vel diuerſo tempore, eandem actionem criminaliter proponere, & econtra, titulus ille *de variar. & diuerſ.quæſt.* non eſt adhuc impreſſus, ſed quando imprimetur, eius lectura lectoribus non diſplicebit.

Fam.Cent.V.I.D.Galeſ.

CORDVBE.

Mediolanen. ſimulationis contractus, 3. *Aprilis*, 1598.

ARGV.

Decisio CXXV.

ARGVMENTVM.

Rubrica huius Deciſionis videtur ſimulationis materiam reſpicere;ſed re vera aliud in ea nō tractatur,niſi de quibuſdam exceptionibus aduerſus teſtes oppoſitis.

SVMMARIVM.

Teſtis coniunctus non probat pro coniuncto.nu.1.

Teſti valde amico valde de fide diminuitur.nu.1.

Teſtis fideiuſſor non probat deponendo pro eo, pro quo fideiuſſit,quando haber intereſſe in cauſa occaſione ſuæ fideiuſſionis.nu.1.

Teſtis pauper repellitur,& non repellitur arbitrio Iudicis, attentis circunſtantijs perſonæ.nu.4.

Teſtis,qui fuit famulus,ſed tempore depoſitionis non eſt amplius famulus eius,pro quo deponit,eſt idoneus. nu.4. & in add.lit.A.vbi de materia.

Teſti ſubornato nō creditur in eo,quod deponit ſe ab alio fuiſſe ſubornatum.nu.5.& in add.lit.B.vbi de materia.

Teſtis de falſo condemnatus, & miſſus ad triremes, nihil probat.nu.5.

Teſtis concubinarius laicus,& non notorius,adhuc probat.nu.6.& in add.lit.C.vbi de materia.

Teſtis amicitia cum producente ipſum non repellit, niſi ſit immoderata.nu.6.& in add.lit.D.vbi de materia.

DECISIO CXXV.

1 CVm plures examinarentur teſtes ſuper continuatione ſocietatis auri, & argenri filati per D.Ioan.Baptiſtam de Scanis,dubitaui,an illis eſſet fides adhibenda, & quantum : Et quoad fratres de Caſatis,fuit reſolutum,illos eſſe repellendos;tum quia ſunt cōiuncti cum Io. Baptiſta *c.2.c.accuſatus.3.q.5.*Abb.*in c.fin.nu.12.verſ.ſi vero teſtes.de iur.iuran.*Bal.*in c.2.in fi. verſ. ſimiliter. de prob.*Hippol.*in l.admonendi.nu.178.ff.de iur.iuran.*Egid.*in prax. de oppoſ.contra teſtes.n.105.*Tum etim,quia vltra dictam coniunctionem concurrit magna amicitia,quæ multum minuit de fidc. Corta *deciſ.50.& 51.* Et vltimo hæc ſententia Dominis placuit ſtante fideiuſſione pro notabili ſumma pro ſocietate per ipſos facta: Multū.n. eorum intererat illius continuatio: nam ſi diſſolueretur,nullum recurſum haberent contra ſocietarem,ſed ſolum contra Ioa.Baptiſtam,ad cuius inſtantiam intercreſſerant ; & ſtāte damno quod ſibi poſſet euenite,cum iam eſſet mota liſa Cuſano occaſione obligationis fideiuſſoriæ ; Meritò illorum fides reijcitur,ad *conſ.Ang.296.nu.2.*Bar. *in l.differre.nu.2.verſ.quandoque ad eum ſpectat,ff. de iur.iuran.*

2 Nec placuit fundamentum ex aduerſo retortum,quod cis magis eſſet credendum , quia ſi nō aderat ſocietas,non intrabat illorum obligatiò; Nam hęc indagatio non ſpectabat ad Cuſanum, cui ſatis erat,quod dederit ſocietati , & illi fuerit aſſecuratum per dictos fratres de Caſatis;& inde hoc onus,an duraret,vel non,dicta ſocietas, illis potius incumbere debuiſſet, in euentum quod fuiſſet neceſſarium.

3 Quo vero ad Hieronymum Campanum,ſtante,quod fideiuſſio facta per illum reſpectu cuiuſdam depoſiti,non habuit effectum hæc exceptio quia non multum videbarur releuans,fuit reſeruata ad arbitrium Dominorum.

4 Idem fuit reſolutum circa Antonium Baictanum,cum teſtis pauper repellatur,vel non, arbitrio Iudicis,attentis circūſtantijs perſonæ.Gab. *de teſtib.concl.18.in fine.*Cou.*varia.lib.2.c.6.nu.8.* Menoc.*de arbit.lib.2.caſ.65.n.11.& 12.*Quod vero ſeruierit Io.Baptiſtæ, nihil faciebat, cū fuiſſet
a ante tempus depoſitionis [a] *l.ſeruus,§.fi.ff.de verb. ſign.*Spec.*de teſtib.§.1.nu.12.*Capp.Thol.*q.4.n.3.* Et licet de illo tempore ſeruiret Do.Cuſano,tamen cum ipſe Cuſanus eſſet ſecurus ſtante fideiuſſione,& etiam ſi ſocietas non duraſſet,probauerat ſuam intentionem,ceſſabat ſuſpicio , quia non egebat opera iſtius teſtis.

5 Contra Franciſcum Bernardum opponebatur, quod ſubornauerat teſtem ad dicendum falſum; ſed de hoc nō conſtabar,niſi ex depoſitione ſub-
b ornati,[b] cui non crat credendum, vt fuit dictum in cauſa Parmen.ſtatus;ſed quia ipſe Franciſcus fuerat condemnatus de falſo , & miſſus ad triremes,licet non haberet hanc exceptionem tempore examinis,quod ſufficere videbatur , ad Caputaq.*deci.76.p.1.*Bat.*in l.furti,§.1.n.5.ff. de his, qui not.infam.*tamen huius teſtis fides fuit reſeruata ad arbittium Dominorum , quatenus eius dictū corroboretur ab alijs.

6 Contra Franciſcum Ferrerinm opponebatur
c de concubinaru;[c] ſed cum ſit laicus & non notorius,hæc exceptio non releuabat,Fel. *in c.teſtimonium.nu.9.verſ.Et ex iſtis infertur.de teſti,* & quatenus obijciebatur,quod eſſet procurator Io.Baptiſtæ,de hoc non apparebat,& illa alia exceptio de criminibus, & amicitia, cum de illis non conſtet,amicitia nō repellit teſtem,niſi ſit immedia-
d ta [d].Spec.*in tit. de teſt. in princ. verſ.amicus autem.* Bal.*in c.1.nu.3.de teſtib.*Roman.*conſ.420.nu.2.*Vltra quod non erat cum Io.Baptiſta, ſed cum illis de Caſatis,huius tamen teſtis fides fuit reſeruata arbitrio Dominorum.

7 Oppoſitio aduerſus Alexandrum iuratū, quod eſſet fam. Io. Iacobi, & ꝙ baberet computa cum Io.Baptiſta,& ceteræ aliæ exceptiones contra alios teſtes oppoſitæ, fuerunt per Dominos eorū arbitrio reſeruatæ , quia vel non probantur , vel non plurimum videbantur releuantes.

ADDITIONES.

a *Ante tempus depoſitionis.* Pro hac eadem concluſione, vide plures Doct. allegatos per D. meum Farin.*in tract.de teſtib.q.55.nu.145.& plurib.ſeqq.* Vbi eā ampliat eo modo, limitat, & declarat tribus modis,inter quas quidem limitationes ea eſt præcipua,quod non per hoc teſtis, qui famulari deſierat tempore depoſitionis,ſit omni exceptione maior, & præſertim quando is famulus , licet licen-

licentiatus, talis ſit, in quo duret etiã poſt famulatum reuerẽtia, & amor erga ſuum Dominum, ex Surdo quem allegat *in deci. Mant. 219. poſt nu. 4.* & eſt notabilis declaratio.

b *Ex depoſitione ſubornati.* Subornati teſtis depoſitio in qua aſſerit ſe ſubornatum & corruptum, an corruptionem probet, nec ne, plene explicat, & ad partes diſputat D. meus Farin. *in pract. cri. p. 1. tit. de indic. & tort. q. 45. nu. 1. ſeqq.* vbi firmata concluſione negatiue eam ampliat, limitat, & declarat pluribus modis.

c *De concubinatu.* Teſtis concubinarius, ſiue clericus, ſiue laicus ſit, a teſtimonio repellitur ex allegatis per D. meũ Farin. *in ſuo tract. de teſtib. q. 56. nu. 284. & ſeqq. vbi nu. 286.* ampliat, hoc procedere tam in clerico, quam in laico; ſed Rota in hac deciſione declarat, dummodo concubinatus ſit notorius; ſecus ſi occultus, & declaratio bene procedit in ciuilibus, prout loquitur hic Rota; ſed in criminalibus non tranſiret ſine difficultate per ea, quæ bene ponderauit D. meus Farin. *d. q. 56. nu. 291.* & Spec. quem allegat *in tit. de teſte, §. 1. nu. 24. verſ. Nam occultis.*

d *Niſi ſit immoderata.* Voluiſſe videtur hic Rota, quod amicitia immoderata repellit teſtem a teſtificando; ſecus autem, ſi amicitia ſit leuis, quia tunc nec etiam videtur operari, vt teſti fides diminuatur, & idem etiam voluerunt plures Doct. relati a Dom. meo Farinacio *in tract. de teſtib. in q. 55. num. 236. & ſeqq.* ſed verior, & communior videtur opin. eorum, qui dixerunt, amicitiam, ſiue maximam, ſiue leuem, nunquam repellere teſtem a teſtificando; ſed bene facere, vt is non reputetur integræ fidei, & de illius fide diminuatur iuxta qualitatem amicitiæ Iudicis arbitrio, vt per eundem Dominum meum Farinac. *d. q. 56. nu. 39. ſeqq.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

ORANI.

Sutrina Monaſterij, 29. Aprilis, 1598.

ARGVMENTVM.

Legatum pium quando deuoluatur fabricæ ſancti Petri ob eius incertitudinem, ſeu negligentiam in illud adimplendo, vel exequendo; indeque ſubſequuta tranſactio quando valeat in præiudicium legatarij: Et quod inter litigantes probatur eo ipſo quod eorum alter citatus nihil reſpõdet cum reſpondendo potuiſſet agentem repellere.

SVMMARIVM.

Contractus fabricati per hæredes teſtatoris cum adminiſtratoribus fabricæ ſancti Petri de Vrbe, habẽt vim contractuũ fabricatorum cum Camera Apoſtolica. nu. 2.

Contrahens cum Camera Apoſtolica, dicitur ſecurus. nu. 2.

Papam voluiſſe aliquid agere in præiudicium aliorum, inueriſimile eſt. nu. 2. in fine.

Qualitas diſpoſitionis, vbi non adaptatur, ibi diſpoſitio locum non habet. nu. 3.

Legatum pro conſtruendo monaſterium eſt certum, & validũ, n. 5. vbi etiam quando legatum dicatur certum, ſeu incertum, & in addit. lit. A. vbi de materia.

Certum dicitur non ſolum id, quod proprio nomine appellatur, ſed etiam quod nomine officij, vel alia deſignatione demonſtratur, nu. 5. in fine.

Legatum ab initio incertum, poteſt a futuro euentu reddi certum, & valet. nu. 6.

Caducitas non nocet, quãdo ante illius declarationem fuit purgata. nu. 7. in fine.

Sanctus Franciſcus tres ordines inſtituit, vnum fratrum Minorum; ſecundum ſanctæ Claræ, tertium Conuentualiũnum. 8.

Tranſactio facta ſuper re clara non valet. nu. 9.

Colluſio præſumitur, quando citatus tacet, & nihil opponit. nu. 9. in fine.

DECISIO CXXVI.

1 LVcius Florauantes ſuo teſtamento diſpoſuerat, quod in ſuburbijs oppidi Bracciani ædificaretur Monaſterium ordinis Mendicantiũ ſub regula ſancti Franciſci; qđ cõſtructum hæredem vniuerſalem bonorum ſuorum inſtituerat, declarando ſuæ intẽtionis eſſe, qđ Paula de Caſſegnato gratis, & abſque dote in Monialẽ ibidem reciperetur. Poſt eius ab hac luce diſceſſum cum Alexander Florauantes vti teſtamentarius exequutor ipſius in ſequendo voluntatẽ teſtatoris, quẽdam ſitum contiguum Mœnibus dicti oppidi cõparaſſet, attento decreto Cõcilij Tridẽtini, quo prohibetur Monialium Monaſteria extra loca muris cincta erigi, niſi aliter ordinario loci expedire videatur, conſuluit deſuper ſacram congregationem Regularium, quæ commiſit Epiſcopi induſtriæ loci inſpectionem, a quo cõſiderata illius qualitate, iacto primo fundamentali lapide, fuit approbatum, ac Illuſtriſſima & Excellentiſſima eiuſdem loci Duciſſa Monaſterij protectrix deputata; verum quia adminiſtratores fabricæ ſancti Petri ſub vario prætextu prætendebant teſtatoris vltimam voluntatem non potuiſſe exequutioni demandari, & locum factũ ad eius fauorẽ eſſe deuolutioni, nempè quod hæreditas magno ære alieno eſſet grauata, & quod relictum iſtud eſſet incertum, neque in tempore fuiſſet per exequutores adimpletũ; idcirco litẽ contra eundem Alexãdrum & alios exequutores coram eorum Iudice introduxerunt, corã quo cum ad diuerſos actus fuiſſet deuentũ, tandem medio tranſactionis illam ſopiuerũt, de quo habita per Illuſtriſſimam & Excellentiſſimam D. Duciſſam noticia, quæ ſummopere contendebat, vt huiuſmodi pium inſtitutum effectũ ſortiretur, ſuper nullitate tranſactionis exequutores cõuenit, quam

admini-

adminiſtratores fabricæ pro ſuo intereſſe compa rentes ſub clipeo priuilegiorum fabricæ ſuſtine re conari, cauſam dederũt dubitationi, An in caſu, & ad effectum, de quo agitur, intrarent fabricæ priuilegia?

2 Domini autem vnanimes fuerunt in negatiua reſponſione, quia licet dicta Priuilegia velint, quod contractus cum adminiſtratoribus fabricę firmati, vim habeant cõtractus cũ Camera Apoſtolica celebrati, ita quod cum ipſis cõtrahentes reddantur ſecuri, per tex. & ibi omnes, *in l. bene a Zenone, C. de quadrien. praeſcrip.* Bar. *in l. Caeſar. ff. de publ. cum alleg.* Hoc tamen intelligebant procedere in contractibus ad fabricam pertinentibus, q colligebãt ex diſpoſitione Priuilegiorum ibi, *pro quiete mẽtis debitorũ ipſius fabricæ factẽte.* Alias. n. abſurdum & ineuitabile inconueniens orieretur, quod. ſ. poteſtati Adminiſtratorũ fabricę remiſſum fuiſſet de alienis diſponendi, & ſuper ijs trãſigendi, id, qđ Papam voluiſſe in præiudicium aliorum, eſt inuerifimile. *l. 2. §. merito, & §. ſi quis a Principe. ff. ne quid in loco publ.*

3 Vnde cum relictum, de quo modo agitur, nullo modo ſpectaret ad fabricam, nec in eo ex aliqua cauſa poſſit ei ius eſſe quę ſitum, meritò dixerunt ſub priuilegijs fabricæ non fuiſſe comprehẽſum; Nam vbi qualitas eorum adaptari nõ poteſt, minus etiam congruit diſpoſitio. *l. 4. §. Praetor ait. de damn. infec.* Bal. *in l. f. C. ad Maced.* Marſ. *ſing.* 560.

4 Quod. n. Priuilegia fabricę non intrent, ſed vltima voluntas Lucij, non obſtantibus in contrarium deductis, ſuſtineatur, DD. ad oculũ patere dicebant; moti, quia ſi attendantur bona per eum Monaſterio relicta, non videbantur ita debitis implicata, quin in magna ſumma exuberarent; & ea quidem quæ monaſterio ſuſtinendo ſub regula ſancti Franciſci ſufficerent, cum inter cætera adſit Caſale Iuliani iugerum ducẽtorum ſexaginta; adſint, & alia bona ſtabilia, ac fructus decurſi, vt bene deducunt ſcribentes in facto; & in omnem euentũ illa quinque millia ſcuta, quæ fuerunt ſoluta, vel promiſſa fabricæ, potuerunt in hoc opus impendi.

5 Quod ſi etiam ſpectanda ſit qualitas relicti, nul la videbatur adeſſe imaginatio incertitudinis, Nam regulariter legatum relictum pro eõſtruen a do Monaſterio, eſt certum[a] & validum, Abb. *in c. nos quidem. nu. 2. de teſt. & in c. penult. nu. 5. de Eccl. edific.* Bar. *in l. ſeruus. in fi. nu. 4. de alimen. leg.* Ang. *conſ. 129. per totum.* Et maxime in hoc caſu, vbi teſtator expreſſe nominauit monaſteriũ Monialiũ ſub regula ſancti Franciſci, & locũ deſignauit, vbi hoc conſtrui vellet, & perſonã cuiuſdã puellæ expreſſit, quæ ingreſſa foret Monaſteriũ: ex iſtis ſiquidem circunſtantijs illud redditur certũ, cum certum dicatur nõ ſolum id, quod proprio nomine appellatur, ſed etiam quod nomine officij, vel alia deſignatione demõſtratur, *l. quoties, §. ſi quis nomen. ff. de hared. inſtit. l. nominatum. ff. de legat.* 3. Paris *conſ. vlt. nu. 46. & ſeq. lib. 3.*

6 Quibus accedit, quod ordinarius pro illius executione elegit locum, & deputauit viros probos, qui Monaſterij fabricæ pręeſſent, ex quo futuro euentu licet legatum ab initio fuiſſet incertum, ita præfinitum fuit, vt certũ dicatur. Alb. *in l. ſi quis ad declinandã. n. 4. C. de Epiſc. & Cler.* Oldr. *conſ. 61. per tot.* Pariſ. *conſ. 46. vſque ad finem. lib. 3.*

7 Nec alicuius momenti videbatur negligentia accuſata exequutorum, quaſi quòd debito tẽpore fabricam erigere neglexerint; quia præter id, quod teſtator non præfixerat tempus ad edificãdum Monaſterium, ſatis eſt, quod antequam ex his cauſis motum fuiſſet iudicium, conſtaret, locum fuiſſe emptum & ab ordinario approbatũ, poſitumque primum fundamentalem lapidem, vt monaſterium cęptum edificare, perficeretur; adeo quod etiã pręſuppoſita negligentia, & mora perſpicuum erat, quod illa ante declaratam ca ducitatem fuerat prorogata. Ant. de Butr. *conſ.* 34. Alex. *conſ. 106. nu. 4. lib. 4.*

8 Non obſtat, quod incertitudo deducitur ex eo, quod nullum reperiatur Monaſterium, quod ſub regula ſancti Frãciſci fuerit inſtitutum, quoniam vltra reſponſiones hic datas pro D. Duciſſa, de contrario liquet, ex trad. per Bald. *conſ. 183. numer. 1. & conſil. 448. lib. 5.* quem refert Emilia. *conſil. 155. numer. 2. & 3.* Burſat. *conſil. 60. num. 21. lib. 1.* vbi declarat, ſanctum Franciſcum tres ordines inſtituiſſe; Vnum fratrum minorũ, qui eſt arctiſſimus & caret proprio ex regula, & communi; Alterum ſanctæ Claræ, qui licet ſit ſub areta paupertatis regula, nihilominus permittit, quod in communi viuant, & immobilia poſſideant. Tertium conuentualiũ, qui habent proprium etiam in ſingulari.

9 Nec præmiſſis repugnat, quod priuilegia vtantur verbo tranſactionis, quæ fit ſuper re dubia; ideo quod ſufficiat fabricę, qđ fuerit ambiguum, an in relicto ius eſſet illĩ quęſitum, ſi quidem verſamur in caſu claro, vt ex premiſſis oſtẽſum fuit; vnde tranſactio tanquam facta ſuper re clara, nõ valeret, *l. 1. ff. de tranſact. l. ſub praetextu, C. eodem.* Aym. *conſil. 152. num. 10.* Quinimò, vt aliqui ex Dominis ſentiebant, proceſſus factus inter fabricam & exequutores, non caret ſuſpicione colluſionis, præſertim cum Alexander ad inſtantiam fabricæ citatus, nihil vnquam oppoſuerit, ſed tacuerit omnia, ex quibus agentium actio poterat repelli, & omnimodo excludi, vt optime fuit põderatum per ſcribentes pro Excellentiſſima Domina Ducissa.

ADDITIO.

a *De neceſſitate concludat.* Veriſſima eſt hæc concluſio, ſed declaratur per Dominum meum Farinacium *in ſuo trac. de teſtibus. q. 63. nu. 74. & ſeq.* Vt procedat, quoad imponendum pœnam ordinariam, non autem quoad imponendum pęnam extraordinariam, ad quam ſolæ præſumptiones ſufficiant.

Fam. Cent. I. V. D. Galleſ.

ORA-

Deciſio CXXVII.

O R A N I.

Romana, Vinea, 5. Iunij, 1598.

ARGVMENTVM.

Per confiſcationem bonorum Camera confiſcans dicitur ſuccedere in bonis delinquentis; Et propterea debitum ſi quod habet cum ipſo, confundit; Et de Saluiano interdicto aliqua notabilia, de quibus in ſummario.

SVMMARIVM.

Saluianum vtile interdictum competit cõtra poſſidentem rem hypothecatam. nu. 1. & in add. lit. A. vbi etiam an poſſeſſori competat aduerſus actorem ius offerendi.

Excuſſio principalis debitoris non eſt neceſſaria, quando intentatur Saluianum interdictum. nu. 1. & in add. lit. B.

Fiſcus in confiſcatione bonorum dicitur ſuccedere tanquam hæres, & propterea ſi delinquentis creditor eſt, creditum quod habet cum hæreditate, confundit. n. 2. & in add. lit. C. vbi declaratur, niſi inuentarium feciſſet & confiſcationem acceptaſſet cum inuentario.

Ius Tertij opponi non poteſt, quando non eſt in totum excluſiuum iuris agentis. nu. 3.

Nemo plus iuris in alium transferre poteſt quam ipſe habeat. nu. 3. in fine.

DECISIO CXXVII.

1 PEtrus Lucas de Gradis intentauit Saluianũ interdictum contra Collegium Germanicũ, tanquam poſſeſſorem Vineæ alias per Panellinũ tempore debiti cauſa mutui cum Petro Ioanne eius authore ſub obligatione, & hypotheca omnium ſuorum bonorum, contracti, poſſeſſæ; probatiſque per eum extremis, Domini tenebant aduerſus hodie vineam poſſidentem competere vti
a le Saluianum,[a] Bar. *in l. 1. in princ. per illum tex. de Saluian. interdict.* Socin. ſen. *conſ. 80. nu. 2. lib. 3.* late Surd. *conſ. 131. nu. 1. & ſeq.* qui ſubdit, ad hunc effectum non requiri aliquam excuſſionem prin
b cipalis debitoris.

2 Et licet Collegium eius intentionem prætendat excludere ſub prætextu, quod Panellinus debitor authoris Petri, eſſet etiã in maiori ſumma, & ex alia cauſa, nempe teſſerarum affictus Camerini, ſuus creditor, nihilominus hoc viſum fuit non obſtare; ſtante enim delicto per Panellinum commiſſo, creditum illud quod cum Petro Ioanne habuit, in Cameram Apoſtolicam cum confi
c ſcatione omnium bonorũ fuit trãsfuſum;[c] adeo quod confuſa illa obligatione & actione, Camera non ſecus, ac ſi ſoluiſſet, fuit liberata, *l. frater a fratre, ff. de condict. indebit. l. ſi ea cui, ff. de euict. cum allegat.*

3 Cum autem Camera non tranſtulerit in Collegium præfatum creditum Panellini, ſed dumtaxat vineam obnoxiam Saluiano, vtique non poteſt Collegium ad hoc vt impediat Saluiani effectum, opponere de aliqua compenſatione præfati crediti, quę concernit ius Tertij, ipſo iure non excluſiuum iuris agentis, *l. cum ſeruum*, vbi Cyn. Bal. & alij, *C. de ſeru. fugit.* Soc. *in l. 2. nu. 11. de except. rei iud.* Præſertim ſi attendatur, quod Camera promiſerat Ioannem Petrum releuare indemnem a credito Panellinorum; nã ſicut Camera non poſſet opponere illi compenſationem aut retẽtionem, pariter nec collegium, cum plus iuris non habeat, *l. nemo plus. de reg. iuris.* Quæ autem de iure alio adducta ſunt, non ſpectant ad præſentem quæſtionem, in qua dubitatur, an collegium, ex quo habet ius a Camera, poſſit vti iure Panellinorum.

ADDITIONES.

a *Saluianum.* Quod Saluianum interdictum detur etiam contra Tertium poſſeſſorem, bene explicat Menoc. *de adipiſc. poſſeſſ. in 3. remed. nu. 35. & ſeqq.* vbi etiam proponit contraria, & illis reſpondet: Bene verum eſt, quod Tertius poſſeſſor hoc remedio conuentus, habet ius offerendi contra agentem, vt ibidem per Menoc. *n. 181. & ſeqq. vbi nu.* 184. declarat, dummodo offerat ante conteſtationem litis, ſecus ſi poſtea, ex Aym. quem allegat *in conſ. 298. in princ.* Qui tamen loquitur in cauſa exequutionis rei iudicatæ: Et nihilominus dicit, quod etiam poſt conteſtationem litis poteſt iſto caſu mora purgari ſecundum Afflict. per eum allegatum.

b *Excuſſionem.* Ad idem quod non ſit neceſſaria excuſſio, vide Soc. *conſ. 80. nu. 2. in fine, lib. 3.* Alex. *conſ. 73. nu. 11. verſ. Tametſi, lib. 5.* Aym. *conſ. 201. nu. 45.* Gab. *lib. 2. concl. 1. Limit. 39.* Rol. *conſ. 14. nu. 7. 8. 14. & 18. lib. 1.* Menoch. *de adipiſc. poſſeſſ. d. remed. 3. nu. 179.*

c *Transfuſum.* Regulare. n. eſt, quod creditor ſuccedendo debitori actionem cõfundit, vt eſt tex. *in l. debitori ſuo, C. de pactis, & in l. fi. §. in computatione. verſ. ſi vero, C. de iur. delib.* Vbi hæc regula limitari videtur, niſi hæres inuentarium confeciſſet. Ad quam limitationem, vide Pariſ. *conſ. 12. n. 119. & conſ. 69. nu. 36. lib. 2. & conſ. 54. n. 11. lib. 3.* Duen. *reg. 18. in ſecunda limitatione.* Rol. *conſ. 73. nu. 2. & ſeq. li. 2.* Ant. Gomez. *de contractibus ti. de fideiuſſorib. ſub nu. 20. prope finem.*

Fam. Cent. V. I. D. *Galeſ.*

CORDVBE.

Mediolan. ſimulationis contractibus 17. Maij 1599.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Simulationis probatio debet eſſe & concludens, etiam cum præcedente cauſa ſimulationis; Et falſitas præſumitur ex diuerſitate manus, atramenti, ac ex ſcriptura ordine retrogrado poſita.

SVMMARIVM.

Simulationis probatio debet eſſe plena, & concludens. nu. 1.
Simulatio, vt dicatur probata, debet etiam probari cauſa ipſius ſimulationis. nu. 1.
Falſitas valde præſumitur ex diuerſitate manus, & atramenti. num. 3.
Falſitas præſumitur ex non ſeruato ordine ſcripturæ. nu. 3. & in add. lit. A. vbi de materia.
Falſitas præſumitur ex eo quod quid ſcriptũ reperiatur in calce folij albi in libro relicti, quando præſertim ille albus nõ reperitur relictus in fine aliorum foliorum. nu. 3. & 4.
Negociationes diuerſæ diuerſitatem perſonarũ arguunt. nu. 6.
Falſitas præſumitur, ſi antiquum inſtrumentum nouiter protocollatum reperiatur. in add. lit. A.

DECISIO CXXVIII.

1 Licet aliqua adminicula deducãtur per informantes pro D. Io. Baptiſta, ad probandũ ſtatum ſecundi triennij, videlicet annorum 1583. 1584. & 1585. fuiſſe conformem cum priori triennio, tamẽ Dominis magis placuit pars negatiua. Cum. n. huius inſpectionis effectus ſit, vt probato vniformi ſtatu primi & ſecundi triennij, ex eo cum alijs adminiculis probetur ſimulatio cõfeſſionis factæ in inſtrumẽto, quod ſocietas eſſet finita, requirebatur adhunc effectum plena, & concludens probatio cum præcedente cauſa ſimulationis, *l. ſicuti, §. ſi vacuum, & ibi Bar. nu. 5. ff. quib. mod. pignus, vel hypoth. ſol. c. 2. de renunc. l. ſed ſi maritus, ff. qui & a quib.* Abb. *conſ. 12. nu. 2. lib. 2.* Paris *conſ. 54. nu. 7. lib. 1. & conſ. 86. per totum lib. 3.* Bar. *in l. poſt dotem. nu. 2. de don. & conſ. 65. nu. 4. lib. 1.* Rot. *deciſ. 1. de donat. in nouis.* Egid. *deciſ. 715. nu. 3.* Quæ tamen non reſultat ex his, quæ deducuntur, maxime in concurſu eorum, quę ex aduerſo afferuntur pro Andrea, qui diuerſitatem dictorum ſtatuum fundabat, ex multis.

2 Primò, quia ex libris ſcriptis a Ioan. Bartholomęo Bruſio miniſtro etiam Ioan. Baptiſtę, apparebat, quod in fine cuiuslibet anni ſecundi Triẽnij, fuit factum computum cambiorum Andreæ cum retentione prouiſionis Io. Baptiſtæ, quę res non ſolum repugnat ſtatui præcedenti, ſed penitus excludit ſocietatem, in ſecundo triennio; libri autem viſi ſunt valde adminiculati, tum quia partitæ in illis contentæ, concordant cum partitis inſtrumenti; tum etiam, quia Iacobus Philippus deponit, quod Io. Baptiſta illos conſignauit Andreæ, vt in ſummario, nu. 7.

3 Secundo plurimum conducebat diuerſitas modi adnotationis partitarum ad debitum Andreę, qui in fine primi, ſecũdi, & tertij anni primi triennij, fuit deſcriptus debitor pro parte vtilium ſibi tangentium. In quarto vero anno, & ſic in primò ſecundi triennij, eſt factus debitor pro tot pecunijs ſolutis ad computum cambiorum, vt apparebat ex dictis libris; & quãuis iſta partita fuerit diſtincta, hæc tamen retractatio multum ſuſpecta videbatur, tum ex diuerſitate manus & atramenti, Caput. *deciſ. 2. n. 14. p. 2.* Et fuit dictum coram Cantucio in vna Toletana annatarum, vbi plures adducuntur; tum etiam cum non ſit,
a ſeruato ordine [a] temporum, ſcripta, ſed longe poſtea influit quarti anni ad calcem folij albi in libro relicti, qui non reperitur vnquam relictus in fine aliorum annorum, ad Aym. *conſ. 28. nu. 5.* Et fuit conſideratum corã S. D. N. in vna Veronen. ſancti Zenonis, vltra quod prætenditur dictam partitam cõcordare cum libris cambiorum ſeparatim tentis: & ad obiectũ, quod illa ſit male concepta ratione quantitatis cambiorum, Dixerunt Domini ſufficere, quod non conſtet fuiſſe male factam ratione cauſæ. ſ. pro cambijs, quod ad hũc effectum ſufficit, quicquid dicendum eſt quando ageretur ſuper veritate cambiorum, an fuerint realia, vel ſicca.

4 Tertio fuit conſiderata alia diuerſitas, quia in dicto libro non fuerunt poſita negocia totius ſecundi Triennij, ſed ſolum vſque ad mẽſem Maij 1584. Et ſic per annum cum dimidio tantum ſecundi triennij, & quod in libro remanſerint circa centum folia alba, ac inde non fuit eodem modo continuata retentio librorum.

5 Quibus accedebat alia quarta diuerſitas; etenim in fine cuiuslibet anni primi triennij fuit datum bilancium, quod erat dandum vigore capitulorum, quod nõ fuit effectum in ſecundo triẽnio, ſed datus quidam liberculus in fine cuiuslibet anni dicti ſecundi triennij cum ſolidatione cambiorum nundinarum illius anni: nec placuit reſponſio, quod non fuerunt data bilancia ſecũdi triennij ex eo, quod non erant ſubſcripta ab Andrea; Hæc enim excuſatio leuis viſa fuit, maximè, quia magis veriſimile videbatur non fuiſſe data bilancia, ex quo loco illorum ſucceſſit ſolidatio cambiorum, ac quod Andreas noluiſſet in ſpatio trium annorũ videre ſtatum negotij, qui ſine bilancio non poterat videri.

6 Quinta diuerſitas fuit conſiderata ex adiectione nominis Simonis in ſecũda ſocietate, *ad l. Procuratoris. §. ſi plures, ff. de tribut.* Hier. Magn. *in dec. Lucen. dec. 1. nu.* 10. qui licet eſſet tanq̃ ſocius Io. Baptiſtę cõprehẽſis in primo triẽnio, eius tñ nomen non erat exprimendum vigore capitulorũ, in quibus continebatur, quando Felix, & Ioannes Baptiſta dumtaxat nominarentur: quibus accedebat, quod Andreas moleſtatus a DD. de Cuſanis pro ſolutione cambij Felicis in ſecũdo triẽnio, fuit abſolutus, & Io. Baptiſta carceratus.

7 Neque obſtabat, quod ſocietas fuit continuata in ſecundo triennio ſub eodem nomine Andreæ ipſo ſciẽte & patiente; Nam cùm fuerit additum etiam nomen Simonis, repugnabat ſtatui præce-

præcedenti; nec Dominis viſum fuit inconueniens, quod quamuis ſocietas eſſet finita, nihilominus Andreas, ſtante conſanguinitate, & proprio intereſſe, quia habebat proptias pecunias, in iſta negociatione conſentiret, quod in illa ſocij vterentur ſuo nomine pro maiori reputatione; vltra quod hoc obiectum non erat cõcludens eo modo, quo requirebatur ad iſtum effectum.

8 Literæ cambij Andreę minus concludunt, cum ſolum ſeruiant pro adminiculo, vt fuit reſolutũ; vltra quod bene reſpondebatur per informãtes, quod non loquantur de ſocietate; & illa ſumma fuerit acceptata ad cambiũ in ſecundo triennio, quamuis poſtea fuerit recambiata.

9 Nec etiam obſtabant literæ cambij, quia non conſtabat fuiſſe Andreæ, neque habẽt illa verba, *Per la valuta hauuta da Felice, e da Gio. Battiſta.*

10 Vltima non obſtabat, quod in inſtrumento fuiſſet facta deductio nominis debitorũ, quæ arguebar, quod Io. Baptiſta ignotauit deſcriptionem huius partitæ per Mutium factam, quia in dicto inſtrumento narratur conuentio de habendo totum capitale ſuper cãbijs, quod eſt conforme libris; ſed fuit facta deductio nominum debitorum; ideo Io. Baptiſta prius ſciebat totum capitale debere poni ſuper cambijs, licet adeſſent nomina debitorum, & tamen fuerat contentus etiã ſi poſtea fuerit facta deductio; Cũ ergo non probetur dicta vniformitas ſocietatũ eo modo, quo debuit probari, fuit reſolutum, ſtatum ſecundi triennij non fuiſſe conforme primo.

ADDITIONES.

Seruato ordine. Quod falſitas præſumatur ex eo qđ inſtrumenta reperiantur in Protocollo reſcripta retrogrado ordine, vt puta qđ prius ſint poſita inſtrumenta confecta de menſe Martij, quam illa, quæ ſunt rogata de menſe Ianuarij, ponit etiam Ioſeph. Lud. *deciſ. Luc.* 13. *nu.* 123. *p.* 1. ſic etiã & falſitas prę ſumitur, ſi inſtrumentũ antiquitus rogatũ, nouiter protocollatũ reperiatur, ex Menoch. *de arbitr. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 187. *nu.* 38. & Maſc. *de prob. lib.* 2. *concl.* 740. *nu.* 16. *&* 17.

Fam. Cent. I.V.D. Galleſ.

IVSTI.

Romana Dotis, 5. Iulij, 1599.

ARGVMENTVM.

Pactum, ſeu ſtatutum de ſoluendo tantum pro centenario, donec fuerit ſoluta dos debita, an, & quando valeat, vel potius ſit vſurarium, & illicitum.

CXXIX.

SVMMARIVM.

Dotis fructus taxantur a ſtatuto Vrbis. nu. 1. *in fine.*

Vſurarium dicitur pactum de ſoluendo decem pro centenario, donec ſors principalis ſoluatur. nu. 2. *& nu.* 8. *vbi an ſaltem reducatur ad iuſtam taxationem.*

Vſura arguitur ex vniformi præſtatione lucri. numero 2. *in fine.*

Statuto, nec etiam fieri poteſt, vt certa pecunia pro quolibet centenario ſoluatur, donec ſors principalis fuerit reſtituta. nu. 3. *contra nu.* 4.

Lucrum dicitur ſatis exceſſiuum nullum, & iniuſtum, quando ſoluitur decem pro quolibet centenario. numero 3. *in fine.*

Dotis fructus ob non ſolutionem & reſtitutionem dotis, an & quando & quomodo poſſit taxari a ſtatuto, vide in num. 3. *ſeqq.*

Intereſſe debitum ratione onerum matrimonij taxari poteſt. nu. 4. *in fine, & nu.* 6.

Vſura non eſt aliquid recipere pro pecunia collocata penes mercatorem in ſocietate, & ad honeſtum lucrum. num. 5. *& num.* 7.

Vſura an, & quando inducatur ex taxatione intereſſe. numero 6.

DECISIO CXXIX.

1 Debebantur D. Iulię Sanctacruciæ, ſiue Comiti Hyppolyto Rouerello eius viro, ſcuta mille, pro reſiduo ſuæ dotis, pro quorum ſatiſfactione fuerunt conſignatæ pecuniæ in manibus cuiuſdam Mercatoris, ad effectum emendi quandam quantitatem olei, quod pro ſumma dictorum ſcutorum mille cederet vna cum lucro in commodum D. Iulię & Comitis Hippolyti eius viri. Verum bo. mem. Cardinalis Sanctacrucius frater D. Iuliæ, qui eam dotare tenebatur, impedita dicta olei emptione, & ſocietate, ac veriſimili lucro, eandem pecunię ſummam in proprios vſus cõuertit; quam tamen, mediante Apocha, obligatione Camerali vallata, ſoluere promiſit vna cum fructibus, ad rationem decem, pro centenario; & anno a die dictæ ſocietatis vſque in diẽ ſolutionis mortuo Cardinale, Comes Hippolytus egit pro exequutione Apochę contra D. Tarquinium Sanctacrucium Cardinalis hæredem: Et dubitatum fuit 5. Iulij 1599. An Apocha, de qua agitur, ſit exequenda pro fructibus in caſu, & ad effectum, de quo agitur? & coram bon. memor. D. Orano reſolutum fuit, Apocham exequendam eſſe vſque ad quantitatem a ſtatuto Vrbis *cap.* 137. *libro primo* taxatam, cuius reſolutionis extenſio poſt obitum Orani, mihi in eius locum in hac cauſa ſubrogato, a Rota fuit demandata.

2 Obſtare videbatur, quoniam pactum de ſoluendo decem pro centenario donec ſors principalis conſignetur, indicat contractum illicitum & vſurarium, Roman. *conſil.* 520. *numer.* 8. Socin. *conſil.* 143. *lib.* 4. Dec. *conſil.* 322, Grat. *conſil.* 11. *numer.* 29. *&* 30. *lib.* 2. Crot. *in cap. conqueſtus. nu.* 20. *cum ſeq. de vſur. & in cap. Nauiganti. nu.* 25. *eod. tit.* qui dicunt, quod lucra non ſunt vniformia,

mia, ſed variantur ex qualitate temporis & loci. *l. 1 deo, ff. de eo, quod cer. loco, l. precia reũ, ff. ad l. Falci.*

3 Quod nec etiam per ſtatutum fieri poſſe videtur ſecũdum communem opinionem, de qua per Socinum *conſil. 56. nu. 2. lib. 3.* qui etiam loquitur in terminis dotis non reſtitutæ; Et hanc opinionem tenet Ioan. Andr. de Butr. de Ligna. *in capitulo, ſalubriter, de vſur.* cum aliis allegatis per Plot. *in l. ſi quando. nu. 482. C. vnde vi.* Et per Couarr. *variarum reſolutio. lib. 3. cap. 1. numero 3. verſic. quarto, hinc potuit diſcuti*, quia dicunt, diſpoſitionem cap. *ſalubriter*, procedere in fructibus pignorum, id eſt de re incerta vltra ſortem percipiendam: ſecus vbi certa quantitas in pactum vltra ſortem deducitur, & hanc opinionem tetigit Rota coram Sanctiſs. Do. N. Tunc Rotæ Auditore in Mediolanen. Cambiorum ſiue vſurarum vigeſima Iunii 1569. quæ eſt inter impreſſas 315. parte ſecunda, Vbi allegatur Ioan. Andr. *in d. capitulo ſalubriter*, quæ præſertim procedere videntur in hoc caſu, vbi decem pro centenario promiſſa ſunt, quod eſt exceſſiuum multum, & iniuſtum.

4 His tamen non obſtantibus contrariam ſententiam ſequuta eſt Rota ſecundum opinionem Roman. *conſil. 517. numero quinto & ſexto* Alexand. *conſilio trigeſimoprimo, num. 11. lib. 6.* Vbi dicit, hanc eſſe communem opinionem contra Ioan. Andr. & Iaſo. *conſilio nonageſimoſecundo, nume. 12. lib. 2.* Vbi aſſerit eſſe communem opinionem Canoniſtarum & Legiſtarum, quam tenet Calder. Anchar. Abb. Bald. Nouel. Anto. Rub. Corn. Corrad. Adri. Silueſtr. Gabr. Ioan. Maior & alii allegati per Couarru. *in dicto capitulo primo, variar. reſolutio. numero tertio, verſic. hinc poterit. ibi, contrarium tamen verius eſt*, & alii allegati per Moder. *de alimen. quæſt. 42. in principio.* Ex quibus conſtat quod quando intereſſe eſt debitum ratione onerum matrimonii, nihil obſtare poteſt, quominus ad certam ſummam taxaretur, vt ibi per Couarru. & præſertim publica authoritate, Bald. *in l. fina. §. præterea. ſub num. 10. C. de iur. dot. & conſil. 166. lib. 1.* Couarr. *ibi numero 5. verſ. 7.*

5 Quę opinio in hoc caſu tanto magis vera demonſtratur, quia ratio onerum matrimonii reducitur ad intereſſe, ſi quidem iam pecuniæ erãt collocatæ penes mercatorem in ſocietatem olei, & ad honeſtum lucrum, & hoc caſu licita eſt receptio, vt per Corrad. *de contract. quæſtio. 35. verſic. ſeptima concluſio.* Vbi arguit in contrarium, & reſpondet hanc eſſe magis communem, patet ex Couarru. *in dicto capitulo primo, num. 3. verſic. quamobrem.*

6 Contraria primo loco allegata, procedũt, quãdo fit taxatio fructuum ꝑ interuſutio pecuniæ; ſed in caſu noſtro fit taxatio ratione onerum, & intereſſe; & ideo debetur, & taxari poteſt, & ſatis eſt, quod coniecturaliter ſit certum. Corrad. *d. quæſtione 35. in cap. ſeptima concluſio. verſicul. Tertio dicendum eſt.* ſecundum quam fructuum, & intereſſe taxationem aliàs admiſit Rota coram Cæſare de Graſs. *quæſtio. prima, tit. de vſur. vbi nume. 9.* Conſtat, quod non admitteretur taxatio, ſi eſſet ratione pecuniæ, vel pretii, & ibidem allegantur aliæ deciſiones.

7 Quoad doctrinam Ioan. Andr. & ſequaciũ, dixerũt, aliam eſſe magis communem & veram ſaltem in hoc caſu, vbi ex pecunia ſtatim ſoluta in ſocietatem olei, vir poterat tãtum ſibi lucrari; & ſic non ab aliquo priuilegio dotis, ſed ob intereſſe deducitur, quod eſt omni iure licitum, vt per Corrad. & Couarr. allegatos.

8 Et nihilominus Domini dixerunt, aduertendum eſſe ad quantitatem, nec admittendum intereſſe ad decem pro centenario; ſed æqua viſa fuit, & iuſta in Vrbe taxatio prefati ſtatuti ad ſeptem pro centenario, non obſtan. doctri. Bal. *in dicta l. præterea, §. final. C. de iur. dot.* vbi admittit taxationem ad decem, qui reprobatur a Caball. *de vſur. nu. 527.* Vnde quantitas exceſſiua, non autem obligatio annullatur in quãtitate iuſta, ſicut dicitur de donatione non inſinuata, quæ non annullatur, niſi ratione ſummę excedentis, *l. ſancimus, C. de donationib.* cum allegatis per Gabr. *de donat. concluſio. prima numero quinquageſimoſexto*: Ex quibus cum ſimus in obligatione in forma Camerę, contra quam nihil deducitur, quod releuet, dictum fuit, dandum eſſe exequutionem.

M E L L I N I.

Ferrarien. Societatis, Lunæ 20. *Decembris,* 1599.

ARGVMENTVM.

Societas Aromataria, in qua dantur merces ęſtimatę, & lucrum certum taxatum, An ſit vſuraria & illicita.

SVMMARIVM.

Societas videtur vſuraria, quando in ea dantur merces æſtimatæ, & illa finita reſtituendum eſt idem capitale. nume. 1.

Contractus, in quo taxatur lucrum incertum ſocietatis, non eſt vſurarius, quando quantitas taxata eſt proportionabilis ad dubium euentum lucri; ſecus ſi aliter. nu. 3. & num. 5.

Societas non dicitur vſuraria, quando æſtimatio rerum fuit facta, non ad effectum inducendi emptionem, & tranſlationem dominii, ſed ad effectum ſciendi, ad quam ſummam aſcendebat capitale. nu. 3.

Societas videtur vſuraria, quando finita ſocietate res datæ æſtimatæ ſunt reſtituendæ in eadem quantitate æſtimata; ſecus ſi non erant reſtituendę, niſi quatenus ſupereſſent. nu. 4.

Qualitas adiecta verbo intelligi debet ſecundum tempus verbi. nu. 4. in fine.

Societas eſt vſuraria, quando in ea taxantur fructus certi, &

adeſt pactum, quod capitale ſit ſaluum, nu. 5

Societatis contractus non eſt vſurarius, quando ſunt taxati certi fructus, & illi quidem aſſecurati ex interuallo poſt initum contractum, nu. 6. & ſeqq.

Pactum de retrouendendo adiectum ex interuallo poſt inſtrumentum venditionis, nullam inducit vſuræ præſumptionem, nu. 5

Pactum aſſecurationis, ac taxationis fructuum alicuius ſocietatis initum non cum ſocio, ſed cum alia tertia perſona, non eſt vſurarium, nu. 7.

Bulla Sixti Quinti, improbans ſocietates, in quibus capitale eſt ſaluum, cenſetur improbare contractus ſocietatis palliatos, & contra iuris communis diſpoſitionem, non autem contractus permiſſos ex diſpoſitione iuris communis, nu. 9

Bulla Sixti Quinti, improbans contractus ſocietatis non initos iuſtis, & æquis conditionibus, quomodo intelligatur. num. 10.

DECISIO CXXX.

1 DOmini ſteterunt in deciſis, nõ obſtantibus his, quæ de nouo contra deciſionem adducuntur, quę ad duo potiſſimum reducuntur; Deducitur enim vſura primi contractus, quia Dominium mercium fuit trãſlatum in Truſardum, cum fuerint ei datæ æſtimatæ, & nihilominus vigore pacti finita ſocietate, debebat reſtituere idẽ capitale in mercibus, vel in pecunia.

2 Contra ſecundum vero contractum opponitur, quod licet contractus, in quo aſſecuratur lucrum incertum ſocietatis, non ſit vſurarius, hoc tamen procedit, quãdo quantitas taxata eſt proportionabilis ad dubium euẽtum lucri, per Corrad. *de contract. quæſt. 96.* & Iacob. Emil. *conſilio* 8. & ex calculo de nouo dato, & depoſitionibus teſtium, dicitur ſufficienter conſtare, quod quantitas non eſt proportionabilis ad lucrum, ſed exceſſiua.

3 Quantum ad primum obiectum viſum eſt Dominis non obſtare, quia ęſtimatio non fuit facta ad effectum inducendi emptionem, & trãſlationem dominij in Truſardum, ſed ad effectũ ſecundi ad quam ſummam aſcendebat capitale; cum enim antequam initus eſſet iſte cõtractus ſocietatis capitale Aromararię excederet lib. 15. mil. & totũ iſtud capitale inæſtimatum fuerit conſignatum Truſardo cum pacto, quod poſt feſtum ſancti Michaelis deberet eſſe ſolum lib. 15. mil. & qđ Truſardus deberet reſtituere Sonzonijs illud quod remanebat vltra hanc ſummam 15. mil. lib. neceſſarium erat ad iſtum effectum, quod merces æſtimarentur, vt poſſet inſpici, in qua quantitate reſtituẽda Truſardus remanebat debitor. Soc. *conſil. 56. num. 4. in tertio caſu, lib.* 1. Ruyn. *conſil. 134. ſub num. 5. lib. 4.*

4 Fuit etiam per Dominos conſideratum, reſtitutionem æſtimationis non eſſe neceſſario faciẽdam finita ſocietate, in quo caſu procedit dictũ Caſtr. *in l. ſi æſtimatis. num. 2. ff. ſolut. matrim.* ſi. n. merces non extabant, nihil erat reſtituendum: ſi vero extabant, debebant reſtitui in eo ſtatu, in quo reperiebãtur; vel ſi Sõzonij maluiſſent pretium, debebat eis ſolui pretium cum diminutione duodecim pro centenario; & in iſto caſu debebat attendi, non pretium æſtimatum de tempore cõtractus, ſed æſtimandum in fine ſocietatis, cum deberet ſuccedere loco capitalis, tunc exiſtentis in loco mercium ab initio poſitarũ, prout etiam colligitur ex illis verbis decimi capituli: *Truſardo ſe li habbi retenere per lui a dodici per cento manco di quello foſſe il valor loro.* Quæ verba ſunt intelligenda de valore in fine ſocietatis, de quo tempore Truſardus debebat reſtituere merces extantes vel retinere cum iſta diminutione, quia qualitas adiecta verbo intelligitur ſecundũ tempus verbi; & ideo cum neq; dominium mercium fuerit translatum in Truſardum, neq; reſtitutio ſit omni caſu & indiſtinctè facienda, ſed tantum capitalis remanentis ceſſantibus pręſuppoſitis in quibus fundatur vſura, conſequenter ceſſat etiam vſura.

5 Quantum ad aliam obiectionem contra ſecundum contractum, pro illius reſolutione fuerunt per Dominos diſtincti duo caſus. Primus caſus eſt, quando in eodẽ contractu continetur certa aſſecuratio fructuum, & pactũ, quod capitale ſit ſaluum, aut ſola aſſecuratio fructuum ſit exceſſiua, & non proportionabilis ad dubium euentũ lucri, & in his terminis procedunt doctrinę, q̃ allegantur per informantes pro Hippolyto, & in caſu iſto contractus eſt magis ſuſpectus, quia ceſſante iſta taxatione, principalis cõtractus ſocietatis non fuiſſet initus; & quicquid dicendum ſit in hoc caſu, non verſamur in his terminis.

6 Secundus caſus eſt, quando contractus aſſecurationis eſt diſtinctus, & ſeparatus a cõtractu ſocietatis, & non correſpectiuus ad primũ contractũ, nec datur aliqua cauſa coactionis & in hoc caſu ceſſante correſpectiuitate, & cauſa coactionis ſecundus cõtractus aſſecurationis poſtea initus, eſt voluntarius, & conſequenter ceſſat vſura. Abb. *conſ. 69. ſub nume. 1. verſ. Tertio me monet. lib. 2.* & in hoc placuit Dominis ſimile de pacto de retrouendendo, quod adiectum incõtinenti, vel correſpectiuè ad primũ contractum, inducit ſuſpicionem vſuræ; ſecus verò ſi ſit adiectum ex interuallo ex volũtate emptoris. Abb. *d. conſ. 69.* Caputaq. *deciſ. 163. lib. 3.* & fuit reſolutũ in cauſa Placentina Terrarum prima Aprilis 1588. coram bo. me. Orano, & in cauſa Mediolanen. vſurarum 5. Aprilis 1593. coram R. P. D. Pãphilio.

7 Placuit etiam aliud ſimile, quod ſicut ſi iſte ſecundus cõtractus aſſecurationis eſſet initus inter vnum ex ſociis, & tertium ẽt, quod eſſet exceſſiuus, non eſſet vſurarius, ſed iniuſtus & per viã lęſionis reuidendus; Ita etiam ceſſante correſpectiuitate, nõ eſt vſurarius initus inter ſocios, cum iſti duo caſus æquiparentur, vt per Gaet. *in opuſc. reſponſ.* 11. Et iſte eſt caſus noſter, quia iſte ſecundus contractus fuit initus elapſis ſex menſibus poſt primum; de quo tempore Sonzonij iam dederant merces in ſocietatem ſine aſſecuratione, & Truſardus erat effectus ſocius, & nõ poterat a ſocietate amoueri, vel cõpelli ad faciendum nouum cõtractum diuerſum a primo;

& ideo

& ideo iſte ſecundus contractus remanet mere voluntarius,& conſequenter etiam ſi eſſet iniuſtus,& læſiuus, ceſſat vſura, de qua ſolum hodie agitur,&c.

ALIA DECISIO.

8 Et in eadem die Veneris 17.Martij 1600. Domini dixerunt,quod Bulla fel.recor.Sixti V.prohibet ſolum pacta appoſita in ipſo contractu ſocietatis, quod capitale ſit ſaluum, vel quod præſtetur certa quantitas leuis;& ideo non comprehendit iſtos contractus,cum aſſicuratio lucri nō ſit facta in contractu ſocietatis, nec correſpectiue ad illum,neque adſit promiſſio,quod capitale remaneat ſaluum.

9 Quod etiam comprobant,quia tam ex proœmio,quā ex diſpoſitiua,& toto tenore Bullæ apparet,eius intentionem fuiſſe prohibere contractus ſocietatis paliatos, & contra diſpoſitionem iuris cōmunis,addendo nouas pęnas; & ideo nō habet locum in hoc caſu, cum iſti contractus nō ſint vſurarij , nec prohibiti ex diſpoſitione iuris communis,vt fuit reſolutum.

Non obſtat, quod Bulla prohibet omnes contractus ſocietatis,qui nō sūt initi iuſtis, & æquis conditionibus,& pactis ſecundum iuris diſpoſitionem , quia Bulla intelligit de iuſtis, & æquis conditionibus,nō reſpectu iniuſtitiæ,ſed vſuræ, vt clare probatur, tam ex verbis præcedentibus, quā ſubſequentibus & exemplis,quæ ſubiungit.

I V S T I.

Mediolanen. Bonorum de Fuſanis.13. *Martij*, 1600.

ARGVMENTVM.

Falſitatis ſuſpicio in teſtamento ſignato,& clauſo nō inducitur ex eo, quod in illo reperiatur aliquod ſpatium paginę albę,& non ſcriptę , ſeu aliquod folium ſeparatum : & an et quando ſubſtineatur hęredis inſtitutio ſine teſtibus,ſi de teſtatoris voluntate aliunde conſtat ad fauorem pię cauſæ, cętera habentur in ſummarijs.

SVMMARIVM.

Hæres inſtitutus immittitur in poſſeſſionem bonorū hæreditariorum ex l fi.C.de edic.diu.Adria.toll.nu.1.Vbi ampliatur etiam quod teſtamētum ſubſtineatur de iure ſpeciali.

Teſtes requiruntur in teſtamento etiam facto ad pias cauſas, nu.2.Vbi tamen quod contraria opinio eſt tutior & communior.& in add.lit:A.vbi de materia.

Teſtes in teſtamento requiruntur pro ſolēnitate probatoria,nō aūt pro ſolemnitate ſubſtantiali.nu.2.& in add.lit.A.

Teſtes ſeptem in teſtamento requiruntur;quod quando verum ſit,& generaliter de materia.in add.lit.A.

Teſtatoris voluntas ſi aliunde probetur, quam ex teſtamentarijs teſtibus,qui in eo nō ſint appoſiti, adhuc ſubſtinetur. ſub nu.2.

Hoſpitale perpetuum,& in quo diuina officia celebrantur,dicitur locus pius.nu.3.

Falſitatis præſumptio non oritur ex eo,quod in folio, ſeu cedula reperiatur paruum ſpatium in albo.nu.4.

Teſtamentum vitiatur ſi poſt illius ſignationem aliquid in eo ſcriptum reperitur.nu.4 ſecus econtra ſi nihil additum, vel detractum fuit.nu.5.

Falſitatis ſuſpicio non oritur ex folio ſeparato reperto in teſtamento,quando habet aliquod ſignum ſignificans illud eſſe de corpore teſtamenti.nu.5.

Teſtamentum an vitietur in totum,ſi in aliquo legato vel particulari inſtitutione habeat aliquam ſuſpicionē.n.5.in fi.

DECISIO CXXXI.

1 Firmata cedula teſtamenti bo.mem. Cardinalis Cuſani per ſufficientem recognitionem, concluſum fuit vnanimiter, hoſpitale magnum Mediolani hæredem inſtitutum immittendum eſſe in poſſeſſionem hæreditatis, virtute *l.fi.C.de edi.diu.Adria.toll.* Cuius diſpoſitio procedit non ſolum,quando de iure communi,ſed ēt ſi de iure ſpeciali ſubſtineatur teſtamentū, ſecundū gl. ibi *in ver.depoſitionibus.*Bar.*n.*18.*&* 19.quē ſequūtur cęteri Doct.ſecundum Curtium iuniorem *n.68.*

2 Non obſtant,quę opponuntur:Et primo vitiū veriſimile,defectus ſcilicet teſtium,qui requiruntur etiam in inſtitutione pię cauſę.Soc.iun.*conſ.* 189.*vol.*2. Clar. *in* §.*teſtamentum. q.* 7. quoniam Rota ſequitur aliam opinionem,tanquā æquiorem,tutiorem & communiorem,ſcilicet quod teſtamentū quoad inſtitutionem ſubſtineatur; cū enim requirantur teſtes pro ſolemnitate probatoria in teſtamento,non autem pro ſolemnitate

a ſubſtantiali [a],Bar.*in repet.l.*1*.ante nu.*37.*C.de ſac. ſanct.eccl.in ſecundo priuil.piæ cauſæ*, ſequitur, qđ ſi de voluntate teſtatoris aliter poſſet conſtare quam per teſtes, probatur teſtamentum ſine teſtibus,non iure ſpeciali; ſed iure communi. Dec. *conſ.*159.*ſub nu.*3.cum alijs alleg.per Couar.*in c. relato,nu.*12.*de teſt.*& fuit dictum in hac cauſa coram me die 4.Feb.proxime præteriti, & antea tenuit Rota in cauſa Romana hæreditatis de Mazzocchis coram bo.me.Lauret.21.Febr.1578. & coram R.P.D. Decano Romana de Alterijs. 20. Decemb.1582. In quibus Doctorum auctoritates,& rationes latè referuntur.

3 Nec placuit Dominis,quod dictum fuit, Hoſpitale non eſſe locum pium,cum ſit perpetuum, & in eo diuina officia celebrentur,vt fuit alias in Rota firmatum.

4 Secundo non obſtat , quod in folio cedulæ poſt catalogum legatariorum, adſit paruum ſpatium in albo,quoniam quod nihil eſt,nullam poteſt afferre ſuſpicionem:quinimò ſi aliquid repetitur ſcriptum poſt ſignatum teſtamentum,

Digitized by Google

tunc vitiari poſſet. Iaſ. poſt Innocent. & alios allegatos *in l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus, numero duodecimo, & decimotertio, ff. de verb. oblig.* qua propter potius ex hoc tollitur quam inducatur aliqua ſuſpicio.

5 Tertio non facit oppoſitio de folio ſeparato, ſiquidem habet ſignum, quo mediante reperitur in corpore teſtamenti. Et ſic licet ſit ſeparatum folium, non eſt ſeparata voluntas. Præterea continet inſtitutionem particularem Do. Marchionis. Vnde aut valet, quia nihil additum, vel detractum fuit de eo, quod prima vice ſcriptum fuerat, Gloſſ. *in dicta l. fin. in verbo, figura, ſed ſuperaddita nona particularis ſubſtitutio*, & hoc caſu nullam facit difficultatem: aut non valet tanquã approbatum, ad trad. per Bald. & Caſtren. *in l. ſi vnus, C. de teſt.* & tunc cum ſit legatum, vel particularis inſtitutio, ſine dubio non impedit immiſſionem. Curti. iuni. poſt Bartolum, & alios in *dicta l. final. numero ſexto*. Et ita dicendum, ſi in alijs legatis aliquod reperiretur impedimentum. Quare, &c.

ADDITIO.

a *Subſtantiali*. Sed quod immo teſtium numerus ſit etiam de forma ſubſtantiali, de communi teſtantur Couarru. *in capit. cum eſſes, numer. 8. de teſtamen.* & Clar. *in §. teſtamen. qu. eſt. 56. verſic. Et ſcias*, vbi etiam ponit vtilitatem & effectum huius inſpectionis, an ſcilicet teſtes in teſtamento ſint de forma probatoria, vel ſubſtãtiali; quid autem ſit ſubſtantia, quid ſolemnitas, & quid natura, videas per Menoch. *de arbitrar. quaſt. lib. 1. q. 11 num. 7.*

Et quod attinet ad materiam huius deciſionis, quod in teſtamento ad pias cauſas, adhuc teſtes requirantur duo, ſcilicet, tam de iure Canonico, quam Ciuili, videtur cõmunis, ſicut teſtatur Capra *concl.* 104. *nu.* 8. Viu. *opinio.* 890. *nu.* 4. Villal. *in comm. opin. lit. T. num.* 26. Clar. *in d. §. teſt. q. 6. verſ. hinc infertur.*

Et generaliter ſi ſcire volueris, an & quando, & in quibus caſibus, in teſtamento requirantur ſeptem teſtes, quando minor numerus ſufficiat, & quando etiam ſine vllis teſtibus teſtamentum ſuſtineatur, quid de iure ciuili, & quid de iure Canonico, & alia ad materiam, vide tex. & Doc. *in l. hac conſultiſſima, & in l. in teſtamento, C. de teſt. & inſtit. de teſtam. §. fin.* Item text. & ibi Doct. & præſertim Couar. *in cap. cum eſſes. de teſtamentis.* Neuizz. *conſ.* 26. *num.* 5. 16. *& ſequentib.* 31. *ſequentib. & nu.* 39. Capra *concl.* 104. Clar. *in §. teſtamentum. quaſt.* 8. *verſ. hinc infertur, & q.* 56. *&* 57. Nouel. *reg.* 209. *In vltima Fallen.* Franc. Turza. *opin.* 45. Rolan. *conſ.* 30. *num.* 10. *ſeqq.* 21. *ſeqq. lib.* 3. *& conſ.* 33. *nu.* 33. 2. 41. *ſeqq. eod. lib.* 3. *Et conſ.* 81. *per totum. lib.* 1. Cæph. *conſ.* 32. *lib.* 1. Hippol. Rimin. *conſ.* 56. *nu.* 25. *ſeq. lib.* 1. Monric. *in repertorio teſtiũ. fol.* 328. *in fine, & ſeqq. vſq; ad fol.* 334. *in diſcurſu.* Viu. *opin.* 890. Ioſeph. Lud. *concl.* 28. *& Deciſ. Luc.* 13. *nu.* 10. Mantic. *de Conicct. li.* 1. *tit.* 16. *nu.* 3. Villal. *in comm. opi. lit. T. n.* 22. *ſeqq.* Michael Craſſ. *in cõm. opin. lib.* 2. *c.* 3. *q.* 30. 31. *&* 35. Menoc. *de arbit. q. lib.* 2. *caſ.* 194. *nu.* 11. omnino Petr. Dom. Madalen. *in ſuo tract. de numero teſtium.*

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

CORDVBE.

Caſertana Beneficij, Luna, 13. Aprilis, 1600.

ARGVMENTVM.

Falſitas coniecturis probatur, vt inſtrumẽto fides tollatur, & ſufficiunt duę: & hic ponuntur quædam falſitatis coniecturæ.

SVMMARIVM.

Inſtrumentum non dicitur perfectum, niſi habeat clauſulam, Actum &c. *nu.* 1.

Inſtrumentum non probat, niſi habeat indictionem. nu. 1. *Et in add. lit. A. vbi de materia.*

Falſitas præſumitur ex carta recenti, & recentibus caracteribus ſcripta, quando agitur de ſcriptura antiqua. nu. 4. *& in add. lit. B. vbi de materia.*

Falſitas præſumitur ex ſigillo bene conſeruato, & integro, in ſcriptura antiqua reperto. nu. 2.

Falſitatis ſuſpicio habetur pro falſitate quoad infirmandam probationem ſcripturæ. nu. 3.

Falſitatis præſumptiones duæ ſufficiunt ad tollendum fidem inſtrumento. nu. 3.

Falſitas præſumitur ex inſolita diligentia. nu. 4. *& in add. lit. C. vbi de præſumptione ſimulationis et pactis & clauſulis inſolitis.*

Falſitas præſumitur ex qualitate notarij carcerati pro falſitate. num. 4.

DECISIO CXXXII.

1 QVãrum ad ſcripturã ſub data 6. Iulij 1452. ſatis apparebat, nõ eſſe in forma probante; Nam nõ habebat clauſulam, *Actum &c.* neq; In-
a dictionem [a], ſuper quo nulla ex aduerſo dabatur reſponſio. Cou. *prac. c.* 20. *nu.* 4. Ant. Gomez. *in l.* 3. *taur. n.* 33. *&* 42. & ibi Bur. de Pal. *n.* 1290. Gre. Lopez. *in l.* 54. *tit.* 18. *p.* 3. *ad l. contract. ff. de fid. inſt.*
2 Aliæ vero ſcripturæ ſub datum 1489. 1490. 1495. & 1505. Fuerunt viſæ Dominis non eſſe etiam in forma probante, quia ex oculari inſpectione ſatis apparebant eſſe confectas de recenti; Tum quia papirus ipſa videbatur recens in Mar-
b cha, & recentibus [b] caracteribus ſcripta; Tum ẽt, quia ſigillum cum cera, vel alia mixtura impreſſum, vt cernitur, nõ poterat per tantum tempus conſer-

Digitized by Google

conſeruari ita integrum, abſque aliquo damno, vel diminutione.

3 Et in ciuilibus quælibet ſuſpicio falſitatis habetur pro falſitate, quoad infirmandam probationem. Archid. *in cap. in memoriam. 19. diſtinct. num.* 12. & ibi Gemin. Natt *conſil.* 315. *nu.* 14. Riminal. *conſil.* 145. *num.* 9. & duæ præſumptiones ſufficiunt. Aymon *conſ.* 134. *nu.* 39. *&* 40.

4 Vltra quod dicta inſtrumenta de anno 1495. & 1505. ſunt publicata per Siluium notarium inquiſitum, & carceratum de falſitate ſcripturarũ, qui illas originales cõtra ſtilum pacti accommo-

c dauit; quæ diligentiæ inſolitæ[c] cum qualitate notarij ſatis ſuadebant, vt nullam fidem mererentur, niſi aliunde illarum effectus appareret.

5 Quæ autem ex aduerſo deducebantur, minus etiam Dominis placuerunt, ex Put. *deciſ.* 26. *de fide inſtrum. In manuſcriptis*. Caputaquenſ. 41. *&* 42. *par.* 2. *&* ex deductis in illa Tiraſonen. iuriſdictionis 19. Februarij 1593. coram R. P. D. meo Mellino. Ex quibus & aliis per Dominos conſideratis, fuit tentum, iuribus a Poſſidonio productis, quæ habent atteſtationem Siluii notarii, nõ eſſe fidem adhibendam, &c.

ADDITIONES.

a *Indictionem*. An autem pręſumatur falſitas ex errore indictionis in inſtrumento appoſitæ, vide Maſcard. de probat. concluſ. 740. numero 24. Et ſi notarius errauit in appoſitione indictionis, vel illam nullo modo appoſuit, an poſſit errorẽ corrigere, & indictionem readdere, vide Ioſeph. Ludou. *deciſio. Lucen.* 13 *nume.* 43. *& ſeqq.* Sed quod omiſſio indictionis in inſtrumento illud vitiet, etiã quod notarius in eo reliquerit ſpatium pro illa apponenda, ac etiam quod in inſtrumento dixiſſet, *Indictione &c.* Et etiam quod ex anno appoſito in inſtrumento dignoſcatur Indictio, & quod nec Princeps poſſit defectum Indictionis ſupplere, niſi in contrarium ſit aliqua conſuetudo, colligitur ex allegatis *in dict. deciſ. Lucen.* 13. *numero* 35. *& ſeqq. par.* 1. *vbi nume.* 40. quod ſi dubitatur de errore annorum Domini, & de indictione, præſumitur potius error in indictione, q̃ in annis Domini.

b *Recedentibus*. Vide Menoc. *de arbit. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 183. *nu.* 37. Vbi de literis nouis ſcriptis in carta antiqua. Decian. *conſ.* 100. *num.* 17. *& ſeq. lib.* 2. vbi de inſtrumento antiquo, protocollato, & ſcripto in carta noua, de quo etiam per Aymo. *conſil.* 28. *num.* 3. Monticell. *reg.* 15. *nu.* 129. vbi de carta fumo infecta, vt appareat antiqua, inſerta in libro antiquo: Adde præmiſſis Maſcard. *de probat. d. concluſ.* 740. *n.* 22. vbi quod iſta præſumptio falſitatis oneris ex litera recenti, ſcripta in carta antiqua, non eſt ita certa præſumptio, ſicut quando è contra inſtrumẽtum antiquum eſt ſcriptum in carta noua, alicuius ſigni, quod non erat tempore inſtrumenti: Tunc enim aperte falſitas detegitur, vt ibi per eum, nu. 21. & nu. 32

c *Inſolita*. Sic & ex clauſulis & pactis inſolitis, & nõ ſolitis cautelis, ſimulationem præſumi, plene ſcripſerunt Roland. *conſi.* 40. *num.* 34. 35. *et* 39. *lib.* 2. Neuizz. *conſ.* 34. *nu.* 26. vbi amplius, quod talis præſumptio non recipit probationem in contrarium, *et conſ.* 8. *num.* 63. Petraſa. *ſing.* 67. vbi de materia. Pariſ. *conſ.* 54. *num.* 39. *lib.* 1. *et conſil.* 5. *nu.* 166. *libro quarto*. Menoch. *de arbitrar. quæſt. libro ſecundo, caſu* 225. *in fine.* Ioſeph. Ludou. *deciſ.* 52. *in* 32. *Coniectura.* Io. Bapt. Lup. *in tracta. de vſur. commen.* 5. §. 1. *num.* 37. Maſcard. *de probat. libro primo, concluſio.* 440. Et latius *concluſio.* 444. *num.* 6. *et ſeqq. et concluſ.* 1044. *num.* 5. Oſach. *conſil.* 66. *num.* 14. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 122. *nu.* 65. *et ſeqq.* Vbi declarat. Et faciunt dicta per Dominum Farinac. *in ſua pract. crim. p.* 2. *in tit. de pen. temperan. q.* 89. *nu.* 121. *et ſeqq.* vbi in ſimili de pręſumptione doli.

Fam. Cent. V. I. D. *Galeſ.*

MI

ILLVSTRISSIMI, ET REVER. D. Seraphini Card.

Vaſionen. Prioratus, 17. *Maij*, 1600.

ARGVMENTVM.

Ad probationem confidentiæ, an requiratur plena probatio: An vero ſufficiant coniecturę, & quę: Et an ex ſola intentione, & mente reſignantis, ſeu reſignatarij inducatur confidentia.

SVMMARIVM.

Confidentia, ſeu ſimonia non inducitur, niſi præcedat pactum, ſeu conuentio de reſignando cum confidentia, & ſimonia. nu. 1

Confidẽtia, ſeu ſimonia probatur coniecturis, ſed illis quidem concludentibus, & vehementibus, immo requiritur plena, & concludens probatio, quando agitur ad probationẽ etiam ciuiliter. nu. 2.

Teſtes examinati pro informatione Curiæ, & non repetiti cũ citatione partis, nihil probant. num. 3 *Faciunt tamen adminiculum, quando reus defenſionibus renunciauit. nu.* 9.

Confidentia, & ſimonia inducitur ex ſola mente, & intentione reſignãtis & reſignatarij. nume. 4. *declara, vt hoc procedat in foro iudiciali, ſecus in foro cõſcientiæ. numero* 5. *in fi.*

Cõfidentia, ſeu ſimonia probatur per confeſſionem reſignantis, & reſignatarij iudicialem. n. 5.

Confidentia, ſeu ſimonia præſumitur ex expeditione literarum ex pecunijs reſignantis. nu. 6.

Confidentia, ſeu ſimonia præſumitur ex perceptione fructuum

Digitized by Google

facta a reſignante poſt reſignationem.nu.6.

Confeſſio continens plura facta diuerſi temporis, & diuerſæ ſpeciei,poteſt diuidi,& pro parte acceptari.nu.6.

Confidentia præſumitur ex eo,quod reſignatarius poſt reſignationem non reſedit in beneficio & inſeruiebat pro mercenario in alio beneficio,nu.7.

DECISIO CXXXIII.

1 FVit dubitatum, an conſtet de confidentia, cuius probatio potiſſimum ex conſtitutis Guilielmi Catalani inquiſiti deducebatur; & pro parte negatiua deducebatur, neceſſariũ eſſe ad probãdum confidentiã, vt probaretur pactũ,ſeu tractatus præcedens reſignationem, *ad gl. in cap. tua nos de ſimonia,et in cap.veniens.il primo,* vbi Dec.*de teſt.*idem Dec.*conſ.*118.*num.*4.Pariſ.*conſ.* 31. *nu.*21.*lib.*4.Put.*deciſio.*171.*num.*9.*lib.*2. Mohedan.*deciſio.*167.& fuit dictum in Cuſentina Confidentiæ coram bon.memor.Orano, & in illa Tullen. Parochialis corã me vigeſimaoctaua Maij 1593. Et in Calaguritana confidentiæ coram R.P.D. meo Pegna 14.Decembris 1592. & in eadem coram R.P.D.meo Pamphilio 28.Iunij 1593.

2 Et licet admittantur ad probationem coniecturæ,ea tamen debent eſſe concludentes, vt per Verall.*deciſ.*202.*par.*1.& fuit dictum in Firmanã Capellaniæ 1582.coram S.D.N. Clem. VIII.7. Maij.& in Brittonieñ. Commendæ 22. Decembris 1588.coram bon.memor.Dom.Gipſio vnà cum alijs allegatis per informantes;quę maxime procedunt,vbi agitur ad priuationem; tũc enim requiritur plena, & concludens probatio etiam, quod agatur ciuiliter Abb.*in c. Veniens,il primo, num.*4.cum alijs,quę latè deducta fuerunt,in prędictis cauſis,& poſtremo in vna Caſaleñ.Prioratus coram bon.mem.D.Gipſio.

3 Quæ cum ita de iure ſeſe habeant, dicebant, nullam adeſſe tractatus præcedentis probationem,& coniecturas,quę deducuntur,non eſſe vehementes & neceſſario concludentes; Nam quæ deducuntur ex teſtium depoſitionibus, nõ ſunt attendenda,cum ſint nulliter examinati pro informatione Curiæ, & non repetiti cum citatione partis,vt fieri debuerat. Caputaquenſ. *deciſio.* 207.*nu.*9.*par.*2.

4 His tamen non obſtantibus, contrarium fuit concluſum, & pro hac parte fuit conſideratum; Perinettum,qui beneficium reſignauit, ante reſignationem dixiſſe Guilielmo,quod valebat ei reſignare beneficium;quod ſi contigiſſet vnum ex filijs D.de Barroulx eſſe qualitatis, vt poſſet illud tenere, eum de eo recognoſceret: ex quibus verbis apertè colligitur mens,& intentio reſignãtis,quæ ex diſpoſitione Conſtitutionis fel.recordationis Pij Quinti,ſola ſufficit ad probationẽ confidentiæ.

5 Nec releuat,quod Guilielmus ſubdit ſe dixiſſe, *vt Deus ſibi gratiam impartiretur,* abſque eo tamen quod quicquam ei promiſerit, quia illa verba ab ipſo prolata,incaleſcunt in hunc ſenſum, quod accõmodauerit, quodammodo fidem ſuã requiſitioni ſibi factæ, & hãc confeſſionem cum ſit iudicialis, ſufficere ad probandum confidentiam,probatur *ex deciſ.Caputaq.*242.*lib.*3.Et fuit dictum coram me in vna legionen.Canonicatus ſecunda Decembris 1569. Neque obſtare verba illa,abſque eo,quod quicquã ei promiſerit, quia videntur adiecta hęc verba conſtituto, non autẽ reſponſioni factę Perinetto; verba enim Gallica ſunt hęc,*ſans toutes fois lui auoir rien promis*. quæ bene ſunt interpretata; verum dato, quod adiecta eſſent reſponſioni,tamen ea non tollunt intentionem dimittentis beneficium, quæ ſola ſufficit,vt ſupra dictum eſt. Nauarr.*conſ.*27.*num.* 2. *de ſimon.& conſ.*28.*num.*3.*eodem* titulo; ſufficit enim notam eſſe reſignatario intentionem reſignantis. Gabr. *conſilio centeſimoſeptuageſimo ſecundo,lib.*2. Et licet in foro conſcientiæ non faciat confidentiam, vt per Nauarram *in Manual.capitulo* 23.*nume.* 109. Tamen in foro iudiciali ſecus eſt,ex conſtitutione Pij Quinti.

6 His accedunt coniecturæ,quæ deducuntur in facto,nempe expeditio reſignationis factę ex pecunijs reſignãtis;item aliquorum fructuum perceptio,quæ probatur ex cõfeſſione eiuſdem Guilielmi,& continentur in Bulla Pij Quinti: Et licet nonnullæ excuſationes afferantur, tamen quia ſumus in confeſſione continente facta diuerſi temporis,& diuerſæ ſpeciei,poteſt diuidi,& pro parte acceptari,& pro parte non. Cępol.*cautela ſexageſima.* Boer. *deciſione trecenteſimatrigeſimanona,nu.*3.

7 Accedit,quod reſignatarius nunquam reſedit in prioratu,ſed maluit inſeruire pro mercenario in alio beneficio; quod non eſt veriſimile facturum fuiſſe,ſi ſe dominum vere eſſe exiſtimaſſet.

8 Multum facit etiam, quod dedit mandatum ad reſignandum ad fauorẽ vnius ex illis, pro quibus rogatus fuerat; & licet non perducta fuerit ad finem reſignatio, tamen hoc veriſimiliter factum fuit ad declinandum facti ſuſpicionem.

Accedunt præterea teſtes, qui aliquod adminiculum faciunt, præſertim cum admonitus Guilielmus,an vellet eos habere pro ritè examinatis defenſionibus renunciauerit: Ex quibus omnibus cenſuerunt Domini, probatam eſſe confidentiam.

MELLINI.

Foroliuien. Canonicatus, Mercurij, 21. Maij.

ARGVMENTVM.

Priuatio Beneficiorum propter crimen, An & quando inducatur ipſo iure abſque

Digitized by Google

abſque ſententia condemnatoria: Et an etiam inducatur per ſententiam condemnatoriam ſuper crimine, nõ expreſſa priuatione: Et an per gratiam beneficij factam a Papa, inducatur eiuſdem beneficij vacatio.

SVMMARIVM.

Priuatio, ſeu vacatio beneficiorum non inducitur ipſo iure, niſi in certis criminibus in iure expreſſis, nu. 2.

Priuatio beneficiorum non inducitur ipſo iure propter crimen, etiam quod ex eo irrogetur infamia, nu. 2.

Simoniacus pro ſimonia condemnatus, etiam quod ex condemnatione infamis euadat, non cenſetur priuatus beneficijs non ſimoniacè obtentis, niſi illis in ſententia fuerit expreſsè priuatus, nu. 2. in fine.

Condemnatus propter delictum non cenſetur priuatus beneficijs, etiam quod perpetuo excludatur a facultate inſeruiẽdi in beneficijs. nu. 3.

Priuatio & vacatio beneficiorum ipſo iure inducitur in quibuſdam criminibus exceptis. nu. 3.

Beneficij vacatio non inducitur per gratiam, quæ conceſſa fuit ad petitionem partis, & eſt reſtricta ad certum vacationis modum nu. 4. & ſeqq.

Gratia beneficij conceſſa certo modo non inducit vacationem non iuſtificato modo vacationis narrato. nu. 4. & ſeqq.

Gratia beneficij inducit vacationem illius, quãdo Papa habuit certam & indubitatam ſcientiam facti, & nihilominus voluit conferre etiam quod ſciret, vel dubitaret, An beneficium vacaret. nu. 6.

Papa ſignando gratiam beneficij non cenſetur velle priuare nõ priuandum, & ideo in gratijs ſolet apponi gratia, prout de iure. nu. 7.

DECISIO CXXXIV.

1 DVbium fuit diſtinctum in duas difficultates; Prima difficultas fuit, An petrus Paulus fuerit priuatus Canonicatu ipſo iure, vel per ſententiam. Secunda difficultas fuit, circumſcripta vacatione ipſo iure, vel per ſententiam, An ſaltem fuerit inducta vacatio per Gratiam Sanctiſs. D. N. conceſſam Aſdrubali.

2 Quantum ad primam difficultatem Domini reſoluerunt, quod Petrus Paulus non fuit priuatus Canonicatu, neque ipſo iure, neque per ſententiam: fundamentum reſolutionis fuit, quia ipſo iure non inducitur vacatio beneficiorum, niſi in certis criminibus in iure expreſſis. Innocent. *in cap. cum noſtris numero primo, de conceſſ. præben.* Felyn. *in capitulo ſecundo, numero quarto, de reſcript.* Quod locum habet, licet crimen irroget infamiam. Abb. & Felyn. *in cap. querelam. ſub numero tertio, de iur. iura.* Lamb. *de iur. patron. libro ſecundo. 23. artic. quæſt. princip. numero quarto.* Ioan. de Selua *in tracta. de benefi. 3. par. quæſt. 2.* & ſentit Biſig. *deciſio quinta, de re iud.* & in condemnato ob ſimoniam, ex qua reſultat infamia, quod non ſit priuatus beneficijs non ſimoniacè obtẽtis, licet is etiam ſit priuandus, tenuit aliàs Rot. vt per Paleot. *deciſ. 53.*

3 Per ſententiam vero cõdemnatoriam propter delictum non inducitur priuatio beneficiorum, etiam ſi condemnatus perpetuo excludatur a facultate inſeruiendi in beneficijs; ſed conſequutiuè priuandus eſt, vt in terminis condemnati per ſententiam ad perpetuos carceres, cõcludit *dicta deciſio quinta. Biſig. de re iudic.* quam Rota ſolita eſt ſequi, vt per Sarnen. *in regu. de annal. quæſt. 92.* Put. *deci. 233. lib. 2.* Et ideo cum non verſemur in criminibus exceptis, in quibus inducitur vacatio ipſo iure, & ſententia non contineat expreſſam priuationem Canonicatus, non fuit inducta vacatio, neque ipſo iure, neque ratione infamiæ, neque per ſententiam, & conſequenter ſuper eo ius competit Petro Paulo.

4 Quantum ad ſecundam difficultatem, Domini cenſuerunt, per gratiam conceſſam Aſdrubali non fuiſſe inductam nouam vacationem. Potiſſima ratio reſolutionis fuit, quia gratia eſt conceſſa ad petitionem partis, & eſt reſtricta ad vacationem narratam, quod Canonicatus vacauit, quia Petrus Paulus ob latrocinium, & nonnulla alia delicta fuit condemnatus ad triremes, & infamiæ notam contraxit; & ideo cum gratia ſit reſtricta ad vacationem narratam, ex ea non inducitur priuatio, etiam ſi nõ vacaret. Ioan. Paul. *deciſ. 79.* Put. *deciſ. 30. lib. 1.*

5 Conſiderabant etiam Domini, quod ſtante clauſula, ſiue præmiſſo, ſiue quouis alio modo Sanctiſs. Dom. N. Intellexerit; quod prouiſus debeat iuſtificare vacationem, iſta repugnant; quod voluerit conferre etiam quod Canonicatus non vacaret, & quod debeat iuſtificari vacatio.

6 Non obſtat *conſil. Anchar. 293.* quod Rota aliàs ſequuta fuit vt per informantes, quia illud conſilium procedit, quando Papa habuit certam & indubitam ſcientiam facti; & nihilominus voluit conferre etiam, quod ſciret, vel dubitaret, an beneficium vacaret: ſecus autem eſt, quando fecit gratiam ad petitionem partis ſuggerẽtis ſibi factum ignotum, & prouidit de beneficio, vti vacanti; tunc enim ſi beneficium non vacat, gratia remanet ſubreptitia, & non inducit vacationem, & ita dictum conſil. Anchar. declarat Ioan. Pau. *d. deciſ. 79.* & Put. *d. deciſ. 30.*

7 Non obſtat notabile Cancellariæ, quod allegatur, quia illa eſt alia quæſtio; Dubium enim illius notabilis eſt, quando narrata in gratia ſunt vera, ſed inſufficientia ad vacationem; & ideo nõ applicatur, quia Papæ fuit obreptum, quod beneficium vacabat, cum non vacaret neque ipſo iure, neque per ſentẽtiam, neque propter infamiã, vt dictum fuit; Et nihilominus notabile non datur integrum, & in eo caſu poſtea concluditur contrarium, quia licet Papa ſignauerit gratiam, non tamen vult priuare non priuãdum; Et ideo in iſtis gratijs ſolet ſemper apponi clauſula, prout de iure.

PAMPHILII Decani meritiſſimi.

Lunen. Sarzanen. Confidentiæ, 9. Iunij, 1600.

ARGVMENTVM.

Simonia & confidentia an ſit plené, & concludenter probanda; an vero ſufficiant indicia, & coniecturę, & quæ; an confidentia probetur ex perceptione fructuum, facta a reſignante peſt reſignationem; An etiam ſimonia probetur ſolutione pecuniarum, proceſſione litis & iurium, facta pręſertim in pręſentia Epiſcopi, & cum reſeruatione beneplaciti Apoſtolici.

SVMMARIVM.

Confidentia, ſeu ſimonia etiam quod ciuiliter agatur, requirit plenam & concludentem probationem, nu. 1.

Simonia, ſeu confidentia ad eius probationem admittit indicia & coniecturas, dummodo tamen plenè probentur, & ſint tales, quæ non poſſint aliud imponere, & Reum de crimine conuincant; aliter ſecus, nu. 1.

Confidentia probatur ex eo, quod reſignans poſt reſignationē bona beneficii locauit, & fructus percepit; fallit, niſi locaſſet, & fructus percepiſſet vigore mandati ſibi dati a reſignatario, nu. 2

Confidentia non dicitur probata ex eo, quod poſt reſignationem Reſignatarius conceſſerit reſignanti aliquam partem fructuum beneficij, non præcedẽte pactione aliquæ, n. 2. et 3.

Clericus beneficiatus poteſt in vita ad libitum diſponere de fructibus ſui beneficij, nu. 2. in fi.

Simonia, ſeu confidentia non inducitur, niſi præcedente pactione, & ſimoniaca intentione, nu. 3.

Simonia non inducitur ex ſolutionē pecuniarum facta pro ceſſione litis, & non iurium, occaſione expenſarum factarũ in lite, & vt ſe a vexatione redimeret, nu. 4. & 5. Vbi præſertim quando tranſactio fuit facta in præſentia Epiſcopi, & ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ.

Simonia excluditur per reſeruationem beneplaciti Sedis Apoſtolicæ, nu. 5.

DECISIO CXXXV.

1 FVit reſolutum, non conſtate de confidentia, ſeu ſimoniaca pactione, quæ præiudicet Andreę, & litis conſortibus. Viſum enim fuit Dominis, in caſu, de quo agitur non adeſſe plenam, & concludentem probationem, quæ neceſſaria eſt in hoc crimine, etiam ſi de eo ciuiliter agatur. Abb. *in cap. veniens. il primo, nu. 4. de teſtibus*, poſt gloſſ. ibi, quam eſſe communiter receptam, tradit Alciat. *in conſilio ſecundo, nu. 41. tom. 1.* & fuit tentum in cauſa Imolen. confidentię, ſub dię vigeſimaquarta Februarij 1592. coram me, & in pluribus aliis: Quod enim dicitur, probando hoc crimine admitti indicia, & coniecturas, procedit, dummodo plenè probentur, & ſint tales, quæ nõ poſſint aliud importare, quam, vt reum de confidentia, ſeu ſimonia conuincant. Alexand. de Neuo *conſil. 64. numero 2.* Caputaquenſ. *deciſio. 202. nu. 5. p. 1.*

2 Hic autem pro confidentia ea tantum affertur coniectura, quod Ioannes, qui reſignauit capellam ad fauorem Andreæ, eius bona locauerit, & aliquos fructus ex ea perceperit; ſed iſta de neceſſitate non concludit confidentiam, cum conſtet de cauſa perceptionis iſtorum fructuum vigore mandati Procurę, per Andream facti in perſonam Ioannis; quod iure prohibitum non reperitur, tum ex eo, quod tenetur conſtituenti actione mandati ad reddendam rationem fructuum, & affictuum perceptorum, *l. Idemque, §. ſi ex fundo. ff. mand. vi*, tum etiam, quia poteſt dari caſus, quod poſt factam reſignationem Andreas ſponte ſua, vel ex aliqua iuſta cauſa conceſſerit reſignanti aliquam partem fructuum; quod non eſt illicitum, cum beneficiatus in vita ad libitum diſponat de fructibus ſui beneficii. gloſſ. *in cap. præſenti. de offic. ord. in ſexto*, & trad. Doct. *in cap. 1. de pecul. Cleric.*

3 Nec inducitur confidentia, ſeu ſimonia, niſi conſtet de præcedenti pactione, ſeu intentione ſimoniaca, quæ hic non apparet. *capit. Altardus antequam eligeretur. oct aua, queſti.* 3. gloſ. & Doct. *in cap. tua nos. de ſimon. & in dicto cap. veniens.* vbi Doct. *nu. 7. de teſtib.* idem Dec. *conſil.* 118. *numero quarto.* Pariſ. *conſilio 13. numero vigeſimoprimo, lib.* 4. Put. *deciſ.* 171. *nu. 6. lib.* 2. & fuit reſolutum in d. cauſa Imolen. & ſępiſſimè in alijs cauſis allegatis per informantes.

4 Quantum vero ad ſimoniam, quæ prætenditur ex ſolutione ſcutorum nonagintaquinque, per Andreã facta Dominico, pro ceſſione iurium & litis, illa tollitur ex facto, quia ex lectura ipſius inſtrumenti tranſactionis cõſtat, ceſſionem litis tantum, non autem iurium fuiſſe acceptatam ab Andrea, qui expreſſe negauit narrata in impetratione, & proteſtatus fuit nihil velle de iure ipſius; ſed quod prædictas pecunias ſoluebat occaſione expẽſarum factarum in lite, & vt ſe redimeret à vexatione quam ei Dominicus intulerat, quod potuit facere, vt trad. Sat. *in regula de annal. queſt. 2. numero quinto, verſic. & ſic videmus.* Anton. Angel. *in titu. de ſimon. conuentional. nume. 4.*

5 Neq; aliquid facit, quod teſtes examinati pro informatione Curiæ dicant, ceſſionẽ fuiſſe factã etiam ratione iuris, quod quòad Capellam competebat, Dominico cedẽti vigore impetrationis per eum factæ ex capite confidentiæ; quia conuincuntur de mendacio, tum ex eo, quod non conſtat de aliqua confidentia, per quam dici poſ

ſit

ſit, ſuper hac Capella vnquam aliquod ius competijſſe Dominico, quod cedere potuiſſet, *l. qui tabernas, ff. de contrahen. emptio.* Tum etiam, quia contrarium legitur in inſtrumento, cui magis eſt credendum, in quo ſolutio eſt reſtricta ad ſolam ceſſionem litis cum expreſſa negatione narratorum in impetratione Dominici, quod facit ceſſare ſimoniam, maximè cum tranſactio fuit facta in præſentia Epiſcopi ſub beneplacito Sedis Apoſtolicæ, quatenus opus ſit. Ex quibus excluditur omnis animus & intentio committendi ſimoniam, ſeu confidentiam, vt fuit aliàs conſideratum in cauſa Aretina confidentiæ ſub die 23. Ianuarij 1595. coram Reueren. P. Do. meo Litta, & ita concluſum.

MELLINI.

Romana Societatis, Veneris, 23. Iunij, 1600.

ARGVMENTVM.

Vendito Officio, ſocietas ſuper eo fundata, diſſoluitur; nec amplius currũt fructus, ſiue is, qui dedit pecunias ad ſocietatem, ſciuerit venditionem, ſiue etiam ignorauerit.

SVMMARIVM.

Officio vendito, ſuper quo ſocietas fundata eſt, non currunt amplius fructus, etiam quod is, qui pecunias dedit venditionem ignorauerit. nu. 1. & per totam deciſionem.

Societas officii diſſoluitur per venditionem officij. nu. 1.

Societate officij diſſoluta ceſſat periculum vitæ, & amiſſionis ſortis principalis, & remanet purum, & merum mutuũ, ex quo citra vſuram non poſſunt percipi fructus, non obſtante pacto, vel conſuetudine in contrarium. num. 1. in fine. Et in addit. lit. A.

Vſura eſt, ex mutuo fructus percipere. nu. 1. in fine.

Ignorantia venditionis officij non operatur, quod ſocietas duret. nu. 2.

Societates officiorum ad tantum pro centenario ſubſtinentur propter periculum vitæ. nu. 2.

Societate officij finita, competit actio ad intereſſe, probatum tamen verè, & concludenter; non autem præſumptiuè. nu. 2. in fine, & in additionibus lit. B.

Soluens ſcienter indebitum non repetit regulariter. Sed hoc fallit primo in ſolutione vſurarum. Secundo fallit, quando poteſt ſumi aliqua præſumptio, quod ſoluens noluerit donare; & ſic quando ſolutio non fuit facta animo donandi. nu. 4.

Donatio nunquam præſumitur, quando capi poteſt alia præſumptio quam donationis. nu. 4. in fine, & in addit. lit. C. ubi de materia.

Officio vendito, non eſt neceſſe, quod is, qui pecuniam dedit certioretur de tali venditione. nu. 5.

Negligens dicitur is, qui non perquirit factum ſuũ, & id, quod ſua intereſt. nu. 5. in fine.

DECISIO CXXXVI.

1 Domini circumſcripſerunt in præſenti diſputatione caput ſcientiæ, vel ignorantiæ Illuſtriſſimi Dom. Io. Baptiſtæ venditoris officij, & concluſerunt, quod ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit, fructus ei non debeantur poſt venditionem Officij. Fundamentum reſolutionis fuit, quia per vẽditionem officii ſocietas diſſoluitur, *l. verum, §. vltimo, ff. pro ſoc. §. ſoluitur. Inſtit. eodem titulo*, & diſſoluta ſocietate, ceſſat periculum vitæ, & amiſſionis ſortis principalis, & remanet purum, & merum mutuum, ex quo citra vſuram
a non poſſunt percipi fructus, [a] non obſtante pacto, vel conſuetudine in contrarium, vt fuit reſolutum in cauſa Rom. Societatis coram Cardinali Lancelloto 28. Aprilis 1570. & in alia Romana Societatis 10. Maii 1578. coram Illuſtriſſimo Cardinali Blancheto, & in cauſa Rom. duorum millium, 3. Iunii 1575. coram Cotta & ſæpiſſime in alijs cauſis.

2 Diſtinctio autem, quæ fit per modernos, & hic per informantes inter ſcientem, & ignorantem, non habet aliquod fundamentum; quia ignorãtia venditionis officii non operatur, quod ſocietas duret. Alexand. *conſi. 60. numero 1. & 2. libr. 7.* & diſſoluta ſocietate, militat eadem ratio, quod ſcilicet ceſſat periculum amiſſionis capitalis, propter quod periculum ſolum ſubſtinentur ſocietates Officiorum, & licitè percipiuntur fructus; & remanet purum mutuum, & conſequenter nõ poſſunt percipi fructus, ſed ſolum in hoc caſu
b competit actio ad intereſſe [b] probatum vere, & concludenter, & non præſumptiuè, iuxta doctrinam Pauli de Caſtr. *in l. 3. §. vlt. ff. de eo, quod cert. loco*, quam Rota ſeruat, vt per Pute. *deciſ. 232. lib. 1.* Mohedan. *deciſ. 208.* Veral. *deciſ. 2. lib. 3. in manuſcriptis.*

3 Non obſtant text. *in l. ſed, & ſocius, §. ſi abſenti, & in l. actiones, §. item ſi alicuius. ff. pro ſocio.* quia in ſpecie illorum textuum ſocietas eſt finita, licet vnus ex ſociis ignoraret diſſolutionem. Bartol. & Bald. *in dicto §. ſi abſenti.* idem Bartol. & Fulgoſ. *in dicto §. item ſi alicuius.* Alexand. *dicto conſilio 60. numero 1. et 2.* & quæſtio ſolum eſt de damnis, & lucris, & aliis geſtis medio tẽpore inter diſſolutionem ſocietatis, & ſciẽtiam alterius ſocii. & iſta quæſtio ceſſat in hac ſpecie, quia poſt venditionem officii non poteſt amplius alicui ex ſocijs obuenire neque lucrum, cum eſſet periculum amiſſionis ſortis principalis ex parte dantis, & ex officio vendito ſuper quo ſolum eſt contracta ſocietas, alius ſocius non poſſit amplius percipere vllos fructus.

4 Non obſtat, quod cum iſti fructus fuerint ſoluti ſponte à ſciẽte illos eſſe indebitos, non poſſunt amplius repeti, *l. 1. ff. de cond. indeb.* cum aliis

allegatis, quia hoc non habet locum in vſuris, quæ poſſunt reperi, etiam quod fuerint ſcienter, & ſponte ſolutæ. Bar. *in l. ſi non ſortem, §. ſi quis fa cto, ff. de condic. indeb.* Iaſ. *in dicta l. 1. ſub nu. 12. verſ c. quinto limita.* Dec. *in l. cuius per errorem. nu. 4. ff. de reg. iur.* Et tanto magis, quia iſta ſolutio non fuit facta ab Epiſcopo animo donandi, ſed ad effectum differendi reſtitutionem ſummæ ſatis notabilis ſcutorum duorum millium ſortis principalis, quam tūc non habebat in promptu, vt probatur ex ſuis literis. Et quando poteſt ſumi alia

c præſumptio quam donationis,[c] ſoluens ſcienter indebitum poteſt repetere. Bald. *in dicta l. 1. in fine*, & ibi Iaſ. *in quarta limitatione.* Dec. *in d. l. cuius per errorem. nu. 2.*

5 Non obſtat, quod ex ijs videatur ſequi abſurdum, quod ſcilicet eſſet in poteſtate recipientis pecunias ad ſocietatem, vendendo officium poſt contractam ſocietatem ſine certioratione ſocij, eum priuare fructib. ſocietatis, quia certioratio non eſt neceſſaria. Alex. *dicto conſ. 60. & nu. 2.* & ex iſta venditione non reſultat aliquod præiudicium conſiderabile, cum non currat amplius periculū amiſſionis ſortis principalis; & is, qui dat pecuniam, facile poſſit certiorari, an ſocietas duret, vel ne, & ea diſſoluta repetere ſortem principalem; & ideo imputare ſibi debet, ſi eſt negligēs in perquirendo, an ſocietas duret.

ADDITIONES.

a *Non poſſunt percipi fructus.* Vide de hac materia in. conſil. Domini mei Farinacij *decimoquinto*, vbi plenè diſcutitur, an, & quando finita, ſeu diſſoluta ſocietate officij, debeantur fructus, & ad quam rationem, & poſt dictum conſilium reperies deciſio. Cardinal, Lancellotti hic allegatum.

b *Ad intereſſe.* Hoc intereſſe an poſſit per partes taxari, & an illius loco, fructus ſocietatis officij currant aliquo modo, vide latiſſimè *in d. conſ. D. mei Farinac. 15.*

c *Donationis.* Vulgaris eſt regula, quod donatio non præſumitur, & quod omnis alia coniectura, etiam leuis, & fatua capienda eſt potius, quàm donationis. Verum plures ſunt caſus, in quibus etiam præſumitur donatio, de quibus placuit lectorem remittere ad ſcripta per Tiraquell. *in l. ſi vnquam. in verbo, Donatione largitus, nu. 80. ſequentibus, C. de reuocan. donat. & in tracta. de Iud. in reb. exig. verſ. 377.* Marſil. *ſingul. 56. & 57.* Neuiza, *conſ. 8. nu. 39. 40. & 50. & conſ. 21. nu. 21.* Anton, Gomez. *de contract. tit. de donat. ſub nu. 5. & in addit.* Villalob. *in commun. opinio. litera D. nu. 3.* Cæphal. *conſ. 39. num. 30. lib. 1. & conſil. 90. nu. 29. & conſil. 148. nu. 35. ſeq.* Menoch. *de arbitra. quæſt. 88. per totum lib. 2.* Ioſeph. Ludou. *concluſ. 9. per totam.* Maſcar. *de probat. concluſ. 345. nu. 68. & concluſ. 554. per totam, & concluſ. 562. num. 3.*

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

MELLINI.

Romana Iuriſpatronatus, 10. *Nouembris*, 1600.

Simonia an inducatur ex pręſentatione cum pacto, quod pręſentatus faciat celebrare miſſas; Et quod teneatur recuperare bona ad capellam pertinentia, illius ſcripturas congregare & iura tueri.

SVMMARIVM.

Simonia non inducitur ex eo, quod Patronus beneficij in præſentatione appoſuerit pactum, quod præſentatus teneretur iura beneficij tueri, & ſcripturas recuperare. nu. 1

Simonia non inducitur ex conditionibus, quæ de iure communi inſunt n. 1. in fine.

Simonia non inducitur ex præſentatione, ſeu collatione beneficij cum onere celebrationis miſſarum, & præſentationis, quando tale onus fuit appoſitum non in actu collationis, ſed ante collationem. nu. 2.

Simonia non inducitur ex præſentatione, ſeu collatione cum onere celebrationis miſſarum, etiam quod tale onus fuerit impoſitum in actu collationis. nu. 3.

DECISIO CXXXVII.

1 DVbitaui, an præſentatio Iulij ad fauorem Alexandri ſit ſimoniaca; ſimonia enim deducebatur ex pacto in præſentatione Iulij appoſito, quod Alexander tenetur celebrare facere in hac capella miſſas decem quolibet menſe pro ſalute & remedio animarum ſuorum anteceſſorū, & dictæ Capellæ fundatorum, & quod teneatur pro eius poſſe tueri iura dictę Capellæ, & quęcūque bona ad illa pertinentia recuperare, ſcripturaſque in vnum congerere ad hoc, vt poſteri poſſint de illis notitiam habere: Et cauſa propoſita, Domini quantum ad onus impoſitum Alexandro defendendi iura Capellæ, & recuperandi bona, & congerendi in vnū ſcripturas, reſoluerunt, ex eo non induci ſimoniam, quia defenſio iuriū Capellæ, & recuperatio bonorum, & conſeruatio ſcripturarum extantium ſpectat ad inſtitutum in beneficio, qui eſt illius defenſor immediatus, vt per Lamberteng. *de iur. patrona. libro tertio, ſecunda quæſtio. princip. numero ſecundo*, Et conditiones, quæ de iure inſunt, non inducunt ſimoniam, vt per Docto. *in cap. ſignificaſti*, & ibi Egid. *numero ſecundo, de elect.* Caputaq. *deciſ. ducenteſimaquadrageſimaprima, lib. 1.*

Quo

2 Quo verò ad onus celebrationis miſſarum, licet Domini idem ſentirent, tamen quia materia eſt difficilis,& exēplaris,& adeſt varietas opinionum inter Doctores, volui iterum ſuper hoc particulariter dubitare, & difficultas iſtius articuli potiſsimum pendet ab intellectu *c. ſignificatum. de præb.* in quo refertur ſimilis facti ſpecies, & ibi gloſſ. affert duos intellectus. Primus intellectus eſt, quod iſtud onus celebrationis miſſarum fuerat appoſitum ante collationem, & non in ipſo actu collationis, & ideo collatio in ſpecie illius tex. non eſt ſimoniaca, & iſtū intellectum ſequūtur ibi Collect.& Cardinal. *ſub num.* 2. Abb. *ſub num.* 7. Imol. *ſub numero nono*, & Dec. teſtatur eſſe magis communem *ſub num.* 20. & iſtum intellectū videtur alias Rota fuiſſe amplexa, vt per Caputaq. *in dict. deciſio.* 241. & vt dicit gloſſ. *in dicto capitulo, ſignificatum*, iſte intellectus eſt de indubitabili.

3 Alius intellectus eſt, quod iſtud onus ex conuentione fuerat impoſitum in actu collationis, ſed vti quid ſpirituale non inducit ſimoniam, & iſtum intellectum ſequuntur gloſſa *in capitulo, primo, in uerbo, ſpiritualia, prima, quæſtione prima, & in dicto capitulo, ſignificatum.* Abba. Antiqu. *numero ſecundo.* Hoſtienſ. *poſt principium.* Ioann. And. *columna ſecunda uerſiculo in gloſ. prima.* Anchar. *numero ſecundo, & ſub numero quinto.* Ant. de Butr. *ſub numero decimo.* Benedict. Capr. *in lecturam manuſcript.* Dec. *numero vigeſimo*, & alij quos refert Egid. *in dicto capitulo, ſignificaſti, ſub num. ſecundo, & ſub numero* 5. *de elect. ſo.* licet ipſe videatur dubitare, & iſte intellectus magis placuit Dominis, quia primus intellectus non cōgruit literæ illius tex. vt in ſpecie ponderant Imol. Capra, & Dec. cum repugnent illa verba, *præbendam dediſtis*, ita quod miſſam debeat quotidie celebrare, quæ oſtendunt fuiſſe initam conuentionem in ipſo actu collationis, & aliter intelligēdo tex. eſſet de indubitabili, vt dicit gloſſa, & non fuiſſet opus conſulere Papam; & licet in eo textu non approbetur pactum vti licitum, & fuerit adhibita confirmatio Papæ, tamen Doctor. non faciunt vim in confirmatione Papæ, & diſputant in terminis illius tex. circumſcripta confirmatione Papæ, an collatio ſit valida, vel ſimoniaca? & in iſta varietate opinionum videbatur Dominis magis recepta opinio negatiua, quicquid in contrarium dicat Dec. præſertim ſi demandantur authoritates eorum qui ſequuntur primum intellectum, ſed non excluſiue ad ſecundum; & placebant rationes iſtius opinionis, quod in hoc caſu præſentatio non ſit ſimoniaca, quia iſtud onus celebrationis miſſarum eſt quid ſpirituale, & nullum affert temporale commodū patrono, neq; quo ad æſtimationem pecuniarum redigi poteſt ad eius vtilitatem, cum alias non eſſet obligatus iſtas miſſas celebrare facere; neque continet aliquid extrinſecum nihil conferens ad beneficium, in quibus caſibus procedunt Deciſ. Caputaq. & aliæ authoritates, & exempla, quæ in contrarium deducuntur per informantes, & placuerūt etiam reſponſiones quæ afferuntur per Dec. *in dict. cap. ſignificatum. numero vigeſimo, & vigeſimoprimo.* Vnus etiam ex Dominis conſiderabat, quod in ſpecie capituli *ſignificatum*, videtur potius fuiſſe deductum in controuerſiam pactum de celebrando miſſam ſingulis diebus, quàm ipſa conuentio de celebrando; neque videtur veriſimile, quod ſi ſola conuentio de celebrando miſſam fuiſſet habita pro ſimoniaca, Papa eum confirmaſſet permittendo, quod inſtitutus retinuerit beneficiū per ſimoniam acquiſitum; & ideo ex hoc inferebat, non poſſe fieri fundamentum, quod fuerit adhibita confirmatio Papæ in ſpecie illius textus, eo quia conuentio erat ſimoniaca.

4 Non obſtat, quod Iulius ex teſtamento Lucretiæ erat obligatus facere celebrare decem miſſas; & ideo per iſtud pactum releuatur ab illo onere, quia iſtud onus ex teſtamēto Lucretiæ eſt appoſitum frattribus S. Bartholomæi, quibus fuit legatus cenſus ſcutorum ſedecim ad iſtum effectum, vt faciant celebrare decem miſſas, & conſequenter ex iſto pacto, Iulius non conſequitur releuationem, neque aliquod commodum.

M E L L I N I.

Romana Societatum, 29. Ianuarij, 1601.

ARGVMENTVM.

Societates officij initæ cum eadem perſona, & ad fauorem eiuſdem perſonę non ſubſtinentur, niſi vſque ad valorem officij.

SVMMARIVM.

Societates officij initæ cum eadem perſona ſuper eodem officio ſubſtinentur ſolum vſque ad valorem officij, & nō vltra. nu. 1. *& per totam deciſionem.*

Societates officij non poſſunt contrahi vigore Bullæ Pauli Quarti vltra medietatem valoris officij. nu. 1.

Societates officij vigore conſtitutionis Pij Quarti poſſunt contrahi vſque ad valorem officij, & non vltra. nu. 1.

Publicatio, an ſit neceſſaria in conſtitutionibus emanatis motu proprio. nu. 2

Publicatio conſtitutionis præſumitur, quando illa reperitur regiſtrata in ſecretaria Apoſtolica impreſſa ab impreſſoribus Cameralibus publicè vendita, & in deciſionibus cauſarum allegata, & obſeruata. nu. 2.

Societas officij non poteſt ſtare ſine officio. nu. 3. *Quia officium eſt ſubiectum, & fundamentum ſocietatis. num.* 4. 7. 8. *& nu.* 9. *in fine.*

Officia nõ dicuntur alienari, ex eo quod quis ſuper illis accipiat pecunias ad ſocietatem, ſed ſolum admittitur ad participationem fructuum. nu. 5.

Officia ſunt in communi commercio, & eorum fructus poſſunt eti am in totum communicari. nu. 5.

Venditio vnius rei pluribus facta, eſt valida, quia ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſi rem venditam non poteſt ſecundo vẽditori tradere. nu. 6. & in add. lit. A. vbi quomodo puniatur vendens, ſeu hypothecans eandem rem pluribus ac diuerſis perſonis.

Cenſus uitalitius repeti non poteſt, & ſubſtinetur propter incertitudinem uitæ nu. 7.

Societas officij differat a cenſu uitalitij. numero ſeptimo.

Societas poteſt contrahi etiam ſuper re aliena in præiuditium contrahentis. nu. 9.

Officia non poſſunt ſubhaſtari, niſi cum magna difficultate, & de licentia Papæ. nu. 9.

Conſuetudo non dicitur probata, niſi etiam probetur, quod fueret obtenta in contradictorio iudicio cum oppoſitione partium. num. 10.

Conſuetudo non inducitur ex ſententijs difformibus. numero 10.

Conſuetudo non ſuffragatur in materia uſuræ. numero 10. in fine.

DECISIO CXXXVIII.

1 HOnorius Trincius ſuper ſuo officio militis Pij valoris ſcutorum 500. acceperat a Lelio Bariſciano diuerſis temporibus plures pecuniatum ſummas longe excedentes valorem officij. Dubitaui, an iſtæ ſocietates officij fuerint validæ in totum, vel ſolum vſque ad valorem officij? & Domini fuerunt concordes, quod ſocietates officij initæ cum eadem perſona ſuper eodem officio, ſubſtinentur ſolum vſque ad valorem officij, & non vltra. Mouebantur; Primo propter conſtitutiones fel. rec. Pauli Quarti, & Pij Quarti. In conſtitutione enim Pij Quarti prohibetur contrahi ſocietates officij vltra medietatem valoris officij, & requiritur ſupplicatio ſignatã manu Papæ. Conſtitutio vero Pij Quarti continet moderationem illius conſtitutionis, & permittit, vt in futurum contrahi poſſint ſocietates ſine ſupplicatione vſque ad valorem officij, & non vltra.

2 Et quamuis non inueniatur publicatio conſtitutionis Pij Quarti, tamen dicebant Domini, quod aut iſta conſtitutio fuit publicata, & ſocietates vltra valorem non ſubſtinentur: aut non fuit publicata, & multo minus ſubſtinẽtur, quia ſi iſta conſtitutio non habuit effectum, remanet conſtitutio Pauli Quarti prohibentis contrahi ſocietates vltra medietatem valoris officij: Vltra quod ſi publicatio eſt neceſſaria in conſtitutionibus emanatis, motu proprio, illa eſt multum veriſimilis, cum iſta conſtitutio reperiatur regiſtrata in ſecretaria Apoſtolica, impreſſa ab impreſſoribus Cameralibus, & publice vendita, & vſque ad hanc diem fuerit ſemper allegata in deciſionibus cauſarum, & obſeruata ſine aliqua contradictione, & ceſſat ſecundũ Dominos omnis difficultas, quia in Pontificatu Pauli Quarti expediebãtur ſuper huiuſmodi ſocietatibus ſupplicationes, quæ vigore illius conſtitutionis erant neceſſariæ, & poſt iſtam conſtitutionem Pij Quarti non fuerunt amplius expeditæ iuxta formam iſtius conſtitutionis, & ſocietates fuerunt contractæ vltra medietatem valoris officij, & ex iſta obſeruantia ſubſequuta ſatis aperte declaratur, quod conſtitutio Pij Quarti fuit publicata, & habuit effectum.

3 Secundo circunſcriptis etiam iſtis conſtitutionibus, mouebantur Domini, quia ex diſpoſitione iuris communis, iſtæ ſocietates non poſſunt ſubſtineri in exceſſu, neque in vim contractus ſocietatis, neque in vim alterius contractus. Quantum enim ad contractum ſocietatis notiſſima eſt illius forma, quod partes ineunt ſocietatem ſuper officio, & officialis facit participem fructuum eum, qui dat pecunias pro rata parte, quã partem propter incertitudinem fructuum officij, & ad effectum euitandi labores computorum, idem officialis conducit ad rationem duodecim pro cẽtenario; & ideo cum dans pecunias admittatur ab officiali in ſocium officij, & ad participationem fructuum, in eo quod ſocietates excedunt valorem officij, ceſſat officium, quod eſt ſubiectum ſocietatis; & communicatio fructuum, quorum ſocius pecunias conferens, particeps fieri poſſit; & conſequenter ſine ſubiecto, & communicatione fructuum non poteſt ſubſiſtere ſocietas *l. verum. in fine. ff. pro ſocio.* & duodecim pro centenario percipiuntur ex pecunia, ex qua non poſſunt licite percipi fructus.

4 Et quamuis officium non pereat communi periculo; ſed per mortem officialis totum pereat damno ipſius contra naturam contractus ſocietatis, tamen ex hoc non ſequitur, quod officium non ſit ſubiectum ſocietatis, quia pro maiori commoditate contrahentium periculum ſocietatis inter ſocios commutatur; ſi enim officialis moritur, officium amittit; & econtra, ſi moritur ille, qui dat pecunias, amittit ſuum capitale, & ſic in effectu compenſantur periculum cum periculo.

5 Nec placuit Dominis, quod officia ſint de regularibus, & non poſſint pignorari, vel obligari; & ideo licet ſocietates abſorbeant totum valorem officij, officium ſemper remanet integrum penes officialem, & conſequenter remanet etiam ſubiectum ſocietatis, & res quæ poſſit communicari, quia per iſtum contractum non alienatur officium, ſed ſocius admittitur ſolum ad participationem fructuum, & in exceſſu non remanent fructus, qui poſſint communicari. Præterea licet titulus officij non poſſit alienari ſine conſenſu Papę ad effectum euitandi fraudes, & vt poſſit eſſe certus de vacatione; tamen reſpectu contrahentium, dummodo non mutetur perſona officialis, & remaneat periculum vitæ in eadem perſona, officia ſunt in communi cõmercio, & poſſunt etiam in totum fructus communicari, vt fuit dictum in cauſa Romana officij ſcriptoriæ prima Aprilis 1588. coram R. P. D. meo Pamphilio,

phiſlo,& tanto magis per viam contractus ſocietatis,qui aliter iniri non poteſt, & permittitur a Papa,etiam ſine licentia.

6 Non obſtat,quod ſicut idem prædium,& fructus illius poſſunt vendi pluribus perſonis, ita pariter ſuper officio, & illius fructibus poſſunt admitti plures ſocij, quia inter iſtos duos caſus ratio diuerſitatis eſt euidens; quando enim eadem res venditur pluribus, venditio eſt valida, quia cum venditor teneatur ſolum tradere,& ſic ad factum,cuius loco ſuccedit obligatio ad intereſſe,ſi non poteſt ſecundo emptori tradere idem prædium,vel fructus illius,ſoluendo intereſſe liberatur;ſed in ſocietate,ſecus eſt, quia nõ poteſt conſiſtere ſine officio, & eo ipſo quod eſt admiſſus aliquis in ſocium,officium eſt ei communicatum,& non eſt amplius communicabile,& conſequenter de tempore contractus nihil remanet penes ſocium, quod poſſit alteri communicare, & ſuper eo admittere alium in ſocium.

7 Quod vero non poſſint ſuſtineri in vim alterius contractus, fundamentum Dominorum fuit,quia in vim cenſus vitalitij propter periculum vitæ extimabile pecunia, iuxta *conſilium Oldrad.*207. non poteſt ſuſtineri, quia de natura iſtius cenſus vitalitij eſt , quod pecunia repeti non poſſit, & ſuſtinetur ſolum propter incertitudinem vitæ,vt per Dec. *in conſilio* 121. *ſub numero primo*, & ideo cum dans pecunias ad ſocietatem, poſſit illas repetere, elapſis ſex menſibus, iſte contractus eſt contrarius naturæ cenſus vitalitij:ratione vero aſſumpti periculi,non poteſt ſuſtineri, quia quando officium eſt grauatum in totum,non exiſtente officio nec fructibus,nihil remanet officiali periculo expoſito,pro cuius curatione aliquid præſtari poſſit, *l.nihil intereſſe. & l.periculi.ff.de nautico fœnore*,& etiam quia nullum periculum transfertur in officialem pecunia æſtimabile, cum periculum cum periculo compenſetur.

8 Et ceſſante periculo non poteſt etiam ſuſtineri in vim contractus ſponſionis, quia iuſtitia ſponſionis pariter eſt fundata ſuper periculo; & licet Sot. *de iuſtit. & iur. libro ſexto, quæſtio. ſexta, articulo ſecundo, columna penultima*, & Nauarr. *quæſtion. vigeſimanona numero tertio de vſur.* nitantur ſolum iuſtificare iſtos contractus ratione aſſumpti periculi,& aſſecurationis, & in vim ſponſionis, tamen vterque eorum præſuponit exiſtentiam, capacitatem officij, & dubitant ſolum de validitate iſtius contractus, qui non poteſt reſtitui ad rationem cenſus, cum capitale poſſit repeti finitis ſex menſibus;neque poteſt ſuſtineri in vim contractus ſocietatis, quia ſocius iuxta naturam ſocietatis non ſubit periculum amiſſionis officij, & ideo putant illum eſſe reducendum ad contractum aſſecurationis, vel ſponſionis;ſed cum in iſto contractu periculum cum periculo compenſetur, vt dictum fuit, ceſſat eorum fundamentum,& contractus remanet licitus ex ſui natura,& ſuſtinetur ex lege ſocietatis,neque eget iuſtificatione reducendo illum ad aliam ſpeciem contractus, quem contrahentes non intellexerunt inire; & tanto magis, cum in vim illorum contractuum non poſſit ſuſtineri.

9 Tertio dicebant Domini,non eſſe recedendum ab hac opinione,quia vltra rationes concurrunt etiam authoritates Doctorum; Hanc enim opinionem ſemper tenuit Rota, vt patet ex multis deciſionibus factis in hac materia in cauſa Romana ſocietatis de Ferris,ſexta Nouẽbris,1581. coram R. P. D. Seraphino in cauſa Romana ſocietatis de Lucchinis, vigeſimaquarta Ianuarij 1575. coram Illuſtriſſimo Blanchetto, & coram eodem in alia Romana ſocietatis vigeſimaoctaua Ianuarij 1591.& vigeſima Octobris 1595.& in alia Romana ſocietatis prima Iulij 1596. coram Reuerend.Par.Domin.Corduba,& deciſiones,quæ alleganturin contrarium,non tangunt iſtum caſum,& in eis ſemper præſupponitur exiſtentia,& capacitas officij;licet enim iſte contractus ſuſtineatur ratione periculi,vt fuit reſolutum in cauſis Romana compromiſſi, & Foroliuien.ſocietatis coram bon.mem. Epiſcopo Lauretano,& ideo ceſſante periculo remãnet purum mutuum,& fructus non debentur, vt fuit reſolutum in cauſa Romana ſocietatis coram bon.memor.Cardinali Lancillotto, & Romana damnorum coram Cotta; tamen ex hoc non ſequitur, quod ſocietates ſuſtineantur propter periculũ ſine officio, & quod non requiratur exiſtentia,& capacitas officij:in cauſa vero Romana, ſeu Tuſculana ſocietatis officiorum erat capax, & fuit ſolum reſolutum ſocietatem ſuſtineri,quia etiã ſuper re aliena poteſt contrahi ſocietas in præiudicium contrahentis, & præſertim cum adeſſet probabilis ignorantia dantis pecunias ad ſocietatem,quæ in hoc caſu ceſſat;& alia deciſio,quæ allegatur in cauſa Romana ſocietatis de Lucchinis,quod a communiter accidentibus inſpiciuntur potius fideiuſſores,quã officia, quæ ad colorandum contractum,& euitandam vſurariã prauitatem interponuntur,non facit ad rem,quia licet habeatur reſpectus magis ad fideiuſſores quã officia,cum officia non poſſint ſubhaſtari niſi cũ magna difficultate, & ſine licentia Papæ, & a fideiuſſoribus ſit facilior exactio,tamen ex hoc nõ infertur,quod ſocietates ſuſtineantur ſine officio,& potius illa deciſio confirmat hanc opinionem, cum admittat contractum ſine officio eſſe vſurarium , & ſic Rota nunquam receſſit ab hac opinione,quam etiam ſequuti fuerunt multi iudices extra Rotam,adhibito etiã conſilio Theologorum,& omnes recentiores qui de iſtis ſocietatibus ſcripſerunt, & demum articulo diligẽter diſcuſſo eadem opinio placuit congregationi ad iſtum effectum a S.D.N. inſtitutæ, cui interfuerunt quinque Illuſtriſs. Cardinales, tres Rotæ Auditores antiquiores,& tres Theologi.

10 Non obſtat, quod propter conſuetudinem ineundi ſocietates vltra valorem officij contractus ſuſtinentur ex bona fide contrahentium, quia iſta conſuetudo non probatur obtenta in contradictorio iudicio cum oppoſitione partiũ, & effectuatione mandatorum,prout probari debet,

bet, & conſtat de contrario ex deciſionibus factis in diuerſis cauſis, ſecundum quas fuit iudicatum, & conſuetudo non inducitur ex ſententijs diſformibus. Alberic. *in l. quæſitum. §. ſi quid eodem. ff. de fund. inſtru.* Aym. *quæſtion. 96. numero quinto*; vltra quod ſi probaretur, non releuaret, quia conſuetudo non ſuffragatur in materia vſuræ, *capit. quia in omnibus, de vſuris*, & fuit late deductum in cauſa ſocietatis ſecunda Iunij, 1590. coram bon. memor. Cardinali Lancillotto.

ADDITIO.

a *Venditur pluribus.* Qui vnam eandemque rem diuerſo tempore pluribus vendidit, punitur criminaliter, & pęna falſi tenetur; ſi vero non titulo venditionis, ſed donationis, aut alio contractu pluribus eandem rem diuerſo tempore alienauerit, & tunc non pęna falſi, ſed tantum crimine Stellionatus tenetur. *l. qui duobus. ff. de falſis*, & plene poſt alios, quos allegant, antiquiores, ſcripſerunt Plot. *de in lit. iuran. ad leg. ſi quando. numero 117. & ſequent. C. vnde vi*, ſecundum antiquā impreſſionem, vbi amplius, quod datur iſto caſu iuramentum in litem contra vendentem, & alienantem rem duobus. Anchar. Regien. *quæſtio. ſecunda numero nono lib. ſecundo*, vbi pariter, quod datur iuramentum in litem. Pract. Corrad. *titulo de falſ. numero vigeſimoſecundo, & vigeſimotertio folio mihi 396. & 399.* Menoch *de arbitr. quæſt. libro ſecundo. caſ. 381. numero decimo, & ſequent.* Monticell. *reg. crim. 15. numero 86.* vbi etiam, quod quandoque donans rem duobus punitur pęna falſi, quando ſcilicet in contractu donationis aſſerit de re donata non diſpoſuiſſe in præiudicium donatarij. Clar. *in pract. §. falſum, numero vigeſimonono. verſ. vendens.*

Sic & hypothecans vnam, & eandem rem pluribus perſonis, quod crimine Stellionatus teneatur, eſt text. *in l. prima. ff. & C. de crimin. Stellionat.* Bonif. de Vitalin. *in titulo de extraordin. crimin. numero 16.* Pract. Papien. *in forma actionis hypothec. gloſſ. ſub eadem, in fine.* vbi diſtinguit Anton. Gomez. *de delict. in titulo de crimin. Stellionat.* vbi teſtatur de communi, & eam ampliat, etiam quod vna, & eadem res pluribus generaliter hypothecetur, quamuis Ang. in loco per eum relato, contrarium dixerit.

Verum propoſita concluſio minime procedit in pluribus caſibus, quos hic explicare, non erit incongruum; Primus eſt, quādo primus emptor pretium non ſoluiſſet, tunc enim non prohibetur alteri eadem res vendi, ſecundum Plot. *in loco præcitato.* Dec. *in l. numero 19. ff. de reg. iur.* Gabr. *titulo de emptione, & venditione, concluſ. ſecunda, numero vigeſimoſecundo, & 53.* Anch. Regien. *dict. quæſt. ſecunda, numero 81. libro ſecundo.* Monticell. *dict. reg. crimin. 15. numera 56. verſ. item verum*: Secundus eſt caſus, quando prima venditio eſſet nulla. Menoch. *dict. Caſ. 391. num. 19.* Plot. *dicto nu. 178.* Anch. *dict. quæſt. ſecunda, nu. 8.* Tertius eſt caſus, quando ſecundus emptor ſciebat, vel ſcire debebat, & non curauit, rem ſibi venditam alteri prius fuiſſe venditam. Menoch. *dict. Caſ. 381. numero duodecimo, & ſeqq.* Quartus eſt caſus, quia quicquid ſit de iure, de conſuetudine ſic rem duobus vendens non punitur, prout teſtatur Pract. Papienſ. *in loco præcitato*, & refert Corrad. *vbi ſupra numero vigeſimoſecundo*, & Clar. *in dicto §. falſum. eodem num. 29.* Sed certe apud nos hæc conſuetudo non viget, quia ſæpe vidi procedi criminaliter contra eos, qui vnam, & eandem rem duobus vendiderat, animo recipiendi pretium ab vtroque emptore, vel ſecundo maius pretium eo, quo fuit vendita primo loco.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

IVSTI.

Romana hæreditatis de Bellauita, Veneris, 20. Decembris, 1601.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum an reddatur nullum ex eo, quòd inſtitutio fuerit facta a teſtatore grauiter infirmante, & reſpondente per verbum, ſic, vel annuente cum capite: & an Notarius poſſit redargui ex eo, quod in dicto teſtamento non ſcripſerit verba aliqua extranea ab actu teſtādi, & a teſtatore prolata, ex aliquo morbi accidente ſuperueniente.

SVMMARIVM.

Teſtamentum non redditur nullum ex eo, quod teſtator in confeſſione teſtamenti aliquo accidenti oppreſſus, protulerit aliqua verba extranea ab actu teſtandi, & non ſcripta a Notario in teſtamento. numero primo ad finem.

Notarius non tenetur ſcribere in teſtamento, niſi ea, de quibus fuit rogatus a teſtatore. numero primo ante finem.

Inſtitutio hæredis facta a teſtatore, etiam per verbum, ſic, vel per annuitionem capitis ad interrogationem Notarij valet, quando prius fuit dictatum teſtamentum ab ipſa teſtatrice. numero ſecundo, & in additio. litera A.

Inſtitutio facta ad nutum teſtatoris valet, quando teſtator aperte prius dixerat, quod volebat inſtituere tales, & tales, poſt nu. 2.

Teſtamentum factum a teſtatore, etiam morti proximo valet, quando alias teſtator eſt in ſenſu ſuo ſub nu. 2. & in add. litera, B.

Teſtes

Teſtes non probant negatiuam, quod teſtator aliquid non dixerit, deponendo ſe hoc non audiuiſſe. num. 3. & in addit. litera C.

DECISIO CXXXIX.

1 CVm prætenderet Iacobus Saluionus, ſe eſſe hæredem inſtitutum a Lucretia de Bellauita, cauſa fuit introducta coram me inter ipſum Iacobum, & Andream Silueſtrinum & Franciſcum Pirandum hæredes nominatos, & inſtitutos in teſtamento eiuſdem Lucretiæ, & poſſeſſores hæreditatis; necnon diſputato, & deciſo Dubio in Rota, firmatoque, verba illa, vel nomen illud interiectum inter nominationem hęredum *Iacomo Iacomo*, non importare illius inſtitutionem, vt in deciſione in hac cauſa facta quinta Maij 1601. Tandem pronunciaui, nullum ius competere nec competijſſe Iacobo ſuper hæreditate Lucretiæ, ipſoſque Andream, & Franciſcum abſolui ab impetitis; & quia erat conſentaneum, vt cauſa vnica ſententia terminaretur, taxatæ fuerunt expenſę, & cauſa omnino terminata, & nihilominus Ioan. Iacobus non ceſſabat ciuiliter, & criminaliter eoſdem hæredes coram Illuſtriſſimo Gubernatore Vrbis, ſuper nullitate eiuſdem teſtamenti moleſtare, vnde ſignatura ab eodem Gubernatore cauſam auocauit, & mihi in Rota commiſit, & Sanctiſſimus Dominus Noſter, mādauit, vt cauſa in Rota terminaretur pro iuſtitia; quapropter diſputato particulari dubio, & præſuppoſito, quod Lucretia Teſtatrix protulerit illa verba, *Iacomo Iacomo*, an teſtamentum poſſit dici nullum, pręſertim, quia Notarius non ſcripſerit in teſtamento eadem verba protuliſſe; Domini cenſuerunt teſtamentum propterea non eſſe nullum; ſi quidem illa verba non pertinent ad teſtamentum, neque fuerunt prolata a Teſtatrice in ipſo teſtamento, ſed ex accidenti, quia ſuperuenit defectus quidam Teſtatrici ęgrotanti, nec tenebatur Notarius apponere in teſtamento, quia de illis non fuerat rogatus. Bal. *in rubr. C. de fide inſtrument.* Roland. *conſilio ſexageſimonono, numero quinquageſimoſexto, libr. tertio*, cum alijs allegatis per informantes; & ideo notarius, qui ante rogitum dictauerat, & ſcripſerat teſtamentum de mandato Teſtatricis, & dubitabat de extenſione propter illa verba in medio inſtitutionis expreſſa, licet in actu rogitus adhibuiſſet communem diligentiam, tamen conſulit Rotam, dum penderet cauſa, ſi extendenda eſſent illa verba, *Iacomo Iacomo*, & Rota bene mandauit Notario iſto legali, & fide digno, vt publicaret teſtamentum abſque illis verbis, *Iacomo Iacomo*, quia erant extranea ab actu teſtandi, & quod reliqua deponeret in examine, cui ſe ſubiecit.

2 Et præſertim iſta vera eſſe, apparet, quia illa verba non alterant in aliquo, nec innouant diſpoſitionem Teſtatricis, quæ poſtquam prolatis illis verbis redijt ad ſenſum ſuum, interrogata a Notario, an vellet hęredem inſtituere Andream
& Franciſcum, ſecundum aliquos ex teſtibus, re-
a ſpondit, ſic, & ſecundum omnes annuit capite [a];
quod ſufficit, quando, prout hic, prius fuit dicta-
tum teſtamentum ab ipſa Teſtatrice, glo. *in l. Iu-
bemus, C. de teſtamen.* cum allegatis per Gabrie-
lem *concluſione ſecunda, eodem titulo*, & adeſt deci-
ſio coram Robuſterio in Romana de Maximis,
& Mattheis octaua Maij 1579. Maxime, quia
hoc caſu valeret inſtitutio facta ad nutum, quia
iam Teſtatrix aperte dixerat, quod volebat hære-
des inſtituere Andream & Franciſcum. Io. And.
ad Spec. *in titulo de teſtamen. §. in primis. in additio.
incipiente, quidam Pileus.* Pariſ. *conſilio trigeſimo, nu-
mero trigeſimo, libro tertio*, Illuſtrimo Mantica *de
coniect. lib. quarto, titulo quarto, numero decimo*, qui
loquuntur, quando Teſtator erat morti proxi-
b mus,[b] dummodo alias eſſet in ſenſu ſuo, & præ-
ordinaſſet teſtamentū, vt in dicta deciſione Ro-
buſterij, quæ loquitur in terminis fortioribus in
teſtatore oppreſſo ſomno lethali, & hic ceſſat ſu-
ſpicio, quæ reſultat ex facilitate reſponſionis, &
ex grauitate infirmitatis. Glar. *quæſtione trigeſi-
maſeptima, in §. Teſtamentum.* Gab. *dicta concluſio-
ne ſecunda, numero ſeptimo*, poſt Calcaneum, *conſ.
91. num. 6.*

3 Non obſtat, quod teſtes videantur contrarij,
quia aliqui dicunt, Teſtatricem ad interrogatio-
nem notarij reſpondiſſe ſic, alij quod capite an-
nuit, quia iſti non negant Teſtatricem reſpon-
c diſſe ſic: ſed quod ipſi non audierunt; [c] Viderunt
tamen, quod capite annuit interrogationi No-
tarij, & ſic nulla adeſt cōtrarietas; & ita deciſum
non informante Iacobo, immo recuſante informatore, &c.

ADDITIONES.

a *Annuit capite.* Hæc deciſio fuit facta in cauſa, in qua plene ſcripſit Dominus meus Farinacius, ſupra *in conſilio nonageſimoſeptimo.* Vbi *numero 1. in fine*, dixit magis communem, & magis receptā eſſe Doctorum opinionem, valere inſtitutionē hæredis, factam a Teſtatore reſpondente Notario interroganti, an vellet Titium eſſe ſuum hæredem per verbum, *ſic*, ſicuti alijs relatis antiquioribus Teſtatur Siluan. *conſilio quinquageſimoquarto, numero decimo*, Cephal. *conſilio 546. numero quadrageſimoſexto.* Menoch. *conſilio quadrageſimoquinto, numero primo, & ſequentibus.* Franc. Becc. *conſilio centeſimoſecundo, numero octauo.* Sforz. Odd. *conſil. 76. num. 3.*

Et quod attinet ad inſtitutionem nutu factā, vide eundem Dominum meum Farinacium, *dicto conſilio nonageſimoſeptimo, numero quinto.* Vbi probauit, etiam nutu factum teſtamentum ſubſtineri in duobus caſibus. Primo de æquitate Canonica, & in terris Eccleſiæ, ſecundum Alberic. *in l. Iubemus, in fine, C. de teſtament.* Cephal. *dicto conſil. 546. numero quinquageſimoſecundo, & ſequentibus.* Secundo, quando in teſtamento adeſt clauſula Codicillatis, ſecundum Bart. Bal. Alber. Ang. & Iaſ. *in dicta l. Iubemus*, Io. Delect.

de

de arte teſtandi, rubric. de his qui non habent factionē teſtamenti, cautel. nona. quos, & alios referendo ſe quuti ſunt Ceph. *dict. conſ.* 546. *nu.* 55. & Menoc. *dicto conſ.* 45. *nu.* 14.

b *Morti proximos.* Ad comprobationem huius concluſionis, vide eundem Dom. meum Farinac. *dicto conſilio* 97. *numero nono, & ſequent.* vbi pluribus explicat, valere teſtamentum, & inſtitutionem factam a teſtatore, etiam grauiter infirmo exiſtente in articulo mortis, & laborante in extremis, & etiam quod propter morbi grauitatem lingua balbutiens, & groſſa fuerit affecta, teſtatoriſque vox cum difficultate emittatur, & audiatur.

c *Audiuerunt.* Sufficit enim teſtatorem potuiſſe ſic dicere, etiam quod ipſi non audiuiſſent; ideo niſi teſtes dixerint, quod ſi ita dixiſſet ipſi audiuiſſent, aut quid ſimile, non dicuntur probare negatiuam, prout in ijs terminis ſcripſit Ioan. Petr. Surd. *conſilio* 114. *numero tertio, & numero ſexto, in fine, iuncto nnmero* 39. *etiam in fine, & numero* 41. 47. 48. *& ſequent.* 80. *in fine, & ſequent.* & alios plures allegat Domin. meus Farinacius *in dicto conſilio* 97. *numero tertio.* quos hic repetere ſuperfluum eſt.

Fam. Cent. V. I. D. Galeſ.

LANCILLOTTI Iunioris

Ciuitatis Caſtelli Bonorum, 8. Februarij, 1601.

ARGVMENTVM.

Simulatio probatur coniecturis, probata tamen ſimulationis cauſa, quę ſufficit opinata, licet non vera: ac de pluribus coniecturis, quibus ſimulatio, filiatio, & illegitimitas probatur.

SVMMARIVM.

Simulatio probatur coniecturis, & præſumptionibus. numero 1.

Simulatio non dicitur probata, niſi etiam probetur cauſa ſimulationis. nu. 2. ſufficit tamen quod illa ſit a partibus opinata, licet non vera. nu. 4.

Spurij filij poſſunt patri ſacerdoti ſuccedere ex conſtitutione Pij Quinti. nu. 2. in fine.

Filiatio & illegitimitas, eſt difficilis probationis; ideo probatur coniecturis, vtputa ex cōmuni reputatione, ex publica voce, & fama, ex habitatione in domo patris, ex poſſeſſione bonorum paternorum, & ex verbis enunciatiuis alicuius inſtrumenti nu. 3.

Filiatio probatur ex educatione, alimentatione, & tractatu. num. 4.

Simulatio venditionis probatur ex eo, quod venditor poſt venditionem remanſit in poſſeſſione bonorum venditorum. numero quinto, & in additionem litera, A. vbi de materia.

Simulatio præſumitur ex alienatione omnium bonorum. numero 6.

Simulatio præſumitur per interpoſitionem perſonæ. num. 7. & in add. lit. B. vbi de materia.

Simulatio præſumitur ex breuitate temporis. nu. 8.

Simulatio præſumitur ex proprietate emptoris veriſimiliter non habentis pecunias ad emendum. nu. 9.

Simulatio excluditur ex qualitate perſonæ contrahentis, qui ſit bonæ famæ nu. 10.

Bonus quiſque præſumitur, falſi in præiudicium tertij. nu. 11. & in add. lit. C. vbi de materia.

Simulatio probatur coniecturis, non obſtante publico inſtrumento. nu. 10.

Conſtitutum nihil operatur in contractu ſimulato. numero 11.

Conſtitutum corruit, corruente contractu, ſuper quo eſt appoſitum. nu. 11.

DECISIO CXL.

1 VEnditionem bonorum, de quibus agitur, factam a quond. Presbytero Paſqua Brunello, ſimulatam fuiſſe, Domini cenſuerunt, moti ex pluribus coniecturis, indicijs, & præſumptionibus, ex quibus probatur ſimulatio, cum ſit de ijs quæ clam, & occulte fieri ſolent. Bartol. *in l. poſt contract. nu. ff. de donat.* Caſtrenſ. *conſilio* 74. *numero quinto, libro ſecundo, & conſilio* 337. *numero quarto eod. libro ſecundo.* Aym. *conſilio* 156. *numero ſeptimo.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. primo, gl. oſſ.* 14. *numero* 58. Caputaq. deciſ. 149. numero primo part. prima, & fuit pluries in Rota reſolutum.

2 Et quamuis ad hunc effectum ſit probanda cauſa ſimulationis, ſine qua ex coniecturis ſimulatio non inducitur, iuxta *conſil. Bartol.* 65. Rot. *deciſ. prima, de donatio. in nou.* & fuit dictum in cauſa donat. de Grandis 27. Aprilis 1592. coram Reuerend. Pat. Domin. meo Pegna, & coram eodem in cauſa Romana bonorum de Ceulis 28. Aprilis 1596. & in vna Romana fructus de Vellis 23. Februarij 1598. coram bon. me. . . . . . & alias ſępe, tamen in hoc caſu cauſa ſimulandi eſt euidens, vt ſcilicet mandantibus huiuſmodi venditoribus bona deuenirent ad Cęſarem Paſquę filium, in quem ex ſucceſſione, vti in filium Spurium, tranſire non poterant, cum Paſqua eſſet ſacerdos ſtante conſtitutione felic. record. Pij Quinti, vt in cauſa Peruſina de Vbaldis Bononienſ. de Zambeccarijs, & alijs pluribus.

3 Cæſarem autem fuiſſe filium Spurium Paſquę, ſatis ſuperque probatum eſt ex communi reputatione, publica voce, & fama, habitatione in domo patris, poſſeſſione bonorum paternorum; nec non enunciatiua in inſtrumento venditionis, per Lelium Cęſari factę, in quo enunciatur

Cæſar

Cęſar Domin.Paſquę,& ex alijs coniecturis per
informantes ponderatis, ex quibus non eſt du-
bium,probare filiationem,& illegitimitatem,cũ
illa ex parte patris ſit difficilis probationis. *c.Mi-
chaelem ibi not.per Innoc.& alios.de fil. Presbyter.*
Bal.*in l.humanitatis,nu.44.verſ.ex hoc ſequitur. C.
de impuber.& alijs ſubſtitu.& in l.vulgo.de ſtat. ho-
min.* Natt. *conſ.479.nu.39.* & fuit late deductum
in cauſa Romana Abadeſia, decima Decembris,
1578. coram S. D. N. & in cauſa Bononienſ. de
Gargantibus 14.Martij 1601.coram Reuerend.
Pat.Dom.meo Melino.

4 Sed ceſſat in hoc caſu omnis difficultas, cum
cõſtet ex teſtibus,Cęſarem fuiſſe ab ipſomet Paſ
qua educatum,alimentatum,& tractatum vti fi-
lium; Id namque ſufficit ad effectum ſimulatio-
nis,de qua agitur,quæ cum pendeat ab animo,&
opinione contrahentium,non requirit cauſæ ve
ritatem;ſed ſatis eſt,quod cauſa quamuis non ſit
vera,ſit a partibus opinata,& poſſit tollere dubi-
tationem. *l.ſi is qui putat. ff. de acquir. hæred.* Aym.
conſilio 88.*numero* 15.& in his terminis fuit reſo-
lutum in Rota in cauſa Romana reſidui pretij
Appaltus 25. Iunij 1584. coram bon. memor.
Orioleneſ.

5 Quantum ad coniecturas plures concurrunt.
Prima enim deducitur ex poſſeſſione bonorum
a venditorum continuata [a] per Paſquam vſque ad
eius obitum,ex qua vt plurimum arguitur ſimu-
latio,vt poſt Bartol.*in d.l.poſt contractum.numero
quarto.ff.de donat.& in l.ſicuti.§. ſupernacuum. nu-
mero quinto. ff. quibus mod. pign. vel hipothec. ſol.*
Bald.*conſilio* 70.*numero tertio, & ſequent. libro pri-
mo.* Anchar.*conſilio* 9.*columna ſecunda, verſiculo
ſexto,& vltim.* Dec.*conſil.*587.*numero octauo,verſi
cul.ſecund.effic. & conſilio* 659.*numero* 9. *verſicul.
tertia præſumptio.* Pariſ.*conſilio* 82. *numero* 49. *vol.*
3.Aym.*conſilio* 156.*numero* 10.Tiraqu. *de iur.con-
ſtit.limit.9.in princip.* Caputaq. *deciſ.*143.*numero
ſexto.parte prima,* & hanc coniecturam probauit
Rota in allegata cauſa Romana bonorũ de Ceu
lis. Nec adducitur aliqua cauſa remanſionis in
poſſeſſione ex nouo titulo,vel locationis,aut al-
terius contractus, qui poſſet excludere ſimula-
tionem.

6 Secunda colligitur coniectura ex eo,quod ven
ditio fuit facta omnium bonorum immobilium,
& cũ nulla adeſſet cauſa in Paſqua faciendi ven-
ditionem ita generalem omnium bonorum,ſatis
præſumitur ſimulatio.Bartol. *in l.qui teſtamento.
numero tertio.ff.de probat.& in l.poſt contractum.nu
mero ſecundo.ff.de donat.*Bal.*in l.fraus. ſub numero
primo.verſiculo,item vna magna.ff.de lega.*Soc.ſen.
conſilio 108.*columna ſecunda. numero tertio. verſic.
& quando quis.volumin.*1.Dec. *dict.conſ.* 587.*nu-
mero nono.& conſ.*659.*num.*3. Alexand. *conſil.* 55.
numero ſeptimo. Afflict.*deciſ.*370.*num.* 19. & hæc
coniectura ſimiliter fuit approbata *in d. deciſ.&
cauſa de Ceulis.*

7 Tertia coniectura, quia hæc bona patris in fi-
lium Spurium peruenerunt,mediante tertia per-
b ſona [b],habẽte cauſam a patre ex contractu inter
viuos; propterea translatio iudicatur facta in
fraudem, non obſtante opinione gloſſæ, quæ
contrarium tenebat, & voluit Bartol. quem alij
ſequuntur *in l. ſi is qui ex bon. numero quarto. ver-
ſiculo,nono quæro. ff. de vulgar. & pupillar. ſubſt.* &
ibi Iaſ. *in fine.* Alexand. *conſilio* 51. *in fine, libro
ſecundo.* Çalcan. *conſilio* 48. *numero ſecundo, &
quarto.* & eſt tex. *in l.prima. §. ſine itaque.C.de nat.
liber.*

8 Quarta coniectura,eſt breuitas temporis,quod
intercesſit ab emptione facta per Lælium, vſque
ad venditionẽ factam Cęſari filio Paſquę, quod
oſtendit non fuiſſe intentionem Lęlij emere,ſed
potius inſeruire de ſua perſona huic translatio-
ni.Caſtr.*conſilio* 74.*numero nono, parte ſecunda,* &
faciunt tradita per Tiraquel.*de retract.lignag.*§.1.
gloſ.1.nu.77.

9 Accedant & alię coniecturæ, nempe inueriſi-
militudo,quæ deducitur ex paupertate Cęſaris,
qui,vt dicũt teſtes,& in ſpecie eius filius,cum ni-
hil haberet in bonis,non poterat huiuſmodi bo-
na emere:adſunt teſtes deponentes de huiuſmo-
di ſimulatione, & cauſa ſimulandi, qui quamuis
deponant de diuerſis cauſis ſimulationis, tamen
vna non venit excluſiua ad aliam; Nam ſiue Paſ
qua voluerit donare ad effectum,vt Cęſar poſſet
vxorem ducere: ſiue ſimpliciter,ad effectũ, vt bo-
na in ipſum peruenirent, ſiue vna tantum, ſiue
vtraque ex iſtis cauſis cõcurrat, non excluditur;
immo potius comprobatur ſimulatio.

10 Non obſtat qualitas perſonę ipſius Lęlij,cum
quilibet præſumatur bonus, quia in præiudiciũ
c tertij [c] id non procedit: vltra quod forte potuit
credere, huiuſmodi ſimulationem non fuiſſe il-
licitam, prout nec obſtat, quod venditio fuerit
facta coram Notario,& teſtibus,& quod inſtru-
mẽtum loquatur de vera numeratione, quia hęc
potuerunt fieri ad effectum melius ſimulandi, &
vnus teſtis deponit pecunias ſolum fuiſſe oſten-
ſas, & ita nec etiam obſtat, quod bona non fue-
rint per Lælium vendita Cæſari eodem pretio,
quo emerat a patre, ſed maiori, quia id factum
fuit,ad effectum ſoluendi ſimulationem, ne de-
tegeretur.

11 Denique non obſtat clauſula conſtituti,quia
conſtitutum nil operatur,ſtante cauſa ſimulan-
di,continuatione poſſeſſionis,& alijs, de quibus
ſupra;nam corruente contractu principali, cor-
ruit quoque conſtitutum,quod ſimiliter præſu-
mitur ſimulatum,vt late deducit Tiraqu.multos
cumulans,*de iur.conſtit.poſſeſſ.limitat.9.num.1.&*
2.Egid.*deciſ.716.in fine,*& tenuit Rota in allega-
ta cauſa Romana de Ceulis coram R. P. D. meo
Pegna.

ADDITIONES.

a *Continuata.* Quando quis vendit, donat,
ſeu alio modo alienat aliquam rem, vtputa do-
mum,vel fundum,& poſtea remanet in poſſeſſio
ne rei venditæ, donatæ, ſeu alienatæ, nulli du-
bium,quod talis venditio,donatio,ſeu alienatio
præſumitur ſimulata, & facta in fraudem, aut fi-
ſci,

ſci, aut creditorum, aut alterius perſonę intereſſe habentium; ſed quia hoc non ſemper verum eſt, & pluribus modis concluſio prædicta a Doctorib. ampliatur, limitatur, & declaratur, icirco ad eius materiam poſt alios, quos allegãt, antiquiores, vide Iaſ. *in §. item ſi quis. num.* 41. *& ibi* etiam Ioan. Fab. *nu.* 9. *inſtit. de actionibus*. Neuiz. *conſil.* 8. *nu.* 51. Boſſ. *in tit. de bonor. publicat. nu.* 48. *& ſeqq.* Anton. Gomez. *de delict. titul. de confiſcatione bonor. num.* 4. Rolan. *conſ.* 40. *n.* 20. 24. 31. 32. *&* 44. *libr.* 2. Clar. *in pract. §. final. quæſt.* 78. *verſic. frans autem.* Ioan. Baptiſt. Lup. *in tracta. de vſur. comment. ſecundo. §.* 1. *nu.* 44. Menoch. *de arbitrar. quæſt. lib.* 2. *caſ.* 39. *& de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 122. *nu.* 110. *& ſeq. & præſumpt.* 124. *in princ. & nu.* 1. *& nu.* 31. *ſeqq.* Ioſeph. Ludouic. *concluſ.* 51. *verſi. n. octaua coniectura eſt, & ſeqq.* Maſcard. *de probat. lib.* 2. *concluſ.* 439. *per totam, & concluſ.* 442. *nu.* 1. *ſeqq. & concluſ.* 446. *nu.* 12. *& concluſ.* 547. *nu.* 2. *& ſeqq. & concluſ.* 558. *per totam, & concluſ.* 815. *nu.* 51. *& ſeqq.*

b *Tertia perſona.* Suppoſitio enim perſonæ arguit dolum, & fraudem in omni cõtractu. *l. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxor. l. pupillus. §. final. ff. de authorit. tutor. l. ſi is qui bon. ff. de acquiren. hered. l. ſi per impreſſionem. C. quod met. cauſ.* Alber. *in l. dolum. nu.* 3. *verſi. item ex perſonæ alterius interpoſitione. C. de dolo.* Calcan. *conſil.* 36. *num.* 2. Aym. *conſil.* 122. *num.* 10. *verſic. ſeptimo non eſt dubium.* Ruyn. *conſil.* 130. *nu.* 2. *lib.* 2. Mandell. *conſil.* 97. *nu.* 5. *verſic. u. & potiſſimum. lib.* 1. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concluſ.* 531. *nu.* 173. *& lib.* 2. *concluſ.* 815. *nu.* 43. Ad quam materiam vide Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſumpt.* 125. *per totam.* Stephan. Lamberteng. *de contractibus eorum &c. gloſ.* 10. *nu.* 9. & declarantem D. meum Farinacium *in ſua pract. crimin. p.* 2. *tit. de pæn. temperan. quæſt.* 89. *nu.* 129.

c *In præauditum tertij.* Hæc materia, an ſcilicet, & quãdo quis bonus præſumatur, bene explicatur per D. meum Farinac. *in ſua pract. crimin. p.* 1. *titulo de indic. & tortur. quæſt.* 47. *nu.* 277. *& ſeq.* vbi facit regulam cum ſeptem ampliationibus, & ſeptem alijs limitationibus.

Fam. Cent. I. V. D. Galeſ.

F I N I S.

Corrigente Reu. D. Marco Antonio Pinardo.



VENETIIS, M DC XVI.
Apud Hæredes Georgij Variſci,

Digitized by Google

Digitized by Google